R-4915

MATHEU y SANZ, Lorenzo

Tractatus de regimine regni Valentiae . . . / . . . Laurentii Matthaeu et Sanz . . . — ✱
Lugduni : sumptibus Anisson & Joannis Posuel, 1704

Nota: El nombre del autor precede al Título.

R4915

D.D. LAURENTII

MATTHÆU ET SANZ,

TRACTATUS DE REGIMINE REGNI VALENTIÆ,

In Tres Partes Divisus.

D. CELEBERRIMI DON LAURENTII

MATTHÆU ET SANZ,

JURISCONSULTI VALENTINI,

Equeſtris Ordinis B. Mariæ de Monteſſa, & ſancti Georgii de Alfama, de Conſilio Catholicæ Majeſtatis, primùm in Regia Valentina Audientia: Deinde in Suprema Hiſpana criminum Aula; Poſtmodum in Senatu ſummo Indiarum, Nunc in Sacro-ſupremo ac Regio Conſilio Aragonum,

TRACTATUS

DE REGIMINE REGNI VALENTIÆ;


Sivè ſelectarum interpretationum ad principaliores foros ejuſdem;

TRIBUS LIBRIS CONTENTUS ET EXPLICATUS,

Quorum duo jam prodierant, ſed iterum prodeunt in pluribus aucti atque correcti; & Tertius nunc noviter Typis datur, continens totam praxim Cauſarum Civilium, tam ſecundùm obſervantiam dicti Regni, quàm aliorum plurimorum, totius fermè Europæ.

OPVS TAM SCHOLAS, QVAM FORENSES CONTROVERSIAS Verſantibus neceſſarium, quadruplici Indice refertum:

PRIMO CAPITUM, PARAGRAPHORUM ET SECTIONUM, Secundo deciſionum adductarum, Tertio Jurium Interpretatorum, & Quarto Rerum & Verborum.



LUGDUNI,
Sumptibus ANISSON, & JOANNIS POSUEL.

M. DCCIV.
CUM PRIVILEGIO REGIS.

Ad Lectorem Benevolum.

ABDITA judicii civilis, ex promisso, tibi trado, simul cum criminali, & jurisdictionalibus jam evulgatis, ut universum nostri Valentini Regni Regimen, præmanibus, in unum compilatum corpus habere queas. Incomperta labori prædecessorum Prudentum simul exhibeo, eo quidem animo, utque observata huc usque ritè apparent indelebili caractere in ævum expressa relinquam. Et ut Tyrones in legali peritia semitam apertam reperiant, ad discendam breviter praxim cunctarum litium forensis Palestræ. Licet plura non solis Tyronibus scribantur. Foros Valentinos, ad idipsum conducentes, simul expendo; aliorum jurium illustratos constitutionibus, ita ut non opus statutarium, sed etiam juris universi in Europeis Provinciis admissi, dici merito possit, infinitis propemodum auctoritatibus exornatos. Quibus scrutatis si quid in volumine isto est, quod tibi non placeat, rejicere poteris dum veritatem inquirendo tibi demonstro fontes Jurisprudentiæ, è quibus ipsi Fori ut plurimum desumpti fuere. Dicet aliquis, ad quid novus liber, dum tot, tantisque Musæi Doctorum frequenter abundent? Et responsum dabo: ad habendum in uno congesta, quæ ex pluribus magno cum labore, libare fortè non valeas; & si volueris, ut immenso studio parcas, hunc tantummodo legendo. Nec inutiliter, nam ut acutè cecinit Angelus Ovenus in Monostic. ethic. & Polit. distic. 63.

Egregios cumulare libros, præclara suppellex;
Aut unum utilius volvere sæpè librum.

Iste frequenter revolutus, virescere flosculos Valentinæ praxis præstabit, ut germinet fructus opimos. Decantaverat nostras Jacobus Falco vitia fori non insipidè lib. 3. oper. Poët. satyr. 6. *Montessianus ille miles ea exterminata judiciis, malè dicendo curaverat; sed inutili Mussa. Nunc alius Montessianus Eques, eundem scopum petit, sed telo diverso: nempè bene leges ipsas interpretari curando, ut congrua medela eidem forensi morbo propinetur, non ut solum demulceat dolores, verum ut sanitati, in quantum res patitur, reipublicæ corpus restituat. Exiguam ad hoc doctrinam meam non nego; sed fretus Ovidiana sententia* lib. 1. de remed. amor.

Flumina magna vides, parvis de fontibus orta,
Plurima collectis multiplicantur aquis.

Animosè opus aggressus fui. Nam fons doctrinæ pusillus, recollectis aquis, quæ in Regia Audientia Valentina per terdecim annos potaveram; in Aula suprema criminum hujus Curiæ vastissimo pelago; tum criminalium litium superne (de quibus speciale volumen recenter edidi) tum civilium controversiarum inferius (in Provinciæ Tribunali nuncupato) per decennium libavi: in summo Senatu Novi Orbis, per triennium percepi: Et tandem in hoc sacro supremo Aragonum Consilio per quinquenium ediscо, flumen non parvum enasci jam poterit; ita ut non immerito magnitudinem jactare præsumat. Ex observatis in tot tantisque Doctissimis concentibus opus compactum præsto; si placet eo frui, typis dato, fas erit: sin minus, correctionem benignam adhibe, quam gratissimo animo suscipiam, alacri vultu libenter amplectar. Vale.

SUMMA

SUMMA CAPITUM, PARAGRAPHORUM, ET SECTIONUM.

CAPUT I.

De Regni, Urbisque situ, & Regia potestate, atque jurisdictione. pag.1

§. 1. DE *Urbis situ, Regnique termino, & origine, ad* for.1. de term.Reg. *ibid.*

§. 2. *De origine, & differentia fororum, eorúmque explicatione, & quo pacto ligent Principem, ad* for.4. in procem. for. *p.4*

CAPUT II.

De Magistratibus Regiis hujus Regni Valentiæ. p.10

§. 1. DE *officio Locumtenentis generalis D. Regis, ejusque jurisdictione, potestate & origine, ad* for.4. in extravag. *Que lo Visrey.* *ibid.*

§. 2. *De Regio Consilio, Regiisque Senatoribus, ad* for. 22. Curiar. anni 1626. junct. privil.24. Domini Regis Ferdinandi II. *vulgò nuncupato* la pragmatica de la Real Audiencia. *p.19*

SECT. I. *De potestate, & origine Regii Consilii in communi, atque de evocatione causarum.* *ibid.*

SECT. II. *De qualitatibus requisitis ad Senatoriam dignitatem.* *p.25*

SECT. III. *De origine, & natura Magistratuum omnium, de Regio Consilio, & omnium officialium inferiorum ex familia ejusdem S. R. Senatus.* *p.32*

§. 3. *De officio Gubernatoris Urbis, & Regni, Gerentis vices ejusdem, atque de eorum Curia, potestate & jurisdictione, ad* for. 97. de jurisdict. omn. judic. *p.39*

§. 4. *De officio Bajuli generalis, Magistri Rationalis Regiæ Curiæ, aliisque Regii patrimonii administris, ad* for.62. de Cur.& Bajul.for.1.in extravagant. *Que los contes dels Batles*, fol.38. *cum aliis juribus.* *p.45*

§. 5. *De Judice causarum decimalium, & de ejus jurisdictione ad* for.fin.de decimis. *p.49*

SECT. I. *De concessione decimarum per Sedem Apostolicam facta Regibus Aragonis, atque de jurisdictione in causis decimalibus ad eosdem Reges spectante.* *ibid.*

SECT. II. *De origine Judicis causarum decimalium, ejusque potestate, & jurisdictione, de materia quindennii, & amortizationis, atque de concessione novalium.* *p.57*

§. 6. *De Magistro, & Alcadiis domus Regiæ Monetariorum, ad* for. 3. in extravagant. *Quels moneders*, fol.16. *& de potestate Patris orphanorum.* *p.65*

CAPUT III.

De Regni generalitate, ejusque repræsentatione, jurisdictione, officiis, officialibus, & eorum electione. p.67

§. 1. DE *vera Regni repræsentatione in Comitiis generalibus, ad* for. 116. *cum aliquibus seqq.* de Cur. & Bajul. *ibid.*

SECT. I. *De modo, & forma celebrandi Curias generales, de Brachiis, Statibus, atque Curialibus.* *ibid.*

SECT. II. *De gravaminibus Curiæ, natura, & qualitate legum condendarum, atque de forma donativorum.* *p.76*

§. 2. *De generalitate Regni, ejusque Deputatis, cæterisque officialibus ad actum Cur.* in cap.5. in princip. Brachii Ecclesiast. anni 1547. *junctis aliis juribus.* *p.81*

§. 3. *De electione Deputatorum, aliorumque officialium Generalitatis Regni, ad* c.18.in extravag. *Eleccio de Diputats*, fol.41. *& de dividuitate, & individuitate electionum.* *p.85*

§. 4. *De modo exigendi debita Generalitatis, & an in eâ Milites fruantur privilegio militari, ne condemnentur ultra quam facere possint.* *p.88*

CAPUT IV.

De Officialibus urbanis, eorumque electione, & potestate. p.92

§. 1. DE *forma nova, & antiqua electionum officialium urbanorum, ad* for.24. in princip. de Cur.& Bajul. *ibid.*

§. 2. *De officio Justitiæ Urbis, tam in civilibus,*

quàm in criminalibus, ad explicationem fori 18. de Cur. & Bajul. *cum aliis juribus.* *p.* 95

§. 3. *De Juratis, & Consilio generali Urbis, & eorum potestate, ad* for. 62. Curiar. anni 1604. *junctis aliis juribus.* *p.* 99

SECT. I. *De potestate Juratorum, & Consilii generalis, atque de jurisdictione in aliquibus rebus concessa juratis.* *ibid.*

SECT. II. *De jure patronatus Urbis in Academia Valentina, Præposituris, Nosocomio generali, & Domo pœnitentiæ fœminarum, quæ ex quæstuaria vita ad eam confugiunt.* *pag.* 105

§. 4. *De officio Rationalis Urbis, Syndicorum, & Ædilis, eorumque natura, potestate, jurisdictione, & origine, ad* cap. 3. in princip. actor. Cur. Brachii Regal. anni 1552. *junctis aliis juribus.* *p.* 114

§. 5. *De qualitatibus necessariis in eligendis ad officia urbana, ad explicationem* tor. 41. §. *Mes avant,* de Cur. & Bajul. *cum aliis juribus.* 119

§. 6. *An exempti à contributione collectarum Urbis, ab electionibus arceantur, & de exceptione parentum duodecim filiorum, ad* for. 239. Curiar. anni 1604. *junctis aliis juribus.* *p.* 122

§. 7. *De obreptione, & subreptione reseriptorum, atque de exemptione præstationis jurium urbanorum causâ Officii sanctæ Inquisitionis, num ea impedimento sit ad urbana officia obtinenda, ad* for. ult. de precibus princip. offer. *cum aliis jurib.* *p.* 125

§. 8. *De impedimentis perpetuis, & temporalibus ad officia urbana obtinenda, atque de oppositione eorumdem, ad explicationem* for. 8. de Notar. *aliorumque jurium.* *p.* 128

§. 9. *De electionum appellatione, recursu, nullitate, & devolutione ad superiorem, pro explicat.* act. Cur. Brachii Regal. 21. anni 1626. *cum aliis juribus.* *p.* 131

§. 10. *De Consulibus matis, sive mercatorum, aliisque officialibus minoribus Urbis, ad* for. 17. de clam. non mutat. *cum aliis juribus.* *p.* 133.

§. 11. *De curatoribus operum publicorum, apud nos appellati,* Obres de murs, y valls, *& eorum potestate, atque de veredis publicis, & officio Præfecti cursorum, ad* for. 137. Cur. anni 1564. *p.* 137

CAPUT V.

De jure pascendi.

§ 1. *DE concessione generali pascuorum facta Urbi Valentiæ per serenissimum Dominum Regem Jacobum Primum in universo Regno, ad* for. 1. de pasturis. *ibid.*

§. 2. *De pascuis reservatis ad bestias; pecora, & armenta cujusque oppidi, ulgò dicti* Bovaler, *& de usu pascuorum, ad* for. 3. de pasturis. *p.* 145

§. 3. *De modo, & forma obtinendi civilitatem in urbe, ad* for. 9. (*quo sententia ademprivorum continetur*) cap. 1. de pastur. *quid nomine ademptivorum contineatur, an per concessionem civilitatis concedatur immunitas jurium Regiorum, & an Princeps possit limitare effectus instrumenti civilitatis, nuncupati* Franquea, *in certis rebus, vel respectu certarum personarum.* *p.* 147

§. 4. *An jurisdictio Juratorum adquisita quoad servitutes nuncupatas* Amprius *(seu verius quoad defensionem earundem) se extendat ad cognitionem querelarum, apud nos dictarum* Clams de tales, *& de jurisdictione Subjustitiæ, nuncupati* Justicia de trecents sous, *ad* for. 5. de pastur. *p.* 154

CAPUT VI.

De his, qui habent jurisdictionem concessam in dominium.

§. 1. *DE Baronibus, eorumque jurisdictione, & quomodo eis quæratur, ad* for. 150. Curiar. anni 1604. *&* for. 10. de feudis. *ibid.*

SECT. I. *De acquisitione jurisdictionis, tam titulo, & concessione speciali, quam per usum, & consuetudinem, & generaliter de omnium regaliarum adquisitione, in qua ad concordiam reducuntur,* for. 10. de feudis *cum* for. 17. de jurisd. om. jud. *aliàs inter se pugnantes, & explicatur* privil. 53. Domini Regis Alfonsi III. *ibid.*

SECT. II. *De Baronum jurisdictione, potestate, atque origine, & in quibus casibus limitarum jurisdictio apud nos reperiatur, & de facultate condonandi delicta.* *p.* 161

§. 2. *De jurisdictione infima, apud nos appellata* Alfonsina, *& quo pacto quæratur Dominis oppidorum, & an ipsi concedant utiliter facultatem universitatibus subditorum ad venditionem censualium, ad* for. 78. de jurisdict. omn. judic. *p.* 167

§. 3. *De jurisdictione Dominorum directorum in rebus emphyteusis ut censitis, atque de judicibus per eosdem Dominos delegatis, atque de nominatione adjunctorum, sive conjudicum, ad* for. 17. de jur. emphyteut. *cum aliis juribus.* *p.* 171

§. 4. *De his, qui habent jurisdictionem concessam titulo gubernatorio, & num per hanc concessionem deterior conditio fiat ordinariorum, atque de successione in ea jurisdictione, ad* cap. actor. Brachii Regal. Cur. anni 1626. *p.* 173

§. 5. *De*

§. 5. *De Assessoribus omnium Magistratuum, & officialium Regni; & de eorum potestate, & jurisdictione, natura, atque origine, ad* for. 44. de Cur. & Bajul. *junctis aliis juribus.* *pag.* 176

CAPUT VII.

De contentione jurisdictionum, tam Regiæ cum Ecclesiastica, quàm Judicum laicorum inter se. *p.* 187

§. 1. *DE contentione jurisdictionis inter Judices Ecclesiasticos Ordinarios, & Delegatos, & Regiam jurisdictionem universam, & de Officio Cancellarii*, ad for. 10. de jurisdict. omn. judic. *ibid.*

SECT. I. *In qua concordia inita per Regem Aragonum cum Sede Apostolica super competentia jurisdictionis expenditur, & exornatur.* 188

SECT. II. *In qua manifestè probatur, in quocumque casu admittendam esse per Ecclesiasticum contentionem, Arbitrum nominando, etiamsi dicatur causam notoriè ad se pertinere.* *p.* 193

SECT. III. *In qua agitur de recursu per viam violentiæ admittendo, quoties Ecclesiasticus Ordinarius, aut delegatus vim infert, non judicialiter, sed per modum extraordinariæ defensionis.* *p.* 198

SECT. IV. *In qua praxis expediendarum contentionum juxta concordiam accuratè traditur, atque plurima dubia ex usu frequentioribus differuntur, selectioribus Doctorum traditis, & Curiæ Cancellarii decisionibus illustrantur.* *p.* 206

SECT. V. *In qua traditur forma procedendi cum delegato Ecclesiastico, atque compellendi per remedia approbata, & assueta quoscumque contumaces, & renitentes, atque de regalia cognitionis in exemptos verbum instituitur.* *p.* 218

§. 2. *De Clerico immiscente se enormibus ad interpretationem Bullæ Julii III. fœlicis recordationis in Valentinorum Regum favorem concessæ specialiter, & an sub ea comprehendantur Beneficium simplicis obtinentes in minoribus Ordinibus constituti.* *p.* 221

§. 3. *De contentione jurisdictionis inter Regios Judices, & Inquisitores Apostolicos contra hæreticam pravitatem, & apostasiam*, ad for. 24. Curiar. anni 1585. *pag.* 228.

SECT. I. *De forma expediendarum conferentiarum quæ suscitantur cum Inquisitoribus ad explicationem concordatorum cum suprema Inquisitione, & de institutione, atque origine Inquisitionis Valentinæ. ibidem.*

SECT. II. *De usu, & abusu Astrologiæ judiciariæ, de speciebus superstitionis, quæ in eam reperiri possunt, atque de naturalis Astrologiæ fundamentis.* *pagina* 233

§. 4. *De forma, & praxi expediendarum contentionum, quæ suscitantur inter Regiam jurisdictionem, & Ecclesiasticam inclytæ Militiæ Beatæ Mariæ de Montesa, & Sancti Georgii de Alfama, & origine, atque progressu fausto ejusdem Ordinis.* *pag* 254

§. 5. *De contentione jurisdictionis inter Regios Judices adinvicem, & potestate Advocati Fiscalis, qui juxta foros, est Judex contentionum inter Regios Officiales, ad explicationem* for. 112. de jurisdict. omn. jud. *& aliorum jurium. pagina* 286.

CAPUT VIII.

De judiciis causarum criminalium juxta foros, & praxim hujus Regni, ad *for.* 105. *de Cur. & Bajul.* *p.* 288

§. 1. *DE criminibus, quæ per inquisitionem ex mero Judicis officio persequi possunt ad explicationem* dict. for. 105. junct. for. 99. de Cur. & Bajul. *p.* 289

§. 2. *De corporis delicti probatione, & de examine testium inquisitionis summariæ, ex mero Judicis officio in offensam receptorum; ad* for. 9. de accusat. *in principio, junctis aliis juribus.* *p.* 291

§. 3. *De captura reorum, & quæ personæ in criminibus detrudi in carcerem possint, ad* for. 6. quæ personæ capi possint. *pagina* 297

§. 4. *De confessione exigenda à reo in inquisitione summaria, & forma juramenti inducta per foros Regni, ad explicationem* fori 68. Curiarum anni 1564. *& aliorum jurium.* *p.* 298

§. 5. *De speciali solemnitate requisita per* forum 104. de Curia, & Bajulo, *in crimine falsi, ad inquisitionem transmittendam, sive accusandum, & an à relatione peritorum quando Fiscus gravatur, detur provocatio, & de forma recursus in hoc articulo.* *p.* 302.

§. 6. *De denuntiatione, publicatione processus, & dilationum concessione ad* for. 33. Curiar. anni 1604. *junct. aliis juribus.* *p.* 305

§. 7. *De ritu, & praxi contumacialis processus juxta* for. 11. de criminibus, *& pragmaticis sanctionibus super hoc latis, atque de effectu contumaciæ in criminalibus.* *p.* 309

§.8. *De probationibus, delictis, & pœnis ad* for. 101. de Cur. & Bajul. *cum aliis jurib.* p.315
SECT. I. *In qua de Criminibus furti, homicidii, & falsi plura congeruntur.* ibid.
SECT. II. *Pragmaticarum sanctionum dispositiones explicans.* p.325
SECT. III. *Tradens probationum materiam secundum foros à jure communi deviantes.* p.334
§.9. *De sententiis causarum criminalium earúmque executione, appellatione, supplicatione & nullitate, ad explicationem.* for.2. de senten. & act. *cum aliis juribus.* p.341
§.10. *De exercando facinore patrato in Regno Valentiæ* anno 1648. p.356
SECT. I. *De statu Regni tempore patrati criminis, & de calamitate morbi epidemialis tunc passi.* ibid.
SECT. II. *Continens summariam relationem actorum ab ipso processu fideliter depromptam cum omnibus gestis ea de causa.* p.361.
SECT. III. *De effectibus subsecutis ad tranquillitatem Regni, & delinquentium punitionem tendentibus.* p.369

CAPUT IX.

De Judicio Ordinario. p.373

§.1. *De litis ingressu atque progressu usque ad contestationem pro interpretatione.* for.2.de Dilat. *& aliorum jurium.* ibid.
§.2. *De dilatione probatoria per testes in* materia principali *ad explicationem.* for.35. de testib. *cum aliis juribus.* p.407
§.3. *De dilatione probatoria ad reprobandos testes, quam dicimus* de materia objectiva, *ad interpretationem* de for.35. vers. nisi fortè, *& aliorum jurium.* p.431
§.4. *De fide instrumentorum, eorúmque editione, atque reprobatione, nuncupata* materia impugnativa, *ad interpretationem* for.36. vers. e que los dits termens, de testib. *cum aliis juribus.* p.437
§.5. *De allegationibus, disputationibus Advocatorum, & conclusione ad diffinitivam, pro explicatione* for.40.de testib. *& aliorum jurium.* p.448

CAPUT X.

De judicio summario condemnativo. p.452

§.1. *De causis summariis condemnativis, in quibus differant ab ordinariis, & de privilegio viduarum in recuperatione dotis, ad interpretationem* for.11. de clam. non mutan. *cum aliis juribus.* ibid.
§.2. *De judicio summario regulari, præparativo alterius judicii, nuncupato,* condemnationis infrà decem salvis exceptionibus *ad explicationem,* privileg.10. Domini Regis Jacobi II. *& aliorum jurium.* p.464
§.3. *De cognitione extraordinaria, sive irregulari, Regiæ Audientiæ verbalis, & per* comparent partes, *ad explicationem* for.14.Cur. anni 1604. *& aliorum jurium.* p.473
§.4. *De judicio summario irregulari in causis Mercaturæ, per Curiam Consulum Maris, & de cognitionibus Ædilis, atque subjustitiæ, ad* for.18.de clam.non mut. *cum aliis juribus.* 480
§.5. *De judicio summarissimo possessorio nuncupato* Firmæ juris, *ad* for. unic. in extravag. que los fermant de dret. for.87. *cum aliis juribus.* p.486
§.6. *De his quæ fiunt per usum voluntariæ jurisdictionis, ad interpretationem* fol.18. de testam. tutel. *cum aliis juribus.* p.506

CAPUT XI.

De judicio secundæ, vel ulterioris instantiæ, appellationis scilicet, supplicationis, vel recursus. p.516

§.1. *De latione sententiæ diffinitivæ, in causis civilibus, ad interpretationem* fori 1.de sent. & act. *cum aliis juribus.* ib.
§.2. *De appellatione ad interpretationem* for.5. eod.titul. *cum aliis juribus.* p.525
§.3. *De remedio supplicationis, revisionis, vel reclamationis, à sententiis latis in Consistorio Principis, ad interpretationem* for.1. ut lit. pendent. *cum aliis juribus.* p.547
§.4. *De remedio nuncupato* literatum causa videndi, & recognoscendi, *pro explicatione* for.25. de appellat. p.565
§.5. *De remedio nullitatis, ad explicationem* for.8.vers.per ço enaden:de execut.rei judicat. *& aliorum jurium.* p.571
§.6. *De restitutione in integrum implorata adversus diffinitivam sententiam, vel rem judicatam, ad interpretationem* for.11. de restit. minor. *cum aliis juribus.* p.579
§.7. *De recursu per simplicem querelam interposito, adversus sententiam, pro explicatione* for.16. de clam. non mut. p.584

CAPUT XII. & Ultimum.

De Judicio executivo. p.586

§.1. *De his quæ habent paratam executionem, secundum nostros foros, ad explicationem* for.5.de execut. rei judicat. *& aliorum jurium.* ibid.
§.2. *De executione quam pragmatici nostri juris vocant, ad interpretationem* for.9. cum sequenti, de executione rei judic. *& aliorum jurium.* p.595
§.3. *De executione* facti, *atque distinctione bonorum, tam mobilium quam immobilium, ad explicationem* for.13.de eviction. *& aliorum jurium.* p.605
§.4. & ult. *De condemnatione, atque taxatione expensarum, ad intellectum* for.26. de sent. & act. *cum aliis juribus.* p.612

SERIES

Decisionum Sacri-supremi ac Regii Aragonum Consilii, & Regii Valentini Senatus, quæ in hoc volumine traduntur.

EX LIBRO PRIMO.

I.

ACTUS Curiæ ab uno Brachio propositus, & impetratus, omnia Brachia, & eorum singulos ligat, si ab aliis non impugnetur, vel protestetur. pag.8. n.49

II.

Baro, cui competit in Baronia jurisdictio privativè, si dolosè procedat, amittit causæ cognitionem. pag.23. n.41

III.

Privilegium electionis fori concessum viduis, pupillis, & miserabilibus personis, non censetur derogatum per legem, aut privilegium concedens alicui jurisdictionem in certis causis, nisi fiat specifica mentio illius. ib. n.51.& pag.136. n.10.

IV.

Jurisdictio privativè concessa in certa specie causarum cum verbis enixis, & clausulis ampliſſimis, derogat privilegio viduarum, pupillorum, & miserabilium personarum absque expressa mentione. pag.23.n.52

V.

Locumtenentes Gubernationis, tam generalis, quàm specialis, non sunt Locumtenentes Gubernatoris, sed Gerentes vices illius, & sic appellari debent ubique. pag.42. num.29

VI.

Obtinens officium Gubernationis in aliqua ex Tenentiis illius, Locumtenens Gerentis vices censetur, etiamsi in titulo Gerens vices nuncupetur. ibid.n.30

VII.

Locumtenens generalis Gerentis vices Gubernatoris, nisi casu quo Gerens vices impeditus est, non potest fulminare processus civiles, nec criminales, sententias ferre, latas exequi, aut alia perficere. ibid.n.31

VIII.

Locumtenens generalis Gerentis vices potest informationes de delicto in flagranti, delinquentes capere, & in carcerem mittere; sed si superveniat Gerens vices, debet Locumtenens cessare, & ipse Gerens vices potest informationes illas perficere, aut de novo incipere. pag.43.n.32

IX.

Locumtenens generalis Gerentis vices in visitatione carceris facienda per eundem Gerentem vices, potest intervenire si voluerit, sed non debet convocari. ibid.n.33

X.

Gerens vices Gubernatoris, dum Regentis Locumtenentiam generalem Principis moderatur, potest carceratos Gubernationis visitare, delicta condonare, & mandata in eadem Curia suo nomine expedire. ib.n.34

XI.

Gerens vices generalis, Gubernatoris potest præcipere, & mandare Locumtenenti generali ea quæ facienda sunt. ibid.n.35

XII.

Gerens vices Gubernatoris visitare debet universitates sub dominio particularium existentes, si Domini mixtum imperium obtineant, secus si obtinent merum imperium. pag.44.n.52

XIII.

Locumtenens Gerentis vices præfertur Subrogato, aut substituto illius, tam in exercitio officii, quàm in aliis plurimis rebus. ib. num.67

XIV.

Quamvis Locumtenens præsens sit, non impeditur Gerens vices in subrogando in casibus sibi permissis. ibid.n.68

XV.

Sportulæ, sive averiæ debentur Judici, aut Magi

Magistratui, cujus nomine sententia condemnatoria lata fuit, non autem ipsam sententiam exequenti. pag.45.n.70

XVI.

Cognitio causarum decimalium, etiam inter Ecclesiasticos, spectat in hoc Regno ad Judices Regiæ jurisdictionis. pag.56.n.70

XVII.

Judex Ecclesiasticus in hoc Regno non debet se intromittere in cognitionem causarum decimalium, cùm jurisdictio pertineat ad Regia Tribunalia. pag.58.n.85

XVIII.

Jurisdictio in bonis appellatis *de realengo*, per Ecclesiam, vel Ecclesiasticas personas adquisitis, pertinet ad Regé in hoc Regno; quod procedit etiã in Diœcesi Orcelensi. p.59.n.100

XIX.

Jurisdictio causarum decimalium ad Regé pertinet in Diœcesi Orcelésii, etiãsi ea Regni pars aliquando fuerit in dominio Regis Castellæ, & sub Diœcesi Cartaginensi. ib.n.103

XX.

Episcopus Oriolensis tenetur admittere contentionem jurisdictionis secundùm concordiam, quam habemus, in causis decimalibus *suæ* Diœcesis. ibid.n.104

XXI.

Decimæ solvendæ sunt ab omnibus possidẽtibus bona *de realengo*, etiamsi privilegium à Sede Apostolica obtinuérint non solvendi decimas, eo quòd effectæ profanæ fuerunt, & concessio Sedis Apostolicæ interpretari debet absque præjudicio concessionis factæ Regibus Aragonum. pag.60 n.195

Et nota hanc decisionem, quia plura in ea de materia decimarum decisa sunt.

XXII.

Bona fideicommisso perpetuo, sive majoratui supposita, etiamsi emphiteutica sint, non tenentur ad solutionẽ quindenni. p.63.n.123

XXIII.

Manus mortuæ, ut sunt Ecclesiæ, Monasteria, universitates, & his similia, tenentur solvere quindennium ex bonis censitis sibi jam adquisitis. ibid.n.125

XXIV.

Jurisdictio concessa Magistro, & Alcadiis domus Monetæ, ad causas civiles, & criminales Monetariorum, privativè concessa est quoad alios Judices. pag.66.n.17

XXV.

Monetarii non fruuntur privilegio fori in causis delationis tormentorum igneorum cum silice. pag.67.n.26

XXVI.

Vacante Præceptoria alicujus Ordinis militaris, quæ obtinet vocem in Brachio, sive Stamento Ecclesiastico, administrator illius Præceptoriæ non consequitur interventum in dicto Brachio, aut Stamento. pag.86.n.4

XXVII.

Uno, aut altero ex Deputatis Generalitatis Regni noviter electis, impedito, non suspenditur juramentum cæterorum, neque antecessor continuat, si adsint Deputati ex omnibus Stamentis. pag.84.n.37

XXVIII.

Deputatis omnibus unius Brachii impeditis ad juramentum præstandum, Deputati cæterorum Brachiorum jurant, & antecessores impeditorum continuant, ne pro illo Brachio deficiat. ibid.n.37. in fin.

XXIX.

Impedimentum unius ex eligendis, non extenditur ad alios in concursu sortis, quando non est præfinitus numerus concurrentium pro forma electionis. pag.87.n.23

XXX

Nullitas electionis a Principe facta ad insaculationem unius, licet quoad ipsum deficiat in forma, non vitiat electionem aliorum, qui juxta formam electi sunt. ibid.n.26

XXXI

Insaculatus ad officia Generalitatis, vel actu officialis pro strenuo Brachio militari, si suscipiat Ordinis militaris insigne, ipso facto amittit jus insaculationis, & officium quod obtinebat. pag.8.n.35 & pag.138.n.4

XXXII.

Bona Militis mole creditorum gravati venduntur, deductis bonis assignatis ad alimenta, non obstante privilegio militari, ne conveniatur ultra quam facere possit, nam huic fit satis relictis alimentis. pag.90.n.22

XXXIII.

Hæredes debitoris Generalitatis non fruuntur privilegio militari, ne conveniantur ultra quam facere possint, etiamsi militares sint. pag.91.n.39

XXXIV.

Debitores Generalitatis tenentur solvere usuras retardatæ solutionis ad rationem pensitationis censualium, quæ respondentur per ipsam Generalitatem. pag.92.n.47

XXXV.

Justitia Civilis, ex catalogo Civium electus noviter, jurare potest, etiamsi Justitia Criminalis anni antecedentis continuare debeat ob impedimentum successoris, tuncque minime dici potest, ambos ejusdem ordinis esse, nam momentanea censetur illa detentio. pag.94.n.26

XXXVI.

Noviter electi ad officia dividuæ naturæ, quales sunt Justitiæ, & Assessores, ob impedimentum unius non debent tepelli à præstatione juramenti, & immissione in possessionem officiorum. ibid.n.26

XXXVII.

Causæ evocatæ ad Regiam Audientiam, absente, Domino Rege, vel Prorege, per de-

cem dies à termino generali Urbis, devoluntur ad Judices ordinarios, ad quos seclusa evocatione spectabant. pag.98.n.28

XXXVIII.

Causæ per sententiam decisæ in Regia Audientia non devolvuntur ad Ordinarios, ex absentia Proregis, vel Regis. ib. n. 30. & seqq.

XXXIX.

Observantia contra foros non censetur præscripta ante lapsum triginta annorum, etiamsi habeat causam discontinuam. p.98.n.32

XL.

Ordinarii Judices, ad quos causæ devolvuntur, non possunt remittere pœnas, quas aliàs secluſa devolutione condonare nequibant. ibid. n.33

XLI.

Cessante absentia Regis, vel Proregis, causæ redeunt ad Senatum absque nova evocatione, etiamsi Ordinarius ad aliquos actus devenerit. ibid.n.34

XLII.

A declarationibus factis per Juratos Urbis in causis ad eos spectantibus ex jurisdictione privativè cõcessa provocari potest ad Senatũ, dum specialiter non interdicatur. p.103.n.38

XLIII.

Ordinationes officiis mechanicis concessæ per Juratos in gradu appellationis reformantur, moderantur, & meliorantur in Regia Audientia. pag.104.n.39

XLIV.

Causæ statutorum Urbis, vulgò appellatorum *Stabliments*, & spectantes ad impositionem contributionum, atque assisiarum, non sunt evocabiles, etiamsi sint possessoriæ, apud nos appellatæ *Firmæ juris*. ibid.n.39

XLV.

Jurisdictio privativè concessa Juratis Urbis procedit in his causis, quæ ducuntur versus quos Civitas habet fundatam intentionem, non autem in aliis causis. p.104.n.40.in fin.

XLVI.

Syndicum, seu Legatum mittere ad D. Regem nequeunt Generalitas, & Urbs inconsulto Prorege, & sine ejus facultate, atque licentia. p.105. n.49

XLVII.

Lapsus triennii vacantis non expectatur, ad hoc ut officia Urbis in commendam obneri possint ab eo, qui in proprietate obtinuerat. p.116. n.19

XLVIII.

Lite durante super officio temporali, si tempus elapsum fuerit, electus remanet exclusus, nam tempus litis computatur in anno, vel triennio. ibid.n.20

XLIX.

Juratus ex Civibus cingulum militiæ obtinendo, amittit officium, si titulum militiæ in forma expeditum consequatur. ibid.n.26

X.

Accusatio sine subscriptione ad pœnam talionis juxta fori formam, nullius est momenti, pag.117.n.31

LI.

Consuetudine immemoriali quæsitum est Syndico Urbis, quòd possit accusare utiliter sine legitima subscriptione ad pœnam talionis: ibid. n.36

LII.

Ad officia Justitiæ, Jurati, Ædilis, & Consiliarii Urbis, requiritur ætas viginti quinque annorum completorum, aliàs nulla est electio. p.120. n.14

LIII.

Judices Regii cognoscunt de causis bonorũ *de realengo*, ab Ecclesia, vel Ecclesiasticis possessis, etiamsi actio intentata personalis sit, dũ sit respectu dictorum bonorum. p.145.n.23

LIV.

Rescripta Principis juri tertii derogantia, eo inaudito executioni mandari non debent, quin Princeps consulatur. p.127. n.16

LV.

Officiales titulati sancti Officii Inquisitionis fruuntur immunitate quoad præstationem jurium Urbis, sicut cæteri immunes. ibid.n.14

LVI.

Exemptio à præstatione jurium Civitatis non oberat officialibus titulatis sancti Officii Inquisitionis, quominus ad officia Urbis, & eorum concursus admitterentur ante secundam concessionem insaculationis. p.128.n.34

LVII.

Impedimentum ad honores proveniens ex accusatione criminali advetsus eligendum instituta, non obest quominus eligatur, si annus elapsus sit, & per eum non steterit quòd causa non decidatur. p.130.n.32

LVIII.

Quando inquisitus, vel accusatus non venit infamiæ nota afficiendus apud probos, & honestos viros, accusatio, vel inquisitio non obest ad honores. ibid. n.32

LIX.

Electio nulla est, si approbati judicialiter excludantur; etiamsi ab approbationis decreto provocatum fuerit, vel nullitates versus ipsum propositæ, quanquam non interfit inhibitio, sive mandatum de nihilo innovando in electione. p.131.n.4

LX.

Apellatio interposita ab electione post juramentum, sive possessionem electi, suspendit exercitium, si appellans ante possessionem protestatus fuerit, eodem pacto ac si antea provocatum fuisset. p.132. n.20

LXI.

Electio peccans in forma positiva nullius momenti est quoad omnes; si autem peccaverit in aliis circunstantiis, vel solemnitatibus tantùm erit nulla quoad inhabiles. p.133.n.24

LXII.

LXII.

Electio facta excluso habili, licet non deficiat in forma, nulla est, quia excluſus habet jus quæſitum ad ſortem, & incertus eſt ſortis effectus. ibid.n.25

LXIII.

Electio devolvitur ad ſuperiorem, ſi electores ſcienter inhabilem ad ſortem admiſerunt, vel habilem excluſerunt. ibid.n.27

LXIV.

Electio, quæ fieri debet per ſuperiorem jure devolutionis, ex matriculatis habilibus ad ſortem fieri debet. ibid. n.27

LXV.

Ut devolutio electionis evitetur, in dubio præſumendum eſt, electores ignoraſſe nullitatem, vel inhabilitatem, cùm conſiſtat in facto occulto, & jure intricato. ibid.n.29

LXVI.

Devolutionis jus ſublatum per *for.*21. *Cur. anni* 1626. eſt quoad electiones ad inſaculationes, ſive matriculas, non verò reſpectu electionum per ſortem fiendarum ex jam matriculatis. ibid.n.32

LXVII.

Electio facta de aliquibus inhabilibus ignoranter, non devolvit jus eligendi ad ſuperiorem, ſed ipſi electores, quibus electio commiſſa eſt, poſſunt iterum electionem perficere. ibid.n.34

LXVIII.

Juriſdictio Conſulum maris non eſt prorogabilis ex partium conſenſu, nec virtute pacti electionis, & renuntiationis fori. p.134. n.8. *Et nota hanc deciſionem, quia pulchra eſt ad plura ex his, quæ in hoc volumine tradun-tur de diſtributione juriſdictionis in Magiſtratus Urbis.*

LXIX.

Juriſdictio Præfecti incilium, vulgò *Cequier*, conceſſa eſt urbi, vel oppido præcipuo diſtrictus, ita ut ſi in termino generali reperiatur aliqua Baronia, cognitio rerum ſpectantium ad incile commune, & irrigationes ex eo, non pertinent ad Baronem, ſed ad Cequiarium, nomine illius Univerſitatis. p.136. num. 22

LXX.

Ætas viginti quinque annorum requiſita ad officia Urbis, non requiritur ad munus Curatoris operum publicorum, apud nos appellari *Obrer de murs, y valls.* Neque qualitas contractus matrimonii. p.139.n.19

LXXI.

Exteri obtinentes civilitatem in urbe immunes ſunt à præſtationibus, à quibus veri Cives immunes reperiuntur. p.152.n.46

LXXII.

Immunitas, quæ reſultat Civibus fictis ex conceſſione civilitatis, poteſt per Principem limitari, & modificari. pag.153.n.73

LXXIII.

Subjuſtitia, ſive Juſtitia tercentorum ſolidorum, eſt Judex querelarum damni illati in agris, apud nos dictatum *clam de tales*, privatione ad alios; etiamſi damnum inferens ſit ex Collegio monetariorum. p.155.n.11

LXXIV.

Poſſeſſio, cui jus reſiſtit, non eſt manutenibilis. pag.160.n.35

LXXV.

Baro per actum, quo renuntiare videtur ſuo juri, amittit juriſdictionem, & ſic fit cauſa evocabilis ad Senatum, quæ aliunde evocari non poterat. p.163.n.62

LXXVI.

Ex offenſa facta Baroni cauſa officii, ſive ad officium ſpectante, ipſe Baro non redditur ſuſpectus ad cognoſcendum in illa cauſa. ibid. n.63

LXXVII.

Si autem offenſa fiat perſonæ Baronis ex cauſa privata, tunc redditur ſuſpectus, & non poteſt cauſam judicare. ibid.n.63

LXXVIII.

In quatuor caſibus de novo Baronibus conceſſis per *for.* 150. *cum ſeqq. Curiar, anni* 1604. juriſdictio conceſſa eſt cumulativè. pag.164. n.66

LXXIX.

Baro cognoſcere non poteſt de criminibus patratis in Baronia per Regios officiales ibid.n.73

LXXX.

Baro cognoſcere nequit de crimine vaſalli obtinentis ſalvam guardiam Principis. ibid. num.74

LXXXI.

Baro cognoſcere non poteſt de offenſa facta per ſuos vaſallos cuicunque Regio officiali, etiam intra Baroniam. ibid.n.76

LXXXII.

Baro, qui intra diſtrictum Baroniæ habet oppida, in quibus juriſdictio infima ſpectat ad alium, poteſt in illis oppidis apponere officialem, qui cognoſcat de cauſis ad Baronem ſpectantibus. p.165.n.91

LXXXIII.

Obtinens Baroniam jure pignoris, juriſdictionalia omnia adminiſtrat. ibid.n.91

LXXXIV.

Pœna exilii perpetui imponi non poteſt per dominum juriſdictionis Alfonſinæ, ſed per obtinentem merum imperium, & ſic Dominus Alfonſinæ cognoſcere nequit de crimine homicidii in rixa patrati. pag.168. num. 8

LXXXV.

Domino juriſdictionis Alfonſinæ debetur dimidium pœnæ pecuniariæ impoſitæ per obtinentem merum imperium ratione criminum intra territorium oppidi domini Alfonſinæ

sinæ patratorum, pag.169.num.14.

LXXXVI.

Ad venditionem censualis per universitatem faciendam requiritur facultas, sive licentia Domini obtinentis supremam jurisdictionem sub nullitatis decreto, ita ut nequaquam sufficiat licentia Domini Alfonsinæ jurisdictionis, sive mixti imperii. ibid.n.21

LXXXVII.

Exceptio nullitatis contractus censualis ob defectum licentiæ Domini meri imperii opponi potest in judicio executivo juxta foros. ibid. n.25

LXXXVIII.

Pensiones solutæ ratione censualis quod nullum declaratur ob defectum licentiæ Domini meri imperii, non debent computari in sortem. ibid. n.26

LXXXIX.

Facultas, aut consensus Domini primi censualis ad imponendum secundum super re primò subjugata, in tantum reddit secundum nullum, in quantum præjudicium infert primo. pag.170. n.27

XC.

Jurisdictio rei censitæ uti censitæ spectat ad Dominum directum, etiamsi emphyteuta sit pupillus, vidua, miserabilis persona, universitas, vel Collegium. pag.172.n.9

XCI.

Quæstio inter Dominum directum, & emphyteutam, si non sit de re censita uti censitiva, coram ordinariis agitari debet. pag.173. num.21

XCII.

Judici delegato per Dominum directum, non debet dari conjudex, seu associatus in prima instantia, nisi causa legitima urgente. ibid.n.22

XCIII.

Conjudicis, vel associati nominatio non pertinet ad Dominum directum, si Senator Regius esse debet, sed ad ipsum Senatum. ibid. num.27

XCIV.

Associati, sive Conjudices desumpti ex Regio Senatu, præferuntur cuicunque Judici cui assignantur. ibid.n.32

XCV.

In oppidis, in quibus jurisdictio suprema, seu merum imperium concessum est Dominis titulo gubernatorio, Judices ordinarii districtus possunt cognoscere de criminibus in eis patratis, ita ut sit locus præventioni inter ipsos, & Dominos. pag. 174

XCVI.

Jurisdictio suprema titulo gubernatorio concessa, privativa est quoad Curiam Gubernationis, ita ut Gerens vices Gubernatoris in illis oppidis non possit cognoscere. ibid. num. 12.

XCVII.

Magistratus, vel Officialis, cui à lege, vel Principe datus est Assessor, vel alias Assessorem sumere debet, necesse habet consilium ipsius sequi. pag.180.n.37

XCVIII.

Officiales Baronum ad nutum amovibiles, revocari possunt absque causæ cognitione ibid. n.47.

XCIX.

Magistratus judicans de consilio Assessoris sibi dati ministerio legis, vel à Principe, excusatur, etiamsi iniquam sententiam tulerit. pag. 181. num. 57

C.

Officialis, seu Magistratus, animadvertere in Assessorem, vel Locumtenentem, fruentes eadem jurisdictione nequit, quia par in parem non habet imperium. pag.183.n.87

CI.

Assessor ordinarius obtinens de publico salarium, tenetur solvere delegato, vel substituto mercedem laboris. ibid. n.90

CII.

Delegatus officialis debet habere easdem qualitates, quæ in Officiali requiruntur, & sic Advocatus non versatus in praxi per biennium, munus Delegati, vel Substituti Assessoris subire nequit. pag.185. n.107

EX LIBRO SECUNDO.

CIII.

Contentio juridictionum sive competentia, saltim quoad dubium notorietatis, admitti debet per judicem Ecclesiasticũ, etiam si reus, de quo agitur, Ecclesiasticus sit, & detineatur per judicem Ecclesiæ, pag.197. num. 53

CIV.

Competentia suscitata juxta concordata per serenissimam Reginam Eleonoram, & Cardinalem Convenarum, debet admitti per Ordinarium Ecclesiasticum, dum agitur de relevando vi oppresso, etiam in rebus Ecclesiasti ci. pag.202.n.88

CV.

In competentiis juxta concordiam suscitatis, electio arbitrorum pertinet ad curias contendentes, non autem ad partes, quarum interest, vel negotium tangit. pag.207.n.114. & pag.208. n.120.

CVI.

Curia aliqua procedendo per concordiam, referibere ad aliam Curiam nequit, sine nominatione Arbitri. pag.207. n.117

CVII.

Curiæ contendentes, in primis, & secundis

literis, uti debent verbis exhortativis; in tertiis vero, verbis præceptivis uti possunt. pag.208.n.118

CVIII.

Unus arbitrorum, sine alio in causa competentiæ minimè procedere potest, quia amborum jurisdictio est. ibid.n.120

CIX.

Ob retardatam solutionem expensarum, non debet, nec potest differri nominatio arbitrorum. ibid.n.120

CX.

Literæ remissæ per unam Curiam absque arbitri nominatione, non ex eo revocandæ sunt, sed temperandæ, vel corrigendæ arbitrum nominando. ibid.

CXI.

Literæ competentiæ expeditæ contra stylum procedendi, revocandæ omnino sunt. ibid.

CXII.

Votum cujuslibet ex Arbitris, latum post terminum quinque dierum, nullius momenti est. p.209.n.123

CXIII.

Curiæ consensum præbere debent ad prorogationem termini foralis assignati, ad expeditionem, & decisionem causæ competentiæ, sed prorogatio facienda est per Cancellarium. ibid.n.126

CXIV.

Advocatus Fiscalis nominari solet Arbiter in causis competentiæ jurisdictionis, pro Regia jurisdictione; quæ quidem nominatio fit ratione muneris ipsius: & sic mutata persona Fiscalis, Arbiter censetur successor, absque alia nominatione, etiamsi antecessoris nomen, expressum in literis reperiatur. Quod pariter procedit respectu Vicarii Generalis Curiæ Ecclesiasticæ, qui eodem pacto nominari soler. p.216.n.136

CXV.

Competentia pendente; licet nihil innovandum sit, non debet sic intelligi, respectu receptionis informationis summariæ, ne interim probationes pereant, & delicta remaneant impunita. p.211.n.144

CXVI.

Reus ad Ecclesiam confugiens potest detineri catenis, arque vinculis alligatus, totóque genere custodiæ adhibito, nullo spectato Episcopi consensu. ibid.n.150

CXVII.

Reus ad Ecclesiam confuga si non potest gaudere immunitate notorie, ob criminis qualitatem, extrahi potest per Judicem laïcum non spectato consensu Ecclesiastici. ibid.n. 151.& pag.212.n.160.

CXVIII.

Reus confuga extractus ob causam urgentem, per laïcum ab una Ecclesia, potest alteri restitui, quia de Ecclesia ad Ecclesiam non datur spolium, etiam in diversis Diœcesibus. pag.212.n.155

CXIX.

Reus vulnerans, vel occidens ex loco remoto ab Ecclesia, cum qui adest in Ecclesia, vel è contra, in Ecclesia deliquisse censetur, & sic non gaudet immunitate. ibidem, numero 163

CXX.

In causa contentionis sufficit Fisco Regiæ jurisdictionis semiplena probatio criminis circunferentis jurisdictionem. p.217.n.187

CXXI.

Delinquens in ipsa Ecclesia, licet leviter, non fruitur immunitate illius. p.213.n.168

CXXII.

Delinquens casu magis, quàm animo deliberato, & doloso in loco immuni non amittit immunitatem. ibid.& p.213.n.169

CXXIII.

In causis mixti fori Judex Ecclesiasticus solum potest procedere in laicos per censuras, non autem per capturam, aliámve districtionem corporalem. p.214.n.171

CXXIV.

Episcopus non potest procedere in laicos concubinarios, quin præcedat trina monitio. ibid.

CXXV.

Clericus factus post commissum crimen, in fraudem jurisdictionis laïci, si ad minores Ordines tantum promotus est, remanet sub laïci jurisdictione, tam quoad bona, quàm quoad personam: si autem ad majores Ordines promotus reperiatur, districtio personæ ad Ecclesiasticum spectat, bonorum verò ad laïcum. p.215.n.173

CXXVI.

Ut Clericus beneficiatus gaudeat privilegio fori, tria probare tenetur Clericatum, titulum, & possessionem Beneficii. p.216.n.175

CXXVII.

Vicarius Capituli Sede vacante non potest assignare Ecclesiam ad serviendum Clerico juxta Tridentinum, ut fori privilegio fruatur, signanter absque speciali mandato. ibid. num.175

CXXVIII.

Clericus conjugatus cum unica, & virgine, in causis civilibus, non gaudet privilegio fori Ecclesiastici. ibid.n.177

CXXIX.

Clericus conjugatus carcerandus pro delicto civili, detrudi debet in carcerem per Judicem Ecclesiasticum, & detineri ad nutum Judicis laïci. ibid.

CXXX.

Famuli laïci Episcoporum, apud nos, non fruuntur privilegio fori Ecclesiastici. p.217. num.181

CXXXI.

Eremitæ, Tertiarii, & similes, non gaudent privilegio fori, nisi emiserint tria vota substantialia, & vixerint sub legitimi superioris Ecclesiastici obedientia. ibid.n.187

CXXXII.

Quæstio solutionis gabellæ, in eo qui non habet fundatam intentionem immunitatis, ad Judicem laïcum spectat. p.218.n.190

CXXXIII.

Rex est Judex exemptorum Ecclesiasticorum, qui à jurisdictione Ordinarii eximuntur, & non habent Judicem in Regno. p.220. n.205. & seq.

CXXXIV.

Quilibet Judex Regius obtinens merum, & mixtum Imperium, potest suscitare contentionem cum Judice Ecclesiastico, juxta nostram concordiam. p.221.n.217

CXXXV.

Comminationes pœnarum, imponendarum Judicibus Ecclesiasticis jura Regia turbantibus, injungendæ sunt personaliter: nam procurator, quamtumvis generalis, non potest principalem crimini subjicere. ibid.n.225

CXXXVI.

Clericus simpliciter tonsuratus, etiamsi Beneficium obtineat, non gaudet privilegio fori in criminibus atrocioribus, contentis in Bulla Julii III. data probatione aliquali incorrigibilitatis, vel inveterationis. p.227. n.66. & seq.

CXXXVII.

Inquisitor antiquior nolens acceptare conferentiam juxta concordata compellendus est per occupationem temporalitatum, & cæteras pœnas usu receptas. p.231.n.23

CXXXVIII.

Familiares sancti Officii Inquisitionis non gaudent privilegio fori in criminibus patratis cum sclopo, p.232. n.40

CXXXIX.

Comites, Barones, ac Vassallorum domini admitti non debent in Familiares S. Officii Inquisitionis, & si de facto admittantur, non gaudent privilegio fori, ibid. n.41

CXL.

Milites novitii Ordinum Militarium gaudent in omnibus privilegio fori, p.270.n.64

CXLI.

Milites Ordinum Militarium tanquam veri Religiosi fruuntur privilegio immunitatis à præstatione vectigalium sicut cæteri Ecclesiastici, p.271. n.67

CXLII.

Uxor Militis Montesiæ gaudet privilegio fori mariti, tam in civilibus, quàm in criminalibus, p.272. n.75

CXLIII.

Viduæ Militum Ordin. Montesiæ conservant privilegium fori mariti, dum in eo statu permanent. ibid.

CXLIV.

Officialis Bajuliæ non gaudet privilegio fori in crimine patrato cum sclopo, extra muneris exercitium. p.287.n.19

CXLV.

Advocatus Fiscalis judicat contentiones jurisdictionum inter Bajulum generalem, & alios Regios Officiales Regni. ibid.

XCLVI.

A sententia lata per Regii Fisci Advocatum in causa contentionis jurisdictionum inter Regios Administros concessum est remedium appellationis. pag.288.n.27

CXLVII.

Causa criminalis prosequi potest ad sententiam usque, contra mandantem, etiamsi non constiterit plenè de mandatario, dummodo adsint judicia sufficientia ad nominandam illius personam, p. 293.n.15

XCLVIII.

Corpus delicti in crimine propinati veneni probari nequit ad pœnam ordinariam imponendam, nisi adhibeantur periti, ibid. num.19

CXLIX.

Judicium obstetricium probat corpus delicti in stupro, quamquam fallax in aliquibus reperiatur. pag.294. n.27

CL.

Corpus delicti non debet necesse probari per inspectionem, sufficit enim probatio per testes, dum concludens sit. ibid. n.30

CLI.

Testi torquendo tanquam verisimiliter de crimine informato, sive convincatur ex suo dicto, sive ex alienis, non est concedenda copia indiciorum. p.296. num.54

CLII.

Minor decem & octo annis, licet torqueri nequeat juxta foros, potest tamen ferulæ cædi ad eruendam veritatem. ibid.n.59

CLIII.

Testium depositiones in criminalibus vitiantur ex defectu subscriptionis testium, vel signi Crucis cum duobus attestantibus Crucem, juxta *forum* 105. *Curiar. anni* 1626. p.297.n.64

CLIV.

In accusationibus, si accusatus est persona, in qua non cadit facilitet suspicio criminis, non solet admitti accusator, nec captura decernitur, quin per informationem constet de indiciis sufficientibus ad capturam. p.298. num.9

CLV.

Fœmina cujusvis status detineri debet sub custodia in loco decente illius statui, si crimen grave sit. ibid.n.14

CLVI.

Reus respondere recusans judici interro-

gant

ganti, tribus mandatis comminatus, hoc est, simplici, pœnali, & sub pœna convicti & confessi, condemnari ex hac confessione potest. pag.300. n.19

CLVII.

Reus confitens delictum cum qualitate minuente pœnam, non potest condemnari ad pœnam ordinariam, dum Judex ea confessione opus habet. p.301.n.28

CLVIII.

Testes deponentes de puncto juris, minimè probant, cum id pertineat ad Judicem, & non ad testes. p.304. n.19

CLIX.

Fiscus recursus remedio juvari potest à gravamine illato per relationem Juratorum, & Majoralium artis Notariæ, in solemnitate adimplenda in crimine falsi juxta *for* 104. *de Cur. & Bajul.* ibid. n.32

CLX.

Testes pro reo recipi non debent in articulo recursus emissi per Fiscum, vel accusatorem in relatione peritorum ad crimen falsi gravatum. ibid. n.36. & seq.

CLXI.

Ex qualitate aggravante delictum, & augente pœnam, non narrata in accusatione, sequi potest condemnatio, dummodo ex taciturnitate illius non auferatur reo justa defensio. p.307. n.10

CLXII.

Testes repeti, vel produci possunt eodem die quo reus respondit super accusatione, cum terminus dilationis censeatur juxta foros factus, non verò dies. ibid.n 20

CLXIII.

Dilatio probatoria in criminalibus prorogari potest per Judicem actori, si ex legitima causa intra primam dilationem petierit. ibid. num.23

CLXIV.

Restitutio in integrum non conceditur majori ex clausula generali ad probandum, etiamsi diversa capitula per eum proponantur in criminalibus causis, quamvis juramento asseratur noviter factum in eis contentum ad notitiam illius devenisse, quin verisimilitudo ignorantiæ concurrat. ibidem, num. 26

CLXV.

Dies feriati etiam in honorem Dei habilitari possunt ad actus judicii criminalis, legitima causa existente, quamvis sint ex contentis in foro. p.308.n.31. seq.

CLXVI.

Ex morbo fontico dies differri nequit reo carceribus mancipato, dum compos mentis reperitur ad parandam justam defensionem. ibid. num.42

CLXVII.

Reo condemnato contumacialiter factis citationibus in loco delicti, quia resultabat ex actis eum non habere domicilium certum, si quando capitur probare intentat domicilium habuisse, audiendus non est. pag.310. n.7

CLXVIII.

In Curia Judicis Ordinarii Urbis, juxta stylum, commissio non conceditur in scriptis Apparitori ad citandum reum absentem extra quatuor milliaria, sive leucam, sed ore tenus ei tribuitur. p.311.n.13

CLXIX.

Proclama in processu contumaciali non potest publicari in die accusationis contumaciæ linearum, & si fiat ritus processus vitiatur. ibid. n.18

CLXX.

Deficiente declaratione convicti, & confessi in causa contumaciali, corruit condemnatio, etiam si ritus legitimus reperiatur in cæteris. p.312. n.30

CLXXI.

Ritu processus contumacialis in minimo deficiente, processus, & sententia corruunt, nam in his qui cadit à syllaba cadit causa. ibid.n.34

CLXXII.

Reo capto intra annum non evanescit processus contumacialis, nam hoc beneficium concessum est sponte intra annum comparentibus, qui computandus est à die contumaciæ. pag.313.n.36

CLXXIII.

Quando reus contumacialiter condemnatus audiendus est, ex eo, quod remissus sit à Regno Castellæ, juxta concordata Regnorum, processus validus remanet, & solum admittitur ad probandum defensiones. ibid. num.39

CLXXIV.

Reo admisso ad defensiones juxta concordata Regnorum Valentiæ, & Castellæ concedenda est copia processus, ut defensiones proponere valeat. ibid.n.42

CLXXV.

Dilatio concedenda reo, ex Regno Castellæ adducto, juxta Senatus observantiam, est quinque dierum, sed non ita, ut tres dies assignentur ad materiam principalem, & duo ad objectivam; sed omnis dilatio conceditur ad defensiones proponendas. ibid.

CLXXVI.

Reus minor viginti annis, restituitur adversus contumaciam, & condemnationem subsecutam in processu absentiæ, formato juxta foros, & pragmaticam. ibidem, numero 43

CLXXVII.

Pluribus reis contumacialiter condemnatis in eadem sententia, si unus propter minorem

rem ætatem restituitur, sententia firma manet quoad alios. ibid. n.44. & seq.

CLXXVIII.

Si domicilium in quo habitabat reus tempore patrati criminis dirutum, aut demolitum reperiatur, quando citationes ad causam contumacialem fiunt, citari debet in solo domus dirutæ, vel demolitæ. pag.314. num. 47

CLXXIX.

Assignatio amplioris termini statuti per pragmaticam in citatione linearum vitiat processum contumacialem, etiamsi videatur ampliatio favorabilior reo. ibid.n.59

CLXXX.

Dies citationis utilis esse debet, tam in loco Curiæ, quàm in loco in quo citatio fit. pag.315.n.61

CLXXXI.

Mala fama requisita per forum ad condemnationem ejus apud quem reperta fuit res furata, debet esse in eodem genere mali, non enim sufficit mala fama in genere. p. 317. n.7

CLXXXII.

Ex parte magni furti reperta penes aliquem non potest sequi condemnatio ad pœnam ordinariam totius furti, sed ad pœnam correspondentem parti inventæ, vel ad extraordinariam totius. ibid.n.14

CLXXXIII.

Si valor rei furatæ excedit quinquaginta libras monetæ Valentiæ, non imponitur pœna simplicis furti, sed gravior quanto magis appropinquatur centum libris. pag.318. num.18

CLXXXIV.

Ut reus condemnetur ad pœnam ordinariam ob tertium furtum, non requiritur, quod præcedat condemnatio primi, & secundi; sed sufficit probatio. Ad hanc conclusionem limita, si cuncta furta sint exiguissima, quia ob parvitatem materiæ leniendum est de acerbitate pœnæ capitalis. ibidem, num.18

CLXXXV.

Quando qualitas patrati furti includit pœnam capitalem in minima parte, ex istius inventione condemnatio sequi debet ad pœnam ordinariam. ibidem, numero 19

CLXXXVI.

Reo condemnato ad pœnam extraordinariam furti, ob defectum probationis, non potest condemnari ad restitutionem rei ablatæ. ibid.n.21.& seq.

CLXXXVII.

Extorquere pecuniam ab extrahentibus mercimonia à Regno non solutis gabellis, non dicitur furtum in Satellitibus, & Bircoatiis; sed crimen Barataríæ, concussionis, vel extorsionis, ob quod pœna non debet regulari juxta crimen furti. ibid. num. 26. & seq.

CLXXXVIII.

Pecunia extorta per Barataríam restituenda est per reum; sed quando adest turpitudo dantis non ei applicatur, sed Fisco. ibid.n.29

CLXXXIX.

Quando lex solum considerat factum in crimine falsi, sufficit quod falsitas sit apta nocere; ut pœna ordinaria subsequatur. pag. 319. num.34

CXC.

Conficiens instrumenta publica de re vere gesta, tanquam Notarius, & persona publica, cum non sit; non punitur pœna ordinaria falsi, sed arbitrariè. ibid. num.35. & seq.

CXCI.

Occidens aliquem nulla præcedente causa, vel occasione, sed omnino voluntariè æquiparatur occidenti deliberatè, & punitur pœna ordinaria. ibid. n.40

CXCII.

Occidens sine causa torqueri potest, ut dicat de mandante, etiamsi aliunde non constet ex mandato alterius fecisse, quia cum nemo præsumatur delinquere sine causa si propriam non habet, verisimiliter ad alterius instantiam fecisse creditur. ibid.

CXCIII.

Qualitas aggravans pœnam homicidii, probanda est per Fiscum, nam in quolibet genere homicidii imposita reperitur specialis per foros, & ut pœna subintrare possit debet accusator illam qualitatem probare. pag.320.num.45

CXCIV.

Aggressor voluntariè provocans ad rixam punitur gravius de homicidio secuto, & per eum petrato, quia quando excedens est auctor rixæ, & initium facti voluntariè tendit ad rem secutam, tenetur de excessu, quia non præsumitur casu deliquisse. ibid. n.50. & seq.

CXCV.

Pœna quingentorum aureorum imposita per *Privil.* 23. §. *idem dicimus in extravag.* occidenti Clericum, non potest subintrare quin concludenter appareat de qualitate clericatus occisi. p.321.n.57

CXCVI.

Aureorum contentorum *in d. privileg.* 23. valor, pendi debet juxta communem æstimationem solidorum aureorum, quod idem est, ac *escudos de oro*. ibid.n.60

CXCVII.

Maritus occidens uxorem adulteram non in flagranti apprehensam, sed ex intervallo, pœna capitali est puniendus. ibid.n.64

CXCVIII.

CXCVIII.

Vir inveniens uxorem ducendo vitam meretricem per Urbem, & eam necans, videtur deprehensam in adulterio necasse, & sic excusatur à pœna ordinaria. pag.322. num.71.

CXCIX.

Animus deliberatus occidendi in pluribus probatur ex inimicitia capitali præcedente, & repentino mandato cum celeri executione, & quanquam non omnes occidisse appareat, cuncti tenentur eadem pœna. ibid. num.74. & seq.

CC.

Auxiliatores ante delictum mitiori pœna puniuntur, si auxilium non contineat expresse consensum cooperativum ipsius delicti. p.324.n.91

CCI.

Birroarius auxilium præstans post crimen patratum, non pœna ordinaria, sed extra ordinem debet puniri: quæ pœna commensuratur in Regno, ita ut pœna duplicata plectatur, ac puniretur quilibet privatus. ibid. num.100

CCII.

Occidens Clericum resistentem familiæ atrociter cum sclopo, ad sui ipsius defensionem, nequaquam delinquit, sicque absolvendus est, etiam à pœna *for.*31. *de criminibus.* pag.325. n.110. & seq.

CCIII.

Domus alieni habitaculi aggressor animo damnificandi, etiamsi leve damnum intulerit, vel nullum, pœna capitali punitur. p.326. num.120.

CCIV.

Ut pœnæ ordinariæ sit locus in crimine aggressionis domus, non est necesse, quòd aggressus sit dominus, vel conductor domus, sed sufficit, quod in ea habeat constituros lares. ibid. n.121

CCV.

Si ex vico, vel via aliquid projiciatur, ita ut existens in proprio domicilio offendatur, pœna fori subintrat. pag.327. n.122

CCVI.

Aggressor alicujus domus libidinis causa, vel alterius cujusvis affectus repentini, non tenetur pœna fori. ibid. n.123

CCVII.

Ut quis teneantur pœna pragmaticæ ob divagationem in commitiva Bannitorum, requiritur divagatio per loca aliena, armorum delatio, atque delictorum pactatio: sed hæc crimina non sunt probanda in specie, sed generice, nempe commitivam, in qua reus incedit, crimina patrasse. ibid.n.125. & seq.

CCVIII.

Divagatio in commitiva, licet sit actus reiteratibilis, non probatur per testes singulares ad pœnam ordinariam imponendam; bene verò ad pœnam extra ordinem. ibid. num.131.

CCIX.

Divagatio momentanea in commitiva Bannitorum, quantumvis perniciosa, si fiat calore iracundiæ, punibilis non est. ibid. num.132

CCX.

Receptatori Bannitorum pœna pragmaticæ augetur usque ad mortem naturalem inclusivè, juxta receptatoris, & receptationis qualitatem, p. 328. numero 134. & seq.

CCXI.

Receptans frequenter Bannitos in prædio rustico, non præsumitur coactè facere, sed sponte, atque voluntariè, & sic punitur pœna pragmaticæ; secus si semel, aut bis receptaverit in loco, in quo Banniti prædominantes reperiuntur. ibid.

CCXII.

Pœna receptationis habet locum in unico actu si voluntariè, vel deliberatè fiat, remota omnimodè suspicione metus, aut violentiæ. ibidem.

CCXIII.

Qualitas augens pœnam, quia inhæret personæ mandantis, influit in mandatarium delictum exequentem, & è contra. ibid. n.137. & seq.

CCXIV.

Explodens tormentum manuale in quemlibet, licet non vulneraverit, dummodo clavem immitat appensatem, pœna capitali tenetur, dum in tormento glandes plumbeæ reperiantur. ibid.n.141

CCXV.

Explodens tormentum in rixa, casu magis, quàm dolo, non tenetur ad pœnam pragmaticæ, quamvis homicidium sequatur. ibid. num.143

CCXVI.

Pœna pecuniaria imposita per pragmaticam anni 1613. non respicit explosionem, sed delationem ad malos usus; & sic verificata hac qualitate, pœna subintrat, dum aliquod crimen patratur ignea arma deferendo, nisi crimen levissimum esset. p.329.n.146 & seq.

CCXVII.

Socii delinquentis cum armis igneis, non tenentur ad pœnam pecuniariam pragmaticæ, quin specificè probatum sit deliquisse associando eum specialiter in ipsa delatione. ibid.n.149

CCXVIII.

Omnibus deferentibus arma ignea, & uno explodente, vel alio crimen patrante, cuncti consentientes tenentur, nam omnes deferunt,

deferunt, & qualitas mali usus verificatur in auxilio præstito exequenti. ibid. num. 150

CCXIX.

Explodens arma ignea in rixa, non tenetur ad pœnam delationis mali usus, sed simplicis: quod intelligitur quando secum deferebat, secus verò si non asportaverit, & casu arma inveniens explosérit. ibidem, num. 151

CCXX.

Si pluribus mandetur delictum patrare cum sclopis, uno solvente cæteri liberantur à pœna ordinaria. pag.330.n.157

CCXXI.

Pedagogus filii domini, cognoscens prævignam illius, nempe filiam matris familias, comprehenditur sub dispositione *for.* 5. *de adulter.* quo pœna capitalis infligitur famulo cognoscenti filiam domini. p.331.n.163. & seq.

CCXXII.

Bona confiscanda juxta *forum* 14. *de adulter.* ob crimen raptus Fisco applicari debent, non verò fœminæ raptæ. pag. 332. num.173

CCXXIII.

Pœna confiscationis imponi nequit quando ob defectum probationis pœna capitalis subintrare non potest, cum publicatio bonorum copulativè à lege cum capitali indicta, non habeat locum, nisi ea etiam imponatur. ibid. n.178

CCXXIV.

Fama publica non probatur, quin testes rationem sui dicti reddant congruentem, nempe se publicè audivisse. pag.335. num.203

CCXXV.

Testes deponentes de visu, nocturno tempore, & dicentes noctem claram extitisse, & se distare à reo tempore criminis, per quinque passus, plene probant. p.336. n.204. cum seq.

CCXXVI.

Testes majores quatuordecim annis, & minores viginti, non probant plene ad pœnam ordinariam. ibidem, numero 212. & seqq.

CCXXVII.

Paupertas sola in teste non detrahit aliquid de fide, & sic testes ob solam paupertatem integræ fidei manent. p.337. n.218. & seq.

CCXXVIII.

Birroatii, & cæteri de familia non probant plene ad pœnam ordinariam. ibid. n.229. & seq.

CCXXIX.

Apprehensores rei si non sint de familia Curiæ, sed privati ad hoc vocati, plenè probant. pag.338. num.238

CCXXX.

Testis affinis inimici præsumpti, nempe fratris veri inimici, vel domesticus domestici, & similes, integræ fidei sunt. ibid. num.240

CCXXXI.

Fœminæ quamquam ob sexum integræ fidei non sint, admittuntur in testes, quando causa criminalis ducitur per inquisitionem. ibid. n.246. & seqq.

CCXXXII.

Confessio incidenter emanata circa negotium, de quo agitur generaliter inquirendo, probat plene. pag.339. num. 258. & seq.

CCXXXIII.

Confessio emanata coram Judice incompetente facit judicium ad torturam. p.340. num.266

CCXXXIV.

Prorogatio jurisdictionis in criminalibus admittitur in Regno Valentiæ, juxta opinionem Franciscí Romani. ibid. n.269

CCXXXV.

Sententiæ sacri nostri Senatus justa causa existente, scribi possunt ab Scribis mandati, aliàs, aut sententia, aut breviculum, vulgò *conclusio*, manu auditoris causæ scribendæ sunt. p.345. n.24

CCXXXVI.

Sententia Regia si aliter quam res se habet, ob lapsum calami exarata reperiatur, corrigi post publicationem potest. ibidem, num 29

CCXXXVII.

Sententiæ publicatio differri debet, etiamsi penes scribam reperiatur, quando nova instrumenta producuntur, ex quibus immutanda venit substantia pronunciationis, ne pronuntietur indefenso eo, in quem instrumenta illa probant. ibid.n.31

CCXXXVIII.

Nullitates propositæ versus sententiam criminalem, in Senatu examinantur; si probabiles reperiuntur, admitti debent, sin minus, statim rejiciuntur, & ad ulteriora proceditur. p.349. n.83

CCXXXIX.

Causa non supplicabilis reo, fit supplicabilis actori, vel tertio, cujus interest. pag.350. num.92

CCXL.

Literæ Consiliorum, aut Senatuum aliorum Regnorum exhibitæ, simul cum literis sacri supremi Aragonum Consilii, quas *sobrecarta* vocamus, non habent paratam executionem absque causæ cognitione, quia Supremus solum jubet exequi juxta foros, quæ clausula cognitionem aliqualem præsupponit. p.354.n.129

CCXLI.

CCXLI.

Qui est incapax alicujus beneficii, incapax pariter est pensionis reservatæ super fructibus ejusdem beneficii. p.355.n.133

CCXLII.

Emens rem litigiosam à Fisco, non remanet securus, imò ex sententia lata cum injunctione Fisci, præjudicatur, nam ea exequi potest in emptorem non vocatum. p.356. num. 139

CCXLIII.

Duo reperti dormientes in eodem lecto, habens unusquisque arma reprobatæ mensuræ juxta caput, tenentur pœna ordinaria delationis. p.330.n.158

EX LIBRO TERTIO.

CCXLIV.

Prima citatio ad litem, utiliter fieri potest procuratori absentis, sed si postulet, concedenda ei est dilatio ad Dominum consulendum. p.383.n.51

CCXLV.

Actor tenetur reo edere instrumenta de quibus mentionem fecit in libello, si judici necessarium visum fuerit; ut possit deliberare, an cedere liti, vel contendere velit. p.386.n.95

CCXLVI.

Dilatio deliberatoria conceditur, tam ad deliberandum, quam ad opponendas exceptiones dilatorias, sed probatio ad eas verificandas per testes, à foro non admittitur. pag.389.n.128.

CCXLVII.

Appellatio, vel supplicatio deneganda est à pronunciatione, *litem contestatam fuisse* ministerio legis per transitum dilationis. p.391. num.151

CCXLVIII.

Revisionis, vel correctionis remedium adhibens, si in eo succumbit, non potest alio remedio uti; secus dicendum est respectu adversarii, casu quo petens revisionem obtinuerit. ibid. n.160

CCXLIX.

Repulsa declinatoriæ fori, semel est appellabilis in Regno Valentiæ, & pariter supplicabilis. p.392.n.163

CCL.

Nullitates frivolæ, & improbabiles in calce libelli repellendæ sunt in judicio civili, in criminali vero summatim per ipsum libellum examinatæ, si tales reperiantur, nec libellus admittendus est. ibid.n.171

CCLI.

Nullitatum repulsa, in causa sui natura inappellabili, appellationem non admittit. p.393.n.173

CCLII.

Exceptio continentiæ causæ, quamvis dilatoria sit, admittenda est post litem contestatam, ne judicium retro nullum reddatur. pag 394.n.192

CCLIII.

Ne continentia causæ dividatur, lites diversæ speciei cumulandæ sunt. ibid.

CCLIV.

Litis pendentiæ exceptio, merè dilatoria est, & sic non debet admitti post litis contestationem. ibid. n.193

CCLV.

Respondere in judicio recusans, an hæres sit, comminandus est trina monitione; & persistens, convictus, & confessus pronunciandus. p.398.n.235

CCLVI.

Instantiæ factæ per Procuratorem habentem mandatum, sustinentur etiam si non ediderit in primo actu litis. pagina 399. num.248

CCLVII.

Instantiæ factæ per Procuratorem, non habentem mandatum concessum ante oppositam exceptionem defectus illius, nullæ sunt. ibid.

CCLVIII.

Instantiæ factæ nomine Procuratorio per non habentem mandatum, nullæ sunt, etiam si ratihabeantur, post oppositam exceptionem defectus. ibid.

CCLIX.

Mandatum contentum in scriptura non authentica, admitti potest in judicio, si concedens vi superiori impeditus reperiatur, ad concedendum ante publicam personam. p.400.n.258

CCLX.

Successor litem agens, uti Procurator antecessoris, posteaque ei succedens ex jure proprio, non potest per se, neque per alium, gesta per ipsum impugnare, quia judicium agnovit partes antecessoris fovendo. p.403.n.299

CCLXI.

Tutoris, vel Curatoris gesta in lite pupilli, vel minoris, bona fide, post finitum tempus satisdationis, rem pupilli salvam fore, sustinenda sunt. pagina 405. num.314

CCLXII.

Procurator Tutoris, vel Curatoris Dominus litis efficitur, per illius contestationem. ibid.n.319

CCLXIII.

Procurator Tutoris, vel Curatoris constitutus absque limitatione, finita lite per sententiam, licet appellare possit, non tamen

i prosequi

ptoſequſ appellationem,tanquam factus Dominus litis. ibid.n.322

CCLXIV.

Maritus dari non poteſt Curator bonis uxoris; ſi tamen datus fuerit,geſta per eum, ante oppoſitam exceptionem, ſuſtinenda ſunt. ibid.n.326

CCLXV.

Juramentum calumniæ poſtulatum coram actuario & non coram Judice, ſi omittatur præſtari,non reddit proceſſum nullum.p.411. num.9

CCLXVI.

Juramentum calumniæ poſtulatum coram judice, & per ipſum conceſſum, cenſetur remiſſum, ſi poſtulans proceſſerit ad ulteriora, vel conſenſum præbeat alteri litigatori procedere. ibid.n.10

CCLXVII.

Recuſans præſtare juramentum calumniæ, cadit à cauſa; ſed neceſſaria eſt judicis pronunciatio. pag.412.n.12

CCLXVIII.

Archiepiſcopi aſſertio, dum dicit non recordari de contentis in poſitionibus,ad quas reſpondere juſſus fuit, credenda eſt, & ſic non eſt cogendus iterum reſpondere. p.416. num.79

CCLXIX.

Procurator præjudicat Domino,in his quæ judicialiter confitetur; ſi reſpiciant litem ei concreditam;& ex contumacia illius,in non reſpondendo pariter præjudicium Domino infert, ſi ter monitus non reſponderit, & declaretur convictus,& confeſſus. pag.417. num.86

CCLXX.

Convictus; & confeſſus declaratus propter contumaciam in non reſpondendo, admitti debet, ſi contrarium probare voluerit. ibid. n.88

CCLXXI.

Publicatio teſtium confirmanda eſt,etiamſi aliqua ex partibus dixerit, teſtes ab ea productos, in ſcriptis non eſſe redactos; cum hoc,quod intra breve tempus aſſignandum, eos in ſcriptis redigi curet, quo elapſo abſque alio decreto publicati manent, & in actis inſerendi ſunt. pag. 421. num. 149

CCLXXII.

Dilatione probatoria pendente, ſi aliqui teſtes legitimè impediti reperiantur,nominatim, quoad eos, dilationis curſus ſuſpendendus eſt uſque ad publicationem. pag.422.n.157

CCLXXIII.

Dilationes tendentes ad diverſos fines, uno, eodemque tempore, concedi poſſunt, & currere. ibidem, numero 164

CCLXXIV.

Reſtitutio in integrum concedi nequit Majori ad probandum poſt didiſcita teſtificata, niſi probata ignorantia juſta, probabili, & excuſationem non admittente. p.424. num.183

CCLXXV.

Probare volens in partibus longinquis, etiamſi ampliorem dilationem ordinaria non poſtulaverit, tenetur obſervare ſolemnitates forales ad ſimilem probationem requiſitas. pagina 425. numero 203. cum ſequent.

CCLXXVI.

Teſtes in concomitantiam inſtrumenti noviter producti, recipiendi ſunt, lapſis dilationibus, & poſt concluſionem cauſæ. p.427. num.237

CCLXXVII.

Relationes peritorum admitti debent per extraordinariam providentiam, poſt publicatas atteſtationes, & concluſum in cauſa. pag 428.n.241

CCLXXVIII.

Concomitans materia dicitur, quæ reſpicit ſolemnitatem inſtrumenti, & factum in eo contentum. pagina 427. numero 236

CCLXXIX.

Omiſſio interrogandi teſtes,ſuper interrogatoriis partis adverſæ, ex culpa examinantis, non vitiat examen; ſed parte cujus intereſt inſtante, interrogandi ſunt, etiam didiſcitis teſtificatis. p.428.n.248

CCLXXX.

Juramenti clauſula non expreſſa, præſumitur omiſſa, ſi appoſitus fuit dies examinis; & parte opponente defectum juramenti, jubendum eſt actuario, vel ſucceſſori ſi defunctus fuerit, quod eam elonget, juxta ſtylum. pagina 429. numero 258

CCLXXXI.

Sed hoc procedit in civilibus, nam in criminalibus, ſi teſtes reum oneraverint, mortuo actuario elongatio facienda non eſt, ſed examen annullandum, favore defenſionis. ibid.n.259

CCLXXXII.

Culpa, vel dolus examinantis teſtes,probari debet ad hoc quod teſtes, didiſcitis teſtificatis, iterum repetantur. ibid. numero 263

CCLXXXIII.

Teſtes deponentes de re, quæ non conſiſtit in facto, ſed in jure, non probant; cum de Republica ſit, ne ea quæ Judicis ſunt, per privatos exerceantur. pag. 433. num. 11

CCLXXXIV.

Ocularis inſpectio concedenda eſt, ad reproban

reprobandos teſtes, lapſa dilatione in materia objectiva. pag.437.n.64

CCLXXXV.

Copia inſtrumenti, ſpectantis ad res Patrimoniales Principis, levata ab Archivo Curiæ Bajuliæ generalis Valentiæ, plene probat. pag.441. n.37

CCLXXXVI.

Edens inſtrumentum cum proteſtatione, ſive clauſula *ſi & in quantum*, non confitetur contenta in inſtrumento, ſibi præjudicialia. p.442. n.46

CCLXXXVII.

Supplicationem interponens ad Supremum, qui acta proceſſus reportare tenetur, debet etiam reportare acta producta citra inſertionem, & more Regiæ Audientiæ. p.444. num.64. & ſeq.

CCLXXXVIII.

Scriptura privata ſi comprobetur per teſtes de nota manu ſcribentis, contra eum plene probat, de ſtylo pervetuſto Curiarum. p.445.n.84

CCLXXXIX.

Poſtulans ſibi edi inſtrumenta ante conteſtationem, non eſt admittendus ad articulandum, & probandum in materia impugnativa; quin tempora probatoria deveniant. p.447.n.111

CCXC.

Dilatoriarum exceptionum allegatio, non impedit litis ſummariæ ingreſſum, & progreſſum. p.450. n.21. & ſeq.

CCXCI.

Cauſa appellationis cumulanda eſt cum cauſa pendente in prima inſtantia inter eaſdem partes, ne continentia dividatur. p.458. num. 49

CCXCII.

Cauſæ emptionis, & venditionis bonorum immobilium, ſummatim tractandæ ſunt. pag. 471. n.59

CCXCIII.

Conſules Logiæ maris, ſive mercatorum, poſſunt cauſas ad eos ſpectantes, id eſt mercantiles, abſque Aſſeſſore perito in jure, judicare; etiamſi pars poſtulaverit, quod Aſſeſſorem aſſumant. pagina 485. num. 45

CCXCIV.

Nullitatis per viam exceptionis dictæ judicium, ex eiſdem actis judicandum eſt, ob quod non admittit probationes extrinſecas. pag.494. n.73

CCXCV.

Firmam juris impugnans, etiam ſi non ſit admiſſus ad contra firmandum, admittendus eſt ad probandum intra decem dies in ea conceſſos. p.495.n.87

CCXCVI.

Teſtes examinati per ſummariam informationem, ad admiſſionem juris firmæ, nec interrogantur inſtante parte, nec repetuntur cum illius injunctione, etiam ſi hæc firmiter poſtulaverit. ibid. n.96

CCXCVII.

Reſtitutio in integrum ad probandum, concedenda eſt minori, ejuſque privilegiis gaudenti, in articulo juris firmæ p.496.n.103

CCXCVIII.

Teſtes habentes, ut ſinguli, intereſſe in admiſſione juris firmæ, admitti non debent ad teſtimonium dicendum. ibidem, num.104

CCXCIX.

Firma juris illius, qui melius probaverit ſucceſſionem ad ſe pertinere, confirmanda eſt, quando ambæ partes deducunt cauſam poſſidendi ab eadem diſpoſitione. p. 495. n.147

CCC.

In judicio juris firmæ, coram laïco poſitæ de re Eccleſiaſtica, guſtari per laicum poterunt merita proprietatis, non ut de proprietate Judicium laicus proferat, ſed ut melius inſtruatur ad judicandum de poſſeſſione. ibid. numero 148

CCCI.

Manutentio, ſeu juris firma, conceſſa per Judicem inhibitum a ſuperiore, nulla, & attentata cenſetur. pagina 503. numero 194

CCCII.

Vidua quæ paſſa fuit, à filio poſſideri pignora dotalia, non amittit eorum poſſeſſionem, ſi ſibi aliquid reſervaverit annuum, quare manu teneri debet. ibid. n.199

CCCIII.

Poſſeſſio ejuſdem rei penes duos inſolidum eſſe poteſt, diverſis tamen reſpectibus. pag.504. n.204

CCCIV.

Firmans de jure, non habens fidejuſſorem, admittendus eſt, cum cautione juratoria. pag.505. n.222.

CCCV.

Re alienari prohibita, ratione ſpecialis affectionis, alienari non debet, etiamſi alienatio cedat, in evidentem utilitatem fidei commiſſi. p.514.n.85

CCCVI.

Sententia lata in Regia Audientia, tres tantum ex Senatoribus interveniendo, quorum unus patrocinium præſtiterat in cauſa, & allegationes ſubſcripſerat, nulla eſt ex defectu juriſdictionis; cum majoris ſummæ eſt, & duo tantum habiles reperti non poſſunt de ea judicare. pagina 519. numero 19.

CCCVII.

Sententia lata contra mortuum nulla eſt, ſed

sed si de morte judici non constat judicialiter, tenet, & executioni mandanda est. pag.523.num.75

CCCVIII.

Introductio appellationis juxta formam assuetam, scilicet intra quindecim dies forales, ad petendos apostolos datos, vim apostolorum habet. p.531. n.23

CCCIX.

Apostolis concessis per Judicem *à quo*, appellans habet annum integrum ad instruendam causam appellationis. ibid.n.24

CCCX.

Appellatio prosequi per appellantem debet summa diligentia, ita ut injunctio appellationis, & introductionis, fiat infra dies *forales*, & nec sufficiat relatio nuntii dicentis, se quæsiviſſe appellatum ad injunctionem faciendam, & non reperiſſe; nam constito quod habebat procuratorem, si ei injunctio intra terminum facta non fuerit, appellatio remanet deserta. pag. 533. num.43

CCCXI.

Appellatio injungenda parti est juxta forum infra quinque dies, si præsens fuerit; & infra decem, si absens: si vero absens reliquerit procuratorem, & ei injunctio facta non fuerit intra quinque, bene vero absenti infra decem, non ex eo causa appellationis deserta manet. ibidem, numero 45

CCCXII.

Nullitates dictæ adversus sententiam, si calumnioſæ, vel improbabiles appareant, non suspendunt cursum fatalium. pagina 534. num.59

CCCXIII.

Appellato prodest appellatio adversarii, etiam si non adhæreat ei dum appellatio simpliciter interposita fuerit. p.536.n.80

CCCXIV.

Postulans aliquid in libello, per errorem subscripto, eo detecto audiendus, & subveniendus est, maximè si ex cavillatione adversarii procedat. p.538. n.113

CCCXV.

Appellatio interposita in causa executiva, institura pro legato, vel fideicommisso speciali, admisibilis est quoad utrumque effectum. pag.539. n.121

CCCXVI.

In causa dotis, licet regulariter appellatio recipienda non sit, quoad suspensivum, si disceptatum fuit de subsistentia dotis, vel de viribus constitutionis ipsius, recipienda est quoad utrumque effectum. p.540.n.135

CCCXVII.

Appellans tenetur edere omnia acta primitivi processus quæ sunt partes ipsius infra sex, sub desertionis pœna, ita ut si defectus consistat in particula, desertionis pœna incurratur. p.543. n.181

CCCXVIII.

Restitutio in integrum implorata ad probandum objecta testium, concedi potest appellanti, qui ea non probaverit in prima instantia. p.545.n.203

CCCXIX.

Expensæ debitæ ex conventione partium, debentur etiam si res promittens habuerit justam causam litigandi. p.546. n.221

CCCXX.

Condemnatus in expensas, sententia revocata, absolvens remanet à condemnatione expensarum. ibid. n.226

CCCXXI.

Appellatus non comparens in judicio appellationis; vel supplicatus, in judicio supplicationis, etiamsi contumax dici posset, non venit condemnandus in expensas, si obtinuerit confirmationem, quia potuit appellationem, non comparendo despicere, tanquam frivolam. p.547. n.235

CCCXXII.

Postulans judicialiter duas mille libras, si obtinuerit in quingentas, ut causam supplicationis prosequatur in altera Aula Regiæ Audientiæ, debet ulteriori petitioni renuntiare. pag.562. n.44

CCCXXIII.

Pauper, vel vidua non habens fidejussorem, admitti debet ad præstandam cautionem juratoriam, pro expensis, ut supplicationis causam prosequatur. p.564. n.78

CCCXXIV.

Sententia nomine Principis lata non potest executioni deduci, si adversus eam imploratum fuerit beneficium restitutionis in integrum, etiam præstita cautione, nisi causa cognita calumnioſa detegatur. pag.568 num.21

CCCXXV.

Restitutionis in integrum remedium concurrere potest cùm remedio nullitatis; sed alternativè, nempe dicendo sententiam nullam, & si qua est, restitutionis beneficium adversus eam implorando. pag. 569. numero 32

CCCXXVI.

Restitutionis beneficium imploratum censetur, ex clausula salutari *omni & meliori modo*, etiam si expresse non dicatur, imploro restitutionem, dummodo id quod postulatum fuit, sola restitutione consequi possit. pag.570. n.43

CCCXXVII.

Jus exequendi sententiam in Regno Valentiæ præscribitur per lapsum triginta annorum. pag.592. n.69

CCCXXVIII.

Fidejussor contractus, executionem pati debet

debet sententiæ,eo non citato latæ, contra administratorem ærarii universitatis,vel annonæ ; dum administrator , cujus fidejussor est , causam legitimè defenderit. pag.594. num.86

CCCXXIX.

Sententia Regia sine actis in antiquis mandari in executioni debet. pag. 595. num.110

CCCXXX.

Tempus decem annorum,sufficiens est,ut sententia sine actis de antiquis dicatur: ibidem.

CCCXXXI.

Citatio ad judicium executivum personalis esse debet,nisi reus latitet, nam tunc sufficit mandatum executivum relinqui in domo propriæ habitationis. p.598. n.19

CCCXXXII.

Testes recipi possunt,& adhiberi periti in Judicio executivo,ad comprobationem subscriptionis chirographi exhibiti per reum , ad probandam solutionem. p.599.n.36

CCCXXXIII.

Testes recipiendi sunt in judicio nullitatum concomitando scripturam exhibitam , ut subscriptio probetur. pag.600. n.37

CCCXXXIV.

Evictione imminente in limine contractus,competit emptori retentio pretii,donec caveatur. ibid.n.39

CCCXXXV.

Judex perperam mandat recipi testes in judicio requisitionis , nondum per partem suscitato. pag.601. n.47

CCCXXXVI.

Judicium executivum suscitans,si cognoverit executionem non procedere , poterit condemnationem instare,& obtinere.p.602. num.61

CCCXXXVII.

Judicium executivum vertitur in ordinarium , si actor testes in eo produxerit , vel passus fuerit quod per reum producerentur. ibid. n.65

CCCXXXVIII.

Privilegia concessa executionibus institutis pro redditibus censualium,solum prosunt incolis Regni Valentiæ. ibid. n.68

CCCXXXIX.

Nobiles , & cæteri qui gaudent privilegio militari renuntiare possunt privilegio, quoad bona , quæ dicuntur privilegiata ; demptis armis , equis , & lectulo. pag. 607. num.18

CCCXL.

Debitor censualis personaliter debet interpellari de mandato judicis , quod infra decem faciat habere licere redditus decursos, ut condamnatio sequi possit , in pœnam luitionis census. pag.608. n.24

CCCXLI.

Creditor regulariter non admittitur ad licitandum,nisi offerat duas tertias partes totius æstimationis rei distrahendæ per Curiam & aliquid amplius, & si in his deficiat, distractio, seu venditio Curiæ , nullius momenti reputatur. p.609. n.45

CCCXLII.

Si creditor ad licitandum admissus obtulit totam æstimationem rei distrahendæ,& venditio Curiæ reperiatur facta pro minori pretio,ipsa venditio nulla est p.609.n.45. & 66.

CCCXLIII.

Creditor hypothecarius participans pretium ipsius hypothecæ, per Curiam venditæ, censetur consensum præbuisse alienationi,& remisisse jura hypothecæ sibi competentia. pag.610. n.51

CCCXLIV.

Venditio judicialis annullanda est, ex læsione enormissima,si comprobetur per debitorem. ibid.n.52

CCCXLV.

Re judicialiter distracta , de jure pretium distribui debet inter creditores , juxta graduum prærogativas;sed in Gubernatione Valentiæ, distribuitur, per æs ; & libram, dum non fit facta excussio bonorum debitoris, vel ipse solvendo notoriè non sit. ibid.n.54

CCCXLVI.

Creditor admitti non potest ad licitandum absque licentia judicis,signanter si pretium deponere non sit paratus , sed offerat ut ab ipso retineatur in solutum sui crediti. p.612. num.78

CCCXLVII.

Revocata sententia,revocatur etiam venditio Curiæ in executionem illius facta ; signanter si obtinens usus sit remedio appellationis , vel nullitatis adversus decretum de vendendo. ibid.n.88

CCCXLVIII.

Condemnatus ad præstandum adversario inopi alimenta , & sumptus necessarios ad prosequendam litem , non solum expensas factas,sed faciendas solvere debet,inter quas annumerandum est honorarium Advocato præstandum, ad scribendum de jure, in lite ardua. pag.614.n.10

CCCXLIX.

Obtinens sententiam in prima instantia, si ex eisdem actis condemnatus fuerit in secunda , potest etiam condemnari in expensas. pag.615. n.16

CCCL.

Absolutus in prima instantia , si condemnetur in secunda,rectè condemnatur in expensas, quas solvere promiserat , quia non excusatur ab earum præstatione,ex eò quod habuerit justam causam litigandi. ibidem, num.18

CCCLI.

Jura copiæ & compulſæ proceſſus ab uno ex litigatoribus reportatæ, ab alio qui accepit copiam communicatam, pro dimidio ſolvenda ſunt; non tamen, ſi ea ſolverit in Provincia à qua reportantur. p.618. n.68

CCCLII.

Jura cuſtodiæ actorum, non debentur ſcribis mandati Supremi, ex reportatis à Regno Valentiæ; inter quæ annumerantur acta cujuſvis cauſæ nobilitatis ſanguinis, ibid. n.70

PROTESTATIO AUCTORIS.

SI quid hîc, vel alibi, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ diſſonum dixerim, indictum Aſciſco, & ut deleatur, ſpongiam offero: nam inſcitiâ, aut incuriâ lapſum proteſtor.

INDEX JURIUM OMNIUM,

QUORUM DECRETA IN HOC LIBRO expenduntur, atque illustrantur.

PRIOR NUMERUS PAGINAM, SECUNDUS NOTAM MARGINALEM DESIGNAT.



Or. 4. de *Accusationibus*, pagina 14. num. 29
For. 5. eod. ibid. 30
For. 9. eod. 292. 1
For. 11. eod. 290. 23
For. 12. eod. ibid.
For. 13. eod. ibid.
For. 16. eod. 291. 35
For. 2. de *Adulteriis*. 6. 22
For. 5. eod. 331. 159. & seq.
For. 7. eod. 333. 187.
For. 11. eod. 331. 172
For. 12. eod. ibid.
For. 13. eod. ibid.
For. 14. eod. 331. 168
For. 15. eod. ibid. 169
For. 19. de *Advocat.* 383. 59
For. 23. eod. 128. 2
For. 6. De *Aleatoribus*. 349. 75
For. 9. de *Appellationibus*. 288. 25
For. 17. eod. 136. 18
For. 24. eod. 534 64
For. 30. eod. 23. 46
For. 37. eod. 350. 89
For. 38. eod. 531. 21
For. 3. de *Bon. aut. Jud. poss.* 382. 44
For. 1. de *Cequiariis*. 136. 21
For. 5. de *Clam. non mut.* 366. 9. & 413. 26
For. 6. eod. ibid. 296
For. 12. 13. & 14. eod. 472. 70
For. 17. eod. 128. 1
For. 1. de *Conditione furt.* 330. 156
For. 1. de *Criminibus*. 334. 197
For. 11. eod. 316. 1. & seq. & 287. 8
For. 16. eod. 312. 31
For. 17. eod. 334. 197
For. 18. eod. 297. 2
For. 19. eod. 298. 7. & 303. 9. & 307. 17. & 347. 51
For. 28. eod. 347. 51
For. 29. eod. 334. 197
For. 33. eod. 18. 162
For. 34. eod. ibid.
For. 35. eod. 320. 41
For. 42. eod. 319. 38. & 320. 48. & seq.
For. 43. eod. ibid.
For. 45. eod. 317. 13
For. 46. eod. ibid.
For. 47. eod. 318. 18
For. 49. eod. 330. 156
For. 52. eod. 317. 2
For. 54. eod. 330. 155. & seq.
For. 56. eod. 16. 71. & 330. 155
For. 72. eod. 352. 113
For. 74. eod. 348. 64
For. 79. eod. 324. 106
For. 5. de *Crimine falsi*. 319. 34
For. 8. eod. ibid. 30
For. 4. de *Curia & Rejudi*. 35. 174
For. 6. eod. 97. 12
For. 7. eod. 306. 9. & 456. 26
For. 8. eod. 97. 12. & 184. 92
For. 10. eod. 307. 10
For. 18. eod. 11. 6. & 93. 3. & 97. 11
For. 19. eod. 41. & 42. 43. & 303. 10
For. 20. eod. 43. 45
For. 27. eod. 130. 25
For. 28. in princ. eod. 93. 3
For. 28. vers. *Entenem*, eod. 118. 41
For. 28. eod. 93. 6
For. 33. eod. 89. 6
For. 40. eod. 93. 7
For. 41. §. *Mes ayant*, eod. 114. 1. & 125. 39
For. 44. eod. 176. 1. & 295. 35
For. 45. eod. 180. 35
For. 54. eod. 183. 88
For. 61. eod. 46. 9
For. 68. eod. 47. 12
For. 75 eod. 181. 72
For. 94. eod. 48. 43
For. 99. eod. 289. 2. & 290. 10
For. 100. eod. 333. 187
For. 101. eod. 316. 1
For. 104. eod. 6. 14. & 293. 1. & seq.
For. 105. eod. 279. 2. & 303. 1. & 299. 4. & 307. 13
For. 107. eod. 289. 8
For. 111. eod. 291. 40
For. 112. eod. 459. 62
For. 113. eod. 24. 53
For. 114. eod. 44. 18
For. 115. eod. 76. 83
For. 118. eod. 70. 22
For. 1. de *Decimis*. 56. 60
For. 3. eod. 57. 73
For. 4. eod. ibid. 77
For. 8. eod. 58. 79
For. 9. eod. ibid.
For. 20. eod. 21. 34
For. ult. eod. 57. 73
For. 3. de *Dilat.* 387. 114
For. 4. eod. 39. 156
For. 9. eod. 308. 30. & seq.
For. 10. eod. ibid.
For. 8. de *Edendo*. 440. 24
For. 10. de *Evictionibus*. 314. 51. & 325. 14
For. 13. eod. ibid.
For. 5. de *Execut. rei jud.* 461. 84. & 463. 101
For. 7. eod. 575. 31
For. 12. eod. 577. 54
For. 14. eod. 578. 16
For. 8. de *Feudis*. 173. 19
For. 10. eod. 160. 29
For. 4. de *his quis ad Eccles. confug.* 213. 164. & 319. 40
For. 1. de *Injuriis*. 334. 197
For. 5. eod. ibid.
For. 8. de *Judiciis*. 184. 94
For. 13. eod. 185. 107
For. 18. eod. 97. 26
For. 19. eod. ibid.
For. 24. eod. 99. 49
For. 29. eod. 295. 45
For. fin. eod. 412. 26. & 430. 174
For. 4. de *Jurem. calum.* 42. 20
For. 17. de *Jure emphyteutico*. 171. 1
For. 19. eod. 23. 45. & 20
For. 26. eod. 170. 27
For. 35. eod. 169. 18
For. 36. eod. ibid.

For. 58. §. *O si alguna.* eod. ibid. 24
For. 6. de *Jurisdic. omn. Jud.* 55. 47
For. 8. eod. 216. 176. & 217. 180
For. 17. eod. 191. 9. & seq.
For. 18. eod. 207. 116. & 120
For. 31. eod. 298. 108. 17
For. 36. eod. 11. 6
For. 56. eod. 21. 33
For. 61. eod. ibid. 36
For. 70. eod. 169. 15
For. 72. eod. 165. 80
For. 78. eod. 166. 101. & 168. 1
For. 87. eod. 264. 46. & 330. 285
For. 96. eod. 43. 37. & 44. 51
For. 97. eod. 43. 36
For. 99. eod. 42. 23
For. 104. eod. 43. 38
For. 106. eod. 23. 42
For. 108. eod. 101. 31
For. 111. eod. 287. 16
For. 112. eod. 286. 1. & seq.
For. 1. de *Leuda, Hostal. & Cur.* 151. 38
For. 2. eod. ibid. 40
For. 31. eod. ibid. 44. & 152. 52
For. 41. eod. 151. 32
For. 93. eod. 98. 37
For. 95. eod. ibid.
For. 4. de *Litis contest.* 387. 388. 113. & 117. & 389. 134
For. 9. de *Malefactorib.* 326. 116
For. 20. eod. 493. 55
For. 37. eod. 331. 172
For. 2. *Mandati.* 15. 52
For. 6. de *Minoribus.* 6. 20. & 313. 43
For. 8. de *Notariis Scrib.* 123
For. 9 de *Offic. Ædilis.* 118. 46
For. 10. eod. ibid.
For. 1. de *Pasturis.* 145. 1
For. 3. eod. 149. 1
For. 5. eod. 155. 1
For. 5. in cap. 1. eod. 145. 1
For. 16. eod. 150. 19
For. 2. de *Privileg. fisci.* 352. 113
For. 7. de *Probat.* 388. 125
For. 7. de *Procurat.* 399. 239
For. 17. eod. 15. 52
For. 23. eod. 11. 6
For. 11. de *Præscription.* 493. 53
For. 1. *in Proœmio fororum.* 55. 57. & 77. 95
For. 2. eod. 101. 30
For. 4. eod. 5. 8
For. 4. vers. *volem.* eod. 41. 4
For. 4. vers. *aquelles cofes.* 297. 3
For. 3. de *Quart. & Pœn. Cur.* 515. 89
For. 12. eod. 298. 18
For. 14. eod. ibid.
For. 15. eod. 97. 15
For. 16. eod. ibid.
For. 17. eod. 44. 64
For. 6. *qua persona capi possint.* 297. 1. & seq.
For. 2. *quib. non nocet res jud.* 561. 38
For. 1. de *Quæstionibus,* 351. 94. & 326. 104
For. 2. eod. 296. 55
For. 4. eod. ibid. 50. & 54
For. 6. de *Rebus non alien.* 55. 44
For. 15. eod. ibid. & 61. 106
For. 20. eod. 270. 63
For. 22. eod. 61. 111
For. 16. de *Rerum divis.* 159. 19
For. 17. eod. 160. 29
For. 18. eod. 139. 15
For. 31. de *Sagionibus.* 347. 59
For. 32. eod. ibid. 17
For. 10. de *Secur. præst.* 493. 52
For. 35. eod. 144. 17
For. 14. de *Servis fugit.* 217. 181
For. 2. de *Sentent. & actis,* 381. 1. & seq.
For. 3. eod. 345. 21
For. 4. eod. 161. 22
For. 19. eod. ibid. 30
For. 20. eod. ibid.
For. 10. si *contra jus aliq. & imper.* 354. 118
For. 11. eod. ibid.
For. 2. *solut. Matr.* 321. 56
For. 3. eod. ibid.
For. 1. de *Termino Regni,* 1. 1. & 116. 11
For. 3. de *Testibus,* 338. 240
For. 6. eod. 336. 208
For. 7. eod. 338. 246
For. 11. eod. 336. 216
For. 12. eod. 6. 23
For. 16. eod. 296. 49
For. 32. & 33. eod. 424. 184. & 194
For. 35. & 36. eod. 417. 97. & 421. 144
For. 36. vers. *Ordenam.* eod. 388. 116. & 389. 129
For. 40. eod. 439. 3
For. 48. alias 50. eod. 294. 29
For. 50. eod. 437. 68

AB EXTRAVAGANTIBUS.

For. 1. in Extrav. *Que Visrey.* 14. 40
For. 1. in Extravag. *Que los contes dels bast,* 48. 42
For. unic. in Extrav. *Incorporacio,* 37. 194
For. 5. in Extrav. *Inquisicio de offic.* 42. 23
For. unic. in Extrav. *Stil. de la governacio.* 43. 48. & 346. 37.
For. 1. in Extrav. *forma de les subsist.* 74. 54. & 88. 30
For. 33. in Extravagan. *actes de cort de la Diputa.* 83. 25
For. 1. in Extrav. *Quod officia Regni.* 87. 28
For. 1. in Extrav. *Dels officis a qui seran don.* ibid.
For. 20. in Extrav. *Que los moneders.* 115. 5
For. unic. in Extravagan. *Que los officis de racio,* 116. 22
For. 1. & ult. in Extrav. *Quod offic. Reg.* 121. 22
For. unic. in Extrav. *que los fermants de dret.* fol. 87. pag. 200. 71. & 489. 1. ferè per tot.
For. unic. in Extrav. *Qualiter vassalli Montesia.* fol. 29. 285. 168. & 493. 59
For. unic. in Extrav. *Quod firma juris posita, §. lo Senior Rey.* 506. 230

EX CURIIS NONDUM COMPILATIS.

For. 5. *Curiar. anni* 1547. 74. 54
For. 22. *Curiar. anni* 1547. 23. 43
For. 5. Brachii Regal. ejusdem. 73. 41. & 81. 1
Act. Cur. Brac. Eccles. & Reg. anni. 1552. 279. 132
For. 9. *Curiar. anni* 1564. 208. 121. & 209. 126
For. 58. ejusdem, 102. 34
For. 68. ejusdem, 292. 1. & seq.
For. 69. ejusdem, 423. 179
For. 84. ejusdem, 44. 54
For. 94. ejusdem, 105. 47
For. 96. ejusdem, 307. 26
For. 137. ejusdem, 138. 1
For. 9. *Curiar. anni* 1585. 22. 35
For. 10. ejusdem, 351. 95
For. 12. ejusdem, 22. 32
For. 17. ejusdem, 24. 53
For. 20. ejusdem, 42. 24. & 182. 72
For. 24. ejusdem, 228. 1. & seq.

For. 34. ejuſdem, 165. 81
For. 38. ejuſdem, 88. 1
For. 57. ejuſdem, 35. 168
For. 58. ejuſdem, 15. 47
For. 67. ejuſdem, 352. 113
For. 77. ejuſdem, 16. 75
For. 82. ejuſdem, 334. 197
For. 83. ejuſdem, 347. 53
For. 84. ejuſdem, ibid.
For. 85. ejuſdem, 317. 13
For. 86. ejuſdem, 351. 104
For. 113. ejuſdem, 102. 35
For. 120. ejuſdem, 57. 74
For. 166. ejuſdem, 270. 63
For. 175. ejuſdem, 351. 95
For. 255. ejuſdem, 73. 48
For. 256. ejuſdem, 31. 53
Cap. 9. *Gravam. Cur. anni* 1604. 20. 8
For. in cap. 22. *Gravam.* 291. 40
For. 22. ejuſdem, 350. 89
For. 21. ejuſdem, 295. 41
For. 30. ejuſdem, 296. 49
For. 34. ejuſdem, 346. 44
For. 39. ejuſdem, 291. 33
For. 40. ejuſdem, 590. 30
For. 45. ejuſdem, 29. 110
For. 53. ejuſdem. 182. 75
For. 60. ejuſdem, 105. 47
For. 62. ejuſdem, 100. 11
For. 96 ejuſdem, 87. 28
For. 103. ejuſdem, 92. 47
For. 113. ejuſdem, 73. 48
For. 150. ejuſdem, 353. 122
For. 154. ejuſdem, 164. 65
For. 239. ejuſdem, 823. 1
Cap. 4. Brach. Eccleſ. ejuſd. 73. 49
Cap. 22. ejuſd. Brach. & Cur. ibid. 53
Cap. 23. ejuſd. Brach. & Cur. 88. 33
Cap. 24. ejuſd. Brach. & Cur. 73. 49
Cap. 76. actor. ejuſd. Brach. 615. 25
Cap. 21. *Gravamin. anni* 1626. 77. 88
Cap. 27. *Gravam.* ejuſd. ibid. 89
For. 8. ejuſdem, 439. 3
For. 22. ejuſdem, 20. 12
For. 29. ejuſdem, 330. 158
For. 37. ejuſdem, 399. 241. cum ſeq.
For. 103. ejuſdem, 299. 3
For. 105. ejuſdem, 297. 64
For. 115. ejuſdem, 313. 36
For. 119. ejuſdem, 30. 119
Cap. 21. Brach. Reg. ejuſdem, 131. 1
Cap. 262. ejuſd. Brach. & Cur. 23. 49
Cap. 264. ejuſd. Brach. & Cur. ibid. 50
Cap. 14. actor. Cur. Brach. Eccl. & Militar. ejuſdem, 347. 59. & 535. 71
Cap. 334. actor. ejuſd. Brach. & Cur. 513. 68

EX CORPORE PRIVILEGIORUM.

Privileg. 3. Reg. *Jacobi I.* 351. 104
Privileg. 7. ejuſd. 151. 36. & 42. & 152. 50
Privil. 8. §. *Donamus*, ejuſd. 55. 58. & 136. 21
Privil. 8. §. *Et habeatis*, ejuſd. 144. 9
Privil. 12. ejuſdem, 56. 65
Privil. 28. ejuſdem, 55. 54
Privil. 47. ejuſdem, ibid.
Privil. 57. ejuſdem, 102. 33
Privil. 65 ejuſdem, 341. 1
Privil. 67. ejuſdem, 180. 34
Privil. 88. ejuſdem, 318. 29. & 319. 37. & ſeq.
Privil. 20. Regis *Jacobi I.* 524. 84
Privil. 2. Regis *Petri I.* 93. 15
Privil. 22. ejuſdem, 455. 51
Privil. 23. ejuſdem, 349. 81. & 484. 15
Privil. 47. ejuſdem, 101. 124. 25. & 21
Privil. 6. Regis *Alfonſi I.* 43. 37
Privil. 8. Reg. *Jacob. II.* 20. 5
Privil. 10. ejuſdem, 466. 1. & ſeq.
Privil. 11. §. *Item volem*, ejuſd. 72. 34
Privil. 12. ejuſdem, 41. 13
Privil. 74. ejuſdem, 20. 5
Privil. 84. §. *Si autem.* ejuſdem, 348. 72
Privil. 103. ejuſdem, 69. 15
Privil. 155. ejuſdem, 575. 31
Privil. 158. ejuſdem, 43. 59
Privil. 2. Reg. *Alfonſi II.* 102. 34
Privil. 23. ejuſdem, 48. 42
Privil. 12. *Petri II.* 70. 30
Privil. 29. ejuſdem, 72. 34
Privil. 32. ejuſdem, 128. 2
Privil. 37. ejuſdem, ibid.
Privil. 48. ejuſdem, 348. 73
Privil. 55. ejuſdem, 57. 74.
Privil. 97. ejuſdem, 102. 34.
Privil. 107. ejuſdem, 136 16
Privil. 109. ejuſdem, 151. 48
Privil. 117. ejuſdem, 114. 152
Privil. 130. ejuſdem, 69. 15
Privil. 134. ejuſdem, 56. 70
Privil. fin. ejuſdem, 97. 19. & 136. 13
Privil. 2. Regis *Martini*, 41. 13
Privil. 7. ejuſdem, 305. 43. & ſeq.
Privil. 16. ejuſdem, 102. 34
Privil. 19. ejuſdem, 150. 9
Privil. 1. *Alfonſi III.* 67. 29
Privil. 28. ejuſdem, 20. 8
Privil. 34. ejuſdem, 44. 165
Privil. 39. ejuſdem, 214. 155
Privil. 1. *Ferdinandi II.* 16. 72. & 334. 197
Privil. 5. ejuſdem, 140. 26
Privil. 7. ejuſdem, 470. 15. 19. & 287. 9
Privil. 8. ejuſdem, 229. 8. & 11
Privil. 17. ejuſdem, 101. 38
Privil. 25. ejuſdem, 114. 155
Privil. 30. ejuſdem, 354. 128
Privil. 34. ejuſdem, §. *Item ne fa*, 236. 49
Privil. 34. ejuſdem, 333 195
Privil. 36. ejuſdem, 20. 8. & 35. 178
Privil. 11. in Extravagan. 49. 44
Privil. 23. §. *Item dicimus*, in Extrav. 321. 57
Privil. 29. in Extravagan. 97. 22

EX JURE CANONICO.

C. admonere 8. 23. quæſt. 2. pag. 67. n. 32
C. cum plantare, de privileg. 54. 38
C. cum Apoſtolica, de his quæ ſunt à Prælat. ibid.
C. decimas 39. 16. quæſt. 7. ibid. 39
C. conſuetudo, diſtinct. 1. 78. 99
C. erit autem lex 4. diſtinct. ibid. 115
C. in illis, diſtinct. 4. 80. 136
C. Odoardus, de ſolutionibus, 90. 17
C. Degradatio, *verſ.* Actualis, de pœnis in 6. ibid. 18
C. 1. de in integrum reſtitut. 92. 45
C. Paſtor. 1. quæſt. 2. 98. 45
C. nulli 3. quæſt. 1. ibid.
C. 2. 14 quæſt. 5. ibid.
C. filiis 16. quæſt. 7. 108. 75
C. nobis, de jure patronat. ibid.
C. qui plures 21. quæſt. 2. 12. 19
C. decet, de regul. juris in 6. 123. 7
C. inter dilectos, *verſ.* Cæterum, de fide inſtrum. 124. 28. & 133. 31
C. cum dilecta, de rescriptis. 124. 29

C. ſuper literis 20. eodem. 126. 5
C. 1. & 2. de poſtul. 128. 2
C. 1. ne Clerici, vel Monach. ibid.
C. omnipotens 4. de accuſat. 130. 26
C. ſi poſtquam 33. de elect. in 6. 132. 14
C. gratum, de poſtulando, 133. 26
C. metuentes 17. quæſt. 4 191. 8
C. Epiſcopum 17. quæſt. 4. ibid.
C. Regum 23. quæſt. 5. *junctis aliis juribus.* 199. 60
C. definivit 17. quæſt. 4. 211. 145. & 212. 155
C. inter alia de immunit. Eccleſ. 213. 168
C. ult. de reſcript. 225. 31
C. fin. 92. diſtinct. *junct.* c. dolentes de celebrat. Miſſar. 225. 34
C. nullus 60. diſtinct. & c. 1. de Sacram. non iterand. 226. 44
C. illud 6. 26. quæſt. 2. 237. 57
C. igitur 26. quæſt. 3. ibid. 58
C. non liceat 3. 26. quæſt. 5. ibid.
C. 2. de ſortileg. ibid.
C. ſi quidquid de conſecrat. diſtinct. 3. 245. 140
C. cum ad monaſterium de ſtat. Monachor. 264. 43
C. poſt ceſſionem de probat. 267. 55
Clement. ſæpe de verb. ſignif. 298. 6
C. vocatis 5. quæſt. 2. 311. 11
C. ſi teſtes. §. teſtium fides 4. quæſt. 3. 337. 218
C. mulierem 33. quæſt. 5. 338. 246
C. forus in fin. de verbor. ſignificat. ibid.
C. quoniam aliqua 3. de teſtib. 339. 251
C. tam literis 33. eod. ibid.
C. omnis de pœnit. 272. 83
C. Monaſteria, &c. Abbates 18. q. 2. 273. 85
C. qui verè, & c. quidam 16. quæſt. 1. ibid.
C. cum ab Eccleſia de off. ordin. 275. 95
C. tuam de ordin. cognit. 276. 96
C. in apibus 7. quæſt. 1. ibid.
C. in pleriſque *verb.* prohibemus, ff. de offic. ordin. ibidem.
C. bene quidem 96. diſtinct. 277. 109
C. cum olim 32. de offic. Jud. delegat. 278. 122
C. decernimus de Præbend. 279. 123
C. 1. §. cum autem de cenſibus. 279. 126
C. conquerente de offic. ordin. ibid.
C. Paſtoral. eod. ibid. 132
Clement. ſi qua de rebus Eccleſ. non alienand. 280. 144
C. nullus de elect. in 6. 281. 150
C. unic. de Cleric. conjungat. in 6. ibid. 155
C. ſuper eo 15. §. hoc tuam, de offic. Jud. delegat. 350. 92
C. nullus de elect. in 6. 355. 132
C. in cauſis 152. de exception. 433. 13
C. in noſtra 32. de teſtib. 437. 70
C. 1. diſtinct. 87. 56. 63
C. ſicut 16. de ſent. & re judicat.

EX JURE CIVILI.

L. fin. in princip. ff. de cenſ. 2. 5
L. meminiſſe, ff. de offic. Proconſ. 14. 34. & 84. 36
L. ut gradatim, ff. de mun. & honor. 26. 69
L. 2. §. eodem tempore, ff. de orig. jur. 66. 5. & 138. 3
L. 2. § exactis, ff. eod. 34. 166
L. 2. §. deinde ff. eod. 36. 191
L. 2. in principio, ff. eod. 68. 4
L. 2. §. deinde, ff. eodem, 83. 22
L. 2 §. itemque ut eſſent, ff. eod. 118. 40
L. unic. § 1. C. ut omnes judic. 14. 36
L. 2. C. de offic. Præfect. Prætor. 23. 46
L. congruit, ff. de offic. Præſid. 16. 67
L. 2. ff. de minor. 125. 37
L. 2. ff. de Cloacis. 138. 5
L. ad portas 7. C. de oper. publ. 140. 28
L. Servis 99. §. fin. ff. de legat. 3. 141. 39
L. Judicibus 9. C. de curſu pub. lib. 11. 142. 46
L. 3. eodem, ibidem.
L. 5. eodem, ibid. 47
L. 2. eodem, ibid. 48
L. ſi quis 15. eodem, ibid. 49
L. certi juris, C. de judiciis, 179. 17
L. ſi quidam 57. ff. de re judic. 184. 94
L. præcipimus 32. C. de appellat. 34. 168
L. unic. C. de conduct. & procur. lib. 11. 38. 206
L. in ſacris, C. de proxim. ſacror. ſcrin. lib. 12. ibid. 208
L. mittuntur, §. item 2. C. ex quibus cauſ. major. *junct.* l. 1. C. de pedan. judic. 139. 5
L. ea lege, ff. de condict. ob cauſ. 55. 47
L. ultim. §. patrimoniorum, ff. de muner. & honor. 61. 108
L. ultim. §. præterea, eodem, ibid.
L. 1. 7. & fin. C. de murileg. lib. 11. 66. 31
L. privatæ 14. eodem, ibid. 10
L. ſi quis ex corpore, eodem, ibidem.
L. filius 15. ff. de condit. inſtit. 78. 105
L. 1. ff. de legibus. 77. 99
L. 8. ff. eodem, 78. 113
L. leges ſacratiſſimæ, C. de legib. 79. 118
L. lege leonis, C. de pactis, ibidem.
L. humanum 8. C. de legib. ibid. 119
L. ſi quis in gravi, §. utrum, *verſ.* Hi quoque, ff. ad Silanian. 80. n. 133
L. cum poſt 26. C. de appellat. 84. 30
L. 1. C. de offic. Præfect. Prætor. Afric. ibid. 32
L. 1. §. ſi uſusfructus, ff. ad leg. falcid. 87. 9
L. ſi quis 8. §. ult. ff. eodem, ibid.
L. ſi ij, ff. eodem, ibid.
L. 4. §. pater, *verſ.* Ab omnibus, ff. de verb. obligat. ibidem.
L. Miles 6. ff. de re judicat. 89. 9
L. item Miles 18. ff. eodem, ibid.
L. ait Prætor, ff. eod. *cum aliis.* 90. 25
L. 4. §. 1. ff. quod cum eo, ibid. 25
L. in condemnatione 173. ff. de regul. jur. 91. 29
L. qui minoribus 34. §. 1. ff. de adminiſtrat. tutor. 92. 44
L. in minorum 3. C. in quibus cauſ. in integrum reſtitut. ibid. 44
L. Reſpublica, C. ex quibus cauſ. major. ibid. 45
L. carebit, ff. de action. empt. ibid. 45
L. cum ambo 14. ff. de judic. 95. 29
L. ſi gravis, C. de dignit. lib. 12. 96. 6
L. quoties 8. §. 1. & § viros, C. ubi Senator, vel clariſſim. 97. 8
L. relegati in fin. ff. de pœnis, *cum aliis.* ibid. 17
L. fin. C. de donat. inter *cum aliis.* ibid. 18
L. Pupillus, §. Decuriones, ff. de verbor. ſignific. 100. 12
L. 2. §. privatæ, ff. ne quid in loc. public. 102. 33
L. 1. §. quod ſi, C. de præpoſ. agent. in reb. p. lib. n. 116
L. quos nos 234. ff. de verb. ſign. ibid. 117
L. 3. §. eos milites 13. ff. de mun. & hon. ibid.
L. ult. §. ult. ff. eodem, ibid.
L. illud 16. C. de ſacroſ. Eccleſ. ibid. 128
L. ideo condemnatus, ff. de compenſat. 118. 39
L. item quæritur, §. ſi quis manſurus, ff. locat. ibid. 43
L. Campanus, ff. de oper. libertor. ibid. 44
L. Levia, ff. de accuſat. ibid. 45
L. Lucius 21. §. idem reſpondit, ff. ad municip. 120. 11
L. ad Rempublicam 8. ff. de muner. & honor. ibid. 18
L. aſſiduus, §. ad hæc, verſ. quis enim, C. qui potio. ibid. 18
L. fin. C. de crim. ſacril. 121. 22
L. 3. C. de diverſ. offic. ibid. 25

L. fin. ff. de offic. Adfeſſor. ibid.
L. 1. ff. ad municip. 122. 41
L. 2. C. de crimin. ſacril. 123. 10
L. donari 29. ff. de donat. ibid. 17
L. ſi quis Decurio. C de Decur. lib. 10. 124. 26
L. cum hi §. Prætor, ff. de tranſact. ibid. 29
L. cum ratio 6. §. ſi plures, ff. de bon. damnat. ibid. 32
L. 1. ff. de albo Prætor. 125. 36
L. iſti quidam, §. ultim. ff. quod metus cauſ. ibid. 42
L. cum ſimus, §. ultim. C. de agricol. & cenſ. lib. 11. 125. 46
L. pen. C. ſi contra jus vel util. pub. 127. 16
L. ſi plures, ff. de pact. 129. 13
L. reſcripto, §. debitores, ff. de muner. & honor. ibid. 15
L. reus de lat. ff. eodem, 130. 26
L. fin. C. ut crimin. quæſt. intra certum temp. ibid. 30
L. his qui, C. de appellat. 132. 14
L. Imperatoris, ff. de Decurion. ibid. 16
L. ad inſtructiones, C. de ſacroſanct. Eccleſ. 139. 15
L. 1. C. de curioſ. lib. 12. 143. 62
L. in tantum, §. univerſitatis, ff. de rerum diviſ. 144. 10
L. 2. C. de paſcu. publ. lib. 12. ibid. 11
L. cætera, §. ſed & ſi quis, ff. de legat. 1. ibid. 17
L. 2. C. de incol. lib. 10. 149. 8
L. nec quiſquam, verſ. 1. ff. de offic. Proconſ. 150. 26
L. 1. C. de offic. Præfect. urb. ibid. 27
L. pateant, §. hos vero, C. de his qui ad Eccleſ. confug. 191. 8
L. præſenti, C. eod. 211. 145. & 155
L. 1. §. ſed ſi dubites, ff. de juriſdict. 213. 166
L. nemo, C. de maleficis. 237. 58
L. Mathematicos, C. de Epiſcop. Audient. ibid.
L. 1. C. de Pagan. 240. 94
L. 1. in princip. ff. de var. & extraor. cognit. 241. 99
L. 1. C. de decret. decurion. lib. 10. ibid.
L. 4. C. de profeſ. & Med. eod. lib. ibid.
L. in leg. falcidia, ff. ad leg. falcid. *cum aliis juribus*, 245. 140.
L. ult. C. de incol. lib. 10. 271. 72
L. 2. §. ult. C. de Epiſcopal. Audien. ibid. 73
L. mulieres, C. de dignit. lib. 10. ibid.
L. reſcripto, §. ſi quis, ff. de muner. & honor. 290. 21
L. ult. C. quand. tutor. vel cur. 294. 24
L. de minore, ff. de quæſt. 296. 55
L. ſicut falſi 17. C. ad leg. Cornel. de falſ. 297. 1
L. divus, ff. de cuſtod. reor. ibid.
L. 3. C. eod. 298. 13
L. 3. in princ. ff. de teſtib. 300. 15
Prin. inſtit. de off. Judicis, 304. 16
L. fin. C. de fruct. & lit. expenſ. 305. 41
L. ut fundus, ff. comm. dividun. 306. 7
L. non idcirco 44. ff. de jud. 307. 14
L. ubi lex, ff. de regul. jur. ibid. 17
L. 3. §. de minore, ff. de minor. ibid. 19
L. quæſitum, ff. de re judic. 308. 34
L. 2. §. 3. ff. ſi quis caution. ibid.
L. ſi in liberrati 28. §. 1. ff. de bonis libert. 310. 1
L. 1. & 2. ff. de requir. reis, ibid.
L. 5. ff. de pœnis, ibid.
L. inter accuſatorem 10. ff. de pub. jud. ibid.
L. 4. §. Prætor ait, ff. de dam. infect. ibid.
L. conſentaneum 8. C. quomod. & quand. jud. 311. 11
L. contumacia 53. §. 1. ff. de re judic. ibid.
L. 1. & ult. C. de feriis, ibid. 12
L. 1. §. fin. ff. de quæſt. 312. 27
L. ſi non defendatur, ff. de pœnis, ibid.
L. abſentem 5. ff. eod. ibid. 28
L. abſentem 6. C. de accuſat. ibid.
L. 1. ff. de requir. reis, ibid.
L. properandum, §. ſi quidem, C. de jud. ibid. 29
L. in univerſis, C. qui dar. tutor. poſſ. 313. 44
L. 4. C. de auctor. præſt. ibid.
L. propter 7. C. ad leg. Jul. de adul. ibid.
L. ult. C. de probat. 316. 2
L. in civile, ff. de furt. 317. 10
L. quæ de tota, ff. de rei vindic. ibid. 11
L. Capitalium, §. famoſos, ff. de pœn. 318. 19
L. 4. §. ſed & qui publicum, ff. ad leg. Jul. peculat. ibid. 24
L. ſi pignore, §. 1. *cum aliis*, ff. de furt. 318. 31
L. ſi falſos codicillos, C. ad leg. Jul. de falſ. ibid. 33
L. proſpiciendum 11. §. delinquitur, ff. de pœnis, ibid. 40
L. 1. & 5. cum aliis, C. ad leg. Cornel. de falſ. 320. 43
L. Prætor, §. docere, ff. de vi honor. rap. ibid. 44
L. 1. §. divus, in fin. ff. ad leg. Cornel. de ſicariis, ibid. 48
L. marito 29. ff. ad leg. Jul. de adult. 321. 64
L. adulterium, 38. §. 1. ff. eod. ibid.
L. 3. §. in cujus, ff. de ſicar. 323. 84
L. nihil intereſt, ff. eod. cum aliis juribus, ibid.
L. non eſt novum, ff. de legib. 324. 102
L. capitalium in princ. ff. de pœnis, ibid. 106
L. quiſquis 8. §. ad filias, C. ad leg. Juliam Majeſt. ibid. 107
L. aut facta in fin. ff. de pœnis, 325. 108
L. ut vim, ff. de juſt. & jur. ibid. 110
L. plerique, cum aliis, ff. de in jus vocand. 326. 117
L. hi qui ædes 11. ff. de vi publ. ibid.
L. capitalium, §. famoſos, ff. de pœnis, 327. 124.
L. 1. ff. de receptator. 328. 133
L. 1. ff. ad leg. Pompeiam de parricid. ibid. 138
L. penult. §. hoc judicium, cum aliis, ff. ne quis in jus vocat. 329. 154
L. unic. C. de mulier. quæ ſe prop. ſervis, 331. 160
L. qui duos 60. in fin. ff. de legat. 3. ibid. 166
L. inter ſtuprum 101. ff. de verbor. ſignific. ibid.
L. unic. C. de raptor. virgin. ibid. 168. & 350. 88
L. 1. C. ad l. Jul. de adult. 333. 190
L. conſenſu, C. de re jud. ibid.
L. fin. ff. de in jus vocand. 334. 197
L. 1. §. fin. ff. de pœnis, ibid.
L. in teſtimonium 20. ff. de teſt. 336. 209
L. repetiti, ff. de quæſt. ibid. 215
L. 3. in princ. ff. de teſt. 337. 218
L. 1. & 3. C. de confeſſ. 340. 275
L. decreta 48. ff. de re judic. 344. 12
L. 12. C. de ſent. & interlocut. ibid.
L. cum Prætor, & l. 2. §. natura, ff. de jud. ibid. 17
L. 2. C. de ſent. ex pericul. recit. ibid. 16. & 345. 25
L. quoties, §. quotiens autem, C. de privil. Schol. 345. 19
L. quod juſſit, ff. de jud. ibid. 27
L. Paulus 42. ff. de re jud. ibid. 28
L. in pluribus ad fin. ff. de juſt. & jur. 346. 36
L. ſi locus 69. ff. de re jud. ibid.
L. ſi cum dies, §. arbiter, ff. de recep. arbitr. ibid. 38
Novell. 82. c. 3. ibid. 45
L. 2. §. & quia Magiſtratibus 31. ff. de orig. jur. ibid. 46
L. de unoquoque 47. ff. de re judic. 347. 48
L. ſi Prætor, 75. ff. eod. ibid.
L. divus, ff. de cuſt. reor. ibid. 58
L. levia, ff. de accuſat. 349. 76
L. non tantum 6. ff. de appellat. 350. 85
L. 1. §. ſecundo loco, ff. de poſtul. ibid. 86
L. fœminas 41. ff. de procurat. ibid.
L. fin. §. penult. C. de tempor. appellat. ibid. 89
L. poſt edictum 73. ff. de Jud. ibid. 91
L. 1. §. quæſtori. ff. de quæſt. 351. 94

L. Milites

INDEX JURIUM.

L. Milites 8. cum simil. C. de quæst. ibid.
L. qui ultimo 26. ff. de pœnis. ibid. 99
L. si Milites 8. cum simil. C. de quæst. ibid. 104
L. defensionis 7. C. de jur. fisc. 352. 113
L. fin. ff. de jur. omn. jud. 353. 119
L. si quando, C. de bon. vacant. ibid. 122
L. à Divo Pio 15. §. 1. ff. de re jud. 354. 126
L. 1. & 2. C. de quadriennal. præscrip. 355. 136
L. de uno quoque, ff. de re judicat. ibid.
L. 1. §. ult. ff. de litigios. ibid. 137
L. exceptiones 19. C. de probat. 389. 129
L. fœminæ, ff. de Senator. 272. 75
L. de curatore 2. §. 1. de curat. bon. dand. 401. 268
L. quo enim 12. §. Julianus *vers.* quid ergo, ff. rem. rat. hab. ibid. 273
L. 2. §. fin. C. de Episc. & cler. 271. 73
L. si procurator 65. in fin. ff. de procurat. 403. 296
L. est receptum, ff. de jurisd. omn. jud. 415. 62
L. nec honore, C. de Episc. & cler. ibid. 66
L. à procedente 4. C. de dilat. 416. 216
L. fin. C. de testib. 432. 3
L. ob carmen 21. in fin. ff. de testib. 437. 66
L. jurisjurandi 8. C. de testib. ibid. 66
L. cum quidam 21. & fin. C. de fid. instr. 446. 93
L. penult. C. ad leg. Cornel. de falsi. ibid. 95. & seq.
L. 3. ff. de his quæ in testam. del. 448. 1
L. illicitas, §. ne potentiores, ff. de off. Præf. 460. 65
L. si Prætor. 75. ff. de jurisd. om. jud. 477. 40
L. semper 5. §. negotiatores. ff. de jur. immunit. 481. 3
L. legatis 65. in prin. ff. de legat. 3. ibid. 7.
L. 4. C. de commerciis. ibid. 8
L. 6. C. de dignit. lib. 12. 482. 11
L. justissimè 44. ff. de Ædil. edict. ibid. 14
L. unic. C. Negotiator. ne milit. lib. 12. ibid.
L. 1. C. de natural. liber. ibid. 16
Authent. generaliter, C. de Episcop. & cler. 491. 48
L. fin. ff. de adquir. possess. 498. 126
L. 1. §. inter litigatores, ff. uti possidet. 502. 182
L. unic. C. uti possidet. 504. 214
L. 4. in princip. ff. de excusat. 509. 19
L. si filius 23. in princip. ff. de jure patron. 510. 28
L. si maritus 46. ff. famil. herciscun. ibid.
L. fin. ff. de hæred. instit. ibid. 29
L. metrodorum 40. ff. de pœn. ibid.
L. 2. C. de sent. ex peric. recit. 522. 54.
L. 1. §. biduum, ff. quan. appel. sit. 523. 65
L. qui testamento 37. ff. de excusat. ibid.
L. in sententiis 59. §. 2. ff. de re judic. ibid. 69
L. Sancimus 15. C. de judic. 547. 231
L. ubi falsi 22. C. ad leg. Cornel. de falsi. 567. 7
L. fin. ff. de in integ. restit. 580. 9

EX LIBRIS INSTITUTIONUM.

§. olim, inst. de satisdation. 505. 218

EX USIBUS FEUDORUM.

§. 1. tit. qualiter olim. 460. 74
§. sin autem inter pares, tit. de leg. Corrad. 462. 98

EX CODICE THEODOS.

L. 1. de Episcopal. judic. 416. 73
L. fin. de sent. ex peric. recit. 415. 55
L. unic. de dilatione ex consens. 532. 36

APPROBATION.

J'Ai lû par ordre de Monseigneur le Chancelier le Livre Intitulé *D. Laurent. Matthæi & Sanz, Tractatus &c.* & je n'y ai rien trouvé qui soit contraire aux droits de S. M. ni qui en doive empêcher la vente & le Cours dans ce Royaume. Fait à Paris ce vingt septiéme Juin. 1703.

Signé RASSICOD.

PRIVILEGE DU ROY.

LOUIS PAR LA GRACE DE DIEU ROY DE FRANCE ET DE NAVARRE, à nos amez & Feaux Conseillers les gens tenans nos Cours de Parlement, Maîtres des Requêtes ordinaires de nôtre Hôtel grand Conseil Prevôt de Paris, Baillifs Senechaux leurs Lieutenants Civils & autres nos Justiciers qu'il apartiendra, Salut JAQUES ANISSON Libraire à Lyon. Nous ayant fait exposer qu'il desireroit donner au public une nouvelle Edition d'un Livre Intitulé *Don Laurentii Matthæi & Sanz J. C. Valentini Tractatus de Regimine Regni Valentiæ tribus libris contentus & explicatus*, si nous avions agreable de lui en accorder nos Lettres de Privilege *pour la Ville de Lyon seulement*. Nous lui avons permis & accordé permettons & accordons par ces presentes de faire reimprimer ledit Livre par tel Imprimeur qu'il voudra choisir en un ou plusieurs Volumes, en telle forme, marge, Caractere & autant de fois que bon lui semblera & de le vendre ou faire vendre & distribuer par tout nôtre Royaume pendant le tems de huit années consecutives *à compter du jour de la datte des presentes*; Faisons Defenses à tous Imprimeurs, Libraires & autres *dans ladite Ville de Lyon seulement* d'Imprimer ou Contrefaire ledit Livre ni d'en vendre & debiter d'autre Impression que de celle qui aura été faite en vertu de nos Lettres expresses, ni d'en faire aucuns Extraits sans le Consentement par écrit de l'Exposant ou de ses ayans cause, à peine de Confiscation des Exemplaires Contrefaits, de mil livres d'amande contre chacun des Contrevenans, dont un tiers à l'Hôtel Dieu de Paris, un tiers à l'Exposant & l'autre tiers au Denonciateur, & de tous dépens, dommages & interêts; *à la Charge* que l'impression en sera faite *dans nôtre Royaume & non ailleurs* & ce en bon papier & en beaux Caracteres *conformement aux Reglemens de la Librairie*, que ces presentes *seront regiſtrées en Regiſtres de la Communauté des Imprimeurs & Libraires de Paris*, & qu'avant que d'exposer ledit Livre en vente il en sera mis deux Exemplaires dans nôtre Bibliotheque publique, un dans nôtre Château du Louvre & un dans celle de nôtre tres-cher & Feal Chevalier Chancelier de France, le Sieur Phelypeaux Comte de Pontchartrin, Commandeur de nos Ordres, le tout à peine de nullité des presentes du contenu desquelles vous Mandons & enjoignons de faire jouir l'exposant ou ses ayans cause pleinement & paisiblement sans souffrir qu'il leur soit fait aucun trouble ou empêchement, Voulons que la copie des presentes imprimée au commencement ou à la fin dudit Livre, soit tenuë pour deûement signifiée & qu'aux Copies Collationnées par l'un de nos Amez & Feaux Conseillers & Secretaires, foy soit ajoûtée comme à l'Original, Commandons au premier nôtre Huissier ou Sergent de faire pour l'execution des presentes, tous actes requis & necessaires sans autre permission & nonobstant Clameur de Haro Charte Normande & Lettres à ce contraires; Car tel est nôtre plaisir. Donné à Versailles le vingt deuxiéme jour de Juillet l'an de Grace mil sept cent trois & de nôtre Regne le soixante uniéme.

Par le Roy en son Conseil. Signé LECOMTE.

Regiſtré sur le Livre de la Communauté des Libraires & Imprimeurs Conformement aux Reglemens, à Paris ce 2. Aouſt 1703.

Signé P. TRABOUILLET Syndic.

LIBER

LIBER PRIMUS
DE REGIMINE URBIS, ET REGNI VALENTIÆ.

CAPUT PRIMUM.

De Regni, Urbisque situ, & Regia potestate, atque jurisdictione.

§. I.

De Urbis situ, Regnique termino, & origine, ad for. 1. de termin. Regni.

TEXTUS.

JACOBUS I. REX.

AQUESTS son los termens del Regne de Valencia: del Canar de Vlldecona, que es riba la mar, aixi com va lo riu ensus, è passa per la Cenia, é hix a Benifaçá: è roman Benifaçà el terme de Valencia, & Morella ab sos termens: aixi comparteix ab Monroig, è hix al riu de les Truytes, que es prop la Glesiola, è aixi com va a Arcedo, é Aledo, los quals son dins lo dit Regne, é aixi com va a la Mosquerola: è de la Mosquerola a Mora: è entrenem Ruviols el dit Regne: é de Mora aixi com va a la font de la Babor, è axi com va el riu Daventosa, è hix a la Maçanera: pero dellà del riu es de Aragò, è del riu ença del Regne de Valencia, aixi com va a la serra de Javalambre: è de la serra de Javalambre aixi com hix a Castell Phabip, é Ademuz, é aquests dos castells son del Regne de Valencia. Et de Ademuz aixi com va al terme que parteix Ares, é a Santa Creu, è de alli com hix al terme de Toixa, è de Xelva, è hix a Senarques, é parteix terme ab Castella: é aixi com hix a Xerelli, é a la serra de la Rua, é feneix a Cabriol, é al terme de Garamoxen, é a la Font de la Figuera, é com hix a Burriaron, è de alli a Almizra, é al port de Biar, que parteix terme ab Billena, é aixi com va la serra de Biar, entro en la Mola, é entro en la mar, que parteix ab Bossot, è ab Aygues.

SUMMARIA.

1 *Valentia in Hispania Tarraconens.*
Valentia in Edetanis sita, ibid.
Valentiæ amœnitas, & viriditas, ibid.
1 *Valentia à Rege Remo condita.*
Impugnatur tanquam fabulosa, & à militibus Viriati condita probatur, ibid.
Junius Brutus Consul Romanus, Valentiæ conditor, ibid.
2 *Mariana contrarium tenet.*
Impugnatur opinio Mariana, ibid.
4 *Valentiæ Alcantaræ situs inter Tagum, & Anam, ubi antiquitus Mendigalea.*
5 L. fin. ff. de censibus, *expenditur.*
Illicitani, non Licitani, sunt immunes in dict. l. fin. *ex Antonio August. ibid.*
6 *Propinquitas locorum est fallax conjectura.*
Sertorianum Gymnasium in Illergetibus conditum probatur, ibid.
7 *Viriatus fugatus in Carpentaniam, & occisus in proximis sylvis prope Saguntum.*
8 *Romani civili doctrina eruditi.*
9 *Regni Valentini nomen, à Mauris initiatum, & cognitum.*
Aodala primus Valentiæ Rex nominatur, anno salutis humani generis 888. ibid.
10 *Invictissimus Dominus Jacobus Primus, Regnum à manu Infidelium eripuit, anno 1238.*
11 *Prima Regni vindicatio, à confinio Dertusæ; usque ad terminum de Biar longitudine complebatur.*
Idem invictissimus Rex, Regnum Murciæ expugnat, anno 1265. ibid.
Villenam capit, & Emmanueli genero donat, ibid.
Anno sequenti ipsam Murciam vindicat, & Alfonso Castellæ Regi, cognomento Sapienti, *tradit, ibid.*
12 *Alfonsus anno 1296. Regi Aragonum, Regnum Murciæ donavit.*
Sententia arbitralis inter Castellanum, & Aragonium Reges, à Lusitano Dionysio, ibid.
13 *Totius Regni descriptio nova.*
14 *Valentiam habitasse Edetanos, & Contestanos, ex Plinio, & aliis multis.*
Edeta urbs ubi nunc Liria, ibid.
Contestani, & Bastetani, quibus Illicitani annumerabantur, in occidentali plaga Regni, ibid.
Contestanorum caput, oppidum antiquitus Cetayna, nunc verò Cocentayna, ibid.
Illercaones in septentrionali plaga, ibid.
15 *Urbes, & amnes celebrati in antiquo ævo.*
Turia amœnitas à Claudiano cognita, ibid.

VAlentiæ regimen explanaturo quid priùs incumbat non reperio, quàm de situ, nomine, & origine Urbis, & Regni aliqua prælibare. Valentiæ Regnum

ab urbe ejus Metropoli sumpsit nomen. Situs ipsius in Hispania Tarraconensi, ut notum est, quem eleganter descripsit P. Joannes Mariana *de rebus Hispan. lib. 12. cap. 19.* his verbis: Valentia in ea Tarraconensis Hispaniæ parte sita est, quam olim tenuerunt Edetani, loco plano, & amœnissimo, nullius rei idoneæ egens, nisi quòd advecto plurimum frumento opus habet, armis, virisque opulenta. Lætissima cœli, solique facies. Hyems egelida. Æstas temperata flatibus maris. Tanta rerum omnium copia, Civium, ædificiorumque elegantia, ut patriæ oblivionem advenis inducere sit opinio. Omne genus arboribus horti nobilissimi: citreis maximè in quincuncem institutis: unde perpetua viriditas Hyemis, atque Æstate. Citrei circum parietes citrea conclavia ita rami innexi, inflexique arte sunt, ut justarum ædium speciem repræsentent. Aditum arcet operis firmitas: aspectum frondes ramis omnibus stipatis, opere topiario in varias formas compositæ: avium, animantium totius domestici apparatus. Quales elisæos campos beatorum sedes antiquitas finxit, talis terræ, urbisque facies Valentiæ est cœlo data. Turia ad lævam alluit: qua parte Regia est, radiis surgentis Solis objecta, atque ponte cum reliqua urbe commissa, in plures rivulos diductus; quæ res agrum irriguum efficit, urbi aquarum copiam suppeditat. Ad mare æstuarium est ad tertium milliare, nonnulla loci insalubritate, id in commodum piscium, tum multitudine, tum varietate compensans. *Hæc P. Mariana.*

2 Nominis urbis origo, sicut & conditor, variè ab authoribus traditur. Valeus enim, & alii (quos aliqui ex nostratibus secuti fuere) Regi Romo, Græco originem tribuunt, à quo Romam appellatam tradunt, Valentiámque à Romanis, qui eam nobilitarunt: eo quòd latinè idem sit *Valentia*, ac græcè *Roma*. Aliquibus fabulosa hæc traditio videtur, ut *Resendius* asserit qui eam à Lusitanis Viriati militibus conditam, & nominatam affirmat quasi *viris valentem*, & *armis*. Sed Resendio accuratissimè respondit eruditus Josephus Vincentius del Olmo *in Lithologia*, *cap. 1.* qui apertissimè probat à Romo conditam, appellatamque *Romam*, licet à Viriati militibus ampliata nomen in *Valentiam* commutaverit.

3 Hæc sententia displicuit P. Marianæ *lib. 3. cap. 7.* nam licèt fateatur, ex his, qui sub Viriato militarunt, à Junio Bruto Consule, Valentiam constructam fuisse, anno ab Urbe condita 616. (quod & tradiderat Livius *lib. 55.* ibi: *Junius Brutus Consul in Hispania iis, qui sub Viriato militaverant, agros, oppidumque dedit, quod Valentia vocatum est*:) tamen Valentiam Alcanteræ esse contendit, propter locorum vicinitatem.

4 Sed salva pace tanti viri in historia eruditi contrarium probare conabor; nam conjectura illa vicinitatis locorum fallax utique est, ad hoc ut à nostro ævo ad illud, argumentum sumatur. Imprimis enim neque in descriptione Hispaniæ Antiquæ (sive *mappa*) quæ Julii Cæsaris commentaria comitatur, neque in his, quæ Geographi antiqui, & Neoterici adducunt, alia Valentia reperitur, quàm illa, quæ in Edetanis constituitur; neque de alia Geographi mentionem faciunt, cùm ex professo & regiones, & oppida, & flumina, & colles exiguiores describunt. Imò in descriptione, sive mappa Veteris Hispaniæ, quàm novus Atlas edidit *tom. 2.* minimè de Valentia Alcanteræ meminit, de qua absque dubio meminisset, si condita tunc esset, cùm tot annis ante Cæsaris bella Viriati militibus ager donatus fuit. Et quod magis est, in ipso situ, quem Valentia Alcanteræ obtinet, ad distantiam duorum graduum longitudinis, ad Occidentem fermè, juxta ripam Tagi fluminis versus Anam *Mendicaleam* describit, propinquam Norbæ Cæsareæ, sicut & hodie est Alcanteræ: cùm Norbam Cæsaream Alcanteram esse non dubitetur.

5 Demum Valentia Hispaniæ, per antonomasiam nostra Valentia est. Benè Plutarchus in Pompeio: *At cùm Herennium, & Perpennam vires militares, qui ad Sertorium confugerant, quique illius Legati erant, subdidisset, circa Valentiam occidit amplius decem millia militum.* De hoc conflictu ipse Pater Mariana fatetur *eodem lib. 5. cap. 14.* nostram Valentiam propinquam esse, ibi: *Ad Sucronem sitam in agro Valentino sexdecim ab urbe millibus passuum.* Quod expressè probatur ex *l. fin. in prin. ff. de censib.* ibi: *Idem jus Valentini, & Illicitani habent. Barchinonenses ibidem immunes sunt.* Dubitari enim non potest, *Paulum* de nostra Valentia locutum fuisse: tum eo quòd Valentia hæc Colonia fuit Romanorum; quare immunitas ad eam pertinebat, ut ex nummo æreo apud Golzium patet, & nostrates Historici docent: tum etiam ex ipsa contextura, nam Paulus priùs in Lusitania Pacenses, & Emeritenses inter immunes numerat: Valentia Alcanteræ tunc in Lusitania erat, ut est compertum, sicque inter Lusitanos Valentini numerarentur. Postmodum verò Valentinos, & Illicitanos, (non Licitanos, ut *in Florentina lectione*, sed Illicitanos, ut in Vulgata, sicut probat Anton. Augustin. *emendat. lib. 3. c. ult.*) Atque Barchinonenses, hoc est, Valentinos omnes, & Catalaunos, cùm Illicitani sint incolæ illius partis ubi nunc sitæ sunt Orcelis, & Alon urbes: Illice enim juxta Geographos, ubi nunc est *Guardamar*, sita erat, ultra Staberum, vel Segura, ad littus maris, sive juxta Historiographos, ubi adest *Elche*, citra Staberum (licet & ego cum Geographis sentiam in his, quæ sunt peculiaria sui instituti) Quod & firmatur ex his, quæ de Valentia scripta reliquerunt Ptolomeus, Pomponius Mela, Volaterranus, & alii quamplures illius ævi Geographici.

Labitur enim Pater Mariana fallaci conjectura pro- 6
pinquitatis locorum; sicut pariter labitur quoad Gymnasium Sertorianum *eodem lib. 3. cap. 13.* dum asserit, Hoscam ubi Gymnasium Sertorius construxit ad eruditendam juventutem Hispanicam, esse sitam in Bæstanis. Puritas enim nominis Hoscæ, quæ in Illergetibus erat, usque ad nostra tempora servari, & immortalia monumenta ipsius Academiæ adhuc permanentia contra ipsum apertè concludunt, ut Zurita, & alii quamplures probant; atque adeò idem quoad constructionem Valentiæ est affirmandum.

Et si res benè perpendatur, neque eo argumento 7
propinquitatis loci uti valet. Nam licet Viriatus, ejusque milites Lusitani fuissent, tamen quando ager à Junio Bruto datus ei fuit, non erant in Lusitania. Ipse Pater Mariana *eod. lib. 3. c. 5. Servilius in Betica ad Arsam urbem Viriatum fugavit, in Carpentaniam usque secutus est.* Itaque Viriatus aufugit à Betica usque in Carpentaniam (hoc est Castellam Novam, ut ipse Mariana tradit *lib. 1. cap. 4.*) ab hinc in proximas sylvas dimissus, incolumem se servavit Viriatus. Consulque ad Vectones, & Calecos penetrare constituit. Tunc Viriatus occisus, & ut ex Apiano, Alexandrino, Morales, & aliis tradit noster Diago *lib. 2. Annal. Val. cap. 20. & 21.* prope Saguntum, eoque tempore militibus data venia, datusque ager: atque adeò nondum in Lusitania essent, sed in Valentia; vel ad summum in Carpentania, quæ Valentiæ confinis est; ac per consequens propinquior ager Valentinus noster erat, ut ibi oppidum eis donaretur.

Idque summa ratione nititur. Romani enim civili 8
doctrina ita eruditi erant, ut ipsius facti exitus demonstravit. Servilius enim Legatos Viriati muneribus delinivit, magnisque impostetum promissis hortatus fuit, ut Viriatum opprimerent. Fecerunt utique, & cùm Romam elapsi à Patribus facinoris præmium postulassent, responsum fuit, nunquam Senatui, Populóque Romano placuisse, ducem à militibus trucidari; sicque, qui prudenter proditores invisos habuerunt, militibus seditiosis non erant concessuri agrum proximum Lusitaniæ, tanquam

tanquam matrici seditionis ipsius; sed in aliam provinciam deductis, ut memoria seditionis avelleretur. Sic fecisse Germanicum legionibus seditiosis placatis, tradit Tacit. *lib. 1. Annal.* ibi: *Haud multò post in Resiam mittuntur specie defendendæ Provinciæ, ob imminentes Suevos: cæterùm, ut avellerentur castris truculis, adhuc non minus asperitate remedij, quàm sceleris memoria.* Sicque fecisse Brutum credendum est, quando *Lusitanis arma detracta, & agri dati, ut terræ cultu distenti, oppressi rebellandi penitus abijcerent cogitationem, sive fatuitatem.* Verba sunt ipsius P. Mariana *d. c. 5. in fin.* qui si hæc perpenderet, fortè à dicto recederet.

9 Regni Valentini primordia, sicut tradunt Petrus Mitinensis, Petrus Antonius Beuter, Abraham Ortelius, Mauris tribuuntur, cùm hæc regio tempore Romanorum, & Gothorum nullatenus Regni titulum obtinuisset. Hisen enim Rex Cordubæ decessit circa annum Christi 888. cui successit Alca filius Aodala Patruus illius, qui Valentiæ tunc dominabatur, ex Taviar ad se vocavit alium fratrem, cui nomen Zulema, exhæredatus quæ fuerat. Hi duo fratres magnis copiis adunatis profecti Cordubam, nepotem Regno expellere conati sunt: prælio autem victi, Aodala fuga sibi consuluit, Valentiamque reversus est. Maurorum autem præcipui se inter patruos, neporemque interponentes, eò rem deduxerunt, ut Aodala se Valentiæ Regem inscriberet: Zulemæ autem quolibet mense ex reditibus Valentiæ mille Moradini (pecuniæ genus: quod postea fortè Morabatini dicti, valentque quantum quinque dragmata Betica, sive decem solidos) instruendæ mensæ, & adhuc quinque Moradinorum millia ad res necessarias parandas penderentur. Quibus pactis cum Aodala assensisset, primum se Valentiæ Regem compellavit.

10 E manibus autem Sarracenorum invictissimus Dominus Rex Jacobus Primus & Regnum, & Urbem vindicavit fœlici expugnatione anno salutis humani generis 1238. ut Zurita, Beuter, Mariana, Miedes, Escolano, & Diago tradunt, & ipse Rex scriptum reliquit in historia expugnationis ab ipso, sicut proprio ense depicta, sic proprio calamo contexta, quæ ad *initium corporis privilegiorum* edita fuit.

11 Sed quoniam tunc tantùm expugnavit à Dertusæ confinibus usque ad terminum urbis Villenæ, inde in nostro foro primo Regnum eo pacto descriptum habemus: nam cùm fori conderentur anno 1240. ut infra trademus *c. 2. §. 3. n. 52.* usque ad ea tempora expugnata, comprehendi posse est apertum. Sed postea anno 1265. idem serenissimus Rex Murciæ Regnum sibi impugnandum desumpsit. Initium hujus impugnationis fuit Mauris Villenam eripere, quam illico Emmanueli genero, Regis Castellæ fratri restituit. Deinde Elda, Orcelis, & Illice sub jugum missæ, multáque alia eo tractu oppida hostibus detracta, pars vi, deditione pleraque. Ultimo verò anno sequenti 1266. ipsam Murciam subegit, quam Alfonso, cognomento Docto (sive ut vulgus infit, *el Sabio*) genero tradidit, ut scribit P. Mariana *lib. 3. c. 15.*

12 Deinceps anno 1296. die tertio Februarij Alfonsus Regnum Murciæ ditioni nostrorum Regum restituit, ut tradit Viciana *3. part. Chron. Val. fol. 162.* & meminit Mariana *lib. 15. cap. 1.* Sed demum contentione inter Reges orta, ad ipsam componendam Dionysius Lusitaniæ Rex partium consensu delectus arbiter, Joanne Ferdinandi Castellæ patruo; & Semeno Luna Cæsaraugustano Episcopo adjunctis, ad Torrellas oppidum, pronuntiavit, ut Aragoniæ, Castellæque ditionis Staberus fluvius (*Segura* nunc) communis terminus esset; Aragonij præcipuo commodo Illicitano portu, alijsque circa oppidis auctis, ultróque ipsi datum, quod magnis antea votis exoptarat, ad 8. diem Augusti 1304. De qua sententia Mariana *d. lib. 15. c. 17.* & Viciana *ubi proximè*, qui addit; secundâ sententiâ, confirmatam primam, pronuntiatâque Arizæ die 26. Februarij anni sequentis, ex tuncque Regnum Valentiæ usque ad Illicè portum, ejusque terminum extenditur.

13 Ad Meridiem enim Murcia, Carthagoque Nova vergit, ab eaque parte, quam antiqui Hefesti tumulum vocitarunt: nunc autem *Punta del Pinato*, Cœnobiumque D. Genesij Carthusianorum, *Via Dei* nomine, attingens versus Occidentum, ad terminum oppidi Fanavella, domosque de Costa extenditur, pervenitque ad terminum oppidi Salinas, à quo retrocedens sinu quodam offormato, quo Saig, & Villena à Regno excluduntur, ad oppidi Elda confinia cum termino de Biar connectitur, quò incipit Vetus foralis descriptio, cujus plurima aliqua antiquata, ita ut nec nominis memoria extet. Oppidum Capdet (non sine dubio termini ipsius) circunscribit piramidali quadam figura, cum Fonte *de la Higuera*, ut in peculiari nostri Regni descriptioni, sive mappa, est videre apud Atlantem novum *part. 2.* atque adeò longitudine completur à flumine Brigantio, nunc *de la Cenia*, usque ad Hefesti tumulum, sive *Punta del Pinato*. Ad Occidentem Castiliam Novam, Aragoniamque respicit. Ad Septentrionem Cataloniam, ea parte, qua Dertusa urbs conspicitur, ad oppidum de Vlldecona, non procul ab Iberi ore. Ad Orientem, & Meridiem littora maris, quæ eleganter descripsit Pomponius Mela *in compend. geograph. urbis, lib. 2. cap. 6.* contenta duplici sinu: Sucronensi ab ore Iberi incipienti ad Ferrarium promontorium terminato, sive Dianium, nunc autem *Cabo Martí*, & Illicitano, qui in eodem promontorio nascitur, finiturque ad Scombrarium, sive Herculis insulam, non procul ab ipso tumulo.

14 Hanc regionem quondam habitasse Edetanos; sive Sedetanos tradit Plinius. Contestanos Ptolomeus; sed uterque verum dixit de universo Regno loquendo, cùm utriusque populi majorem partem comprehendere nostra confinia sit certum. Edetani enim erant ad partem Orientalem Regni, à Turulo fluvio usque ad Sucronem (quibus comprehendebantur & Leonicenses) quorum nomen ab Edeta urbe denominabatur, sita non procul ab oppido Liria, proximaque Lauroni, ut ex descriptione antiqua Hispaniæ patet. Contestani autem ad plagam Occidentalem, à Sucrone usque ad Batistanos, quorum pars nostro Regno includitur, nempe Orcelis, aliaque oppida exigua (quibus & Illicitani annumerabantur.) Ex eis enim Contestania Hispaniæ Tarraconensis regio apud Plinium, cujus memoriam conservari affirmat in oppido olim *Cotayna* nuncupato, nunc vocabulo corrupto *Cocentayna*, ad fontem amnis, quem *de Alcoy* (olim Castri alti) nominamus, mareque ingreditur juxta oppidum Oliva contra Pituisas insulas. Ad Septentrionem denique Illercaones cum parte antiquæ Celtiberiæ, ut accuratè probat P. Diago *Annal. lib. 1. c. 5. & 6.*

15 Celebris fuit hæc Regio, & olim, & nunc, tum & urbibus opulentis illustrata, quarum Pomponius Valentiam, Saguntum, Lucentiam, Alon, & Illice numerat; quarum situm cognoscimus, nempe Sagunti fide; & ærumnis inclytæ; ubi oppidum *Morvedre* conspicitur, conservantis adhuc pristinæ magnitudinis ruinas. Valentiæ ubi diximus *n. 1.* Alon autem adhuc permanet, insigniqúe est mercatorum commercio. Illice, ubi *Guardamar* adest, ut dixi. Lucentia verò non procul ab oppido Dianæ, sive *Denia*. Tum & fluminibus Mela numerat Serabim, qui fortè Brigantius est, Duriam; sive Turiam nostrum, de quo Claudian. *in laud. Sirenæ*,

Floribus & rosis formosus Duria ripis.

& Sucronem, qui magnitudine alijs præstat, magnamque partem Regni irrigando fœcundat; ob quod ripa ipsius denominatur, quæ ditior est cæteris. Sed fat sit de Regni situ, nam nos non geographicum opus aggredimur, sed fororum interpretationem.

§. II.

De origine, & differentia fororum, eorumque explicatione, for. 4. in præmio for.

TEXTVS.

PETRVS II. REX.

Anno 1358. Valentiæ ad ſupplicationem totius Curiæ.

COm per ocaſio de les intricacions, les quals poſen los Juriſtes en los pleyts donant diverſos enteniments als furs, fundan, é interpretan, é declaran lo enteniment de aquells per lleys decretals, é decrets, ò gloſes de aquells, ſia donada gran materia als litigans de longament pledejar: Perço cobejants obviar a la longuea dels pleyts, é queſtions ſen fur nou, ordenam que la Cort jurge, è determen los pleyts, é queſtions que ſon, é ſeràn en lo Regne de Valencia, ſegons la forma de fur de Valencia a la letra tan ſolament, ſens alguna allegacio, é interpretacio de leys decretals, ò decrets, ò ſens gloſes de aquells. Entenem empero, é volem, que per lo preſent fur no ſia fet, ò engendrat perjudici algu als privilegis, franqueſes, libertats, é immunitats als Braços de la preſent Cort, ó algun de aquells per nos, é per noſtres als predeceſſors otorgats en tró en lo preſent dia de huy, aixi en general com en ſpecial, ans romanguen en ſa fermetat, é valor: è de aquells los dits Braços, é caſcu de aquells, els ſingulars de aquells ſe puixen alegrar: è aquells puixen allegar, é en prova traure, ſi, é quant ben viſt los ſera, ſens pena alguna que per aquella allegacio, adjudicacio, ò difinicio per vigor de aquells fahedora, no puixa eſſer demanada, ò levada. En aquelles coſes que fur no baſtarà, ſia recorregut a ſeny natural de prohomens de Concell de caſcuna ciutat, villa, ò lloch del dit Regne, hon los dits pleyts, ó queſtions ſeràn. Volem empero, é declaram que Nos, ne noſtre Concell, nel Governador, ó Procurador, Balle, ó Loctinent de aquells, é delegats noſtres, é delegats, é ſubdelegats de aquells jurgen, è determenen los pleyts, ò queſtions que davant aquells ſeràn, hos menaràn, per la forma deſus declarada. Aço enadit, que là hon fur no baſt, no ſien tenguts demanar, ò haver conſell de prohomens de les ciutats, viles, ò lochs, hon dits pleyts, ò queſtions ſeràn.

SUMMARIA.

1 *Valentia ut plurimùm Catalaunis fuit populata.*
2 *Fori conditi de conſilio Procerum.*
3 *Fori ſcripti Catalauno idiomate, & quare.*
4 *Rex habet in Regno ſupremam poteſtatem nemini mortalium ſubditam.*
5 *Reges Hiſpaniæ non recognoſcunt ſuperiorem.*
6 *Etiam nec ſummum Antiſtitem in temporalibus.*
7 *Rex Valentiæ penitus non recognoſcit ſuperiorem.*
8 *For. 4. in procem. explicatur.*
Imperator non habet ſuperioritatẽ in Regno Valentiæ, ibid.
9 *Leges Imperatorum non ut jura diſponentia admittuntur in Regno.*
10 *Fori in Regno jus commune ſunt.*
11 *Deficiente foro recurrendum ad jus commune, non tanquam ad legem, ſed ad rationem.*
12 *Ad jus Canonicum priùs recurrendum eſt deficiente foro, poſtea ad jus Civile.*
Limita in computatione graduum cognationis, ibid.
13 *Interpretatio juris excluſa eſt in Regno.*
Intellige de extrinſeca, non de intrinſeca, ut ibid.
14 *Forus, qui ſumitur à jure Civili, omnes limitationes, interpretationes, & intelligentias juris recipit.*
15 *Dominus Leon notatus à Fontanella* deciſ. 598. n. 15. *explicatur, & defenditur.*
16 *Contrà Foriſtæ omnem interpretationem excludere conantur.*
17 *Homines per ratiocinationem percipiunt.*
18 *Verba legis abſque ratione non aperiunt mentem.*
19 *Plura exempla proponuntur.*
20 *For. 6.* de minor. *expenditur.*
21 *For. 1.* de termino Regni, *perpenditur.*
22 *For. 2.* de adulteriis, *perpenditur.*
23 *For. 12.* de teſtibus, *perpenditur.*
24 *For. 104.* de Curia, & Bajul. *expenditur.*
Abſurdum infertur ex dictis foris nuda litera intellectis, ibidem.
25 *Prudentum juris interpretatio ubique admiſſa tanquam neceſſaria.*
26 *Legis ſpiritus ratio.*
27 *Legis anima mens, & ratio, corpus verò verba.*
28 *Reprehenſio Valentinorum, & Aragonenſium juſtiſſimè à Fontanella propoſita.*
29 *Interpretatio extrinſeca, extenſio, & ſubtilitates juris excluſa.*
30 *Fori Regni habent vim Canonis provincialis.*
31 *Fori conditi à Domino Rege Jacobo I. non ſunt leges pactionatæ.*
32 *Fori dicti Regis Jacobi I. non ſunt irrevocabiles.*
33 *Fori conditi de conſilio Prælatorum, & Procerum, poſſunt revocari, ſi de eis fiat expreſſa mentio.*
34 *Juramentum de ſervandis foris, intelligitur ſecundùm naturam principalis obligationis.*
35 *Confirmatio nil de novo addit, ſed quod antea erat conſervat.*
36 *Fori conditi in Curia generali, mediante pecunia oblatione, tranſierunt in contractum, & ſunt irrevocabiles; & n. 37.*
38 *Regia poteſtas ex juſtitia orta.*
39 *Princeps non eſt ſolutus legibus quoad vim directionis.*
40 *Rex in Regno poteſtatem habet legibus abſolutam.*
41 *Rex neque per modum legis contra foros diſponere valet.*
42 *Rex in Regnis Aragonum non eſt ſolus Legiſlator.*
43 *Explica cum Belluga.*
44 *Fori non revocantur per edictum temporale, exigente bono publico, & n. 45.*
46 *Differentia inter forum, & actum Curiæ, n. 46. & 49.*
47 *Fori de conſenſu totius Curiæ fiunt, & ſic legibus Curiatis Romanorum aſſimilantur.*
48 *Fori omnes ligant.*
49 *Actus Curiæ quid.*
50 *Privilegium, quid.*
51 *Fori actus Curiæ, & privilegia irrevocabilia ſunt, ſi intervenias pecuniæ oblatio.*

VAlentiæ Regnum ſic à Domino Rege Jacobo obtentum, cùm omnes incolæ Sarraceni eſſent, quorum major pars aufugit, novis incolis impletum fuit & *magna ex parte ex Catalaunis, ac fermè ex Gerunda, Tarracona, Dertuſa*, ut P. Mariana infit *d. lib. 12. c. 19.* licet etiã plures Aragonenſes hìc incolarum contraxerint. Finita enim prima Regni expugnatione, pacatáque jam tumultuaria armorum concitatione, invictiſſimus noſter Princeps, ut civili curæ novi cives incumberent, ſaluberrimiſque legibus regerentur, concionem congregavit, quam è Prælatis Aragoniæ, & Cataloniæ, & Proceribus, nobilibuſque viris, atque probis hominibus eduxit, quorum conſilio foros condidit, ut *in for. 1. procem. fororum* habetur: eoſque foros Catalauno idiomate ſcribere juſſit, eo quòd cùm utplurimùm Catalauni incolæ erant, eorum lingua in novo Regno præhabita fuit: & conſonum rationi judicavit, ut leges vulgari idiomate ſcriberentur, ne alicui celatæ manerent. Hanc rationem expreſsè tradit Miedes *in geſtis*, ſive *vita ipſius Regis*.

Poſtea

Postea verò ubi forus deficiebat, ipse aliqua addidit, vel ubi sufficienti aliqua declaratione egebat, foros ipsos declaravit, ut notat compilator fororum *in apostil. ad for. 1. proœm. for.* Denique autem cùm Curiæ generales à Dominis Regibus frequenter celebrarentur, in ipsis plures de novo conditi, & antiquorum plures correcti, ut ex volumine fororum patet. Modus autem celebrandi Curias generales, ex professo tradit *Belluga*, cui, cùm primus doctrinæ, & antiquitate sit, lectorem ad hoc remitto.

4 Ab expugnatione Regni dubitari non potest, Regem supremam, ac regalem authoritatem, atque jurisdictionem obtinuisse, nemini mortalium subordinatam. Nam
5 præterquam quòd in communi Reges Hispaniæ Imperatoris potestatem non recognoscunt in superiorem, ut docuit Glos. *in cap. Adrianus, verb. per singulas, in fin. 63. dist.* Covar. *in regul. peccatum, 2. part. §. 9. n. 9.* Matiençó *in l. 1. tit. 10. lib. 5. recop. glos. 21. n. 2.* ubi plures refert D. Leon *dec. 12. n. 14. lib. 1.* Sigismum. Scaccia *de judic. caus. civil. & crimin. lib. 1. c. 16. n. 3.* don Joan. Baptist. de Larrea *alleg. fiscal. 12. n. 10. lib. 1.* aliis relatis Petrus Greg. Tolos.
6 *de Repub. lib. 6. c. 13. num. 26.* Et quod magis est, neque summum Antistitem in temporalibus, & demptis his, quæ ad Fidem pertinent, Solorçano *de jur. Indiar. lib. 3. c. 1. n. 85. to. 1.* qui plures laudat: nam, ut ipse probat *lib. 4. c. 3. n. 30. tom. 2.* habet fundatam suam jurisdictionem temporalem in toto Regno. In speciali, Rex Valentiæ neminem pariter recognoscit: Belluga *in speculo rub. 11. §. his igitur, n. 1.* & Borrellus *ibidem, lit. A.* dominus Cerdan *in veriloq. c. 1. §. 1.* dominus Leon *ubi proxime.* eo quòd maximis laboribus, gravissimis periculis, immodicisque impensis Regnum à Sarracenis occupatum vindicavit, quæ est ratio à Doctoribus tradita.

7 Unde infertur ratio dispositionis nostri text. ibi: *Que la Cort jurge, é determen los pleyts, é questions, que son, é seran en lo Regne de Valencia, segons la forma de fur de Valencia, a la letra tan solament, sens alguna allegacio, ô interpretacio de leys, decretals, ô decrets, o sens gloses de aquells.* Hoc est, *quòd Curia judicet, atque dirimat lites, & quæstiones, quæ sunt, & erunt in Regno Valentiæ, juxta formam fori Valentiæ, ad literam tantùm, sine aliqua allegatione, aut interpretatione legum, decretalium, aut decretorum, & glossarum eorundem.*

8 Cùm enim Pontifex, & Imperator nullatenus habeant superioritatem in Regno, ut dictum est, nisi Pontifex in spiritualibus, & rebus Fidei; inde est, quòd leges, & decreta eorum, defectu authoritatis minimè teneant in Regno, nec admitti valeant tanquam jura disponentia, sed
9 standum est foro; ut expresè docet Petr. Greg. *d. lib. 6. c. 13. n. 26.* Dns Leon *d. decis. 12. n. 15.* & Dns Cerdan *in veriloq. dict. c. 1. §. 1.* De Aragonis tradunt Portoles ad Molin. *verb. Forus, n. 12. pag. mihi 733.* qui etiam de aliis Provinciis. (Unde fori, jus commune Regni sunt, Franq.
10 *dec. 102. n. 21. part. 1.* Dns Leon *in respons. jur. post dec. 210. n. 45. lib. 2. & decis. 1. n. 17. lib. 1.* Cancer. *var. lib. 2. c. 1. n. 2.*) Quæ ratio deducitur ex for. 1. *in eodem proœm. vers. Volem.*

Et quanquam in *textu nostro* alia ratio proponitur, nempe ne litium finis impediatur Advocatorum argutiis, de quibus latè, & benè Janius Langl. *semest. lib. 1. c. 1. in prin.* & Xamar *de off. Jud. & Advoc. lib. 2. q. 1. ex num. 35.* tamen à prima non est recedendum; nam illo ævo sanctius visum fuit litibus obviam ire, propter incolarum simplicitatem: postea Republica nimium florescente, civiumque facultatibus adauctis, necessarium fuit, ut Jurisperitorum patrocinia quærerentur, ut in simili probat doctissimè, ut solet, D. Joan. Solorç. *de jur. Ind. lib. 4. c. 3. n. 2. tom. 2.* quod convincitur apud nos *ex rub. de Advoc.*
11 *& procur. in for.* Atque adeò retenta prima ratione, licèt deficiente foro recurrendum sit ad jus commune, ut Belluga probat *in spec. rub. 11. §. his igitur, n. 1.* Bardaxi *ad for. Aragon. tit. de Advoc. for. 5. n. 3.* id intelligendum est non tanquam ad legem, sed ad rationem naturalem scriptam, ut habetur *in for. 1. proœm. ad fin.* ibi: *A natural seny, e egualtat*, id est *ad naturalem rationem, & æquitatem.* Quod innuit Belluga *ibid. n. 3.* ibi: *Judex eo casu naturalem rationem servare tenetur, & hoc aliquoties lege cavetur in Valentina Provincia.* Sequuntur D. Cerdan *in veriloq. d. c. 1. §. 1.* & D. Leon *dec. 2. n. 17. & dec. 4. n. 2. & dec. 12. n. 13. & dec. 107. n. 20.* Burgos de Paz *in l. 1. Tauri, n. 520. cum plur. seqq.* Pinel. *in rub. C. de bon. mater. p. 2. n. 12.* Cifuent. *in l. 3. Tauri, n. 3.* Ant. Gom. *in l. 1. Taur. in prin.* Pater Molin. *de just. & jur. tr. 2. disp. 176. in fin.* Part Sanch. *de matr. lib. 7. disp. 87. n. 26. circa fin.* Suar. *de legib. lib. 3. c. 8. à n. 7.* Cast. Pal. *operm. p. 1. tr. 3. de leg. in com. disp. 1. punct. 22. §. 1. à n. 8. præcip. num. 10.*

Et nota differentiam, nam forus in principio de Curia loquitur, ibi: *Que la Cort jurge*, sicque dispositio solùm tenet in Curia Ordinariorum; & quamvis ad finem extendatur ad cæteras Curias, & Consilium Principis, ut pater *in vers. Volem*: tamen Curia ordinaria, deficiente foro, de consilio proborum hominum tenetur judicare; Consilium verò Principis minimè, ut in eodem foro habetur, & ut colligitur *ex for. 5. ibid.* quo pœnis punitur allegatio jurium; sed his pœnis non tenentur cæteri Officiales, sicque deficiente foro remanet dispositio *for. 1.* nempe, *a natural seny, é egualtat.* Sed dubitari potest, an 12
ad jus Canonicum, vel ad Civile priùs recurrendum sit? & ad Canonicum cum *Belluga, Portol.* & aliis docet D. Leon *decis. 4. n. 2. & seq. & decis. 55. n. 16.* eo quòd magis juri divino inhæret: & deficiente canone, sive jure Canonico, ad Civile, ut *ibid.* probat. Quod limitandum est in computatione graduum, ut idem D. Leon docet *dict. decis. 4. n. 16.* & in pœnis criminum, ut mox dicetur.

Sed magis urgent verba illa fori ibi: *A la letra tan solament, sens allegacio, ô interpretacio* id est, *ad literam tantùm, sine aliqua allegatione, aut interpretatione.* Ex quibus verbis omnem interpretationem juris excludere non
pauci contendunt: imò Brachia Regni semper id con- 13
sequi conata fuerunt; adeò ut in Curia generali anni 1645. idem cautum sit. Ex hoc tamen non tollitur justa, & legitima interpretatio, cùm excludat frivolam, & extrinsecam, non autem intrinsecam, quæ venit ex mente, & ratione fori, ut ex *Bald. Anchar.* & aliis probat D. Leon *d. decis. 1. n. 36. tom. 1.* Mendez à Castr. *in pract. Lusit. fol. 423.* Gratian. *disceptat. for. c. 15. n. 22.* Menoch. *cons. 5. n. 28. lib. 1.* Caste. Pal. *tract. 3. disp. 5. punct. 3. §. 2. n. 6.* Escob. *de veroq. for. art. 6. n. 105.* præsertim quando forus desumitur à jure communi, nam tunc ab eo interpretatur, & recipit omnes limitationes, interpretationes, & intelligentias, quas à jure communi recipit: 14
Belluga *in spec. rub. 38. §. conquerantur, n. 2. vers. Sine merito*, pluribus relatis Portol. ad Molin. *in d. verb. Forus, n. 6.* Bardaxi *ad for. Arag. tit. de Prælat. relig. pers. n. 12.* Selle *decis. 339. n. 36. tom. 3.* D. Monter. *decis. 11. n. 14.* qui de Aragonis loquuntur. Plurib. relatis Fontanel. *de pact. claus. 4. gl. 18. p. 2. n. 68. & decis. 498. n. 15. & seqq. tom. 2.*
qui de Catalaunis, licet non benè percipiat quæ tradun- 15
tur à D. Leon *in locis ubi proximè*; *nam in responso juris* tanquam consulens indistincte locutus fuit; *in d.* autem *decis.* tanquam Judex, & causarum decisor distinguit interpretationem intrinsecam ab extrinseca. Ex nostris præter *Bellug.* & dominum *Leon*, dominus Morla *in Emper. lit. 1. qu. 11. n. 16.* D. Victor Calahorra *in allegat. falsitatis pro Reg. fisc. n. 20.* dominus don Braulius Esteve *in allegat. precedentiæ pro Episcopo Oriol. num. 13.* Mathias Morlà *in allegat. 1. jurisd. Disputator. Regni in syndic. Ordin. Minor. n. 18. cum seqq.*

Id enim, quanquam certissimum esse arbitror, nulla- 16
tenus æquo animo laturos credo, qui contra foros speculantes quotidie conqueruntur; nam semper conatur ostendere, omnem interpretationem fororum esse interdictam, ita ut litera eorum strictè sit accipienda, quin discursui, & rationi sit locus in ea exponenda, neque menti adhærendum, sed verbis. Quod à recto sentiendi 17
tramite deviare non dubito; homines enim judices

sunt, qui cognitionem perfectam non habent, sed per ratiocinationem, & discursum. Unde Arist. 1. *metaph.* c. 1. dixit: *Hominum autem genus arte etiam, ac ratiocinationibus.* Imò ratio, & intellectus in homine ejusdem potentiæ sunt, D. Thom. 1. *part. quæst.* 79. *art.* 8. *in corp.* ibi: *Intelligere enim est simpliciter veritatem intelligibilem apprehendere. Ratiocinari autem est procedere de uno ad aliud ad veritatem intelligibilem cognoscendam. Et ideo Angeli, qui perfectè possident secundùm modum suæ naturæ cognitionem intelligibilis veritatis, non habent necesse procedere de uno ad aliud: sed simpliciter, & absque discursu veritatem rerum apprehendunt: ut Dionys. dicit* 7. *cap. de divin. nomin. Homines autem ad intelligibilem veritatem cognoscendam perveniunt procedendo de uno ad aliud, ut ibidem dicitur: & ideo rationales dicuntur.*

18 Verba legis quantumvis legantur, mentem ejus absque ratione, & discursu percipi impossibile est; nec id perfectè omnino, cùm humanæ mentis capacitas nunquam perfectè cognoscere, & intelligere valeat. Ex quo deducitur origo opinionum, & sententiarum in omni scientia, & doctrina. Lex Domini interpretatione Sanctorum indiget, ut à nobis rectè percipiatur: & leges

19 Valentinorum ea carebunt? Sacræ paginæ litera tot, tantisque modis à Patribus, & Ecclesiæ Doctoribus expenditur: & literam fororum expendere nefas erit? In sacra Theologia vix aliquid est (demptis his, quæ ad fidem pertinent) quod conflictu opinionum non evolvatur, & nostra jura quieta manebunt? Jus naturæ immutabile est; principia Philosophiæ ut plurimum experimentis comprobata, & nihilominus in Philosophia & naturali, & morali, tot fuerunt, & sunt sententiæ: & *in nostro textu nil dubitandum esse fatebimur?* Historiæ continent facta individua, & tamen recentiores in antiquorum traditis intelligendis, vel temporum cursibus computandis variis altercationibus laborant: & foros tot sæculis ante nos conditos intelligere perfecte debemus sine discursus, & ratiocinationis effectibus? Medendi ars in eo versatur, ut contraria contrariis curentur; cæterùm in applicatione medicamentorum, vel quia de postulante hæsitatur, vel de impediente ambigitur, sunt sæpè variæ Medicorum opinationes, imò in eodem ægroto aliquando contradictoriæ medelarum applicationes: & in tam vasta judicandi Provincia nil incertum in foris esse affirmabimus? Astrorum nunquam satis explorata facultas, ita ut quotidie nova sidera potentiæ visus objiciantur; & nostri ita explorati erunt, ut nihil novi addere mens valeat? Tot esse sententias, quot sunt capita, dixit vetus commune proverbium, eleganter Persius *satyr.* 5.

Mille hominum species, & rerum discolor usus:
Velle suum cuique est, nec voto vivitur uno.

nónne idem erit in modo percipiendi legum nostrarum decisiones veterano illo idiomate contentas? Liberum arbitrium tollere nefas est, sicque dum homines erunt, & diversi intelligendi modi, & variæ sentiendi opiniones ut videantur, est necesse. Sed ponamus sine discursu, & ratiocinatione judicandum esse, nude litera percepta; ad effectum judiciorum deveniamus.

20 In foro 6. *de minoribus*, cautum est, ne minores in criminibus excusentur à pœna ratione ætatis, nisi septem annos non excedat qui facinus patravit. Si forus iste ad literam præcisè intelligendus, vel practicandus est, delinquenti puero decem annorum pœna capitalis imponenda erit, si crimen exigat, quod est absurdum. Si intrinsecè forus secundùm jus interpretur, ita ejus decisio intelligenda est, ut omnino propter ætatem non vitet pœnam, sed mitiori pœna plectatur.

21 In foro 1. *de termino Regni*, habetur, quòd fines Regni non extenduntur ultra confinia oppidorum de Biar, & Bossot; ad literam sumpto, omnis pars Regni, secundum sententias denique adjudicata, ab eo excluditur, sicque civitates Orcelis, & Alon cum suis districtis: ergo affirmabit aliquis, Alonensem urbem, vel Marchionatum Elig in Regno non contineri, quia in foro non describuntur?

In foro 2. *de adulter.* cavetur, quòd mulier per vim 22
cognita, querelam teneatur proponere eodem die, quo violentiam fuit passa, nisi carceribus mancipata sit, vel aliter legitimè sub sequestro detenta, ibi, *embargada, presa*, aliàs non audiatur. Ad literam nudè hæc decisio intellecta, minor non excluditur, & ideò semel oppressa, si tutor, vel curator intra diem querelam non proposuerit, amplius non audietur: nam sub verbis *presa, embargada*, neque hæc, neque valetudinaria, neque in eremo violata, & similes comprehendi possunt ex rigorosa verborum significatione, sed interpretatione rationis mediante, quæ est eadem ac juris.

In foro 12. *de testib. ad fin.* cavetur, quòd testes de au- 23
ditu non probant. Ad literam omnes testes de auditu excluduntur à fide: quomodo enim sine juris interpretatione fama probabitur, & cætera, quæ per sensum auditus percipiuntur, veluti convitia, clamor, & his similia, de quibus testem de auditu plenè probare scripsit Giurb. *conf.* 34. *n.* 4. ubi plures? Quantæ causæ antiquorum factorum peribunt, quotque qualitates immemoriales improbatæ, ac improbabiles, manebunt, sicque ipsa immemorialis possessio.

In foro 104. *de Cur. & Baiul.* cavetur, ne Justitia in 24
criminalibus urbis, nec cæteri Justitiæ Regni procedant per *inquisitionem in crimine falsi* instrumenti publici, quin præcedat relatio Juratorum, & procerum artis Tabellionum, qua imputati, suspecti de falso declarentur. Ad literam hic forus, qui de Justitiis loquitur, non disponit in Curia Gubernationis, nec in Regia Audientia, nam de eis non loquitur. Qua igitur de causa solemnitas hæc in omni Tribunali observatur, nisi extensione juris mediante? quamquam hûc non sit ex identitate rationis. Quod in aliis quamplurimis foris, qui de Curia Ordinariorum loquuntur, experimento comprobatur. Hoc à regnicolis inductum est pro observatione fori, & tamen per interpretationem juris: ergo juris interpretatio nunquam exclusa fuit.

Si hæc ita se habent, quomodò prudentum juris exterminanda interpretatio est, quando leges nostræ non 25
omnia nobis trita tradunt ad lites terminandas? Eritne Respublica nostra prudentum responsis privata, dum cernimus Romanam, & cæteras politicis institutis ornatas ab hac interpretatione minimè deviare? Neque etiam lex de quibusdam providere potest, ideo legis danda est alicui potestas. Et quamvis legi maximè deferendum sit, quia ea turbatione caret, qua mentem humanam non carere cernimus; tamen majus incommodum accederet Reipublicæ, si illa lex irrationaliter capiatur, & ita sit inflexibilis, ut nulla rationis vi, vel necessitatis urgentia intelligi, aut interpretari, atque corrigi valeat; hoc enim esset sub tyrannide legis vivere, & priùs quàm sub tyrannide hominis. Benè Petr. Gregor. Tolos. *de Repub. lib.* 7. *cap.* 10. *n.* 9. & post eum Calist. Ramir. *de lege Regia.* §. 4. *num.* 9. Forsan dicetur in favorabilibus admittendam, in odiosis minimè tolerandam? Transeat. Sed quid, vel respectu cujus favorabile, aut odiosum judicabimus? Erit ne favor privati præferendus publico? Erit odiosum sontem punire, aut favorabile impunitum dimittere, ut ferocitate, impunitatis munimento, ampliata iterum delinquendo atrociùs operetur, aut multò pejora committat?

Si juxta votum succederent omnia, quisque malefac- 26
tor, sicut cupit, haberet forum, qui à pœnæ acerbitate illum indemnem servaret: debitor, ne creditoris instantia premeretur, alienæ rei detentor, ne ab ipso vindicari

posset. Id impossibile est, nam leges à ratione deviare nequeunt, cùm ratio spiritus sit legis. D. Augustin. *in cap. sedulò 12. dist. 38.* ibi: *Vtile est nosse ita esse præponendas verbis sententias, ut præponitur anima corpori: l. non dubium 5. C. de legib. l. contra legem 29. cum duab. seqq. ff. eod.* ubi clariùs Bald. ibi: *Virtus legis principaliter in mente, & mens idem est, quod ratio legis, quæ est anima ejusdem. Nam sicut* 27 *homo constat anima, & corpore, sic lex verbis, & mente, ita ut verba sint tanquam corpus, mens verò anima, & spiritus.* Exornant, aliis relatis, P. F. Franciscus à Sossa *super constit. sum. Pontif. de largit. munerum.* D. Cerdan *in veriloq. cap. 12. §. 4.* & don Franc. Amaya *in Apolog. post. lib. 10. Cod. num. 10. & 11.*

Quibus suppositis, in nudo literæ fororum judicio in- 28 hærendum non est, ne ampliùs reprehendantur, ut nos reprehendit Fontaneli. *dict. decis. 498. num 18.* his verbis: *Non sumus Cathalani tam illiberales, quantum vicini nostri Aragonenses, & Valentini, qui bas suis foris interpretationes à jure communi resultantes nolunt concedere, tam addicti sunt chartæ, licet aliquando, velint, nolint, eis interpretationibus uti compellantur.*

Neque ex hoc inanis remanet foralis dispositio, cùm 29 ab ea non solùm excludatur extrinseca interpretatio, ut diximus; sed etiam extensio, & ampliatio, ut ex Beroio, Menochio, Portolés, & aliis tradit D. Leon. *decis. 91. n. 4. tom. 1.* dummodo extensio non fiat ex omnimoda identitate rationis, ut ipse probat *ibid. num. 10.* & Bardaxi *ad for. Aragon. tit. de juram. vendit. per Dom. Regem præstand. n. 2. fol. mihi 54.* nam tunc non dicitur extensio, & pariter excluduntur subtilitates juris, ut in simili docuit D. Leon. *decis. 24. n. 9. tom. 1.*

Sed ut pergamus, Dominus Rex Jacobus I. ut dixi- 30 mus, concionem coëgit ex Prælatis, Proceribus, atque Nobilibus, ut ipsorum consilio fori conderentur. Ex quo duo pulchra inferuntur. Primum est, quòd cum fuerint conditi intervenientibus cunctis Prælatis Coronæ Aragonum, ut ex foro 1. procem. patet, & Nuntio Apostolico, ut testatur Belluga *in spec. rub. 11. §. videndum, num. 10.* Fori nostri habent vim canonis provincialis, ut *in cap. regula 2. §. porro, 3. distinct.* & ligant Ecclesiasticos, & eorum bona. Pluribus relatis Cenedo *practic. quæst. 18. num. 18.* D. Morla *in Empor. 1. part. titul. 1. quæst. 16. à num. 9. in fin.* D. Leon *decis. 65. num. 5. tom. 1. & decis. 148. nu. 17. lib. 2.* Pluribus P. Castro Palao *in oper. moral. tom. 1. tract. 3. de lege. in com. disp. 1. punct. 23. à num. 4. cum plur. seqq. & punct. 24. §. 6. num. 6. cum seqq.* Quod pariter procedit in omnibus foris conditis in Curiis generalibus, eo quòd Prælati interveniunt simul cum syndicis Capitulorum Ecclesiarum Cathedralium, qui statum Ecclesiasticum repræsentant.

Secundum est, quòd licet fori conditi à Domino Re- 31 ge Jacobo I. de consilio Prælatorum, Procerum, ac Nobilium, ipsisque intervenientibus facti fuerint; tamen non sunt leges pactionatæ, cùm non fuerint tunc celebratæ Curiæ, nec intervenerit oblatio pecuniæ, mediante qua transirent in contractum, fierentque irrevocabiles. Et quanquam majoris efficaciæ sint istæ leges factæ de consilio Procerum, quàm illæ quæ à Prin- 32 cipe solo fiunt; non per hoc tollitur potestas Principis ad ipsas revocandas. Benè verum est, quòd interventio eorum operatur, ut licet contra eas rescribat, nisi expressam mentionem fecerit, non valet rescriptum, nec tollitur legis dispositio. Si autem esset lex facta per solum Principem sine consilio Procerum, tunc ex clausu- 33 la generali, *non obstantibus*, valeret rescriptum, & tolleretur illa lex quoad disposita in rescripto. Ita Belluga *in spec. rub. 2. per tot. & rub. 47. nu. 1.* D. Leon *decis. 144. numer. 11. & 46. cum seqq. tom. 2. & decis. 21. num. 15. tom. 3.*

Nec juramentum de servandis foris à Principe præ- 34 stitum in principio sui regiminis, vel in celebratione Curiarum, vel confirmationes in ipsis Curiis generalibus abdicarunt ab ipso potestatem derogandi prædictos foros, qui non transierunt in contractum: nam juramentum semper intelligitur præstitum secundùm tenorem principalis obligationis, *l. fin. C. de non numer. pecun.* Rota *decis. 128. numer. 1. part. 1. in novis.* D. Leon *d. decis. 144. n. 18. tom. 2. & d. decis. 21. numer. 14. tom. 3.*

Confirmatio autem nihil addit de novo, sed quod an- 35 tea erat, conservat: Menoch. *cons. 191. num. 46.* pluribus relatis Barbos. *in collect. ad cap. cùm dilecta 4. de confirmat. n. 6.* Fontanel. *de pact. claus. 4. glos. 10. part. 2. n. 42.* Ant. Mathæus *de auction. lib. 1. c. 13. n. 15.* ita ut ex generali statutorum, sive privilegiorum confirmatione, ea quæ in usu non sunt, minimè comprehendantur. Idem Barbos. *claus. 59. num. 54.* ac per consequens neque per juramentum, neque per confirmationem subsequentem, natura horum fororum immutata unquam fuit. Quibus responderi potest ad rationes dubitandi propositas à D. D. Raymundo Mora Senatore, *in compil. foror. Generalitatis, rub. 26. in prin. in not. lit. B.*

Fori autem, qui in generali Curia conditi fuerunt, 36 mediante pecuniæ oblatione transierunt in contractum. Nam licet Princeps legibus absolutus sit, *l. Princeps, ff. de legib.* hoc intelligitur respectu juris civilis, supra cujus caput est Princeps, non autem respectu juris gentium, à 37 quo contractus dimanant, imò contrahens subjicitur eisdem legibus, quibus ligantur privati. Bald. *in l. digna vox, C. de legib.* Curt. Iun. *cons. 1. num. 9. & consil. 142. n. 7.* Menoch. *cons. 405. num. 7. lib. 4.* Molin. *de Hispan. primog. lib. 3. cap. 5. num. 16.* ubi Addent. Gratian. *discept. cap. 891. nu. 9. lib. 5.* Castillo *controvers. tom. 5. cap. 106. n. 17. & seqq.* Xamar *de offic. jud. part. 1. quæst. 18. num. 21. & part. 2. quæst. 7. num. 14.* qui alios referunt. Quanquam enim Princeps solutus legibus sit; lege honestatis, quæ firmior, validiorque est, nunquam solvitur: ex justitia enim Regia potestas orta est; ob ipsius administrationem plures *Jovis filii* habiti. Hippol. à 38 collibus *in libel. Nobilis, propos. 10.* qui libellus olim sub Anibaldi Ubaldi nomine, editus fuit, haberturque *in speculo Aulicarum, atque Politicarum propositionum, pag. mihi 131. Imò pietate, & justitia Principes Dii fiunt.* Seneca *in ludo*, latè Langlæus *semestr. lib. 7. c. 17. pag. mihi 462.* Franc. Amaya *obser. lib. 1. cap. 1. n. 7. & 97. cum seqq.* D. Joan. Solorzano. *Emblem. 68. nu. 6. cum seq. & in l. 2. nu. 11. & seqq. C. ne fiscus rem quam vendidit, lib. 10.* don Didacus Sahavedra *in symbol. polic. symb. 21. per tot.* Si enim ex hoc ad observantiam cunctarum legum teneri est compertum, *l. imperfecto, C. de test.* ibi: *Licet enim lex imperii, solemnibus juris Imperatorem solverit, nihil tamen tam proprium imperii est, quàm legibus vivere, dict. l. digna vox, C. de legib. cap. quæ in Ecclesiar. de constitut.* multò magis legum jure gentium, & naturali inductarum. Benè ad rem Fachin. *controvers. lib. 1 c. 2. in prin.* Sicque tenetur ad observandam fidem, & implendum contractum; quod intelligendum est, non ita ut aliquis sit, qui Principem cogere possit ad ipsam observantiam; sed quia ipse à se tenetur has leges observare, *dict. l. digna vox*, ibi: *Digna vox majestate regnantis, legibus alligatum se profiteri, & re vera majus imperio est submittere legibus Principatum.* Quod est idem ac dicere, quòd non tenetur vi coactiva, sed directiva, ut ex D. Thom. 1. 2. q. 96. *art. 5. ad 3.* colligitur. Nam, ut 39 ipse Angelicus Magister explicat, ibi: *Quantum ad Dei judicium Princeps non est solutus à lege, quantum ad vim directivam ejus: sed debet voluntarius, non coactus legem implere.* Fachin. *dict. cap. 2. versic. Quarta, & seqq.* Unde tales fori, qui in contractum transierunt, irrevocabiles sunt, *l. quod semel*, ubi Bart. *ff. de decret. ab Ord. fac.* Belluga *in spec. rub. 2. num. 2.* & ibi Borrel. *lit. D. & rub. 47. num. 1. vers. item quod*, Petr. Gregor. Tolos. *de Republ. lib. 7. cap. 20. num. 26.* Oliban. *in usat. ium nan-*

que, cap. 3. num. 9. Mieres *coll. 1. num. 5.* Cancer. *variar. part. 3. cap. 3. num. 68.* Xamar *ubi prox.* Seſſe *deciſ. 74. num. 41. cum ſeqq.* Bardaxi *ad for. Aragon. tit. de his que D. Rex, num. 5. & ſeqq. fol. 49.* D. Leon *deciſ. 21. num. 2. & ſeqq. tom. 1. & dict. deciſ. 144. n. 10. & 56. tom. 2. & deciſ. 39. n. 70. com. 5.* D. Cerdan *dict. cap. 1. §. 1.* pluribus P. Fragoſo *de Repub. part. 1. lib. 1. diſp. 1. §. 1. n. 100. & ſeq. & diſp. 3. §. 2. n. 213. & ſeqq.* qui *n. 219.* de Regina, & filiis diſputat; Amaya. *ad dict. l. 2. n. 13. cum ſeqq. C. ne fiſcus rem, quam vendidit, lib. 10.*

Unde eſt, quòd licet Dominus Rex habeat in Regno
49 poteſtatem legibus abſolutam, ut Brachia ipſius Regni fatentur *in capitibus habilitationum Curiar. 1604. fol. 80.* cùm fori conditi in Curia mediante oblatione pecuniæ in contractum tranſierunt, inde eſt, quòd Princeps nequit facere aliquid in eorum derogationem, ut Doctores *ſuprà* traditi probant, & cum eis omnes Foriſtæ.
41 Nec etiam per modum legis, quia in Regnis noſtræ Coronæ, Dominus Rex non ſtatuit ſine Curia contra foros, ſed ſimul cum Curia, ut de Catalonia tradunt
42 Calicius, Peguera, & alii relati à Cancer. *var. lib. 2. cap. 1. num. 7. & lib. 3. cap. 3. nu. 52.* Fontanel. *deciſ. 3. n. 25. tom. 1. & deciſ. 283. num. 7. cod. tom.* & de Aragonis Molin. *verb. foros in Aragonia, & verb. libertates, fol. 304. col. 3. in fin.* & *ibi* Portolés, Bardaxi *ad for. Aragon. tit. quod dominus Rex, num. 1. in fin. fol. 2. col. 4. n. 3.* Seſſe *deciſ. 74. nu. 46. & de inhibit. cap. 1. §. 5. num. 6.* Calixtus Ramirez *d. l. Regia, §. 25.* qui non benè explicant; cùm id limitandum ſit quoad legem derogatoriam fororum, ſicut explicat Belluga *dict. rub. 47. num. 2.* ibi: *Et licet quidam Foriſta velint dicere, quòd Princeps foros nequeat facere citra Curiam; tamen non eſt verum indiſtinctè. Benè tamen fatetur, quòd foros contra generales foros nequeat facere ex Regni privilegio (ut dixi) ſed foros, & leges generales ſic;*
43 *quia hæc eſt Principis poteſtas.* Quare apud nos quotidie fiunt leges ſine Curia, ut notum eſt, per modum ordinum, & pragmaticarum, neque id incognitum eſt in Catalonia, ut colligitur ex addictis à Xamar. *d. part. 2. quæſt. 7. num. 45. & ſeqq.* & Ripoll. *regul. cap. 35. nu. 141.* & clariùs *cap. 25. num. 50. & ſeqq.* aut apud Aragonenſes, ut tradit idem Ramirez *§. 21. num. 12.* ubi plura exempla *lit. R.*

Sed irrevocabilitas horum fororum limitanda eſt
44 caſu quo obſervatio ipſorum fororum repugnet publicæ utilitati; nam tunc Dominus Rex non tenetur foros obſervare, etiamſi eos juraſſet, ut ex Theologorum ſententia tradit D. Leon *deciſ. 34. n. 24. com. 1.* lex enim eſt commune præceptum, ac communis Reipublicæ ſponſio, *l. 1 ff. de legib.* & ibi communiter DD. atque adeò ſemper ad bonum publicum ordinatur. Benè D. Thom. *1. 2. q. 9. art. 2.* ibi: *Unde oportet, quid cùm lex maximè dicatur ſecundùm ordinem ad bonum commune, quodcumque aliud præceptum de particulari opere non habeat rationem legis, niſi ſecundùm ordinem ad bonum commune: & ideo lex ad bonum commune ordinatur.* Deficiente enim eſſentia legis, & ea deficit; & eo ipſo quo turpia, vel inutilia jubeantur, aut permittantur, lex non erit. Bart. *in l. vit. C. ſi contra jus vel util. c. erit autem lex, dict. 4.* Mynſing. *ad princip. Inſtit. de jur. nat. n. 12.* Corraſ. *ad l. 1. de legib. part. 1. c. 3. num. 27.* Hugo Donel. *lib. 1. com. c. 5.* & *ibi* Illiger, *lit. L.* Mencha-ca *illuſt. com. c. 31. n. 26.* Sayr *in clavi reg. lib. 3. c. 1. n. 4. & c. 3. n. 5.* Layman *Theol. moral. tract. 4. c. 1. n. 5.* D. Thomas *de regimin. Princip. c. 11.* Rebuf. *in præm. ad leges Gall. tom. 1. artic. 1. glo. 1. n. 18.* Navar. *in commen. de fimb. n. 28.* Anguian. *de legib. lib. 1. per tot. & lib. 3. controver. 1. & 2.* noſter Salon *de juſt. & jur. tom. 1. col. mihi 511.* dominus Morlà *in emper. tit. 1. num. 16. & ſeqq.* Vazq. *in 1. 2. diſp. 155. c. 2. & 3.* Salas *de legib. lib. diſput. 1. ſect. 1.* Suarez *de legib. lib. 1. cap. 7.* noſter Præpoſitus Rocafull. *in praxi moral. lib. 6. cap. 3.* Fragoſ. *de Repub. part. 1. lib. 1. diſp. 3. n. 202.* Barboſ. *in collect. ad d. cap. erit autem lex, num. 7. &*
45 *ſeqq.* Peguer. *deciſ. 39 per totam.* Maximè quando edictum temporale ſit bono publico exigente; nam tunc licet adverſetur foris, & nequeat fieri in vim edicti perpetui, in vim edicti temporalis benè fieri poteſt, ut probat Peguer. *deciſ. 39. per tot.* præcipuè *num. 12.* Cancer. *var. lib. 3. n. 52. & ſeqq.* D. Mora *in for. Diſput. rub. 35. in not. lit. E,* quid-quid in contrarium dicat Molin. *in report. verb. fori Aragon.*

Sed in ipſis foris, ſive jure noſtro, eſt aliqua differen- 46
tia: nam alii ſunt verè *fori*, alii *actus Curiæ*, alii denique *Privilegia* denominantur. Forus enim appellatur lex generalis, quæ omnes regnicolas comprehendit, tanquam conditæ à Domino Rege Jacobo, ut diximus *ſupra hoc §. num. 30.* vel *Ordinamenta*, ſive conſtitutiones à Regibus factæ, vel in generali Curia conditæ de conſenſu totius Curiæ; quæ leges in contractum tranſierunt, ut diximus. Unde infertur, hos foros in Curia editos, *leges Curiatas* eſſe, ſicut leges Romuli, qui primas leges Romanorum Curiatas appellavit, *l. 2. in prin. ff. de orig. jur.* ibi: *Et ita leges quaſdam, & ipſe curiatas ad populum tulit.* 47
Quas congregata multitudine factas, Titius Livius ſcripſit *decad. lib. 1.* ibi: *Rebus divinis rite perpetratis, vocataque ad Conſilium multitudine, quæ coaleſcere in populi unius corpus nulla re præterquam legibus poterat, jura dedit*: de conſenſu ipſius, dum ſtatus popularis duravit; tunc enim communem omnium ſponſionem continebant: poſtea lege Regia lata, populus transferendo poteſtatem ſpopondit ſe leges à Principe ferendas ſervaturum, §. *ſed & quod Principi, Inſtit. de jur. natur. gent.* ut explicat Illigerus ad Donel. *lib. 1. comit. cap. 16. lit. D.* Unde cùm ſtante antiqua Reipublicæ forma diverſa Comitiorum genera eſſent, pro Comitiorum diverſitate nomina accipiebant, erantque Centuriatæ, Curiatæ, & Tributoriæ, ut poſt alios Mercer. *2. opinion. 3.* Illiger. *dict. lib. 1. cap. 8. lit. B,* de quibus Aulus Gellius *noct. Atticar. lib. 15. cap. 27.* Alexander ab Alexan. *dier. genial. lib. 4. cap. 3.* Quare noſtros foros Belluga *dict. rub. 47. n. 7.* leges Curiatas vocat, ſicut pariter conſtitutiones Caraloniæ, Fontanel. *de pact. claus. 3. gloſ. 3. num. 71.* & has, omnes ligare certum eſt: tum quia omnibus requiſitis conſtant, de quibus *in l. leges generales, C. de legib.* tum etiam quia eduntur juxta formam 48
l. humanum, C. de legib. nempe congregatis Prælatis, Proceribus, & Militibus Regni, ex illorum voluntate & conſilio, ut docet Belluga *dict. rub. 47. n. 1.*

Actus verò Curiæ in eo differt à foro: nam forus, ut 49
dixi, ex conſenſu totius Curiæ, hoc eſt, trium Brachiorum Regni, Eccleſiaſtici, Militaris, & Regalis, ſive Syndicorum urbium, & oppidorum, atque ad eorum preces fit. Actus verò Curiæ ad unius, vel duorum Brachiorum preces conceditur indifferenter: nam aliquando in vim legis profertur; quod cogno ſcitur aliquibus ſignis, quæ notantur *in l. leges in prin. C. de legib.* Aliquando in vim privilegii, ut putà quia utitur Princeps in decreto conceſſionis, verbis, *indulgemus, concedimus*, & his ſimilibus, *arg. text. in l. qui ſe patris, C. unde liberi.* Differentia effectus hæc eſt, nam forus, ut dixi, lex generalis eſt, quæ ligat omnes indiſtinctè, etiam invitos, vel renitentes, *l. leges, C. de legib.* ſufficit enim quòd de conſenſu majoris partis Brachiorum Eccleſiaſtici, & Regalis edatur, *l. forma, C. de Decurionib.* Militaris verò, nemine diſcrepante, quod à conſuetudine obtinuit ordo, Fontanel. *de pact. claus. 3. gloſ. 3. numer. 73.* Sed actus Curiæ edictus ex conſenſu unius Brachii, ſi ab alio impugnetur, vel contradicatur, aut proteſtetur, contradicenti, & proteſtanti non obeſt: nam non eſt lex, quia non eſt commune præceptum, ut vult. *l. 1. ff. de legib.* Notant hanc differentiam Belluga *ubi proximè, num. 4.* D. Leon *deciſ. 21. numer. 1.* Mied. *in Cur. Ferdin. 1. col. 9. cap. fin. verſic. Sed in Catalonia,* Oliban. *in uſat. alium namque, capit. 1. numer. 16.* Fontanel. *dict. claus. 3. gloſ. 3. numer. 70.* Rippoll. *Regaliar. capit. 4. numer. 43. & ſeqq.* ex Aragonis, Calvo, Ramit. *de lege Regia, §. 9. in fin.* licet omnino non ex licet; ſed *§. 15 in not. lit. K,* actum Curiæ allegat.

Sicut

Sicut enim plebiſcitum erat, quod plebeio Magiſtratu rogante plebs conſtituebat, quod ab initio ſolam plebem aſtringebat; Aul.Gel. *noct. Attic. lib.15. capit.21.* ibi ‡*Quibus rogationibus ante Patritii non tenebantur, donec Q. Hortenſius Dictator eam legem tulit, ut eo jure, quod plebs ſtatuiſſet, omnes Quirites tenerentur.* Sic apud nos, quod à Brachio Regali, quod populum repræſentat, precibus oblatum eſt in Curia, non ligat Militares, vel Eccleſiaſticos, ipſis obſtantibus, velè contra. Si verò non obſtent, neque proteſtentur, omnes ligant, ut *Belluga*, & cæteri tradunt; & ſic definitum fuit per Senatum Regia ſententia publicata per Nicolaum Dehona R. M. S. die 25. Maii 1591. ad favorem Regii Fiſci Procuratoris, & verſus don Petrum Cartoz dominum de Toga, & Syndicos dicti oppidi, Cirat, & Argelita. Cujus tenor eſt, ut ſequitur.

Xps ATTENTO quòd in Curiis generalibus celebratis anno 1564. in villa Montiſonis, per ſuam Regiam Majeſtatem fuit diſpoſitum, & ordinarum ad ſupplicationem Brachiorum Eccleſiaſtici, & Regalis, ex juſtis cauſis bonum publicum concernentibus, quòd populati in locis, & villis conſtructis prope flumen dictum *de Millas* habentes paludes ad amerandum canabem, & linum, quarum aqua diſcurrit in dictum flumen, mutent infra brevem terminum eis præfigendum, in alium locum *eſcolaricia*, ſive eſcorrentias dictarum paludum, ita quòd de cætero non redeat, neque diſcurrat earum aqua in flumen prædictum de Millas, ſub pœna 25.libr. de bonis contravenientium irremiſſibiliter exigendarum; mandando præconizari publico præconio in dictis villis, & locis, ut nullus ignorantiam allegare poſſit; ut hæc, & alia latiùs in dicto actu Curiæ continentur. Cujus virtute, & pro illius executione conſtat die 17. Auguſti anni 1588. fuiſſe de proviſione Locumtenentis Gubernatoris ultra rivum Vxonis præconizatum in locis de Citat, Argelita, & Toga, quòd illorum habitatores habentes dictas paludes devient earum eſcolaticia à dicto flumine, ut non poſſit aqua à canabe, & lino infecta in illud diſcurrere, & redire, ſub pœna in caſu contravencionis in prædicto actu Curiæ contenta. Et licet per Syndicos prædictorum locorum, & nobilem don Petrum Carroz de Villaragut dominum, qui dicitur dicti loci de Toga, pro ſuo intereſſe fuerit appellatum à dicto præconio, ſub prætextu inter alia, quòd dictæ paludes, ſeu major pars, habuerunt ab urbe condita eſcolaticia in dictum flumen de Millàs ſine contradictione aliqua; & quòd prædictus actus Curiæ non comprehendit, neque comprehendere poteſt perſonas de Brachio militari, neque illorum bona, qualia ſunt dicta loca, cùm ſolùm fuerit factus ad ſupplicationem aliorum Brachiorum, nimirum Eccleſiaſtici, & Regalis. Cæterùm attento, quòd etſi conſtitiſſet fluxiſſe hucuſque dictam aquam in dictum flumen, quia tamen per dictam foralem diſpoſitionem fuit id expreſsè prohibitum, non potuerunt ampliùs habitatores dictorum locorum emittere illam ex dictis paludibus in dictum locum. *Attento inſuper, quòd non conſtat; Syndicum dicti Brachii militaris fuiſſe proteſtatum tempore editionis, ſive publicationis dicti actus Curiæ, neque ab eo proclamatum in dictis Curiis; unde in viam juris comprehendit omnes, de quocumque Brachio ſint, ac ſi eſſet forus ad ſupplicationem totius Curiæ conceſſus.* Attento denique quòd pro parte dictorum appellantium non fuerunt talia deducta, nec allegata, propter quæ, aut aliàs debeat dictum præconium revocari, ſeu in aliquo reformari: Ea propter, & aliàs, attendendis attentis, concluſionem in Regio Conſilio factam inſequendo pronuntiamus, & declaramus cum interventu Fiſci Regii Advocati, benè per dictum Locumtenentem Gubernatoris proviſum cum dicto præconio, illudque quatenus oporteat, confirmamus, & minùs benè ab eo appellatum per Syndicos dictorum locorum de Cirat, Argelita, & Toga, & don Petrum Carroz, non obſtantibus in contrarium prætenſis, & neutram partium in expenſis condemnamus, ſed pro diſtractis executionem fieri mandamus.

Vidal & pro Reg.

Vt. Monterde. *Vt. Cerdà.*
Vt. Nuñez. *Vt. Pellicer F. A.*

Publicata per Nicolaum Dehona R.M.S. die 25. Maij, 1591. Valentiæ.

Demum privilegium, eſt lex privata, qua aliquid contra legem, privatæ perſonæ, aut univerſitati conceditur, *cap. privilegia, diſtinct.3.* Bald. *in l. lapilli ff. de rer. diviſ.* de quibus Bellug. *ibid. verſic. Item habemus privilegium.* Bardaxi *in for. Aragon. tit. de privil. gener. Arag. fol. 26. num. 1. & ſeqq.* Molin. *verb. privilegium.* & Portol. ad eum *ibid.* latè Cancer. *var. lib.3. c.3. per totum.* Quare conſtitutiones perſonales, quia non ad conſequentiam producuntur, beneficia, & privilegia magis quàm jura dicuntur. *l. 12. & ſeqq. ff. de legib.* Hug. Donel. *lib.1. c.5.* Ob quòd ut plurimum jura contenta in corpore noſtrorum privilegiorum, aut de ſpeciali perſona, vel univerſitate, aut de ſpeciali caſa loquuntur. Sed aliqua reperiuntur, quæ univerſaliter diſponunt, vel ad univerſum Regnum poſtea extenſa ſunt, & ſic omnes ligant, tuncque ſunt ex legibus proprio nutu Principis conditis. 50

Sed hæc jura hoc inter ſe commune habent, quòd quoties donum à Curia, vel privato ſanctionem obtinente, Principi offertur, pretiumque in jure condendo intervenit, tranſit diſpoſitio in contractum, & irrevocabilis manet, ut ipſe Belluga, *ubi proximè* docet, *& in rub. de invention. Cur. & rub. de donat. Cur. per tot.* Quòd non eſt intelligendum, ut interpretatur Illiger ad Donel. *lib.12. com. cap.4. lit. A*, dicens, quòd ex eo quòd lex, publica ſponſio eſt, *contractus* pluries nominatur; & ſic Ariſt. 1. *Rhetor.* pactum *legem* nominat, ac legem *pactum*: lex enim in eo ſenſu, eſt pactum publicum, & pactum lex privata. Rad. Fornel. *5. ver. quotid. cap.14.* nam in hoc ſignificatu etiam leges à Principe latæ ſine precii oblatione *contractus* vocari poſſunt. Si autem precii oblatio non adſit, neque leges, neque privilegia irrevocabilia ſunt, cùm id à poteſtate Principis pendeat, ut de legibus diximus *dict. n.30.* & de privilegiis notat Gloſ. *in cap. decet, de Reg. Jur. in 6.* Plura alia de his juribus congerit Bellug. *dict. rub.47.* ſcitu digniſſima, ſed quoniam ab ipſo traduntur doctiſſimè expedita, ut moris eſt, ibi videri poterunt. 51 52

Univerſalis igitur juriſdictio Domini Regis in varios rivulos diducta, per diverſos Magiſtratus in hoc Regno regitur. Quorum aliqui immediatè à Principe exercitium obtinent, quales ſunt *Regii Officiales*, qui in Regno præſunt juxta metas officii ab unoquoque ipſorum moderati, de quibus *capite ſequenti* dicendum eſt. Alii autem ærarium Regni adminiſtrant, eiſque conceſſa eſt juriſdictio neceſſaria ad ſui muneris proſecutionem, qui vocantur *Deputati*, de quibus, breviter attingemus *capite tertio*. Alii, qui juriſdictionis exercitium temporale habent, non immediatè à D. Rege, ſed mediante electione commiſſa Univerſitati, hique ſunt *Ordinarii locorum*, de quibus in *capite quarto*: nam urbis Magiſtratibus expeditis facilè quid in quacumque Univerſitate fiat, inferri poteſt. Sed cùm ſpecialiter *Officialibus urbis* commiſſa ſit juriſdictio ademptivorum in paſcuis, ideo *capite quinto* de jure paſcendi agere decrevi. Alii denique habent juriſdictionem à Principe in dominium conceſſam, de quibus *capite Sexto*. Sequitur immediatè contentionum expedito *capite ſeptimo*, & in *octavo* de judiciis criminalibus inſtitutio, relinquendo judicia civilia ad ſecundam partem hujus Operis. 53

CAPUT II.

De Magistratibus Regiis hujus Regni Valentiæ.

§. I.

De officio Locumtenentis generalis Domini Regis, ejusque jurisdictione, potestate, & origine, ad for. 4. in extravag. Que Visrey, fol. 36.

TEXTUS.

FERDINANDUS REX.

Anno 1510. Montisoni.

ITem Senyor, com per fur del alt Rey en Martí de digna memoria, sia estat proveit, q̃ Visrey, ne Loctinent general no puixa esser posat en lo dit vostre Regne sino en cas de urgent necessitat, ó de imminents bandositats, ó a suplicacio dels Jurats de Valencia, é lo dit fur fos temporal, é nunca sia estat confermat, é per conseguent sia expirat. Perço lo dit Bras humilment suplica, sia merce de vostra Altesa, ab acte de la present Cort declarar lo dit fur esse expirat. E la Loctinença general posada per vostra Magestat a peticio de la dita Ciutat, é Jurats de aquella, esser expirada. Restant a vostra Magestat la Real prehominencia, aixi com ans de la edicio de dit fur era en poder dels antipassats Reys pera poder posar si volra Loctinent general. *Sa Magestat declara lo dit fur esser extinct, com fos temporal, restant sa Altesa en sa prehominencia Real, aixi com restava, s'y tenia ans de la edicio del dit fur.*

SUMMARIA.

1 *Omnis jurisdictio à capite Regis, tanquam à fonte procedit.*
De Cancellario & Vicecancellario ibid.
2 *Primus Magistratus est Prorex.*
3 *Prorex repræsentat Principem.*
4 *Qui de officio Proregis tractant.*
5 *Proregis officium antiquissimum est.*
6 For. 23. de procur. *expenditur ad probandum, quòd tempore capti Regni jam officium hoc erat cognitum.*
7 *Prorex, Locumtenens Regis vocatur.*
8 *Primus Prorex, de quo nomen habetur nostris juribus, fuit Infans Petrus Aragonius, filius Domini Regis Jacobi 2. & patruus magnus Regis Petri 2.*
9 *Ratio, ob quam Proregis officium inductum fuit in Aragonia Regnis.*
10 *Proregis apud nos prima creatio haberi ex nostro jure non potest.*
11 *Prorex assimilatus Præfecto prætorio.*
12 *Prorex assimilatur Præsidi Provinciæ.*
13 *Prorex præfertur Præfecto prætorio, & Proconsuli.*
Prorex omnibus privilegiis, quibus Rex gaudet, uti censetur, ibidem.
14 *Prorex nemini magis assimilatur, quàm ipsi Regni.*
15 *Proregis, sigilli symbolo, natura cognoscitur, nam est* Alter & idem; *unde* Alter nos *vocatur.*
16 *Proregis officium Magnatibus semper tribuitur, & n. 14.*
17 *Proreges Valentini ex Regia stirpe.*
18 *Guillelmus Raymundus de Moncada Cubicularius Regis Martini, fuit primus Prorex, qui non ex Rege natus.*
19 *Prorex tempore Communitatum, apud nos* Germania, *qui eam extirpavit, fuit Didacus Hurtado de Mendoça, Comes de Melite.*
20 *Proreges à tempore Communitatum usque ad nostra tempora omnes recensentur.*
21 *Prorex præfertur omnibus, Proceribus, Prælatis, & Magistratibus.*
22 *Prorex sedet in eodem solio, ubi Rex sedere consuevit*
23 *Proregi debetur eadem reverentia, quæ debetur Regi.*
24 *Proregis jurisdictio ordinaria est, & n. 46. & 47.*
25 *Jurisdictio ordinaria potest dari per modum mandati.*
26 *Regii Consiliarii Iudices ordinarii sunt.*
Jurisdictio Proregis, & Consilii, eadem est, ibid.
27 *Prorex, & Consilium sunt unum corpus individuum.*
28 *Proregis officium non expirat morte Domini Regis, & n. 47. & 50. cum seqq.*
29 *Prorex finito triennio continuare tenetur usque ad adventum successoris.*
30 *Allegatio D. Doctoris Vincentii Planes R. F. Advoc.*
31 *Princeps solus potest prorogare potestatem ab ipso concessam.*
32 *Prorogatio non fit finito primo termino.*
33 *Prorogatio obtineri, & præsentari debet intra primum terminum.*
34 *Limitatio temporis eam vim habet, ut finito eo, contrariam contineat dispositionem.*
35 *Jurisdictio emanata per modum mandati, censetur delegata.*
36 L. meminisse oportebit 10. ff. de offic. Proconsul. *expenditur.*
L. unic. §. 1. C. ut omnes judices, tam civiles, quàm criminales: *expenditur, ibid.*
37 *Prorex non solùm potest, sed tenetur continuare, finito triennio.*
38 *Si contrarium operabitur, syndicari potest.*
39 *Doctores tenentes quòd debet continuare.*
40 *Idem de subrogato Proregis, eo mortuo.*
41 *Observatio Senatus.*
42 *Officium tacitè prorogatum, dum non mittitur successor.*
43 *Officium non extinguitur donec successor pervenerit.*
44 *Officium non dicitur novum per continuationem, sed veteris extensio.*
Juramentum, & fidejussores in principio magistratus præstiti extenduntur ad prorogatum, ibid.
45 *Jurisdictio ordinaria conceditur à Principe per modum mandati.*
47 *Proregis jurisdictio quare ordinaria est, & n. 48.*
49 *Effectus aliquot jurisdictionis ordinariæ in Proregè & num. seqq.*
51 Bardaxi *sententia apud nos non habet locum.*
52 For. 2. & 17. de procurat. *in contrarium adducti declarantur.*
53 *Regia dignitas nunquam moritur.*
54 *Quare præsente Rege cessat Proregis potestas.*
55 *Gubernatoris officium ad repræsentationem primogeniti Regis introductum fuit.*
56 *Plures quæstiones de Prorege tractant Doctores laudati.*
57 *Prorex habet potestatem subordinatam legibus Provinciæ.*
58 *Proreges non habent plenitudinem potestatis legibus absolutam.*
59 *Prorex tenetur jurare observationem juris patrii.*
60 *Prorex habet quadruplicem potestatem, scilicet dispositivam, judiciariam, gratiosam, & œconomicam.*
61 *Politica, & œconomica specie differunt.*
62 *Œconomiam imitatur principatus.*
63 *Domus est parva civitas; unde Reipublicæ Rector in regibus domesticis exerceri debet.*
64 *Civitas, magna domus est; & politica, communis œconomia.*
Princeps dicitur pater, patronus, curator, & defensor subditorum, ibid. & n. 107.
65 *Prorex habet potestatem politicam, & œconomicam.*
66 *Prorex expellere potest à Regno qui nocui sunt publicæ tranquillitati, virtute potestatis œconomicæ, & in subsidium politicæ, & jurisdictionis.*
67 L. congrui, ff. de offic. Præsidis, *expenditur.*

68 *Metrici*

68 *Metroici dicebantur vagabundi.*
69 *Ratio superioris sententiæ traditur.*
70 *Qui expellendi sunt.*
71 *Princeps, Medicus est, ex* Isaia.
72 Privil. 1. Regis Ferdinandi Secundi *explicatur.*
73 *Prorex concedere potest privilegium.*
74 *Dictio,* alius, *facit positionem ejusdem qualitatis ad præcedentia.*
75 For. 77. Cur. an. 1585. *expenditur.*
76 *Exterminatio à Regno per œconomicam potestatem usu recepta est.*
77 *In Ecclesiasticos idem observatur.*
78 *Prorex non passim hac potestate uti debet, attenta* fororum *providentia.*
79 *Seneca elegans dictum circa materiam.*
80 *Prorex curare debet de ubertate annonæ.*
81 *Vulgi unica cura est, de annona nempe, ex* Tacito.
82 *Proregi non abdicatur potestas curandi de annona, etiamsi id ex* foro *spectet ad Jurados.*
83 *Administrationi Officialibus urbis concessa non præjudicatur ex superintendentia Proregis.*
84 *Princeps sicut parens subditorum est, ita etiam vocatur maritus Reipublicæ.*
85 *Prorex debet curare ut populus honestè oblectetur.*
86 *Populi puerilitatem imitatur.*
87 *Populi tristitia cogitationes adversus Magistratus, & Principem excitat.*
Agitationes taurorum in Hispania, primùm denegata, denique à Pontificibus permissæ, ibid.
88 *Superfluitates in ornatu, conviviis, & sumptibus corrigere, ad Principem attinet.*
Intemperantia ornatus, & sumptus periculosa & damnosa in Republica, ibid.
89 *Inde maleficia oriuntur, & n.* 90.
91 *Memorabilis sententia cujusdam Oratoris.*
92 *Virorum excessus in ornatu mala quæ gignit,* Seneca, *& num.* 93.
94 *Istius excessus nostro ævo difficilis medela.*
95 *Prorex delicti indultum concedere potest, si adsit partis remissio.*
96 *Limita primò, in aggressione domus, vulgò* trencament de alberch.
97 *Item, in casu fractionis pacis, homicidio secuto.*
98 *Item, in homicidio Clerici, nisi habita priùs absolutione à Sede Apostolica.*
99 *Item, in delatione pugionis, aut ensis* de punta de gra de ordi, y agulla espadeñera.
100 *Item, in delinquente cum instrumento manuali filicis.*
101 *Item in delictis comitivarum.*
102 Fori 33. & 34. de criminib. *explicantur.*
103 *Ex delicto duplex offensa fit, privata & publica.*
104 *Princeps ut caput Reipublicæ, benè potest remittere offensam ejusdem.*
105 *Forma observanda in concessione gratiæ.*
Pœna imposita jure divino, vel naturali, remitti nequit; jure verò civili remittitur, ibid.
106 *Pater potest remittere injuriam filio illatam sine ipsius consensu, & num.* 107.
108 *Contraria sententia* Esse *rejicitur.*
109 *Occidens Principem parricidium committit.*
110 *Pœna licet imponatur jure naturali, vel divino, si in parte executioni mandata fuit, poterit remitti sine consensu partis offensæ.*
111 *Ex justa causa omnes pœnæ condonantur sine consensu partis.*
112 *Circa existentiam causæ credendus est Princeps.*

1 DIxi *capite præcedenti,* Domino Regi competere omnimodam jurisdictionem in Regno, nemini mortalium quoad temporalia subjectam: nunc autem videndum est qualiter ab ipso regatur, atque administretur. Sed inprimis notandum est, non hîc nos loqui de administratione personali *ipsius* Principis, nam hæc mediante Cancellario, Vicecancellario, ac regentibus Cancellariam in sacro supremo Aragonum Consilio moderatur; de quorum officio, origine, & potestate habentur aliqua in libro *ordinationis domus Regiæ,* compilato à Domino Rege Petro Secundo, *part. 2. fol. 42. & seqq.* cujus exemplar manuscriptum habetur in archivio officii Magistri Rationalis Regiæ Curiæ hujus Urbis, & Regni, traduntque aliqua Belluga *dict. rub. 6. n. 6.* & ad eum Borrel. *lit. S,* Mieres *coll. 6. in Cur. Cervar.* Oliban. *in usat. alium namque, cap. 4. n. 59. & seqq.* Molin. *in report. for. Aragon. Versic. Vicecancellarius,* & Portol. *ibidem,* omnino videndus præcipuè *n. 9. & 15.* Bardaxi *in for. 2. de juram. vendit. per tot. fol. 75.* Sed de Magistratibus, per quos in Regno ordinaria jurisdictio, atque potestas Regia administratur.

Certum enim est, omnem jurisdictionem à capite Regis tanquam à fonte procedere, & in Magistratus ceteros tanquam in rivos derivari, ita ut qui ab eo jurisdictionem non suscipit, ut à fonte rivus, subracto fomento aret necessariò, & siccatur. Vital. *in rub. for. Aragon. de Judicib.* relatus à Bardaxi *tit. quod primogenitus possit, n. 5. fol. mihi* 65. dominus Thomas Cerdan *in arbor. jurisdict. in princ.* Quare cùm apud nos neque sub *rubricis fororum,* neque in aliqua ex eis ordinatè, aut methodicè de nostris Magistratibus tractetur, juxta prærogativam uniuscujusque Magistratus aliqua trademus.

Prima enim dignitas post Regiam Celsitudinem Domini Proregis, sive Locumtenentis, Ducisque generalis in Regno est, non tam antiquitate originis apud nos, quàm qualitate splendoris, superioritatis, & excellentiæ: repræsentat enim invictissimi Domini nostri Regis personam, ac tam in rebus politicis, quam bellicis administrationem omnem in Regno sustinet. De quo plura Maranta *de ord. judic. part. 5. in princ. n. 9.* Borrel. *de præstant. Regis Cathol. in præfat. n. 60.* Camill. de Curt. *de feud. part. 1. n. 5. fol. 9.* Marius Muta *in consuet. Panor. cap. 11. n. 28. & in comment. cap. Alfonsus 21. n. 4. & seqq.* Carol. de Grass. *de exceptionib. except. 1. n. 43.* plura don Francisc. à Ponte *in uberrimo tract. de potest. Proreg. per tot.* & præcipuè *tit. 7. de assens. Reg. §. 6. n. 24. & seqq.* Mastril *de Magistr. lib. 5. cap. 6. per tot.* don Joan. Solorçano *de jur. Indiar. lib. 4. c. 9. per tot. tom. 2. & in Polit. Indiar. lib. 5. c. 12. per tot.* qui plures & plura traduntur ex Catalanis Olibanus *in usat. alium namque, cap. 4. n. 8. & sequentib.* Cancer. *variar. lib. 3. cap. 3. n. 325. & sequentib.* Fontanell. *de pact. nupt. claus. 4. gloss. 15. n. 110. & decis. 3. n. 22. & seqq. tom. 1.* Joseph. Ramon. *consil. 3. num. 17. & seqq.* Ripoll. *regal. cap. 1. num. 13. & c. 11. num. 29. cum seqq.* Xumar. *de offic. judic. & Advocat. p. 1. cap. 7. n. 97.* ex Aragonensibus, Molino *in repertor. for. verbo, Locumtenens generalis,* & Portol. *ad eum, ibidem;* Bardaxi *ad for. Aragon. tit. quod Dominus Rex non possit facere Locumtenentem, n. 3. fol. mihi* 58. & ex nostratibus Bellug. *in specul. rubric. 1.* ubi Borrell. *lit. L. & rubr. 24. §. postremo, n. 5.* Dom. Cerdan *in arbore jurisdict. verbo Virey, & in veriloq. c. 4. §. 21. per tot.* 2

Proregis officium novum non esse, ex pluribus comprobat Mastrill. *ibid. n. 3.* quæ hîc non repetuntur, cum conspicuè explicentur: apud nos etiam novum non est, si rectè perpendatur, nam licet usus hujus maximi Magistratus non semper in Regno habitus sit: tamen ab eo capto de illo mentio fit *in for. 36. de jurisd. omn. jud. & for. 18. de Cur. & Bajul. & for. 23. de procurator.* sicque benè sequitur tunc jam cognitum fuisse. Fuerunt enim dicti fori conditi ann. 1240. ut *cap. precedenti* diximus, in eisque 3 hæc verba habentur in *for. 36. Nengu no puesque esser Juge elet si nolsi el Princep, o son Lochtinent.* Et in for. 23. *Aquells que tindran nostre logar,* id est, *nostri Locumtenentes.* Proreges enim *Locumtenentes* Regis vocantur, tum à Doctoribus relatis per Mastril. *dict. cap. 6. num. 1.* & Solorç. *dict. cap. 9. num. 10.* tum etiam ab omnibus nostræ Coronæ Auctoribus supra laudatis, imò Dominus Rex 4

semper 5 6

semper sic Proreges appellat in suis reseriptis. Et *in for.* 7 præcipuè in *nostro text.* & de Prorege hunc forum interpretatus fuit Taraçona *Instit. foral. lib. 1. titul. 5. in fin. princip.*

8 Demum Infans Petrus Aragonius Comes Ripacursiæ, & Montancarum de Prades, filius D. Jacobi Reg. Secun. & patruus magnus D. R. Petr. Sec. fuit Prorex hujus Regni, ann. 1355. ut patet ex *privil. 75. D. R. Petr. Sec.* & abhinc frequentius nominantur in nostris juribus, unde non est mirum, quod tempore D. Reg. Martini, jam de modo, & forma nominandi Proregem certis tantum in casibus ageretur in *for. 1. in extrav. que Visrey. fol. 36.* condito an. 1403.

Rationem introducendi hunc Magistratum tradit 9 Oliban. *d. c. 4. n. 58.* nempe absentiam D. Regis; nam ob eam necesse habuit aliquem supremum Magistratum deputare, qui pro eo, & illius nomine regalias exerceret, & universalem in Provincia haberet jurisdictionem, qui à foro destinatus non erat, quem *Locumtenentem generalem* appellavit. Et cum tempore D. R. Petri Sec. (qui est Aragoniæ Petr. Quart.) ob multitudinem bellorum ultra mare Regis absentiæ frequentiores esse cœperint, ut nostri Historici narrant, & signanter Vician. *d. p. 3. fol. 6.* Marian. *d. lib. 16. c. 12. 13. & 19. & lib. 17. c. 1. 3. 6. & 9.* inde abhinc frequentius apud nostra jura Locumtenentes memoratos invenimus.

10 Quando autem hunc Magistratum Reges nostri crearunt, apud nostros Auctores non habetur, nam ut ait Bardaxi *tit. de offic. Locumt. gen. n. 2. fol. 72.* forus loquitur jam de eo in esse producto (quod apud nos de *d. privil. 75.* pariter dicendum est, nam est jus antiquius quod de eo loquitur clarè: Neque Catalani tradunt; sicque quid certi affirmare nequimus: nam à principio nullo jure inductum fuit, sed necessitate urgente, voluntatéque D. Reg. cooperante, à qua creatio illius pendebat. Quare & in *d. for. 1. in ext. que Visrey*, creandi necessitas ita perpensa fuit, ut licet temporaliter decerneretur à D. R. Martino, ne aliis in casibus creari posset; sed cum ex Regia præeminentia jus creandi similes Magistratus in Principe resideat, visceribus ejus affixa, ut dicto text. nostro habetur: inde est quod D. Rex Ferdinandus & dispositionem dicti for. 1. extinctam declaret, & ad se pertinere præfatam præeminentiam constanter affirmet.

11 Hunc Magistratum plures Præfecto Prætorio comparant *ad text. in l. unic. ff. de off. Præf. Prat. l. unic. C. de sent. Præf. Prat.* Spec. Dec. Surgen. & Olib. cum relatis à Mastrill. *d. c. 6. num. 22.* & ipsi assimilari in pluribus compertum est, ut dixit Olib. *ibid.* & patet ex traditis, doctissimè à D. Franc. Amaya *ad l. curialibus 66. c. 2. per tot. C. de Decurion. lib. 10.* nam ut ex Cassiodor. *n. 4.* tradit: *Vicesacra ubique judicabat, & nullus ei miles de fori sui authoritate præsorbebat.* Quæ consonant cum nostrorum Proregum potestate, ut *infrà* dicetur.

12 Alii, Proconsuli assimilari tenent, relati ab ipso Mastrill. *num. 33.* seu Præsidi Provinciæ, pluribus laudatis Solorç. *dict. lib. 4. cap. 9. n. 5.* pluribus etiam Marius Giurb. *consil. 19. num. 13. & seqq.* Sed omnium sententia sustineri potest, nam ut plures tenent, Proreges non solum assimilantur, sed etiam præferuntur Præfecto Prætorio, Proconsuli, & Provinciæ Præsidi, idem Mastrill. aliis relatis, *ibid. num. 24.* nam omnibus privilegiis, & prærogativis, quibus Reges gaudent, ipsi fruuntur; *l. unicuique, C. de proxim. Sacror. Scrin. lib. 12.* Bartol. *in l. comperimus,* 13 *n. 4. cod. titul.* Roman. *singul. 167. & singul. 367.* Menoch. *consil. 52. n. 162.* Joann. Francisc. Leonard. de Magistr. *cap. 3. n. 9.* Frecc. *titul. quis dicatur Dux, n. 29.* Surgen. de Neap. *illust. c. 22. n. 8.* Alvar. *in Specul. Pontif. c. 54. n. 34.* Carol. de Graf. *de except. except. 1. num 45.* Castal. *de Imperat. q. 65. n. 5.* Surd. *consil. 281. n. 1. & seq. & consil. 540. n. 18.* etiamsi sint specialia, Milanens. *decis. 8.* optimè his omnibus, & aliis quamplurimis relatis, Solorz. *dict. cap. 9. num. 10. & 11.* & in Politic. *dict. capit. duodecimo, versic. Pero de qualquier suerte,* nam ut ipse, *dict. num. 10.* ait, nulli magis propriè nostri Proreges assimilantur, quàm ipsis Regibus, quorum comitatu eligi solent, magna ipsi 14 alioqui nobilitate, & dignitate fulgentes. Ad cujus dicti probationem *num. 12.* adducit Marium Suarium *in emblem. Politic. 16. pag. 108.* qui sub symbolo, *sigilli* repræsentationem Proregum optimè demonstrat, adjuncta inscriptione, *Alter, & idem.* Quod consonat cum eo quod nostri de Proregibus dicunt, nempe esse, *Alter Nos Regis,* ex clausula expressa tituli ipsorum, cujus 15 formam ad literam tradit Viciana *in 4. part. Chronica Valentin. pagin. mihi 32.* tradunt Olibanus *dict. c. 4. num. 58.* Bardaxi *dict. fol. 58. num. 4.* Belluga *dict. rubric. 25 n. 4.* Domin. Cerdan. *d. cap. 2.* ibi: *Tanquam alter Nos,* Mastrill. *d. c. 6. n. 32.* Sesse *decis. 175. n. 5.* Giurb. *consil. 19. n. 19. & seqq.* Vincent. de Franch. *decis. 165. num. 3.* ubi Flavius Amendol. *in addit.* Ripoll. *regal. d. c. 1. nu. 13. & d. c. 21. n. 28. & seqq.* Xamar. *d. c. 7. num. 19.*

Ob quod, cum repræsentatio Regiæ personæ tam expressa, & immediata sit, inde est, ut hoc officium Ma- 16 gnatibus semper mandetur; imo à principio proximiores ipsius Regis, ex ipsa Regia stirpe ad hunc Magistratum regendum destinabantur. Nam, ut diximus ex *dict. privileg. 75.* R. Petr. Secundus, Petrum patruum magnum Locumtenentem creavit. Ex *privil. 90. ejusdem Regis,* constat, Ferdinandum fratrem Marchionem Dertusæ, & Dominum de Albarracin, Locumtenentem fuisse anno 1359. (quod clarè liquet, licet ibi dicatur *generali Gubernatori nostro:* nam subdit, *nec non Regentibus Cancellariam ipsius,* Gubernator enim in hoc Regno nunquam judicavit per Regentes, & Cancellariam, sed per Assessores, ut mox dicetur: & loquitur de commissione causarum, quam nunquam Assessoribus factam fuisse est compertum, neque ab ipsis fiunt sicut à Regentibus) Ex *for. 34. de secur. præstand. & for. 2. de his, qui ad Eccles. confugiunt,* apparet Infantem Joannem primogenitum ejusdem Regis Petri Secundi fuisse Locumtenentem anno 1370. Ex *for. 20. de Cur. & Bajul.* idem ann. 1374. Ex *priv. 134. ejusdem R. Petr. Secundi.* & *privil. 1. & 3. R. Joan. Primi,* idem constat, nam ipse parenti successit in Regno.

Ex *privil. 25 & 26. R. Martini* resultat, Guilelmum Raymundum de Moncada, Cubicularium ejusdem, apud 18 nos, *Camerlengo,* Locumtenentem fuisse ann. 1409. Et nota in his juribus, quod expresè vocatur *Visrey.* Deinceps Dominus Joannes Rex Navarræ frater Alphonsi Tertii, demumque Joannes Secundus Locumtenens fuit anno 1438. *Privileg. 19. & sequentibus.* R. Alphons. Ter. ex *for. 54. de jur. emphyteut.* anno 1444. ex for. 13. *de pastur.* fol. 21. & 30. *de procuratorib.* usque ad annum 1446. Iterum Maria Regina uxor ipsius Alphonsi Tertii, fuit Locumtenens anno 1440. *Privileg. 38. & pluribus sequentibus.* R. Alphons. Tertii. Deinde Dominus Rex Ferdinandus, cognomento Catholicus, fuit Locumtenens parentis. *Privil. 1. Reg. Ferdinand. secundi* anno 1472. Demum Joannes de Lanuza, è cubiculo Regis, Justitiáque Aragonum, fuit Locumtenens anno 1492. Constat ex provisione, de qua Dominus Mora, *in compilat. for. general. in addit. ad rubr. 11. pag. mihi 351.* Henricus Aragonius, Dux Segobric. Comes Ampuriarum, frater patruelis ejusdem R. Ferdin. Secun. fuit Locumtenens ann. 1497. *Privil. 17. R. Ferd. Secund.* Joanna Regina Neapolitana, soror ejusdem Regis Cathol. fuit Locumtenens anno 1505. & seqq. *Privil. 27. 29. & 31. ejusdem Reg.* junctis traditis à Viciana *dict. 4. part. fol. 29. pag. 2. ad fi.* Didac. Hurtado de Mendoça, Comes de Melito, fuit Locumtenens tempore Communitatum, sive 19 ut nostrates vocant *la Germania,* juravitque die 21. Maii 1520. Post eum Regina Germana fuit Locumtenens Domini Regis, dum nupta fuit Marchioni de Aspurc, posteáque ad alia vota convolans eo defuncto cum Duce Calabriæ, ipsa, & Ferdinandus Dux Calabriæ

briæ fuerunt Locumtenentes perpetui ab anno 1527. for.27.*de minor.for.23.de Cur.& Bajul.for.91.& 118.de jurisdict. omn. judic. for.20.& 45. de testib.*

20 Hi enim Proreges sunt, quorum jura nostra antiqua meminere. Post eos verò continuè hoc munus subierunt sequentes, Bernardinus à Cardenas Dux Maquedæ, & Marchio de Elche, creatus fuit Locumtenens immediatè post Ducem Calabriæ anno 1553. duxitque munus per aliquos annos sequentes. Alfonsus Aragonius Dux Segobricæ, fuit creatus Locumtenens anno 1561. complevitque triennium. Marchio de Mondejar successor destinatus, juravit die 1. Decembris 1564. Antonius Alfonsus Pimentel Comes de Benavente, fuit Prorex nominatus anno 1567. & gubernavit Regnum usque ad annum 1574. cui successit Vespasianus Gonçaga Princeps de Sabone, Dux de Trayeto, gubernavitque anno 1575. cum duobus seqq. partéque anni 1578. Dux Naxeræ successor datus, juravitque die 31. Julij 1578. Franciscus Moncada Marchio Ayronæ, ab anno 1581. usque ad 1594. Franciscus Sandoval & Rojas, Marchio de Denia, juravit die 28. Junij 1595. duxitque munus anno 1596. & 1597. qui demum Dux Lermæ creatus, Pijssimo Domino Philippo Tertio carus, supremi gradus Magistratum apud eum obtinuit, demumque ad purpuratum sacerdotium transivit. Huic successor fuit datus Joannes Alfonsus Pimentel, Antonij filius, Comes de Benavente, juramentum præstitit die 28. Maij 1598. gubernavitque ad initium anni 1601. Deinceps Joannes à Ribera Patriarcha Antiochenus, quondam noster Præsul pijssimus, ad Locumtenentiam evectus fuit ann. 1602. usque ad initium anni 1604. abhinc Joannes à Sandoval Marchio de Villamisar, qui dignitatem obtinendo obijt Valentiæ die 24. Januarij 1606. Ludovicus Carrillo & Toledo Marchio de Caracena ", successor destinatus fuit ab anno 1607. usque ad diē 17. Octobris 1615. Gomezius Suarez de Figueroa Dux Feriæ, locum ipsius occupavit die 27. Novembris 1615. usque ad diem 11. Julij 1618. Antonius Pimentel Marchio de Tavara, Locumtenentis officium subijt die 25. Martij 1619. usque ad 4. Decembris 1622. Enricus Avila & Guzman Marchio de Povar, sequenti die juravit, obtinuitque munus usque ad 20. Maij 1627. Ludovicus Fajardo & Requesenes Marchio de los Velez, locum ipsius aggressus fuit die 2. Januarij 1624. Regitque officium usque ad finus, nam obijt Valentiæ die 24. Novembris 1631. cujus successor fuit nominatus filius Petrus Fajardo Marchio de los Velez, juramentum præstitit die 19. Decembris, ejusdem anni, continuavitque usque ad 23. Maij 1635. Ferdinandus à Borgia Præsentor major nostræ Monresianæ Militiæ, successit ab ipso die usque ad 18. Septembris 1640. Fredericus Colona Princeps de Butera, successit die sequenti usque ad 20. Martij 1641. Ludovicus de la Cerda Dux de Medinaceli, à die 27. Maij ejusdem anni, usque ad 22. Februarij 1642. Franciscus à Borgia Dux Gandiæ, à 12. Maij subsequentis, usque ad 15. Decembris ejusdem anni. Rodericus Ponce de Leon Dux de Arcos, ab ipso die, usque ad 5. Octobris 1645. Eduardus Ferdinandus Alvarez de Toledo Comes Oropesius, à die 7. Decembris 1645. usque ad 16. Augusti 1649. Frater Petrus Urbina Archiepiscopus Valentinus à die sequenti usque ad eandem anni 1652. quo Ludovicus Guillermus de Moncada Princeps Paternò, Duxque de Montalto, Magistratum obtinuit usque ad diem 25. Novembris 1658. successor ei datus fuit Emmanuel Perez de los Cobos Marchio de Camarasa, qui præfuit à die 25. Februarij 1659. usque ad finem anni 1663. sedē hanc implevit Antonius Petrus Alvarez Osorio Marchio de Astorga & san Roman à die 13. Martij 1664. usque ad finem mensis Augusti 1666. Nam Gaspar Felipez de Guzman "Marchio de Leganes possessionem dignitatis adeptus fuit die 28. ejusdem mensis Augusti, sed decessit paulò pòst, & in ejus locum subrogatus fuit Didacus Felipez de Guzman ipsius filius, qui de more jusurandum præstitit die 2. Januarij 1667. & obtinuit munus usque ad 3. diem Martij 1668. quo ei successit Vespasianus Manrrique Gonzaga Comes de Paredes, qui dignitatem gessit usque ad 28. diem Aprilis 1675. in cujus locum ingressus Franciscus Ydiaquez Dux Civitatensis & Princeps de Etquilache hodie clavum moderatur.

Sed ut ad rem redeamus, ex eadem repræsentatione evenit, ut præferatur cunctis Proceribus, Prælatis, & Magistratibus Regni; Mar. Mut. *in dict. cap. 21. num.1.* sedeatque in eodem solio ubi sedere Rex consuevit: Bellug. *in specul. rubr. 6. num. 4.* Challan. *in caual. glor. mund. part. 5. consideral. 32.* Alvar. *in specul. Pontif. c.54.n. 35.* Bobadill. *in politic. lib.3.cap. 2.n.1.lit.C, & n.20.* eique debeatur idem honor, ac reverentia, qui debetur Regi, ex traditis à Menoch. *conf.52. num.1.lib.1.* cum sit Principis imago: plura à Ponte *in dict. tract.* Mastril. *d.c.6.n. 74.* Solorç. *dict. 4. cap. num. 13.* Mandriaga *in tract. del Senado, y su Principe, cap. 4. versic. El tercer Senado.* 21 22 23

Sed videndum est, an habeat jurisdictionem ordinariam, vel delegatam. Delegatam habere tenuerunt Michael. Ferr. 1 *part. observat. Cathal. cap. 9.* Oliban. *dict. c.4.n.37.* Fontanel. *de pact. claus. 4. gloss. 10. n. 10.* Cancer. *variar. res. lib.3.c.3. num.327.* Sed rationes ab ipsis traditæ nullatenus subsistunt, ac per consequens, neque sententia tenenda. 24

Ratio ob quam Olibanus in eam sententiam inclinat, ea est, nempe potestatem à Rege dimanare in Locumtenentem per modum mandati, sicque delegatam esse infert. Ad quod satisfit ex allegatis à Cancer. *ubi proximè, n.326.* nempe jurisdictionem ordinariam posse dari à Principe per modum mandati, *l.1. §. ab initio, ff. de offic. Præfect. urbis, cap. tua, de offic. Vicar. cap. legatos, de offic. delegat. in 6. cap. si Abbatem, de elect. eod. lib. 6.* Bellug. *dict. rubr. 24. versic. Postremo, num. 5.* Quod amplius convincitur ex eo, nam idem Olibanus *n. 38. 45. & 49.* tradit Regios Consiliarios jurisdictionem ordinariam habere, eo quod à lege, sive constitutione Cataloniæ dimanat. Sed jurisdictio eorum eadem est, ac jurisdictio Locumtenentis; est enim unum corpus individuum, atque inseparabile Prorex, & Consilium, ita ut nec Prorex absque Doctoribus Regij Consilij, nec Regium Consilium absque Rege, vel Prorege causas decidere valeat, justitiamque administrare ex juribus Cataloniæ allegatis per Joseph. Ramon. *conf.3.n.34. & seqq.* ergo eo ipso, quod jurisdictio Regij Consilij fluat per modum legis, & constitutionis, & ordinaria sit: pariter & jurisdictio Proregis erit ordinaria, cum una eademque sit. Est enim Prorex Præses Consilij, & sic caput ipsius, datáque per leges Provinciæ Consilio, jurisdictione ordinaria, & Capiti est attributa; præsertim cum contrarium legibus ipsis non sit cautum (nam si cautum esset, utique isti Doctores allegarent) argumentando de toto ad partem, velè contra: Barbos. *argum. 104. num.1.* nec Rex nominando Proregem aliud facit, quàm caput illius Consilij temporaliter constituere, personamque designare, cui jurisdictio illa ordinaria competat. 25 26 27

Ratio autem adducta à Jacobo Cancer. *dict. num.327.* sufficiens non est ad probandum, jurisdictionem delegatam esse; nam non ex eo quod morte concedentis finiatur, sequitur non esse ordinariam, ut statim dicam. Ratio denique adducta à *Fontanella* non urget; nam quidquid dicat, Locumtenentes ad triennium in Regnis Europæ, ad sexennium in Regnis Americæ à Domino nostro Rege Catholico destinantur: (Fontanella enim quamquam doctè tractatum *de pactis nuptialibus*, & *decisionum tomos* contexuit, nunquam senatoriam dignitatem consecutus fuit, atque adeò non mirum, quòd hæc ignorasset, cum privilegia hujusmodi non pateant privatis Doctoribus) eoque tempore elapso, vel confirmantur, 28

tur Proreges, vel ſucceſſores mittuntur. Nonne ab exteris conſuetudo noſtra laudatur, ut Provinciæ concedantur, ea lege quod triennij, vel ſexennij, ut plurimum poteſtas ſit? Sic conſulente Cleobulo Meleander monebatur apud Barclaium *in Argenide lib.* 3. dum ex duobus vinculis, quæ Siciliam ſeditionibus Procerum obnoxiam reddebant, unus: *Mos* (inquit, *conſtituendi Pratores Provinciarum in eam legem, ut non ante Magiſtratu, quàm vita decedant.* Nonne Hiſpania eſt, *illa ab adverſo litore diffuſa Regio, quam amulam ſæpè Siciliæ*, vocat, eamque imitari ſuadet, ut ſeditionum vincula delerentur: ſicut & Gallia ipſa Sicilia? E quidem ea eſt. Quare igitur de temporali deſtinatione ambigitur? Quod & probant Doctores ſupra laudati, & ex titulis clarè liquet, atque adeò licèt triennalia ſint, eo ipſo quo videmus continuare, uſque ad adventum ſucceſſoris, juriſdictio ordinaria
29 comprobatur. Hanc ſententiam tenuerunt Bellug. *ubi ſup.* Bardaxi *ad fores Aragon. dict. titul. quod Dominus Rex non poſſit, pag.* 59. *num.* 7. *verſic. Contrarium* D. Cerdan *dict.* §. 2. *pag.* 16. *in fin.* Philipp. Franc. Alexand. Lucas de Pen. & alij, quam plures relati à Solorç. *dict. cap.* 9. *num.* 11.

Sed ut nullatenus hæſitari poſſit, an eo quòd ſint officia hæc temporalia, continuare poſſit Locumtenens uſque ad adventum ſucceſſoris, ad literam tradere decrevi allegationem doctiſſimi Domini Doctoris Vincentij Planes Regij Fiſci Advocati, pront jacet in dictario Regij Senatus, ab ann. 1622. uſque ad 1633. fol. 62.

Allegatio Domini Doctoris, Vincentij Planes R. F. Adv.

30 JUnctis omnibus Aulis fuit dubitatum, utrum finito triennio officij Excellentiſ. Proregis Marchionis de los Velez, abſque prorogatione aliqua, poſſet continuare in adminiſtratione officij: Et licet prima facie videbatur dicendum, quod non; quia licet ſua Majeſtas poſſit prorogare, Vazq. *de ſucceſſ. progreſſ. lib.* 3. §. 30. *num.* 85. Caſſiodor. *var. lib.* 7. *cap.* 2. qui nomine Principis in hæc verba prorumpit: *In veſtro propoſito ſit adminiſtrationem unius anni ſuſcipere; noſtrum eſt merentibus tempus augere.* Et licet ſit verum dicere, ſuam Majeſtatem dictum tempus prorogare, vel de novo creare, & nominare poſſe: ſed tamen veriſſimum eſt affirmare, hujuſmodi prorogationem concedendam eſſe, antequam primum tempus labatur; finito enim, & completo curſu primi temporis, prorogatio minimè fit, nec facta tenet, quia non haberet quid prorogaret, *l. ſed etſi manente, ff. de pre-*
32 *car. cap. diſſolvendum, de ſponſalib. nup.* Speculat. *titul. de dilat.* §. *nunc dicamus, verſic. Et ſunt hæc*, Rebuf. *in concordat. Franci. tit. de prorogat. dilat. ad proband. verb. Franciſc.* Camill. Borrell. *de Magiſtrat. lib.* 1. *cap.* 12. *num.* 50. 61. *& ſeqq.* Novar. *collectan.* 72. *num.* 14. *& 15.* Maſtrill. *deciſ.* 35. *num.* 3. Caſtill. *deciſ.* 102. *num.* 11. *& ſeqq.* Qui omnes affirmant, non ſolùm intra primum tempus conſequendam eſſe prorogationem, ſed etiam
33 præſentandam: ergo tam ex prædicto capite, quàm ex lapſu triennij, videtur extincta juriſdictio, cum limitati temporis tanta ſit vis, ut lapſo eo, contrariam contineat
34 diſpoſitionem, *l. Thaïs ancilla* 41. §. *infra, ff. de fidei commiſſ. libert. l. ſi intra* 23. *ff. de ſtatu liber. l. non diſtinguuntur* 32. §. *fin. l. arbiter* 50. §. *ultim. ff. de arbitr.* Bald. *in proœm.* §. *hæc autem tua*, Angel. *in l. ſi unus*, §. *ſi cum libero, ff. de juſt. & jur.* Surd. *conſil.* 294. *num.* 9. idem Surd. *deciſ.* 202. *n.* 18. Ant. Fab. *in l. meminiſſe* 10. *ff. de offic. p. roconſ.* ubi pro ratione dubitandi hanc aſſignat.

Secundò conſideratur pro parte affirmativa, quòd
35 juriſdictio eſt emanata à ſua Majeſtate per modum mandati, & per conſequens videtur habere juriſdictionem delegatam, quæ finito tempore non poteſt continuari, Bald. *in dict. l. meminiſſe oportebit, num.* 3. *ff. de offic. Proconſ.* Bobadil. *lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 33. ubi allegat Avilés, Stephan. Gratian. *diſceptat. forenſ. tom.* 1. *cap.* 184. *num.* 47.

Quibus non obſtantibus contrarium fuit reſolutum, nemine diſcrepante, junctis tribus Aulis, ut dictum eſt, per jura expreſſa, nempe text. *in l. meminiſſe oportebit* 10. *ff.* 36 *de offic. Proconſul.* ibi: *Uſque ad adventum ſucceſſoris, omnia & verè Proconſulem agere, l. unica* §. 1. *C. ut omnes judic. tam civil. quam crimin.* ibi: *Adminiſtrationem autem deponere non volumus deceſſorem, antequam ſucceſſor ad provincia fines pervenerit.* & ibi Gloſſ. *verbo, pervenerit*, allegat textum *in authent.* de Adminiſtratorib. titul. 7. *coll.* 7. §. *illud autem, text. in l. venditor* 49. §. *judices, ff. de judicijs*, ibi: *judices à Præſide dati ſolent etiam in tempus ſucceſſorum ejus durare, & cogi pronunciare; eaſque ſententias ſervari.* Et *ibi* Anton. Fab.

Ex quo textu infertur, quod non ſolùm poteſt, ſed 37 tenetur continuare, & compelli ad continuandum, ponderando text. ibi: *Cogi pronunciare*, & ſic Bobadill. *dict. lib.* 1. *c.* 2. *num.* 27. affirmat, non poſſe diſcedere uſque ad adventum ſucceſſoris, & quòd ſi diſcederet, poterat ſyndicari, allegando Amedeum *de ſyndicat.* & Avilés *in* 38 *Pratorum*, quibus additur Greg. Lop. *in l.* 3. *part.* 2. *tit.* 18. *gloſſ. Porque myaur culpa es.*

Per quæ jura ſic in terminis reſolvunt Guid. Pap. *deciſ.* 502. *per tot.* aſſignando rationem, quia apud eum 39 remanet adminiſtratio cum titulo, Fontanell. *de pact. clauſ.* 4. *gloſſ.* 10. *part.* 1. *num.* 99. *verſic. Quoad primum, breviter.* Mich. Ferrer 3. *part. obſervat. c.* 413. ubi ſtatim *in princip.* atteſtatur ita determinatum in favorem Comitis de Aytona, cum eſſet nominatus Dux de Terranova, Cancer. *variar. part.* 2. *cap.* 8. *num.* 122. *cum ſeqq.* Vincent. de Franch. *deciſ.* 293. quæ omnino videnda eſt, Franciſc. à Ponte *de poteſt. Proreg. titul. de aſſenſ. Reg.* §. 5. *num.* 15. *&* 21. *verſic. Siquidem indubitatum eſt non ceſſare dignitatem, vel juriſdictionem alterius, niſi uſque ad adventum ſucceſſoris in Provincia.* Et *dict. num.* 15. allegat *deciſ. Vincent. de Franc.* Bertazol. *conſil.* 71. *num.* 58. Tuſch. *pract. concluſ. tom.* 5. *lit.* O, *concluſ.* 93. Vanti. *de nullit. titul.* 9. *de effect. juram. num.* 112. Roman. *ſingul.* 190. Tepat. *variar. lib.* 1. *titul. de officiali. & offic. col.* 6. *verſi. Vicerex*, Maſtul. ad Capic. *deciſ.* 158. *nu.* 2. Marius Muta 40 *ad conſuetudin. Panormit. conſuetud.* 68. *num.* 11. Giurb. *deciſ.* 9. *num.* 6. *verſi. Nec Bertazol.* (& in *num.* 8. declarat procedere in ſubrogato Proregis, mortuo Prorege, idem affirmat Novar. *collectan.* 169. *num.* 5. *&* 6. Vincent. de Franch. *deciſ.* 255.) noſter Valent. D. Cerdan. *in ſuo veriloq. c.* 1. *in fin.* ibi: *Y ſi acabado el termino de ſu comiſſion el Rey no ha nombrado otra perſona para regir el Reino, le ha de regir haſta la venida del ſucceſſor.* quam refert, & ſequitur don Garcia Maſtrill. *de Magiſtrat. lib.* 5. *c.* 6. *n.* 114. Steph. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 184. *n.* 42. *& ſeqq. &* num. 45. *verſic. Amplius, dicit non eſſe neceſſariam expreſſam prorogationem, ſed ſufficere tacitam, cùm Officialis finito triennio habeat adminiſtrationem.*

Et ſic obſervatum tempore Marchionis Aytonæ, & 41 Comitis de Benavent, & Marchionis de Caracena, qui omnes finito triennio reſpectivè continuarunt ſuam juriſdictionem.

Cui reſolutioni non obſtat non fuiſſe intra trien- 42 nium prorogatam, neque præſentatam prorogationem officii: quia ultra quod ſufficit tacita prorogatio, ex Gratian. *ubi ſup.* eſt tamen advertendum, quod non di- 43 citur extinctum officium donec ſucceſſor ad locum pervenerit, text. *in dict. l. meminiſſe oportebit* 10. *ff. de offic. Proconſ.* ibi: *Cum ſit unus Proconſulatus, & utilitas Provincia exigat eſſe aliquem, per quem negotia ſua provinciales exigam.* & ibi *Anton. Fab.* ubi pro ratione decidendi, hanc aſſignat, & etiam *ibi* Bald. & Bartol. poſt plures Camill. Borrel. *de Magiſtratib. lib.* 1. *c.* 12. *n.* 64. *&* 65. *&* num. 57. 44 affirmat, quod non dicitur novum officium, ſed veteris officii continuatio, & per conſequens fidejuſſio, & juramentum in principio Magiſtratus præſtitum, ad prorogatum etiam tempus, & continuationem extenditur. Et ſic non militat diſpoſitio juris, qua cavetur, quod conceſſum

ceſſum ad tempus cenſetur prohibitum poſt tempus, licet ſit nominatus ſucceſſor; quia nullam habet juriſdictionem, donec ingrediatur, & juret: text. *in l. 1. ff. de offic. Præf. Aug.* Maſtrill. *dict. c. 6. n. 106. & ſeqq. & lib. 2. cap. 2. n. 47. & lib. 6. cap. 3. n. 1. & ſeqq.* Bobadill. *lib. 3. c. 7. num. 17.*

45 Nec etiam obſtat fuiſſe emanatam juriſdictionem à ſua Majeſtate per modum mandati; quia per modum mandati Princeps dat juriſdictionem ordinariam, *l. 1. §. cum urbem, ff. de offic. Prefect. urb. cap. tua, de offic. Vicarii, cap. legatos, de offi. legat. cap. ſi Abbatem, de elect.* 46 *in 6.* Et quod Proreges habeant juriſdictionem ordinariam, affirmant Bellug. *in ſpecul. rubric. 14. §. poſtremo, num. 5.* Iban. de Bardax. *offi. Gubernat. qu. 2. num. 35.* 47 ubi plures allegat, & in *verſic. Tandem ſi credimus omnibus*, duas aſſignat rationes. *Primam*, quia eſt judex ad univerſalitatem cauſarum. *Secundam*, quia datur à Rege; & poſt infinitos Maſtril. *dict. cap. 6. num. 55. verſic. Decimo nonò infero, & num. 114. verſic. Cujus juriſdictio tanquam ordinaria non expirat.* Novar. *in prælud. collat. reſolut. 1. num. 11.* Fontanell. *ubi ſup. num. 100.* ubi dicit, quod licet habeant Locumtenentes juriſdictionem delegatam, ſuam juriſdictionem ſemper continuant uſque ad adventum ſucceſſoris.

48 Ergo à fortiori, ſi competat juriſdictio ordinaria, Maſtrill. *ubi ſup. dict. num. 114. verſic. Subdens, quod iſti continuant uſque ad adventum ſucceſſoris.* Et ex hac communi reſolutione, & opinione, *num. 113. illat. 19.* reſolvit, quod per mortem Regis non expirat officium Proregis; & *n. 132. illat. 24.* reſolvit, quod ſi recedat à civitate 49 animo redeundi, dimittendo familiam in Regali Palatio ſolitæ habitationis, poſſe Regiam Audientiam continuare ſuam juriſdictionem: quod etiam diſpoſuit Imperator Carol. V. *pragmat. public. in hac verbe die 1. Maii 1543. c. 13.* Et *n. 164. illat. 30.* reſolvit, poſſe Proregem in caſu infirmitatis, abſentiæ, vel cujuſlibet alterius impedimenti ſubrogare. Et *in num. 250. illat. 54.* reſolvit, quod Proregis juriſdictio, quæ eſt ordinaria, ob præſentiam Regis non expirat; quod etiam diſpoſuit Imperator Carol. V. in *dict. pragm. c. 14.* tales, & tanti ſunt effectus juriſdictionis ordinariæ. Quæ omnia fuerunt deducta, & allegata per Magnificum Vincentium Planes Advocatum Fiſcalem die 2. Januarii 1631. & reſolutum ut dictum eſt.

Hæc habentur in *dicto dietario*, ſcripta manu Antonii Ludovici Caſes R. mandat. Scribæ, quæ tradere decrevi, ut videatur, quo fundamento opinio noſtra nitatur, nempe doctiſſima allegatione, & trium Aularum reſolutione.

50 An autem juriſdictio Proregis expiret morte Domini Regis? Videtur dicendum, quod non; eo quod ſit ordinaria, & ex traditis à Bellug. *ubi ſup.* D. Cerdan. *dict. §. 2.* Maſtrill. *dict. cap. 6. num. 113. & ſeqq.* & D. Planes *in d. alleg. verſic. ultim.* licet enim Bardaxi *dict. num. 7.* dicat contrarium judicaſſe S. Senatum ſupremum Aragoniæ, cujus ſententiæ legis apud nos habent vigorem, ut probat D. Leon *deciſ. 81. num. 17. tom. 1.* Valde hoc dubito; eo quod ſi talis ſententia adeſſet, tanquam lex à nobis obſervaretur: quod nullatenus ſit, imò quoties mors Domini Regis contingit, Valentini Proreges proſecuti gubernationem fuerunt. Imò in *dietario Regii Conſilii anno 1621.* invenio notatum, quod die 2. Aprilis plurimæ deprecationes factæ fuerunt pro ſalute Domini Regis, die 11. quo celebrabatur Paſcha Reſurrectionis publicatum fuit ipſius, feriæque indictæ per novem dies, ut moris eſt. Die autem 21. Excellentiſſimus Marchio de Tavara juſſit, quòd non celebraretur Conſilium propter magnum laborem habitum in funus die antecedenti, ſicque nullatenus fuit ejus juriſdictio extincta, ut notum eſt.

51 Quare verius credo, quòd Aragonenſes, & Catalauni fuerunt contrariæ opinionis, & habuerunt approbatio-

nem à ſupremo Senatu ſuarum reſolutionum; & pariter Valentini, qui contrariam tuebantur ſententiam, ut *Bardaxi* tradit; nam cùm leges cujuſcumque Provinciæ diverſæ ſint, ideo opinio approbata à Senatu uniuſcujuſque Provinciæ, fuit per Supremum confirmata. Noſtra autem multis fulcitur authoritatibus à *Belluga, Maſtril.* & aliis adductis; quibus addendus *Solorçano*, cum ab ipſo relatis *dict. lib. 4. c. 11. n. 34.* qui non ſolum pro noſtra ſententia eſt, ſed fortiori in caſu eam tuetur; nempè quando Prorex nominatus, adhuc non erat adeptus poſſeſſionem muneris, docens quòd, Rege mortuo, abſque alio titulo, vel confirmatione admittendus eſt.

Neque forus 2. *mandati*, & for. 17. *de procurat.* 52 obſtant: nam eorum diſpoſitio locum haberet in caſu *Solorçani*, cùm eis tantum caveatur, quod procurator qui uſus non fuit mandato, non admittatur. In noſtro autem caſu, cum jam ſupponamus admiſſum, *fori* pro nobis ſunt, apertiſſimis verbis.

Neque ratio adducta à *Bardaxi* pro ſua ſententia *d.* 53 *n. 7.* obſtabit, animadverſo, quod loquitur de Officialis morte, nos autem de morte Principis; Regia enim dignitas numquam moritur, *l. proponebatur, ff. de judic.* aliis relatis Solorçano *dict. c. 11. n. 35. & lib. 2. c. 17. n. 77.* Neque exemplum Vicarii Epiſcopi firmare ipſius ſententiam poteſt; cùm id ſpeciale ſit in Epiſcopo, cui à jure Pontificio datus eſt ſucceſſor, nempe Capitulum Sede vacante, qui ſuccedit in juriſdictione, *cap. unic. de major. & obedient. in 6. c. Paſtoralis, §. præterea, de offi. Ordin.* pluribus Barboſ. *de Canonic. cap. 42. num. 62. cum ſeqq. & num. 104. cum ſeqq.* Si enim, mortuo Rege, jure noſtro, alicui competeret juriſdictio, benè loqueretur, quod Proregis officium ceſſaret; ſed cùm noſtro jure nil de hoc caſu diſpoſitum ſit, remanet in diſpoſitione juris communis.

Neque id refragatur ob rationem traditam à Jacob. Cancer. *dict. cap. 3. numer. 327.* nempe quòd ex eo quòd Proregis juriſdictio ceſſat præſente Domino Rege, delegata dicenda eſt, cùm non ceſſet juriſdictio ordinaria, qualis eſt Gubernatoris; Quia facilè convincitur ex eo: nam ut diximus *ſupra, num. 49.* non propter præſentiam Regis juriſdictio Proregis ceſſat; & quamvis ceſſaret, cùm abſentia Regum, cauſa fuerit, ut Proregis 54 officium, qui eum in omnibus repræſentat, crearetur; Rege præſente, repræſentatio ſuſpenditur, & cauſa conſtituendi officium quieſcit; ſed non per hoc qualitas juriſdictionis immutatur, cum Rex eandem juriſdictionem proſequatur per eoſdem Conſiliarios, terminos, & ſtylos. Neque paritas gubernationis ſive Gubernatoris procedit: nam officium Gubernatoris non fuit introductum ad Regis, ſed ad primogeniti ipſius repræſentationem, ut *infrà* dicemus, & expreſsè cavetur *in P. L.* 55 *vil. 2. R. Martin.* & ſic ſicut Proregis poteſtas ceſſat per præſentiam Regis illius principalis poteſtas Gubernatoris ceſſabit per præſentiam primogeniti quatuordecim annorum majoris.

Plures quæſtiones in materia ſubjecta invenies doctiſſimè digeſtas per Doctores ſuperius laudatos, præci- 56 puè *Ponte, Maſtrillo*, & *Solorçano*, quas non repeto, ne aliena tranſcribere videar.

Illud certiſſimum eſt, omnem poteſtatem, & juriſdictionem Regiam pertinuiſſe ad Locumtenentem generalem, dum non fuerit ſpecialiter denegata, ſed tamen ſubordinatam legibus, foris, atque capitibus Regni. Petrus Gregor. Toloſ. *ſyntag. jur. par. 3. lib. 47. cap. 21. num. 2.* Bobadill. *lib. 1. Politic. cap. 2. n. 5.* Olivan. *d. cap. 4. n. 6.* Capicius *deciſ. 130. num. 45.* Capiblanco *de Baronibus, prac. 1. num. 20.* Cancer. *dict. c. 3. n. 330.* P. Mandriaga *ubi ſup.* Dominus Cerdan *dict. §. 2.* quod probat ex clauſula expreſſa ejuſdem tituli, ibi: *Juxta leges, conſtitutiones, capitula, pragmaticas, & privilegia Regni.* Unde eſt, quod Locumtenentes non habeant plenitudinem poteſtatis legibus abſolutam. Lucas de Pen. *in l. contra publicam, num. 11. verſ. Hanc igitur, C. de re milit.*

milit. lib. 12. Mar. Italus *de immunit. Eccles. cap.* 5. §. 7. *nu.* 6. Mastrill. *dict. cap.* 6. *num.* 37. Solorçano *dict. lib.* 4. *cap.* 10.

59 *num.* 39. Quod comprobatur ex eo; nam Prorex antequam utatur sua jurisdictione, tenetur jurare servare fueros, actus Curiarum, privilegia, & cætera jura patriæ: pluribus relatis Solorçano *dict. l.* 4. *c.* 11. *n.* 25. sicque virtute juris-jurandi astringitur ad ipsarum legum observationem, ut omnes authores Aragonenses, & Catalauni *ubi proximè* tradunt.

60 Quibus positis, quadruplicem potestatem habere Proreges constat. Prima est potestas dispositiva, scilicet condendi jura, *l. omnes populi, ff. de just. & jur.* docent, Bellug. *Rub.* 24. *n.* 5. *vers. Postremo*, Mastril. *de Majest. d. c.* 6. *n.* 75. *& 43. cum seqq.* Secunda est judiciaria, *l.* 1. *ff. de offic. ejus: l. imperium, ff. de jurisd.* Tertia, gratiosa, sive dispensandi, & gratias concedendi, *l.* 1. *ff. ad. leg. Jul. de ambit. cap. si gratiosa, de rescript.* Belluga *d. nu.* 5. Mastril. *d. num.* 35.

61 Quarta, œconomica: nam licet politica, & œconomica inter se specie tantum differant, ut probat Aristot. *lib.* 1. *politic. cap.* 1. dubitari non potest, œconomiam prius ortam fuisse, quàm politiam, quia Adamus primo dominativam potestatem habuit, quam politicum Principatum: pluribus Fragos. *de Repub. introduc. proœm.* §. 1. *num.* 6. unde œconomiam imitatus fuit Principatus. Sicut enim pater solus præest, & dominatur familiæ:

62 sic Princeps solus dominatur civitati, vel genti (nam ex politicis, hæc est optima ex Aristot. *Ethicor.* 8. *c.* 10. *& Politic.* 3. *cap.* 11.) unde oportet, ut futurus Reipublicæ

63 Rector, in rebus domesticis, seu œconomicis præexerceatur, quia domus, est quædam parva civitas; & œconomia, compendiaria Respublica; sicut civitas, magna domus est; & politia, communis quædam œconomia;

64 Bobad. *in Polit. lib.* 1. *c.* 1. *n.* 25. Fragos. *d.* §. 1. *n.* 7. Unde Princeps, pater, patronus, curator, & defensor subditorum dicitur: Salgado *de Reg. protec. p.* 1. *c.* 1. *prælud.* 2. *num.* 76. Cutel. *de immun. lib.* 2. *q.* 14. *nu.* 35. *& seqq. & q.* 16. *n.* 7. *& q.* 55. *n.* 20.

65 Supposita hac potestate in Principe, quam nemo negare valet, bene sequitur ex dictis eam habere Proregem, cum sit, *alter Nos*, ipsius: unde incumbit ei onus regendi Provinciam, non solum politicè media jurisdictione, sed etiam œconomicè media potestate paterna, quam in subditos habet. Circa cujus exercitium

66 primò dubitari potest, an possit expellere à Regno virtute hujus potestatis quoscumque viderit nocuos publicæ tranquillitati, & paci, licet judicialiter sibi de delicto non constet in specie, ut media jurisdictione coërceantur? Et posse eos expellere probat text. *in l. moris, ff. de pœnis, l. fin. ff. de interdict. & relegat. l. Præses, in fin. ff. de offic. Præsid.* optimus ad rem text. *in l. congruit, eod.*

67 ibi: *Congruit bono, & gravi Judici curare, ut pacata, atque quieta Provincia sit, quam regit; quod non difficilè obtinebit si solicitè agat, ut malis hominibus Provincia careat. l. si quis ingenuam, §. in civilibus, ff. de captivis, & postlim. revers.* pluribus probat Petr. Vellcius à Guevar. *in dict. legib. Mantua. singul.* 603. Lancellot. Conrad. *in tempor. jud. lib.* 1. *c.* 7. *nu.* 16. Bobadill. *in polit. lib.* 2. *cap.* 13. *per tot.* Francis. Zipæ. *de Magist. lib.* 3. *c.* 9. Ponte *de potest. Proreg. tit.* 1. *n.* 12. Mastr. *de Magist. lib.* 3. *c.* 4. *n.* 227. *& seqq. & d. cap.* 6. *n.* 217. Solorçan. *de jur. Ind. lib.* 3. *c.* 27.

68 *n.* 1. *& in Polit. India. lib.* 4. *cap.* 27. Quod ita antiquitus frequentabatur, ut jura hos relegatos nomine proprio designent, nempe *Metroicos*; *l. certa forma, C. de jur. fisci, lib.* 10. sive *Metoecos*, ut Amaya docet *ibid. n.* 1. Coloniæque ex eis deducebantur, ut ex *dict. text.* constat, & Amaya probat: nec hoc tantum voluntate eorum interveniente, sed jussu Principis, & pœnæ nomine; Amaya *ibid. num.* 8.

69 Et ratio est: nam sicut pater filios improbos, ac rebelles potestate œconomica, è domo ejicit; sic Princeps (subditos tranquillitatem publicam turbantes, è

70 domo magna (id est Provincia) cui præest, expellere, & exterminare potest; hoc enim officium Principis est. Optime Seneca *de element. lib.* 1. *cap.* 14. ibi: *Quod ergo officium Principis? Quod bonorum parentum, qui objurgare liberos nonnunquam blandè, nonnunquam minaciter solent.* Pluribus Salgado *de Reg. protect. part.* 1. *cap.* 2. *n.* 278. *& seqq.* Quales autem sint qui expelli possunt? expressit 71
Mastril. *dict. lib.* 3. *cap.* 4. *à num.* 227. *usque ad* 238. ubi aliam pulchram rationem tradit, nempe, sicut Medici (Medicus enim Princeps est, *Isaiæ* 3. 7. ibi: *Non sum medicus, & in domo mea non est panis, nolite me constituere Principem populi*, prosequitur P. Velazquez *de optim. Princip. lit.* 3. *annot. moral.* 17. *num.* 4.) membrum sæpè putrefactum incidunt, atque in totum eradicant, ne aliam corporis partem labefactare, aut corrumpere possit; sic necesse est, si Rempublicam salvam esse volumus, ut perditissimos, & malos homines ex urbe penitus extirpemus: *Ne corruptus integro, violatus casto labem infligat.* Cicer. *in Vatinium.*

Neque obstat *privileg.* 1. *Domin. Reg. Ferdinandi Se-* 72
cund. quo expresse cavetur, ut nullatenus aliquis occidatur, neque executio corporalis fiat, mutilatio membrorum, aliæque pœnæ imponantur, quin processus juxta *fori* formam præcedat. Nam imprimis eo juramento non teneri successores, patet: nam præterquam quod juramentum est personale, D. Thom. 2. 2. *quæst.* 98. *artic.* 2. *ad* 4. tunc Domin. Ferdinandus non erat Rex, sed Locumtenens Regis; ut in *exordio ipsius privilegii* expresse dicitur: & sic licet ipse durante officio teneretur, successores in officio, vel Regno non tenentur. Et quamquam Locumtenens concedere possit privilegium, sicut probant Cancer. *dict. cap.* 3. *num.* 329. & aliis relatis Mastrill. *dict. cap.* 6. *num.* 243. non per hoc exterminatio ex- 73
clusa est, cum ibi loquatur de gravioribus pœnis infligendis, nempe mortis naturalis, mutilationis, & aliis pœnis (quæ intelligendæ sunt similis naturæ, cum præcedentibus; nam dictio, *alius*, facit positionem ejusdem qualitatis ad præcedentia, præcipuè non addita dictione, *quibuscunque*, pluribus Barbos. *dictio.* 26. 74
num. 1. *& seq.*) non debet interpretari de levioribus, qualis est exterminatio, de qua apud Doctores dubitatur, an sit corporis afflictiva nécne. Et licet ibi de aliis juribus mentio fiat, jura hæc non apparent (si extarent, utique allegarentur *in cap.* 18. *gravam. Cur. anni* 1626. ubi privilegium allegatur:) & sic effectus iste œconomicæ potestatis non excluditur: atque adeò non obstante dicta dispositione exterminari possunt perturbatores pacis publicæ, casu quo utilitati Reipublicæ expedire visum sit.

Confirmatur ex *fur.* 77. *Cur anni* 1585. quo Curia 75
supplicavit Domino Regi, ne ullus Militaris status expelleretur à Regno absque cognitione causæ, ubi asseritur, id ipsum foro cautum esse (licet de foro non constet) & sic exceptio, quam Curia fatetur, firmat regulam in contrarium, Barbos. *axiom.* 85. *n.* 4. Neque Militaribus indultum reperitur; nam decretum istius capitis est, quod Dominus Rex mandat, ut disposita per *forum* observentur, atque adeò nil de novo disponitur.

Quod & usu receptum est, ut patet ex *capitibus* 13. 76
& 14. gravaminum Curiæ anni 1626. (quorum decreta solum disponunt, & in eis habetur, ut fori inviolabiliter observentur) & inter personas Ecclesiasticas tranquillitatem publicam, vel jura Regia perturbantes, idem observatur, quando aliter succurri non potest, ex pluribus congestis à Solorç. *dict. cap.* 27. *per tot.* præcipuè *num.* 77
51. *& seqq.* imo in Prælatos hæc potestas exerceri valet, ut probat Cutell. *part.* 2. *de immunit. quæst.* 18. *per tot.* & hoc absque cognitione, neque jurisdictionis exercitio, cùm Princeps non habeat in Prælatos, neque in Ecclesiasticos, ut *Salgado*, *Solorçano*, *Cutel.* & ab eis relati docent; sed in vim potestatis œconomicæ ad reprimenda eorum delicta ratione justæ præventionis, & defensionis pacis, & tranquillitatis Reipublicæ: plu-

res

res relati à Patre Diana 4. *par. tract.* 1. & Giurb. *consil.* 48. & 49. *à num.* 6. Dom. Polo *in suis adversariis, tom.* 8. *adverſ.* 45. *verſic. Secundò adnotaveram.* Et hoc in Regno eſt indubitatum; nam ita cautum eſt in *for.* 10. *de jurisdict. omnium judic.* ibi: *Tunc non debent mirari Prælati ſuper exercitium ſuæ ſuperioritatis, quam univerſaliter habet in univerſis temporalitatibus Regni ſui, ad defenſionem ſui juris notoriis adhibet remedia dudum à ſuis anteceſſoribus aſſueta.* Remedia iſta ſunt occupatio temporalitatem, exilium, & cætera, ut habetur in *dicto foro*, qui ad literam eſt concordia cum Legato à latere, ut ex eo patet, & *infrà* latius dicemus *in cap. de contention. jurisdict.* Nunc autem ſic à foro poteſtas hæc exercetur in Eccleſiaſticos jura Regia turbantes: ergo multo magis in laicos, qui quietem publicam tranſvertunt. Idem in Catalonia, & Aragone obſervatur, ut *ibi* probavimus. Ex quo reſultat, quod in Regno nullatenus eſt excluſa poteſtas œconomica, ad hoc ut inquieti, & incorrigibiles exterminentur, licèt reſpectu graviorum pœnarum diſpoſitio dicti privilegii procedat.

78 Benè verum eſt, quod attenta fororum noſtrorum circunſpectione in procedendo ad pœnæ impoſitionem, Proreges non paſſim, & indifferenter pervenire ad exterminationem debent: ſed tantum ex maxima, & urgentiſſima cauſa, quando aliter ſuccurri non poteſt, ut in ſpecie docet à Ponte *dict. tit.* 1. *n.* 14. & 15. ſi enim hoc ex
79 poteſtate paterna ad Principem pertinet, non rectè operabitur, niſi conſilium ipſius Senecæ ſequatur, *d. c.* 14. *ibi: Tardè ſibi pater ſua membra abſcindat; etiam cum abſcindet, reponere cupiat, & in abſcindendo gemat, cunctatus multùm, diſiliat.*

80 Demum ad Proregem incumbit cura de ubertate annonæ, nam ad tranquillitatem publicam ſemper maximopere prodeſt, *ne plebs acri annonæ fatigetur*, Tacit. infir. 4. *annal.* cum vulgus in abundantia obtinenda
81 unicè ſtudeat, idem Tacit. 4. *hiſtor. Vulgo una eſt publica annonæ cura.* Si enim ut diximus, Princeps pater eſt ſubditorum, ſicut pater habet curam domus ſuæ, filioſque ſub ſua poteſtate exiſtentes regit in pace, & alit: ſic etiam Princeps ſubditos regere, tueri, & alere debet: aliis relatis Fragoſ. *in dict. introd. proœm.* §. 3. *num.* 28. latè Ponz, *titul.* 2. *de abundant. civit. per tot.* Solorç. *dict. cap.* 9. *n.* 61.

82 Neque obſtabit, ſi dicas per *foros*, & *privilegia*, omnem adminiſtrationem annonæ, ſive circa abundantiam, & ubertatem victualium, demandatam eſſe Decurionibus, ſive Juratis: nam per hoc, non ceſſetur abdicata poteſtas Superioris, neque jus ſuperioritatis, ſi Princeps vult occurrere in caſibus neceſſitatis, cum jus ſuperioritatis nunquam intelligatur conceſſum, nec à
83 Principe abdicatum, ut ex Bald. & aliis probat Ponte *dict. titul.* 2. §. 1. *nu.* 16. & *ſeqq.* Adminiſtrationi enim Officialibus urbis conceſſæ, nunquam præjudicabitur per ſuperintendentiam Domini Proregis, qui caſu neceſſitatis urgentis ipſam urbanam adminiſtrationem tucatur, & foveat; cum pluries aliquid operandum ſit, quod metas poteſtatis urbanæ omnino excedit. Sicut enim Princeps, parens ſubditorum eſt; ita & maritus
84 Reipublicæ vocatur: Plato *lib.* 16. *de Regno*, Socrates, apud Xenoph. *lib.* 3. Philo *lib. de origin. Princ.* Cutell. *de immunit. lib.* 2. *q.* 55. *n.* 20. licet enim matri familias competat cura rei familiaris, victus, & cætera, quæ intus domum fiunt, non per hoc ſublata cenſetur patris familias poteſtas ad curandum de ipſis, maximè tempore neceſſitatis. Et ſic ſunt plurimæ pragmaticæ de modo victualium vendendorum, fructuum afferendorum, & ſic ſimilium: de modo quo Prorex in his ſe interponat, agemus infrà, *c.* 4. §. 3. ubi Regia reſcripta de hoc agentia traduntur.

85 Deinceps Principi, ſeu ejus vices habenti incumbit cura, ut populus honeſtè oblectetur ludis, ſpectaculis, aliiſque oblectamentis licitis, ita ut Juvenal. ſcripſit *ſatyr.* 10.

——— *Duas res anxius optat,*
Panem, & Circenſes.

86 Nam vulgo ſicut *pueris omne ludicrum in pretio eſt*, Senec. epiſtol. 115. *Imò cupiens voluptatum; & ſi trahat eò Princeps, tarum.* Tacit. *in vita Agricol.* Expedit enim populum exhilarare ludis publicis, ut aliquantulum reſpiret, & majores deinde vires adferat ad labores, 87
quibus animum ſuum impendat. Ex triſtitia populi cogitatio ipſius adverſus Principes, & Magiſtratus converti ſolet, Dominus Didacus Saavedra *ſymbol.* 72. quare agitationes taurorum, aliorumque ludorum apud Hiſpanos frequentantur: quorum uſus appróbatus fuit, ut docet Fragoſ. *dict. lib.* 1. *diſput.* 2. §. 10. *num.* 83. & *ſeqq.* ubi plura refert, & inter alia Pontificum decreta, quibus hæ agitationes nobis denegatæ, poſtea conceſſæ
88 extiterunt.

Ad Principem etiam attinet correctio ſuperflui ſumptus in ornamento, & conviviis, aut ſupellectile, per quorum intemperantiam ſalus publica periclitatur. Senec. epiſt. 114. *Conviviorum luxuria, & veſtium, egra civitatis* 89
indicia ſunt, cum ex ſuperfluitate ſumptuum ſubſtantia rei familiaris undique ſubvertatur, indeque non pauca maleficia oriantur, nam ut Cicer. *in* 2. *Catil.* ait, *Eadem* 90
illa, quæ erat in abundantia, libido permanet. Unde ſequitur quod Saluſt. ad Cæſar. infit: *Ubi familiares opes defecerunt, ad facinora incedunt.* De mulierum exceſſu in ornatu ſi Seneca apud nos ſcripſiſſet, ſpecialius non loqueretur: *Video* (inquit) *lib.* 7. *de benef. cap.* 9. *uniones non ſingulos ſingulis auribus comparatos: junguntur inter ſe, & inſuper alii bini ſuperponuntur. Non ſatis muliebris inſania viros ſubjecerat, niſi bina, ac terna patrimonia auribus ſingulis pependiſſet.* Neque ſubſtantia tantum, ſed honos, fama, pudor in ornatu conſumitur, nam ut dixit quidam eruditus Orator noſtri ævi: *Ay muger, que aviendo traido ſolo* 91
en dote la honeſtidad, quiere gaſtar tanta gala, que en breves dias viene agaſtar en ella todo el dote.

Sed quare de fœminis, dum viros gravius in ornatu peccare conſpicimus. Pariter Seneca de hoc vitio diſſe- 92
rit *lib* 7. *natur. quæſt. Quidquid eſt boni moris, extinguimus levitate, & politura corporis. Muliebres munditias anteceſſimus, colores meretricios matronis quidem non induendos, viri ſumimus. Tenero, & molli ingreſſu ſuſpendimus gradum, non ambulamus, ſed incedimus.* Quod quidem perniciosiſſimum adoleſcentulis fuit. Audiamus Senecam patrem de 93
his loquentem 1. *controv. Torpent ecce ingenia deſidioſæ juventutis, nec ullius rei honeſtæ labore vigilatur. Cantandi, ſaltandique obſcœna ſtudia effœminatos tenent: & capillum frangere, & ad muliebres blanditias vocem extenuare, mollitie corporis certare cum fœminis, & immundiſſimis ſe excolere munditiis noſtrorum adoleſcentium ſpecimen eſt. Quis æquelium veſtrorum, quid dicam ſatis ingenioſus, ſatis ſtudioſus, imò quis ſatis vir eſt? Emolliti, enerveſque quod nati ſunt, inviti manent expugnatores alienæ pudicitiæ, negligentes ſuæ.* Plura ad rem Petrus Gregor. Toloſan. *de Repub. lib.* 4. *cap.* 11. *num.* 6. *cum plur. ſeqq.* Quare noſtri ſereniſſimi Reges agnoſcentes damnum, quod Reipublicæ evenit, ex inordinato ſumptu indumentorum, & ornatus, in *for.* 7. *& multis ſeqq. de drap. ſartor. & veſtib.* modum imponere in his conati fuerunt. Sed hoc illo aureo ævo, nunc au- 94
tem cum Tiberio apud Tacitum *lib.* 3. *Annal. Si quis legem ſanciat, pœnas indicat; iidem illi civitatem verti, ſplendidiſſimo cuique exitium parari, neminem criminis expertem clamitabunt.*

Satis de œconomica poteſtate, de qua tot eruditiſſimi 95
viri ſcripſere. Nunc autem de poteſtate diſpenſandi, ſive gratioſa aliqua breviſſimè dicamus. Quòd enim Prorex poſſit privilegia concedere, diximus *ſup. numer.* 72. Modò autem videamus, an Prorex poſſit de criminibus gratiam facere? & nullatenus dubitari poteſt, dummodo adſit partis conſenſus, Maſtrillus *dict. cap.* 6. *num.* 2

ro 147. imò à jure peculiariter ad Principem ſpectat, & in eo eſt præcipua regalia ipſius, *l. moris, §. ſed enim, l. divus, la 2. l. ad beſtias, ff. de pœnis.* idem Maſtril. *lib. 3. cap. 8. num. 1.* & ad *indult. gener. cap. 2.* Farin. *q. 6 per tot.* Seſſe *de inhibit. c. 1. §. 5. num. 80.* Ramirez *de lege Regia §. 25. num. 45.* qui plures alios laudant. Et ratio eſt: nam ſicut diximus, Prorex poteſt ea omnia quæ ad poteſtatem Principis ſpectant (dum non ſint de reſervatis) ratione repræſentationis: inde eſt, quod quæcunque crimina ſi reſervata non ſint, condonari, & remitti à Prorege poſſunt.

96 Sed videamus quæ ſint crimina apud nos reſervata in hoc caſu. Primum crimen eſt, aggreſſus ad domum animo damnificandi ibi habitantes, *ex for. 9. de malefactoribus*, quod delictum apud nos capitale eſt, & irremiſſibile, de quo latius *infra*, *cap. de judiciis criminal. §.* 97 *de probat. delict. & pœn.* Secundum eſt fractionis pacis, & treugæ cum homicidio, *Actus Curiæ brachii Militar.* 98 *unicus Cur. ann. 1552. fol. 12.* Tertium eſt, homicidium Clerici non habita priùs abſolutione à Romano Pontifice, & Sede Apoſtolica, & parte, aut Eccleſia ſatisfacta, 99 *privil. 23. § ſtatuimus, in extravag. fol. 242.* Quartum delatio armorum peſſimæ conditionis, apud nos dictorum, *de punta de gra de ordi, ô aguilla eſpardeñera, Pragma. R. dicti 27. Maii 1584.* quæ eſt domini Regis, ſibi reſervantis facultatem condonandi, excluſo nominatim Pro-100 rege. Quintum, in criminibus patratis cum inſtrumentis igneis, ſilicis, *ex R. Pragma. die 26. Aprilis* 1613. quod etiam interdicitur nominatim Proregi, licet 101 frequenter in reſervatione reſcripto diſpenſetur. Denique delinquens in comitiva bannitorum, *ex R. reſcripto anni 1550.* Sed de primo, & quarto aliqui ex Fiſcalibus dubitant ex magna poteſtate Proregis, de qua Caſtill. *deciſ. 113. n. 6. lib. 1.* Novar. *in collect. ad prag. Neapol. in prælud. propoſ. 2. per tot.*

102 Dixi ſuperius, quod hæ gratiæ valent, dummodo accedat partis legitimæ aſſenſus, ad quod allegari ſolent *for. 33. & 34. de crimin.* Sed obſervandum eſt, foros illos non loqui de conſenſu ad remiſſionem pœnæ, ſed damni dati, ut in litera patet: ob quod ſi offenſo ſatisfactum damnum ſit, juxta foros gratia tenebit, ut *in for. 33.* exprimitur, ibi: *Niſi prius parti contra eum prætendenti illud ſibi pertinere, intereſſe pecuniarium, & civile ſatisfecerit, aut exolverit realiter, & de facto.* Et in d. for. 34. ibi: *E ſera hauda remiſſio per homey fet, que no contraſtant la dita remiſſio, lo homeyer ſia tengut pagar les penes pecuniaries pertanyents a la part del occis, ſegons fur: è ſi pagar no les porá, que no li valla la dita remiſſio.* Hoc eſt: *Et ſi conſecuta fuerit remiſſio de homicidio patrato, non obſtante dicta remiſſione, homicida teneatur ſolvere pœnas pecuniarias applicatas parti, juxta forum. & ſi ſolvere non poterit, quòd remiſſio nullius roboris ſit.*

Et ratio eſt, nam ex delicto duplex offenſa fit, nempe 103 parti, cui damnum infertur, & Reipublicæ, cujus, intereſt ut omnes quietè vivãt. Sic duplex actio oritur, una parti ad intereſſe damni dati, vel pœnam pecuniariam ipſi applicandam; & altera Reipublicæ ad punitionem, ut ejus 104 exemplo cæteri pareant. Cum autem Princeps ſit caput Reipublicæ, poteſt remittere offenſam publicam, & ſic indulgere pœnam corporalem, vel Fiſco applicandam; ſed tamen non poteſt tollere parti offenſæ jus quæſitum, atque adeo neque poteſt ex gratia reum abſolvere quoad intereſſe partis. Hoc apud nos expreſsè cautum eſt, ſed à jure valde controverſum, licet hanc ſententiam communem dicat Gomez *var. lib. 3. c. 11. n. 39. verſ. Tertiò, & in ſpecie*, ubi alios refert.

105 Bene verum eſt, quod à jure aliqui diſtinguunt, an pœna delicti imponatur à jure divino, & naturali, vel à jure civili, ita, ut impoſita jure divino, naturali, vel gentium, remitti non poſſit, quin adſit remiſſio partis, vel cauſa juſta urgeat; ut probat Farin. *quæſt. 6. num. 15.* aliis relatis Seſſe *de inhibit. ſuperiorib. cap. 1. §. 5. n. 37.* Sin autem impoſita ſit de jure civili, poſſit abſque partis conſenſu, cauſæque exiſtentia; Seſſe *ibid. num. 36. cum ſeqq.* qui Farinaccium, & alios aliter ſentientes expendit, Peregrinus *de jure Fiſc. lib. 4. cit. 8. num. 18.* Sicque conſului in cauſa cujuſdam Magnatis, qui condemnatus fuit ad certam pecuniæ quantitatem ſolvendam parti offenſæ, & in certam pœnam corporalem, & pecuniariam Fiſco applicandam; & cum parti quantitatem ſibi adjudicatam ſolviſſet, dubitabatur an neceſſarius eſſet conſenſus partis ad remiſſionem pœnæ corporalis, & per ſupradicta dixi non requiri, & de facto obtinuit gratiam abſque partis conſenſu, ſive eo non expectato.

Ad cujus ſententiæ probationem deduxi etiam, quòd 106 à jure pater poteſt remittere injuriam filio factam abſque ipſius conſenſu, *l. ſed ſi unius, §. filio familias, ff. de injuriis:* cum autem Princeps ſit pater ſubditorum, ut dixi 107 *ſupra*, *hoc eodem §. num. 69. & ſeq.* Ariſtot. *Politic. 1. cap. 8.* ibi: *Filiorum autem imperium eſt regium: l. ſi quis filium, poſt princip. C. de inoff. teſt.* ibi: *Qui omnes ſubjectos noſtros, & filios, & nepotes habere exiſtimamus affectione paterna, & imitatione.* Caſtr. *conſ. 48. num. 9.* Fragoſ. *de* 108 *Repub. lib. 1. in proœm. §. 1. num. 11. verſ. Poſt.* Inde eſt quod poſſit remittere injuriam ſubditi. Et quamvis Seſſe *num. 62.* dicat id procedere in patre ratione patriæ poteſtatis, quæ non reſidet in Principe; tamen in Principe à fortiori procedere dicendum eſt, cum *pater ſubditorum* verè, & realiter exiſtimetur ex dictis, nam potius eſt vinculum poteſtatis in Principe, quam in parente, ut pluribus probat Fragoſ. *ibid. num. 9. & §. 3. num.* 109 *29. & id quod omnes juris effectus*, ut patet in eo qui Principem occidit, nam propriè parricidii crimen patratur. *l. 1 ff. ad l. Jul. Majeſt.* pluribus Larrea *allegat. 65. n. 44. tom. 1.*

Et caſu quo pœna imponatur ex delicto jure devino, 110 vel naturali, ſi ea non ſit capitalis, ut putà deportationis, relegationis, exilii, vel ſimilis naturæ, dum in parte executa ſit, poterit ab ipſo Principe ſine conſenſu partis indulgeri. Et ratio eſt, nam ut dixit D. Thom. *2. 2. quæſt. 67. art. 4. ad 3.* & cum eo Farina. *d. quæſt. 6. num. 18.* ideo pars habet jus ad pœnam corporalem, quia quodammodo honoris recompenſationem, & reſtitutionem accipit offenſæ, ſive injuriæ, in pœna infligenda reo, nam hæredibus ſolatium eſt videre homicidam, jure ducente, debitam pœnam pati. Cum autem ex eo quod pœna in aliqua parte executa eſt, jam offenſus honoris recompenſationem accepit, vel hæredes ſolatium (nam ſubſtantia pœnæ non adeſt in deportatione, aut exilio temporis præſcripti in ſententia, cum magis, vel minus non mutet ſubſtantiam pœnæ.) Inde eſt, quòd condemnato in relegationem ad decennium, biennio jam in eam executo, poſſit Princeps reſiduum relegationis condonare ſine partis conſenſu, atque cauſæ urgentia.

Si autem adeſt juſta cauſa, omnes tenent, quod Prin- 111 ceps in quocumque delicto poteſt, non ſolum pœnam, ſed jus partis remittere, cùm tunc cauſæ publicæ utilitatis, utilitas privati cedere debeat: Pariſi. *conſ. 1. vol. 4. n. 42.* Decius *conſ. 520. n. 5.* Plotus *inter conſ. crim. diverſ. conſ. 75. num. 51.* Jul. Clar. *in præx. quæſt. 95.* Boſſius *tit. de remed. ex ſol. clem. num. 23. & 48.* Mencha. *contr. illuſtr. cap. 4. num. 11.* Farin. *d. q. 6. num. 22.* Natta *conſ. 471.* Sfor. Oddo *de reſt. in integ. qu. 99. num. 74. & ſeq.* Peregri. *de jur. fiſc. lit. 8. num. 18. lib. 5.* Afflict. *deciſ. 361. num. 4.* Surd. *conſ. 203. num. 16.* Ramirez *de lege Reg. §. 25. num. 46.* Maſtril. *ad indult. gener. cap. 22. num. 47.* Peguer. *deciſ. 39. num. 11.* Seſſe *deciſ. 178. n. 5. & de inhibit. d. cap. 1. §. 5. num. 44. 49. & 116.* quorum omnes ferè diſtinguunt, utrum cauſa ſit ordinaria, nam tunc non extenditur ad damna vel publica, tuncque extendatur. Et circa cauſæ exiſtentiam, crendendum eſt Prin- 112 cipi, *Clemens. 1. de probat.* ubi Barboſ. Farin. *q. 9. n. 26.* Alciatus *de præſump. regul. 3. præſump.* & Dou Joannes del Caſtill.

Castill. *controv. lib. 3. c. 28. n. 18.* Dominus Don Petrus Sanz, avunculus carissimus, Regiique Senatus olim doctissimus Senator, *in suis observationibus, lit. R. obser. 12.*

113 Modus, sive forma concedendi gratias delictorum præscriptus est apud nos diversis Regiis rescriptis, & in summa ea est, ut Dñs Regens, & Advocatus Fiscalis concordi voto (quod decisivum quoad hæc habent) delictum remissibile esse subscribere debent; in casu autem discordiæ Regia Majestas consulitur. Si verò dubitatur, an expediat, in hoc tam ipsos, quàm cæteros Senatores qui consuluntur, consultivum tantum suffragium habere, est expressum.

114 De potestate autem dispositiva, & judiciaria, quia simul cum Senatu exerceri solet, & debet, in *sequenti* §. dicemus.

---

§. II.

De Regio Consilio, Regisque Senatoribus ad forum 22. Cur. anni 1626. juncta privil. 23. Domini R. Ferdinandi Secundi, nuncupato, la Pragmatica de la R. Audienc.

TEXTUS.

PHILIPPUS ARAGONIÆ III.
Castellæ autem IV. optimus, maximus,
Montisoni anno 1626.

ITem ab lo fut primer de les Corts del any 1604. fol. 9. se instituiren en la Real Audiencia de Valencia dos Sales, la una pera les causes civils, y la altra pera les criminals, y per no ser bastants los Oydors de la Audiencia Civil a despachar la multitud de les causes civils q̃ es tracten en la dita Audiencia, a peticio dels tres Braços del Regne de Valencia, se erigi, ò instituí segona Sala Civil, ab la Real pragmatica dada a. 9. de Agost 1607. y la experiencia ha mostrat quant necessaria, y convenient es estada, y es la dita segona Sala. Supliquen per ço los dits tres Braços, que sia fet fur de dita ereccio de dita segona Sala, y que en la Real Audiencia hi haja dos Sales pera les causes civils, ab quatre Oydors en cascuna de aquelles, y que aço dure fins al folio de les primeres Corts, tansolament. *Plau a sa Magestat que dita Pragmatica sia feta Fur, y que aquella sia guardada, y observada.*

SUMMARIA.

1 *Consilium quid sit.*
2 *Consilium vicem sensuum Principis sustinet.*
3 *Consilium adest ex eo ipso tempore, quo Proreges destinati in Regno fuere.*
4 *Consilii nostri prima mentio in nostro jure habetur ab anno 1315.*
5 *Index Curiæ quis.*
6 *Index Curiæ est nomen Ministri nostri Consilii, non autem Supremi Aragonum.*
7 *Plura jura Valentina adducuntur ex antiquioribus, quibus mentio fit de nostra R. Audientia.*
8 *Privilegium 28. D. R. Alfonsi III. loquitur de nostra Regia Audientia, ut habetur* in c. 9. gravaminum Curiæ anni 1604.
9 *Consilium nostrum ante pragmaticam R. Ferdinandi in forma erat.*
10 *Consilium stantebatur olim per pragmaticas, In curia anni 1564. jam per foros de Consilio statuendo actum est, ibid.*
11 *In Curia anni 1585. jam duplex Aula negotiis civilibus constituta fuit.*
12 *In Curia anni 1604. una ex Aulis civilibus delata.*
Omnes ista Consilii constitutiones temporales fuerunt, ibidem.
13 *Consilium novissimè statutum anno 1607. quod per nostrum textum confirmatum fuit.*
14 *Ministri e quibus nostrum Consilium constat:*
15 *Nomina eorum qui hodie hæc officia obtinent.*
16 *Aularum distributio.*
17 *Regentis Cancellariam præstantia remissivè.*
18 *Doctores tractantes de Senatu, sive Consilio, ejusque Jurisdictione, & Principis repræsentatione.*
19 *Jurisdictio Consilii ordinaria est, imò Consilium vocatur Ordinarius ordinariorum.*
20 *Commissiones quæ fiunt per Dominum Regentem, non sunt delegationes, sed causarum quædam distributiones.*
21 *Ratio pulchra ad probandum id ipsum.*
22 *Senatus Valentinus judicat nomine Principis, sicque est verè, & propriè Cancellaria, sicut Granatensis, & Pisiana.*
23 *Quando Rex adest in Regno, immediatè nomine ipsius omnia in nostro Senatu peraguntur: quare attributum* Majestatis *in supplicibus libellis expressè tribuitur.*
24 *Locus, ubi adest Senatus noster, communis Patria Regnicolis est.*
Relegatus à Patria, ab urbe, ubi nostra Cancellaria adest relegatus censetur, ibidem.
25 *Provocatio à sententia Senatus, non appellatio, sed supplicatio dicitur.*
26 *De quibus causis cognoscat noster Senatus.*
27 *Senatus cognoscit de omnibus illis, de quibus Ordinarii locorum ex defectu jurisdictionis cognoscere non valent.*
28 *Senatus cognoscit de causis miserabilium personarum.*
29 *Senatus cognoscit de appellationibus sententiarum Judicum ordinariorum, & decernit an sua sit jurisdictio.*
30 *Senatus cognoscit de criminibus læsæ majestatis, & de excessibus Officialium, & delictis Procerum.*
31 *Causæ civiles non attingentes summam ducentarum librarum, in prima instantia evocari non possunt.*
32 *Criminales verò, quando criminis pœna non includit pœnam mortis civilis, vel naturalis, aut mutilationis.*
Declara si Causa præventa est per Ordinarium, ibid.
33 *Causæ incolarum Gubernationum ultra Vxonem, Xucarem, sive Sucronem, & Xixonam, an sint evocandæ in prima instantia.*
34 *Causæ decimales an evocari possint in prima instantia.*
35 *Causæ executivæ virtute venditionis censualis, violarii, vel debitorii, quomodo evocentur.*
36 *Causæ pertinentes ad jurisdictionem Baronum, vel Dominorum oppidorum, quando evocari possint.*
37 *Barones non possunt cognoscere de crimine læsæ Majestatis divinæ, & humanæ, fabricationis falsæ monetæ, & plagii.*
38 *Barones in quatuor casibus de novo concessis per* for. 150. Cur. ann. 1604. *habent jurisdictionem cumulativè.*
39 *Barones in causis pœnarum impositarum per Regias Pragmaticas habent jurisdictionem cumulativè ex* for. 154. ejusdem Curiæ 1604.
40 *Barones in causis comitivarum bannitorum non habent jurisdictionem privativè.*
41 Fadiga *de justitia, quid?*
42 *Causæ exactionum jurium Civicatis, an possint evocari.*
43 *Causæ exactionum jurium Generalitatis, an possint evocari.*
44 *Causæ patrimoniales an possint evocari.*
45 *Causæ emphyteuticales an evocari possint.*
46 *Causæ delictorum Officialium superiorum habentium officium à Rege Domino collatum, non possunt evocari.*
47 *Potestas judicandi de Regiis administris, de regalibus Principi reservatis est.*

48 *Praxis apud nos.*
49 *Causa custodiæ urbis tempore pestis evocari non possunt, nisi cum recursus emittitur.*
50 *Causæ respectantes ad statum Gymnasii Valentini non evocantur, nisi in casu recursus.*
51 *Privilegium concessum pupillis, viduis, & miserabilibus personis non censetur derogatum, nisi individua mentio fiat; ubi decis. Senatus.*
52 *Concessa jurisdictione privativè, an dictum privilegium derogatum censeatur? ubi decisio Senatus supremi.*
53 *Prorex potest condere statuta.*
54 *Prorex non potest pragmaticas antiquas tollere, si facta sint per ejus Superiorem.*
55 *Proregum edicta de consilio Senatus, perpetua sunt.*
56 *Quæ autem fiunt sine voto Consilii, solum durant durante officio.*
57 *Pragmaticæ quo tempore vim obtineant remissivè.*
58 *De potestate Proregis tanquam Ducis generalis.*

1 COnsilium Principis rectè descripsit' Fridericus Furius *in libello de consiliis, & consiliariis cap.* 1. ibi: *Consilium Principis est certa concio, vel congregatio hominum selectorum ad consulendum Principi, vel pacis, vel belli tempore; cujus opera præteritorum meminit, præsentia cernit, futura providet, suarum machinationum fœlicem successum consequitur, incommoda effugit: aut si id fieri nequeat, viam,* 2 *qua illa leniantur, invenit.* Quare rectè infert ibidem: *Consilium respectu ad Principem habito vicem omnium sensuum ipsius forè sustinet, intellectus, memoriæ, oculorum, aurium, vocis, pedum, manuum.* latè Solorzan. *Emblem. 54. per tot.* Ob quod sicut homo non rectè sine intellectu, memoria, & aliis sensibus se habere, aut regere potest: ita pariter Princeps sine consilio regere subditos, ac moderari perfectè nequibit. Unde pervetusta est consuetudo Principum, & Dominantium, Consilia habere, Consiliarios creare, atque illorum ope, & ministerio uti, ut quæ agenda sunt optimè decernantur, & decreta executioni mandentur. Ex quo infero, quod sicut Domini 3 Reges Aragoniæ semper Consilium apud se habuerunt, ad rectam suorum Regnorum gubernationem: ita pariter eo ipso quo Locumtenentes sibi destinarunt, eis Consilium simul assignarunt, ut justum, æquum que exequerentur.

4 Et consequenter, sicut dixi *suprà, §. precedenti, num.* 8. primum Proregem, de quo mentio expressa habetur in *nostro jure*, fuisse Petrum Aragonium, filium Dñi R. Jacobi Secundi, patruumque magnum Dñi R. Petri Secundi, ut ex ejus *Privil.* 75. apparet *anno* 1355. sic eo tempore Consilium esse dicendum est. Quod probatur ex eo, quod per quadraginta annos antecedentes de Consiliariis expressam mentionem nostro in jure habemus. Dominus enim Jacobus Secundus Rex, *Privil.* 74. & 82. *expeditis annis* 1315. & 1317. Judicem suæ Curiæ Guiller- 5 mum Jaser appellat; Judices enim Curiæ apud nos Quæstores criminum, sive Auditores Aulæ Criminalis, vulgò, *Alcaldes del Crimen*, vocantur, ut ex formulis allatis per Pegueram *in prax. crimin. cap.* 12. *num.* 9. & 11. & ex nominibus adductis per Fontanellam *in princ. tom.* 1. *decisorum, p. gin. antecedente indicem argumentor.* eorum qui in Senatu Cataloniæ, tunc sedebant patet. Sic enim à Domino Rege vocantur in titulo, sive privilegio ejusdem officii, ibi: *Tenore præsentis de nostra certa scientia, Regiique authoritate, deliberatè, & consultò officium prædictum Judicis Curiæ, &c.* Pariter vocantur *in for.* 18. *Cur. ann.* 1564. *fol.* 7. *Cur. anni* 1585. & aliis quamplurimis. Si enim tunc Valentiæ Judices Regiæ Curiæ erant, bene sequitur, & Senatum adesse: nam à parte ad totum vali- 6 dum est argumentum, Barbos. *argum. jur. loco* 82. qui plures refert. Neque dici potest, fortè tunc ex consilio illo latere ipsius Regis adjacenti intelligendum. Nam divinatorium est eo quod numquam in supremo illo Senatu Judices Curiæ, hujus Regni, vel alterius cujusvis ex nostra Corona adfuisse tradatur, imò semper Senatores Regentes Cancellariam nominati fuere, sicut & nunc nominantur, atque adeo de Judice Curiæ Consilii Valentini necesse intelligenda sunt privilegia superius dicta, quæ comprobantur ex traditis per Rodericum Mendez Silva *in popul. gener. de Espa. in Reg. Val. c.* 2. qui Domino Regi Petro Secundo constitutionem tribuit ann. 1361.

Demum Dominus Rex Petrus Secundus *Privil.* 85. 7 loquitur de Consiliariis, Judicibus, & Auditoribus Curiæ, quod Privilegium expeditum fuit anno 1358. & in Privil. 106. loquitur de Regia Audientia, nominatque Regentem, & quod magis est, formula publicationis est eadem, qua nunc utimur in publicandis sententiis nostræ R. Audientiæ, *in for.* 1. 2. *& 3. in extravag. Provisio super fide jussione. &c. fol.* 57. & 58. loquitur de Regia Audientia; qui fori conditi fuere anno 1370. 1371. & 1382. Dominus Joannes Rex Primus *in Privil.* 14. *in extravag. fol.* 238. expedito anno 1390. loquitur expressè de Regia Audientia Valentina. Et Dominus Rex Martinus *in Privil.* 19. loquitur de causis evocandis ad Regiam Audientiam anno 1408. & jam de ea locutus fuit *in for.* 19. & 20. (*infrà* expendendi) *de judiciis conditis anno* 1403. Dominus Rex Alfonsus Tertius *in Privil.* 28. loquitur 8 de Vicecancellario, Regente Cancellariam evocatione, atque commissione causarum, quod privilegium de nostra Regia Audientia interpretatum fuit, *c. 9. gravamin. Cur. ann.* 1604. & Privilegium 32. ejusdem Regis de eodem loquitur, condita annis 1430. & 1438. igitur multo ante pragmaticam Domini Regis Ferdinandi Secundi, de qua *in Privil.* 36. ejusdem Senatus noster creatus fuit: Bene verum est, quod tunc nondum forma data fuit, neque constitutio Senatus perpetua erat, eo quod juxta *dictos foros* 18. *& 19. de judiciis*, absente Domino Rege exercitium Senetus suspendebatur. Et sic quoties Lo- 9 cumtenentis officium expirabat, ita pariter, & Senatus, *ut ex dicta pragmatica* constat. Et quoties Locumtenens destinabatur, & Consilii formandi, & Consiliarios eligendi potestas ei dabatur, ut ex privilegio, & instructionibus datis per Invictissimum Imperatorem Carolum V. Didaco de Mendoça Comiti de Melito, adductis ad literam à Viciania *d. part.* 4. *fol.* 32. & 33. pater: quo modo interpretandi sunt Mandriaga *d. c.* 4. & cæteri dicentes nostram Cancellariam à Rege Catholico institutam.

Modus autem statuendi Consilium per pragmaticas 10 sanctiones observatus fuit usque ad nostra tempora, sed ab anno 1564. jam in Curia generali de Consilio statuendo, atque confirmando actum est, ut constat *ex for.* 28. *cum tribus & viginti seqq.* quo aula Criminalis à Civili segregata fuit, aliàque plura constituta. Et in 11 Curia anni 1585. jam duplex aula Civilis fuit constructa, unàque Criminalis, ut *ex for.* 7. *cum seqq.* constat. In Curia autem anni 1604. una ex aulis Civilibus deleta fuit *for.* 1. *cum novem & viginti seqq.* modo ibi expresso. Sed cum ex pluralitate causarum civilium Auditores expedire, prout decebat, nequirent, ad supplicationem Brachiorum, ut in nostro textu habetur anno 1607. secunda Aula Civilis restituta fuit, & cum omnes 12 istæ constitutiones temporales fuissent, nempe usque ad futuras Curias, quamvis in *nostro textu* confirmationem temporalem Brachia Regni postularunt, tamen Dominus Rex absolutè Pragmatica confirmavit in 13 *nostro foro* quare nunc in eodem statu permanet; ita ut in Curia anni 1645. tantum duo Consiliarii additi fuere ad res gubernii, & gratiæ solum, qui non ex Jurisperitis, neque Togatis, sed ex Nobilioribus, & experientia peritioribus, quibus paris dignitatis, atque emolumenti cum Senatoribus Aulæ Criminalis summa attributa fuit.

Itaque nunc Senatus constant Senatoribus sequenti- 14 bus Regente Cancellariam, qui in eo præ est: Locumtenente

nente generalis Thesaurarii: octo Senatoribus Civilibus: tribus Criminalibus, qui Judices Curiæ sunt: duobus Equitibus ad res politicas, & gratiosas (qui *de capa y espada* vocantur) duobusque Fiscalibus, uno ad causas criminales, & jurisdictionales; altero verò ad civiles, 15 sive patrimoniales, ut Mandriaga dixit *d. cap.* 4. demptis his duobus noviter institutis. Qui hodie hæc officia obtinent, sunt sequentes.

1 *Nobilis Don Francisc. Escorcia & Ladron Equestris Ordinis Beatæ Mariæ de Montesa, Regens Cancellariã.*
2 *Nobilis Don Illephonsus Milan de Aragon. Locumtenens Thesaurarii Generalis.*
3 *Nobilis Don Illephonsus Calatayu Equestris Ordinis Divi Jacobi, Præceptor de Zagra & Cenete, Senator Gratiæ.*
4 *Magnificus D. Marcus Roig. Miles Decanus, Senator in Civilibus.*
5 *Egregius Don Carolus Joan de Torres Comes de Peñalba, Equestris Ordinis Divi Jacobi, Præceptor de Museros, Senator Gratiæ.*
6 *Nobilis Don Carolus Valterra & Blanes Equestris Ordinis Beatæ Mariæ de Montesa, Senator in Civilibus.*
7 *Nobilis Don Petrus Monserrat & Sivrana ex Collegio Majori S. Iacobi Archiepiscop. in Salmantino Lycæo desumptus, Senator in Civilibus.*
8 *Magnificus D. Isidorus Aparacius Gilart, Senator in Civilibus.*
9 *Magnificus D. Donatus Sanchez del Castellar, Senator in Civilibus.*
10 *Nobilis Don Carolus Coloma ex Majori Collegio Conquensi in Salmantina Academia desumptus, Canonicus Almæ sedis, & in ea Archidiaconus Setabensis, Senator in Civilibus.*
11 *Nobilis Don Iacobus Madroño Senator in Civilibus.*
12 *Magnificus Didacus Descalz & Salcedo Senator in Civilibus*
13 *Magnificus D. Franciscus Ortinde LLuqui generosus Iudex Regiæ Curiæ, atque Decanus Aulæ Criminalis.*
14 *Nobilis Don Dominicus Mathen & Selba i Collegio Majori sanctæ Crucis Valisoletanæ Academiæ desumptus, Equestris Ordinis B. Mariæ de Montesa, filius meus amantissimus, Iudex Regiæ Curiæ.*
15 *Magnificus D. Ludovicus Pastor & Bertran, Iudex Regiæ Curiæ.*
16 *Magnificus D. Ioannes Baptista Ortin de LLuqui generosus, Advocatus Fisci in Patrimonialibus.*
17 *Magnificus D. Franciscus Valero, Advocatus Fisci in Criminalibus.*

16 Aula Civilis antiquior componitur ex

D D.	Recentior verò, ex DD.
Roig.	Valterra.
Sanchez.	Mõserrat.
Coloma.	Gilart.
Descalz.	Madroño

Cæteri autem, demptò Advocato Patrimoniali, in aula Criminali assistunt, ubi res gratiæ, atque politicæ gubernationis tractari solent. Patrimonialis Advocatus nullius Aulæ est: sed ubi de re, vel causa ad Patrimonium Regium differitur, ibi interventum habet, tam extra, quàm intra Senatum.

17 Dominus Regens frequenter in Aula criminali adest; sed ubique intervenire potest pro libito, de cujus officii præstantia plura tradunt Mastril. *de Magist. lib. 5. capit. 8 numer. 10.* Xama. *de offic. Iudicis, p. 1. quæst. 2. numer. 50.*

18 De Senatu verò in communi, & de ejus jurisdictione, atque præstantia, & Principis repræsentatione, Boër. *de author. Magn. Consil. n. 159.* Fredericus Furio *in d. libel. de Consil. & Consiliar.* quod habetur *in speculo Auli-car. atque politicar. proposition. in princip.* Chassaneus *in Catalog. glor. mund. part. 7. consider. 11.* Gregor. Lopez *in l. 19. tit. 9. partit. 2. & in l. 4. tit. 24. part. 3.* Covarru. *practicar cap. 4.* Rebuf. *in Concord. verb. Cancellariam.* Azeved. *in Curia Pintiana, lib. 2. cap. 23. & lib. 4. c. 6.* Tiraquel. *de Nobil. c. 2. num. 10.* Thesaur. *in præfat. ad decis. Pedemont. per totam,* Gamma *decis. 1. per totam,* Mariença *in l. 3. tit. 11. gloss. 11. num. 4. recopil.* Didacus Perez *in l. 1. tit. 1. lib. 4. ordinam. verb. Oidores,* Parladorus *rerum quotid. diff. 10. & 11.* Castill. Ramirez *de lege Regia, §. 10.* Garcia *de Nobil. gloss. 1. §. 2. num. 14.* Melchi. Junius *quæstion. politic. 85.* Alfaro *de officio Fiscal. glos. 24.* Carrasco *de casibus Curiæ, num. 96.* Ægidius Bened. *in l. ex hoc jure, 1. p. cap. 3. ex §. 2.* Bobadill. *in politic. lib. 1. cap. 9. ex num. 14.* Navarro *de discurs. politic. 25. in fin.* Tapia *de excell. Cancellar. Neapolit. per tot. tract.* Valençuela *cons. 82. num. 46. & cons. 2. n. 51. & 52. & consil. 94. num. 1.* Don Didacus de Mendoça in *histor. bell. Granatens. lib. 1. fol. 6. num. 4.* Solorç[illegible] *de jur. Indiar. lib. 4. cap. 3. per tot. tom. 2. & in Polit. Indiar. lib. 5. cap. 3. per tot.* Petr. Gregor. Tolos. *de Repub. lib. 24. cap. 6. & alibi* ut *ibi* refert: Langleus *Semestrium l. b. 7. per tot.* Anton. Faber *in Codice, lib. 1. tit. 7 de Senatoribus, per tot. & lib. 5. tit. 4.* Joan. Papon *in proleg. ad lectorem libri arrestorum,* Mastrill. *de Magistrat. lib. 5. cap. 8. per tot. & lib. 2. c. 1. per tot. cum seqq.* apud quos plura tam de Senatu, quàm de Senatoribus.

Hæc de origine, antiquitate, atque progressu nostri 19
Senatus. Sed ut pergamus, in primis notandum est, quòd sicut secundùm jus Chataloniæ jurisdictio Senatus est ordinaria, ut tradit Olibanus *d. c. 4. num.* .. (imò vocatur, & est, Ordinarius ordinariorum, cum ipsorum judicia moderetur, & corrigat:) eo quòd à constitutione, sive lege illius Principatus derivatur: sic etiam apud nos, postquam à foro statutum est Consilium, id jurisdictione ordinaria, non delegata, intelligendum est. Neque com- 20
missiones causarum, quas dominus Regens decernit, delegationes dicendæ sunt; sed quædam distributiones causarum, ut negotia facilius, & rectius expediantur. Quod clarissimè convincitur, perpenso, quòd si delegata esset jurisdictio, eam tribueret ipse Regens, qui causas committit, & distribuit: sed hic est de Consilio, & à se 21
ipso facit has distributiones, quæ vulgò, *commissiones*, vocantur; ergo in ipso Consilio residet jurisdictio ordinaria, quæ una, & eadem est cum jurisdictione Proregis, qui Senatum consulit in quocumque negotio expediendo, tam pertinente ad jurisdictionalem, quàm politicam potestatem, secundùm Aularum discretionem.

Secundò observandum est, quòd noster Senatus ju- 22
dicat nomine Principis, ejusque utitur Regio sigillo: quare honore, dignitate, atque præeminentiis par est cum Regiis Cancellariis Granatensi, & Pintiana; ut ex traditis à Parlador. *dict. diff. 10. à num. 10.* patet: imò, quod plus est, quando Dominus Rex adest in Regno, nomine ipsius immediatè omnia peraguntur, tunc que expresso *Majestatis* attributo in supplicibus libellis, & 23
non aliter, cum Senatu agitur; ut ex inveterato, & vetusto stylo compertum est. Neque ab aliquo inhibitio expressa expeditur ad nostrum Senatum: Sancto enim Officio Inquisitionis id prohibitum expresse est in concordiis, de quibus *infrà*. Supremus autem Senatus Aragonum, quamquam de superioritate, & potestate ejus non dubitatur ad inhibendum; tamen nunquam solet inhibitionem expressam literis immittere, quod speciali favore, quo nostrum Senatum prosequitur, factum esse diuturno tempore fatemur. Ex quibus resultat; quòd Urbs, sive oppidum ubi adest noster Senatus, communis patria censenda est, & ideo quisque ibidem repertus 24
conveniri potest, etiamsi alibi contraxerit, ex traditis à Parlador. *ubi prox. n. 15. & 16.* atque relegatus à patria, ab Urbe, ubi nostra adest Cancellaria, relegatus dicendus est, ut ipse probat *num. 18.* Et sic similiter in-

fertur,

fertur,quòd provocatio à ſententia Senatus, non appellatio,ſed ſupplicatio nominatur: de quarum differentia, & ſimilitudine Dominus Leon *deciſ.* 103. *per tot.* ubi plura.

26 Tertiò obſervandum eſt quòd juriſdictio Senatus adeo magna eſt,ut generaliter de omnibus cognitionem habere dicendum ſit,nam non ſolum in eo de *omnibus* cauſis ad Ordinarios pertinentibus in prima inſtantia 27 cognoſci ſolet, ſed etiam,de omnibus illis de quibus Ordinarii locorum,& terrarum totius Regni ex defectu juriſdictionis cognoſcere non valent: Nec non de cauſis viduarum,pupillorum,& aliarum miſerabilium perſo- 28 narum, quarum eſt forum Principis eligere, ad text. *in l.1.C.quando Imperat.inter pupil.& vidu.* Sic pariter judicat de appellationibus Judicum ordinariorum, decer- 29 nitque an ſua ſit juriſdictio: Petr. Gregor. *de jud. cauſ. ſemd.queſt.5.num.3.& queſt.8.per tot.* ac etiam de crimine læſæ Majeſtatis, & exceſſibus omnium officialium, & delictis Procerum, hoc eſt, Ducum, Marchionum, 30 Comitum, atque Baronum;latè Ponte *de poteſt. Proreg. tit.de Aſſeſ.§.7. num.4.* Maſtril. *d.lib.5.cap.8. num.3.& ſeqq.*

31 Ad hoc ut de iſtis cauſis in Senatu cognoſcatur, ante omnia evocandæ ſunt, neque aliter radicata cognitio dicitur, niſi priùs evocetur. Et licet dubitari poſſit improprium eſſe verbum *evocare*: nam in proprio ſignificatu,*Evocare*,nihil aliud eſt,quàm *extra vocare*,ut Joſephus Laurent. *in Amalthea Onomaſtic.* Calepinus,& cæteri Dictionarii tradunt:in jure autem pro *abducere* aliquando ſumitur,*ut in l.Proculus 26.ff.de dam.infect.* ibi: *Aut ſi in vicino tuo agro,cuniculo, vel foſſa aquam meam evoces.* Aliquando pro *removere, extrahere;ut in l.ſacra,§. 1.ff.de rer.diviſ.* ibi:*Solent qui religione eum locum liberare volunt,ſacra inde evocare:* vel in jus vocare, *l.1.§.1.ff. de feriis*:ibi:*Tametſi non rectè fecerit qui eos evocaverit:* vel in re criminoſa citare,*l.3.in fin.ff.de teſtib.* ibi: *Teſtes non temere evocandi ſunt per longum iter:* vel in re bellica ad diverſa loca diverſos cogere exercitus,ut ex Budæo, & aliis tradit Rebuf. *ad conſt. reg. tract. de evocat. in prin.* Sed regulariter ſumitur pro eo,quod eſt,cauſam inchoatam ad ſe vocare,ut probat Rebuf. *ibid.n.8.& 9.* ita ut evocatio ſit cauſæ pendentis coram inferiore ad Principem, vel alium Superiorem legitimè facta revocatio, ſeu tranſlatio,ut ibidem tradit,& poſt eum Fab.*in C.lib. 1.tit.12.diff.15.n.2. & lib. 3. tit.1.diff.1.n.8. innotat.* aliis relatis Ripoll.*Regaliar.cap.25.num.1.& ſeqq.* Unde propriè *evocari cauſam* tantummodo dici poteſt,quando lis, & cauſa coram inferiori inchoata, ad tribunal Principis tranſfertur;ſicque de uno ad aliud traducitur:& evocari non poteſt,quin prius alibi adſit, ſicut evocatio deorum fiebat in obſidionibus urbium, cum Numina urbis obſeſſæ deprecabantur,ut ea relicta, in civitatem obſidentium tranſferrentur; de qua evocatione bene cum formula, qua hæc peragebantur,Langleus *Semeſtr. lib. 13. c.2.pag. mihi* 782.

Neque adhuc in ea ſignificatione placuit Langleo,ut cauſæ,quæ à tribunali inferiorum abducuntur ad Superiorem,evocatæ dicantur,ſed revocatæ, Rebuffum acriter improperando,*lib.7.Semeſtr.cap.17.pag.mihi* 464.Sed omiſſa hac de nomine quæſtione, Evocatio apud nos in quacumque cauſa,ſive apud inferiorem initiata, ſive de novo ad Senatum adducta, fieri ſolet, ita ut *Evocare*, apud nos, ſignificet decretum quoddam, quo Dominus Regens vel Senatus pronuntiat cauſam ad cognitionem ipſius ſpectare, unde in lato ſignificato hoc nomen ſumitur.

Quo poſito,cùm regula ſit, quòd juriſdictio Senatus generaliter omnes cauſas comprehendit,inde eſt, quòd generalis regula conſtituenda ſit, ut omnes cauſæ evocabiles dicantur.

32 Quam concluſionem limita primò, in cauſis civilibus,quarum evocatio in prima inſtantia, ſi id, de quo agitur,non attingit biſcentum librarum æſtimationem, fieri nequit.In criminalibus autem, quando crimen non includit pœnam mortis naturalis,civilis, vel mutilationis, *for.12.Cur. anni* 1585. Quod intelligendum eſt in criminalibus,quando cauſa præventa eſt ab Ordinario, cui competit, ſecus ſi prævenitur à Senatu: nam tunc cujuſcunque generis ſit,in eo definitur, ut obſervantia inconcuſsè demonſtrat.

Limita ſecundò, in cauſis incolarum Gubernationis 33
Orcelis,Serabis,atque Caſtillionis Planitiæ,*ex for.56.& ſeqq.uſque ad 67.de juriſdict.omnium judic. actus Cur. 3. Brachior.Militaris,& Regal.anni* 1547. *for.* 132. *Curiar. anni* 1585 *for.*47.*& for.*225.*Cur anni* 1604.Quod reſpectu primæ inſtantiæ intelligendum eſt,ut in dictis foris expreſsè cavetur,ita ut neque cauſæ viduarum, pupillorum, & miſerabilium perſonarum evocari poſſint: imò, nec ratione perhorreſcentiæ. In quam ſententiam inclinaſſe Senatum, tradit dominus Polo *in ſuis adverſ. tom.* 2. *adverſ.* 94. quod aliquando vidi practicari.

Limita tertiò, in cauſis Decimalibus, nam licèt in 34
Regno factæ ſint profanæ, ut pluribus probat Dominus Leon *deciſ.*3.*lib.*1.*per totam*,tamen in prima inſtantia ad Judicem ſpecialem cauſarum Decimalium cognitio ſpectat, de quo Belluga *in ſpecul. Rub.*13. *verſ. Reſtat. n.*126.Dominus Cerdan *in vtroſq. cap.*12.§.3.*verſ. Preſupueſto,ad finem.* Dominus Leon *dict. deciſ.*3.*in fine*, ita ut evocatio interdicta credatur in prima inſtantia, *for.* 20.*de Decim.actus Cur.*1.*Brachii Eccleſiaſt.anni* 1547. *& actus Curiæ.*2.*ejuſdem Brach.ann.*1552.bene verò in caſu appellationis,vel recurſus, ut dominus Cerdan *ubi proximè*,& in *arbore juriſdict.verſ. El juez de diez,mos*, & dominus Leon *ibid.* tenent.Sed de hac limitatione maximopere dubito, cùm fori prædicti non loquantur expreſsè in decretis,neque diſpoſitio clara prohibens evocationem reperiatur,utque adeo idem dicendum erit,ac in cæteris cauſis. Et quamquam ex ſpecialitate cauſarum,juriſdictio privativè conceſſa cenſeatur, hoc intelligi non poteſt,reſpectu Superioris concedentis,ut alibi diximus;bene verò reſpectu inferiorum: unde & cauſa Recurſus interdicta eſt Gubernatori,*for.*8.*& 10. de Decim.*& ſic obſervantia ea eſt, ut cauſæ qualificatæ juxta forum in prima inſtantia evocentur.

Limita quartò,in cauſis executionis,præſertim virtu- 35
te contractus cenſualis,redimibilis,aut vitalitii,ac debitorii cum redditibus, quarum privilegia magna ſunt: nam ad inſtantiam rei executivæ conventi evocari non poſſunt, *ex for.9.Curiæ anni* 1548. bene verò ad inſtantiam actoris, eo quod inſtrumenta executiva de ſtylo corroborata reperiuntur clauſulis renuntiationis proprii fori,& judicis,ac judicii electionis, atque variationis;de quorum privilegiis ſuo tempore agemus,& aliqua tradit dominus Leon *deciſ.* 53.*n.*3.*lib.*1.

Limita quintò,in cauſis Baronum,ſive ad eorum ju- 36
riſdictionem pertinentibus,*for.*62.*&* 63.*de juriſdict. comm. jud.*nam evocari non poſſunt etiã ratione viduitatis,aut miſerabilitatis,nec in gradu appellationis, vel Recurſus,niſi in caſu manifeſtæ oppreſſionis,*for.*151.*Cur. anni* 1604.Sed hæc limitatio non procedit in crimine læ- 37
ſæ Majeſtatis, divinæ,vel humanæ, fabricationis monetæ,& crimine plagii:nam *in for.* 150. *ejuſdem Curiæ*, patet Barones juriſdictionem nullam in his criminibus habere.Item non procedit limitatio in quatuor caſibus de 38
novo conceſſis Baronibus *in dict.for.*150.nam conceſſio illa cumulativè fuit, ut explicavit Regia Majeſtas, *cum reſcripto anni* 1606. Neque in caſibus pœnarum impoſi- 39
tarum per Regias pragmaticas deferentibus arma prohibita, cùm juriſdictio hoc in caſu expreſsè conceſſa ſit: Baronibus cumulativè *for.*154. *ejuſdem Cur.* Neque in
delictis patratis à comitivis bannitorum:tum quia, ut- 40
plurimum arma prohibita per Regias pragmaticas deferendo patrantur: tum etiam, quia reſpiciunt tranquilli-

tatem

tatem publicam Regni, atque originem ducunt à delicto principali factionum, quod non tantum committitur in hac, vel illa Baronia, sed in toto Regno, vel saltem in ejus præcipua parte; & ne continentia causæ dividatur, in supremo Tribunali de eis agendum est. Neque in de-
41 fectum justitiæ, vel quia Barones justitiam ministrare nequent, vel dolosè procedunt (quo nostrates *fadiga de justicia*, vocant,) *ex* §. 5. *& si in extravagan. stil de la governacio, fol.* 52. & ita pronunciavit Senatus de anno 1652. sub examine Nobilis Don Braulii Esteve, ad favorem Reg. Fisci Procuratoris, & contra Illustrem Ducem de Maqueda Marchionem de Elig, in causa Stephani Julia, Jacobi Sepulcre, & aliorum, actuarius causæ Rosello, & latius dicemus *cap.* 6. §. 1. ubi latè jurisdictio Baronum explicatur cum omnibus limitationibus, tam à *Jure*, quàm à *foro* inductis, plurimis sacri Senatus decisionibus illustratis, atque generali observatione comprobatis.

42 Limita sextò, in causis statutorum factorum per Officiales urbis, & exactionis Jurium civitatis, quæ ad Juratos, & Rationalem pertinent. *for.* 106. *de jur. omn. judic. privil.* 18. *& 37. Regis Alfons. III. privil.* 18. *R. Ferdin. II. actus Cur.* 3. *capitum Brachii Regal. anni* 1552. *fol.* 13. junctis Regiis rescriptis, *dat. Matriti* 21. *Maii* 1561. *& 9. Maii* 1614. aliisque quam plurimis in *primo tomo Regiorum rescriptorum R. Consilii, fol.* 1. *& seq.* D. Mora *in compilat. fororum Deputation. Rub.* 11. *n.* 41. *in glos. lit. A.* Ita ut neque per viam Recursus, juris firmæ, vel aliàs, de eis in Regia Audientia tractari possit; sed casu quo aliquis conqueratur, Dominus Prorex absque figura judicii Juratos vocare debet, eisque verbo præcipere quid faciendum sit, idque præcisè observandum, donec à Regia Majestate aliter sit provisum, ad quem leo in casu tantummodo patet aditus; de quo *infrà* latius *c.* 4. §. 4.

43 Limita septimò, in causis exactionis jurium Generalitatis Regni, ex pluribus foris, & privilegiis congestis per Dominum Mora *dict. Rub.* 11. *per tot.* præcipuè *n.* 41. *cum pluribus seqq.* ita ut neque ratione juris firmæ, aut interdicti, *uti possidetis*, evocari causæ possint, *for.* 22. *Cur. anni* 1547. Sed an privilegium viduarum, pupillorum, & miserabilium personarum censeatur exclusum à dic quod sic & ita bis pronuntiatum per Senatum, nempe *die* 18. *Februarii* 1643 in favorem Generalitatis, & contra Syndicum Religionum Mendicantium, referente domino Polo, Scriba Baptista Rodriguez, & me referente *die* 28. *Novemb.* 1653. in favorem Syndici Generalitatis, & contra Syndicum Ordinis Minorum S. Francisci; Scriba Roda, & pro eo Serig.

44 Limita octavò, in causis patrimonialibus; nam hæ ad Curiam Bajuli generalis privativè pertinent, ut *infrà* dicemus. §. 4. *hoc cap.*

45 Limita nonò, in causis emphyteoticalibus, quæ nullatenus evocari possunt, dum de re censita ut censita agitur. adhuc in possessorio summarissimo retinenda, *fol.* 19. *de jur emphyteo.* nec in secunda, vel ulteriori instantia tractanda; bene verò quando dubitatur an res censita sit, ut in *eodem for.* 19. habetur; de quo *infrà c.* §. 3.

46 Limita decimò, in causis delictorum Officialium habentium officium privilegio Regio perpetuè collatum; nam de his solum cognoscit Dominus Rex, vel qui mandatum speciale habet ab ipso; *for.* 30. *de appellat. privil.* 88. *Domini R. Jacob. II.* quod à jure cautum est, *l.* 2. *C. de offic. præfect. prætor. August. l.* 1. §. *administr. C. ut omnes judices, tam civil. quam crimin. l. si gravius C. de dignit. lib.* 12. *l. in sacris, C. de prox. sacror. scrin. l. cubicularios, C. de præpos. sacr. cubic. l. in diversa, C. de silentiariis, l. ex eo, C. de agentib. in reb. l.* 1. *& 2. C. de Comit. consil. l. ne quisquam, in princ. ff. de offic. Proconsul.* Et ratio est, nam Regii administri, tanquam adsessores, & associati dati sunt ipsi Proregi ad Regnum gubernandum; unde pote-
47 stas judicandi adversus eos, de regaliis Principi reservatis est, & ejus superioritati, atque supremæ dignitati specialibus, & in ipso Domino Rege residet potestas hæc; Dominus Cerdà *in veriloq. dict. ca.* 1. §. 2. *in princ.* pluribus relatis Ponte *de potestat Proregis, tit. n. &* 2. §. 4. *n.* 6. Mastrill. *de Magistrat. dict. lib.* 5. *cap.* 6. *n.* 134. *cum seqq.* Janius Langlæus (qui originem hujus juris erudite, ut solet, speculatur) *lib.* 7. *Senatrium cap.* 18. *per tot.* Solorçano *de jure indiar. lib.* 4. *n.* 66. *& seqq. tom.* 2. *& in politic. lib.* 5. *cap.* 3. *vers. A lo que toca*, Larrea *Decis. Granat. q.* 8. *per tot.* præcipuè, *ex n.* 15. apud quos plura ad saturitatem reperies. Quod ita apud nos observatum vidimus. Et 48
quamquam ad inquirendum, commissiones dari solent, ad inquisitionem generalem tantum; non autem ad specialem; sive ut inquisitio transmittatur, vel sicut apud nos dicitur, ut reus accusetur, vel denuncietur, & condemnetur, dari solent; sed ad Regium Aragoniæ supremum Senatum transmittitur summaria informatio cum rei confessione ex officio exacta. Imò quamquam causa cujusdam Regii administri Domino Proregi commissa absolutè fuisset, summaria informatione perfecta, dubitavit Senatus, an ultro procedi posset; nam verba rescripti non apertè potestatem procedendi tribuebant, & cùm consuleretur quidam ex Regiis supremi Senatoribus, de mente Senatus supremi, respondit quòd ad ulteriora procedi debebat, quare fuit accusatus, sed ante condemnationem literæ causa videndi, & recognoscendi impetratæ fuere, & sic causa in Supremo decisa.

Limita undecimo, in causis pertinentibus ad custodiã 49
urbis tempore pestis, vel morbi epidemialis; nam id privativè ad Juratos Urbis spectat, dempto Recursu, qui ad Regiam Audientiam pertinet, ita expressè cautum reperitur *in Actu Cur.* 262. *Brach. Regal. anni* 1626. 50

Limita duodecimo, in statutis confectis per Juratos, Rationalem, Syndicum, Advocatos, & Scribam Urbis, in rebus pertinentibus ad Gymnasium Valentinum; nam eis facultas hæc concessa est, reservato recursu ad Regium Senatum, ita expressè definitur *in act. Cur.* 264. *ejusdem Brachii Regal. Cur. ann.* 1626.

Ad quarum limitationum intelligentiam notandũ est, 51
quòd privilegium concessum pupillis, viduis, & miserabilibus personis respectu electionis fori non censetur derogatum, per aliud privilegium, legem, aut forum, nisi de dictis personis specifica fiat mentio, ut docent Antonius Thesaurus *decis. Pedem.* 177. *n.* 9. Castillo *controvers. lib.* 3. *cap.* 25. *n.* 7. Michael Ferrer. *obser.* 1. *part. obser.* 12. Franch *decis.* 187. *& 192. tom.* 1. Peregrin. *variar. tract. tit. de jurisd. ord. n.* 18. Barbos. *in l.* 1. *ff. de jud. tr.* 4. *n.* 27. Cancer. *variar. lib.* 2. *c.* 1. *n.* 24 *& seq.* Valasc. *allegat. jur. to.* 1. *allegat.* 63. Grat. *discept. for. to.* 1. *c.* 182. *n.* 10. & ita decisum fuit per Senatum, sententia publicata per Alreus *die* 20. *Aprilis* 1566. in favorem Pauli Llopis curatoris filiorum Joannis Monter, contra Paulum Aldana, quæ postea fuit in Supremo confirmata.

Sed alii tenent, quòd si jurisdictio privativè concedatur, tunc licèt de miserabilibus mentio non fiat, privilegium eorum censeatur derogatum quoad illas causas: 52
Menochius *de arbitr. lib.* 2. *cas.* 66. *n.* 52. Marquesanus *de commissionib. tit. de evocat. causar.* §. 2. *p.* 2. *n.* 102. Novat. *in praxi, de elect. & var. for. sect.* 2. *quæst.* 43. qui plures laudant; sufficit enim, quòd per generales clausulas privativè jurisdictio concedatur, ut derogatum censeatur huic privilegio, Grat. *d. c.* 182. *n.* 13. *cum seq.* Marques. *ubi sup.* Joan. Bapt. Ciarlin. *controv. forens. c.* 102. *n.* 14. *& 15.* & sic declaratum fuit in Supremo, sententia publicata per Hieronymum Ricarte, *die* 1. *mensis Junii* 1638. ad favorem Syndici urbis, contra servientes Ecclesiis, ibi: *Attento præterea, quod licet dubium sit, an inservientes Ecclesiis inter miserabiles personas connumerentur; tamen considerato quod secundum magis veram, & receptam sententiam, nec pretextu miserabilitatis, possunt se eximere dicti servientes à jurisdictione dictorum officialium, quibus, in his causis assistiarum, peculiariter est eis demandata & concessa jurisdictio, & privativè ad quoscumque Judices.*

Quid

Quid dicendum in hoc opinionum conflictu, nam utraque Supremi sententia qualificata, atque canonizata reperitur? Dominus Avunculus Don Petrus Sanz. *in suis observat. lit. F. observ. ult.* hæc omnia adducit, sed ad concordiam ex diametro pugnantia, non conatur reducere. Quid *nos igitur* dicemus? Me referente, fuit pro hac sententia judicatum in causa Syndici generalitatis Regni pro eo, & adversus Syndicum Ordinis fratrum Minorum S. Francisci, Regia interlocutoria, *die 27. Novembris 1653.* Scriba Rodà, quod & antea fuit provisum sub examine Mag. Domini Polo *die 28. Februarii 1643.* ut dixi *num. 43.* Verum tamen est, quod sunt diversæ clausulæ in concessione jurisdictionis Urbis, & Generalitatis, pro quibus hæc præjudicia lata sunt ab appositis in favorem Consulum maris. Quas omnes limitationes declara, dummodo causa non sit consistorialis; nam extante hac qualitate, *omnes* evocantur; tradit Dominus Leon *decis. 10. n. 19. tom. 3.*

53 Postquam autem causæ evocatæ sunt, de unaquaque cognoscitur juxta sui naturam, de quibus in unaquaque materia Deo dante trademus. Cognoscit etiam Dominus Prorex alio modo de certis causis, nempe verbaliter, summariè & de plano, quod deductum est ex dispotione *for. 113. de Cur. & Bajul.* quo cavetur, quòd Dominus Rex personaliter in unaquaque hebdomade, subditos audiat die Veneris, vel sequenti, si illo die impediatur, in ea urbe, vel oppido Regni ubi reperitur. Demum ad Locumtenentes hæc dispositio porrecta est *in for. 17. Cur. anni 1585. for. 14. Cur. anni 1604.* (quo novissimè forma traditur) juncto *cap. 16. actor. Brach. Ecclesiast. & Regalis, anni 1626.* de qua Audientia latissimè Michael Ferrer. *observ. 3. p. c. 17. cum seqq.* Oliba *de action. p. 1. lib. 3. ad §. Bona fidei, n. 5.* Fontanel *decis. 375. n. 1. & seqq. & decis. 568. n. 5. & 11. tom. 2.* licet in aliquibus jura Cataloniæ à nostris juribus differant, sed de hoc *infrà* latius Deo dante trademus.

Ad dispositivam potestatem deveniendo dubitari non potest, Dominum proregem posse condere statuta, edicta, sive pragmaticas nomine Regiæ Majestatis, antiquas tollere, super eis dispensare, ut probant Andr. & Afflict. *in cap. feudalem, de probib. feudor. alienat.* Capic. *ibid. verf. Tertio notandum*, pluribus relatis Mastril. *d. lib. 5. cap. 6. num. 45.* Giurba *consil. 19. nu. 45.* Fontanel. *de pact. clausul. 4. gloss. 18. p. 5. num. 66. & gloss. 19. p. 1. num. 73. & decis. 528. num. 8. tom. 2.* (nec dissentit Molin, *in repertor. for. Arag verb. libertates Regni. verf. Item in eo quia Dominus Rex solus*, cum de foris loquatur, adductus à Selle *decis. 75. n. 6.* nam ut explicat *num. 15 & seqq.* de aliis st. tutis intelligitur prohibitio:) Ripoll. *Regal. cap. 35. num. 123. & seqq.* Xamar. *de offic. Jud. & Advocat. par. 2. quæst. 7. n. 10. & seq.* Anguian. *de legib. lib. 2. controverf. 27. per tot.* Novar. *in collect. ad pragm. Neapol in prælud. prop. 8. nu. 3. & seq.* qui omnes materiam eruditè pertractant, sicque eorum scripta minimè transcribemus. Quæ potestas intelligi debet juxta metas suæ jurisdictionis, & potestatis, ita ut non possit edicta, atque pragmaticas condere derogatorias legum Superioris ipsius, nempe Domini Regis;
54 ut Anguian. *ibid. num. 8.* Mastr. *num. 46.* & Giurb. *n. 30. 39. & 67.* docent. Neque contra dispositiones forales, ut expresse cavetur. *in for. 85. Cur. ann. 1564. for. 14. & 176. Cur. ann. 1585. & for. 28. Cur. ann. 1604.* tradit noster Lud. Gomez *ad regul. Cancell. in prom. n. fol. 6. col. 2. ad medium.* Quibus autem qualitatibus leges, seu edicta constare debent? trademus *infrà, c. 3. §. 1. à n. 98. per plures seq.*

55 Sed dubitari solet, an edicta Proregis sint perpetua, vel temporalia? & apud nos, cùm de voto Senatus pragmaticæ fiant, perpetua esse dicendum est, ad tradita per Mastril. *ibid. n. 47.* Novar. *dict. nu. 3.* imò absque Consilii voto nullius momenti esse affirmati potest cum
56 Giurba *conf. 12. num. 30.* Castill. *decis. 113. num. 7.* Si autem sine Consilii deliberatione fierent (prout de jure fieri possunt, ex deductis per Giurbam *dict. conf. 12. per. tot.* Mastril. & alios *ubi sup.* quod à foro prohibitum non invenio) solum duraret effectus durante officio promulgantis, ex traditis ab ipso Giurba *num. 22. in fine*, Novar. qui bene distinguit *ibid.* Quo verò tempore vim Pragmaticæ obtinent, tradunt Linglois *decis. 43. quæst. 2. num. 1. & seqq.* Chacher. *decis. Pedemont. 71. per tot.* 57

Sed ne apud nos omissione prætermissa dicatur potestas ad Dominum Proregem pertinens, tanquam Ducem generalem, aliquid de ea dicendum est. Per hanc enim 58
personis armatæ militiæ, & rebus bellicis præest, & imperat; in quo, Magistro militum comparatur. *l. 1. C. de offic. magist. milit.* explicat eruditè ut solet Bulenger. *de Imper. Romano, lib. 3. cap. 12. per tot.* qui originem, dignitatem, atque jurisdictionem docet, & tradit ad rem Don Francis. Amaya *in l. 1. C. de fundis limitrophis, lib. 11. in lib. 10. C. rub. de annon. & tribut. num. 27. & seq. & in l. curialibus 66. cap. 2. num. 15. & seqq. eod. lib. 10.* Tractant etiam de hac potestate, Olibanus *dict. 4. num. 62.* Petr. Gregor. *lib. 19. syntag. cap. 19.* Loterus *de jur. & privil mil. lib. 2. cap. 6.* Ayala *de jur. & offic. bell. lib. 3. cap. 8.* Caball. *resol. crim. cas. 294 ex nu. 262.* cum aliis adductis per Mastril. *de Magistr. dict. lib. 5. cap. 16. & decis. 173. per tot.* Solorçano *de jure Indiar. tom. 2. lib. 2. cap. 31. n. 8. & 9. & lib. 4. cap. 10. n. 35.* ubi tradunt quæ sint ea, quæ ratione hujus muneris competunt. Apud nostrum jus, solùm cautum reperitur, quòd causæ Capitaniæ summariè tractentur, *ex for. 8. Cur. ann. 1604.* cujus ratio esse potest: nam militaris occupatio evolvi non debet judicialibus terminis, ac dilationibus: licet enim militia, & literæ confraternizent; tamen strepitus illius, non sinit tranquillitatem harum apparere: & licet in nostra Hispania adsit Consilium belli supremum apud Principem, tamen causæ appellationum in rebus militaribus hujus Regni non ad illud, sed ad Supremum Aragoniæ deferuntur, *for. 25. ejusdem Curiæ.*

SECTIO SECUNDA §. II.

59 *Ea, quæ pertinent ad gubernationem Regni, privativè ad Proregem spectant.*

60 *Senatores in rebus gubernationis si consulantur, habent suffragium consultivum.*

61 *Provocatio à decreto Proregis per modum gubernationis à quo aliquis lædatur, deferenda est Senatui.*

62 *Aularum Senatus distributio separatam cognitionem tribuit.*

63 *Prorex quando causa adest, potest aulas omnes coadunare.*

64 *Exempla hujus consuetudinis.*

65 *Senatori, interventus causa radicata in sua Aula, tolli non potest.*

66 *Prorex supplere potest, ex una Aula, vel ex Advocatis patrimoniali, & Fiscali, numerum Aulæ deficientis, ex Regio rescripto.*

67 *Candidatum proponere quando officium vacat, ad Proregem, & Senatum spectat.*

68 *Forma proponendi candidatum.*

69 *Magistratus gradatim dari debent, non per saltum.*

70 *Mos proponendi tres in locum vacantis, à Romanis mutuatus.*

71 *Princeps sua scientia non potest omnia complecti.*

72 *Plures officia ambiunt, qui ea non merentur.*

73 *Bonitas in Senatore requiritur.*
Senator vir bonus appellatur, ibid.

74 *Senator unum Deum credere, diligere, atque timere debet.*
Ethnici unum Deum fatebantur, ibid.

75 *Dæmones etiam.*
Unam sanctam Ecclesiam venerari, & credere debet Senator, ibidem.

76 *Summus Pontifex vices Dei in terris habens Ecclesiam moderatur sanctissimè, infallibili assistentia in rebus*

rebus fidei & morum Spiritus sancti illustratus.
77 *Ex vera fide, & Religionis unitate, recta gubernatio resultat.*
78 *Unitas Religionis unitatem subditorum generat.*
79 *Impietas Joannis Bodini, & aliorum hæreticorum condemnatur.*
80 *Reges Hispaniæ unitatem Religionis Catholicæ, Apostolicæ, Romanæ fatentur, quia ita credunt, ita sentiunt.*
81 *Reges Hispaniæ non parcunt impensis, aut laboribus, pro ampliandâ fide.*
82 *Sancti Officij Tribunal erectum ad obtinendum integritatem Religionis.*
83 *Pietas in Consiliario necessaria est, quia ex ea defendit justitia.*
84 *Pietas, vera est Dei notio, cultum ei debitum reddens.*
85 *Judex pius dum punit, non odit sontem, sed crimen.*
86 *Judex pius gloriatur dum prohibet, non dum punit delicta.*
87 *Judex rectus rempublicam amore prosequitur, propriis commodis postpositis.*
88 *Conscientia pura in Judice requiritur.*
89 *Judex sine conscientia diabolus est.*
Iniquo tradere magistratum, est ponere ensem nudum in manu furiosi, ibid.
90 *Morum integritas in Senatore requiritur, & num. 91.*
92 *Consilia improbi etsi bona, contagione auctoris vilescunt; cum memorabili exemplo.*
93 *Virtus Magistratus non ea esse debet, ut miracula faciat, sed ne à subditis reprehendi possit.*
94 *Senator veritatem amare debet.*
Auctoritas nihil valet sine veritate, ibid.
Senator exponere debet vitam pro veritate tuenda, ibid.
95 *Dissimulatio, quo in casu permissa Senatori.*
96 *Doctores hæc omnia de bonitate Consiliarij comprobantes.*
97 *Secunda qualitas candidati est genium capax officij.*
Senator ingenium celer, atque alacre habere debet ibid.
98 *Maxima ingenia ad gubernationem periculosa.*
99 *Hebetes, ac rudes inhabiles ad gubernationem.*
100 *Celeritas ingenij requiritur in cognoscendo, non in deliberando.*
Audacia in judicando reprehenditur. ibid.
Consilia celeriora evertere solent, ibid.
101 *Celeritas in exequendo, mora in deliberando requiritur.*
Nisi necessitas aliud suadeat, quia periculum est in mora, ibid.
102 *Consiliarius liberalis esse debet.*
103 *Avaritia condemnatur in Gubernatore, aut Consiliario.*
104 *Docilitas cordis requisita in Consiliario.*
105 *Mutare Consilium, non est inconstantia, sed virtus, dum ratio sequatur.*
106 *Tenax Consiliarius esse non debet.*
107 *Fortitudo in Consiliario requiritur animi, non corporis.*
108 *Humanitas etiam, quia est propria virtus hominis.*
109 *Humanitas Consiliarii temperanda, ita, ut facilitas non diminuat auctoritatem, neque foveritas amorem.*
110 *Silentium in Consiliario necessarium valde.*
Per for. 45. Cur. anni 1604. *in principio cujusvis anni, sententia excommunicationis publicatur à Judice ordinario Ecclesiastico contra secretum regij Consilii revelantes, ibid.*
Senator non fileat solum ore, sed corde, & mente, ibid.
111 *Senator debet esse Laboriosus.*
112 *Tertia qualitas Senatoris, est scientia.*
Senator debet scire Philosophiam, ibid.
113 *Philosophia rationalis, & naturalis, sufficit simplex notitia: moralis, necessaria est scientia.*
114 *Jurisprudentia necessaria in Senatore.*
115 *Etiam in Principibus, & Optimatibus.*
116 *Jurisconsultorum copia, indicium malæ constitutæ Reipublicæ, juxta Platonis dictum.*
117 *Plato non loquitur de veris Jurisconsultis, sed de fori rabulis.*
118 *Jurisconsulti, Sacerdotes juris antiquitus appellabantur.*
119 For. 119. Cur. anni 1626. *expenditur.*
120 *Jurisprudentia non solum requiritur in Senatore speculativè, sed practicè.*
121 *Dignior non dignoscitur ex numero negotiorum, sed ex gloria triumphi.*
122 *Historia cognitio requiritur in Consiliario.*
123 *Exempla prosunt valdè, eaque adquiruntur per historiæ cognitionem.*
124 *Eloquentia requiritur in Consiliario.*
125 *Non prodest bene intelligere, nisi melius explicetur.*
Eloquentia gloria cum Jurisprudentia communis est, ibidem.
126 *Eloquentia Consiliarij non in multiloquio consistit.*
127 *Emphasis, per quam clarè plusquam dicitur significatur, est propria oratoria Consiliarij.*
Senator interrogatus ita respondeat, ut graviora sint dicta rogatis, ibid.
128 *Quarta animi Senatoris qualitas est prudentia.*
Exempla effectus prudentiæ, in Sole, & stomacho, ibid.
129 *Prudentia in libris inveniri non potest, licet ejus compendium literis contineatur.*
130 *Consiliarius non dicat sententiam ad momentum.*
131 *Vigilantia Consiliarij cernitur dum occasione fruitur.*
132 *Consiliarius irrequisitus non debet consulere.*
133 *Necessitate urgente tenetur sententiam proponere.*
134 *Exempla instruunt, quia experientia comprobantur.*
135 *Corporis Consiliarij qualitates quatuor.*
Prima qualitas corporis est ætas, ibid.
Senatores à senectute dicti, & Patres vocati, ibid.
136 *Qua ætate quis promoveri debet ad Senatoriam dignitatem.*
137 *Senectus Consiliarij non tam in corpore, quàm in mente considerandæ.*
138 *Secunda qualitas est nobilitas.*
139 *Exempla hujus rei proponuntur.*
140 *Tertia qualitas Consiliarij est complexio.*
141 *Cholerici, & sanguinei debent esse Consiliarij, non melancholici, aut phlegmatici.*
142 *Quarta qualitas est conveniens corporis proportio.*
143 *Elegantia aspectus Consiliarij auget auctoritatem.*
144 *Exempla proponuntur.*
145 *Qualis forma esse debet in viris.*
146 *Quantum oporteat in electione Consiliarij cogitare & remissivè.*

HUcusque in *hoc capite*, dictum est, de potestate, & jurisdictione Proregis, & Senatus; nunc ad specialia deveniamus. Dixi §. 1. potestatem œconomicam, & gratiosam peculiariter ad Proregem pertinere, eo quod voluntariæ jurisdictionis sunt, & sine figura, atque strepitu judicii exercentur: judicialem verò, & dispositivam ad Proregem, & Senatum. Omnia autem spectantia ad generalem Regni gubernationem, etiam pertinent ad Proregem solum, ut in terminis docet don Joann. Solorçano *de jure Indiar. lib. 4. cap. 3. n. 38.* & sic licèt consulat Senatores, non tenetur sequi eorum consilium; nam suffragia ipsorum in his rebus consultiva sunt, ut idem *Solorçano* tradit: in rebus verò justitiæ, aliter procedit; nam decreta Senatus minimè immutare potest, sed omnia decernenda per Senatum, ut expressè habetur in *prag. R. Ferdin.* cõtenta *in Privil. 36. ejusd. cap. ê de presen.*, quæ per plures foros confirmata est quoad hæc. Neque aliquid in rebus justitiæ providere potest, absque Consilio, & Cancellaria, præter quam in rebus bellicis, *fur. 57. Cur. anni 1581.* docent Regens Ponte *de potest. Pro-*

59

60

reg. tit. de delegation. causar. num. 15. *& seqq. usque ad fin.* Mastrill. *de Magistr. lib.* 5. *cap.* 6. *n.* 38. qui noltrates Bellugam, & dominum Cerdan laudat cum aliis: Solorçano *dict. cap.* 3. *n.* 43. *& seqq.* Si enim ex provisis à Domino Prorege per modum gubernationis aliquis læderetur (quod numquam, aut rarò contingit) tunc Senatus cognitio intrabit, eo quòd per viam justitiæ audiendus est. Tradit Solorçano *ibidem*, *num.* 39. Benè verum est, quod nostri Proreges ita humaniter se habent cum Senatu, ut omnia ferè ad gubernationem spectantia Senatui deferant, & ipsum consulant, quod ad necessitatem deductum esse affirmari meritò potest, tum ex diutina observantia, tum etiam, quia à foro Consiliarii ad res gubernationis constituti sunt.

62 Aulæ verò Senatus ita distributæ sunt (ut diximus) quòd duæ causarum Civilium constituantur, una verò causarum Criminalium, & sic in unaquaque separata cognitio habetur, ut in *pragmatica*, de qua noster textus loquitur, expressum reperitur, *fur.* 7. *Cur. anni* 1585. & probatur in jure, argumento *l. quod in rerum* 24. *§. fin. ff. de legat. 1. l. ædes, ff. de legat.* 3. Solorçano *de jure Indiar. lib.* 4. *cap.* 3. *num.* 70. Fontanel. *decis.* 283. *num.* 10. *& seqq.* Tamen cum expedire visum est, Prorex potest, & solet, omnes Aulas coadunare, & hoc non
63 solum quoad res gubernationis, vel ad consulendum ea, quæ Dominus Rex jubet cum Senatu consulere: sed ad res justitiæ tractandas, & lites aliquas expediendas. Bis postquam in Senatu admissus fui, id observari vidi in causis judicialibus. *Primum* fuit anno 1647. in causa vertente coram Magnifico domino Francisco Aguirre, inter egregium Comitem de Real, & ejus creditores, in qua desumpta fuit quædam trium Aularum resolutio, sed, re composita, non fuit execu-
64 tioni deducta. *Secundum* fuit in causa vertente inter Don Josephum Sanz Canonicum, & Archidiaconum Algeziræ ex una, & Doctorem Josephum Puchasons Canonicum, & Syndicum Capituli almæ Sedis ex alia, anno 1649. ad relationem Nobilis domini Don Hieronymi Querol, super possessione officii Vicarii generalis, Sede Metropolitana vacante: in qua non solum substantialia causæ, sed omnia intermedia, per resolutiones trium Aularum expedita fuerunt.

65 Nec obstant tradita à Solorçano *ubi proximè*, & Fontanella *dict. decis.* 283. nam ipse in casu necessitatis, utique fatetur in *sequenti decisione*, imò *decis.* 284. *num.* 27. de contraria observantia testatur, licet dicat antiquitùs solum fieri ad informationem stylì, sed non tradit rationem differentiæ. Ad Solorçanum, ut respondeamus, supponendum est, hoc non fuisse per *formam* interdictum, neque per *pragmaticas* institutionis Senatus, sicque sequendus stylus est. Nec sequi potest inconveniens ab ipso propositum, *dict. n.* 70. *& seq.* nam si Senatoribus Aulæ, in qua radicata causa est, interventus denegaretur, tunc nullitas sequeretur; nam deficeret forma per pragmaticas, foro confirmatas, inducta; procederentque, omnia deducta per Fontanellam *dict. decis.* 283. *num.* 10. *& seqq.* Bene Ponte *de potestat. Proreg. dict. tit. de delegation. causar. per totum.* Attamen quando servata forma (nullius Senatoris ejus Aulæ auctoritate læsa vel jure suffragandi) alii adduntur, tunc ipsa non tollitur, imò adimpletur in potiori significatu, & hoc semper licitum est: quod & in aliis Regnis observatur, ut tradunt Valençuela *consil.* 94. *numero vigesimo quarto, volum.* 1. Franchis *decis.* 252. *num.* 7. *part.* 2. Anton. Thesaur. *decis. Pedemont. in præfat. numero trigesimo secundo.*

Extat in subjecta materia memorabilis nota in nostro Senatu quam tradere non abs re erit. Per Regiam pragmaticam *dicti* 23. *Augusti ann.* 1568. tradita est forma servanda in recusatione judicis, de qua *infrà* suo in loco, Excellentissimus Dominus Comes de Benavente secundus, observavit non semel ad instantiam alicujus partis, causas jam commissas avocare à relatore, easque ad aliam Aulam transferre, non servata forma dictæ pragmaticæ. Senatus sentiebat id fieri non posse, & quamquam dictus Excellentissimus Comes Senatus sententiæ detulit, quid juxta forum conscientiæ fieri posset, à Theologis petiit. Nominati fuere per ipsum, Pater Fr. Michaël Salon (doctissimus ille, qui de justitia & jure tractatum eruditissimum edidit,) Frater Petrus Arias, ambo Ordinis Sancti Augustini, & Pater Josephus Julian Societatis Jesu, cui concordes fuerunt in foro conscientiæ fieri non posse; & ita subscripserunt die 20. Octobris 1602. & Dominus Prorex jussit omnes causas in pristinum statum restitui, & ne in eventum aliquid simile accideret, in libris Cancellariæ hæc adnotari jussit, decreto diei 24. ejusdem mensis Octobris.

Difficilior videtur ipsi Fontanellæ decisio alterius 66
quæstionis, an deficiente numero Senatorum in una Aula, possit suppleri ex alia; ut videre est in *dictis decisionibus* 283. *&* 284. & in hac *num.* 8. tradit in Aragonia admissos aliquando fuisse Doctores privatos; in Cathalonia verò, *num.* 2. causas expedire qui reperiuntur, licet ad unum deveniatur, & causa sit magni momenti; utrumque inconvenienti gravissimo non caret: apud nos enim diffinitum est, quòd si deficiant Senatores Aulæ criminalis, Prorex supplere possit numerum ex Aulis civilibus, vel ex Regiis Fiscì, aut Patrimonii adnotatis, per Regium rescriptum, *dat. Matriti die* 17. *Novembris* 1610. & è contra, deficientibus in aliqua Aularum civilium, suppleantur ex reliquis, ex Regio rescripto *dat. ibid. die* 30. *Aprilis* 1633. quod, necessitate urgente, denique concludit Fontanella *dict. decis.* 284. cum decisionibus Senatus, & testatur don Joannes Solorçano ab ipsa Regia Audientia fieri posse, *dict. lib.* 4. *c.* 5. *num.* 5.

Propositio Candidatorum ad Senatoriam dignita- 67
tem obtinendam pertinet ad Proregem, & Senatum, juxta *l.* 2. *C. de offic. præfid.* ibi: *Judicio Senatus præcipimus ordinari.* Bene Tacit. *histor.* 1. *Suffragia, & existimationem Senatus reperta, ut in cujuscumque vitam, famamque penetrarent.* Larè Jan. Langleus *Semestr. lib.* 7. *cap.* 10. Et licet Princeps sequi factam ab eis non teneatur, quia absolutus Dominus est horum officiorum, nullâque lege astrictus reperiatur: tamen tanquam piissimus, atque Catholicus, ut plurimùm ex propositis eligit. Sed ne in confuso procedamus, licebit in hoc aliquantulum immorari. Vacante officio Senatoris nostri Senatus (nam si sacri supremi Senatus sit, vel Regentis nostram Cancellariam, consultatio non fit sine jussu Principis) vel alicujus ex Assef- 68
soribus, Gerentis vices Gubernatoris, aut Bajuli generalis Urbis, & Regni (alii autem Assessores Gerentis vices Orcelis, & Locumtenentium, à solo Prorege consuluntur) cum Præsidi expedire videtur, de propositione Candidatorum agitur. Sed quia non per 69
saltum, sed gradatim ad honores promoveri debent, juxta Modestini responsum *in l. ut gradatim* 11. *ff. de munr. & honoribus*, tradunt Langleus *Semestrium lib.* 7. *cap.* 1. *per tot. & dict. cap.* 10. *ad medium, &* Pater Marquez *in Gubernator. Christian. lib.* 1. *cap.* 9. §. 3. graduum omnium promotiones ex jam officiis inferioribus mancipatis Prorex solus proponit. Attamen Candidatos, qui nondum officium obtinuerunt, proponere ad Senatum spectat. Sicque congregatis omnibus Aulis, dempto Locumtenente Thesaurarii, cui hoc expresse denegatur (forte quia ad ejus officium, à solo Prorege propositio fit) ad Sacellum properamus, & ibi sacris celebratis, Spiritus Sancti gratiam implorando, ad Senatus Aulam remeamus, unusquisque ex Senatoribus in schedula secretè proponit tres viros, quos judicat idoneos ad officium obtinendum,

&

& illi tres qui majori suffragiorum numero approbati reperiuntur, hi Domino Regi proponi per Proregem debent, ab ipso graduandi juxta excessum suffragiorum inter eosdem. Bene verum credo, quòd approbatio Proregis magni momenti esse solet, nàm
70 frequentius qui eam obtinet, & officium postea obtinere experientia comprobatur. Sicut enim mortuo Flamine Diali, *Consarreatis parentibus genitos tres simul nominari ex quels unus legeretur vetustò more.* Tacit. *lib. 4. annal.* Tiraquel ad Alexand. *lib. 2. dier. genial. c. 5. lit. M, pagin. mihi* 133. Langleus *Semestrium d. lib. 7.*
71 *c.* 10. Sic defuncto Senatore tres ætatis legitimæ, opinionis spectatæ, à Senatu nominantur, ex quibus per Principem successor eligendus. Ratio autem ob quam hæc
72 forma inducta fuit, non est difficile ut percipiatur: Electio enim Consiliarii res magni momenti est, sicque Princeps informari debet; nam ut ait Tacitus, *sua scientia non potest cuncta complecti.*

Sed videamus quibus virtutibus ornatus esse debet proponendus. Absit à me, ut de hoc agam ad instruendos ipsos Dominos Senatores, quos peritiores me colo. Qui Candidatorum numero admitti volunt, ut moneantur cupio. Leviter enim plures in his immiscèri conantur: aliqui (licet rarò) qui digni sunt, admitti recusant; utrique peccant: nam *esse levitatis ad Rempublicam velle accedere cum non liceat, & nolle accedere cùm opportunum foret*, testatur Joannes ab Affelen *in libel. inscripto, Vir politicus.* Dicamus enim breviter quo fundamento niti quis debet, ad hoc ut ad Senatoriam dignitatem promoveri possit, quæ certæ prodesse valebunt ad ipsius muneris rectam administrationem.

73 Plures DD. de hoc argumento scripsere, ex quibus ea tantum legemus quæ ad nostrum institutum, brevitate solitâ non egressa, conducunt: nam si omnia explanare voluissemus, integrum tractatum conficeremus. Sunt enim aliæ qualitates animi, aliæ verò corporis, aliæ primariæ, aliæ secundariæ, aliæ naturales, aliæ acquisitæ. Per has discurrere Doctores solent; nos verò ad qualitates animi, & corporis omnia reducendo, præcipuas solas declarabimus. Prima qualitas animi in Candidato requisita ad Senatoriam dignitatem *Bonitas* est: Consiliarius enim vir bonus esse debet, sicque bonitate fulgere. Hæc continetur his extremis: De Deo rectum sensum teneat, eum diligat, timeat, debitumque
74 cultum exhibeat. Unum esse Deum Catholica fides docet, & licèt Ethnici plures colebant, tamen unum fatebantur. Tacitus 1. *hister.* sic ait: *Unum esse regnatorem omnium Deum*, & demum ibidem: *Summum illud, & æternum, neque mutabile, neque interiturum.* De ipsorum Ethnicorum turba sic loquitur Tertul. *in apologet. ad gentes, cap. 24. Nonne tanceditis de æstimatione communi,*
75 *aliquem esse sublimiorem, & potentiorem, velut Principem mundi, perfectæ potestatis, & majestatis?* Imò & dæmonia ipsa, quæ in idolis colebantur, id ipsum falsa fuisse, idem testatur ibidem: *Omnis ista confessio illorum, qua se Deos negant esse, quoque non alium Deum respondent, præter unum cui nos manciparmur.*

76 Sicut enim unus est Deus, ita una est sancta Ecclesia, unum Baptisma, & uno regitur divino Spiritu, *Extravagant. unam sanctam, de major. & obedient.* pluribus Barbos. *de jur. Eccles. univers. lib. 2. cap. 3. num.* 110. Ita pariter una est fides Catholica, Lactantius Firmia. *lib. 1. divin. instit. cap.* 20. verum cultum Deo exhibens, cujus Vicarius est Summus Pontifex Romanus vices Dei in terra habens, qui à divino Spiritu (in rebus fidei & morum) infallibili assistentia illustratus, ipsam Ecclesiam, ac Romanam Sedem regit, atque moderatur sanctissimè. Hanc unitatem fidei profiteri jussit Imperator. *in l. cunctos populos 1. C. de sum. Trinit.* Eum tenere debet Senator, toto corde amplecti, totisque viribus defendere; ex hoc enim recta Reipublicæ gubernatio resultat.

Quod utique cognovit Ethnicus Valerius Maximus *lib. 1. capit. 1. de Lucio Furio Bibaculo*, ibi: *Quapropter non dubitaverunt Sacris Imperia servire, ita se humanarum rerum futura regimen existimantia; si divina potentia bene, atque constanter fuissem famulata.* Unitas enim Religionis unitatem subditorum generat, Divus Gregor. Nazianz. *orat.* 12. & cum eo Marquez *in Gubernat. Christ. lib. 1. c. 1.* Unde impietas Joan. Bodini *lib. 3. de Repub. capit. 7.* cum aliis relatis per Solorçano *de jur. Indiar. lib. 3. cap. 26. num. 2. tom. 2.* qui ad rectam gubernationem prodesse libertatem conscientiæ ausi fuerunt firmare, clarè convincitur, & lepidè inproperat Trajan. Boca-
77 lin. *in reggnagl. Parnas. part. 1. regg. 64.* sub nomine Imperii Othomani (cui non fuit ausus respondere Christophorus Besoldi *politicor. lib. 2. cap. 1. num. 73. vers. 3.* sacrilegè asserens ob majora mala vitanda permissibilem esse conscientiæ libertatem. Quomodo enim majora mala vitabuntur si permittatur omnium malorum origo;) Reges enim nostri Hispaniarum Catholici
78 unitatem religionis Apostolicæ, ac Romanæ totis viribus sustinent, atque defendunt, quia ita credunt, ita sentiunt, itáque profitentur, adeo, ut pro ejus defensione, exaltatione, atque ampliatione, neque impensis parcant, neque laboribus indulgeant. Latissimè, atque doctissimè Don Joan. Solorçano *de jur. Indiar. lib. 2. c. 16. num. 20. & seqq. tom. 2. & emblem. 10. num. 16. cum seqq.* Fidei præcepta ad Sedem Apostolicam, Ecclesiasticos-
79 que legitimos Præsules docere spectat; eam protegere, defendere, tuerique facere, ad supremam Regis potestatem. Ob integritatem fidei conservandam, in nostris Hispaniarum amplissimis Regnis, Reges Catholici Tribunal fidei sanctæ Inquisitionis erigi curarunt, ut inferius dicam; quod adeo utile Reipublicæ fuit, ut intacta
80 fides apud nos conservetur omnino. Sed in his non immoremur: turpissimum enim esset de hoc dubitare, atque civili doctrinæ, Religionis materiam involvere, ut tradit Pater Marquez *lib. 2. c. 34. §. 2.* Nobis enim quæstio non est, de quo nemini nostratum dubium est.

Ex pietate Consiliarii justitia ipsius descendit: La-
81 ctantius *lib. 5. divin. instit. cap. 15.* ibi: *Pietas verò, & æquitas vena sunt ejus: his enim duobus fontibus constat tota justitia.* Sicque Magistratus, non solum Christianus, sed pius esse debet: *Pietas* enim (teste eodem Lactantio *ibidem*) nil aliud est, quàm *Dei notio; hujus cognitionis hæc summa est, ut eum colas; ignorat utique justitiam qui religionem Dei non tenet. Quomodo enim potest eam nosse, qui*
82 *unde oriatur ignorat?* Judex enim pius dum delicta punit, non criminosum odit, sed crimen: si enim rerum odio prosequeretur, non de correctione ipsius tractaret. Ta-
83 cit. 1. *annal.* Gloria ipsius consistit in prohibendis, non in puniendis delictis, Valer. Maxim. *lib. 6. cap. 3.* ibi: *Citeriorem delicto prævis ultionem, ut potius caveret injuriâ, quàm vindicaret.* Misericorditer enim in ipsa punitione
84 se habet, *ut damnare scilicet videatur justitia, non potestas.* Salvian. Massilienf. *lib. 1. de gubern. Dei.* Amore rerum publicarum ita rapitur, ut propriam auctoritatem, honorem, fortunam impendere paratus sit, Fredericus Furio
85 Ceriol. Valentinus, vir eximiæ eruditionis (qui apud invictissimum Imperatorem Carolum V. literis, ac virtute non parum illustris habitus fuit) *de Consil. cap. 2. vers. Nona.* Architecti finis esse potest domus, & lucrum; Medici, ægrotantis sanitas, & præmium; Consiliarii verò, utilitas propria, & publica; sed hoc, intentione, non effectu: nam finis architecti, vel Medici non est quæstus, quatenus artificis, sed quatenus mercenarii; inde Taci-
86 tus *lib. 12. annal. Pancis publicum decus cura, plures tuta differunt.*

Puritatem conscientiæ maximopere habere, est ne-
87 cesse; Seneca *Epistol. 59. Sapiens numquam sine gaudio est: gaudium hoc non nascitur nisi ex virtutum conscientia.* Baldus *in l. 2. num. 15. C. de sent. ex pericul. recit.* ibi: *Ne sim scientia sit insipidus, sim conscientia diabolus.* Matth.

Timpii *in ſpecul. boni Magiſtrat. ſign.* 35. *par.* 1. Adamus Cotzen *lib.* 2. *politicor. capit.* 3. *numer.* 6. P. Marquez *in Gubernat. Chriſt. lib.* 1. *capit.* 3. 20. §. Malo enim tribuere Magiſtratum, eſt enſem ponere nudum in manu furioſi. Requiritur enim integritas merum in eo qui præeſt populis, *l. Magiſtros, C. de Præfector. & Med. lib.* 10. ibi: *Moribus primum excellere debet, deinde facundia. l.* 1. *C. de condit. in pub. hor. libro decimo* ibi: *Optime, ſibi conſcius pro integritate mentis apponatur cuſtos.* Cujus rei rationem tradit Caſſiodorus *variar. lib.* 10. ibi: *Neceſſarium Reipublicæ eſt perſonas dignitatibus aptas eligere, ut cum juſticia committitur, malis moribus non gravetur. Alioqui ineffieax eſt ab homine exigere quod agnoſcitur non habere: contra conſidemer quæritur, quod ineſſe ſentitur.* Proſequitur Don Laurent. Ramirez de Prado *de Conſil. & Conſil.* in Cokier, *lib.* 3. *c.* 1. *adnot.* 1. *& cap.* 7. *adnot.* 1. Sed eſto quod rectè judicet, nam non ſemel fuit viſum, exemplum iniquitatis, quod tribuit ſubditis, vitari non poteſt. Unde Divus Bernardus: *Principis error multos involvit, & tantis obeſt quantis præeſt ipſe.* Clariùs Divus Gregorius *Moral. cap.* 16. *Omne quod à minoribus voluptuosè agitur, majorum diſciplina cohibetur: cum verò majores ipſi voluptati deſervimus, minoribus laſcivia frena laxantur: quis enim ſub diſciplina ſe conſtructione retineat, quando & ipſi qui jus conſtructionis accipiunt, ſeſe voluptatibus relaxant?* Lacedæmoniorum exemplum traditum ab ipſo Don Laurentio, *ubi proximè*, ex Aulo Gellio *noctium Atticar. lib.* 18. *c.* 3. id mitiſſimè probat. Quidam turpiſſimæ vitæ conſilium ſalutare Reipublicæ præbuit, ſed non eo auctore admiſſum, *ne deboneſtaretur turpiſſimi auctoris contagione.* Regii enim Conſiliarii de vitiorum coërcitione, ipſis commendata, curant, de moribus civium compoundis, de criminibus extirpandis. Si enim vitioſi eſſent, neque alios reprehendere poſſent, neque condemnare, nam timorem infert acculatio illa interna reatus. Seneca: *Nihil magis timidum facit animum, quàm reprehenſibilis vitæ conſcientia.* Proſequitur Bobadilla *in politic. lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 60. & licet Senator non ita virtutem colere tenentur, ut miracula faciat; Alciatus *de præſumpt. regul.* 3. *præſumpt.* 2. *num.* 6. Soto *de juſt. & jur. lib.* 3. *q.* 5. *artic.* 2. *concluſ.* 1. Bobadill. *dict. cap.* 3. *num.* 77. Tamen irreprehenſibilis vitæ eſſe debet: quod docuit eleganter Cicer. pro Milon. ibi: *Magiſtratus omnia non modò quæ reprehendi palam, ſed quæ obſcurè cogitari poſſunt timemus, rumorem, fabulam fictam, falſum, perhorreſcimus; ora omnium atque oculos intuemur: nihil eſt tam molle, tam tenerum, tum aut fragile, aut flexibile, quam voluntas erga nos, ſenſuſque civium.*

Præ omnibus veritatem amabit Conſiliarius, quæ plurimum conducit ad auctoritatem in miniſtris neceſſariam, Divus Auguſtinus *in ſermon. de Aſſumpcion. Auctoritas ſine veritate, nihil valet.* Magiſtratus enim ſunt leges loquentes, Cicer. *lib.* 3. *de legib.* Borrel. *de mag. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 69. lex ſine veritate ſubſiſtere nequit: Maſtril. *de mag. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 53. Licet enim propter veritatem debent. Hippolyt. à Collib. *in politic. propoſ.* 15. Marth. Timpii *in ſpeculo boni Magiſtr. ſigno* 93. *part.* 2. Petrus Gregor. Tolof. *de Repub. lib.* 24. *cap.* 6. *num.* 5. qui late & bene, Adamus Cotzen *lib.* 7. *politicor. cap.* 13. §. 7. *verſ. Vndecima virtus.* Sed per hoc non tollitur poteſtas diſſimulandi, neceſſitate urgente, quod intacta veritate fieri debet, ut docent P. Marquez *lib.* 1. *c.* 14. §. 1. *per tot.* quò loci explicat doctiſſimè, quomodo id fieri poſſit, & Don Laur. Ramirez de Prado *in notis ad cap.* 2. *per tot.*

Hæc enim omnia de Religione, pietate, virtute, ac moribus Conſiliarii tractant Lactantius *lib.* 5. *divinar. inſtit. cap.* 3. *& lib.* 4. *cap.* 4. Juſtus Lipſius *politicor. lib.* 1. *cap.* 2. Jaroſ. S. B. Smir. *de Conſiliar. propoſ.* 5. Plato *de Repub. lib.* 2. Matth. Timpii *in ſpecul. boni Magiſtratus part.* 1. *ſing.* 31. *& par.* 1. *fig.* 68. Hippolytus à Collibus Auctor damnatus *in libel. inſcripto, Conſiliarius*, Chriſtophorus Beſoldi auctor etiam damnatus *politicor. lib.* 2. *cap.* 1. 29. P. Marquez *in Gubern. Chriſt. lib.* 2. *cap.* 28. §. 2. *& cap.* 29. §. 1. *& lib.* 1. *cap.* 5. §. 2. Trajan. Boccalin. *d. reggnagl.* 64. Coronel *de optimo Reipub. ſtatu, lib.* 4. *cap.* 2. *& 3. part.* 2. Petr. Gregor. Tolof. *de Repub. lib.* 24. *cap.* 6. *num.* 4. *& 11.* Adamus Cotzen *politicor. lib.* 2. *cap.* 17. *per tot.* P. Velaſquez *de optimo Princip. lib.* 2. *ad not.* 5. *& 6. per tot.* eleganter Don Laurent. Ramirez de Prado *de Conſil. & Conſiliar. in lib.* 3. *Cokier. c.* 1. *adnot.* 1. Saavedra *ſymbol. polit.* 24. 25. 26. *&* 52. & noviſſimè Excellentiſſimus affinis, ac Dominus meus colendiſſimus Marchio de Aytona *in diſcurſ. Militari, punct.* 29. *per tot.* qui omnes politicæ doctrinæ Auctores ſunt. Ex noſtris juris Scriptoribus plures congerunt Bobadilla *in politic. lib.* 1. *cap.* 3. Maſtril. *de Magiſtratibus, lib.* 2. *cap.* 1. *&* 2. Borrel. *de præſt Regis Cathol. cap.* 21. *&* 84. *& de Magiſtrat. lib.* 1. *cap.* 4. *n.* 14. *cum aliquib. ſeqq.* Solorçano *de jur. Indiar. d. lib.* 4. *c.* 4. *per tot.*

Secunda qualitas, genium, ſive capacitas ipſius Candidati. Conſiliarius enim ingenio celeri, atque alacri eſſe debet, non tamen maximo, aut excellentiſſimo, nam judicium numquam æquipollet. Sunt enim maxima ingenia ignea potius timenda, & miranda, quàm laudanda, ob ſubtilitatem potius novandis rebus, quàm gerendis, monſtruoſos gignunt effectus, Beſoldi *lib.* 2. *politic. cap.* 3. *num.* 51. *Nihil enim magis repugnat ſapientiæ, quàm nimia ſubtilitas.* Segur. *in director. judic. part.* 1. *cap. per tot.* Unde ſententiæ latæ à Judicibus ſubtilis ingenii fere omnes revocantur: Maſtril. *de Magiſtr. lib.* 2. *cap.* 2. *n.* 88. *& ſeqq.* Per contrarium, ingenium ſordidum in Conſiliario peſſimum eſt. Hebetes enim, ac rudes, ſunt inſtar *agri naturæ ſterilis, qui quamvis ſæpius colatur, paucos, vel malos, vel immaturos fructus reddit.* Hipol. à Collib. *in Conſiliar. ad princip.* Beſoldi *politic. lib.* 2. *capit.* 3. *numer.* 51. Cotzen. *politicor. lib.* 4. *capit.* 7. §. 8. qui latè: Don Laurent. Ramir. de Prado *dict. c.* 1. *adn.* 1. qui plura eruditionis miræ.

Celer ingenium ſit in cognoſcendo, non in judicando; audacia enim in hoc reprehenditur, Cotzen *lib.* 7. *cap.* 17. §. 7. *verſ. Vicesima.* Livius *lib.* 35. *hiſtor. Conſilia audacia prima ſpecie læta ſunt, tractu dura, eventu triſtia.* Naſcuntur ſæpe ex cupiditate, idem Livius *lib.* 22. *Quæ cupis feſtinat, & quæ feſtinat everſit:* captiora enim ſunt delictis, quam operationibus. Tacit. *lib.* 1. *hiſtor. Scelera impetu, conſilia mora convaleſcunt.* Sicque Conſiliarius ponderoſus ſit, *ne ſerò dicendum, non puto ram:* Cicer. 1. *offic.* Jaroſ. ab. Smir. *de Conſil. prop.* 6. Timpii *par.* 1. *ſign.* 39: Quamvis enim celeritas in exequendo commendetur, lentitas, & mora in deliberando, Saavedra *ſymbo.* 64. *per tot.* non in caſu repentino neceſſitate urgente, nam ut inſit Tacitus 1. *hiſtor. Nullus cunctationi locus eſt in eo conſilio, quod non poteſt laudari, niſi per actum.* Nam repentinus caſus adfert, quod *cunctatione opus non ſit, ubi ponitior ſit quies quàm temeritas.* Tacit. *ibidem.*

Alacer ingenio liberalis eſt, quo populus capitur. Avarus enim omnibus inviſus, plurima enim mala per avaritiam inferuntur, Ariſtot. *lib.* 2. *politicor. cap.* 7. *Pleraque eorum quæ homines injuſtè faciunt, per ambitionem, & avaritiam committuntur.* Inde eſt in Senatore turpiſſimum. Imperator Juſtinianus *Novella* 8. *collat.* 2. *titul.* 2. *in præfat. Eſt quoque ſacrorum eloquium mirabile, quod avaritia omnium ſit mater malorum, maximè quando non privatorum, ſed Judicum inhæret animabus.* Cicer. 2. *offic. Nullum eſt vitium turpius, quam avaritia, præſertim in Principibus, & Reſpublicam gubernantibus.* Frederic. Fur. Ceriol. *de Conſiliis, & Conſiliar. cap.* 2. *verſ. Duodecima.* Magiſtratus enim paſtores ſunt, ad cuſtodiendum gregem deſtinati, ut probabo *infra, capit.* 5. §. 1. *in princip.* ſi autem avari fiant, lupi rapaces erunt, ob hanc cauſam Jetro Moyſes conſuluit viros eligere ad Conſiliarios,

filiarios, qui avaritiam oderint, *Exod.* 18. 21. de quo articulo late, & bene Timpii *signo* 15. *part.* 1. *& sign.* 27. *part.* 2. Hippolyt. à Collib. *de Consiliar. pag. mihi* 55. Justus Lipsius *civil. doctr. lib.* 3. *cap.* 6. Bobadilla *in politic. lib.* 1. *capit.* 3. *numer.* 51. Mastril. *de Magistrat. lib.* 2. *capit.* 12. *numer.* 66. *cum plur. seqq.* Borrel. *de Magistrat. lib.* 1. *capit.* 9. *numer.* 72. *cum seqq.* P. Marquez *in Gubernat. Christian. lib.* 1. *cap.* 20. §. 3. Velasquez *de optimo Princip. lib.* 2. *admot.* 22. *numer.* 4. Solorçano *de jur. Indiar. lib.* 1. *cap.* 16. *n.* 18. *& lib.* 4. *c.* 9. *num.* 30. *tom.* 2.

104 Docilis capacitas in Consiliario etiam est necessaria. Sic Salomon postulavit, 3. *Reg.* 3. 9. *Dabis ergo servo tuo cor docile, ut populum tuum judicare possit, c. magna* 22. *q.* 4. *l. nonnunquam ff. de collat. bonor.* Cicer. *lib.* 1. *officior. Nemo doctus mutationem consilii inconstantiam dixerit.* Imò tenacitas, atque pertinacia mentis, vitia sunt in

105 Consiliario: *Nunquam præstantibus in Republica gubernanda viris, laudata est in una sententia perpetua permansio.* Hippolyt. à Collib. *in Consiliar. pag.* 54. Besoldi *lib.* 2. *politic. cap.* 3. *num.* 49. Marth. Timpii *dict. sign.* 39. *in prin.*

106 p. 1. Marquez *d. cap.* 20. §. 1. Cotzen. *dict. cap.* 3. §. 7. *vers. Tertia virtus, & vers. Decimaquarta.* Don Laurent. Ramirez de Prado *cap.* 2. *per tot.* Hæc enim docilitas non implicat cum fortitudine, una enim instruit animum ad eligendum meliora, alia verò electa constanter exequitur. Quæ fortitudo non est referenda ad corpus,

107 sed ad animum. Frideric. Fur. Ceriol. *de Consil. & Consil. cap.* 2. *vers. Decimaquinta.* Per hanc enim Consiliarii recta cum ratione operabuntur: nam ut Salustius dixit ad Cæsar, *Non ex aliena libidine huc illuc fluctuantes agitantur: interdum alia, deinde alia decernunt, uti eorum qui dominantur, simultas, atque arrogantia fert, ita bonum, malumve publicum existimant.* Virtutes ambæ sunt, atque adeo non implicant in eodem subjecto. Bene Seneca significavit, ibi: *Sapiens, nec in aliquibus se mutat, sed potius aptat.* Just. Lipsius *dict. lib.* 3. *cap.* 5. Besoldi *dict. lib.* 2. *cap.* 3. *numer.* 44. Timpii *sign.* 70. *p.* 1. Cotzen *dict. cap.* 13. §. 7. *vers. Decimaoctava.* Borrel. *de Magistr. lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 15.

108 Humanitas est præcipua virtus in genio Magistratus: *Adeo enim propria hominis est, ut ab ipso nomen acceperit.* Joan. Affelen *in libel. Vir politicus:* sed hæc temperanda,

109 ut Tacitus docet *in Agricol. Ne aut facilitas auctoritatem, aut severitas amorem diminuat.* Affelen *ubi prox.* Lipsius *lib.* 2. *cap.* 16. Timpii *sign.* 77. *part.* 1. qui plura exempla

110 congerit. Demum cautus esse debet Consiliarius, quod obtinebit silendo: Valer. Max. *lib.* 2. *cap.* 2. *Taciturnitas optima, atque tutissima rerum administrandarum vinculum.* Silere non debet lingua tantum, nam hoc turpe esset ignorare, sed mente etiam, *quia multi sermone quidem celantes, ipso aspectu, vultu, aut facto aliquo, revelant decreta.* Jarol. ab Smir *de Consil. propos.* 24. Hippol. à Collib. *in Palatino.* latè Matth. Timpii *in specul. sig.* 80. *p.* 2. qui plura exempla adducit, Petr. Gregor. Tolosan. *de Repub. lib.* 24. *cap.* 6. *num.* 6. Cotzen *dict. cap.* 13. §. 7. *vers. Altera, & vers. Decimasexta.* D. Laurent. Ramir. de Prado *in mant. ad c.* 2. Solorçan. *Emblem.* 47. *num.* 17. *cum seqq.* Romani enim ultimo supplicio mulctabant revelantes secreta Consilii, *l. si quis* 38. §. *transfuga, ff. de pœnis*, Timpii *ubi proxim. num.* 13. Belluga *in speculo Rub.* 10. *num.* 5. & ibi Borrel. *lit. A.* qui latè, & bene: acutè Trajanus Boccalin. *reggiagl.* 5. *ad fin.* qui postquam controversiam Doctorum proposuit in discernenda eximiori lege politica Reipublicæ Venetæ, Hermolam Barbarum, narrat, dixisse: *Che cosa gli pareva degna di stupor grande che la Republica Venetiana in cosi gran numero di Senatori trovasse quella secretezza, che con tante diligenze, & con tanti buoni trattamenti di liberalissimi doni il Principi molte volte cercavano in un solo secretario, in un paio di consiglieri.* Cui Respublica ipsa subjungit: *Voi havete nominata quella preziosa gioja della quale io tanto mi pregio.* Erudite Erasmus *in adagiis, verb. Garrulitas, adag. Cornice loquacior.* Ad hoc obtinendum in nostro Senatu, præter juramentum, quod præstatur in ingressu officii, sententia excommunicationis, quot annis, publicatur per Ordinarium Ecclesiasticum contra revelantes secretum Consilii, 111
for. 45. *Cur. ann.* 1604. Denique habere debet mentem laboris avidam, ingenium infatigabile; segnes enim, at- 112
que laborem subterfugientes ad privatam vitam adhuc non profuit: licet enim litteris imbuti sint, non relevat, nam sine applicatione, idem est, ac fame perire, reservatis in arca pecuniis. Bene D. Laur. Ram. de Prado *cap.* 3. *per tot. & in admot.*

Tertia animi qualitas est scientia, sine cujus sale Consiliarius nemo esse debet, nec potest: quæ & qualis in 113
eo requiratur, breviter explicandum est. Primum requiritur in Consiliario Philosophiæ cognitio: Cokier *lib.* 3. *cap.* 7. & *ibi* Don Laurent. Ramirez de Prado. Hæc triplex, ut Philosophi omnes tenent, Moralis, Naturalis, Rationalis, Macrob. *de somn. Scipion. cap. ultim.* Naturalis, & Rationalis sufficit notitia, Moralis verò perfecta cognitio requiritur, ut ipsi docent. In ea consistit totius gubernationis assumptum: quare Cicer. *in Tusculan.* ait: *O vita Philosophia dux: ô virtutum inda, garrix: ô expultrix vitiorum!* Plin. Jun. *in epist. l.* 2. *Nulla laudabilior Philosophia pars, quàm agere negotium publicum, cognoscere, judicare, promere, & exercere justitiam, quæque Philosophi docent in usu habere.* Pulchrè Aul. Gellius *noct. Atticar. lib.* 10. *cap.* 22. ibi: *Virtutum omnium disciplina est, quæque in publicis simul, & privatis officiis excellit, ea vitates, & Rempublicam, si nihil prohibeat, constanter, & fortiter, & perite administrat.* Hæc est illa, quam jactare Anaximandrum scripsit Barcla. *Argenide, lib.* 1. *ad fin.* quamque Nicopompum in Principum Aulis, tyrocinio posito, didicisse refert. Hujus partes sunt *Ethica, Oeconomia, Politica*, Jarol. ab Smir. *de Consil. propos.* 10. *in prin.* de quibus tot libri à Platone, Aristotele, & aliis scripti reperiuntur. Hancque Consiliario necessariam esse Hippol. à Collib. docuit *in Consiliar. pag.* 15. Mastril. *de Magistr. libro secundo, capit.* 3. *num.* 31. ex Platone, & aliis.

Demum requiritur Jurisprudentiæ peritia, in hoc 114
enim nemo dubitare potest, latè Mastril. *dict. cap.* 5. *per tot.* Borrel. *de Magistrat. lib.* 1. *cap.* 8. *per tot.* Solorçan. *de jur. Indiar. lib.* 4. *cap.* 4. *in princ.* Quod apud nos dubitari nequit: nam Senatus noster, non solum ad summam Regni gubernationem, sed ad lites expediendas, institutus fuit. Et licet tantum ad consulendum Principi, vel ejus Locumtenenti generali in rebus regiminis ordinaretur, necessaria esset juris scientia in Consiliario, ut Principi consuleret, atque proponeret ea, quæ justitia, & æquitate constant, *l.* 1. *ff. de just. & jur.* Cassiodor. *variar. lib.* 3. *epistol.* 35. Hippol. à Collib. *in Consil. pag.* 17. Don Laurent. Ramir. de Prad. *cap.* 8. *per tot.* ubi exempla 115
plurima adducit: Aristotel. *Politicor. lib.* 3. *capit.* 8. Timpii *part.* 1. *sign.* 41. *num.* 2. Fredericus Fur. Ceriol. *de Consil. cap.* 2. *vers. Quinto.* Jarol. ab Smir. *dict. propos.* 10. Cotzen. *Politicor. lib.* 5. *cap.* 29. *per tot.* (quo probat Principibus, Optimatibus, Nobilibus convenire, imò necessarium esse huic scientiæ operam dare) Besoldi. *Politicor. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 35. & 37. (quo probat, non homines lædere, sed ipsas leges, qui Jurisperitos vituperat.) Langleus *dict. lib.* 7. *c.* 10.

Nec me latet Platonis dictum 3. *de Republ.* nempe in- 116
dicium esse malæ constitutæ Reipublicæ, si multi Jurisconsulti in ea inveniantur. Nam hoc, ut bene respondit Timpii *d. sign.* 31. *num.* 2. non de jurisconsultis veris, sed de feri rabulis intelligendum. De quibus Petr. Blesen- 117
sis *epist.* 26. (cujus elegantissima verba adducit Joan. Langleus *Semestrium lib.* 1. *cap.* 1. *in princ.* Solorç. *Emblem.* 68. *num.* 35.) Jurisconsulti enim veri Sacerdotes juris appel- 118

labantur,nam veteres eos adibant,non ſolum de jure civili, ſed de omni officio, & negotio conſulturi; Satis enim hanc neceſſitatum uſus demonſtrat,nam ignorantiam Magiſtratuum ſupplere cogit per Aſſeſſores, qui omnibus aſſignantur.

119 Hinc profluit ratio,ob quam noſtri fori providenter definitum habent tempus, per quod juris ſcientiæ operam dare debent,qui ad officium aliquod eſt promovendus. Ut Aſſeſſor ordinariorum urbis fiat(præter gradum juris,de quo *in for.25.Cur.ann.1626.*)per biennium juriſprudentiam profiteri debet practicè,*for.48.de Cur. & Bajul.*ut dicam *infra,cap.4.§.2.num.30.* Ad officia Aſſeſſoris togati,nempe Curiarum Gubernationis, & Bajuliæ generalis, per triennium. Ad Senatoris munus, per quinquennium, *for. 119. Cur. ann. 1626.* quæ regula limitatur in eodem foro, in eo qui Cathedram moderatus eſt in publica, atque approbata Academia per tres annos, aut in Collegio majori per idem 120 tempus commoratus fuerit. De qua exceptione aliqua per Don Joannem Solorçano *dict. capit. 4. numero ultimo, & ſeqq.* & hoc ſumma cum ratione, quia juris ſcientia,non ſolum ſpeculativè requiritur, ſed practicè, in Senatoribus;ſicut in Medicis:nam præcepta theorica, ſine praxi,in utroque periculoſa ſunt: Joan. Affelen *in ſuo Viro politic. ad medium*,Solorçano *ubi proximè,num.8.* Langleus *Semeſtrium lib.7.cap.1.pag.mihi 194. & c. 10. pag.*392.qui bene probant quantum experientia juvet in 121 rebus practicis:unde quanto plus quis per experientiam edoctus fuerit,tanto dignior erit. Quod non ita ſumendum, ut qui pluribus negotiis implicetur, iſte dignior cenſeatur: *Non enim numero, ſed gloria triumphorum excuſſum urbis futurum decus exiſtimatur*, ut inſit Onufrius Panviniusin *libell.de Triumpho.*Plura enim de hoc argumento ſcribi poterant,ſed ſat ſit hæc attigiſſe,ut neceſſitas demonſtretur.

122 Hiſtoriæ ſtudium expoſtulatur ad Senatoriam dignitatem.Cum enim Conſiliarius fulciri debeat experimentis,quæ ab hiſtoria brevius capiuntur, inde eſt quòd in ejus lectione maximè debet verſari.Per hiſtoriam præteriti temporis facta cernuntur, quæ collata cum præſenti,animum inſtruunt ad eligendum medium,per quod rectius operetur.Eleganter Seneca *epiſtola 6.Longum iter* 123 *eſt per præcepta, breve, & efficax per exempla.* Exemplorum theſaurus hiſtoria eſt,Cicer.*lib. 2.de Orator.* Jaroſ. ab Smir.*de Conſiliar.propoſ.11.* Fredericus Furio Ceriol. *de Conſil.& Conſiliar.cap.1.verſicul.Quarta*, Hippolyt à Collibus *in Conſiliar.pag.18.*Timpii *in ſpeculo boni Magiſtr.part.1.figm 71.*Beſoldi *politicor. lib. 2.c.9.n. 69.* Cokier.*cap.11.*& ad *eum* D.Laurent. Ramir. de Prado *in notis ibid.*

124 Denique eloquentiam habere debet, juxta illud *Eccleſiaſt.9.14.In manu artificum opera laudabuntur, & Princeps populi in ſapientia ſermonis ſui.* Hæc enim prodeſt ad ſuadendum,vel diſſuadendum;ad accuſandum (vel defendendum;laudandum; vel vituperandum; gratulandum,ſeu condolendum, quæ ad ſervitium Principis, & Reipublicæ gubernationem neceſſaria ſemper ſunt,Fre- 125 dericus Furio Ceriol. *de Conſil.dict.cap. 2. verſ. Secunda qualitas.* Deus enim hominum generi duas peculiariter dotes elargitus fuit:altera eſt intelligendi, ac judicandi vis,quam *rationem* nominamus;altera orationis facultas, per quam animi arcana exprimimus. Utraque excolenda:parum enim proderit ſi rectè ſentias,& intelligas,politè verò alloqui non poſſis, ut animi conceptus explicentur:Hippolyt.à Collibus *in Conſil.pag.24.& in nobil. propoſ.22.& 23.* (quò loci,non inſipidè eloquentiæ gloriam cum Juriſprudentia communem eſſe aſſerit:)Jaroſ. ad Smir. *de Conſil. propoſ. 12.*

126 Sed oratoria Conſiliarii non in multiloquio verſatur,Hippolyt.à Collibus *in Conſil.pag.25.* non in obſcuritate ſermonis(more carminum Sibyllarum)atque elocutionem exquiſitis figuris; ſed in emphaſi illa, per quam clarè plus ſignificatur, quàm dicitur. Quintilian. 127 *lib.8.inſtitut.orator.cap.3.* Joann.ab Affelen *in Viro politic. verſus finem*,ibi:*Ita loquaris,ut hoc egiſſe nemo dubitet:quid velis dicas; ſed ita dicas,ut plusquam loquare ſignifices. Biſſina verba* vocantur,quæ proverbialiter dicuntur cum majeſtate quadam prolata.Eraſmus *in adag.ſacand,adag. Byſſina verba.*Dum enim Senator interrogatus fuerit,ita reſpondeat, *ut graviora ſint dicta rogatis*:Affelen *ibidem.* Ad hanc partem ſcientiæ ſpectat cognitio linguarum, de qua Fredericus Furio Cerol. *de Conſil.cap.2.verſ.Tertia*,Hippolyt.à Collib.*in Conſiliar.*Affelen.*in ſuo Viro politico*, Jaroſ.ad Smir.*de Conſil.propoſ. 12.* D.Lauren. Ramir. de Prado *cap. 10.per tot.*

Quarta denique qualitas animi Conſiliarii, eſt pru- 128 dentia.*Sicut radii ſolares maturitatem præſtant fructibus ab arboribus fœcundè germinatis; ſic prudentia maturare debet mentis,ex qua diſcurſus fructus uberrimos*: Affelen *in libel. Vir politicus*, ſeu melius: *Sicut ſtomachus concoquit cibos,antequam ad caſtros corporis artus transferat alimentum,ſi prudentia digerere debet,quæ ab intellectu miniſtrantur, antequam ad executionem deducat.* Hæc enim licet *compendium in litteris habeat*, ut Petrus Bleſenſ. docet *Epiſtol.17.* eſt tamen facultas, quæ in libris ſcripta non 129 invenitur,ſed longo uſu rerum, experientia duce, diſci ſolet:Cicer.*de Orator. 1. Vſus omnium Magiſtrorum præcepta ſuperat.* Manlius 1.

Per varios uſus artem experientia fecit
Exemple monſtrante viam.

Hæc *honeſta ab deterioribus,utilia ab noxiis diſcernit.* Tacit.*4.ann.* hæc *præſentia cum præteritis confert, cum futuris contemplatur*,Saavedra *ſymbol.28.* Per hanc ſe ipſum cognoſcit Conſiliarius,Cotzen *d. cap. 13. §. 7. verſ.Sexta virtus*,Per hanc perpendet,*ſententiam non ad hora momentum dandam,ſed ita,ut poſt mortem ipſius, libere defendere poſſint.*Dur.de Paſcol.*in Aulic.politico,propoſ. 18.* Ab ea proſpiciet quando operandum ſit,cum *vigilantis eſſe videatur capere properantem occaſionem*, Seneca *epiſt. 22.* Morum imitari conabitur: *Noviſſima enim omnium germinat,& pariet inter primas, ita prudens ſi tardius caperit*, 131 *celerius perficiat.* Hippolyt.à Collib. *ad Conſiliar. pag.48.* Hinc etiam dubium illud politicorum abſolvet,nempe, an Conſiliarius tam diligens eſſe debeat, ut etiam non requiſitus ſubminiſtrare conſilium teneatur? Licet autem generaliter fieri nonexpediat,quia mos inveteratus 132 eſt, ut conſilium non detur, niſi poſtulatio præcedat, curioſus enim videtur qui in dando conſilio ſe ingerit, ſicut Medicus,cum non vocatus ad ægrotũ ſe intrudit: tamen in rebus magni momenti, neceſſitate exigente, etiam non rogatus Conſiliarius debet ob bonum publicum Principi conſulere; quod à Romanis Senatoribus 133 factum fuiſſe teſtatur Tacitus*lib.2.Annal.*ibi: *A majoribus conceſſum egredi aliquando relationem, & quod in communi conducere loco ſententia promere.*Et *lib.3.Annal.Licebat Patribus,quoties jus dicenda ſententia acceſſiſſent, quæ vellent,expromere,relationemque in ea poſtulare.* Hippolit: à Collib.*in Conſiliar.pag.* 47. Exempla ſalutaria perpen- 134 det.Quintil.*lib.5.inſtit. orat. Exempla plurimùm in conſiliis proſunt:quia facilliùs ad conſentiendum homines ducuntur experimentis.* Sed non ad inſtar interpolatoris, qui indumentis homines quærit; ſed ſartoris, qui hominibus veſtimenta conficit: D.Laurent. Ramir. de Prado *in introduct. ad lib. de Conſiliar. in prin.* De prudentia Conſiliarii tractant Saavedra *ſymbol.28.cum duobus ſeqq.*Beſoldi *politicor.lib.1.cap. 1. numer. 45. & ſeqq.* Fredericus Fur.Ceriol.*de Conſil.cap.1.verſ.Sexta*, Timpii *par.2.ſign.59.cum ſeqq.& p.1.ſign.64.* P.Velaſquez *de optim.Princip.lib.3.ad not.1.& ſeqq.*Cotzen *politicor.lib. 3. cap. 2.per. tot.* præcipuè *numer. 12.* D. Laur. Ramir. de Prado *cap.5.per tot.*Borrel. *de Magiſtrat. lib. 1. capit. 4. num.13.* Lipſ. *politicor. lib. 1.cap.6. & ſeqq.* Maſtril. *de Magiſtr.*

Magistr. lib. 2. cap. 2. num. 77. & seqq. Bobadilla *in politica, lib. 1. cap. 5. per tot.* qui plura, & plures. Tota enim doctrina politica, præceptis prudentiæ explicatur, sicque neque omnino tradi potest, neque pro operis instituto plus dictis licet.

135 Corporis autem qualitates in Consiliario in his quatuor comprehenduntur. Prima est, ætas Senatoris Senatores à senectute dicti; unde & *Patres* appellati fuerunt, Salust. in Catilin. *Delecti, quibus corpus annis infirmum, ingenium sapientia validum erat: hi vel ætate, vel Curæ similitudine, Patres appellabantur.* Latè Marquez *in Gubernat. Christ. lib. 1. cap. 5. §. 2.* Fredericus Furio Ceriol. *de Consil. & Consiliar. cap. 3. vers. Prima.* Hippol. à Collib. *in Consiliar. pag. 10.* Jarosl. ab Smir. *de Consil. propos: 13.* Langleus *Semestr. lib. 7. cap. 10. pag. mihi 384.* dicam latius

136 *infra. c. 4. §. 5. num. 12. & seqq.* Qua autem ætate quis admittendus sit, hi Doctores tractant. Julius Cæsar Bulenger. *de Imper. Rom. lib. 7. c. 4.* annum vigesimum quintum præfigit. Langleus *ubi proximè*, antiquitatis arcana investigare conatur. Sed quod ab omnibus percipi potest, est, ut à trigesimo usque ad sexagesimum præsiniatur: ante trigesimum immatura ætas videtur, post sexagesimum autem jam decrepitudo incipit, ob quod illud proverbium, *sexagenarios de ponte dejicere*, Macrob. *lib. 1. Saturnal.* Erasmus *in adagiis.* Non quia de ponte sunt præcipitandi, sed quia suffragium non ferunt, quod per pontem antiquitus dabatur: Jarosl. ab Smir. *dict. prop.* 13. Juvenes enim impetu viridis ætatis agitantur, Senes verò timiditate, suspicione, avaritia, invidia, loquacitate moventur, & sic medium eligendum. Nam senectus, de qua omnes ad Senatoris munus loquuntur, non est ea, quæ corporis artus imbecilles reddit, aut crines canitie dealbat; sed judicium maturando perficit. Unde Poëta.

Non satis est memo, satis est canescere mente.

Si enim juvenis virtutem prosequatur, moribus senex erit, Tacit. 1. *histor. Ea ætas tua, quæ cupiditates adolescentiæ jam effugerat.* Bene D. Laurent. Ramir. de Prado *d. c. 5. in admot.* Cæterùm, ut adolescentes etiam immaturi instruantur, non omnino à rebus publicis gerendis exterminandi sunt, P. Marquez *ubi prox.* Cotzen *lib. 7. c. 8.* Saavedra *symbol. 66.* pluribus Solorz. *Emblem. 48. n. 35.* cujus rei ratio traditur clarius à Langleo *d. c. 10. pag. 385.* nempe brevitatis vitæ humanæ angustia fieri, ut præsumatur, si provecta ætate non sciat, ulterius assecuturum; unde antequam ad eam perveniat, ad tractanda negotia publica admitti debet. Quibus addo, si experientia fulgere debet Senator, quæ longo negotiorum usu percipitur, si maturis annis admittatur, cum eam perceperit, jam ad Acherontis litus properabitur.

138 Secunda qualitas est stirps, sive genus, nam in eo qui præesse debet, decens requiritur, ne à subditis contemnatur: inde est, quod Nobiles in Magistratibus, cæteris paribus, præferendi, præsertim in nostro Regno, ubi adest copia Nobilium: *A natura enim comparatum est, ut plus expectetur de illo, cui plus fortuna tribuit.* Affelen *in Viro politic. Orbes cælestes non in eodem loco collocati sunt, nobiliores enim nobiliora loca tenent: elementa, lapides, metalla, animantia, dissimilitudinem & dignitatis, & potentiæ habent; virtutes quadam seminis in fa-*

139 *bolam hæc præstantia infunditur.* Cum igitur in belluis, rebus mutis, videamus hunc ordinem teneri, quid mirum, si in homine omnium animantium Principe id observetur? Hippol. à Collib. *in sub. propos. 1. & seqq.* unde Nobiles præferendi. Nobilitas autem non est intelligenda qualitas, per quam aliquis fit noscibilis: nam hæc tam ad bonum, quàm ad malum refertur; *Sed claritudo generis à Principe, qui jura majestatis habeat lege, vel consuetudine, ob virtutes Reipublicæ, & vitæ communi salutaris, & commodasi scientiam scilicet, vel res præclare gestas, familiæ alicui collata.* Hippol. à Collib. *in sub. propos.* 10. De speciebus nobilitatis apud nos *infr. cap. 3. §. 5. num. 2. & seq.* Ex quo infertur, quòd homo abjectæ nativitatis, aut stirpis, sed egregiæ virtutis, nobiliori ignavo præferendus est; latè Besol. *politic. 1. c. 11. n. 38. & seqq.* & latius Cotzen *lib. 8. cap. 20.* nisi ex radice infecta nascatur; nam similes omnino arcendi sunt: P. Marquez *in Gubern. Christian. lib. 1. c. 3. §. 4.* De spuriis non pauci dubitant, Borrel. quæstionem bene expendit, *de Magistr. lib. 1. cap. 7. per tot.* An autem naturales, vel exteri esse debeant; dicam *infra, c. 4. §. 5. num. 22. & sequentibus.*

Tertia qualitas est complexio; hæc optima requiri- 140
tur in Senatore, tum ut cæterarum qualitatum index, tum ut valetudine adversa non laboret: *Temperamentum enim est fons, à quo animi perturbationes, & affectus dimanant.* Niquectius *de physiognomia humana, lib. 1. cap. 10.* Fredericus Fur. Ceriol. *de Consiliar. cap. 3. vers. Secunda.* 141
Colerici, & sanguinei, ingenii acumine, memoria, judicióque valent. Solent esse justi, affabiles, fideles, benefici, magnifici, fortes, agiles, sani, atque temperati: Melancholici verò, & Phlegmatici sunt rudes, tristes, vani, infesti, malitiosi, suspiciosi, superstitiosi, inscii, & intempestivi: ut iidem docent *ubi proximè*, D. Laurent. Ramir. de Prad. *c. 4. admot. 1.* Quæ omnia ex dictis Astrologorum confirmare poteramus; sed ne hîc misceantur termini illius facultatis (quam aliquando degustasse non piget) adeatur Franciscus Junino *in specul. Astronomiæ, c. 6.* ubi ad saturitatem.

Quarta qualitas est, ut convenienti corporis statura, 142
membrorum proportione, atque vultus comitate ornatur; *Defectus enim corporis defectū animi significat.* Galen. *lib. 2. de temperament.* minuitque auctoritatem, *cum populo irrisioni potius, quàm venerationi exponatur:* Frederic. Fur. Ceriol. *de Consiliar. c. 3. vers. Tertia, & seqq. In corporis equidem majestate auctoritatem nitil liquet:* Dur. de Pascol. *in Aulic. politic. propos. 43.* Jarosl. ab Smir. *de Consiliar. propos. 1.* Hanc qualitatem approbasse veritatem 143
infallibilem ex sacra pagina, constat in Moysis electione, *Exod. 2. 2.* D. Paul. *ad Hebræos 11. 23.* & in electione David *1. Regum 16. 12. Et pulcher aspectu, decorāque facie: & ait Dominus, unge eum, ipse est enim.* Aristotel. *lib. 4. politicor. cap. 4.* refert: *In Æthiopia Magistratus conferri pulchrioribus.* Seneca *lib. 1. de clemen. c. 16.* ait: *Ovem pulchriorem principatum obtinere:* quem sequitur D. Basilius *Homil. 8. in Hexamer.* Cujus rei duo exempla tradit Tacitus: primum in Galba *lib. 1. histor.* ibi: *Ipsa ætas Galbæ, & irrisui, & fastidio erat affectis inventa Neronis; & Imperatores, forma, ac decore corporis (ut mos est vulgi) comparantibus.* Secundo in Tito Vespasiano *eod. lib. 1.* ibi: *Augebat famam ipsius decor eris cum quadam majestate.* Bene Lucanus *in Farsal.*

Vultus adest verbis, facuisque incesta perorat.

Prosequuntur P. Marquez *in Gubern. Christ. lib. 1. c. 3. §. 2.* Don Laurent. Ramir. de Prado, *cap. 4. per tot.* Saavedra *symbol. 3.* Bene verum est, quod deformitas corporis suppleri virtutibus potest, ut idem D. Laurent. probat *ibid.* 144
in exemplis, *ad finem.* At in viris non vocatur forma, pulchritudo venusta, hæc enim ad mulieres spectat, quæ naturæ patrimonium ditissimum credunt, & amant. Ovid. *de art. amand. lib. 1.*

Delectant, etiam castas, præconia formæ,
Virginibus curæ est, gratæque forma suæ.

nam id in viris vituperatur, ut dixi §. 1. n. 92. sed corpo- 145
ris universi proportionata compositio, per quam decor augetur, atqui animi majestas commendatur. Qualis hæc esse debeat? tradunt relati superius: quibus adde Joan. Bapt. Porta *in lib. Physiognomia*, & Niquectium *de Physiognomia hum.* sed ultra omnes ad rem D. Laurent. Ramir. de Prado *d. c. 4. per tot. & in hoc ad sum.*

Quantum Reipublicæ interfit quòd digniores eli- 146

gantur, probant P. Marquez *in Gubern. Christian. lib. 1. c. 20. §. 4.* Bobadilla *d. cap. 5 num. 75.* Mastril. *de Magistrat. lib. 1. cap. 1. & 2. per tot.* Solorçano *de jur. Indiar. d. lib. 4. c. 4. in prin.* qui plures alios laudant. Pluribus etiam Barbos. *de jur. Eccles. univers. lib. 1. cap. 19. n. 155. & seqq.* Langleus *Semestrium d. lib. 7 cap. 10. per tot.* Petrus Gregor. Tolos. *de Repub. lib. 24. cap. 6. per tot.* Alex. Radens. *decis. 34. per tot. d. l. 1.* Solorz. *Embl. 45. cum seqq. & embl. 52. per tot.*

SECTIO TERTIA §. II.

147 *Cancellaria dupliciter sumi potest.*
Cancellaria sumitur pro ipso Pratorio, sive Senatu, ibid.
148 *Cancellaria propriè est scrinium cancellis clausum, destinatum expediendis negotiis Curiæ ad justitiam spectantibus.*
149 *Cancellariæ nomen impropriè tribuitur Regiis Auditoriis, sive Audientiis.*
150 *Cancellariæ Officiales, qui & quot sunt.*
151 *Regentis Cancellariam officii præstantia.*
152 *Cancellarius quis erat tempore Romanorum.*
153 *Cancellarii nominis derivatio.*
154 *Cancellariæ Aragoniæ esse debet Prælatus magnus vel notabilis persona Ecclesiastica secundum ordinationes domus Regiæ.*
155 *Vicecancellarii institutio, & n. 156.*
157 *Vicecancellarii officii præstantia, & magnitudo ampliata, & quare.*
158 *Vicecancellarii dignitas est prima post Regem in Corona Aragonum.*
159 *Vicecancellarius assimilatur gloriosissimo Quæstori Candidato, ex* Belluga, *& aliis.*
160 *Vicecancellarius assimilatur illustri Præfecto Prætorio.*
161 *Præfectus Prætorio quis, tempore Romanorum.*
162 *Vicecancellarius præfecto Prætorio similior, eo dempto, quod numquam præfuit militibus prætorianis.*
163 *Vicecancellarius est Assessor immediatus Principis.*
Vicecancellarius Jurisconsultus esse debet, ibid.
164 *Vicecancellarius esse debet oriundus à Regnis Corona Aragonum.*
165 *Doctores tractantes de Cancellario, & Vicecancellario.*
166 *Præfecti Prætorio officium dupliciter considerari potest.*
167 *Præfecti Prætorio officium, quomodo spectet ad Proregem.*
168 *Præfecti Prætorio officium, quomodo spectat ad Vicecancellarium.*
169 *Magister militum quis, & à quo institutus fuit.*
170 *Ad Proregem quæ pertineant tanquam Magistro militum.*
171 *Ratio instituendi officium Regentis Cancellariam.*
172 *Regens Cancellariam præsidet in Regia Audientia, & Cancellariam administrat.*
173 *Regens Cancellariam loco Vicecancellarii suffectus est ex foro, & pragmaticis.*
174 *Regentis munus primum est in Regno post Proregem.*
Regens præcedit omnes Magnates, Titulatos, Barones, ac Magistratus Regni, ibid.
175 *Vicecancellarius, & Regens Cancellariam jurare tenentur in ingressu officii in plena Audientia ex foro.*
176 *Vicecancellarius, & Regens præstant homagia, & juramentum fidelitatis Domino Regi, & successoribus in ingressu officii, quod à foro Aragoniæ dimanat.*
177 *Regens non solum jurat servare foros, sed etiam servari facere.*
178 *Regenti mittitur instructio privata à Domino Rege, per quam regulare debet officii exercitium.*
179 *Regens non potest sibi causam committere ex foro.*
Regens in omni Aula interventum habet, ibid.
Regens habet exercitium jurisdictionis civilis, & criminalis ibidem.
180 *Regens est Assessor Proregis, n. 180.*
Regens decidit contentiones jurisdictionis cum Officio sanctæ Inquisitionis, ac militia nostra Montesiæ interveniente pro Regia jurisdictione, ibid.
181 *Regens decernit commissiones ad creandos notarios per totum Regnum, n. 181.*
Regens sumit juramentum Officialium Togatis inferiorum, & ipsorum Togatorum absente Prorege, & Vicecancellario, ibid.
182 *Regens Cancellariam causas distribuit inter Senatores.*
Regenti communicantur cuncti supplices libelli per mandati scribas, & ipse il os decretat, ibid.
183 *Regens habet audientiam publicam in propria domo, ubi publicantur sententiæ Regiæ, & ad criminales, ad eam rei adducuntur.*
Regens executores commissarios nominat, ibid.
Regens usque ad certam summam de pecunia Fisci dispensat, concedendo chirographa, dicta libranças, *ibid.*
Regens est Tertius in causis contentionum, quæ inter Senatores suscitantur, ibid.
184 *Thesaurarii Locumtenens quis, & cui assimiletur?*
185 *Thesaurarii Locumtenens non potest esse ex ministris Togatis Senatus.*
Apud Thesaurariam, sive ærarium hoc fisci, solum adest pecunia quæ procedit ex pœnis, & maleficiis, ibid.
186 *Senatoria dignitatis antiquitas.*
Senatores non solum causas judicant, sed pluribus aliis negotiis interponuntur, ibid.
187 *Quæ negotia sint hæc remissivè.*
Sedendi modus in Senatu, vel extra inter Senatores observatus, ibid.
188 *Modus dicendi sententiam in Senatu, & extra.*
189 *Data paritate votorum Regens suffragium ferre debet; si autem ipse interfuit, ad Proregem defertur.*
190 *Senatores nostræ sacræ Regiæ Audientiæ, cui ex Magistratibus Romanorum assimilentur.*
191 *Duum viri litibus judicandis qui?*
Trium viri capitales qui? ibid.
Mastrilli *traditio impugnatur, ibid.*
Variè Judices Aulæ Criminalis apud Auctores nominantur, ibid.
192 *Senatus Romani auctoritas tempore Regum, Reipub icæ, & Imperatorum describitur.*
193 *Auditores nostræ sacræ Regiæ Audientiæ, verè Senatores sunt.*
Senatus noster Valentinus SACRI *titulo condecoratur ab antiquo, ibid.*
194 *Fisci patroni munus apud nos divisum.*
195 *Fisci Patronus, de quibus curare debet.*
196 *Patrimonialis Advocatus, de quibus rebus agere tenetur.*
197 *Regens præsidet in Senatu.*
198 *Antiquior præsidet in ea Aula, in qua Regens non reperitur.*
199 *Regente impedito antiquior de Senatu officium Regentis gerit.*
200 *Privilegium per quod hoc jus comprobatur.*
201 *Senator qui pro Regente habetur prærogativis ipsius fungitur.*
202 *Scribæ mandati qui, & quibus assimilentur?*
203 *Alguazelli ordinarii qui, & quibus assimilentur?*
204 *Procuratores Fiscales qui?*
205 *Scriba major Regiæ Curiæ quis, & cui assimiletur?*
206 *Adjutor Locumtenentis Thesaurarii quis, & quo utatur officio.*
207 *Scribæ registri qui, & quibus muneribus fruantur.*
208 *Lictores, apparitores, qui, & quibus assimilentur?*
209 *Familia inferior Regiæ Audientiæ, quæ extra fasces progreditur*

progreditur describitur.

210 *Alguazelli Regii extra ordinem duodecim, & quo munere fungatur.*

211 *Actuarii causarum civilium numero vigintiquatuor sunt.*

212 *Actuarii causarum criminalium sex sunt.*

213 *Commissarii Regii qui vocentur, & de eorum officio.*

214 *Lictores, Virgarii, sive ut dicimus, verguetes, qui, & ad quod instituti?*

Lictores isti non possunt alia injungere, nisi de commissione apparitorum ibid.

215 *Proxeneta, & praco, qui, & ad quod?*

147 AD specialia cujuscunque officii deveniendo, ut clarius Regentis Cancellariam officium explicetur, dupliciter *Cancellaria* nomen accipi posse supponendum est. *Primò* pro Senatu ipso, sive Curia suprema, aut Auditorio Provinciæ: ut tradit Covarru vias *practicar. quæst. cap. 4. num. 10. vers. Et hæc*: noster doctissimus Ludovicus Gomez Episcopus Sarmensis, Valentinus, *in præam. ad regul. Cancellar. quæst. 1. sub. tit. Episcoporum dignitas, vers. Solutio.* Solorçano *de jur. Indiar. lib. 4. cap. 3. num. 5. & seq.* & nos diximus *supra, num. 22.* quæ significatio
148 impropria est. *Secundò*, pro scrinio, seu peculiari loco cancellis clauso, expediendis, emittendisque provisionibus, quæ ad justitiam spectant; quæ significatio propria est, & in ea loquitur Joann. Papon. *in arrest. lib. 4. cap. 6. arrest. 1. & 2.* quod comprobatur ex traditis per Julium Cæsarem Bulenger. *de Imperat. Roman. lib. 2. capit. 23.* Hieronym. Laurent. *in Amalthea Onomastica, verb. Cancellarius.* Sed communiter quod parti congruit, toti adaptatur, signantur in Regiis Prætoriis Pinciano, & Granatensi, qui Cancellariæ nominantur. Scrinium illud cancellis clausum, ubi provisiones scribebantur, pars erat superiori loco collocata in Prætorio; ut patet in Icone Prætorii depicti apud VVolfgangum Lazium *in Comment. Reipub. Rom. lib. 2. capit. 1.* Per synecdochem enim à parte totum intelligitur (quæ figura non est à
149 jure incognita, ut probat Joan. Bellonus *in libello de figuris juris*) in dictis Prætoriis. At præstantia ipsorum non in nomine consistit, sed in usu Regii nominis; & sigilli, ut cum Parlador. dixi *dict. num. 22.* Quare dignitas nostri Senatus æqualis est cum eisdem Cancellariis, aut Prætoriis, nam in eo improprio significatu nostra sacra Regia Audientia verè, & propriè Cancellaria est.

150 Cancellaria autem formatur his officiis, Regente Cancellariam, qui est Caput, ac Præses ipsius; Thesaurario, sive Locumtenente ejus; judicibus, sive Senatoribus; Fiscali, Regii mandati Scribis (quorum unus est Locumtenens Protonotarii) Alguazellis ordinariis, Fisci procuratoribus, Adjutore Thesaurarii, Scriba majore criminum, Scribis registri, & Apparitoribus: qui omnes à Principe creantur. Sed ad formandam ipsam Cancellariam; cum dominus Prorex, vel Rex ipse, per Regnum incedit; usu receptum est, ut uniuscujusque officii alter, per se, vel per substitutum, reperiatur; hoc uno dempto, quòd qui munus Fisci Advocati gerit, etiam Auditoris munere fungatur.

151 Regentis Cancellariam munus adeo dignitate præstans est, ut ejus origo, & natura tradi nequeat, quin Cancellarii, & Vicecancellarii dignitates explicentur. Licet enim ad nos non pertineat de hoc agere, cum spectet ad regimen totius Coronæ, & solum hîc tractemus de speciali Regni gubernatione; tamen ut hæc percipiatur, cætera attingere præcisè debemus.

152 Cancellarius à principio non munus, seu Magistratus fuit, sed ministerium in aulis Principum. de quo Vopiscus *in Numerian.* VVolfgang. Laz. *in comment. Reipub. Rom. dict. lib. 2. cap. 4.* Buleng. *de Imperat. Rom. dict. lib. 1. cap. 23. & de Imperio Roman. lib. 8. cap. 50.* Covarr. *dict. cap. 4. num. 10.* sed postea frequenti Imperatorum communicatione, ita ejus crevit auctoritas, atque dignitas, ut primum gradum apud ipsos obtinuerit, ut hi Doctores tradunt, adeo ut Cancellarius Ecclesiæ solus sit Papa, probat ex Lancelloto, Azor, Petr. Gregor. Chassaneo, & Zechio, Barbos. *de jure Eccles. lib. 1. cap. 4. num. 95.* & ante eum nostras Lud. Gomez *ubi proximè*. In nostra Corona idem ferè contigit, ut cum Mieres, & aliis probant Olibanus *in usaic. alium namque, cap. 4. n. 39.* Portoles ad Molin. *verb. Vicecancellar. num. 4.* Cancellarius 153
autem sic dicebatur, quia intra domus Regiæ cancellos degens, à secretis summus Præfectus erat, vel quia in cellula cancellis munita chartas Principis scribebat, quod respicere videtur text. *in l. Consiliarios*, & ibi Gloss. *C. de Assessor. & domest.* Seu verius, quia curæ ipsius commissum erat, scripturas oculatè inspicere, & minus justas delere, & cancellare: probant Portol. *ubi prox.* Covartu. *dict. n. 10.* Anton. Fab. *in C. lib. 1. tit. 11. diffin. 1. in not. num. 5.* Calixtus Ramirez *de lege Regia, §. 10. num. 26.* Guid. Pancirol. *in notitia Orient. cap. 8.* In hoc enim creatum fuisse Cancellarium istius Aragonum Coronæ, testatur liber *ordinationum domus Regiæ*, per Dominum Petrum II. Regem prudentissimum confectus, qui servatur in officio Magistri Rationalis Regiæ Curiæ, in quo
154 clarè habetur, quod Cancellarius debet esse Prælatus magnus, vel persona notabilis Ecclesiastica. Is enim à principio solum se immiscebat in Consiliis secretis Principis, dum de re sanguinis non ageretur, Mieres *ad const. Catalon. cellat. 10. cap. 3. n. 10.* sed cum huic officio Præsules vacare facilè non poterant, tùm quia Curiam sequi relictis Ecclesiis illis denegabatur; tum etiam, quia in administranda justitia, de re sanguinis frequenter agi solet, in quibus ipsi intervenire nequibant; institutum
155 fuit Vicecancellarii munus, & suffectum loco Cancellarii
156 ut de eisdem curaret. Cujus officii amplitudo, cum Cancellario in substantialibus coæquata est, ut idem Mieres probat *ibid.* & patet ex *eodem libro ordinationum domus Regiæ.* Hoc uno dempto; quòd Prælatus Ecclesiasticus non sit, sed ex Jurisperitis sæcularibus desumatur.

Quare prima origo, ut dixi, hujus excellæ dignitatis, 157
fuit ex ordinationibus domus Regiæ, ut *Mier. Portol.* Oliban. & alii ex nostratibus narrant, & ex ipsorum libro desumitur non obscurè. Sed postea frequenti Regum nostrorum communicatione; Magistratus iste factus fuit amplissimæ potestatis, & jurisdictionis: ita ut sit primus administer, tam justitiæ, quàm gratiæ, in tota Aragonum Corona. Probant Mieres; Oliban. Molin. Portol. & Calixt. Ramirez *ubi sup.* Bulenger. *de offic. Reg. Gall. tit. de Vicecancellariis*, Gomesius noster *ubi prox.* & Barbos. *d. cap. 4. num. 95.* Cui autem officium 158
hoc, ex antiquis Romanorum correspondeat? non satis exploratum reperio. Belluga noster famosissimus Jurisconsultus *in specul. Princip. rub. 6. num. 6.* & Portoles *ubi proximè*, quos sequitur Ramirez *d. num. 26. in not. lit. Q.* gloriosissimum Quæstorem Candidatum esse dicunt; de quo *in l. 1 ff. de offic. Quæstor.* ibi: *Sanè non omnes Quæstores provinciis fortiebantur, verùm exceptî erant Candidati Principis: hi enim solis libris principalibus in Senatu legendis vacent.* Feneslell. *de Magist. Romanor. c. 3.* Pompon. Lætus *de Magistrat. c. de Quæstoribus.* Alexand. ab Alexand. *dier. genial. lib. 2. c. 2.* & *ibi* Tiraquel. Pancirol. *in notit. Orient. cap. 72.* VVolfgang. Lazius *d. tit. lib. 2. c. 14.* Bulenger. *de Imper. Roman. lib. 3. c. 15.* Qui quidem postea Assessor Principis factus fuit. *l. ult. C. de mandat. Princip. l. penult. in princip. C. de divers. rescrip. Authent. de mandat. Princip. §. 1. Edict. Justinian. 13. §. 1.* Bulenger. *ubi prox.* Amaya *in l. fin. c. 3. n. 1. C. de Decurion. lib. 10.* Sed officium Quæstoris magis adaptatur Thesaurario generali, eo quod omnes Quæstores dicti sunt à *quærendo*, & origo ipsorum à conquirendis pecuniis ærarii deducitur, ut omnes isti Doctores tenent.

Camillus Borrellus *in addit. ad Bell. dict. Rub. 6. lit. G.* 160
Præfecto Prætorio assimilari docet. Is enim à principio

etiæ

erat qui Militibus prætorianis, ac denique omnibus exercitibus, ac vectigalibus Imperii, à Cæsare præpositus erat; in quo statu permansit ab Augusto, usque ad tempora Alexandri Severi, qui ei tribuit Senatoriam dignitatem. Ejus enim officium in eo statu erat post Principem primum, *l. 6. C. de offic. Præfect. Prætor. Orient.* ita ut nullum reperiretur æqualis potestatis; vice sacra ubi-
161 que judicabat; Curiales coërcebat; & licet aliæ dignitates titulos habuissent præfinitos, ipse totum penè gerebat, & quidquid in Imperio erat, æquali modo tractabat; ab ejus sententia non erat provocatio, neque minoribus restitutio concedi poterat: *l. præcipimus 32. C. de appellation. l. 3. cum seqq. C. de offic. Præfect. Prætor. Orient.* Fenestell. *de Magistr. cap. 22.* Pompon. Lætus *c. de Præfect. Prætor.* VVolfg. Luzius *d. lib. 2. c. 2.* Rosinus *Antiquitatum Roman. lib. 7. cap. 33.* Bulenger. *d. lib. 3. c. 2.* qui principium hujus dignitatis Josepho Patriarchæ refert, ex Cassidoro *lib. 8. epistol. 20.* Sicut enim Tribunus Celerum Regi aderat, Legatus Consuli, Prætori Quæstor, Dictatori Magister equitum: sic Imperatori Præfectus Prætorio; ut cum Fenestell. & aliis tradunt Alexand. *lib. 4. cap. 23. ad fin.* & *ibi* Tiraquel. Pancirol. *in notit. Orient. c. 5.*

162 In hoc secundo statu certissimum est, Vicecancellarium nostrum illustrissimum, Præfecti Prætorio munere fungi, *d. l. præcipimus 32. C. de appellat.* ibi: *Virum illustrem Præfectum Prætorio qui in nostro est comitatu, virũ etiam illustrem Quæstorem nostri Palatii, sacris judiciis Præsidentes.* Est enim primus Magistratus à Principe, ejus
163 immediatus Assessor, sacri supremi Aragonum Senatus Præses, in eodem vice sacra judicat, à cujus decretis provocatio non est, quidquid in Corona est æquali modo pertractat. Tradunt ex Catalaunis Mieres *in d. collat. 10. cap. 3. per tot.* Oliban. *d. c. 4. n. 39.* Fontanell. *decis. 367.*
164 *num. 9. & seqq.* ex Aragonensibus Molinus *in Repert. verb. Vicecancellarius*, & Portol. *in scholiis ibid.* Bardaxi *in for. 1. num. 2. tit. de offic. Cancellar.* Calixtus Ramirez *de leg. Regia, §. 10. num. 11. & 23. cum seqq.* ex nostratibus Bellug. *d. Rub. 6. num. 6.* Ludovicus Gomez *in d. præam. q. 1.*
165 *per tot.* P. Mandriaga *de Senat. & Princip. cap. 3. vers. Siguese el Concejo*, ex aliis Covarruvias *d. cap. 4. num. 10.* Boerius *in tract. de auctor. Mag. Consil. num. 10.* Borrel ad Bellug. *d. lit. G.* Mastril. *de Magistr. in prælud. num. 50.* Faber *in C. dict. diffinit. 1. num. 5. in not.* Barbos. *d. cap. 4. n. 95. & in collectan. ad cap. nostrum, de officio Ordinar.* Saavedra *in symbol. politic. 56. in princip.* qui plures alios laudant.

166 Sed quoniam §. 1. *num. 11.* dixi Proregem assimilari Præfecto Prætorio; & *num. 162.* Vicecancellarium idem officium obtinere; & *n. 58.* Proregem comparari Magistro militum, id magis elucidandum venit. Ad quod supponendum est ex dictis, Proregem duplex munus obtinere, nempe Locumtenentis generalis Domini Regis, cui incumbit universalis jurisdictio in toto Regno, de qua §. *precedenti, Et in hac sectione 1. per totam*; & Ducis generalis, de qua *num. 58.* & ut divisio hæc percipiatur, origo ipsius muneris investiganda est. Summa rei militaris potestas in Republica Romana, exactis Regibus, per Consules administrabatur, *l. 2. §. exactis 16. ff. de origin. jur.* Fenestell. *de Magistrat. Romanor. cap. 7.* Pompon. Lætus *cap. de Consulibus*, Carol. Sigon. *de antiquo jure Roman. lib. 1. cap. 20.* Rosin. *antiquitat. lib. 7. cap. 9.* Alexand. ab Alexandr. *dier. genial. lib. 3. c. 3.* Bulenger. *de Imperator. Roman. lib. 1. cap. 1. & 18.* Consules per se bella gerebant, militibus imperabant, exercitusque præbant, quare Prætores appellari soliti fuerunt, ut ex *Festo, Justinian. Varron.* & aliis probat Rosin. *dict. lib. 7. cap. 11.* VVolfgang. Lazius *lib. 2. c. 1.* Bulenger. *de Roman. Imper. lib. 3. cap. 2.* Cum autem Consulatus annuus esset, si durante bello munus explebatur, imperium prorogari per Senatum solebat; tuncque Consules, Proconsules nominabantur, ut præter relatos, probat Bortel. *de Magistratib. lib. 1. cap. 12. n. 19. cum seqq.* (licet postea nomen Proconsulis ad officium speciale delatum sit,) Si autem milites Consulem ipsum condecorare cupiebant, primis temporibus nomine *Imperatoris* ipsum illustrabant, quod postea tribuebatur ei qui victoriam reportasset, decem millia hominum cædendo; Alexander. *lib. 1. cap. 2.* & ibi Tiraquell. Carol. Sigon. *dict. lib. 1. cap. 21.* Rosin. *dict. lib. 7. cap. 12.* Bulenger. *dict. lib. 1. cap. 1. num seqq.* Ob quod, summam totius belli apud Imperatores esse dicant omnes iisdem scriptores, quibus addendus Justus Lipsius *de milit. Roman. lib. 2. dialog. 12. in principio*, cujus nomen desumptum fuit ab Ætolis, ut cum Livio probat Bulenger. *dict. cap. 1. in principio.*

Julius Cæsar, Pompeii filiis devictis, nomen Im- 167
peratoris cum Dictatura, & Tribunitia potestate assumpsit perpetuò, Principatum erigens è Republica, quæ dignitas, tanquam suprema totius orbis, prævaluit post eum, ut notum est: tuncque Principes isti Præfectis, seu Prætoribus usi fuerunt ad res bellicas administrandas, quod ab Augusto inceptum esse testantur Doctores superius relati, & signanter Pancirol. *in notitia Orientis cap. 5.* Unde omnes præfati Scriptores de suprema totius rei militaris dignitate post Principem, sub nomine Præfecti Prætorio locuti sunt, ut ex Bulenger. & aliis probat Amaya *loco laudato superius, numer. 11.* Quod observatum fuit usque ad tempora Constantini Magni, ita ut Præfectus Prætorio, utplurimùm in comitatu Principis adfuisset, præsidendo Prætorianis militibus, & omnibus aliis, cui plures aliæ dignitates communicabantur, & Alexander Severus tribuit Senatoriam dignitatem, & ipsum constituit Præsidem sacrorum judiciorum, ut dixi *numer. 160. cum sequentibus.* At Constantinus, ut Præfectorum Prætorio potestatem frangeret, eo quod à Maxentii partibus steterant, Magistros militum creavit, quibus data fuit suprema belli potestas: explicant VVolfgang. Lazius *in commentar. Reipublic. Roman. lib. 4. capit. 9.* Pancirol. *in notit. Orientis, dict. cap. 5.* Bulenger *de Imper. Roman. lib. 3. cap. 12.* quatuor Præfectos Prætorio creans: unum Orienti, alterum Illyrico: tertium Italiæ, & Africæ; quartum denique Hispaniis, Galliis, & Britanniæ. Pancirol. *dict. cap. 5.* Bulenger. *dict. lib. 3. cap. 2. & 12.* Nec certum est, ut Amaya affirmat *in leg. ultim. num. 5. C. de Canonic. largit. lib. 10.* unquam Imperatores Præfecturam Prætorio ¶ divisisse usque ad Constantinum. Imò certissimum habeo, ipsum Augustum duos creasse, & post Tiberium plures Imperatores duos, tres, quatuor, & quinque creasse, ut ex Lampridio, Spartiano, & aliis probat Pancirol. *dict. cap. 5.* VVolfgang. Lazius *lib. 2. cap. 1.* Bulenger. *dict. lib. 3. cap. 2.* & factum ipsum testatur; nam ratio ob quam Constantinus Prætorianos exautoravit, Prætorio dituto, & Præfectos Prætorio, qui Prætorianis præessent, sustulit, ea fuit; nam Prætoriani Maxentii partes secuti fuerunt, quod utique fieri nequibat ab ipso Præfecto in comitatu Principis incedente, sed ab eis qui ad alios exercitus moderandos creabantur. Omnes enim scriptores de hoc articulo sub plurali locuti, de Præfectis Prætorio sublatis, fuerunt; sicque non unus, sed plures creabantur ante ipsum Constantinum. Bene verum est, quòd non habebant certam Provinciam, limites, vel Diœcesim, sicut post Constantinum habuerunt.

Quibus positis clarè liquet quomodo intelligendum 168
sit, quod diximus de Vicecancellario, & Prorege. Vicecancellarius enim assimilatur Præfecto Prætorio, dum sumitur pro illo Magistratu qui erat in comitatu Principis, sacris Imperatoris Palatii judiciis præsidens, de quo *in l. præcipimus 32. C. de appellat.* Prorex verò Præfecto Prætorio *unius ex quatuor illis Provinciis divisis per Constantinum*: & cùm eo tempore potestas

teſtas rei militaris diſcreta eſſet à Præfectura Prætorii & competebat Magiſtro militum, ut dixi, inde eſt, quòd poteſtas, quam habet noſter Prorex in re militari, non poſſit referri ad Præfecturam Prætorii, ſed ad Magiſterium militare, quod nos appellamus, *Capitania general*, atque adeo quando creatur Prorex, non ſolum Locumtenens Domini Regis, ſed Dux generalis in Regno efficitur. Plurali locutione de his muneribus Princeps loqui ſolet, & ipſe Protex per diſtinctos miniſtros uniuſcujuſque, res expedit, & nomine diverſo in unaquaque dignitate utitur *for. 57. Cur. ann. 1585.*

169 Per hanc enim poteſtatem Magiſtri militum, imperat Militibus, Ducibus, Centurionibus, cæteriſque militaribus, Præfectis, curat de Regni defenſione ab incurſu hoſtili, tam per litus maris, quàm per confines mediterraneos, de arcibus muniendis, de militari diſciplina conſervanda, tam in turmis equitum ad cuſtodiam oræ maritimæ per foros anni 1552. & 1604. inſtitutis, & de ſpeculis erectis, ut nares hoſtiles non lateant, conſervandis, atque muniendis, ob quod quatuor triremes confectæ fuerunt, de quo latè dominus Don Guillermus Raymundus Mora de Almenar noſtri Senatus eruditus Auditor (qui dum Deputati Regni pro brachio Militari munus gerebat, accuratiſſimè foros, & cætera jura patriæ ad Generalitatem ſpectantia compilavit,) *in compilat. fuor. Generalitat. rub. 58. per totam*; quàm militiam omnem Regni totius fovendo, ne hoſtes Regnum indefenſum invadere poſſint: ad quod antiquitus per Veſpaſianum Gonzaga Proregem inſtitutæ fuerunt decem legiones peditum, equitumque turmæ, quæ pronæ eſſent ad quamcumque hoſtilitatem removendam, per pragmaticas ſanctiones annorum 1575. & 1576. quæ legiones vocabantur *De la milicia efectiva*. Sed temporibus immutatis renovatæ hæ ſanctiones fuerunt annis 1597. 1629. & 1643. & demum poſt peſtiferum morbum anni 1647. nova forma data per pragmaticam anni 1650. qua octo legiones inſtitutæ: cujus rei utilitas non ſine gloria totius Regni fulſit in recuperatione arcis Dertuſenſis à Gallis occupatæ, & vindicatæ anno 1651. de quo alibi latius dicemus Deo dante. In his omnibus Prorex noſter exercet juriſdictionem militarem, tam in civilibus, quàm in criminalibus, *l. 2. C. de offic. Magiſtr. milit.* ibi: *Sciat igitur illuſtris magnificentia tua ſub ea, ſive civiliter, ſive criminaliter appetantur, eos litigare debere l. 3. eod.* cum aliis traditis per Doctores laudatos *ſupr. dict. num. 58.*

170 Sed ut revertamur ad noſtrum inſtitutum, ex dictis ſuperius *num. 152. cum ſequentibus*, clarè ſequitur, quod Cancellarius quem in urbe habemus, non eſt idem cum relato *dict. num. 152.* ſed diverſum officium habens, curans de judicandis contentionibus ſuſcitatis inter Regiam juriſdictionem, & Ordinarios Eccleſiaſticos, de quo *infra, capit. 7. §. 1. per tot.* In Cathalonia iſte Cancellarius qui contentiones dijudicat, præſidet in una Aula Senatus, ut Fontanella, & cæteri Catalauni tradunt; ſed apud nos ſolum de contentionibus curat.

Quibus animadverſis, ut jam ad noſtri Regentis Cancellariam munus deveniamus (cujus explicationem ſuſcepimus enodandam,) cum Vicecancellarius comitatum Principis ſequatur, præſidetque in ſacro ſupremo illo totius Coronæ Aragonum Senatu, tanquam Princi-
171 cipis immediatus Aſſeſſor; ut in qualibet Provincia ipſius Coronæ, aliquis adeſſet, qui munus ejuſdem Vicecancellarii limitare ad eam, gereret, ipſo abſente, vel impedito; ideo officium creatum, cui nomen datum fuit *Regentis Cancellariam*, & ipſum obtinens præſidere debet in Regia Audientia, Mieres *d. collat. 10. c. 3. num. 11.* quæ noſtro jure probantur *ex for. 4. de Cur. & Bajul. for. 117. de jur. omn. judic. for. 3. Curiar. ann. 1552. for. 7. Cur. 1585. privil. 28. Domini R. Alfonſ. 3. privil. 36. Domini R. Ferdinand. 2.* Nam Regens Cancellariam in omni hac diſpoſitione ſimul cum Vicecancellario apponi- 172
tur, ut ibi contenta exequatur, ſignanter *d. privil. 26.* ibi: *E ab preſidencia de noſtre Vicecanceller en ſon cas, é del Regent noſtra Cancelleria en lo ſeu.* Eiſdem fere verbis, dum de præſidentia noſtræ ſacræ Regiæ Audientiæ agitur, loquuntur Reges *in c. 1. & 7. Regia pragm. anni 1543. & cap. 1. & 2. prag. anni 1564.* quo etiam pacto loquitur Fontanella *deciſ. 183. num. 1. tom. 1.* Sicque præſtantiſſima eſt ejuſdem Regentis dignitas, & ſicut Vicecancellarius obtinet primam poſt Principem, ſic Regens poſt 173
Proregem: ita ut omnibus Magnatibus Titulatis, Baronibus, ac Magiſtratibus, præferatur ubique. Probant ad rem ipſe Fontanella *de pact. tom. 1. claus. 3. gloſſ. 1. n. 8.* Dominus Regens Vico *in prag. Reg Sardiniæ, tom. 1. tit. 2. cap. 3. in princ.* Xamar. *de offic. Judicis & Advocati, p. 1. quæſtion. 2. num. 50.* Sed ut ejus præſtantia magis elucefcat, ſpecialitates præcipuas ipſius muneris tradere decrevi.

Juxta *for. 4. de Cur. & Bajul.* ſicut Illuſtriſſimus Do- 174
minus Vicecancellarius jurare in plena Audientia tenetur, ſicut ut juret Regens Cancellariam forus ipſe ſanxit. Vicecancellarius in ingreſſu muneris præſtat ſacramentum fidelitatis, & homagia Domino Regi, & ſucceſſoribus ejus, juxta tradita per Molin. *in repert. for. Aragon. verb. Vicecancellarius, verſ. 2. in fin.* Sic pariter in Regente Cancellariam ex foro Aragoniæ, ut idem teſtatur, & apud nos uſu, atque praxi receptum eſt. Regens expreſ- 175
ſè jurat (non ſolum ſervare foros, & cætera jura patriæ, prout omnes Officiales (ſed etiam facere ſervari ea, ordinationes domus Regiæ, Cancellariæ, atque ſcribaniæ, cùm pragmaticis cenſualium, & privilegiis domus monetariorum. Signum evidens ſuperioritatis, & magnæ 176
juriſdictionis. Nulli officialium Regni, inſtructiones mittuntur, quibus ſe gubernare debet in adminiſtratione muneris, præterquam domino Proregi, & Regenti Cancellariam, cum epiſtola Regia ſibi directa, qua id præcipitur. Ipſam vidiſſe atteſtor, ſub data *diei 25. Septemb. 1652.* Regens, ſicut Vicecancellarius, non poteſt ſibi 177
cauſam aliquam committere, ſed aliis Senatoribus, quod ſcripſerat Mieres *dict. cap. 3. num. 12.* licet contrarium in Catalonia obſervari ſcribant Ferret. *3. par. obſervan. c. 80.* & Fontanell. *deciſ. 367. num. 12. tom. 2.* ſed apud nos prohibitum reperitur per *dict. privil. 28. d. R. Alfonſ. junct. cap. 9. gravamin. ann. 1604.* Sicque valde dubitarè, etiam urgente neceſſitate, poſſe contrarium uſu recipi. 178
Sententiæ, compoſitiones, proviſiones, aut quidquid aliud per Regiam Cancellariam expeditur, manu ipſius Regentis ſubſcribitur, non per modum rubricationis, ut cæteri Senatores exequuntur, ſed per modum ſubſcriptionis (dum non ſit de his, quæ per Proregem ſubſcribuntur, nempe in rebus gratioſis, edictis, aut commiſſionibus, in quibus juriſdictio conceditur:) quæ caventur *in c. 9. pragm. anni 1543.* In omni Aula interventum habet cum juriſdictione civili, atque criminali, *c. 8. pragm. anni 1607.* Eſt Aſſeſſor immediatus domini Proregis, cui 179
in omni negotio conſulere tenetur, ex tenore ſui privilegii. Contentiones juriſdictionis cum Officio ſanctæ Inquiſitionis, ſimul cum Inquiſitore antiquiori determinat: ac noſtræ Monteſianæ militiæ, ſimul cum Aſſeſſore ſeniori, ut tradam *infra c. 7.* Commiſſiones decernit ad creandos Notarios Regios per Regnum. In poſſe ipſius ju- 180
rant omnes Officiales inferiores Togatis; & impedito, vel abſente Prorege, & Vicecancellario, etiam Senatores in manu ipſius jurabunt, *c. 1. dict. pragm. ann. 1543.* (quod dubitatione non caret, eo quòd anno 1645. dum Princeps aderat in urbe, juravit dominus Don Antonius Ferret. in poſſe Regentis, præcedendo reſcriptum Regium: ſignum quòd virtute dictæ pragmaticæ, Senatus juramenti delationem dubitabat.) Cauſas diſtribuit inter 182

Senatores

Senatores, & cuncti ſupplices libelli ipſi per Scribas mandati communicantur in publica Audientia, quam in propria domo fovet, ubi ſententiæ Regiæ publicantur, & ad criminales, in eam rei adducuntur. Executores commiſſarios, tam Alguazellos, quàm Actuarios elegit, & uſque ad certam ſummam de pecunia Fiſci ſolutiones fieri mandat, chirographa, vulgò, *libranças*, concedendo. Et in contentionibus inter Senatores ſuſcitatas, Tertius eſt judex, caſu diſcordiæ. Regalias, & jura Regia tuetur, atque plurima alia ad Præſidentem ſpectantia exercere ſolet magnæ auctoritatis, & juriſdictionis.

183 Locumtenens Theſaurarii, ſicut Regens creatus fuit, ut exerceret in Regno ea, quæ ad Vicecancellarium pertinebant, ita inſtitutus fuit, ut gereret pertinentia ad generalem Theſaurarium, qui adeſt in Supremo. Iſte enim teſte Belluga *dict. rub. 6. n. 7.* & cum eo Borrel. *lit. H.* eſt vere Quæſtor ærarii, Varro *lib. 4. de ling. Latin.* Feneſtell. *d. cap. 3.* Alexand. *dict. lib. 2. cap. 2.* cum Tiraq. *ibi.* Roſin. *dict. lib. 7. antiquit. cap. 22.* Bulenger. *dict. lib. 3. cap. 15. in princ.* Habet enim interventum in Supremo in omni negotio regiminis, & gratiæ, ſoletque eſſe unus ex Magnatibus proximioribus Principi. In Regno enim Locumtenens ipſius, in ejus locum eſt ſuffectus, & eſt ad inſtar Quæſtoris provincialis, de quo Roſin. *antiquit. lib. 10. cap. 45.* Vvolfgang. Laz. *dict. lib. 2. cap. 14.* ſed non ut inſit Borrel. *ubi ſup.* penes ipſum eſt tota pecunia Regis: nam pertinens ad Patrimonii ærarium, apud recep-
184 torem Bajuliæ generalis adeſt, ut dicam *infra*, §. 4. & ad militiam (cujus ærarium propriè *Magazium* appellabatur, ut ex Tacito probat Vvolfgang. Laz. *dict. cap. 14.*) apud ſpecialem Quæſtorem, vulgò *pagador*. Theſaurarii enim Locumtenens ſolum præeſt fiſco, (de quo Bulenger. *dict. lib. 3. cap. 26.* Don. Franciſc. Amaya *ad Rub. de jure Fiſci, n. 10. lib. 10.* qui differentiam ærarii, ac fiſci bene tradit, ſed melius quoad nos noſter Belluga *in ſpecul. rub. 28. num. 4. & ſeqq. ex l. 2. §. hoc interdictum, ff. nequid in loco publ.* Vvolfgang. Laz. *dict. lib. 2. cap. 14.*) Nec omnino, nam ſolum exigit pœnas fiſco applicatas, & quidquid ratione criminis, vel quaſi fiſco debetur. Olim uni ex Senatoribus Regiæ Aulæ criminalis munus hoc tribui poterat, & aliquando ſolebat; ſed nunc prohibitum eſt per *for. 52. Cur. ann. 1604.* Juriſdictionis exercitium non habet, niſi uno in caſu, nempe exactionis debiti fiſcalis, ex contractis cum ipſo, quo commiſſiones per ſe ſolum expedit proprii muneris ſigillo munitas. In aliis verò pecunias exigit, & ſolvit in rebus fiſci, & interventum habet in Senatu ab antiquo ad res fiſci tantum; noviſſime ad res omnes regiminis, & gratiæ, dempta propoſitione Candidati, ut dixi *num. 68.* Secundum locum obtinet in Senatu poſt Regentem Cancellariam, vel antiquiorem, domino Regente, abſente, vel impedito.

185 Senatoris dignitas æquè antiqua eſt, ac ipſe Senatus. Hujus origo apud Romanos Romulo tribuitur, Feneſtella *de Magiſtrat. cap. 1.* Pompon. Lætus *cap. de poteſt. Senatus, & plebis.* Alexand. ab Alex. *lib. 4. cap. 11.* & ibi Tiraquel. de quo ſcripſere plures ex relatis *ſupr. num. 18.* quibus addo noſtrum Valentinum, ac religioſiſſimum, eruditum P. Mandariaga *lib. de Senat. & Princip. cap. 1. & 2.* Bulenger. *lib. 3. cap. 10.* Sed ut facilius percipiatur munus Senatorum, antequam tradamus, cui officio Ro-
186 manorum Auditores noſtri Senatus aſſimilentur, juriſdictionem quam habent explicare neceſſe eſt. Cauſas omnes, Senatores hujus Cancellariæ judicant, de quibus ſupra ad Senatus cognitionem ſpectare, dixi *nu. 26. & ſeqq.* juxta diſtributionem Aularum. In rebus gubernationis politicæ, atque œconomicæ poteſtatis, Prorogi conſilium impartiuntur, & ipſi Principi cum caſus adfert, vel quia in Regno reperitur, vel quia informare Senatum jubet de aliquo negotio ſibi expoſito, prout quotidie fit. In cauſis generalitatis Regni, & urbis Valentiæ, licet judices non ſint, Conjudices eſſe ſolent, ut dicam *infra cap. 6. §. 3.* In cauſis patrimonialibus, ad appellationes Aſſeſſores aſſumuntur, tradam *hoc eodem capite, §. 4.* In cauſis rationum rerum Patrimonialium, Conſultores ex Senatu deſignantur, ut *ibidem* dicam. 187
In contentionum cauſis cum juriſdictione Eccleſiaſtica ordinaria, licet conſultivè, interventum habent Civiles, & ſuo in caſu Criminales, de quo *infrà, cap. 7. §. 1.* Cum delegatis Eccleſiaſticis proceditur in Senatu per citationem ad bancum Regium, modo *ibidem* tradito. Violentias, & oppreſſiones, tam Eccleſiaſticorum, quàm Baronum, obviant medio recurſu, ut *ibid. & cap. 6. §. 1.* explicabo. In cauſis fidei, Conſultores ex Senatu deſumuntur, tradam *cap. 7. §. 3.* In cauſis exemptorum jus dicunt, ut *tod. cap. 7. §. 1.* oſtendam: ad res bellicas, ſive ad judicia Capitaniæ generalis Auditor ex Senatu legitur: ad Aſſeſſorias inclytæ militiæ Monteſiæ, Senatores deſtinantur, ſicque nulla ferè res eſt, quæ hoc, vel illo modo ipſis non deferatur.

In rebus, ſive cauſis ad Senatum evocatis procedunt 188
per deliberationem Regii Conſilii, deſumpta concluſione in unaquaque Aula, quæ ad minus tribus Senatoribus intervenientibus fieri debet, niſi in rebus exiguis, nempe ducentarum librarum æſtimationem non excedentibus, quæ per unum Senatorem expediri poſſunt, & quadringentarum per duos, *cap. 6. pragm. ann. 1607.* per noſtrum textum confirmatæ. Sedendi modus juxta antiquitatem ordinatur, ſine differentia Civilium, vel Criminalium, *cap. 1. pragm. ann. 1564.* Suffragandi verò in qualibet Aula, incipiendo à Relatore cauſæ (ſublati enim Relatores exteri fuerunt per *for. 7. Cur. ann. 1604.* & hoc munus Senatoribus additum:) demum per no-
viores, & poſt antiquiorem Regens. In Aula criminali 189
fiſci Patronus poſt omnes Senatores ſuffragium præſtat, & ultimò Regens, *cap. 17. pragm. anni 1545.* In cauſis autem quæ per deliberationem trium Aularum expediuntur, ordine converſo ab antiquioribus reſervatis (ſi res gratiæ, aut gubernii ſit) Locumtenentis Theſaurarii, ac Regentis ſuffragiis, ita ut Regens ſemper ultimus ſit, & ſumma cum ratione hoc inductum, ne alios auctoritate muneris ad ſuam ſententiam trahat. Hoc in Senatu: extra verò in concione particulari (vul- 190
gò *junta*) ſi omnes de conſilio ſint, eadem forma obſervatur; ſed extraneo ad eam vocato à novioribus, reſervato ſemper Regentis ſuffragio, niſi adſint de Supremo, quia tunc poſt reſervatum Regentis ſuffragium domini de Supremo ſententiam dicunt. Quod Regio reſcripto anni *1653.* definitum eſt. Data paritate votorum inter Senatores, Regentis votum ſubintrat, ſed ſi ipſe interventum habebat, Prorex ſententiam dicit, ut ſequatur ea cui accedit: quæ omnia probantur per plura capita *pragmaticarum*, confirmata per *for. 31. Cur. anni 1564.*

His prælibatis videamus cui Romanorum officio cor- 191
reſpondeant hæc munera. Quoad partem ſpectantem ad univerſalem Regni gubernationem, certiſſimum credo Senatoriæ dignitati aſſimilari. Quoad judicialem, ut rectius percipiamus Doctorum tradita, diſtinguendi ſunt Civiles à Criminalibus. Civiles enim *Duumviri* litibus dijudicandis Præfecti appellantur à Surgen. *de Neapol. illuſt. cap. 26. num. 25.* Maſtril. *de Magiſt. lib. 5. c. 8. n. 52. cum ſeqq.* Quæ ſententia ſuſtineri non poteſt, nam Duumviri erant Magiſtratus municipales temporarii, qui judicabant uſque ad certam ſummam, Carol. Sigon. *de jur. Ital. lib. 2. cap. 4.* Bulenger. *de Imper. Roman. lib. 7. cap. 9.* quare nec noſtris, Neapolitanis, aut Siculis congruere poteſt; nam licet Siculi temporalia officia obtineant, nempe ad biennium, non habent limitatam poteſtatem, ut ipſe Maſtril. docet. Quare potius crederem hos Doctores loqui de *Decemviris*, de quibus *in l. 2. §. deinde 29. ff. de orig. jur.* Bulenger. *lib. 5. cap. 26.* Sed neque iſti eſſe poſſunt (licet in aliquibus aſſimilari non negamus) ex traditis à Roſino *dict. lib. 7. cap. 30. & lib. 9.*

cap. 14.

cap. 14. eo quod exercebant centum virilia judicia de quibus præter adductos per eundem Rosinum, *ibidem*, VVolfgang. Lazius *in commen. Reipub. Rom. lib.* 3. *c.* 10. *in princ.* Isti enim non de facto, sed de æquitate judicabant, & non generaliter, sed in certis negotiis, ut ipsi scriptores tradunt; Senatores verò nostri Senatus, tam de facto, quàm de jure, vel æquitate jus dicunt.

Criminales verò *Triumviros capitales* esse ait Mastril. *ibid. ex dict. l.* 2. §. *deinde* 29. A principio Duumviri capitales creati fuerunt, ut quæstionem de Horatio fratricida haberent, Feneſtella *dict. cap.* 5. Pomponius Lætus *c. de Duumviris.* Postea ad Triumviratum numerus pervenit, *Qui custodiam carceris haberent, ut cum animadverti oporteret, interventu eorum fieret. dict. l.* 2. §. *deinde* 29. Sed neque isti Senatoribus criminalis Aulæ assimilantur; nam non adhibebantur generaliter ad omnes reos puniendos, *sed vilibus, & abjectæ tantum conditionis hominibus, & quæstionibus.* Rosin. *dict. lib.* 7. *cap.* 27. quod comprobatur ex traditis à Feneſtell. *dict. c.* 5. Alexand. *lib.* 3. *cap.* 16. & ibi Tiraquel. Nostri enim Senatores de Primatibus, Titulatis, Baronibus, Nobilibus, atque omnibus aliis cognoscunt, dixi *supr. num.* 29. Prætores Curiæ esse, Don Joannes Baptista Larrea tradit *allegat. fiscali* 52. Sed neque Prætores sunt, nam hi à principio non cognoscebant de judiciis publicis, sed privatis tantum præerant. Et quando quatuor creati ad judicia publica, unusquisque de speciali crimine curabat, unus de repetundis, alius de ambitu, tertius de Majestate, quartus de peculatu. Tradit Rosin. *d. lib.* 7. *c.* 11. vident. Bulenger. *lib.* 5. *de Imper. Roman. c.* 1. Nostri Senatores tam de publicis, quàm de privatis judiciis, cognitionem habent, sine alicujus criminis distinctione. Solorçano *de jur. Indiar. lib.* 4. *c.* 5. Quæstores criminum nuncupat, quod
192 quamvis referatur Quæstoribus, sive Quæsitoribus parricidii, de quibus VVolfgang. Laz. *d. lib.* 2. *c.* 14. neutiquam affirmari potest: Rosin. *dict. lib.* 7. *cap.* 37. ibi: *Eorum Magistratus non fuit ordinarius, sed extraordinarius. Cum enim Consules de capite Civis Romani, injussu populi, jus dicere non possent; idcirco quoties usus postulabat, ex Senatus consulto, vel Dictator, vel Consulum alter, ambove, vel Prætorum aliquis, de crimine publico quærere jubebatur qui jussus erat, is Quæsitor dicebatur.* Itaque Quæstores erant adinstar Judicum commissariorum ad speciale judicium, Bulenger. *lib.* 5. *cap.* 27. Cum autem apud nos
193 Senatores, jus dicant in omnibus nomine Principis, Senatoriam dignitatem habere, tam Civiles, quàm Criminales, quoad omnes partes dicendum est. Senatus siquidem Romanus, tempore Regem sic judicabat, Pompon. Lætus *ubi proxim.* ibi: *Rex ad Senatum referebat; Senatus de omni re cognoscebat, & suffragium ferebat, & quod visum pluribus fiebat.* Tempore Reipublicæ omnia per Senatum agebantur, Feneſtell. *cap.* 1. & sic vocabatur
194 Consilium orbis terræ, Bulenger. *de Imper. Rom. lib.* 3. *cap.* 10. Tempore Imperatorum quoties ipse judicabat, Senatores in Consilio vocabat, Bulenger. *de Imperator. Rom. lib.* 3. *cap.* 8. & *de Imperio lib.* 5. *cap.* 24. Alexand. *d. lib.* 4. *cap.* 11. Rosin. *antiquit. d. lib.* 7. *cap.* 6. Carol. Sigon. *d. lib.* 2. *cap.* 18. *vers. Satis igitur*, VVolfgang. Laz. *comm. Reipub. lib.* 2. *cap.* 12. Nos enim sub Monarcha vivimus, & sic vel sumatur Senatus prout tempore Regum, vel Imperatorum, quæ de ipsis scripta sunt, nostro Senatui conveniunt. Quare dicendum verè, & propriè Senatum creatum fuisse cum speciali prærogativa tituli SACRI, quod *ex for. unic. in extravag. encorporatio, fol.* 61. & *privil.* 11. *Regis Ferdinandi* 2. *in extravag. fol.* 237. probat dominus Leon *in præfatione ad Lectorem, tom.* 1. *decision. pag. mihi* 4. quod approbante suprèmo Senatu observatur in omnibus sententiis, literis, & decretis.

195 Fisci Regii Patroni in nostro Senatu duo sunt; unus ad quæstiones criminum, jurisdictionemque Regiam tuendam; alius ad ærarium, sive Regium Patrimonium defendendum, de qua distinctione bene Mastril. *d. cap.* 8. *num.* 66. qui sint isti? videamus; Mastrillus *ibid. num.* 63. ait, Fiscalem esse *Quæstorem parricidii*, de quo dubito, quia, ut dixi, iste quærebat de capitalibus sibi commissis, Feneſtel. *cap.* 3. Alexand. *lib.* 2. *cap.* 2. Rosin. *de lib.* 7. *cap.* 37. Carol. Sigon. *de antiq. jure Rom. lib.* 2. *cap.* 18. *vers. Ad quæ judicia*, Bulenger. *lib.* 5. *cap.* 27. quæ ad fisci Patronum numquam spectant. Quare potius 196
crederem idem nomen in hoc Migistratu conservari, de quo *in l.* 1. *& tot. tit. C. de Advocat. Fisci*: nam officium Patroni Fisci institutum fuit ab Adriano Imperatoro, ut testatur Mastril. *num.* 64. Volaterran. *de Magistrat. Romanor.* Bulenger. *d. lib.* 3. *cap.* 36. *in fin.* vel à Marco Antonino Philosopho, ut probat Rosinus *d. lib.* 7. *cap.* 36. videndus omnino VVolfgang. Lazius *dict. lib.* 2. *cap.* 13. qui elegantissima verba Cassiodori *lib.* 1. *variar. formul.* tradit, memoriæ mandanda. Isti enim non inter Senatores annumerantur, quamvis sint de Senatu: tradunt plura ad rem, Alfaro *de offic. Fiscalis, per tot. tract.* & Don 197
Joan. Baptista Larrea *allegat fiscal.* 1. *p. allegat.* 1. *& ferè per tot.* Don Francis. Amaya *in tit. C. de jur fisci, lib.* 10. ex nostratibus Belluga *Rub.* 33. *per tot.* Distributio muneris ita concepta fuit, ut Fisci patronus curet de criminibus accusandis; & de pœnis exigendis, de jurisdictione Regia tuenda. Patrimonialis verò de Patrimonio Regio, & ærario, de vectigalibus exigendis, cunctisque juribus Regiis in rebus civilibus tuendis, notat idem Belluga *dict. sub.* 28. *n.* 4. & Mastril. *d. n.* 66.

In hoc Senatu præsidet Dominus Regens: nam non 198
solum est Præses illius Aulæ, in qua versatur, sed totius Consilii, ut expressè cavetur *in cap.* 8. *prag. anni* 1607. per nostrum *forum* confirmatæ, sicque interventum habet ad libitum in Aula, quam eligit; sed frequentius in Aula criminali versatur, ut dixi. Cum autem reperitur in una, in aliis intervenire nequit: tuncque antiquior illius Aulæ præsidet, & ita in conclusionibus adnotatur juxta ipsius *Pragmaticæ* sanctionem. Si autem Regens ab- 199
sentia, vel valetudine impediatur, antiquior de Senatu vices ipsius sustinet, ut cavetur *cap.* 2. *pragmat. anni* 1541. indistinctè, an Criminalis, vel Civilis sit; nam semper ad antiquiorem defertur. Quod practicatum pluries vidimus: nam dominus Don Raymundus Sanz (qui tunc 200
officium Locumtenentis Thesaurarii obtinebat, ante forum superius memoratum) & Dominus D. Petrus Rejaule, qui ex antiquioribus erant in Aula Criminali versando, & tamen quoties casus obtulit, Proregentis munus exercebant. Hæc autem dispositio confirmata reperitur speciali privilegio, quod tradere decrevi, eo quod non est in corpore nostri juris clausum, & est tenoris sequentis.

CAROLVS IMPERATOR, &c.

ET pro sua Majestate Maria, eadè gratia, &c. Spectabili, 201
nobili dilecto Consiliario, & Regenti Locumtenentiæ in Regno Valencia, Joanni Laurentio de Villarasa salutem, & dilectionē. Tametsi ex tenore Regiæ pragmaticæ ultimò editæ super celebrationē Regiæ Audientiæ, in isto Valentiæ Regno prædicto, & alias sufficienter provisum sit, quòd absente, vel legitimè impedito Regente Regiam Cancellariā, antiquior ex Doctoribus dictæ Regiæ Audientiæ præferatur reliquis Doctoribus dictæ Regiæ Audientiæ, & vices dicti Regentis Cancellariam plenissimè gerat; ad omne tamen dubium tollendū, hæc serie de certa sciētiā, auctoritateque plenaria, qua fungimur, dictam Pragmaticam, si & quatenus opus sit, integrā, & illesam consentes, & pro illius executione, & aliās pro debito justitiæ cultu, vobis dicimus, & mandamus pro prima, & secunda jussionibus, quatenus antiquiorē ex dictis Doctoribus, Regiæ Audientiæ prædictæ, vices dicti Regentis Cancellariā, absentis, vel legitimè impediti, regere, & exercere faciatis, & cum eo, & aliis etiā Doctoribus præsentibus, & futuris, in omnibus causis, & negotiis in quibus dictus Regēs intervenire deberet, & posset, procedatis, & justitiā, qualem decet, administretis, juxta provisionem nostram vobis seorsum transmissā

super dicto munere Regentis Locumtenentiam generalem prædictam. Nos enim omnia, quæ per dictum antiquiorem ex Doctoribus prædictis, ex officio, seu aliàs, per vos cum ejus voto, & assistentia, tanquam Regentem ipsam Cancellariam, provisa fuerint, auctoritate prædicta, quatenus operetur, ratificamus, & approbamus per præsentes. Dat. in oppido Vallisoleti die 17. mensis Decembris ann. à Nativitate Dñi 1550.

LA REYNA.

Vt De Coll Vicesantel.
Vt Camacius Reg. *Vt Vrgelles Reg.*
Vt Gingina Reg.

In Curia Locumtenent. general. Val. 9. fol. 174.

Quibus positis cessat distinctio, de qua Fontanella
202 *d. decis.* 183. *num.* 4. nam tam intra, quàm extra Consilium, omnia ad Regentem pertinentia operatur antiquior, fruiturque omnibus illis prærogativis, quibus ipse fruitur, ut observantia plurium annorum, validisque rationibus probat Dominus Avunculus Don Petrus Sanz (cujus scripta prælo dignissima sunt, tótque laudibus condecoranda, quantis ipse doctissimus Senator dum vixit meruit illustrari; conjunctio sanguinis calamum tenet, aliqua prælibavit Josephus Ramon *consil.* 23. *num.* 30. succedant ea loco elogii quod charissimo Avunculo debere fateor) in consultatione doctissima, quam scripsit in dubio suscitato per Dominum Don Joannem Hieronymum Blasco Regentem, super *averiis*, sive xeniis pœnæ impositæ Raphaëli Garcia de Salat, Militi, cujus exemplar adest *in prima tom. consul. dicti Domini Don Petri Sanz, consul. ultima.*

203 Nunc aliqua de officiis familiæ breviter dicamus. Regii mandati Scribæ antiquitus tres tantum fuere, noviter quartus additus est. *Hi enim loco Secretariorum* habentur, de quibus Vvolfgang. Lazius *dict. lib.* 2. *cap.* 4. Bulenger. *de Imperat. Rom. lib.* 3. *cap.* 9. ibi: *Prudentes, & intelligentes, ac fideles viri qui PRÆCEPTA Regia, absque immoderata cupiditatis venalitate scriberent, & secreta fideliter custodirent.* Verba quidem, per quæ potius monitio procedendi, in muneris administratione, quàm definitio ipsius explicatur. Participant etiam naturam Referendariorum, de quibus idem Bulenger. *de Imper. Roman. lib.* 4. *cap.* 14. ibi: *Scriniorum dispositionem tractabant, supplicum desideria, aut Judicum consultationes Principi insinuabant, & responsa data consulentibus mittebant, quæ dicta, MANDATA.* Amaya *in l. ult. n.* 20. *C. de Canon. largit. lib.* 10. Possunt etiam dici *Magistri libellorum*, eo quod libellos accipiant, ac decreta scribant ipsorum, Guid. Pancirol. *in notit. Orient. cap.* 116. qui latè, & benè; Don Francisc. Amaya *in l.* 15. *&* 34.
204 *num.* 37. *cum seqq. C. de decur. lib.* 10. Sunt enim post Togatos primi in officii præstantia, solent eligi ex Ordine militari, per eos sententiæ, ac vota Senatus, sive conclusiones scribuntur, sententiæ, & decreta publicantur; expensæ taxantur, salaria apud ipsos deponuntur, cæteraque perficiunt ad Secretarii munus spectantia, in secreto Senatus interveniendo. Unus eorum est Locumtenens Protonotarii Coronæ Aragonum, cujus officium Primicerio Notariorum comparatur, de quo Pancirol. *in notit. Orient. c.* 92. Vvolfgang. Lazius *lib.* 2. *c.* 4. noster Belluga *dict. Rubr.* 6. *num.* 60. & ibi Borrel. *lit. N.* Mastril. *de Magistrat. dict. lib.* 5. *cap.* 12. Bulenger. *de Imper. Rom. lib.* 1. *cap.* 14. *lib.* 3. *cap.* 22. *& lib.* 4. *cap.* 4. Iste enim sigillum Regium servat, de quo latè Bulenger. *de Imperat. Rom. lib.* 2. *c.* 10.

205 Sequitur ordine Alguazelli officium. Ordinarii duo sunt, quorum officium magnum est, ut benè probat Zurita *in Annalibus Aragon. tom.* 1. *lib.* 3. *cap.* 70. adeo ut militibus dari debeat, *for.* 121. *de jur. omn. jud.* Rex enim Petrus Secundus suo Regio privilegio, dato Perpiniani *die* 20. *Septembris* 1372. Raymundo de Villanova militi (quem vocat Consiliarium, & Algnazellum suum,) castrum de Castalla, cum omni jurisdictione, mero, ac mixto imperio donavit; ex quo deprehenditur præstantia muneris: nam præter splendorem sanguinis, quo fruebatur illustrissima hæc familia, Consiliarii Regii titulus clarè profert. Habebant enim jurisdictionem in familia Regia, *for.* 114. *cum seqq. de jur. omn. judic.* Decreta Regia exequebantur, fontes persequebantur, noctu vigilabant, fures, raptores, ac cæteros criminosos quærendo, & quod magis est, eis causæ per Cancellarium, Vicecancellarium, vel Regentem Cancellariam committebantur, *for.* 117. *de jurisd. omn. judic.* Hodie enim, dempto hoc, potestatem ad omnia alia habent; nam fori prædicti nullatenus revocati reperiuntur; ob quod, juxta tradita per Mastrillum *de Magistratib. lib.* 5. *cap.* 8. *num.* 103. Præfecto vigilum assimilari videntur, de quo Feneštell. *de Magistratib. cap.* 24. Bulenger. *lib.* 5. *cap.* 11. Fruuntur etiam alia prærogativa, nam Lictores, sive Satellites, quos *Verguetes* nominamus, creant, *for.* 35. *Cur. anni* 1564. & in posse ipsorum jurant.

Demum Procuratores fiscales, de quibus *in l. unic.* 206
C. de condict. & procurator. lib. 11. Bulenger. *de Imper. Roman. lib.* 3. *cap.* 36. *in fin.* Sed verius credo ibi non loqui de his procuratoribus fisci, ut ex *textu* apparet; sed isti sunt actores, de quibus idem Bulenger. *dict. lib.* 5. *cap.* 25. Mastril. *dict. cap.* 8. *num.* 89. *cum seqq.* Nec dissentit Amaya *in l.* 4. *n.* 1. *& seq. C. de exact. tribus. lib.* 10. Didacus Narbona *in heregr. jur. hera.* 7. *num.* 31. *vers. juxta.* In Regnis Castellæ fisci Patronus, & Procurator idem est, ut ex Alfaro, & Larrea colligitur *ubi supra, numer.* 195. Apud nos enim distincta hæc munera sunt. Sapiunt, & ista naturam *Curiosorum*, de quibus Vvolfgang. Lazius *in Comment. de Repub. Rom. lib.* 4. *cap.* 3. *in fin.* nam ex Apuleio tradit, *Curiosum*, delatorem esse, (quamvis, ni fallor, non publicè, sed secretè, ea quæ in Provinciis cernebant, accusare Principi soliti fuerunt.) Procuratores isti nomine fisci, ubique agunt, reos accusant, condemnari instant, pœnas fiscales exequi procurant, & in quacunque lite nomine Principis intervenium. Duo enim sunt qui *Fiscales* nuncupantur, & de his curant, quæ respectivè ad munus fisci Patroni pertinere dixi; & unus Patrimonialis, qui de his quæ Advocatum patrimonialem, ut dicemus *infrà*, §. 3.

Deinde Scriba, aut Actuarius major causarum cri- 207
minalium, qui apud nos. *Cap. de taula de la Real Audiencia Criminal.* vocatur, apud Siculos Magistrum notarium esse, Mastrillus tradit *d. c.* 8. *n.* 92. sed mihi videtur correspondere ejus munus *Tribuno notariorum*: nam antiquitus Tribuni eorundem nominabantur, eo quod aliis sub se scriniariis præerant, cùm Militia forensis, & litteraria vocaretur, quia armatam imitabatur. Vvolfgang. Laz. *dict. lib.* 2. *cap.* 10. Bulenger. *lib.* 5. *cap.* 43. *in fine.* Iste enim est præcipuus Actuarius criminum, de servandis processibus curat, *cap.* 10. *prag. ann.* 1637. de notandis accusatis per fiscum, *cap.* 12. *pragm. anni* 1566. de adnotandis fidejussoribus ad favorem fisci receptis, instrumentis pacis, & treguæ, mandatis pœnalibus, aliisque pluribus per dictas Regias pragmaticas dispositis, scribendis in suis libris. Ipsi enim committuntur causæ criminum graviores (licet rarò) atque taxationes expensarum criminalium, signanter ea quæ ad scripturam pertinent. Chirographa etiam conficit, quibus solvere Thesaurario mandatur expensas fiscales, vulgò appellata, *libranças*, confessiones in dorso ipsorum chirographorum ad favorem fisci recipit, & Actuariis causarum criminalium Præpositus adest.

Postmodùm Adjutor Locumtenentis Thesaurarii, 208
quare adjutor Quæstoris appellari potest: nam apud Romanos in usu fuit Magistratibus superioribus Adjutores dare. *l. in sacris, C. de proxim. sacror. scrin. lib.* 12. Pancirol. *in notit. Orient. c.* 12. Bulenger. *d. lib.* 3. *c.* 14. curat enim de rebus exiguioribus ad Fiscum pertinentibus, de conscribendis libris rationum, de solutionibus apud Tabularium

Tabularium faciendis, atque apochis de recepto ad favorem fisci recipiendis.

209 Demum duo Scribæ registri, qui *Regendarii* appellari possunt, nam ut Pancirol. docet *in not. Orient. c. 18. Regendarius dicebatur, quòd ea scripta regeret seu in codicem conferret.* Seu symbolographi, nam hi registratores erant, teste Vvolfgang. Laz. *d. lib. 2. c. 4.*

210 Denique duo Apparitores, qui sicut antiquitus virgas cum securibus ante Magistratus deferebant, fasces argenteas, vulgò *Mazas*, cum insigni Regio gestant quando Senatus publicè incedit. Pomponius Lætus *de Magistrat. Roman. cap. de Majest. Reg.* VVolfgang. Laz. *lib. 2. cap. 4.* Rosin. *dict. lib. 7. cap. 48.* Bulenger. *lib. 6. cap. 18. & 21.* Isti enim decreta Senatus, & acta litigantium injungunt; quod nemini licet, nisi de commissione ipsorum.

211 Dixi de officiis Cancellariæ, nunc de reliquis familiæ Senatus qui extra fasces incedunt Primi sunt duodecim Alguazelli Regii extra ordinem creati per *for. 16. Cur. anni 1585.* de quorum officiis Bobadilla *lib. 1. c. 13.* Dominus Leon *decis. 34. per tot.* isti enim executiones sententiarum perficiunt, fontes persequuntur, malefactores capiunt, atque Judicum mandatis parent.

212 Deinde Actuarii causarum, tam civilium, quàm criminalium, de quibus Carol. Sigon. *lib. 2. de jur. antiq. Rom. cap. 15. verf. De Scribis:* Bulenger *lib. 6. c. 57.* Rosin. *d. lib. 7. c. 48. in princ.* Civiles viginti quatuor sunt, quibus causæ distribuuntur per sortem ab uno per ipsos electo, qui *Repartidor* vocatur. Hunc ajunt Præpositum esse, adinstar Scribæ majoris criminum; sed omnino fundamento caret. Criminales sunt sex, duo ex ipsis destinati ad unumquemque ex Regiis Senatoribus Criminalis Aulæ. Et quia in judiciis earundem causarum quæstiones emergentes declarabimus, ideo non immoramur, qui omnes à Rege creantur.

213 Sunt & alii Alguazelli inferioris ordinis, qui à Prorege creantur, dicti Commissarii, de quibus Dominus Leon *dict. decis. 34.* Commissarius enim est, cui extra ordinem negotium peragendum committitur: *l. 1. ff. de offic. Præsidis*, Bulenger. *de Imper. Rom. l. 7. c. 17.* Necessitas enim in causa est, ut hi nominentur; nam cùm ob pluralitatem negotiorum Alguazelli Regii in civilibus rebus frequenter occupati existant, deficiebat, qui de causis criminum curaret, indéque hoc introductum, ut latiùs probat Dominus Leon; & licèt quotidie conquerantur contra foristæ de istorum pluralitate, ipsi non ignorant urgentiam necessitatis.

214 Lictores, Satellites, aut Birroarii, ultimi sunt qui ab Alguazellis creantur, juxta *for. 35. Cur. anni 1564.* quos *Verguetes de la Real Alguazileria*, nuncupamus: hi sunt inferiores satellites, qui justitiæ administrationi deserviunt in rebus infimis, & usualibus, ut est, malefactores ligare, ad supplicium ducere, & similia exequi, de quibus Sigonius *d. c. 15.* VVolfgang. Lazius *d. lib. 2. c. 4.* Bulenger. *d. lib. 6. c. 21.*

215 Sed ne aliquid intactum dimittamus, habet etiam Senatus Proxenetam de licitandis rebus curantem, apud quem pignora judicialia deponuntur: cùm enim res debitorum judicialiter distrahendæ sunt in auctione publica, iste hastam tribuit, atque res venales subhastat; de quo plura per Amayam *in l. 4. per tot. C. de fid. & jur. hast. fiscal. lib. 10.* Ant. Matth. *d. lib. 1. de auction. c. 9. tot.* Et pariter Præconem, qui tubicine Edicta publicat, atque damnatorum crimina nota facit, dum ad supplicium ducuntur; de quo Sigon. *dict. lib. 2. cap. 15.* Bulenger. *dict. lib. 6. c. 20.* Hi enim, quia non solent, cùm Regia Audientia incedit, intervenire in familia, ideo separatim adnotantur. Sed ad alia progrediamur, nam in infinitum procederemus, si omnino hæc tradere nobis in mentem veniret.

§. III.

De officio Gubernatoris urbis, & Regni, Gerentis vices ejusdem, & eorum Curia, ad for. 67. de jurisd. com. jud. junctis aliis juribus.

TEXTUS.

MARTINUS REX.
Anno 1403. Valentiæ.

EN toct lo Regno de Valencia no puixa haver, ô esser creat, ò constituit sino tansolament hun Loctinent de Governador general: lo qual nos hajam a ò puxam constituit, é possar. Pero Loctinents locals, ó particulars, aixi com son los Loctinents della lo riu de Xuquer, é de la Plana, puxam nos constituir, é possar ultra lo dit hun Loctinent general. E lo Governador, é Loctinents desus dits qui ara es, è per avant seran, no puxen per alcuna manera, ò cas comanar son loch, ò subrogar alcu en lo dit offici, sino en cas de malaltia, ó de ablencia, é en los dits cases ho haja a comanar a son Assessor, ò a altra persona honrada, é abonada, natural del Regne de Valencia: lo qual loctinença subrogacio no dur sino tant quant duraran los dits impediments.

SUMMARIA.

1 *Post Curiam Regis, præst cæteris Curia gubernationis.*
2 *Gubernator Præsidi Provinciæ comparatur ab aliquibus.*
3 *Quod intellige improprie, & late modo.*
4 *Gubernator Regni, Procurator generalis Domini Regis dicebatur.*
5 *Procurator iste Regis, non est qui jus inter fiscum, & privatum dicit.*
6 *Gubernator non creatur, sed nascitur.*
Primogeniti Regum Aragonum Gubernatores à jure sunt. ibidem.
7 *Primogenitus Regis certissimam habet Regni successionem.*
8 *Principes optimi non subito fiunt.*
9 *Gubernandi scientia non discitur in actu speculativo, sed practico.*
10 *Reges Aragonii virtutibus cæteris præstabant.*
11 *Non solum successores in Regno Gubernatores fuere, sed alii quamplures.*
12 *Idem apud Catalanos, & Aragonenses.*
13 *Gerentis vices Gubernatoris officium condition.*
14 *Mentio antiquior in nostro jure habita de Gerente vices ann. 1312. fuitque Bernardus Cruelles.*
Primamentio Gubernatoris, nostro jure, anno 1286 ibidem.
15 *Plures Gubernatores enumerantur.*
16 *Gubernatoris officium introductum in Regno anno 1286.*
17 *Gubernator generalis Proregi assimilabatur.*
18 *Gerentis vices manus ad Prætorem refertur.*
19 *Distributio gubernationum Regni citra, & ultra Sexonam.*
20 *Divisio Gubernationum in Catalonia.*
21 *Dignitas Gerentis vices urbis Valentiæ, & Regni circa Sexonam, licet æquali fungatur potestate, splendore antecellit Gerenti vices civitatis Orcelis, & Regni ultra Sexonam.*
Noster Gerens vices, dominationis titulo decoratur, ibid.
22 *Gerens vices noster habet trinum Locumtenentem, unum generalem, de quo noster text. & duos locales.*
23 *Flumina solent esse veluti æterni regionum termini.*
24 *Gerens vices Orcelis unicum Locumtenentem localem habet.*
25 *Noster Gerens vices habet duplicem Assessorem, unum*

ad cauſas civiles, alium ad cauſas criminales, Togatos ambos.

Locumtenentes ultra Xucarē, & Uxonem, habent unuſquiſque Aſeſſorem, quorum Setabenſis Toga inſignitur, ibid.

In gubernatione Orcelis tantum adeſt unicus Aſſeſſor, tam ad civiles, quam ad criminales cauſas, ibid.

26 *Qui nunc officia hæc obtinent.*

27 *Omnes hi naturales eſſe debent.*

28 *Locumtenentes omnes non Gubernatoris, ſed Gerentis vices ſunt.*

29 *Regia reſcripta, Senatuſque decreta, quibus hæc deciſa ſunt.*

30 *Conceſſo titulo Gerentis vices ultra Xucarem, don Ludovico Carroz, Villarragut, Cæſarea Majeſtas Caroli Quinti declaravit, id intelligendum fore, ut Locumtenens Gerentis vices cenſeretur.*

Deciſio Senatus, ibid.

31 *Locumtenens generalis Gerentis vices, quomodo, exercitium juriſdictionis habet.*

32 *Locumtenente recipiente informationes de delicto, ſi ſuperveniat Gerens vices, debet Locumtenens ceſſare, & Gerens vices poteſt acta proſequi, vel de novo incipere cauſam.*

33 *Quomodo Locumtenens generalis interveniat in viſitatione carceris.*

34 *Gerens vices, dum Locumtenentiam Domini Regis adminiſtrat, quomodo Gubernationis poteſtatem exerceat.*

35 *Gerens vices urbanè ſe gerere debet cum Locumtenente.*

Gerens vices præcipere poteſt Locumtenenti, & mandare; ibid. cum Senatus deciſione.

36 *Domini* Cerdan *locus impugnatur.*

37 *Locumtenentis generalis officium non à Rege Domino Martino, ſed antea inſtitutum fuit.*

38 *Juriſdictio gubernationis ordinaria eſt.*

39 *Diſpoſitiones loquentes de ſubſtitutione officiorum gubernationis innovatæ ſunt per Reſcriptum ann. 1597.*

Gerens vices, nec Locumtenentes non poſſunt ſubrogare, quin præcedat approbatio Regis, vel Proregis, ibid.

40 *Aſſeſſores Gubernationis ad invicem ſubſtituti ſunt.*

41 *Gerens vices in poſſe nullius præſtat juramentum in ingreſſu officii.*

Aſſeſſor in poſſe Gerentis vices juramentum præſtant, ibidem.

42 *Juriſdictio Gubernationis eſt ſuprema, & ſuperior omnibus in Regno, dempta Regiæ Audientiæ, cui immediatè ſubeſt.*

43 *Gerens vices non ſe debet intromittere in cognitione cauſarum ad Ordinarios ſpectantium.*

44 *Gubernator cognoſcit de cauſis viduarum, pupillorum, & miſerabilium perſonarum.*

45 *De cauſis appellationum.*

46 *De crimine læſæ Majeſtatis, falſæ monetæ, & plagii, & violatione itinerum, & reſiſtentia Officialibus Regiis facta.*

47 *De cauſis Univerſitatum.*

48 *De cauſis querelarum, & recurſus.*

49 *De delictis ſuorum Officialium, Explica ut ibid.*

50 *De crimine ſodomiæ.*

Sed hoc in caſu, ſi Ordinarius adeſſe vult, debet eum admittere, dummodo ſuſpectus non ſit, ibid.

51 *De viſitationibus Univerſitatum ſub ditione Regia immediatè exiſtentium.*

52 *Extende, licet ad particulares pertineat juriſdictio infima; juxta Supremi deciſionem.*

53 *De cauſis quæ ducuntur inter Dominos oppidorum, & illorum vaſſallos.*

54 *De cauſis incilis de Moncada.*

55 *De cauſis Officialium urbis, & villarum Regalium, tam reſpectu delictorum durante officio patratorum, quam civilium, quæ eo durante ſuſcitantur.*

56 *Cogere etiam poteſt in caſu ad ſe non pertineni, ut is, ad quem pertinet, jus & juſtitiam partibus impartiatur.*

57 *De cauſis fiſcalibus quæ tractari nequeunt propter abſentiam Domini Regis.*

58 *Abſente Domino Rege in unaquaque hebdomade die Veneris tenetur carceratos viſitare.*

59 *Moderantur immoderata ſalaria à Judicibus delegatis exacta, vel petita, eorumque exceſſus.*

60 *Eſt Judex Exemptorum.*

61 *Cognoſcit de congregationibus officiorum mecanicorum.*

62 *Jubere poteſt Arbitris, ut concordent in laudo, vel Tertium eligant.*

63 *Habet facultatem aggratiandi.*

Sed limita; dummodo non veniat imponenda pœna mortis civilis, aut naturalis, vel mutilationis, ibid.

64 *Extende ad condemnatos in Curiis inferiorum.*

65 *Sed limita in condemnatis per contumaciam.*

66 *Subrogatus ſapit naturam ejus, in cujus locum ſubrogatur.*

67 *Locumtenens præferendus eſt Subrogato Gerentis vices; ex deliberatione Senatus.*

68 *Quamquam Locumtenens adſit, non impeditur Gerens vices ſubrogare.*

69 *Subrogati non admittuntur ad honorifica.*

70 *Sportulæ debentur Judici ſententiam ferenti, non exequenti.*

Ex deliberatione trium Aularum, ibid.

71 *Differentia juris noſtri, & aliorum Regnorum; nempe Cataloniæ, & Aragoniæ, quoad officium Gerentis vices.*

72 *In Cataloniæ, & Aragoniæ, Gerens vices non exercet, ubi adeſt Dominus Rex, aut ejus Locumtenens.*

Apud nos ſemper exercet, ibid.

73 *Curia Gubernationis eſt media inter Regiam Audientiam, & Ordinarios inferiores.*

74 *Per abſentiam Domini Proregis nil additur Curiæ Gubernatoris, ob quod in ejus locum ſubrogetur.*

75 *Quomodo litteræ Gubernationis expediantur, quando agitur cum noſtro Locumtenente generalis Theſaurarii.*

76 *Quomodo, quando agitur cum nobile Magiſtro Rationali.*

77 *De inſignibus Gerentis vices, ejuſque Licitoribus.*

78 *Inſigne Gerentis vices interdictum eſt cæteris ſub pœna.*

Sub eadem pœna cavetur, quòd Officiales Baronum, & Magnatum, nominentur Gubernatores, ibid.

POſt Curiam Domini Regis, quæ Regia Audientia eſt, ſequitur Curia Gubernationis, ſive Tribunal ſucceſſoris in Regno, ut expreſsè habetur *in for.* 104. *de juriſdict. omn. judic.* ibi. *Cum poſt nos, & noſtrum chariſſimum Primogenitum, dictum veſtrum officium ſit principalius in dicto Regno Valentiæ.* Extravag. *Stil de la Governacio, in prin. fol.* 52. Hunc Præſidem Provinciæ vocant Belluga *in ſpecul. Rub. 6. num.* 8. Dominus Cerdan *in tract. juriſdict. verſ. El Governador.* Portoles ad Molin. *verb. Regens officium Gubern. n.* 7. Sed id lato modo intelligendum eſt, nam ut diximus *ſuprà §. precedenti*, ad officium Proregis id propriè ſpectat, quod innuere videtur Olibanus *in uſatic. alium namque, cap. 4. n.* 30. ibi, *Æquiparantur*: Nam eo ipſo quo æquiparatio interponenda eſt, non idem eſſe liquet, juxta illud Virgil. *Eclog.* 5.

1

2

3

Non calamis ſolum æquiparas, ſed voce Magiſtrum.

Atque adeo quadam cum improprietate intelligendum eſt, eo quòd licèt Præſides Romano populo, conſtituto jam Imperio, fuerunt, qui ex Equeſtri Ordine ad Provinciarum adminiſtrationem deligebantur (quæ minoris dignitatis eſſent, nec tantæ amplitudinis, ut poſſunt Regna conſtituere, ſicut probat Vvolfgang. Laz. *d. l. 2. c. 8. in prin.* ubi addit ſub Proconſulibus, & Præfectis Prætorio

torio interdum fuisse constitutos) tamen ex Cassiodoro *lib.6.variar.*docet,quòd Præfectis Prætorio nomen *Præsidis* fuit additum, quod spectat ad Proregem.

4 Ab initio, Procurator generalis Domini Regis appellabatur nostro jure, ut patet *ex Privileg.1. & 6. Domini R. Alfonsi I. Privil.3.& 7. Domini R. Jacob.II.* & passim deinceps Gubernator, *fur.4. in proœm. foror. verf. Volem que nos, ne nostre Concell, nel Governador, ò Procurador.* Idem asserit Olibanus, *ubi prox.n.27.* Molinus *in repert. for.Arag.verb. Primogenitus*; *verf.Primogenitus Domini Regis dicitur Procurator.* Bardaxi *ad for. Arag. tit. quod Primogenitus possit, n.8.fol mihi 67. & tit. quod Regens offic.Gub sit mere mil.n.3.for.82.* Sed hic Pro-
5 curator Principis non intelligi debet, ut sit is qui inter fiscum, & privatum jus dicebat, nam in ea significatione id nominis ad Bajulum referendum est, ut §. *seq.*dicemus, sed qui vice Præsidis fungitur; de quo *in l. mittuntur, §.item,2. ff. ex quib. caus.major.l.1. C.de pedaneis judicib.* Pancirol.*de not.Orient.cap.111.& seq. & in not. Occid. cap.55.* Carol. Sigon. *de antiq.jur. Ital lib.1.cap. 16.* Bulenger.*de Imper.Rom.lib.4.cap.38.*Habenisque jurisdictionem Præsidis de capite sententiam dicere solet: notat pulchrè hanc differentiam Don Franciscus Amaya *in l.1. n.5.& seq. C.de jur.fisc. lib.10.*

6 Hic Magistratus non creatur à Rege,sed nascitur;nam jure totius Coronæ Aragonum ad Primogenitum successorem in Regno gubernatio generalis spectat, ut de jure Cataloniæ tradit Oliban. *dict. c.4. n.28.* & de jure Angoniæ Molinus *ubi prox.*& Bardaxi *dict.tit.quod Primogenitus,per tot.* apud nos autem passim mentio de hoc reperitur, tum in foris,tum in privilegiis, neque id sine ratione introductum; cùm enim Primogenitus certissi-
7 mam habeat Regni successionem, ut Portoles ad Molin. *ubi prox. n.3.* latè probavit;quando ad pubertatem pervenit, æquum visum fuit nostris majoribus, ut in
8 Regni Gubernatione instrueretur; nam Principes optimi subitò non fiunt, sed multarum rerum cognitione, studio,& usu. Benè Epitectus apud Strobæum *sermo.44. Quemadmodum si gubernare navim conaberis, omnino prius artem gubernandi perdisceres, ita civitatem recturus, regendi disciplinam addisce: ut enim illic navis universa fidei tuæ committitur, ita hìc tota Respublica gubernanda tibi est.* Gymnasium Principum Aula est, gubernandi scientia non in actu speculativo apprehenditur,sed pra-
9 ctico. Cassiodor. *lib 5. Epistol. 40. Didicisti, ut credimus,judicare nostris serviendo judiciis: ita quod efficacissimum discipulatus genus est, agendo potius instructus es, quàm legendo.* Jucundissimè;ut solet, Trajanus Boccalini *in reggnagl. di Parnaso, centur.1. reggnagl.90. verf. Non tosi*, defendit Cratippum; cum Dux Ephesius increpabat crimen malæ educationis nati, eo quod licet Philosophiæ præceptis eum imbuisset, reddiderat ad gubernationis scientiam inutilem. Sed Apollo patri criminis reo,dixit, non præceptori id tribuendum, qui scientia, quam publicè profitebatur discipulum imbuit, sed sibi ipsi; nam ut subjungit: *Un suo pari doveva sapere che le Scuole de figlivoli de Prencipi erano gli Arsenali, le armerie,i Consigli di Stato, che le lettere che soggetti tali doveano apprehendere era quella Filosofica, quella Poetica, che più volte la settimana si leggeava nel prudentissimo Senato di Venegia.* Quam ob causam Isocrates *in libello, de Regni administratione*,dixit: *Nullius athletis sic convenit exercere corpus, ut regibus animum.*Nam prudentia apud Principes coryphæus inter virtutes est gubernationis,Plato in Menone,*Prudentia sola præit,& ducit ad recte faciendum*,hujus mater est experientia,nam ipsa viam demonstrat,ut dixi §.*præcedenti,n.128.* Francisc.Guicciardin.*in Hipomnesis politicis,hipomn.24.Experientia necessaria est,quæ omnem suam vim eò convertit,& quasi hac sola re exerit.* Tacit.15.*Annal.Multa experiendo, confiteri,quæ segnibus arduæ videantur.* Quare hi Principes qui ab incunabulis negotia publica tractarunt,peritiores in arte gubernandi experti sunt, ut de Catholico Domino 19
Rege Ferdinando, invictissimo Carolo Quinto,Prudentissimo Philippo Secundo,& aliis comprobatum scripsit Saavedra *in Symbolis politic. Symbol.3.* A quo dimanat, quòd Reges Aragonum,ut plurimum cæteris,virtutibus militari, & politica, præstare compertum sit; ut bene considerat Laurentius Gratian, *in libello Cathol. Ferdin.* Educatio enim juventutis valde prodest in omnibus, ut ex Quintiliano probat Hippolyt. à Collib. *in Palatin.* Solorz. *Embl.25. per tot. princip. n.28.* quanto magis in eo qui Rempublicam regere debet?

Sed non solum successores in Regno Gubernatores 11
adfuisse dicendum est, nam & alios factos certissimum habemus. Jaspertus de Castronovo Gubernator fuit hujus Regni anno 1300. ut *in privil.9. Domini Reg. Jacob. II.* patet. Bernardus de Canelles anno 1303. *privil. 19. ejusdem Regis.*Gombaldus de Entença anno 1306.*privil. 27.ejusdem.*De Catalaunis tradit Olibanus,*dict.cap.4.n.29.* 12
fuisse in eo Principatu Gerardum Cervellon.De Aragoniis Bardaxi *dict.titul. quod Primogenitus,n.5.* Ferdinandum Aragonium patruum Domini Reg. Jacobi, Ferrench de Luna, & Ægidium de Liori.

Demum verò introductum fuit Gerentis vices gene- 13
ralis Gubernatoris officium, qui nomine Primogeniti jus diceret in Regno, ut expresse cavetur *in privil. 2. Domini Reg. Martini.*P.Mandariaga *d cap.4.§.2.in princ.* Quando autem officium hoc conditum fuit, neque nostro jure expressum est,neque à nostratibus traditur:imò Bardaxi,*num.4.verf. Circa dictam; ad finem*,ait,quòd jura suæ Provinciæ (sicut & nostra) de eo loquuntur, jam in esse producto. Prima enim mentio hujus Magi- 14
stratus, quam jure nostro invenire potui, est *in privil. 1.Reg.Petri I.expedito Illerda Kalend.Septembris* 1278. quo Rodericus Ximenez de Lina Procurator Regni Valentiæ appellatur. Demum *in privil. 3. Domini Reg. Alfons. I. condito annò* 1286. ficque triginta annis post Regni expugnationem; & viginti octo postquam *fori* conditi fuere, primus Gerens vices, cujus nomen expressum habemus, fuit Bernardus Cruilles anno 1312. & 1314.*privil.53.56.63.64.& 73.Domini Reg.Jacob.II.* qui *privil.79.95.& 97.*Gilabertum Centelles Gerentem vices pro inclyto Jacobo Primogenito, & generali Gubernatore vocat: idemque Primogenitus eundem Gilabertum suum Gerentem vices nuncupat, *privil.88. ann.* 1318. Demum idem Rex, Alfonsum primogenitum 15
(mortuo jam Jacobo) Procuratorem generalem vocat *privil.148. anno* 1324.& *privil.158.* Bernardum de Sarriano Gerentem vices ejusdem Alfonsi: Idem Alfonsus (qui Secundus cognominatur apud nos) *in privil.1.* sc Procuratoris patris titulo decorat, & Petrum Primogenitum *privil. 15.* Procuratorem generalem appellat, & *privil. 31.& 43.* Postmodum Martinus filius Petri Secundi, & frater Joannis Primi Dux Montisalbi, & Comes de Luna, Gubernatoris titulo nominatur *in privil. 2. ejusdem Regis Martini anno* 1390. ipsiusque Gerentem vices,Rogerium de Moncada in *eodem privilegio* vocitat. Unde infero; quòd dicto anno 1278. aut circiter, introductus fuit in Regno hujus Tribunalis usus, nam *in privil. 12. Domini R. Jacobi II.* agitur de modo salarii Actuarii ejusdem Curiæ: quod privilegium, licet die, & consule careat, eo quod collocatum est inter 10.& 14. quæ expedita fuere anno 1301. eodem anno conditum, & expeditum esse certum est, ex ordine, atque serie scripturæ. Atque adeo tunc forma dabatur in statuenda ipsa Curia, quæ licet à prin- 16
cipio fieri soleant, non in instanti, sed aliquo temporis intervallo mediante ad perfectionem redigenda erant. De his nec verbum ullum in ipsa Curia, nam in libris ubi scripta esse debent (qui vulgò *libre blanc* nuncupatur, ubi similia nunc scribuntur, & sunt duo codices) solum reperitur Regium quoddam rescriptum *Regis Jacob.II. dat.Valent.6. idus Martij* 1306. directo Gom-

baldo de Entença, estque *in lib. 1. pag. 1.* atque aliud directum Gilaberto Centelles, *dat. Barchin. 13. Kalend. Septembris 1318. ibid. fol. 15.* Gubernatores ibi memorati incipiunt ab anno 1406. quo tempore erat Gerens vices *N.* Boil. cujus nomen propriam præ temporis antiquitatis (quæ omnia vastat) angustia legi nequit, incipit in *eodem lib. 1. fol. 110. pag. 2.*

17 Ex quibus, & præstantia muneris infertur, & æquiparatio cum Præside Provinciæ resultat; nam si ad officium generalis Gubernatoris referatur, verum est assimilari Præsidi Provinciæ, ut videtur de mente Olibani *dict. tit. quod Regens offic. Gubern.* 18 *num. 30.* Bardaxi *num. 4.* Imo aliqui tenent, idem esse cum officio Proregis de quo valde dubito; si autem ad Gerentem vices, non ita; nam hujus officium ad Prætoris munus magis accedit, & sic cum appellat Dominus Leon *decis. 24. in princ. lib. 1.* aut ad Rectorem Provinciæ, ut idem Bardaxi infit aliis relatis *dict. num. 4.* & bene, ut patebit legenti Alexand. ab Alexandr. *lib. 2. dierum genial. cap. 15.* Bulenger. *de Imper. Roman. lib. 2. cap. 2. Omnes provinciarum*, Vvolfgang. Lazium *dict. lib. 2. cap. 8.* & ea quæ de sua jurisdictione, & potestate, statim dicemus in *hoc* §.

19 Sed quoniam divisa fuit pars Occidentalior Regni, quæ ut diximus *cap. 1. §. 1. n. 12.* ex sententia arbitrali Regis Lusitani detracta fuit à Regno Murciæ, & huic adjudicata anno 1304. etiam Gubernationes distinctæ sunt, una à confine Cataloniæ, usque ad villam Sexonæ, alia abhinc usque ad confinia Murciæ; ita ut Gerens vices urbis, & Regni Valentiæ in illa præsit, 20 in hac autem Gerens vices civitatis Orcelis, & Regni Valentiæ ultra Sexonam. Pariter in Catalonia divisæ Gubernationes Principatus sunt, nam unus Gerens vices præest in Comitatibus Roselionis, & Ceritaniæ: alius verò in reliquo Principatus, & urbe Barchinonensi, ut per Olibanum *dict. usatic. alium namque, cap. 11. n. 30. & seqq.* Fontanell. *decis. 391. n. 6. & seqq.* Nostræ divisionis mentio habetur *in foro 58. & 101. de jurisdictione omnium judic. & aliis seqq.* tradit etiam, Vicianà *3. part. Chronic. fol. 162. & seqq.* ubi privilegium hujus divisionis ad literam tradit.

21 Isti duo Gerentes vices generalis Gubernatoris æquali jurisdictione, & potestate funguntur, unusquisque in suo territorio. Sed dignitas nostri gerentis vices longè uberior est, cum alium semper loco, & prærogativa præcedat, tam in Curia generali, quàm alibi. Ei enim concessum est dominationis attributum, tam in scriptis, quàm verbo; tam pro Tribunali sedendo, quàm extra; quod initium habuit à Regio rescripto, quod concessum fuit spectabili Don Jacobo Ferrer, *dat. Vallisoleti die 3. Maij ann. 1604.* & postea ad successores extensum fuit, ut constat ex Regia Pragmatica, *dat. Matriti die 26. Maij ann. 1658.* & publicata 22 Valentiæ *die 25. Junij ejusdem anni.* Habet etiam trinum Locumtenentem, nempe generalem totius Gubernationis cum exercitio jurisdictionis (dempta audientia publica, modo infra dicendo) & duos locales, de quibus in *nostro textu*, quorum unus tenetur præesse in civitate Setabis juxta *for. 5. in Extravagant. de Inquisitio, fol. 1.* & vocatur *Locumtenens Gerentis vices ultra Sucronem*, sive *Xucarem*, nam ab eo flumine circum-23 scribitur ejus territorium. Flumina enim à natura, quasi æterni divisionum termini, posita esse creduntur; pluribus, & eruditè Parlador. *rer. quotid. in fesquicent. diff. 11. num. 1. & sequentibus.* Alius verò in Villa Castillionis Planiciæ, non procul à Promontorio antiquitus celeberrimo, dictoque *Tenebrium*, qui ita tenetur ibi adesse, ut si alibi degat, possit munere privari, & alteri concedi, *for. 99. de jurisd. omn. judic.* habétque territorium ab Uxone, usque ad confinia Regni, versus Cataloniam, & appellatur *Locumtenens Gerentis vices ultra Uxonem*, ut in *text.* patet. At verò Gerens vices Orcelis, tantum habet Locumtenentem localem in 24 eadem urbe, qui solum munus subit, dum ipse Gerens vices, absentia, vel aliter impeditur legitimè. Noster enim habet duplicem Assessorem, unum ad causas civiles dirimendas, alium verò ad crimina prosequenda; quod inductum fuit per *for. 20. Cur. anni 1685.* qui toga insigniuntur ab anno 1593. nam *Rescripto dat. Sancti Laurentij die 12. Septembris*, eis concessum fuit. Locum-25 tenentes locales habent etiam Assessores in suo districtu, quorum Setabensis toga decoratur, ex *R. Decreto Curiarum anni 1645.* Orcelensis verò unicum habet Assessorem togatum. Territorium nostræ Gubernationis absque dubio triplex territorium continet Orcelense. Qui enim nunc officia hæc obtinent, sunt sequentes.

Nobilis Don Josephus Castelvi & Alagon, Gerens vices 26 *generalis Gubernatoris Civitatis & Regni Valentiæ.*
Nobilis Don Michael Fenollet de Castellvert, Locumtenens generalis ejusdem.
Nobilis Don Michael de Figuerola & Castro Equestris Ordinis B. Mariæ de Montesa, Locumtenens ultra Sucronem.
Nobilis Don Joannes Escorcia, & Ladron ejusdem Equestris ordinis, Locumtenens ultra Uxonem.
Magnificus D. Melchior Berenguer, Assessor Gerentis Vices in Criminalibus.
Assessoria in Civilibus vacat.
Nobilis Don Emmanuel Mercader, Assessor ultra Sucronem.
Magnificus D. Jacobus Pons Assessor ultra Uxonem.

Hi Valentinæ gubernationis, Orcelensis verò sunt,

Nobilis Don Petrus Boil de Avenos, Baro de Boil & Borriol, Gerens Vices generalis Gubernatoris in Civitate Orcelis, & Regno Valentiæ ultra Sexonam.

Qui omnes naturales Regni debent esse, dempto Ge- 27 rente vices, cui permittitur, ut exterus sit dummodo in Regno habitaverit per decennium, nisi casu imminentis bandositatis, quo ex Aragonia, Catalonia, vel altera Provincia, in qua Valentini ad similia officia admittuntur, esse potest, *ex d. for. 101. de jurisd. omn. judic.*

Sed antequam ab his discedamus, aliqua scitu di- 28 gna & in praxi non inutilia notanda sunt. In primis notandum est, quod Locumtenentes, tam generales; quàm locales, non Gubernatoris generalis, sed Gerentis vices, Locumtenentes sunt, & appellari debent; ita ut quamquam aliter in privilegio, sive titulo sui officii dicatur, eo modo intelligendum sit, nec aliter ab aliquo nominari valent; ita decrevit Senatus *sententia Regia dici 9. Septemb. 1538.* cujus executorialia registrata sunt *in* 29 *Diversor. 17. fol. 171.* in causa vertente inter Don Joannem Laurentium Villarasa celeberrimum Gerentem vices, & Don Didacum Ladron Locumtenentem Ultra Uxonem. Idem definitum fuit per Senatum *Regia, inter locutoria dici 9. Septembris 1572.* inter Don Hieronymum Ferrer Locumtenentem ultra Suctonem, & Syndicum civitatis Setabis. Idem dispositum est *in Regio rescripto dat. S. Laurentij die 5. Aprilis 1573.* inter Don Hieronymum Cabanilles Gerentem vices, & Don Hieronymum Ferrer, & Don Jacobum Ferrer Locumtenentes, confirmatum Regia interlocutoria sacri supremi Aragonum Consilii *dici 13. Septemb. 1574.* registrata *in Comm. Valentiæ. fol. 134.* Et quod magis est, concesso semel titulo, à Domino Carolo Quinto Imperatore, *Gerentis vices*, D. Ludovico Carroz de Villarragut in civi- 30 tate Setabis, declaravit Cæsarea Majestas intelligendum fore Locumtenentem Gerentis vices esse ultra Sucronem, Regia provisione *dici 15. Julij 1523.* registrata *in Diverf. Valent. comm. sigil. fol. 206.*

Quamvis dixi, quòd Locumtenens generalis habet 31 exercitium, demptis his quæ ad audientiam publicam per-

pertinent, id declarandum est, ita ut si Gerens vices non sit absens, vel legitimè impeditus, non possit Locumtenens fulminare processus civiles, nec criminales sententias ferre, laras exequi, aut alia similia perficere, quia id spectat ad Gerentem vices. Potest tamen eo præsente, nec impedito, informationes delictorum recipere, delinquentes capere, & in carcerem mittere tantum; & 32 hoc ita, ut si, Locumtenente informationem de delicto capiente, superveniat Gerens vices, Locumtenens cessare debeat à dicta receptione, eamque Gerens vices, aut continuare, aut incipere potest; prout sibi bene visum fuerit. Absente tamen, vel impedito Gerente vices, Locumtenens potest quidquid idem. In visitatione 33 verò carceris, potest Locumtenens pro libito adesse, sed non debet convocari à Gerente vices. Casu verò quo Gerens vices Locumtenentiam generalem Domini Regis regit (quod sæpè accidere solet) potest utique carceratos Gubernationis visitare, indulta, sive remissiones delictorum concedere, mandátaque in eadem Curia 34 suo nomine expedire. Benè verum est, quòd moneri solet, ut ab his abstineatur, ne, dum negotiis privatæ Curiæ vacat, deficiat in administratione supremi muneris. Ea omnia definita fuerunt per supremum Senatum Regia interlocutoria, sive provisione *diei* 20. *Octobris* 1598. in causa D. Jacobi Ferrer Gerentis vices, & Don Ludovici de Calatayu, registrata *in diverf. Val.* 1. *fol.* 21.

Ulterius, licet Gerens vices generalis Gubernatoris 35 urbanè se gerere debeat cum suo Locumtenente, tamen potest rei præcipere, & mandare, quæ agenda sunt. Ita declaravit Senatus Regia provisione publicata per Franciscum Paulum Alreus Regium mandati Scribam, *die* 20. *Novembris* 1584. ad favorem Don Hieronymi Cabanilles Gerentis vices, & contra Don Jacobum Ferrer, ejus Locumtenentem, his verbis: *Providet, & declarat, quòd quoties impedimentum dicto Gerenti vices occurrerit, taliter quod non possit præsse negotiis occurrentibus, tunc eo quod decet modo dictus Gerens vices certiorem faciat Locumtenentem generalem Gubernatoris, vel servientem dictum officium, de dictis impedimento, vel occurrentia negotij expediendi, ut dictus Locumtenens, vel serviens dictum officium Locumtenentis ad locum solitum Curiæ, hora audientiæ accedas, & alia faciat, quæ dicto officio, vel numeri Locumtenentis incumbunt, quæ si dictus Locumtenens, vel serviens dictum officium facere recusaverit, vel distulerit (quod non creditur) eo casu dictus Gerens vices possit eidem præcipere, & mandare; quòd ea faciat, & adimpleat.* Quibus positis perperam Dominus Cerdan *in Veriloquio c.* 14. §. 1. improbat dispositionem *nostri fori*, quo introductum fuisse autumat à Domino Rege Martino Locumtenentis officium: labitur enim, nam in *foro antecedenti* jam de Locumtenente locutus fuit Dominus Rex Petrus Secundus, qui sexaginta, & amplius, antea 37 annis *forum* 96. condidit, & *in privil.* 6. *Alfons. I.* qui centum, & amplius annis nostrum forum præcesserat, de Locumtenente tractavit. Tum etiam, quia licet verum sit, monstruosum videri corpus duobus capitibus constans; fallitur dum supponit, quòd Locumtens caput sit Curiæ, dum adest Gerens vices, nam semper secundum locum obtinet, neque ad aliquid admittitur, nisi ad ea quæ compatibiliter geri possunt, nempe ad custodiam Civitatis, noctu eam circuendo die sibi præfixo, vulgò *rondar*, malefactores capiendo, & delicta modo prædicto inquirendo.

8 Jurisdictio horum Officialium ordinaria est, ut ex *for.* 104. *de juris. omn. judic.* constat, ibi: *De causis, seu quæstionibus ad cognitionem vestri officij, tanquam earum Judici ordinario, spectantibus.* Probat Olibanus *dict. cap.* 4. *n.* 37. *& seq.* quare mandare suam jurisdictionem possunt, ut *ex nostro text.* patet; & licet in eo concedatur facultas delegandi in casibus præscriptis suum Assessorem, id apertè repugnat cum *privil.* 158. *Regis Jacobi II. privil.* 35. *& 96. R. Petri II.* quæ tanquam jura antiquiora ab hoc posteriore derogata videntur. Sed hodie omnia ista 39 cessant; nam *ex Regio rescripto dat. in Campillo, die* 19. *Maij* 1597. Gerens vices, & Locumtenentes non possunt aliquem substituere, quin præcedat approbatio Dómini Regis, vel Proregis Regni, & meritò: nam pro dignitate muneris expedit, ut nec momentaneè quis ipsum habeat, quin præcedat similis approbatio. Quoad Assessores verò *ex Reg. rescripto dat. in S. Lau-* 40 *rentio, die* 14. *Octobris* 1590. unus alterum substituere tenetur, ut in simili factum fuisse Romæ, tradit Cujacius *in l.* 5. *ff. de offic. Proconf.* atque adeo, nisi casu quo uterque impediatur, substitutio non debet admitti. Et quamquam aliquando ita percipiatur, ut non impeditus Assessoriam impediti administret, propriámque alteri mandet, contra mentem rescripti similis delegatio est, & valde de legitimitate delegationis dubito, quòd fortè prospicientes numquam causarum criminalium, nisi utroque impedito, à substituto administrari sinunt: & ratio est, nam sententiæ contumaciales, quarum frequens copia est, sustinentur ex vi ritus; & si in eo deficerent, nullius momenti essent; essent utique; si latæ reperirentur ab eo, qui non potuit jurisdictionem legitimè habere; sed causarum civilium Assessoria aliquando alteri mandatur, quæ sustinentur ex ratione extensa, *l. Barbarius Philippus, ff. de offic. Prætor.*

Juramentum quòd præstare tenetur Gerens vices, vel 41 ejus Locumtenens, à nullo defertur; sed ipse in Sede Metropolitana coram populo, Juratis urbis adstantibus, & urbis Scriba actuante jurat. Assessores juramentum præstant in posse Gerentis vices, & quamquam aliquando in posse Domini Regentis Cancellariam juramentum præstarent (unde infertur nulla necessitate urgente ad Gerentem vices hoc delatum esse) Regia Majestas, rescripto *dat. en el Prado die* 9. *Decembris* 1607. jussit, ut prærogativa hæc Gerenti vices relinquatur: quod & antea jam erat præceptum Regio rescripto, *dat. ibid.* 2. *die Novembr.* 1594.

Gubernatores enim habent jurisdictionem civilem, 42 & criminalem, merum, atque mixtum imperium cum superioritate respectu omnium Curiarum Regni, dempta Domini Regis, sive Regia Audientia, cui immediatè subsunt, ut diximus *supr. num.* 1. sed quoniam *in for.* 19. *& seqq. de Curia, & Bajul.* cautum est, quòd Gubernator 43 non esse intromittat in causis pertinentibus ad Ordinarios inferiores (ad cujus juris conservationem Subsyndicus urbis, juxta *for.* 38. *Cur. ann.* 1604. debet assistere in Curia Gubernationis, ut causas Ordinariorum ad eos remittere instet,) Videndum est quæ sint causæ ad Curiam ipsam Gubernationis spectantes juxta *foros.*

Petrus Belluga *in Specul. rub.* 38. hanc materiam bene 44 tractavit, sed non omnimode explicavit. Tribuit in primis Gubernatori jurisdictionem in omnibus causis pupillorum, viduarum, & omnium miserabilium personarum, *ex for.* 28. *de jurisd. omn. Judic.* Item in causis ap- 45 pellationum *for.* 28. *in fin. de Cur. & Bajul.* & ex generali commissione, sibi à Domino Rege facta, quarum plures sunt *in dict. lib.* 1. *Curiæ Gubern. fol.* 10. *& seqq.* sed mihi, non solum ob hanc causam, sed quòd à foro expressè cautum sit, *ut for.* 20. *de Cur. & Bajul.* ibi: *O en cas de appellacio, la qual empero es prohibida ans de sentencia definitiva.* In crimine læsæ Majestatis, falsæ monetæ, 46 plagii, & fractionis itineris publici, atque resistentiæ factæ Officialibus Regiis, nam ea crimina sunt reservata, *for.* 1. *in extravag. que la conexensa, fol.* 17. *for. in extravag. stil. de la Governacio.* §. 7. *& 18. fol.* 52. *privil.* 110. *R. Petri II. privil.* 33. *R. Ferdinandi II.* In causis Univer- 47 sitatum *ex d. extravag. stil. de la Governacio,* §. 10. Quod extende, licet Universitas contendat cum Universitate, vel cum aliquo singulari: Dominus Leon *decis.* 147. *n.* 19. *lib.* 2. *& decis.* 10. *n.* 22. *lib.* 3. & in causis Recursus, 48 *d. for.* 19. *& seqq. de Cur. & Bajul. d. extravag. stil. de la Governacio,* §. 5.

49 Sed ſunt alii plures caſus, in quibus à *foro* Gubernator cognoſcit per ſuam juriſdictionem ordinariam. *Primus* eſt in delictis ſuorum Officialium in officio commiſſis: nam licet juxta *privil. 99. R. Petr. II.* cognitio famulorum, & Officialium Gubernatoris, tam in Civilibus, quàm in Criminalibus ad Ordinarios pertinere dicatur, *ex for. 103. de juriſd. omn. judic.* prædicta diſpoſitio limitatur in delictis contractis, vel quaſi, ad officium ſpectantibus; quod aliàs à jure cautum erat. *Secundus* eſt
50 caſus in crimine Sodomiæ, *privil. 99. R. Jacobi II.* quo in caſu ſpecialiter cavetur, quòd ſi Ordinarius adeſſe
51 velit, ſi legitimè non impediatur, admitti debeat. *Tertius* eſt in cauſis viſitationis Univerſitatum ad dominium Regium ſpectantium, & illarum, quarum Domini non habent merum imperium, ita ut non ſolum Gubernator poſſit, ſed debeat quotannis viſitare aliquam Univerſitatem ex parte Uxonis, & aliam ex parte Sucronis, & ad minus per unum menſem, in unaquaque adeſſe debet, *for. 96. de juriſd. omn. judic. for. 75. de notar. ſcrib. & ſalar.* Quod ad unguem obſervatum fuit, ita ut ſi legitimo impedimento Gerens vices detinebatur, Regium reſcriptum impetrabat ad legitimam excuſationem, quarum plurima reperiuntur in *ſecundo libro dictæ Curiæ*, & ſignanter datum *en Venteſilla, die 4. Novembris 1606. in dict. lib. fol. 50.* & datum *Barchinon. die 3. Maij 1626. fol. 100. &* alibi.

52 Reſpectu verò Univerſitatum, quæ ſunt dominio eorum qui non habent merum imperium, ſed juriſdictionem civilem, apud nos dictam *Alfonſinam*, definitum fuit per ſupremum Aragoniæ Senatum, ut doctè probat Dominus Leon *deciſ. 10. lib. 3. per tot.* non pertinere jus viſitandi ad Dominum, ſed ad Gubernatorem, in cauſa Syndici, oppidi de Puçol. & R. Archiepiſcopi, in cujus executionem Regium reſcriptum expeditum fuit Marriti, *die 25. Decembris anno 1628.* quo fuit juſſum Gerenti vices, ut dictam Univerſitatem viſitaret, ſicut de facto viſitavit.

53 Quartus eſt caſus in cauſis, quæ ducuntur inter Dominos oppidorum, & illorum vaſallos, *ex for. 104. de jur. omn. jud.* & generaliter de cauſis Militum, & Baronum, *ex privil. 54. Domini Reg. Iacob. II.* junctо *for. in dict. extravag. ſtil de la Governacio*, §. 11. *cum tribus ſeqq.* ubi limi-
54 tatio, de qua Belluga *Rub. 25.* Quintus eſt caſus in cauſis incilis, ſive *cequia* loci de Moncada, *ex for. fin. de*
55 *ſervitutibus.* Sextus, in cauſis Juſtitiarum, Ædilium, Præfectorum incilium, vulgò *Cequiers*, & aliorum Officialium civitarum, & villarum ſub Regia ditione exiſtentium, hoc eſt ratione delictorum patratorum, tam in officio, quàm aliàs durante officio, & de cauſis civilibus quæ ſuſcitantur eo durante: *dict. extravag. ſtil de la Governacio*, §. 1. & 2. *privil. 9. Domini Reg. Jacob. II. in fin.*
56 Septimus eſt caſus, quando in rebus ad Gubernationem minimè pertinentibus, neceſſitas urget, ut Judici jubeatur, quod jus, & juſtitiam miniſtret, vel quia ipſe Judex, ad quem pertinet declarare, nolit, vel differat, *dict. ex-*
57 *travag. ſtil. de la Govern.* §. 3. Octavus eſt caſus in cauſis fiſcalibus, quæ tractari nequeunt propter abſentiam
58 Domini Regis *dict. privil. 9. Domini R. Jacob. II.* ubi forma cognoſcendi hoc in caſu traditur. *Nonus* eſt caſus, abſente Domino Rege, nam in unaquaque hebdomade die Veneris tenetur carceratos viſitare, eiſque audientiam habere, in qua ſi adeſſe volunt Bajulus, Juſtitiæ, Conſules, & Jurati poſſunt admitti (unde clarè liquet viſitare poſſe omnes carceratos horum Tribunalium) *for. 114. de Cur. & Bajul.* de quo Dominus Cerdan *in vi-*
59 *ſita Carcer. cap. 7.* Decimus eſt caſus, quando moderanda ſunt ſalaria petita à Judicibus delegatis, eorúmque exceſſus corrigendi ſunt; nam horum omnium eſt moderator Gerens vices, *dict. extravag. ſtil. de la Govern.* §. 13.
60 Undecimus eſt caſus, quando aliquis exemptus delinquit: nam Gubernator eſt Judex Exemptorum in Regno. Probat Belluga *in ſpecule, Rub. 11. §. videndum, n. 17.* ex approbatione Pontificis, ut nos latius dicemus *in* 61
c. 7. de concentione juriſdictionum, §. 1. *in fin.* Duodecimus eſt caſus, in congregationibus officiorum mechanicorum, *for. 31. de pactis, privil. 11. d. R. Martini.* Decimus tertius eſt caſus, quando Arbitri minimè in laudo con- 62
veniunt, nam tunc Gubernator jubere poteſt eis, ut concordent in laudo, vel tertium eligant *for. fin. de Arbitris.* Hi ſunt caſus expreſsè in foris, & privilegiis contenti; ſed hodie in Criminalibus per prævention em de omnibus delictis patratis in ſuo territorio cognoſcit: in Civilibus verò, ferè de omni cauſa; nam aut per renuntiationem proprii fori, vel per prorogationem, rarò à foro, & cognitione ejus declinatur.

Competit etiam Gubernatori, ſive Gerenti vices, fa- 63
cultas concedendi indultum, ſive remittendi pœnas criminum, quorum cognitio ad ſe pertinet, dummodo non veniat imponenda pœna mortis naturalis, civilis, & mutilationis; *for. 19. de quart. & pœnis Cur. privil. 72. R. Jacob. II.* Modus, & forma, ſub quibus gratiæ fieri debent, præſcribuntur *in for. 166. de notar. ſcrib. & ſalar.* 64
Quæ facultas extenditur etiam ad delinquentes condemnatos in Curiis judicum inferiorum, ut deducitur *ex for. 17. de quart. & pœn. Cur.* junctо *for. 84. Curiar. anni 1564.* quo cavetur, quòd Gubernator, aut Bajulus non faciat remiſſiones de cauſis Ordinariorum, quin ſalaria ipſorum ſoluta ſint, *privil. 34. R. Alfonſ. III.* quo ca- 65
vetur, quòd Gubernator non faciat remiſſiones de condemnatis contumacialiter in Curia Juſtitiæ, niſi conſulto Principe. Iſtæ enim exceptiones firmant regulam in contrarium, *l. quæſitum*, §. *denique, ff. de fund. inſtruct.* pluribus Barboſ. *axiomat. 85. num. 4.* ſed hoc non eſt uſu receptum.

Diximus *ſuprà*, Gerentem vices poſſe ſubſtituere; 66
præcedente approbatione Domini Regis, vel Proregis. Sed dubitari poteſt, an ſubſtitutus ipſius, ſive ſubrogatus, præferatur Locumtenenti dicti Gerentis vices? Et ratio dubitandi eſt, nam ſubrogatum ſapit naturam ejus, in cujus locum ſubrogatur, *l. ſi cum*, §. *qui injuriam*, *ff. ſi quis cautionibus*, pluribus Barboſ. *axiom. 213. num. 1.* atque adeo ſi Gerens vices, ut diximus, præfertur Locumtenenti, ſubrogatus ipſius Gerentis vices pariter præferri debet. Sed contrarium eſt verius, nam regula pro- 67
cedit in ſubrogatione legis, non hominis: ut Barboſ. explicat *ibid. num. 2.* & limatur in privilegiis, ut probat *num. 7.* Cum autem Locumtenens, ſit ſubrogatus à Principe, & à lege, id eſt, *noſtro text.* inde eſt, quòd præferatur ſubrogato hominis; ita definitum per Senatum Regia interlocutoria publicata per Andream Martinum Lineda Regii mandati ſcribam, *die 15. Januarii 1573.* in favorem Don Jacobi Ferrer Locumtenentis, contra D. Franciſcum Villarraſa, ſubrogatum D. Hieronymi Cabanilles, Gerentis vices, quæ confirmata fuit in Supremo; *R. proviſione diei 12. Maii 1574.* Neque eo quòd Locumtenens adſit, impeditur Gerens vices in ſubro- 68
gando, aut è contra, dummodo ſubrogati non excedant metas ſuæ poteſtatis, & juriſdictionis; quod etiam definitum fuit *in d. R. proviſione Supremi, diei 20. Octob. 1598.* inter D. Jacobum Ferrer Gerentem vices, & D. Ludovicum de Calatayu Locumtenentem. Sed licet ſubrogati ſuis in caſibus admittantur ad omnia negotia judicialia, & exercitium poteſtatis ad principalem ſpectantia; quoad honorifica, nempe præcedentiam in actis publicis, cum Juratis, & honores ſimiles, nullatenus admittuntur; nam Civitas ſemper obſervavit diſtinctionem, 69
an ſubrogatio ſit ab homine, vel à Principe, & lege, ita ut qui titulum à Principe obtinuit, admittatur in locum principalis: ab homine verò ſubſtitutus nequaquam; & in materia præcedentiarum ſtandum eſt conſuetudini, quæ ſervari debet ut lex *l. fin. C. de offic. Præfect. urbis. J. obſervare*, §. *nunquam, ff. de offic. Proconſul. & cum olim, de conſuetud.* Macerat. *variar. l. 1. reſol. 81. n. 4.* Maſtril. *dec. 130. n. 16. l. 2.* Felix Contellorus *q. 1. de præcedent. n. 6. & 58.*

Sed

70 Sed cùm sententiæ,& acta judicialia in Curia Gubernationis ferantur nomine illius, qui illo die sedit pro Tribunali,dubitari potest,an sportulæ,sive,ut apud nos dicitur, *Averia*,(sunt enim pars quædam pœnæ adquisitæ fisco,quæ Judicibus applicatur *ex for. ult. de not. scrib. & salar.*) debeantur sententiam ferenti, vel eam exequenti?Et ad Judicem spectare, cujus tempore lata fuit sententia criminis condemnatoria, licet non tunc exigatur, tenet Giurba *conf.* 75.*num.* 30. qui plures refert, nec dissentit Larrea *allegat. fiscal.* 37.*num.* 25. & *seqq.* & sic fuit decisum per Dom. Marchionem de los Velez, ex deliberatione trium Aularum, Regia provisione publicata per Don Franciſc. Alreus *die* 3. *Septembris* 1629.registrata in manu judiciali dicti Alreus 61. *fol.*41. in favorem D.Joannis de Castelvi Locumtenentis, contra Don Ludovicum Ferrer Gerentem vices.

71 Pro coronide notandum est, quòd licet officia hæc valde assimilentur,cum eisdem Regnorum Aragonum, & Principatus Cataloniæ; imò ab origine eadem sint, nam Primogenitus ubique generalis Gubernator nascitur,& munus exercet, absque alio titulo, eo ipso quo adultus est,& Gerens vices,seu regens officium, loco ipsius introductus sit, & ejus nomine jurisdictionem exerceat: tamen maxima differentia versatur inter nostrum Gerentem vices, & cæteros dictarum Provinciarum: nam ut patet ex Oliban. *ubi supra*, Fontanell. *dec.*367.*num.*1.*som.*2.*& de pactis, clauſ.*4.*glos.*15.*n.*121. Molino *in repert. verb.Regens officium Gubernatoris, verſ. Regens officium Gubernatoris non ſe intromittit,*& Bardaxi *dict.titul.quòd regens officium Gubernatoris,num.*4.Gerens vices earum Provinciarum nullatenus exercet jurisdi-
72 ctionem,ubi adest Dominus Rex,vel ejus Locumtenens generalis,sed alibi per Provinciam vagando, vel utroque deficiente in matrice. Apud nos verò semper utitur sua jurisdictione, habetque perpetuò publicam Audientiam,& Curiam in urbe,ita ut Curia ejus sit media in-
73 ter Curiam Domini Regis,id est,Regiam Audientiam, & Ordinarios; atque adeo ab ejus decretis, tam per viam Recursus, quàm appellationis, vel evocationis, suis in casibus respectivè, patens aditus est ad Regiam Audientiam,ut Dominus Cerdan docet *in arbor. juriſd.*
74 *verſ.El Governador.* Neque enim absente Domino Rege, vel ejus Locumtenente generali aliquid Gerenti vices competit, ob quod in ejus locum subrogetur, vel cum R.Senatu causas definiat, sicut de Catalanis, & Aragonensibus tradunt præfati Doctores, & de Sardis Dominus Vico *in prag.R.Synd.tit.*4.*c.*1.*num.*37.*& tit.*1. *cap.*45.Sed Regia Audientia obdormit,modo quo dicam *cap.*4.§.2.post decem dies forales,& ipse in eodem statu permanet judicando de consilio suorum Assessorum, nisi nominetur Regens Locumtenentiam generalem Domini Regis;quod sæpius fieri vidimus. Sed hoc fit media Regia electione,expeditione privilegii, atque juramenti præstatione. Et quamvis generalem constitutionem ad id ipsum Gerentes vices obtinere conati sint per forum in Curiis generalibus, neque eis à Principe concessum fuit, neque Regni assensus præstitus, sed solum ea,quæ narrantur *in for.*53.*Cur.anni* 1626.

75 Et quoniam quotidie expediuntur literæ per Curiam Gubernationis directè ad Locumtenentem generalis Thesaurarii, ut solvat quantitates debitas, dubitatum aliquando fuit, quomodo expediendæ sunt,tam respectu tractationis ipsius Thesaurarii, quàm Magistri Rationalis Regiæ Curiæ, cui incumbit onus dispungendi rationes, quas reddit ipse Thesaurarius? Et *R. rescripto dati* 16. *Junii* 1622. lex data est,quæ præscribit formam literarum, quas *libranças* vocamus,ita ut directæ Thesaurario dicant: *Per tal les dites coses vos certificam,a fi quau placia pagar, &c.* Et in fine, dum loquuntur cum
76 Magistro Rationali: *Provehim que lo Mestre Racional de laRegia Cort en lo present Regne ho veha en comte de legitima data,& descarrech.*Et quia in visitatione carcerum, quæ fieri solebat in domo Gerentis vices, adesse debet dictus Locumtenens Thesaurarii, ex Regio rescripto jussum fuit, quòd habeantur in archivo Curiæ Gubernationis, & quòd Gerente vices præsidente, Locumtenens Thesaurarii cæteros præcedat.

Habet Gubernator duos lictores cùm fascibus argen- 77
teis,qui eum præcedunt,dum incedit publicè,& insigne personale,nempe scipionem,sive virgulam exiguam atri coloris, quam ipse,& ejus Locumtenentes gestare solent juxta copulam ensis, & ita ad eos specialiter pertinet,ut omnibus interdicatur usus ipsius, sicut & titulus *Gubernatoris* in toto Regno,ex *R.Pragmat. publicata die* 78
14.*Auguſt.Ann.*1593.qua sub pœnis prohibetur Magnatibus, Baronibus, & cæteris habentibus vassallos, ne suos officiales *Gubernatores* nominent,& ne eo insigni uti permittant. De origine autem Scipionis, & usu ipsius apud Romanos,dicam *infr.d.c.*4.§.2.

§. IV.

De officio Bajuli generalis, Magistri Rationalis Regiæ Curiæ,aliisque Regii patrimonii administris, ad for. 62. *de Curia,& Bajulo,for.* 1.*in extravag.*Que los contes dels Batles,*fol.*58. *cum aliis juribus.*

TEXTVS.

JACOBUS I. REX.

LO Batle,ò aquells qui rendes, ò censals, ó algunes altres exides nostres tendran, ò rebran,ò qui administracio de Batlia haurà,ó tendrà,no hojsme determene jutge,ne defenesca alguns pleyts criminals,ò civils, sino tansolament los pleyts, è les demandes que seran, sobre los censals nostres, ó les altres rendes nostres: los quals pleyts, è demandes solament hoje, jutge, é defenesca.

SUMMARIA.

1 *Tertia Curia est Bajulia generalis.*
2 *Bajulus in jure diversas habet significationes.*
Bajulus significat nutrium,sive executorem,ibid.
Item infima militiæ genus, ibid.
3 *Bajulus apud Grammaticos,est operarius,qui onera corpore,victus quærendi gratia,bajulat.*
4 *Bajulus apud nos,est nomen dignitatis,& significat Magistratum qui jus dicit inter fiscum,& privatum,& de Regio patrimonio curat.*
5 *Bajulus generalis est Procurator Cæsaris.*
6 *Bajuli etymologia tradita à Sebastiano Covarruvias.*
7 *Bajulus à* bajulando *dictus non inepte.*
8 *Qui de Regio patrimonio curat, onus insupportabile gestat.*
9 *Bajuli generalis præcipua cura quæ?*
10 *Bajuli officium à Regno capco fuit introductum.*
11 *Bajulus, tempore quo Judæi & Sarraceni urbem habitabant, inter eos jus dicebat.*
Bajulus jus dicebat inter omnes Sarracenos Regia ditionis, ibidem.
Et etiam oppidorum Ecclesiasticorum, ibid.
12 *Bajulus dat facultatem armandi fustes, navesque triremes.*
Bajulus est Judex criminum patratorum, & quæstionum initarum in litore maris, ibid.
13 *Limita,ut non procedat in crimine commuui.*
14 *Bajulus erat Judex in crimine Plagii patrato per Sarracenos.*
15 *Bajulus est Judex causarum suarum Officialium, in rebus ad officium pertinentibus.*
Cognoscit de contentionibus Alcaidorum domus monetæ, ibidem.

De cauſis piſcationis Albuferiæ, etiam in foro, ubi piſces venduntur, ibid.

De cauſis eorum qui extrahunt res prohibitas, ibid.

16 *De cauſis pertinentibus ad inciles villæ Algeziræ, vulgò* cequia Real.

17 *De quæſtionibus fluminum totius Regni, & molendinorum, atque riparum eorundem, etiamſi conſtructi ſint in terris Dominorum particularium.*

De naufragiis, eorumque jure, etiam in terris Baronum, ibidem.

De cauſis fœminarum domus penitentiæ, ibid.

18 *De conſtructione molendinorum, clibanorũ, & balneorum.*

19 *Bajuli juriſdictio eſt ordinaria.*

Bajulus in patrimonialibus immediatè ſubeſt Domino Regi, ibid.

20 *A ſententia Bajuli in patrimonialibus non datur appellatio, vel recurſus ad Regiam Audientiam.*

21 *Bajulus cognoſcit de cauſis appellationum in patrimonialibus mutato Aſſeſſore.*

22 *Juriſdictio Bajuli prorogabilis eſt.*

23 *In cauſis in quibus juriſdictio Bajuli prorogatur, non cenſetur ſuperior cæteris Ordinariis, & ſic non utitur verbis præceptivis, ſed deprecativis.*

Bajulus delegare poteſt, ibid.

24 *Bajulus antiquitus in electionibus Officialium urbis, pluribus facultatibus, & prorogativis fungebatur.*

13 *Bajulo plura detracta ſunt per expulſionem Sarracenorum, & per impoſitionem manus Superioris, atque conceſſionem inſucculationis.*

Quæ nunc veſtigia remaneant ejus ſplendoris, ibid.

26 *Bajuliæ diviſio, ſicut Gubernationis citra, & ultra Sexonam.*

27 *Bajulus generalis ultra Sexonam, civitatis Alonenſis, & illius partis Regni denominatur, & quare?*

28 *In Alone urbe commercium uberius viget.*

29 *Bajuli generales habent Aſſeſſores Togatos.*

30 *Bajulus generalis Valentiæ habet Locumtenentem generalem.*

Bajulus Alonenſis non habet Locumtenentem, ſed ſunt in dicta urbe, & Orceli Bajuli locales, ibid.

31 *Bajulus Alonenſis, Locumtenens Valentiæ appellatur, in* privil. 1. Domini R. Ferdinandi I.

32 *Qui nunc ea officia obtinent.*

33 *Bajuli debent eſſe naturales Regni.*

Bajuli officium, ſpeciali diſpoſitione, nemo cogitur ſubire, ibid.

34 *Conſilium, ſive, ut vulgò dicitur,* junta, *patrimoniale, quod apud nos.*

35 *Magiſter Rationalis ſequitur Bajulum, in ordine, & prærogativa.*

Belluga explicatur in ſpeculo, rub. 6. n. 6. *ibid.*

36 *Magiſter Rationalis in Catalonia præcedit Bajulum.*

Apud nos ſecus, ibid.

37 *In materia præeminentiarum conſuetudo eſt altera lex.*

38 *Magiſter Rationalis quis.*

39 *Magiſter Rationalis an ſit procurator Cæſaris.*

40 *Procurator Cæſaris Rationale vocabatur, & quare.*

41 *Magiſter Rationalis, Principis diſpenſator eſt.*

42 *Magiſtri Rationalis officii initium apud nos.*

43 *Explicatur* for. 1. *in extravag.* Que los contes dels Batles, *fol.* 38. *junctò* foro 94. de Cur. & Bajul. & privil. 33. reg. Alfonſ. II.

44 *Magiſter Rationalis cognoſcit de cauſis civilibus Officialium ſuæ Curiæ tantum.*

45 *Magiſter Rationalis habet juriſdictionem ad obſervantiam privilegiorum Alcadiorum, & cæterorum Officialium domus Monetæ.*

46 *Magiſter Rationalis ad quæſtiones juris in rebus ad ſe pertinentibus habet conſultores ex R. Conſilio.*

47 *Magiſter Rationalis habet Locumtenentem, ad quem omnes prærogativæ ipſius eo abſente ſpectant.*

48 *Magiſter Rationalis habet quatuor Coadjutores.*

49 *Qui nunc hæc officia obtinent.*

50 *Magiſter Rationalis habet Aulam intus Regiam.*

TErtium Tribunal, ſive Curia in noſtro Regno eſt Bajuliæ generalis. Hoc nomen *Bajulus* in jure diverſas habet ſignificationes. Significat enim Nuntii, ſive Executoris officium: Bartol. *in l. penult. Cod. de exec. & exactor. lib.* 12. item infimæ militiæ genus, idem Bartol. *in l. Colonos, C. de agricol. & cenſit. lib.* 11. ibi: *Servus non poteſt eſſe Bajulus, licet hæc militia ſit infima.* Apud Aragonenſes, & Catalaunos ſignificat Judices ordinarios, Bardaxi *tit. quod de cætero officium Bajuliæ verſ. in foris, fol. mihi* 140. Oliban. *dict. ufatic. alium namque, c. 4. num.* 12. *& ſeqq.* Fontanel. *de pactis, claus. 4. gloſ.* 10. *p.* 2. *à num.* 66. *& deciſ.* 366. *per tot. tom.* 2. *& deciſ.* 185. *per tot.* 1. 1

Apud Auctores linguæ Latinæ Bajulus eſt operarius, qui onera corpore ſuo, victus quærendi gratiâ, portat: Ambroſ. Calepin. Sextus Pomp. Feſtus *in dictionar.* & Joſephus Laur. *in Analibea Onomaſtica, verb. Bajulus.* Bene ad rem Cicer. *de Orator. lib.* 3. *Remigen aliquem, aut Bajulum nobis oratorem deſcripſeris.* Nam derivatur à bajulando, quod eſt humeris portare. 3

Apud nos autem Magiſtratum ſignificat; cui incumbit onus dicendi jus inter fiſcum, & privatos, exigendi redditus Regii patrimonii, & de eo in omnibus, & per omnia curare. Quare Bajulus generalis idem eſt, ac Cæſaris Procurator, ut latè probat Dominus Leon, *deciſ.* 87. *num.* 1. *& deciſ.* 105. *per tot. lib.* 1. *& deciſ.* 187. *num.* 1. *lib.* 2. Hanc eandem ſignificationem tribuit Sebaſtianus Covarruvias *in ſuo Theſauro linguæ Beticæ, verb. Bayl.* ubi dicit importare idem, ac poteſtas, & hinc deducit à nomine *Baylio*, quòd juxta conſtitutiones Ordinis Divi Joannis Hieroſolymitani, *tit. de verbor. ſignifi. Bailii antiqua Gallorum lingua dicebantur, domorum, aut aliorum præfecti prædiorum, ſive adminiſtratores*: Bulenger. *de Imper. Rom. lib.* 3. *cap.* 19. Vvolfgang. Laz. *Comment. Reipub. Rom. lib.* 2. *cap.* 13. perdoctè, ut ſolet, Don Franciſc. Amaya *in l.* 2. *num.* 3. *& ſeqq. C. de jur. fiſc. lib.* 10. *l.* 5. *num.* 11. *C. de bonis vacantibus, eod. lib. l. fin. cap.* 3. *num.* 5. *C. de Decurio. eod. lib.* 10. omino videndus, & poſt eum Don Joannes Baptiſta Larrea *allegat. fiſcal.* 52. *num.* 11. *& ſeqq. tom.* 1. Sicque Bajulus Præfectus eſt Regii patrimonii, atque adeò non ineptè ſignificatio hæc tribui poteſt. 4 5 6

Sed neque impropriùs aliam ab Auctoribus linguæ Latinæ traditam, à *bajulando* nomen ipſius derivando, dicendum eſt ei convenire: Magiſtratus enim, cui incumbit cura Regii patrimonii, univerſæ Reipublicæ onus bajulare videtur (nam ut Tacitus ait 4. *hiſtor. Nec quies gentium ſine armis, nec arma ſine ſtipendiis.*) quod inſupportabile eſt, nam nil difficilius, quàm jura Regia exigendi cura. Idem Tacitus 2. *hiſtor. Sed nihil aquè fatigat, quàm pecuniarium conquiſitio.* ob quod Bajulum Operarium univerſæ Reipublicæ propriiſſimè eſſe dicemus ad rem, Ramirez *de l. Reg.* §. 15 *n.* 12. latè Solorçan. *Emblem.* 82. *ex num.* 2. 7 8

Bajulus itaque generalis apud nos, eſt idem, ac Procurator Cæſaris, ut ex Domino Leon diximus, *ſuprà*: cui conſonant tradita à Belluga *in ſpecul. Rub.* 6. *num.* 11. præcipuaque ejus juriſdictio verſatur inter fiſcum, & privatos, & circa res patrimoniales Principis, ut in *noſtro foro* 62. Belluga, & Dominus Leon, *ubi prox.* Dominus Cerdan *in arbor. juriſdiction. verſ. El Bayle*, Oliban. *dict. cap.* 4. *num.* 53. *& cap.* 5. *num.* 15. Molinus *in repertor. foror. Aragon. verb. Bajulus*, & ibi Portoles, Bardaxi *ubi proxim. verſ. fin.* & Ramirez *ubi ſup.* Ferrer. *obſerv. lib.* 1. *cap.* 29. *&* 23. Peguer. *in praxi Civil. Rub.* 4. Ripoll. *Regaliar. cap.* 25. *num.* 70. *&* 74. *& cap.* 59. *num.* 185. *cum ſeqq.* Xamar. *de offic. Jud. & Advocat. par.* 2. *quæſt.* 6. *n.* 75. *& quæſt.* 7. *num.* 10. *cum ſeqq. & num.* 52. *cum ſeqq.* Dominus Creſpi *obſer.* 62. *ex num.* 3. & Ego *de re Crim. cumul.* 6.

ex

ex num. 5. Apud Sardos adhuc Procurator Regius nominatur, Dominus Vico *ad pragmat. tit. 1. c.* 47. & passim Don Anton. Canales *in discurs. Parlament. ad fin. in Catalog. officior. Curiæ.*

10 Fuit apud nos officium Bajuli à Regno capto introductum, ut patet *ex nostro text.* & quamvis *ibi*, & *aliis juribus*, tantum ei tribuatur jurisdictio generaliter ad omnes causas Regii patrimonii, postea ad plures alias
11 causas extensa fuit; nempe tempore Judæorum, & Sarracenorum; hoc est, quando istæ gentes in urbe degebant, ad omnes quæstiones inter ipsos: *for. 67. tod. tit.* & id tam civiles, quàm criminales, & ad quæstiones ejusdem gentis, habitantis in oppidis Regiæ dominationis, & Ecclesiasticorum, *privil. 7. R. Jacob. II. for. 66. tod.*
12 *tit.* Ad facultatem concedendam armandi fustes, naves, triremes, *for. 64. tod. tit.* Ad crimina, & quæstiones patratas in litore maris, *for. 68. tod. tit. privil. 47. Domini*
13 *Reg. Petri II.* Quod intellige, ut *in privil. 95. ejusd. Reg.* nempe quando delictum est contra provisionem, vel res pertinentes ad ipsum Bajulum, Regiúmque patrimonium, secus in crimine communi, *privil. 135. ejusd. Reg.*
14 Ad crimen Plagii patratum per Sarracenos, *privil. 77. ejusd. Reg.* Ad causas suorum Officialium in rebus ad officium pertinentibus, *privil. 7. R. Ferdinandi II.* ut ex-
15 plicat Doct. Ludovicus Ocaña Oriolensis *in capit. jur. Almoxarif. cap. 12. n. 6. & seqq.* Ad causas contentionis Alcadiorum domus Monetæ, apud nos *Secca* appellata, & ad poenas commissas, sive debitas ab Officialibus eos perturbantes in sua jurisdictione, *privil. 11. ejusd. Reg.* Ad causas piscationis Albuferiæ, & fori, ubi pisces venundantur; vulgò *la Peixcateria*, *privil. 7. in extravag. fol. 226.* Et ad causas extrahentium res prohibitas, sive, ut dicimus *Vedado*; *privil. 17. in extravag. fol. 239.* quæ omnes continentur ferè *in for. 7. de Cur. & Bajul.*

16 Cognoscit etiam Bajulus de quæstionibus circa aquam incilis Regalis villæ de Alzira, *privil. 9. R. Joan. II.* & de quæstionibus fluminum totius Regni, atque riparum, & molendinorum, eorundem, etiamsi constructa sint in terminis dominorum oppidorum; sive Baro-
17 num, *privil. 106. Domini R. Petri II.* ubi sententia in contradictorio judicio. De naufragiis, eorumque jure, etiam in terris Militum, & Baronum, *privil. 55. Domini R. Alfons. III.* Cognoscebat etiam de causis fœminarum, quæ è vita quæstuaria ad Domum pœnitentiæ confugiebant, *privil. 117. R. Petri II. §. ult.* Sed quoniam domus illa non extat, aliaque constructa est sumptibus
18 ærarii urbis Divo Gregorio dicata, specialibus privilegiis hoc immutatum credo. Cognoscit etiam de constructione molendinorum, clibanorum, & balneorum, *privil. 75. el segundo, & privil. 130. Domini R. Jacob. II.*

19 Jurisdictio Bajuli ordinaria est, neminique in patrimonialibus subjecta, nisi immediatè Domino Regi, tanquam Caput per se stans, *dict. privil. 7. R. Ferdinandi II. per tot.* Sicque, neque ad Regiam Audientiam in patrimonialibus, provocatio, aut recursus conceditur *privil. 31. Domini R. Ferdin. II.* (Quare causæ Bajuliæ evocari non possunt, *R. rescriptum dat. Matriti die 27. Februar. 1619.* imò restituendæ, etiamsi non postuletur, nec adhuc decretari ad recognoscendum, *R. rescriptum dat. S. Laurentij die 16. Septembris 1618.* confirmatum per aliud, *diei 18. Aprilis 1619.* tradit Ocaña *de jur. Al-*
20 *moxarif. cap. 16. n. 3. & seqq.*) Sed ad eundem Bajulum pertinent mutato Assessore; vel ad Supremum Aragonum Consilium; & casu quo mutato Assessore in secunda instantia cognoscat Bajulus, tenetur nominare unum ex Doctoribus Regiæ Audientiæ, juxta ordinem, sive ut
21 vulgus infit, *per torns*, apud nos *boxari*. Tradit P. Mandariaga *dict. cap. 4. §. 2.* Ocaña *ubi proximè num. 4. & seqq.*
22 Ex quibus infertur, quòd prorogabilis est ejus jurisdictio, quod pluribus probat Dominus Leon *dict. decis.*
23 *105. per tot.* Sed quia hoc in casu Bajulus non censetur superior cæteris ordinariis, non verbis præceptivis, sed deprecativis utitur in litteris, Dominus Leon. *dict. decis. 87. per tot.* & delegare solet, sive substituere casu quo legitimè impediatur. Antiquitus enim pluribus prærogativis fungebatur, tum in causis, & rebus Sarracenorum, tum etiam in electionibus Officialium urbis: nunc autem multum ei detractum est, & per expulsionem Mau- 24
rorum, & per consuetudinem, atque impositionem manus Superioris, concessionemque privilegii insaccula-
tionis, de qua *infr. cap. 4.* Sed adhuc permanent vestigia 25
illius splendoris: nam interventum habet in omnibus electionibus, eas nomine Regio publicando, cellulas electorum capiendo, atque juramenta novorum Officialium deferendo; nam cuncta in posse ipsius præstantur publicè in Sede Valentina.

Sicut enim pars Regni Occidentalior, quoad Guber- 26
nationem divisa fuit (ut §. *præcedenti* diximus) à Gubernatione urbis, & residui Regni; ità pariter, quoad Bajuliam generalem divisum Regnum habemus: nam in Gubernatione Regni ultra Sexonam, Bajulus generalis adest, qui Bajulus generalis urbis Alonensis, & Regni ultra Sexonam, denominatur, *for. 14. in fin. de rerum divis.* Summaque ratione nititur, quòd urbi Alonensi hæc prærogativa concedatur: nam quamvis civitas Orcelis caput sit ejusdem Provinciæ, æquissimum fuit Alonensi honorem similem tribuere. Quia sicut ad primam urbem pertinet honos tituli Gubernationis, quod est præcipuum officium; ita urbi, & dignitate, & antiquitate secundæ, parique in magnitudine, & fortè divitiis uberiori, secundæ dignitatis titulus reservatur. Tum etiam, 27
quia cum Regium patrimonium, de quo curat Bajulus, 28
ut plurimum consistat in juribus, quæ solvuntur ex mercibus ingredientibus, & egredientibus Regnum, in Alo-
neque sit commercium uberius, ratione portus maritimi, ibi assistentia ordinaria Bajuli generalis; tanquam in propria sede figenda erat, & illius de nominatio reservanda. Benè verum est; quòd de hac divisione dubitari meritò potest; nam *in privileg. 1. Domini Reg. Ferdinandi I.* Bajulus ultra Sexonam Locumtenens nostri Bajuli nuncupatur expresse, cujus rei vestigia conservant, nam in eo districtu noster Bajulus adhuc utitur jurisdictione in juribus salis, & quemæ, ut tritum, & notum est.

Habet uterque Bajulus Assessorem Togatum, de con- 29
silio cujus judicat causas ad jurisdictionem prædictam pertinentes, cum interventu Regii patrimonii Advocati, & citatione Procuratoris patrimonialis, probat Oca-
ña *de jur. Almoxarif. cap. 14. num. 1.* Sed noster Bajulus, 30
qui dignitate, & præeminentia præfertur, habet Locumtenentem generalem in officio, qui casu quo ipse legitimè impediatur; eo munere fungitur cum omnibus honoribus, & præeminentiis; à Rege Domino ad id officium promotum; & Receptorem generalem, apud quem pecuniæ Regii patrimonii deponuntur, qui Præfectus ærarii est; de quo Bulenger. *de Imper. Rom. lib. 3. cap. 24.* Bajulus autem Alonensis non habet Locumtenentem, neque Receptorem generalem, sed Bajulos locales, atque Receptores particulares, in eisdem civitatibus. Sunt etiam Bajuli locales in omnibus civitatibus, & villis; sive oppidis Regiæ ditionis totius Regni, qui Bajulo generali ita subsunt, ut Locumtenentes ipsius in unoquoque oppido reputentur, ejusque mandatis ita parere tenentur, sicut si ab ipso Rege dimanarent, atque, in casu inobedientiæ possunt ab officio per ipsum deponi, alii- 31
que loco ipsorum nominari, *dict. privil. 1. Domini Regis Ferdinandi I.*

Qui autem hæc officia nunc obtinent, sunt sequen- 32
tes.

Illustris Don Baltasar Pardo de la Casta Marchio de la Casta Comes de Alaquas, Bajulus Generalis Civitatis & Regni Valentiæ: nunc Prorex Regni Majoricensis.

Nobilis Don Gaspar Frigola Equestris Ordinis B. Mariæ de Montesia

Monteſa Locumtenens Generalis ipſius.
Magnificus D. Frater Hippolytus Samper, ejuſdem Ordinis, Prior Collegii Sancti Georgii, Aſſeſſor Bajulii Generalis.
Don Ludovicus Pallas de Vallebrera Baro de Cortes, Receptor Generalis Bajulis.

In Bayulia Alonenſi.

Nobilis Don Arnaldus Roſell, Bajulus generalis.
Nobilis Don Franciſcus Paſqual de Ibarra, Aſſeſſor.

33 Bajuli omnes debent eſſe naturales juſtius Regni, *dict. for. 101. de juriſd. omn. judic.* & quamquam regulariter munera publica coactus unuſquiſque ſubire debeat, ut tradunt Maſtril. *de Magiſtrat. lib. 1. cap. 30.* & Don Franciſc. Amaya *in rub. C. de Decurion. lib. 10.* ſed ſpeciali diſpoſitione in Bajulo regula hæc non procedit, *for. 80. de Cur. & Bajul.* neque conferri poteſt officium hoc Judæo, Sarraceno, aut publico uſurario, *for. 83. cum duob. ſequ. eod. tit.*

34 Hæc ſummariè quoad juriſdictionem Regii patrimonii, quoad adminiſtrationem, licet antiquitus Bajulus de ea ſolum curabat; nunc non ab eodem tantum, ſed à Conſilio patrimoniali Regia pecunia, & proventus regunt̃r, quòd vulgò appellatur, *Junta patrimonial*, quæ diebus Martis, & Jovis in Regia congregatur, celebraturque veſpere, domino Prorege præſidente: adſuntque in ea Bajulus generalis, Magiſter Rationalis, Aſſeſſor Bajuliæ, R. Patrimonii Advocatus, Receptor Bajuliæ generalis, & Procurator Regii patrimonii, ibique de conductionibus, atque exactionibus jurium Regiorum, erogationibus, emphyteutis, cæteriſque ad patrimonium pertinentibus, agitur. Iſtius Conſilii origo refertur ad tempus, quo Licentiatus Petrus de la Gaſca, tanquam Regius viſitator illud inſtituit; diciturque confirmatum Regiis reſcriptis *diei 14. Januarii* 1547. (Nam Gaſca ſuam commiſſionem exequebatur in *menſe Junii anni* 1544.) & *Diei 20. Februarii* 1560. quo juſtum fuit quòd Prorex ad libitum intereſſet. In Alone etiam adeſt Conſilium, ſive *Iuncta* patrimonialis, ad eaſdem res peragendas in eo diſtrictu.

35 Sequitur immediatè in ordine, & prærogativa Magiſter Rationum Domus, & Curiæ Regiæ. Et licet Belluga *dict. rub. 6. num. 9.* eum præferat Bajulo; neſcio quo pacto indiſtinctè ibi locutus fuit, nam obſervantia contrarium
36 demonſtrat, tribuens Bajulo generali præcedentiam in omnibus. Ego enim inſpecta *Belluga* traditione, miratus fui, & aliòquin illud intelligere non valeo, niſi animadverſo quòd eo in loco locutus fuit de Curiis generalibus totius Coronæ Aragonum, ut legenti patebit. Cum autè in Cathalonia officium Magiſtri Rationalis Bajuli officium præcedat, ut expreſsè tradit Xamar *de offic. Iudic. & Advocat. part. 1. quæſt. 2. num. 56.* & ante eum Olibanus *dict. cap. 4. num. 52. & 53.* inde eſt, quòd indiſtinctè
37 locutus fuit juxta obſervantiam Cataloniæ. Sed apud nos ſemper Bajulus præfertur, ſive ſit in actis publicis, ſive in Conſilio, vel *Iunta* patrimoniali, ut notum eſt omnibus; & in his ad conſuetudinem recurrendum eſt, *leg. fin. C. de offic. Præfect. urbis. l. obſervare. §. antequam ff. de offic. Proconſul. Cap. cum olim, de conſuetud.* Maceratenſ. *variar. lib. 1. reſolut. 81. n. 4.* Seraphin *deciſ. 716. n. 18.* Ludoviſ. *deciſ. 124. n. 2.* Maſtril. *deciſ. 130. n. 16. tom. 2.* Fœlix Contelorus *in lib. de præcedentia, n. 6. & 88.* pluribus D. Joan. Baptiſt. Larrea *allegat. 51. n. 8. cum ſeq.* Licet Magiſter Rationalis aſſerat primùm præcedentiam ad ſe pertinuiſſe, & poſtea Regio decreto Bajulo conceſſam, ſed de hoc non eſt mentio in jure noſtro: meminit de hoc officio, licet non exactè explicet, Mandariaga *dict. capit. 4. §. 2.*

38 Iſte Magiſter Rationalis non eſt idem, ac illi ejuſdem nominis, de quibus per Maſtrill. *de Magiſtratib. lib. 5. c. 9. n. 3.* nam illi ſunt Conſiliarii Tribunalis Regii Patrimonii apud Siculos, ut infit *n. 6. & ſeqq.* ſed qui de rationibus, & adminiſtrationibus Regiis cognoſcit, eas recipiendo, diſpungendo, atque definiendo, *for. 93. de Cur. & Bajul. fol. 1. in extravagant. Que los contes dels Batles, fol. 38. cap. 6. actorum Brachii Eccleſiaſtic. & Rega. Curiarum anni* 1552. Belluga *d. rub. 6. n. 9.* ubi Borrel. Ramir. *d. §. 15. n. fin.*

Sed nunc videndum eſt cui officio correſpondeat 39
hoc Magiſtri Rationalis? & quamquam Belluga *ibidem*, aſſerat Procuratori Cæſaris; quod non impugnat Borrel. *in addit. lit. M.* tamen impropriè ad eum pertinere dicendum eſt. Nam licet Procuratori Cæſaris non ſolum incumberet onus dicendi jus inter fiſcum, & privatum, atque de ærario, ſive Principis pecunia, ejúſque exactione curare; ſed etiam rationes omnium reddituum, atque vectigalium ad Cæſarem pertinentium diſpungere, & definire; ob quod *Rationalis* vocari ſolitus fuit, ut latè probat Don Franciſcus Amaya *in dict. leg. 2. num. 3. C. de jur. fiſc. lib. 10.* Larrea *dict. allegat. 52. num. 12.* So- 40
lorçan. *de jure Indiar. lib. 5. cap. unico. num. 131. & ſeqq.* (ubi ad rem plura) tamen apud nos hæc diviſa reperiuntur, ita ut juriſdictio, & cura patrimonii ad Bajulum pertineat: rationes exigere rerum patrimonialium, eaſque diſpungere, & definire ad Magiſtrum Rationalem, 41
ut ex ſupradictis patet; ob quod non poteſt propriè, & adæquatè ad hunc Magiſtratum Procuratoris Cæſaris dignitas pertinere; ſed magis accedere videtur ad Principis Diſpenſatoris officium, de quo Amaya *in leg. 1. C. exactor. tributor. num. 12. & 13. eodem lib. 10.* quod Borellus inſinuavit. Cæterùm magna dignitate, atque plurimis prærogativis fungitur, ut expreſsè dicitur *in privileg. 11. in extravagant. fol. 237.* ibi: *Cujus officium magnum, & præcipuum eſt, ac dignitatibus, & præeminentiis decoratum.*

Quando autem hoc officium quoad nos inſtitutum 42
fuit? dubitari poteſt; nam licèt in *dicto foro 1. in extravagant. Que los contes dels Batles, fol.* 38. expreſsè contineatur inſtitutio, & creatio illius facta à Domino Rege Alfonſo Tertio, anno 1419. tamen de Magiſtro Rationali expreſſis verbis loquitur *privileg. 33. Domini Reg. Alfonſi Secundi*, ibi: *Mandantes per præſentes Magiſtro Rationali Curiæ noſtræ, aut alii cuicunque à dictis Juſtitiis* 43
computum audituro: quod dicta conſueta ſalaria in eorum computum recipiat, & admittat ipſis exhibentibus apothas de ſoluto, aſſignationibus prioribus, ac aliis impoſterum faciendis obſiſtentibus ullo modo. Nec placebit ſi dicas id errore fortè factum eſſe in compilatione privilegiorum, eo quod inter privilegia Alfonſi III. hoc collocandum ſit: nam ejus conceſſio fuit facta anno 1330. ſicque regnante Alfonſo II. nam hic ſucceſſit Jacobo II. patri, anno 1327. ut tradit Mariana *lib. 15. cap. 19.* & obiit anno 1335. ut ipſe infit *lib. 16. cap. 4.* at verò Alfonſus III. ſucceſſit Ferdinando I. anno 1416. ut ipſe docet *lib. 20. c. 8.* Demum de eodem officio fit mentio *in for. 94. de Cur. & Bajul.* ibi: *Que la Cort reba lo conte en poder del noſtre Meſtre Racional*, qui editus fuit anno 1342. Sed dicendum eſt, quòd à principio, quamvis Magiſter Rationalis eſſet officium Regiæ domus, & Curiæ, non tamen erat Magiſtratus in Regno lege firmatus: ſed ſi Dominus Rex in Regno reperiebatur, ſuum munus regebat; eo autem abſente, minimè: quod deprehenditur ex verbis *ejuſdem privil. 33.* ibi: *Aut alii cuicunque à dictis Juſtitiis computum audituro*, qui erat Bajulus. *for. 91. & dict. for. 93. eod. tit.* In *dicto* autem *for. 1. in extravag.* expreſsè officium hoc creatum fuit, his verbis: *Lo qual de preſent elegim, intitulam è nomenam, ò de altra perſona que ſia del dit Regne idonea, per nos, ò noſtres ſucceſſores elegidora que exercesca les dites coſes, è ſia dit, è nomèat Meſtre Racional de noſtra Cort en Regne de Valentia.* Ex quibus ultimis verbis clarè deducitur, quod antequam foras hic conderetur, non erat Magiſter Rationalis ſpecialiter creatus

ad

ad Regnum Valentiæ,ſed Curiam ſequebatur, & erat totius Coronæ: quod etiam deprehenditur *ex dict. lib. Ordin. R. domus*,de quo *ſuprà* mentionem feci. In *dict. autem extravaganti lege*, creatus fuit hic Magiſtratus ad noſtrum Regnum,ibi. *Meſtre Racional de noſtra Cort en Regne de Valencia.*

44 Præter cognitionem rationum rerum fiſcalium, & patrimonialium, tributa fuit juriſdictio eidem Magiſtro Rationali in cauſis civilibus dumtaxat miniſtrorum ſui officii,*dict.privil.* 1. *in extrav.fol.*237.ibi: *Quod in cauſis civilibus,dictos Officiales,alioſque domeſticos, familiares, & ſervitores,præfati Magiſtri Rationalis, ipſorúmque familias quomodocunque, & quavis ratione defendendo tangentes.* Quæ juriſdictio privativè quoad omnes,etiam Proregem conceſſa fuit,ut *ibidem* expreſsè cavetur. Et cum limitatione ad cauſas civiles,& ad perſonas ibi expreſſas conceſſa ſit,prorogari non poteſt. Nam in juriſdictione æquè principaliter reſtricta;& quoad perſonas,& quoad cauſas,nunquam admittitur prorogatio Barbol. *in l.* 1. *art.* 1. *n.* 121. *&* 147. *ff. de judiciis.*

45 Demum habet conceſſam juriſdictionem ad obſervantiam privilegiorum conceſſorum Alcadiis, aliiſque Officialibus domus Moneræ, cum poteſtate coërcendi per pœnas legibus noſtris indictas,*privil. 6. R. Joan. II. in fin.*

46 Ad quæſtiones juris terminandas habet Conſultores de Regio Conſilio;ut in ſimili notat Solorçano *de jur. Indiar.lib.*4. *cap.*3.*n.* 46.*tom.* 2.& ad ſui muneris admi-
47 niſtrationem præter Locumtenéntem, cui omnia privilegia ipſius conceſſa ſunt, eo abſente,vel impedito, ut de Gubernatore,& Bajulo dixi (adeò ut, quamvis contrarium obtinere Brachia Regni conata fuerint in pre-
48 cibus *for.*66.*Cur. ann.*1604. denegatum expreſſe fuerit) tres coadjutores habet præter ipſum Locumtenentem, qui etiam coadjutoris officium obtinet cum actuali, &
49 perpetuo exercitio.Qui enim hodie hæc officia obtinent ſunt ſequentes.

Nobilis Don Illephonſus Zanoguera, Magiſter Rationalis.
Nobilis Don Balthaſar Gueran de Arellano, Locumtenens.

Exercetur hæc juriſdictio Rationum intus ipſam Re-
50 giam, ubi Aulas habet ad computorum, & Rationum exigendarum expeditionem,& archivum, quo Rationum omnium libri cuſtodiuntur,ut expreſsè diſpoſitum eſt *in for.*33.*de notar.ſcrib.& ſalar.d.for.*2.*in d.extravag. fol.* 38.

51 Nunc autem poſtquam bella intra Hiſpaniam ducuntur,habet ex Principis conceſſione annexam ſuo officio rationum rerum militarium curam, vulgò dictam. *La vehedoria,y contaduria general*,cum uberiori ſalario, ob quod ejuſdem muneris auctoritas non modicum incrementum accepit:nam militaria omnia officia, quæ de ſtipendiis,commeatu,annonaque militari curant,melioris conditionis eſſe ſolent, ſecuriorisque exercitii, ob quod aſſidua eſt æmulatio inter eos,qui,*Oficiales de la pluma*,appellantur, & milites ipſos qui in conflictu vitam tot periculis exponunt; quare ſicut honoribus præ-valent iſti,illi ſtipendiis effectivis anteponuntur.

§. V.

De Judice cauſarum Decimalium,& de ejus juriſdictione, for. final. de Decimis.

TEXTVS.

CAROLVS IMPERATOR REX Hiſpaniæ, Montiſoni Anno 1542.

ITem ſenyor,com ab diverſos privilegis,otorgats per los Sereniſſims Reys de Valencia,predeceſſors de V. Mageſtat, ſia eſtatuit, y ordenat lo modo, forma, y ſtil que te,y ha de tenir lo Jutge dels Delmes, en la exaccio dels Delmes, y Primicies,aixi Eccleſiaſtiques, com del terz de V. Mageſtat, è deutes, per raho dels dits fruits decimals, è de com ha de conexer les dites cauſes quant hihaguès algun dubte ab Aſſeſſor. Y totes les altres coſes ques dehuen fer,y obſervar per aquell, per la bona adminiſtracio,y regiment de dit ofici, è execucio de aquell. E que de les cauſes, y executions per aquell fahedores no ſen puxen entremetre lo Portantveus de Governador, ni evocarſe a la Real Audiencia, ſegons que per dits privilegis es mes llargament contengut, y expreſſat, los quals ſe volen *de verbo ad verbum* haver per expreſſats: los quals dits privilegis ſon eſtats per V. Mageſtat confermats ab acte de Cort per V. M. fet en les Corts per V. M. darrerament celebrades en la preſent vila de Monçò. E com los dits privilegis *de facto* no ſerien obſervats, ni ſe obſervatien en la Real Audiencia,ni per lo Portantveus de Governador, ni Lochtinent de aquell de la voſtra Ciutat, y Regne de Valencia:los quals es a juſticia, y raho conforme aixi per eſſer eſtats confermats per V.M. com encara,perque ſegons aquells los qui ſon eſtats Jutges dels Delmes, è tengut lo dit ofici,han tengut, y acoſtumat de tenir, y regir lodit ofici antiquiſſimament. Per ço lo Braç Eccleſiaſtich ſuplica,y demana eſſer per V.Mageſtat provehit è ſtatuit,y ordenat, que los dits privilegis atorgats, als dits Jutges dels Delmes,é totes les coſes que en aquells ſon contengudes, ſtatuides,y ordenades,ſien inviolablement obſervades per los deſſus dits Oficials de V.Mageſtat,y que aquells no ſen empatchen, ni ſen puixen empatchar,ni entremetre del dit Jutge dels Delmes, ni de les coſes tocants adaquell en virtut de dits privilegis, ans aquell uſe, è puixa uſar del dit ofici conforme als dits privilegis,é coſes en aquell contengudes, ſpecificades,y al ſtil, y practica que tots temps ſe ha tengut, y obſervat, y practicat en la dita ſua Cort,no obſtants qualſevols emantaments, *de facto* fets en la Real Audiencia,é per lo Portantveus de Governador, è Lochtinent de aquell, é altre qualſevol Oficia, é altres qualſevols furs,é actes de Cort,aixi fets en les Corts celebrades en la preſent vila de Monçò en lo any. 1533. com en qualſevol altres Corts celebrades en qualſevol altra part, ans agut aquells per revocats,caſſats, é annullats, com ſi no foſſen james eſtats fets. *Quels ſerven los furs è privilegis, remoguts tots abuſos.*

SECTIO PRIMA.

SVMMARIVM.

1. *Judex cauſarum decimalium non concurrit cum aliis Magiſtratibus.*
2. *Cauſa decimales ad Judicem Regium pertinent,& quare Decimæ factæ fuerunt profanæ ibid.*
3. *Conceſſio Decimarum Regi Sancio Ramirez facta fuit per Alexandrum II. & Gregorium VII. ſummis Pontificibus.*
4. *Tenor Bullæ Gregorij VII. traditur.*
5. *Bulla Gregorii VII. errore inſcribitur* 13. Kalend. Martii.
6. *Gregorius VII. Pontifex creatus die* 22. *Aprilis*,1073: *& num.* 9.
7. *Conceſſio iſtius Bullæ ponitur à Zurita anno* 1074.
8. *Varius eſt conceſſam fuiſſe anno* 1080.
10. *Gregorius VII. Pontificatum obtinuit duodecim annos, unum menſem, & tres dies.*
11. *In ſupputatione temporum magna varietas inter hiſtoriatores reperitur.*
12. *Rex Sancius Ramirez, Sanctium Abbatem Oratorem Romæ miſit.*
13. *Sancii Regis, frater Garcia Epiſcopus Jaccenſis*

conceſſiones impugnavit.

14 *Sancius Abbas electus anno* 1077.

15 *Sancius Rex Decimas reſtituit Eccleſiæ Divi Vincentii Rotenſis, quia in conceſſione non comprehendebantur.*

16 *Alquezarenſe Cœnobium fundatum fuit ab ipſo Rege Sancio poſt annum* 1074.

17 *Decimarum plures conceſſiones virtute hujus privilegii Reges Aragonum fecerunt.*

18 *Rotæ Rom. memorabilis deciſio coram Buratto in cauſa Decimarum,* dic 30. Januarii 1615.

19 *Urbanus II. Petro Sancii filio expreſſius Decimas conceſſit, anteceſſorum gratias confirmando.*

20 *Tenor Bullæ Urbani II.*

21 *Auctores qui hanc conceſſionem tradunt.*

22 *Rotæ deciſiones ipſam conceſſionem approbantes.*

23 *Petrus Aragonius I. an eſſet Rex Hiſpan. in dubio revocatur.*

24 *Rota reſpondit bene ad hoc dubium.*

25 *Aragoniæ, & Navarræ Regna in Hiſpania ſunt.*

26 *Anno* 1095. *in Hiſpania non fuit Rex aliquis nomine Petrus, & Sancii filius, niſi Aragonius.*

27 *Caſtellam dominabatur Alfonſus VI. frater Sancii, qui ad Zamoram necatus fuit.*

28 *Rex Jacobus Eccleſias dotavit poſt Regni expugnationem.*

29 *Decimæ effectæ fuerunt profanæ ex Pontificia conceſſione.*

30 *Ratio hujus concluſionis.*

31 *Decimæ ſemel factæ profanæ, ſunt de juriſdictione laici.*

32 *Onus dotandi an effectus acquiſitionis Decimarum interdixiſſet.*

33 *Decimæ pleno jure quæſitæ fuerunt Regibus, eo ipſo quòd Regnum ab infidelium manibus vindicabant.*

34 *Onus dotandi Eccleſias non erat adimplendum ex Decimis.*

35 *Dotatio Eccleſiæ Valentinæ fuit facta tertio anno poſt expugnationem.*

36 *Decimæ an adquiſitæ fuiſſent Jacobo Regi titulo feudi.*

37 *Infeudatio, de qua* in privil. 12. *ejuſdem Regis, nullius momenti fuit.*

38 *Epiſcopi non habent poteſtatem concedendi in feudum Decimas, poſt Concilium Lateranenſe ſub Alexandro III. anno* 1180.

39 *Nec ante Concilium, & quare?*

40 *Infeudatio Decimarum non tollit juriſdictionem Regiam.*

41 *Decimandi jus, juxta Canoniſtas à jure divino procedens, apud Eccleſiam remanſit.*
Theologorum opinio verior Papæ.

42 *Decimarum temporalis perceptio profana effecta fuit ex privilegio Papæ.*

43 *Decimarum juriſdictio, an ex conceſſione Regia in favorem Eccleſiæ priſtinam naturam obtinuiſſet.*

44 *Bonorum* de realengo *alienatio in Eccleſiam à Rege Jacobo interdicta.*

45 *Permiſſa poſtea certis legibus.*

46 *Prohibitio alienationis in Eccleſiam, non eſt contra libertatem Eccleſiaſticam.*

47 For. 6. & 15. de rebus non alienand. & *For.* 6. de juriſ. omn. judic. *explicantur.*

48 *Dominus in alienatione propriæ rei, legem ſibi bene viſam ponere poteſt.*

49 *Prohibitio alienationis non infringit libertatem Eccleſiaſticam, & multo minus conceſſio cum qualitate, vel lege.*

50 *Clericus, vel Eccleſia conventus, ratione bonorum* de realengo, *coram laico non cenſetur Clericus, ſed quidam de univerſitate habens rem Regiæ ditionis.*

51 *Decimæ quæſitæ Regibus, ſubjectæ ſunt legibus eiſdem dictis tempore alienationis.*

52 *Fori Regni conditi fuerunt ante annum.* 1241.

53 *Foros factos fuiſſe anno* 1250. *Additio eſt Compilatoris ſecundæ editionis.*
In editione antiqua fororum, & exemplaribus antiquioribus, non adeſt anni mentio, ibid.

54 *Compilatoris traditio convincitur clarè.*

55 *Fori anno* 1240. *facti.*

56 *Fororum condendorum tempore, nondum Epiſcopus Valentinus fuerat conſecratus.*

57 *Fori ſunt conſuetudines ſcriptæ.*

58 *Conſuetudo cognoſcendi per Judices Regios de bonis* de realengo *ab Eccleſiaſticis adquiſitis inducta erat ante annum.* 1241.

59 *Doctores noſtram ſententiam ſcribentes.*

60 *Conſuetudo judicandi per Reges de Decimis.*

61 *Sententia Jacobi I. in cauſis decimalibus contenta in* for. 1. eod. titul. *lata fuit, ubi nunc adeſt Tribunal earundem cauſarum.*

62 *Sententia prædicta non eſt laudata.*

63 *Conſiliarii Regii adhibiti fuere.*

64 *Sententia eadem habetur* in privil. 77. *ejuſdem Regis.*

65 *De Decimis idem Rex multoties jus dixit.*

66 *Epiſcopi querela ratione tertiæ partis Decimarum.*

67 *Jacobi Regis pietas in Eccleſiam.*

68 *Eccleſiæ diſſenſus non obeſt Regio juri, extantibus conceſſionibus Pontificiis.*

69 *Pontifices, reprehendendo Prælatos renuentes, hæc jura donarunt.*

70 *Rex Petrus I. juriſdictionem exercuit in Decimalibus.* Privil. 134. *ejuſdem Regis explicatur, ibid.*

SEquitur Judex cauſarum decimalium, non quòd ordine, & prærogativa Magiſtrum Rationalem ſequatur, nam officium eſt extra categoriam Magiſtratuum, & numquam cum cæteris concurrit, ſed præeminentia juriſdictionis, eo quòd immediatè ſubeſt Regio Senatui. 1

Cauſæ decimales, eo quòd Decimæ effectæ fuerunt profanæ, & Regibus adquiſitæ, ut inferius dicam, ad juriſdictionem Regiam ſpectant. Dimanat hoc jus à conceſſione fœlicis recordationis Pontificis Alexandri II. qui Sancio Ramirez Aragonum Regi, ſpeciali privilegio conceſſit omnes Eccleſias cum decimis, & Primitiis, quæ ab ipſo Rege conderentur in ſuo Regno, vel à manibus infidelium vindicarentur, ut tradunt Beuter. *Chronic. lib. 2. cap. 8.* Sylverius Bernat *in juris reſponſo pro Catholica Majeſtate, edito Barcin. ann.* 1613. 1. *part. §. 1. & ſeqq.* Don Joan. Briz Martinez *in hiſtor. S. Joannis Rupenſis,* vulgò *San Juan de la Peña, lib. 3. c. 14. in fin. & cap.* 19. Seſſe *deciſ.* 162. *num.* 1. *tom.* 2. Garcia autem Epiſcopus Jaccenſis, ipſius Regis frater, huic Apoſtolicæ conceſſioni non paruit, Regique expreſsè contradixit, quapropter ipſe Rex Sancius miſit Romam Abbatem Aquilinum, ut ſacro Antiſtiti ſupremo contradictiones narraret, & ipſe de opportuno remedio providere dignaretur. Obiit Aquilinus, & Sancius Abbas ei ſubſtitutus fuit, qui mediante Abbate Galindo Alqueçarenſi obtinuit à Gregorio VII. confirmationem gratiæ Alexandri prædeceſſoris ſui, ut Beuter, Bernat, & Seſſe tradunt *ubi prox.* & Carbonell *in Chronic. lib. 1. cap. del Rey en Pere:* hanc conceſſionem tradunt Beuter, & Bernat, ex Bulla tenoris ſequentis. 2

GRegorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Sancio chariſſimo ſuo in Chriſto filio Regi excellentiſſimo, ejuſque ſucceſſoribus ritè ſubſtituendis in perpetuum. Propter egregiam, & ſpecialem probitatem, quam prædeceſſores tui, quibus tu non diſſimilis inveniris, ſemper habuerunt contra gentem incredulam, & devotionem ferventem, quam habes erga Chriſtum, & ejus Eccleſiam, tibi, & ſucceſſoribus tuis concedimus, ſequentes prædeceſſorem noſtrum Alexandrum, videlicet Secundum, ut Eccleſiæ villarum, tam earum quas ipſi 4

in

in Sarracenorum terris capere poteritis, quam earum, quas ipsi in Regno vestro ædificari feceritis, vel per capellas, vel per quæ volueritis Monasteria, sedibus duntaxat Episcopalibus exceptis, distribuere liceat vobis. Sed quum sicut tuarum litterarum series demonstrat, & Galindus Abbas Alqueçarensis Ecclesiæ, nobis viva voce exposuit, quidam Antistes Regni tui concessionem super hac re factam, tuis prædecessoribus infirmare nituntur, & huic forsasse præsumunt obloqui. Per hanc chartam eis silentium imponimus; promulgantes excommunicationis sententiam authoritate Dei omnipotentis, & Sanctæ Mariæ Virginis, Apostolorum Petri, & Pauli, in eos qui contra hoc privilegium tibi concessum venire tentaverint. Mittimus autem tuæ sublimitati scriptum hujus concessionis per Galindum dilectum filium nostrum Alqueçarensem Abbatem: Datis Laterani 13. Kal. Martii, per manum Diaconi Cardinalis S. Romanæ Ecclesiæ, anno Dnicæ Incarnationis 1073. indictione tertia.

Sanctus Petrus. *Sanctus Paulus.*
Gregorius PP. Septimus.

Licet enim in hac concessione non expressè agatur de concedendis Decimis, cum in ea concedantur Ecclesiæ quibus debentur, & ipsas concessas esse dicendum est, ut sentit *Rota* in *decis. 1. adita* per Sesse *ubi sup. n. 33.* signanter confirmando expressè concessionem Alexandri Secundi prædecessoris, qui ut Auctores suprà relati docent, eas expressè donavit.

Et quamquam Beuter *ubi sup. c. 9.* & Escolano *tom. 1. Annal. Valent. lib. 3. cap. 7.* transeant absque alia verificatione, dubitari merito potest de subsistentia istius Bullæ, eo quòd *Data* in ea apposita, errata reperitur: nam 13. 6 Kalendas Martii, quæ est dies 17. Februarii anno 1073. nondum ad Pontificalis dignitatis fastigium Gregorius VII. evectus erat, cum Pontifex summus pronuntiatus fuisset 10. Kalendas Maii, sive 22. die Aprilis ejusdem anni, ut Laërtius Cherubinus *tom. 1. Bullar. fol. mihi. 12.* & Baronius *tom. 11. Annal. in eo anno 1073. n. 18. & seqq.* tradunt: quare impossibile est quod dicta concessio legitima habeatur, vel saltem fides ejus valde dubia ex hoc redditur.

7 Zurita *tom. 1. Annal. lib. 1. cap. 25. & in indicibus Latinis, fol. 31. in fine* testatur expeditam fuisse anno 1074. sed quidquid dicat Zurita, hæc concessio tribuenda est an- 8 no 1080. Nam in primis error ipsius *Data*, quod diem, manifestissimus est, si illi anno tribuatur, alium errorem, calculando tempora concessionis, non minus expressum inveni: nam in Bulla expressè dicitur expeditam *indictione tertia*: Sed anno 1073. quo imputatur, non erat *indictio tertia*, sed *undecima*, ut cuicumque temporum computatori facillimè apparebit, & docet expressè Baronius *d. tom. 11. d. ann. 1073.* ergo duplex error in *Data* ipsius transumpti invenitur; & licèt anno 1074. juxta traditionem *Zuritæ* primus error evanescat, non tamen secundus, nam erat *indictio duodecima*.

9 Gregorius VII. gubernationem Sedis Apostolicæ subiit die 22. Aprilis 1073. ut ex Baronio, & aliis diximus, obiit 8. Kalendas Junii, sive die 25. Maii anno 1085. Baronius *d. tom. 11. eod. anno.* sicque in Sede B. Petri sedit per duodecim annos, unum mensem, & tres dies, ob quod non potuit repetere numerum *indictionis*, imò cyclum earum non implevit, cum quindecim annis claudatur. Anno 1073. quo electus fuit, computabatur *indictio 11.* & anno 1077. quo *Indictio 15.* computabatur, cyclus absolutus fuit, sequenti anno, incipiendo per primam, & 10 anno 1080. tertia competit: quæ omnia comprobantur ex traditis, & supputatis à Baronio in his annis. Si dicto anno 1080. *Data* ipsius concessionis tribuatur, tantum error anni corrigendus est. Si, prout jacet in transumpto, est annus tenendus, & corrigendus dies, & corrigenda Indictio: Si, ut Zurita testatur, & annus, & indictio. Cum autem de subsistentia Bullæ hæsitandum non sit, tum ex traditis ab Auctoribus superiùs relatis, tum etiam, quia concessio confirmata reperitur in Bulla Urbani II. de qua statim dicemus, & consonat cum privilegio ipsius Regis illicò allegandi, & ipsam concessionem approbavit Rota *decis. 313. Palestini*, relata in *alia decisione ejusdem Rotæ, coram Pamphilio tradita* à Sesse *d.* 11 *decis. 161. num. 38.* & correctio omnino fugienda sit, vel saltem inducenda eo pacto quo minus immutetur, rationi consonum censui, quòd vera Indictionis nota extante, dièque 17. Februarii, prout jacet, manente, anni error lapsui calami transumentis tribuatur; nec mirum est, cum in supputandis temporum cursibus tot opiniationes inter historicos, & sacræ paginæ expositores quotidie videantur, totque difficultates insurgant, ut rectè ex pluribus perpendit Jacobus Gordonus celebris supputator *in Chronologia tom. 1. c. 19. per tot.*

Et si discursus iste proprio marte elaboratus non pa- 12 rum urgeat, firmius sententia nostra roborabitur, si aliunde aliquo adminiculo juvetur. Dubitari non potest, Regem Sanccium Ramirez misisse Romam Sanccium Abbatem Sancti Joannis Pinatensis, sive Rupensis, ut diximus, & tradit Don Joannes Briz *in d. histor. lib. 1. ad finem*, ubi privilegium ipsius Regis ad litteram tradit, in quo hæc verba reperiuntur: *Romæ namque ad Beatum Papam Alexandrum II. ejusdem loci Abbatem venerabilem virum Aquilinum misi, rogans, jam supra fatum Monasterium non dedignaretur Apostolico patrocinio munire. Sed, & hoc defuncto Abbate videns ego prædictum Monasterium à fratre meo venerabili Episcopo Garcia, in quibusdam cansis affligi, & privilegia ejusdem Monasterii velle corrumpi, ad confirmanda prioa bene acta, Abbatem Sanccium ejusdem Monasterii, iterum Romam ad Beatissimum Papam Gregorium VII. misi.* (hæc eadem verba refert Baronius *d. tom. 11. anno 1074. num. 44.* licet ei anno hanc legationem tribuat, Hieronymum Blancas sequendo.) Etenim, ut ipse Briz testatur *lib. 3. c. 18.* non solum ratione rerum Monasterii sancti Joannis Rupensis, sed ut cætera Regia privilegia à Sede Apostolica concessa confirmarentur, inter quæ & Decimarum concessio erat, ut testatur idem Briz *cap. 19.* Idem enim Episcopus Jaccensis Garcia 13 Regis frater, ratione Decimarum, & Quartæ Episcopalis, quas adversùs Monasterium lite prosequebatur, ipsum Monasterium affligebat, quas postea in ejusdem utilitatem cessit, memorabilibus verbis ab eodem *Briz* relatis in Concilio Rodiensi, quarum exemplar authenticum vidisse, ipse *Don Joan. Briz* testatur.

Hoc supposito nunc sic. Primò missus fuit Aquilinus 14 ad Alexandrum II. qui primam concessionem obtinuit. Secundò, Sanccius ad Gregorium VII. qui mediante Galindo Bullam hanc impetravit. Rex testatur quòd Sanccius erat Abbas ejusdem Monasterii, sed electus fuit ann. 1077. ut idem Briz testatur *in Catalog. Abbatum in fine ejusd. historiæ fol. 860. n. 23.* successor ejusdem Aquilini, qui obiit anno 1076. ergo non potuit mitti, nec obtinere concessionem ann. 1073. vel 1074. sed postquam electus fuit Abbas, & mortuus Aquilinus, sicque verisimi- 15 lius anno 1080. quo jam Abbas erat. Quod amplius comprobatur ex eo, quòd anno 1081. in Consilio Rodiensi ipse Rex restituit Decimas à se retentas virtute dicti privilegii, tunc male intellecti, spectantes ad Ecclesiam S. Vincentii martyris de Roda, nam in concessione, non comprehendebantur, eo quòd tempore concessionis jam quæsitæ erant dictæ Ecclesiæ, ut Zurita *lib. 1. An. c. 25.* & Briz *d. lib. 3. c. 19.* tradunt. Et credendum est, quod statim post concessionem Gregorii VII. vocatum fuit Concilium, ut huic errori subveniretur.

Nec obstabit si dicas, concessionem Gregorii VII. 16 impetratam fuisse à Galindo Alqueçarensi Abbate, ut in *Bulla* habetur: nam ut tradit Sylverius Bernat, Sanccius obtinuit mediantibus precibus, & solertia Galindi, quod ex Zurita, Beuter, & Carbonell comprobat. Et si malis quòd Galindus ipse obtinuisset, fuissetque tunc

Regis apud Papam Orator, minimè potuit Bulla tribui ann. 1073. vel 1074. nam ut ipsa habet, Galindus erat Abbas Alqueçarensis. Cœnobium istud Rex Sancius fundavit, ut testatur Briz *d. lib. 3. cap. 22. fol. mihi 541 col. 1. vers. Concluyo*, sub regula Canonicorum Regularium S. Augustini. Quod fecisse mediante Arnulfo Abbate, & Episcopo Lugdunensi (quem alii Rufum vocitant,) viro sanctimonia, ac doctrina claro, qui anno 1074. institutum Canonicorum reformando, plura Cœnobia illius instituti in Gallia fundavit, ut ex Augustino Tisiensi *in propugnacul. Canon. Regular. p. 5. confir. 8.* & Nauclero *vol. 2. chronol. gener. 73.* idem Briz testatur *ibidem*. Si adhuc Alqueçarense Cœnobium in rerum natura non erat, Abbas illius Galindus minimè anno 1073. vel 1074. adesse poterat Romæ.

17 Alia solutio dubii occurrit certior, nisi hæc obstarent, nempe tunc annum non computari à Natali Domini, ut nunc; sed à die Annuntiationis B. M. Virginis, & Incarnatione Verbi, ut tradit Baronius *d. tom. 11. ann. 1075. num. 8.* sicque dies 17. Februarii anni ab Incarnatione 1073. erit à Nativitate anni 1074. sicque post Pontificit Gregorii VII. creationem; nam annus 1073. à 25. Martii numerandus est, & in *Bulla* clarè dicitur *anno Dominicæ Incarnationis*. Sed ut dixi, error est in Indictione manifestus, obstantque hæ aliæ considerationes respectu electionum Abbatum. Utcunque sit, ut dixi, certa concessio est, eo quòd quāvis de die dubitetur, dubitari non potest de ipsius veritate, hoc, vel illo die, nam aliàs non reperiretur confirmata, & apud *Rotam* approbat.

18 Vigore harum concessionum plures donationes Reges Aragonum fecerunt, tam Ecclesiarum, quàm Decimarum, ut refert Briz *lib. 1. c. 56. in Catalog. Ecclesiar. fol. 255.* quæ donatæ fuerunt cum Decimis, & oblationibus, ut testatur Rota *in decis.* quam ipse immediatè ante ipsum catalogum ad literam tradit, *diei Veneris 30. Januarii 1615.* coram *Buratto*. De qua expressè alia *decis. Rotæ*, quæ est 704. *ex recollectis per* Farinacium *in selectis tom. 4.* & obiter notandum est, ipsum Briz immediatè dixisse factam fuisse die 30. Julii, sed non inde veritas illius obnubilatur.

19 Defuncto Rege Sancio successit Petrus Aragonum I. (nam apud Valentinos Petrus I. fuit filius Jacobi expugnatoris) quem perturbare in his concessionibus aliqui ex Episcopis suorum Regnorum conati fuere. Quamobrem Aymericum Abbatem Romam misit, qui ab Urbano II. Bullam sequentem impetravit.

20 *URbanus Episcopus servus servorum Dei, Petro carissimo, sibi in Christo filio, Hispaniarū Regi excellentissimo, ejusque successoribus rite substituendis in perpetuum. Tue, dilectissime fili, devotionis affectu, per venerabilem fratrem nostrum Aymericum Primatensis Monasterii Abbatē, acceptis litteris, circa sacrosanctam Romanam Ecclesiam agnito, lætitia haud modica mentis exhilaratus est animus. Sed ut verum fatear, eisdem perlectis, ira perturbationis nimia commotione immutatus, nec immeritò. Ex earum namque indicio, dilectionis, & reverentiæ, quam erga S. R. Ecclesiam semper habuisti, & habes, magnitudinem cognovi: quantumque in ea confidas, quam devotè, & fideliter animæ tuæ salutem ejus orationi committas adverti; ex fine verò earundem tantam rerū conjeci abusionem, quæ menti meæ longè à suo statu dimotæ, majorem, quam credi potest, immitteret stuporem. Te scilicet pro bonorum numerositate, malorū multiplicationem perferre; & perturbata prosperitate tribulationem in innocentiam tuam catervas (unde auxilia, & consilia præcipuè procedere deberent) irruere. Siquidem, quam inter modernos Regnorum Rectores, quorum plerosque animarum suarum, negligentes, vel penitus oblitos, utpote ab omni æquitatis itinere devios, planam viam ad mortem ducentem sequi ingemiscimus, te fere solum divino afflatum spiritu, angustias ad vitam ducentes elegisse videamus, cum justitiæ rigore constanter insistere, Ecclesiarū tranquillitati, & paci studiosè invigilare, pupillorum, & orphanorū defensione jugem operam dare pagana gentis depressioni, & coarctationi, Christianæ verò exaltationi, & amplificationi, cū summa inceſſanter ſtrenuitate inſudare. Et ut breviter concludam, cum totius mali pulſioni, totiuſque boni exercitiis, efficaciter incūbere gaudeamus, ipſi tum pretioſorū fructuum agnoſcentes arbore officioſius venerari, ac extollere deberēt, cui ſcilicet Regni Antiſtites, quibus pro aſſidua experiētia tantorum meritorum tuæ ſpecialius veneratione, tuiſque obſequiis eſſe inſiſtendum; in te prætaxatarum literarum pandit ſeries inſurgunt. Et quia humili Chriſto conformatum patientiæ clypeum nolle objicere vident, tanquam erectis contra te calcaneis deprimere, & contundere manſuetudinem non erubeſcunt. Verum ne illorum temeritati, ſolum tibi tantarum injuriarum dedecus arbitreris inferre; advertere tua poteſt prudentia, eos, non minus in Apoſtolicam auctoritatem peccare, dum ea, quæ prædeceſſor meus Alexander videlicet Secundus, & mea poſt illum parvitas, tui patris celebris memoriæ Regis Sanctii rationabiliter conceſſit petitioni, frivolis ſuis ratiocinationibus in irritum conantur reducere: caſſo nitentes labore, nodum in cirpo invenire. Sed ne verbis diutius immoremur, his & eorum cauſis demonſtrandis, qua conſtituturi ſumus præmiſſis, ad rem deveniamus. Quoniam igitur prædictorum Epiſcoporum tantam videmus indiſcretionem, & tam nullam diſpenſationis recognitionem, quæ jampridem, ut ſuperius diximus, conceſſa ſunt; Modò præſentis privilegii munimine firmantes ex auctoritate omnipotentis Dei Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, & B. Mariæ ſemper Virg. Beatorumque Apoſtolorum Petri, & Pauli, necnon & ſacroſanctæ, R. E. & ad ultimū noſtra divinitus conceſſa parvitati, ſtatuimus, tui, chariſſime fili Petre, tuique Regni ſucceſſorum, ex genere tuo ritè ſubſtituendorū juris eſſe, ut Eccleſias villarum tā earum, quas in Sarracenorū terris capere potueritis, quā earum, quas ipſi in Regno veſtro edificari feceritis, vel per quæ volueritis Monaſteria (Sedibus duntaxat Epiſcopalibus exceptis) diſtribuere licet vobis. Et ne apud matrem, cujus voluptatibus, & præceptis exequendis ſemper promptiſſimus extitiſti, repulſam in parte aliqua patiatur petitio, tui quoque Regni proceribus eandem licentiam concedentes, eodemque illam privilegio, & eadem auctoritate corroborantes, Sancimus, ut Eccleſias quas in Sarracenorum terris jure belli adquiſierint, vel in propriis hæreditatibus fundaverint, ſibi, ſuiſque hæredibus cum Primitiis, & Decimis, propriarum duntaxat hæreditatum (dummodo cum neceſſariorum adminiſtratione divina in eis miniſteria, ritè à convenientibus perſonis celebrari faciant) eis liceat retinere; vel quarumlibet Capellarum, vel Monaſteriorū ditioni ſubdere. Tu autem ſereniſſime Rex, tuique poſteri, & ſuperni Patris, & ejus quæ tanquam ſpecialibus filiis tanta prærogativæ dona vobis confert, ſemper memores matris, ſales fieri laborate, ut ipſis in nullo abutentes, ſed jam memorati Regis Sancii per omnia conſervationem ſequentes, poſt momentanei Regni gubernacula, feliciter ad Regis Regum perpetuo congregati pervenireque mereamini conſortium. Hanc ergo noſtram conſtitutionem, perpetua cupientes ſtabilitate teneri; omnibus notum eſſe volumus, quod quiſquis contra eā temere venire voluerit, totius Chriſtianitatis expulſus conſortio, anathematis judicio ſubjacebit; qui autem pia illam veneratione ſervaverit, & Apoſtolicæ benedictionis gratiam, & æternæ retributionis conſequatur abundantiam, amen. Dat. Romæ 16. Kal. Maii per manus Joannis S. R. E. Diaconi Cardinalis, & Præſignatoris D. Urbani PP. 2. anno Dñicæ Incarnationis 1095. Indictione 3. anno Pontific. ejuſdem Dñi 8.*

Sanctus Petrus. Sanctus Paulus.

Urbanus Papa.

Tradunt hanc conceſſionem præter Carbonell, Beuter, Bernat, & Eſcolano *ubi ſupra*, Belluga *d. rub. 13. vers. Reſtat. n. 14.* & ad eum Borrellus *lit. T.* Lucius Marineus Siculus *lib. 8 rerum Hiſpan. c. 13.* Franciſc. Torrafa *de Regib. Hiſp. c. de Alfonſ. 6. vers. Petrus Sancius filius & vers. In cujus gratiam, pag. 720.* Viciana *l. 3. Chronic. Valent. fol. 14. vers. El Rey don Pedro*, Pater Mariana *l. 10. c. 7.* Miedes *in geſtis R. Jacobi I. lib. 19.* Zurita *l. 1. Annal. c. 25. & l. 2. c. 50.* Blancas, & alii hiſtoriatores ſuperius laudati: P. Greg. *ſynag.*

21

22

synt. lib. 17. c. 7. n. 27. Bobad. *in politic. lib. 2. c. 18. n. 146.* Valenzuela *in defens. monit. contr. Venet. par. 3. n. 102.* Ferrer *obser. 3. part. c. 278.* D. Leon. *decis. 3. n. 10.* Trullench. *l. 3. Decalog. c. 3. dub. 8. n. 11.* & noster Magnificus Thomas Simãcas (qui patrui Jacobi Pacecsis Episcopi vestigia sequẽdo doctrina fulget, & de *privilegiis viduarum* selectissimum tractatum prælo tradendum elaboratũ habet, utinã cito in lucẽ prodeat) *in allegat. pro R. Archiepisc. & Capitul. in Paives Societatis Iesu, edita ann. 1651. n. 9. & seqq.* Meminit etiam *Rota Romana* apud Seraphin. *decis. 1304. n. 1. 10. 2.* in ea decisione tradita *à Brix.* corã Burarto *fol. 254.* & illa *corã Pamphilio* tradita à Sesse *decis. 162. n. 31.*

23 *& seqq.* in quibus aliæ decisiones memorantur ipsam cõcessionem approbantes: Et quamvis aliqui dubitarunt, an concessio hæc Urbani Secundi Petro illustrissimo Regi Aragoniæ fuisset indulta, eo quòd Regi Hispaniarum

24 inscribitur? Ad hæc rectè respondit Rota *in decis. Pamphilii* à Sesse tradita *n. 36. vers. Non obstat*, quo evidenter probatur, Regi Aragonio concessam fuisse; quare irrefragabilis manet, Et ratio est evidens. Nã Aragoniæ,

25 & Navarræ Regna, quæ tũc à Petro obtinebãtur, in Hispania sita esse nemo dubitat, nisi qui historiæ, & aliarũ rerum omnino ignarus, quidquid non est Castellanæ ditionis, Hispaniam non esse arbitratur; adeat divisiones Hispaniæ, quas bene tradit Mariana *lib. 1. cap. 4.* tunc que

26 videbit an Aragonenses Hispani sint. Ob quod in Hispania Petrum dominari ambigendum non est: tunc autem non aderat in Hispania alius hujus nominis, neque

27 Sancii Regis filius; nam Castellam, Legionémque dominabatur Alfonsus VI. frater Sancii, qui ad Zamoram occisus fuit, Mariana *lib. 9. cap. 10. & lib. 10. cap. 1.* sicque indubitatum est nostris Regibus concessionem factam fuisse.

28 Regnum Valentiæ à manibus infidelium vindicavit, ut diximus, Jacobus invictus, & fatetur Rota in *illa decis. Pamphilii* apud Sesse *decis. 162. n. 36.* & ut conditioni concessionis pareret, *privil. 12. expeditum Barchinonæ 4. nonas Novembris* 1241. Sedem Valentinam, Ecclesiasque ejusdem dotavit, plura bona donando, & inter ea duas partes ex Decimis concedendo, Tertia sibi reservata, ut in *ipso privilegio* inspicitur.

29 Ex concessione Pontificia Decimæ effectæ fuerunt profanæ, ut tradunt ex nostratibus Belluga *dict. rub. 13. per tot.* ubi Borrellus, dominus Cerdan. *in veriloq. cap. 12. §. 5. vers. Presupposito, ad fin cum notatis, lit. A, pag. 178.* Dominus Leon *decis. 3. per tot.* P. Michaël Salon *de just & jur. tom. 2. art. 4. controvers. 1. colum.* 412. Silverius Bernat *par. 1. §. 3.* Dominus Morlá *in empor. tit. 2. de jurisdict. num. 137.* Thomas Simancas *dict. allegat. n. 10.* quidquid dicat P. Paulus Rajas Societatis Jesu (qui opus miræ eruditionis *super Cant. Canticor.* typis actualiter mandat in civitate Genoæ) *in allegat. pro administ. hæredit. domina Elisabetha Mompalau, per tot.* ex aliis Fontanell. *de pactis, claus. 4. glos. 13. p. 2. ex num. 58. & glos. 16. p. 1. num. 83.* Don Joan Castillo *de Tertiis, cap. 10. & seqq.* Solorçano *de jur. Indiar. tom. 2. lib. 3. cap. 1. per tot.* præcipuè *num. 10. cum seqq.* Don Joan. Baptist. Larrea *allegation. fiscal. 21. num. 1. cum seqq. tom. 1.* Marius Curtel. *de immunit. par. 2. quæst. 90. cum quatuor seqq. n. 1. & 2.* Rippoll. *Regaliar. cap. 6. n. 36.* Calixtus Ramirez *de lege Regia, §. 31. num. 3.* Peña *decis. 560.* Sesse *dict. decis. 162. tom. 2.* Dominus Regens Villar *in Patronado de Calatayud. par. 1. prin. num. 4.* Noguerol. *allegat. 39. num. 3. & seqq.* Don Didacus Frances *in Pastoral. interno, p. 3. vol. 2. num. 5.* Salgado *de retent. lib. 1. cap. 1. n. 142. cum seq.* qui plures alios laudant. Nam cùm virtute concessionis

30 Pontificiæ (de cujus potestate non est dubitandum, extante causa justissima, ut fuit Sarracenorum depressio ab Ecclesia Romana ardentissime desiderata) effectæ fuerint de Regio patrimonio, in eóque incorporatæ, profanæ censentur, etiam si spirituales antea considerentur: quia cum ex privilegio Apostolico, aliquid spirituale laico conceditur, efficitur, quid seculare; seu secularizatur, ita ut sit jus quoddam seculare in mera temporalitate consistens: Lafarte *de decim. vend. cap. 19. num. 31.* Joan. Garcia *de expens. cap. 9. num. 93.* Barbos. *in l. Titia, num. 41. ff. solut. matrim.* Nicolaus Garcia *de beneficiis, p. 1. cap. 2. num. 30.* Fontanell. *dict. glos. 19. p. 1. num. 83.* Quare hanc conclusionem omnes supradicti Doctores unanimes tradunt, cum aliis pluribus ab ipsis relatis: Benè Silverius Bernat *dict. p. 1. §. 3. num. 11. & seq.* & hoc irrevocabiliter, quia non titulo lucrativo, sed oneroso, habente vim contractus concessæ fuerunt; Bern. *ibid.* P. Suarez *lib. 4. contr. Reg. Angliæ, cap. 34.* Vasquez *in 1. 2. tom. 2. disput. 167. cap. 4. num. 32.* Salaçar *de legib. disput. 14. sect. 9. n. 108.* Cassad. *decis. 1. de pact. & dec. 4. de privil.* Crescent *decis. 2.* aliàs *55. & decis. 5.* aliàs *21. de privil.* Rota coram Carillo *in Cordub. de Decim. diei 29 Maii 1638. n. 13.* quam tradit Diana *post. tom. 7. resol. moral.* Didacus Frances *dict. tract. 2. n. 10.* Simancas *in d. allegat. n. 15.*

Cum autem factæ fuerunt profanæ, ut diximus, consequenter de eis apud Judices laicos tractandum est, ut omnes Doctores *numero 29.* adducti, cum pluribus Theologis ab eis relatis, docent. Sed quia vir eximiæ eruditionis, ac sacræ Theologiæ consummatissimus Doct. R. P. M. Fr. Ludovicus à Valentia, non semel Capucinorum Minister Provincialis, propositionumque Fidei Censor, dubia quædam mihi, dum de hac jurisdictionis acquisitione ageremus, proposuit, breviter, ut veritas ipsius elucesceret, respondere conabor. 31

Dubitavit in primis, quod licet concessio, ut certa supponatur, si Rex statim atq; Regnum Sarracenis eripuit, dotaturus erat ex Decimis Ecclesiàs, in ea parte quæ necessaria fuit ad congruam sustentationem, seu dotationem, neque concessionem existere, dicendum erit neque effectus ipsius considerandos, ad hoc ut profanas effectas esse dicamus, & jurisdictioni laicæ subjectass 32

Ad quod respondetur, quòd Reges Aragonii eo ipso, quòd Regna à manibus Sarracenorum vindicabant, pleno jure adquirebant Decimas virtute privilegii Pontificii, sibi à Pontifice summo concessi, & onus dotandi in eadem concessione appositum non erat præcisè adimplendum ex ipsis Decimis, ut ex *Bulla Vrbani II.* patet in qua non ad hoc adstringuntur, sed cum *necessariorum administration, divina in eis ministeria ritè à convenientibus personis celebrari faciant*; atque adeo, si Reges aliunde, quàm à Decimis necessaria ad hæc tribuissent, absque 34 dubio obligationi gratiæ paruissent. Demum Decimæ à jure præstantur Clericis, ut se alere possint, & sufficit, quòd hoc, vel illo modo fiat, non autem quòd teneamur dare eis certam partem fructuum, ut Dominicus Soto *de just. & jur. lib. 1. q. 4. art. 1. concl. 1. cum seqq.* Pat. Suarez *de virtut. & stat. Relig. lib. 1. c. 12. n. 8.* Fontanell. *d. glos. 19. part. 1. n. 1. & seqq.* P. Paul Rajas *in dict. allegat. arg. 1. n. 4. & seqq.* ergo multò magis, extante privilegio obligatione supradicta firmato, quo jure utendo Dominus Rex Jacobus, non ex Decimarum duabus partibus tantum, Ecclesiæ Valentinæ necessaria subministravit, sed ex pluribus aliis bonis in *dicto privilegio* 12. contentis ipsam opulentè dotavit. Nec hoc fuit factum statim, ut dici possit, quòd hæ duæ partes nunquam in Dominium Regis pervenerunt, sed post triennium ab adquisitione; nam urbem, Diœcesisque maximam partem ab Agarenorum manibus sustulit anno 1238. ut dixi *c. 1. §. 1. n. 10.* & donationem fecit anno 1241. ut ex *privilegio* constat; quo medio tempore jam dominium, & possessionem consecutus fuerat in ipsis Decimis, ob quod effectivè profanæ fuerunt effectæ. Nec conditio statim adimpleri potuit, eo quod Ecclesiæ nondum constructæ erant, nec Clerici destinati, & illo medio tempore verè Decimæ ipsæ adquisitæ patrimonio Regio erant, cum dominium ipsarum non potuit in suspenso esse. 35

Iterum dubitabat, quòd in eodem *privilegio 12. Jacob. l.*

expresè dicitur, quòd Episcopus Valentinus, & Capitulum in feudum perpetuum donarunt eidem Jacobo, & successoribus suis in Regno Valentiæ, tertiam partem omnium Decimarum: si enim in feudum concessæ Decimæ sunt, Ecclesia non amisit jurisdictionem; nam Dominus feudi cognoscit de causis ipsius feudi inter vassallos, ad tradita per Clarum §. *Feudum, q.90. per tot.*

37 Sed respondeo, quòd illa infeudatio, de qua in *dicto privilegio* 12. nullius momenti fuit; quia Episcopus non habebat potestatem alienandi decimas, titulo feu-

38 di, post Concilium Lateranense sub Alexandro III. (quod celebratum fuit circa annum 1170. vel 1180. ut pluribus relatis probat Barbos. *in Collectan. cap. cum Apostolica 7. de his quæ fiunt à Prælat. n.2.* Sed quod certius est celebratum fuit anno 1179. Pontificatus Alexandri III. anno 20. indictione 12. die 5. mensis Martii, ut ex Vvillelmo Archiepiscopo Tyri, qui in ipso Concilio interfuit, & rogatu Patrum statuta Synodi, & Episcoporum nomina, numerum, & titulos scripsit, *de Bello sacro, lib.21 sit.29. in fine*, scripsit Baronius in *dicto anno* 1170.) *Cap. cum & plantare, de privil. dict. Cap. cum Apostolica, de his quæ fiunt à Prælat. cap. 2. §. sanè, de decim. in 6.* Covarruvias *lib.1. var. cap.17. num.5. vers. Olim.* Guttierrez *practicar. lib.1. q.14. num.5. & quæst.15. n.4.* Barbos. *in l. Titia, num. 45. vers. Non obstat, ff. solut. matrim.* Azor. *instit. moral. par.1. lib.7. cap.36. q.12.* Suarez *de Relig. tom.1. tract. de Decimis, lib.1. c.26. n.2. & 3.* Menoch. *de præsump. lib.6. præsump.86. n.2.* Moneta *de Decimis, c.5. quæst.3. n.66.* Fagundez *in septem Eccles. præcept. præcep.5. lib.3. cap.1. n.3. & cap.4. n.2.* Rota *in Placentin. decimar. 31. Januarij 1586.* coram Babulo, & *in Sabinien. decimar. 1. Julij 1609.* coram Coccino, & *in Ferrar. Bonor. 19. Januarij 1615.* coram Dunozetto. Barbos. *de potestat. Episcop. allegat.121. par.3. n.4.* Ant. Faber. *in Codice lib.1. tit.2. diffin.78. n.1. in allegat.* Noguerol. *allegat. jur.39. lib.1. n.6.* Cum autem dicta infeudatio dicatur facta anno 1241. & sic post Concilium, nullius roboris, & momenti est.

39 Nec ante Concilium Lateranense Episcopus titulo feudi, vel emphyteusis, potuit Decimas alienare, si bene perpendatur; nam ex constitutione Urbani II. *in Cap. decimas 59. num.16. quæst.7. & in cap.1. Episcopum, vel Abbatem: in usibus feudorum.* (qui annos ferè centum præcessit Concilium Lateranense, ut videre est apud relatos per Aragon. 2.2. *qu.87. art.3.* & Baronium *Ann.* 1085. *& 1179.*) sed tantum summus Pontifex, ut probat Barbos. *in dict. Cap. cum Apostolica, num.5. & 6.* sicque nullatenus dici potest Regem Jacobum adquisivisse Decimas eo titulo feudi, sed justo, & legitimo, ex concessione Urbani II. aliorumque Pontificum, pura, atque perfecta donatione, ac per consequens jurisdictio causarum decimalium, jam profanarum apud i sum Regem remansit radicata; quam Ecclesia amiserat ex pura donatione Pontificiâ. Nec relevat si dicas, concessionem Pontificiam non potuisse sortiri effectum, eo quod post concessionem superaddita fuit prohibitio Concilii Lateranensis impediens effectum ipsius concessionis, ad quam nunquam Ecclesiastici consensum præbuerunt, ut perpendit P. Rajas *ubi supra, argum. 4. num. 20. & seqq.* Nam prohibitio Concilii non loquitur de concessionibus Decimarum summi Pontificis, sed Episcoporum, ut probant Doctores laudari superius *num.38. & seqq.* nec revocavit concessiones præcedentes, imò eas confirmavit; effectum enim sortiri non poterant, quin à manibus infidelium Regna vindicarentur: & cum à die concessionis semper Reges oppida, & urbes expugnarent, in ipsa expugnatione effectus sortiebantur, ut accuratè de omnibus Regibus, à Petro primo, cui Urbanus II. decimas concessit, usque ad Jacob. I. nostri Regni expugnatorem, probat Silver. Bernat *part.1. §.7. per tot.* nec consensus Ecclesiasticorum spectandus erat, nam Bullæ sub excommunicationis pœna eos ad parendum obligant apertè.

Nec eo quod titulo feudi ad dictum Regem perti- 40
nuissent, jurisdictionis Ecclesiasticæ remansissent; concessio enim in feudum etiam tribuit jurisdictionem feudatario, si perpetua sit; id docet expresè Cumanus *consil.84.* incipit, *In causa decimali, num.3.* ibi: *Quod licet cognitio Decimarum regulariter sit fori Ecclesiastici, si tamen de eis esset facta concessio feudalis, vel alias laico, tunc ratione commoditatis temporalis judex potest esse laicus.* Baldus *de præscrip.1. p.5. principalis, quæst.7. n.7. in fin.* Joan. Ant. de Nigris *in Cap. Reg. Neapol. Item statuimus quod Comites, in fin.* Foller. *in Cap. Reg. & quia nuper, n.1.* Carol. Tapia *de jur. Reg. Neapol. lib.1. tit. de Decim. pag. 75. num. 6. & seqq.* Bursatus *consil. 50. nu.14. lib.1.* Solorçano *dict. cap.1. num. 10. & 43. vers. Quibus adstipulatur*: nec dissentit P. Ferdin Castr. Palao *in oper. moral. tract.10. de Decim. disput. unic. punct.15. num.6.* & hanc sententiam docet noster eminentissimus Joannes Ægidius Trullench *in exposit. Decalog. lib.3. cap.3. dub.8. n.11.* atque adeo quidquid temporalis commoditatis erit, ad Regem pertinebit. Si autem agatur de jure decimandi, 41
quod à jure divino procedit, retenta Canonistarum opinione, & rejecta Theologorum sententiâ, de qua quæstione, latissimè, & exactissimè Fontanella *dict. glos.19. par.1. num.3.* per *plures sequentes*, (qui cum Theologis sensit *num. 50.*) & post eum P. Ferdinan. Castro Palao *in oper. moral. tract.10. disp. unic. punct.1. num.4.* & Solorç. *de jur. Indiar. tom.2. lib.1. cap.21. num.45. & seqq.* id apud Ecclesiam remansisse omnes in hoc articulo testantur. Sed dum agitur de temporali perceptione fru- 42
ctuum, quod fuit donatum Regibus, & effectum profanum, minimè apud Ecclesiam remansisse reperies, ut ex Doctoribus desuper allegatis clarissimè infertur, & ipsi expresè testantur. Neque jurisdictio Ecclesiæ in hoc aliquid operabitur; nam à jure si est controversia inter dominum, & feudatarium, pares Curiæ eliguntur, Clar. *quæst.90 num.1. dict. §. Feudum.* Si verò quæstio est inter eosdem feudatarios, tunc Imperator, vel Supremus cognoscit Clar. *ibid. num. 5.* Sed hæc quæstio ad nos non pertinet; nam habemus claram donationem Pontificis, sicque non est curandum de infeudatione, quæ nullius vigoris fuit. Et quamvis ea subtilitate dubium augeatur dicendo, quòd dictum privilegium subscriptum fuit à Domino Rege, sicque omnia in eo contenta approbata, ut voluit P. Rajas *in dict. allegat. argum.4. num. 22.* ob quod tacitè concessioni Pontificiæ renuntiavit feudum ab Ecclesia recognoscendo, quod tunc Episcopus, & Capitulum, rectè utique acceptare potuerunt tanquam Ecclesiæ favorabile. Respondendum est cum *Belluga*, Regem non potuisse suis successoribus præjudicare, quibus concessio æquè principaliter facta fuit, neque infeudationem constituere deficiente investitura, cæterisque qualitatibus, quas lato calamo scribit, *dict. rub.13. §. tractemus, num. 59.* cum *pluribus sequentibus*, Silver. Bernat. *dict. p.1. §.8. à num.10.* quæ non transcribimus, cum accuratè ab ipsis tradantur. Quibus addi potest, quòd nostris juribus quoridie videmus preces fororum supplicare Domino Regi contrarium earum rerum, quæ in decretis conceduntur, & quamvis Rex foros subscribat, non videtur concedere aliud, quam à se in decreto est expressum, sicque dicendum erit respectu illius privilegii, in quo, quando Rex loquitur, tantum sibi tertiam decimarum reservat.

Tertio dubitavit, si ex concessione Pontificia decimæ 43
effectæ fuerunt profanæ, & jurisdictio Regi quæsita, ex concessione Regia, ad favorem Ecclesiæ factæ fuerunt Ecclesiasticæ, atque adeò jurisdictio ad Ecclesiam reversa fuit.

Sed huic dubio à P. Rajas proposito *in tota dicta al-* 44
legatione, ut respondeatur, præmittendum est, Dominum Reg. Jacobum prohibuisse alienationem bonorum, quæ ad Regium dominium pertinuerunt, vulgò *de realengo*,

in Ecclesiam, vel Clericos, *for. 6. de rebus non alienād.* quæ generalitas prohibitionis limitata fuit *in for. 15. eod. rub.* sub hac conditione; ibi: *Sien tenguts pagar los dits bens en tots los carrechs reals, è vechinals, è sien tenguts fer-hi per los dits bens, axi en accio personal, com real, davant nostres Officials, è Jutges lechs* (quod non esse contra libertatem Ecclesiasticā, probat bene Anguian. *de legib. lib. 2. controvers. 15. n. 33. cum seqq.* quidquid dicat Marta *de jurisdictione par. 4. cons. 1. casu 76.* cui Anguian. respondit *n. 34. & 36.* cui adde P. Suarez *de legib. libro quarto cap. 11. num. 11. & de immunit. lib. 4. cap. 1. num. 10.* Solorzano *dict. cap. 1. num. 32. & 49. lib. 3. tom. 2. & cap. 21. n. 38. cum seqq.* Fontanell. *de pact. dict. claus. 4. gloss. 12. n. 19.* Curtell. *lib. 2. de immunit. quæst. 58. per tot.* Petrus Gregor. *de Repub. lib. 3. cap. 7. n. 40.*) Ratio hujus reservationis, vel prohibitionis traditur *in for. 6. de jurisd. omn. judic.* ibi: *La Clergue, el Religios tot hora respona, & faça dret en poder de la Cort nostra de Valencia à cascu qui dell se clam de les coses damunt dites. Car al comensament totes les damunt dites coses foren de nostra Senyoria, a aquells qui les prasren, è les reberen no vinguueren per rabo de Religio, ne de Esglesia, è per aquesta rabo deuuen esser jutgades per tots temps de realengh.* Si enim cujuscumque rei dominus est moderator, & arbiter; sicut alienare rem à se non prohibetur, neque cogi debet; ita liberè ei concessum est dominium transferre, ea lege, quæ sibi benè visa erit; *l. ea lege*, & ibi Doctores *ff. de condict. ob caus.* cum aliis adductis à Belluga *rub. 14. §. veniamus, n. 36.* Dñs Mora, *rub. 14. n. 9. & in not. lit. X.* P. Castro Palao *to. 2. tr. 12. disp. unic. punct. 9. n. 1. & 2.* Unde sicut quis fundum legare potest ea conditione, ut legatarius post mortem restituat Mevio, sic ea lege legare, vel donare posse dicendum est, ut nullatenus adquiri valeat à Milite, Medico, vel alio quocunque personarum gener.: & semel posito, quòd prohibitio illa adquisitionis in Clericum, Ecclesiam, vel religiosum locum, non infringit libertatem Ecclesiasticam, multò minus eam infringere dicendum erit concessionem ad quisitionis, ea lege, ut ratione illius rei, quam sub ea adquirere jam potest, conveniatur coram Judice laico; nam tunc non videtur conveniri Ecclesia, vel Clericus, aut Monasterium, sed quidam de Universitate habens rem Regiæ ditionis, & dominii, ob quod bona *de realengo* vocantur. Sicut enim Prælatus in jurisdictione temporali, quam obtinet in Baronia à Principe laico sibi concessa, judicatur tanquam Baro laicus, & sub hac ratione subjicitur legibus illius Principis, ut pluribus relatis tradit Barbos. *de jur. Eccles. 1. lib. 1. cap. 39. num. 130. & seqq* & post eum Giurba *observat. 115. n. 18.* Montan. *de regal. tit. de offic. n. 76.* Sic quælibet Ecclesia, Monasterium, seu persona Ecclesiastica possidens bona *de realengo*, censetur tanquam laicus rei pectu illius rei, & Dominus Rex judicat de illis bonis, ac consequenter de Decimis, ut dictum est; quatenus perceptio temporalis ipsarum à Rege ipso fuit concessa, quod consideravit Simancas *in dict. allegat. n. 1.*

Hoc supposito clarissimè sequitur, quòd Decimæ semel factæ profanæ per concessionem Pontificiam, eo ipso quòd per Regem Jacobum I. adquisitæ fuerunt, simul cum Regno è manibus Infidelium vindicato, subjectæ manserunt omnibus legibus ab eodem Rege dictis tempore alienationis. Cum autem Decimæ concessæ nostris Regibus à manu ipsorum ad Ecclesias pervenerint, necesse est ut dicamus secuta fuisse conditionem adquisitionis, aliàs enim nequaquam ipsis adquiri potuissent, cùm generaliter prohibitum esse; etsi concessum non aliter, quàm ea lege, ut Regiorum Judicum judicium subire teneantur.

Neque obstabit si dicas, foros conditos fuisse *anno* 1250. ut compilator tradit in *titulo proœmii.* atque adeò nullatenus Decimas transire potuisse in Ecclesiam ea lege, quæ nondum condita erat; cum concessio Decimarum sit anni 1241. ut diximus.

Nam licet in editione fororum anni 1547. quæ hodie præ manibus habetur, Compilator scripserit foros factos fuisse anno 1250. ut apparet in *dicto titulo proœmii*, id apertè convincitur, ab ipso additum fuisse, nam in foris editionis antiquæ, quorum codex adest inter libros Regii Consilii, omnino deficit anni appositio; & quod magis est, apud Mag. Collegam Dominum Victorianum de Calahorra adest codex fororum antiquissimus in membrana conscriptus, ubi pariter anni appositio deficit; & apertè convincitur, compilatorem, qui addidit, lapsum fuisse, ex his quæ ipsemet asserit in nota marginali ad *for. 1. proœmii, vers. Et quo tempore*, quò loci fatetur, ex tenore quorundam privilegiorum deduci posse foros conditos fuisse duodecimo anno post expugnationem, ad cujus comprobationem allegat *privil. 28. & 37. ejusdem Reg. Jacobi I. & in privilegio 28.* quod fuit expeditum Valentiæ 10. Kalen. Junii 1249. expresse loquitur Rex de foris, ibi: *Cum de consuetudine à nobis data Valentiæ*, foros *consuetudines* Rex appellavit, quando ipsos condidit *dict. for. 1. proœm.* quod & tradit Guttierrez *de tutelis, 1. par c. 7. n. 14.* ibi: *Leges fori non esse propriè leges, sed potius consuetudines quasdam scriptas.* Ramirez *de lege Reg. §. 19. n. 6.* Igitur si anno 1249. jam dati erant Valentiæ, nequaquam condi poterant anno sequenti 1250. In *privilegio 37.* loquitur Rex etiam de foris ibi: *Secundum foros dictæ Civitatis indicet*, quod fuit expeditum ipso anno 1250. ergo quamvis ex his privilegiis inferatur anno 1250. jam factos fuisse, non in le inferri valet, quod antè facti non erant; imò ex *d. privil. 28.* patet jam factos fuisse antea.

Et si meum judicium in his adhiberi valet, potius anno 1240. factos fuisse dicendum est, & moveor ea conjectura, *in dict. for. 1. proœmii*, nomina Prælatorum totius Coronæ Aragonum conscripta reperiuntur inter Proceres, qui à Rege ipso conditore vocati fuere, ut eorum consilio fori conderentur, inter quos Episcopus Valentinus non reperitur; signum evidens quòd adhuc Episcopus Valentinus non erat consecratus, nec nominatus, nam si fuisset, absque dubio inter cæteros Prælatos, ad id ipsum à Rege vocaretur. Sed anno 1241. tempore concessionis Decimarum, jam aderat Episcopus in Ecclesia Valentina, ut ex *d. privil. 12.* apparet, sed adhuc non consecratus; ut patet ex dictis *c. 7. §. 1. n. 2.*) ergo antea fori conditi fuere, sic tradit Dñs D. Braulius Esteve *in allegat. precedentia Episcopi Oriol. in pri.* dicens, quod declarationes fororum fuerunt factæ 12. anno post expugnationem; & sic anno 1250.

Et quamquam fori conditi fuissent post ipsarum Decimarum concessionem, nihilominus conditio ipsorum teneret. Nam fori consuetudines sunt, quæ primùm tanquam jus non scriptum introductæ, postea facta fuerunt jus scriptum, ut expresse ait *d. for. 1. proœm.* quo traditur ratio, ob quam Dominus Rex eas in scriptis collegit, nempe ut discordiarum occasiones avellerentur, quæ ex memoriæ lapsu sequi solent, ut ex Guttier. & Ramirez *ubi prox.* dixi *n. 54.* sed ante annum 1241. quo Decimæ concessæ fuerunt à Rege, jam aderat consuetudo cognoscendi per Judices Regios de bonis Regiæ ditionis, sive *de realengo* Ecclesiasticis adquisitis, ut ex *privil. 8. §. donamus* ejusdem Regis apparet, ibi: *Tam vicerum hominum, Episcoporum, Clericorum, & Religiosorum* quod privilegium expeditum fuit 4. *Kalend. Januarii* 1219. ergo nil obstat quòd postea in scriptis redigatur, si jam à principio jure non scripta inducta lex adquisitionis erat.

Quibus positis facilis erit solutio tertii dubii, eisdemmet rationibus, quibus, pluribus laudatis, respondent Redoan. *de red. Eccles. cap. de Decim. quæst. 8. 16.* Burfat. *cons. 50. n. 1. & cons. 187. n. 122. tom. 2.* Forget. *de Decim. c. 6. n. 8.* Ruzeus *de Regal. privil. 55. n. 4.* Argent. *ad consuetud. Britan. tit. de desapro. art. 266. n. 13.* Seraphin. *decis.*

*decis.*129 5.*n.*7. Dominus Leon. *d.decis.*3. *n.*20. *&* 21. Castillo *de Tertiis,c.*12.*à n.*1. Solorçano *d.c.*1.*n.*42.*cum plurib. seqq.* Larrea *d.alleg.* 27. *n.*15. Salgado *de retent. d.c.*1. *n.*142. Curtelli. *de immunit. par.*2. *qu.*90. *& seqq.* Auctor *allegat. pro Eccles. Angelopolit. n.*16. Don Didacus Frances *d. vot.*2. *n.* 5. pluribus ex his relatis noster Thom. Simancas *d.allegat.n.*25.*& seqq.* ubi plura ad saturitatem reperies, quæ non tradimus, ne vitium transcribendi incurramus.

60 Neque obſervantia ſubſecuta ſuadere poteſt aliter diſpoſitum fuiſſe : nam ipſe Dominus Rex Jacobus *in for.*1.*de Decimis,* ſententiam protulit inter Eccleſiaſticos, & laicos ſuper modo decimandi, ad inſtantiam Epiſcopi,& Capituli, ibi : *Aixi fortment requeriren lo Bisbe, el Capitol,els Clergues, è els bons homens de fusdits, que ans que nos partissem de les parts de Valencia, per nos aquella disenso, è discordia fossen determinades.* Et ibi : *Deus haventsdenant nostres vlls debim , justgam quels delmes , è*

61 *primicies sien donades,&c.*Et quod magis notatu dignum eſt, quòd in eadem ſententia expreſsè dicitur, quòd fuit lata in domo Epiſcopi, ubi nunc tribunal Regium cauſarum decimalium conſervatur , & Judex laicus ipſas cauſas judicat.Nec relevat ſi dicas,hoc eſſe *laudum,* non *ſententiam,* quod ex verbis ipſius inferri poteſt,ibi : *Car millor cosa es compesar les parts, que seguir rigor de dret.*

62 Nam hæc verba non inducunt laudum ; ſed denotant, Regem judicaſſe ſecundum æquitatem, rigore juris depoſito;& verba ſequentia:*dabim,justjam,*& illa,*è que per nos fos feyta declaracio de quals coses,é quant fos donat à la Esglesia de delme,é de primicia* , juris declarationem, ſententiam , & judicium ſupponunt , atque affirmant.

63 Quod comprobatur , nam *in fine* Conſiliarios Regios, ipſa ſententia nominat aſſtantes, qui non adhiberentur, niſi judicium adeſſet. Quæ ſententia latino ſermone exarata, adeſt ad litteram *in privil.*77. ejuſdem Domini

64 Regis ipſiſmet verbis,quibus habetur *in d. for.* Quibus additur,quòd Archiepiſcopus , Capitulum , & Eccleſia, hanc partem ſequuntur jura ſua tuendo , ut accuratè tradit Thom. Simancas *d.n.*11. nec negat P. Rajas, qui cõtrariam partem in lite tuebatur,*dict.alleg.part.*2.*n.*28.

65 Ipſe Rex Jacob.I.*in privil.*36.59. *&* 90.expreſsè jus dixit de Decimis, & ſic ipſe juriſdictionem earundem ſemper ſibi reſervavit. Et licet Epiſcopi, & Clerici aliquando de reſervatione tertiæ partis reclamarunt , tam nullitatem infeudationis de qua *in d. privil.* 12. proponendo,quàm læſionem Eccleſiæ allegando,ut videre eſt in narrativa *privilegii* 85.ejuſdem Regis(quod non allegat P.Rajas *d.argum.*4.*n.*26.)ille ut piiſſimus Princeps ſuis juribus conſulendo, & Eccleſiæ querelæ ſatisfaciendo,plura in remunerationem donavit his verbis adjec-

66 tis,aureo atramento conſcribendis : *Tandem nos Jacobus Dei gratia Rex praditus, attendentes, & volentes , quod dicta Ecclesia , quam nos eripuimus de manibus paganorum , & proprio sanguine adquisivimus, ac redegimus ad cultum fidei Christiane,specialibus privilegiis gaudere debeat,volentes etiam tollere,& dirimere omnem quæstionem, & materiam quæstionis que inter successores nostros, & ipsam Ecclesiam posset imposterum exoriri ; cupientes etiam ora multorum claudere , qui possent dicere , quod nos jura predicta ipsius Ecclesie injuriose,& voluntarie detinemus: Licet secundum conscientiam nostram nos teneri non credamus ; tamen ad honorem Dei , &c.* Itaque caſtrum *de Iulilla* cum univerſa Baronia , & caſtrum cum villa *de Gargio* (hodie *Buludla* ubi caſtri *de Garig* permanent veſtigia)Eccleſiæ donavit cum juriſdictione omnimoda, cæteriſque juribus dominicalibus,quæ primùm ad Epiſcopum,& Capitulum pro dimidia ſpectabant;poſtea verò ex Bulla Gregorii XI.Pontificis permutatio fuit facta, ita ut Baroniæ cederent in utilitatem Epiſcopi,Capitulo ſeptem mille ſolidis ſuper Decimis villæ de Alzira reſervatis,ut conſtat ex conſtitutione ipſius permutationis, ubi Bulla ad literam traditur , quæ eſt *in typis mandatis fol. 42. pag.* 2. Quo clariſſimè fulget & ipſius Regis in Eccleſiam pietas., donando non ſolum congruam dotationem, ſed bona magnifica, ut ſunt caſtra, & Baronias cum vaſſallis, & juriſdictione ſuprema in compenſationem Tertiæ Decimarum,ſibi jure optimo reſervatæ,virtute conceſſionis Pontificiæ.Et licet juxta eam miniſtrare tenebatur Eccleſiæ neceſſaria ad divinarum celebrationem , non tamen ita pinguiter dotare, neque ex ipſis Decimis,ut dixi;& in ſimili teſtatur Solorçano *dict.cap.*1. *n.* 51. Atque adeo,& liberaliter duas tertias partes reliquit Eccleſiæ,& prudenter ſua jura tuendo.Tertiam ſibi ſervavit ; & quamquam juxta ſuam conſcientiam , quæ tranquilla erat ratione Pontificiæ conceſſionis , minimè ad aliud tenetur,ut ora multorum clauderentur , eidem Eccleſiæ remuneravit quidquid ratione Tertiæ obtinere conabatur,alia bona donando, & Tertiam ſibi reſervando : quæ etiam perpenduntur à Simancas *dict. num.* 11. licèt à Patre Rajas taceantur. 67

Nec obſtat ſi dicas , id renuente Eccleſiaſtico ordine 68 effectum fuiſſe,ut ex *dictis privilegiis* 12.*&* 85.percipitur. Nam cum jus hoc non competat Regibus noſtris ex conceſſione Prælatorum , vel Eccleſiaſtici ordinis , nil obeſt ejus contradictio , aut expreſſa diſſenſio. Alexander II.ſummus Pontifex,hæc jura conceſſit:Prælati Aragonenſes, ut Garcia frater ipſius Regii Sancii querelam 69 propoſuerunt, Gregorius VII. eum , & cæteros reprehendit ſub anathematis pœnaidemum alii Prælati,de iſta conceſſione conquerebantur,& Urbanus II. illorum imprudentiam accuſavit,eo quòd non tam Regi,quàm Sedis Apoſtolicæ poteſtati contradicebant , eamdem pœnam imponendo : ergo de contradictione , aut diſſenſu, nil curandum, cum à ſummo Antiſtite tot vicibus , hoc non obſtante,conceſſio confirmetur.Et obiter notandum eſt,quòd Rex numquam aſſeruit ſe habere in feudum ab Epiſcopo,& Capitulo Decimas;nam in *privilegio* 12.hæc verba reperiuntur in parte,qua loquitur Epiſcopus;& in *privilegio* 85. nulla mentio de infeudatione eſt facta , & taciturnitas Regis non fecit eum feudatarium : ſed tribuendum eſt pietati ipſius Regis,qui in majorem Eccleſiæ dignitatem moderatè ſe geſſit tacendo,ut latè probat Belluga *dict.rub.*13. *§.tractemus, num.*39.*cum seqq.* quo modo intelligendum eſt,quòd dixit Rota in *decis.*tradita *per Sesse in sua dec.*162. *num.*40.

Demum Rex Petrus I. eandem juriſdictionem exercendo de Decimis jus dixit *in privil.*1.*&* 3.*§.*1.*& in for.* 2.*de decim.* ſicque paſſim ab aliis Regibus eſt aſſuetum, ut videre eſt *tot.rub.de Decimis in foris,& priv.*98.*&* 134. *Reg.Petri II.*ubi nota cautelam,qua Rex conceſſit licentiam laïcis habendi titulo feudi Tertiam Decimarum ab Eccleſia, nempe , *sine alicujus servitij præstatione , & quòd per eam concessionem , & licentiam non intendit juri sibi competenti contra Episcopum,Capitulum,& Ecclesiam Valentinam,ex quacumque causa in aliquo derogare,*ut in *fine ipsius privilegij* 134.expreſſis verbis legitur.Nec obſtat oppoſitum à P.Rajas *dict.*2.*p. sua allegat. n.*29. *& seqq.* Nam non ex eo quòd in *Rota Romana* aliquæ deciſiones habitæ ſint,inferri poteſt , id conſentiente Rege, vel ſuis adminiſtris fieri ; nam Rex non poteſt impedire ea quæ ab Eccleſiaſticis fiunt,eo inſcio.Decimarum cauſæ etiam inter Eccleſiaſticos pertinent ad Regem, ut ex ſuperius dictis patet , & fuit definitum per Cancellarium Domenech *die* 23. *Decembris* 1570. inter Epiſcopum Dertuſenſem , & noſtrum Militarem Ordinem Monteſiæ. Executio enim deciſionum *Rotæ,*numquam permiſſa fuit in Regno , ſicque nihil obeſſe poteſt mera declaratio;quod comprobatur ex dicendis *n.*89.& ex reſcripto Regio adducto per P.Rajas *n.*54.ibi : *Y per quanto es sia duda que toca a mi jurisdicion Real el conocimiento de los pleytos Eccleſiaſticos , y seculares , y otramente, de qualquier manera.* Nam verba illa, *Eccleſiaſticos, y seglares,* non ſunt intelligenda ſtrictè, ſed cum generalitate comprehenſa ſub eis, *y otramente de qualquier manera.*

SECTIO

SECTIO SECUNDA. §. V.

SUMMARIA.

71 *Decimarum jurisdictio exercetur per Judicem specialem.*
72 *Judex Decimarum à Rege nominatur, vel Prorege, in cujus posse præstat juramentum.*
73 *Judicis Decimarum primordia.*
74 *Judex Decimarum creatus ex mero executore.*
75 *Judex Decimarum an sit executor jurisdictionis Ecclesiasticæ.*
76 *Judex Decimarum, de quo prima mentio est in foris, à Rege habuit commissionem.*
77 For. 4. de Decimis, *expenditur.*
78 *Jura debent interpretari, ut contrarietas evitetur.*
79 For. 8. & 9. eod. tit. *explicatur.*
80 *Curia causarum decimalium profana est, licet reperiatur intra domum Prælati.*
81 *Judex Decimarum, actuarius, cæteriquè ministri inferiores, laici sunt.*
82 *Dominus utilis proventuum hujus Curiæ emphyteuta est Domini Regis.*
83 *Curia decimarum separata reperitur à Curia Ordinarii Ecclesiastici.*
84 *Traditio, neque operatur, neque obest, ubi realis existentia cernitur in contrarium.*
85 *Jurisdictio Ecclesiastica bonam fidem agnoscendo, à procedimentis abstinetur.*
86 *Judex Decimarum cognoscit in tota Diœcesi Valentina.*
87 *Idem in Diœcesi Segobricensi.*
88 *In Dertusensi Diœcesi cognoscunt Ordinarii oppidorum.*
89 *In Oriolensi ad Regem pertinet jurisdictio.*
Rescriptum Regium memorabile Philippi II. quoad hanc jurisdictionem Oriolens. ibid.
90 *Oriolens. Episcopus, eo quòd pars illa Regni à Regibus Castellæ aliquando possessa fuit, non comprehendi sub concessione contendit.*
91 *Rex Jacobus Regnum Murciæ, eamque nostri Regni partem Saracenis eripuit.*
92 *Idem Rex genero tradidit eam Regni partem cum jure Decimarum.*
93 *Regnum Navarræ cum Decimis transivit in ditionem Castellæ.*
94 *Orcelis pars cum potestatione tradita Regi Alfonso fuit.*
95 *Respondetur ad contraria.*
96 *Valentia antequam à Domino Reg. Jacobo expugnaretur, expugnata fuit à Cido.*
97 *Murcia Regnum antiquitus sub ditione Aragonum erat.*
98 *Immunitatis Ecclesiæ argumentum non valet ad Decimas, nam est separatum.*
99 *Cognitio bonorum* de realengo *apud laicos est in Oriolensi Episcopatu.*
100 *Amortizationis jus solvitur, ibid.*
101 *Decimas esse Ecclesiasticas, non potest esse favorabile Episcopo quoad fructus.*
102 *Trium Aularum decisiones circa præditta, & nn.* 104.
103 *Rex cognoscit de quæstione agitata adversus Clericum, vel Ecclesiam super re donata ab ipso Rege.*
105 *Decimarum cognitio est Regalia reservata Superiori.*
Decisio Senatus comprobans omnia de Decimis tradita, ad litteram tradiscur, ibid.
106 For. 15. de rebus non alienand. *expenditur, ibi,* Reals, è vehinals.
107 Bellugæ *doctrina in his examinatur.*
108 *Onera Realia, & vicinalia quæ.*
109 *Clerici adquirentes bona* de realengo *tenentur disponere inter laicos.*
110 *Clerici succedunt proximioribus ab intestato in bonis* de realengo, *& è contra, non autem fiscus.*
111 *Amortizatio quid?*
112 Thomæ del Bene *doctrina explicatur.*
113 *Quindennium quid?*
114 *Ratio disparitatis inter hæc jura.*
115 *Quindennium an debeatur ex bonis fideicommisso suppositis.*
Fideicommissi constitutio de bonis emphyteuticis valet, ib.
116 *Etiam in præjudicium domini directi, & n.* 118.
Contrarium, n. 117.
119 *Affirmativa moribus apud nos recepta.*
120 *Quindennia consuetudine introducta.*
121 *Differentia fideicommissi à manu mortua.*
122 *Bona fideicommissi plerumque alienantur.*
123 *Bona Ecclesiæ, aut Universitati quæsita inalienabilia sunt.*
124 *Decisiones quoad hæc.*
125 *Decisio Senatus supremi, quoad præstationem quindennii absolutè à manu mortua.*
126 *Novalium Decima nostris Regibus concessa.*
127 *Concessio Apostolica de Decimis Novalium.*
128 *Doctores de hac re tractantes.*

HArum Decimalium jurisdictio ad Regem spectans exercetur per Judicem decimalium causarum, qui à Rege, seu ejus locumtenente nominatur, Belluga *dict. rub. 13. vers. Restat, n. 11. & 13.* ubi Borrel. Dns Cerdan *in veriloquio, f. 12. §. 5. vers. Præsupposito, ad finem,* cum *notatis lit. A pag. mihi* 178. Dominus Leon *dict. decis. 3. per tot. præcipue num. fin.* & in posse ipsius Locumtenentis Regis juramentum præstat in ingressu sui officii, ut notum est. 71 72

Principium hujus officii adeò exiguum fuit, ut non Judex, sed Lictor decimarum nominaretur, ut *in for. 3. cum pluribus seqq. de decimis.* Tuncque, ut percipitur ex ipsis foris, erat metus executor, vel tantum cognoscebat de executivis causis earum: sed postea cum ei concessa fuisset cognitio ipsarum causarum, ac primarum venditionum fructuum Decimarum, & debitorum ratione earundem *privil. 55. Reg. Petri II expedito ann.* 1349. ut in *nostro text.* apparet; inde est, quòd Judex jam propriè nominetur, ita ut, ab eo tunc, Jurisperitus sit, unde *in for.* 120. *Cur. anni.* 1564. & de eo tanquam de Judice expressè loquatur. 73 74

Sed respectu istius dispositionis aliqui etiam dubitant, an eo tempore quo executor erat, jurisdictionis Ecclesiasticæ, vel Regalis censeretur, & an jurisdictio ejus emanata dicatur ab Ecclesiastica, vel seculari? nam Curiam habet intra domum Metropolitani, ibique jus dicit; sumtque aliqui fori, in quibus de jurisdictione Ecclesiastica ab eo executa, mentio expressa habetur; traditionéque, Ecclesiastici asserunt, probari, nominationem istius Judicis ad Ecclesiam aliquando pertinuisse. 75

Sed his non obstantibus, nemo est, qui nesciat à Domino Rege creari, sicut creatus fuit semper. Prima enim mentio, quæ in *foris* de eo reperitur ante dispositionem *dict. privil. 55. R. Petri II.* adest decretum *in for. 3. de decimis,* conditum à Rege Petro II. anno 1342. ubi expressè dicitur ab ipso Rege commissionem habuisse Petrum Antist. qui Portarius ipsius Regis erat, de quo etiam meminit *dict. privil. 55.* In decreto verò *for. 4. eod. rub.* concessum fuit Episcopo, & Capitulo Valentino, quòd licet ab ipsis tunc eligeretur, sibi Rex reservabat jus variandi ad instantiam ipsius Capituli, & Episcopi, & hoc jure proponendi usi fuere per aliquot tempora, sed postea ab eo Episcopus, & Capitulum sponte recesserunt, & ita hodie solus Rex nominat, sive Prorex in ejus locum. 76

Neque obstabit si dicas, *ex dict. for. 4.* deduci, Judicem, seu Lictorem decimalium causarum, executorem esse rerum judicatarum ab officialibus Ecclesiasticis: Nam non ex hoc inferri potest, ad officialem Ecclesiasticam jurisdictionem causarum decimalium pertinuisse; quia præterquam quod respondit Dominus Leon *dict. decis. 3. num. 27.* foris non loquitur tantum de Decimis, earum- 77

que

que contractibus, ſed etiam de aliis juribus, atque proventibus Eccleſiaſticis, ibi: *De contractes ſobre arrendaments de les decimes, ê primicies, ê altres rendes Eccleſiaſtiques.* Quæ verba ſunt in narrativa facta ab eodem ſtatu Eccleſiaſtico, & ſic verba decreti Regii ipſius actus Curiæ, ibi: *ſia executa or del que ſera jutjat per los officials Eccleſiaſtichs*, non ad decimas, & primitias, quarum cauſæ ad Ordinarium Eccleſiaſticum non pertinebant, referendæ ſunt; nam Lictor jam executor erat earum rerum; ſed cum tunc temporis reſpectu aliorum jurium Eccleſiæ Lictor nollet ſe intromittere, Eccleſia ſupplicavit, ut ea quæ judicata fuiſſent per ipſum Eccle-
78 ſiaſticum, Lictor ipſe exequeretur, ita quòd exequebatur cauſas decimales, & Rex conceſſit, ut etiam eſſet executor earum rerum, nempe aliorum jurium, & reddituum Eccleſiaſticorum. Aliàs enim eo ſimplici verbo, omnia prædicta deſtruerentur, quod non eſt dicendum: nam ſemper ea interpretatio ſumenda eſt, per quam contrarietas, atque correctio jurium vitetur, *l. ſi quando, C. de inoffic. teſt. Cap. cum expedias, de elect. in 6.* pluribus Barboſ. *axiom. 68. num. 3. & 5.*

79 Unde cæteri fori, hoc eſt 8. & 9. (qui etiam actus Curiæ ſunt) *de decim.* in hoc ſenſu accipiendi ſunt; nam eo ipſo quòd Lictor, ſive Judex decimalium cauſarum, ſit executor, non ſolum ratione earum, ſed jurium Eccleſiaſticorum, ut ex *dict. for. 4.* patet; decreta *for. 8. & 9.* in eodem ſenſu accipienda ſunt, eodem themate retento; ut ex littera ipſorum apparet, nam limitativè loquuntur *for. 1.* ibi: *Entenent à dir de aquelles que pertanyen als dits Eccleſiaſtichs no exempts, & for. 9.* ibi: *Si ſerà lo recors per excas com es lo que ſerà jutjat per lo dit Jutje Eccleſiaſtich.*

80 Nec relevat, quod Curia cauſarum decimalium, adeſt intra domum ipſius Prælati: Nam per hoc non immutatur natura juriſdictionis. Eſt enim moderamen, quo uſi fuerunt Reges Aragonum in exercitio ejuſdem juriſdictionis ad majorem Eccleſiæ reverentiam, ut reſpectu infeudationis diximus. Quod abſque dubio originem ſumpſit ab eadem ſententia lata in cauſis decimalibus per Dñm Regem Jacobum I. contenta *in dict. for.*
81 *1.* nam fuit lata, ut dixi in eadem domo Prælati. Quid enim obeſſe poteſt ſitus Curiæ ubi jus dicitur, ſi Judex laicus eſt, & ſic ſimiliter actuarius, cæterique adminiſtri? Argumentum enim, quod deſumitur à loco de quo Barboſ. *in argum. jur. loco 65.* argumentum tantum eſt, & leve, quod non valet in claris. Et in quo magis eluceſſit natura ipſius Curiæ, eſt in eo quòd proventus ipſius ad ſcribam pertinentes ex Regia conceſſione actualiter poſſidet egregius frater colendiſſimus Comes de Sinarcas, Vicecomes de Villanova, & Chelva, tanquam Dominus utilis ipſorum, dominium directum Regiæ Majeſtati recognoſcendo, qui jura ipſa locare palam ſolet, ſcribamque conſtituere pro libito: & anno 1643. vel 1644. quia inter cætera bona domus ipſius Comitis, jura hæc majoratui perpetuo ſuppoſita ſunt in Curia Bajuliæ generalis, R. Patrimonii Procurator exigere à dicto Comite jus quindennii conatus fuit, ſub prætextu, quòd ex ſuppoſitione majoratui, vel fideicommiſſo perpetuo inalienabilia remanſerunt, & ſic ad manum mortuam perveniſſe credebat. Sed quoniam jus quindennii, ut ſtatim dicemus, ex conventione, vel conſuetudine introductum fuit, quæ non fuit probata quoad bona fideicommiſſo ſuppoſita Comes obtinuit. In qua cauſa cum proſequeretur antequam Comes, & ego affinitate conjungeremur, teſtimonium dixi ab eo-
83 dem Comite productus. Demum licet intra domum Prælati Curia Decimarum adſit, ſeparata eſt à Curia Ordinarii Eccleſiaſtici, in qua omnes cauſæ ad eum pertinentes ducuntur, & declarantur: ſignum evidens, quòd cognitio Decimarum eſt ſeparata à juriſdictione Ordinarii; ſi enim Ordinarius Eccleſiaſticus de Decimis jus diceret, omnia conjuncta forent; atque adeo hæc differentia, & diſtinctio aliquid ſibi vult, quod negari non poteſt; ob quod, ratione conſtitutionis Curiæ, nullatenus argui poteſt ad favorem juriſdictionis Eccleſiaſticæ.

Nec de aliqua aſſerta traditione curandum; tum quia 84
quid certum à nemine affirmatur, tum etiam quia rumor quivis, ſi adſit, prævalere non poteſt adverſus obſervantiam, quam omnes in contrarium ſenſu corporeo percipiunt; nam non ſolum Judex prædictus laicus à Rege nominatus de Decimis cognoſcit, ſed Regia Audientia, tam in ſecunda appellationis Inſtantia, quàm in prima, mediante evocatione, ut dixi, *hoc eodem cap. §. 2. num. 34.* & quamquam juriſdictio Eccleſiaſtica aliquando intentat in cauſis decimalibus ſe intromittere, ſemper ſuccumbit. De anno 1647. expeditæ fuerunt litte- 85
ræ monitoriales per Curiam Ordinarii Eccleſiaſtici Valentini, verſus quoſdam particulares villæ *de Carcaxent*, in cauſis decimalibus, & cum eo tunc Fiſci Regii Advocati munere fungerer, contentionem ſuſcitavi, litteraſque contentionis Senatus decrevit, quibus Eccleſiaſticus monebatur, quòd literas ſuas caſſaret, & annullaret, aut contentionem firmaret juxta concordiam: quibus injunctis Eccleſiaſticus à procedimentis ſe abſtinuit, & plures ſententias per Curiam Regiam obtentas coram Cancellario in libris ipſius invenies, quarum unam refert Dñs Leon *dict. deciſ. 3. in fin.*

Sed quoniam *in dict. privil. 55. R. Petr. II.* juriſdictio 86
conceſſa fuit Judici cauſarum decimalium ad Diœceſim Valentinam; videndum eſt, quomodo exerceatur in aliis Diœceſibus intra Regni confinia contentis. Quoad Segobricenſem cum ab ipſa Diœceſi Valentina ejus diſtrictus tempore erectionis Epiſcopatus detractus fuiſſet, 87
inde eſt, quod idem ibi obſervetur. In parte autem Diœceſis Dertuſenſis, quæ in Regno cadit, cognoſcunt Judices ordinarii oppidorum; reſpectu verò Oriolenſis Diœceſis juriſdictio Eccleſiaſtica rem claram pluribus turbare conatur, aſſerendo ſub hac diſpoſitione minimè contineri, eo quòd illa pars Regni detracta fuit à Diœceſi Cartaginenſi, & Regibus Caſtellæ aliquando adquiſita: attamen habemus perſpicuum, & memorabile reſcriptum Domini Regis Philippi II. directum Excellentiſſimo Marchioni de Aytona, tunc Proregi, quod licèt tradat dominus Cerdan, *ad finem d. c. 12.* ut ejus memoria revocetur, tenorem ipſius non inaniter repetere neceſſe habeo.

EL Rey.

Illuſtre Marques, Primo, mi Lugarteniente, y Capitá general, no he tenido noticia de la lite que ſe trata en Roma a inſtancia del Obiſpo de Origuela contra los Duques de Maqueda, y Paſtrana, Marques de Terranova, y Conde de Elda; y que ſu Santidad huvieſſe proveido ſecreſto de Diezmos, haſta que me lo han hecho ſaber los intereſſados. Y porque el conocimiento ſobre los dichos Diezmos toca ſolamente a mi juriſdicion Real, y aſſi no ſe ha podido proſeguir en Roma, ni delante ningun Juez Eccleſiaſtico, eſcrivo a ſu Santidad mande revocar el dicho ſecreſto, y remitir a mis officiales Reales el conocimiento de la dicha cauſa: y ſi bien creo que lo concederá por ſer aſſi conforme à juſticia, pero porque podria ſer que antes que llegaſſen mis cartas ſe huvieſſen deſpachado Bulas en execucion del dicho ſecreſto, y de una declaracion que ha hecho la Rota ſobre los Diezmos, os encargo que eſteis muy advertido, que qualeſquier Bulas que llegaren tocantes a eſto, las detengais, ſin permitir que ſe executen: antes bien ordenareis por la forma que ſe acoſtumbra, ſe requiera al Obiſpo, ſi eſtuviere en eſſe Reyno, y ſino aſu Vicario general, ò a la perſona à quien viniere remitida la execucion de dichas Bulas del ſecreſto, que firma contencion ſobre ello con la juriſdicion Real, y que el Fiſcal haga las diligencias neceſſarias haſta compelerlo a que lo cumpla. Y porque podria ſer que con las dichas Bulas acudieſſen al Obiſpo de Origuela, le eſcrivo en eſta conformidad la que va aqui, remitir ſe habeis, encargandole el cuidado que deve tener

deſto,

desto, y que dello sera muy servido, como de negocio en que se trata de la mayor preeminencia, y regalia que tengo en esse Reyno. Dat. en San Lorenço à 21. de Julio 1590.

YO EL REY.

Vt. Frigola Vicecancel.
Vt. Terca Reg. *Vt. Quintana Reg.*
Vt. Pellicer Reg.

Franquez. Secretario.

90 Sed hoc non obstante, Episcopus Oriolensis semper contendit ad se jurisdictionem pertinere, ea nimirum ratione, nempe, quia illa pars Regni primum pertinuit ad Reges Castellæ, eo quòd licet Aragonius Jacobus Rex ab infidelibus vindicasset; sed Alfonso Castellæ Regi genero acquisivit, ob quod non contineri in concessionibus Aragoniis Regibus factis contendit, deducens id ex his quæ tradit Mariana *lib. 13. cap. 15.* aliique historici: Attamen hoc non obest; nam ut ex concessionibus suprà traditis patet, nullam limitationem habuit privilegium Pontificium Regibus Aragoniis indultum, sed 91 quidquid à Sarracenis eripiebant, sibi cum Decimis adquirebant. Dubitari non potest Regem Jacobum totum Murciæ Regnum à manibus Sarracenorum eripuisse, sicque Decimas in ea Regni parte, quam tunc conquæsivit, sibi comparasse armis: licet enim postea genero tradiderit, cum eodem privilegio traditum fuisse dicendum est; sicut Navarræ Regnum, quod Aragonii virtute ejusdem concessionis, sibi cum Decimis adquisierunt, ut 92 probant relati per Didacum Antonium Frances *in pastor. interno part. 3. dict. voto 2. num. 5.* Quamvis postea ditioni Castellæ sit quæsitum, nihilominus privilegium Decimarum retinent; ergo idem omnino dicendum, quoad 93 partem nostri Regni, præsertim, cùm licet tradita fuisset Regi Castellæ, fuit ea protestatione, ut pars hujus Regni ad Aragonium pertineret, ut tradunt nostri historici, præsertim Montaner *in sua histor. cap. 184. & 185.* & quod magis est in sententia arbitrali, de qua Viciana 3. 94 *part. fol. 162.* quam etiam tradit Escolano *lib. prim. dec. 1. cap. 22.* & meminit Zurita *in indicibus Latin. lib. 2. ann. 1304.* & Mariana *lib. 15. cap. 7.* pronuntiatum fuit, quòd Staberus Fluvius (nunc *Segura*) communis terminus erat Aragoniæ, & Castellæ, atque adeo quæsita fuit ea pars cum Decimis à Jacobo Primo, & cum eisdem recuperata à successoribus.

95 Nec relevat si dicas ante expugnationem Jacobi Regis jam Regnum Murciæ Regibus Castellæ adquisitum fuisse, ut colligitur ex Mariana *dict. lib. 13. cap. 15.* ibi: *Dum his altercationibus agendi opportunitas elabitur, Mauri & sua sponte incitati, neque ignari quorsum tanta moliriones spectarent, in Concestanis Murciæ arcem occupant, aliaque oppida, quæ eo tractu nostrorum præsidiis obtinebantur.* Nam præterquam quod inde non sequitur Castellanum tunc dominari nostri Regni parti, de qua est 96 quæstio; argui ex hoc non valet, quod sine Decimis quæsita fuisset ab Aragonio; quia idem respectu urbis, & totius Regni dici poterat, nam Cidus Rodericus Diaz Valentiam adquisivit anno 1081. ut Mariana *lib. 10. capit. 4.* cæterique historici tradunt; sed non ex hoc dubia redditur adquisitio Decimarum, quoad ipsam Valentiam, nam postea infideles eam occuparunt: sic similiter, quamvis partem suprædictam Regni Castellæ Reges obtinuissent, dum postea à Mauris occupata fuisset, ut ex suppositione traditur, utiliter Jacobus eam ab ipsis eripiendo Decimas acquisivit.

Et si causa antiquior quærenda est, antiquius est jus 97 Aragonensium in ipso Regno Murciæ; nam amissionem, de qua testatur Mariana *dict. lib. 13. cap. 15.* ponit anno 1262. at anno 1172. jam Reguli Murciæ, tanquam vassalli Aragonii, vectigal pendebant, ut tradunt Mariana *lib. 11. cap. 12.* Zurita, & Don Joannes Briz *in d. histor. Joannis Rupensis lib. 1. cap. 57.* sed cum omne jus proveniat ab expugnatione Regis Jacobi Primi, inde est, quòd eò ipso quò Regnum ab infidelibus eripuit, Decimas quæsivit; quod pariter procedere in ea Regni parte est affirmandum.

Nec argui valet ex eo quòd diversum jus circa immu- 98
nitatem Ecclesiarum observatur in ea Regni parte ad Oriolensem Diœcesim pertinente, quàm in reliquo Regni, nempe quod ibi, sicuti in Castellæ Regnis, omnes ædes fruuntur immunitatis privilegio, apud nos verò tantum præcipua cujusvis oppidi Ecclesia, *ex for. 4. de his qui ad Eccles. confugiunt*, nam à separatis non fit illatio; immunitas enim Ecclesiarum nil commune habet cum Decimarum concessione, neque pendet à Regni expugnatione. Urgentius enim contra intentionem 99
Episcopi argui valet, eo quòd in ejus Diœcesi observantur ad amussim omnia disposita quoad bona *de realengo*, & eorum fructus, ita ut Judex laicus cognoscat, 100
etiamsi ab Ecclesiastico, vel Ecclesia possideantur, ut declaratum, atque decisum reperitur per Regium Cancellarium sententia *dici 18. Julii 1641.* in causa Juratorum villæ de Novelda, & Fisci Regii Procuratoris, cum Fisci Procuratore Curiæ Ecclesiasticæ Oriolens. & sententia *dici 19. Aprilis 1644.* in causa Syndici Capituli Oriolens. cum Regio Fisco.

Neque ita favorabile erit obtinere Episcopo, ut cre- 101
dit: nam utplurimum, hoc medio consequi poterat Decimarum augmentum in oppidis ditionis contentorum in Regio rescripto: Sed eò ipso quòd Decimæ retineant naturam spiritualitatis, omnes Ordines, tam Mendicantes, quàm Monacales, aut Militares, virtute privilegiorum à Sede Apostolica concessorum exemptionem à solutione Decimarum consequerentur; ut patet ex traditis à Solorçano *dict. cap. 21. per tot.* Quare Ecclesia Valentina constanter defendit minimè Decimas ex concessione Regia ad favorem Ecclesiæ effectas fuisse Ecclesiasticæ jurisdictionis, ut apparet in *dicta allegatione* Doctoris Thomæ Simancas.

Unde cum Episcopus Oriolensis Regiæ Majestati 102
exponeret ad se jurisdictionem causarum decimalium pertinuisse in sua Diœcesi; ac per consequens coram eodem tractandam esse quæstionem, quam Ecclesia movere intentat adversus successores contentorum in dicto Regio rescripto, ratione perceptionis Decimarum, quæ hodie ibidem solvuntur in pecunia, ex antiquissima conventione, Dominus Rex consuluit Senatum nostrum, & ex resolutione trium Aularum responsum fuit, ad Regem pertinere jurisdictionem, tum quia ad Proceres relatos Decimæ pertinuerunt ex Reg. largitione: & quæstio agitata super re donata à Rege, coram Rege tractari debet, etiamsi lis contra Clericum, vel Ecclesiam vertatur; latè Cevallos *com. contr. com. q. 822. n. 22. cum plur. seqq.* Don Joan. Castillo *de Tertiis. s. 12. per tot.* Salgado *de retentione Bullar. par. 1. c. 1. num. 144.* tum etiam ex suprædictis, & aliis. Et dum hæc resolutio caperetur in Senatu, repertum fuit per nobilem Decanum domum Don Franciscum Bono aliud responsum ipsius Senatus, ex resolutione trium Aula- 104
rum, quod factum creditur triginta annos ab hinc, quo idem respondebatur; in hac enim decisione non interfui, eo quod tanquam genet Illustris Marchionis de Orani, domini, ac patris mei colendissimi, qui nunc possidet Baroniam de Monover, tempore illius rescripti ad matrem Ducissam de Pastrana spectantem, ab interventu abstinui. Et quamquam nil addi potest, non abs re erit, quòd notetur sententia Regii Cancellarii *dici 8. Maii 1646.* in causa contentionis ortæ inter Regiam Curiam Gubernationis Oriolensis, & Curiam Ecclesiasticam ejusdem, qua declaratum fuit, admittendam esse contentionem ratione jurisdictionis decimalium causarum, nempe tertii decimi ejusdem Diœcesis: sicque

firmissimum

firmissimum manet, etiam in Episcopatu Oriolensi ad Regios Judices jurisdictionem pertinuisse, per quos exerceatur non est liquidum. Nobilis dominus Don Michaël Vives, qui fuit Judex causarum decimalium, asserit Judicem ipsum ibidem cognoscere, Episcopus negat, ad se cognitionem pertinuisse affirmat, & quia expectatur exitus hujus causæ, tunc decisionem tradere curabo.

105 Ratio ob quam Gerens vices Gubernatoris cognoscere de Decimis non potest, ut foro nostro habetur, ea nimirum est, nam cùm sit suprema Regalia, Superiori reservata est, & sic Regiæ Audientiæ, ut dixi *hoc cap.* §. 2. *n.* 42. Quæ omnia comprobantur decisione Senatus sub examine Nobilis Domini Don Cosmæ Gombau sententia Regia sequenti.

XCS. *Attento quòd scriptura posita coram Judice Decimarum per fratrem Laurentium de Vea, Syndicum, & procuratorem domus Professæ Societatis Jesu præsentis urbis, & procuratorem administratorum bonorum quondam domnæ Elisabeth de Mompalau, die decimaoctava Augusti, anni millesimi sexcentesimi quadragesimi quinti, fuit deductum, quòd dicta domna Elisabeth de Mompalau, instrumento recepto per Paulum Vizledo Not. die vigesimo Maii millesimi sexcentesimi vigesimi octavi, donationem fecit Provinciali dictæ Societatis hujus Provinciæ Aragonum, omnium suorum bonorum, ut ipse unà cum Præposito dictæ domus Professæ illa administraret, & fructus distribueret in constructionem ejusdem domus, & ædificationem alterius domus Probationis in Præsenti civitate instituendæ, & in alia diversa opera pia ibidem memorata; inter quæ recadit quædam domus, cum sexaginta jugeribus, sive caficiatis terræ, sita, & sitis in termino loci de Torrent, ex quarum fructibus juxta Apostolicas concessiones Pauli Tertii, Pii Quarti, Gregorii Decimitertii, nulla debetur Decima, primitia, redecima, nec aliud jus ad Dominum spectans; & his, & aliis pluribus privilegiis non obstantibus exiguntur Decimæ ex fructibus dicti prædii rustici, per conductores decimarum, primitiæ, & aliorum jurium, contraveniendo exemptioni in dictis privilegiis Apostolicis contentæ, & consequenter illorum vigore postulatum fuit, quòd declararetur, dictam Societatem, & administratores prefatos non teneri solvere dictas decimas, primitias, & alia jura ex dictis bonis donatis, & aliis quibuscunque designatis pro utilitate, & subventione dictæ Religionis, veluti pro ipsis Religiosis, ornamentis, libris, alimentis, luminaribus, & aliis usibus, & necessitatibus; & condemnari dictos conductores, & collectores ab ipsis deputatos, quòd restituant frumentum sumptum ex area sita in termino dicti loci de Torrent, unà cum expensis, ut fusius in dicta petitione continetur, quæ fuit injuncta Vincentio Senciment Presbytero, Syndico, & procuratori Archiepiscopi, & Capituli Metropolitanæ Ecclesiæ præsentis Civitatis, & procuratori Hieronymi Viñals, & Ludovici Barrea conductorum decimarum, & Nicolao Flaix Presbytero, procuratori Præceptoris præceptoriæ dicti loci de Torrent, ac Joanni Cabrejas Presbytero, Rectori Parochialis Ecclesiæ ejusdem loci, & postea ad hanc Regiam Audientiam extitit evocata, & ubique validè per eos fuit contradictum premissæ exemptioni, in qua causa se immiscuit Procurator patrimonialis suæ Majestatis, die decimasexta Junii millesimi sexcentesimi quinquagesimi dictum Archiepiscopum, & Capitulum concludendo pro suo interesse. Et attento, quòd privilegiis notoriis Apostolicis Alexandri Secundi, Gregorii Septimi, & Urbani Secundi, fuerunt Dominis Regibus Aragonum concessæ Decimæ, & primitiæ omnium Ecclesiarum, & terrarum, quas è manibus Sarracenorum eriperent, & per Serenissimum Dominum Regem Jacobum Primum, à quo præsens Regnum à faucibus dictorum Sarracenorum fuit recuperatum, concessæ fuerunt primitiæ Rectoribus Ecclesiarum Parochialis, & duæ partes decimarum concessæ fuerunt dictæ Ecclesiæ Metropolitanæ præsentis urbis, sive tunc Episcopo, & Capitulo illius ex omnibus fructibus præsentis Diœcesis, pro dotatione illius, retinendo tertiam partem dictarum decimarum, in cujus possessione notoriè existit Religio Hierosolymitana, percipiendo illam per dictum Præceptorem præceptoriæ de Torrent in ejus termino: & ita constat, dictas decimas, & primitias fuisse, & esse profanas, & temporales, cum semper eandem naturam, & qualitatem temporalem, & profanam, quam sumpserunt, retinuerint; quamvis ad dictas Ecclesias, & Ecclesiasticas personas pervenerint juxta foros Regni, tanquam de realengo, & à Regio patrimonio processæ: & pariter constat, dictum Archiepiscopum, & Capitulum, Rectorem, & Præceptorem, ac conductores illorum, habere intentionem fundatam ad exigendas dictas decimas, & primitias ex fructibus dicti prædii rustici, & aliorum quorumcunque bonorum per dictam Societatem Jesu, & dictos administratores bonorum dictæ domnæ Elisabeth de Mompalau possessorum in termino dicti loci de Torrent, & aliis partibus præsentis Diœcesis respectivè. Attento etiam, quòd licet in dictis indultis Apostolicis Pauli Tertii, Pii Quarti, & Gregorii Decimitertii, in processu exibitis, concessa extiterit dicta Societati, & domibus illius exemptio à solutione decimarum cum amplissimis clausulis derogatoriis in illis expressis; attamen in nullo eorum reperiùr aliqua specifica mentio dictorum privilegiorum Apostolicorum anteriorum, quibus dictæ decimæ, & primitiæ ad Dominos Reges Aragonum pertinuerunt, nec dictarum concessionum à Domino Rege Jacobo Primo factarum dictis Archiepiscopo, & Capitulo, ac Rectoribus Parochialium, nec possessionis tertiæ partis decimarum, in qua existit dicta Religio Hierosolymitana, in dicto termino loci de Torrent, quod erat omnino necessarium, ut in dicta exemptione à solvendis decimis, hujusmodi decimæ, & primitiæ comprehenderentur, quæ non de jure communi, & ordinario, sed de jure speciali, cujus in dictis Summis Pontificibus præsumitur ignorantia, ad prefatos Archiepiscopum, & Capitulum, Rectorem, & Religionem Hierosolymitanam spectant; non enim hujusmodi exemptiones ampliandæ sunt, sed strictè intelligendæ, ut quanto minus possint, læsionem inferant, & præcipuè cum ex causa onerosa, tam ad dictos Dominos Reges Aragonum, quam ad dictas Ecclesias ex concessionibus illorum pervenerunt, nimirum ad Dominos Reges, pro invitandis illis ad Sarracenos acrius debellandos, & pro tot sumptibus belli facilius perferendis, & ad prædictas Ecclesias pro illarum dotatione, cum aliquibus oneribus, & pro implemento voti, & promissionis precedentis facta pro auxilio obtinendo à Prælatis, & aliis ad finem, & effectum ejusdem expugnationis consequendæ. Ob quam causam magis credendum est, dictos Pontifices non habuisse pra oculis dictas concessiones Apostolicas decimarum, & primitiarum, & donationes Regias, quando dictam exemptionem Religioni Societatis Jesu concesserunt à solutione decimarum, & consequenter absque speciali, & specifica illarum mentione non est censendum illis derogari voluisse cum dictis privilegiis nec clausulæ derogatoriæ, quibuscumque verbis pregnantibus in illis oppositæ, sufficiunt ad extendendum dictam exemptionem ad hæc jura specialia, quæ præsumuntur incogitata, & ignorata à concedentibus, & à quibus non solet, nisi cum magna difficultate exemptio concedi. Attento insuper, quòd respectu dictarum duarum partium spectantium ad dictum Archiepiscopum, & Capitulum, considerabile vertitur Regium interesse in illarum conservatione, & non diminutione, propter patronatus dictæ Metropolitanæ Ecclesiæ, quo ex eisdem Apostolicis privilegiis, & dicta dotatione potiuntur Domini Reges. Et explorati juris est, quòd ubi vertitur Regum aliquod interesse, non inducitur derogatio alicujus absque specifica mentione dicti interesse, propter præeminentiam, & excellentiam eorum. Attento ulterius, quòd juxta dictam donationem factam per dictam domnam Elisabeth de Mompalau dicto Provinciali Societatis Jesu præsentis Provinciæ, aperi non potest, dicta bona donata adhuc pervenisse in dominium dictæ Societatis aut alicujus domus illius, cum ad præsens dictus Provincialis unà cum dicto Præposito domus Professæ præsentis urbis, dumtaxat sit administrator dictorum bonorum, & ita dicta exemptio Apostolica adhuc suffragari nequit; illa*

illa enim tantum est ex bonis, quæ in dominio dicta Societatis, aut alicujus domus illius actualiter existant. Attento ultimò quòd ut dicti administratores dicta bona administrare valerent, & in dicta opera pia convertere, necessarium fuit, juxta foros Regni obtinere Regiam licentiam, quam obtinuerunt expeditam Matriti die vigesimo Julii millesimi sexcentesimi trigesimi tertii, per dictum fratrem Laurentium de Vea, prævio nomine in processu exhibitum, in qua expressa apposita fuit conditio, quòd dicta bona transirent in dictos administratores cum suo onere reali, secundùm forum Valentiæ, & quod remanerent perpetuò cum dicto onere reali, ut antea erant: & sic cum onus Decimarum, & primitiarum colligendarum ex fructibus prædiorum, sit onus reale ipsis bonis inhærens, & ad quemcunque possessorem, etiam Ecclesiasticum transiens, necessariò dicendum est, nullam exceptionem Decimarum, & primitiarum vigore dictarum concessionum Apostolicarum suffragari posse dictis administratoribus, & Societati respectu dictorum bonorum cum dicta licentia adquisitorum, aut adquirendorum, cùm non potuerint, nec possint ea adquirere, nisi cum dicto onere reali, cui dicta exemptio, casu quo alias dictas Decimas, & primitias continueret, repugnat: propter quam repugnantiam, & incompatibilitatem existimandum est à dicta asserta exemptione fuisse recessum tempore adquisitionem conservare, quam parendo dicto oneri solvendi Decimas, & primitias, ut antea solvebantur ex fructibus eorum, & consequenter dicta exemptio operari nihil potest, quoad dicta bona taliter adquisita, & adquirenda; sed manere debeant, ut antea, perpetuò supposita, & subjecta oneri reali solvendi decimas, & primitias, cum quo acceptata fuerunt; & sine quo necessario dimitti debent, nec amplius retineri valent, juxta eandem Regiam licentiam, ex quibus omnibus venit, ut infra, declarandum. Idcirco, & alias, deliberationem, & conclusionem in Sacro Regio Consilio sumptam insequendo, pronuntiamus, sententiamus, & declaramus, cum interventu Magnifici Regii patrimonii Advocati, instantiam factam per dictum fratrem Laurentium de Vea prævio nomine in præfata scriptura, posità coram Judice Decimarum die decimaoctava Augusti, anni millesimi sexcentesimi quadragesimi quinti, non remanere justificatam, nec de jure procedere, ac locum habere respectu Decimarum, & primitiarum, ac aliorum Jurium realium, ad quæ juxta dictam Regiam licentiam amortizationis aut alias teneantur dicta Societatis Jesu domus Professa, & dicti administratores actores; imò repellendam fore, & esse, ut cum præsenti repellimus, & actoribus perpetuum silentium imponimus, & neutram partium in expensis condemnamus:

D. Franciscus Bona pro Reg.

V. D. Cosmas Gombau. *V. Arques.*
V. D. Michael Vives. *V. Monllor R. P. Advoc.*

106 Hucusque Senatus noster Regius, qui eruditè (ut de more habet) ad propositum, litem satis vexatam decîdit Regia hac sententia, publicata per Eusebium de Benavides R. mandati Scribam, die 6. Novembris 1653. Valeur. Instante Josepho Aragonès Not. Syndico, & procuratore, & aliis nominibus, &c. quæ mirificè superiora, ut diximus, confirmat.

Sed ne aliquid intactum relinquamus, aliqua, quæ ex prohibitione adquirendi bona *de realengo* dimanant breviter tractemus. Jam dictum est, quòd si adquiruntur, ea lege fit, ut judicium Regiæ jurisdictiones subeant: Videamus nunc, quæ onera sint illa, ad quæ solvenda Clerici teneantur ratione eorum bonorum *ex d. fin. 15. de rebus non alienandis*, ibi: *Reals, è vehinals:*
107 Belluga *in d. rub. 14. §. nunc videamus, num. 11.* interpretatur onera regalia, & personalia. Et labitur omnino, nam Clericus numquam ratione personæ ad onus aliquod teneri potest, absque Pontificis decreto, & auctoritate; sicque neque ad onus regium absolutè, nam Rex non habet jurisdictionem in eos, & aliquando onera regia respiciunt personam; atque adeo neque de onere Regio, vel regali, neque personali loquitur forus, sicque verba illa, *Reals, è vehinals*, interpretari debent de onere reali, 108
quod rem sequitur, sive ad quod res ipsa tenetur, quæ aliàs munera, sive onera patrimonialia dicuntur: *l. fin. §. Patrimoniorum, ff. de muneribus, & honoribus.* Quando enim res aliquo onere gravatur, tunc transit cum illo onere, quod non est contra libertatem Ecclesiasticam, ut pluribus comprobat Solorçano *d. c. 21. n. 18. cum seqq.* Don Francisco Amaya *in l. 1. & 2. n. 2. & 14. cum seq. C. de ann. & trib. lib. 10.* Curtel. *de immunit. lib. 2. q. 39. per tot.* P. Castro Palao *in oper. mor. to. 2. tr. 12. disp. unic. punct. 9. n. 1.* Petr. Greg. *de Repub. lib. 3. cap. 7. n. 37. cum plur. seqq.* Onus autem vicinale est species oneris realis, *d. l. fin. §. præterea*, nempe quando civitas, vel oppidum impositum onus vicinis, ita ut non personæ cohæreat, sed unusquisque pro mensura agri à se possessi, certum quid per singulos annos præbeat; *quod*, ut ait text. *genus collationis, munus possessionis est.* Cum autem hæc onera respiciant bona ipsa *de realengo*, ab Ecclesiasticis hac lege adquisita, absque libertate Ecclesiasticæ injuria, Clerici, & Monasteria tenentur, Solorçano *ibid.* Quo pacto interpretanda verba illa *reals, è vehinals*, credo, salva pace viri eruditissimi Petri Belluga aliter sentientis.

Ex eadem prohibitione adquirendi bona *de realengo* 109
Clericis, Ecclesiasticisve personis, & Communitatibus, dimanant duo jura apud nos usu frequentia, nempe *Amortizationis*, atque *Quindennii*: supposita enim generali prohibitione, de qua *supra n. 44.* per *for. 6.* & alios *de reb. non alienandis*, postea fuit concessa facultas Clericis adquirendi bona *de realengo*, sub dicta conditione, ut teneantur subire jura realia, & vicinalia, & respondere coram judicibus Regiis; & quod disponere debeant de ipsis bonis; tam inter vivos, quàm in ultimo elogio in laicos, ut *in for. 15. & seqq. de rebus non alienandis*; unde ab intestato non Episcopus, sed proximiores succedunt; & quamquam Belluga *d. rub. 14. §. veniamus, n. 19.* doceat, 110
quòd in casu intestati succedit fiscus; id correctum est per *for. 17. sod.* quo cautum est, quòd succedant proximiores defuncti venientes ab intestato; & ut æqualitas servaretur, etiam fuit cautum, ut Clerici succedant ab intestato ipsis proximioribus, in similibus bonis: quòd etiam extensum fuit ad Milites nostræ inclytæ Religionis Beatæ Mariæ de Montesa, ut *in for. 19. & 20. sod.*

Ecclesiæ verò minimè adquirere possunt bona *de real-* 111
engo, quin facultas Domini Regis interveniat, & jus amortizationis solvatur, de quo *in for. 22. cum seqq. ibid.* Sed licet Dominus Cerdan in *arbore jurisdictionum*, de Judice harum causarum mentionem faciat, cum non sit officium permanens in Regno, sed ad tempus mitti solitum; cum delegatione Principis, inde est, quòd ad nos non pertineat. Tractant de Amortizatione Belluga *dict. rubr. 14. per tot.* Speculator *titul. de emphyteusi, §. nunc aliqua, n. 142. & seq.* Pechius *in tract. de amortiz. ac. per tot.* Calicius *in Margarit. fiscal. dubit. 8. cas. 51.* pluribus, & plura Oliban. *c. 7. per tot.* Dominus Leon *decis. 77. n. 1. & seqq.* Anton. Faber *in C. lib. 1. tit. 2. diffinit. 44. n. 15. & lib. 4. diffinit. 50. titul. 43.* Papon. *in arrest. lib. 1. tit. 14. per tot.* Cancer. *variar. lib. 1. c. 11. n. 61.* Fontanel. *de pact. claus. 4. glos. 12. n. 23. & seqq. & glos. 18. part. 1. n. 25. cum seq.* & *decis. 229. n. 21. cum seqq.* Ripoll. *variar. c. 11. n. 22.* Solorçano *d. c. 21. n. 32. & seqq.* Larrea *allegat. fiscal. 85. n. 21. tom. 2.* Curtel. *de immunit. d. lib. 2. q. 104. per tot.*

Quare Amortizatio sic vocetur? tradunt omnes isti 112
Doctores: sed ad rem magis dominus Leon *d. decis. 77. n. 8.* & Fontanel. *de pact. claus. 4. glos. 12. n. 22.* Neque obstant tradita per Thomam Delbene virum doctissimum *de Immunit. p. 1. c. 8. dub. 12.* qui plures laudat: nam salva pace tanti viri, certissimum habeo, non bene percepisse naturam, & originem amortizationis hujus Regni: Siquidem *num. 6.* ait, quòd doctrina nostri *Bellug.* non procedit, eo quòd Rex à principio non fuerit Do-

minus omnium bonorum sui Regni: Rex enim Jacobus I. & cæteri nostri Reges, ut dixi *c.1. §.2.num.4. & seqq.* non habent Regnum dependenter ab Imperatore, cui non subsunt; & sic ratio *legis Regiæ*, qua populus potestatem transtulit in Principem, non procedit in nostris Regibus, qui totum Regnum propriis impensis, & laboribus à manibus Infidelium vindicarunt, ut dicam *c. 3. §.1.n.132.* & dixi *c. 1. §. 1.n. 10.* & sic dominium omnium bonorum obtinuerunt plenè; & generaliter statim post adquisitionem Jacobus I. prohibuit ipsis, quibus bona *de realengo* concessit, alienationem in Ecclesiam, Ecclesiasticos, & Militares; & postea concessit, diversis legibus; inter quas ea reperitur, ut si perveniant ad manum mortuam, interveniat licentia, & solvatur amortizatio, ut dixi; ac per consequens evidens est quoad hoc Regnum, quòd jus amortizationis non infringit libertatem Ecclesiasticam, ut non insipide tradit Escolano *lib.4.cap.23.& 24.& lib.1. cap.7. num.8.* & Olibanus *in usat. alium namque, de jure fisc. c.7. n.43.* qui idem testatur respectu conventionis factæ inter Alfonsum III. & Ecclesiam quoad bona *de Realengo*; sicque apud nos, nulla reperitur differentia inter Ecclesiasticos & seculares quoad hæc bona; atque adeò quoties ad jura imponenda spectatur authoritas Pontificis, non est spectanda, nec spectatur dum imponuntur in his bonis: & sic explicanda sunt tradita *c. 3. §.2.n.23. & c.4.§.11. n.10. & seqq.* & ita decisum est per Gravissimum nostrum Vicarium generalem DD. Hiacinthum Minuarte Episcop. Maronens. dum hæc prælo dabantur, sententia lata die 2. Septemb. 1654. in causa appellationis (coram eo, ut Metropolitano vertente) censurarum Majoris Balearis. Et nota, quòd adquisitio bonorum *de realengo*, sic interdicta est Ecclesiasticis, ut minimè revocabiliter adquiri valeant sine habilitatione Regis, quam *amortizationem* vocamus, ut dixi *c.2.§.5.num.106.* Sed explica quoad Clericos, ut adquirere valeant vita durante *for. 17. de reb. non alienan.* ut ibi dixi. Ecclesiæ verò, vel Conventus, aut Religiosi ex titulo particulari cum onere evacuandi intra annum, *for.5.eod.tit.* Oliban. *d.c.7.n.8.32. & seqq.* Dñs Leon. *decis.77.n.8.* ex titulo verò generali minimè, neque ad momentum, *for. 5.de inoffic.* Bellug. *in specul.rub.14.§.ceterum, n.39. & seqq.* Dñs Leon. *decis.156.per tot.tom.2.* nam dispositio excludens Ecclesias, vel Religiosos à successione, in tantum valet in quantum de his bonis disposuit: in aliis enim minimè, quia repugnat libertati Ecclesiasticæ, ut explicant Belluga, & Dñs Leon. *ubi proxim.* & dixi *d.§.5.n.45.* Quæ facultas, sive habilitas adesse debet tempore delatæ successionis, nam sic tunc succedens incapax reperiatur, defertur ad alios vocatos, vel venientes ab intestato; nisi antequam isti adierint, amortizatio obtineatur, quia cum adhuc res integra sit, & jus minimè quæsitum reperiatur tertio, eo quòd aditio facit hæredem; non delatio, vel institutio, *l. 3. §. si quis ita.* & ibi Imola *ff. de hared.instit.* cum plur. traditis per Giurb. *observ.3.n. 19.* habilitas superveniens sufficit, ut succedere possit, ex doctrina Baldi *in l. Deo nobis 42. §. hoc etiam, n.9. C. de Episc. & Cler.* Bellug. *ubi sup. num.40.* & ibi Camil. Borrel. plures adducens *in addit. lit. S.* Dominus Leon *dict. decis. 156. num. 10.* & sic definitum est per Senatum in mea Aula, me interveniente.

Unde aliud jus ex consuetudine, sive conventione provenit quando bona quæ in manum mortuam transeunt, sunt emphyteutica; nam ultra jus Amortizationis solvitur apud nos *Quindennium*, hoc est, ne dominus directus fraudetur jure, quod habet ad laudimium consequendum ex alienationibus, & caducitatem, sive commissum, quod aliquando committi solet, solvitur ei laudimium decimoquinto anno per quancunque manum mortuam, ad quam res emphyteutica pervenit. Sed quia hæc bene explicat dominus Leon *dict. decis. 77. à n.1 usque ad 11.* ideo non immoramur. Tradit etiam Fontanel. *d.gl. 12. nn.23.* & eo laudato noster Doctissimus Theologiæ moralis, inter primarios enumerandus, & enumeratus, professor Joannes Ægidius Trullench. *in exposit. Decalog. tom. 2. lib.7. cap. 23. dub. 10. num. 24.* licet tardiori solutione in Catalonia observetur de consuetudine: & ratio est, nam ex *gloss.18.n.82. & d. decis.279.n.21.* cum in Catalonia integrum laudimium sit dimidium pretii totius rei emphyteuticæ, inde est, quòd trigesimo, vel quinquagesimo anno solvatur per manum mortuam; apud nos verò, cùm decima pars totius pretii laudimium integrum sit inde est, quòd de quindecim in quindecim annos ex consuetudine solvitur.

Ratio autem disparitatis inter jura Amortizationis, & Quindennii tradi debet; nam Fontanella *ubi sup.* non bene explicat, imò indistinctè loquitur, dum ait, quòd jure amortizationis trigesimo quoquo anno integrum laudimium debetur. Quare dicendum est, apud nos jus amortizationis, quod est tertia pars pretii rei amortizatæ, comprehenso jure expeditionis (quod rarò solvitur, nam Regia Majestas moderatissimè utitur hac regalia, pluries hanc amortizationem liberè concedendo, vel minori pretio:) ad Regem pertinet, ut ex *foro* patet, nam solus Rex auctoritatem amortizandi habet, ut tradunt Paponius *d.tit.14.arrest.4.* & Oliban. *d.cap. 7.n.12. 21. & seqq.* At verò Quindennium pertinet ad Dominos directos rerum emphyteuticarum, ne per amortizationem priventur jure Laudimii, Commissi, & aliis sibi debitis; quod in Gallia, & Catalonia, indemnitatem præstari dicitur, ut tradit Papon. *dict. arrest. 4.* & cum eo Oliban. *numer. 15. 21. & seqq.* qui latè explicant modum, quo in eis Provinciis, & regnis, hæc in praxi habeantur. 114

Sed dubitari aliquando solet, an Quindennium debeatur ex bonis majoratui, sive fidei commisso perpetuo suppositis? Ad quam quæstionem definiendam in primis videndum est, an emphyteusis veniat in restitutione fidei commissi, quam quæstionem suscitant plures Doctores relati à Fusar. *de substitut. quæst.630. per totam*, & venire affirmat, præsertim quando est hæreditaria, ut communiter sunt emphyteuses hujus Regni. Quare constitutio fidei commissi valet, sicut & majoratus; Molina *de Hispanorum primogen. lib.2.c.10.n.71.* ubi Addent. Valascus *de Emphyteus. q.40.* Roderic. *de annuis reddit. lib.2. q.22.n.36. & 37.* 115

Item videndum est, an constitutio fideicommissi ex bonis emphyteuticis facta valeat in præjudicium Domini directi, quod generatur ex eo, quòd bona inalienabilia efficiuntur, sicque absque consensu illius privatur laudimio, & Commisso. In qua quæstione duas sententias invenio inter se pugnantes: Prima est Alciati *cons.8. num.18. lib.6.* qui asserit prohibitionem alienationis tenere, quoad successores emphyteutæ, qui non possunt contravenire facto defuncti, *l. cum à matre, C. de rei vindicat.* cum *simil.* Quoad Dominum directum, non conqueri potest, & de nullitate prohibitionem arguere; quam sententiam tenent Gama *decis. 70. num. decis.214. num.3. & 5. & decis.218 n.10.* licet referat contrarias Senatus sententias, Rodriguez *d.quæst.22.num.29.* qui alios laudat, latissimè Phebo *decis. Lusit.5.* Contrariam tenet Blasius Flores de Mena *in addit. ad d. decis. Gam. 70.* dicens communem esse opinionem, ut valeat majoratus constitutio, absque Domini directi consensu in præjudicium ejus; & ad id allegat Cephal. *cons.1. & cons.12. in fin. lib.1.* Decium *consil.117. lib.3. num.23. & cons.23. num.41. eod. lib.* Manticam *de conjectur. ultimar. volunt. lib.7. tit.9.* Alvarum Valascum *de jur. emphyteu. quæst.49.* Clurum, *lib.4. §. Emphyteusis, quæst. 16.* Turret. *cons.61.* Bursatum *cons. 48. n.23.* Menochium *consil.504. num.3. lib.6. & cons.158. num.65. lib.2.* Hippol. Riminal. *cons. 18. lib.1.* Caldas *de nominatione, quæst. 12. num.32. & q. 24. n.25.* cui addendi sunt Peregrin. *artic.51. num. ultim.* Georgius Cabedo *decis. Portug.130. part.1.* Marius Burgius. *de laudimiis, part. 2. in spec.* 116 117 118

2. *inſpec.*44.*in addit.num.*8.qui allegat Cavalcan. *deciſ.*6. *num.*18.*part.*3. Anguiano *de legib. lib.* 3. *controverſ.* 12. *n.*14.*& ſeqq.*& quamquam Phebo *d.deciſ.*5.*n.*9.*verſ. Eo maximè* ſtrenuè aſſerat, quòd conſtitutio non valet ſi fiat cum expreſſa alienationis prohibitione; ad hoc reſpondit *Anguiano*(licet eo non laudato)id contingere indirectè, & remotè.

119 Quare cum moribus noſtris receptum ſit, hujuſmodi conſtitutionem majoratus, vel fideicommiſſi, cum prohibitione expreſſa alienandi,vel tacita, quæ ex ipſomet fideicommiſſo reſultat,valere;inde eſt, quòd Dominus directus nequaquam revocare poteſt eam conſtitutionem,neque conſenſus ejus intervenire debet ad firmitatem ipſius conſtitutionis. Quibus poſitis, licet lege æquitatis,ut indemnitati ſuæ conſulatur, Quindennium deberi prima fronte videatur,re melius inſpecta,nequaquam deberi eſt tenendum.

120 Primò, nam Quindennia conſuetudine introducta ſunt,vel conventione;ſi conventio extat, extra dubium ſimus:conſuetudo enim in contrarium adeſt,nam numquam quindennium ſolutum fuiſſe audivimus ex ea conſtitutione, atque adeo nequaquam deberi eſt dicendum, cum conſuetudo ſtricti juris ſit, nec extendi valeat de perſona ad perſonam,aut de re ad rem.

121 Secundò, nam licèt in fideicommiſſo prohibita expreſsè ſit alienatio, plurimum à manu mortua differt; nam bona fideicommiſſo ſuppoſita, licet cum prohibitione alienationis quotidie alienantur,ut tradit Anguiane *in controverſ.* 12. *num.* 18. præſertim in Regno, ubi
122 fideicommiſſi bona non ſolum tenentur ad filias dotandas,vel ad reſtitutionem dotis uxoris,& augmenti, ſed mediante decreto aliis de cauſis plerumque venduntur; & ſic non omnino dominus directus fraudatur laudimio,*fatica*,& commiſſio,ſicut eo modo quo bona Eccleſiæ, Univerſitatis, vel Collegii inalienabilia remanent.

123 Hæc, & alia (licet in aliquibus differat) tradit in hac quæſtione Matthæus Rejaule *in adverſ.domini Polo, tom. adverſ.*150,qui ait die 3.Maii 1621.ſic reſolutum à quatuor peritiſſimis Advocatis,nempe domino Polo, egregio,atque doctiſſimo Senatore, Chryſoſtomo Aguilar,
124 qui deceſſit jam ad Aſſeſſoriam civilium cauſarum Curiæ Gubernationis evectus, & Nobili D. Coſma Fenollet,qui Senator deceſſit,& ipſo Rejaule, & ſic obtinuit in Curia Bajuliæ dictus Comes de Sinarcas.Senatus Regii non eſt nobis nota deciſio,niſi tantum reſpectu juris ſolvendi quindennia per manum mortuam ſententia Regia ſacri ſupremi Aragonum Conſilii publicata per
125 Franqueza die 9.Auguſti 1571.in favorem civitatis Alonenſis.

126 Sed ne aliquid prætermittamus de novalibus;conceſſionem Pontificiam tradere eſt neceſſe; nam praxi eam receptam habemus in urbe Alonenſi, quoad terras irriguas,ex aqua defluente ex paludibus conſtructis in Diœceſi Orcelenſi ad urbem Alonis, & oppidum de Elig. Conceſſio Pontificia ſequens eſt.

127 *Gregorius Papa Decimuſtertius, Venerabilibus fratribus ſalutem,& Apoſtolicam benedictionem. Exponi nobis nuper fecit chariſſimus in Chriſto filius noſter Philippus Hiſpaniarum Rex Catholicus,quòd cum aliàs pro parte claræ memoriæ Caroli Romanorum Imperatoris, ejus genitoris, qui etiam Aragonum & Navarræ Rex Catholicus exiſtebat,expoſitum fuiſſet Julio Papæ III. prædeceſſori noſtro, quòd olim ipſe Carolus Imperator,& Rex provide conſideratis habitatores Regnorum Aragonum,& certa partis Navarræ,propter penuriam aquarum,& ſterilitatem,quæ exinde cauſabatur, in eorum alimentis, & aliis rebus humanæ vitæ neceſſariis maximam pati egeſtatem, & tanquam optimus ſubditorum ſuorum protector,egeſtati hujuſmodi providere volens,ex duobus inſignibus,libero videlicet, & Gialone per dictum Regnum Aragonum decurrentibus, aquas prædictis terris irrigandis deduci mandaverat, & cum ex præmiſſis, tam propter aliorum dictorum fluminum aſperitatem,quàm etiam longitudinem fovearum,& rivulorum, pro decurſibus aquarum neceſſario faciendis hujuſmodi magnæ expenſæ neceſſariæ eſſent, & ad eas ſublevandas Sedis Apoſtolicæ auxilium,& auctoritas, prout in ſimilibus fieri conſueverat,requireretur, recolendæ memoriæ Clemens VII. & Paulus II.Romani Pontifices,etiam prædeceſſores noſtri, ad ipſius Caroli Imperatoris, & Regis ſupplicationem per diverſas eorum litteras certis probis viris in partibus illis, & eorum cuilibet dederent in mandatis, ut habita per eos, ſeu eorum alterum diligenter informatione,quantum qualibet anno à tunc proximè præteritis tribus annis, fertili cum ſterili computatis, pro decimis, & primitiis ex fructibus in terris dictorum Regnorum collectis, Eccleſiis, Monaſteriis,& aliis piis locis, aut illarum, ſeu illorum, Rectoribus vel Beneficiatis Ceſaraugſtan. & Tiraſonen. Civitatum, & Diœceſum, perſolutum fuiſſet, illiſque perpetuis temporibus futuris ſingulis annis perſolutis, augmentum decimarum, & primitiarum, quod tam ex fructuum ſuperexcreſcentia, propter terrarum irrigationem hujuſmodi quàm ex novalibus, quæ derivatione, & irrigatione aquarum hujuſmodi provenirent, aut propterea ad culturam, & frugem pinguiorem redigerentur pro tempore, ſicut dicto Carolo Imperatori, & Regi illiuſque indicto Regno Aragonum ſucceſſoribus,cum primùm aquæ fluminum hujuſmodi per foveas, ſive rivulos ad terras hujuſmodi irrigandas perducerentur; licet ad finem perductæ non forent, etiam annis ſingulis perſolvendum eſſe decernerent.Poſtea verò licet dictus Carolus Imperator, & Rex,in aliquibus partibus dicti Regni Aragonum, quas pro irrigandis terris hujuſmodi per foveas,& rivulos,cum magnis expenſis deduci feciſſet, exinde habitatoribus earundem partium utilitas, & commoda non parva proveniſſent,ac ſuper excreſcentiam decimarum,& primitiarum,etiam novalium hujuſmodi,Carolo Imperatori,ac Regi,& ſucceſſoribus prædictis,modo præmiſſo perſolvendum eſſe,prævia informatione, vigore prædictarum conceſſionum per nonnullos Judices ad hoc deputatos auctoritate Apoſtolica decretum,& declaratum fuiſſet,ipſe Carolus Imperator,& Rex ſuper excreſcentia decimarum,& primitiarum hujuſmodi ratione dictarum impenſarum,jam uti, & frui incœpiſſet;tamen quia in diverſis partibus Regnorum Caſtellæ,& Legionis,ac Toleti,etiam propter aquarum penuriam,& quæ exinde cauſabitur, ſterilitatem illarum, habitatores in collectione ſegetum, & fructuum, humanæ vitæ hujuſmodi neceſſariorum,egeſtatem,& detrimenta non parva patiebantur,idem Carolus Imperator,qui etiam Caſtellæ, & Legionis,ac Toleti Rex exiſtebat,etiam ſuper hoc providere volens,Xarama per Regnum, & Diœceſim Toletan.ac nonnullis aliis fluminibus per Caſtellæ,Legionis,& Toletan.Regna fluentibus aquas ad terras, per diverſas etiam foveas, ſeu rivulos deduci facere intendebat; & quoniam in deductione aquarum hujuſmodi ingens copia laboratorum,& magnæ,& immenſæ impenſæ requirerentur, & pro illis ſubveniendis,& jam dictæ Sedis auctoritas,& auxilium neceſſaria eſſe viderentur. Idem Carolus Imperator, & eidem Julio prædeceſſori ſupplicari fecit, ut pro ſubventione tot impenſarum in foveis,& rivulis,pro decurſibus aquarum hujuſmodi (ut prædicitur) fabricandis,& neceſſario faciendis,excreſcentiam decimarum, & primitiarum, ratione irrigationum terrarum ultimò dictarum proventuram, ac decimas novalium quarumcumque,derivatione,& irrigatione aquarum hujuſmodi proventuras, ſeu propterea ad culturam,& frugem pinguiorem redactorum,ſibi, & ſucceſſoribus præfatis concedere dignarentur, idem Julius, venerabilibus fratribus Archiepiſcopo Toletan. & Zamoren. ac Abulen Epiſcopis,& eorum cuilibet ſimiliter commiſit,& mandavit,quatenus habita per eos, vel eorum alterum,diligenti informatione quantum qualibet anno,à tribus annis citra, fertili cum ſterili compenſatis,pro decimis,& primitiis ex fructibus, in terris etiam novalibus dictorum Regnorum Caſtellæ,Legionis,ac Toleti collectis,Eccleſiis,Monaſteriis, Præceptoriis, & Hoſpitalibus cujuſcumque Ordinis, etiam Sancti Joannis Hieroſolymitan. ac militiarum Sancti Jacobi de Spa-*

ta, ac de Alcantara, & Calatraua, seu aliis piis locis in Ciuitatibus, oppidis, locis, seu villis in eisdem Regnis Castellæ, & Legionis, ac Toleto consistentibus, aut illarum, vel illorum Abbatibus, Prioribus, Præceptoribus, & Rectoribus, seu Beneficiatis, aut quibusvis aliis qualitercunque qualificatis decimas, & primitias hujusmodi percipientibus persolutum fuisset, si præfatus Carolus Imperator, & Rex, aquam ex dicto Xarama, & aliis fluminibus dictorum Regnorum Castellæ, & Legionis, ac Toleti, vel eorum alicujus, ubi major necessitas fuerit, deduci fecisset, taliter, ut propter terrarum hujusmodi irrigationem fructus excresceret, & uberiores fierent, auctoritate Apostolica statuerunt, & ordinarent, & quilibet eorum statueret, & ordinaret, quod solutis annis singulis perpetuis futuris temporibus, Abbatibus, Prioribus, Præceptoribus, & Rectoribus, seu beneficiatis, & quibusvis aliis personis, decimis, & primitiis, prout in uno ex dictis tribus annis, fertili cum sterili (ut prædicitur) compensatis, soluta fuissent, excrescentia, seu augmentum decimarum, & primitiarum hujusmodi propter terrarum irrigationem pro tempore provenient, & decima novalium ultimò dictorum in dictis Regnis Castellæ, Legionis, ac Toleti, annis singulis, ac perpetuis futuris temporibus ad eundem Carolum Imperatorem, & Regem, illiusque successores prædictos, legitimè spectarent, & pertinerent, illisque solvi deberent, ordinarent, statuerent, & decernerent, & quilibet eorum ordinaret, statueret, & decerneret, dicta auctoritate Apostolica, ac pro manutentione, & perpetua tuitione dictorum rivulorum, seu fovearum quacunque statuta, & ordinationes, rationabilia, & honesta ederent, statuerent, ac quilibet eorum ederet, & statueret, ac pro perfectione, & manutentione fovearum, & rivulorum hujusmodi, cum operariis, & operatoribus eorundem rivulorum, & fovearum, tam quoad observationem festorum, quam eorum in quibus ut ab operibus servilibus abstineatur ab Ecclesia statutum est, non tenerentur, auctoritate Apostolica dispensarent, & quilibet eorum dispensaret, omniaque alia, & singula circa premissa quomodolibet necessaria, & opportuna, eadem auctoritate facerent, & exequerentur, & aliàs prout in literis dictorum prædecessorum, sub annulo Piscatoris, vel aliàs expeditis plenius continetur. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, idem Philippus Rex in dictis Regnis successor, etiam subditorum suorum optimus protector, & egestati, quam propter penuriam aquarum in diversis partibus, & dominiorum suorum patitur, providere volens; non solum in dicto Regno Toletan. & ex Xarama, & ex Tago, ex quo jam unus rivulus derivatus, & deductus existit, fluminibus, verum in aliis Regnis, Provinciis, & Principatibus Hispaniarum, & insulis Canariarum eidem Philippo Regi, quomodolibet subjectis, ex quorum ipse Philippus Rex, & Dominus existit, ad consulendum ejusdem necessitatibus, ex eisdem, & aliis fluminibus per dicta Regna, Provinciarum, & Principatus dominia, & insulas decurrentibus, aquas similiter pro terris irrigandis deduci facere; quàvis cum magno sumptu, & expensis, intendat, pro parte dicti Philippi Regis nobis fuit humiliter expositum, & supplicatum, quatenus ejus, suorumque successorum dispendio, & indemnitate, ac sumptibus per ipsum Philippum Regem, & successores forsan suos in hujusmodi opere faciendis providere, ipsique specialem gratiam faciendo super excrescentiam decimarum, & primitiarum, etiam novalium, ex aquis pro terris irrigandis, non solum ex Toletan. & ex Xarama, & Tago, verùm ex aliis fluminibus per Regna, Provincias, Principatus, & dominia Hispaniarum, & insulas Canariarum hujusmodi decurrentibus, per ipsum Regem Philippum, & successores suos deducendis, & derivandis, seu forsan jam deductis, & derivatis, quomodolibet proveniemtem, cum aque predicte primum ad terras irrigandas perducantur, licet ad finem perducte non fuerint, annis singulis eidem Philippo Regi, ejusque in dictis Regnis successoribus in perpetuum concedere, & elargiri, aliasque in premissis providere de benignitate Apostolica dignaremur: Nos igitur singularum prafatarum literarum veriores tenores, ac si de verbo ad verbum præsentibus insererentur, nec non situs, confines, denominationes, & vocabula Regnorum, Provinciarum, Principatuum, dominiorum, ac insularum, nec non Civitatum, Diœcesum, oppidorum, & locorum, ubi terra irriganda hujusmodi consistunt, fluminumque prafatorum, & aliorum quorumcunque in dictis Regnis, Provinciis, Principatibus, dominiis, & insulis consistentium, nomina, & dominationes, & aquas, quas idem Philippus ex supradictis fluminibus derivari fecit, præsentibus pro sufficienter expressis, & insertis habentes, indemnitatique ipsius Philippi Regis, & successorum suorum consulere volentes, eundem Philippum Regem à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, & ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, vobis, & cuilibet vestrum per præsentes committimus, & mandamus, quatenus vos, vel duo, aut unus vestrum, per vos, vel alium, seu alios, habita diligenti informatione, quantũ quolibet anno, à tribus annis citra, fertili cum sterili (ut præfertur) compensato pro decimis, & primitiis ex fructibus in terris, etiam novalibus, dictorum Regnorum, dominiorum, Principatuum, & insularum collectis, Ecclesiis, Monasteriis, Præceptoriis, Hospitalibus cujuscunque Ordinis, etiam Sancti Joannis Hierosolymitan. ac Militiarum Sancti Jacobi de Spata, & de Alcantara, & Calatraua, seu aliis piis locis in Civitatibus, locis, & villis in eisdem Regnis, Dominiis, Principatibus Hispaniarum, & Insularum Canariarum, consistentibus, aut illarum, vel illorum Abbatibus, Prioribus, Præceptoribus, & Rectoribus, seu Beneficiatis, aut quibusvis aliis, qualitercunque qualificatis, decimas, & primitias hujusmodi percipientibus, persolutum fuerit, si præfatus Philippus Rex seu successores sui præfati, aquam ex dictis, & quibusvis aliis fluminibus Regnorum, dominiorum, & Principatuum Hispaniarum, & Insularum Canariarum, vel illorum alicujus, ubi major necessitas fuerit, deduci fecerit, seu fecerint, ac etiam in his, in quibus idem Philippus Rex jam aquas deduci, & derivari fecit taliter, ut propter terrarum hujusmodi irrigationem fructus excrescat, & uberiores fiant, & excreverint, auctoritate predicta statuatis, ordinetis, & quilibet vestrum, vel à vobis & quolibet vestrum subdelegatus statuat, & ordinet, quod solutis annis singulis, perpetuis futuris temporibus, Abbatibus, Prioribus, Præceptoribus, Rectoribus, Beneficiatis, & quibusvis aliis personis, decimis, & primitiis, prout in uno ex dictis tribus annis fertili cum sterili (ut præfertur) compensato soluta fuerint, excrescentia, seu augmentum decimarum, & primitiarum hujusmodi, propter terrarum irrigationem pro tempore proveniens, & decima novalium ultimo dictorum in dictis Regnis, Dominiis, & Principatibus universarum Hispaniarum, & insulis Canariarum, & jam annis singulis, perpetuis futuris temporibus ad eundem Philippum Regem, & ejus successores præfatos, ipsorum successores, legitimè spectent, & pertineant, illisque solvi debeant, ordinetis, statuatis, & decernatis, & quilibet vestrum, & unusquisque à vobis, & quolibet vestrum ad premissa subdelegatus ordinet, statuat, & decernat, dicta auctoritate Apostolica, & tenore præsentium, ac pro manutentione, & perpetua tuitione dictorum rivulorum, ac fovearum, quacunque statuta, & ordinationes rationabilia, & honesta edatis, & quilibet vestrum, unusquisque à vobis, & quolibet vestrum ad premissa subdelegandus edat, & statuat, ac pro perfectione, & manutentione fovearum, & rivulorum hujusmodi, cum operariis, & laboratoribus eorundem rivulorum, & fovearum, tam quoad observationem festorum, quam eorum, in quibus ut ab operibus servilibus abstineatur, & ab Ecclesia statutum est, non teneantur, auctoritate Apostolica dispensetis, & quilibet, & unusquisque à vobis ad premissa subdelegandus dispenset, omniaque alia, & singula circa premissa, quomodolibet necessaria, & opportuna, eadem auctoritate faciatis, & exequamini, & quilibet vestrum, & unusquisque ex vobis ad premissa subdelegans faciat, & exequatur, ac contra quoscũque rebelles, & inobedientes per censu-

ras Eccleſiaſticas, & alia opportuna juris remedia appellatione poſtpoſita procedatis, & unuſquiſque ex vobis ſubdelegandus procedat, illos aggravando, reaggravando, & ſi opus fuerit, contra illos brachium ſeculare invocando, non obſtantibus præmiſſis, ac Apoſtolicis, nec non in Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis, generalibus, vel ſpecialibus, conſtitutionibus, & ordinationibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis in contrarium quomodolibet facientibus, quibuſvis Monaſteriis, Præceptoriis, Eccleſiis, domibus, & perſonis per nos, & Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, quomodolibet conceſſis, etiamſi pro illorum derogatione, ſpecialis, expreſſa, & ſpecifica, ac individua mentio facienda, & certa forma ſervanda foret: quibus omnibus ſingulis illorum omnium tenores, etiam perinde ac ſi de verbo ad verbum inſererentur, præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, hac vice dumtaxat, illis alias in ſuo robore permanſuris ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcunque. Dat. Romæ apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die decimo octavo Julii M. D. ſeptuageſimo nono. Pontificatus noſtri anno octavo.

Cl. Glorierius.

Sig † num Petri Navarro Sacræ Catholicæ Regiæ Majeſtatis Scribæ mandati.

118 Novalia enim propriè dicuntur, quæ ad culturam noviter reducuntur, ex quibus abſque dubio Decimæ debentur, *cap. cum contingat*, & *ibi* communiter Doctores *de Decim.* Barboſa, aliis relatis, *in Collectan. ad hunc text. n.* 4. Caſtillo *de Tertiis cap.* 14. *n.* 43. Sed in hac conceſſione cum non agatur de omnino novalibus, ſed de eis quæ adhuc irrigua non erant; & impenſis Regii Patrimonii irrigua efficiuntur, ſemel arbitrato quantum decimæ antiquitus importent; illud, quod augetur, noſtro Regi conceſſum eſt, ſicque praxi deductum; quod intelligendum reſpectu partium ad Eccleſiam ſpectantium; nam pars ad Regem pertinens extra dubium eſt, & ſicut Rex habet juriſdictionem in illis, ſic & in iſtis habere certiſſimum erit.

§. VI.

De Magiſtro, & Alcadiis domus Regiæ monetariorum ad for. 3. in Extravag. Quels moneders, *fol.* 16.

TEXTVS.

FERDINANDUS REX;

Anno 1510. Montiſoni ad ſupplicationem Brachii Regalis.

ITem ſacra Majeſtas, com per cauſa de alguns privilegis, que antigament ſon otorgats als Moneders, é Colegials de la Seca, ſe ſegueixca un grand abus, ço es, quels molts, aixi homens de honor, é de condicio, com groſos artefans, é meneſtrals ſe fan Colegials de la dita Seca, è ſon poſats en la matricula de aquella. E aixi ſots color dels dits privilegis aquells de caſcum dia delinqueixen, aixi en les coles de lurs oficis particulars, com aliàs. E porten diverſes armes ells, é tots ſos familiars, ſens q̃ per los Officials ordinaris nols poden eſſer toltes, ne levades: ço que redunda en gran deminucio de la dita juriſdicio ordinaria, é en gran leſio, dan, é turbacio de la coſa publica de la dita ciutat de Valencia. E ja per tolre los dits abuſos per lo ſenyor Duch Joan, fonch fet, è otorgat ſur ab lo qual hi fonch degudament provehit: lo qual fonch temporal, é no *perpetuò*, è per ço aquell es finit *per lapſum temporis*, ſuplica per tal la dita veſtra ciutat de Valencia, ſia de V. M. ab acte de la preſent Cort provehir, è manar que lodit ſur com a util, é profitòs a la coſa publica de la dita voſtra Ciutat, ſia perpetualment obſervat. Plau a ſa Mageſtat que dels dits privilegis de la Seca nos alegren, nis puixen alegrar, ſino los Oficials, è miniſtres, é los familiars *actu* ſervients, en numero de cinquant, é no mes avant, *excepto* en los caſos de dols, è fraus de mercaders de draps, de peſos, meſures, è altres que pertanyen a la juriſdicio del Muſtaçaf, é en los clams de tales que pertanyen al Juſticia de trecents ſous, en los quals no tinguen coneixença alguna los Alcaldes de la dita Seca, los quals caſcun any ſien tenguts donar, é liurar lo ſegon dia de Jener als Juſticia, è Jurats de la dita Ciutat una cedula dels noms de les dites cinquanta perſones, per llevar totes diferencies, durador lo preſent acte à noſtre beneplacit.

SUMMARIA.

1 *Magiſter, &* Alcadii *domus Monetæ, apud nos* Seca *juriſdictionem habent à Rege.*
2 *Secatores dicuntur.*
3 *Monetarii inter viles antiquitus numerabantur.*
4 *Monetarii privilegio fori gaudent, & quare.*
5 *Monetariorum præpoſiti antiquitus erant.*
6 Tex. 2. §. eodem tempore 30. ff. de origine juris, *expenditur.*
7 *Triumviri monetales qui?*
8 Alexand. ab Alexand *ſententia impugnatur.*
9 *Auri flatores qui?*
10 *Præpoſiti monetæ tempore Imperatorum qui?*
11 *Monetariorum Collegia antiquitus cognita.*
12 *Monetariorum Magiſter.*
13 *Monetæ tempore Imperatorum Romanorum Lugduni conficiebantur.*
14 *Catalauni à Gallia plura mutuarunt, & inter ea, jura monetariorum.*
15 *A Catalonia ad nos fluxit.*
16 *Monetariorum* Alcadii *de quibus cognoſcant.*
17 *Juriſdictio* Alcadiorum *privativa eſt.*
18 *Senatus conſ.*
19 *Limita 1. in monetariis exercentibus officia mechanica.*
20 *Limita 2. in delinquentibus domos ſcalando.*
21 *Limita 3. in fraudibus ponderis, & menſuræ.*
22 *Limita 4. in caſibus querelarum de populationis agrorum, ceteriſque ad paſcua ſpectantibus.*
23 *Limita 5. in debitis ad refectionem murorum, & vallorũ.*
24 *Limita 6. in debitis civitatis.*
25 *Limita 7. in delictis patratis ratione delationis armorũ*
26 *Senatus conſultum.*
27 *Magiſter monetariorum officium nobile à Domino Rege nominatur.*
28 Alcadiorum *officia annalia.*
29 *Cauſa appellationis à ſententia* Alcadiorum *reſervata eſt Regiæ Audientiæ.*
30 *Pater orphanorum de quibus cognoſcat.*
31 *Pater orphanorum non eſt propriè Judex, ſed adinſtar curatoris.*
32 *Orphani qui dicantur.*

SEquitur, ut dicamus de aliis inferioribus officialibus, qui immediatè à Principe juriſdictionis exercitium habent independenter ab urbis, vel Regni univerſitate; & primi, qui ſe offerunt, ſunt Magiſter, & Alcadii Regiæ domus monetæ, ſive conflandæ ipſius, quam noſtrates *la Seca* vocant; nec id impropriè, cùm Magiſtri ſimilium domorum *Secatores* dicantur, Amendola *in addit. ad deciſ.* 275. *Vincentii de Franchis, num.* 3. hi enim ex Regio privilegio juriſdictionem exercent in omnes monetarios actu ſervientes, eorumque commenſales, tam in civilibus quàm in criminalibus; quibus omnibus conceſſum eſt, ut ſolum conveniantur coram Magiſtro, & Alcadiis, *privil.* 130. *R. Petri II.* juncto *privil.* 103. *R. Jacob. II.* & in noſtro *text.* patet. 1

Ratio, quare eis ſimile privilegium concedatur? ea 2
meo judicio, eſt; nam à jure Monetarii inter viles annu-

merabantur. *l.1.7. & fin.* ubi Gloss. *C. de murileg. lib.11.* junctis traditis à Tiraquel. *de nobil. cap.34. n.55.* Pichar. *in tract. de nob. communic. inter vir. & uxor. ad l. 3. C. de murileg. lib. 11. n.19. & 28.* Cum autem bono publico expediat, ut hi qui monetam conflant, *sint viri idonei in bonis, & facultatibus experientia probati in patria, bona*
4 *voces, & fama, & honesta reputationis*, ut in terminis probat Franciscus Marcus *decis. 87. n. 11. lib. 2.* cum eorundem fidelitati res magni momenti commendetur; inde est, quòd Reges nostri prudentissimi, ut antiqua vilitas eradicaretur, præmiis invitarunt viros honestos ad artificium hoc prosequendum.

5 Nec novum est, Præpositos fuisse in moneta conflanda; nam jure antiquo jam adfuisse certissimum est, si rectè perpendatur text. *in l. 2. §. eodem tempore 30. ff. de origin. juris*, ibi: *Eodem tempore & Quatuor viri, qui curam viarum gererent, & Trium viri monetales aris, argenti, au-*
6 *ri flatores.* Enumerantur enim in hoc textu inter Magistratus Populi Romani Triumviri monetales. Et quamquam Alexander ab Alexand. *dierum genial. lib. 3. cap. 16* non conflandæ monetæ, sed conquirendæ pecuniæ causa eos creatos fuisse tradat (quare *mensarios* eos vocat, ductus illis verbis Titi Livii *Historiar. lib. 3. decad. 3.* ibi:
7 *Romæ propter penuriam argenti Triumviri mensarii rogatione Minutii Tribuni plebis facti:*) labitur meo judicio, quod ex eodem textu *leg. 2. §. eodem tempore*, aperte convincitur duplici ratione.

8 Prima, nam cùm §. *antecedenti.* Decemviros creatos Pomponius tradat, & subsequenter dicat eodem tempore Triumviros monetales effectos, clarè sequitur Livium non loqui de Triumviris monetalibus *dict. lib. 3. decad. 3.* nam Decemviros creatos fuisse dixerat *decade 1. lib. 3.* post Consulatum C. Menenii, & P. Sexti Capitolini anno ab urbe condita 301. ut ex ipso Livio percipitur; vel App. Claudii Crassini Regillensis, & T. Genucii Augurini anno 302. ut ex factis Consularibus, sive anno 300. placuit Connano *lib. 1. commun. cap. 12. numer. 6.* At verò Triumviri mensarii creati anno Consulatus L. Æmilii Pauli, & C. Terentii Varro, quo fuit pugna Cannensis, nempe ab urbe condita 537. sicque ad minus 235. annis post Decemviros; quare malè dixisset Consultus, *eodem tempore*, si ijdem fuissent Triumviri monetales, de quibus in *text.* & Triumviri mensarii, de quibus *Alexand. ab Alex.*

9 Secunda, nam ibi expressè dixit Consultus, *aris argenti, auri flatores*: Flatores enim non sunt quæstores, sive qui conquirendæ pecuniæ destinantur; sed qui præsunt, dum ipsa conflatur. *Flare* est metalla fundere, unde *flator* auri, & fossilium, conflator est, sive funditor, ut tradit Josephus Laurent. *in Amalthea Onomastic. verbo, stare, & verb. flatur*, & sic conflare pecuniam signare eam significat, ut Ambrosius Calepinus tradit, verbo, *Conflare.* Idque verba illa, *aris, argenti, auri*, ipsius textus confirmant, cum sint fossilia, ex quibus omne genus monetæ flatur, ut aliis relatis docet Parlador. *verum quotidianar. different. 140. in princip.* explicant sic Fenestella *de Magistratib. Romanor. capit. 23. ad finem*, ibi: *Ac tres monetales, auri, argentique flatores, quorum esset diligentia numismata auro, argentoque fabricare.* Joann. Rosin. *lib. 7. capit. 29.* Bernardus Vvalter. Renatus Chopin. Pancirol. & alii adducti à Pichardo *ubi proximè, numer. 31.* Petr. Gregor. *syntagmat. lib. 47. capit. 19. in fin.* ibi: *Item Triumviri pecuniæ cudendæ auro, argento, ære flando, feriundo*; & meminit horum Triumvirorum (licet non explicet) Jacobus Cuiac. *lib. 3. observ. cap. 32.* Ex quibus sequitur, non solum apud nos Præpositos creatos fuisse ad conflandam monetam; sed in Republica florentissima Romanorum jam institutos fuisse.

10 Demum verò tempore Imperatorum, Magistratus hic non fuit ignotus, licèt alio nomine declaretur; nam *Præpositi monetæ*, vel *thesaurorum* appellabantur, *l. privatæ 14. Codice de murileg. lib. 11.* Ammian. Marcel. *in vita Julian.* ibi: *Cumque Draconcius moneta Præpositus, & Diodorus quidam velut comes.* Et *in vita Valentin. & Valentinian.* ibi: *Pari sorte etiam Procurator monetæ extinctus est.* Sicut etiam Collegia monetariorum jam tunc instituta, sicut aliorum artificum, *leg. si quis ex corpore 13.* ibi: *De suo Collegio liberari, C. de murileg. lib. 11.* Petrus Gregorius *syntagmat. lib. 3. capit. 10. numer. 17.* Pichard. *ubi supra, numer. 31.* Narbona *de etate, anno 25. quæst. 81. numer. 1.* Hinc derivatum fuit ad Gallos; ut tradit Francis. Marcus *dict. decis. 81. num. 11. & decis. 160.* ubi de Magistro monetariorum, ac concessione privilegii fori, monetariis concessi, quod in specie probat etiam Rebuffus *in l. pronuntiatio 195. §. servitutum, vers. Quinto, ff. de verbor. significat.* Et ratio cur ad Gallos derivaretur, est; nam moneta Imperatorum Romanorum, ut plurimum in Gallia, Lugduni, conficiebatur: Alexand. ab Alexand. *dier. genial. lib. 4. capit. 24. in fine*, ibi: 13
Lugduni Romanos Imperatores argentum, aurumque, & moneta omne genus signare consuesse, quippe eò loci, *sive quòd prompta ad cudendum* (verba sunt ejusdem Alexandri) *metalli copia foret, seu quod munitissimus locus, & accessu difficilis ad confluentes. quod ibi Rhodano Arar commiscetur, esse censebatur.* Conferunt quæ tradit Strabo *lib. 4.* & notat Justus Lipsius *Epistolicar. q. sive ad Critic. spect. epist. 21.* A Gallis mutuarunt Catalauni, ut in simili docuit Oliban. *in usatic. alium namque, c. 7. n. 6.* tractant ex 14
illis Ferrer. *observat. part. 1. c. 14. à n. 2.* Calicius *in tract. special. fol. 197.* Fontanell. *decis. 390. n. 6 tom. 1.* Ripoll. *Regaliar. c. 13. n. 58.* è quibus ad nos dimanavit, ut *ex d. privil. 130. R. Petr. II.* deducitur.

Nam, ut *ibi* exprimitur, monetarii ex urbe Barcino- 15
nensi ad nos jussu Regio venerunt, eisque concessum fuit quidquid monetariis Barcinonensibus indultum erat, ut in *d. privileg. 103.* dicitur, unde est quod *d. privileg. 103. Regis Jacobi Secundi*, quod de Barcinonensibus loquitur apud nos disponat.

Magister enim, & *Alcadii* cognoscunt de quacunque 19
quæstione civili, vel criminali Collegiatorum ejusdem Collegii monetariorum, nec non famulorum commensalium eorundem, ut in *dict. privilegio 130.* & *nostro text.* dicitur: docet Rebuf, *ubi proximè*, quæ concessio confirmata reperitur plurimis privilegiis, nempe, *primo*, Alfon si Tertii; *vigesimo octavo*, Martini; *sexto, & decimo*, Joannis Secundi; & *undecimo*, Ferdinandi Secundi: habentque 17
jurisdictionem in his privativè ad alios Judices concessam, ut acutè probavit Doctor Mathias Morlà Præpositus Sedis Valentinæ, & in nostra Academia Legum Primarius professor (qui patris vestigiis inhærens doctrina fulget, tum in juris scientia, tum in arte politioris literaturæ: *in Consilio edito pro eodem Collegio*, sicque definitum expressè per Senatum habemus Regia sententia publicata per Alreum die 27. Augusti 1608. in causa 18
Francisci Ascarós, & Regia sententia publicata per Ludovicum de Berbegal; die 6. Octobris 1604. in causa Petri Claver, & Petri Domenech, ibi: *Juxta privilegia eis concessa, tam in civilibus, quàm in criminalibus indistinctè, coram eorum Alcadijs, privativè ad alios Officiales* quod limitatur in aliquibus casibus.

Primò in monetariis exercentibus artificium mecha- 19
nicum; nam si deliquerint in officio illo, vel arte, quam profitentur, puniri debent per Ædilem, *privilegio 121.* Petri Secundi. *Secundò*, in incedentibus per urbem, sive 20
delinquentibus cum scala; nam in hoc crimine relinquitur cognitio Judici ordinario, ut in *eodem privileg. 122.* habetur; & meritò in odium tanti criminis, quod talis generis est, ut jure optimo inter excepta à communi regula collocetur. *Tertiò*, in fraudibus ponderis, & mensu- 21
ræ rerum venalium, cæterisque spectantibus ad Ædilem, ut *noster textus* clarissimis verbis cavet. *Quartò*, in querelis depopulationis agrorum, apud nos dictis *Clams de*

tales.

tales, quæ ad Justitiam trecentorum solidorum, sive Subjustitiam spectant, ut in *nostro text.* cavetur, de cujus
23 jurisdictione dicam inferiùs. *Quintò*, in causis exactionum jurium pro fabrica murorum, & vallerum urbis
24 impositorum. *for. 137. Curiar. anni 1564. Sextò*, in debitoribus jurium Civitatis, quæ causæ pertinent ad Rationalem urbis, *for. 5. eadem Extravagant.* Quels moneders.
25 *Septimò*, in omnibus delictis patratis ratione delationis tormentorum manualium; nam in his expressè derogatum privilegium habent in *Regia pragmatica* generalis
26 prohibitionis horum armorum anni 1613. quod decisum fuit per Senatum, me referente in causa Josephi Aznar oppidi de Ruçafa anno 1647. & postea bis, aut ter pariter judicatum vidi
27 Magister domus Regiæ monetæ, sive *de la Seca*, à Domino Rege eligitur, atque adeo nobile officium est, quod Nobilibus concedi solet, & hodie id obtinet Don Joannes Escriva Zapata. Alcadiorum verò annuale est qui ex ipsis Collegialibus quotannis eliguntur, juxta formam traditam in privilegiis relatis *sup. num. 16.* Provocatio autem à sententia per eos lata reservata est Regiæ Audientiæ, ut expressè disponit *dict. privileg. 1. Reg. Alfonsi Tertij*, ibi: *Appellationibus, quas à dictis Alcadys mieis contigerit, Regia Audientia nihilominus reservata.* In quo *privilegio* absolutè, atque generaliter eis confirmata jurisdictio reperitur tam in civilibus, quàm in criminalibus; & virtute hujus dispositionis non semel judicavi causas Collegiatorum dicti Collegii monetariorum in *civilibus* præsertim in causis, quæ agebantur inter Valentinum Colomer Collegialem reum conventum ex una, & Sperantiam Gavalda viduam actricem ex alia.
30 Denique est apud nos Pater orphanorum, qui orphanos utriusque sexus protegit, eosque honestis personis ad serviendum tradit, eorumque salaria taxat, ut docet dominus Cerdan *in arbor. jurisdict. vers. Elpadre de los guerfanos*, & quamvis ad id allegat *for in Extravag. Provisio in negotio miserabil. person. c. 21.* in eo de hoc officio nulla mentio habetur. Et *privileg. 12. Reg. Petri Secundi.* quamvis dando curatore orphanis loquatur, de officio supradicto nil loquitur. Bene verum est, quod ex serie
31 ipsius colligi potest tunc officium Patris orphanorum fuisse institutum, ob quod magis Curator, quam Judex videtur. Et licet Onufrius Fores, qui illud obtinebat, certo in casu mihi ostenderit privilegium à Domino Rege concessum, quo ei expressè tribuitur potestas ad exequendas taxationes salariorum; tamen usu receptum apud nos est, ut eas exequatur Gerens vices, ad quem cognitio miserabilium personarum pertinet. Tradit de jure Aragoniæ Calixtus Ramirez *de leg. Reg. in initio, n.* 74. Limita tamen ejus potestatem respectu orphanorum domus, & Collegii Divi Vincentii Ferrarii vulgò *Niños de la doctrina*, nam in his se intromittere non potest, *for.* 119. *Cur. ann.* 1564. Plura de hoc apud Fragos. *de Repub. tom. lib. 6. disput. 15. per tot.* sed apud nos Judex orphano-
32 rum non adest sed quidam Curator eorum, ut dixi.
Qui autem orphani dicantur, si propriè nomen sumatur, hi sunt, qui patre carent, de quibus Lara *de Anniversf. & Capellan. lib. 1. cap. 21. n. 31. & seqq.* Gratian. *discept. forens. c. 666. n. 3.* Covarruv. *practicar. c. 6. n. 2.* quamvis in lata significatione etiam intelligatur is, qui matre tantum caret, text. expressus *in Cap. admonere 8. 33. q. 2.* ubi summus Pontifex alloquendo patrem, qui matrem occiderat, ait, *& filios tuos orphanos fecisti*; quare in relictis pro dote orphanarum admitti possunt quæ carent matre, & etiam quæ habent patrem inutilem ad eas dotandas, ut Lara, & Gratianus *ibidem* docent; sed nos ad effectum, quòd per hunc orphanorum Patrem ad serviendum tradantur, eisque salarium taxetur, extra quæstionem sumus; nam *in d. privileg. 12.* non solùm qui parentibus carent, sed quicunque in paupertate sunt constituti, comprehenduntur, ibi: *Praditam verò provisionem, tam ad orphanos, & orphanas, mares, & feminas, etiamsi parentes habuerint.*

CAPUT III.

DE REGNI GENERALITATE, IEVS repræsentatione, Jurisdictione, & Officiis, atque Officialibus.

§. I.

De vera Regni repræsentatione in Comitijs generalibus ad for. 116. cum alijs sequentibus de Cur. & Bajulo.

SECTIO PRIMA.

TEXTVS.

JACOBUS SECUNDUS REX, Anno 1301. Valentiæ.

ITEM volem, é ordenam, é atturgam per bon stament del Regne, que de tres en tres anys, ço es a saber, en la festa de Aparici en lo mes de Iener, façam Cort general en la ciutat de Valencia, ò en altre loch del Regne que à Nos sera vei geres, à Prelats Religiosos, richs homens, Cavallers, Ciutadans, è homens de les Villes del Regne.

SUMMARIA.

1 *Regnum repræsentatur legitime in Curia generali tantum.*
2 Belluga *de Comitijs tractavit* in speculum Principum
3 *Curia quare appellentur* Comitia generalia.
Curia quid sit, ibidem.
4 *Curia instituta à Romulo quid?*
5 *Comitia ab antiquissimo tempore sunt in usu.*
6 *Curia quando apud nos inceperint.*
7 *Curia apud Aragonenses fuerunt celebrata primùm tempore Jacobi Primi Regis.*
8 *Vsatici Cataloniæ quando fuerunt in scriptis redacti.*
Curia adhuc non erant perfectè ordinata apud Catalanos eo tempore, ibidem.
9 *Curia perfectè fuerunt instituta apud Catalaunos tempore ejusdem Regis Jacobi.*
10 *Curia generales fuerunt celebratæ à Berengario Comite Barcinonis anno 1163. ut.* Ripoll. *tradit.*
11 *Convincitur traditio* Ripoll.
12 *Olibani opinio approbatur.*
13 *Curiæ an sint celebratæ tempore Regis Iacobi I. apud Valentinos, incertum est ex foris.*
14 *Curia primùm apud nos celebrata fuit tempore Regis Petri I. anno 1283.*
15 *Curiæ indicuntur jussu ipsius Regis.*
16 *Curias habere solus Rex potest.*
17 *Rex debet personaliter visitare Provincias suorum Regnorum, & quare?*
18 *Rex est anima Imperij.*
19 *Rex non solùm auditu, sed visu necessitates Regnorum perspere debet.*
20 *Rex, ut sol, omnia sua præsentia perlustrare debet.*
21 *Regis præsentia in utilitatem Regni cedit.*
22 *For.* 118. de Cur. & Bajulo *expenditur.*
Curia celebrari possunt per Principem primogenitum, ibid.
23 *Curiæ celebrari possunt per alium, ex Regni consensu, urgentissima causa extante.*
24 *Curia celebrata in hoc Regno primogenitum recensentur.*
25 *Curia celebrata ab aliis*
26 *Curia celebranda intra Regnum.*
27 *Fallit regula, cùm Curia omnibus Provinciis Coronæ Aragonum indicuntur.*
28 *Curiæ extra Regnum habitæ enumerantur.*

29 *Curiæ in uno loco incœptæ ad alium transferri possunt.*
30 *Curiarum apud nos celebratarum catalogus traditur.*
31 *De Curiis celebratis per Dominam Reginam Mariam in villa Triguera annis* 1437. & 1438. *de quibus* Belluga, *mentio in* foris *non est*
32 *Curiarum anni* 1645. *capitula typis non sunt mandata, & quare?*
33 *Veritas facti traditur.*
34 *Curiæ de triennio in triennium celebrari debent. Limita, si non adsit legitimum impedimentum, ut in* privil. 29. Regis Petri II. *ibid.*
35 *Parlamentum quid apud nos, & in quo differt à Curiis.*
36 *Ad Curiam qui convocentur. Brachia Regni sunt tria, Ecclesiasticum, Militare, & Regale, ibid.*
37 *Brachia apud Aragonenses sunt quatuor, nam Militare dividitur in Brachium Nobilium, & Infançonum. Secus apud Catalaunos, & Valentinos, ibid.*
38 *Brachia, sive Status Regni apud cæteras Nationes tres sunt.*
39 *Status Regni divisio in tres classes antiquissima.*
40 *Brachium in quo differat apud nos ab Stamento.*
41 *Stamenta Regni tractare possunt quidquid non sit contra foros.*
42 *Brachium Ecclesiasticum olim ex quatuordecim vocibus conficiebatur.*
43 *Brachium Ecclesiæ hodie decem & novem vocibus constat quæ enumerantur.*
44 *Syndicus Ecclesiasticus præsidet in eo Brachio, sive Stamento.*
45 *Syndicus Capituli Almæ Sedis Valentinæ, est Syndicus totius Brachii Ecclesiæ, & n.* 47.
46 *Brachium Ecclesiæ de hoc dubitavit in Curia anni* 1645.
48 *Capitulum obtinuit sine lite.*
49 *Brachii Ecclesiastici voces, licet dissonare videantur cum antiquis, quomodo hoc factum fuit, explicatur.*
50 *Abbatia Divi Bernardi, erecta ubi adest Cœnobium Divi Michaëlis Regum, extincta auctoritate Pontificia.*
51 *Prior Conventus de Portacœli non est vox Brachii Ecclesiastici.*
52 *Calatravensis Ordinis vox ad Præceptorem de Bexis spectat.*
53 *Generalis Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede convocatur ad Curiam, non autem Commendator Conventus Valentini.*
54 *Brachii Ecclesiastici voces quos substituere tenentur.*
55 *Brachii Ecclesiastici voces substitutos habere tenentur in urbe. Brachium Militare ex quibus componatur. n.* 56.
57 *Militum inter se differentia; nam alii Nobiles, alii Generosi; alii simpliciter Milites, & qui isti sint.*
58 *Generosi qui dicantur.*
59 *Milites, sive* Cavallers, *qui?*
60 *Nobiles qui?*
61 *Nobilitatis antiqua nota apud nos hæc,* en, *& n.* 62.
63 *Militum genera hæc in substantialibus in nihilo differunt.*
64 *Essentia nobilitatis maximè fulget in admissione ad Brachium militare.*
65 *Brachium Militare ordinem non observat in sedendo, aut votando.*
66 *Brachii Militaris voces quando graduandæ sunt, sorte id efficitur.*
67 *Syndicus Brachii Militaris in eo eligitur ad biennium.*
68 *Syndici ut officium expiret non spectatur adventus successoris.*
69 *Ratio hujus consuetudinis.*
70 *Syndici Militaris officium expirat per Curiæ propositionem, insaculationisque vis cessat.*
71 *Syndicus militaris ad Curiam creatus finit officium per conclusionem Curiæ.*
72 *Militaris Brachii, sive Stamenti deliberationes nemine discrepante fieri debent.*
73 *Consuetudini hoc potius tribuitur, quàm statuto.*
74 *Militaris Brachii electi quomodo, & per quos nominetur.*
75 *Electores, & examinatores qui?*
76 *Syndicus de consilio quomodo nominet electos.*
77 *Inter electos quilibet de Brachio intervenire potest, habetque suffragium consultivum.*
78 *Brachii Regalis, sive Domanialis voces. Civitas Valentiæ quinque voces habet in Curia, ibid.*
79 *Syndicus Brachii Regalis est Syndicus urbis, qui ad Rationalatum nominatur.*
80 *Stamentum Regale quomodo vocetur.*
81 *Valentiæ urbs conatur probare, suas voces constituere dimidium illius Stamenti, sive Brachii.*
82 *Sedendi modus in Curia.*
83 *Feciales qui, apud nos* Reyes de armas.

TOtius Regni vera, & legitima repræsentatio alibi non reperitur, nisi in Comitiis generalibus; vulgò *Corts generals*, quæ jussu Principis vocantur ad urbem, vel oppidum sibi bene visum. Et quamquam *Petrus Belluga* ex professo horum materiam tractavit in doctissimo opere inscripto *Speculum Principum*; non abs re erit, ut aliqua scitu digna ex his, quæ usu frequentiora sunt, dicamus breviter, ne illotis, ut dicunt, manibus ad officia generalitatis ipsius Regni accedamus; quibus plura forsan ab ipso *Belluga* prætermissa; vel post eum usu recepta trademus. 1

Comitia generalia vulgò *Curiæ* appellantur, nec immeritò, nam *Curia* teste Pomp. Festo, *locus est ubi publicas curas gerunt*: tradunt Calepin. Alexand. Scot. Fr. Franciscus Ximenez Arias *in dictionar.* Hieronymus Laurent. *in Amalthea Onomast.* Alexand. ab Alexand. *lib.* 1. *dier. genial. cap.* 16. *variar. lib.* 4. *ling. Latin.* Plutarc. *in Romul.* Pompon Lætus *de Rom. Mag. cap. de Rege*, & aliis laudatis per Tiraquel. *dict. cap.* 16. *Alexand. in vot. lit. A.* Rosin. *antiquit. Rom. lib.* 6. *cap.* 2. Carol. Sigon. *de antiquit. jur. Rom. lib.* 1. *cap.* 3. Bulenger. *de Imper. Rom. lib.* 7. *cap.* 4. Cum enim generaliter de curis publicis agendum esset; vel de omnibus negotiis ad Rempublicam pertinentibus, *Curias* generales institui fuit necesse, ut in eis; sicuti in privatis de ordinariis negotiis tractatur; generaliter omnia tractarentur. Sed si mavis nomen derivari ab illis *Curiis* à Romulo institutis; dum populum Romanum distribuit in triginta partes, quas *Curias* vocavit; ut ait Pompon. *in l.* 2. *in princ. ff. de orig. jur.* tradit Connanus *lib.* 1. *comment. Juris civilis, cap.* 12. aliis relatis Osual. Illiger. ad Donell. *lib.* 6. *c.* 6. *lit. B, & c.* 7. *lit. F.* (ubi differentiam Curiarum, & Tribuum tradit) *Curias generales* rectè nominamus, quas omnes Regni partes, sive Brachia conjungere videmus, ut inquit Bellnga *in specul. rub.* 1. *in princ.* 2

Nec novum est in orbe Nationes omnes similibus conventibus uti; nam antiquissimo usu eos comprobatos esse reperies, si adeas Fenestellam *de Magist. Rom. c.* 7. Carol. Sigon. *de antiquo jure Civ. Rom. l.* 1. *c.* 17. Alex. ab Alexand. *dier. genial. lib.* 4. *cap.* 3. Rosin. *antiquit. Rom. lib.* 6. *per tot.* Bulenger. *de Imper. Romano lib.* 2. *c.* 10. Bellng. *rub.* 2. & ibi Borrel. Connanum *d. lib.* 1. *cap.* 8. *& cap.* 12. Illiger. *ubi prox.* Petr. Gregor. Tolosan. *de Repub. lib.* 24. *cap.* 4. *num.* 6. *& seqq. & cap.* 5. *per tot.* & *syntagm. jur. lib.* 47. *cap.* 27. *usque ad* 30. Molinum *in Repert. foror. Aragon. verb. Curias generales.* Langlæum *Semestrum lib.* 4. *cap.* 5. *ad fin.* Eruditum Don Antonium Canales, & Vega Regni Sardiniæ Senatorem *in discurs. lib. Parlament. anni* 1631. *discurs.* 1. Tacit. *lib.* 1. *Annal.* ibi: *Tunc primò è Campo Comitia ad patres translata sunt*, quæ verba pulchrè interpretatur Lipsius *in comment. ad hunc lib. num.* 7. omnino videndus, qui plura scitu dignissima tradit. Hieron. Blancas *in Comm. rer. Aragon.* 3

pag. 371. Thom. Delbene *in tractat. de Parlam.* Gramondum *Annal. Franc. in Ludov. XIII. anno* 1614. *pag.* 67. Henric. Catal. de Avila *de bello civil. Franc. lib.* 2. *pag.* 31.

6 Apud nos autem ab initio acquisitionis Regni usu receptum est, his uti concionibus ad res publici status graviores expediendas; quod apparet nostris juribus, & comprobatur ex his, quæ à Catalaunis, & Aragonensibus traduntur. In primis enim quoad Aragonenses clarissimè liquet, Regem invictissimum Jacobum I:

7 Curias generales ibi celebrasse ante omnes; quod expresè tradit Calixtus Ramirez *de lege Regia*, §. 19. *n.* 11. *& ad finem tractatus*, ubi catalogum Curiarum omnium in Aragonia celebratarum scribit, in quo primam Curiam à Jacobo Rege celebratam affirmat anno 1247: & licet Blancas *in d. comment. pag.* 144. 152. *&* 154. dixerit ante Jacobum I. Curias celebratas fuisse Aragonibus, non fuerunt solemni ritu cum latione legum; prout postea celebratæ reperiuntur.

8 Quoad Catalaunos difficilior comprobatio erit; nam usatici fuerunt facti à Raymundo Berengario Comite Barcinonis, & Adalmusa, qui *Comes antiquus*, sive *vetus* appellatur, decessitque anno 1076. ut tradit Olibanus *in usat. alium namque, cap.* 1. *n.* 3. *& cap.* 3. *num.* 1. sed eo tempore nondum erant distincta Brachia Universitatis Cataloniæ, ut aliis relatis docet idem Oliban. *d. cap.* 1. *num.* 15. Bene verum est, quòd *num.* 7. allegat constitu-

9 tionem *Encara estatuim* Jacob. I. in Curia Cataloniæ factam, sicque eo tempore jam usu receptam esse Curiam generalem clarissimè apparet. Unde apertè convincitur quod idem Olibanus tradit *lib.* 1. *de action. cap.* 31. *num.* 46. dicens, quòd in Catalonia incœperunt Curiæ tempore Regis Petri I. anno 1283. quod probare intendit ex *constit.* 1. *tit.* 14. *lib.* 1. Nam, ut dixi, ipse allegat constitutionem Jacobi I. patris ejusdem Petri, dicens factam fuisse in Curia Cataloniæ; imò ut aliis relatis tenet Ripoll. *Regal. cap.* 37. *d. num.* 15. usatici fuerunt compilati in Curia à Raymundo Berengario ultimo

10 Comite Barcin. quam celebravit anno 1163. quòd dubitatione non caret. Nam hic Raymundus conjugio copulatus fuit cum Petronilla Aragonum Regis filia anno 1137. ut tradit idem Olibanus *in c.* 2. *ejusd. usat. num.* 1. *ad fin.* P. Mariana *de rebus Hispaniæ, lib.* 10. *c.* 16. decessit, teste eodem Mariana *lib.* 11. *cap.* 9. die 6. Augusti. 1162. quod confirmat Don Joannes Briz. *in histor. Divi Joannis Rupensis, lib.* 5. *cap.* 40. qui ponit mortem ipsius Comitis die 4. Augusti ejusdem anni: atque adeo nequaquam potuit celebrare Curiam anno 1163. sicque

11 intelligendum credo, usaticos compilatos fuisse à Raymundo Berengario antiquiore, de quo Mariana *lib.* 9. *cap.* 5. ibi: *Per hæc tempora (nam de anno scriptores variant, nec quid certum constitui potest,) Hugo à Pontifice Romano in Hispaniam Legatus, Barcinonæ in Episcoporum, & Procerum Conventu, Raymundi Barcinonensi Comitis voluntate, Gothicas leges, quibus antea utebantur Catalauni, abrogavit, novasque sanxit, unde jura populis ad nostram etatem dantur.* Quod eisdem ferè verbis con-

12 firmat Baronius *to.* 11. *ann. anno* 1064. sicque cum Olibano sentio eo in tempore usaticos factos fuisse, tuncque Brachia distincta non esse. Quæ comprobantur ex eo quod in serie Comitum Barchinonæ posita *in princ. constitution.* expresè habetur. Quòd Alphus Primus filius Raymundi Berengarii & Petronillæ edidit constitutiones *annis* 1173. *&* 1182. in oppidis de Fondaldara, & Balbastro. Et Petrus, hujus filius, *annis* 1188. 1200. 1202. *&* 1210 Barchinonæ; Cervariæ, Puigurda, & Leridæ; sed non innititur an Brachia distincta essent: verisimilius puto Regem Jacobum ea ordinasse, tum eo quòd id ipsum fecisse apud Aragonenses apparet, tum quia modus indicendarum harum Curiarum à Gallis mutuatus fuit, qui à tempore Julii Cæsaris, ut ipse testatur *lib.* 6. *combelli Gall.* eo utebantur: & cum Rex Jacobus ratione hæreditatis maternæ Dominus fuisset Montispessulani, ab eo statu ad cæteros suæ dominationis transtulisse hoc jus autumo. Quod comprobatur ex eo, quod tradit Thomas Mieres *ad constit. Catalon.* 1. *part. in proœm. n.* 2. affirmat enim tertium volumen constitutionum Catalon. continere capitula Curiarum generalium celebratarum per undecim Reges, quorum primus fuit Jacob. I. & immediatè subjungit *in titulo primæ collationis*, quòd prima Curia celebrata fuit Barcinon. 11. Kalendas Januarii 1228. sicque eo tempore instituta fuerunt Comitia solemnia.

Quoad Valentinos, cùm fori Regis Jacobi I: tam *in antiqua*, quàm *nova editione* & in *manuscriptis codicibus*, 13 sub *rubricis* siti sint adinstar Codicis Justinianei, absque die promulgationis, ut dixi *cap.* 2. §. 5. *num.* 52. quid certum de modo, & tempore eorum inferre non possumus præterquam quod post illam Prælatorum, atque Procerum concionem, in qua fori conditi fuerunt, aliquas declarationes, & additiones ipse Rex fecit. Nec sua vita durante Regnum noviter ab Infidelium manibus vindicatum, ita pacatum fuisse possibile est, ut Curiæ solemniter celebrari potuissent. Quare credo, quòd prima Cu- 14 ria generalis, sive prima Comitia curiata, cum distinctione Brachiorum, convocatione, & legum promulgatione, fuit à Rege Petro I. habita Valentiæ Kalendis Decembris 1283. ut in *volumine foror. antiquæ editionis* cerni valet, cujus plures foros in *editione novæ* sub *rubricis* sitos habemus: ut est *for.* 11. *de Curia*, & *Bajul.* cum *simil.* notat dominus Mora *in compilat. foror. general. rub.* 16. *in princip. in nota lit. B. vers. Et quod fori facti*: qui licet dubitet credendo foros Regis Jacobi factos fuisse in Curia: ad rationes, quas adducit, satis respondetur cum traditis *sup. à. c.* 1. §. 2. *n.* 31. *& seqq.*

Indicuntur Comitia hæc jussu ipsius Regis; nam hæc 15 est una ex supremis Regaliis ipsius; ut ex Catalaunis docent Olibanus *in d. usatic. cap.* 10. *num.* 9. Calicius, & alii plures relati à Don Acasio Ripoll. *Regaliar. c.* 4. *per tot.* ubi plura: Fontanell. *decis.* 367, *num.* 2. Aragonens, Molin *in repert. verbo, Curiæ generales, vers. ultim.* Bardaxi *ad for. mnic. tit. de gener. Curiar.* Calixtus Ramirez *de lege Regia*, §. 18. *&* 19. *n.* 2. ex nostratibus Belluga *in speculo, rub.* 1. *n.* 3. Pater Mandariaga *de Senatu, & Principe, c.* 4. *vers. El segundo.* Dominus Cerdan *in verbo. c.* 1. §. 1. quamvis non omnino explicet; quibus addendi Thomas Delbene *de Comitijs, seu Parlament. dub.* 1. *sect.* 1. 16 Christophor. Besoldi *politicor. lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 30. & ferè omnes laudari *supra*, *n.* 5. imò ut in *text.* habetur & clarius *in for.* 118. *eod.* solus Rex celebrare per se Curiam generalem potest. Quod duplici ratione statutum esse videtur. *Prima*, favore Regis ipsius. *Secunda* verò, in utilitatem Regni, & subditorum.

Favore Regiæ dignitatis hoc inductum videtur: nam ad Regem spectat personaliter Provincias aliquando visitare, ibique clamores oppressorum audire, ac de proprio patrimonio curare; non enim benè gubernantur status per solas aliorum relationes, expedit ipsius Regis subditis propias aures accommodari, juxta illud Sapient. 6. 3. *Prabete aures vos qui continetis multitudines, &* 18 *placetis vobis in turbis nationum.* Est enim *omnis imperij corpus unius animo regendum*, ut infit Tacit. 1. *Annal.* unde sicut anima imperat in corpore, sic Princeps in sua Republica, tanquam in proprio corpore; cujus membra sunt qui in ea degunt, Petrus Gregor. Tolos. *de Repub. lib.* 6. *cap.* 1. *num.* 13. *in fin.* Et sic, sicut in qualibet corporis parte, ut in toto, anima adest, sic similiter Princeps ubique adesse debet, per suos ministros ordinariè, & aliquando per se ipsum, ut omnia videat; atque infirmita- 19 tes populorum medeatur. Et quamvis per relationes omnia percipere potest, tamen, aliquando visu opus est; cujus rei rationem optimè tradit Cicero *lib.* 6. *famil. epist.* 1. ibi: *Nam etsi quocunque in loco quisque est, idem est ei sensus, & eadem acerbitas ex interitu rerum publicarum; tamen*

tamen

men oculi augent dolorem, nec avertere à miseriis cogitationem sinunt. Ob quod Principi specialiter incumbit omis omnia videndi, ac perlustrandi prosequitur: P. Marquez *in Gubern. Christian. lib. 1. cap. 6. §. 2.* Petrus Gregor. Tolos. *de Repub. lib. 5. c. 5. n. 7.* ubi exempla: P. Velasquez *de optimo Principe, lib. 3. annotat. moral. 7. per tot.* Solorzan. *Emblemat. 62. per tot.* Don Didacus Saavedra *in symbol.*
20 *politic. symbol. 86.* quo exemplo Solis, Principis astrorum, Principibus suadetur, ut omnia suâ præsentiâ perlustrent. Quò respicere videtur illud Plinii junioris, *in panegyr. ad Trajan. Velocissimi sideris more omnia invisere, omnia audire;* ubi Lipsius *mon. 935.* conferunt & tradita à Petr. Gregor. *de Repub. lib. 10. cap. 3. num. 1.* atque adeò nostri vigilantissimi Reges sponte se obligarunt ad Curias generales personaliter celebrandas, ut oculis necessitatibus publicis perceptis, remedio condigno opitulari valerent.

21 Unde profluit secunda ratio, nam etsi percipere id Regi ipsi expediat, non minus expedit Regno: nam cùm in his Comitiis privilegia confirmentur, leges, sive fori condantur, atque jam concessa jure jurando firmentur, opus est Principis ipsius præsentia, ne defectu potestatis,
22 constituentis, vel confirmantis, aliquando nullitatis arguantur. Quò respicere existimo decisionem ipsius *for. 118.* dum postquam statutum est Regem Curias generales personaliter celebraturum esse, casu urgentis necessitatis per Primogenitum celebratio permittitur; sed additur quòd tunc quidquid à Primogenito concessum, aut factum fuerit, eandem firmitatem, atque robur, ac si ab ipso Rege factum fuisset, obtineat.

23 Sed urgentissima causa existente, dum Rex non habet primogenitum provectæ ætatis, dispensatum fuit in hoc jure, Regni consensu præcedente, probat Belluga *rub. 1. num. 14. vers. Et ideo.* Calicius *in extravag. Curiar. cap. 4.* Fontanell. *de pact. claus. 5. glos. 3. num. 68.* Peguera, & alii laudati à Ripoll. *dict. cap. 4. à num. 20* ubi plura exempla. Meminit etiam aliquarum Curiarum sic habitarum Calixt. Ramirez *in dict. catalog.* & explicat Molinus *in reper. verb. Curia generalis, vers. fin. & verb Rex: in §. reservatis Domino Regi, vers. Dominus Rex solus,* vi-
24 dendus Bardaxi *in dict. for unic. tit. de gener. Cur.* Ex Curiis celebratis per Primogenitum habemus exempla sequentia. Per Joannem Primogenitum Petri II. Curiam celebratam Valentiæ ann. 2374. & celebratas Montisoni per Dominum Philippum Caroli V. primogenitum an-
25 nis 1547. & 1552. Per alios, consentiente Curia, celebratam Valentiæ, per Joannem Regem Navarræ, fratrem posteaque successorem Regis Alfonsi III. anno 1446. & per Ferdinandum Ducem Calabriæ, Locumtenentem Caroli V. Valentiæ anno 1528. licet taliter urgere possit necessitas, ut in Regno Neapolitano, & aliis ubi lex specialis non repugnat, sine Principe Prorex possit Parlamentum generale vocare, ut tradit Thom. Delbene *d. dub. 1. sect. 2. n. 1. & 2.*

26 Cavetur etiam in nostro textu, ut Curiæ celebrentur intra Regnum, & ratio est, ne immodico sumptu Regni Brachia, seu Viri ipsa repræsentantes graventur. Quod
27 utique observatur, dummodo Valentinis tantum Curiæ judicantur; nam si cæteris Coronæ Aragonum Regnis indici debeant, adeò difficile est, ut penè impossibile credatur; cum unaquæque Provincia similem dispositionem obtineat, nec in confinio tot sint oppida apta, proxima inter se, quibus convocari possint: quare usu re-
28 ceptum est, ut Montisoni tali in casu celebrentur. Quod à tempore ipsius Regis Petri II. observatum habemus in Curia ibi celebrata ann. 1363. & ann. 1376. & 1383 Tempore Joannis I. in Curia anni 1389. Ferdinandi II. anno 1510. Invictissimi Caroli V. anno 1533. 1537. 2542 per Philippum ejus Primogenitum 1547. & 1552. & tempore ipsius Philippi II. Regis ann. 1564. & 1585. & tandem tempore nostri invictissimi Monarchæ anno 1626.

Et licet per Aragonenses dubitetur, an semel incœpta 29
Curia in uno oppido possit transferri ad aliud, absque consensu ipsius Curiæ: apud nos dubitatione caret; cùm id observatum habeamus aliquoties. In primis Petrus Secundus incœpit Curiam anni 1370. in villa Sancti Matthæi hujus Regni, postea mutavit illam ad urbem, & eam finivit in eadem villa, ut constat in *editione antiqua fueror.* Idem Petrus Secundus anno 1383. incœpit Curiam Montisoni, mutavit illam ad villam de Tamarit, & concluſit illam in villa de Fraga, constat etiam in *eisdem foris.* Alfonsus Tertius incœpit Curiam in urbe anno 1428. eamque mutavit ad villam Murivetteris, ibique finivit, ut patet ex *eisdem foris*; atque adeò consuetudine comprobatum est, ut Curia mutari possit ad nutum Domini Regis; nam in foris dictarum Curiarum expressè dicitur mutatas fuisse modo prædicto, & de consensu Curiæ nec verbum ullum, quod reperiretur, prout 30
quando Rex non per se, sed per alium celebrat Curiam, expressis verbis causa urgentis necessitatis exprimitur, & repetitur cum salvitatibus, atque protestationibus plurimis: sed ne alibi quæras Curias apud nos celebratas, hìc inferere decrevi.

REGVM VALENTINORVM COMPENDIOSA notitia, atque omnium Curiarum generalium memoria.

IACOBUS Primus, cognomento, *Fœlix expugnator*, filius Petri Secundi Aragonum, & Mariæ Dominæ Montispessulani, tribus Sarracenorum Regnis expugnatis, primùm Balearico, Valentino deinde, ac Murciæ postremò, & duobus millibus ædicularum, quas Sarraceni *Mezquitas* appellabant, in Ecclesias Catholichæ veritatis conversis, Ordinem Militarem Beatæ Mariæ de Mercede instituit curavit ad redimendos captivos apud infideles detentos, Cœnobium de *Benifaça* in ea Regni parte, quæ sub Diœcesi Dertusensi comprehenditur, Ordinis Cistercienſis, construxit, & liberaliter dotavit anno 1233. foros concessit, ut dixi *cap. 2. §. 5 num. 55.* Curias celebrasse Algeziræ refert Escolano *lib. 3. cap. 11.* anno 1272. sed minimè probat, neque apud nos vestigia harum Curiarum remanent, post fœliciſſima gesta Valentiæ decessit octogenarius die 27. Julii anni 1276.

PETRUS Valentiæ Primus, & Aragonum Tertius, cognomento, *Magnus*, filius Jacobi, & Yolantis, Regis Ungariæ filiæ, successit patri: Siciliæ Regnum acquisivit, genitam præclaræ sanctitatis procreavit, nempè Divam Elisabetham Lusitaniæ Reginam. Gallos è Catalonia profligavit ope Divi Narcisii, qui ad Gerundam sæva muscarum plaga plures eorundem mirabili modo necavit *Primus Curias generales nobis celebravit Valentiæ Kalendas Decembris anni 1283.* Occubuit Barcinonæ die 3. Januarii 1285.

ALFONSUS Valentiæ Primus, Aragonum verò Tertius, cognomento, *Liberalis*, filius Petri, & Constantiæ Regis Siculi genitæ, successit parenti, Balearem minorem, vulgò, *Menorca*, è manibus Infidelium vindicavit. Decessit celebs, & orbus Barcinonæ die 18. Junii 1291.

JACOBUS Secundus, cognomento, *Justus*, filius Petri, & Constantiæ, successit fratri Alfonso. Regnum Sardiniæ vi armorum expugnavit. Ordinem nostræ inclytæ Militiæ Beatæ Mariæ de Montesa condidit (quam illustravit primogenitus illius *Jacobus*, ab Ordine Divi Joannis ad nostrum transeundo, anno 1325. ut authenticis scripturis patet in Archivio Ordinis, cujus effigies in claustro arcis Montesiæ inter Magistrorum asservatur imagines:) Cœnobium Beatæ Mariæ de Valldigna Ordinis Cistercienſis in Valle de Alfandech construxit, & dotavit anno 1296. *Curias celebravit Valentiæ 12. Kalend. Februarii* 1301.

Post

Post clarissima facinora è vita migravit Barchinonæ die 2. Novembris 1327.

ALFONSVS Valentiæ Secundus, Aragonum Quartus, cognomento, *Benignus*, Jacobi, & Blanchæ Regis Neapolitani filiæ natus, successit patri, in cujus vita Sardiniæ Regnum personaliter adeptus fuit. *Curias celebravit Valentiæ 9. Kalend. Novembris* 1329. Decessit Barcinonæ die 24. Januarii 1335.

PETRUS Valentiæ Secundus, Aragonum Quartus, cognomento, *Ceremoniosus*, filius Alfonsi, & Teresiæ de Entença: successit parenti, res pluritnas præclarè gessit in armis, tam uniones subditorum procurando, & firmando; quàm Regem Castellæ Petrum cognomento *Savum*, per plures annos bello compescendo. Cœnobium Vallis Christi non procul ab urbe Segobricæ, Ordinis Carthusiensis erexit, atque magnificè dotavit, & Martinus filius opus perfecit, Anno 1385. *Curias nobis celebravit.*

Valentiæ annis 1342. 1346. 1348. *&* 1358.

Montisoni anno 1363.

Sagunti anno 1365.

In villa Sancti Matthæi anno 1370.

Per primogenitum Joannem Valentiæ ann. 1374.

Per se Montisoni anno 1376.

Et Montisoni incæpit Curias anno 1381.

Quas finivit in oppido de Fraga.

Occubuit Barcinonæ die 5. Januarii 1387.

JOANNES Primus (cui licet Historici cognomentum minimè tribuant, *Memorabilis*, cognominari *poterit*) filius Petri, & Eleonoris Regis Siculi filiæ: successit patri. *Conceptioni* Immaculatæ Beatæ Mariæ Virginis adeò devotione ferventi affectus fuit, ut festum ipsius primus in sua ditione instituerit: *omnes* sententiam hanc piam negare audentes à Regnis sui dominii jussit exterminari, ut patet in *privil.* 11. ejusdem. *Curias celebravit Montisoni anno* 1389. Decessit orbus dum venatui vacabat, subitanea morte prævenius in pago de Foxa die 18. Maii 1395.

MARTINUS cognomento, *Pius*, filius Petri, & Theresiæ; successit fratri, pietate, & justitia clarus Regna fœliciter gubernavit. *Curias celebravit Valentiæ*, *anno* 1403. & quamquam aliqui fori reperiantur editi nomine ipsius sub anno 1408. fuerunt conditi per personas ab ipso, & Curia nominatus dicto anno 1403. Decessit filiis legitimis orbus, morbo epidemiali correptus in Cœnobio de Valldonzellas Barcinonæ, die 31. Maii 1410.

FERDINANDUS Primus appellatus *Infans de Antequera*, cognomento, *Honestus*, filius Joannis Regis Castellæ. & Eleonoris Petri Secundi filiæ, ac sororis Joannis, & Martini; successit avunculo media declaratione facta per novem Syndicos Regnorum Aragonum, & Valentiæ, atque Principatus Cataloniæ, in arce oppidi de Caspe. Syndici pro Aragonum Regno nominati *Dominicus Ram*, Episcopus Hoscensis, *Berengarius Bardaxi*, dominus villæ de Caydi, & *Franciscus Aranda*, vir eximiæ prudentiæ, & humilitatis, oblatus Cœnobii Beatæ Mariæ de Portacœli Ordinis Cartusiensis. Pro Regno nostro *Sanctus Vincentius Ferrer*. Ordinis Prædicatorum, miraculis, ac virtute admirabilis, nostræ Valentinæ urbis honor, & gloria; *Dan Bonifacius Ferrer*, ipsius frater, Jurisconsultus, qui postquam laudabiliter Advocati munus gessit, Carthusiensis Ordinis in eodem Cœnobio de Portacœli Monachus effectus, erátque tempore declarationis Prior Generalis Magnæ Carthusiæ; & *Doctor Januarius Rabaza*, qui amentiam finxit, quare in ejus locum subrogatus fuit *Doctor Petrus Beltran*. Pro Cataloniæ Principatu *Petrus Cagarriga* Archiepiscopus Tarraconensis, *Guillermus ad Vallseca* Legum Doctor, & *Bernardus Gualbes*, etiam Jurisperitus. Hi autem post duorum annorum discep-

tationem, auditis partium informationibus, eo quòd contendebant *Jacobus Aragonus* Comes de Urgell, pronepos Alfonsi Secundi, tam jure proprio, quàm consortis Elisabethæ sororis Martini. *Alfonsus* Dux Gandiæ filius Petri Infantis, ac nepos Jacobi Secundi. *Ludovicus* Rex Neapolis, filius Yolantis, & nepos Joannis Regis I. *Ferdinandus* Dux Lunæ, filius naturalis Martini Regis, & *Ferdinandus* prædictus. Hunc legitimum successorem pronuntiarunt die 25. Junii 1412. ad componendum schisma, Ecclesiam Catholicam affligens, in oppido Perpiniani cum Sigismundo Imperatore Romano, & Benedicto XIII. collationem habuit, in qua plurimùm elaboravit, ut Benedictum ad sedandum schisma reduceret, sed morbo afflictus occubuit in oppido de Igualada die 2. Aprilis 1416.

ALFONSUS Valentiæ Tertius, & Aragonum Quintus, cognomento *Magnanimus*, filius Ferdinandi, & Eleonoris Comitillæ de Alburquerque successit patri, Regnum Neapolitanum glorioscè adquisivit. *Curias celebravit Valentiæ, anno* 1418.

Parlamentum ibidem anno 1419.

Et per Joannem Navarræ Regem fratrem, Valentiæ ann. 1446.

Decessit, filiis legitimis orbus (Regno Neapolitano relicto Ferdinando filio naturali) in Castro novo Neapoli die 28. Junii 1458.

JOANNES Secundus, cognomento, *Christianus*, Rex Navarræ, filius Ferdinandi, & Eleonoris: successit fratri; Carolum primogenitum sanctimoniæ reputatione apud non paucos veneratum armis persecutus fuit, sed eo prædecedente, occubuit Barcinonæ die 19. Januarii 1499.

FERDINANDUS Secundus, cognomento, *Catholicus*, filius Joannis, & Joannæ Almirati Castellæ natæ; successit parenti. Hora natalis ipsius diadema Iridis coloribus fulgens in æthere apparuit. Uxorem duxit *Elisabetham* prudentissimam Castellæ Reginam, quo matrimonio mediante Regna Hispaniarum citerioris, & ulterioris in unam ditionem redacta fuerunt. Regnum Neapolitanum Coronæ Aragonum restituit, Granatense à manibus Infidelium vindicavit, Indiarum vastissima Regna explorare jussit, & in eis fidem Catholicam docere curavit. *Curias celebravit* ; *Orcelis*, *anno* 1488.

Montisoni, anno 1510.

Post varia clarissima facinora decessit in oppido de Madrigalejo Regni Castellæ, die 22. Januarii 1516.

JOANNA filia Ferdinandi, & Elisabethæ, uxorque *Philippi ab Austria*, cognomento, *Pulchri*, successit patri, sed post biennium, valetudine impedita, Regnum filio tradidit anno 1518. Decessit in oppido de Tordesillas, die 12. Aprilis 1555.

CAROLUS Quintus Imperator semper *Augustus*, à manu genitricis gubernationem Regni desumpsit, in Aragonia die 19. Maii 1518. foros juravit. Hujus inclyti Principis præclara gesta historias adimplent, Germaniam, Italiam, Galliámque cum Africa glorioscè armorum potentia devicit, Indiarum Occidentalium Regnis potitus fuit, Ducarum Mediolani Monarchiæ incorporavit, Regem Gallorum in conflictu ipso superatum, ac captum triumpho adiecit. *Curias celebravit per Ducem Calabriæ Locumtenentem, Valentiæ, anno* 1528.

Per se Montisoni, annis 1533. 1537. *&* 1542.

Per filium Philippum Montisoni, annis 1547. *&* 1552.

Imperium Romanorum, & Hispaniarum Regna renuntiavit anno 1555. & in Cœnobio Divi Justi Ordinis Sancti Hieronymi, diem extremum clausit 28. Septembris ann. 1558.

PHILIPPUS Valentiæ Primus, Castellæ Secundus, cognomento, *Prudens*, filius Caroli Quinti, & Elisabethæ

sabethæ Regis Lusitani natæ, successit Patri, Lusitaniæ Regnum, & Indiam Orientalem Monarchiæ addidit; Gallos strenuè, oppressit Arcem Sancti Quintini expugnando; Angliæ Regnum obtinuit, ob matrimonium in secundis votis initum cum Maria Regina; sed ea, sine prole defuncta, ad Hispanias remeavit, qui prudentissimè Regnum administravit; Cœnobium mirabilis operis construxit *Divo Laurentio* dicatum, non procul ab oppido *del Escurial*. Curias *celebravit Montisoni annis* 1564. *&* 1585. Decessit in eodem Cœnobio die 13. Septembris anni 1598.

PHILIPPUS Valentiæ Secundus, & Castellæ Tertius, cognomento, *Pius*, filius Philippi, & Annæ Imperatores Romanorum genitæ, successit patri. Mauros à Regnis Hispaniæ repulit, ut Fides intacta apud nos remaneret. *Curias celebravit Valentiæ, anno* 1604. Decessit Matriti die 31. Martii 1621.

PHILIPPUS Valentiæ Tertius, Castellæ autem Quartus, cognomento, *Maximus*, filius Philippi, & Margaritæ, Caroli Austriaci Archiducis natæ, successit parenti, fœliciter Hispaniarum Regna moderatur, utinam tandiu vivat, quantum Regnum exoptat, Fideique Catholicæ incrementum requirit, pietate, justitia, prudentia, ac vigilantia majorum verax imago absque dubio est, virtutum omnium ærarium. *Curias celebravit Valentinis.*

Montisoni, anno 1626.

Valentiæ, anno 1645.

Decessit Matriti die 17. Septembris anni 1665.

CAROLUS SECUNDUS à Deo mirabili pietate Hispanias Datus, defficiente jam jam Philippo: successit Patri, quarto ætatis anno nondum completo. Si fœlicitatem in ortu inspicias, fœliciores progressus in discursu vitæ auspicaberis: si excelsas animi dotes contemplaberis, non auspicium, sed necessariam consequentiam, induces; faxit Omnipotens, ut fructu triumphorum coronet spes, quas floribus profundæ Capacitatis fœcundat. Suscepit Regni clavum Die 6. Novembris anno 1675.

Hæc de nostris Regibus breviùs fanè, quàm res expostulabat, ab historiis Marianæ, Viciana, Zuritæ, Blancas, Beuter, Turfellini, & aliorum desumpsi; nam codex successionis nostrorum Regum, qui vulgò præ manibus habetur, plurimis mendaciis corruptus reperitur.

31 Sed ad *institutum* redeamus: quamquam Belluga *in speculo, rub. 1. in fin.* expresè dicat celebratam fuisse Curiam per Dominam Reginam Mariam uxorem Alfonsi III. & Joannem Regem Navarræ fratrem ejusdem, in villa de Traiguera annis 1437. & 1438. nullum forum harum Curiarum habemus, nec memoria adest in nostro jure, & impossibile videtur, quòd Curia celebra-
32 retur, sine eo quòd aliqui fori, vel actus Curiæ conderentur. Quare verius puto typographi lapsum esse; nisi dicamus contigisse id ipsum quod respectu Curiarum anni 1645. cernimus, nempe, quòd ratione decretorum, quorum responsa non ad nutum exponentium facta fue-
33 runt, typis jura mandata recusant. A principio effectivè aliqui de hoc conquerebantur, Dominus Comes Oropesius cum Electis Brachiorum de his egit, & à Domino Rege obtinuit quidquid exposuerant, ac cum eodem Domino Prorege communicarunt: hoc ab ipsis negari non potest, sicque nulla adest ratio, ob quam jura non typis mandentur.

34 Cavetur etiam in *nostro text.* quod de triennio in triennium Curiæ celebrentur. Consonant *privil. 11. Regis Iacob. II. §. Item volem, & privil. 29. Reg. Petri II.* quod in desuetudinem abiit, ex ratione in simili adducta per Calixtum Ramirez *dict.* §. 18. *num.* 10. *& seqq.* & Fontanella *dict. clauf. 3. gloss. 3. num.* 68. quod apud nos nititur *in dict. privil. 29.* ibi: *Nisi essemus justo, ac legitimo impedimento detenti.* Sed quoniam mentionem fecimus de Parlamentis, eo quod Alfonsus III. anno 1419. Parlamentum celebravit, & *for.* 118. de his quoque loquitur; 35
ibi: *Que alguno puixa tenir ò celebrar. Corts generals, ò algun parlament*; notanda est differentia inter Curias, & Parlamenta. Curia enim Convocatur generaliter ad omnes res, & negotia totius Regni tractanda. Parlamentum verò ratione alicujus negotii particularis, sive specialis, notant Ferrer. 1. *observ. cap.* 14. Mieres & alii relati à Ripoll. *dict. cap.* 4. *n.* 43. *& seqq.* in cæteris autem, pari passu ambulant.

Convocantur per Dominum Regem præter Magi- 36
stratus, & Ministros, de quibus Bellug. *dict. rub. 6. per tot.* tria Brachia, sive status Regni, nempe Ecclesiasticum, Militare, & Regale, sive Domaniale, quo mediis syndicis universum populum repræsentantibus, urbes, & oppida Regiæ ditionis interveniunt; tradunt Belluga *d. rub. 6. num. 17. & seqq.* Pater Mandariaga *dict. cap. 4. vers. El segundo*, Dñs Leon *decis. 9. num. 177. tom. 3.* Dominus Mora *dict. rub. 26. in notis, ad princip.* Dominus Don Braulius Esteve *in dict. allegat. num.* 8. Ex Catalaunis congesti à Ripoll. *dict. cap. 4. num. 6. & seqq.* quibus adde Fontanell. *dict. clauf. 3. gloss. 3. n.* 69. Ex Aragonensibus Molinus *in* 37
repert. for. verb. libertates Regni vers. Libertati etiam. Ramirez *dict.* §. 19. *num.* 2. apud nos militare Brachium divisum est in duplici cœtu, hoc est Nobilium, & Infantionum: apud nos autem, & Catalaunos, ut notant Belluga, *n.* 19. & Fontanell. *decis. 366. n. 21.* unicum est, quod intellige quoad alios; nam quoad se, etiam est divisum modo quo *infrà* dicemus, §. 3. *hujus capitis, nu.* 11. ex Sardis Dominus Vico *in pragm. lib. 2. cap. 2. tit. 2. c. 6.* 38
& 8. & Don Anton. Canales *in discurs. de Parlament. per tot.* ex Siculis Mastril. *de Magistrat. lib. 5. cap. 15. num. 7. tom. 2.* Giurb. *decis. 118. in princ.* ex Neapolitanis Regens Aponte *de potest. Proreg. cit. de Regal. impositionibus, in rub. num. 20. & alibi.* De Castellanis extat expressa dispositio *l. 6. tit. 11. lib. 2. ordinamenti*, quæ est *l. 2. tit. 7. l. 2. recopil.* ibi: *Que sobre los tales hechos grandes, y arduos se ayan de juntar Cortes, y se haga concejo de los tres Estados de nuestros Reynos, segun lo vizieron los Reyes nuestros progenitores.* De Gallis, Germanis, aliisque Nationibus Petrus Greg. Tolosan. *de Repub. libr. 24. c. 4. num. 8. seqq.* qui plura ad rem tradit *hoc cap. cum seqq.*

Nec nova est similis populi divisio; nam antiquitus 39
eis in partibus dividebatur tempore Julii Cæsaris, teste eodem Cæsare *in Comment. de bello Gallic. lib. 6. vers. 4.* dum primùm plebem in vilissima servitute describit, & eorum qui in aliquo erant honore, genera duo esse tradit his verbis: *In omni Gallia eorum hominum, qui in aliquo sunt honore, genera sunt duo, nam plebs pene servorum habetur loco, quæ per se nil audet, & nulli adhibetur Consilio. Plerique, cum ære alieno, aut magnitudine tributorum, aut injuria potentiorum premuntur, sese in servitutem dicant Nobilibus, in hoc eadem omnia sunt jura, quæ dominis in servos. Sed de his duobus generibus alterum est Druidum, alterum Equitum: illi rebus divinis interfunt, sacrificia publica, & privata procurant, religiones interpretantur.* Et paulo post: *Alterum genus est Equitum ij, cum est usus, atque aliquod bellum incidit, omnes in bello versantur.* Ecce in Druidas Ecclesiasticos repræsentari, de quibus Petr. Greg. Tolos. *de Repub. lib. 3. c. 7. num. 2.* Calix. Ram. *de leg. Reg. d.* §. 19. *num.* 14. Barclajus *in Argenide, lib.* 4. Per Equites, Militares, & per Plebem populus, qui licet tunc nullo in Consilio admitteretur, tamen in ea parte populus dividebatur, quæ postea ad hæc admissa fuit, teste Per. Greg. *de Repub. lib. 4. c. 1. n. 14.* 40
Apud nos Brachia Regni vocantur, dum sunt in Curia legitimè congregata, alibi autem Status, sive Stamenta dicuntur: notat, licet breviter, hanc differentiam Bellug. *rub. 7. num. 3. prop. fin.* ibi: *Qui eo in casu antehabiliationem Stamenta Regni, & non Brachia se appellant.* Sed nihilo minus eisdem Stamentis licet tractare, quid- 41

quid

quid non ſit contra diſpoſitiones forales, *ex for. 89. Cur. ann. 1585.*

42 Eccleſiæ Status, Stamentum, ſive Brachium, quatuordecim tantummodo viris conſtabat, quos noſtrates *Voces* vocitarunt, deſumpto vocabulo ab inſtrumento, quo ſuffragia emittunt; quas enumeratas habemus *in cap. 5. actor. Cur. Brach. Eccl. anni 1547. fol. 12. pag. 2.* tradunt Dominus Mora *in for. gener. rub. 2. num. 6.* & Dominus Eſteve *ubi ſup. num. 11.* Poſtea admiſſa fuere eo in cœtu Capitula Sedium Dertuſæ, Segobricæ, & Orcelis, ſeptemdecimque exiſtentibus factus fuit liber matriculæ, ſive,

43 ut dicimus, inſacculationis, ad officia Generalitatis, daraque forma fuit in electionibus. Reperiuntur in eo libro ſub hoc ordine:

1 *Archiepiſcopus Valentinus.*
2 *Magiſter inclyta Militiæ B. Mariæ de Monteſa.*
4 *Epiſcopus Dertuſenſis.*
3 *Epiſcopus Segobricenſis.*
5 *Capitulum Almæ Sedis Valentinæ.*
7 *Abbas Populeti Ordinis Ciſtercienſis.*
6 *Abbas de Valldigna ejuſdem Ordinis.*
15 *Præceptor de Bexis Ordinis de Calatrava.*
16 *Præceptor de Torrent Ordinis Divi Joannis.*
9 *Generalis Ordinis B. Mariæ de Mercede.*
17 *Præceptor de Orcheta Ordinis Divi Iacobi.*
8 *Abbas de Benifaçà Ordinis Ciſtercienſis.*
13 *Prior Conventus Divi Michaelis Ordinis S. Hieronymi.*
11 *Capitulum Segobricenſe.*
10 *Capitulum Dertuſenſe.*
12 *Capitulum Orcelenſe.*
14 *Prior Conventus Vallis Chriſti Ordinis Cartuſienſis.*

De quibus omnibus mentionem expreſſam habemus in oblatione Curiæ anni 1604. licet ordine immutato, ita ut in matricula collocentur ſecundum ordinem ſcripturæ, in oblatione Curiæ 1604. ſecundum numeros marginales. Tradunt Dominus Mora *d. rub. 2. num. 7.* & Dominus Eſteve *ubi prox.* Demum additus Epiſcopus Orcelenſis per *cap. 1. actor. Cur. Brach. Eccleſ. ann. 1626. fol. 38. pag. 2.* qui collocatus fuit ex Regio reſcripto poſt alios Epiſcopos, ex doctiſſimè congeſtis à Domino Eſteve *in dict. alleg.* qui eam ſcripſit hac de cauſa, & obtinuit. Noviſſimè verò addita vox Ordinis Militaris *Alcantaræ*, erecta Præceptoria ejuſdem ſpeciali privilegio anni 1653. quam obtinuit Illuſtris Almiratus Aragonius, Marchio de Guadaleſt, poſſeſſionemque obtinuit ann. 1654. & ex R. reſcripto graduatus fuit immediatè poſt ultimam vocem ex Militaribus Ordinibus.

44 Præeſt in hoc cœtu Syndicus ejuſdem Status, ſive Brachii, cæteros ſuo in caſu convocando, materias agitandas proponendo, atque concionem ſuo debito tempore diſſolvendo. Qui quidem Syndicus de conſuetudine ſolet eſſe is, qui vocem Capituli Almæ Sedis Valentinæ, tanquam Syndicus habet ipſius; ita ut difficilli-

45 mè aliud cerni queat. Bene verum eſt, quòd congregata, & habilitata jam Curia anni 1645. deceſſit D. Chriſtophorus Belvis Canonicus, & Syndicus ejuſdem Sedis; qui eo nomine Syndici Brachii Eccleſiaſtici officium gerebat, tuncque præfata conſuetudo in dubium revocata fuit, Syndicatuſque commendatus D. Carolo Villaraſa Domino Baroniæ de Faura, Equeſtris Ordinis

46 de *Calatrava*, qui vocem illius Ordinis obtinebat, & per aliquot dies ipſum officium geſſit; magnaque controverſia tunc orta inter Capitulum ipſum, & Brachium Eccleſiaſticum: Capitulum ſuum jus fovebat immemorialem conſuetudinem allegando, quæ vim tituli habere ſolet, ut diximus *cap. 4. §. 4. num. 18.*

47 Maximè attento, quòd Capitulum vices totius Cleri habet, ex traditis à Patre Suarez *de immunit. Eccleſ. lib. 4. cap. 26. num. 17.* Pater Caſtro Palao *tom. 2. oper. Moral. tract. 12. diſp. unic. punct. 9. num. 8.* quod apud nos veriſſimum eſt virtute declarationis factæ per Jacobum Epiſcopum Sabinenſ. S. R. Eccleſiæ Cardinalem, & adminiſtratorem Eccleſiæ, & Epiſcopatus Valentini, die 18. Januarii 1596. ibi: *Cum totus Clerus ſub noſtris, & dictæ Capituli ordinationibus, & conſtitutionibus teneatur adſtrictus, & in noſtra univerſitate, & corpore, juris fictione includatur.* Habetur hæc ordinatio *in volum. conſtitut. Eccleſ. fol. 120. pag. 2.* quidquid dicat Thomas Delbene *de immunit. part. 1. cap. 5. dub. 19.* nam præterquam quòd probabilem noſtram ſententiam ſupponit, loquitur quoad impoſitionem tributi, de quo *infra, §. ſeqq. num. 12.* Brachium aiebat ad ſe legitimè convocatum, electionem pertinuiſſe; ſicut pertinet ad quamlibet aliam univerſitatem. Ego in hoc nil individualiter ſcriptum per *foros*, aut actus Curiarum inveni, præterquam quod cavetur *in cap. 255. Curiar. anni 1585.* quo res deciſa videtur ad favorem Capituli: nam ibi ſuppoſito quòd Syndicus Capituli eſt etiam Syndicus totius Brachii, modum eligendi Syndicum in Capitulo innovare conabatur Brachium, ſupplicando Domino Regi, ut Syndicus ad Curiam ſic per Capitulum nominatum admitteretur in Curia, eſſetque Syndicus totius Brachii; quod 48
ex omnium concordi voto ſupplicatum fuit. Et licèt verum ſit, quòd quia caret decreto *dict. cap. 255.* vim legis non obtinet, negari non poteſt confeſſionem totius Brachii nemine diſcrepante, ut in eo dicitur, reſultare in præjudicium ipſius; quæ confeſſio, relationem ad alium actum Curiæ decretatum facit expreſsè, de quo in *foris* non apparet. Alia etiàm confeſſio reſultat ex *for. 123. Curiar. anni 1604.* quæ eſt clarior, & totius Curiæ, qui forus cum decreto reperitur. Sed ante deciſionem concordatum fuit, nominatúſque Syndicus de Capitulo D. Joſephus Sanz Canonicus, & Archidiaconus Alziræ in eadem Sede. Poſtea verò cum lis diſceptando veniret inter univerſum Clerum Parochialium urbis, & regulares, Cleri Syndicum conſtituere conati fuerunt: ſed Syndicus Capituli interdictum *Retinendæ* intentavit, eo quòd in poſſeſſione, ſeu quaſi reperiebatur gerendi officium Syndici totius Cleri, mandatúmque de manutenendo in Senatu obtinuit: quare pro nunc, jus Capituli non modico fundamento nititur.

Et quoniam reſpectu perſonarum hujus Brachii, ſive 49
Status aliqua diſſonantia reperitur in noviſſimis, & antiquis ſcripturis; ut in concordiam revocentur, notandum eſt, quòd Cœnobium Divi Michaëlis de los Reyes, Ordinis Divi Hieronymi, erectum ſub patrocinio, & auſpiciis Domini Ferdinandi ab Aragonia Ducis Calabriæ, antiquitus fuit Ordinis Ciſtercienſis ſub invocatione Divi Bernardi, habebatque Abbatem, qui olim ad Cu- 50
rias convocabatur, in eiſque vocem habebat: & licet Abbatia illa auctoritate Pontificia ſuppreſſa fuit, & Monaſterium Ordinis Ciſtercienſis extinctum, & loco ipſius ſubrogatum ſupradictum Divi Michaëlis, Prior iſtius, ſub nomine Abbatis prædicti, uſque ad annum 1604. convocabatur. Antiquitus etiam ſolebat convocari Prior devotiſſimi Conventus de Portacœli Ordinis Cartuſienſis, qui vocem nunquam habuit. Pariter invitabatur ad 51
Curias Præceptor Conventus Beatæ Mariæ de Mercede, qui etiam vocem minime habebat, cum pertineat ad Generalem Miniſtrum ejuſdem Ordinis: & quamquam ab initio locum pertinentem ad Ordinem de Calatrava occupabat Præceptor de Bexis, Prior domus ejuſdem Ordinis, qui ex Sacerdotibus, vulgò *Freyles*, eſſe ſolet, loco ipſius aliquando vocatus fuit, & admiſſus. Quæ omnia ad debitum ſtatum reducta fuere, ita ut Prior Conventus Divi Michaëlis proprio nomine convoce- 52
tur, Prior Crentobii de Portacœli à convocatione arceatur, ſicut & Commendator Conventus de Mercede, & Prior de Calatrava; & convocentur Generalis de Mercede, & Præceptor de Bexis, ut habetur *in cap. 4. & 24.* 53
actor. Cur. Brachii Eccleſiaſtici an. 1604. ſicque Vocales hujus Status ſunt prædicti, *n. 43.*

Iſti enim non ſolum per ſe, ſed per ſubſtitutos in hoc 54

Brachio admittuntur, qui quales esse debeant? habes *in for. in c. 1. extrav. forma de les substitucions, fol. 90. for. 5. Cur. ann. 1547. c. 22. actor. Brachii Eccles. Cur. ann. 1604. & c. 265. Cur. ann. 1585.* Dñs Mora *rub. 7. n. 5.* & cum ipsis dignitatibus hic honos tribuatur, casu quo aliqua Præceptoria vacet, administrator nequaquam admittitur, ut tradit Dñs Mora; & sic pronuntiatum fuit per Senatum ad relationem Magnifici Dñi Joannis Arquez die 13. Januarii 1653. sententia Regia *infrà* referenda §. 3. *n.* 4. & cum ibi clarissimè qualitas substitutorum exprimantur, ideo in his non immoramur. Sed notandum,
55 est, quòd ad hoc ut in urbe Stamentum Ecclesiasticum, si oportuerit, possit convocari, unusquisque habere substitutum continè compellitur, *in d. c. 22. ann. 1604.*

56 Militare Brachium, sive stamentum componitur ex omnibus Nobilibus, Generosis, & Militibus Regni, ita ut originarii, & naturales propriè ipsius sint, aliàs non admittuntur; demptis Militibus Ordinum Militarium, quia Ecclesiastici sunt, ut benè probat Præpositus Mathias Morla *in allegat. pro Deputat. in Petr. de Valda, n. 6. & seqq.* in quo Magnates, Titulati, & Barones interveniunt, non ut tales, sed ut Milites, vel Nobiles, Dominus Leon *d. decis. 9. n. 175. cum seqq. tom. 3.* unde est, ut ad hæc duo genera, nempe Nobilium, vel Militum, universus Status reducatur.

57 Milites enim in hoc Regno, & tota Aragonum Corona diversimodè notantur: alii enim *Nobiles* dicuntur, alii *Generosi*, alii verò *Equites*, sive ut vulgò dicitur *Cavallers*. Ad cujus rei explicationem animadvertendum
58 est, Generosos vocari, qui antiquitate, & splendore sanguinis, genere nobilitati reperiuntur, de quibus locutum fuisse credo Ovidium 4. *Tristium Elegia 3. in princ.* ibi.

O qui nominibus, cum sis generosus avorum,
Exuperas morum, nobilitate genus.

59 Equites, sive *Cavallers* sunt, qui à Principe cingulum militiæ noviter adepti sunt, de quorum differentia plura per Petr. Gregor. Tolos. *de Repub. lib. 4. c. 2. n. 4. vers. Sacrilegii, cum seqq.* Don Francis. Amaya *in l. 1. & 2. n. 64.*
60 *cum seqq. C. si servus libert. lib. 10.* Nobiles verò qui ultra sanguinis splendorem, vel Principis privilegium, non simpliciter vocantur, sed addita hac nobilitatis nota *Don*, de qua Sebastian. Covarruvias *in Thesauro linguæ Castellanæ, lit. D. verb. Don*, licet perperam dicat nobilitatis notam, apud nos antiquitus fuisse hanc, *Micer*, nunquam enim hæc attributa aliis fuit, nisi Jurisconsultis.
61 Imò nota antiqua nobilitatis apud nos erat hæc dictio, *En*, adeò, ut ipsis Regibus antiquo illo ævo tribuerunt, *for. 51. de Cur. & Bajulo*, ibi: *dos del senyor Rey En Iaume el primer. For. 58. eod. tit.* ibi: *del alt Rey En Pere el Segon*, & passim in foris, & privilegiis, & actu observatur in Brachio, sive Stamento Militari, ut quoties congregantur, Nobiles notantur dictione *Don* in uno catalogo,
62 sive ordine, Generosi hac dictione, *En*, & Milites dictione *Mossen*; sed hi duo mixtim in eodem ordine. Norant ex nostratibus hanc differentiam Dominus Mora *in compilat. rub. 2. n. 20. in notat. Ordinis Equestris, fol. mihi 13.* Dominus Leon *decis. 9. n. 173. cum seqq. tom. 3.* quibus adde
63 Fontanel. *d. clauf. 3. glos. 2. n. 83.* ubi docent in substantialibus in nullo differri, sed solum nominari Nobiles sæpè dicta nota *Don*, quod & docuit Amaya *ubi proximè num. 63.*

64 Essentia nobilitatis, & militiæ, non tantum in alio fulget, quantum in admissione ad hoc Brachium, sive Statum: nam licet plures sint qui privilegio Militari fruantur, veluti Cives honorari, Doctores utriusque juris, & Medicinæ, ut *infrà* patebit, in hoc Cœtu nequaquam admittitur nisi is qui ex genere militari est, vel à Principe Miles creatus. Et quoniam in eo tot, tantique
65 Viri nobilitatis eximiæ quotidiè interveniunt, neque ordo in sedendo servatur, neque in suffragendo, sive sententiam dicendo spectatur: Sedere enim solent, prout casus fert, sententiamque dicunt prout Syndicus ejusdem Brachii designat, qui utplurimum venerandæ senectuti prærogativam dicendi primùm sententiam deferre solet, & si fortè graduandi sunt, sorte fieri debet, hoc animadverso, quòd Nobilibus primus locus tribuitur eo modo, ut primus sorte extractus præcedat, sequaturque 66
Generosus, vel Miles, qui primo extrahitur, & sic de cæteris alternatim, quod nunquam fit, nisi cum Electi nominantur ad aliquod negotium peragendum.

Præest in hoc Brachio, sive Statu Syndicus ejusdem, 67
qui inter ipsos eligitur ad biennium ex decem insaccularis, sive matriculatis, quinque Nobilibus, & quinque Generosis, vel Militibus, sorteque extrahitur ordinariè, finitoque biennio officium expirat, etiam non expectato adventu successoris, quod bis evenisse in memoriâ viventium est. Primum anno 1621. quo tempore Regnũ gubernabat dominus Marchio de Tavara, ad finem syndicatus, quem obtinuit Scipio Roca Generosus, tuncque 68
nominatus fuit Commendatarius syndicatus, ad effectum electionis tantum. Idem contigit die 4. Decembris 1653. quo finivit syndicatus Don Ludovici de Monsorio, nominatusque fuit die 6. eorundẽ D. Ludovicus Mercader Dominus Baroniæ de Cheſt, ad eundem effectum. 69
Nec id ratione caret, nam cùm deliberationes ipsius Stamenti unico discrepante impediantur, ut statim dicam, si continuaret Syndicus usque ad adventum successoris, facillimè eo in munere (quod maximæ dignitatis existimatur, ut verè est) perpetuaretur, nam uni, aut alteri ex cognatis, vel amicis ipsius electionem contradicere facile esset: ne autem hoc absurdum sequatur, ita moribus receptum est, statutoque diffinitum in 1. *cap.* ex confectis ad insacculationem post Curiam anni 1645. licet verba non ita expressè disponant, ut cessare videatur dispositio *l. meminisse, ff. de offic. Proconsul.* adeo ut si moribus receptum non esset, valde dubitari posset.

Quod intelligendum est, dummodo Curiæ non subse- 70
quantur, nam ex propositione Curiarũ, Officium Syndici expirat, insacculatióque ipsa omnino cessat, sic observatum vidi in Curia anni 1645. nam immediatè post propositionem Curiæ à Domino Rege factam, omnes illius Brachii ad Aulam destinatam properavimus, ibique 71
Franciscus Mascarell Generosus, tunc Syndicus, finitum esse officium exposuit, atque ita primò tractatum fuit de eligendo Syndico, & post varias sententiarum contradictiones ipse Mascarell confirmatus. Per conclusionem autem ipsius Curiæ, etiam Syndici officium expirat, tuncque incipit nova insacculatio, fitque de novo per sortem electio ab biennium.

Deliberationes hujus Status, sive Brachii debent esse 72
de concordi voto nemine discrepante, quod quo jure inductum sit, scriptum in *foris* non habemus; ita ut cum Fontanella *d. clauf. 3. glos. 3. à num. 73. cum pluribus seqq.* arguere possemus, nec immeritò affirmare, ad similitudinem legis Salicæ apud Francos fœminas excludentis, inductum fuisse. Sed ipse *n. 79.* consuetudini hoc tribuit, apud nos id ipsum videtur, quamvis non nemo dicat antiquitus aliter observatum fuisse, sed deliberatione ipsius Status provisum, ut de cætero quidquid determinaretur, unanimi, atque concordi omnium Militium consensu fieret, ita ut aliquo dissentiente determinatio cessaret. Quod statutum fuit ratione cujusdam Ducis Segobricensis, qui plures filios, atque Milites amicitiâ conjunctos habebat, sicque suffragium ipsius major pars utplurimum sequebatur: sed, si licet, de hac traditione valde dubito. Dubito enim, non quòd traditio non adsit, sed dubito de possibilitate ipsius traditionis. Nam aut sta- 73
tutum fuit in Curia, aut extra Curiam: si in Curia, ubi est actus, ubi Regium decretum, ubi memoria similis deliberationis: cum autem neutiquam reperiatur, inde infertur, quòd in Curia non fuit factum. Si extra Curiam; deliberationes Stamenti non ligant ad res in Curia gerendas,

rendas, ſed ſic eſt, quod in Curia id ipſum obſervatur; ergo non ex deliberatione ipſius Stamenti, ſed conſuetudine; ad exemplum Brachii, ſive Stamenti Militaris Cataloniæ, cujus Provinciæ mores, ut plurimum imitari ſumus. An autem bono publico expediat, ut tam difficili modo deliberationes ſumantur? Vaſta Provincia eſt; pro utraque urgentiſſimæ rationes militant, quas expendere, atque judicare peritiori relinquo, cùm animus à novitate diſcedat.

74 Pro negotiis hujus Brachii facilius expediendis, nominari ſolent Electi, quibus committuntur, quod tam in Curia, quàm extra, duplici modo fit; aut forte, mediantibus Electoribus, atque examinatoribus (nomina propria ſunt hujus materiæ;) aut per Syndicum de con-
75 ſilio aliorum, quod vocant *acònſejado*. Per electores, & Examinatores (quod raro fit, niſi quando electio aliquid utilitatis, vel magnæ præeminentiæ præ ſefert) eo modo perficitur: Nomina omnium aſſtantium in Brachio, vel Stamento, etiam ſi minores ſint, in duabus urnis apponuntur: in una Nobilium; in alia verò Militum. Ex eis ſorte extrahuntur octo, quatuor è quolibet ordine; qui eligere debent octo Examinatores, unuſquiſque unum ipſius ordinis, & ob id *Electores* vocantur, ſed electi in examinatores, debent eſſe majores viginti annis. Examinatores verò interveniente Syndico ſecretè ſcrutantur, qui idonei reperiantur ad negotium, de quo agitur, peragendum; & quos idoneos examinant, concurrunt ad electionem officii, de quo agitur per ſortem fiendam, ita ut eorum nominibus in urnis appoſitis, qui extrahitur, vel extrahuntur, electi
76 manent.

Per Syndicum de conſilio aliorum facilius res expeditur: nam Syndicus ad nutum eligit duos Conſiliarios, unumquemque ex quolibet ordine, ipſique tres electos nominant, ſed ut graduentur, per ſortem extrahuntur. His diverſimodè negotium committitur aliquando ad decidendum, ut ajunt, hoc eſt cum pleno poſſe tractandi, atque perficiendi: aliquando ad colligendum, & referendum; reſervata ſibi facultate deliberandi prout res expoſtulat. Sed hoc certiſſimum eſt, quod dum electi tractant rem illam ſibi commiſſam, quilibet ex Brachio intervenire poteſt, nec ab ea excludi, habétque votum conſultivum in ipſa re electis jam commiſſa. Sed ſat ſit de Brachio Militari, nam ſi omnia tractanda eſſent, de unoquoque integrum. Opus conficerem: inſtitutum autem non eſt niſi modum regiminis oſtendere.

78 Pro Regali, ſive Domaniali Brachio convocantur civitas Valentiæ (quæ quinque voces ſolet habere in Curia, nempe per Juratum primarium ex civibus, Præfectum rationum, Advocatum unum ex ordinariis, & duos Syndicos;) urbes Setabis, Orcelis, & Allon. Villæ de Morella; Alzira, Caſtellò de la Plana, Villa Real; Ontinient, Alcoy, Onda, Carcaixent & Calloſa de Segura, quæ primæ claſſis ſunt, & ad officium Deputati admittuntur: Sexona, Xerica, Penaguila, Liria, Cullera, Borriana, Alpuente, Peniſcola, Bocayrent; Biar; Ademùs, Caſtellfabi, Villajoyoſa, quæ ſecundæ claſſis; & ad officium Computatoris admittuntur: Capdet, Corbera; Villanova Caſtillionis, La Yeſſa, Onda, Olleria, Benigánim, & Algemeſi, quæ tertiæ claſſis ſunt; nam adhuc ad officia Deputationis non ſunt admiſſæ: ſed hoc non quia tantum urbes, & villæ iſtæ in Regno conditæ ſint; nam Segobricæ; & Diariæ urbes deficiunt; & pluſquam ſexaginta villæ; quas enumerat Rodericus Mendez Silva *in poblac. Hiſpaniæ deſcript. Valent. c. 51 cum plurib. ſeqq.*

79 Iſtius Brachii Syndicus, moribus receptum eſt, ut ſit ille qui in urbe ſyndicatum obtinet Rationalatus; de quo in *capite ſequenti*, qui quidem in ea res peragendas proponit, ſicut de Syndicis aliorum Brachiorum dictum eſt, hac adhibita differentia, quòd Syndicus Militaris; neque in Brachio, neque in conventibus Electorum ſuffragium habet, Eccleſiaſticus, & Regalis utique habent. Stamentum Regale præterquam in Curia generali, alibi rarò, aut numquam in hac forma convocatur. Licet enim ad negotia reſultantia ex Curiis unaquaque ex his univerſitatibus, cui debetur interventus, eo quod Electi officium pertinuit ad Syndicum ejus, in urbe habet 80
Syndicum cum ſufficienti mandato ad negotia quæ de novo emergunt: neque Syndicum habere ſolent, neque eſt aliqua diſpoſitio cogens univerſitates ad eum conſtituendum modo, quo de Eccleſiaſticis diximus, atque adeo hic Status per Juratos urbis, alioſque Cives repræſentatur extra Curiam, ut infit dominus Don Braulius Eſteve *in dict. allegat. n. 8.* adinſtar concionis vocatæ per Dominum Regem Jacobum, tempore quo foros condidit; nam tunc nondum erat forma data Brachiis prædictis.

Quod ſæpè agitari ſolet in ipſo Brachio eſt, an urbs 81
Valentiæ, ſive voces illius, dimidium totius Brachii conſtituant; ita ut ea aliquid ſtatuente, juncto aliquo ex cæteris Syndicis, legitimam deliberationem majoris partis conficiat? Urbs arguit ab officiis Deputationis, nam, ut ait dominus Mora *rub. 2 num. 36.* illi tribuitur dimidium totius electionis: (& veritate inſpectu, aliquid amplius; nam licet officia Deputati, & Auditoris computorum æſtimabiliora ſint, & maximi momenti, atque dividantur æqualiter, officia adminiſtratoris, & Clavarii, ſemper ad urbem ſpectant:) expedit enim matrici hunc honorem concedere; nam caput totius Regni conſtituitur, eſtque membrum principalius corporis totius Reipublicæ. Cæteræ urbes, & oppida nituntur ea ratione, quòd ad urbem non pertinet dimidium oneris, ergo nec honoris: addunt etiam, quòd ratione Metropolis habet quinque voces in Brachio, atque adeo ad hunc numerum regulandam eſſe poteſtatem, & prælationem ipſius. Sed cum adhuc indeciſa ſit quæſtio, nec expedire credam, ut finis huic liti imponatur, conſultò omitto reſolutionem ſine ſententiæ meæ expreſſione.

Curia ſit convocata; accedit Princeps ad locum de- 82
ſtinatum in convocatione, ubi ſit propoſitio. Sed non absre erit, ut de modo ſedendi in ea aliqua dicamus: nam licet *Belluga* id pertractavit *dict. rub. 6. per tot.* illud ſpectat ad Curias generales totius Coronæ Aragonum; nos de Curia ſpeciali noſtri Regni agimus. Aula ampliſſima, non mediocriter ornata, conficitur, ſoliumque auguſtiſſimum erigitur in præcipuo angulo ipſius, ita ut in ſublimiori loco ſub periſtromate auro contexto excitetur Regia ſedes; ubi Dominus Rex reſidet in ſuggeſtu, xiphum (perpulchrum Hiſpanorum Regum inſigne) manu nudum teneris, indicantem ſupremam ipſius poteſtatem vitæ, neciſque: Sunt & exigui gradus ſub pedibus Regiis, & in ipſo tabulato modica planities, quo ſibi proximiorem Vicecancellarium, ultro que Prothonotarium, vel eorum officia gerentes ſtantes conſtituit inter Cubicularios, reliquóſque domeſticos Proceres, atque Magnates. Ad primum ex inferioribus gradibus (qui 83
plures; atque majores ſunt) aſſunt Regii Feciales, ſive Caduceatores, apud nos *Reyes des armas*, faſces argenteas manibus tenentes, ſuique muneris inſignia geſtantes (de quibus ab Alex. *dier. genial. lib. 5. cap. 3.* ubi Tiraquel. Don Chriſtophorus de Benavides *in advert. ad Princ. & Lega. cap. 3. verſ. No ayen*) interimque faſces Brachiorum Regni humiliter coram Regiis procumbunt. A dextris è medio ipſius planitiei verſus infimam ſuggeſti partem ſtat Regius Senatus; à ſiniſtris Getentes vices Bajuli, Magiſter Rationalis cum Locatenentibus; & Aſſeſſoribus. In corpore Aulæ ad dexterum angulum Brachium Eccleſiaſticum modo, & forma ſuperius deſcriptis. Ad lævum Militare, ſine ordine ſedendi, in longinquo verò ad faciem Principis Domaniale Brachium juxta ordinem ſuperius traditum. Omnes à principio reverenter Principem colunt ſtantes capitibus diſ-

coopertis. Sed Dominus Rex poſt quam ſedit, media voce Fecialis ſedere Brachia, capitaque cooperire imperat, ſicque ſedentibus Brachiis propoſitio Curiarum fit, eamque Regius Prothonotarius legit, de qua Belluga *rub.* 8. Principeſque ſervaturum ſe *foros*, atque *privilegia Regni* jure jurando profitetur, ut cautum eſt *in for.* 115. *de Cur. & Bajulo*, & explicat Belluga *rub.* 9. *per tot.* Hoc eodem modo concluſio Curiæ celebratur; nam oblatio, acceptatio, abſolutioque delictorum, legumtur ab eodem Prothonotario, forique promulgantur, & omnes Curiales Regiam manum flexis genibus deoſculantur.

SECTIO SECUNDA.

SUMMARIA.

84 *Curiæ convocandæ cauſas tradimus.*
85 *Gravamina proponere cuique licet.*
86 *Gravamen proponendum in Curia ejus generis debet eſſe ut aliter ſuccurri non valeat.*
87 *Remedium extraordinarium non conceditur, cui competit ordinarium.*
88 *Gravaminis remedium debet reſpicere bonum commune, etſi particulare, abſque Tertii injuria.*
89 *Gravamen debet continere expreſſam operationem contra forum, aut jus.*
90 *Gravamen ita debet proponi, ut ex illius narratione non reſultet alicui dedecus.*
91 *In gravaminis propoſitione non eſt inſpiciendum quis gravet, ſed ſubſtantia gravaminis.*
92 *Gravamina proponi poſſunt in Curia adverſus inferiores.*
93 *Gravare quando quis dicatur.*
94 *Gravamina dupliciter proponuntur.*
95 *Leges, ſive fori fiunt in Curiis.*
96 *De legibus Doctores qui tractant.*
97 *Fororum naturam quoad effectus tradita* c. 1. §. 1. per tot. *quoad cauſam.*
98 *Fori, ſive legis vera diffinitio.*
99 *Lex eſt ordinatio rationis, nam eſt modus imperandi, quoad ad rationem pertinet.*
100 *Lex, niti voluntate ſola non debet.*
101 *Lex non eſt voluntas Principis abſque ratione, ſed iniquitas.*
102 *Voluntas eſt ſedes perturbationum animi.*
103 *Ratio omnia moderatur.*
104 *Præceptum injuſtum adinſtar legis latum non eſt lex.*
105 L. filius 15. ff. de condition. inſtit. *verba expendantur.*
106 *Clauſula ſaluberrima Romanorum in legibus ferendis.*
107 *Leges obligant in foro conſcientiæ.*
108 *Leges, etiamſi civiles, obligant in conſcientia.*
109 *Legum multiplicatio vitanda.*
110 *Leges ex pluralitate infirmantur.*
111. *Lex debet eſſe loco, temporique conveniens.*
112 *Lex ſine pœna condigna, eſt cauſa delictorum.*
113 *Lex ordinari debet ad bonum commune.*
114 *Bonum commune comprehendit privatum.*
115 *Quod tendit omnino ob bonum particulare, privilegium eſt.*
116 *Utilitas privati cedet bono communi.*
117 *Lex jam lata, publicæ ſalutis cauſa præterniitti debet. Intervenientes in Curia non ſua, ſed publica curare debent, ibid.*
118 *Lex exprimi debet verbis clariſſimis.*
119 *Legis interpretatio ut vitetur, unicum remedium claritas verborum.*
120 *Legis claritas non conſiſtit in multiplicata locutione.*
121 *Imperator Alexand. Severus viginti doctiſſimos viros adhibebat ad verba legis concipienda maturè.*
122 *Lege prohiberi nequeunt omnes actus vitioſi.*
123 *Legis Canonicæ, & Civilis, differentia quoad finem.*
124. *Mala ſæpius ſunt ejus generis, ut coerceri non poſſint, meliuſque ſit non tentare remedium, ſed omittere.*
125 *Lex fieri debet ab habente poteſtatem ſupremam.*
126 *Legiſlativa poteſtas, quoad Valentinos non fuit à populo in Regem tranſlata,*
127 *Rex in Regno diſponere non poteſt per modum legis, contra conceſſa in foris.*
128 *Rex ſolus eſt Legiſlator in Aragonia.*
129 *Verba fori Supravrbii expendantur.*
130 *Rex non habet majorem poteſtatem ſe ipſo in Curia, contra Aragonenſes.*
131 *Regia poteſtas ſemper una eſt.*
132 *Rex non pendet à Curia, ſed Curia à Rege.*
133 *Brachia Regni in Curia vicibus fungantur privati contrahentis, nec aliud quidquam poſſunt.*
134 *Legem propoſitam in Curia à Brachiis, quæ non contrariatur foris, poteſt Rex decretare pro libito, decretumque tenebit.*
135 *Lex ita propoſita, ſi aliquid in derogationem fororum contineat, & à Rege decretatur diverſo modo ac proponitur, ſi Curia non proteſtatur, ex conſenſu præſumpto tenet.*
136 *Curia congregatur, ut debitis donativis Rex ſubveniatur.*
137 *Conſiliariis Regis periculoſum valde judicium de tributis.*
138 *Tributa debentur Regibus.*
139 *Quæ requirantur lege naturali, & divina inſpectis, ut Regi deberi tributa dicantur.*
140 *Cauſa legitima exiſtente, Curia tenetur in conſcientia tributum concedere.*
141 *Cauſa non debet eſſe proxima.*
Cauſa non ſemper publicari poteſt, ibid.
142 *Monitio quædam, ad Curiales inſtruendos, prudentiſſima, tradita à Maſtrillo.*

SUperiora breviter pro exteris dicta; videamus nunc ad quem effectum Comitia hæc indicantur. Mihi videtur triplici de cauſa vocari, quæ æqualiter ad utilitatem Regis, & Regni ſpectant, nempe ut gravamina tollantur, neceſſitatibus publicis ſuccurratur mediantibus ſaluberrimis legibus, Regique ſubveniatur, ut defenſioni Regnorum incumbere valeat; his enim dirigitur, & clauditur totus Curiarum finis. Ad quæ peragenda recte, nec regula certa dari poteſt, nec ita de me ſentio, ut credam adeptum fuiſſe modum hujuſmodi rei perficiendæ: ſed ne intactum omnino dimittamus articulum, in quo ſalus Reipublicæ conſiſtit, breviter hæc tria attingenda ſunt: faxit Deus, in communem utilitatem dicenda cedant. 84

Facta Curiæ propoſitione, eaque habilitate, ut tradit Belluga *rub.* 7. accuſatiſque contumaciis forablibus contra abſentes convocatos, de quibus Idem *rub.* 5. nominatiſque Examinatoribus, Proviſoribuſque gravaminum per Principem, & Curiam, ut ipſe docet *rub.* 10. *& rub.* 44. cuicunque licet gravamina proponere, de quibus per ipſum Belluga, *rub.* 11. cum *pluribus ſeqq.* quo loci latiſſimè materiam expedit, gravamina uniuſcujuſque Status exponendo. Sed nos non de ſpecialibus gravaminibus, ſed de modo proponendi in genere, quæ, & qualia iſta debeant exponi, tractaturi breviter ſumus. 85

In primis gravamen proponendum in Curia ejus generis eſſe debet, ut alio modo ſuccurri non valeat, unde ſi remedio ordinario via juridica uti poteſt proponens, in Curia admittendus non eſt, ſed ad eam viam remittendus, quia cui competit remedium ordinarium, concedi non debet extraordinarium: *l.* 1. §. *Idem Pomponius, ff. de dolo*, cum aliis adductis per Bellugam *in ſpecul. rub.* 42. *per totum* (quò latè explicat quid ſit gravamen in Curia reparabile:) Fontanell. *deciſ.* 517. *num.* 3. *tom.* 2. Tum etiam, quia adeſt ut plurimùm Tertii privati 86 87

jus,

jus,quod adimi quin audiatur non debet,*for. 1.cum seq. & for.sdc.de rescript.Princip.fnr. 4. si contra jus aliquid impetrat.* Fontanell. *decis. 295. numero nono, cum simil.* Ob quod plura gravamina in Curia proposita ad Judices ordinarios,hac de causa remissa passim videntur, ut in pluribus capitibus *extravagan. sententia gravam. fol. 74.pag.2.*contenta *in c. 10. & 11. gravam. Curiar. ann. 1626.* & alia plura.

88 Secundò,gravamen illud debet respicere bonum commune;& si aliquando particulare id debet esse, absque præjudicio Tertii; nam non semel accidit, ut per viam gravaminis quædam proponantur, quæ prima facie illud continere videntur; sed bene inspecta, sequitur præjudicium Tertii, qua consequentia non inspecta, aliqui ex consentientibus illaqueati manent. Cujus generis esse dicitur gravamen contentum *in c.12.dictæ Curiæ anni 1626.*quo declaratum fuit, usum interdicti Salviani esse contra forum.Erant in Senatu pugnantes inter se sententiæ,unus ex consentientibus contrariam partem declarationis hujus capitis in Senatu fovebat,ad vocem contra fori consensum præstitit; quòd in sui damnum cedere conspexit, quando jam remedio carebat.

89 Tertiò,debet continere expressam operationem contra foros, vel *justitiam indubiamjallàs* sequeretur, ut ratione gravaminis injustitia foveretur,vel per illud revocatio peteretur alicujus decreti justi, quod absurdum erit. Cujus generis est gravamen contentum *in cap.27.d.Cur. anni 1626.*nam *ex for.154.Cur.ann.1604.in eod.cap.allegato* apparet; quòd Barones concessam habeant jurisdictionem in causis delationis armorum prohibitorum per Regias pragmaticas sub his verbis: *Puissen conoixer de totes les armes prohibides.* Per verbum *possint cognoscere,* non tribuitur jurisdictio privativè, sed cumulativè; ut explicatum fuit per Regium rescriptum anni 1606. & à jure cavetur, ut pluribus relatis tradit Mastril *de Magist.lib.3.c.2.n. 37. & seqq.* nam non fuit concessa eis in dominium,ut infra probabimus *c.6.§.1.n.65.*sicque jurisdictio in his competit prævenienti, ac per consequens, in eo casu Regiæ Audientiæ,ob quod provisio,sive decretum huic resolutioni correspondit.

90 Quartò,ita debet proponi gravamen,ut per illud non inferatur dedecus alicui.Hujus generis esse videtur contentum *in cap.15.ejusd. Curiæ anni 1626.* nam substantia gravaminis ibi contenti ita proponi potuit, ut in futurum ævum memoria non relinqueretur similis facti, cum expressione nominis ipsius patientis,non enim implicat jura patria tueri, & cætera tacere,quæ non expediunt patriæ,vel privato,quominus scribantur, & si aliquando necesse sit nomen exprimi,extra scripturam,quæ typis mandanda est, fieri potest.

91 Quintò,non est inspiciendum quis procedimenta fecit, sed substantia operationis,aut facti;non manus, sed jaculum; nam in Curia non solum deduci possunt gravamina Superiorum,sed & inferiorum, ut probat Bellu-
92 ga *d. rub.42.n.5.vers.Sed hoc quod dixi.* Quod maximè procedit in Regno, in quo pluribus concessa est jurisdictio privativè in certis causis, rebus, aut territoriis.
93 Quando autem hi inferiores dicantur gravare, tradit idem Belluga *d.n.5.vers.Et scias quod multipliciter potest; usque ad finem.*

94 Modus autem proponendi,& expediendi gravaminis duplex est; nam aut proponitur adinstar contrafori (de quibus verba fecimus,licet ad alium modum multa pertineant)quorum propositiones cum decretis reperiuntur in unaquaque Curia ad initium; aut coram Provisoribus gravaminum à Rege,& Curia nominatis, quos appellamus *Juges de grauges,*de quibus per Bellugam *dict. rub.10.42.& 44.*Ripoll.*de Regal.c. 36. nu. 28.* quorum exemplar ad literam tradit P. Salon *de just.& jur.tom.2. colum.mihi 455.* & adest aliud *in d. extravag.fol.74.*Sed in utroque modo ea observanda sunt quæ diximus;nam ratio in utroque procedit.Cætera,quoad gravamina,qui cupit,adeat Bellugam à *d. rub.10.cum seqq.usque ad 44.* Solùm est præmittendum, quod cum declaratio facta per Provisores gravaminum sit ad modum sententiæ, permissa est appellatio,quamvis sententia exequi debeat præstita cautione, ex *for. 12. Cur. ann. 1604.*

Leges fiunt in his Comitiis, quas *foras* appellamus 95
(licet enim fori propriè dicantur *consuetudines* vim legis obtinentes,ut ex *for.1.in proœm.fuer.* dixi *cap. 2.§.5. n.57.*tradunt Calixtus Ramir.*de leg.Reg.§.19.n.17.*Ant. Gom. *in l.1.Taur.n.1.* quasi fori,ubi jura dicuntur, observationes)ex communi usu loquendi leges nostras *foros* appellamus,etiam si latæ sint nulla præcedente consuetudine;tradunt Belluga *rub.2.per tot. & rub. 47.* dominus Leon *decis. 144.* D. Cerdan *in verilequio, c.1.§.1.* & 2. P. Mandariaga *de Senatu,& Principe,c.4.vers. El segundo,in fin.*ex Catalanis Mieres, Fontanella,Cancer, & Ripoll. *ubi prox.*ex Aragonensibus Molina *in Reperterio,vers.Curia,& verb.foros,*ubi Portoles,Bardaxi,& Calixtus Ramirez qui eum laudat,*d.§.19 à n.4.& §.25. per tot.*ex Castellanis constat ex *l.1.Tauri.*ibi:*El ordinamento que Nos hizimos en estas Cortes.*Didacus Perez *ad leges ordinamenti,in proœm.q.6.*ex Siculis Mastril.*de Magistratib.lib.5.c.15.n 64.*passimque apud omnes Doctores superius relatos, loquentes de Curiis, sive Comitiis.

De legibus condendis,earúmque qualitatibus,natura, 96
vi,atque dispositione plura dicere possemus;sed quoniã de hoc argumento tot tantique tractatus scripti sunt, adeat lector *auctores seqq.*Div.Th.1.2.*à qu.90.cum seqq.* ibique omnes Expositores, Communum *lib. 1. comment. jur.civil.c.7.cum seqq.*Bartol.Baldum.& cæteros DD.ordinariè scribentes ad titulum,*ff de legib.& Cod.de const. Princ.*& Canonistas *ad tit.de constitutionib.& in 6.* Ant. Aug. *in tr. de leg.* Corras. *ad l.8.ff.de just.& jur.* Fornar. 1.*select.24.*Donell.*lib.1.comm.c.8.*& *ibi* Osuald.Illig.*lit. C.P.*Greg.Tolos.*de Repub.lib.10 per tot.& aliis lib.seqq. & præcedent.*Mastril.*de Mag.lib.3.c.3.per tot.*Besold. *politicor.lib.2.c.2.*Adamus Gorzen *politicor. lib. 5. per tot.* nostrum doctissimum Senatorem celeberrimum Gasparem Ægydium Polo *in scol. jur.in prælud. ad l.1.de legib.* Barb.*in collect.ad tit.de constit,& cap.erit autem lex,dist. 4.*D.Petr.Aug.Morlà *in emporio.tit.1.per tot.*Christoforum Anguiano *de legib.per tot.tract.*Ant.Gom.*ad l. 1. Tauri,* Didac.Perez.*in d.proœm. ordinam.* P. Suarez *in uberrimo tra.de legib.*P.Vasquez *in 2.2. Divi Th.q.155.* Bonac. *de leg.disp.1.& seqq.*Par.Castr.Palao *in oper.moral.to.1.tr.2. per tot.cum seqq.*P.Salon *de just.& jure tom.2.in p. 77. in 2.2. Divi Th.art.1.controv.7.cum seqq.* Præpositum Rocafull *in prax.moral.som.3.lib.1.de legib.per tot.*P.Fragos, *de Republica to.1.lib.1.disp.3.& 4.* Solorz.*Emble.66. per tot.* qui plures alios laudant.

Naturam nostrarum legum quoad effectus explicavi- 97
mus *sup.c.§.2.à n.usque ad fin.*nunc verò quoad causas aliqua dicenda sunt,& licet omnia apud Auctores prædictos invenies, ne fatigeris in quærendis eorum dictis,nostrisque moribus applicandis,ea quæ conducunt ad nos,colligere statui, ut necessaria ad fororum ferendorum rectitudinem præ manibus habentur.

Diffinitiones *legis* plures tradunt DD.Communis *d.lib.* 98
*1.comm.c.8.n.7.*Gomez *in d.l.1.Tauri,n.1.*Suar.*lib.1.de legib.c.12.*Rocafull.*d.lib.1.c.2.n.9.*sed Castro Palao *d.tract. 3. disp. 1. punct. 1. n. 2.* ex Divo Th.diffinitionem propriam desumsit,nempe:*Ordinatio rationis in bonum commune, ab eo, qui curam communitatis habet,promulgata.* Quæ consonat cum tradita à D.Morlà *in emporio,tit.1.in præmiss.n.14.*D. Ægidio Polo *ubi prox.vers.Lex erg.* Anguiano *de legib.lib.1.contr.1.n.9.*D. Cerdan *in verilequio, c.14.§.1.in princip.* Itaque ea retenta, circa qualitates quibus *forus* debet constare,ut efficax ejus latio sit, Reipublicæ que proficua, quæ à nobis percipiuntur explicabimus,ad declarationem ipsius diffinitionis.

Debet in primis forus,esse *ordinatio rationis,* ut Divus 99
Thomas de lege qualibet docet, *d. q. 9. art.in corp. l. 2.*

ff. de legib. Consuetudo, dist. 1. nam ut ait Consultus *in l.1.ff.de legib. Lex est commune præceptum*; sed præcipere, & imperare est rationis, ut Angelicus Doctor docet *ibid.& q.17.art.* 1. ergo lex debet ratione niti, non verò
100 voluntate: unde Divus Thomas *eod.art.1.ad.3.* ait: quòd etsi voluntas Principis habeat legis vigorem, ita concipiendum est, ut ratio habeat vim movendi à voluntate; alioquin voluntas Principis, esset iniquitas magis, quàm
101 lex. Unde fori ita proponendi sunt, ut ratio imperet, suadeat, moveat, non autem voluntas: nam neque *forus* erit à voluntate sola procedens, neque legis habebit vigorem. Et ratio est, quia voluntas hominis deteriora sequi solet, juxta illud Ovidii:

—Video meliora, probóque; Deteriora sequor.

102 Quod expressiùs Divus Paulus dixerat *ad Romanos* 1. *Sentio aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ.* Ecce pugna inter rationem, & voluntatem. Unde voluntas sedes perturbationum animi assignatur, ut probat Octav. Branchifort. *de animi perturbat. lib.3.sect.2. & lib.4.sellion.1.* sicque subjici solet affectionibus amoris,
103 odii, timoris, doloris, iræ, vindictæ, & similibus; quibus ratio nunquam subest, imò omnia regit, & moderatur libarè. Voluntas enim ab appetitu sensibili movetur, ac perturbatur: ipsa verò per se imperare illi nequit, sed medio intellectu, cui ad hoc famulatur fantasia, nempe ad appetitum dirigendum; sic philosophatur Branchifort. *dict. sellion. 2. libr. 4.* Atque adeo quoties forus; vel lex proponenda est, ut feratur necesse est non secundùm appetitum, & voluntatem his affectionibus perturbatam, sed secundùm rationem, & intellectum.
104 Quo posito justa, & honesta erit lex, quia ejus essentiæ principium est; nam etsi adinstar legis feratur præceptum aliquod injustum, vel inhonestum, aut ratione carens, lex esse non potest, nec tenet ejus dispositio; ita docent Vasquez 1.2.*disput.*151.*cap.*2. Salas *de legib.disp.* 2.*sect.*8.*n.*50. Bonacina *disp.*1.*de legib. quæst.*1.*punct.*1.*n.*9. Suarez *lib.*1.*de legib.cap.*9.*n.*11. Castro Palao *d.tract.*3.*disput.*1.*punct.*1.*num.*4. Rocafull. *dict. cap.* 2. *num.* 4. dominus Morlà *ubi prox num.*15. plura. per Barbos. *in collect. dict. cap. erit autem lex, num.*2.*& seqq.* Adamus Cotzen *lib.* 5. *politicor.cap.*12. qui §. 1. *vers. Indorum*,
105 verba mira Divi Augustini refert. Unde hoc menti tenendum puto omnibus, in legum, seu fororum rogandorum cœtibus adstantibus, quod dixerat Consultus *in l.filius* 15.*ff.de condit.instit.* ibi: *Nam quæ facta læduntpietatem, existimationem, verecundiam nostram, & (ut generaliter dixerim) contra bonos mores fiunt, nec facere nos posse dicendum est.* Verba elegantissimi Papiniani digna. Ob quod Romani legibus suis hanc clausulam adjiciebant: *Si quid sacri, sanctique est, quod jus non sit rogari,*
106 *ejus hac lege nihil rogatur*, ut ex Prob. & Cicerone *pro Cæcin.* tradit Hippolyt. à Collibus *in libello inscripto, Consiliarius. ad fin.*

Infertur etiam ex hoc, quòd leges obligant in foro
107 conscientiæ; nam si lex est ordinatio rationis, peccatum verò actus liber rationi oppositus, quodcunque adversatur ordinationi rationis, peccatum erit; servata proportione gravitatis, vel levitatis materiæ ad mortale, vel veniale. Quòd autem peccatum sit actus liber rationi oppositus, docent omnes Theologi post Divum Thomam 1. 2. *quæst.* 71. *art.* 6. *in corpore, & ad* 4. ibi: *Si autem feratur ad jus naturale, quod continetur primo quidem in lege æterna: secundario verò in judicatorio rationis humanæ: tunc omne peccatum est malum, quia prohibitum: ex*
108 *hoc enim, quod est inordinatum, juri naturali repugnat.* Quòd autem lex, etiamsi lata à Principe sæculari obliget in foro conscientiæ, tenent ex juris Interpretibus Covarruvias, Navarr. Burlat. Cenedo, Menchaca, & alii adducti per dominum Morlà *in emporio. i. quæst.*7.*per tot.* Molina *de Hispanor. Primog. lib.*2. *cap.* 1. *n.* 7. & *ibi* Addit. Ex Theologis Divus Thom. 1.2.*q.*96.*art.*4. Castro, Suarez, Vasquez, Bonacina, Sayrus, Salas, & alii relati à P. Castro Palao *dict. tract.* 3.*disp.*1.*punct.*14.*n.*2. Adam. Cotzen. *d. lib.*5. *cap.*8. *&* 9. ex nostratibus P. Salon. *d. tom.*2.*q.*77.*artic.*1.*contr.*7.*colum. mihi* 79. *vers. Communis autem.* P. Joann. Valero *de differ. inter utrumque forum, verb. lex, differen.*7.*num.*3. *& seqq.* Rocafull. *dict. tom.* 3,*lib.*1.*de legib.c.*5.*n.*21. (quæ conclusio intelligenda est cum limitationibus ab eisdem Doctoribus tradita) & ob hoc solum multùm perpendi debet quomodo lex rogatur. • Si enim in materia gravi inducit ad peccatum mortale, quare in his quæ voluntate appetuntur, & necessitas non urget, vitari omnino debet.

Demum, multiplicatio legum vitanda est, ut bene 109
scribit Pater Marquez *in Gubern. Christ. lib.*1.*cap.*17.§.2. nam ut ait Tacit. 4. *Annalium: Corruptissima Republica, plurima leges.* Nam quæ ad salutem indicuntur, ad mortem tendunt, Plin. *in paneg. ad Trajan. Ne legibus fundata civitas, legibus evertatur.* Cujus rei ratio duplex est; *Prima*, nam multitudo pœnarum, iniquitatis signum est; idem Plinus *ibid. Mille pœnarum indagine inclusos* quod ut Justus Lipsius interpretatur *ibidem num.* 293. *Variarum legum laqueis, retibusque cinctos ut feras, ne possint perrumpere.*

Secunda, nam ex pluralitate leges infirmantur, obli- 110
viscuntur, cum tot esse possint, ut subditi mente retinere non valeant, sicque ad earundem observationem minimè teneantur: quod docuit Divus Thomas 2. 2. *quæst.* 105. *art.* 1. *ad* 3. atque adeo politicæ doctrinæ Auctores parvitatem legum ad salubriores Reipublicæ effectus semper commendant. Connanus *lib.* 1.*com.cap.*9.*n.*2. P. Marquez *ubi proxim.* dominus Cerdan. *d. c.* 12.§.1. *in princ.* P. Valasquez *de optimo Princ. lib.*4. *adnot.* 2. *num.* 1. Justus Lipsius *civilis doctrinæ lib.*2.*c.*11. Christophor. Besoldi *politicor.lib.*2.*c.*2.*n.*37.*vers.*2. Adam Cotzen *politicor.lib.*5.*c.*11. D. Didacus Saavedra *symb.*21.§.*Tametsi.*

Sequitur deinde, quòd lex debet esse tempori, & loco 111
conveniens, Divus Thomas 1.2.*q.*95.*art.*3.*in corpor.* Petr. Greg. Tolos. *de Repub. lib.*7.*c.*20.*nu.* 20. Anguian. *de legib. lib.*1.*cont.*2.*num.*4. dominus Morlà *in emporio, ubi prox. n.*53. Barbos. *in collect. ad dict.c.erit autem lex, n.*6. Besol. *d.c.*2.*num.*32.*&* 38. Cotzen. *d.c.*21.§.6. Unde pœna ap- 112
posita in ipsa lege debet correspondere delicto, juxta loci, & temporis qualitatem, nam lex sine pœna debita, ut bene ait Tertul. *lib.*1.*contr. Marcion. erit bonitas imaginaria, disciplina phantasma; & ipsa transfunctoria præcepta, secura delicta.*

Ad bonum commune, ordinatio ista rationis tendere de- 113
bet, *Cap. erit autem lex*, 4. *dist. l.*1. ibi: *Commune præceptum l.*8. ibi: *Jura non in singulas personas, sed generaliter constituuntur: ff. de legib.* D. Th. 1.2. *q.* 90. *a.*3. plures laudati à Barb. *in d.c.erit autem lex, n.*7. P. Castro Palao *d.tr.*3.*disp.* 1.*punct.*1.*n.*5. D. Morla *in præmis.n.*16. *Salus enim publica non modò publicum bonum comprehendit, sed in Reipublicæ salute simul, & privatorum omnium commoda, salusque agitur*, dixit Guiccardin, *in hyppom. politic. propos.* 103. 114
(quomodo, aut quia scientia salus publica percipiatur, tradit Joannes ab Affelen *in libello, Vir politicus*, qui adest *in specul. Aulicar. propos. pag. mihi* 406.) Quod ita intelligendum est, ut intentione legis primò, & per se bonum publicum attingatur, D. Thom. *ibid.* licet quoad executionem alicujus privati bonum resultet: explicat dominus Morla *ibid. n.*18. Et licet quando tendit ad bonum 115
privati omnimodè, privilegii naturam sortiatur, ita intelligi debet, ut bonum illius particularis non tendat versus bonum commune; nam certissimum est utilitatem privati cedere debere utilitati publicæ, ita ut ex hac ratione lex humana obliget ad actum, cui est periculum vitæ annexum, Covar. *Alma* 1.*part.*§.3.*n.*9. Soto, & alii 116
relati à P. Castro Palao *d.disp.*1.*punct.*16.*n.*1. ergo multò magis impediet effectum concessionis ad favorem privati, si id tendat in publicam perniciem, cùm salus populi suprema lex sit. Imò lex semel statuta, publicæ salutis causa prætermittitur, jure permittente, Guiccardin. *ubi* 117
supr.

supr. propos. 17, diximus *c.* 1. §. 2. *n.* 44. bene Claudian. ad Honor.

Non tibi nec tua te moveant; sed publica damna.

Id præ oculis habendum puto iis, qui in Curia adsunt; nam si cæteris præponuntur, ut publicis necessitatibus subveniant, non sua sed Reipublicæ curare debent.

118 Et hoc quòd lex sit *communis præceptum*, sequitur, quòd exprimi debet eis verbis, ut ab omnibus clarè percipi possit. Cum enim res gravis sit quod lege cavetur, subditisque onerosa, eis verbis debet constare, quibus sufficienter mens legislatoris exprimatur *l. leges sacratissimæ, C. de legib. l. lege Leonis* 10. ubi Gloss. *C. de pactis*, cum aliis adductis per Barbos. *in d. collect. n.* 10. P. Castro Palao *d.*

119 *disp. 1. punct. 9. n. 1.* Cotzen *d. c.* 11. §. 5. *ad fin.* Besoldi, *d.* 2. *n.* 30. In hoc enim consistit tota vis legis, nam si clara est, non indiget interpretatione; obscura verò necessariò exponi debet: & sic quotiescunque lex aliqua, vel forus est rogandus, matura deliberatione verba ipsius concipienda sunt: *l. humanam* 8. *C. de legib.* Petr. Gregor. Tolos. *de Repub. lib.* 10. *c.* 5. *num.* 13. ita ut mens legislatoris, & proponentium, clarissimè pateat. Præcipuè in hoc regno, in quo interpretationem omnino excludere cupiunt. Si memoria non fallit, non ita consultè verba, omnium fororum proponendorum perpenduntur, ut præmeditata condignè satis appareant, quò fit ut explicatione postea indigeant. Unica enim via vitandæ interpretationis, est verborum clara conceptio; si enim clarè verba legis concipiantur, interpretatione non erit opus. Bene Con-

120 nanus *d. lib.* 1. *c.* 9. *n.* 1. & P. Greg. *ubi prox. n.* 22. & Cotzen *ibid.* Nec claritas consistit in multiloquio, imò pluralitate verborum, mens, quæ est anima legis, ut alibi dixi, involvi solet, tradit P. Marquez *ubi sup.* periti ad hoc solum destinentur; aliter enim difficiliter finis prædictus obtinebitur, tempúsque eis concedatur ad verba concipienda. Nam Alexander Severus Imperator, non solùm viginti doctissimos, ac sapientissimos viros in sanciendis legibus adhibebat, sed ut ait Ælius Lamprid *in ejus vita: Dato tamen spatio ad disquirendum, cogitandumque; prius quàm dicerent: ne incogitati dicere cogerentur de rebus ingentibus.*

121 Ex eodem principio, quòd leges ordinentur in bonum commune, sequitur, quòd non debent eis prohiberi omnes actus vitiosi; quia, attenta hominum conditione

122 conveniens est ad rectam gubernationem totius Reipublicæ, aliqua mala permittere, & impunita relinquere: nam licet omnes actus vitiorum à lege naturali, vel divina prohibeantur, id provenit eo quòd lex divina, & naturalis attendunt quid unicuique expediat; lex autem positiva, quid communitati conveniat: & cum communitati hominum conveniens sit, attenta eorum fragilitate, aliqua minora mala permitti, non potest esse conveniens, ut omnia prohibeantur: D. Th. 1. 2. *qu.* 96. *art.* 2. *in corp.* Tiraq. *in l.* 9. *connub. n.* 2. *cum seqq.* Sesse *de inhibition. c.* 5. §. 6. *n.* 3. qui alios refert, Barbos. *in d. collect. n.* 5. Salas *disp.* 9. *de legib. sect.* 2. *n.* 39. Suarez *lib.* 3. *de legib. c.* 12. *n.* 12. *& lib.* 4. *c.* 11. *n.* 3. Besol. *d. c.* 2. *n.* 33. Castro Palao *d. disp.*

123 1. *punct.* 5. *n.* 1. *qui n.* 3. differentiam mirabiliter tradit inter leges Canonicas, & Civiles: nam licet hoc commune habeant, ut omnes virtutem, & honestatem respiciant, Canonicæ leges primò; & per se respiciunt virtutem, quatenus sunt media ad finem supernaturalem. Civiles verò respiciunt virtutem, quatenus ad rectam, & convenientem gubernationem conducunt; sicque materia illarum est temporalis, illarum verò spiritualis: ob quod ne manus mittamus in messem alienam, ea quæ ad rectam

124 gubernationem conducunt curemus, conducentia ad finem supernaturalem, Pastoribus ovilis Christiani relinquendo. Quibus addi potest, quòd aliquando mala sunt ejus generis, ut cœrceri non possint, ac per consequens, turpius est tentare quod assecuturi non sumus, quàm id quod consequi nequit, prudenter omittere: P. Greg. Tolos. *de Repub. li.* 13. *c.* 5. *n.* 7.

Sequitur in diffinitione *ab eo qui curam habet communitatis*; lex enim sumit vires à potestate promulgantis; quis ille sit tradere debemus. Omitto quæ à Doctoribus passim adducuntur de potestate Pontificis, quoad Canonicas; Imperatoris, Regum, Populorumve quoad Civiles: nam nostri instituti non est; de quibus Petr. Gregor. Tolos. *de Repub. lib.* 9. *c.* 1. *n.* 39. *& lib.* 47. *syntag. c.* 25. *n.* 32. *& c.* 29. *n.* 8. Covarr. *practicar. c.* 1. *concl.* 1. Navarr. *in cap. novit, de judiciis, notab.* 3. *n.* 119. Gomez *in l.* 1. *Tauri, n.* 6. Anguian. *de legib. lib. cont.* 1. *n.* 12. Dñs Morla *in empor. d. tit.* 1. *in præmiss. n.* 20 *cum seq.* ex Theologis Div. Th. 1. 2. *q.* 90. *art.* 3. *ad* 2. *& q.* 97. *a.* 3. *ad* 3. Castro *lib.* 1. *de lege pœnali, c.* 1. §. *postquam.* Suar. *lib.* 3. *de legib. c.* 2. *n.* 3. Castro Palao *disp.* 1. *punct.* 22. *per tot.* ceteriq; Scribentes omnes *de legib.* 125

Videamus igitur apud nos, cui deferatur hæc potestas? 126
dixi *sup. c.* 1. §. 2. *n.* 4. Dominum Regem ac expugnatione Regni supremam, ac Regalem jurisdictionem obtinuisse, nulli mortalium subordinatam; ex quo infertur potestatem legislativam non à populo in eum translatam fuisse, ut de Romano Principe, *in* §. *Sed & quod Principi, Inst. de jur. natur. gen. & civil.* dicitur cum *vulgatis*, sed proprio sanguine adquisitam. Nec privilegia Aragonensium, aut Catalaunorum ad nos transierunt, cum diverso jure fruamur; sed solum ea, quæ ex benignitate nostrorum Regum indulta sunt, & quæ suis servitiis nostri Majores acquisierunt. Unde allegare non possumus aliud, quàm hoc, quod scriptum habemus in foris, & privilegiis. *Num.* 41. cum *duobus seqq.* diximus Regem dispo- 127
nere non posse per modum legis contra concessa in foris, sed simul cum Curia; & cum ibi dixerimus, Regem in Coronâ Aragonum legislatorem esse simul cum Curia, explicare debemus amplius hanc propositionem. Verum enim est, quòd Aragonenses, & Catalauni eam firmant simpliciter, quod explicari debet cum *Belluga*, ut dixi, in his tantum quæ contra libertates, & foros qui transierunt in contractum, constituuntur. In reliquis verò Rex solus est legislator, & sine Curia potest constituere quidquid in commune bonum expedire sibi visum fuerit, cum ad eum pertineat ratione supremæ potestatis. De Valentinis, & Catalaunis tradidi *num.* 45. 128
quomodo id fiat per pragmaticas sanctiones: De Aragonensibus verò minimè: nam Doctores ibi laudati absolutè potestatem legislativam D. Regi competentem limitant, dicendo non posse sine Curia legibus aliquid jubere: quod eo firmat Calixtus Ramirez *de l. Regia*, §. 4. *num.* 9. *&* 13. sed implicat cum traditis ab ipso; nisi cum *Belluga* interpretemur de legibus derogatoriis fororum, & libertatem; nam cum ex contractu ad eorum observationem Rex teneatur, inde sequitur, quòd non à se ipso potest proprios contractus frangere, *l. nihil.* 25. *ff. de regul. jur.* cum *vulgatis*, sed requiritur alterius contrahentis consensus. Implicatio enim in eo est; nam Aragonenses nituntur in ea lege *Suprarbii*; sub qua Regnum traditum fuit primo illorum Regi: ipse enim Ca-
lixtus Ramirez fatetur in §. 25 *num.* 4. Populi illius, po- 129
testatem in Regem fuisse translatam ea Suprarbii lege his verbis: *In pace, & justitia Regnum regito, nobisque foros meliores irrogato.* Quibus adde Hiero. Blancas *in Comm. rer. Arag. pag.* 21. qui postquam verba relata posuit, *ex c.* 3. addit: *jura dicere Regi, nefas esto, nisi adhibito subditorum consilio.* Quod si de jure condendo generaliter intelligendum esset, pugnaret cum eo: *& foros meliores nobis irrogato.* Quare explica cum Belluga de legibus oppositis foris, & sic in praxi deductum fuit, ut de Alphonso III. testatur ipse Blancas *pag.* 178. de Alphonso IV. *pag.* 187. de aliis Regibus & Proregibus Calixtus Ramirez *de leg. Reg.* §. 21. *n.* 12. attestans non esse contra forum, & sic pronunciatum fuisse in Curia Justitiæ *anno* 1578. Et quanquam Dñs Crispi ab hac interpretatione aliquantulum discedat *obs. l. n.* 75. ego tamen nunquam, di-
cedam; quia potestas legislativa in Rege residet ex vi illo-

rum verborum, *& fores meliores nobis irrogates.* Ecce apud Regē translata fuit potestas legislativa, in eodem jure, in quo negatio niritur. Immemorabili consuetudini attribuit postea, quòd leges teneatur ferre simul cum Curia: & si dicatur de legibus derogantibus foros, fateor libenter; sin autem aliud præter ipsos statuatur, valde dubito de probatione consuetudinis, cum nihil Calixtus demonstret ad eam debito modo ostendendam, nam in pura negatione id probare nequibit, cum consuetudo sit quid
130 facti: pura verò negatio exercitii potestatis legislativæ solum privationem inducit, quæ nullum jus firmare potest, nisi data acquiescentia alicujus actus impeditivi illius facultatis: Quod accuratè notat Ant. Marthe. *de auction. lib. 1. c. 10. n. 34.* alios referens. Sed cum gravissimus, atque doctissimus Dñs D. Michael Hieronymus de Castellot Regens S.S.A.C. nostram urbem visitando, de his mecum egisset, dixit aliis Aragoniæ legibus cautum reperiri, quod utique fieri posse nemo dubitat.) ait præterea §. 18. *n.* 2. & Selle *de inhibition. c. 5. §. 9. n. 9.* Regem
131 Dominum majorem potestatem se ipso habere simul cū Curia, quod absit. Nequaquam enim similis propositio in ore tantorum virorum in juris scientia peritorum, residere, aut admitti debuit. Non enim Rex pendet à Cu-
132 ria, sed ipsa Curia à Rege, cum Regnum sit Monarchicum, atque successivum in posteros, ut in simili probat Petr. Greg. Tolos. *de Repub. d. lib. 24. cap. 5. n. 3. & lib. 13. cap. 12. n. 14.* Regia enim potestas semper est eadem, nec populo ad Curiam congregato aliqua defertur potestas, aut jurisdictio. Neque ex eo quòd foros de consensu Curiæ derogare possit ad ipsam Curiam aliqua potestas legislativa pertinet. Tunc Curia verè Regnum repræ-
133 sentat, solumque est persona (ut ita dicam) legitima, quæ tanquam privatus contrahens à contractu discedere potest, ob quod Regia dignitas non diminuitur, nam non posse extra Curiam, sive absque ejus consensu, quæ à rationis tramite deviant, non est imperfectio in Rege, imò perfecta justitia, cum intelligatur ipsum nolle à contractu proprio, sine consensu alterius contrahentis discedere. Quod intelligendum est, dummodo non urgeat necessitas publica; nam ea urgente potest Rex contravenire contractui, *l. si quis in gravi, §. Virum, vers. Hi quoque, ff. ad Sillanian*, cum aliis adductis à domino Leon *decis. 36. n. 18. lib. 3.* & à me *c. 1. §. 2. n. 44.* idem postea tenuit Dñs Crespi *d. obs. 1. n. 75. ad fin.* Unde provenit, quòd si à Brachiis aliqua lex proponatur, quæ non sit contraria foro antecedenter concesso, aut privilegiis Regni, quamvis
134 propositio in decreto moderetur, id quod decreto continetur, legis habebit vigorem, etsi Curia dissentiat; nam ejus consensus non requiritur ad novam legem, qua antiquiora non læduntur. Imò si aliquid concedatur, & ali-
135 qua omittantur, id quod expressum est, vigorem legis obtinet tantum, ut benè probat dominus Leon *d. decis. 39. n. 51. tom. 3.* ubi decis. Supremi. Si autem contra foros sit id, quod proponitur decretandum, tunc jam Curia defert supremæ Regis potestati legislativæ novationem illius juris, & si fortè decretum non conformetur propositioni, & Curia acquieverit, ex tacito consensu revocatio fori approbata est modo contento in decreto, nam ipsum approbasse Curiam dicendum est, sicut respectu actorum Curiæ cæterorum Brachiorum dixi *d. c. 1. §. 2.*
136 *n. 49.* quod est de mente Senatus, tam Supremi, quàm nostræ Regiæ Audientiæ.

Postremò dicitur *promulgata*, nam promulgatio requiritur, ut lex teneat *c. in illis, dist. 4.* plures relati per Barbos. *in collec. ad illum text. n. 1.* Dñm Morla *in empor. q. 5. n. 1. & seqq.* Auguian *de leg. lib. 1. controv. 1. n. 13.* P. Castr. Palao *in oper. mor. d. tr. 3. disp. 1. pun. 11. n. 1. & seqq.*
137 qui cum plura tradant, ideo in his non immoramur.

Tertia causa indicendarum Curiarum est, ut subditi Regem juvent donativis, atque indictionibus, ad eorum defensionem, & rectam gubernationem de quibus per Bellug. *rub. 46. per tot.* Sed quoniam nimis periculosum est Regiis Consiliariis judicium ferre de imponendis tributis, ex optima ratione tradita à P. Velasquez *de ope Prin. cip. lib. 5. annot. 15. n. 1.* ideò tantum quæ necessaria sunt dicamus. Ad hoc vocari Curiam docet Bellug. *d. rub. 6. n. 18. & rub. 46. per tot.* Dñs Mora *in toto tract. compil. foror. Depuus.* præsertim *rub. 21. cum seqq.* Dñs D. Braulius Esteve *in d. allegat. n. 11.* P. Michael Salon *de just. & jur. tom. 2. in disput. de vectigal. & tribut. artic. 5. controv. 2. colum. mihi 432. cum seqq.* Ex Catalaunis Cancer. *variar. lib. 3. c. 3. n. 119. & seqq. & n. 170.* Fontanell. *decis. 217. per tot. tom. 1.* Calicius *in extravag. Curia, n. 79.* Don Acasius Ripoll. *regal. c. 7. n. 20.* Ex Aragon. Molinus *in report. verb. Libertates, vers. Libertatis*, Bardaxi *ad for. Aragon. in §. Item peages nuevos, tit. de privil. general. n. 23. & 26. & in for. 3. §. Item que no sean dados, tit. de conserv. patrim.* Calixt. Ramir. *d. l. Regia, §. 26. per tot. præcipuè à n. 6.* Ex Sardis, Don Ant. Canales *de Parlamentis disc. 2. & seq.* Ex Castellanis, Parlador. *rerum quotid. lib. 1. c. 3. n. 13. & seqq.* P. Marquez *in Gub. Christ. lib. 1. c. 16.* Don Franc. Amaya *in l. 3. n. 37. C. de annon & tribut. lib. 10.* Larrea *allegat. fiscal. 54. ex n. 1.* Solorz. *Emblem. 83. n. 18.* Saavedra *in symbol. symb. 67. §. Si Regnum.* Ex Lusitanis, Fragos. aliis relatis, *de Repub. p. 1. lib. 3. disput. 8. §. 2. per tot.* præcipuè *n. 8.* Ex Siculis, Mastril. *d. c. 15. n. 2. lib. 5.* Giurb. *d. decis. 118 n. 2.* Ex Neapolitanis, Ponte *de potest. Proreg. tit. de regal. imposition. in rub. n. 24. & §. 8. n. 37.* atque generaliter *per tot. tit.* Ex Angelis, Polidor. Virg. *in histor. Anglic.* Petr. Gregor. *syntag. 1. p. lib. 2. c. 3.* De Gallis, idem Gregor. *de Repub. lib. 24. c. 4. n. 8. & c. 5. n. 3.* (licet Philippus de Comines hoc jus transgressum fuisse Carolū VII. scribat *in vita Ludovici II. Regis Gall. c. 129.*) qui plures alios laudant, materiamque pertractant latissimè, traduntque præmissa debita disputatione, quòd hæc donativa, sive munera, vectigalia, aut superindictiones non sunt voluntaria: quod firmare procurabimus sequenti tantum con- 138
sideratione.

Vectigalia, tributa, seu donationes debentur Regibus jure alimentorum, tradit elegantissimè rationem Divus Chrysostomus (nolo tibi juris dispositionem tradere, quam forsan non credes, benè verò Patris Ecclesiæ Doctoris, quam negare non audes) his verbis: *Cur ergo vectigalia Regi damus? Nunquid non tanquam præsidenti? cura tuitionisque mercedem solventes: Atqui nihil illi solvimus, nisi ab initio utilem nobis talem fuisse præfecturum cognovissemus. Verùm propterea ab antiquis temporibus communi sententia principes à nobis sustentari deberi visum est, ob id quòd sua ipsorum negligentes, communes res curant, universumque suum otium ad ea impendunt, quibus non solum ipsi, sed quæ nostra sunt salventur.* probant satè Petr. Greg. *syntag. lib. 3. c. 2. & 3. per tot.* P. Marquez *d. c. 16.* P. Velasquez *d. lib. 4. ad not. 15.* P. Salon. *ubi sup.* Don Franc. Amaya *in d. l. 4. n. 5. & 27. cum seqq. & l. 4. n. 1. eod. tit.* Thomas Delbene *de com. Parlamen. dub. 18. n. 1. & d. b. 19. sect. 1. n. 2.* ubi quod non obstante pacto, vel privile- 139
gio, Castill. *de Tertijs c. 9. 24. & seqq.*

Hoc supposito, perpendo cum P. Marquez *ibid.* quòd jure naturali attento, aut divino, ad hoc ut subdito teneantur ad solutionem tributi, tria tantum requiruntur, nempe potestas suprema in Rege, causa legitima, proportionataque distributio; quod comprobat sententia triginta, & amplius Doctorum, quorum plures excludunt populi consensum. Ex nostris foris, sive consuetudinibus Rex solet hæc tributa petere Regno, eo ad Curiam convocato, jam ipse huic solemnitati satisfacit; attento jure divino (quod lex civilis non abrogat) subditi concurrentibus illis tribus tenentur solvere. Nunc sic, potestas suprema Regis negari non potest, quia superiorem non recognoscit, superindictionis distributio ad Brachia Regni de more spectat, sicque ratione disparis distributionis nunquam de Rege conqueri possunt. Remanet igitur examinanda causa, nam ea legitima existente, in foro conscientiæ tenentur ad concessionem, sibi

ipsius

ipſis curiales conſulant, nam aliquando dum integerrimi fororum, aut patriæ defenſores apparere cupiunt, conſcientiam propriam gravant.

141 Ne cauſæ examen ſcrupuloſum nimis eſſe debet, nam fortè ea eſt ejus conditionis, ut nefas ſit ad populum ſecreti arcana deferre. Nec omnino proxima, nam bello Gallico Provinciæ confinia devaſtante, tunc non Regis ſubventio, ſed neceſſaria defenſio cenſenda; licet enim bellum foris agendum ſit, cùm inde reſultet pacis conſervatio in Provincia, ſitque minus periculoſa defenſio, juſtam etiam cauſam interveniſſe dicendum eſt. Pulchrè ad rem Paulus Jovius dum ait: *Plerumque accidit, ut quæ provinciæ, pecuniæ parcendo, remota pericula contemnunt, in cunctantibus demum malis deſperato ſæpe remedio graviora ſentiant detrimenta.*

142 Cætera quoad hæc, & ex his quæ in Curia peraguntur dicat alius, nam non ad publicam utilitatem, ſed ad commodum privatorum ſpectare ſolent; Deus faxit, ne illa prætermiſſa, quæ ad publicam ſalutem pertinent, tantummodò tractentur. Adeat qui cupit doctrinam ſalutarem percipere, Maſtrillum *d. lib. 5 c. 15 n. 81. cum ſeq.* quò monitionem prudentiſſimam ſcripſit, quæ non tranſcribitur, cùm ibi facillimè reperiatur.

§. I.

De Generalitate Regni, ejuſque Deputatis, cæteriſque officialibus ad actum Cur. in c. 5. in prin. Brachii Eccleſ. anni 1547. aliiſque juribus.

TEXTVS.

PHILIPPUS PRIMOGENITUS CAROLI Quinti Imperatoris R. Hiſpaniæ anno 1547. Montiſoni.

ITem Señor, per quant ab capitols, è actes de Cort ſobre lo regiment, é adminiſtracio de la Generalitat de la voſtra Ciutat, é Regne de Valencia a ſupplicacio dels tres Braços atorgats per lo inclit Rey Don Alfonſo de immortal memoria, en les Corts per aquell celebrades, als Regnicols de Valencia en lo any mil quatre cents é denou, es diſpoſt, é ordenat, que cascun trienni ſien elets ſis Deputats, es à ſaber, dos de cascun Braç, é ſien elets tres Clavaris, ço es, hun de cascun Braç: é mes que ſien elets adminiſtradors, ço es, Jurges, y declaradors dels duptes, queſtions, é contractes, tres perſones, una per cada Braç: é mes fia eſtatuit, é ordenat ab dits capitols que cascun trienni ſien elets ſis perſones, dues per cada Braç en contradors, é ohidors, é deciſors dels contes dels dits Deputats, è Clavaris, ſegons que en lo primer, ſegon, tercer, quart, quint, y ſiſe dels dits capitols ſe conté.

SVMMARIA.

1 *Vectigalia, ſibi Regnum imponit ad ſolvenda donativa Curiarum.*
2 *Deputatio officii origo in hoc Regno.*
Deputati quot à principio fuerint, cæteriquè Officiales, ibidem.
3 *Deputatorum numerus auctus tempore Regis Martini.*
4 *Deputatorum officiis, cæteriſque de Generalitate perfecta forma data à Rege Alfonſo III. anno 1418.*
5 *Compilatoris fororum culpabilis omiſſio.*
6 *Deputati in principio collectores fuerunt.*
7 *Deputati officium dignitas eſt.*
8 *Deſcriptio elegans Deputationis, & ejus Officialium à Falcone ſcripta.*
9 *Doctores tractantes de Deputatis.*
10 *Deputatis apud Valentinos non eſt commiſſa cura defenſionis fororum, & n. 11.*
12 *Deputati, Neophilaces non ſunt.*
13 *Deputati collectores fuerunt, uſquedum eis jurisdictio data fuit.*
14 *Exactoris officium illuſtre.*
15 *Deputati aſſimilantur Quæſtoribus ærarii publici.*
16 *Generalitatis nomen unde derivatur.*
17 *Generalitatis jura impenduntur à Rege, Regina & Principe.*
18 *Quod inurbanum eſt, quare apud Aragonenſes revocatum.*
19 *Generalitatis jura ab Eccleſiaſticis ſolvuntur.*
20 *Eccleſiaſticorum bona de realengo, cum ſint ſub Regia juriſdictione, poſſunt onere gravari.*
21 *Eccleſiaſtici remanent gravati accedente conſenſu Prælati, & Cleri.*
22 *Capitulum vices totius Cleri ſuſtinet.*
23 *Generalitatis jura à ſummo Pontifice confirmata.*
24 *Exempti à juribus generalitatis remiſſivè enumerantur.*
25 *Deputati cognoſcunt privativè de rebus pertinentibus ad jura Generalitatis.*
26 *Etiam de Eccleſiaſticis, vigore Bullæ Adriani VI.*
27 *Deputati non habent liberam, & generalem adminiſtrationem.*
28 *Deputati nominant Officiales ad jurium exactionem.*
29 *Deputatorum major pars determinat, ſi adſit ſuffragium ex quocunque Statu.*
30 *Deputatorum electio non tenet, niſi fiat de officio vacante in ſuo triennio, ubi Supremi deciſio.*
31 *Computorum Auditores qui, & ad quod?*
32 *Clavarii qui?*
33 *Adminiſtratores qui?*
34 *Deputationis officia triennalia ſunt.*
35 *An durent uſque ad adventum ſucceſſoris? diſtingue.*
36 L. meminiſſe, D. de officio Proconſulis, *explicatur.*
37 *Obſervatio circa continuationem uſque ad adventum ſucceſſoris.*
38 *Deputatorum Valentinorum differentia reſpectu cæterorum Regnorum.*
39 *Deputato, vel alio Officiali ex Militaribus decedente, intra decem dies electio nova debet fieri.*
40 *Deputationis officia renuntiari poſſunt.*

CUm enim in Comitiis Regni donativa per Brachia Domino Regi offerantur, ut dixi §. *præcedenti*, ob quod vectigalia, ſive ſuperindictiones indicuntur, moribus receptum eſt, ut non ipſi Regi tribuantur abſolutè, ſed per Regnum ipſum, quæ ſibi impoſuit, ad ſolutionem conceſſionis adminiſtrentur. Quare neceſſarium fuit, ut Officiales crearentur, per quos actiones iſtæ colligerentur, juxtaque ipſa adminiſtratione legitimâ regerentur. Quod initium ſumpſit tempore Regis Petri II. anno 1376. ut ex *for. 16. Curiar. ann. 1387. in antiqua diſtinc. fol. 161.* patet. Tradit dominus Mora *in compilat. for. general. rub. 1 num. 1. & 2.* Tuncque unus tantum creatus Deputatus fuit, qui jura ipſa exigebat, unus Adminiſtrator, qui dubia declarabat, erantque pariter Auditores computorum (ſed numero incerti in eo foro, nam de eis facit mentionem in plurali, ſicque ut plurimum colligi poteſt tres fuiſſe ad minus; unum ex quolibet Brachio, nominatos) coram quibus rationes Deputatus reddere tenebatur. 1 2

Poſtea verò tempore Domini Regis Martini, auctus fuit numerus horum Officialium, ut tradit dominus Mora *n. 5.* quod factum fuit anno 1403. ſed anno 1418. regnante jam Alfonſo III. perfecta forma data fuit his Officialibus, nam ſtatutum fuit, ut ſex Deputati crearentur, ſex Auditores computorum, tres Clavarii, ſive Receptores, tréſque Adminiſtratores æqualitate ſervata inter Brachia; nam de quolibet eorum duo Deputati, duo Computatores, unus Clavarius, unuſque Adminiſtrator creantur, ut in *text.* habetur, & tradit dominus Morla *ibid. num. 8.* capitula ejus Curiæ ad literam tranſcribendo, & pulchrè meo videri; nam ut in notis ait *lit. C.* hæc non inveniuntur in editionibus *fororum*, ſed 3 4

int

in *libris Deputationis*, ſed de eis expreſſam mentionem facit *textus, & cap. 1. alter. Braeb. Eccleſ. Cur. ann.* 1552.

5 Culpabilis omiſſio compilatoris noſtrorum jurium, nam inſtitutio horum officiorum omnino neceſſariò inter ea ponenda erat, ne per mendicata ſuffragia hæc poſtea quærerentur. Ex quibus reſultat, Deputatos in ſuo principio Collectores quoſdam fuiſſe jurium impoſitorum in Curiis, ut donativa oblata Regibus ſolverentur.

6 Sed poſtea cum officia publica crearentur duratura per triennium, cum juriſdictione, atque poteſtate non exigua, ut in *textu* ſcribitur, jam dignitatis excellentiam obtinuerunt, ſuntque quaſi Regni ipſius temporales Magiſtratus: quorum originem, officium, & nomen deſcribit eleganter noſter Falcò *lib. 1. Epigram. 63.* his carminibus:

8 *Hîc Regni cogantur opes ad publica belli*
Commoda, vel patris, ſi quando poſtulat uſus.
Tres hominum claſſes, hæc vectigalia curant,
Sexque viri, ex illis diverſo mora leguntur
Ad ſummum munus, duo Cives, & duo Equeſtres,
Totque Sacerdotes. Suus omnes deputat ordo,
Indéque nomen habet. Nec ſolis pondera tanta
Incumbunt, tractant parvi leviora miniſtri,
Omnibus imperium ternos finitur in annos.
Acta gubernantum, reſcindere nulla poteſtas
Salvo jure poteſt. Sic olim Curia, ſanxit,
Vt communis bonum ſalvum omni ex parte maneret

9 Tractant ex noſtratibus præter prædictos Pater Mandariaga *de Senat. & Princip. capit. 4. §. El quinto Senado.* P. Michaël Salon *de juſt. & jur. tom. 2. artic. 5. controv. 2. col. 432. & ſeqq.* (qui *col.* 439. bullam Adriani VI. Pontificis Maximi ad litteram ponit, de his agentem,) dominus Cerdan *in arbor. juriſdict. verb. Deputados*; dominus Leon *deciſ. 31. per tot. tom.* 3, dominus Don Braulius Eſteve *in allegat. pro Epiſcop. Oriol. n.* 11. Ex Catalanis, Fontanella *de pact. clauſ. 3. gloſſ. 3. n. 77. & clauſ. 4. gloſ.* 14. *n.* 16. *& deciſ. 245. cum plur. ſeqq. tom.* 1. *& deciſ. 562. cum ſeqq. tom.* 2. Ripoll. *Regiar. c. 14. n.* 32. *& c. 32. num. 56. cum ſeqq.* Ex Aragonenſibus, Molinus *in repert. foror. verb. Deputati, per tot.* & ibi Portoles *in ſcholys*, Ibanus de Bardaxi *ad for. 2. de generalib. privil. Regni n.* 6. *& ſeqq.* Seſſe *deciſ. 215. & 216. lib. 2. & de inhibit. c. 5. §. 9. n. 91. & §. 10. n. 56.* Blancas *in com. rer. Arag. pag. 373. ad fin. cum ſeq.* Calixt. Ramirez *de lege Regia, §. 15. ex n. 5.* Ex Siculis, Maſtril. *deciſ. 164. n. 18. tom. 2. & de Magiſtrat. dict. lib. 5. c. 15. per tot.* ſignanter *n.* 70. *& ſeqq.* qui plura ad rem tradunt *in dict. locis.*

10 Quibus hæc officia congruant Deputatorum, non facile erit percipere Maſtril. enim *d. c. 15. n.* 71. Neophylaces dici autumat, quod noſtris Deputatis convenire minimè poteſt; nam Neophylaces Athenienſium Magiſtratus erant, qui *legum Cuſtodes* nominabantur, curabantque ne quid contra leges fieret, de quibus meminit Alexand. ab Alexand. *ditum genial. lib. 5. cap. 17.* & explicat latè Tiraq. *ibid. in not. lit. F*, docetque idem

11 Maſtril. *ibidem.* Licet enim apud Siculos cura hæc ad Deputatos deferatur, ſicuti apud Catalanos, & Aragonenſes, ut Doctores ſuperius adducti teſtantur, apud nos non pertinet ad Deputatos, ſed antiquitus ad Syndicos

12 Brachiorum, ſive Stamentorum, ut dominus Mora dixit *rub. 36. num. 2.* hodie verò ad Cœtum ad hoc ſpecialiter creatum in Curiis anni 1645. quem vocitant. *Junta de electos de contrafuertes.* Qui ex ipſis Stamentis delecti fuerunt, ſicque noſtri Deputati Neophylaces eſſe non poſſunt.

13 A principio enim Collectores fuiſſe diximus, nam pecunias debitas Principi, ſeu tributas colligebant, *l. 2. C. de convenien. fiſc. debit. lib. 20.* Amaya *in rub. C. d exactoribus tribut. lib. 10. num. 2.* Sed quoniam tunc non adhuc juriſdictione condecorabantur, neque concedebantur Prælatis, Nobilibus, vel in officiis urbanis conſtitutis, ſed Civibus, ſicut patet *ex dict. for. 16. Cur. ann.* 1383, naturam publicanorum ſapere non erit improprium dicere; ſed poſtea, ut exactio melius fieret, & pluribus damnis obviaretur, ad Prælatos, Nobiles, ur- 14
banoſque Rectores officia hæc delata fuerunt, ut in ſimili ex Gotofredo, Pancirolo, & Bulengerio, tradit Amaya *in dict. rub. num. 5.* Unde non ſolùm officium hoc non eſt ſordidum, ſed illuſtre, cùm exactio tributorum illuſtre ſit Reipublicæ monimentum, ut aliis relatis tradit Amaya *ibid. num. 7.* ſicque Exactores rectè dici poſſunt, ſeu melius Rectores tributa curantes, de quibus bene Bulenger. *de Imper. Roman. lib. 3. capit. 28.*

Nec omnino improprium erit; ſi dicamus, Deputa- 15
tos ad inſtar Quæſtorum ærarii Populi Romani inſtitutos fuiſſe, de quibus Alexand. ab Alexand. *dier. genial. lib. 2. cap. 2. in princ.* ad notata per Calixtum Ramirez *d. §. 15. num. 8. & in nota, lit. K.* licet non omnino eis æquiparentur.

Dicuntur autem jura hæc generalitatis Regni, tum 16
quia à toto Regno imponuntur in generalibus Comitiis, tum etiam quia generaliter ab omnibus impenduntur; ut probat noſter Blaſius Navarrus vir eximiæ eruditionis *in tractat. de vectigal. cap. 12.* ita ut neque Rex 17
Dominus, Regina, aut Princeps primogenitus, neque aliquis ſtirpis, aut familiæ Regiæ ab eorum ſolutione excuſetur, ex pluribus congeſtis per dominum Mora *rub. 26. à num. 13.* quod reſpectu Regis duriſſimum videtur, per text. *in l. Princeps 31. ff. de legib. l. 4. & ult. C. eod.* Bene Ant. Mattheus *lib. 2. de auctionib. cap. 7. num. 38.* Apud Aragonenſes olim ſic diſpoſitum fuit, ut teſtatur Calixtus Ramirez *de lege Regia, §. 15. num. 6.* (ſed illi 18
urbanius ſe geſſerum cum Domino, ſimili ſtatutum re vocando ut ipſe iuſit *ibidem:*) & ut ſimili tradit dominus Leon *deciſ. 147. num. 5. tom. 2.* adeo ut neque Eccleſiaſtici eximantur, ut eiſdem juribus cavetur, & tradit dominus Mora *ibid. num. 18. cum ſeqq.* quod litteram tradit bullam Adriani VI. Pontificis, quam & tradiderat 19
P. Salon *dict. controv. 2. volum.* 440. ubi latiſſimè fundat hanc ſententiam, eàmque pariter probant Belluga *in ſpecul. rub. 46.* Noſter Ægidius Trullench celeberrimus Theologiæ moralis ſcriptor, *lib. 7. Decalogi, cap. 12. dub. 5. n.* 28. Præpoſitus Morla *ingemina allegat. pro Syndico Deputat. in Synditum Ordinis fratrum Minorum, edita ann.* 1649. Don Antonius Canales *dict. tract. de Parlament. diſcurſ. 4.* Blaſius Navarrus *de vectigal. d. c. 12.* qui bullam Adriani memorat.

Quod nititur ea ratione; nam aut tributum imponi- 20
tur in rebus immobilibus, quæ *de realengo* vocantur, aut in perſonis, rebuſque eas ſequentibus. Si bonis *de realengo*, latè probatum eſt *cap. 2. §. 5. à num. 44.* tranſire in Eccleſiam cum ſuo onere, quo comprehenditur, ut ſubijciantur legibus, & juriſdictioni Principis; ergo tenet tributum jam impoſitum; & imponi de novo poteſt, ſervata forma juris hujus Regni, nempe conſentiente Curia. Prima pars conſequentis eſt certiſſima; ut probavimus *ſuprà.* Secunda verò probatur, nam unicum fundamentum, ob quod aliqui affirmant, quòd bona Eccleſiæ onerari tributis non poſſunt à Principe ea eſt, quia bona Eccleſiæ non ſunt ſub ejus juriſdictione, ut probat, aliis relatis, P. Caſtro Palao *tom. 2. tract. 12. diſpu. unic. punct. 9. num. 1. in fin.* quæ ratio non militat in bonis *de realengo*, nam nunquam à juriſdictione Regia exempta fuerunt, imò acquiſita ea lege, ut ei ſemper ſubjiciantur: ita in terminis limitat communem concluſionem Thomas Delbene *de Comijs, & Parlam. dub. 4. ſect. 16. n.* 15.

Si perſonis, aut cæteris bonis quæ eam ſequuntur, 21
probabilis eſt opinio Theologorum, quòd interveniente conſenſu Epiſcopi, & Cleri, impoſitio tenet, ex traditis à Pat. Suarez *de immunit. lib. 4. cap. 26. num.* 17. ſed in Curiæ exactionibus imponendis intervenit conſenſus

Epiſcoporum

Episcoporum, & Cleri, ut ex dictis §. *præcedenti* patet: ergo tenebit impositio. Quod Prælati interveniant dubium non est; minus dubitari potest interveniſſe Cleri consensum: nam ut Suarez *ibidem* scribit, & P. Castro Palao *dict. punct. 9. num.* 8. sufficit consensus Capituli, ut totius Cleri interveniſſe dicatur, nam Capitulum vices totius Cleri sustinet, ut dixi §. *præcedenti numer.* 47.

22 Nec obstat doctrina Thomæ Delbene *de immunit. par 1. c. 5. dubit. 19. num. 1. & seqq.* qui alios laudans, contrariam sententiam probare intendit. Natn loquitur de speciali civitate, ut exempla Novariæ, Medionali, & aliarum Civitatum demonstrant, & de impositione census per contractum loquitur *Barbosa* ab eo allegatus *in tom. 2. collect. jur. Can. lib. 3 tit. 49.* sic enim loquitur ipse Delbene.

Neque etiam obstat decisio *Rotæ* apud Farin. 2. *part. post decis. 42. num. 7.* nam licet regulis generalibus attentis, omnes, qui teneri debent, consentire necesse sit: eo quod, ut Pater Suarez, & Pater Castro Palao dicunt *ubi sup.* impossibile ferè est, ut totius Cleri consensus expectandus sit, res aliqua perficiatur, introductum est, ut Cleri consensus censeatur adesse, quoties Prælati, & Capituli consensus adest, præsertim in nostrâ specie, cùm de totius Regni statu Ecclesiastico agatur; qui minime congregari poterat, ut modo debito consensum præberet. Sicut enim in urbe Romana ob difficultatem conveniendi plebem, vel populum præ multitudine, necessitas ipsa omnia ad Senatum deduxit, ut ait Consultus *in l. 2. §. Deinde 9. ff. de origin. jur.* & ibi commun. *DD.* sic ex antiquissimo usu ob difficultatem conveniendi omnes Ecclesiasticos ad Curiam, moribus receptum est, ut Prælati, Capitula, & præcipuæ Dignitates vocarentur. Ecclesiasticum Statutum repræsentantes. Quod justum adeo fuit, ut quoties Cleri omnes Syndicos constituere cœperunt, *secuta sunt magna, & irreparabilia scandala* (sicut Cardinalis infit in *constitutione* de qua *supra, §. 1. num 47.*) sicque ita ut unaquæque Civitas Decuriones crearit, qui totius populi vices gererent; ut dicam *cap. 4. §. 3. num. 12. & seqq.* ita in nostris Regnis voces quædam destinatæ ab immemoriali, quæ totius Status Ecclesiastici vices sustinerent. Si enim veritatem amamus, qua cum ratione hoc introductum sit, omnibus patens erit; præsertim accedente Romani Pontificis approbatione, ut ex *infrà* dicendis patebit. Itaque Capitula Sedium Pontificalium interveniunt, & consensum præstant mediante Syndico uniuscujusque Capituli, habente plenum posse; nam aliàs non admitteretur. Quosuppositio, & possessione antiquissima ab expugnatione Regni, sine dubio rectè imponentur hæc

23 jura.

Neque bulla *Adriani* obstabit; imò rectè perpensa, omnia confirmat, ut docet Blasius Navarro *de vectigal. dict. cap. 12.* nam continet decretum de manutenendo Regno, in possessione horum jurium, ut bene probat Præpositus Mathias Morlà *in allegat. pro Syndic. general. ad solut. jur. de bonis Nuntii Apostol. edita anno 1650. n. 17. & seqq.* sed innegabilis est possessio imponendi quoties necessitas publica urget, & exigendi imposita: ergo auctoritate Pontificia quoad utranque partem Regnum manutenerí debet. Attamen nostri piissimi Principes, quamvis non dubitent de potestate, & approbatione prædicta, ad tollendum omnem scrupulum, confirmationem solent obtinere à Romano Pontifice: sicut respectu donativi Cutiarum anni 1626. obtenta fuit, & pariter respectu donativi Curiarum anni 1645. cum lit. dat. Romæ die 30. Martii 1647. Et quod amplius est, urgente necessitate, etiam extra Curias in praxi recepta fuit, sententia Patris Suarez, & Patris Castro Palao, & interveniente consensu Capitulorum, & A. R. Archiepiscopi decreto, dum à summo Pontifice obtinebatur ut periculo imminenti occurrere Princeps posset, dum Galli con-

finia Regni devastabant, donativa concessa fuere anni 24
1643. & 1644. cujus decreti transumptum typis mandatum præ manibus habemus, & pariter tempore pestis, de quo Pater Hieronym. Garcia *Evangelico Sacerdotio tract. diffin. 3. dub. 2. punct. 6. n. 46.* Præpositus Morlà *ubi prox. n. 25.* Quam sententiam amplectitur Thom. Delbene *d. dub. 19. sect. 2. n. 2.*

Sed nihilominus sunt aliqui exempti, scilicet Romanus Pontifex, ejus Cubicularius, S. Romanæ Ecclesiæ Cardinales, & Ecclesiæ ipsius Regni, nam in *bulla Adriani Sexti* expressim excipiuntur. Tradit dominus Mora *rub. 22. num. 19.* In qua exemptione etiam comprehenditur Nuntius summi Pontificis, ut specialiter definitum habemus per Regia rescripta, *dat. Matrit. die 22. Martii 1650. & 22. Augusti, ejusdem anni* Excipiuntur etiam patres duodecim filiorum, ex *for. 139. Curiar. anni 1604.* ut *capite sequenti* probabimus latè, & tradit dominus Mora *rub. 27. per tot.* Et Inquisitores contra hæreticam pravitatem, in rebus ad proprium usum necessariis. Sed hi non sunt in veritate exempti à Regno, sed dominus Rex facit eos exemptos solvendo de patrimonio proprio jura, ut patet ex duobus Regiis rescriptis traditis à domino Mora *d. rub. 22. n. 20.*

Horum jurium jurisdictio privativè est concessa De- 25
putatis, ita ut neque Rex, neque ejus Magistratus cognitionem habeant in rebus pertinentibus ad jura Generalitatis. *for. 33. in extravag. Actes de Cort. de la Disputacio, fol. 46.* probat dominus Mora *in dict. compil. rub. 11. per tot.* præcipuè *n. 36.* cum notis; & in *additionibus ad eam rub.* quas posuit *in fine tractatus, pag. mihi 351. cum seqq.* De Catalaunis, & Aragonensibus tradunt Doctores superius allegati, signanter Fontanella *decis. 252. n. 1. tom. 1.* nosque diximus *supra, c. 2. §. 2. n. 43.* Et nota *decisiones* Senatus ibi relatas, nam de Ecclesiasticis Regularibus 26
loquuntur; cum in his etiam, respectu Ecclesiasticorum concessa jurisdictio censeatur, tam ex *foro*, & consuetudine, quàm *indulto* Adriani VI. quo Judices harum causarum Ecclesiasticorum, de legati Pontificis sunt ipsi Deputati Status Ecclesiastici, nam ad eos bulla dirigitur, & executio committitur ab Adriano (licet aliter sentiat Salon *ubi prox.*) probat dominus Mora *dict. rub. 26. n. 16.* ubi litteras executoriales habes ab ipsis Deputatis provisas, & dicitur ibi: *Judicibus per ipsum Clerum, nunc, & pro tempore Deputatis;* & licet Regulares intendant ad se concessionem non extendi, quia non nominantur, & de Clero loquitur: contrarium verius puto ex verbis ipsius Bullæ, ibi: *Omnes, & singulas personas Ecclesiasticas cujuscunque gradus, & conditionis existant,* cum adductis per Barbos. *in collect. ad cap. Ad versus, de immunit. num. 7. cum seqq. tom. 2.* Marius Cutell. *de immunit. lib. 2. c. 39. num. 38.* Præpositus Morlà *in allegat. 2. pro Syndico Deputat. cum Syndico Ordinis Minor. n. 35.* Et urget amplius exceptio Cardinalium, & Ecclesiarum, nam firmat regulam in contrarium, ex latè probatis per ipsum Barbos. *axiom. 85. n. 4. & 8.*

Administratio pariter eis commissa est ipsorum ju- 27
rium, ut latè probat Dominus Mora *d. rub. 11. n. 2. in not. lit. A,* sed quamvis potestas generalis eis tribuatur, non tamen cum libera, & generali administratione, imò limitata ad effectum ibi contentos, notat Calixt. Ramir. *dict. §. 15. n. 19.* & Sesse *d. decis. 215. & 216.* quod & fatetur Fontanell. *dict. decis. 245. num. 11. & seqq.* licet dicat majorem potestatem concessam esse Catalaunis. Apud nos probatur limitatio, *ex for. in c. 38. 39. & 40. dictæ extravag. for. 97. Curiar. ann. 1564. for. 138. & 140. Curiar. ann. 1585. for. 81. & 92. cum seqq. ann. 1604.*

Pertinet etiam ad Deputatos jus nominandi officiales 28
ad prædictam exactionem, & inter eos Syndicum, Assessorem, & Scribam, quæ officia magni momenti sunt. Antiquitus perpetua, nunc autem quadriennio complentur de foro, dominus Mora *rubric. 9. per tot.* Fontanel. *decis. 249. n. 16. & 17. cum seqq.* In his electionibus 29

non

non ſicut in cæteris rebus majoris partis ſententia executioni mandatur, dum adſit ſuffragium ex omni Brachio, ut docet Fontanel. *deciſ.* 565. *n.* 8. ſed aut ex concordi voto fieri debet, vel per ſortem, ut tradit dominus Mora *d. Rub.* 6. *n.* 2. *&* 3. Et nota cum domino Leon *d. deciſ.* 39. *tom.* 3. quod ſolum tenet electio officiorum in eo triennio vacantium, ut latiſſime probat, cui non obeſt *deciſ.* 149. *cum duobus ſeqq.* apud Fontanell. *tom.* 1. nam ibi non de uno ad aliud triennium, ſed de uno ad aliud tempus ejuſdem triennii diſceptabatur.

30 Computorum Auditores, qui Diſcuſſores propriè ſunt ſunt, de quibus *in l. cum poſt.* 26. *C. de appellat.* (nam iſti ſunt Cognitores, & Diſceptatores rationum Publicanorum, ut probat Bulenger. *de Imper. Roman. lib.* 3. *c.* 29. Don Franciſ. Amaya *in Rub. C. de Diſcuſſoribus, lib.* 10.) eliguntur duo ex unoquoque Statu, ex eiſdemmet, ex quibus Deputati eligi ſolent. Pertinet ad hos, munus exigendi, diſpungendique rationes ab ipſis Deputatis, & Clavariis, ſive pecuniæ Generalitatis Receptoribus, probat Dominus Mora *rub.* 1. *n.* 11. *& rub.* 15. *per tot.* de his meminit Fontanel. *deciſ.* 562. *n.* 1. *&* 2. *p.* 1. Calixt. Ramirez *d.* §, 15. *n.* 10. *& in not. lit. N.* 31 verùm major pars, dum adſint ex omnibus Brachiis, debet Valentiæ, & non alibi, rationes exigere à Deputatis, Clavariiſque; Dominus Mora *d. rub.* 15. *n.* 4. tenentúrque ſemel in menſe ad computa audienda congregari, *for. in c.* 26. *d. Extrav. for.* 45. Dominus Mora *ubi prox. n.* 7.

32 Clavarii verò tres tantum eliguntur, probat dominus Mora *d. rub.* 1. *n.* 9. *& rub.* 16. *per tot.* unuſquiſque ex quolibet Brachio, iſti enim ſunt Arcarii, quod officium propriè habet Præpoſitus ſuſcipiendis pecuniis, quæ in arcam inferuntur, *l.* 1. *C. de offic. Præfect. Prator. Alfri.* Bulenger. *de Imper. Rom. lib.* 6. *c.* 54. ſed Eccleſiaſtici, & Militaris Clavarii, honoris & lucri ſunt. Regalis verò, oneris, & periculi; nam Receptor eſt pecuniarum Generalitatis, ob quod ſatisdationem præſtare cogitur, *c.* 25. *in d. Extrav. fol.* 45. Dominus Mora *d. rub.* 16. *n.* 11.

33 Adminiſtratores tres etiam eliguntur, unuſquiſque ex quolibet Brachio. Hi etiam Diſcuſſorum officio funguntur, nam veteres Diſcuſſores non ſolum cognoſcebant de rationibus rerum publicarum, ſed interdum modum tributorum definiebant, Bulenger. *d. lib.* 3. *c.* 29. Amaya *ibid.* apud nos verò diviſa hæc reperiuntur, nam Computatores de rationibus tantum curant; Adminiſtratores verò modum tributorum definiunt, & ſic ſunt, ad quos ſpectat jus declarandi dubia, & quæſtiones in exactione jurium Generalitatis emergentes, Dominus Mora *d. rub.* 1. *n.* 10. *& rub.* 17. *per tot.* pertinétque ad eos cognitio in prima inſtantia verbali, fraudum commiſſarum in his penſitationibus, *c.* 144. *Cur. ann.* 1585. Ad jura nova extende, ut in *c.* 122. ejuſdem Curiæ. Quod intellige, ſi per ſe, aut ſubſtitutos interveniant in domo Deputationis, diebus quibus congregantur Deputati ad res ſui muneris expediendas, qui ordinariè ſunt feria, 5. & cujuſque hebdomadis. Si enim ipſi non interveniant, pertinet cognitio ad Deputatos ipſos, ut probat dominus Mora *rub.* 18. *n.* 7. *cum nota lit. B. C. & D.* Qui hodie hæc officia moderantur ſunt ſequentes.

Rever. Don Joſeph Verge Epiſcopus Orielenſis, & pro eo Don Marcus Antonius Gombau Canonicus Almæ Sedis. Deputatus Primarius Eccleſiæ.

Don Ludovicus Lloquin, Deputatus Nobilium.

Franciſcus Soler, civis Deputatus pro inclyta Civitate Valentia.

Don Vincentius Siſternes Canonicus Sedis Orielenſis pro Capitulo ejuſdem.

Petrus Nogueroles Alcomenſis Miles, Deputatus Militum atque Generoſorum.

Doctor Felix Rodriguez Deputatus Brachii Regalis.

Don Galcerandus Mercader Canonicus Almæ Sedis, Syndicus Generalitatis.

Doctor Ludovicus Pareza, Aſſeſſor.

Joſephus Arnau Notarius, Scriba.

Ex his coaleſcit univerſum Officium Deputationis; cæteri officia obtinentes in ipſa Domo, ſunt qui ſequuntur.

Computatores

Don Franciſcus LLoris de la Torreta Canonicus Almæ Sedis.

Don Ludovicus LLoris & Recafull.

Chriſtophorus Antoli Civis.

Syndicus Monaſterii Cartuſianorum, nuncupati Vallis Chriſti.

Felicianus Paſqual Generoſus.

Doctor Bernardus Eſpeſo.

Clavarii.

Joſephus Mingot Decanus Sedis Segobrienſis.

Leandrus Cabrera Generoſus.

Timotheus Xulbe Civis.

Adminiſtratores.

Don Jacobus Pertuſa Ordinis S. Joannis Hieroſolymitani Baylius de Caſpe, & Commendator de Torrent.

Doctor Ludovicus Ferrera Generoſus.

Franciſcus Farines Civis.

Hæc autem officia Deputatorum, Auditorum, Componetorum, Clavariorum, & adminiſtratorum triennalia ſunt, ut in *text.* habetur, & *in dict. cap.* 1. *actus Curiæ Brachij Eccleſ. anni* 1552. Sed dubitari meritò poteſt, utrum extendi poſſint ultra triennium? nam evenire caſus poteſt, & ſolet, quo nequaquam jurare poſſint aliqui ex electis noviter, in die deſtinato, qui eſt Circumſionis Dominicæ 1. Januarii de triennio in triennium. Plerumque evenit, ut electus abſens ſit, nam multi ex Militibus Regni inſacculati ſunt, & reperiuntur abſentes, Prælatique adſunt in ſuis Eccleſiis, quare non ſemel contigit meo tempore, ut hoc dubium proponeretur? Et diſtin- 35
guendi ſunt duo caſus: ſi enim unus, aut alter jurare non poteſt, ex privato impedimento, & remaneant in quocumque officio voces cunctorum Brachiorum, jurare cæteros poſſe eſt certum, & anteceſſores non continuare, nam omnes actus legitimi ſunt adſtante majori parte, dum ex omnibus Statibus aliquis concurrat, ut dixi; ſi verò unius Brachii omnes impediantur, vel de electione diſceptetur, continuare anteceſſores illius Brachii; & & cæteros admitti, cum electio Deputatorum dividua ſit, eò quòd diverſa forma, diverſoque die uniuſcujuſque Brachii electio fiat, ut bene conſideravit Dominus Chryſoſt. Berenguer, Senator litteratiſſimus *in allegat. pro Don Hiacyntho Mare, & alijs, contra Don Joſephum Mingot, edita ann.* 1647. *n.* 12. *& ſeqq.* Et ratio eſt, nam ut Fontanella tradit *deciſ.* 496. *nu.* 18. diſpoſitio *l. meminiſſe, ff. de offic. Proconſul.* (de quas nos late *ſup. c.* 1. §. 1. *n.* 36. *cum ſeqq.*) procedit, ne provincia careat Rectore: cum au- 36
tem unus, aut alter impeditur tantum, cæteri electi admittuntur ad juramentum, poſſuntque adminiſtrare munera prædicta; & defectus, aut impedimentum unius, non impedit adminiſtrationem, nec juramentum aliorum, ſicque Provincia non caret Rectore, & Adminiſtratore, ac per conſequens diſpoſitio illius *legis* non habet locum. Si autem tota electio differatur, vel alicujus Brachii omnes electi reſpectivè impediantur, juraméti delatio differtur, t uneque intrat ratio illius *text.* & ne Provincia careat Adminiſtratoribus, anteceſſores continuare tenentur uſque ad adventum ſucceſſorum, & hoc
jure utimur, ſicque deciſum per Senatum quoad primam 37
partem de anno 1644. in cauſa Ambroſii Aiz Deputati ex Brachio Regali, qui ob impedimentum oppoſitum Deputato noviter electo ex villa de Onda continuare intentavit; ſed repulſa fuit à Senatu ejus inſtantia, ut Dominus

minus Berenguer refert *ibid.n.*19. quoad ſecundam partem, nam dominus Berenguer obtinuit Regia ſententia publicata per Vincentium Ferrera R. M. S. die 20. Februarii 1647. Demum in electione ad triennium incipiens anno 1641. electus fuit Honoratus Loqui Deputatus ex Generoſis, cui impedimentum oppoſitum fuit, litéque pendente in Senatu ad relationem Domini Vicecancellarii cæteri jurarunt,& adminiſtrarunt, uſque dum ipſe obtinuit, nec anteceſſor continuavit, quia Regnum non carebat Deputato Militaris Status. E contra verò in ſubſequente triennio, cum in electione Brachiorum Eccleſiaſtici, & Militaris dubitaretur, ipſa electio per plures dies dilata fuit,& anteceſſores continuarunt uſque dum dubia electionum remota fuerunt, & noviter electi jurarunt: in electione præſentis triennii deficiebant aliqui ex electis, atque adeo dilata fuit juramenti præſtatio, continuantibus anteceſſoribus.

38 Et nota differentiam inter Deputatos Valentinos, & cæteros aliorum Regnorum. Nam Aragonenſes habent octo Deputatos, eóſque ad unum tantum annum, Calixtus Ramirez *dict.*§.15. *num.* 7. *&* 10. nam cum apud eos Regnum dividatur in quatuor Brachia, ex quolibet habent duos Deputatos. Catalauni verò tres tantum Deputatos eligunt, ex quolibet Brachio unum, eoſque triennales, ut colligitur ex traditis per Fontanellam *dict. deciſione* 362. *numer.*1.*&* 2. Siculi verò habent duodecim Deputatos, quatuor ex quolibet Regni Statu, quorum officia non ſunt ad certum & determinatum tempus, ſed uſque ad aliorum creationem, tradit Maſtril. *dict.lib.*5. *capit.* 15. *numer.* 78. *&* 85. quod apud nos reſpectu incertitudinis temporis, ita primum inductum fuit, ut patet ex traditis à Domino Mora *dict. rub.*1 *in princip.* nunc autem ſex ſunt, ut diximus, & ad triennium.

39 Sed ne id omittamus animadvertendum eſt, quòd aliquo decedente, vel renunciante officia hæc infra decem dies nova electio debet fieri per Brachium Militare, *ex c.*12. *addicto* per dominum Mora *rub.*2.*n.*30. Ex quo infertur, quòd licèt à jure officia publica quis coactè admittere teneatur, *l. ſi quis Magiſtratus*, & *ibi* Bartol. *ff. de*
40 *muner.* hæc tamen officia Deputationis renuntiari poſſunt: fruſtra enim caveretur eo jure, quod ſi renuntiaverit, nova electio fieret, ſi renuntiatio non teneret. Cætera autem ad electionem pertinentia in §. *ſequenti* trademus.

41 Deputati autem in functionibus publicis nunquam interveniunt extra propriam domum, præterquam quod in agitatione taurorum, quo primum locum tabulatum eorum obtinet in foro publico. Sed in die juramenti ad præſtandum obſequium Domino Proregi accedunt, ſicuti in caſu mortis alicujus de domo Regia tunc que in forma progrediuntur cum omnibus Officialibus domus, & pariter tempore adventus Domini Proregis, & quando Rex ad Regnum properat Deputati exeunt, uſque ad limina Regni; ſed in his non immoramur, quia parum conferunt ad regimen; ſat eſt tetigiſſe.

§. III.

*De electione Deputatorum, aliorumque Officialium Generalitatis Regni, ad c.*18. *in Extravagant.* Eleccio de Deputats *fol.*41.

TEXTUS.

FERDINANDUS REX. Anno 1510. Montiſoni.

Item per provehir a la conſervacio de aquest ordre ſia eſtatuit, é ordenat ab acte de la preſent Cort, que de cinch en cinch anys, commençant a correr los dits cinch anys del dia de la primera eleccio faedora dels dits oficis en virtut de la preſent capitulacio, en avant, lo jorn que es fara la eleccio de obrer per lo dit Stament Militar en lo loch que es fara, lo Eſcriva de la Diputacio, qui hara es, ó per temps ſera vinga a la dita eleccio, è aquella feta, preſente al Sindich qui hara es, ò per tempes ſera del dit Stament Militar, una nomina, ò memorial dels qui en lo dit temps ſeran morts de la dita enſaculatio. E los dits Sindich del Stament Militar, é Eſcriva de la Diputacio facen altrà cedula dels del dit Stament, qui en lo diſcurs dels dit temps hauran contractat matrimoni, è caſats tindran edat cumplida de vintiquatre anys, è de altres de dit Stament qui ja ſon caſats, è no ſeran en la dita nominacio que voſtra Mageſtat fara ara, puix la vors ſien majors de vintiquatre anys, é les dites dues cedules preſenten, é ſien tenguts preſentat als examinadors, qui en la dita jornada ſeran eſtats elets pera examinar les perſones qui deuran entrar a Obrer. E los dits Examinadors preſten primer jurament a noſtre Senyor Deu, é als ſants Evangelis de aquell ſobre lo Miſſal ubert al Canon davant los dits Sindich, é Eſcriva, que tot oy, amor, parenteſch, prechs, é temor, apart poſats faran ſana, é bona examinacio juxta Deu, é leurs conſciencies. E preſtat lodit jurament examinen los de la dita cedula dels caſats tenints vintiquatre anys complits fins en doble nombre dels morts, é los qui trobaran habils, é ſuficients pera els dits officis ab letra cloſa dreçada à ſa Mageſtat, exceptat en la perſona de Hieronim Maſcò, al qual de voluntat del Branç Militar lo tenen per habilitat peral temps ques caſará. Los noms dels aixi habilitats li ſien eſcrits, è trameſos perque per ſa Alteza de aquells, los que li parra, è no altres alguns, ſien poſats en la enſaculacio en loch del qui de la dita enſaculacio ſeran morts. Perque lo nombre dels qui ſa Mageſtat eligirà no ſia major que los dels qui ſeran morts, ſervant tots temps los dits actes de Cort: la qual examinacio facen, é ſien tenguts fer los dits Examinadors en lo mateix dia é hora que ſerá feta la dita examinacio de Obrer, é no puixen prorogar aquella, ne partirſe del loch hon ſe fará lo dit examen fins ſia fet. E los dits Sindich, y Eſcriva ſien ſolicits en lo dit temps de fer lo ſobre dit. Pero ſi per negligencia, ó oblit dels dits Sindich, é Eſcriva les dites cedules nos feyen, é preſentaven, com dit es, que en los altres dies apres puixen fer, é preſentar les dites cedules, é ferſe la dita examinacio. *Plau al Senyor Rey.*

SVMMARIA.

1 *Eccleſiaſtici Brachii, ſive Stamenti electiones, quomodo fiunt.*
2 *Militaris Stamenti quomodo?*
3 *Regalis Stamenti quomodo?*
Adminiſtratores Præceptoriarum non admittuntur in his officiis, ibid. cum deciſione Senatus.
4 *Qualitates eligendorum remiſſivè.*
5 *Ex militibus approbatis ad matriculam per Examinatores Rex tenetur eligere.*
6 *Facti quædam contingentia proponitur.*
7 *Forma actus eſt individua natura.*
8 *Habilitandi ad matriculam duplici ex genere ſunt.*
9 *Dividui, individui, ac diviſi natura explicatur.*
10 *Nobilium electiones diviſæ actu ſunt ab electionibus Generoſorum, ac Militum.*
11 *Nobiles in Stamento Militari ordine ſeparato ſcribuntur in albo.*
12 *Electores Brachii, aut Stamenti militaris diviſim eliguntur.*
13 *Elector Nobilis non poteſt nominare Examinatorem Generoſum, & è contra.*
14 *Electi nominati in eo Stamento, ſi Nobiles ſint, non poſſunt*

sunt substituere Generosum, nec è contra.
Idem in Deputatis, ibid.
15 *Deputatus Nobilis potest admitti ad jurandum, etiamsi Generosus non admittatur, & è contra.*
16 *Nominatio alicujus non habilitati, modo contento in text. licet nulla sit, non peccat in forma quod alios.*
17 *Forma actus per quæ verba inducatur.*
18 *Indefinita in odiosis non æquipollet universali.*
19 *Potestatem Principis limitare odiosum est, & ratio.*
20 *Argumentum à contrario sensu non procedit in dispositionibus negativis.*
21 *In privilegiis pluribus concessis, unusquisque venit ex propria persona; sicque tot sunt privilegia, quot personæ.*
22 *Impedimentum unius non vitiat electionem quoad alios non impeditos.*
Declara, ut n. 23.
24 *Rescriptum Principis legis habet vigorum.*
25 *Rescriptum quo jubetur, ut per justitiæ tramites alicujus jus declaretur, non potest esse contra foros, vel utilitatem publicam.*
26 *Decisio Senatus.*
27 *Confirmatio Regia hujus decisionis.*
28 *Officia Generalitatis debent conferri naturalibus Regni.*
29 *Ecclesiastici Brachii voces non comprehenduntur sub hac regula, quia admittuntur ratione dignitatis.*
30 *Declara in eosdem dignitates obtinentes; in substitutis secus.*
31 *Militaris, qui obtinuit aliquod officium per triennium, non potest ut substitutus illud ipsum obtinere, quia duo triennia sint dimissa.*
32 *Substituti horum Officialium tenentur jurare.*
33 *Prælati Ecclesiastici quando ad hæc officia admittuntur, habent ad Stamentum.*
34 *Limita, nisi personaliter administrare velint, etsi Episcopi, & Capitula Canonicum ipsius gremii mittunt.*

1 EX vocibus, sive personis constituentibus Statum Ecclesiasticum modo dicto §. 1. *hujus capitis, num.* 43. sorte extrahuntur in quolibet triennio duo Deputati, duo computorum Auditores, unus Administrator, aliusque Clavarius, modo, & forma traditis à domino Mora *in compil. foror. general. rub.* 2. *ex n.* 6. quæ electio fit die
2 Natali Domini, & cum tantum decem & novem sint, magni momenti est commodum resultans his Prælatis; nam frequenter eis officiis funguntur. Totidem Officiales ex Nobilibus, & Generosis ad hoc matricularis sorte pariter extrahuntur die sequenti festi Divi Stephani Protomartyris, nempe unus Deputatus, unusque computorum Auditor ex Nobilibus, cæteri verò ex Militibus, & Generosis, scribit latè dominus Mora *dict. rub.* 2. *ex*
3 *num.* 18. *cum pluribus, seqq.* Domanialis, sive Regalis Brachii electiones fiunt antecedenter, nam officia eadem spectant ipso jure ad Juratos Civitatum, & Villarum, quibus eo anno debentur, ut scribit dominus Mora *dict. rub.* 2. *n.* 36. *cum seqq.* quæ quia clarè, & distinctè tradita sunt, ad eum lectorem remittimus. Qualitates autem harum electionum, ut plurimum eadem sunt cum observatis in
4 electionibus officiorum urbis, de quibus *cap. sequenti*; sicque hîc tantummodo explicabimus ea quæ specialiter ad has electiones pertinent, remittendo lectorem in eis, quæ communia sunt, ad *d.s. seq.*

Solum obiter notandum est, quòd voces spectantes ad Præceptores Ordinum Militarium non spectant ad Administratores Præceptoriarum, quia id conceditur, ut dixi, ipsi dignitati, quam Administratores non habent, eo quòd solum ad res patrimonii administrandas constituuntur; sicut Oeconomi, de quibus Barbos. *de jur. Eccles. lib.* 1. *cap.* 46. *n.* 8. *& seq.* & sic per Senatum decisum sententia publicata per Alreus *die* 11. *Maii*, 1932. inter Comitem de Euensalida Don Petrum de Ayala, Præceptorem de Bexix, Ordinis Calatravæ, & Administratorem Præceptoriæ de Orcheta, sub examine domini Don Raymundi Mora, & sententia publicata per Benavides *die* 31. *Januarii* 1653. inter Syndicum Generalitatis, & Nobilem dominum Don Antonium Juhan de Centellas Regentem Cancellariam, Administratorem Præceptoriæ de Bexix, sub examine Mag. Domini Doctoris Joannis Arquez Iover.

Per nostrum textum tradita est forma matriculandi Nobiles, & Generosos, vel Milites, ut ad concursum 5
horum officiorum admittantur: dispositum enim est per *cap.* 8. *ejusdem extravag.* ut nova forma induceretur quoad has electiones. In *cap.* 9. describitur modus habilitandi primos matriculandos, duplici ordine, ibi: *E dels noms de aquells ordenadament faran dues cedules, é lliures en paper, la una de Nobles, y laltra de Cavallers y Generosos.* In *cap.* 10. modus eligendi, seu nominandi à Rege primos insaculandos; nam ex habilitatis, numerum sibi benevisum eligere potest, & nomina ipsorum in duplici ordine mittere ad deputatos: ibi: *Y los altres dos tresllats, lo hudels Nobles, latre dels Cavallers, y Generosos, liure á Pere Bataller notari Escriva de la Deputacio del dit Regne, manuatli aquelles dues cedules sagellades be, é felment porte á la ciutat de Valencia, é lliure aquelles als Diputats del dit General residens en dita Ciutat, perque de aquelles se faça lo seguent.* In *cap sequentibus* traditur forma extractionis, & in nostro *textu* modus matriculandi, caveturque expressè, ut ex habentibus qualitates requisitas tot habilitentur ab examinatoribus, quot sufficiant ad duplicatum numerum locorum vacantium, ut Dominus Rex ex eis, & non de aliis nominet, qui sufficiant, ut in locum demortuorum subrogentur, & hoc, ne numerus noviter apponendus excedat numerum defunctorum.

His clauditur forma insacculationis fiendæ, quo posito, cum ante electionem ad triennium, quod incipiebat 6
anno 1644. juxta formam prædictam Examinatores habilitassent, in catalogo nominatorum per Dominum Regem, inventus fuit Vincentius Irles Miles, qui habilitationem minimè consecutus fuerat. Conquerebantur Stamenta Regni de nullitate totius nominationis, & non solum admittere distulerunt nominationem dicti Irles, ejusque ordinis, sed etiam ordinis Nobilium. Unus ex his mihi consanguinitate conjunctis interrogavit de jure, quo remedio Nobiles uti poterant ad hoc, ut nominatio eorum admitteretur? & licèt re bene inspectâ facilis decisio mihi videbatur, eo quòd Stamento Regni non absque ratione processisse credendum erat; nolui per me solum causam hanc suscipere; sicque me consulente vocavit ad consultationem Magnificos Jacobum Garcia, & Thomam Simancas, tunc disertissimos Advocatos, posteaque meritissimos Regios Consiliarios. Eis quæstionem proposui, & cum antiquiores me es- 7
sent, sicque ut de more sententiam primum dixissent, utrique visum fuit causam arduam esse, nam nominatio videbatur peccasse in forma, sicque nulla omnino erat ob individuitatem, quam forma præfefert, ex traditis à Geor. Cabed. *decis.* 84. *num* 7. *&* 15. *tom.* 2. Fontanel. *de pact. claus.* 4. *gloss.* 10. *par.* 1. *num.* 53. *&* 54. Capiblanco *de Baronibus, pragmat.* 10. *num.* 8. Narbona *in horolog. jur. hora* 1. *n.* 60. *&* 129. cum similibus. Sed nihilominus contrariam sententiam secutus fui, quam me audito, ipsi approbarunt ex sequentibus.

Affirmabam in primis in nostro *textu* de duobus ge- 8
neribus eorum, qui matriculæ erant adscribendi, loqui certum esse, in eis verbis ibi: *Pero que lo nombre dels que sa Magestat eligirá no sia major que lo dels que seran morts, servats tots temps los dits actes de Corts.* Cum autem, ut *n.* 5. dixi *in c.* 9. *&* 10. loquatur expressè de duobus Ordinibus, nempe Nobilium, & Militarium insaculandis diverso catalogo, in *textu* etiam de ipsis duobus loqui clarè sequitur, ob quod nominationem individuam

non

non esse constanter asserebam.

9 Nam *dividuum* est, quod est divisibile in partes aptitudine, & potentia, *l.1.§.si usus fructus, l.si is qui* 8. *§.ultim.* cum *l.si ij, ff. ad leg. Falcid.* quamvis actu ipso non sit, quod *indivisum* propriè dicimus. *Individuum* verò quod est indivisibile aptitudine, & actu, *l.4.§.pater, vers. ab omnibus ff. de verb. oblig.* ita communiter Doctores *in l.2.ff.de verb. oblig.* Donellus *lib.15.comm. cap.6.* Giurba *obser.3.per tot. sign.n.13.* Narbon. *hora 12. n.56.* & didici à communi Præceptore Domino meo semper colen-

10 dissimo Doctore Don Francisco Ramos del Mançano Juris civilis apud Salmantinos primario Professore, Regio Senatore meritissimo in Supremo Castellæ Senatu & Camera, jam Præside Senatus Novi orbis, Regisque nostri Magistro, *in dict.l.2. num.3.* Sed sic est, quòd electiones Nobilium non solum aptitudine, & potentia dividi possunt, sed à principio, & nunc discretæ sunt ab aliis ejusdem Brachii; ergo ob individuitatem non poterat dici vitiata electio, aut nominatio Nobilium, per nominationem dicti Irles inter Generosos.

11 Quòd actu Nobiles à Militibus distinguantur in ipso Brachio, quoad se, & in rebus Generalitatis, certissimum est; nam in ipso Brachio, sive Stamento, quoties congregantur, distincto catalogo annumerantur, ut dixi

12 *§.1.hujus capitis, num.61.* Si Electores, & Examinatores nominandi sunt, vel sorte extrahendi, separatim fit, ut

13 dixi *d.§.1 num.73.* Nec elector nobilis nominare potest Examinatorem Generosum, nec è contra. Si Electi fiant, ut quotidie observatur, cum posse substituendi; nominati tanquam Nobiles non possunt subdelegare Generosum, nec è contra: ergo ipsi quoad se distincti sunt in Bra-

14 chio. In rebus Generalitatis idem observatur, nam matricula distincta est, sortis missio diversa, Nobiles ad officia Administratorum, & Clavariorum non concurrunt, ut tradit Dominus Mora *d.rub.2.num.24.25. cum*

15 *seqq.* Deputatus Nobilium non potest substituere Generosum, nec è contra: ergo sunt omnino distincta, & sic individuitas considerari non poterat ad effectum de quo agebatur.

16 Deinde etiamsi hæc cessarent, omnes admittendi erant, tam Nobiles, quàm Generosi, dempto dicto Irles, nam ejus nominatio non peccabat in forma quoad electionem, cum ei utplurimum obstare poterat defectus habilitationis, qui licet nullam ejus nominationem redderet, non sequebatur formam actui deesse, cum hæc inducatur, vel quia in dispositione expressè dicitur, aliquid ser-

17 vandum esse pro forma, ut ex *Grat. Gozad. Rolando*, & aliis probat Barbos. *axiom.100.num.2.* Vel quia additur necessitas id faciendi, ut ex *Tiraquello*, & *Beroyo* tradit *ibidem*; vel quia conditionaliter disponitur, ut ex *Menochio, & Tusco*, ipse docet; vel per temporis appositionem ut ex *Roland. Ossasch. & Boccac.* expendit; vel quia præter jus commune cavetur, ut ex *Roland. & Boccac.* innuit; vel ex studiosa, & vehementi animi applicatione, ut ex *Boccac.* subdit. Nam in *text.* nullo ex his modis cavetur, quòd perfectus numerus demortuorum adimpleatur: licet enim dicatur, quod major numerus apponi non potest, cum nec eo in capite, nec in aliis certus numerus sit datus insaculandorum, imò id relictum arbitrio Principis, ut *in cap.10. in princip.* dixi *sup.n.5.* licet non possit, si decem loca vacent, undecim nominare, illi prohibitum non reperitur, ut unum utiliter nominet tantum: quo posito si nulla est nominatio dicti Irles reflantes utiles censendæ sunt.

18 Neque argumentum à contrario sensu valet, ita ut ex eo quod plus nominare non possit, inferatur, quòd neque minus; ad tradita per Barbos. *argument.27.num.10.* quia fori non admittunt has extrinsecas interpretatio-

19 nes, ut dixi *c.1.§.2.num.14. & seq.* Quibus additur, quòd in odiosis simile argumentum non valet, neque indistincta æqui pollet universali, Barbos. *axiom.123.n.13.* Quid enim odiosius, quàm Principis potestatem limitare; quod sacrilegium esse videtur *l.2.C.de crimin. sacrileg.* Barbos. *dict. argument.27.n.25. & 30.* ubi probat, quod nec desumitur in dispositionibus negativis à contrario sensu, ut hæc est, ibi, *nostra major*, atque adeo affirmativum à con- 20
trario sensu non valet, neque in statutis procedit, quando eo argumento inducitur correctio juris, qualis est limitatio potestatis Regiæ.

Deinde, nam in nominatione unusquisque venit ex 21
propria persona electus ad concursum, & privilegium insaculationis, cum examen prædictum fiat, ut industria personæ ad ea officia obtinendum approbetur; sicque tot censentur privilegia, quot sunt personæ, *l. si arrogata, vers. penultimo, ff. de adoptionibus, l.coheredi, §. cum filio, vers. nec fideicommissum, ff. de vulgar.* Zuchar. *cap.50.nu.3.* Suarez *in quæstione majoratus, n.18.* Molin. *de Hispanor. primogen. lib.3.cap.40.num.84.* aliis laudatis Cancer. *variarum lib.3.cap.3.num.21. cum seqq.* Sicque observatur, 22
tam in officiis Generalitatis, quàm Civitatis, ita ut impedimentum unius non extendatur ad alios, tam in concursu cujuscunque officii, quàm insaculatione, præsertim cum ex forma electionis non sit definitus numerus concurrentium, ut dixi *num.5.* atque adeo impedimentum unius non potuit nocere cæteris; sic declaratum fuit per Senatum, Regia sententia publicata per Don Joannem Daça *die 31. Octobris 1614.* ad favorem Syndici civitatis Orcelis, sub examine domini Guardiolæ & sententia publicata per Antonium Ludovicum Cases, contra Syndicum civitatis Setabis, referente domino Polo *die 15. Julii 1632.* & sententia publicata per 23
eundem Daça *die 22. Decembris 1634.* inter Syndicum Urbis, & Fisci Regii procuratorem. Et post hæc scripta in ea causa, idem censuit mea Aula ad relationem domini Aguirre in causa recursus Don Joannis Hosta, electi Episcopi Orcelensis ad electionem triennii incipientis anno 1647. nam eo quòd ipse admissus fuit inhabilis ad concursum, electio de nullitate arguebatur.

Quibus addebam, quòd querela jam erat proposita 24
Domino Regi, qui Regio rescripto jusserat omnes admitti dempto dicto Irles, cujus jus judicialiter per Judices, ad quos spectabat, definiretur, sicque legem habebamus, nam rescriptum Principis legis habet vigorem, *§.Sed & quod Principi. & ibi* Doctores, *Instit. de jur. natur. & l.2.§.Novissimè, & §.Cum placuisset, ff. de Origin. jur. l.1. ff. de constit. Princip.* Dominus Leon *decis.113.n.5 tom.* 1. Faber *in C. lib.3.tit.22. diffin.11.n.3 in allegat.* Neque id 25
contra *foros*, aut utilitatem publicam esse; nam nihil æquius, aut utilius, quam cujuslibet jura per justitiæ tramites examinare.

His à me dictis omnes in eadem sententia concorda- 26
vimus, & sic recursus emissus fuit ad Regium Senatum, nomine omnium Nobilium noviter insaculatorum. Causa commissa fuit Mag. Domino Polo eruditissimo Senatori, qui provisione diei 23. Decembris 1643. pro Nobilibus, & Generosis, dempto dicto Irles, pronuntiavit ex deliberatione Senatus. Stamenta Regni non hic decisione acquieverunt, sed contra *forum* esse credendo, modo solito Domino Duci de Arcos, tunc Proregi, exposuerunt per electos; sed junctis tribus Aulis die sequenti ex concordi voto confirmata fuit provisio, informantibus Advocatis Stamentorum; & quamvis paratus eram ad informandum, necessaria non fuit allegatio prædictorum; & licet eo non obstante, Stamenta non 27
desisterent, consultâ Regiâ Majestate Senatus decreta confirmata fuerunt, sicque omnes insaculati ad sortem admissi fuerunt, dempto dicto Irles, qui à Rege omnino excluſus fuit.

Officia hæc conferri debent originariis, & Civibus 28
Regni, nam exteri omnes excluſi sunt à muneribus, per *for. in cap.1 in extravag. Quod officia Regni, fol.22. for. in cap.1 in extravag. Dels oficis a qui seran acomenats*, qui loquuntur generaliter, & in specie officiorum Deputationis, & Generalitatis *for.96. Curiar. ann.1604.* aliis relatis

Dñs Mora *rub. 6. per tot.* Quod limita respectu Brachii
29 Ecclesiastici, ut *ibidem* probat *n.4.* nam hi ratione Ecclesiasticæ dignitatis, quam obtinent, dicuntur Cives, & originarii, ad text. *in cap. nullus, de temper. ordin. in 6.* ubi Barbos. *in collect.* aliis relatis Mastril. *de Magistrat. lib. 5. c. 15. n. 70.*

30 Sed quoniam Deputati, cæterique Officiales solent, & possunt substituere, Dominus Mora *rub. 7. n. 1.* quicunque substituendus ex Ecclesiasticis, debet esse naturalis, si ejusdem qualitatis reperiatur, *for. in cap. 1. in extravag. Forma de les substitucions, fol. 91.* confirmato per
31 *for. 5. Curiar. ann. 1547.* dominus Mora *ibid. n. 5.* In Militaribus verò, sicut admitti non potest ad ea officia qui non sit insaculatus, ita nec ad substitutionem, *cap. 20. in dict. extravagant. Eleccio de Diputats, fol. 41.* dominus Mora *rub. 2. n. 34.* & sicut admitti non potest ad concur-
32 sus ejusdem officii per duo triennia sequentia, ita nec ad substitutionem ipsius officii, *actus Cur. Brachii Militar. in cap unico, ann. 1585. fol. 26.* tradit dominus Mora *in d. rub. 7. ad fin.* Ex Brachio Regali Civem Valentinum substituere possunt, *ex cap. 13. Ordin. ann. 1439.* de quo dominus Mora *ibid. n. 2.* qui omnes jurare tenentur, ut docet
33 *num. 4.* Sed specialiter est dispositum quoad Ecclesiasticos, quòd teneantur substitutum habere in urbe, & si officium aliquod obtineant ejusdem Generalitatis, casu quo personaliter illud gerere non possint, debent substituere eundem, quem substitutum ordinariè habent, *ex*
34 *cap. 23 actor. Cur. Brach Eccles. ann. 1604.* nisi Episcopi, aut Capitula Canonicum ipsius gremii mittere velint, dominus Mora *d. rub. 2. n. 17.*

35 Et nota quoad Militares, quoad insaculatus suscipiens habitum alicujus Ordinis Militaris ipso facto amittit jus insaculationis, ex inconcussa, & inveterata consuetudine, & suo tempore alius in ejus locum subrogatur; & si Miles, Aut Generosus Nobilis fiat, etiam exclusus remanet, ut pluribus exemplaribus comprobat Præpositus Morla *in allegat. pro Syndico Generalitatis in Don Petrum de Balda* (qui dum Deputatus esset, Stemma Divi Jacobi sumpsit) *num. 17.* & si actu reperitur cum officio, ab eo excluditur, & nova electio fit. Nam licet durante noviciatus anno, officia utiliter adepta non vacent; id fallit quando constat de expressa voluntate mutandi statum, ut ex Carlevalio *de jud. lib. 1. tit. 1. cap. 2. q. 6. sect. 3. n. 439. circa finem*, probat Præpositus Morlà *ubi sup. n. 21.* & sic definitum fuit per Senatum sub examine magnifici, ac sapientissimi domini Joannis Arques Jover (cujus doctrina, eruditio, atque elegantia Senatum ipsum illustrant, cum acumine ingenii eximii certando) sententia publicata per Fœlicem Monço R. M. S. *die 10. Octobris ann. 1646.* in Don Petrum de Valda, ut contendebat Syndicus Generalitatis, quam sententiam nota, quia elegantissima est re, & verbis.

tats, é Vilues Reals del Regne. E que en les obligacions, é qualsevols altres contractes non puguen renunciar a la present foral disposicio tacita, ni expressament: è si de fet ho feien, semblants renunciacions sien nulles, è de ningun efecté, sino en los casos desus exceptats, en los quals si renunciaran a la dita disposicio foral, dita renunciacio sia valida, *Plau a sa Magestat.*

SUMMARIA.

1 *Deputati non solum cognoscunt de debitore Generalitatis, sed etiam de debitoribus eorundem.*
2 *Debita Generalitatis an reputentur fiscalia.*
3 *Fisci differentia ab erario.*
4 *Debita Generalitatis à jure non reputantur fiscalia.*
5 *Syndicus Deputationis habet privilegium fiscale trahendi causas ad suos Judices.*
6 *Debita Generalitatis exigi possunt, tanquam fiscalia.*
7 *Debita Generalitatis equiparantur fiscalibus quoad capturam.*
Idem in debitis Urbis, ibid.
8 *Milites, & Nobiles non fruantur privilegio militari, ne conveniantur ultra quam facere possunt, in debitis Generalitatis.*
9 *Privilegium ne conveniantur ultra quàm facere possunt, concessum Militibus.*
10 *Milites, quibus hoc privilegium à jure concessum est, qui sint?*
11 *Stipendia quibus Militibus concedebantur.*
12 Bellugæ *opinio in his.*
13 *Communiter receptum est contra* Bellugam; *ut simile privilegium concedatur à jure, Militibus armatæ militiæ, non honorariæ.*
14 *Militibus hujus Regni de consuetudine hoc privilegium impartitur.*
Militibus, sive Nobilibus Castellæ, hoc privilegium non conceditur, nisi ultra nobilitatem habeant titulum, Baroniam, vel vassallos, ibidem.
15 *Valentiæ omnibus qui privilegio militari utuntur, conceditur; ne condemnentur ultra quam facere possint.*
16 *Doctoribus, qui sunt togatæ militiæ, etiam competit.*
17 *Clericis, qui sunt cœlestis militiæ, etiam conceditur.*
Qui carcerari nequit pro debito civili, hoc privilegio utitur, ibid.
18 *Militiæ cœlestis æquiparatur armata.*
19 *Praxis similiter observat in Clerico, ac in Milite quoad modum concedendi alimenta.*
20 *Praxim hujus Regni tradimus.*
21 *Alimenta quomodo taxanda sunt, quibus hoc remedium competit.*
22 *Clericorum bona non venduntur, quia sunt beneficia, sed fructus creditoribus assignantur, ut inde satisfiat eisdem.*
Militum bona deductis alimentis venduntur, ibidem.
23 *Decisio Senatus.*
24 *Bona fideicommissi non venduntur.*
25 *Privilegium militare non competit ei, qui convenitur ex dolo, maleficio, vel quasi.*
26 *Captura permissio excludit privilegium militare.*
27 *Privilegium militare ne conveniatur, nisi in quantum facere possit, primarium effectum operatur excludendo carcerem.*
28 *Imò ex eo infertur privilegium, quod in carcerem mitti quis non potest.*
29 *Alimentorum concessio favorabilis est, sed favorabilius carcerem vitare.*
30 *Carcer; mala mansio, locus horribilis, atque tortura, aut servitutis species.*
Incarceratio est remedium subsidiarium, deficientibus bonis, ibid.

§. IV.

De modo exigendi debita Generalitatis, & an in eis Milites fruantur privilegiis Militaribus, ad forum 38. Curiar. anni 1585.

TEXTVS.

PHILIPPUS SECUNDUS, REX. Montisoni. anno 1585.

ITem que ningun Cavaller, ni persona que gore de privilegi militar, puga ser encarcerada per ningun deute civil, sino que sien executats en los bens, y no en la persona, reservats armes, cavall, y lit conforme fur, excepto quant los deutes seran verdaderament fiscals, ò patrimonials, ó de la Generalitat, ó de la Ciutat, ó causats per raho de administracio de ofici public, que hajen tengut en la ciutat de Valencia, ô en les altres Ciu-

31 *Qui in carcerem detruditur, non gaudet privilegio militari.*
E contrario plurimi reperiuntur, ibidem.
32 *Privilegium conceſſum perſonæ, potius eſt, ac conceſſum bonis.*
Ratio hujus rei, num. 33.
Major ignominia reſultat ex carceratione, quàm ex mendicatione, ibidem.
34 *Bona reſervata Nobilibus in executione debiti privati, in debitis Generalitatis non reſervantur.*
35 *Conſuetudo quæ reſpectu aliorum debitorum viget, quoad conceſſionem alimentorum, non reperitur quoad debita Generalitatis.*
36 *Diſpoſitio hæc extenditur ad hæredes,*
Obligationes regulantur ſecundum originem, ibidem.
37 *Obligationes tranſeunt ad quaſcunque perſonas cum ſuo privilegio.*
38 *Hæres in bonis hæreditarijs non eſt melioris conditionis quàm teſtator.*
39 *Deciſiones Regiorum Viſitatorum Generalitatis.*
40 *Deciſio ſupremi Aragonum Senatus.*
41 *Fori diſpoſitio an extendatur ad oppida extra Regium dominium.*
42 *Debitum ratione contractus in oppidis, quæ non ſunt Regij patrimonij, non habet hoc privilegium.*
43 *Debitum reſultans ex mala adminiſtratione, quia habet implicitum debitum, excludit privilegium militare.*
44 *Vjura debentur in his debitis.*
45 *L. in minorum 3. C. in quibus cauſ. in int. expenditur.*
46 *Vſura debentur Generalitati ratione damni emergentis.*
47 For. 103. Curiar. ann. 1604. *exponitur, & deciſio traditur.*

1 DIxi §. 2. *hujus capitis, num.* 25. quod Deputati cognoſcunt de omnibus quæſtionibus ſpectantibus ad jura Generalitatis, ita, ut in his habeant juriſdictionem privativè conceſſam in omnibus pertinentibus, vel quomodolibet ſpectantibus ad hæc jura. Vnde non ſolum cognoſcunt de debitore ratione eorum jurium, ſed etiam de debitore ipſius debitoris, quem trahunt ad ſuum Tribunal, ut latè probat dominus Mora *rub.* 11. *n.* 35. *per plures. ſeqq.*

2 Sed occurrit pulchrum dubium, an Generalitas hujus Regni habeat jura fiſcalia? quod examinare debemus. Fontanella *deciſ.* 254. *num.* 1. præſuppoſitivè loquendo aſſerit Generale Cataloniæ habere fiſci prærogativam, ſed id intelligendum eſt, ex ſpeciali Principis conceſſione, ut expreſsè tradit Don Acarius Ripoll. *Regaliar. cap.* 51. *num.* 35. Maſtril. *de Magiſtrat. lib.* 5. *cap.* 15. *n.* 74. affirmat, quòd pro exactione donativorum; quæ Deputaris competit, uti procuratoribus Cæſaris, habentur jura fiſcalia. Sed ſtatim declarat, quòd nullam habent juriſdictionem, niſi quarenus à Principe conceditur, *ex l. Procuratores uxos, C. de modo multar.* atque adeo cum apud nos conceſſio fiſcaliæ non apparear, videamus num de jure eam obtinere poſſint.

3 Don Franciſcus Amaya *in rub. ad tit. de jur. fiſc. C. lib.* 10. (cui adde tradita à Larrea *in præmio allegat. fiſcal. num.* 2. *& ſeqq.*) bene diſtinguit ærarium à fiſco, nam *num.* 10. ait: fiſcus eſt proprium patrimonium Principis, ærarium populi Romani: & licet *num.* 14. dicat hæc conjuncta olim fuiſſe, ſicut in Caſtella hodie conjuncta conſpiciuntur; apud nos cùm diſtincta reperiantur, ita ut de patrimonio Principis cognoſcat Bajulus ſicut dixi *c.* 2. §. 4. & de ærario Regni, Deputati, ut tradidi *hoc cap.* §. 2. inde eſt, quòd pecunia Generalitatis non ſit propriè fiſcus, ſed veriùs ærarium populi Regni Valentini, Don Acaſ. Ripoll. *dict. cap.* 15. *num.* 1. atque adeò à jure non poteſt habere privilegia fiſcalia cum ſit de Regalibus, plures apud Amayam *ibid. num.* 24. Ripoll. *n.* 31. (qui de ærario civitatis Barchinonenſis loquitur, & Maſtril. *de Magiſtrat. lib.* 3. *cap.* 10. *n.* 391. qui de aliis civitatibus ſuperiorem recognoſcentibus, quale eſt Regnum noſtrum) Alfaro *de offic. fiſcal. gloſſ.* 1. *num.* 2. *in fin. & gloſſ.* 31. *n.* 5. Larrea *allegat.* 1. *n.* 32. qui plures etiam referunt.

Dixi cauſas ſpectantes quomodolibet ad Generale, cognoſcendas eſſe per Deputatos ex quo ſequitur, quòd Syndicus Deputationis habet conceſſum privilegium trahendi cauſas ad ſuos Judices, de quo privilegio Fiſci. Amaya *in l.* 3. *n.* 29. *&* 30. *C. de jure fiſc. lib.* 10. quam conceſſionem expreſſam habent Deputati, ut probavi *ſuprà, capite* §. 2. *n.* 25. 5

Habent etiam ſpecialiter conceſſum, quòd in exigendis debitis procedere poſſint, ſicut in juribus Regalibus, & fiſcalibus, ut ex actu Curiæ, aliiſque juribus probat dominus Mora *dict. rub.* 11. *num.* 37. *cum ſeqq. & num.* 39. ſicque procedere poſſunt contra debitorem debitoris, ut idem probat *n.* 41. Sed hæc concluſio, quoad Adminiſtratores & debitores ipſorum jurium, certiſſima eſt; quoad alios, non ita videtur recepta, licet privilegia Generalitatis de cunctis loquantur. Hinc dimanat ratio decidendi ad noſtrum *textum*; nam etſi privilegium militare adſit, ut pro debito civili incarcerari Milites nó poſſint, ut in eodem foro cavetur, dominus Cerdan. *in viſit. carcer. cap.* 11. §. 4. *n.* 2. *&* 5. Guttier. *de juram. confir. p.* 1. *c.* 16. *n.* 1. *& ſeq.* eo ipſo quòd debita Generalitatis, aut Urbis æquiparantur fiſcalibus in exactione, ſi in fiſcalibus dictum privilegium non tenet, eo quòd utilitas publica, quæ verſatur circa exactionem debiti fiſcalis, præponitur utilitati Ordinis Militaris, cum in debitis Generalitatis & urbis eadem ratio militet; inde eſt, ut eadem juris diſpoſitio inducatur. 6 7

Quo ſuppoſito (nam clariſſimè in *textu* dicitur) non irrationabiliter infertur, quòd in his debitis Milites non fruuntur privilegio ne condemnentur, ultra quam facere poſſint, deducto, ne egeant. Sed ut facilius hæc illatio percipiatur, ſupponendum eſt Militibus hoc privilegium conceſſum fuiſſe per *l. Miles 6. in princ.* & *ibi* Bart. Jaſ. & Fulgoſ. *l. item miles* 18. *ff. de re judic.* Donell. *lib.* 27. *com. cap.* 9. ubi Otvaldus Illiger. *lit. L.* Fontanell. *de pact clauſ.* 3. *gloſſ.* 3. *num.* 12. Parlador. *rerum quotid. lib.* 2. *cap. fin. par.* 5. §. 6. *n.* 18. *& ſeqq.* Ant. Fabr. *in C. lib.* 7. *diffin.* 42. *tit.* 20. Giurb. *obſer.* 22. *per tot. præcipuè n.* 3. noſter P. Siria *in pract. forenſ. q.* 17. *cum duob. ſeq.* Qui Milites ſii ſint, quibus jus hoc privilegium conceſſit dubitari meritò poteſt: nam dum erant in caſtris milites, hoc privilegio non fruebantur, ut ait Conſultus *in d. l. miles.* 6. *l. item miles* 18. ibi: *Qui ſub armata militia ſtipendia meruit*; ſicque privilegium non competit, quin ſtipendia merita ſint, quæ veteranis tantum concedebantur poſt vigeſimum militiæ annum, ut tradit Juſt. Lipſius *de milit. Roman. lib.* 5. *dialog.* 19. *in princ.* latè Langlæus *Semeſtr. lib.* 13. *cap.* 1. *à medio, uſque ad fin. pag. mihi* 739. *& ſeqq.* Don Franc. Amaya *in l.* 1. *n.* 7. *& ſeqq. Cod. de his qui ſpontè. lib.* 10. ita ut poſtquam emerita conſequuti erant, honorificéque dimiſſi, hoc privilegium inter alia obtinebant. Quare noſter Belluga *in ſpecul. rub.* 20. §. *quia poſt n.* 17. *& ſeqq.* tenet à noſtris militibus hoc privilegium, participatum fuiſſe, nam cum ratione dignitatis eis adquiratur, licet deficiat cauſa, non ceſſat privilegium & continuatur in poſteros, quem ſequutus fuit D. Cerdan. *d. c.* 11. §. 4. *n.* 5. *& in not. lit. E.* 8 9 10 11 12 13

Sed communiter receptum eſt, ut hoc privilegium à jure tantum concedatur Militibus, qui in armata militia ipſum meruere, ut tenet Jaſon *in d. l. miles n.* 2. Donell. *dict. lib.* 27. *cap.* 9. & ibi Illiger. *lit. H.* Covarruvias *variar. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 4. Tiraquel. *de nobilit. cap.* 20. *num.* 142. Guttierrez *de juramen. confirmat. dict. cap.* 16. *num.* 36. Molin. *de juſt. & jure, tract.* 2. *diſput.* 571. *verſ. Miles.* Petrus Siria *dict. queſt.* 17. Pat Fragoſo *de Repub. lib.* 1. *diſput.* 6. §. 8. *num.* 144. Brun. *de ceſſion. bonor.*

Part.4.princip. quæſtion.11.num.3.& ſeqq. Adeo ut Joannes,*in tract. de Roman. Imper.in tom.16 tractat.n. 69.*dicat hanc eſſe communem, & veram, ac ab omnibus re-
14 ceptam,quos ſequitur dominus Leon *deciſ.85.n.4.tom.1.* tenendo ut Militibus honorariis, ſive Nobilibus hujus Regni, tantum debeatur ex conſuetudine; quod etiam tenet Salgado *in labyrint.creditor. part. 1. cap. 24. n. 33.* reſpectu Magnatum,Titulatorum, Baronum, ac cæterorum habentium vaſſallos cum juriſdictione, negando in cæteris,etiamſi Nobiles ſint, & majoratum poſſideant
15 ex praxi Regnorum Caſtellæ *ibid.num.49.* Ob quod indubitatum manet, id ex conſuetudine participatum à Militibus honorariis, quæ conſuetudo apud nos non ſolum viget quoad omnes Ordinis Militaris, ſed etiam quoad fungentes privilegio militari quomodocunque,ut ſunt Cives,honorari,& ſimiles, ſicuti communis obſervatio comprobat.

16 Pari modo competit hoc privilegium Doctoribus; qui togatæ militiæ cenſentur,ut ex Jaſon,Illiger,& aliis probat Farin. *in praxi, quæſt. 27. num 77. cum ſequent.* Salgado *dict. cap. 24. num. 4.* Petrus Syria *in pract. for. quæſt.19.num.4.& ſeqq.*& etiam Clericis,ut docet multis relatis Graſſis *de effect.Clericat. effect.7. numer. 1.* ex
17 textu *in Cap Odoardus, & de ſolution.* ubi latè Barboſ. *in collect ad eum text.* Salgado *ibid.* Siria *quæſt.18. nu. 3.* Et licet *in dict. Cap Odoardus* expreſsè non concedatur Clericis aliud,quàm ne poſſint in carcerem detrudi pro civilibus debitis;eo ipſo quòd hoc conceditur, inferunt omnes Doctores quòd eis conceſſum eſt privilegium ne conveniantur,niſi in quantum facere poſſint,ut probant Farinac. *ubi ſup.*& Doctores laudati per eundem, Graſſis *dict.effect.7.nu. 2.* deducendo ab eodem textu *in dict. l.Miles,*eo quòd militia cœleſtis non ſolum in hoc, ſed
18 in reliquis armatæ militiæ æquiparatur, *Cap. degradatio.verſ. actualis,de pœnis in 6.* ibi: *Actualis verò, ſive ſolemnis cœleſtis militiæ Militis,id eſt,Clerici degradatio, cum ad eam fuerit procedendum,fiat ut exauctorizatio ejus qui militiæ deſervit armatæ,cui militaria detrahuntur inſignia,ſicque à militia remotus caſtris vejicitur, privatus conſortio,& privilegiomilitari.* Tradunt plura ad rem Don Alfonſ.Narbon.*in l.35.tit.3.gloſſ.1.n.17.recopilationis,* & melius Langlæus *Semeſtrium lib. 13. c. 2.* qui plura ad rem ſe lectiſſima.

Quæ æquiparatio adeo in praxi recepta eſt, ut id ipſum,quod Doctores ſcribunt obſervari,reſpectu Clerici,
19 qui utitur eo beneficio,obſervetur etiam in Milite hujus Regni: tam id ipſum quod ſcribunt Menochius *de arbitrar,jud.caſu 183.n. 30.* Farinac.*q. 27. n. 68.* Riccius *collect.2696.p.7.* Graſſis *d.effect.7.n. 6.& ſeqq.* P.Caſtro Palao *to.3.de juſtitia commutat. diſt.1. punct.18.§.28. n. 1. & ſeqq.* de Clerico loquentes, in Milite obſervatur apud nos,ut quotidie cernitur & apud cæteras Nationes pluribus relatis,Salgado *d.c 24. n. 11.cum ſeqq.* eo quòd
20 omnes conveniunt in hoc; *quod practica ſit quod ipſi ſequeſtrantur fructus (vel bona) qui creditoribus poſtea aſſignantur uſque ad integralem ſatisfactionem,taxati,primo alimentis pro congrua ſubſtentatione, ne egens in opprobrium Ordinis mendicare cogatur.* Sicque diſpoſita circa Clericum obſervari ſolent in Milite, & è contra.

21 Seſt iſta taxatio non debet eſſe, ita ut ampla ei alimenta præſtentur,ſicuti in his quæ taxantur, vel aſſignantur officio Judicis, in quibus inſpicitur qualitas perſonæ, ac facultatum ubertas, à quibus tribuuntur, ſed juxta indigentiam pro vitæ ſuſtentatione,ne mendicare cogatur, eo quòd neque jure actionis, neque officio judicis tribuuntur, ſed miſerationis cauſa, ut optimè, ultra omnes, quos viderim, tradit ipſe Salgado; *num. 12.& 19. cum ſeqq.* omnino ad rem videndus. Solum adeſt quædam differentia inter Clericos,& Milites; nam cum Beneficia non ſint quoad proprietatem ipſorum Clericorum, tantum aſſignantur debitoribus fructus beneficiorum,ut *Foriuſ. Graſſis*,& alii ſuperius adducti tradunt. Milites verò ſi poſſideant bona,de quibus ad liberas ædes diſponere poſſunt, coguntur vendere ea quæ remanent deductis alimentis, ut ex illorum pretio creditoribus ſatisfiat, Barboſ.*in l. maritum 13. à nu.13. ff. ſolut.matrim.* Lara *in l. ſi quis à liberis,§. ſed ſi filius, ex numer. 24.ff.de lib. agnoſ.* Collerus *de proceſſ. execut. p.2.cap.3.n. 119. & 120.* Boer. *deciſ.19.n.7.& 26.* Menoch.*de arbitrar.caſu 183. num. 24.& ſeqq.*& ſic obſervat Senatus, extantque plures Regiæ ſententiæ; nempe publicata per Don Joannem Daça Regii mandari Scribam,*die 8. Novembris 1632.* inter Vincentium Sauli,& 22
Elenàm Duran. Publicata per eundem *die 5. Januarii 1624.* inter Hieronymam Sivera,& Gaona, & ſuos creditores: Et publicata per D. Franciſcum Alreus Regii mandati Scribam, *die 15. Septembris 1634.* inter adminiſtratores bonorum Chriſtophori Perez de Almaçan Societatis Jeſu, & Don P. Carroz, & aliæ plures. Sed ſi 23
bona debitoris fideicommiſſo, vel majoratui ſuppoſita ſunt,cum ex prohibitione alienationis vendi, aut hypothecari nequeant, tunc fructus creditoribus applicantur deductis alimentis, & non perpetuò, ſed vita debitoris durante ita ut poſt eos ſucceſſor liberè, & integrè conſequatur, etiamſi creditores ſatisfacti non ſint, ut ex Fontanella, Molina & aliis plurimis probat Salgado *d. c. 24.n. 58.* Quod limita niſi in creditis, quæ poſſeſſores 24
majoratuum, & fideicommiſſorum tenentur ſolvere ratione expulſionis Maurorum, nam tunc,aut ſolvere debent,aut executionem ſuſtinere,niſi etiam alimentorum taxationem obtineant, cum in Regiis pragmaticis expulſionis ipſorum cautum expreſſe ſit, quòd bona fideicommiſſi, vel majoratus teneantur.

His itaque ſuppoſitis præmittendum etiam eſt, me 25
non loqui de eo, qui debitor eſt ratione malæ adminiſtrationis ſibi commiſſæ,vel quia pecunias Generalitatis in uſus proprios convertit,vel ſimiliter doloſè ſe gerit;nam textus de debito civili loquitur, & eo in caſu nemo utitur privilegio ne conveniatur;niſi in quantum facere poſſit, dum convenitur ex dolo,maleficio, vel quaſi;*l.ſed hoc ita 22.in fin ff.de re judic.* ibi:*Vt neganti ſe ſocium eſſe ex doli clauſula obligato non ſuccurratur. l. 4. §. 1.ff.*quod cum eo,ibi:*Interdum autem etſi exheredatus filius,vel emancipatus ſit, in ſolidum actio adverſus eum dabitur,ut putà ſi patremfamilias ſe mentitus eſt.cum contraheretur cum eo;nam libro ſecundo Digeſtorum Marcellus ſcripſit,etiamſi facere non poſſit,conveniendum propter mendacium. Quamquam autem ex contractu in id, quod facere poteſt, actio in eum detur;tamen ex delictis in ſolidum convenietur.* l.ſi ex cauſa 9.§.nunc videndum, ff. de minor.ibi:*& placet,in delictis minoribus non ſubveniri.* l. ſi rerum 52.ff.de re judic.ibi,*Si rerum amotarum cum viro agatur,quamquam videatur ea quoque actio precedentis ſocietatis vitæ cauſam habuiſſe, in ſolidum condemnari debet,quoniam ex malo contractu,& delicto oritur.* l. ſi mulier 21.§.fin.ff. de action. rerum amot. ibi:*Nec viro, nec mulieri prodeſt in hoc judicio, ſi facere non poſſunt, pendeo enim id ex furto.* Tradunt Donellus *dict lib.17. cap.9.* & Illiger *dit.aa.* Cujacius *lib.24. obſervation.cap.38. & lib. 2.different. Modeſtin.in l.20.ff.de re judic.* Covarruv.*dict. lib.2.variar.cap.1.n. 9.verſ.utrum ſi Clericus*, Gratianus *diſceptat.tom.2.cap.222.n.49.* Surdus *de aliment. titul. 7. quæſt.14.n.28.* Farinac.*quæſt.27.n.71.* Riccius *collectan.22. part.1.& collectan.1750.part.5.& in praxi for. Eccleſ. deciſ.283.& 292. & reſolut. 251.* Cevallos *commun. contra quæſt.701.n. 8.* Guttierrez *de juramento confirmat.part.1. capit.13.n.27.& ſeqq.* Graſſis *dict effect.7.n.37.& 38.* Beller.*diſquiſit.Clerical.par.1.titul.de Clericdebitor §.2.n.9. & 10.* Barboſ.*in collect.ad dict.c.Odoardus. n. 10. & 15.* Eſcobar.*de ratiociniis, cap.35.n. 19.* Onufrius Cigala *de action.§.fin minus 28.n.65.& 69.* Pater Caſtro Palao *dict. §.18.n.9 & ſeqq.* noſter *Siria pract.for q.16.n.23.& ſeqq.* Quæ omnia nota;nam ſolum requiritur dolus,ut in prædictis reperies,& ait Conſulus *in d.l.2.§.ff.4.quod cum eo,*

ibi:

ibi: *Etiam si facere non possit, conveniendum propter mendacium*. nam ex mendacio verus dolus præsumitur à jure, *l. si quis affirmaverit, §. 1. de furtis*, cum aliis pluribus adductis per Gabrielem Pareja *de univers. instrument. edit. tom. 2. sit. 9. resolut. 5. n. 9.* Reperiuntur ne mendacia in his judiciis: in actis patet, sed hæc relinquamus; nam cum ista via introducta sit à jure, ut creditoribus satisfiat, sine totali damno debitoris, hodie est via certissima ad hoc, ut nihil eis solvatur.

26 Per nostrum textum expressè disponitur, quòd Militaris capi possit pro debitis fiscalibus Generalitatis, & Vrbis, ac per consequens in his debitis omnino excluditur privilegium militare, ne condemnetur, nisi in quantum facere potest. Et ratio est, nam omnes Doctores primò, & præcipuè interpretantur istud privilegium
27 de carcere, ut *Grassis, Farinac. Barbos.* & ab eis relati, posteàque inferunt, quò deo ipso quòd mitti in carcerem nequit, privilegium prædictum obtinet, ut probant relati à Grassis *numer. 2.* Barbos. *in dict. collect.* Riccio *in decis. Curiæ Archiepiscop Neapolit. 160. num. 1. part. 1.* Scaccia *de judic. caus. civil. & crimin. lib. 1. capit. 46.*
28 *num. 17.* domino Cerdan *ubi supr.* Qui enim hoc utitur privilegio, non potest in carcerem detrudi, ut ex Guttierrez, & aliis dixi *numer. 7.* & hoc urgentissima ratione; nam licet verum sit, quòd concessio alimentorum favorabilis est, & effectus ipsius privilegii, *l. in condemna-*
29 *tione 173. ff. de regul. jur.* Surdus *de aliment. quæst. 68. in princip. sit.* 1. tamen favorabilius est carcerem vitare, quem Doctores, imò Consulti, locum horribilem, malam mansionem, atque torturæ speciem, vel servitutis modum
30 appellant, Farinac. *d. q. 27. n. 1.* Scaccia *d. lib. 1. c. 86. n. 7.* dominus Cerdan *in visit. c. 3. per tot.* optimè Amaya *in l. 3. num. 6. C. de exactor tribut. lib. 10.* ergo sublato, quod est favorabilius; non potest dici sublatum non esse quod est minus favorabile. Quibus additur, quod incarceratio est remedium subsidiarium deficientibus bonis, Gloss. *in l. 3. § penult. ff. de suspect. tutor.* Dominus Cerdan. *c. 8. n. 2.* Molin. *de justit. & jure disputat. 571. in princip.* Brun. *de cess. bonor. part. 4. p. in. q. 1. &* 2. sed bona non deficiunt
31 omnino, quibus conceduntur alimenta; ergo si ad extremum pervenire potest executio, per medium, quod est, id quod ad alimenta taxatur, pervenire debet: ob quod quicunque in carcerem detruditur, hoc privilegio gaudere non potest, Covarr. *dict. lib. 2. variar. cap. 1. n. 4.* Escobar. *de ratiocin. cap. 35. n. 11.* quamvis à contrario sensu multi sunt, qui in carcerem detrudi nequeant, & tamen eo non fruuntur, nec alimenta eis taxantur, ut mulieres, senes, & his similes, de quibus Farinac. *dict. q. 27. per tot.* Ergo concessa per forum incarceratione in Militibus, quod est ultimum executionis, & quod plus nocet debitori, necessariò sequitur, quod cætera quæ ad hunc finem conducunt, concessa sunt, sed non expressa, quia neque adest forus expressus, qui hoc privilegium concedat.

32 Quibus additur, quòd majus est privilegium concessum personæ, quàm concessum bonis, sicque Milites privilegium obtinent à jure, ne in carcerem detrudantur ob debita civilia, quod respicit personam; & non habent simile privilegium in bonis, ne in executione distrahantur: Guttierrez *dict. capit. 16. numer. 1. & seq.* atque adeo si per nostrum *textum*, quod est annexum, & plus respectu dignitatis militaris detrahitur in his debitis, sequitur, ut
33 detractum etiam sit, quod est minus: nam tota ratio, ob quam hoc privilegio potiuntur, & alimenta conceduntur, ea est, ut dixi, ne in dedecus, & opprobrium Ordinis Militaris mendicare cogantur, Barbos. *in dict. l. alia, §. eleganter, num. 10. ff. solut. matrim.* cum aliis adductis *supr. numer. 21.* ob quod si dignitas militaris non obest, quominus in carcerem mittatur, ex quo major ignominia, & opprobrium sequitur Ordini, ut Collerus expendit *de process. execut. part. 1. capit. 6. numer. 35. & seq. & part. 2. capit. 3. numer. 154. &* 155. clarè infertur, quòd nequaquam obstabit ad hoc, ut ei alimenta denegentur, quod multò minus est; maximè attento quòd si favor Ordinis Militaris cedit, quoad personalia utilitati publicæ, quæ in his debitis versatur, multo magis cedere debet in bonis, eo quod damnum non ita ingens ex eo sequitur ipsi Ordini.

Amplius, in *eodem textu* cavetur, quòd in debitis pri- 34
vatis executio fiat in bonis Militum, reservata persona, armis, equo, lectulóque. Qua dispositione attenta, excipiuntur ab ea debita Fisci Generalitatis, & Vrbis: quæ exemptiones firmant regulam incontrarium; latè Barbos. *axiom. 85. numer. 4.* sicque in eis, sicut non sunt reservata personæ: neque arma, neque equus, neque lectulus excipiuntur, aut reservantur; ob quod evidenter sequitur executionem fieri debere insolidum, absque eo quòd reserventur alimenta, nam bona superiùs dicta, partes alimentorum Militis sunt, Surd. *de aliment. tit. 4. quæst. 7. per tot. & quæst. 8. per tot.* Anton. Matth. *de auctionib. lib. 2. cap. 6. n. 20.* nam si hæc quæ privilegiata sunt respectu Militis non reservantur, nec cætera reservari debent.

Quæ omnia confitmantur animadverso, quòd si ad 35
nostros Milites hoc non pertinet privilegium à jure, sed de consuetudine, & praxi, ut cum Dño *Leon*, & communi sententia probavi *sup. n. 13.* quamquam in debitis privatis usu receptum sit, ut hoc Beneficium concedatur ipsis Militibus, in debitis Fiscalibus Generalitatis, & Urbis (quæ diversæ speciei sunt, eo quòd in eis exigendis versatur favor Reipublicæ, & privilegiata per forum reperiuntur) numquam consuetudine receptum fuit, ut alimenta alicui concedantur,

Et ista procedunt non solum in debitore, sed etiam in 36
hærede ipsius, nam obligationes regulantur secundum originem, & initium: *l. 2. §. ex his ff. de verbor. obligation.* nec ratione temporis, aut personæ immutantur. *l. viam, veritatis C. locati, l. insulam ff. de verbor. obligat.* Bald. *consil. 116. n. 1. lib. 1.* Vincentius de Franch. *decisione 87. n. 6.* Mantica *de tacit. & ambig. convention. lib. 5. tit. 15. n. 18.* Imò transeunt cum eodem privilegio, & qualitate 37
in hæredem, etiàsi in aliam obligationem translatæ sint *l. 2. vers. parvique. & ibi* Gloss. *ff. de privil. credit.* latè Fontaneli. *decis 559. num. 2. & seqq. tom. 2.* Cavalcan. *de curator. n. 326.* qui in terminis loquitur. Neque hæres potest 36
in hæreditariis bonis melioris conditionis esse, quàm ipse testator, *l. aliud est vendere 160. §. absurdum. l. in hic quæ 165. § non debeo. ff de regul. jur. l fin. §. 1. ff. ad Senat. Consult. Velleian.* Antaldus *consil. 71. n. 34.* nam hæres repræsentat personam defuncti, latè Robles *de repræsentat.* 39
lib. 1. cap. 2. num. 3. & lib. 2. cap. 2. num. 23. ergo quidquid dictum est respectu obligari, procedit respectu hæredis. Sic pronuntiavit dominus Regens Don Joannes Hieronymus Blasco, hujus Regiæ Audientiæ doctissimus Senator, posteàque Regens Cancellariam, dum Visitatoris Generalitatis officium gerebat, contra Don Josephum Garcia hæredem debitoris, sententia publicata per Joachimum Monros *die 22. mensis Februarij anni 1628.* denegando ei alimenta. Idem etiam pronunciatum per dominum Don Michaëlem Hieronymum Querol Senatorem pariter eruditissimum, & Visitatorem ejusdem, procedendo ad decretum de vendendo bona Hieronymæ Periz; & de Montañana hæredis debitoris, *die 22. mensis Septembris anni 1650.* in qua decisione interfui tanquam Advocatus Fisci ejusdem visitæ, quæ 40
postea fuit confirmata in Supremo, sententia publicata per Hieronym. Justa & Pont, *die 27. mensis Junij anni 1651.* quæ fuit executioni mandata, bona debitoris distrahendo. Quam decisionem nota, nam alimentorum taxationem consecuti erant in Regia Audientia dicta Hieronyma, & filiis ejusdem, & nihilominus bona curialiter distracta ex duplici causa, nempe ex dispositione *fori prædicti*, & ex eo quòd conveniebatur ex reliquatu.

Sed quoniam in *textu* non solum cavetur de his de- 41

bitis Fisci Generalitatis,ac Vrbis, sed etiam de illis quæ originem trahunt ex administratione officii publici; videamus, num hæc dispositio comprehendat solum officia Vrbium, & Villarum Regiæ ditionis, an verò cæteras totius Regni? Ex vi *fori* solùm illa comprehendere videtur,nam taxativè loquitur : & quamvis ad alia extendi possit ex identitate rationis, (quod extensio non erit, sed comprehensio , sicque in *foris* permissa sit , ut dixi *capit. 1. §. 2. n. 29.*) tamen distinguendum duxi: aut debitum dimanat ratione malæ administrationis; vel ex contractu: si ex mero contractu,non amittitur privi-
42 legium(ut credo)cum hoc non reperiatur in *jure* dispositum , neque in *foro* , nec identitas rationis omnimoda est,eo quòd favor publicæ utilitatis non æqualiter militat in universitatibus privatorum , dominorum sicut in Regiis:sicque standum dispositioni juris , tanquam in casu omisso à *foro* : si verò ex malè administratis , cùm jam interveniat delictum peculatus,vel de residuis , aut aliud fortè gravius,ad tradita per Clarum *§.fin.quæst.66.*
43 *num.*30.Baiard.*ad eum,quæst.*68.*n.*76.Farinac.*quæst.*171. *numer.*2.*&* 57.Cabal. *casu* 99.*in princip. & numer.* 40. Berard.*in specul.visit.capit.*22.*n.*27.*& cap.*23.*num.* 146. inde est,quod privilegium non procedat, etiamsi civiliter agatur , ut in terminis tenet Farinac.*dict. quæst.* 27. *num.*75. Cætera omitto, quia clariora disputatione non indigent.

44 Pro coronide dubitari potest , an debitor Generalitatis teneatur solvere usuras ? & distinguendum esse arbitror : aut est debitor ratione administrationis pecuniæ Generalitatis , eo quod ipsam in usus proprios converit,& hoc casu dubitari non potest teneri ad usurarum præstationem inter alias pœnas, per textum *in l.qui minoribus* 44.*§.*1.*ff.de administr.tutor.*tenent Decian.*in tractat.criminal.lib.* 8.*capit.*4.Ponte *decis.*7.*numer.* 1. Mastril.*de Magistrat.lib.*6.*cap.*8.*num.* 84.*cum pluribus,seqq.* aut tenetur ex contractu , nempe locationis jurium, quod frequenter accidit,vel quid simile;& teneri etiam est certum, sed diverso jure , nempe per textum *in l. in minorum* 3.*C in quibus caus.in integr. restitut.* cujus tex-
45 tus dispositio extenditur ad Ecclesiam text. *in cap.* 1.*de in integr.restitut.*ad Rempublicam, textus *in l.Respublica C.quibus ex caus.major.*& ad Fiscum,ut probat Accurs *in §.ex maleficijs,verb. judicium. Instit.de actionib.* quia omnes isti utuntur privilegio minoris.Tradunt Franchis *decis.*16.*n.*1.Thesaurus *decis.* 80. *in fin.* Escobar. *de rationcinijs,cap.*15.*n.*33.Pichardus *in tractat de Mora.n.*38. Gratian.*discept.forens.c.*54.*n.* 2. Barbos. *in collectanea ad dictam l.in minorum,n.*3.cum ex mora irregulari usuras præstare quilibet debitor cogatur. Nec obest textus *in l. cum abit,de action.empti:*nam ut explicat Barbos.*ibid.n.* 5. in eo *textu*,ut usuræ debeantur,non requiritur copulativè,quòd concurrat favor minoris , & debitum pretii re fructiferæ, sed alterum ex his sufficit;& sic cum Generalitas Regni fruatur privilegio minoris, quia ejus pecunia est Reipublicæ,inde est,quòd usuræ debeantur.

Quibus additur , quòd illi , qui damnum passus est,
46 quia alter sua pecunia usus fuit,recompensatio fieri debet,ut usuras percipiat ratione damni emergentis , vel lucri cessantis;juxta *Baldum, Cagnolum, Barbosam, Surdum,Rodriguez, Lupum,Gratianum, Bonacinam , Scaciam,* & alios relatos per Don Joannem Baptistam Larrea *allegat.fiscal.*41.*n.*42. *tom.*1. in qua plura ad rem,atque adeò cum Generalitas damnum ingens patiatur, eo quod,ut tradit Pater Salon *dict.tom.*2. *de justit. & jure, colum.* 435.*vers. Tertio* , annuas præstationes solvit excedentes summam sexaginta mille aureorum, quas præstationes non solveret , si debitores ipsius impenderent quidquid debent; nam censualia in occurrenti quantitate redimere posset , & præstationis onere sublevaretur, inde est , quòd cùm damnum patiatur ex retardata solutione,usuræ debeantur ad rationem pensitationis eorundem censualium.

Quod meo judicio cononizatum habemus per *forum* 105. *Curiar. anni* 1604. cum in eo expressè dicatur debitorem solvisse integram sortem , & Dño Regi supplicatum, ut remissionem usurarum debitarum Generalitati concedere dignaretur,sicuti concessit : ergo indubitatum manet ipsas deberi,alias frustra remissio postularetur,& sic observatur in Tribunali visitationis Generalitatis, ut debitores condemnentur ad solvendas usuras ad rationem pensionum censualium ipsius. Ita declaratum fuit per Excellentissimum Dominum Comitem de Aytona Proregem,& Visitatorem de consilio Dominorum Bañatos , & Vives sententia publicata per Josephum Miquel Not. *die* 5. *Martij* 1584. contra Petrum de Peralta, & alios, & sententia publicata die 12. Junii ejusdem anni,contra Don Vincentium Valterra,& alios & postea pluries observatum meo tempore.

CAPVT IV.

DE OFFICIALIBVS VRBANIS, eorumque electione , & potestate.

§. I.

De forma nova,& antiqua electionum Officialium Vrbanorum , ad for. 28.*in princip. de Cur. & Bajulo.*

TEXTVS.

ALFONSUS SECONDUS REX. Anno 1329. Valentiæ.

ESTABLIM per fur nou , que en la ciutat de Valentia sien cascun any elects dos Justicies, un Mustaçaf,è sis Jurats;ço es a saber,un Justicia en criminal,è altre en civil, dels quals, lo nunsia Cavalles,é l'altre Ciutadà;aixi que en lany que lo Cavaller serà Justicia en crims,lo Ciutada sia Justicia en civil : en laltre any Ciutada sia Justicia en crims , é Cavaller en civil , é hun any sia Mustaçaf Cavaller,ò Generos;é laltre any Ciutada, E dels sis Jurats sien los dos Cavallers,è Generoses , è los quatre Ciutadans.

SUMMARIA.

1 *Officia urbana Regnorum Coronæ Aragonum sunt diversa , sicut diversum Regimen civitatum earundem ab officiis aliarum urbium Hispaniæ.*
2 *Officia per quæ regitur nostra Civitas.*
3 *Vnus ex Civibus antiquitus ordinarius Judex erat,qui* Justitia *vocabatur.*
4 *Divisio Justitiæ criminalis à civili anno* 1321.
5 *Emendatio inscriptionis textus.*
6 *Subjustitia institutio;& quid solidus importet.*
7 *Electio Justitiæ pertinebat ad Regem.*
8 *Jurati proponebant tres viros idoneos, ut Rex eligeret Justitiam.*
9 *Sortis electio in officio Justitiæ ab anno* 1283.
10 *Justitiæ officium quod sit.*
11 *Justitia præsidet in Vrbe.*
12 *Jurati quatuor à principio tantum fuerunt.*
13 *Jurati eligebantur die nativitatis B. Mariæ.*
14 *Juratorum electio mutata ad diem Paschatis Pentecostes anno* 1266.
15 *Jurati sex electi ab anno* 1319.
16 Privileg. 2. R. Petr. I.*nunquam usu receptum.*
17 *Electionis juratorum forma antiquior.*
18 Ædilis *eodem modo quo* Justitia *eligebatur , sed in vigilia festi Divi Michaëlis.*
Officia hæc omnia annalia. ibid.
Rationalis officium triennale , ibid.
19 *Syndicorum officia olim perpetua,nunc triennalia.*

20 *Rationalis,& Syndicorum electio antiquior.*
21 *Forma harum electionum antiquatæ per inſaculationis privilegia.*
Forma electionum noviſſima, ibidem.
22 *Inſaculatio quomodo ſit.*
23 *Princeps nunc eligit Rationalem ex tribus ſorte extractis.*
24 *Sortis ad hæc officia extrahenda forma.*
25 *Electio per ſortem quæ prima facienda ſit, Militum, vel Civium.*
26 *Juſtitiæ ambo an ex eodem Ordine eſſe poſſint? cum deciſione Senatus.*
27 *Sortis electio an legitima ſit.*
28 *Sortis uſus in ſacra pagina approbatus.*
29 *Non ſolum ad eligendum, ſed ad judicandum.*
30 *Electio melior eſt ſorte.*
31 *Limita in electionibus fiendis à populo.*
32 *Sors ut juſta ſit, debet mitti inter dignos.*

1 OFficia Urbium Coronæ Aragonum, ſicut regimen, ultra eam ignota ſunt in Hiſpania, eo quòd valdè diſtant ab inſtitutis Regnorum Caſtellæ, & cum ex noſtratibus nemo de Valentinæ urbis regimine, & officiis ſcripſerit, omnia attingenda ſunt, ut ab exteris percipiantur.

2 Urbs itaque regitur quoad juriſdictionem ordinariam per Juſtitiam. Quoad politiam, ſeu œconomicum ſtatum, in rebus annonæ, per Juratos, Rationalem, & Syndicos, quorum iſti aliqua ſpecialia commiſſa habent, aliqua verò ſimul cum Juratis participant. Quoad ærarium publicum urbicani patrimonii per Concilium generale, quod Juratis poteſtatem concedit. Quoad rerum venialium directionem, urbiſque ſordium exterminationem, pondera, atque menſuras, & ſervitutes per Ædilem.

3 Juriſdictio ordinaria in Urbe, ab ipſius expugnatione miniſtrabatur per unum Civem ejuſdem, quem vulgus dicebat, *un ſol vehi* núncupe *Juſtitia* appellatur; à Rege verò nominabatur *la Gort*, id eſt, *Curia*, *ſor.17.& 18. hoc tit. de Cur. & Baſil. privil. 35.& 72. Reg. Jacob. I.* qui cognoſcebat in prima inſtantia de omnibus cauſis, tam civilibus, quàm criminalibus; ſed cum præ negotiorum multitudine omnia ab uno adminiſtrari non poſſent, diviſa fuit juriſdictio civilis, à criminali: quæ fuerunt

4 facta à Domino Rege Jacobo II. 2. *Kalendas Maii*, 1321. ut patet ex *privil. 123. ejuſdem Regis*. Hæc diſpoſitio fuit facta *ſorus* per noſtrum *textum*; licèt ineptè, compilatoris, vel typorum errore, Alfonſi Primi inſcribatur, nam is deceſſit celebs anno 1291. & fuit frater Ja-

5 cobi II. ut teſtatur Mariana *lib. 14. cap. 15.* ſed verè eſt Alfonſi II. qui ſucceſſit Jacobo patri anno 1327. ut teſtatur Mariana *lib. 15. cap. 19.* Alfonſus I. non celebravit Curiam, ſed Alfonſus II. ut dixi *c. 3. §. 1. n. 30.* ut in ſimili corrigit dominus Leon *deciſ. 101. n. 2. tom. 1. & deciſ. 10. n. 2. tom. 3.*

6 Ante hanc diviſionem eligebatur quædam idonea perſona ad decidendas quæſtiones non excedentes ſummam triginta ſolidorum (ſolidus eò tunc erat parum plus dimidii argentei Caſtellani, vulgò *medio real*, nam argenteus conſtabat viginti tribus denariis, & ſolidus duodecim; ſed nunc poſt pragmaticam diei 28. Aprilis 1614. argenteus conſtat viginti quatuor denariis, ob quod ſolidus apud nos eſt dimidium argentei:) ut patet ex *privil. 32. Reg. Jacob. II.* quod indultum fuit *anno* 1307. Poſtea idem Rex in *eodem privileg. 123.* hanc conceſſionem revocavit *dicto anno* 1321. & *anno* 1324. iterum conceſſit, ut *Subjuſtitia* eligeretur, augendo ejus juriſdictionem uſque ad ſummam quinquaginta ſolidorum ut patet ex *privilegio* 143. ejuſdem Regis, ibi: *Qui cognoſcat de querimoniis, cauſis, ſeu quæſtionibus civilibus, uſque ad quantitatem quinquaginta ſolidorum, & infra.* Cui poſtea aucta fuit cognitio uſque ad ſummam trecentorum ſolidorum per *ſor. 33. de Cur. & Baſil. ſor. 5. de ſent. all. & cit.* nec novum eſt; nam quid ſimile Auguſtum feciſſe tradit ex Suetonio, & aliis, Amaya *in l. 1. num. 4. C. de exact. tribut. lib. 10.*

Iſti enim in caſibus ad ſe pertinentibus Judices ordi- 7
narii ſunt, de cujus juriſdictione, & poteſtate dicemus *infrà*. Electio *Juſtitiæ*, dum unus tantum erat antiquitus, pertinebat ad Principem, ut patet *ex privil. 4. R. Jacob. I.* demum Jurati proponebant ipſi Regi tres probos viros, vel Bajulo generali, eo abſente, & ex his unus eligebatur, quod ſtatutum fuit anno 1266. *privil. 36.& 72. ejuſd. R. Jacob. I.* Poſtmodum electio fiebat die tertia ante feſ- 8
tum Natalis Domini, & ipſius feſti die jurabat. Jurati è qualibet Parochia (duodecim ſunt in Urbe) unum eligendo, ſorte tres extrahebant, è quibus unus à Re- 9
ge, vel Bajulo nominabatur, *ſor. 30. eod tit.* quod obſervatum fuit ab anno 1283. & uſque ad noſtra tempora executioni mandatum, eo adjecto, quòd poſtquam *Juſtitia* civilis ſegregatus fuit à criminali, in electione cujuſvis idem fiebat, ſed nominatio ab Proreges delata fuit.

Officium *Juſtitiæ* ex ſupradictis patet correſpondere 10
ad *Alcaldes ordinarios*, Regni Caſtellæ, ut patet ex traditis à Covarruvias *practic. cap. 4. num. 4. verſ. Secunde* Bobadilla *in politic. lib. 2. cap. 20. num. 7.* Solor. *de jure Indiar. lib. 4. cap. 1. num. 18. & in politic. Indian. lib. 5. cap. 1.* Apud Aragonenſes *Zalmedina* vocatur, Eſſe *de inhibit. cap. 5. §. 9. num. 73.* & clarius Don Joannes Briz *in hiſtor. Divi Joan. Rupenſ. lib. 3. cap. 14. fol. 657.* qui originem, & nuturam hujus Magiſtratus cum etymologiâ nominis tradit. Apud Catalaunes *Veguer*, ſive Vicarius, Ripoll. & ab eo relati *de Regal. cap. 25. num. 7.* & Fontanell. paſſim in *deciſionibus*, licet in aliquibus omnes iſti differant.

Juſtitia enim præſidet in Urbe, quoties cum Juratis 11
in Concilio generali, vel extra concurrit, ita ut ſi Concilium congregatur ad quid civile, præſideat Juſtitia civilis; ſi verò cauſa ſit criminalis, præſideat Juſtitia criminum. Utroque autem concurrente (quod rarò contingit præterquam in die juramenti) criminalis præfertur, ut ex notorietate conſtat. Subjuſtitia verò tercentorum ſolidorum, qui è notariis creatur, nunquam inter eos admittitur, niſi eadem die juramenti.

Jurati à principio quatuor tantum erant *privil. 18. Do-* 12
mini R. Jacob. I. & eligebantur in feſto Divi Michaëlis Archangeli, quod fuit ſtatutum anno 1245. ut in *eodem privilegio* habetur. Sed poſtea ab *anno* 1250. electio fiebat ad nutum Juratorum, & Concilii, in Vigilia Nativitatis B. Mariæ, & in ipſo die Nativitatis Dei paræ juramentum præſtabant, à quo uſq; ad feſtum Divi Michaë- 13
lis rationes de adminiſtratis exigebantur à Juratis anni præcedentis, & ab Ædili, qui pariter eligebatur adminiſtrationémque officiorum inchoabant dicto die Divi Michaëlis, *privil. 35. Domini R. Jacob. I.* Quæ omnia immutata fuere per *privil. 71. ejuſdem Regis*, quoad diem 14
electionis Juratorum: nam tranſlata fuit ad feſtum Paſchatis Pentecoſtes, in quo ſtatuta fuit electio perpetuâ conceſſione, *anno* 1266.

Quatuor iſti Jurati, modo prædicto electi, adminiſ- 15
trarunt Urbem uſque ad annum 1319. quo fuit auctus numerus ad ſex, ut patet ex *textu* noſtro, & *privil. 116. Domin. Reg. Jacob. II.* Neque his obſtat *privil. 2. Domini Regi Petri I.* quia nunquam uſu receptum fuit, ut patet ex confirmatione privilegii electionis quatuor Juratorum ſtatim ſubſecuta *in privileg. 5. §. confirmamus* 16
ejuſdem Domini Reg. Petr. II. & ex d. privileg. 116. Domini Reg. Jacob. II. tradit Viciana *in 4. part. Chronic. Valent. fol. mihi 38. & ſeqq.* poſtea verò per *privil. 25. Domini Reg. Alfonſi II.* fuit immutatus dies electionis ad vigiliam ipſius Paſchatis, ne die celebri, ac feſtivo, in his Cives occuparentur.

Forma electionis antiquæ ea erat, ut Rationalis, ſive 17
Magiſter rationum Urbis (de quo infrà) duodecim Ci-

ves,

ves, duodecimque Milites, vel Generosos ex Parochijs desumptos, in albo scriberet quotannis: hos Præsidi provinciæ exhibebat, qui reprobando, aut approbando, quos dignos sortis judicabat loco inhabilium, aliós subrogando, ad Dominum Regem Catalogos mittebat, qui pariter approbabat, & reprobabat quos dignos approbationis, aut reprobationis censebat, alios in eorum loco ponendo, & nomina approbatorum (qui duodecim erant ex quolibet Ordine juxta numerú Parochiarum) transmittebat, ut ab eis electio fieret, sorte extrahēdo duos Generosos, vel Milites, & quatuor Cives.

18 Ædilis eodem pacto quo *Justitiæ* nominabatur, in vigilia Divi Michaëlis sed hæc officia Justitiarum, Juratorum, & Ædilis annalia sunt. Rationalis est officium

19 triēnale, *for. unico, in extravag. Que los oficis, fol.73.* & Syndicorum (nam duo hi sunt, ut mox dicetur) à principio perpetua erant, postea autem etiam triennalia facta fuerunt, per forum *in dict. extravagant. & actu Cur. 6. Brachii Regal. anno* 1604. Electio istorum diversimo-

20 de fiebat: nam Rationalis eligebatur á Domino Rege ex tribus honoratis Civibus, quos Prorex ipsi proponebat. Syndici autem ad nutum Concilij generalis nominabantur, quorum officia perpetuari solebant in una familia, ut in ipso actu Curiæ habetur, posteáque ab ipso Concilio eligebantur.

21 Omnia ista antiquata sunt per privilegia insaculationis annorum 1634. & 1648. quibus cautum, ut ex viginti, vel triginta (id enim terminandum arbitrio Principis reservatur, *cap. 2. insacul. ultim.*) Militibus, totidemque Civibus primæ matriculæ, apud nos *Bosa*, (sunt enim qui jam alia officia obtinuerunt) totidemque Civibus secundi catalogi, aut matriculæ, qui nondum officium *Jurati* obtinuere, aut aliter ad secundum

22 translati, ex qualibet bini Jurati sorte extrahantur. Et ut matriculentur, duplicatus numerus est Principi mittendus per Juratos, & Proregem (ut antiquitus fiebat per Rationalem, & ipsum Proregem) ut matriculandos Princeps designet, sicut habetur *in privil. ultim. insacul.* & cum anno 1653. Jurati mitterent immediatè ad D. Regem catalogum (quia non pervenerat ad manus Regias approbatio domini Proregis) tanquam contra formam factum non admittere Princeps statuit: de quo est Regium rescriptum id notum faciens Juratis.

23 Justitiæ autem, alternativè Miles, aut Civis, in criminalem, vel civilem extrahuntur, nempe ut anno quo Miles sit criminalis, civilis eligatur ex Civibus, & è contra; sed tempore primæ insaculationis ex Civibus primæ matriculæ sorte eligebantur, quoties ad Cives spectabat officium Justitiæ, vel Ædilis: nunc verò per privilegium ultimæ insaculationis, ex utraque matricula omnes concurrunt ad Justitiam, & Ædilem, cujus officium alternative distribuitur inter Cives, & Milites. Ad officium *Rationalis* tres extrahuntur sorte, ex prima Civium matricula, quorum nomina ad Principem Prorex mittit graduatis uniuscujusque meritis, ex quibus, & non aliis Rationalem eligere debet; *Syndici* verò, tribus pariter extractis ex prima matricula Civium, ad quemcunque ex Syndicatibus Concilium generale eligebat tempore primæ insaculationis, nunc verò per secundam, ex omnibus dictæ matriculæ, suffragiis eligere potest Concilium.

24 Modus autem sortis talis est Congregato Concilio generali Urbis, & examinatis per quindecim dies antecedentes, matriculis insaculatorum, quos habiles judicavere Advocati Urbis proponunt privatim ipso Concilio, & statuto ab ipso, quòd ad electionem procedatur, coram populo interveniente Justitia, ac Bajulo generali cum Juratis, leguntur palam nomina omnium insaculatorum, habiles ab inhabilibus segregando. Nomen uniuscujusque habilis scriptum in membrana publicè clauditur intus cellulam ligneam orbicularem cera insuper posita, omnesque cellulæ apponuntur in uno ex duobus labris, sive urnis argenteis ad hoc destinatis, tantum aquæ habente, quantum sufficit, ut nando cellulæ incerto loco resideant. Nomen Patris æterni invocatur, & simul in urnam vacuam ejiciuntur cum aqua. Nomen Filii etiam exprimitur, & pristinæ restituuntur. Spiritus Sancti nomine denique imploraro, ad aliam applicantur, & quæ vacua remanet superponitur, ne cellulæ videri possint. Tunc infans manú inter urnas mittit, & si opus est ambas, totque cellulas extrahit, quot ad electionē opus sunt. Hæ traduntur Bajulo generali, & remanentes in urnis aperiuntur, atq; nomina ibi reperta publicè leguntur ab actuario, ne fraus præsumatur; quare electus dignoscitur à sufficienti concurrentium enumeratione. Hoc ita perfecto, aperiuntur Cellulæ, quas infans extraxit, & quorum nomina reperiuntur scripta, hi electi manent ad officia, de quibus agitur, absque alia solemnitate; nisi certiorem facere dominum Proregem (quòd Bajulo incumbit) demúmque ad Concilium remeans Bajulus electionem nomine Principis publicat. *Privil. 16. R. Alfonf. III. c.8. privil. prim. insacul. & c.13. secunda insacul.* De electionibus similium officiorum in aliis Civitatibus, & oppidis Regni, loquitur, *for. 226. Cur. ann.* 1604. & tradit dominus Leon. *decif. 49. in princ.*

In electionibus Justitiæ, & Ædilis, necessaria non est 25 explicatio præcedentiæ; nam ut diximus, præcedit in omnibus Justitia criminalis, sive sit Equestris Ordinis, sive Civium. Ædilis verò cum unicus sit, est primus; & novissimus. In electionibus Juratorum (licet Milites præcedant dum publicè, aut privatim incedunt, quia superioris Ordinis cui præcedentia tribuitur) ultima Militum electio est, non quia sint pro dignitate secundi, sed quia novissimè additi sunt. Verba sunt Connan. *com. lib. 1. cap. 13. num. 5.*

Sed cum in *foro* dicatur, quòd anno, quo Justitia cri- 26 minalis ex Militibus creatur, Justitia civilis sit ex Civibus, vel é contra; id intelligendum est respectu electorum, nam ambo eligi non possunt ad eundem annum ex eodem Ordine: verùm si casu aliquo juramentum unius differatur propter absentiam noviter electi, hoc non obest, ut antecessor continuetur usque ad advēnum successoris, nam instantanea est illa detentio; sicque dici non potest, duos *Justitias* adesse Cives, vel Milites, nec etiam obest ad hoc, ut cæteri electi admittantur, cum electio uniuscujusque independens, & divisa sit ab electione alterius, sicut respectu Deputatorum, dixi *c.3. §. 3.* Ita declaravit Senatus ad relationem Nobilis Decani Domini Dom Francis. Bono Regia provisione publicata per Eusebium de Benavides R. M. Scribam, *die 24. Decembris* 1653. ad favorem Isidori Domenech Justitiæ criminalis, & contra Subsyndicum Urbis, nam ex dispositione *l. meminisse, ff. de officio Proconsulis*, judicatum fuit debere continuare usque ad adventum egregii Comitis del Real noviter electi, & quod reliqui, qui sortem obtinuerunt, admitterentur ad juramenti præstationem.

His igitur breviter circa nostras electiones dictis, vi- 27 dendum est, an is modus eligendi per sortem, sit aliis præstantior? nam apud Romanos acris, atque anceps quæstio fuit inter Helvidium, & Eprium, ut testatur Tacit. *lib. 4. histor.* de qua latè P. Marquez *in Gubern. Christ. lib. 2. cap. 3.* Don Christophor. de Benavent. *in adverten. Princ. & Legat. c.7.* Petr. Greg. Tolos. *de Repub. lib. 4. c.5. num. 6. & syntag. lib. 34. c.5. per tot.* Larrea *decis. 45. n.26. cum seqq.* qui omnes tradunt electionem per sortem factam ex aliquibus dignioribus approbatam esse. Ex sacra pagina constat de electione Saulis, 1. *Reg. 10. Et cecidit sors Tribus Benjamin, & applicuit Tribus Benjamin, & cognationes ejus, & cecidit cognatio Metri, & pervenit usque ad Saul filium Cis.* Idem comprobatur ex electione Divi Mathiæ, *Actor. 1. Et dederunt sortes eis, & cecidit sors* 28 *super Mathiam.* Et ratio est, nam ut ait Salomon, *Sortes mittuntur in urnam, & à Domino disponuntur.* Neque id ad

eligendum

eligendum tantum, sed ad delectorum probationem, & punitionem, ex eadem sacra Scriptura comprobatur, cùm Josue sorte investigasset delictum Achan, *Josue*, 7. & Saul peccatum Jonathæ filii, *Regum* 1. *c.* 14. *Mitte sortem inter me, & Jonatham filium meum, & captus est Jonathas.* Nautæ sorte delictum irrogarunt Jonæ: *Et miserunt sortes, & cecidit sors super Jonam.* Neque jure Romanorum usus sortis incognitus fuit in electionibus, Livius *lib.* 10. *decad.* 3. ibi: *Cælium cujus ante legati anno Quæstore extra sortem senatus consulto opera utebantur.* Nam ut Alexand. ab Alexand. tradit *dier. genial. lib.* 2. *c.* 2. Quæstores sorte eligebãtur, & ibi Tiraquel. *lit. B*, Tacitus *ubi prox Secundum vetera exempla quæ sortem legationibus posuissent.* Præfectus Prætorio, cujus ampliſſima dignitas fuit, ut dixi *c.* 2. §. 2. *n.* 116. sorte etiam eligebatur, idem Alexand. *lib.* 4. *c.* 23. *ad fin.* ibi: *Qui cum per Senatum antea eligeretur, Augustus Cæsar habitu suffragiorum suspecto statuit, ut Præfectus Prætorio de numero Prætorum sorte eligeretur.* Imò etiam in judiciis id comprobatum fuit, *l. cum ambo* 14. *ff. de judi.* ibi: *Sed cum ambo ad judicium provocant, sorte res discerni solet: l. generaliter.* §. *quid ergo*, *ff. de fideicom. libert. l.* 2. *C. quando, & à quibus quæst. pars: lib.* 10. Quod adeo crevit, ut in omnibus fere judiciis id ipsum observaretur, ut exponit Just. Lipsius ad ea verba Plinii *in panegyr. Sors, & una fisco judicem assignat.* Nam *num.* 316. addit: *Quod jam olim in omnibus fere judiciis:* & aliquando fieri consulit Divus Augustinus *epistol.* 180. *& lib.* 1. *de doctr. Christ. cap.* 28. tradit Bodinus *de Repub. c.* 5. Petr. Gregor. Tolos. *de Repub. lib.* 4. *c.* 5. *n.* 6. *& n.* 44. *cum seqq. & lib.* 6. *c.* 6 *n.* 2. *& lib.* 7. *cap.* 14. *n.* 7. Marquez, & alii laudati *sup. n.* 27. & latissimè Don Josephus Vela *disser.* 4. *n.* 78. qui plures, & plura tradit, dum de electione ad Regem ex duobus gemellis, quorum primo nutus probari non potest, sermonem instituit: sicque in rebus ingentibus, usu comprobante, consuetudo nostrarum electionum qualificata manet. Et quamvis in officiis, quæ sufficientiam ad regimen postulant, atque in quibus industria personæ quæritur, melior videatur electio, ut probat P. Marquez *ubi sup.* cum nostræ electiones commissæ sint civitatibus, & oppidis, optima ratione ex dignioribus sorte extrahuntur, nam ut testatur infallibilis veritas per Salomonem, *Prover. c.* 14. 18. *Contradictiones comprimit sors, & inter potentes quoque diiudicat.* Si enim populus per suffragia hæc officia tribueret, & potentium contradictionibus, ambitúve turbaretur, & inimicitiis occasio præberetur, ut ait Tacitus *lib.* 3. *annalium*, ibi: *Deni ambitu suffragiorum suspecto sorte deducebantur ex numero Prætorum qui præsent*, tradit Amaya *in l. nominationes* 46 *n.* 18. *C. de Decur. lib.* 10. quod & Athenienses fecisse testatur Xenophon. *lib.* 1. *de factis, & dict. Socratis.* Licet ipsi Socrati inepta sortis missio videretur: meminit & usus sortis Tertullian. *in lib. de pallio, cap.* 1. *num.* 9. & ibi Pamelius.

Etsi digniores ad sortem eligantur, nulli dubium erit, hoc mitissimum modum eligendi inter cæteros fuisse, utilissimumque Reipublicæ Valentinæ; nam faciles admodum ad factiones sunt plurimi, & in suffragiis Concilii generalis (quod ex plebe ut plurimum coalescit) monstra plerumque cernuntur. Sed qui digniores sunt? hoc opus, hic labor. Princeps eligit, pro electis præsumendum, aiente Theodor. apud Cassiodor. *lib.* 1. *epist.* 12. *Pompa meritorum est regale judicium, quia nescimus ista nisi dignis impendere.*

§. II.

De officio Justitiæ, tam in civilibus, quam in criminalibus, ad explicationem for. 18. *de Curia, & Bajulo, cum aliis juribus.*

TEXTVS.

JACOBUS PRIMUS REX.

UN sol vehi é habitador del cors de la ciutat de Valencia, fia Cort de la ciutat de Valencia, de tot lo terme de aquella: è ell sol hoja, è determen tots los pleyts civils, è criminals, ab concell dels prohomens de la Ciutat: é tots los pleyts civils, é criminals sien menats, è oits, è determinats sots conexença en poder de aquella Cort, ó daquell qui serà sots delegat dell: é no sots conexença, ni en poder daltre. E nos podem, è devem destrenyer cascun vehi de la Ciutat, à tenir la administracio è el ofici de la Cort: de mentre empero que ell hi sia sufficient, é convinent: en aixi que no sen pusca escusar per alguna raho, ò per ninguna manera. En adeix lo Senyor Rey que de aquells tres prohomens qui deuhen esser presentats a nos, ó a aquell qui te nostre loch, en nostra absencia per Justicia, que de aquells sia presentat hun Cavaller quel elegen los Cavallers: en aixi que sien tenguts tots los Cavallers de seguir la senyera de la Ciutat, ò del terme, ó de qualque loch que sien, è fino ho feyen, quo no sien demanats en la dita eleccio.

SUMMARIA.

1 *Ordinaria jurisdictio est administranda per Justitiam.*
2 *Justitia officium assimilatur præfecto Urbis.*
3 *Justitia quoad jurisdictionem habet tertium locum.*
4 *Justitiarius divisio.*
5 *Justitia criminalis exercet merum, & mixtum imperium.*
6 *Justitia non cognoscit de Militibus.*
7 *Capitalis sententia in Milite exequi non potest inconsulto Principe.*
8 *Justitia licet possit condemnare Militem in pœnam pecuniarum, exequi sententiam non potest.*
9 *Justitia Valentiæ cognoscit de Militibus.*
10 *Justitia Valentiæ cognoscit extra territorium, & quando?*
11 *Justitia judicat de consilio proborum hominum.*
12 *Limita ad quatuor tantum casus, nempe pœnæ capitis, civilis, vel naturalis, mutilationis aut torturæ.*
13 *Judicium Concilii generalis non est hodie necessarium, nec utile.*
14 *Consiliarii qui ab eo, quod Advocatus Concilii consulit, discedit, peccat, & causam Curiæ Justitiæ aufert sine fructu.*
15 *Justitia habet potestatem condonandi pœnas, seu remittendi.*
16 *Justitia non potest remittere pœnam mortis civilis, aut naturalis, neque mutilationis.*
17 *Ratio ob quam concessa fuit hæc facultas.*
18 *Facultas veniæ incentivum tribuit delinquendi.*
19 *Forma remissionis faciendæ per Justitiam.*
20 *Justitiæ non potest remittere, quod Proregi est prohibitum.*
21 *Percussionis ignominiosa pœna non potest remitti à Justitia.*
22 *Justitia non potest remittere pœnas impositas per mandata R. Audientiæ, sed bene potest exequi.*
23 *Justitia non potest concubinario ter indulgere, vel remittere.*
24 *Gubernatoris facultas quoad remissiones pari passu ambulat cum Justitia.*
25 *Causa in prima instantia quomodo pertineant ad justitiam.*
26 *Justitiæ absente Prorege cognoscit de causis, quæ in Senatu radicatæ erant.*
27 *Observantia optima legum interpres.*
28 *Justitia cessante R. Audientia cognoscit de eis causis, de quibus cessante vocatione cognosceret, unde per devolutionem tantum ad eum spectant causæ sui territorii.*
29 *Causæ aliorum locorum ad Ordinarium Urbis devolutæ non sunt.*

30 *Justitia*

30 *Justitia non cognoscit de causis per sententiam terminatis.*
31 *Justitia non potest remittere pœnas impositas per sententiam Regiæ Audientiæ.*
32 *Præscriptio contra forum quo tempore inducta censeatur.*
33 *Devolutio non auget jurisdictionem.*
34 *Cessante impedimento Regiæ Audientiæ, cessat devolutio, & absque evocatione nova cognoscit Senatus.*
35 *Proregem mortuo, vel à Regno absente, decem dies non sunt expectandi.*
36 *Observatio Senatus.*
37 *Justitia civilis cognoscit de omnibus causis civilibus in prima instantia.*
Competit ei jus nominandi proxenetas, ibid.
38 *Officium proxenetæ cui tribui debet.*
39 *Qualitas requisita ad officium debet adesse.*
40 *Etiam in beneficio vacante causa permutationis.*
41 *Etiam in reservatis Pontifici.*
42 *Officium proxenetæ debetur pauperibus.*
43 *Jura expenduntur, ut hæc probentur.*
44 *Pauperum tutela commendata est Justitiæ.*
45 *Proxenetæ officium vendi non potest.*
46 *Principi non expedit vendere officia, licet ipse solus possit.*
47 *Pauper non potest se ipsum eligere in re tribuenda pauperibus.*
48 *Vendere officia prætextu eleemosynæ de pretio faciendæ nemo potest.*
49 *Justitia præst in cœtu ubi creantur Tabelliones*
50 *Justitia habet substitutum.*
Justitia civilis dat judices, ibid.
51 *Justitia civilis potest inquirere contra usurarios. Et concedit licentiam habendi tabernas rerum venalium.*

1 DIxi in §. *præcedenti* jurisdictionem ordinariam per Justitias in Urbe administrari, ubi explicavi distributionem causarum civilium, à criminalibus, atque modicæ summæ. Nunc explicare debemus quomodo hæc administretur per utrosque Justitias, nempe civilem, & criminalem; nam de Subjustitia, sive Justitia minoris summæ (quam dicimus *de Trecents sous*, sumpta denominatione ab ejus potestate) *in capite sequenti* dicemus. Sed ante omnia videamus, an hæc officia aliquibus ex antiquis assimilentur.

2 Assimilatur Justitia, meo sensu in aliquibus, officio Præfecti Urbis, qui ut tradunt Feneſtella *de Magistrat. cap. 6.* Pomp. Lætus *c. de Præfect. urbis.* Guid. Pancirol. *in not. Occid. cap. 4.* Rosin. *antiquit. lib. 7. c. 14.* Carol. Sigon. *de jur. ant. Rom. lib. 1. c. 20. ad fin.* Vvolfgangus Lazius *in comment. Reipub. Rom. lib. 2. cap. 1.* Bulenger. *de Imper. Rom. lib. 3. cap. 11.* Alexand. ab Alexand. *dier. genial. lib. 6. cap. 20.* junctis traditis à Tiraquel. *ibid.* erat Magistratus ordinarius Urbi, mœnibusque præsidens, uteri mina omnium in Urbe cognosceret, quietem in populo procurabat, illicita collegia coërcebat, & quæ ad urbem pertinebant censebat; quod officio Justitiæ congruit, cum in Urbe præsideat, jusque subditis reddat. Bene ad rem D. Francisc. Amaya *in l. fin. cap. 2. num. 24. & seqq. C. de Decur. lib. 10.* qui *num. 26.* docet urbicariam Præfecturam dignitatem tertiam esse, quod & nobis convenit: nam sicut Romæ post Principem, præfectura Prætorii erat secunda, & urbicaria tertia; sic
3 apud nos post Dominum Proregem, & Regiam Audientiam, qui loco, & nomine Regis judicat, secunda est Curia Prætoris, sive Gerentis vices, & tertia Justitiæ, hoc est quoad jurisdictionem ordinariam ad omnes causas. Insignia verò Justitiæ in criminalibus est virga, seu scipio, quem Consules gestasse aliquando, tradit idem Amaya *in d. l. fin. cap. 1. num. 7. &* 8. aliter ex *Bobadilla*, Fontanella *claus. 4. gloss. 10. par. 2. num. 59.* & post nos Calixtus Ramirez *de leg. Regia*, §. 24. *num. 9.* qui *num. præcedenti* tradit dominationem plebeiorum Tribunorum, quos *Capdeguaites*, vocamus. Videndus etiam Solorçanus *de jure Indiar. lib. 4. c. 5. n. 3.* Bulenger. *de Imper. Rom. lib. 1. c. 18. vers. Vestis consularis.* Justitia verò civilis nullo insigni utitur.

Hi enim exercent jurisdictionem ordinariam, & cum 4
de divisione inter ipsos, dixi in §. *præcedenti, num. 4.* ideo hîc non repeto. Quid autem jurisdictio ordinaria sit, tradunt passim *Doctores*, signanter Bellarm. Joan. Andr. Imola, Anania, Panormitan. Buar. Zabarel. Barbat. Bald. & alii *ad rubricam*, *de officio Judicis ordinarii*, & *ibi* latè Barbos. *in collect.* plura, & plures tradens Donel. *lib. 17. comm. cap. 7.* & ibi latè Illiger. Azeved. *in l. 1. num. 1. cum seqq. titul. 9. lib. 3. recopil.* Barbos. *in l. cum Prætor. 12. §. 1. num. 7. & seqq. ff. de judiciis.* Dominus Morla *in empor. tit. 2. in prælud. num. 88.* Cujacius *in l. 5. ff. de offic. Proconsul.* qui omnes plura tradunt, præsertim 5
Barbos. *in d. collect. 2 num. 2.* Donel. Illiger. & Cuiacius; quæ prætermittuntur, quia nostri instituti non sunt. Sed quoniam, ut omnes isti tradunt; Judex ordinarius, quoad omnes causas sui territorii jurisdictionem fundatam habere videtur; inde clarè infertur, quòd Justitiæ Urbis Valentiæ habent jurisdictionem ad omnes causas sui territorii, ita ut nisi expressè excipiatur, ab ejus jurisdictione nemo possit Justitiam incompetentem affirmare. Justitia enim criminalis tanquam ordinarius Urbis exercet merum, & mixtum imperium in termino ipsius. Justitia verò civilis cognoscit de omnibus quæstionibus subditorum ejusdem, ut clarè in *text.* habetur, qui licet loquatur de uno solo, subsecuta distributione, respectivè ad eos pertinet causarum cognitio sibi distributarum. Nec dubitetur merum imperium non comprehendi sub concessione jurisdictionis, quia non est species illius, ad tradita per Illiger. *dict. cap. 7. lib. 2.* nam verba *fori* clarissima sunt, comprehendúntque omnia crimina in territorio patrata, quorum cognitio Justitiæ tribuitur plenissimè, & in plenissima concessione jurisdictionis merum imperium comprehenditur, ut idem Illiger. tradit *ad fin. dict. not.* Quare firma manet regula, quod *Justitia* quilibet cognoscit de omnibus causis, sibi distributis; quod non solum de Justitia Urbis intelligendum est, sed de omnibus Justitiis Civitatum, & Villarum præcipuarum Regni, quas *Vides Reals* dicimus.

Hoc superaddito, quòd Justitiis Regni interdicta est 6
cognitio causarum criminalium certis casibus respectu Nobilium & militarium, ut expressè cavetur *in for. 28. de Cur. & Bajul.* ibi: *No puixen condemnar, ni punir algun Rich home, ó Cavaller spassasint per algun crim, per lo qual sia deguda principalment pena de mort, ó tallament de membre.* Quod etiam à jure cautum est *in l. si gravis, C. de dignitatibus, lib. 12.* Bellug. *in specul. rub. 23. vers. sed pone, num. 12. & rub. 25.* sed id explicandum amplius est, nam in his verbis comprehenditur privilegium No- 7
bilitatis, & Urbis. Dicta enim verba loquuntur de Justitia Valentiæ, cui interdicta est cognitio Militis in crimine, pro quo veniat imponenda pœna capitalis, aut mutilationis: nam in eo casu licet Justitia possit Militem, aut Nobilem capere, processúmque instruere usque ad sententiam exclusivè; tamen eò concluso tenetur remittere causam Domino Regi, aut Primogenito. (Idem quoad Gubernatorem expressè dispositum est, per caput actus Curiæ Brachii Milit. anno 1446. *in edit. antiqua, fol. 244. pag. 2.* quod est in editione nova *for. 40. de Cur. & Bajul.* neque obstat *capit. 11. in extravagant. Estil de la Governacio.* nam loquitur de Militibus degentibus in terris Baronum, hîc autem in Villis, & Civitatibus Regiis. Nec doctrina Bellug. *rub. 25. num. 3. & 9.* nam loquitur limitativè, ibi: *in casibus ad suam jurisdictionem pertinentibus*, & quod scripsit Belluga fuit *anno* 1441. ut ipse ait *in fine*, & sic ante actus Curiæ dispositionem. Nec *privil. 9. & 64. D. Reg. Jacobi II.* nam fuerunt expediti ann. 1300. & 1314. Nec *privil. 21. Regis Alfons. III. in extravag. fol. 241.* nam etiam fuit expedi-

anno

anno 1419. ſicque ante dictum actum Curiæ; ob quod ſolum Gereus vices Gubernatoris poteſt in ſimiles pœnas condemnare Milites per proceſſum contumacialem; & adhuc in eo caſu, ut executioni ſententiam mandet,
8 debet conſulere Principem.) Quod explica, ubi præcipuè pœna prædicta venit imponenda: nam ſi ſubſidiariè, non ſoluta pœna pecuniaria, utique poteſt ad condemnationem procedere, ut in *dicto foro* habetur, & ubi venit condemnandus; nam ſi abſolvendus eſt, rectè poteſt Juſtitia ſententiam ferre, *l. quoties*, 8. §. 1. *& §. viros. C. ubi Senator. vel Clariſ.* Belluga *d. n.* 9. Hodie autem licet Prorex cognoſcat de cauſis capitalibus Militum, exequi ſententiam non poteſt, niſi conſulto Principe
9 cum tranſmiſſione proceſſus. In aliis autem delictis, ubi mitior pœna imponenda eſt, Juſtitia Urbis cognoſcere poteſt, non ſolum reſpectu ſui territorii, ſed totius Regni, nam ceteris Juſtitiis interdicta expreſsè eſt cognitio Militaris, ex eod. *for.* 28. *in fin.* ibi: *Dels crims empero cometedors per lo Cavaller, ó perſona Generoſa, conega lo Juſticia de Valencia tanſolament.* Ex quo reſultat maximum pri-
10 vilegium Vrbis; nam hæc cognitio tribuitur Juſtitiæ extra territorium, contra deciſ. textus *in l. fin. ff. de juriſdict.* ſed cum clarè extra ordinem ad eum pertinere dignoſcatur ex *foro*, ei ſtandum eſt. Quoad cauſas verò civiles nulla reperitur ſimilis limitatio.

11 Sed tam in Urbe, quàm in Regno, Juſtitiæ non cognoſcunt ſoli, ſed tenentur judicare de conſilio proborum hominum, hoc eſt Concilii generalis, *for.* 6. 8. *&* 18. *hoc cod. tit. privil.* 8. *D. Reg. Jacob. I. privil.* 27.
12 *D. Reg. Petr. I.* Quod moribus receptum eſt tantum in *cauſis*, ubi venit imponenda pœna mortis civilis, aut naturalis, vel mutilationis, & torturæ, *for.* 19. *in fin. de crimin. dict. privil.* 27. *Reg. Petr. I.* quarum qualitates rectè perpendit Belluga *rub.* 23. §. *dicamus*, *num.* 7. Cæteræ autem quæſtiones de conſilio Aſſeſſoris judicat, atque declarat, & clauſula illa irritans, *d. privil.* 27. ibi: *Quod ſi fecerint robur non obtineat firmitatis*, in illis arduis cauſis intelligitur, & practicatur. Et licèt tempore quo *fori*
13 conditi fuere, laudabilis credenda ſit hæc judicandi forma; nunc autem nullius utilitatis eſt: nam difficiliter Concilium ad hoc congregatur, & cum Conſiliarii ſint utplurimum imperiti, ac populares, à recto judicandi tramite ſæpius deviant neglectis peritorum rationibus. Nam præter Aſſeſſorem, qui cauſam refert, & Advocatum Fiſci, quatuórque Conſiliarios juriſpe-
14 ritos, habent Advocatum ipſius Concilii, qui meritis cauſæ inſpectis ſedulò eis clarè aperit Juſtitiæ diſpoſitiones, quas non ſemel, ut dixi, contemnent, ſicque ſuo modo peccati nutritiva diſpoſitio, hæc eſt hodie, & hoc abſque utilitate; nam licet mitior pœna imponatur, Fiſcus provocat ad ſuperiorem, atque adeo à Curia Juſtitiæ cauſa abſtrahitur, nam partes non reſtituuntur per Judicem ad quem, revocatâ Judicis à quo ſententiâ.

15 Etiam habet Juſtitia Criminalis facultatem condonandi, atque remittendi pœnas delictorum, de quibus cognoſcit *for.* 15. *&* 16. *de quart. & pœn. Cur. for.* 106. *de Notar. privileg.* 18. *Reg. Petr. I.* quod à jure ſimilibus Officialibus prohibitum eſt. Franchis *deciſ.*
16 377. *num.* 2. *cum ſeqq.* Sed tamen ei expreſsè conceditur, dum modo pœna non ſit mortis naturalis, aut civilis, vel mutilationis, *dict. for.* 19. *&* 20. Et ratio eſt, nam licet delictorum remiſſio, atque pœnarum condonatio
17 ad Principem ſpecialiter ſpectet, *l. relegati in fin. l. moris*, §. *ſed enim*, *l. divus Ja* 2 *ad beſtias. ff. de pœnis*, *l.* 1. §. *fin ff. de quæſtion.* Bartol. *in l. ambitioſa. ff. de decret. ab ordin. faciend.* Baldus *in l. ſervos. C. ad l. Juliam. de vi public.* Farinac. *quæſt.* 6. Maſtrill. *lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 1. *& de indult. c.* 2. Seſſe *de inhibitionibus*, *c.* 1. §. 5. *n.* 80. Ramirez *de lege Regia*, §. 26 *n.* 45. & quamvis facilitas veniæ incentivum
18 tribuat delinquendi, *Cap. ut Clericorum* 13. *de vit. & honeſt. Clericor.* Cæterùm cum Principem deceat clemen-

tia; *l. imperial.* 23. *C. de nupt. l. fin. C. de donation. inter.* Panormitan. *in l.* 1. *de geſt. Reg. Alfonſ. Sapientis*, Pater Velaſquez *de optimo Princip. lib.* 4. *annotat.* 8. *cum ſeqq.* Saavedra *ſymbol.* 22. inde eſt, quòd aliquando debeat pœnis ignoſcere: & cum mitiſſimi Principes Aragonum eſſent, non ſolum per ſe, ſed per miniſtros condonare pœnas non dubitarunt, nec adhuc per Præſides Regni, atque Magiſtratus ſuperiores, ſed per Ordinarios cujuſcunque Urbis, & oppidi Regii.

Ne autem facilitas, quæ in Officiali temporali maxi- 19
mopere labilis eſſe ſolet, limitibus boni regiminis egrederetur, cautum fuit remiſſiones delictorum, ſeu pœnarum ſub certa forma fieri, quæ expreſſa eſt *in privileg. fin. Domin. Reg. Petri Secundi*, nempe ne fiant abſque interventu Regii Fiſci Advocati, ſeu præſentia Procuratoris ejuſdem Fiſci: & quamvis hæc ſolemnitas ſublata fuit per *for.* 20. *de quart. & pœn. Curi. anno* 1403. (nam fuit inducta anno 1383. ut *in dict. privileg. fin.*) poſtea fuit noviter cautum ab eodem Rege Martino anno ſequenti per *dict. for.* 106. *de Notar.* ubi amplius cavetur, ut interveniat conſilium Aſſeſſoris, atque interventus Theſaurarii cum decreto irritante: (hoc quoad Gerentem vices, nam Juſtitia eſt Theſaurarius ſuæ Curiæ.)

Sed quamquam generaliter ei conceſſum ſit, limi- 20
tandum in aliquibus caſibus venit. Primò, in omnibus illis, quibus interdictum eſt Proregi, ut dixi *cap.* 2. §. 1. *ad fin.* Secundò, in delictis percuſſionis ignominioſæ, 21
animo atrociter injuriandi, cum arundine, aut fuſte, vel ampulla vitrea, rubricando januam, aut faciem alicujus, aut quid ſordidum ad eam cauſam projiciendo, ut habetur in *pragmat.* de qua *in privil. 29. in extravag.* 22
fol. 245. Tertiò, in pœnis impoſitis per mandata Regiæ Audientiæ; nam licet poteſtatem habeat Juſtitia exequendi, non poteſt pœnam remittere, *for.* 13. *Cur. ann.* 1626. Quartò, ſi concubinarius bis indultus fuit, & poſtea captus in concubinatu, amplius gratiam conſe- 23
qui non poteſt, *for.* 39. *ejuſdem Cur.* in his enim licet adſit voluntas Juſtitiæ, deficit poteſtas, atque adeo nullius roboris, & momenti eſt. Quæ omnia pluries à me obſervata fuerunt cum Aſſeſſoris illius Curiæ munus ſuſtinui, poſteáque dum Fiſci patronatum obtinui. Et licet 24
poteſtas adſit, ea uti debet Juſtitia prudenter; nam ſi abuſus fuerit, ei interdici poteſt facultatis remittendi uſus, Peguer. *deciſ.* 36. *n.* 6. Novar. *in collect. ad pragmat. Neapolii. tit. de Baronibus, collectan.* 7. *n.* 6 *cum ſeqq.* & excedere dicitur, quando non habet rationem qualitatum perſonarum, quando partis remiſſio non adeſt, quando facit remiſſionem de rebus non punibilibus, quando lata ab ea ſententia, & cauſa pendent coram Superiore, aliiſque quamplurimis; quæ ſi in Barone procedunt, quanto fortius in Officiali? Maſtril. *de Magiſtrat. lib.* 3. *c.* 2. *n.* 37. *& ſeqq.* & Novarius *d. collect.* 7. *à n.* 6.

Sed ut pergamus, licet in noſtro *textu* dicatur, quòd 25
omnes quæſtiones pertinent ad Juſtitiam quoad primam inſtantiam: *E no ſots conexencia, ni en poder de altre*: Belluga *rub.* 38. *num.* 1. D. Leon *deciſ.* 49. *n.* 5. hoc intelligendum eſt in omnibus cauſis, quæ aliàs per *forum* non poſſunt coram aliquo alio tractari, ac per conſequens ea quæ diximus reſpectu evocationis ex *for.* 12. *Cur. anni* 1585. & reſpectu juriſdictionis Gerentis vices, Bajuli, & aliorum *in tot. cap.* 2. nullatenus opponuntur huic diſpoſitioni.

Abſente Domino Rege, vel Prorege ab Urbe Valen- 26
tiæ, & ejus in termino generali, decémque diebus elapſis, ceſſat exercitium juriſdictionis Senatus, ex diſpoſitione *for.* 18. *&* 19. *de judiciis*, (qui licet loqui non videantur de hac Regia Audientia, moribus receptũ eſt, ut ejus juriſdictio obdormiat; ſicque obſervantia ſubſecuta formatũ manet, quæ optima legum interpres eſt, imò lex informatur ab ipſâ, ut probat Barboſ. *in votis deciſivis, vot.* 4. *num. fin. tom.* 1.) & cauſæ devolvuntur ad Judices ordi-

narios, prout in simili de Catalaunis testatur Oliban. *in tract. aliunde nunque, cap.4. num.* 50. Sed quia hæc dispositio non bene percipi vulgò solet, nam sunt qui dicant, tunc Justitiam vices sustinere Protegis, ideo ad explicationem horum jurium tradam Senatus decisionem notatam à domino Polo *in suis adverss. doctissimis, Cod.5. adverss.*196.

28 Primò, causas ad Regiam Audientiam evocatas devolvi ad Judices ordinarios locorum, ad quos secluſa evocatione cognitio earum spectabat, ut expressè cavetur *in dict. for.*19.*de judic.*ibi: *Deuant los quals les dites questions se tractaven, ò devien tractar, sino fossen estades evocades.* Unde sequitur causas Civitatis Setabis, Orcelis, aut alterius Urbis, vel Villæ, quæ non sunt de jurisdictione Justitiæ Urbis Valentiæ, nullatenus ad Justitiam devolvi.

30 Secundò, causas per sententiam decisas non devolvi ad Justitiam, ut expressè cavetur *in dict. for.*19.ibi: *Los quals no seran estades determinades.* Unde sequitur, non posse Justitiam Criminalem remittere, seu condonare pœnas per Regiam sententiam impositas, nam non sunt de causis devolutis. Quod Senatus decisione est comprobatum; nam me existente Assessore Justitiæ anno 1641. Antonius Nuñez Lanio fuit per Justitiam absolutus à pœna homicidii rixosè patrati, sibi imposita per Regiam sententiam. Cum enim pœna rixosi homicidii claudatur finibus potestatis Justitiæ ad remissionem, credidi remitti ab eo posse, sicque consului, & effectivè fuit remissus, accedente voto domini Gregorii
31 Mingot, tunc Reg. Fisci Advocati; aderant etiam quatuor actus remittendi has pœnas facti per alios *Justitias* tempore cessationis Regiæ Audientiæ, quorum unus continebat condenationem pœnæ exilii impositæ per Regiam sententiam Andreæ Cifre Militi, cui Lodovicus Salafranca pœnam remisit, anno 1631. sed nihilominus
32 Fiscus provocavit, & Regius Senatus declaravit, non potuisse Justitiam, dictam pœnam remittere, & rectè; nam verba *fori* clarissima sunt, neque observantiâ juvari Justitia poterat, cum non esset legitimè præscripta, nam actus quibus juvabatur non comprehendebant cursum triginta annorum, & sic ex consuetudine non poterat dici derogatum dispositioni *fori*; nam licet in his quæ habent causam discontinuam, & non derogant juri Tertio adquisito, leges, & fori præscribantur, tamen necessarius est cursus triginta annorum ad minus, ex latè deductis per Cancer. *tom.*1. *variar.c.*4.*n.*122.

Tertiò, ordinarios Judices, ad quos causæ devolvun-
33 tur, non posse pœnas remittere, quas aliàs secluſa devolutione condonare non poterant, quia devolutio non auget jurisdictionem, aut potestatem Judicis ad quem fit, sed transit cum qualitatibus jurisdictionis, & potestatis ordinariæ ab ipso habitæ, Georg. Cabedo *decis.*52.*p.*2. Fontanell. *de pact. claus.*4. *glos.*10. *par.*1. *n.*45. *tom.*1.

Quartò, cessante absentia Principis, vel Locumte-
34 nentis causæ redeunt ad Regium Senatum absque nova evocatione, etiamsi Ordinarius ad aliquos actus devenerit, quia cum propter absentiam exercitium jurisdictionis fuisset suspensum, cessante absentia ipso jure integratur, absque ullo hominis ministerio, sicuti ad Ordinarios devolutæ fuere. Quæ omnia ex deliberatione trium Aularum decisa fuerunt, ut annotatur in *diet.rio* Regii Concilii *die* 9. *Decembris* 1627. Hæc D. Polo

Quibus addendum est, quòd si Prorex decesserit, vel
35 à Regno migraret, ante decem dies discessus ab Urbe, & ejus termino, vel mortis, non est spectandus lapsus eorum, sed in continenti cessat exercitium jurisdictionis
36 Senatus, & causæ devolvuntur. Ita observavit Senatus *anno* 1631. quando decessit dominus Marchio de los Velez Don Ludovicus Faxardo, nam illico Senatus se abstinuit. Ita etiam *anno* 1643. quando dominus Dux de Medinaceli discessit à Regno: & *anno* 1650. quando Dominus Comes Oropesius ab ipso migravit, pariter se abstinendo usque ad adventum successoris, ut in *dicto dietario* reperitur. Quæ omnia non solum procedunt, quoad Justitiam Criminalem, sed etiam quoad Civilem respectivè intra metas jurisdictionis ipsorum.

Ad Justitiam Civilem, ultra causarum civilium co- 37
gnitionem in prima instantia, pertinet jus nominandi Cursores, sive Proxenetas Urbis *for.*93.*de lend. hostal. & Curs.* ac removendi eos ab officio, *for.*95. *eod.* ubi notandum est, quòd ex *dicto for.*93. clarè percipitur Justitiam teneri hanc facultatem exercere in honestas personas, quæ nullatenus artem habent, qua ali possint, & ad hoc juramento adstringitur, ut in *foro* dicitur. Sicque 38
Justitia dans officia Cursoris aliis quàm his pauperibus honestæ conditionis, qui arte carent ut alantur, ultra perjurium, quod gravissimum peccatum est, tenetur ad restitutionem pauperibus, quibus debebantur. Nam si eligat habentem unde se alat, electus est non habens qualitatem requisitam à *foro*, & qualitas adesse debet, ac de ea constare tempore nominationis; Bartol. *in l. im-* 39
puberem, ff. de fals. Suarez *allegat.*12. Avendaño *de exeq. lib.*2. *verf. Oltæuum est; num.*13. Franq. *decis.*609 *num.*3. Cancer. *variar. lib.*3. *cap.*13. *num.*109. Mastrill. *de Magistrat. lib.*1. *cap.*12. *num.*29. Garcia *de benef. part.*7. *c.*4. *num.*85. *& part.*6. *cap.*2. *num.*209. Quod adeo verum est, 40
ut etiamsi beneficium vacat ex causa permutationis, qualitas requiratur: Puteus *decis.*331. *&* 338. *lib.*1. Mohad. *decis.*7. *de concess. prabend.* Rota *decis.* 1135. *lib.*3. *noviss.* Flamin. Paris. *de resignat. lib.*4. *quæst.*9. *n.*25. *&* 41. Garcia *de benef. par.*11. *cap.*3. *num.*6. Et in reservatis ad summum Pontificem transfertur cum sua causa, *Cap. in Ecclesia, de præb. in* 6. & *ibi* Gloss. magna *verf. consuetudini*, Seraphin. *decis.* 1420. *num.*1. Puteus *decis.* 368. *n.*1. Lotterius *de re beneficiar. lib.*1. *quæst.*34. *num.*17. Atque 41
adeo cum qualitas hæc requiratur à lege, secluſo perjurio, peccare transgressorem, probat latè P. Salon *de justitia, & jure, tom.*1. *quæst.*63. *art.*4. *contr.*3. atque teneri ad restitutionem, ut probat *verf. Hæc opinio, colum. mihi* 1102. Sed ne occasione probabilitatis decipiatis, advertè quòd vi dispositionis foralis, officia hæc pauperibus debentur, ibi: *Ans hi preferran persones leyals, verdaderes, é de bona fama, é no podents viure de altre art, ofici, ò mester.* Itaque probabilitas opinionis potest versari circa 42
illud dubium, an preferri possit dignus omisso digniori, non autem omnino inhabilis; ob quod cum debeatur officium pauperi, qui non habet unde se alat, poterit Justitia eligere pauperem omisso pauperiori, non autem eum qui habet unde alimenta obtineat; & si fecerit, non solum peccabit in justitiam distributivam, sed in commutativam.

Sed ne id solum ratione, aut auctoritate nitatur, ex- 43
pendendus est text. *in cap. Pastor.*1. *quæst.*2. *cap. nulli*, 3. *quæst.*1. *cap.*2. 14. *quæst.*5. in quibus non solum peccare dicitur, qui distribuit, sed etiam qui obtinuit, *dict. cap. Pastor.* ibi: *Nec illi qui sua possidentes, dari sibi aliquid voluit, sine grandi peccato suo, unde pauper victurus erat, accipiunt. dict. cap.*2. ibi: *Panis egentium vita pauperis est. Qui defraudat illum, homo sanguinis est.* Optimè, ut solet Anton. Fab. *in Cod. lib.*1. *tit.*3. *diffin.* 57. *per tot.* quo loci ad tacitam consuetudinis allegatæ, vel allegandæ, eleganter respondit his verbis: *Vix est, ut non vetustas illa erroris potius dicenda sit, quàm legitima, & præscripta consuetudo, quæ, ut loquuntur, nutritiva est peccati. Cap. ultim. de consuetud.*1.2. *C. quæ sit long. consuetud.*

Et si hæc cuicunque competunt, quid dicendum de 44
Officiali publico Urbis, cui commissa est pauperum tutela? hi enim *leges loquentes* sunt, Cicer.3. *de legib.* Principémque repræsentant, Mastril. *de Magistr. in prælud.* Princeps enim pauperum pater est, ut latè probat Velazquez *de optim. Princip. d. lib.*4. *annot.*7. *per tot.* qua ratione legis æquitatem servare dicetur, vel Principis glorioſas curas gerere affirmabitur, si non solum pauperi

nos

non opituletur, imò alimenta prudenter noſtris legibus provisa defraudet?

45 Si ita hæc res ſe habet, multò minus officia hæc vendi poterunt ab ipſo Magiſtratu, ſeu officiali. Nam officia vendere ſolùm principi non recognoſcenti ſuperiorem licet Maſtril. *de Magiſtr. libr. 1. capit. 20. per tot.* Fragoſ. *de Repub. lib. 1. diſput. 2. §. 2. numer. 122. & ſeq.* Ponto *de poteſt. Proreg. titul. 3. numer. 7. 8. & 14.* Larrea *allegat. fiſcal. 119. num. 3.* noſtra Joann. Ægyd. Trullench. *lib. 6. Decalog. capit. 20. rub. 21. nume. 8.* qui alios Theologos laudat. Quod rarò expedire probat, multòque debere concurrere, ut venditio licita efficiatur; atque adeo Juſtitia Civilis nullatenus poteſt hæc officia vendere, tum defectu poteſtatis, tum etiam ratione injuſtitiæ, quam patrat in ſimili venditione, etiamſi pau-

46 per ipſe eligendus ſit, & ad ſibi applicandum pretium venditio fiat, quaſi ſe ipſum eligens: nam licet executor ſibi, ſuiſque conſanguineis diſtribuere eleemoſynam poſſit, ex traditis à P. Caſtro Palao *tom. 1. tract. 6. de charit. diſp. 2. punct. 14. numer. 10.* hoc intelligitur quando non eſt excluſus ab ipſa eleemoſyna; unde quando relictum eſt diſtribuendum pauperibus concurrentibus ad portam, non poteſt diſtribui pauperibus infirmis in hoſpitali, March. Anton. Genuenſis *in pract. Eccleſ. quæſt. 214. per tot.* Barboſ. *de poteſt. Epiſcop. p. 3.*

47 *allegat. 83. numer. 20.* atque adeo cum Juſtitia eſſe non poſſit ex his quos debet eligere, nec ſe ipſum eligere poſſe eſt dicendum, Curia Piſana *lib. 2. capit. 10. numer. 5. & capit. 11. numer. 7.* Fontanell. *deciſ. 188. numer. 6. tom. 1.* Nec id prætextu eleemoſynæ aliis faciendæ, nam aut eligitur qui habet unde ſe alat aut non: ſi unde ſe alat, eligitur injuſtè, quia non habet qualitates: ſi qui non habet unde ſe alat, licet gravari poſſit in favorem aliorum, hi debent eſſe ex ipſis qui eligi poterat, Molina, & cæteri laudati per Fontanellam *deciſ. 94. numer. 6.*

48 *tom. 1.* Nec ſolum vendere officia hæc, eſt de pretio tractare, illudque recipere; venditionem enim in his interveniſſe dicitur cum accipiuntur munera, aut emolumenta officiorum ſibi reſervantur, ut probat Novar. *collect. 5. n. 4. tit. de Baronibus.* Nihilominus adeo crevit abuſus vendendi hæc officia, ut conſuetudinem allegare aliquando audeant. Conſulant Theologos, nam verbis *fori* inſpectis, valde debito quòd de certitudine hujus doctrinæ dubitari poſſit.

49 Pertinet etiam ad Juſtitiam Civilem præſidere in congregationem creandorum Notariorum introducta per *for. 15. de Notariis*, ipſoſque Tabelliones viſitare, *for. 23. & 24. eod. tit. for. 76. Curiar. anni 1564.* ne inſtrumenta, matrices, aut protocola inordinata exiſtant; quod quam utile Reipublicæ ſit, exprimi verbis non poteſt. Sed quia hæc non ſunt de hoc tractatu, alibi, ſi licuerit, latiùs trademus.

50 Hi enim *Juſtitiæ* ſubſtitutos habere poſſunt, ſeu mandare juriſdictionem, caſu, quo legitimè impediantur, ut in *foro* habetur; quod eſt effectus juriſdictionis ordinariæ: & Juſtitia Civilis non ſolum ſuo in caſu ſubdelegatum nominat, ſed Judices pedaneos dat in judicio communi dividendo, familiæ herciſcundæ, & ſimilibus, atque Judices computatores in tutelis, cæteriſque rebus ubi computari aliquid debet. Quæ autem differentia ſit inter Judicem datum, & delegatum? rectè exponit Cujac.

51 *in dict. l. 5. ff. de offic. Proconſulis.* Juſtitia verò Criminalis non ſolum ſubrogat caſu impedimenti, ſed habet Locumtenentem ſui officii. Is eligitur de plebe. Juſtitia Civilis ſolet etiam inquirere contra uſurarios, interpolatores, & generaliter contra fractores ſtatutorum Urbis, *for. 108. de Cur. & Bajul.* ob quod ei incumbit facultas dandi licentiam, ut tabernæ aperiantur, ubi res venales habentur, ſicque praxi receptum eſt, licet multi ſe abſtineant ab exercitio harum rerum infimarum.

§. III.

De Juratis, & Concilio generali Urbis ad for. 62. Curiarum anni 1604. junctis aliis juribus.

SECTIO PRIMA.

TEXTUS.

PHILIPPUS TERTIUS REX.

ITem ſupliquen los tres Braços, Eccleſiaſtich, Militar, y Real, à voſtra Mageſtat, ſia de ſa merce confirmar los privilegis, ab los quals eſtà concedida à la dita Ciutat de Valencia, y Jurats de aquella la libera adminiſtracio, y regiment de les coſes de la dita Ciutat, y lo govern de aquella: ſens que per voſtra Mageſtat, per ſa Real clemencia, ò altre, oficial algu, per preheminent que ſia, per via de inquiſicio, ſe puga inquirir, ni procehir contra los dits Jurats, ni algu de aquells, ni que aquells puguen ſer compellits a revelar les coſes que es tracten en la Cambra: è lo mateix ſe entenga del Racional, è Sindich, Subſindichs, Advocats, y Eſcrivà de dita Ciutat, ni manar al Eſcrivà de la Sala que no reba proviſions ordenades per los dits Jurats: ni manar a altres oficials que no deſpachen albarans, ni facen altres coſes en per juhi de la dita libera adminiſtracio concedida a dits Jurats, ſots impoſicio de pena de deu millia florins, aplicadors als confrens de voſtra Mageſtat, y al comu de dita Ciutat, y decret de nulitat de dits manaments. *Plau a ſa Mageſtat confirmar los privilegis contenguts en dit Capitol, y mana a ſon Lochtinent general, y altres oficials Reals los obſerven, y guarden levats tots abuſos.*

SVMMARIA.

1 *Jurati Urbis ſex ſunt.*
2 *Jurati habent auctoritatem Proceris.*
3 *Juratis dari poteſt attributum dominationis, dum congregati ſunt.*
4 *Jurati ſedent ſub periſtromate.*
5 *Jurati incedunt toga purpurea.*
6 *Jurati ſpiram ducunt ſuper humerum ſiniſtrum. Quid hoc ſignificet, ibid.*
7 *Juratis incumbit cura annonæ.*
8 *Spira antiquitus in uſu fuit.*
9 *Spira utuntur in togis Collegiales Collegiorum majorum Salmanticæ.*
10 *Juratis ſcribit frequenter Princeps. Jurati habent lictores cum faſcibus argenteis, ibid.*
11 *Decuriones in militia qui?*
12 *Decuriones Coloniarum qui?*
13 *Jurati propriè Decuriones non ſunt.*
14 *Conſiliarii Conſilii generalis munus aſſimilatur officio Decurionis.*
15 *Jurati non ſunt idem, ac Rectores Civitatum Caſtellæ.*
16 *Decuriones erant officiales Coloniarum.*
17 *Colonia quid?*
18 *Valentia non eſt Colonia, ſed Metropolis.*
19 *Conſilium generale, adinſtar centuriatorum comitiorum eſt.*
20 *Jurati, adminiſtratores Reipublicæ ſunt.*
21 *Jurati, populum propriè non repræſentant. Conſilium generale populum repræſentat, ibid.*
22 *Jurati non habent liberam adminiſtrationem.*
23 *Jurati non poſſunt alienare res Civitatis, neque expendere pecunias publicas ſine Concilio.*
24 *Jurati poteſtatem obtinent à Concilio generali. Conſilii generalis electio ad Juratos defertur, ibid.*
25 *Jurati ex natura officii non habent juriſdictionem.*

26 *Jurati nequeunt quem in carcerem mittere.*
27 *Jur iſdictio quare in aliquibus conceſſa Juratis.*
28 *Jurati cognoſcunt de cauſis ademptivorum.*
Jurati poſſunt prohibere, ne victualia extrahantur, ibid.
Jurati habent conceſſam cuſtodiam rerum prohibitarum, ibid.
29 *Jurati poſſunt prohibere ne pecora à Regno extrahantur.*
Jurati poſſunt armare contra piratas, & eos punire, ibid.
30 *Jurati poſſunt facere ſtatuta.*
31 *Jurati concedunt ordinationes officiis mechanicis, & de cauſis ad hæc ſpectantibus cognoſcunt.*
Jurati cognoſcunt de paludibus, ibid.
Jurati cognoſcunt de omnibus pertinentibus ad ſanitatem tempore peſtis, ibid.
Jurati cognoſcunt de diviſione aquarum, & incilibus, ibidem.
Jurati cognoſcunt de gravaminibus factis per Ædilem, ibidem.
Jurati cognoſcunt de fœminis inhoneſtis recluſis in domo pœnitentiæ, ibid.
Jurati cognoſcunt de ſtatutis Academiæ Valentinæ, ibid.
32 *Jurati poſſunt indicere feriας.*
Jurati poſſunt catenis claudere angulos Urbis, ibid.
33 *Jurati poſſunt in emphyteuſim concedere plateas.*
Jurati poſſunt diruere edificia ornatum Urbis perturbantia, ibidem.
34 *Jurati poſſunt imponere collectas, & contributiones, ſed cum licentia Principis.*
Jurati cognoſcunt de cauſis aſſiſiarum, ibid.
35 *Juriſdictio non conceſſa privativè, cumulativa cenſetur.*
Juratis quæ juriſdictio conceſſa ſit privativè, ibid.
36 *Juratis privativè competit juriſdictio ſtatutorum ex Regio reſcripto.*
37 *Juratis privativè competit juriſdictio in cauſis annonæ ex Regio reſcripto.*
38 *Deciſio Senatus ad explicationem horum reſcriptorum.*
39 *Explicatur prædicta deciſio.*
40 *Juratis competit juriſdictio privativè in cauſis aſſiſiarum.*
41 *Civitati plurima privilegia conceſſa ſunt.*
42 *Officia plura urbana.*
43 *Jurati non poſſunt mittere Legatum, ſeu Oratorem, vulgò* Embaxador.
44 *Civitates recognoſcentes Superiorem non mittunt Legatum, ſed Syndicum.*
45 *Jurati non poſſunt mittere Syndicum ad Principem inconſulto Proroge.*
46 *Jurati non poſſunt impendere redditus Urbis in his legationibus, niſi aliter ſuccurri non poſſit, cujus rei cognitio pertinet ad Proregem.*
47 For. 93. Cur. anni 1564. *explicatur.*
For. 58. Cur. anni 1585. *expenditur, ibid.*
48 For. 60. Curiar. anni 1604. *declaratur, n. 48.*
Proreges ſolent hanc licentiam denegare, ibid.
49 *Deputati Regni Valentiæ ſub hac diſpoſitione comprehenduntur.*
Deciſio trium Aularum Senatus, ibid.
50 *Exempla utriuſque communitatis recenſentur.*
51 *Jurati, an durante officio poſſint puniri? remiſſivè.*
52 *Secreta ſervare quis teneatur? remiſſivè.*
53 *Scribæ Juratorum poteſt juberi ne determinationes recipiat juſta cauſa exiſtente.*

1 JUratos Urbis ſex eſſe, diximus *ſuprà, hoc capite, nn.* 15. Et cum Civitas hæc ſit Metropolis totius Regni Valentiæ, adeo illuſtre officium Juratorum cenſetur, ut ipſis Procerum auctoritas tribuatur, ut ait Bobadill. *in politic. lib. 3. c. 8. n.* 20. & poſt eum Fontanell. *de pact. clauſ.*
2 3. *glo. 1. n. 9. tom.* 1. quod apud nos comprobari videtur, *ex for. 9. Curiar. ann.* 1626. cum eis concedatur attributum dominationis, dum in forma congregati ſunt, Urbem repræſentantes, atque ſedere ſub periſtromate privatim, intra domum ipſius Urbis (quæ etiam Deputatis competunt) utuntúrque plurimis aliis prærogativis, & Auctoritatibus. Incedunt publicè indumento talari, ſive toga purpurea ornati, aurea celatura inſignita (quod ad imaginem Trabeæ purpureæ Conſulatus inſignc, de qua Virgil. 1. *Æneidos.* 3

Aurea purpuream ſubnectit fibula veſtem.

Vvolfgang. Laz. *comm. Reipub. Rom. lib.* 8. *c.* 5. Bulenger. *de Imperator. Rom. lib.* 1. *c.* 18. Don Franciſ. Amaya *in l. fin. c.* 1. *n.* 6. *C. de Decur. lib.* 10. fortè inductum fuit) & ſuper humerum ſiniſtrum ſpiram pariter purpuream toſis undique ornatam deferunt. Quæ ſi ad ſerpentis circulum referatur, juxta illud Virgil. 2. *Georg.* 4 5

Squammeus in ſpiram tractu ſe colligit anguis

cum ſerpens prudentiæ ſymbolum ſit, eruditè Saavedra *ſymbol.* 28. & 44. ut hæc virtus Juratis commendetur, inductum hoc ornamentum fuiſſe non dubitabitur. Si autem ad panis imaginem revocetur, nil aliud ſignificare videtur, niſi ad hos patriæ Rectores, perpetuò præ oculis habere annonæ ubertatis curam ex officio pertinere; cùm prior ſit abundantiæ victus cura, quàm cæteræ adminiſtrationis partes; ut explicatum laconicè ab antiquioribus habemus in illo vetuſtiſſimo adagio: *Panis prior prora*, ut tradit Eraſmus *in adagiis Concilii, colom. mihi* 327. Nec novum eſt hoc genus ornamenti, cum de eo feciſſe jam mentionem videamus Xenophont. *rer. Græcar. lib.* 4. Plin. *lib.* 19. *hiſtor. c.* 35. Cæli. *lib.* 16. *c.* 11. *poſt princip.* Tiraquel. *in l.* 3. *comub. in catalog. ornamentorum, verbo, Spira.* Neque in Hiſpania Jurati Valentini ſoli eo utuntur, nam in Collegiis majoribus, eo etiam ornamento fruuntur Literati illi Togati, quorum tot eximiæ nobilitatis, & eruditionis, Senatus implent, Sedes paſtorales occupant; de quorum excellentia meminit Saavedra *ſymbol.* 6. & plura apud Amayam *in Apologia Collegii Conquenſis, poſt. lib.* 10. *Codicis.* Eis enim omnibus utuntur noſtri Jurati in ſignum dignitatis, & ſplendoris officii. Quotidie quoque ſcribit eis Princeps de rebus, & negotiis arduis, Nuntiumque unuſquiſque Juratorum habet, ſive Lictorem, qui purpura etiam indutus faſcem argenteam præfert, inſtar oſtiarii Regis, januæ exterioris; quod conceſſum fuit *in privileg.* 49. *Domini Reg. Petri Secundi.* 6 7 8 9 10

Sed in primis videndum eſt, an Juratorum officia ſint eadem, ac decurionum? Et ſi militiæ Decurionis nomen ſumatur, nullatenus cum officio Juratorum congruit. Erat enim militaris Decurio, *qui decem militum turmis præfectus militabat.* Alexand. ab Alexand. *lib.* 5 *dierum genial. c.* 16. *in fin* ubi Tiraquel. *lit. B*, tradit, *qui decem equitibus*, ex Pompon. *lib.* 4. *vel. ani terma, aut turma equitum, quæ triginta duos habebant*, ex Veget. *de re milit. lib.* 2. *c.* 14. Quibus aſſentire videtur Juſt. Lipſius *de milit. Roman. lib.* 2. *dialog.* 10. Quiſquis enim ex his Decurio ſit, minimè ejus officium adaptari poſſe Juratis rectè ſequitur. 11

Si ad Coloniarum Decuriones referatur, an noſtris Juratis conveniat, dubitari, nec immeritò, poteſt à Nam Juriſconſultus Pomponius *in l. pupillus, §. Decuriones, ff. de verbor. ſignif.* ſic ait: *Decuriones quidam dictos ajunt ex eo, quòd initio cum Coloniæ deducerentur, decima pars eorum, qui deducerentur, Concilii publici gratia cenſcribi ſolita ſit.* ubi Alciat, & Rebuf. Alexand. ab Alexand. *dict. c.* 16. *in fin.* & ibi Tiraquel. Bobadilla *dict. lib.* 3. *c.* 8. *n.* 2. *& in tot. lit. E*, Don Franciſc. Amaya *ad rubr. de Decurion. lib.* 10. 12

Sed nec iſtis Jurati omnino congruere poſſunt, cum nec numerus eorum conſonet, nec officii poteſtas. Potius crederem Concilio generali adaptari, ex eodem textu, ibi: *Concilii publici gratia*, quibus addenda tradita à Loſæo *de jur. univerſ. part.* 1. *c.* 3. *n.* 10. ibi: *Hæc igitur ratione & antiquitus Decuriones conſtituti, & creati fuerunt, & poſtea Conſiliarii Civitatum, & aliarum univerſitatum qui Decurionū loco ſuffecti, & ſubrogati ſunt.* Et *n.* 12. ibi: *Decuriones hodie, ut dixi dicuntur Conſiliarii Civitatum, aliarumque* 13 14

rumque communitatem. Gloſſ. *in d. rub. de Decurion. C. l.* 10. Bartol. *in rub. ff. eod.* Gloſſ. *in l.* 3. *verbo Ordo,* & *ibi* Bartol. *ff. quod cujuſque univerſ. & in l.* 2. *verb. Decurionibus, C. de Decurion. lib.* 10. idem Bartol. *in l.* 5 *n.* 3. *C. de nſtr.* Alexand. *conſil.* 17 *n.* 1. *volum.* 6. Roland. *conſil.* 19 *n.* 2. *volum.* 1. Petr. Iacob. *in pract. tit. de Conſiliar. n.* 1. Camil. Borrel. *in addit. ad Bellug. rub.* 1. *lit. B, verſ. Decuriones,* latiſſimè Amaya *in d. rub. de Decurion. lib.* 10. *per tot.* præcipuè *n.* 17. *& ſeqq.* ubi plura.

15 Neque obſtant tradita per Bobadilla *ubi proximè, n.* 3. *littera. A.* cum ibi loquatur de Rectoribus Civitatũ, aliarumque univerſitatum Regnorum Caſtellæ, vulgò dictis *Regidores;* quorum officium licet aliqualiter aſſimiletur officio Jurati, diſconvenit in ſubſtantia, forma communitatis, & numero eorum; cum in Caſtellæ Regnis nullum aliud Concilium habeant Urbes, præter ipſum Rectorum, vulgò *Ajuntamiento,* à quo ipſi Rectores eligãtur, & poteſtatem accipiant: neque alios Magiſtratus, quibus adminiſtrationem rerum publicarum Rectores mandent: neque alius eſt cœtus, qui univerſitatem plenius repræſentet. Quæ omnia apud nos exercet Concilium generale reſpectu Iuratorum, ut *infrà* dicetur. Quibus additur, ipſum Bobadilla faſſum fuiſſe, adhuc in terminis univerſitatem Caſtellæ, non ſatis exploratum eſſe Rectores officio Decurionũ propriè, & ſtrictè fungi.

16 Nec ſilentio relinquendum eſt, horum Decurionum officia, ex alio capite minimè Iuratis, neque Conſiliariis noſtris propriè adaptari poſſe, cùm Pomponius apertè *loquatur in d. §. Decuriones,* de Coloniarum Rectoribus, & tradunt Alex. Tiraq. Rebuf. & Alciat *ubi ſup.* quibus
17 addendus Bulenger. *lib.* 7. *c.* 4. *& ſeqq.* Colonia enim eſt *Urbs à Metropolis Civibus condita.* Divus Aug. *de Civitat. Dei, lib.* 10. *c.* 1. Alexan. ab Alexan. *l.* 4. *c.* 10. Rebuf. *in d. §. Decuriones, verſ. Coloniæ deducuntur.* Don Franciſc. Amaya *ubi proxim. n.* 4. Civitas enim Valentiæ, ut dixi Metropolis Regni eſt, & caput per ſe ſtans, neminique
18 Urbium cedens: atque adeò quæ de Coloniis dicta ſunt, hodie adaptari ipſi nequeunt. Nec officium reperiri poteſt in omnibus conveniens cum officio Iurati, vel Conſiliarii; niſi dicamus, quòd Comitia centuriata populi Romani, quæ ex omni tribu, & ordine congregabantur,
19 (ut infit Alexand. ab Alexand. *dier. genial. lib.* 4. *c.* 3.) per centuriata apud nos, uſu recepta eſſe, ſed modo diverſo: nam non univerſus populus, ſed numerus certus ex omni arte, tribu, aut Parochia, & Ordine, advocatur, univerſum populum repræſentans ut pluribus probat Giurba *obſervat.* 78. *num.* 6. (quod Concilium centum Iuratorum apud Catalaunos vocatur; nam quos nos *Conſiliarios* vocamus, *Juratos* appellant; & è contra, quos nos *Juratos,* illi *Conſiliarios,* qui quinque ſunt. Fontanel. *deciſ.* 295. *n.* 2. *& 7. com.* 1.) conſtatque centum triginta duobus ſuffragiis, nempe ex Militibus ſex (quatuor olim eſſe ſolebant, ſed poſt Nobilium admiſſionem duo additi fuêre:) ex Civibus quatuor, ex Juriſperitis quatuor, ex Tabellionibus duo, totidem ex mercatoribus, ex officiis mechanicis ſexaginta ſex, nam triginta tria officia approbata ſunt, & ex uno quoque duo creantur, & ex duodecim Parochiis, quadraginta & octo; quatuor ex unaquaque;
20 quorum electio ad Juratos pertinet, *ſor. 41. de Cur. & Bajul.* Jurati autem licet ab aliquibus *Conſules* vocentur, impropriè eis attribuitur, ut deprehendi poteſt ex traditis ab Amaya *in l. fin. c.* 1. *per tot. C. de Decurionibus, lib.* 10. nam ſunt adminiſtratores, & defenſores Civitatis, ut ex *infrà* dicendis patebit, probat Bulenger. *d. c.* 4.

21 Neque methodica tantum diſputatio hæc eſt, cum ab ea inferatur, Juratos populum non repræſentare; cùm repræſententur à Concilio generali; & licet retenta interpretatione Loſæi, dicamus ipſos Defenſores Reipublicæ eſſe, ut patet ex traditis ab ipſo, *ubi proximè, n.* 108. Seſſe *de inhibition. c.* 19. *n.* 3. vel Adminiſtratores, ut dominus Leon docet *deciſ.* 19 *n.* 3. *tom.* 1. (nec diſſentit P. Fra-
22 goſ. *de Repub. tom.* 1. *lib.* 7. *diſp.* 19. *n.* 1. *& ſeq.*) tamen non habent liberam adminiſtrationem, cum nullatenus eis conceſſa ſit; ac per conſequens, nec noſtro foro confirmata; imò in alienandis rebus univerſitatis, vel expendendis pecuniis publicis ad extraordinarios uſus, Concilii deliberatio requiritur, & aſſenſus quatuordecim Deputatorum luitionis cenſuum, ſive, ut vulgò dicitur, *del Quitament,* & ea, quæ in adminiſtrando poſſunt, ut 23
plurimum ex poteſtate eiſdem per Concilium generale attributa, proveniunt. Sed in his non immoremur, ſat ſit hæc breviter dixiſſe: *Et brevitatem in eo ponimus, non ut minus ſed ne plus dicatur, quàm oportet,* ut aiebat Quintil. *inſtit. orator. lib.* 4.

Electio autem Conſiliariorum, ut dixi, pertinet ad Ju- 24
ratos *ſor.* 29. *& 41. de Curia, & Bajulo,* junctis privilegiis *in eod. for.* 41. commemoratis. Perficitur autem, quoad artium mechanicarum Conſiliarios, ut ex quatuor ab univerſitate ipſius officii propoſitis, duo per Juratos eligantur, cæteri autem ad nutum eorundem; eo objecto quòd illi, qui Jurati officium uno anno obtinuerunt, remaneant Conſiliarii ſui Ordinis pro ſequenti anno, ut eſt compertum.

Infertur etiam, Juratos ab officio nullatenus habere 25
juriſdictionem, neque meri, neque mixti imperii, cum nudi ſint Adminiſtratores Urbis; ita probatur expreſsè *privil.* 47. *D. Reg. Petri II.* ibi: *Cum igitur vos qui non eſtis Officiales Regii, ſed adminiſtratores Civitatis ejuſdem.* Pro- 26
bant eſſe, D. Leon, & Fragoſo *ubi proxim.* ſicque ex natura officii nullius cauſæ cognitionem habent, nec aliquem in carcerem mittere poſſunt, aut pœnam irrogare, ut ipſi tradunt; ſed tenentur adire Judices Ordinarios. Sed quia eis commiſſa eſt adminiſtratio Reipublicæ, tam reſpectu ubertatis annonæ, quàm politicæ gubernationis, ac ornatus ejuſdem, neceſſum fuit, ut concederetur 27
poteſtas, ac juriſdictio ad hoc peragendum neceſſaria, quamvis ex natura officii ad eos non pertineat.

Reſpectu abundantiæ annonæ, conceſſa in primis eſt 28
juriſdictio Juratis, in cauſis ademptivorum, *privil.* 109. *R. Petr. I. & privil.* 14. *& 19. R. Martini for.* 1. *cum plurib. ſeqq. de paſtur.* ſed cur hæc pertineant ad jus paſcendi, & conceſſa ſint ſpecialiter Juratis Urbis? in *capite ſequenti* latiùs explicabimus. Poſſunt prohibere ne victualia à termino Urbis extrahantur, *for. fin. de ſecurit. præſt.* & cuſtodia rerum prohibitarum eis commiſſa eſt, ne ab eadem Urbe extrahantur, *privil.* 79. *Domini R. Petr. II.* arque poteſtatem habent prohibendi ne pecora, ſeu ar- 29
menta, à toto Regno in aliud transferantur, ad quod ea annumerare poſſunt, & delinquentes circa hæc punire per Inquiſitionem, *privileg.* 30. *Domini R. Alfonſ. III.* & armandi contra piratas, qui victualium commercium impediunt, eoſque civiliter, vel criminaliter punire, *privil.* 38. *el ſegundo, ejuſd. R. Alfonſ. III.*

Ratione politicæ gubernationis poſſunt facere ſtatu- 30
ta, ubi forus deficit, *for.* 2. *in proœm. foror.* quod & à jure eis incumbit, *l. omnes populi, ff. de juſt. & jur. l. municip. ff. de decret. ab or. faciend.* Bellug. *in ſpecul. rub.* 2. *nu.* 6. Tuſcus *concl.* 419 *lit.* S. Portol. ad Molin. *verb. juris firma, n.* 116. Seſſe *de inhibit. d. c.* 19. *n.* 22. *& ſeq. & deciſ.* 91. *n.* 3. Molin. *in repert. verb. Jurati.* Cancer. *variar. lib.* 3. *c.* 1. *n.* 211. Calixtus Ramir, *de leg. Regia,* §. 21. *n.* 17. Fontanel. *deciſ.* 293. *per tot. & deciſ.* 295. *num.* 3. *tom.* 1. *& deciſ.* 393. *n.* 2. *tom.* 2. Fragoſ. *diſt. diſp.* 19. *n.* 4. ſed non per hoc eis tribuitur executio, nam ut iſti Doctores tradunt; ea reſpiciunt ad adminiſtrationem, non juriſdictionem; videndus omnino Seſſe *d. c.* 19.

Poſſunt etiam concedere ſtatuta, aut capitula officiis 31
mechanicis Urbis, *privil.* 17. *R. Ferdinandi II. for.* 108. *de juriſd. om. judic.* ita ut Gerens vices non poſſit ſtatuta officiorum confirmare, ſeu decreto ſuo firmare, quin à Juratis approbentur, *for.* 108. *Curiar. anni* 1585. cognoſcuntque de quæſtionibus eorundem officiorum, ad ea ſtatuta, ſive capitula ſpectantibus, tam in prima, quàm in ſecunda inſtantia privativè, quoad alios, dempto do-

mino Prorege,& Regia Audientia, *for.*113.*Curiar.anni* 1585. Cognoſcunt etiam de paludibus proximis Urbis, vulgò *marjals*,eorumque incilibus,& ſtillicidiis, *privil.* 133.*R.Petr.II. for.*110.*de juriſd. omn. jud.* nam cum reſpectu aquæ ibi decurrentis aër inſalubris reddatur, ad Juratos hæc cura pertinet, ut in *dicto privilegio* habetur; ſicut & omnia ſpectantia ad præcautionem, & ſanitatem tempore graſſantis peſtis, *actus Cur. Brach. Reg.* 262. *Cur. anni* 1626. Amplius de diviſione aquæ fluminis de Godacaniar, ſive Turiæ, & ejus incilibus, dempto incili de Moncada, *privil.*89. *R.Petr.II. junct. for.*25. *& fin de ſervit.* ſed quia jurisdictio hæc exercetur per Cequiarios,ſive Præfectos incilium, *infrà latius* §. 10. dicemus & de officialibus horrei publici delinquentibus in officio.*for.*109.*de juriſd.om.judic.*De gravaminibus factis per Ædilem, vel ejus Locumtenentem, *privil.*6. *Domini R. Martini.* De fœminis inhoneſtis in domo pœnitentiæ,vulgò dicta *de les Repenedides*,clauſis, ipſiuſque domus domeſticis privativè,quoad alios,dempto Locumtenente,& R.Audientia,*privil.*39. *R.Alfonſi III.* atque de cauſis reſpectantibus ad ſtatuta Academiæ Valentinæ,*actus Cur.Brach.Reg.c.*264.*ann.*1626.Sed hoc non pertinet ad ſolos Juratos, ſed ſimul cum clauſtro juxta formam contentam in *privilegio* 20.cum *duobus ſequentibus* R.Ferdinand.II.ut *infra* dicetur.

Poſſunt etiam indicere ferias,& dilationes,atque ordinare proceſſiones, vel quaſvis celebritates tam pro exaltatione Fidei,& cultu divino,quàm in honorem Regis,Reginæ,aut poſteritatis eorumdem,*privil.*15. *R.Ferdinandi II.*& carenis claudere angulos Urbis,cæteraque exequi,quæ neceſſaria ſunt ad cuſtodiam,*ejuſd.privil.*47. *Domini R.Petr.II.* 32

Ratione autem ornatus poſſunt in emphyteuſim concedere plateas,& valles,quæ ſunt juxta murum,*privil.*48. *Domini R.Petr.II.*& diruere quæcumque ædificia perturbantia ornatum,ſatisfacto damno, ſi quod adeſt, *privil.* 42. *D. R.Alfon.III.* An autem poſſint concedere licentiam fabricandi in loco publico,videtur,quod ſic,*ex privil.*57.*R.Jacob.I.& privil.*84. *ejuſd.* probant And. Gail. *lib.*2.*obſ.*64.*num.*3.Sixtin.*de regal.lib.*2.*cap.*2.*num.*21. & 22.Ripoll.*de Regal.cap.* 40.*num.*9. declara quoad urbicas,ut iſti Doctores tenent,*ex l.*2.§. *privata, ff. nequid in loc.pub.*Calixt.Ramir.*de leg.Reg.*§.26.*numer.*31. obſtare videtur *for.*23.*& 24.de paſturis,privil.*27.*R.Jacob.I. privil.*122.*R.Jacob.II.*ſub lite in mea Aula res eſt,& quanquam ad S.Supremum Con. delata, non eſt fas ſententiam ferre in medium,quin deciſio Senatus ſequatur.Bene de his diſſerunt Thomas Simancas pro negativâ, *in allegatione pro Syndico Cleri Divi Joannis de Mercato*; & pro affirmativa Præpoſitus Morlà *pro Cœnobio B.Mariæ de Mercede Urbis.* 33

Circa hæc omnia poſſunt Jurati ſimul cum Concilio imponere collectas,ſeu contributiones, quas vocamus, *Siſas,privil.*2. *R.Alfonſ.*2. *privil.*97. *R.Petr.*2. latiſſimè P.Salon.*de juſt.& jur.tom.*2.*tract.de vectigal.controverſ.*7. *colum.* 443. *cum ſeqq.* omnino videndus. Noſter Blaſius Navarro doctiſſimus Theologus *de vectigal. cap.* 2. *ad medium*, Præpoſitus Mathias Morlà *in allegat. ad dubia Rationalis Urbis,edita anno* 1653.*num.*11.ſed præcedente licentia Principis,*privileg.*16. *Domini Reg. Martini*, ut probat dominus Leon *deciſ.*82. *numer.*10. *& ſeq.tom.*1. & cognoſcere de cauſis ipſarum impoſitionum, *privil.* 16.*Dni R.Martini.for.*85.*Cur.ann.*1564. quarum cognitio pertinet in prima inſtantia ad Adminiſtratores aſſiſiarum,per ipſos Juratos nominatos: in ſecunda verò ad ipſos Juratos, ut pluribus probant dominus Mora *in compil.for.general.rub.*11.*num.*36. *in not.* dominus Leon. *de.if.* 147. *per tot.* præcipuè *num.* 8. & compellere Clericos poſſidentes bona de *realengo*, ut ſolvant *fiſcus*; *privil.*78.*Domini Reg.Petri* 2.dominus Leon *deciſ.*148.*n.*9. *tom.*2. de qua poteſtate, & omnibus prædictis plura videnda ſunt tradita per dominum Cerdàn. *in arbor. juriſ. verſ.los Jurados* P.Mandariaga *de Senat.& Principe, c.*4. *verſ.el ſexto* dominus Mora *d.rub.*11.*n.*36.dominus Leon *deciſ.*147.*&* 148.Seſſe *d.c.*29.& Fragoſ.*d. diſp.*19. *per tot.* 34

Sed poſita hac juriſdictione, & poteſtate, videamus, an competat privativè Juratis,& ſuo in caſu Concilio; an verò cumulativè?in cauſis enim ademptivorum dicemus *infrà*;in cauſis paludum,& diviſione aquarum, & aliis ſimilibus cum privativè non concedatur, cumulativè conceſſam eſſe dicendum eſt, ex traditis per Maſtril.*de Magiſtr.lib.*3.*c.*2.*num.*36.*& ſeq.*Fontanell. *deciſ.* 293.*n.*6.*& ſeqq.tom.*1.*& deciſ.*393.*n.*22.*to.*2.in aliis verò jam notavimus conceſſam eſſe privativè quoad omnes, dempto domino Prorege,& Regia Audientia,ut in cauſis cuſtodiæ ratione ſanitatis,& ſtatutorum Academiæ, ac officialium horrei publici; nam in his reſervata eſt tantum Regiæ Audientiæ cauſa recurſus, ut *in d.c.*262. *&* 264.*Brac.Regal.anno* 1626.*& for.* 109. *de juriſdict. omn. jud.* eſt videre.

Solum remanet,ut videamus tribus in caſibus an habeant juriſdictionem privativè conceſſam? nempe in ſpectantibus ad ſtatuta per eos facta, ad annonæ ubertatem,& contributiones, ſive aſſiſas? Et quoad ſtatuta diſtinguenda ſunt ea, quæ concedunturur officiis mechanicis,apud nos vocata,*Capitols dels oficis*(quorum cognitio ad Juratos pertinet privativè, dempta Regia Audientia,ut dixi; nam tam in prima, quàm in ſecunda inſtantia,ad eos pertinet, modo prædicto, *ex for.* 113. *anni* 1585.) ab eis quæ fiunt ratione politicæ gubernationis, vulgò *Stabliments*,nam in his verſatur difficultas.

Et licet juxta tradita per Maſtrillum *d.lib.*3. *c.*2.*n.*33. quando juriſdictio competit in officium, ſive adminiſtrationem,ut eſt hæc, ſemper cumulativè conceſſa dicitur,quod latiſſimè probat per *numeros ſequentes*; tamen apud nos non ita ſe habet, ex ſpeciali diſpoſitione diverſis regiis reſcriptis contenta, adeo ut neque per appellationem,aut interdictum *retinendæ*, ſive juris firmam ad Regiam Audientiam evocari poſſint.Sic videtur expreſsè diſpoſitum in reſcripto diei 21.Maij 1561. cujus tenor eſt ſequens. 36

Al muy ilustre Duque de Cardona,&c.y Doctores de la Real Audiencia.

EL REY.

Muy Ilustre Duque de Cardona, y de Segorbe nuestro caro primo,Lugarteniente,y Capitan general Magnificos, y amados Consejeros nuestros.Porque por parte de los Jurados, y Sindico de essa Ciudad se nos ha suplicado,fuessemos servido mandar,y proveer, que por razon de los establecimientos,por ellos hechos, ó que adelante se hizieren, assi para el buen govierno, como para los derechos della,no se pueda firmar de derecho,ni apelar a essa Audiencia Real, sino que si alguna Cofadria,Universidad, ó otra particular persona pretendera alguna cosa contra ellos, ayan a subir su juizio, y aleguen de sus pretensiones ante los dichos Jurados,los quales con consejo de sus Assessores pensionarios,ó de la mayor parte dellos,ayan de decidir, y determinar las dichas pretensiones sumariamente,y de llano,quitados qualquier apelacion,y recurso.Os decimos,encargamos,y mandamos,que tengais mucho miramiento,y advertencia,en no admitir apelaciones, recursos,y firmas de derecho de los establecimientos a instancia de persona,ni en manera alguna,por ser tan dañosos a la buena policia,y regimiento de la dicha Ciudad, sino que la remitais luego a los dichos Jurados, y no hagais al contrario, que assi procede de nuestra determinada voluntad.Esea muy Ilustre Duque nuestro caro primo, nuestro Señor en vuestra continua proteccion,y guarda. de Madrid. a 21. de Mayo 1561.

YO EL REY.

Vt.Cematus Reg.
Vt.Ximeno pro G.T. *Vt.Gigunta Reg.*
Vt.Sentis Reg. *Vt.Loris,Reg.*

Clariſſimis

Clarissimis verbis concessam in omnibus jurisdictionem privativè habeant respectu statutorum Urbis. Quod res annonæ, vel victus, sive ut dicimus *avituallamenti*, adest aliud rescriptum ann. 1593. tenoris sequentis.

Al Ilustre Marques de Ayrona, &c.

EL REY.

Ilustre Marqués Primo, Lugarteniente, y Capitan general. Por parte de los Jurados de essa mi ciudad de Valencia me ha sido hecha relacion de que conforme a fueros privilegios y actos de Corte, les toca el avituallamiento de essa mi Ciudad, y que por quexas leves, y voluntarias de los que viven de comprar, y revender, acuden a essa Real Audiencia, la qual pone las manos muy de ordinario en lo tocante a dicho avituallamiento, impidiendo a los Jurados lo que les es tan proprio, con desautoridad suya, y daño del bien publico, y con esto consiguen muchas vezes los trayantes su fin, y se vê quan excessivas sensus ganancias, pues demas de lo que acrecientan sus haziendas, viven en sus casas con mas opulencia, y deserden que no los de otros oficios, y arbitrios. Suplicandome mande que essa Real Audiencia dexe libremente esse ministerio, y quando huviere quexas en cosa notable, les mandeis llamar, y sin processo, ni tela de juizio advirtais de palabra lo que deven hazer, como dizen se ha acostumbrado en otros tiempos. Y aunque los privilegios, fueros, y actos de Corte que hablan en esta materia no quitan la libertad a mi, y mis ministros de conocer desto, es mi voluntad que a los Jurados se les dexe este ministerio, para que le hagan con mucha libertad, y que essa mi Real Audiencia no se entrometa en ello, y quando en algun caso grave no se pueda escusar, entonces llameis vos a los Jurados, y sin processo, ni tela de juizio, les ordeneis de palabra lo que han de hazer, y proveydreis lo de manera, que no se haga otro cosa, que en esto me servireis. Dat. en Illescas a 28. de Mayo 1593.

YO EL REY

Vt. Frigola Vicecanc.
Vi. Covarruvias Reg. *Vt. Terca Reg.*
Franquesa Secret.

Clarè etiam in hoc rescripto traditur forma expediendi querelam in causis annonæ, & victus, per dominum Proregem, sine figura judicii: quæ omnia confirmata sunt per Regium rescriptum, *dat. Barchin. die 30. Maij 1599.* Sed ad interpretationem horum rescriptorum, tradenda est quædam declaratio Senatus, publicata per don Joannem Daça R.M. Scrib. *die 4. Januarii 1602.* cujus tenorem necessarium duxi exprimendum esse ad hujus materiæ perfectam explicationem.

38 *ATento quòd licet per bonæ memoriæ Catholicum Regem Ferdinandum Secundum, cum privilegio suo, quod in ordine est decimum septimum in volumine privilegiorum, dato in villa Medina Campi, die 2. mensis Augusti 1497. cognitio causarum, & litium agendarum inter officia, seu collegia artificum præsentis Civitatis, occasione ordinationum, seu capitulorum dictarum artium, & officiorum, etiam per Regiã Majestatem confirmatarum, & confirmandarum, fuerit commissa, & credita Juratis olim præsentis Civitatis, pro bono publico ejusdem, non tamen fuit illis credita, & concessa privativè, quoad ipsum Dominum Regem concedentem, sed cumulativè, reservata expressim eidem Regi facultate, omni hora, & quandocunque voluerit, de eisdem causis cognoscendi, & judicandi; quod licet in dicto privilegio verbis tam claris, & expressis cautum non fuisset; tamen secundum rationem naturalem scriptam, pro expresso, cauto, & disposito habendum est. Quia nunquam Rex, qui fons est omnium jurisdictionum, & cujus vice eam exercent Jurati præsentis Civitatis, juxta privilegium 71. Regis Iacobi I. in omnibus causis, sibi commissis, ita jurisdictionem suam ratione exercitii aliis contulit, quin majorem penes se non retinuit potestatem; & ideo concurrit in jurisdictione cum omnibus suis Magistratibus, & Iudicibus. Et attento quòd Excellentissimus D. Locumtenens generalis, in hoc Regno, vigore suæ Regiæ commissionis, per quam in locum, & jus D. Regis constituitur, & sit alter nos, ut vulgò dicitur, potest omnia facere, quæ Dominus Rex potest, & in Regno habet jurisdictionem ordinariam Viceregis, imò ipse solus dicto nomine, verè, & antonomasticè est Ordinarius, & fundatus in omni jurisdictione omnium, & quarumcunque causarum totius Provinciæ, & ideo sicut Rex ipse concurrit cum omnibus Magistratibus ordinariis, & Iudicibus suis: ita etiam concurrit D. Locumtenens generalis, & Regium concilium, quod est Tribunal ejusdem Principis. Attento insuper, quòd etsi in Curiis anni 1533. celebratis in villa Montisoni, per Brachium Regium hujus Regni fuerit supplicatum Cesareæ Majestati Caroli Quinti Imperatoris, tunc fœliciter regnãtis, quatenus dignaretur causas predictas capitulorũ, sive ordinationũ omnium, & quarumcunq; officiorum Vrbis, Juratis committere privativè, ita ut nemo alius neque Regia Audientia per viam evocationis, aut aliàs de illis se de cætero intromitteretur: tamen dicta Cæsarea Catholica Majestas, id ipsum concedendum non putavit, sed statuit, quod servaretur, id quod fuerit assetum, juxta foros, & privilegia Regni. Attento etiam, quòd in Curiis anni 1585. simili supplicatione oblata, Dñs noster, Rex tunc, Philippus, c. 108. idem respondit, & c. 113. voluit cognitionem jam dictarum causarum ad solos Juratos Vrbis privativè, quoad alios Iudices pertinere, exceptis nominatim Locumtenente generali, ac Regia Audientia. Præterea attento, quòd Regia epistola anni 1561. non negat, quia similis jurisdictio in supradictis causis pertineat quoque ad suam Excellentiam, & Regium Concilium, sed tamen statuit, ne ab eo, & ad eam quovis prætextu evocẽ̃tur, sed quod dictis Juratis relinquãtur. Et quod altera epistola data in oppido de Illescas, anno 1593. propter quam quod sequitur de annona, & causis ad eam spectantibus, & non de aliis, in quibus etiam secundum rationem naturalem scriptam, non censetur exclusa auctoritas superioris, ad tollendum omne dubium id ipsum declarat quoque apertissimè, apertis his verbis*: Y aunque los privilegios, fueros, y actos de Corte, que hablan en esse materia, no quitan la libertad a mi, y a mis ministros de conocer desto; es mi voluntad, que a los Jurados se les dexe este ministerio, &c. *Denique attento, quod respectu causarum prima, & secunda appellationis, nil cum supradictis Regiis epistolis nominatim cautũ reperitur, & quod earum cognitio pertinet ad supremam Principatus recognitionem, atque ideo non censetur concessa, aut in alium translata, quam amvis Princeps, in concessione jurisdictionis, fuerit usus verbis ubertinis, & amplissimis, cum Regia dignitati maximè contrarium sit, quod in ejus Principatu aliqui homines, seu collegia existant, quibus non licet ex causa appellationis suum Regem adire; ex quibus omnibus dicendum est, cum motivis provisionis Regiæ, de qua agitur, nullo modo fuisse lasam præsentem Civitatem, neque juribus illius in aliquo prajudicatum. Idcirco, & aliàs facto verbo in Regio Concilio, & ex illius deliberatione provident, instantiam nullitatis, aut simplicis querelæ, propositam per Subsyndicum Vrbis, cum jam dicta supplicatione per eum oblata die 7. prope lapsi Junii, non procedere, neque de jure locum habere, & consequenter repellendam fore, & esse, prout illam cum præsenti repellit, & dando, & perseverando in motivis dictæ provisionis Regiæ, publicatæ die 14. Maii proximè præteriti, ac eandem, quatenus opus est, confirmando, & declarat pro debita forum, privilegiorum Regni, ac Regiarum epistolarum executione, jam dictarum causarum cognitionem ad solos Juratos Vrbis, non tamen privative, sed cumulativè ad suam Excellentiam, & R. Audientiam pertinere, esseque nihilominus in prima instantia haud dubie dictis Juratis dimittendam, & relinquendam, cum sit expedita bono publico, & placeat suæ Regiæ Majestati; instantia verò primarum, ac secundarum appellationum, quarum cognitio, ratione superioritatis, ac majoris, ad solum Dominum Regem pertinet, & suum Regium Concilium, & ad dictos Juratos nequaquam spectare, sed ad Regiam Audientiam evocari posse, non obstantibus in contrarium pretensis, & retento acordium, quoad expressarum condemnationem*

tionem præsentis articuli, & intimetur.

Bañatos Reg.

Vt. Vives. *Vt. Sent Juan.*
Vt. Pellicer. *Vt. Monterde.*

39 In hac enim *decis.* apertissimè declaratur, causas ordinationum officiorum, de quibus disceptabatur, non privativè ad Juratos, sed cumulativè ad suam Excellentiam, & R. Audientiam pertinere. Et licet de epistolis, sive rescriptis Regiis superius traditis mentionem facit, ideo est, quia plures, terminos confundendo, quæ disposita sunt circa statuta ad rectam gubernationem pertinentia, inducere volunt ad ordinationes officiorum; quod nequaquam procedit; nam distincta inter se sunt, tam in condendo, quàm in effectu; eo quod statuta diverso jure tribuuntur ab Urbis officialibus, nempe per *for. 2. in prooem.* & ordinationes officiorum, *ex d. privil. 17. Ferd. II. & for. 108. de jurisd. omn. jud.* Fiunt etiam à diversis officialibus; cùm statuta Urbis conficiantur per Juratos, & Concilium, ordinationes verò per Juratos solos, ut in *dictis juribus* patet. Quare dispositum in uno genere, non extenditur ad aliud. Dum enim hæc decisio loquitur de rescriptis superius traditis, limitativè ad causam, de qua agebatur dijudicat, ut respectu epistolæ anni 1561. dicitur, ibi: *Non negat quin jurisdictio in similibus causis pertineat quoque ad suam Excellentiam, & Regium Concilium.* Et respectu epistolæ anni 1593. ibi: *Propter quam, quod sequitur de annona, & causis ad eam spectantibus, & non de aliis.* Et sic observat Senatus, nam me referente lata sententia fuit in gradu appellationis, in causa Singularium Urbis, publicata per Vincentium Ferrera, die 7. Junii 1653. reformando ordinationes concessas ab ipsis Juratis. Et referente Nobili domino Don Antonio Ferrer, fuit restituta causa quædam juris firmæ intentatæ per officium Funariorum, & Sandalariorum, in rebus pertinentibus ad statuta, & impositiones Urbis (Regia provisione diei 24. Octobris ejusdem anni 1653. cujus causæ erat actuarius Pintor, & illius loco Torres, ex dispositis in dicta Regia epistola anni 1561.) quæ confirmantur ex sequentibus: nam quoad jura, & impositiones Urbis, & earum jurisdictionem, adest alia Regia epistola, quæ est hæc.

Al Marques de Caracena, &c. Magnificos, y amados Consejeros, Regente la Cancelaria, y doctores de la Real Audiencia.

40 EL REY.

Illustre Marques, Primo mi Lugartiniente, y Capitan general, Nobles, Magnificos, y amados Consejeros porque tengo entendido que al beneficio de essa Ciudad y a la buena, y puntual administracion de sus imposiciones, y sisas importa, que essa Real Audiencia ni otro Juez alguno, se evoque las causas respectates a las dichas sisas, y imposiciones, cuyo conocimiento es suyo, por fueros, privilegios y actos de Corte de esse Reyno y por cartas de los Serenissimos Reyes mis predecessores, y he sido advertido, que con ser esto assi essa Real Audiencia no se abstiene de las dichas evocaciones, y que con un nihil innovetur (que entretienne las dichas causas muchos meses, y años) quedan estas suplantadas, y la Ciudad tan prejudicada que quando sucede restituirsele, estan, y a las deudas perdidas, porque se pleyta, ó tan embaraçadas, y en mal estado, que tiene mucho que hazer en cobrallas, ó se le pierden de todo punto en grave daño del arrendamiento de las dichas sisas, pues por esto los arrendadores no ponen los derechos, en lo que les pondrian, si supiessen que ha de aver buena exaccion. Por ende atendiendo a lo mucho que la Ciudad ha menester ser ayudada de todas maneras os encargo, y mando precisamente, que attento que el conocimiento de esse genero de causas, en primera instancia es de los credencieros de las sisas, y en segunda del administrador dellas, a quien puede recorrer el agraviador por via de apelacion, y desto alos Jurados en tercera, los quales con parecer de Abogados las declaran, y es de creer que administraran en ellas justicia con toda rectitud, de aqui adelante no hagais semejantes evocaciones, ni deis lugar a ellas, ni por via de, recognoscat, ni por otra alguna pues (como lo ha mostrado la experiencia) solo sirven de retardar la execucion de los pleitos, sino que quando recorrieren los agraviados a essa Real Audiencia, los remitais a los dichos Juezes, que demas de que esta es mi determinada voluntad, lo contrario seria en mucho agravio de la Ciudad, y en deservicio mio, y fio de vosotros que lo escusareis. Dat. en Madrid a 6. de Mayo de 1614.

OY EL REY.

Vt. Roig. Vicecanc.
Vt. Comes T. Gen. *Vt. Don Ios. Bañatos Reg.*
Vt. D. Felip. Tallada Reg. *Vt. Fontanet Reg.*
Vt. Martinez Boclin Reg. *Vt. Perez Manrique Reg.*

Ortiz Secretar.

Est etiam alia Regia epistola, *dat. Matriti die* 23. *Maii* 1623. qua expresse confirmantur prædicta rescripta annorum 1561. & 1593. jubendo, ut in rebus annonæ servaretur forma cognoscendi causas, ex ingenti occasione, sine figura judicii, vocatis Juratis, ut in dicta epistola anni 1593. habetur. Adest etiam aliud rescriptum *dat. Matriti die* 18. *Januarii* 1600. quo approbantur procedimenta Juratorum in taxandis pretiis rerum ad annonam pertinentium, jubendóque Regio Fisco, ut abstineat ab instantia criminali versus Juratos intentata, & ne amplius judicialiter de hoc agatur. Quare certum remanet, in his tribus casibus ad Juratos privativè jurisdictionem pertinere, modo, & forma in eisdem rescriptis contentis. Quæ omnia intelligenda sunt in his, versus quos Civitas habet fundatam intentionem jurisdictionis, ut bene declarat D. Leon *d. decis.* 147. *num.* 26. nam respectu aliorum cognitio pertinet ad Regiam Audientiam, ubi tradit simul cum decisione Senatus, confirmationem Supremi.

Sunt & alia plurima privilegia Civitati concessa à 41
Principibus nostris partim in *corpore privilegiorum* contenta, partim specialiter, & novissimè imperrata: quorum explicatio nostri instituti non est, quemadmodum nec pluralitatis administrationum, & officiorum institutorum ad eroganda jura, ad ipsam Urbem pertinentia, quæ tot sunt, ut non sine ratione dubitetur, an ærarium Urbis ex hoc ultra modum gravetur, ita ut in aliquibus 42
plus ferè impensæ, quàm utilitatis capiat. Alius hanc provinciam subeat, nam me specialia vocant.

Consultò omisi mentionem de potestate mittendi 43
Legatum (ut vulgus infit) ad Dominum Regem, quam habere Officiales Urbis intelligunt: quia requirit specialem explicationem. Et cum hæc quæstio non solum suscitari soleat ab ipsis Juratis, sed à Deputatis Regni, quæ hîc dicenda sunt, omnes æqualiter tangunt, atque adeo ex istis ad illos facillimè illatio fiet. Impropriè Legati, seu *Embaxadores*, dicuntur, qui à Civitate, vel Provincià recognoscentibus Superiorem mittuntur, cum Legati non sint, nec ita appellari debeant, ut tradit latè Don Christophorus à Benavente, & Benavides *in de-* *cum. Legat. & Princip. c. 4.* Fontanell. *decis. 241. n. 1.* nam 44
hi propriè Deputati, Cómissarii, vel Syndici sunt. Quando se offert casus tractandi aliquod negotium ingens cum Principe, solent istæ Universitates mittere Syndicum; Sed dubitatur, an id facere possint inconsulto Domino Prorege, & videtur, quòd non: ex dispositione 45
text. *in l. fin. C. de legat. lib. 10.* ibi: *Sub examine tuo perpensa legatione res ordinetur.* Auth. *de mandat. Princip. §. sit tibi quoque, vers. si verò*, ibi: *Si verò cum te non adierit venire ad hanc Regiam præsumpserit Civitas, & remittemus, cum,*

cum

cum omni correctione, & responsum non dabimus. Gloss. *in l. solent*, §. *Legatos, ff. de offic. Proconsul.* ex text. *in l. Imperator, ff. de appellat. cap. super quæstionem*, §. *porrò, de offic. Delegati*, docent Trentacinq. *cons.* 4. *n.* 4. *vol.* 1. Minander *in constitut. in aliquibus gloss. Consuetum, vel Baronum, n.* 55. Ponte *de potestat. Proreg. tit.* 2. §. 7. *n.* 1. Surgen. *de Neapol. illustr. lib.* 1. *c.* 25. *n.* 21. Mastril. *decis.* 241. *num.* 3. Giurb. *cons.* 69. Carol. Tapia *decis.* 10. Berard. *in specul. visit.* 22. *n.* 56.

Et ratio ea est, nam cùm omnes communitates Regni subjiciantur Proregi, qui loco Principis est; ut latè dixi *cap.* 2. §. 1. *in re tam gravi*, ut est adire ipsum Principem, non debent aliquid operari inconsulto Præside; quod rectè ordinatum est, tam in hoc Regno, quàm in cæteris Coronæ Aragonum; ut plurima Regia rescripta testantur, præsertim, rescriptum, *die* 15. *Decembr.* 1652. & aliud *anni* 1653. Demum cum non liceat, nisi ex magna, & urgentissima causa, in his legationibus pecunias publicas expendere, quantum fieri possit, impediri debent per Præsidem. & ipse intercedere cum Regia Majestate, ut querelas Urbis, & Regni benigniter audiat, ac super illas jus, & justitiam ministrari jubeat. Quod frequentissimè intercedente Prorege à nostris Principibus impetratur. Aliquando enim ejus conditionis est causa, ut necessaria sit legatio, seu Syndici missio, & ut hoc condignè per Præsidem provinciæ examinetur, necessarium fuit, ut eo inconsulto similes sumptus minùs fiant.

Nec huic rationi, & juris dispositioni obstant *for.* 47 94. *Cur. anni* 1364. *for.* 58. *Curiar. anni* 1585. (qui de Generalitate loquuntur) & *for.* 60. *Cur. anni* 1604. (qui de Civitate loquitur) nam decreta horum fororum minimè obstant *in dict. for.* 94. sic se habet decretum: *Plau a sa Magestat ab que no se embien embaxades sino quant no es puixa escusar.* In precibus ipsius fori non agitur de licentia Proregis, sed de aliis solemnitatibus ad legationem, neque in decreto superioritas Præsidis limitatur, imò tacitè ei datur monitio, sive instructio ad eam concedendam, dum dicitur: *ab que no se embien embaxades sino quant no es puixa escusar.* Cognitio autem, an possit evitari legatio, pertinet ad Præsidem, & sic licentia ejus non excluditur, imò includitur in hac dispositione. In dicto *foro* 58. sic se habet decretum: *Plau a sa Magestat que puguen fer embaxades en la forma quen supliquen, moderant la ajuda de costa a docents ducats: y que abans de partir hajen de acudir al Virrey, demanant lo remey sobre les coses que entenen fer embaxada: y no donantio dins den dies, puguen fer, y facen la embaxada, ys mana al Lochtinent general, que ara es, y per temps será, que tot lo desus dit se infegueixca sens impedirlosho.* In hoc decreto traditur forma, qua Regnum adire debet Proregem, qui intra decem dies de remedio providere debet, sicque inconsulto Præside, nunquam legatio fieri potest; & quamquam preces contrarientur decreto, cum non repugnet *foris* quod in eo cavetur, ei standum est, ut dixi *cap.* 3. §. 1. *num.* 140. & adhuc si contra disposita in *foris* esset, quia cum Brachia acquieverint, decretum tenebit, ut dixi *ibid. n.* 141. *in for.* 48 60. decretum sic se habet: *Sa Magestat mana a son Lochtinent general que en les ocasions justes nols faça algun impediment.* Sicque in eo solum continetur præceptum, ne in casu quo justè mittendus est Legatus, impediatur Civitas, & per consequens non limitatur auctoritas ipsius Proregis, neque concessum fuit Civitati, ut eo in consulto Legatum mitteret; Domini enim Proreges hujus Regni sunt in notoria possessione denegandi hanc facultatem, & impediendi, ne absque eorum licentiâ Syndici mittantur, & sic decisum fuit per Senatum, ex resolutione trium Aularum, die 25. Novembris 1632. ut tradit 49 dominus Don Petrus Sanz *in suis observationibus lit. A, observ.* 24. Neque obstat doctrina Giurb. *dict. cons.* 69. *num.* 11. *vers. je tamen, & num.* 18. qua in contrarium definire hanc quæstionem videtur: nam ut subjungit *n.* 12. id immemoriali consuetudine urbis Messanæ quæsitum ei est, quod ad alias Urbes extendi nequit. Ulterius, nam id ipsum limitat *num.* 22. casu quo Prorex non potest providere, & licet possit, nolit, quod respectu Regni ita procedit apud nos, nam lapsis decem diebus, si remedium non concedatur, permissa est Syndici missio.

Et ne de observantia dubitetur, tria exemplaria refe- 50
ram. Primum Deputationis, sive Regni: nam cum Don Martino de Rebolledo nominatus fuisset Syndicus, ut Regem Dominum adiret, ratione epistolæ incapacitatis ob senectutem, Don Jacobi Moncayo, qui Præfectus erat domus armorum, dominus Marchio de los Velez ipsum detinuit, & jussit Deputatis, ne illum mitterent, & ne impensas ad legationem solverent, sub pœna mille librarum, cui præcepto statim paruerunt. Idem ex deliberatione trium Aularum jussum fuit Juratis (quod est secundum exemplar) die 27. Julii 1633. qui Vincentium Gasque Generosum nominarunt Syndicum, ad Regem ad eundem ratione similis negotii; & cùm hac facultate utantur Proreges, prout bono publico expedire dignoscunt, casus evenit, ut licet legatio impedienda sit, nihilominus permittatur: sic se habuit legatio Don Francis. Ferrer Canonici anno 1653. sed cum eo observata dispositio dictæ Auten. *de mand. Princip.* §. *sit tibi quoque, vers. si vero*, quod est tertium exemplar.

Hucusque de privilegiis Urbis in nostro *text.* con- 51
firmatis, spectantibus ad administrationem, & rectum regimen ipsius. Superest ut videamus, an contra Juratos durante officio inquiri possit? & cum in decreto nil concedatur, sed concessa simpliciter confirmentur, aliunde quærendum est; de hoc agitur *in cap.* 18. & 19. *in extravag. de inquis. contr. els ofic. fol.* 3. & videndus est ad explicationem, Esse *dict. cap.* 23. *num.* 33. *cum seqq.* Mastril. *de Magist. lib.* 6. *c.* 5. *per tot.* Fontanel. *decis.* 157. *n.* 6. *& seq.* Caballus *resol.* 76. plura per Novar. *in collect. ad prag. Neapol. prag.* 2. *de Syndic. offic. per tot. & tota illa rubric.* Capiblanco *de Baronibus, prag.* 5. *n.* 57. *cum seq. tom.* 1. Quoad materiam revelandi secreta videndi sunt Bellug. 52
rub. 10. *n.* 5. & ibi Camil. Borrel. *in addit. lit. A*, adducti per Mastril. *de Magistrat. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 116. Bobadill. *in polit. lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 10. *& lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 52. *& lib.* 4. *cap.* 2. *num.* 29. Petr. Gregor. Tholos. *de Repub. l.* 24. *cap.* 6. *n.* 6. *& seq.* Xamar. *de offic. Jud. & Advocat. lib.* 1. *quæst.* 1. *num.* 77. *& lib.* 2. *quæst.* 4. *n.* 30. apud quos plura ad rem. Sed nota, quod neque in *text.* id conceditur, neque aliun- 53
de concessum reperitur, quod Superiorem, sicut nec impossibilitas jubendi scribæ, ne determinationes recipiat causa legitima existente, quæ in Principe, & Superiore semper præsumitur; sed hæc rarò, aut nunquam contingunt.

SECTIO SECUNDA.

SUMMARIA.

54 *Valentiæ Urbis Rectores jus patronatus obtinent in aliquibus rebus.*
55 *Schola Valentina laudes.*
56 *Hispani prius quàm Græci litteras colebant. P. Mariana dictum refellitur, ibid.*
57 *Honos calami non ut triumphus militaris ex alienis spoliis ditatur.*
58 *Litera fuerunt in Hispania à tempore Nini.*
59 *Tubalis adventus in Hispaniam inregabilis.*
60 *Sagas adduxit secum Tubal, qui Saguntum condiderunt.*
61 *Hispani ante adventum Phœnicum in tranquillo otio vivebant Philosophiam colendo.*
62 *Saguntì schola Philosophiæ ab initio floruit.*
63 *Gasparis Escolano locus explicatur.*
64 *Exterarum gentium tyrannide litteræ armis cessere.*
65 *Gothorum tempore litteræ quæ in Hispania.*
66 *Agarenorum tempore Philosophia, & Medicina in Hispania cultæ.*
67 *Agarenorum tempore schola celebris in urbe Cordubæ.*

Reges

Reges Cordubæ insignes in arte medendi, ibid.
68 *Litterarum antiquitates remissivè.*
69 *Lectio Theologiæ Valentiæ instituta debellato Regno.*
70 *S. Vincentius Ferrer. Theologiam professus fuit in Urbe per sex annos.*
71 *S. Vincentius Ferrer constructionem Lycei Valentini, instituit atque suscitavit.*
Academia publica instituta Valentiæ anno 1500. ibid.
72 *Capitulum Almæ Sedis non est protector Universitatis.*
73 *Cancellarius Universitatis quis.*
Statuta Universitatis à quibus fiant, ibid. & n. 76.
74 *Conservatores Scholæ Valentinæ auctoritate Pontificia, qui?*
75 *Universitas Valentina per Urbis Rectores condita.*
77 *Rectores Urbis Academiam administrant, & quomodo.*
78 *Universitatis Valentinæ filii insignis doctrina remissivè.*
79 *S. Dominicus Patriarcha in hac Valentina Urbe litteris operam dedit.*
S. Antonini de Florencia locus expenditur, ibid.
80 *Gasparis Escolano traditum circa hæc examinatur.*
Valentia post mortem S. Dominici ab infidelium manibus vindicata ibid.
81 *Palentiæ S. Dominicus litteras didicisse videtur.*
82 *Palentiæ Universitas constructa anno 1209.*
Dominicus Ordinem fundavit anno 1205. ibid.
83 *Valentia litteris operam dedisse S. Dominicum est certum & ratio traditur.*
84 *Christiani cum Mauris commercium habebant.*
85 *Litterarum habitacula fuerunt Monasteria usque ad annum 1200.*
86 *Valentiæ tempore Maurorum conservabatur Ecclesia cum Monasterio Monachorum Ordinis sancti Basilii.*
87 *Monachi D. Basilii continuarunt à clade universæ Hispaniæ usque ad Urbis expugnationem, & recuperationem, & per plures annos sequentes.*
88 *Huic Cœnobio missum fuisse Divum Dominicum verisimile est.*
89 *S. Antoninum tanquam scribentem de re propria sine magno fundamento scripsisse non est credendum.*
90 *Valentina universitas in omni scientiarum genere floret.*
91 *Præpositurarum origo.*
Præpositura undecim suppressa, ibid.
92 *Præpositura mensis Februarii sola remanens suppressa fuit à Summo Pontifice Sixto V.*
93 *Proventus Præposituræ, Februarii applicati Academiæ concesso jure patronatus Urbis Rectoribus.*
94 *Præpositura decem & octo instituta, ut totidem Cathedræ Theologiæ, & jurium moderarentur.*
Episcopi Oriolensis Don Ludovici Crespi doctrina perpenditur, ibid.
95 *Præpositura ad decem redacta.*
96 *Præpositorum nomina.*
97 *Præpositorum præeminentia.*
98 *Cathedræ in Academia omnium scientiarum institutæ.*
99 *Rector Academiæ ex Canonicis, & dignitatibus desumitur.*
100 *De Rectoris officio Doctores qui tractent.*
101 *Privilegia Scholasticorum remissivè.*
102 *Gradus, & honores scientiarum indignis conferri nequeunt.*
103 *Gradus facultatum non sunt propriè honores, sed honorum insignia.*
104 *Honores litterarum tribuuntur adinstar athletarum.*
105 *Graduum origo Divo Augusto tribuitur.*
106 *Doctores bullati non sunt verè Doctores.*
107 *Doctoribus res magni momenti concreduntur.*
108 *Gradum conferre indigno lethale peccatum est.*
109 *Scholaris indignus gradum petens peccat mortaliter.*
110 *An ex spe quòd post promotionem majus studium adhibere possit, quis ad gradum justè admittatur.*
111 *Magistri Artium indigni creari non possunt.*
112 *Dispositio semel facta, nemo ferè à gradus insignibus excluditur; quod nocivum est.*
113 *Professores scientiarum non debent Cathedras per substitutos moderari.*
114 *Ad Cathedram moderandam eligitur industria, & aptitudo personæ.*
115 *Per labores, vigilias, & studia ad moderandas Cathedras ascenditur.*
116 *Quòd substituti admittantur illicitum est, tam quoad substituentes, quam quoad ipsos Urbis Rectores tolerantes.*
117 *Qualitates substituti exarantur*
118 *Discordiæ inter Professores scientiarum nocivæ.*
119 *Virtutes excolendæ in Academiis.*
120 *Juventus in Academia instruenda, à voluptatibus arcenda est.*
121 *Iuventuti majus periculum infertur à voluptatibus, quam ab hostibus armatis.*
122 *Juvenes dum mala cernunt, admonentur quid facere possint.*
123 *Spectaculorum domus procul ab Academia esse debet.*
124 *Hospitalis generalis institutio, & constructio traduntur.*
125 *Hospitalitas propriè quid sit.*
126 *Hospitalitas propriè exercetur in Hospitio* de Enconill, *sive* de Menaguerri.
127 *Hospitis ab hoste differentia apud Romanos.*
128 *Hospitale generale Valentinũ propriè Nosocomium est.*
129 *Hospitale dicitur ex communi usu loquendi Hispanorũ, locus destinatus ad curandos ægrotos, vel languentes.*
130 *Pauperum ægrotantium cura gratissima Deo.*
131 *Nosocomii Valentini institutio apud nos.*
132 *Frater Josredus de Gilabert Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede, sanctimoniæ opinatione clarus, hujus pii operis promotor.*
133 *Laurentius Salon Civis Valentinus, aliis novem Civibus adhibitis, ex propriis Nosocomium infamorum construxit.*
134 *Hujus Nosocomii principium anno* 1409.
135 *Tempore hujus institutionis regnabat apud nos Dominus Rex Martinus.*
136 *B. Mariæ* de los Desamparados *simulachrum non virtute Regii privilegii Alfonsi factum.*
137 *Anno* 1410 *mense Octobris non aderat Rex noster Corone, sed inter regnum, quod incepit die* 31. *Maii* 1410. *& duravit usque ad* 25. *Junii* 1412.
138 *Simulachri institutio, sive principiũ prorsus ignoratur.*
139 *Simulachri ipsius qualitates aliquid supernaturale innuunt.*
140 *Simulachri communis traditio.*
141 *Innocentium hospitium quomodo administrabatur.*
142 *Nosocomii generalis initium.*
143 *Sententia arbitralis lata anno* 1512.
144 *Administratio Nosocomii generalis.*
145 *Nosocomii generalis confirmatio Apostolica.*
147 *Nosocomii generalis mira dispositio.*
147 *Lepra laborantes extra Urbem in hospitio Divi Lazari curantur.*
148 *Nosocomia alia in Urbe.*
149 *Domus pœnitentiæ, ad fœminas inhoneste vitæ conversas recipiendas, sub patronatu Urbis miraculosa constructio.*
150 *Venerabilis fratris Francisci pueri Jesu promissio de peste Urbem non ingredienda.*
151 *Domus hæc sub invocatione Divi Gregorii Magni fundata, duplici receptaculo continetur, uno ad approbationem, alio ad Moniales Ordinis S. Augustini ex ipsis fœminis jam probatis.*
152 Privilegium 117. Reg. Petri II. *de domo pœnitentiæ loquitur.*

153 *Domus pœnitentiæ inſtitutio juxta ſcripta per Eſcolano.*
154 *Domus pœnitentiæ non eſt illa, ex qua fundatum fuit Cœnobium Divi Gregorii, ſed Divæ Urſulæ, & ſanctarum Virginum.*
155 Privil. 3. Reg. Alfonſi III. *loquitur de hac domo.*
156 *Domus pœnitentiæ ad recipiendas fœminas honeſtæ conditionis fragilitate decepta inſtituta.*
157 *Domus* de les Repenedides *ad fœminas quæſtuarias, ad virtutem converſas inſtituta fuit.*
158 *Dubium quoddam ſuſcitatur.*
159 *Voluntas Dei conditionata eſſe poteſt.*
160 *Decretum Dei conditionatum fuit.*
161 *Conditionis defectus.*

54 EXplicata jam *ſuperiori ſectione* poteſtate, & juriſdictione Juratorum Urbis, ab ipſis quodammodo repræſentatæ; nunc enodanda veniunt aliqua ex jure patronatus ipſius Urbis defluentia: quarum rerum explicatio licet de materia juriſdictionali omnino non ſit, ad rectum regimen illius clariſſimè ſpectat. Hæc tendunt ad opera miſericordiæ exercenda, ad quæ Urbs velut mater incolarum teneri eſt compertum nam in Republica Catholica, ut eſt noſtra, ea ex præcipuis curis eſſe debet.

55 Primum, & præcipuum, ni fallor, jus patronatus ad Urbem pertinens, eſt Lycei Valentini, tot laudibus decorandi, ac decorati, tot Provinciis orbis celeberrimi, atque tot viris præclariſſimis in omni ſcientiarum genere peritis præclari. Ipſius origo ſuperficialiter inſpecta recens videtur: at antiquitatis arcanis evolutis facilè percipi poterit, ante Græcorum gloriam conceptum, licet multò poſt, ea forma, quam nunc obtinet, partum. Hiſpanos primævos ſapientiæ ſtudia abhorrentes ha-
56 buit Mariana, *lib. 1. de reb. Hiſpaniæ, cap. 6. in princip.* ratus, hiſtorici palmam aſſecuturum, dum indecorè de cunctis loqueretur. Honos calami non ut triumphus militaris adornatur, alieni ſpolii trophæa erigendo, ſed propriæ eruditionis gloria modeſtè adquiſita; nam litteraria victoria non paritur ex aliena dejectione, ſicut ex pro-
57 pria ſublimitate. Fabuloſos Reges Hiſpaniæ nuncupat omnes à Tubale uſque ad Aragantonium, quando tot, tantique viri ſuis dictis, aliorumque auctoritatibus plusquam probabiliter tradidère, ut ex noſtro Ioſepho Vincentio del Olmo *in Lithologia capit. 1.* dixi *cap. 1. §. 1. n. 2.* qui plures id ipſum comprobantes contra placitum Marianæ compilat, quibus addendus Hieronymus Zevallas *in tract. de cognit. per vian violent. par. 1. gloſſ. 18. n. 13.* & Volaterranus *in Geograph. lib. 2. de Hiſpanor. geſtis.*

58 Quoad Philoſophiæ, & litterarum ſtudia, idem dicendum eſt; nam Ioannes Annius Viterbienſis, ex Beroſo *in libel. Xenophontis de equivocis*, ait: *Quod autem circa initium Nini fuerint litteræ, atque leges, non ſolum Hiſpanis, verùm etiam Gallis, & Germanis, auctor eſt Beroſus, quem commentaturi in hoc volumine ſumus. Is in quinto antiquitatum ſic dicit: Anno quinto Nini, litteris, & legibus Germanos format Thuyſongigas, Celtas verò Samotes, & Celtiberos Tubal. Cui argumento eſt in Betica Urbs vetuſtiſſima, adhuc dicta Tubal, & à poſteris Dubal, ut profertur in Pomponio Mela in deſcriptione Betica. Ergo liberi, Samotei, & Thuyſcones patres litterarum, & Philoſophiæ inveniuntur ante Græcos, pluſquam mille annis, ut Ariſtoteles, & Zenon verè aſſerunt, & non Graci.* Quæ quidem firmat ferè eiſdem verbis *in comm. lib. 5. antiquitat. Beroſi, & de primis tempor. cap. 4.* Cujus quidem Tubalis adven-
59 tum negare non audet Mariana *lib. 1. cap. 1. & 7.* Comprobant præter Beroſum, & Annium Joſephus *Antiquit. lib. 1. cap. 7.* Naucler. *in Chronol. volum. 1. generat. 15.* Divus Iſidorus ab eo relatus, Volaterranus *ubi prox.* Divus Hieronym. *in quæſt. Hebr. ſuper Geneſ.* Jacobus Midenderpius *de Academ. orbis, lib. 3. c. de Hiſpania, §. litteras vero*, aliis relatis noſter Eſcolano *lib. 1. hiſtor. Valent. cap. 1.* & eruditus Fr. Franciſc. Diago *Annalium Valentiæ lib. 1. c. 1.* Sagas ſecum in Hiſpaniam adduxiſſe Tubalem, omnes ferè Hiſtorici ſuperiùs relati tradunt, 60
qui per Pyrænæos ingrediendo ex eis vetuſtiſſimam urbem Saguntum condidit; quod neque negat Mariana *cap. 7.* Hiſpani illi Philoſophiæ ſtudio vacabant, ut elegantèr deſcribit noſter eruditiſſimus Joan. Ludovicus Vivus omni terrarum orbi notus, *in comm. lib. 8. de Civitat. Dei S. Auguſtini, capit. 9.* ibi: *In ea terra ante-* 61
quam auri, argentique vena reperirentur, & bulla ſiant perpauca geſta, & multi Philoſophici, & populi ſanctiſſimis moribus vixere ſecuri, quietique ſinguli populi à Magiſtratu animo regebantur, viris præſtantiſſimis eruditione, & probitate: æquo, & bono tranſigebantur res non legum numero: etſi ſcriptæ aliquæ dicuntur, præcipuè apud Turdetanos, magna vetuſtate temporis: lites controverſiaque inter Cives prope nullæ. Et omnes, ſi quæ erant, de æmulatione virtutis, de natura deorum, de ratione naturæ, de moribus probis, eruditi homines ſtatis diebus publicè diſſerebant, ut fœminæ quoque intereſſent. Ex quibus (quantumvis *Annii*, & *Beroſi* ſcri- 62
pta impugnentur) exploratum apparet, in hoc Regno ante Græcos Philoſophiam cognitam, & meditatam fuiſſe. Auctor hujus ſcientiæ *Tubal* conſtituitur, qui ex *Sagis* Urbem *Saguntum* condidit: in ea, ſtudia litterarum floruiſſe concluditur clarè: nam urbs celeberrima fuit eo tempore, ob quod Sedes litterarum in ea figenda erat, & legum, præceptorumque divinorum oraculum. Quo pacto intelligendum arbitror, quod ſcripſerat Eſ- 63
colano *lib. 5. hiſtor. cap. 22. num. 3.* dùm dixit, ante Chriſtum natum, Academiam celeberrimam in hac Urbe adfuiſſe: nam explicandum eſt de Seguntina Urbe, cum Valentia à Rege Romo condita cenſeatur, qui vigeſimus à Tubale fuit.

Exterarum gentium adventu Hiſpanorum tranquil- 64
litas debellata fuit, atque Minerva in Palladem tranſlata; litteræ armis ceſſere, ſed nunquam ingenia maxima, quibus à natura dotantur amiſerunt. Pace à Romanis parta, reviviſcere bonæ artes cœperunt (imò inter ſtrepitus belli Quintus Sertorius Gymnaſium Hoſcæ conſtruxit, ut dicebamus *cap. 1. §. 1. num. 6.* Ant. Auguſt. *in lib. de las medallas*, & Franciſcus de Ainça *in lib. hiſtor. Hoſcæ 5. cap. 1.* Don Acatius Ripoll. *regalia. cap. 48. n. 15 & ſeqq.*) ſed Gothorum, & Agarenorum tyrannide ite- 65
rum periere, ut teſtatur Meddenderp. *ubi proxim.* At Athalaricus Gothorum Rex L Academias reſtituit, ut ex Caſſiodoro *lib. 9. epiſt. 21.* tradit Juſtus Lipſius *in Lovanium, lib. 3. cap. 7. ad fin.* Demum Hiſpanica virtute, barbarie illa Sarracenorum victa, ad Philoſophiæ naturalis eminentiam eos traduxit, ita ut Avicenna Sarracenorum Rex Cordubæ, libros doctiſſimos de Medici- 66
næ ſcientia conſcripſerit, ut meminit Tiraquellus *de Nobilitate, cap. 31. num. 142.* In eadem Urbe Cordubenſi, quæ Agarenorum Regum ſedes permanſit, conſtructa fuit ſchola celebratiſſima illius artis, ut teſtatur Meddenderp *d. lib. 3. cap. de Hiſpania, ad fin.* adeo, ut Reges 67
celebriores illius facultatis Doctores eſſent. Abderramanus Rex ita ſapientia claruit anno 956. ut Sanctius, cognomento Craſſus, Legionis Rex ad ipſum profectus, ſanatus ab ipſo fuerit, Tiraquel. *ibid. numer. 147.* Mariana *de rebus Hiſpaniæ, lib. 8. cap. 7.* In aſtrorum facultate idem eveniſſe eſt compertum, ut patet ex libris compilatis per Alboacen Ali, filium Abenragel, Almanzor, & alios, de quibus paſſim per Auctores Aſtronomiæ judiciariæ. Plura de litterarum antiquitate tra- 68
dunt Juſtus Lipſius *in Lovanium, dict. lib. 3. c. 6. cum ſeqq.* Higin. 2. *par. q. 11. n. 22.* Petr. Gregor. Toloſ. *de Repub. lib. 18. c. 2. per tot.* Chriſtophor. Beſoldus *politicor. lib. 1. cap. 12. num. 31. & ſeqq.* Medenderp. *de Academiis orbis, per tot.* Adamus Cotzen *politicor. d. 4. c. 13. cum ſeqq.* Don Alfonſ. Eſcobar (qui pauca, & breviter) *de juriſd. Scholaſticor. in procem.*

Regno noſtro ab infidelium manibus vindicato à 69
Rege

Rege invictissimo Jacobo I. statim cura de Theologia sacra edocenda, viscera Præsulum, & Canonicorum almæ Sedis commovit: post decem ab expugnatione annos in eadem Sede Cathedra Theologiæ instituta, atque dotata fuit, quam moderandam Ordini Prædicatorum ab initio tradiderunt, ut scripsit P. Diago *in Chronic. Ordin. Provin. Aragon. lib. 1. cap. 21.* & dum memorat Lectores ipsius, sanctum Vincentium Ferrerium in ea Theologiam publicè docuisse per sexennium testatur. Hoc enim continuatum fuit usque ad annum
70 1444. sed tunc temporis facta fuit constitutio in eadem Sede, per quam cautum reperitur, quòd lectio Theologiæ concedatur Canonico ejusdem, dum idoneus adsit, vel Beneficiato habili, ut apparet ex *constit. fol.* 87. quæ memorantur ab Escolano *d. lib. 5. cap. 22. num. 4.* at ab anno 1408. ex ejusdem D. Vincentii Ferrerii consilio
71 Urbis Rectores de instituenda publica Academia tractarunt, & anno 1411. opus aggressi fuerunt, sed nequaquam confirmata fuit usque ad tempora Alexandri VI. Pont. qui cum bulla *dat. Romæ 10. Kal. Februarii* 1500. Academiam publicam constituit illam scholam ab Urbis Rectoribus erectam, & Ferdinandus II. id ipsum confirmavit, ut constat *ex privil. 20. cum duob. seqq. ejusd. Reg.* quorum duo priora continent bullas illius summi Pontificis erectionis, & conservationis, concedendo omnia privilegia indulta Academiis Parisiensi, Lovaniensi, & Salmanticensi, quod non ad jurisdictionem Rectoris extensum unquam fuit, nam Ordinarius Ecclesiasticus cognoscit de Clericis, atque Judices laici de laicis. Meminit de hac confirmatione Escolano *d. c. 12. n. 5.* licet eam perperam ponat anno 1409.

Hujus Gymnasii protectorem destinatum à summo
72 Antistite fuisse Capitulum almæ Sedis, testatur idem Escolano *num. 6.* sed fallitur; nam in bulla minimè reperitur similis dispositio: in ea enim Cancellarius Academiæ nominatur Præsul Valentinus (de cujus officio
73 late per Don Alfonsum de Escobar *de jurisdiction. Scholastic. cap. 30. per tot.* & Rectori conceditur facultas faciendi statuta, vocatis aliquibus Canonicis ex litteratis Ecclesiæ; ex quo minimè etiam resultat protectionis destinatio, aut patronatus jus ad favorem Capituli. In bulla conservatoria contenta in *dicto privilegio 22.* Conservatores eliguntur Archidiaconus, Decanus, &
74 Præcentor ejusdem Sedis, qui si Canonicatum non obtinent, non sunt de Capitulo, & sic nec adhuc protectio per viam conservatoriæ tributa Capitulo fuit. Ex ipsis Bullis, & privilegio Regio clarissimè apparet, Academiam constructam fuisse impensis publicis Urbis, at-
75 que per ipsius Rectores, sibique concessionem factam, & sic jus patronatus ad Urbem spectare clarissimè. *Cap. filiis, 16. quæst. 7. Cap nobis, de jur. patronat.* Tridentin. *sess. 25. cap. 9. de reformat.* cum pluribus congestis per Barbosam *in collectan. ad hos textus*, Pater Sanchez *con-*
76 *silior. moralium, cap. 3. dub. 48. num. 3.* pluribus Lotherius *de re beneficiar. lib. 2. quæst. 7. num. 4.* qui alios laudat: quare per Juratos, Rationalem, Syndicum, quatuor Urbis Advocatos ordinarios, atque Secretarium ipsius administratur quoad omnia, ut scripsit Pater Mandariaga *de Senat. & Princip. cap. 4. §. Tiene esta Universidad* dempta constitutionum promulgatione, nam ipsi
77 cum Rectore, Cancellario, duobusque Canonicis ex litteratis, qui omnes claustrum quoad hæc constituunt, statuta conficere possunt, quoties necessitas postulat, de quo late per Don Alfons. de Escobar *ubi supra, c. 23. per tot.* & hoc in casu ita ipsis concessum est, ut solum causa recursus Superiori Regio reservetur, ut ex *c. 264. actor. Brach. Regal. anni* 1626. alibi dixi: in rebus verò exiguis uni ex Juratis committitur administratio Academiæ, ut P. Mandariaga *ubi prox.* dixit.

78 Hujus inclytæ academiæ filii fœliciſſimi plurimi fuere conspicui viri in omnium scientiarum genere, quorum non paucos referunt Escolano *d. lib. 5. c. 23.* & dominus Morlà *in proœm. emper.* & ut Josephus del Olmo tradit *in Litholog. c. 18. ad fin.* Hieronymus Martinez de la Vega Nosocomii generalis Vicarius perpetuus, Poëta celebris, Theologus consummatus, atque Bibliotheca eximiæ curiositatis, & copiæ insignis, omnium Valentinorum doctrina præstantium elogia compilat. S. Antonius de Florentia *in Chronic. lib. 3. tit. 23. c. 4.* scripsit sanctum Dominicum Patriarcham in hac Urbe liberalibus artibus operam navasse, his verbis: *Puerilibus autem annis innocenter transcursis, missus est Valentiam, ut* 79
sibi liberalium artium comparet studii exercitatione peritiam: ibi enim tunc temporis florebat studium, tam multitudine numerosa scholarium, quam studiosa perfectione Doctorum. Quæ confirmantur ex traditis per Volaterranum *in anthropologia lib. 1. de Dominico, & ejus Ordine.* & Medenderp. *dict. lib. 3. capit. de Hispania, §. Valentina.*

Noster Gaspar Escolano, sancti Antonini auctoritate 80
minimè visa, Volaterrani traditionem impugnat *d. c. 22. n. 4.* eo quòd Divus Dominicus decessit anno 1221. & sic antequam Valentia à faucibus Agarenorum eriperetur, nam hoc subsecutum fuit anno 1238. ut *cap. 1. §. 1.* dixi; & asserit hoc lapsui typorum tribuendum, eo quòd suo judicio *Palentiæ* dicere debuit, non *Valentiæ*, sicque lapsus in una tantum littera consistit. Sed hoc apertè convincitur ex auctoritate *Divi Antonini*, cui lapsum etiam tribuere turpissimum esset, ajentis, puerilibus annis innocenter transcursis Valentiam missum fuisse: divus enim Dominicus natus fuit, teste Baronio *tom. 12. Annal. anno* 1170. sicque ab anno 1180. ut plu- 81
rimum usque ad annum 1190. mittendus erat Valentiam, vel Palentiam, sed Academia Palentina non fuit constructa usque ad annum 1209. per Alfonsum IX. ut Mariana testatur *lib. 11. cap. 22. ad finem*, quo tempore 82
jam fundaverat Ordinem Prædicatorum, nam ab anno 1203. de ea fundanda tractaverat, ut in *Chronica ipsius Ordinis*, quæ habetur inter constitutionis ejusdem, editas Romæ anno 1566. clarè dicitur, & auctoritate Pontificia accedente, fundata fuit anno eodem 1209. ut Turselinus *in epit. historiar. lib. 8. ad fin.* tradit, seu verius anno 1205. ut pluribus ejusdem Ordinis historicis probat Barbos. *in collect. decis. Apostolicar. 372. num. 2.* igitur impossibile est, quòd ad Academiam Palentinam missus fuisset: sicut pariter, quòd de ea loquuti fuissent præfati Auctores.

Quid ergo dicendum? nam anceps quæstio, & diffi- 83
cilis est. Sed ego lapsum non inducerem, nec sine necessitate, ac tam debili fundamento, cujus inverisimilitudo facilè comprobata manet, charissimæ patriæ gloriam negarem resultantem ex instructione ipsius magni Patriarchæ, undique celeberrimi: & licet urgeat difficultas eo quòd Sarracenorum tempore minimè mittendus videbatur ab Urbem per ipsos dominatam, de qua non legitur Scholam tunc temporis constructam fuisse (omissa additione Volaterrani, & Midenderpii, qui non tantum de liberalibus artibus, sed de Theologia loquuti fuere, & retenta traditione Divi Antonini, qui de Philosophia tantum loquitur) ad hanc discendum 84
impossibile non est Valentiam missum fuisse, Christiani enim tunc temporis commercium cum Agarenis habere solebant, ut passim in historiis reperitur, & inter ipsos Sarracenos Philosophiæ, & Physicæ studium magnopere florebat, ut dixi *num. 66. & seqq.* & verisimi- 85
lius est, quod ita se habeat, quàm quòd Doctores prædicti commentitiè Valentiam missum assererent, aut Palentiam, antequam Schola erigeretur. Sed quod certius puto est, quòd cum certum sit ex Midenderpio, Escolano, & aliis superius relatis, *ubi proxim.* Hieronymo Prateyo *de Monasteriis, pag.* 14. Besoldo *dict. cap. 12. num. 31. vers. 2.* & signanter P. Adamo Gotzen *politicor. dict. lib. 4. cap. 14. §. 3. & 4. ad fin.* Monacaria fuisse sola litterarum domicilia usque ad annum 1200. (nec dissen-

tit

tit Petrus Gregor. Toloſ. *dict. lib. 18. cap. 6. num. 5. & 6.*)
86 cum in Valentina Urbe remanſiſſet Cœnobium Monachorum ſancti Baſilii, ſub invocatione ſacro ſancti Sepulchri Domini noſtri Jeſu Chriſti, ut ex Marmol. & Beuter, probant. Eſcolano *lib. 2. c. 15. n. 8.* P. Diago *lib. 6. Annal. c. 3. ad fin.* cujus Eccleſia hodia titulo Parochiali conſervatur, ſub invocatione *Divi Bartholomæi*, & in ea Sepulchri ſimulachrum vetuſtiſſimum plurimis gratiis,
87 & indulgentiis à ſummis Antiſtibus ditatum, remanſerunt etiam Monachi ad inſtruendos fideles *Mixtiarabes* nuncupatos, uſque dum Urbs fuit à Jacobo Rege recuperata, & poſtea per plures annos ipſam ædem coluerunt, ita ut quarto poſt expugnationem erecta fuit in Parochialem Eccleſiam anno 1242. & Prior illius Cœnobii erat Rector, & aſſignati fuerunt illi Parochiani, & diſtrictus, & hodie permanent plura beneficia, quæ tempore inſtitutionis fuerunt Regularium Clericorum, ſive ab ipſis Monachis poſſeſſa; ſed poſtea tempore labente, fuerunt cum Eccleſia ipſa ſeculariſata: veriſimile enim eſt ad hoc Cœnobium miſſum fuiſſe
88 Beatum Dominicum, ut liberales artes perdiſceret, ſicut Sanctus Antoninus ſcribit; cujus auctoritas magni momenti mihi, & omnibus eſt; ſignanter animadverſo, quòd cum ſit ex ipſo Ordine Prædicatorum, & ex pri-
89 mitivis filiis ejuſdem Divi Dominici, credendum eſt in rebus propriis inſtructum fuiſſe ſufficienter, & ſcripſiſſe magno cum fundamento; quod ſufficit ad hoc, ut in rebus illius ævi antiqui, quarum memoriam exactam non habemus, ſtandum ſit dictis ſanctiſſimi viri Antonini, & aliorum, qui id ipſum firmarunt. Accedat his quædam propria conſideratio, Divus Dominicus miſſus in mundum fuit, ut Fidem Catholicam tueretur, ſancti nunquam ingrati evadunt; illius Ordini debetur prima Theologiæ inſtitutio in Urbe, ut dixi *num. 69.* Sancti Vincentii ejus filii conſilio noſtro Academia inſtituta fuit: id enim debemus gratitudini ipſius, nam cum in hac Urbe litteras perdidiciſſet, manifeſtè demonſtravit memoriam impetrando à Deo optimo, & maximo, quòd mediis filiis ipſius litterarum ſtudia in Urbe ſuſcitarentur. Quod dictum ſit ſub correctione S. Matris Eccleſiæ, quæ in lectionibus officii ejuſdem, Palentiam miſſum eſſe recitat.

90 Academia noſtra ſic condita, & efformata in omni ſcientiarum genere ab initio claruit, ut teſtantur Poſſevinus *in Bibliotheca ſelecta.* Matamoros *in lib. viror. Doctor. Hiſpan.* Midenderp. *de Acad. Orbis, lib. 3. cap. de Hiſpania, §. Valentina*, Camillus Borrell. *de præſtant. Reg. Cathol. c. 40.* Adamus Gotzen *politicor. de lib. 4. c. 3. §. 5.* Eſcolano *d. lib. 5. c. 22. n. 6. & c. 23. per tot.* P. Mandariaga *de Senat. & Prin. d. c. 4.* Sed quod amplius Academiam noſtram illuſtravit, fuit Præſiturarum erectio, dum annexæ creatæ fuerunt totidem Cathedris: quæ quia ſcitu digna, tradenda ſunt.

91 Ab initio duodecim Præſituræ fuerunt in alma Sede, quarum unaquæque de proventibus ipſius per menſem ſibi deſtinatum curabat, ut ex libro conſtitutionum almæ Sedis apparet. Sed undecim Præſituris ſuppreſſis auctoritate Pontificia, & illarum proventibus Capitulo applicatis, tempore quo Eccleſiam noſtram gubernabat Beatus Thomas à Villanova, Præſitura menſis Februarii ſola remanſit. Hanc ſummus Pontifex Sixtus V. cum bulla *dat. Romæ apud S. Petrum 3. Kalendas Novembris anni 1585.* (quæ habetur apud Lapertium Cherubin. *tom. 2. Bullarii, pag. 498.* ſuppreſſa etiam fuit, & ejus proventus applicati Academiæ Valentinæ, conceſſo jure patronatus urbicanis Rectoribus, hoc pacto quòd decem & octo Præſituræ in alma Sede de novo creatæ fuerunt, ut Doctores per concurſum prævio rigoroſo examine eas obtinentes totidem Cathedras in eadem Academia moderarentur, ſex ad unamquamque facultatem, nempe Theologiam, & Jura Pontificium, & Cæſareum. Hæc & cætera ad materiam pertinentia compi-
93 lavit eruditè Silvius Cipres de Povar. *in tract. de orig. & progreſ. Præpoſit. edit. Roma, anno* 1641. Solvam ne ana-
94 grammatis arcanum? ut noſtrates percipiant minimè, nam ut dixit Poëta.

Sic opus auctorem, prædicat auctor opus.

Pro exteris liceat, Illuſtriſſimus Don Ludovicus Creſpi, & Borja, olim Præpoſitus, S. Theologiæ Primarius Profeſſor, ac Muriveteris Archidiaconus digniſſimus, poſtea verò Epiſcopus Orcelenſis ac Placentinus meritiſſimus, auctor eſt, cujus doctrina, nobilitas, atque morum integritas per ſe notæ ſunt: ſcripta enim ipſius proferunt, quod modeſtia ſilere cupit: at pia illius devotio, fervens ipſius affectus immaculatæ Conceptionis Deiparæ ſilentium dimiſit, tractatum doctiſſimum de proximitate definitionis edendo, anno 1653. Quod ad doctrinam ſpectat ex his colligi poteſt: quod ad virtutem, ex inſtitutione Congregationis Divi Philippi Nerii; theſauro ab ipſo à Curia Romana ad noſtram Urbem advecto, ut mores Valentinorum corrigerentur; quia qualiter obtentus ſit, fama ipſa perſonat.

Sed ad inſtitutum redeamus. Noviter ex conceſſione 95
Innocentii Decimi cum bulla *die 29. Januarii* 1650. decem & octo Præſituræ ad decem redactæ ſunt, quinque ad ſacram Theologiam edocendam, & quinque ad jura prædicta profitenda. Hæc obtinent viri graviſſimi, quorum nomina, ut in albo ſcribantur, tradere non abs re erit.

Doctor Euſebius Falco Præpoſitus Decanus, Juris Canonici 96
Primarius Profeſſor, Canonicus Almæ ſedis, ac Regius
competentiarum Cancellarius.
Doctor Joannes Chryſoſtomus Royo & Caſtelvi, Primarius
Sacræ Theologiæ Scholaſticæ Profeſſor.
Doctor Yſidorus Segura, Primarius Juris Cæſarei Profeſſor,
Archidiaconus Saguntinus in eadem alma Sede.
Doctor Don Antonius Ferrer & Milan, Veſpertinus ejuſ-
dem juris Anteceſſor.
Doctor Michael Vilar, Primarius Sacræ Paginæ Expoſitor.
Doctor Vincentius Martinez de la Ruga, Veſpertinus Sacræ
Theologiæ ſcholaſticæ Profeſſor.
Doctor Jacobus Lloſa, Veſpertinus Sacræ Paginæ Expoſi-
tor.
Doctor Antonius Prats, Moralis Theologiæ Profeſſor.
Doctor Franciſcus Guelda, Digeſti veteris Cathedram obti-
nens.

Hi, ut dixi, habent annexam Cathedram Præbendis, ſi- 97
ve Præſituris almæ Sedis, quæ adinſtar dignitatum reputantur, utuntur enim habitu Canonicali, & in omnibus (demptis actis capitularibus) præeminentia Canonicis coæquantur, & noviter diffinitum eſt, ex decreto S. Congregationis Cardinalium, *diei 1. Aprilis* 1651. quòd nominari poſſint *Judices ſynodales*, quod ex Tridentino *ſeſſ. 25. cap. 10. de reform.* cum traditis per Barboſam *in collect. ibid.* ſolis obtinentibus dignitatem conceſſum eſt. Cedant hæc aliqualiter in felicem, ſed deploratam valde recordationem chariſſimi fratris Doctoris Hermenegildi Matheu & Sanz, qui anno 24. ætatis Parochialem Villanovæ Caſtillionis per concurſum obtinuit, & anno 25. ad Præſituram ſacræ Paginæ Veſpertinæ Cathedræ annexam ingenti plauſu fuit promotus, hujus litteratiſſimi cœtus conſcriptione condecoratus: ſed ab 1 morbo epidemiali præventus in eadem Villa ad æthera volavit die 21. Junii anni 1648.

Præter Præpoſitos, ſunt in Academia noſtra earun- 98
dem ſcientiarum aliæ plures Cathedræ inſtitutæ, Medicinæ etiam, cujus artis Profeſſores toto orbe celeberrimi ſunt, Philoſophiæ, tam moralis, quàm naturalis, & rationalis, ut minimè ab aliis ſuperari poſſint, quas Viri doctiſſimi moderantur. Rhetoricæ, Profodiæ, Grammaticæ inſtitutæ claſſes, linguarum etiam Hebraicæ, & Græcæ Præceptores, Lullianæ artis Mathematica-

rum Magiſtri eruditi, cujus rei teſtimonia proferunt conſummatiſſimi viri, quorum ſcripta nota ubique ſunt.

Rector ipſius Gymnaſii ad triennium ex Canonicis,
99 vel Dignitatibus ejuſdem almæ Sedis depromitur per eoſdem Urbis Officiales, qui etiam ab ipſis removeri poteſt cauſa legitima extante, ut fuit declaratum R. reſcripto *diei 6. Febr.* 1596. de cujus officii inſtitutione, amplitudine, & poteſtate ſcribunt Lipſius *in Lovanium*,
100 *dict. lib. 3. cap. 3.* Chriſtophorus Beſold. *politicor. d. lib. 1. cap. 12. num. 33.* Medenderp. *d. lib. 3. cap. de Rectore*, plures, & plura per Don Alfonſ. de Eſcobar *cap. 1. & ſeqq. & c. 6. per tot.* De privilegiis verò Academiæ, acade-
101 micorum Doctorum aut Scholarium, præter Medenderpium *in dict. tract.* Rebuffus *in tract. de privileg. ſcholaſticor. per tot.* Petr. Gregor. Toloſ. *d. lib. 18. c. 7.* Tiraquel. *de Nobilit. cap. 5. per tot. & cap. 6. num. 49.* Beſold. *dict. cap. 12. num. 31. & ſeqq.* Adamus Cotzen *dict. lib. 4. politic. cap. 14. & 15.* Don Joan. Solorçano *de jur. Indiar. lib. 3. cap. 14. num. 25. tom. 2.* Don Franciſc. Amaya *in l. fin. cap. 1. num. 44. cum ſeqq. C. de Decurion. lib. 10. & in l. unic. num. 29. C. de Athletis, eod. 10.* Parlador. *rerum. quotid. cap. 3. §. 1. num. 24. lib. 1. & in quæſt. 14. per tot.* P. Fragoſo *de Repub. lib. 3. diſput. 6. §. 8. n. 150.* Ant. Matthæus. *de auction. cap. 7. n. 43. & 83.* & Don Alfonſus Eſcobar *in d. tract. per tot* præcipuè *c. 32. & ſeqq.* qui plures alios laudant.

102 Sed antequam ab his diſcedamus, quatuor proponenda ſunt, tanquam ſimpliciter neceſſaria, ad rectum Univerſitatis ſtatum ſpectantia, quæ quidem ad optimam Reipublicæ normam valde conducunt. Primum eſt; quòd honorum collatio indignis minimè concedi debet, nec poteſt; præmia enim virtutis ſunt, ſicque ſine virtute minimè conferri poſſunt: honores enim non merentibus conceſſi vilescunt; ſordeſcunt enim Doctorum inſignia, dum ignavo, vel inſcio tribuuntur, nam ſi benè perpendatur, hæc non ſunt honores, ſed honorum in-
103 ſignia, quod docuerat Seneca *lib. 1. de beneficiis*, ibi: *Imperator aliquando torquibus, murali, & civica donat; quid habet per ſe corona pretioſum, quid faſces, quid Tribunal', quid currus? nihil horum honor eſt, ſed honoris inſigne.* Si enim virtus literaria honorem parit, & hic inſulis doctoratus deſignandus eſt ad inſtar Athletarum, ut pluri-
104 bus relatis probat Don Franciſc. Amaya *in dict. l. unic. n. 29.* ignorantibus ſemel conceſſis, vitium virtutis ſpeciem induet, ac per conſequens virtuti ſpecimen vitii remanebit, cum contrariorum eadem ſit ratio: quod bene perpendit Petr. Gregor. Toloſ. *dict. lib. 18. cap. 9. num. 6. & ſeqq.* Divus Auguſtus fuit, cui debetur graduum origo,
105 eo quod approbationem peritiæ introduxit, *l. 2. §. poſt hunc 47. verſ. Primus Divus Auguſtus*, ibi & Zazius. *ff. de origin. jur.* Medenderpius *de Academ. lib. 1. cap. 7.* Beſold.
106 *dict. cap. 12. num. 402.* creatio enim Doctorum de regalibus eſt, Ripoll. *de Regal. cap. 48. num. 8.* attamen bullati Doctores nequaquam veri Doctores reputantur, nec eorum prærogativis fruuntur, imò ſatyricè de eis loquendo Menander carmina hæc refert lepidiſſima.

Doctorem te bulla creat, tibi bulla decori eſt.
Bulla tibi vires, bulla parit titulos.
Sed caveas, ne bulla minus te fortè perennet,
Bulla homo es, & Doctor bulla, quid ergo tumes?

Dum enim indignè Doctoratus, aut Magiſtratus, vel licentia conferuntur, & Academicorum, & bullatorum ſpecies confunduntur, atque Reſpublicæ ſtatus planè ſubvertitur, ſacræ Theologiæ Doctoribus, aut Magiſtris
107 ſalus animarum concreditur; Legum, ſive Canonum peritis, Reipublicæ ſpiritualis, aut temporalis cura; Medicinæ profeſſoribus ſanitas corporis, atque vita temporalis commendatur, inſignibus cujuſvis, facultatis ignoranti, aut notabiliter inſufficienti conceſſis, quan-
108 tum Reſpublica lædatur, nemo eſt qui neſcit: nam Eccleſia, & Reſpublica decipiuntur, deſignatum cernentes, ut eruditum, quem in habilem ſupponimus, & ſic in re magni momenti detrimentum infertur, quod præfert ſpeciem falſitatis, & peccatum lethale eſt; bene Cotzen *dict. cap. 16. §. 10.* (quiaccuratè §. 5. ex Nicolao Trigantio rigoroſam Sinenſium examinationem quoad peritos graduandos deſcribit) Medenderpius *dict. lib. 1. cap. 7.* P. Sanchez *conſil. moral. lib. 2. cap. 1. dub. 57. num. 1. & ſeqq.* & Medenderpius addit, quod 109
ſcholaſticus indignus inſigniadoctoralia petens, peccat mortaliter; ex *Clement. 2. de Magiſt.* Gloſſ. *ibid. in verb. honores*, Perez *in l. 1. tit. 16. lib. 2. ordin.* Azevedo *in l. 2. numer. 7. tit. 9. lib. 3. recopilationis*, Bobadilla *in politic. lib. 1. cap. 3. num. 70.* Barboſ. *in collect. dict. clement. num. 4.* Didacus Narbona *in horol. jur. hor. 1. n. 31.* Quanto igitur magis conferentes gradum indigno? Hæc 110
regula explicari ſolet, caſu quo ſpes appareat, quod poſt promotionem ſit majus ſtudium adhibiturus, ut gradu, & nomine ſuo dignus evadat, ut ex *Rebuf.* Medenderp. tradit. *dict. cap. 7.* ſed hoc intelligendum eſt, quando ſpes evidens eſt, ut ipſi teſtantur: in eo enim qui ingenuæ mentis, atque bonæ indolis eſt, practicabilem credo hanc declarationem; ſed in aliquibus ingenii obtuſi, vel malis moribus imbutis, ac ab ſtudio litterarum remotis valde dubitarem, quia ſpes difficilis apparet; nec ad hoc, arbitrium eſt extendendum per facultatum Cenſores.

De Magiſtris artium Pater Sanchez *dict. dub. 57. n. 6.* 111
excuſat conferentes à peccato mortali, ſi gradus inſignia imperitis concedant, eo quòd nulla Reipublicæ pars illis committitur. Sed contrarium tenet Cotzen *dict. c. 16. §. 13.* his elegantiſſimis verbis: *Quid verò de Magiſtris artium, & Baccalaureis? Non deſunt qui indignos à peccato mortali excuſent, ſive gradum imperiti ſuſcipiant, ſive conferant. Nulla enim Reipublicæ pars illis committitur; quamvis igitur ſtolones togatos, epomide, pileo amulo adornent, neminem tamen fallunt, quia rebus non admoventur. Ego contrà ſentio, indignos Baccalaureatus, aut Magiſterii Philoſophici inſignibus ornare, peccatum eſſe mortale. Primo quidem ob juramentum, quo multis in Academiis examinatores adiguntur, ut promittant indignos non admiſſuros; itaque fundatores, & Academiæ quæ juramentum poſtulant, rem gravem eſſe cenſent: hinc conſequitur, ut etiam illi, qui quamvis juſiurandum non dixerint, promiſſione tamen fidelitatis tenentur, ut in re gravi publicum teſtimonium falſum ſine gravi peccato dare non poſſint. Deinde, multa etiam Magiſtris artium committi ſolent, diſputandi, docendi, examinandi alios, promovendique poteſtas; quæ ubi imperitis collata fuêre, neceſſe eſt ſtudia illa, quæ Reipublicæ ſunt neceſſaria, capere magna detrimenta, quæ cum majora ſint, quam pecuniarum damna, hic quoque crimen cernitur.* Proſequitur plura alia 112
tradendo ad rem mira. Apud noſtræ Academiæ Cenſores minimè monitio hæc neceſſaria erit: ſed ſi memoria non deficit, in nulla ex facultatibus auditum habeo, quòd ſemel facto depoſito aliquis ſine gradus inſigni dimittatur omnino quod & perpenderat Borrellus *de Magiſtrat. lib. 1. cap. 8. n. 97.* quòd aliquando collatio ſuſpendatur; benè: ſed quòd omnino denegetur, nequaquam. Quod non tantum in hac, ſed in aliis eveniſſe eſt compertum. Dilemma ex hoc inſurgit, nempe: aut numos aptitudinem denotare deponentis, aut aliquando indigno gradum collatum; nam non omnes deponentes digni ſunt: hoc difficile eſt, at illud impoſſibile.

Secundum eſt, quòd nequaquam expedit, quòd Pro- 113
feſſores, Cathedras per ſubſtituros moderentur. *Authent. ut null. jndic. in princ. Novel. 134. & Novel. 128.* Bobadill. *in polit. lib. 2. cap. 20. num. 34.* Menoch. *de præſumption. lib. 2. præſumpt. 22.* Maſtril. *de Magiſtrat. lib. 1. cap. 29.* Giurba *conſil. 36. ex num. 1.* Don Franciſc. Amaya *in l. 6. n. 1. & ſeqq. C. de Decur. lib. 10.* Quod licet in genere de quocumque officio firmatum per ipſos Doctores reperiatur, ratio diſpoſitionis quoad Cathedras amplius 114
urget; nam ad eas cenſetur electa induſtria, & aptitudo perſonæ,

perſonæ,ex vulgata *l.inter artifices* 31 *ff.de ſolut. c. final. §.his autem*,cum *ſeqq.de offic.& poteſtat.jud.de legat.*quæ ſuppleri non poſſunt per ſubſtitutos, *l.unic*, §. *ne autem 9. verſ.ſin vero talis*, *C. de caduc. tollend.* Amaya *ibid.*
115 *num.2.cum ſeqq.* Hoc in Cathedraticis à fortiori procedit; nam pluribus laboribus, vigiliis, & ſtudiis probati admittuntur ad Cathedras moderandas, ut ipſe Amaya ſignificat *in l.fin.cap.1 num.44. C.eod.tit.* Et quamquam *num.25.dict. l.60.* limitet quoad generalem ſubſtitutionem reſpectu Cathedraticorum; numquam, aut rarò eam ſubſtitutionem admittendam arbitror, cum ingentia mala ex lectione ſubſtitutorum oriantur, ut experientia comprobante aſpicimus, ob defectum ſufficientiæ; quæ latè perpenduntur per Petrum Rebuffum *in tract. nominat. queſt.21.num.12.*In noſtra Academia contra expreſſum illius ſtatutum non ſemel toleratur, quod neque ipſis Cathedraticis, neque Urbis Officialibus licitum videtur; iſtis, nam ſtipendia deſtinata tribuere non poſſunt ad nutum illi, qui non legit juxta ſtatuto-
116 rum,& conſuetudinis fines; & quatenus concedunt in re gravi,peccare non eſt dubium: illis verò, quia ſine neceſſitate urgentiſſima non poſſunt; & ſi poſſint, tenentur ſubſtituere eum qui æqualis idoneitatis ſit, ſi-
117 miliſque conditionis; *l. 1. verſ. quod ſi*, *C. de propoſ. agent. in reb.* ibi: *Quod ſi morbo, vel ætatis ſenio capti, per ſe memorati officii curam ſubire nequiverint, per ſubſtitutum chartularium ejuſdem ſcrinii idoneum,& tam moribus optimis præditum, quàm ſcientiam, peritiamque rerum habentem, electione ſua, ſuarumque periculum facultatum præfatum munus implere præcipimus.* Pluribus Amaya *ubi proximè,num.36.& ſeqq.*Quamquam enim ejuſdem conditionis,& idoneitatis Cathedratici ſubſtitutos quærant, eſt nè facile ſine ſtipendio tales invenire? Quas qualitates habere debeant, tradunt Petrus Gregorius Toloſan. *dict.lib.18. cap. 2. per tot.* Don Alfonſ. Eſcobar. *cap. 5. & 6.* & alibi paſſim Sapientibus pauca perpendat equidem unuſquiſque,quid ad ſe facere ſpectet, ne in damnum Reipublicæ ſubſtitutio aliquando convertatur, vel conſtitutioni Academiæ fraus fiat, cauſam ad ſubſtituendum affectando.

118 Tertium eſt,quòd factiones,diſcordiæ, jurgia,& controverſiæ inter Academicos Profeſſores omnino vitentur.Academia enim eſt ſpecies quodammodo Reipublicæ,ob quod Univerſitas appellatur(licet impropriè, ut Doctores ſuperius allegari probant)diſcordiæ enim ſunt præcipua ſubvertendæ Reipublicæ cauſa. Bene Prudentius de concordiæ,& diſcordiæ pugna.

———ſcißura domeſtica turbat.
Dum populi, thuſbáque foris,quod deſidet intus.
Ergo cavete viri,ne ſit ſententia diſcors
Senſibus in veſtris,———

Pluribus Jacob.Simancas *de Repub.lib.5.c.16.* Beſold.*politicor.lib.5.c.16.*Cotzen *politicor.lib.9.c.20.* puerile valde videtur inter graviſſimos viros,ratione diverſitatis ſententiæ,diſcordias fovere. Ex Academia,ex aulis, ovilia fiunt, dum non ſervata diſciplina balare aſſueſcunt,ut dixerat Lipſius *in ſatyra Menippea.* Sed aliqui, his non contenti, ad convitia retn transferunt;quod improbatis probationem continet, nam laudes improborum convitia ſunt;ut ex Plauto, & aliis probat idem Lipſius *criticor.lib.3. epiſtol.17.*

119 Quartum,& ultimum ſit,quòd virtus in Academia colatur: nam in Gymnaſiis ſæpè magis animus corrumpitur vitiis,quàm mens excolitur litteris,bene Beſold.*d.l.1. c.12.n.31.verſ.5.* Juventus enim in Lyceo inſtruenda eſt, hæc à voluptatibus omnino arcenda,Juvenal. *ſatyr. 14.*

120 *Nil dictu fœdum,viſuque hæc limina tangat,*
Intra,qui puer eſt;procul hinc,procul inde puellæ.

Nam ut Titus Livius dixit *decad.3.lib.6.Ea ætate non eſt tam ab hoſtibus armatis periculi,quantum à circumfuſis voluptatibus.*Proſequitur Joann.ab Affelen *in libel.Fin politicus.*Noſtram Academiam hujc periculo expoſitam maximoperè intueor; provideant itaque Magiſtratus, ad quos pertinet nè quid laſciviæ ad contemptum Dei faciendæ; nam cùm adoleſcentes ſine pudore vitia exercenda noverint,ſe poſſe ſimiliter vivere ſuadent; optimè Lactantius Firmianus *lib.4.de ver. cult.cap.20.* ibi: *Quid ſunt ce-* 122
nes faciant,cum hos & fieri ſine pudore,& ſpectari cernunt? Admonentur ubique quid facere poſſint,& inflammantur libidine qua aſpectu maximè conciuntur. Fœminæ quæſtuariæ, vel inhoneſtæ omnino à regione Gymnaſii arceantur,aleatorum receptacula exterminentur,& ſi fieri poſſet, ſpectaculorum ſcenicorum domus ad aliam Urbis 123
partem longinquam ab Studio generali transferatur; nam ut dixit Ariſtotel. *lib.7.politicor.cap.2. Juniores, neque Jambum, neque Tragœdiarum ſpectatores eſſe ſinant.* Eleganter Lactantius *dict.cap.20.* Cætera qui cupit, adrem,adeat Epiſcopum Simancas *de Repub.lib.9. cap.26.* Beſold.*dict.cap.12.num.31.verſ.5.*Cotzen *dict.lib.4.c.13. cum ſeqq.* latè Petr. Gregor. *de Repub. lib. 15. cap.1. & ſeqq.*

Pertinet etiam ad Urbem jus patronatus Noſocomii 124
generalis,cujus inſtitutio vetuſta,conſtructio mira, regimen prudens,atque rerum omnium diſpoſitio admirabilis eſt. Quantum apud omnes hoſpitalitatis virtus commendetur,ex *ſacra pagina* clarè percipitur, omnibus paret, ac plura congeſſit Doctor Laureanus Martinez de la Vega *in diſcurſu edito Valentiæ anno 1652. artic. 1.* pro noſtro Noſocomio generali. Sed ad rem minimè; 125
nam ea ſpectant ad rigoroſam, & propriam hoſpitalitatem,quæ conſiſtit in advenarum, & peregrinorum ſuſceptione, pauperúmque vagantium refectione, quæ non exercentur in Noſocomio generali,quod inſtitutum fuit ad ægrotos ſuſcipiendos, ſanandos, & alendos. At ea exercentur in hoſpitio apud nos nuncupato olim de *Enconill*, nunc de *Menaguerra*: ad hoc enim inſtitutus 126
fuit Ordo Divi Joannis Hoſpitalis Hieroſolymitani, de quo latè per Barboſam *in collect.deciſ.Apoſtolicar.c.314. & ſeqq.* de quibus latè Pater Marquez *in Gubernatore Chriſtiano,lib.1.cap.28. §. 2. ad medium* Ab *hoſpite* enim *hoſpitale* derivatur? hoſpes enim teſte Tito Probo *de prænominibus: Eſt prænomen in eo, qui peregrè apud hoſpitem natus erat.*Romani enim *hoſtes* à principio *advenas* nuncupabant, Cicer. 1. *de offic.*ibi: *Hoſtis enim apud majo-* 127
*res noſtros is dicebatur,quem nunc peregrinum dicimus.*Sed poſtea quos *perduelles*,veteres appellabant, *hoſtes* vocati fuerè, *l.quos nos* 234. *ff. de verbor. ſignific. l. hoſtes* 24. *ff. de capt.& poſtlim reverſ.*Hoſpitia autem loca, in quibus hoſpites recipiebantur,*l.3. §. eòs milites* 13. *ff. de muner.& honor.*hoſpites verò qui recipiebantur, *l. ultim. §. ultim ff. eod.* quæ quo pacto adaptari poſſint hoſpitali noſtro, quod ad curandos inſanos, languentes, ægrotos,& pueros recenter natos expoſitos alendos, inſtitutum fuit,clarè percipitur; nam ex parte curationis languentium, proprium nomen eſt *Noſocomium*, ex parte 128
verò infantium recentium expoſitorum Brephotrophium,*l.illud quod* 16.*C de ſacroſanct. Eccleſ.* Petr. Gregor.Toloſan. *ſyntagm. lib. 15. cap.28.num.15. & de Republica lib. 13. cap.2.num.7.* Guido Pancirol. *in theſaur. variar.lection.lib.2.cap.171.* Barboſa *in collect. ad textum in dict. l. illud quod* 16,*num.6.&* 10.Pro hac virtute fovenda inſtituta fuit Ordo Divi Joannis Dei, ut tradunt relati per eundem Barboſ.*coll.dec.Apoſtol.c.385. per tot.* Diverſa inter ſe ſunt opera miſericordiæ hoſpitandi peregrinos, atque ægrotis medendi,ut notum eſt; ſicque omnino hæc inter ſe diſtincta.Et quamvis ex communi 129
uſu loquendi Hiſpanorum genericè *Hoſpitalia* dicantur, quæcumque domus ad ſuſcipiendos pauperes deſtinatæ, ſive hi peregrini ſint, ſive ægroti,ſive in ea alendi ſint, ſive curandi; tamen quoad ſe omnino diſtincta ſunt:& quod à Doctoribus de hoc dictum eſt, illi adaptari nequaquam debet, præſertim cum ſeparato domicilio de his apud nos curetur. Quàm grata ſit Deo pauperum 130
ægrotantium cura, docet eruditè Titelmanus *in Aud.*

Mirei elog. Belgar. fol. 83. ſequitur, & refert Beſoldus *politicorum dict. lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 43. *verſ.* 1. tractant plures relati per Don Joannem Solorçano *de jure Indiarum, lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 62. *tom.* 2. conducuntque non parum ad hujus virtutis commendationem tradita per Bobadillam *in politica, lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 203 *ad fin.* Patrem Velaſquez *de optim. Princip. lib.* 4. *admot. moral.* 20. *n.* 6. *& ſeqq.*

131 Iſtius Noſocomii erectio narratur ab Eſcolano *lib.* 5. *hiſtor. Valent. cap.* 22. Epiſcopo Don Fr. Franciſco Boil *in Hiſtoria domus Deiparæ, ſub invocatione del Puig. c.* 18. Præpoſito Morlà *in allegatione pro Syndico, & Rectore Parochialis Divi Martini in Vicarium, & Syndicum Noſocomii, num.* 39. & dicto Doctore Laureano Martinez *artic.* 2. *&* 3. variè. Sed quod verum eſt ita ſe habet: Anno ſalutis humani generis 1409. Dominica Quadrageſimæ concionem peragebat in alma Sede Valentina Venerabilis, ac religioſiſſimus Pater frater Joannes Gilabertus Jofre (nobilis eſt hæc familia) Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede, ſocius in prædicatione verbi Dei, ſancti Vincentii Ferrerii ad finem perorationis ſic exclamaſſe in

132 libro fundationis Noſocomii (aſſervato in Archivio ejuſdem) habetur: *In hac Vrbe adſum plurima opera pia, in quibus charitas in proximum maximoperè exercetur; ſed deficit quædam, quæ neceſſitate urgente non parum deſideratur; nempe hoſpitium ad ſuſcipiendos innocentes, & furioſos, in quo reconderentur; nam inſani incedentes per Vrbem plurima incommoda ſuſtinent, fame pereunt, frigore terimuntur, injuriis vexantur; nam cum ratione furoris nequeunt adquirere alimenta, neque poſtulare neceſſaria, per vicos procumbunt, eſuriunt ſæpe, atque nudi frigore oppreſſi degunt; & quod amplius eſt, plurimi ſontes, Dei, ac conſcientiæ timore poſt habito, eos convitiis commovent, injuriis moleſtant, & fœminis tacenda ſæpius eveniunt. Pariter ipſi per Vrbem incedentes, furore, quo laborant commoti, damna plurima inferunt, quæ omnibus innoteſcunt. Quare opus ſanè piiſſimum erit, ſi domus aliqua deſtinetur ad hoſpitium inſanorũ.* His penè verbis noſtro materno idiomate prolatis, viſcera piorum virorum penetravit, ſed magis cujuſdam

133 Civis, cui nomen *Laurentius Salon*: Hic enim novem ſociis adhibitis, dicto Patre Joanne Gilaberto Jofre duce, ex bonis propriis domos quaſdam comparavit, non procul ab Urbis porta tunc nuncupata de *Torrent*, nunc verò, *Innocentium*. In eo ſitu Noſocomium inſanorum, ſimul cum Capella erectum fuit, ac cœmeterium deſtinatum ſub invocatione ſanctæ Crucis de monte Calvario, vulgò appellatum *lo Eſpital dels Folls*, ſive *Receptaculum inſanorum*: quæ omnia confirmata fuerunt per Benedi-

134 ctum XIII. tunc uti ſummum Pontificem veneratum, cum bulla *dat. Barchinon. 4. Kalend. Martii* 1410. & per Dominum Regem Martinum *privil. dat. ibid. 2. Kalend. Decembris anni* 1409. *& 7. Kalend. Februarii* 1410. Ad imitationem horum honoratorum Civium, viri honeſtæ conditionis nempe mercatores, artiſtæ, atque officiorum mechanicorum, confraternitatem inierunt ſub invocatione Beatæ Mariæ derelictorum, vulgò *de los Deſamparados*, & ſanctorum Innocentium, media qua, tam largitionibus, ſtatutis diebus inſanis ſuccurrerent, quàm mortuos extra domicilium humarent, atque ultimo ſupplicio damnatos, tam ſpiritualiter, quàm corporaliter reficerent, dum ad patibulum parantur, & ducuntur, quæ hodie mirificè exercentur.

Sed lector ſiſte greſſus, amicus noſter eruditus Joſe-

135 phus del Olmo, dum de his agit *in Lithologia, capit.* 2. erectionem Noſocomii generalis conſtituit anno 1410. tempore Domini Regis Alfonſi, confirmationémque confraternitatis eidem Regi tribuit, addens, ſimulachrum Deiparæ, quod ſupplices veneramur ſub invocatione *de los Deſamparados*, virtute privilegii *dat. Barchinonæ die* 5. *Octobris anni* 1416. confectum fuiſſe. Liceat, ſalva pace illius docti viri, de hoc aliquantulum hæſitare, liceat etiam impugnare. Rex Martinus ſucceſſit fratri Joanni Primò à die 18. Maii 1305. ut dixi *cap. precedent.* §. 1. *num.* 30. *verſ. Joannes I.* & Sedem Regiam occupavit uſque ad diem 31. Martii 1410. ut probavi, *verſ. Martinus.* Comprobant P. Mariana *de rebus Hiſpan. lib.* 19. *cap.* 5. *&* 21. Hieronymus Blancas *in comment. Aragon. rer. pag.* 206. *&* 217. Viciana 3. *part. Chronic. Val. fol.* 62. *pag.* 2. in quo omnes hiſtorici conteſtantur. Alfonſus enim Secundus deceſſit Barchinonæ die 24. Januarii 1335. Alfonſus verò Tertius ſucceſſit Ferdinando Patri, die 2. Aprilis 1416. ut *dict. num.* 30. dixi: ergo impoſſibile eſt quòd anno 1410. fundario No- 136
ſocomii confirmata fuiſſet per Regem Alfonſum. Simulachrum Divæ Virginis pariter confici non potuit virtute privilegii Regii, tum quia ad hoc non videbatur neceſſarium, nec aſſuetum, cùm facultas Regia ad confirmationem Confraternitatis, ne Collegium illicitum eſſet, tantum requireretur: Martinus enim Rex deceſſit, ut dixi die 31. Martii anni 1410. & cum de Regni ſucceſſione dubitaretur, inter regnum duravit ab eo die uſque ad 25. Junii 1412. quo ſucceſſor pronunciatus fuit Fer- 137
dinandus Primus, ut hiſtorici clare pronuntiant, atque adeo, vel confraternitas fuit confirmata à Martino, vel à Ferdinando, vel inſtituta eo anno 1416. quo jam Alfonſus Tertius patri ſucceſſerat à die ſecundo Aprilis. Quod certum eſt reſpectu hujus venerandæ effigiei, eſt, incertitudo artificis, originis ignorantia, initii obumbratio, materiæ ambiguitas, formæ ſingularis modus, ac mira ipſius ſimulachri compoſitio: quæ talia ſunt, ut licet peritiſſimi in arte pictores veram effigiem depingere toto tempore curarint, & adhuc curent, nequaquam ali- 138
quis eorum conſequi finem potuerit; nam licet hæc, vel illa in aliquibus aliquantulum aſſimiletur, nulla reperitur adæquatè ſimulachrum ipſum repræſentans. Ego enim vidiſſe atteſtor effigies ipſius confectas per Franciſcum, & Joannem Ribalta; Petrum Orente, Sariñena, Caſtañeda, Hieronymum de Eſpinoſa, Zamora & alios 139
plures inſignes in arte, ſed nullam aſſimilarii perfectè, quamvis totis viribus imitari procurarint. Hæc omnia aliquid ſupernaturale præ ſe ferunt, comprobata cum aliis, quæ ad approbationem Eccleſiæ ſpectant, ut in lucem edantur. Traditio communis ea eſt, quòd hoc ſimulachrum Beatæ Mariæ, ſicut & aliud Divi Michaëlis 140
Edetanæ collis Sororum, vulgò *Beatus de Liria*, condita miraculosè fuerunt; quod ſenſu percipitur, eſt ſimilitudo artifici, & materiæ: quod mente concipitur, pia cujuſque affectio ſignificet; nam incuria Majorum noſtrorum veram originem inter antiquitatis arcana evolutam reliquit. Bene verum credo, Imaginem hanc antiquiorem confraternitate ipſa eſſe, nam res de novo confectæ dicari ſolent jam in eſſe productis, non autem recenter factæ poſtea quærunt aliquid novum cui ſacrentur: ſicque quando confraternitas facta fuit ſub nomine Divæ Virginis *de los Deſamparados*, non fuit adinventum hoc attributum Dei genitricis, ſed jam ab antiquo ipſum obtinebat, aderatque hoc nomine effigies decorata. Id ipſum comprobat Privilegium memoratum coram me exhibitum poſt editionem hujus voluminis, in lite quam ducebat ipſa Confraternitas cum Capitulo Almæ ſedis ſuper forma conſtructionis Capellæ anno 1657. erat enim exaratum publica forma in membrana, & continebat confirmationem factam per D. R. Alphonſum Tertium alterius privilegii conceſſi per D. R. Ferdinandum ejus genitorum, in quo non de conficiendo ſimulachro tractabatur, ſed de concedenda facultate imponendi ſimulacrum jam factum, ſuper Cadaveribus humandorum ad nutum Confraternitatis: *Datum Barchinonæ dicta die* 5. *Octobris anni* 1416. ut videre licet in *actis dictæ litis.*

Hoc *Innocentium* Hoſpitium, ſive Noſocomium ad- 141
miniſtrabatur per decem Cives honoratos, qui per ſe ipſos eligebantur ex ditioribus Urbis, morum comitate probatis, atque puri ſanguinis, reputatione qualificatis:

quæ

quæ quidē continuata fuerunt uſque ad annum 1512. eo enim tempore cum in Urbe plura Noſocomia reperirentur, Capitulum Sedis, Urbiſque Rectores, ac decem illi Cives Deputati Hoſpitii infanorum, de erectione No-
142 ſocomii generalis agere cœperunt. Neceſſitas urgebat, eo quòd plures languentes peribant, dum diſceptabatur an ad hoc, vel illud ſpectaret curatio. Opponebatur difficultas ob jus patronatus; nam in unoquoque diverſum reperiebatur, diſtinctáque forma adminiſtrationis gubernabatur. Ne autem ex hac cauſa ingens res impedita maneret, delata fuit ad arbitrium quinque graviſſimorum Virorum, inſtrumentis per partes confectis penes Gaſparem Eximeno Urbis Secretarium, Ludovicum Collar, & Philippum Abella Notarios, die 23. Martii 1512. quibus acceſſit & Confratriæ B. Mariæ *de los Deſamparados*, conſenſus, inſtrumento confecto penes Ambroſium Dartés Notarium, die 26. eorundem. Viri delecti ad hoc fuerunt, Gaſpar Pertuſa Legum Doctor, atque ejuſdem Sedis Canonicus, Magiſter frater Bernardus Tienda Ordinis Minorum S. Franciſci, Magiſt. Fr. Gaſpar Eſteve, Magiſter Fr. Alfonſus de Caſtro, & Magiſt. Fr. Ludovicus Caſtellioli Ord. Prædicatorum, qui die 17.
143 Aprilis ſubſequentis arbitrarunt erigendum eſſe Noſocomium generale ſub invocatione Chriſti Domini, & Deiparæ, conſtruendum in eodem ſitu, quo Infanorum hoſpitium reperiebatur, & huic proventus cæterorum aggregandos unà cum Beneficiis, patronatibus, juribuſque univerſis, & ſingulis omnibus aliis quomodolibet
144 debitis, *vel* debendis, Quod quidem adminiſtrandum erat per quatuor Adminiſtratores ex eiſdem cœtibus eligendos annuatim, nempe unum ex Canonicis Capituli, duos ex urbicanis Juratis, quartúmque ex decem illis Deputatis. Ad hos enim ſumma adminiſtratio pertinet, domeſtica verò relicta illis decem Deputatis, qui annuatim ordine antiquitatis inter ipſos ſervato, Clavarii officium ſuſcipiunt. Quæ, & alia plura in eodem laudo, ſive ſententia arbitrali contenta, mandata executioni fuere, Leone Decimo confirmante cum Bulla *dat. Romæ* 11. *Kalend. Julii, anni* 1514. impetrata ad inſtantiam Regis
145 Catholici Ferdinandi, qui ſub protectione Regia ſuſceperat Noſocomium ipſum, omnia prædicta confirmando Regio privileg. dat. Lugrunii die 30. Septembris anno 1512. quod eſt *privil.* 37. *ejuſd. Regis Ferdin. II.* Poſtea pluribus indultis, privilegiis, gratiis, & conceſſionibus, tam à ſummis Antiſtitibus, quàm à noſtris piiſſimis Regibus ditatum reperitur, ut probat idem Doct. Laur. Martinez *in dict. diſcurſ. art.* 3. qui clarius cæteris hæc omnia tradit: & *articul.* 4. miram ipſius Noſocomii impenſarum largitionem annuam, prudentem rerum omnium diſpoſitionem; atque rectum regimen deſcribit: *articul.* 6. Jus patronatus ad favorem Urbis comprobat, & ad ipſam ſubventionem illius ſpectare fundat: quam concluſionem firmavit quinquaginta, & quinque ſubſcriptionibus graviſſimorum hujus Urbis virorum, ex Canonicis, Præpoſitis, Religioſis, atque ſæcularibus, tam Theologiæ, quàm utriuſque juris Doctoribus.
146 In hoc itaque Noſocomio ægroti mirificè curantur, aluntur, atque conſolantur, ex quocunque morbo laborantes, diſtributi variis in receptaculis, quæ *quadras* appellantur, ad inſtar Crucis elegantiſſimè fabricatis. Duo inferiora viris diſtinata ſunt; & ſuperiora fœminis, ſed ita diſpoſita, ut minimè communicari, nec adhuc ſe intueri poſſint. Primum, & præcipuum *febrium* nuncupatum eſt, in cujus primo angulo febre laborantes conſtituuntur: in ſecundo qui ultra febrim alio morbo afficiuntur: in tertio hi qui ſymptomate aggravato, agoni proximi reperiuntur: quartum autem convaleſcentibus deſtinatur. Secundum receptaculum laborantibus morbo Gallico eſt deſtinatum: ſeparatim ad ſudores unctioneſque perferendas locus paratus eſt, ſicut & ad curandos vulneratos receptaculum diſtinctum: pueris expoſitis recenter natis aula confecta cum nutricibus opportunis, ut convenienter lactentur, atque infanorum utriuſque ſexus habitacula convenienter diſpoſita, tam ut furore oppreſſi recondantur, quàm ut infania ſedata foveantur, & alantur cum opportunis officinis, cæteriſque rebus ad curationem omnium neceſſariis: in eo enim omnes lan- 147
guentes, vel naturales, vel advenæ, vel incolæ Urbis, vel Regni ſine diſcretione languoris admittuntur; & ut leproſi contagione non alios inficiant, extra Urbem ad Noſocomium Divi Lazari adducuntur in quo pariter de ſanitate eorum curatur. Et ne deficiat in Urbe celeberrima alicui aſylum, Orphani, qui alibi *pueri doctrina* nuncupantur, apud nos *infantes Divi Vincentii Ferrerii* (nam ipſa opus hoc charitativum fovebat) antiquitus juxta Cœnobium Divi Auguſtini doctrinabantur; ſed poſtea *Beguinorum* (ſic vocabantur pœnitentes ipſum Divum Vincentium ſequentes habitu diruto, & vili) Confratria deleta, opere cujuſdam Presbyteri in Æde Divi Bartholomæi Beneficiati anno 1540. vel circiter, ad domum
148 ipſius Confratriæ tranſlati fuerunt, & noviſſimè poſt expulſionem Maurorum, domus *puerorum Neophytorum* ipſis conceſſa, ex Regio reſcripto *dat. Matriti die 12. Martii* 1622. & illa Beguinorum data fratribus Diſcalceatis ſancti Auguſtini, quibus Neophytorum domus promiſſa fuerat: in ea enim educantur, & aluntur, uſquedum ætate convenienti provecti ad vitæ genus opportunum ſuſcipiendum decenter accommodentur, ut tradit Eſcolano *dict. lib. 5. cap. 21. n. 5. & 6.* Hæc enim hoſpitia generalia ſunt, ſed non per hoc omnino ab Urbe exterminata Noſocomia ſpecialia, nam ad Clericos ægrotos curandos, adeſt Noſocomium in Æde Confratriæ B. Mariæ de Sede: ad Scholaſticos curandos, non procul ab ipſa Univerſitate: ad piſcatores languentes ſuſcipiendos, Noſocomium *de en Bou* prope Urbis portam appellatam *de Ruçaſa*, ſed hæc (dempto ſcholarium) non de patronatu Urbis, ſed ſpecialiter ab aliis inſtituta.

Denique eſt ſub patronatu Urbis receptaculum fœ- 149
minarum, quæ vitam quæſtuariam duxere, & ad honeſtè vivendum converſæ ſunt. *Valet interdum converſis pro animæ ſalute mutatio loci, plerumque enim dum mutatur locus, mutatur & mentis affectus; congruum eſt enim inde etiam corporaliter avelli, ubi quiſque illecebris deſervivit: nam locus ubi quiſque prævè vixit, hoc in aſpectu mentis apponit, quod ſæpe ibi, vel cogitavit, vel geſſit.* Elegantiſſima verba ſancti Iſidori relata *in cap. valet* 9. *diſtinct.* 81. Si enim lupanaria tolerantur, proſtitutio permittitur, ne corrupta juventute meretricibus publicis deficientibus matronarum, & virginum pudicitia precacium libidine corrumpatur, ipſis mulierculis deperditis in Republica bene ordinata ſtatuendum erat aſylum, ad quod confugere poſſent, cum reſipiſcendi animus à turpitudinis via eas revocare contigerit. Ad hoc receptaculum conſtructum eſt, locus ſeparatus ab omni commercio domus pœnitentiæ, in qua moribus pravis depoſitis, honeſtis imbuantur. Hujus domus fundatio miraculoſa fuit, ut latiſſimè refert P. Fr. Joſephus de Jeſu & Maria Ordinis Diſcalceatorum Carmeli *in vita venerabilis fratris Franciſci de Puero Jeſu, cap.* 16. *& ſeqq.* Eſcolano *dict. lib. 5. capit. 12. per tot.* nam epidemiali morbo Provinciam vaſtante, ipſe Frater Franciſcus nomine Jeſu aſſeruit, quòd ſi domus ad recipiendas fœminas pœnitentes conſtrueretur, minimè epidemia in Urbem ingredi poſſet. Quod
150 evenitſe certiſſimum eſt, & ita domus conſtructa ſub invocatione Divi Gregorii: hæc duplici receptaculo continetur: ad dexteram Ædis ejuſdem ſancti Pontificis, adeſt domus pœnitentiæ, & approbationis, in qua converſæ recipiuntur, ibique virtutibus erudiuntur: ſi enim vitam ſæcularem elegerint, ut honeſtis viris nubant, ab Urbe, piiſque perſonis dotantur: ſi verò ad religioſum
151 ſtatum migrare decreverint, cum ſufficienter probatæ reperiuntur, ad Cœnobium Monialium ſub regula Divi Auguſtini transferuntur, quod adeſt ad

lævam ipsius Ædis. Hæc ab Urbe dotata domus splendidè per decem Deputatos, quatuor ex Ordine militari, & sex ex Civibus administratur; olim adinvicem rationes exigebant de administratis, sed noviter cautum est, ut coram Rationali Urbis rationes administrationis reddant. De quo vide Langlæum *semestrium lib.2.c.4.pag.mihi* 115.

152 In jure nostro duplex horum hospitiorum memoria reperitur. Prima, & vetustior *in privil.* 117. *R.Petri II.* in quo de *domo pœnitentiæ* Rex loquitur. Hanc institutam per Matrem Sorianam Tertii Ordinis Divi Francisci sororem anno 1345. sub patronatu Urbis, dixit Escolano *dict.cap.*12. *num.*1. sed labitur meo judicio; nam in *di-*

153 *cto privilegio* jurisdictio conceditur Bajulo generali: ob quod crederem potius eam esse illam domum pœnitentiæ, quæ postea fuit conversa in Cœnobium Monialium Ordinis sancti Augustini, sub invocatione Beatæ Mariæ de Misericordia, & noviter per Excellentissimum Antistitem, venerabilem undique, Don Joannem de Ribera reformatum, seu de novo institutum sub invocatione sanctarum Ursulæ, & undecim millium Virginum,

154 Monialibus sancti Augustini ex Discalceatis traditum, constitutionibus sanctæ Matris Theresiæ superadditis, sub Ordinarii Ecclesiastici jurisdictione: quod clarè percepi ex vetustissimis instrumentis illius Cœnobii, quæ ad manus meas devenerunt, dum causas ipsius Cœnobii patrocinabar, de quâ idem Escolano *eod. lib.5. cap.*11 *ad finem.* Secunda mentio reperitur *in privileg.* 39. *Reg.Alfonf.III.* qui de domo mulierum resipiscentium, vulgò

155 *les Repenedides*, loquitur; & hujus jurisdictio conceditur Juratis, ut dixi supra hoc eodem, *§.numer.3.& seqq.* Hæc enim est illa domus informis cum proventibus decentarum librarum, de qua dict. Pater Fr. Josephus à Jesu Maria dixit *ubi proximè*: quæ quidem percipienda, & distinguenda sunt ne confundantur; inspectis enim præfatis privilegiis; facilè differentia percipitur. Meminit etiam hujus domus *de les Repenedides*, privil.25. *Domini Regis Ferdinandi II.* medio quo, sub protectione Regia admittitur; ex quo, differentia, de qua agimus, confirma-

156 tur; nam si eadem domus esset cum illa *pœnitentiæ*, necessarium non erat, cùm *in dict.privil.*117. etiam sub Regia protectione admissa per Dominum Regem Petrum fuisset. Et licet in substantia ad eundem finem utraque tendebat, omni diligentia adhibita, quod percipere potui Codicibus pervetustis inspectis, est quòd illa domus *pœ-*

157 *nitentiæ* fuit condita, ut fœminæ ex honesta conditione, vel qualificata stirpe, fragilitate deceptæ, non verò publicè prostitutæ reconderentur; ad verò domus *resipiscentium*, ut fœminæ quæstuariam vitam exercentes, etiamsi in lupanario meretriciam vitam duxissent, ab ea discedentes reciperentur. Nostræ autem domus Divi Gregorii mentio expressa est in *for.* 61. *Cur. anni* 1604. nam per ipsum confirmata illius erectio reperitur.

158 Sed non abs re erit attingere dubium à fœmina quadam inclytæ progeniei mihi propositum, dum serenissima Regina, & Domina nostra ad portum Dianæ pervenit ann. 1649. Si enim ut diximus, verum est Venerabilem Fr.Franciscum de puero Jesu, nomine ipsius promisisse Urbis Rectoribus, quòd epidemia nullatenus Urbem invaderet, dum domus hæc foveretur, quo pacto anno 1647. hoc morbo laboravimus, eadem domo Di-

159 vi Gregorii permanente? De revelatione non disputo; tractent enim fabrilia fabri, eam certam suppono, ex traditis per P. Fr. Josephum *ubi supra.* De effectu pestis nequaquam hæsitari potest, nam adhuc recens est lamentabilis tragœdia, adhuc non genæ à lacrymis absterſæ. At ego responsum præbui in Deo esse voluntates conditionatas, ut ex communi Theologorum sententia probat doctissimè noster consummatissimus

160 Præpositus Doctor Melchior Fuster *de volunt. Dei disput.4.capit.1. punct.1. num.* 532. *& seqq.* unde & decreta conditionata in eo, quia voluntates illæ efficaces sunt. Promissio de non grassanda peste in Urbe, sub conditione si domus ipsa conservaretur concepta fuit, ut legenti chirographum promissionis patebit. Sed dices, in quo defecit conditionis adimplementum? nam domus Divi Gregorii adhuc permanet, & conservatur, imò tunc ampliata noviter erat. Proh dolor! in ipsa ampliatione 161
conditio deficit, non Rectorum Urbis culpa, sed artificum libidine ipsius domus approbationis situm profanantium. Crimen hoc impunitum evasit: hæc causa meo judicio est, nam conservatio domus non sumenda est materialiter, sed formaliter. Quibus accessit, quòd chirographum promissionis amissum ferebatur, quod quidem futurum exitium significabat.

Omnia hæc visitantur Domini Regis jussu quando 162
res expostulat, de ejus enim commissione Illustrissimus Præsul Don Joannes à Ribera Academiam visitavit anno 1596. patet *in lib.4.epist.Urbis, pag.*184. Præpositura pariter ex epistola *dat.Burg.die* 17. *Augusti* 1605. *registrat.lib.7. epistol.urbis, fol.*25. & Nosocomii generalis, *dat.Matriti die* 14. *Februarii* 1607. fuit enim nominatus Honoratus Figuerola Canonicus almæ Sedis, cum Assessore, Fiscali, & cæteris Administris: nam cum jus patronatus laicalis sit, ideo à Principe fieri posse non est ambigendum. Sed de his satis; nam alia me expectant, quæ explicatione egent.

§. IV.

De officio Rationalis, Syndicorum, & Ædilis, ad c. 3. in princip. actor. Cur. Brachii Regal. anni 1552. *cum aliis juribus.*

TEXTUS.

PHILIPPUS PRINCEPS PRO Carolo V. Imperatore, & Rege, anno 1552. Montisoni.

ITem Com les rendes dels derets de la Ciutat de Valencia, sien *quodammodo* aliments de los de la dita Ciutat, y per conseguent no comporten dilacio en la exaccio, y coneixença de aquelles, y per esta causa se ha introduit lo ofici de Racional: lo qual es Jutge en totes les causes de la ciutat de Valencia, *tam in agendo, quam in defendendo*, y no sols dels deutors de la dita Ciutat, mas encara dels deutors dels deutors: com en aço los glorioſos Reys passats, y sa Magestat hajen igualat lo dit ofici al privilegi fiscal.

SVMMARIA.

1 *Rationalis officium simile officio Quæstoris.*
2 *Rationalis præcipua cura quæ sit.*
3 *Rationalis jurisdictio circa quæ versetur.*
4 *Rationalis privativè cognoscit de debitoribus Urbis.*
5 *Rationalis dat Judices appellationis, & cognoscit de debitore debitoris.*
6 *Rationalis animadvertit in eos, qui dolosè rationem rerum urbanarum reddunt.*
7 *Rationalis olim exigebat rationes ab Administratoribus Nosocomiorum, domus mulierum resipiscentium, & virorum pœnitentium; quod hodie solum procedit quoad domum Sancti Gregorii.*
8 *Rationalis rationes exigit à petentibus eleemosynas pro redemptione Captivorum.*
9 *Rationalis præcedit de consilio Advocatorum Urbis, & habet aulam in Archivio.*
10 *Rationalis potest compellere lanienas, quòd solvant conductori macelli id quod debent.*
11 *Rationalis potest coercere eos qui cum Juratis irreverenter*

ter se gerunt.
12 *Rationalis officii constitutio.*
13 *Rationalis electio antiqua, & nova.*
14 *Rationalatus à principio perpetuus, postea factus fuit triennalis.*
15 *Rationalatus prorogari à Principe potest.*
16 *Rationalatus prorogatio non est interdicta per privilegia infaculationis.*
17 *Rationalatus tempore impedimenti, vel vacantis, commendari debet Jurato Primario Civium.*
Dispositio l. meminisse, ff. de offic. Proconsulis, *non est admissa in officio Rationalis, ibid.*
18 *Finito officio Jurati cessat commendatio Rationalis.*
19 *Lapsus triennii vacationis non militat in Jurato, cui commendatur officium Rationalis.*
Decisio Senatus, ibid.
20 *Officium expirat si tempus ad quod fit electio, transeat durante lite.*
21 *Salarium debetur electo, ab alio collitigante, si obtinuerit ipse electus.*
22 *Syndici constitutio à principio perpetua.*
23 *Syndicatus divisio tempore quo effectus fuit triennalis.*
24 *Syndicorum unus cameralis, alius rationalatus, & uniuscujusque potestas.*
25 *Syndici licet eligantur ex Civibus, si durante syndicatu obtineant militiam, non amittunt officium.*
26 *Syndicorum potestas pendet à mandato Concilii generalis.*
Syndici interventus, & suffragium cum Juratis, ibid.
27 *Syndici quibus solemnitatibus eligantur, remissivè.*
28 *Syndicus Valentiæ accusando non se subscribit ad pœnam talionis.*
29 *Accusator subscribere tenetur ad pœnã talionis ex foro.*
30 *Contrarium observatur ex generali consuetudine.*
31 *Apud nos non est usu recepta talis consuetudo; nam à foro requiritur subscriptio.*
32 *Accusatio nulla est sine subscriptione: cum decisione Senatus.*
33 *Universitas accusare per Syndicos possunt.*
34 *Syndici nomine proprio accusant ad utilitatem universitatis.*
Tutor pari modo accusat ad utilitatem pupilli, ibid.
35 *Syndicus Urbis nomine universitatis subscribit ad pœnam talionis; & quamvis subscriptio nulla sit, accusatio sustinetur.*
36 *Immemorialis consuetudo tollit dispositionem fori, aut legis.*
37 *Decisio Senatus.*
38 *Consuetudo centenaria equivalet immemorabili.*
39 *Ædilis officium quod sit.*
Ædilis officium antiquitus Almudaçaf *vocabatur, nunc verò* Mustaçaf, *ibid.*
40 *Ædilis Urbis an sit Ædilis cerealis.*
41 *Milites non compelluntur admittere officium Ædilis.*
42 Forus 28. *versic.* Entenem, *de* Curia, & Bajulo, *explicatur.*
43 *Tertulliani locus difficilis explicatur.*
44 *Tacens consentire videtur.*
Ædilis cognoscit summarissimè, ibid.
45 *Loca Ædilem metuentia quæ sint.*
46 *Ædilis in foro piscium venalium, quæ possit.*

1 VErba textus narrativa sunt illius capitis, sicque non habent vim legis, nisi in quantum ab aliis juribus probata reperiuntur; quod qualiter sit? ex dicendis clarè apparebit, Rationalis officium idem esse, ac Quæstoris Urbis, tradit dominus Leon *decis.* 29. *num.* 12. *tom.* 1. & benè; nam teste Feneſtella *de Magistratib. Romanor. cap.* 3. Rosin. *de antiquitat. lib.* 7. *cap.* 22. Alexand. ab Alexand. *dier. genial. lib.* 2. *cap.* 2. Quæstoris munus erat vectigalia exigere, stipendia præbere, singulaque accepta, expensaque, rationibus inferre, omniúmque rerum, pecuniarúmque notas, & illustres rationes dare: Quæ omnia bene adaptantur cum officio Rationalis Urbis: nam ipse rationes defert, & dispungit, expensarum, vectigalium, administrationum, & cunctorum negotiorum Urbis, *argument. for. unic. in extravag. que los Jurats, Racional, &c. fol.* 72. & in textu dicitur: obtinet interventum in cœtu, & deliberationibus Juratorum, *foro* 41. §. *en adins, de Cur. & Bajul. for.* 113. *Curiar. anni* 1585. dominus Leon. *dict. decis.* 29. *num.* 3. licet suffragium illius, & Syndici non operentur, nisi concurrant cum quatuor Juratis, præterquam in rebus Academiæ, ubi omnium istorum cum Advocatis ordinariis, & Scriba, suffragia æqualis ponderis sunt. 2

Habet etiam Rationalis jurisdictionem ingentem ad exigenda debita Urbis, etiam in causis oppositionum, quæ in executionibus rerum urbanarum per Tertios suscitantur, *for.* 106. *de jurisdict. omnium. judic. privileg.* 18. & 37. *Domini Regis Alfonsi III. privil.* 18. *Domini Reg. Ferdinandi II.* & in debitis murorum, & vallorum, ut *infrà* dicam, & hoc privativè quoad alios Judices, etiamsi debitor sit vidua, pupillus, aut miserabilis persona, ut in eisdem juribus cavetur. Delegat Judices in causis appellationum, sive propriùs nominat Assessores ex Advocatis Urbis, qui nomine ipsius judicant, & cognoscit de debitore debitoris ipsius Urbis, ut *in dict. privil.* 18. *Domini Reg. Ferdinandi II.* traditur; etiamsi debitor sit numero monetariorum addictus, *for. in c.* 5. *in extravag. que los moneders, fol.* 16. tradunt dominus Leon *ubi supra*, dominus Thomas Cerdan *in arbor. jurisdict. verf. El Racional*, Taraçona *lib.* 1. *instit. foral. tit. del offici de Jurats* 9. §. *lo Racional*, Pater Mandariaga *de senat. & princ. cap.* 40. *verf. son ayudados.* & pluribus in casibus jurisdictio illius est ampliata, ut potius explicata in privilegiis privatis, quæ non reperiuntur in *corpore privilegiorum*, sed ab Urbe impetrata, & in privato *Codice* compilata, nuncupato *privilegiorum Rationalis*, nempe, ut possit animadvertere in eos, qui dolosè rationes rerum urbanarũ reddent eisdem pœnis, quibus animadvertit Magister Rationum Regiæ Curiæ, ex concessione Domini Regis Alfonsi III. *dat. Cæsaraugustæ die* 25. *Januarii* 1425. Poterat antiquitus exigere rationes ab administratoribus Nosocomiorum, domus mulierum inhonestarum resipiscentium, atque virorum pœnitentium, olim nuncupatorum *Beguins*, ex privilegio Dominæ Reginæ Mariæ, *dat Valentiæ die* 26. *Januarii* 1445. quod hodie non procedit, eo quòd Nosocomia in unum redacta formam specialem administrationis obtinuerunt, ut dixi *hoc cap.* §. 3. *sect.* 2. *à num.* 124. & Confraternitas *dels Beguins* extincta fuit; sed quoad domum illarum fœminarum confirmatum est, ex privilegio novæ infaculationis, & executioni mandatum. Potest etiam exigere rationes à colligentibus eleemosynam pro redemptione Captivorum, ex privilegio Regis Joann. II. *dat Valentiæ, die* 13. *Junii* 1446. in quibus omnibus procedit quoad actus judiciales de consilio Advocatorum Urbis, quos Assessores destinatos habet per privilegium ejusdem Regis, *dat. Barchinonæ, die* 16. *Aprilis* 1478. quoad dispunctionem computorum, seu supputationum, per adjutores, quos habet peritos in arithmetica. Potest etiam compellere laniones, & cæteros ad quos spectat, quòd solvant conductoribus macelli (si adsint) ea, quæ ab ipsis debentur, privilegio Domini Regis Ferdinandi II. *dat. Taraçonæ die* 8. *Maii* 1484. & coercere quoscunque cum Juratis irreverenter se gerentes, aut dicto, aut facto, privilegio ejusdem Regis, *dat. Montisoni die* 2. *Augusti* 1510. & plura alia hujus generis in *dicto libro privilegiorum* latiùs exarata. 3 4 5 6 7 8 9 10 11

De origine hujus Magistratus nil per *foros*, aut Auctores nostros scriptum reperio. Mentio enim antiquior ejusdem officii in nostro jure est in *dicto privilegio* 18. *Domini Regis Alfonsi III.* expedito *anno* 1438. & in illo 12

codice privato, in dicto privilegio ejusdem Regis, diei 25. Julii 1425. & cum hoc privilegium reperiatur registratum in *codice fol.*1. non inepte inferri potest, tunc temporis institutum fuisse, sicque centesimo, & octogesimo
13 quinto anno post expugnationem Urbis. Antiquitus electio fieri solebat per Concilium generale, ut deprompitur ex aliquibus rescriptis Regiis antiquioribus; & ex tradi-
14 tis per Vitrianam 4. *par. Chron. Valent. fol. mihi* 84. eratque tunc perpetuum, sed postea factum fuit triennale, & Domino Regi electio reservata, *for. unic. in extravag. que los oficis de Racional, fol.*72. sed intellectum ita fuit, ut per hanc dispositionem minimè tolleretur potestas Principis, ut posset confirmare in officio quoties expedire videbatur, ut declaratum fuit Regio rescripto, *datis Barchinon, die* 26. *Julii* 1538. *registratum in* 3. *lib. epistol. Urbis,*
15 *fol.*64. & alio Regio rescripto, *dat. Matriti, die* 19. *Januarii* 1540. qua potestate functus fuit Dominus Rex confirmando per aliud triennium Joannem Garcia in officio Rationalis, quod obtinebat, & in pluribus aliis, ut in Hieronymo Bayarri, Hieronymo Laurentio Climent
+ avunculo meo carissimo (cujus laudes non cum erubescentia proponere debeo, nam dominus Leon *decis.* 29. *numer.*10. *ad fin.* satis illius animi dotes commendat) ac in pluribus aliis. Quam potestatem Regis minimè sublatam invenio per privilegia insaculationis: ob quod eo-
16 dem pacto, quo actus Curiæ *dict. extravagantis* explicatus fuit, eo pacto idem dicendum arbitror post concessiones insaculationis. Quod comprobatur ex eo, quòd Gaspar Zapata fuit confirmatus simul cum Matheo Moliner, & Josepho Perez Roca Syndicis, ad aliud triennium per Dominum Regem anno 1645. quorum isti duo in officiis continuarunt; alius verò, quia in commendam officium obtinebat tempore confirmationis, quando finivit annus Jurati, continuare non potuit; & cum acriter disceptaretur, an qui non obtinet officium proprietariè, confirmari possit? lis duravit usque ad finem triennii, & sic diffinitum confirmationem expiravisse, ut statim dicam.

17 De electione dixi §.1. *hujus capitis, num.*20. sed si ipse impediatur, vel officium expiraverit triennio finito (eo quòd dispositio *l. meminisse, ff. de offic. Proconsul.* non est usu recepta hoc in casu) officium in commendam traditur Jurato primario Civium, ex Regio rescripto *dat. Matriti die* 24. *Februarii* 1591. *registrato in lib.* 5. *epistol.*
18 *Urbis, fol.*186. sed finito officio Jurati, expirat commenda, ut fuit declaratum contra Petrum Miravet, Regio rescripto *dat. Vallisoleti die* 21. *Decembris* 1604. & praxi deductum cum prædicto Gaspare Zapata. Et quamquam in eo qui officium obtinuit, spectandus sit alterius triennii lapsus, ut iterum possit obtinere, ut dicam §.8. *num.*14. quando officium traditur in commendam, hæc dispositio non procedit; nam etiamsi duo officia incomparibilia essent, posset utique unus obtinere ambo, unum in titulum, aliud in commendam, *cap. qui plures,* 21. *quæst.*1. *not.* Panormitanus *in cap. extirpanda,* §. *qui verò,*
19 *numer.*27. *de prabend.* Puteus *decis.* 335. *num.*5. Oldradus *cons.*179. aliis relatis, Cancer. *variar. lib.*3. *capit.*8. *num.*74. Mastril. *de Magistratibus, lib.*2. *cap.*11. *num.*24. & sic definitum per Senatum fuit in favorem ejusdem Gasparis Zapata, sententia publicata per Felicem Moncò R.M.S. *die* 12. *Octobris* 1643. sub examine Nobilis domini Don Cosmæ Gombau. Sed nota, quòd si durante lite finitur tempus officii, excluſus ab eo ma-
20 net, nam tempus litis computatur in anno; ut probant Vincentius de Franq. *decisione* 419. & ibi Addent. Mastril. *de Magistrat. lib.*1. *capit.*21. *numer.*90. *& capit.* 23. *numer.*56. Fontanella, Salgado, Valasco, & Cavedo, quos laudat, & sequitur Don Franciſc. Amaya *in l.*2. *numer.*15. *C. de Decur. lib.*10. Capicius Latro *tom.* 1. *consil.* 41. *numer.*74. & 75. Don Petr. Noguerol. *allegat.*33. *numer.*65. Anton. Perez *in prælect. ad tit. C. quando ad modum civil. muner. indicantur, lib.* 10. *numer.* 7. dominus Don Petr. Sanz *in ſuis observation. lit E, observ.* 12. *in fin.* Præpositus Morlà *in allegat. pro Syndico Urbis in Ludovicum Montaña, numer.* 13. & ita definivit Senatus ſub examine ſubtiliſſimi domini Joannis Arquez Jover *die* 13. *Auguſti* 1649. quæ ſub cenſura illuſtriſſimi domini Vicecancellarii confirmata fuit in Sacro Supremo Aragonum Concilio, ſententia *diei* 11. *Maii* 1650. Benè ve- 21
rum eſt, quòd ſi annus integer, ſeu triennium tranſeat, & non exercuerit, datur actio contra impedientem, ſi obtinere electus debebat. Franch. *deciſ.* 409. & 451. Valaſcus *deciſ.* 155. Fontanella *clauſ.*4. *gloſſ.* 10. *par.* 1. *numer.*105. Joan. Mar. Novar. *in collect. ad prag. Reg. Neapol. tit. de trigeſ. & ſalar. official. collect.* 1. *n.*17. Dominus don Petrus Sanz *ubi prox.* Quoad exactiones debitorum Civitatis, & an obtineat jura fiſcalia, cùm debita Urbis æquiparata in omnibus reperiantur debitis Generalitatis, videnda ſunt quæ dixi *c.*3. §.4. *per tot.* ubi exactè materia explicata eſt.

Syndicus olim unus erat, perpetuabatúrque hoc of- 22
ficium in una familia, ſed ex *eodem for. in cap. unic. extravag. que los officis de Rational, y Sindichs, fol.*72. factum fuit triennale: at hoc non fuit executioni deductum uſque ad mortem Petri Daſio, in cujus familia, per plura ſæcula radicatum extiterat. Eo defuncto, ex Regio 23
reſcripto, datis in oppido Dianæ, ſive Denia *die* 6. *Auguſti* 1599. duo Syndici facti fuerunt, quod executioni deductuctum fuit in Concilio generali Urbis celebrato *die* 4. *Novembris ejuſdem anni.* Primus enim vocatur *Cameralis,* quia in Aula Juratorum verſatur, quæ appellari *Camera ſecreti* ſolet, cui deſignatæ fuerunt bis centum libræ pro ſalario, ſimul cum jure propinarum Academiæ Valentinæ, habetque ſuffragium in deliberationi- 24
bus, ut dixi: qui quidem aſſimilatur Tribuno plebis, nam populi defenſor eſt, Concilii generalis ſuffragia capit, in Conciliis cum Juratis intervenit, populum repræſentat, habetque poteſtatem contrahendi nomine Univerſitatis, atque interveniendi in quacumque cauſa eodem nomine extra Curiam Rationalis, & cætera agendi quæ ad univerſum populum ſpectant, ut probat Fontanel. *de pact. clauſ.*4. *gloſſ.*10. *p.*1. *n.*2. Loſæus *de jur. Univerſit. p.*2. *c.*1. *n.*12. Auguſt. Caput. *de reg. Reip. cap.*7. *per tot.* Explicant naturam officii Tribuni, Feneſtel. *de Magiſt. Roman. cap.*10. Pompon Lætus *c. de Tribuno plebis,* Carol. Sigon. *de antiq. jur. Roman. lib.*1. *c.*20. (qui *ad finem* notat, Tribunum plebis Magiſtratum non eſſe, quia ex cella curuli ut Magiſtratus jus non reddebat,) Roſinus *lib.*7. *antiquit. cap.*23. Bulenger. *de Imper. Rom. lib.*5. *c.*42. Ex quibus deprompitur, quòd cum aliqua impro- 25
prietate ei convenit hoc munus, originem autem Tribunitiæ poteſtatis, quoniam ab ipſis Doctoribus traditur, non eſt neceſſe ut tranſcribamus. Alius verò Rationæ latus appellatur, cui incumbit coram Rationali inſtantias ad exigenda debita Urbis facere, debitores perſequi, atque pro Civitate in rebus Generalitatis intervenire, ut dixi *cap.*3. §.1. *num.* 79. *& ſeqq.* Huic ſimile ſalarium conſtitutum fuit, ſimul cum quinquaginta liberis pro defenſione, & exactione proventuum Præpoſituræ taxatis, atque jure exigendo in gradu maris ratione ſtorearum quæ commodantur, ut grana è navibus extracta in littore apponantur; quod ſtatutum fuit ex Regio reſcripto in dicto Concilio generali *die* 4. *Novembris* 1599. Notat hanc differentiam dominus Leon *dict. deciſ.* 29. *in princip. & in cap.*4. *privileg. prima inſacular. & in cap.* 6. 26
ſecund. inſacular. etiam habetur: et quamvis iſti Syndici eligi debent ex Civibus, ſi durante ſyndicatu ad militiam aliquis promoveatur, non per hoc amittet munus, ut declaratum fuit per Juratos Urbis de conſilio Advocatorum, & confirmatum per Principem Regio reſcripto, *dat. Matriti die* 3. *Februarii* 1594. ad favorem Petri Daſio, quod quidem reſcriptum regiſtratum extat *in libro quinto, epiſtolar. Urbis, pag.*204. Et ratio eſt, nam non reperitur *forus,* aut aliquod jus,

quo

quo caveatur, quòd Syndicus debeat esse ex Civibus: quamvis enim ex Civibus eligi debeat, non inde sequitur, quòd si cingulum militiæ obtinuerit, incapax continuandi fiat quod, secus est in Justitia, Juratis, & Ædili: nam quoad hunc, & Justitiam, alternativa clarè concepta est in *foris*; quoad Juratos verò clarè dispositum est, quòd duo Milites sint quatuor verò ex Civibus, ut dixi §. 1. *n.* 17. *& seqq.* quod definitum per Senatum fuit in causa Francisci Perellò domini de Benifaraix, qui dum Juratus ex Civibus erat, cingulum militiæ obtinuit, ob quod exclusus fuit ab ipsis Juratis de consilio Advocatorum: sed eo reclamante, in Senatu fuit pronuntiatum, quòd ex eo, quòd non obtinuit expeditionem tituli, nondum ex cœtu militari erat, & sic Civis remanebat. Et quod amplius est, dum ipse Petrus Dasio fuit Syndicus, post adeptam militiam interventum habuit in Brachio Regali, & nominatus fuit Electus illius, ut fuit definitum Regio rescripto, *dat Matriti die* 8. *Octobris* 1598. *registrato in lib.* 6. *epistol. Urbis, fol.* 79. Et ratio est, nam tunc non inspicitur persona, sed officium, ut in Jurato Milite, vel in Locumtenente Montesiæ; nam isti, inspecta persona, sunt de statu militari; attamen inspecto officio, vel dignitate, sunt de statu Regali, vel Ecclesiastico respectivè. At cum potestas horum Syndicorum tribuatur ab ipso Concilio generali, in instrumento constitutionis eorum, quæ in quocunque diversimodè concipi potest (licet à communiter contingentibus una sit) ibi petenda est; sunt enim adinvicem substituti inter se, sed Cameralis loco, & prærogativa alteri præfertur.

27 Solemnitates à jure requisitæ ad Syndici legitimam constitutionem, tradit Losæus *de jur. univers. dict. cap.* 1. *num.* 12, in quo tractatu plura de Syndico, ipsius potestate, atque dignitate reperies. Sed apud nos certa forma data est *in privilegio insaculationis*, ut dixi *dict.* §. 1. *n.* 23. quare non repeto, nec Doctorum tradita de Syndico

28 quia præ manibus habentur. Solum de Syndico nostræ Urbis tradendum est, consuetudine immemoriali quæsitum habere privilegium speciale, ne subscribatur nomine proprio ad pœnam talionis, quoties criminaliter accusat nomine Universitatis.

29 Ad cujus rei explicationem observandum est, quod de jure accusator tenetur se subscribere ad pœnam talionis, ex latè deductis per Farin. *quæst.* 16. *num.* 1. Caballum *caf.* 166. *num.* 1. *& seqq.* Sebastian. Guazzin. *ad defens. reorum, lib.* 1. *defens.* 3. *cap.* 13 *num.* 1. *& seq.* Scacciam *de judiciis civil. & crimin. lib.* 1 *cap.* 51. qui plures, & plura tradunt. Quod intelligendum est de jure duodecim tabularum, ut notat Parladorius *rerum quotidianar. part.* 2. *differen.* 139. *num.* 2. & licet prædicti Doctores cum pluribus aliis testentur, quòd de generali consuetu-

30 dine non est necessaria hæc subscriptio: tamen apud nos ex 3. *&* 4. *de accusat.* accusator tenetur se subscribere sub nullitatis judicii decreto, ut *in dict. for.* 4. *& for.* 5. *de accusat.* cavetur, ita ut Judex cogatur decidere in sententia, an pœna talionis actor condemnandus veniat, vel non (quod intelligo si absolutoria sit; cum in condemnatoria, dispositio non procedat, quia pœna talionis non tenet:) sub pœna amissionis salarii, & solvendi ex-

31 pensas. Quæ *dispositio in viridi observantia* est; nam accusatio sine subscriptione nulla declaratur. Sic Senatus, me referente, sententia publicata per Gasparem Mascardo R. M. Scribam, *die* 4. *Martii* 1651. in favorem Francisci Serra rei accusati, & contra Raymundum Gotaredonda accusatorem, cujus causæ actuarius fuit Jacobus

32 Almenara Benaverre Not.

33 Universitates accusare possunt per Syndicos, ut latè probant ex multis Farin. *quæst.* 12. *num.* 51. Guazzin. *dict. defens.* 3. *cap.* 8. *n.* 6. & cum nostro jure requiratur præcisè subscriptio ad pœnam talionis, quam Universitates facere non possunt, ut omnes *Doctores* tenent, ideo Syndici non accusant nomine universitatis, ut communiter *Doctores* docent, & testantur Clarus *lib.* 5. *recept. sententiæ*, §. *fin. quæst.* 14 *num.* 24. Farin. *dict. quæst.* 12 *num.* 52. Sicut enim tutor, vel curator non potest tutorio nomine accusare, sed nomine proprio ad utilitatem pupilli, Anan. *in capit.* 2. *numer.* 2. *extra. de calumniator.* Clarus, & Farinac. *ubi prox.* Cum enim necessariò requiratur, quòd accusator subscribat ad pœnam talionis, & nemo possit alieno nomine subscribere, ac pœnæ subjici, ideo ad accusandum alieno nomine, nemo admitti debet, aut potest. 34

Quibus positis, privilegium usu quæsitum Syndico 35
nostræ Urbis est, ut nomine proprio non accuset, sicut cæteri Syndici accusant, nec subscribat ad pœnam talionis, sed absolutè nomine Civitatis accusando subscribat; & licet hæc subscriptio nullius momenti sit, cum universitas non subiiciatur pœnæ, neque corpus sit aptum ad eam sustinendam (loquor de pœna corporali) tamen accusatio valet: nam ut tradunt Farinac. *d. quæst.* 16. 36
num. 1. Cabal *dict. caf.* 166 *num.* 1. & Guazzin. *dict. c.* 13. *n.* 1. de consuetudine, subscribendi solemnitas tollitur: & quamquam hæc contra *foros* inducta videatur, tamen cum immemorialis sit, attendenda est; Anguian. *de legib. lib.* 2. *controvers.* 1. *num.* 37. *cum seqq.* Salgado *de Reg. protect. part.* 1. *cap.* 1. *num.* 120. *cum plur. sequentibus* Curtellus *decis. seu orat.* 20. *num.* 11. *&* 91. *cum seqq.* & *de immunit. lib.* 3. *quæst.* 5. *per tot.* præcipuè *num.* 6. *&* 8. Don Joannes Castillo *de Tertiis, cap.* 3. *per tot.* Fontanella *decis.* 117 *n.* 18. & *de pactis claus.* 4. *glos.* 17. *n.* 30. Cancer. *variar. lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 42. Larrea *allegat. fisc.* 8 *n.* 19. dominus Don Petrus Sanz *in consultat. pro jurisdictione Ordinis Montesiæ, in Syndicum de Benesal, vers.* Y aunque le parece, *fol.* 2. *in not. lit. A. & B.* Solarçano *de jur. Indiar. to.* 2. *lib.* 3. *c.* 20. *n.* 20. *& seq.* etiam in criminalibus, Clar. *d. §. fin. q.* 64. *n.* 19. 39. *& passim.* Faber *in C. lib.* 9. *tit.* 21. *diff.* 13. *n.* 6. P. Castro Palao *tom.* 2. *Theol. moral. tract.* 13. *disput.* 3. *punct.* 4. §. 2. *per tot.* præcipuè *n.* 5. pluribus Barbos. *in collect. ad cap. super quibusdam, de verbor. signif. n.* 3. *& seqq.* Et sic decisum fuit per Senatum in causa Petri Nigrisol, qui anno 1647. condemnatus fuit ad pœnam capitalem in Curia Justitiæ in criminalibus Urbis, quæ confirmata fuit referente Nobili domino Don Braulio Esteve. In causa appellationis inter alia deductum fuit, sententiam Judicis à quo nulliter latam fuisse defectu subscriptionis; Syndicus in comprobationem privilegii edidit plu- 37
rium causarum acta, ex quibus resultabat consuetudo septuaginta annorum, & amplius, & cum Senatus adhuc hæsitaret, cum Fisci patroni munus tunc gererem, & crimen falsi, de quo imputabatur, pessimum sit, quòd Syndicus non probavit, consecutus fui, consuetudinem plusquam centenariam (quod labore non caruit) probando: & cum centenaria immemoriali æquiparetur, Faber *in C. lib.* 7. *tit.* 13. *diffin.* 2. *& seqq.* Gratian. *discept. tom.* 1. *cap.* 2. *num.* 23. *& seqq.* Gaspar. Ant. Thesaur. *quæst. foren. cap.* 27. *lib.* 2. Castillo *de Tertiis, cap.* 24. *num.* 1. *& cap.* 26 *num.* 68. Mari. Curtell. *decis. seu orat.* 1. *n.* 9. *& decis.* 20. *num.* 91. Fontanel. *decis.* 217. *n.* 19. dominus Don Petr. Sanz *ubi sup. in not. lit. G.* & sufficiens sit ad inducendum jus, etiam in his quæ supremo Principi reservantur, Xamar. *de offic. Jud. & Advocat. part.* 1. *quæst.* 15. *dub.* 79. qui alios laudat, ideo Senatus judicavit pro Fisco, & Syndico, sententiam confirmando, non obstante *foro*; quia consuetudini magni vis tribuitur, etiam contra leges quas immutat, interpretatur, & abrogat; ut Doctores superius laudati tradunt, & ita docet Fontanella *decis.* 254. *num.* 12. *tom.* 1. *& decis.* 305. *num.* 9. *&* 10. ubi plures, *& decis.* 586 *n.* 17 *tom.* 2. præsertim cum hæc habeat eas qualitates, ut potius immemoriales dicenda sit: Fontanella *dict. decis.* 305. *n.* 18. *&* 19. *& decis.* 539. *n.* 17. *&* 18.

Ædilis officium apud nos abusivè, nunc *Mustaçaf* vo- 39
catur, nam à principio *Almudaçaf* vocabatur, *for.* 1. 4. *&* 8. *de offic. demuf.* Quod nomen ab Aragonia potius, quàm à Cathalonia nobis mutuatum fuit, quia Scise

de

de inhibitionib. cap.5.§.9. numer. 72. *Almudaçafos* Ædiles appellat. Apud Beticos dicitur, *Fiel executor*, aut *Almotacen*, ex deductis per Sebast.Covarruvias,*in Thesaur. ling. Castel. verb. Almotacen, & verb.Fiel executor.* Bobadill.*lib.*3.*cap.*8.*n.*135.Solorçano *de jur. Indiar.lib.*4. *c.*1.*num.*20.*tom.*2.*& in politic.lib.*5.*cap.*1.*verf. Si bien.* P. Joannes Mandariaga *dict.c.*4.*verf.el Muſtaçaf*,Dominus Cerdan *in arbor. juriſdict.verb. Almutacen*,& in *notis lit. F.* Taraçona *inſtit. foral. lib.* 1. *tit.* 10. *per tot.* Dominus Leon *deciſ.*9. *num.*189.*tom.*3.Fontanel.*deciſ.*310.*num.*4. *tom.* 2. Quod quidem officium convenire cum officio Ædilis,tradunt Solorçano, & dominus Leon *ubi proxim.* quibus convenit Lexicon Ælii Antonii Nebriſenſis à Latino in Catalaunum ſermonem,*verb. Ædilis*,Fontanell. *dict. deciſ.* 310. *num.*4. ſed quia Solorçano *ibidem*, ait eſſe Ædilem Cerealem; notandum eſt, apud nos minimè verificari; nam Ædiles Cereales de annona tantum curabant Romæ, teſte Feneſtella *de Magiſtratib. Romanor.cap.*13.ibi: *Sed duos tandem Ædiles creatos à Julio Cæſare,qui quoniam frumento præeſſent,Cereales appellati ſunt*, tradunt Alexand. ab Alexand. *lib.*4. *dier. genial.cap.*4.*in princ.* Sigonius *dict. lib.*1. *cap.* 20. Roſinus *dict.lib.*7.*cap.*25. *in fin.l. ideo condemnatus*, ubi Gloſſ. *ff. de compenſat.* ibi:*Quod actionem annonæ ædilitatis tempore præbuit.* Apud nos autem,cum ubertatis annonæ, & copiæ cibariorum cura ad Juratos pertineat,Ædilis cerealis noſter *Muſtaçaf* eſſe non poteſt.

40 Quare non abs re erit dicere, quòd noſter *Maſtaçaf* gerit officium Ædilis plebis, de quo in *l.* 2. §. *Itemque ut eſſent*, *ff. de origin. juris*, licet non omnibus quæ ab *Alexandro*,& aliis plebis Ædilibus tribuuntur, apud nos Ædilis fruatur. At plura ad eum pertinent ex eis quæ tunc ad Ædilem plebis pertinebant:curat enim de rebus in foro venalibus,ædibus, publiciſque viis, de ſervitutibus ædificiorum,ſive prædiorum urbanorum, de pondere,atque menſura,de fraudibus patratis, tam in hoc, quàm in qualitate rerum venialium,ne adulterinæ, aut corruptæ veneant, de aſſignandis locis vendentibus in foro,& ſic ſimilibus:*dict. l.* 2. §. *itemque ut eſſent*, *ff. de origin. jur. l. Ædiles,ff.de via publica,l.lectos,ff. de pericul.& commod.rei vendit.l.item quæritur,*§.*ſi quis menſuras, ff.locati for.*4.*& ſeqq.de officio de Muſtaçaf.privileg.*76.*&* 92.*Domini Reg. Jacob.II. for.*1.3. *&* 4. *de pond. & menſur.* Feneſtella *dict. cap.*13. Sigonius *dict.cap.*20. Roſin. *dict. lib.* 7. *capit.* 22. Julius Cæſar Bulenger. *de Roman. Imper. lib.* 7. *capit.* 15. Langlæus *Semeſtr. lib.* 8. *capit.*14.*in princ.* latè Fragoſ. *de Repub. lib.* 7.*diſſ.*21. *per tot. tom.* 1. ubi plura ad materiam noſtrorum fororum pertinentia.

41 Ex quo dimanat ratio deciſionis *for.* 28. *verf. Entenem,de Cur.& Bajul.*ibi: *Entenem empero que algun Cavaller,ô Generôs no ſi a forçat en la Ciutat, ne en les viles de eſſer Moſtaçaf.* Id eſt: *Intelligimus tamen quod nullus Miles,aut Generoſus compellatur in Vrbe,aut oppidis,quòd Ædilis ſit.* Nam cum à jure unuſquiſque compellatur officium admittere,*l.ſi quis Magiſtratus*,& ibi Bartol. *ff.*
42 *de munер. & honor.* cùm hoc officium humiliora Reipublicæ moderetur,& plebeis Ædilibus aſſimiletur,& quod amplius eſt, Romæ ad libertini generis homines delatum fuerit,teſte Tito Livio *lib.*3.*decad.*1.*ad fin.*& Valerio Maximo *lib.*2.*c.*1.Plin.*lib.*33.*cap.*1. (licet poſtea Patriciis reſtitutum,ut Alexander *ibid.*fatetur) quamvis in municipiis Magiſtratus fuiſſet, & à Decurionibus exercetur.Amaya *in l.* 1.*&* 2.*num.*4.*C.ſi ſervus, aut libert.*
43 *lib.*10. Bulenger. *dict. cap.*15. ſemper humilior locus ei debetur,unde explicandus venit locus Tertuliani, aliàs difficillimus *in apologet.cap.*46.ibi:*Si de modeſtia certem, ecce Pithagoras apud Tyrios,Zeno apud Prinenſes tyrannidem affectant: Chriſtianus verò, nec ædilitatem.* Tanquam enim ultimam exaggerationem humilitatis apponit officium Ædilis quærere:& bene, nam de rebus minimis curat: *loca Ædilem metuentia* appellavit Seneca *in lib. de vita beata*,foros rerum venalium:de menſura jus dicit, Juvenal. *ſatyr.* 10.

Et de menſura jus dicere? vaſa minora
Frangere pannoſus vacuis Ædilis ululis.

Perſius *ſatyr.* 1. *ad fin.*

Fregerat hemini.as Arreti Ædilis iniquas.

de quo Ulpianus *in l.item quæritur* 13.§.*ſi quis menſuras, ff.locati.* Inde ratione cautum eſt, ut ex ſpeciali præro- 44
gativa Milites, & Generoſi excuſentur: quod ita intelligendum eſt,ut ante electionem animum aperiant Juratis: aliàs enim minimè indulgentia prodeſt, ut in *dicto text.* habetur, ibi: *En altra manera ſino ho dira als Jurats,è ſerà elet, ſien forçat.* Hoc eſt: *Aliter ſi non dixerit Juratis,& electus ſit,compellatur.* Et ratio eſt,nam ex taciturnitate elicitur conſenſus, & ſponte ſuſcepiſſe munus videtur, *l. campanus* 47. *ff. de oper. libert.* cum aliis adductis per Don Franciſc. Amaya *in l.* 1. *num.*13. *& ſeqq. C. de his qui ſponte*, *libr.* 10. licet in præſenti ſtatu pro officio magno reputetur, ita, ut per ipſius conſecutionem Civis quis efficiatur,& Militari privilegio fruatur; atque non parum utilitatis adferat, quare rariſſimè Milites excuſantur.

Cognitio Ædilis ſummariſſima eſt,nam de rebus le- 45
viſſimis tractat: Bobadilla *dict.libr.*3. *capit.*8. *num.*145. Langleus *dict. cap.*14. nam levia crimina audire,& diſcutere de plano oportet, *l. levia*, *ff.de accuſat.* ſicque uſu receptum eſt in Curia illius, ut verbaliter omnia expediat. A gravaminibus ipſius Jurati Urbis adeuntur, ut dixi, *ex privileg.* 6. *Domini Regis Martini*, dominus Cerdan *dict. verf. El Almotacen.*Obtinet etiam jus condonandi, ſeu remittendi pœnas ad ſuam juriſdictionem ſpectantes,*privileg.*27.*Domini Regis Petri I.& d.privil.*6. *Domini Reg. Martini*, habetque Locumtenentem, qui creatur adinſtar Locumtenentis Juſtitiæ criminalis, qui ex populo eligitur.

Sed nota, quòd licet Ædilis impediri non poſſit per 46
Bajulum in rebus ad eum ſpectantibus,in foro ubi piſces venales habentur, *for.*9.*&* 10.*de offic.Muſtaçaf*, hoc eſt intelligendum reſpectu piſcium maris;nam quoad piſces paludis nuncupatæ *la Albufera*, tantum ad Ædilem ſpectat quod attinet ad pondus,& menſuram, cætera verò ad Bajulum,& piſcatorum Juratos,*privileg.*7.*in extravagant. fol.*236. ſicque poſt varias contentiones diffinitum fuit Regio reſcripto *diei* 22.*Aprilis anni* 1652.

Explicata remanent officia præcipua Urbis, nunc de 47
more tradere debemus qui ea obtinent: ſunt enim ſequentes.

Judices Ordinarii.

Gaſpar Joſephus Sanchiz civis,Juſtitia in Civilibus
Don Franciſcus Ferrer,Juſtitia in Civilibus.
Doctor Franciſcus Roca de la Serna Generoſus,Aſſeſſor Juſtitiæ criminalis
Doctor Vincentius Paſqual,Aſeſſor Juſtitiæ in Civilibus.
Doctor don Franciſcus Eſteve,Aſſeſſor in Civilibus.
Stephanus Alboy locumtenens Juſtitiæ in Criminalibus.

In domo Urbis ſunt ſequentes.

Petrus Artes & Roca Generoſus, Primarius Militum.
Joſephus Ahuir,Primarius Civium.
Egregius don Onufrius de Ycar Comes de la Alcudia & Geſtalgar.
Joannes Baptiſta Real Civis.
Evariſtus Barberà Civis.
Dionyſius Tenſa Civis,omnes Jurati.
Petrus Job Peris Civis,Rationalis.
Victorinus Forés Civis,Syndicus Cameralis.
Lucas bono Civis,Syndicus Rationalatus.
Joſephus Montes Secretarius.
Gabriel de Liñam Civis,Ædilis.
Simeon Soler,Locumtenens.

§. V.

§ V.

De eligendorum ad hæc officia qualitate: ad explicationem for. 41. §. Mes avant, de Cur. & Bajul. cum aliis juribus.

TEXTUS.

FERDINANDUS REX.
Anno 1488. Oriolæ

MEs avant, com sobre les nominacions, è eleccions de juraderia, è de altres oficis de la Ciutat en dies passats hi sien estats fets alguns abusos, é insolencies per propries passions, eliginthi persones maça jovens, no avents practica, ne experiencia dels afers, provehins mes a les persones que als oficis, en dany notori de la dita Ciutat. Nos volents aco obviar, provehim, volem, é ordenam perpetualment, que de aci avant no sien admeses, ne elets persones que no hajen vinticinch anys complits ensus, è hajen hauda, ò hauran muller dins lur casa, è habitacio per solemnizacio de matrimoni en fas de santa mare Sglesia, é sia natural, è habitador de la Ciutat, ò almeins haura estat diens de aquella per espay de vint anys continus. E totes, è sengles coses damunt dites, &c.

SVMMARIA.

1 *Milites, aut Cives infaculandi esse debent.*
2 *Nobiles excluſi ab his officiis.*
3 *Christus nobili ex sanguine natus fuit.*
4 *Apostolorum plures nobiles fuerunt.*
5 *Nobiles ad officia approbati in sacra pagina.*
6 *Nobiles à Theseo electi ad honores.*
7 *Romulus idem fecit.*
8 *Nobiles cæteris paribus præferendi.*
9 *Contrarium qui tenuerint.*
10 *Nobiles noviter admissi.*
11 *Cives qui sint.*
12 *Majores 25 annis esse debent.*
13 *Majores 24 annis admittuntur ad officia Generalitatis.*
14 *Annus cœptus pro completo habetur.*
15 *Fallit in his officiis Urbis.*
16 *Decisio Senatus.*
17 *Uxorati debent esse eligendi.*
18 *Ad matrimonium præmiis invitari solet.*
19 *Nuptiæ favoribus prosecutæ, quia sole prolem legitimam præstant.*
20 *Rectores Reipublicæ in œconomia debent præexercitari.*
21 *Assessores Justitiæ sub hac dispositione non comprehenduntur.*
22 *Naturales esse debent.*
23 *Contrarium infertur ex pluribus juribus.*
24 *De civitate ficta remissivè.*
25 *Exteri debent eligi, & ibi ratio.*
26 *Exteri rectius Justitiam administrant.*
27 *Civis in Civem animadvertens inimicitias causare solet.*
28 *Cives inter se faciliores sunt ad gratiam.*
29 *Ex sacra pagina comprobatur, quòd naturales debent eligi.*
30 *Naturales etiam approbantur per scriptores humanarum litterarum.*
Hi qui sunt præficiendi, majorem fortunarum partem habere debent fixam, ubi administrant, ibid.
31 *Exteri de migrando cogitant.*
32 *Exteri olim non admittebantur Romæ ad officium Judicis.*
33 *Exempla harum rerum.*
34 *Ratio prædictorum.*
35 *Trajani constitutione cautum, ut nemo peteret honorem, nisi tertiam bonorum partem in Urbe haberet.*
36 *Exteri patriarum legum inexpertes sunt.*
37 *Carthaginenses, & alii idem observarunt.*
38 *Resolutio quæstionis*
39 *Inter Senatores unus, aut alius admitti potest ex exteris.*
40 *Eligendi debent contribuere in oneribus Civitatis.*
41 *Municipes sunt participes honorum, & onerum.*

AD hæc officia Urbis obtinenda in primis requiritur, quòd eligendi, sint de Ordine equestri, vel militari, & ex Civibus honoratis. De militibus diximus *cap. 3. §. 1. num. 57.* sed ex eis solum Generosi, & Milites admittebantur: & quamquam in substantialibus Nobiles ab eis non distinguantur, nec in alio, nisi in illa nota nominis *Don*, qua designantur, ex Fontanella *de pactis, claus. 3. glos. 3. n. 83.* domino Mora *in recopil. for. general. rub. 2.* & domino Leon *decis. 9. num. 173. cum seqq. tom. 3* Amaya *in l. 1. & 2. num. 67. C. si servus, aut libert. lib. 10.* imò ut Fontanella ait *ibid, n. 85.* deterioris conditionis erant apud nos, sicut apud Catalaunos; nam excluſos fuisse à regimine Urbis consuetudine constat. Et licet, an ea sustinenda sit, tanquam ratione carens, cum incivile videatur Nobiles à muneribus publicis excludi, dubitari possit, eo quòd pluribus contrarium probari potest: Christus enim Rex Regum, & fons Magistratuum nobilitatem ex genere non despexit, cum ex semine Abrahæ, & ex progenie Regia naturam humanam mirabili modo sibi copulaverit, naturque fuit ex clara David stirpe, & è duodecim Apostolis, quos elegit ad Principes, & Judices terræ, septem nobili genere natos fuisse aliqui tradunt, videlicet Bartholomæum, utrumque Jacobum, Thadæum, Simonem Joannem, & Paulum. Ita Monteleon *in promptu. jur. verb. Nobilis, lit. D.* Chassaneus *in catalog glor. mund. part. 8. conſ. 28. verſ. Militare videtur*, Castillo *in sua politic. lib. 1. cap. 4. num. 12. in scholiis, lit. C. & D.* Quod & comprobatur ex *sacra pagina*, nam in electione nobilitatis qualitas exprimitur tanquam necessaria: Deuteron. 1. v. 15. ibi: *Tuli de tribubus vestris viros sapientes, & nobiles, & constitui eos Principes, Tribunos, Centuriones, & quinquagenarios, ac Decanos.* Divus Thom. *de regim. Principis, lib. 4.*

Et si humana testimonia petantur, Plutarc. in Theseo scribit, Theseum primum Nobiles à cæteris sejunxisse, illisque potestatem fecisse Magistratus ex suo ordine creandi, administrandique leges. De quo etiam Dionys. Halicarnas. *lib. antiquit. Roman. 2.* qui tradit, Romulum Illustres genere sacra perficere, Magistratus gerere, jus dicere, ac secum quoque publica administrare jussisse. Solon ille Athenienſium legislator, Magistratus omnes constituit ex Nobilibus. Aristot. *lib. 2. politic. cap. 10.* Plutarcus *in Solon.* & Pollux. *lib. 8.* semper enim majestas, ac dignitas Reipublicæ nobilitate augetur. Quibus videtur probari, consuetudinem eligendi Nobiles ad Magistratus, & munera publica utilissimam esse. Docet Avendaño *de exeq. mand. part. 1. cap. 19. num. 18.* adeo, ut Reipublicæ, quo magis à Nobilibus gubernantur, tanto magis splendore, ac duratione illustrentur. Quod Venetorum exemplo comprobari posse videtur, qui de more Nobiles in Præsides, & Magistratus eligunt semper. Fulgos. *conſ. 6.* Barbat. *conſ. 36. lib. 2.* Castill. *lib. 1. cap. 4. num. 22. & 23.* atque adeo cæteris paribus semper Nobiles præferendi sunt, tam ad Magistratum, quàm ad Sacerdotium, ut latè probat Tiraq. *de nobilit. cap. 20. nu. 1. & 10.* ubi plura *per tot. cap. & c. 22.* & ad *leges Connub. l. 7. num. 1. & seqq.* Justus Lips. *civil. doctr. lib. 3. cap. 10.* Bellug. *in specul. rub. 26. n. 1.* Bobadill. *in politic. lib. 3. cap. 8. numer. 1. & seqq.* Castill. *in politic. lib. 1. ex cap. 4.* Simancas *de Repub. lib. 5. c. 4.* P. Marquez

in

in Guber. Christ. lib. 1. cap. 3. Mastril. *de Magistr. lib. 2. c. 8. per tot.* Francisc. à Ponte *de potest. Proreg. §. 7. n. 17.* aliis relatis Caputus *de regim. Reipub. c. 1 n. 26.* P. Fragos. *de Republ. tom. 1 lib. 4 disp. 9. §. 1. per tot.* Don Christof. Benavent. *in docum. legat. & Princip. c. 7.* Solorçan. *de jur Indiar. tom. 2. lib. 4. c. 4.*

9 Sed contrarium pluribus probare intendit Petr. Gregor. Tolos. *de Repub. lib. 4. cap. 3. numer. 5. cum seqq. & lib. 24. cap. 6. num. 13.* quod & satyricorum acrimonia fulcitur, nam ut ait Trajan. Bocalin. *in reggnagl. centur. 2. reggnagl. 8. in fin. La congregatione non vi haveva fata resistessione alcuna stante la chiara fede de gli Anatomisti, della parte contraria produta in giudicio, nella quale concludentemente vedendosi provato che le ossa, i nervi, la carne, le budelle delle persone, tute erano fato ad un modo, chiarament mostrava che la vera nobilita de gli homini stava posta nel cervello, non ne le vene.* Sed quidquid hi dicant, solummodo probabunt, non ex eo quòd aliquis Nobilis sit, ex eo solum eligendum esse, nam ut dixit Ovidius *in panegyr. ad Pison.*

———*perit omnis in illo*
Gentis honos, cujus laus est in origine sola.

non autem ut nobilitas omnino excludatur; nam id ratione careret, ob quod, consuetudinem de non admittendis Nobilibus non valere, tanquam irrationabilem probat Caputus *d. c. 4. n. 31.* qui plures laudat: sicque cæteris paribus, firma conclusio est, ut nobilitas præferatur; tantum abest ut excludatur omnino, de quo plura tradunt Larrea *decis. 41. per tot. præcipuè n. 30. & 48.* &
10 Solorçanus *emblem. 52. num. 41.* Sed post hæc scripta lis quæ pendebat in Senatu super admissione Nobilium transactione terminata fuit, & Nobiles admissi fuere ad officia Urbis, approbante Domino Rege, sive constituente ad preces ipsius Civitatis, mandatumque executioni in insaculatione anni 1652. qua quatuor Nobiles matriculati fuerunt, & in electione ipsius anni cecidit sors super Comitum del Real, fuitque Comes Juratus primarius. Sed non inde disputatio inutilis manet, nam in aliis Civitatibus Regni adhuc exclusi sunt, licet credam matricem imitaturas statim fore.

11 Civem honorati qui admittendi sunt, hi censentur, qui nunquam mechanicam artem per se, vel per parentem exercuerunt: qui autem isti sint qui ex artificio manuali, sive mechanico excluduntur; explicat Caputus *d. c. 4. n. 32.* & P. Christoph. Vega *in Theol. Mariau palestr. 10. cert. 3. per tot. sign. n. 917.* & tercentas libras annuas in bonis habent, *for. 25. solut. matrim. for. 40. Cur. anni 1626.* de querum dignitate, differentia, & privilegiis, Fontanell. *d. claus. 3. glos. 2. part. 1.* & dominus Leon *decis. 9. n. 183. cum seqq. lib. 3.* Caputus *d. c. 4. n. 3. cum seqq.* Sed nunc ad insaculationem tam in Cive, quàm in milite requiritur, quòd habeat in bonis quatuor centum libras annuas saltem, *c. 7. fecund. insacul.* in quibus computari nequeunt bona dotalia, textus expressus *in l. Lucius 21. §. idem respondit, ff. ad municip.* pro cujus interpretatione, vide Constantium Roger. *inter tract. de dote; tit. dotis quis Dominus? n. 5. pag. 517.* Nec obstat quod aliter fuit decisum; nam hoc non fuit oppositum, ut in simili dixit Vincentius de Franq. *decis. 178. n. 6.*

12 Præterea requiritur, quòd majores viginti quinque annis sint hi qui ad electiones destinantur, ut in text. habetur, & in *privil. 16.* R. Alfonsi III. *l. ad Rempublic. 8. ff. de muner. & honorib.* & ibi Doctores, dominus Leon *decis. 51. per tot. tom. 1.* Bobadilla *in polit. lib. 3. c. 8. n. 11. & in not. lit. H.* Fragos. *de Repub. part. 1 lib. 7. disput. 21. num. 21.* Petr. Gregor. Tolos. *de Repub. lib. 4. cap. 6. nu. 34. & syntag. lib. 47. cap. 9. à num. 19.* pluribus Narbona *de ætate, anno 25.* præcipuè, *quæst. 31. & seqq.* & in terminis
13 ætatis à priscis Romanis requisitæ ad Magistratus, & Senatoriam dignitatem, pulchrè Jan. Langlæus *Semestr. lib. 7. cap. 10. vers. cæterum, pag. mihi 382.* Sed notandum est, quòd licet à jure annus cœptus pro completo habeatur, ita ut ad honores admittantur non solum qui annum vigesimum quintum adimpleverint, sed qui tetigerint etiam, Guid Pancirol. *de Mag. municip. cap. 2. in princip.* Marquez *dict. lib. 1. cap. 5.* Mastril. *dict. lib. 2. c. 5. num. 41. & 52.* Domnus Tasson *observantiarum juris, dict. 3. vers. 3 num. 80.* Narbona *ann. 70. q. 3. num. 3.* (licet 14
aliter teneat Bobadilla *ubi proximè*,) quæ dispositio quoad officia Generalitatis Regni procedit, per *for. in c. 18. & 19. in extravag. de electio de Diputats.* & in Sacerdotio, & sacris Ordinibus, ut probant plures congesti à Narbona *anno 12. quæst. 1. num. 6. cum seqq.* à foro expressè requiritur, quòd viginti quinque anni adimpleti sint ad officia Urbis, ut in nostro *tex.* ibi: *Vinticinch anys complits ensus*, quod de jure Lusitano etiam tradit Fragos. *ubi supr.* Sic pronuntiavit Senatus referente domino Vicecancellario Don Christophoro Crespi anno 1641. nullam declarando electionem Locumtenentis Justitiæ in criminalibus in persona Balthasaris Guardia lanionis, ad cujus officium hæc dispositio extenditur: sicque in executione supradictæ decisionis facta fuit nova extractio, die 23. Martii ejusdem anni, & sors 15
cecidit super Petrum Vidal, qui munus illud administravit usque ad finem anni. In hac dispositione non comprehenduntur curatores operarum publicarum, sive *Obres de murs y valls*, ut infra dicetur §. 11.

Demum requiritur, quòd sit pater familias eligendus, 17
sive quòd uxoratus fuerit in facie Ecclesiæ, ut in *textu* cavetur: & dixi, quòd sit pater familias; nam per contractum matrimonii jus patriæ potestatis apud nos solvitur, dominus Leon *decis. 55. nu. 15. tom. 1.* Quod quamvis videatur contra dispositionem textus *in l. illud*, & ibi Castrens. *ff. quod cujusque universitatis*, ut probat Caputus *de reg. Reipub. cap. 3. n. 7.* duplici ex ratione optimè sancitum est. Primò, nam non est novum ad matri- 18
monium præmiis invitare, *l. assiduis 12. §. ad hæc, vers. quis enim, C. qui potiores in pignor.* ibi: *Pro quibus multa nostris legibus inventa sunt privilegia.* Plin. minor, *in panegyr. ad Trajan.* quod tam à Græcis, quàm à Romanis observarum historiæ narrant; tum legum Juliæ *de maritandis ordinibus*, & Papiæ Popeæ promulgatione, tum etiam ex aliis congestis à Pareja *in otio quadrim. 2. par. per tot.* Nuptiæ enim solæ prolem legitimam Reipubli- 19
cæ præstant, & immortalitatem artificiosè introducunt, Justin. *in Novell. de nup. in princ. & Novel. 39. de restit. in fine præfationis*, plura per Præceptorem meum Don Franc. Ramos. *in comment. ad leges Jul. & Pap. cap. 1. n. 1. in fin.* Quare Reges nostri utilitatem nuptiarum agnoscentes inter alia hoc præmio ad eas invitarunt, scilicet expressè cavendo, ne cælibes ad munera Urbis admitterentur, quod etiam cautum est respectu officiorum Generalitatis in Brachio Militari *in c. 18. ejusdem extravag. de electio de Diputats.*

Secundò, nam oportet, ut futurus Urbis Rector in 20
rebus œconomicis, seu domesticis præexerceatur, quia, ut dixi, domus est quædam parva civitas; & œconomia, compendiaria Respublica; Civitasque, magna domus; & politia, communis quædam œconomia. Cujus rei exemplum *sacra pagina* tribuit in sancto Patriarcha Joseph: præpositus enim factus conservis suis ab hero communi, totius familiæ curator, ac domus præfectus, natura jam conciliante totius Ægypti Principatum, Philo, *lib. de Joseph. fol. mihi 345.* Nevis. *in sylva nuptial. lib. 5. num. 110.* prosequitur Fragos. *d. tom. 1. in introduct. proœmial §. 1. n. 7.* quod apertè declarat D. Rex Alfons. *in d. privil. 16.* ibi: *Nec uxores habentes, & seu qui domos proprias nondum gubernare noverunt*, sub qua dispositione omnes Officiales annuales Urbis comprehenduntur, demptis curatoribus operarum publicarum, & Assessoribus Justitiarum; nam hi quamquam cælibes, minimè excluduntur, quamvis alias qualitates habere debent, juxta *for. 47. & 48. de Cur. & Bajul.* & sic usu receptum est. Anno 1640. fuit Assessor in civilibus Don Ludo-

vicus

vicus Ruiz de Liori adhuc cælebs: anno 1641. fui Aſſeſſor in criminalibus, antequam uxorem ducerem, anno 1642. fuit Aſſeſſor in civilibus Doctor Franciſcus Ferragut Generoſus, ante nuptias, & ſic paſſim contingit: quoad curatores operarum publicarum exempla ſunt in eodem Doctore Franciſco Ferragut, & in Doctore Mathia Morlà (ante adeptam Præpoſituram, illo verò ante nuptias) qui pro inclyto Brachio Militari curatores operam publicarum fuerunt.

22 Ultro requiritur, quod ſit originarius, & in Urbe domicilium habeat; vel ad minus habeat domicilium contractum per tempus viginti annorum continuè, ut in *textu* diſponitur. Quod videtur revocatum per *c. 1. & ult. in extravagant. quod officia Regni, fol. 22.* quoad exteros habitantes per viginti annos; ſicque ſolum naturales nunc eſſe poſſunt, ſed de jure contrarium cautum videtur *in l. fin. C. de crim. ſacril. l. 3. C. de diverſ. offic. lib. 12.*

23 licet in aliquibus ſpecialiter diſpoſitum reperiatur, quòd naturales admitti poſſint, *l. fin. ff. de offic. Aſſeſſor.* qui textus loquitur de officio Aſſeſſoris procuratoris Cæſaris, ut notat Accur. *in d. l. fin. C. de crim. ſacril. verb. officium, & in l. fin. C. de offic. Prætor.* nam tres Prætores in Romana Urbe conſtitui jubet, ex his qui larem ibi habent; & *in Novella Juſtin. 15. de defenſ. Civit.* defenſores civitatem ex earum incolis creari cavetur: & quoniam in *cap ſequenti* plura trademus de civilitate ficta, ibi lector

24 cætera capere poteſt. Sed quia diſpoſitio hæc contraria videtur diſpotioni juris communis, non absque erit, ut hanc quæſtionem decidamus, nempe an exteri admittendi ſint ad honores, vel naturales tantum.

25 Pro exteris faciunt *d. l. fin. C. de crim ſacril.* ibi: *Ne quis ſine ſacrilegii crimine deſiderandum intelligat gerendæ, ac ſuſcipiendæ adminiſtrationis officium intra eam provinciam, in qua provincialis, & Civis habetur: niſi hoc cuiquam ultronea liberalitate per divinos affatus Imperator indulgeat. l. 3. C. de diver. offic. lib. 12.* ibi, *Ad eam Provinciam ex qua oriundus eſt, vel in qua collocaverit larem. l. ſi cui 83. in princ. ff. ex quib. cauſ. major.* Et ratio ea eſt, nam ſanguinis, vel affinitatis gratiâ multa videntur ab ipſo dari poſſe, quæ non æque ab extero fieri poterant, qui nullo ſanguinis, vel affinitatis vinculo cuiquam obſtrictus eſt,

26 ut innuit Gloſſa *in d. l. fin. Cod. de crim. ſacril.* Sanguinis communio, neceſſitudinis, vel amicitiæ, inimicitiævè, aut inter vivos contractæ, vel à majoribus hæreditario quodâmodo jure acceptæ, mentes in transversum agunt; indéque juſtitiæ ſacra rectius, ac decentius impleturus extraneus erit in ipſos, inter quos amicitias, vel inimicitias habeat nullas. Paulus *lib. 5. ſentent. tit. de jure fiſci*: *In ea* (inquit) *Provincia, ex qua quis originem ducit, officium Fiſcale adminiſtrare prohibetur: ne aut gratioſus, aut calumnioſus apud ſuos eſſe videatur.* Apud Dion. in Antonin. Philoſ. exrat. ipſius Philoſophi conſtitutio, qua cautum eſt ne quis imperio, vel poteſtate eſſet apud eam gentem ex

27 qua ortus eſt: nam cum Magiſtratus, & munera Urbis aliquid juriſdictionis annexum habeant, ultio quæ in fontes dirigitur, inimicitias, & odia ſuſcitat inter Cives, eo quòd Civis in Civẽ animadvertit. Ex alio capite ſunt etiam faciliores ad gratiam, propenſiores ad clementiam populares inter ſe, quàm ſi res à peregrinis ageretur; ſicque magis Reipublicæ intereſt hos præfici, quàm illos.

28 Qua quidem ratione adducti, plerique Italiæ Populi Magiſtratus ſuos aliunde accerſere conſueverunt, ut teſtatur Franciſc. Patric. *de inſtit. Reipub lib. 3. c. ult.* difficile enim eſt in generali ſolo Magiſtratus rectè exerceri.

Sed contraria ſententia noſtro jure definita, firmioribus fulcitur fundamentis: ſi enim ad *ſacram paginam*

29 oculos vertamus, dubium non eſt, quin ea quæ per *foros* diſpoſita ſunt, comprobata inveniamus. Deuteron. 1. *v.* 17. fons veritatis Moyſen alloquens dixit: *Cum ingreſſus fueris terram, quã Dominus Deus tuus dabit tibi, & poſſederis eam, habitaveriſque in ea, & dixeris: Conſtituam ſuper me Regem, ſicut habent omnes per circuitum nationes: eum conſtitues quem Dominus Deus tuus elegerit de numero fratrum tuorum. Non poteris alterius gentis hominem Regem facere qui non ſit frater tuus.* Hoc de Principe. De Magiſtratibus *cap. 16.* ibi: *Judices, & Magiſtros conſtitues in omnibus portis tuis, quas Dominus Deus dederit tibi per ſingulas Tribus tuas.* Et Exod. 18. *v.* 25. *Et electis viris ſtrenuis de cuncto Iſrael, conſtituit eos Principes populi, Tribunos, & Centuriones, & Quinquagenarios, & Decanos.*

Ex humanæ literaturæ ſcriptoribus plures ſunt, qui 30
ad uſum Reipublicæ præficiendos naturales, aut hos qui majorem fortunarum partem, fixumque domicilium ibi habeant, quàm extraneos dixerunt: durius enim imperium exercere creduntur, qui non inter ſuos imperant; nam cum plerumque exteri de migrando in ſua cogitent, nil penſi habent, niſi de ſe exiſtimationem apud eos relinquere, quos nulla neceſſitate devinctos tenent, ut ait Cicero ad Marcellum *famil. lib. 4.* Ideo 31
fertur à Tranquil. *in Claudium cap. 14.* initio ſui principatus affirmaſſe, non electurum Senatorem, niſi Civis Romani abnepotem; obſervatúmque uſque ad ſuam ætatem teſtatur *Plinius*, non tantum ut peregrinus minimè ad judicandi munus admitteretur; ſed ne Civis etiam novus: ſic ille *lib. 33. natur. hiſtor. cap. 1. Servatum in hodiernum diem eſt, ne quis è novis Civibus in decuriis in Judicem aſſumeretur.* Quod & aſſerit Valerius Ma- 32
ximus *lib. 1. tit. de auſpic.* ibi: *Patriciis auſpiciis non alienigenis adminiſtrari Rempublicam oportere veteres judicabant.* Nec diſſentit Ariſtoteles *3. politicor.* ubi dixit *non eſſe his qui Civitate donati eſſent, honores, reique publicæ adminiſtrationem committendam.* Julianus Conſtantinum Impera- 33
torem non temere apud Senatum inculavit, quaſi veterum inſtitutorum contemptorem, & qui celſiores poteſtates peregrinis tribueret: ut tradit Amminian. Marcell. *lib. 21.* Quapropter *Valentin. & Maximin.* tres Prætores in Urbe per ſingulos annos ordinarii præceperunt, ex eis tantum qui proprium larem in Urbe haberent, *d. l. fin. C. de offic. Prætor.* & Juſtinianus defenſoris Civitatis munus ab incolis tantum juſſit regi, *d. Novell. 15.* Quod à Peſcennino Nigro mutuaſſe videtur, cujus illud fuit, *ut nemo adminiſtraret Romæ, niſi Romanus*; hoc eſt orundus ab Urbe. Ita Spart. *in eum.*

Et ratio eſt, nam turpe, & indecorum videtur Magi- 34
ſtratum in Urbe gerere qui in ea nec natus ſit, nec fortunas habeat ullas: quamque non pro patria, ſed diverſorio tanquam viator habiturus ſit: ob quod Trajanus *lege* cavit, ut qui honorem Romæ petituri eſſent, tertiam bonorum ſuorum partem illic, aut in Italia, in res quæ ſoli eſſent, collocarent, ut teſtatur Plin. junior. *epiſtolar.* 35
lib. 6. in epiſt. ad nepotem, ibi: *Deforme arbitratus honorem petituros, Urbem, Italiamque non pro patria, ſed pro hoſpitio, aut ſtabulo quaſi peregrinantes habere.* Hunc imitatus fuit 36
Antoninus Philoſ. ut tradit Julius Capitol. *in eum.* Quibus additur, quòd exteros patriarum legum, juris, moriſque & conſtitutionum inexpertos eſſe non ambigitur. Quomodo enim jus dicere, aut Rempublicam regere ſecundum leges, & mores ejus poterunt *l. 2. C. quemad. teſt. aper. l. ſi fundum ff. de evict.* ſi quam nunquam habitarunt, obtineant gubernandam? Si aliquando (ut contingere poteſt) verba idiomatis illius regionis non percipiunt, & ſi percipiunt, non propriè ſenſus locutionis capiunt, leges ita ſcriptas practicabunt, quæ aliquando in rigoroſa ſignificatione verborum loquuntur, aliquando abuſivo ſermone?

Nec hoc ſolum ex Romanis, ſed ex Cartaginenſibus, 37
Lacedemoniis, aliiſque quam pluribus cerni licet, qui Magiſtratus omnes ſuis Civibus tradiderunt; verum ex Venetorum quoque Republica, in qua Peregrinis nullus eſt locus, nec tamen juſtitia, aut ſeveritas deeſt, nec ex hujuſcemodi judiciis, vel regimine ſeditiones, aut inimicitiæ oriuntur, Patrici. *de inſtitut. Reipub lib. 3. cap. 2.* Petr. Gregor. Toloſ. *de Repub lib. 4. c. 6. num. 9.* Maſtril. *de Magiſtr. lib. 2. cap. 7.* ubi plura. Videndus etiam Auguſti-

nus Caputus *de reg. Reipub. c. 3 n. 57. & seq.* pluribus congestis Solorç. *de jur. Indiar. tom. 2 lib. 3 c. 19. ex n. 4. & lib. 4. cap. 4. num. 50. Et emblem. 52. num. 67. atque Emblem. 55. num. 20.*

38 His animadversis, quid dicendum secluſa diſpoſitione fori ad perfectum Reipublicæ ſtatum? Si meum judicium in tam gravi dubio proponere licet, diſtinguendum arbitror: nam quoad officia, & munera bonorum Civitatis adminiſtrationem tractantia, incolas, & originarios tantum admittendos duxi; nam hi defenſores, & adminiſtratores Civitatis ſunt, de quibus Juſtinianus cavit *dict. Novell. 15.* exteros excludendo. Sic tenent Maſtril. *dict. c. 7. num. 29.* Solorçan. *de jur. Indiar. lib. 4. c. 1. num. 9. tom. 2.* In his autem qui ad juſtitiam adminiſtrandam præcipuè conſtituuntur, veluti qui in Senatoria dignitate verſantur, quamvis ut plurimùm naturales, & incolæ eſſe debeant, non abs re erit ut unus, alterve ex peregrinis ad-
39 mittatur. Tum exemplo Romanorum, de quibus Tacit. *11. annal. At conditor noſter Romulus tantum ſapientia valuit, ut pleroſque populos eodem die hoſtes, dein Cives habuerit: advenæ in nos regnaverunt.* Tum quia Dominus Rex noſter, nunc fœliciter regnans id ipſum obſervat, unum ex Aragonia in quocunque Senatu admittendo. Quod non ſemel utiliſſimum experientia comprobavit, tam ad hoc ut in Senatu notitiam de rebus alienis tribuat, quàm ut honeſtius operetur aliqua, quæ naturales non ita decent.

40 Poſtremo requiritur, quòd hi qui admittuntur, ſubeant onera Civitatis contribuendo cum reliquis incolis Urbis, ita *for. 28. ibi: Sien tenguts de contribuir en los caſes de contribucio vehinal.* privileg. 58. *Reg. Jacob. I. fol. 58.* nam ſecundum naturam eſt, ut eum ſequantur incommoda, quem & commoda ſequuntur, *l. ſecundum naturam,*
41 *ff. de regul. jur.* & *ibi* Doctores. Et ratio eſt, nam municipes dicti ſunt, qui honorum, & onerum ſunt participes, *l. 1. & tot. tit. ff. ad municipal.* in quo ſenſu hæc jura interpretatur Petrus Gregor. *d. cap. 6. num. 9. verſ. interdum,* ex quo dimanat ratio pulchra, ob quam Eccleſiaſtici teneantur contribuere in vectigalibus generalitatis; nam ad officia Regni admittuntur, de quo dixi *ſupr. cap. 3. §. 3.* dimanat etiam ratio cur Milites teneantur ſequi vexillum Urbis, ut in *dicto foro 28.* habetur.

42 Quæ autem ſint iſtæ contributiones Urbis, tradit Dominus Leon *deciſ. 159. per tot.* ubi *forum 22. de rerum diviſione,* latè explicat. Sed quia hæc materia poſtulat ampliorem diſputationem, ideo de ea in §§. ſequentibus.

§. VI.

An exempta à contributione collectarum Urbis arceantur ab electionibus, & de exemptione parentum duodecim filiorum, ad for. 239. Curiar. anni 1604. junctis aliis juribus.

TEXTUS.

PHILIPPUS TERTIUS REX.
Anno 1604. Valentiæ

ITem per quant conforme diſpoſicions, y comunes reſolucions de raho natural eſcrita, & alias eſtan concedits molts privilegis, exempcions, y prerogatives als pares de dotze fills, pera poder ſubvenir, y ajudar adaquells, y per lo q̃ aes juſt privilegiarlos, per haver ab dits fills, y ſobole recomplit la Republica: ſubliquen per ço los dits tres Braços à V. M. ſia de ſon Real ſervey, que los pares de dotze fills puguen tractar, y negociar fins en ſuma, y quantitat de tres milia liures res caſcun any, y no mes, franch de tots drets, de qualſevol eſpecie, y qualitat que ſien, y ab que la dita quantitat haja de ſer, y ſia propria del dit pare de dotze fills, y no de altri. *Plau à ſa Mageſtat.*

SUMMARIA.

1 *Facti ſpecies proponitur.*
2 *Preces Juratorum.*
3 *Reſponſum Regium.*
4 *Princeps ſoliatus legibus.*
5 *Jure ſuo nemo ſine cauſa privatur.*
6 *Officii privatio eſt pœna.*
7 *Officii privatio non irrogatur ſine cauſa quæ mereatur pœnam.*
8 *Officii privatio habet annexam famæ notam.*
9 *Clauſula,* mera, & libera voluntate durante, *quid importet.*
10 *Sacrilegium eſt arguere quem Princeps elegit.*
11 *Principes judicium in minimis fulget, & operatur.*
12 *Privilegium inſaculationis remuneratorium fuit.*
13 *Et tranſivit in contractum, factumque fuit irrevocabile.*
14 *Principis contractus leges ſunt.*
15 *Privilegiati contractus irrevocabiles ex forma contractus immixta.*
16 *Subditi tenentur vitam exponere in ſervitio Principis.*
17 *Princeps tenetur remunerare ſubditos.*
Remuneratio Principis non eſt donatio, ibidem.
18 *Remuneratio quid.*
19 *Privilegium inſaculationis habebat vim legis pactionatæ.*
20 *Lex pactionata revocari poteſt de conſenſu paciſcentis.*
21 *Jurati Civitatem non repræſentant.*
22 *Concilium generale impetravit primum privilegium inſaculationis, & ſic ejus conſenſus requirebatur, ut tolleretur.*
23 *Inſaculati ex propria perſona veniunt ad matriculam, & ſic ſunt tot conceſſiones, quot ſunt perſonæ.*
24 *Cauſa ad revocationem privilegii de novo advenire debet.*
25 *Princeps exemptum inſaculando, cum eo diſpenſat.*
26 *Exemptio Parentum duodecim filiorum à jure eſt.*
27 *A mente Principis non aberat ratio exemptionis.*
28 *Preces reſcriptum declarant.*
29 *Sanctiones ſpeciales formam capiunt à voluntate concedentis,*
30 *Parentes duodecim filiorum ob exemptionem non excludentur ab honoribus.*
31 *Nulla Reſpublica invenitur, quæ procreationem liberorum non proſequatur præmio.*
32 *Hominibus ampliare Rempublicam ingentius eſt, quam pecuniis.*
33 *Leges Julia, & Papia ad quid latæ.*
34 *Nuptiæ præmiis proſecutæ ob ſobolem.*
Græcorum exempla, ibid.
35 *Romanorum exempla.*
36 *Privilegia parentibus conceſſa ut plurimum quod honores.*
Exempla plurima, ibid.
37 L. 2. ff. de minoribus *expenditur.*
38 *Munerum adminiſtratio interdicta minoribus.*
39 For. 41. de Cur. & Bajul. *explicatur.*
40 *Pater quinque filiorum à muneribus publicis excenſatur.*
41 *Parens duodecim filiorum ratione exemptionis non declinabit à regiminis recta via.*
42 *Parentes magis in liberis terrentur.*
Parentibus carior eſt vita liberorum, quàm propria, ibid.
43 *Parentes plus diligunt filios, quam ſe ipſos.*
44 *Si pater, & filius torquendi ſint, pater citò delictum fatetur, ſi filius coram ipſo torqueatur.*
45 *Exempla memorabilia.*
46 *Filius eſt pars corporis patris.*
47 *Et eadem perſona.*
Filius jejunare pro patre permittitur, ibid.

48 *Nummi, vita, & ſanguis ſunt.*
49 *Deciſio Senatus ſupremi, num.* 49.

1 DIxi *numero fin.* §. *præcedentis*, quòd requiritur ad concurſum, quòd onera urbana ſubeat eligendus. Id conſiderantes Jurati anni 1641. (niſi anguis ſub herba lateret) cum epiſtola diei 17. Septembris has preces Principi noſtro obtulerunt.

2 *Entre las perſones que eſtan inſaculades pera concorrer als oficis majors deſta Ciutat, ni ha algunes, que per tenir Benifets Eccleſiaſtichs, y per ſer oficials del ſant Ofici de la Inquiſicio, no contribueixen en les ſiſes de aquella, y ſels reſtituheix la impoſicio, lo que en cas de ſortejar eſtes perſones en dits oficis ve a redundar en dany, y perjuhi del govern: per ço que aquelles no peden regirſe en ells ab lo affecte, voluntat, y amor que tenen a la Republica los que contribueixen.*

3 Princeps credendo preces veritate niti, reſcripto dici 29. ejuſdem menſis Septembris ſic ſanxit.

Por juſtas conſideraciones, y lo que ves me repreſentais en la carta de 17. deſte, tengo por bie que los que eſtan en qualquier bolſa de la inſaculacion de eſſa Ciudad (que ſean exemptos de pagar las ſiſas della) no puedan concurrir a los oficios en que eſtuvieren inſaculados, ſino las pagaren, y no queriendolo hazer ſean excluidos de la inſaculacion.

Cum reſcriptum generaliter loquatur de exemptis, in eo comprehenſi videbantur parentes duodecim filiorum, è quibus unus tantum inſaculatus reperiebatur inter Generoſos, hic erat Laurentius Bou Penarrocha, & ex Officialibus ſancti Officii Inquiſitionis alter Joſephus del Olmo miles à ſecretis: quorum primus mihi eſt affinitate conjunctus, ſecundus erat familiaritate carus, utriuſque cauſam defendendam ſuſcepi, & quæ tunc allegavi, quia de materia ſunt, iterum trado.

Pro affine dicebam, Principem licet ſolutum legibus
4 vi coactiva, ligatum vi directiva, ex Divo Thoma 2. 2. *q.* 96. *art.* 5. pluribus Barboſ. *in collect. de c.* 1. *de conſtit. n.* 6. & aliis probavi *ſupr. c.* 1. §. 2 *n.* 39. & *ſeqq.* ſicque eo reſcripto non cenſeri abrogatas leges, nec earum diſpoſitiones, cum ipſe Princeps ex innata clementia profiteatur obſervantiam ipſarum.

5 Quòd reſcriptum eſſet, contrarium legibus videbatur, eo quod nemo ſine cauſa privatur jure ſuo, nec Principem per reſcriptum, aut privilegium creditur juri Tertii derogare, *l. nec filio* 4. *l. patrono* 5. *ff. de nat. reſtit. l. divus, ff. de jure aureor. annul.* Doctores *in l.* 2. *C. de precibus imper. offer.* cum aliis adductis per Cancer. *variar.*
6 *lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 20. præcipuè in terminis munerum, & officiorum ob famæ notam, quæ ſequitur privationem: nam privatio ſimilis, pœna eſt; *l. metus* 43. §. *pœna, ff. de procur.* Roman. *conſil.* 236. Boer. *quæſt.* 1. *num.* 72. Clarus *in prax.* §. *ultim. quæſt.* 73. & ibi Bajard. *n.* 2. & 3. Faber *in C. lib.* 9. *titul.* 25. *defi.* 12. *num.* 1. *in allegat.* Sed pœna non imponitur, niſi delictum præcedat, & condemnatio ſequatur, ut eſt tritum in jure: ergo ſine his imponi
7 non poteſt; communiter enim Doctores tenent juxta textum *in cap. decet,* 16. *de reg. jur. in* 6. quòd remotio ab officio fieri non poteſt ſine cauſa, quæ mereatur pœnam privationis; Guiliel. Benedict. *in cap. Raymundus:*
8 *verb. duas habens filias, num.* 40. Bobadill. *in politic. par.* 1. *lib.* 1. *capit.* 16. *per totum & par.* 2. *lib.* 5. *cap.* 1. *num.* 198. Capicius *deciſ.* 12. *num.* 20. Farin. *quæſt.* 19. *n.* 42. propter annexitatem infamiæ, vel potius, quia ipſa privatio, infamia videtur; *l.* 2. *ff. de his qui not. infam. l. qui cum uno* 4. §. *exauthoratus, ff. de re milit.* Bobadilla *d. c.* 16. *n.* 35. & *lib.* 5. *c.* 1. *n.* 198.

Quod procedit adeo, ut in officiis conceſſis cum
9 clauſula, *mera, & libera voluntate durante*, privatio non fiat niſi cum cauſæ cognitione; nam hæc clauſula tantum operatur, & inducit quandam monitionem ad bene ſe habendum, & fideliter gubernandum. Oliban. *in uſat. alium namque, cap.* 4. *num.* 49. Bologuetus *conſil.* 1. *per tot.* & ſic de jure Caſtellæ videtur procedere per *l.* 12. *tit.* 10. *part.* 2. ubi Gregor. Lopez *in gloſſ. verb. Mantenerle*, Joſephus Ramon. *conſil. deciſ.* 35. *num.* 4. licet contrarium probet Dominus Creſpi *obſer.* 7. cujus Doctrina pleriſque dura videtur; ergo qui de Principe benemeritus privilegium inſaculationis obtinuit ſine cauſæ cognitione, ab eo removeri non poterat.

Quibus addebatur, quòd à Principe erat matriculæ 10
adjectus, ſicque ſacrilegium eſſet de ejus merito diſputare, *l.* 2. *C. de crim. ſacrileg.* ibi: *Diſputare de principali judicio non oportet: ſacrilegii enim inſtar eſt dubitare an dignus ſit, quem elegerit Imperator.* nam ut ait Plin. junior, *lib.* 4. *epiſtol.* 4. *Graviſſimi Principis judicium in minoribus etiam rebus conſequi pulchrum eſt.* Quanto pulchrius in re ingenti, ut matricula ad munera majora Reipublicæ? Si enim, ut ait Theodor. apud Caſſiodor. *lib.* 1. *epiſtol.* 12. 11
Pompa meritorum eſt Regale judicium, quia neſcimus iſta niſi dignis impendere; ut alibi dixi, de idoneitate ipſius approbati non erat diſceptandum, quin nova cauſa emergeret, ob quam amiſiſſet approbationem.

Quæ confirmantur attenta narrativa privilegii primæ 12
inſaculationis, à qua diſpoſitio ſpecificabatur, & formam capiebat, *l. ſiv. ff. de hæred. inſtit.* cum aliis traditis à Cancer. *diſt. cap.* 3. *n.* 402. Domino Caſanate *conſ.* 10. *numer.* 34. *tom.* 1. in eo enim hæc verba reperiuntur expreſſa: *Inſerviente nobis pro hac gratia cum viginti mille libris.* Et ibi: *Sed omni obſequiorum genere inſervivit.* Ex 13
quibus deſumitur privilegium illius inſacularionis remuneratorium fuiſſe, ſicque tranſiiſſe in contractum, Bald. *in l. qui ſe patris* 3. *C. unde liber.* Socin. *conſ.* 38. *nu.* 9. Roman. *conſ.* 436. *num.* 14. Surdus *conſ.* 419. *num.* 51. & *ſeqq.* & ideo irrevocabile, *l. quod ſemel*, ubi Barr. *ff. de decret. ab ord. faciend. diſt. cap. decret.* 16. ubi Gloſſ. *verb. manſuram, de regul. jur. in* 6. Bartol. Bald. Molin. cum addit. & alii complures congeſti à Caſtillo *controverſ. tom.* 5. *cap.* 106. *num.* 17. & *ſeq.* nec omittendus Bellug. *in ſpecul. rub.* 1. *num.* 2. *in fin. & rub.* 9. *nu.* 30. Contractus enim Principis leges eſſe dicuntur. Bald. *in d. l. digna vox,* 14
plures apud Menoch. *conſ.* 403. *n.* 7. *tom.* 4. & Gratian. *diſcept. tom.* 5. *cap.* 991. *num.* 9. & *ſeqq.* ſicque vocantur contractus privilegiari, *l. Titius pueri* 3. *ff. de obſeq. præſt.* ac per conſequens ex ſui natura irrevocabiles manent: 15
nam forma contractus immixta privilegio revocabilitatem excludit: *l. Aquilius regulus* 27. *ff. de don.* Bald. *in l. ſi cum mihi* 35. *ff. de dolo*, Capici. *deciſ.* 121. *num.* 16. Oſaſc. *deciſ. Pedemont.* 139. *n.* 28.

Quod provenit ex eo, nam quamvis ſubditi teneantur 16
vitam exponere, & ſubſtantiam expendere in obſequium Principis, ipſe debet merita ſubditorum remunerare, ut exemplo præmii cæteros ad imitationem impellat: tum etiam, quia adſtringitur id ipſum facere amplitudinis Regiæ gratia, ne ingrati culpam ſubeat, Alexand. ab 17
Alexand. *dier. genial. lib.* 5. *cap.* 1. ac per conſequens præmium hoc, ad quod officio Regiæ dignitatis impellebatur, donatio non erat: *l.* 29. *ff. de donat.* ibi: *Donari videtur, quod nullo jure cogente conceditur*, & ut explicat Hipolyt. Riminald. *in princ. Inſtitut. eod. Nullo jure, hoc eſt, neque naturali, neque civili, l. minus* 214. *ff. de verbor. ſignif.* ibi: *Dona ſunt quæ nulla neceſſitate juris, officii, ſed ſponte præſtantur.*

Demum remuneratio, id eſt, *quod fit propter merita non* 18
inducentia civilem actionem: Cæſar Graſſis *deciſ.* 7. *de donat. n.* 18. Mantica *de tacit. lib.* 13. *tit.* 15. *n.* 16. & *lib.* 21. *tit.* 4. *n.* 7. Grat. *diſcept. for. lib.* 2. *c.* 36. *nu.* 13. Igitur quamvis Civitas non inſerviret cum viginti mille libris, virtute ſervitiorum, de quibus inferius mentio habetur, irrevocabile privilegium manebat. Sed hujus privilegii virtute fuit Penarroja matriculatus: igitur nulla præcedente cauſa, quæ de novo proveniat ad illum exuendum ab eo jure, irrevocabilis manebat ejus matricula.

Quod confirmari poteſt ex eo; nam privilegium pri- 19
mæ inſacularionis habebat vim legis pactionatæ, nam

fuit conceſſum ex cauſa oneroſa; ſed matricula iſtius eſt pars ipſius privilegii; ergo non cenſetur derogata à Principe, qui leges pactionatas numquam derogat: Bellug. *in ſpecul. d. rub. 2. n. 2.* & nos diximus latè *c. 1. §. 2. n. 39. & ſeqq.*

20 Nec valebit ſi dicas, hanc legem pactionatam poſſe à Principe revocari accedentibus precibus Juratorum Urbis in dicta epiſtola memoratis, tanquam alterius paciſcentis voluntate, ſicque revocationem matriculæ, ſive inſaculationis ratam manere, ex *l. nihil. 35. ff. de regul. jur.* cum *vulgat.*

21 Nam negatur revocationi conſenſiſſe; licèt enim Jurati id precibus expoſuerint, ipſi non habeant poteſtatem ad eum effectum, nam Civitatem non repræſentant, ſed ſolum ſunt Adminiſtratores ipſius, *privil. 47. Domini Reg. Petr. II.* dixi latius hoc *cap. §. 3. numer. 20. & 21.* ſed Concilium generale, ex cujus conſenſu privilegium im-

22 petratum fuit, & ſic ejuſdem Concilii voluntas deſiderabatur, Oſaſcus *d. deciſ. 17.* Raudenſ. *deciſ. 11. n. 37.* Cancer. *d. c. 13. n. 95. & ſeq.*

23 Et quod amplius eſt, ſimilis conceſſio indulta fuit Civitati in communi, ſed quoad executionem unicuique ex matriculatis, qui omnes veniebant, ut ſinguli, ad iſtud privilegium, ex propria perſona, cum unicuique privilegium matriculæ concederetur, quare cenſebantur tot conceſſiones irrevocabiles, quot erant perſonæ, *l. ſi abrogata, verſ. penult. ff. de adopt. l. coheredi, cum filia, verſ. nec fidei commiſſum. ff. de vulgar.* late Zucarel. *conſil. 50. n. 3.* & unuſquiſque directè habebat beneficium irrevocabile ex Principali conceſſione, Suarez *in quæſt. majoratus, n. 18.* Molin. *de primogen. lib. 4. cap. 40. num. 84.* Cancer. *dict. c. 3. nu. 22. cum ſeqq.* ac per conſequens unuſquiſque conſentire debebat, cum unicuique ſpecialiter conceſſum videretur.

24 Nec obſtat ſi dicas, cauſam adeſſe ut exempti excludantur, ut exprimitur ab ipſis Juratis in *dicta epiſtola*: nam ad revocationem hujuſmodi privilegii de novo debet cauſa emergere, & urgere, Abbas *in cap. audiſtis, n. 1. de off. legat.* Bartol. *in l. quod Servius, num. 4. ff. de condict. ob. cauſ.* Cephal. *conſil. 302. num. 138. volum. 3.* ibi: *Non eſt in propoſito cauſa introducendæ novitatis, quæ etiam ab initio tempore inveſtitura urgebat; ſed opertere, quod ſit nova cauſa nondum excogitata, nec detecta, & quæ tunc temporis intelligi, vel præſumi non potuit,* argument text. *in l. ſi hominem*, ubi Bartol. *num. 2. ff. mandati.* Roman. *conſil. 118.* Oſaſcus *deciſ. 91. n. 15. & ſeqq.* Franc. Beccius *conſil. 59. volum. 1.* Roland. à Valle *conſil. 76. nu. 23. & ſeq. volum. 2.* Tiraquel. *in præfat. l. ſi unquam, n. 168. & 170. C. de revoc. donat.*

25 Princeps enim, & ſui adminiſtri evidenter tempore conceſſionis norum habebant, Valentiæ exemptos eſſe à præſtatione jurium Urbanorum, qui ad hæc officia admitti poterant. Nam (omiſſis obtinentibus beneficia Eccleſiaſtica, nam hi à foro excluſi ſunt, *for. 8. de Notar.* ob quod ſuperflua quoad hos precum oblatio fuit) parentes duodecim filiorum, aut Officiales ſancti Officii Inquiſitionis, habiles ex exemptis erant, iſti ex indulgentia ipſius Principis, qui eos ad matriculam eligendo diſpenſaſſe videtur, ut §. *ſeq.* dicam. Illi à jure com-

26 muni, *l. ſi quis decur.* & ibi gloſſ. *C. de Decur. lib. 10.* Anton. Theſaur. *q. for. lib. 1. q. 13. & q. 96.* Franch. *deciſ. 289.* Borrel. *conſ. 28. n. 10.* Riccius *collect. deciſ. 42. 1. par. & collect. 1707. par. 5.* Fachin. *controverſ. jur. lib. 3. c. 49.* Surdus *deciſ. 125.* Joan. Baptiſt. del Toro *in comp. deciſ. tom. 1. verb. Immunit. 15.* Caputus (qui bene, qui filii computentur? declarat,) *de regim. Reipub. cap. 7. §. 27. num. 53. & ſeqq.* & jure noſtro per textum, *& for. 155. Cur. anni 1626.* atque adeo Principem noſtrum unius ex foris conditorem, qui omnia jura in ſcrinio pectoris habet per Adminiſtros doctiſſimos, quos in Supremo Aragonum Concilio fovet, nullatenus hæc ignoraſſe dici poteſt; ſicut nec vigilantiam ipſorum omiſiſſe res tanti momenti, ſi exemptio cauſa eſſet, ut à matricula repellendi eſſent,

v. Nec urgebit ſi inſtes dicendo, tunc à mente conce- 27
dentis inconveniens reſultans ab exemptione abeſſe, poſteáque experimento comprobatum; nam onus probandi hæc incumbit aſſerenti, & ultra temeritatis notam, quam incurret apud omnes, intentum obtinere nequibit.

Sed demus quòd iſta ceſſarent, & voluntas Principi 28
adeſſet, nihilominus Penarroja in diſpoſitione reſcripti minimè comprehendebatur; nam ad ejus interpretationem recurrendum eſt ad preces, *cap. inter dilectos, verſ. caterum, de fid. inſtrument.* cum *vulgatis*: ſed in precibus tantum de obtinentibus Beneficia Eccleſiaſtica, & officia Inquiſitionis loquuntur Jurati: igitur hi ſoli comprehenſi reſcripto cenſentur. Quia ſimilia reſcripta ſunt 29
ſanctiones ſpeciales, quæ eſſentiam, & formam mutuantur à voluntate concedentis. *cap. cum dilecta. de reſcript. l. cum hi, §. Prætor, ff. de tranſact.* Anguian. *de legib. lib. 3. controverſ. 4. num. 14.* voluntas concedentis ſolùm fuit evitare damnum ſibi in precibus expoſitum, & ideo non dicitur diſponere in alios caſus. Quod comprobatur à natura ipſorum reſcriporum; nam in dubio numquam jurì Tertii præjudicare præſumuntur, nec latè interpretanda ſunt, ſed ſtrictè, ut vulgarum eſt in *Jure.*

Nec credibile videbatur, Principem voluiſſe à regi- 30
mine Urbis expellere parentes duodecim filiorum, qui eximuntur à præſtatione gabellarum, & vectigalium, nec Jurati talia in precibus contineri contenderunt: id enim eſſet pœnam imponere bene merentibus, & punire quos præmia deſtinata expectant, ex eadem cauſa, ob quam meritum obtinere dignoſcuntur; nam adeo utilis Reipu- 31
blicæ eſt filiorum procreatio, ut Divus Auguſtinus *lib. 19. de Civitat. Dei*, relatus per Caputum *de regimin. Reipub. cap. 3. num. 52.* dicat; quòd procreare filios propter patriam, pertinet ad officium virtutis; nullúmque reperitur Imperium, aut Reſpublica, à quibus præmia ingentia parentibus plurimorum filiorum non deſtinentur.

Publicam utilitatem prædicabat Hadrianus, ut inſit 32
Paulus *in l. cum ratio 6. §. ſi plures, ff. de bon. damnat. Cùm ampliari Imperium hominum adjectione, quàm pecuniarum copia malim. l. 1. ff. ſolut. matrim. l. 3. C. de bon. libert l. 2. C. de edict. Div. Adri. tollend.* Plato *dialog. 6. de legib. fol. mihi 553.* Tertul. *de exhort. caſtit. cap. 13.* ibi: *Forſan Reipublicæ proſpectu aguntur, ne Cives deficiant, ſi ſobolem non habeant, ne leges, ne jura, ne commercia deficiant.* Quod veteres Romani cognoverunt in prolatione legis Juliæ *de* 33
maritandis Ordinibus, & Papiæ Popeæ, quarum utilitatem perpendit Conſultus *in l. hoc modo 64. ff. de condit. & demonſt.* & meminit Juſtinian. *in l. aſſiduis 2. §. ad hæc, verſ. Quis enim, C. qui pot. in pig.* & Romanus Pontifex *in cap. quædam 6. 2. diſtinct.* ibi: *Continens præmia pro ſuſcipiendis liberis.* Fundamenta Reipublicæ uſi fuere Auctori panegyrici Maximin. & Conſtat, his verbis: *Leges hæ, quæ multa calibibus vetavere, parentes præmiis honoravunt: verè dicuntur eſſe fundamenta Reipublicæ, quia ſeminarium juventutis humanæ, & quaſi fontes humani corporis Romanis exercitibus miniſtrarunt.* De his loquitur Tertul. *ad uxor. lib. 7. cap. 5. & de exhort. caſtit. cap. 12.* Divus Ambroſ. *in cap. 12. Divi Lucæ:* Macrob. *ſaturnal. cap. 4.* Tacitus 3. *annal.* & Juſtus Lipſius *ad eum, not. 45.* Joannes Parcja *in otio quadrimeſtri, 2. part. per tot.* & plura didici apud Præceptorem dominum Ramos *in comment. ad eas leges, in proœm. & per tot.*

Nec ſolum parentibus præmia deſtinarunt, ſed etiam 34
matrimoniis, ut *ſupra* dixi *§. præcedenti, circa fin.* Nec primi Romani fuere, imò à Græcis hæc inter alia mutuarunt, cum antiqui legum latores præmiis ingentibus ad ſobolem, & nuptias invitaverint. De Licurgo teſtantur Plutarch. *in apophth. Lacon. in Licur. & in vita ipſius.* Athenæus *lib. 3. dignoſc. 1.* Xenophon. *de Repub. Lacedem. in princip.* Ælian. *lib. 2. variar. hiſtor. c. 5.* Aul. Gel. *noct. Attic. lib. 2. cap. 5.*

Secundus

35 Secutus fuit Græcos primus Julius Cæſar, ut tradunt Diony. *lib.* 54. Apian. *lib. 2. belli civil.* Sueton. in Julian. *cap.* 21. Lipſi. in Tacit. *dict. lib. 3. annal. annot.* 45. Pareja *ubi prox. num.* 1. & in Hiſpania ultra noſtros foros *in reformas. gener. anni* 1622. *num.* 19. & Navarret *in diſcurſ. Polit.* ita ut nulla gens ita barbara reperiatur, quæ præmia parentibus negaſſet. Alexand. ab Alexand. *lib.* 4. *dier. genial. capit.* 8. Petr. Gregor. Toloſ. *lib.* 9. *ſyntag. cap.* 7. *num.* 38. Comman. *lib.* 8. *comm. capit.* 1. *num.* 7. Braſſon. *de reg. Perſar. fol.* 29. quod & Philoſophi antiqui faſſi fuerunt, ut conſtat ex Platone *d. dialog.* 6. *de legib. pag.* 553. Ariſtotel. *lib.* 2. *politic. c.* 7.

36 Ut plurimum privilegia patribus conceſſa quoad honores fuerunt : dubitabatur cui ex Conſulibus jus ſumendi faſces primum tribueretur, & cui major numerus filiorum eſſet, conceſſum fuit. Idem, ut ſcriberetur in albo Prætoris, & ſententiam ferret in Senatu ; & quamquam ex *l.* 1. *ff. de albo Prætor.* id ad ſeniorem pertinebat, ex *c.* 7. *l. Julia*, habenti plus filios in poteſtate, aut bello amiſſos conceſſum fuit, quod videtur attigiſſe Ulpianus *in l. bello* 18. *ff. de excuſat. tutor.* quam ſcripſit *lib.* 20. *ad l. Juliam, & Pap.* exornant Ant. Auguſt. *de legib. cap. de leg. Jul. de marit. pag.* 77. Hotomanus *lib.* 7. *obſer. c.* 7. Faber. *in Jurisprud. tit.* 24. *princ.* 1. *illat.* 2. licet diſſentiat Balduin. *de leg. Pap pag.* 110.

37 Expenditur ad rem textus *in l.* 2. *ff. de minor.* ibi : *Quod enim legibus cautum eſt, ut ſinguli anni per ſingulos liberos dimittantur, ad honores divus Severus pertinere ait, non ad*

38 *ſuam rem recipiendam.* Interdicebatur minoribus munerum adminiſtratio, *l. ad Remp.* 8. *ff. de muner. & honor.* & diximus §. *præcedenti. n.* 12. ſicut & adminiſtratio bonorum, nam ſub regimine curatoris erant. Sanxerunt hæ leges, ut ſinguli anni per ſingulos liberos dimitterentur ; dubitabatur apud Conſultum, an id intelligendum ſit de adminiſtratione bonorum ? & *Ulpianus* reſpondit *lib.* 18. *ad leg. Jul. & Papi. in d. leg.* 2. quod minimè, nam id *divus Severus tantum ad honores pertinere; non ad ſuam rem recipiendam, reſcripſit.*

39 Ad id ipſum reſpicit diſpoſitio *for.* 41. *de Cur. & Bajulo*, quo cautum eſt, ut hi qui ad honores, & munera admittuntur, nuptias contraxiſſe teneantur, ut dixi §. *præcedenti*, *num.* 17. Si enim à *foro* requiritur expreſsè, ut matrimonium contraxerit, qui ad honores admittendus eſt ; quomodo dici poteſt, quòd is excludendus, qui mediante ipſo matrimonio fœcundè finem obtinuit, ob quem ſupremus Artifex Sacramentum hoc magnum inſtituiſſe eſt apertum ?

40 Ulteriùs ; pater quinque filiorum à muneribus publicis excuſatur, *tot. tit. de his qui n. filior. ſe excuſ. C. lib.* 10. Paez *tract. de excuſ. parentum. in princip. num.* 7. Novar. *quæſt. forenſ.* 75. *in princip.* ergo filii nullatenus excludunt patrem à regimine munerum, nam non eſſet opus excuſationis ob cauſam excludentem ab eo, ipſo medio, quo conceditur à jure.

41 Neque obſtabit ſi dicas, filios non excludere patrem à regimine, ſed exemptionem ; utatur itaque pater uno ex eis privilegiis, nempe exemptionis à vectigalibus, aut inſacularionis ad officia, cum concurſus amborum implicet. Non obſtat, inquam ; nam in nihilo privilegiatus pater exiſteret, ſi ad hoc ut in concurſu admitteretur, exemptionem jurium Civitatis amitteret, quia cæteris Civibus adæquaretur. Nec ratione exemptionis deviabitur à recto regiminis tramite, imò eo ipſo ad bene regendum, & fideliter gubernandum abſque dubio impelleretur, ob cauſam fœcundæ prolis : cum charitate paterna magis in filiis terreatur, qui onera impo-

42 nenda ſolvere tenebuntur (quæ eſt ratio à Juratis expreſſa) *l. iſti quidem*, §. *ultim. ff. quod metus cauſa*, ibi : *Nihil intereſt, an in ſe quis veritus eſſet, an in liberis, cum pro affectu parentes magis in liberis terreantur.* Accurſ. *ibidem* : Ariſtotel. 8. *Ethicor. cap.* 12. *Æque* (inquit) *parentibus vita liberorum cara eſt, atque ſua.* Latin. Pact. *in panegyr. Theod.* ibi : *Inſtituente natura, plus ferè filios quàm noſmetipſos diligimus.* Albert. Gan. *in tract. male-* 43 *ficior. tit. de queſt. & tutor. verſ. nunc videndum*, docet, quòd caſu quo torquendi ſint pater, ac filius, filius in conſpectu patris torqueatur, quo citò maleficium fatebitur : quem ſequuntur Guid. Suaz. *in tract. de tormen. col.* 3. *verſ. Quo ordine*, & alii plures relati à Tiraq. *in l. ſi unquam, in præfat. n.* 7. *& ſeqq. C. de revocan. donat.* Quod 44 comprobaretur ab hiſtoria relata per Andream de Iſernia *in c.* 1. §. *publici latrones, tit. de pace tenend.* cum enim pater, ac filius inquiſiti de homicidio fuiſſent, extante liquida probatione, quod unus ex eis facinus patraſſet, Imperator Carolus I I. ſuſpendi filium mandavit, quo audito pater falſus fuit crimen. Gordianus Imperator 45 andita filii morte laqueo ſe ſuſpendit. Ægeus credens Theſeum filium amiſſum, è vertice in ſcopulos ſe præcipitavit, Catul. *in nup. Pele. & Thet.*

Præcipitem ſeſe ſcopulorum, è vertice ejecit,
Amiſſum credens immiti Theſea fato.

Seneca in *conſol. ad Albin.* ſcribit Rutiliam ſecutam fuiſſe filium in exilio, & optima ratione, *cum mallet pati exilium, quàm deſiderium.*

Nec mirum videatur, cum filius ſit pars corporis pa- 46 tris, *l. cum ſimus*, §. *ultim. C. de agricol. & cenſ. lib.* 11. & *ibi* Lucas de Penna multa colligens, Ariſtotel. *Ethicor.* 5. *c.* 5. perpulchrè Ovidius *in epiſtol. Didonis ad Æneam.*

Forſitan, & gravidam Dido ſcelerate relinquis,
Parſque tui latitat corpore clauſa meo.

Imò ambo eadem perſona eſſe intelliguntur, *l. ult. C. de* 47 *impub. & aliis ſubſt.* latè Langlæus *ſemeſt. lib.* 7. *cap.* 2. quibus addi poteſt, Gloſſ. *in c.* 4. *de pœnit. diſtinct.* 3. *verb. puniens ſe*, & Caſtrenſis *conſ.* 264. *col.* 3. *lib.* 2. ubi quod filius jejunare pro patre permittitur ; & Juſtinianus *in* §. *ei qui duo, Inſtitut. de inutil. ſtipul.* ubi quòd vox unius eſt vox alterius, eo quòd, ut *Eccleſ.* 30. habetur : *Mortuus eſt pater, & quaſi non eſt mortuus, ſimilem enim relinquit ſibi poſt ſe.*

Si enim ſic ſe habent hæc, & filii iſtius exempti ad 48 omnia jura tenentur Civitatis, nullatenus credendum eſt de patre, quamquam à præſtatione eorundem exempto, vitam filiis adimi permiſſurum ; nam nummi, quos in exactione jurium filii ſoluturi ſunt, pro vita, & ſanguine eorundem reputabuntur : Cælius *lib.* 4. *antiquar. lect. c.* 2. Salicet. *in l. admonendi, colum penult. verſ. Quæro, de jurejurand.* Firminian. *in tract. de Epiſcop.* ubi inter alia, hæc carmina refert.

Sunt nummi fratres, ſunt nummi vita, ſaluſque,
Eſt nummus ſanguis, deliciæque hominum.

Poſtremò, nam reſcriptum hoc per obreptionem, & 49 ſubreptionem impetratum eſſe dignoſcitur, ex dicendis *infra*, §. *ſequenti*, ergo nullius roboris, & momenti.

His itaque deductis obtinuit Penarroja reſcriptum ab 50 ipſo Principe, quo declaravit primum, nec diſpoſitio ejus ad parentes duodecim filiorum extenderetur ; ſicque ſequenti anno Juratus extractus fuit.

---

§. VII.

De obreptione. & ſubreptione reſcriptorum ac de exemptione præſtationis jurium urbanorum cauſa officii ſanctæ Inquiſitionis, ne impedimento ſit ad ea officia obtinenda, ad for. ult. de precib. Prin. offer. cum aliis juribus.

TEXTUS.

JACOBUS PRIMUS REX.

QUalque coſa nos donem, ò perdonem, ò otorguem ò entre altres ſia feyt per alcun contracte, ò en alcuna manera alienat tot hora, ſie entes que ſie feyt ſens perjudici del dret daltri : jat ſie ço que eſpreſſament no ſie dit, ne contengut en la carta.

SUMMARIA.

1 *Facti species proponitur.*
2 *De potestate Principis dubitare, est sacrilegium.*
3 *Princeps tantum disponere solet de his quæ secundum leges potest.*
4 *Rescripta contra jus aut utilitatem publicam, nulla sunt.*
5 *Nam licet adsit potestas, non adest voluntas.*
6 *Subreptio, aut obreptio per quæ inducantur.*
7 *Exemptos gubernare non est perniciosum Reipublicæ.*
8 *Exemptio concedi solet eis ipsis qui gubernant.*
9 *Exempti non solent esse faciles ad jura imponenda.*
10 *A Juratis non pendet impositio jurium.*
11 *Ecclesiastici qua ratione admittuntur ad officia operariorum murorum, & vallorum.*
12 *Murorum, & vallorum officia mixtim, è Generalitate, & Urbe creantur.*
13 *Ecclesiastici tanquam exempti admittuntur.*
14 *Exempti juriù Generalitatis admittuntur ad ea officia.*
15 *Narrativa tanquam pars gratiæ verificari debet ab impetrante.*
16 *Rescripta nulla exequi non debent.*
17 *Decisio Senatus.*
18 *Rescripta ex quibus aliena injuria infertur, nulla sunt.*
19 *Exemptio jurium Urbis quo jure pertineat ad Officiales sanctæ inquisitionis.*
20 *Lex lata in speciale odium alicujus dolì arguitur.*
21 *Dolus intervenire potest in legibus.*
22 *Jus Tertii, etiam jam quæsitum, tolli potest, intervenientè utilitate publica*
23 *Privilegium sanctæ inquisitionis cedit in utilitatem totius Regni, & Monarchiæ.*
24 *Civitas respectu totius Regni privata persona reputatur.*
25 *Privilegium insaculationis provenichat ex contractu.*
26 *Causa utilitatis publicæ debet esse nova, ut privilegium, vel jus quæsitum auferatur.*
27 *Rescriptum posterius, ut primum revocet, debet mentionem expressam habere illius.*
Rescripta interpretari debent, ita ut effectum operentur, ibid
28 *Concordiæ inquisitionis confirmata per forum.*
29 *Officiales sanctæ inquisitionis non fruuntur privilegio fori, in spectantibus ad officia Urbis, quæ administrant.*
30 *Senatores omnium Regiorum Conciliorum obtinent officia Consultoris sancti Officii inquisitionis.*
31 *Jura quæsita per actus civiles derogari potest per Principem.*
32 *Fallit in Regno juxta dispositionem textus.*
33 *Privilegium exemptionis non competit Inquisitioni per actus civiles.*
34 *Decisio Senatus supremi.*

1 SUppositis rescripto Principis, & epistola Juratorum, de quibus in §. *precedenti, num.* 2. & 3. nulli dubium erit, Josephum del Olmo famulum à secretis sanctæ Inquisitionis sub eo comprehendi: sed ut de nullitate rescripti ipsius appareret, pro amico deduxi ea, quæ traduntur à subtilissimo Antonio Fabro *in C. lib.* 1. *tit.* 11. *diff.* 1. *per totam*, quam scripsisse suadebat expressè ad nostram speciem: ut verò clarius jus quod fovebam appareret, & tradita ab ipso ad factum nostrum adaptarentur in modum paraphrasis dictam diffinitionem, tanquam textum, propositam sic explicabam.

2 *Et si de suprema.* Propriissimè Faber nota sacrilegii damnabat dubitantem de Principis potestate, *ex l.* 5. *C. de diverf. rescript.* cum nemo Principi leges scribat, ut ait Plin. junior, *in panegyr. ad Trajan.* plura apud Chassaneum *in catalog. glor. mundi, par.* 1. *consid.* 38. *conclus.* 44. *num.* 5. sed quia digna vox Principis est legibus alligatum se profiteri, Theodor. apud Cassiodor. *var. lib.* 10. *Cum omnia possimus, sola credimus licere nobis laudanda,* sine sacrilegii nota dicere possumus Principem tantum de his quæ secundum leges fieri possunt, constituere aut disponere consuevisse. Nec hoc est ex defectu potestatis, sed voluntatis, ut ait Faber *in fin. ex l. ex imperfecto, C. de testam. l. digna vox, C. de legib.* pluribus relatis Fachin. *controverf. lib.* 1. *c.* 2. & Selle *decis.* 74. *n.* 41. *cum seqq. lib.* 1.

Ex quo deducitur quod docet Faber, nempe rescripta, quæ contra jus, aut utilitatem publicam impetrantur, nullatenus censeri concessa, ut in nostro *textu* apparet *for.* 3. *&* 4. *si contra jus aliq. fit impetr.* Et ratio est, nam circumventa per obreptionem, & impudentiam dicitur religio Principis, qui nec voluisse unquam credendus est, quod juste velle non potuit. Dominus Leon *decis.* 21. *n.* 9. *tom.* 1. *Licet adsit potestas Principis, non tamen ejus voluntas intervenit propter obreptionis vitium resultans ex narratis in proœmio.* Sicque nullius valoris sunt, *l. si quis* 29. *ff. ad l. Cornel. de falsis, l. ult. C. de diverf. rescript. cap. super literis* 20. & ibi Barbos. *in collect. de rescript. dict. for. ult. de precip. prin. offer. for.* 3. *&* 4. *si contr. jus*, late Gratian. *discept. for. cap.* 961. *n.* 25. *&* c. 991. *num.* 7. *tom.* 5. Cancer. *variar. lib.* 3. *c.* 3. *n.* 200. Duran. *decis. Rota* 100. *n* 6. *tom.* 1. cum aliis pluribus adductis per Barbos. *in dict. collect.*

Videamus igitur si in nostra specie reperiuntur ea, quæ obreptionem, aut subreptionem inducunt. Primum enim requiritur, *ut falsum exprimatur, vel verum supprimatur*; dict. cap. *super literis* 20. *for.* 2. *si contra jus aliquid.* Barbos. cum ab eo relatis *in dict. collect. n.* 3. Secundò, ut ex suppressione veri, vel expressione falsi, sive cum malitia, sive cum ignorantia, damnum alicui inferatur; *l.* 1. *ff. de natal. restit. dict. for. fin. & dict. for.* 2. Et in nostra specie utrumque adesse videbatur (omitto nunc secundam partem, de qua statim, & loquor de prima) nam Jurati *in epistola* expressè dixerunt perniciosum Reipublicæ esse, ut ab exemptis gubernaretur. Quod à veritate alienum probabatur ex observantia ipsius Urbis, quæ ipsis gubernantibus, sive officia obtinentibus exemptionem concedit, nempe Rationali, & Syndicis, ex speciali statuto, sententia Advocatorum Urbis de novo confirmato, causa cognita, coram eisdem Juratis: ergo evidenter sequebatur, quòd exemptio non obest, quominus officia debitè gerantur, imò præmium assignatum est ab eadem Urbe ad bene gerendum; & administrandum; quare cum Ovidio 13. *Metamorphos.* dicere poteramus.

——legem sibi dixerat ipse.

Et quòd ab exemptione nullum damnum Reipublicæ inferatur, ex eo apparebat; nam ex quo quis exemptus sit, neque facilior erit, dum administrat ad novorum jurium impositionem, cum nulla utilitas ei sequatur; nec verisimile est, quòd ex quo nullam utilitatem expectat, dictamen rationis deponat; ob quod possit in syndicatu teneri. Neque impositio, qua nullatenus gravatur, si ratio suadeat, ab aliquo ex ipsis vitiabitur, atque adeo deficiente causa impulsiva (si hoc nomen utilitas propria meretur) voluntas exempti in hoc, vel illud facilius inclinabitur, sed libera manens per rationis tramites perfectius operabitur. Quibus addebatur, quòd à Juratis, vel aliis Magistratibus, ex his qui ex matricularis per sortem extrahuntur, non pendet impositio jurium urbanorum, cum postquam ab ipsis rationi consentaneum videatur, assensus quatuordecim Deputatorum Imitionis censualium, vulgò *del Quitamen*, & deliberatio Concilii generalis postuletur, ac (quod magis est) licentia Principis, ut jam dixi §. 3. *num.* 34. Quid enim proderit, vel nocebit unius voluntas (ad quem numerus exemptorum ad matriculam destinatorum, tunc reducebatur) inter tot tantarumque congregationum copia? Rescripta enim sub ea conditione conceduntur, *si preces veritate nitantur d. l. ult. C. de diverf. rescriptis*; ergo dum veritate minimè nituntur, nullius effectus sunt.

Iterum

11 Iterum videbatur, ex quo Jurati in precibus affirmarunt, quod ideo Eccleſiaſtici admittebantur ad Magiſtratum curantem de reficiendis muris, vallis, pontibus, & ſimilibus: apud nos *Obrer de murs, y valls*, quia ſolvunt ea jura, quæ ad id ipſum impoſita fuere; quod nullatenus poterat verificari; nam non ad inſtar Urbis id adminiſtratur, neque adinſtar Deputationis, aut Generalitatis, ſed mixtim, cum ex tribus Brachiis toti Operarii
12 conſtituantur quotannis, qui ſimul cum Juratis ea jura regunt (de quibus *infra* §. 11. latiùs diſputabimus) juxta ſententiam arbitralem, & ſic quamvis non tenerentur ſolvere prædicta jura, eo ipſo quoad Brachia Regni ſpectabat electio, Eccleſiaſtici admitterentur, licet quoad officia Urbis excludantur, *ex for 23. de Advocat. privil. 32. & 37. Domini Reg. Petri II. for 8. de Notar.* Quod clarius patet ex eo, quod unuſquiſque ex Brachiis independenter ab alio creat, ſeu eligit Operarium, aut Præfectum murorum, & vallorum, & in *for. in extravag. Confirmacio fol. 6. cap. 1.* ſic dicitur: *Inſeguint la qual de preſent, en la preſent Cort, entre los del dit Braços ſei, ê donat orde çom los exempts deuuen de aqui avant eſer elegits en lo dit officî*; quo expreſſis verbis dicitur, quòd Eccleſiaſtici tanquam exempti eliguntur, ac per conſequens contraria veritati erat propoſitio Juratorum, in quantum aſſerebat, *per hon al concurs dels oficis de la fabrica de murs, y valls, ſon admeſos los Eccleſiaſtichs, y tots los demes que contribueixen, los quals no ſerien admeſos ſino contribuiſen.*

14 Quibus addebatur, quòd parentes duodecim filiorum, & Officiales ſanctæ Inquiſitionis Milites, exempti ſunt à præſtatione jurium Generalitatis, ut dixi *cap. præcedent. §. 2. num. fin.* & nihilominus inſaculantur, & admittuntur ad ea officia: ergo admiſſio ad hæc munera publica non provenit præciſè ex contributione jurium, ac per conſequens cum in veritate preces deficiebant omnino,
15 nullum reſcriptum pronuntiandum; Cancer. *d. c. 3. num. 200. cum ſeq.* Barboſ. *in d. collect. n. 3. cum ſeqq.* Nec obſtabit ſi dicas, quòd noviter damnum experti erant Juratî; nam neque deprehendebatur ex narratis, neque in Republica percipiebatur, & aſſerenti incumbebat onus probandi, cùm narrativa, tanquam pars gratiæ, debeat probari ab impetrante. Mantica *deciſ. 358.* Duran. *deciſ. 100. n. 6.*

16 *Vetitumque Judicibus.* Pergit Faber, docendo interdictum eſſe Judicibus, nec reſcripta hujuſmodi executioni mandent, ſi quam ſubeſſe iniquitatem intueantur, *l. penult. C. ſi cont. jus, vel util. publ. for. 3. eod.* (quo jure data eſt poteſtas Gerenti vices generalis Gubernationis inhibendi Judices, qui reſcripta contra jus impetrata exe-
17 cutioni mandant) *for. 9. eod.* D. Leon. *d. deciſ. 21. num. 14.* ſicque obſervaſſe Senatum, tradit *deciſ. 34. n. 41.* quod in caſu occurrenti obtinui, nam emiſſo recurſu ad Senatum die 27. Novembris 1642. ex deliberatione trium Aularum, ita fuit definitum cum Regia proviſione diei ſequentis.

18 *Ea maximè reſcripta.* Tradit jam Faber, quæ reſcripta contra jus cenſeantur, ſcilicet ea maximè, ex quibus injuria alicui infertur, quoties alteri jam quæſitum jus, aut invito, aut ignoranti adimitur: *l. nec enim 4. C. de emancip. liber. l. 2. §. ſi quis à Principe, ff. ne quid in loc. pub. l. quoties, C. de precib. Imper. offer.* vulg. *l. quod noſtrum, ff. de regul. jur.* in noſtro *textu* cavetur expreſsè, ex quo reſultabat, nullum eſſe reſcriptum.

19 Quia ſi de exemptione agamus, nullatenus hoc jure Olmo privari poterat; nam illud obtinebat tanquam famulus à ſecretis ſanctæ Inquiſitionis Valentinæ, ſimul cum cæteris ejuſdem ſancti Officii Officialibus titulatis, quibus competit ex *Motu proprio* Leonis XI. & ex conceſſione Domini Regis Catholici Ferdinandi II. & probatur ex Regia ſententia publicata per Alreus, *die 31. Maii 1613.* ad favorem Melchioris Mendoça adversùs Syndicum Urbis, & ex *c. 13. primæ concordiæ anni 1554.* quæ vim *fori* obtinet ex *for. 24. Cur. ann. 1558.* quibus ſic ſtantibus minimè ei auferri poterat.

Si de inſaculationis privilegio, ita pariter ei competebat, ex latè traditis §. *præcedenti*, ex *n. 10. cum ſeqq.* quibus additur D. Leon *dec. 21. n. 5.* ibi: *Eſt tamen verum, quòd ſi lex communis, & generalis, quoad formam eſt edita, ſed in ſpeciale odium alicujus, is qui ex ea laditur, poteſt Principem ſupplicare, & illam de iniquitate arguere, cum competat ei doli exceptio. l. 1. verſ. fin. ff. de dol. mal. & met. except.* ibi: *Et quidem dolo fit, tam in contractibus, quàm in teſtamentis, quàm in legibus.* Hoc enim reſcriptum in odium Joſephi del Olmo impetratum fuiſſe patet; nam neque in precibus, neque in reſcripto poterant comprehendi obtinentes beneficia Eccleſiaſtica, vel Clericatum, cum hi excluſi ſint per *for. 8. de not.* ut dixi, & numquam admiſſi ad munera fuere, ut notum eſt; ſicque quamvis verbis epiſtolæ Juratorum continebantur, in effectu nullatenus; nam jam excludebantur à foro, & de facto. De parentibus duodecim filiorum faſſi fuerunt Jurati non locutos fuiſſe, & ſic Princeps decrevit, ut dixi §. *præcedenti, num. fin.* Igitur ſolum remanebant Officiales ſanctæ inquiſitionis; ſed ex eis tantum reperiebatur inſaculatus Joſephus del Olmo: ergo in ejus odium impetratum fuit, & ſumus in terminis *prædictæ deciſionis* 21. Domini Leon.

Niſi privatam illam injuriam publica utilitatis favor 22
exturquet, & emendet, ait Faber. Ex quo argui poterat, cùm utilitas publica ſufficiens ſit, ut Princeps jus & dominium alicui, tam de jure gentium, quàm de jure civili quæſitum tollere poſſit, *l. Lucius 11. ff. de evict. l. item ſi verberatum, §. 1.* ubi DD. *de rei vindic.* Monet. *de commut. ult. volunt. c. 6. q. 6. n. 104.* Sed in occurrenti caſu utilitas publica non verſabatur, cùm, ut ſuperiùs dixi *n. 4. & ſeqq.* nullum damnum ſequatur Urbi, eo quòd exemptionem tribuit gubernantibus, & adminiſtrantibus, nec ab ipſorum excluſione utilitatem aliquam captabit, cùm eis excluſis alii in eorum loco matriculandi ſint, qui jam jura ſolvunt, etiamſi non matriculentur. Sed dato, quòd in 23
hoc, utilitatem Civitas aliquo modo obtineret, nullatenus excludendi erant Officiales ſancti Officii; quia cùm privilegium exemptionis conceſſum ſit ſupremo Senatui Inquiſitionis, & omnibus Officialibus Inquiſitionum cujuſcunque Provinciæ, cedit hoc privilegium in utilitatem totius Regni, & verius totius Monarchiæ Hiſpanicæ, & adhuc totius militantis Eccleſiæ; cum mediante hoc ſancto Inquiſitionis Officio integritas Religionis Chriſtianæ, & veræ Fidei obtineatur; ex quo ſequitur, quòd quamquam Civitas utilitatem aliqualem obtineret, cedere debebat utilitati totius Regni, Monarchiæ, & Religionis Catholicæ. Optimè ad rem Moneta 24
d. c. 6. q. 2. n. 107. ibi: *Multo magis reſpectu totius Provinciæ vel dominii, cujus comparatione ipſius etiam municipii, ac Civitatis, militas privata dicitur, cum unum corpus, & unam perſonam repræſentet.* Quod comprobat aliis relatis.

Illa tamen diſtinctio, &c. Diſtinctio hæc à *Fabro*, pro- 25
poſita pro Joſepho del Olmo aderat, cum privilegium inſaculationis ex legitimo contractu proveniat, ut *ſuprà* oſtenſum eſt §. *præcedenti, num. 15. cum ſeqq.* ſicque citra injuriam auferri à Principe non poterat, ut dixi *ibid.*

Si nulla ratio urgeat, dixit *Faber*. Quòd loci conditio- 26
naliter loqui videtur, & conſequenter adſtante cauſa poſſe auferri non abſurdè affirmari poterat. Sed animadvertendum eſt præter ſuperius dicta, quòd cauſa, ſive ratio urgens, debet eſſe nova, & quæ tempore conceſſionis excogitari non poſſet, ut dixi §. *præcedenti, num. 14.* Tempore enim quo Joſephus del Olmo matriculatus fuit, per quatuor & viginti annos exemptionem obtinuerat, nec id à Principe ignorabatur, cùm Regio reſcripto diei 6. Januarii 1629. ei expreſsè conceſſiſſet, quod non obſtante officio Secretarii Inquiſitionis ad munera admitteretur. Ex quo ultra ſcientiam Principis 27

colligebatur, casu quod id impedimento fuisset quominus admitteretur, specialiter sibi indultum; quod revocatum non apparebat per rescriptum, de quo disceptabamus: nam rescriptum posterius debet expresse mentionem facere de priori, *c.1. de constit. in 6.* pluribus relatis Moneta *c.8. q.6. conclus.4. num.* 516. Barbos. *in collect. ad dict. cap. 1. de constit. in 6. n.1.* præsertim cum dispensatio illa non sit clausa in corpore juris, & solum ad hunc effectum requiratur; rescripta enim similia, sunt privilegia quæ interpretari debent, ut effectum operentur; *Cap. si Civitas, de sentent. excommunic. in 6.* Andr. Gail. *observat.* 130. *n.1.*

28 Quòd dispensatio ad hoc tantum requirebatur, ex eo apparebat; nam à jure, nec à foro cautum reperiebatur, ut Officiales sanctæ Inquisitionis à regimine Urbis exterminarentur; imò ex necessario antecedenti posse admitti supponebatur, *in c.1. Concordiæ primæ anni* 1554. *& in c. 4. Concordiæ secundæ anni* 1568. confirmatis per *dictum for.24. Curiar. anni* 1585. quibus cautum est, quòd

29 Officiales sanctæ Inquisitionis, qui ad regimen admitterentur, non fruerentur privilegio fori quoad delicta in regimine commissa, sicque habiles à *jure*, & *foro* sunt; atque adeo, ut plurimum eis obesse poterat exemptio, quod obstaculum removebat dispensatio prædicta.

30 Et si hæc omnia deficerent, nihilominus admittendi erant, eo quòd Dominus Rex noster piissimus in omnibus suis Regiis Cancellariis, Audientiis, & Supremis Senatibus observat, quòd Senatores officiis sanctæ Inquisitionis fruantur; nam ubicumque concurrunt Senatus, & Inquisitio, Senatores sunt Consultores, S. Officii, & in Supremis ex quocunque duo Senatores præcisè nominantur Consultores generalis Inquisitionis, ob quod licet in aliquo utilitas Urbis attingeretur, omitti poterat, ne exemplum hoc ab ipsa non imitatum assereretur.

31 *Possit autem juri quæsito per actus civiles, ut puta per sententiam, &c.* Id objici poterat, cùm exemptio ad Officiales sanctæ Inquisitionis pertinere dicatur per sententiam, ut dixi *n. 19. in hoc §.* Sed non obstat, cum juxta *textum* indistinctè caveatur, quòd rescripta quæ continent injuriam alicujus, nullius roboris sint, & ubi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus, *l. non distinguamus, ff. de recep. arbitris,* cum *vulgatis*, & adductis à Barbosa *axiomat.* 136. *num.2.* fori enim ad literam intelligendi sunt, ut latius dixi *cap.1.§.2. per tot.* Sicque sicut generaliter loquitur, generaliter disponit. Quibus addi potest, quòd privilegium exemptionis competit ex *Motu proprio* Leonis XI. & dicto *c.13. primæ Concordiæ,*

33 per forum confirmatæ, ut dixi *dicto n.19.* & sic non per actus civiles, neque à solo Principe, sed à Pontifice, & in Curia generali, quæ dispositio habet vim contractus. Ex quibus omnibus resultabat rescriptum per obreptionem obtentum, ac per consequens nullius momenti esse. Sic obtinui in Supremo Senatu, & Josephus del Olmo

34 remansit in matricula donec vixit; sed immutatum fuit hoc in *privilegio 2. insaculationis,* ut statim trademus.

§. VIII.

De impedimentis perpetuis, & temporalibus ad officia urbana obtinenda, ad explicationem for.8. de Notariis, & aliorum jurium.

TEXTUS.

PETRUS PRIMUS REX.
Anno 1283. Valentiæ.

ITem statuimus, & ordinamus, quòd prohibeatur de cætero, ne aliquis portans coronam recipiatur in procuratorem, nec in officio publico.

SUMMARIA.

1 *Impedimenta alia sunt perpetua, alia temporalia.*
2 *Ecclesiastici excluduntur à muneribus publicis.*
3 *Amplia in Militibus Ordinum Militarium, eo quòd verè Religiosi sunt.*
Quæ procedunt etiam in officiis Generalitatis pro Brachio Militari, ibidem.
4 *Miles qui officium obtinet actu, si Militaris Ordinis habitum suscipiat, excluditur à munere, cum detinsione Senatus.*
5 *Jurisconsulti excluduntur à muneribus Urbis, non verò Generalitatis.*
6 *Irrationabile videtur quòd Jurisconsulti excludantur.*
7 *Domini molendinorum arcentur à muneribus.*
Domini furnorum minimè, licet adsit eadem ratio ibid.
8 *Inopes arcentur à muneribus Urbis.*
9 *Faber suæ fortunæ, unusquisque est.*
10 *Officiales perpetui Regii, sanctæ Inquisitionis, & Civitatis excluduntur.*
11 *Concubinarii excluduntur, sed usu receptum non est.*
12 *Impedimenta temporalia quæ?*
13 *Officialis actu non admittitur ad alium concursum.*
14 *Triennii vocatio ab eodem officio.*
15 *Debitores fisci impediuntur.*
16 *Debitores Urbis pariter.*
17 *Conductores jurium Urbis, eorumvè parentes, vel liberi, impediuntur.*
18 *Debitores qui impediuntur, non sunt minima quãtitatis.*
19 *Administratores.*
20 Cuenta con pago, *quid significet.*
21 *Pater filium impedit, & è contra.*
22 *Pater, & filius facilitèr in eandem sententiam coëunt.*
23 *Senatus observantia.*
24 *Syndico existente patre, filius juratus esse nequit.*
25 *Quid dicendum quoad officia Justitiarum.*
26 *Accusatus de crimine.*
27 *Accusatus non promovetur ad Ordines sacros, neque ad dignitatem Ecclesiasticam.*
Limita ut num. 28.
29 *Accusatus qui fama notatus non est, potest admitti.*
30 *Post annum an admittatur.*
31 *Senatus decisiones.*

ULtra qualitates, de quibus *suprà* diximus *hoc eodem capite, §.5.* requiruntur aliqua in matriculandis negativè, ne impediantur, quorum quædam perpetuò impediunt, ita ut à matricula talia habentes excludantur; quædam verò quæ ad tempus tantum impediunt, vel verius non quoad matriculam, sed quoad concursum. 1

In primis enim perpetuò excluditur quicunque Ecclesiasticus, ut ex *textu* apparet *for. 23. de Advocat. privileg. 32. & 37. Regis Domini Petri Secundi*, ut dixi §. præcedenti *num. 12. & 21.* quod jure Canonico cautum est, *cap.1. & 2. de postuland. cap.1. & tot. titul. ne Clerici vel Monach.* Barbosa *in collectan. ad hos textus, & in c.4. & 5. ne Cler. vel Monach.* plura ad rem per Mastrillum *de Magistratibus, lib.2. cap.6. per totum, tom.1.* Sub qua dispositione comprehenduntur Milites Ordinum militarium, nam hi verè Ecclesiastici sunt, ut communis opinio tenet; & verè Religiosi, ut dicam *infrà, cap.7.§.7. per tot.* tradunt in specie Franch. *decis.479. num.2. & 3.* Caball. *casu 64. per tot.* Carol. de Tapia *in constit. Clerici, num.5. subsit. de Episcop. & Cler.* Imbrian. *de judic. Regni, part. posterior. num.23. & seqq.* Azevedo *in l.14. lib.3. tit. 5. tom.1.* aliis relatis Mastril. *decis. 149. num. 18. & de Magistrat. dict. cap. 6. num. 35. & 36.* extat apud Castellanos *l. 12. tit. 16. lib. 2. Ordinament.* tradunt Pisa *in centur. lib. 2. cap. 21.* Bobadilla *in politic. lib. 1. cap. 15. num.6.* (licet dicat contrarium observari.) Quæ dispo- 2 3

sitio

fitio apud nos viget, tam in officiis Urbis; quam Generalitatis, nempe ne admittantur Milites in Brachio Militari, si Ordinum Militarium stemma adepti sunt, nisi obtineant vocem illius Ordinis ad Brachium Ecclesiasticum. Et quod magis est, si obtinendo officium, habitum suscipiat aliquis, desinit officium habere, juxta. *cap. præsens, 20. quæst. 3.* cum aliis traditis per Mastrillum *dict. cap. 6. num. 22. cum seqq.* & sic diffinivit Senatus anno 1646. in causa Petri de Balda Generosi, qui tunc *Deputatus* existebat, & sumpsit habitum Divi Jacobi, pronuntiando quòd ipso jure per susceptionem habitus, *Deputati* officium vacavit, & fuit de novo facta electio, ut dixi *c. 3. §. 3. n. 35.* 4

Secundò excluduntur Jurisperiti, non à *foro*, vel *jure*, sed consuetudine negativa, & facta, cui standum est in electionibus, *l. super, C. de jur. Fisc. lib. 10. l. 2. C. de Decur. eod. lib. 10.* & *ibi* Doctores, & late Amaya *in l. nominationes 46. num. 9. eod. tit.* qui plures refert; in *foro* enim, nequaquam prohibitum reperitur, neque in *corpore privilegiorum*, aut *privilegiis infacultationum*: in *libris* autem *Urbis*, quod reperitur est habilitatio quorundam Jurisperitorum, quod supponit inhabilitatem. Doctor Nicolaus Figuerola fuit habilitatus per Regem Alfonsi. III. *privileg. datis Gayetæ die 31. Octobris 1437. regist. in 1. lib. epistol. Urbis fol. 2.* Doctor Joannes Mercader habilitatus, ut *in dicto libro* habetur *fol. 3.* isque fuit Juratus, Doctor Franciscus Tallada, ut patet *ibidem fol. 160.* Doctor Gondizalvus Ruiz, *ibidem, fol. 189.* & alii plures; sed solummodo admittuntur ad officia Assessorum, & Consiliorum Urbis, *for. 41. 47. & 48. de Cur. & Bajul.* Cæcus est in officiis *Deputationis*, nam ibi admittuntur Milites, Nobiles, vel Generosi Jurisperiti, ut quotidie videmus; & Dominus Mora dum Deputatus existebat, compilavit foros Deputationis. Nec rationem hujus observantiæ percipere potui; solum in nostra Urbe Valentina id observatur, quod quidem à *jure* improbatum est, ut probat Caputus *dict. cap. 4. num. 46. & seqq.* nam in reliquis Civitatibus Regni Jurisperiti admittuntur indistinctè, sicuti apud Catalaunos, & Aragonenses. Neque adhuc credo, quòd in aliqua Urbe Hispaniæ, vel Orbis Jurisconsulti ita excludantur. Solatium antiquitùs erat exclusio Nobilium, nam propter affinitatem nobilitatis cum literatura id inductum credebam: nunc jam Nobiles admissi fuere, de Jurisconsultis verò nemo curat; fortè quia ipsi curarent, si admitterentur, de his quæ ad rectam gubernationem spectant; nam ut dixi *cap. 2. §. n. 115.* juris scientia necessaria est ad rectam gubernationem, non solum in Judice, sed in Magnate, & Principe. 5

Sub hac dispositione, usu vel abusu, comprehenduntur etiam Medicinæ Doctores, quibus quoad Urbes Regni, adimere aliqui hanc prærogativam procurabant, ut videre est per *Actum Curi. Brach. Regal. 17. Curiar. anni 1626.* sed denegatum in decreto, & meritò; nam Medicos honorare veritas infallibilis jubet. Bene Caputus *d. c. 4. n. 38. & seqq.* 6

Tertiò, excluduntur habentes molendina intra terminum Urbis, per statuta specialia ipsius, & nescio quare domini furnorum passim admittuntur; nam si ratio valet, supposito privilegio annonæ panis, apud nos *del Pastim*, sicut urget quoad possidentes molendina, sic quoad obtinentes clibanos, sive furnos. 7

Quartò, impediuntur tendentes ad inopiam; sub quibus comprehenduntur illi, qui constante matrimonio dotem uxori solverunt, de quibus Faber *in C. lib. 5. tit. 7. diffin. 2.* Franch. *decis. 54.* Dominus Leon *decis. 118. n. 2. & 4. tom. 1.* Qui miserabili cessionis bonorum remedio usi fuerunt, de quibus Ansaldus *consil. 10. num. 45.* Brunus *de cession. bonor. per tot. tract.* faciunt *privil. 8. Domini Reg. Ferdinand. II. & privilegium 58. Domini Reg. Alfons. III.* Qui privilegium militare, ne conveniantur ultra quam facere possint, deducto ne egeant; adepti sunt, vel intentarunt, juxta *l. miles*, & ibi Jason *de re judicat.* de quibus dixi plura *cap. 3. §. 4. num. 8. & seq.* Et qui in executione in bonis mobilibus defecerunt, ex debito proprio; quæ omnia caventur *in c. 8. privileg. secund. infacul.* & meritò, non ratione paupertatis, quia hæc virtus est; sed quia, ut Salustius ait *in bel. Catil. in princip. Unusquisque faber est suæ fortunæ.* Quomodo enim publicam utilitatem quærere poterit, qui de propria ita negligens est, ut succurrere sibi non queat? 8

Quintò, qui obtinent officia perpetua Regiæ Curiæ, sanctæ Inquisitionis, vel ipsius Civitatis, *c. 9. ejusdem privileg. secund. infacultationis*, latè quoad ad Officiales Regios Fontanella *decis. 599. per tot.* Aliter in Aragonia observatur, nam Regii Administri ad officia Urbis, & Regni admittuntur, ut cæteri; quid utilius sit, dicat exitus Reipublicæ; nam quæ meliori modo gubernata conspicitur, hæc utilitatem in ea observantia captat. 9

Sextò, habentes concubinam, *dict. privileg. Domini Reg. Ferdinandi II.* Fr. Hieronym. Garcia *in politic. Ecclesiast. tract. 9. difficult. 4. dub. 6. n. 7. tom. 2.* quo usu receptum non est, nunquam enim de eo obstaculo tractari audivi, quamvis non paucis obstare credam: difficilis probationis concubinatus est, difficilis etiam ejusdem obstaculi oppositio. Circa hæc plures quæstiones quotidie emergunt, quæ quia instituti non sunt, sapientiori relinquuntur agitandæ. 10

Impedimenta temporalia sunt quæ non ingressum infacularionis excludunt, aut ab ea excludunt omnino; sed in hoc, vel illo concursu obsunt, quominus tunc admittantur ad sortem. Primò impediuntur obtinentes actu aliquod officium, ad concursum alterius; nam à jure duplex officium in eadem persona est inhibitum, *l. quis. quis*, ubi Bartol. *C. de cohortal. lib. 12.* difficile enim est, ut unus duorum vices sustineat, *l. si plures, ff. de pactis*, Fontanell. *decis. 247. numer. 12.* Dominus Leon *decis. 29. num. fin. tom. 1.* cumcumque expresè est per *cap. 1. secund. infacul.* Conferunt tradita per P. Fr. Hieronym. Garcia *in politic. Ecclesiast. tom. 2. tract. 11. difficul. 4. dub. 7. per tot.* quod intellige quoad proprietatem, ut dixi §. 4. *num. 17.* 11

Secundò impeditur qui officium, de quo agitur, obtinuerit proprietariè per triennium antecedens, ita ut ab officio ipso, sive concursu ad illud, excludatur per biennium postquam administravit, *for. 27. de Cur. & Bajul.* de cujus materia videndus Baldus *in l. non dubium, n. 10. C. de legib.* Alex. *consil. 48. volum. 1.* Craveta *consil. 259.* Bobad *in politic. lib. 3. cap. 8. n. 60. & lib. 5. cap. 3. n. 145.* Solorçan. *de jur. Indiar. lib. 4. cap. 1. n. 17.* quod etiam caveturr *in cap. 13. privil. 2. infacul.* ubi additur, quod in officiis Justitiæ criminalis, vel civilis, Ædilis, & Rationalis, ac Syndici, ibi observatur respectivè. Quoad officia Generalitatis etiam cautum est respectu Militarium, ut per duplex triennium impediantur, *cap. 16. in extravagant. Eleccio de Diputat, fol. 40.* Dominus Mora *in compil. foror. general. rub. 2. n. 29.* 12

Tertiò impediuntur debitores Fisci, *l. rescripto, §. debitores, ff. de muner. & honor. l. 4. ff. de legation. l. 1. C. de debit. Civit. lib. 11.* & *ibi* Doctores. Quod etiam extenditur ad debitores ipsius Civitatis, & conductores jurium ipsius, Losæus *de jur. univers. part. 3. cap. 6. num. 18.* plura ad rem Langlæus *semestr. lib. 7. cap. 2. per tot.* Caputus *de regim. Reipub. cap. 3. num. 95. & seqq.* Quod apud nos non solum cautum est ut impediantur ad concursum, sed si mora contracta debitores permaneant in debito per triennium, à matricula arceantur; *cap. 21. privil. secund. infacul.* Conductores etiam *ex privil. S. Dni Regis Ferdinand. II.* Quæ dispositio extenditur ad parentes, & filios conductorum, per *cap. 111. statutor.* vulgò *del Quitament*, & ad Dominos Macellorum, ubi carnes scinduntur, & venales habentur. 13

Et notandum est, quòd licet debitum, impediens juxta juris dispositionem, debeat esse ex reliquatu alterius administra- 14 15 16

administrationis juxta text. *in dict. l. rescripto, §. debitoris*; apud nos ex quacunque causa debitum proveniat, impedit quominus admittatur ad sortem, & indistinctè lo-
18 quuntur Losæus, Caputus, *ubi proximè*. Sed intelligendum est de debito considerabilis quantitatis, non tamen modicæ, ut in terminis docent Cancer. *var. tom. 3. cap. 2. num. 55. & seqq.* Alfar. *de offic. Fiscal. gloss. 16. privil. 31. n. 132. & seqq.* Dominus Leon *decis. 113. per tot. tom. 1.* Caputus *d. c. 3. n. 99. in fin.* Sub qua dispositione compre-
19 henduntur etiam quicunque bona Urbis administrarunt, nam tenentur reddere rationes administrationis, & reliquarum solvere, ut cavetur *in dict. cap. 21.* ibi: *Hasta*
20 *que realmente aya pagado, y dade la cuenta con pago.* Caputus *dict. c. 3. num. 97.* quæ verba quomodo interpretanda sint? colligi potest ex traditis per Escobar *de ratiocin. c. 2. per tot.*

21 Quarto casu, quo pater, & filius, socer, & gener, aut duo fratres matriculati sunt, uno sortem obtinente ad officium *Jurati*, alius excluditur, ac impeditur: & si ambo simul obtinuerint, qui nondum Juratus fuit, arcetur, ac si sortem non obtinuisset; vel si ambo Jurati fuerunt, vel non, qui ætate minor est, excluditur, per ca-
22 *pit. 14. privil. secund. insacul.* & optima ratione; nam verisimiliter ambo in eandem sententiam ituri videntur, neque alterum ab altero discessurum, ita ut sententia ab uno dicta, quædam quasi assentiendi necessitas facta alteri sit: si enim Reipublicæ interest libertas in suffragando, vix obtinuisset inter tam conjunctos. Ita docet Langlæus *semestr. dict. lib. 7. cap. 3.* Fontanell. *decis. 367.*
23 *num. 15. tom. 2.* Quæ dispositio in Senatu ipso amplexa est; nam in eo Senatoris civili clamide insignitus reperiebatur dominus don Marcus Antonius Sisternes, fuitque ad eam promotus dominus don Melchior Sisternes filius ipsius, in eadem Aula in locum domini Leon, qui ad Supremum ascenderat: & cum Domino Regi hæc ratio proponeretur, cum Regio rescripto diei 28. Novembris 1617. jussit quòd filius ad aliam Aulam civilem migraret, & in locum ejus dominus Joannes Baptista Justus translatus fuit. Ex quo infero dubitatione minimè
24 caruisse, quod in electione Juratorum anni 1650. observarum fuit, nimirum existente Syndico Camerali Matthæo Moliner Cive, admissus ad sortem, & electus per eam fuit Vincentius Moliner filius; & quamquam *in dicto cap. 14.* verba clara non sint, eo quòd videntur loqui de una & eadem electione, tamen ratio dispositionis eadem est; nam licet electio Syndici fiat diverso tempore, & forma diversa, ut dixi; Sindicus Cameralis suffragium habet, & interventionem simul cum Juratis, sicque filius non poterat juxta præsumptionem juris recedere à sententia patris; quæ est ratio, ob quam, hoc jus inductum fuit; atque adeo credebam filium repellendum esse ab electione, sed contrarium observatum fuit, licet sine discussione, quia nemo obstaculum proposuit.
25 Quoad electiones Justitiæ idem observandum esse autumo, nam licet difficile videatur, quòd pater, & filius, aut duo fratres concurrant, eo quod unus debet esse de ordine Militum, alius vero de ordine Civium, impossibile non est mediantibus privilegiis militiæ, & in genero, ac socero quotidie contingere potest, & dispositio omnia comprehendit; & quod plus est, intra biennium vacantis duo ex eodem domicilio eligi non possunt, *for. 27. de Cur. & Bajul.*

Quinto, inquisitus, vel accusatus de aliquo crimine
26 impeditur, *l. reus delatus, ff. de muner. & honor. l. libertus, §. in quæstionibus, l. hujus, §. idem Respondit, ff. ad municip. l. unica, C. de reis postul. lib. 10. l. reos criminis, C. de infamib. lib. 10. c. omnipotens 4. de accusat.* Boer. *decis. 150. num. 15.* Mastril. *de Magistrat. lib. 2. cap. 9. num. 2.* Ponte *de potest. Proveg. tit. 3. de elect. official. §. 5. num. 3.* Cardos. *in praxi jud. verb. officium. num. 37.* Carol. de Tapia *decis. 17. num. 1.*
27 Quemadmodum, nec ad sacros Ordines, nec ad dignitatem Ecclesiasticam promoveri inquisitus potest, *dict. cap. omnipotens*, Covarruv. *var. lib. 1. capit. 16. num. 11. vers. 4.* Selva *de benefic. 3. par. quæst. 3. num. 31.* Navarrus *consil. 6. & 7. de accusat.* Garcia *de benef. par. 7. c. 8. n. 6.* Fr. Hieron. Garcia *d. diffic. 4. dub. 6. n. 4. & 6.* Tamburin. *de jur. Abbat. disp. 24. quæst. 15.* Suar. *de relig. tom. 4. tract. 8. lib. 2. cap. 2. num. 16.*

Quæ limita, primùm, si in accusatione procedatur ju- 28
ris ordine servato; nam hoc deficiente cuique patebit via optimos excludendi ab honoribus, si ex sola accusatione, vel inquisitione malè, vel benè institura impedirentur; textus *in cap. meminimus, de accusat.* Felin. *ibid. & in d. cap. omnipotens*; Navar. *dict. cons. 6. & 7.* Tapia *d. decis. 17. n. 9.*

Secundùm quando inquisitus, vel accusatus non est, 29
vel non venit infamiæ nota afficiendus apud probos, & honestos viros; sed apud malevolos, & calumniosos, aut detractores; tunc enim non impeditur, Navarr. *cons. 2. de accusat.* Garcia *de benef. dict. cap. 8. num. 7.* Barbos. *de potest. Episcop. 2. part. allegat. 43. num. 14. & in collect. ad dict. cap. omnipotens*; esset enim iniquum, quòd sola accusatio à quovis malevolo, vel improbo instituta, non secuta diffamatione apud probos, & graves viros sufficeret ad repellendum ab officiis, Tapia *dict. decis. 17. numer. 7.* Barbos. *ubi proxim.* itaque necessum erit, ut de aliquo substantiali constet, ex informatione Curiæ, vel testibus ab actore productis, Novar. *quæst. for. part. 1. quæst. 129.*

Tertiùm, quod non multo à tempore electionis in- 30
stituta fuisset inquisitio, vel accusatio, quando annus elapsus est à die institutionis, si per reum non stetit quominus causa expediatur, *dict. l. reus delatus 7. de muner. & honor. l. Lucius Titius, §. idem respondi, ff. ad municip.* Innocent. *in cap. accusatum, de simonia*, Joann. Platea *in l. 1. C. de reis postul. lib. 10.* Lancelot. *de attentat. 2. part. cap. 5. num. 33.* Tapia *dict. decis. 17 numer. 8.* Neque obstare videtur *l. fin. C. ut crimi. quæst. intr. cert. temp.* quo jure cavetur per biennium durare criminale judicium; neque *Jacobi Cujacii* sententia *in d. l. reus delatus, lib. 10. observ. c. 3.* Nam *in dict. l. reus delatus*, non cavetur intra annum finiri criminalem quæstionem, sed cum illo transacto, nisi 31
per reum steterit, possit ad novos honores provehi, absque causæ peremptione; ibi: *Sed post annum, quam reus delatus est, petere non prohibetur, nisi per ipsum steterit quominus causa intra annum expediretur.* At *in d. l. fin.* cavetur perimi causam criminalem per biennium, ibi: *Criminales causas omnimodo intra duos annos à contestatione litis connumerandos finiri censemus.* Sicque neque hæc jura adversantur, neque egent emendatione aliqua. Ita pronunciavit Senatus sententia publicata per Alreus, die 11. Augusti 1611. referente domino Leon ad favorem Petri Compani loci de Torrent, ibi: *Attento quòd licet dictus Com-* 32
pany fuerit per Regium Fiscum accusatus, non tamen de eo reperitur condemnatus; sed imò cum annus sit elapsus, & per ipsum non steterit, quominus in dicta causa declaretur, ad dictum munus admitti non prohibetur. Sicque juxta secundam, & tertiam limitationem fuit pariter judicatum in Senatu, sententia publicata per eundem Alreus *die 7. Decembris 1633.* in favorem Petri Joannis Faura Civis Alonensis, versus Thomam Pinam Civem ejusdem, in causa electionis Ædilis, referente domino Polo. Quæ tradit dominus avunculus Don Petrus Sanz *in suis observationibus, liter. A, observat. 16.*

Sunt & alia impedimenta, de quibus in statutis Urbis 33
nuncupatis *del Quitamen*, quorum plura nec usu recepta, nec memorata in electionibus, quare de eis agendum non est.

§. IX.

§. IX.

De electionum appellatione, recursu, nullitate, & devolutione, ad explicationem Act. Brach. Reg. 21. Cur. anni 1626. cum aliis juribus.

TEXTVS.

PHILIPPUS QUARTUS REX.
Anno 1626. Montisoni.

ITem Senyor, per quant algunes Ciutats, y viles Reals del Regne de Valencia tenen privilegi de insaculacio pera extraccio de persones als oficis de sos governs. Suplica per tant à V.M. sia servit provehir, y manar, que de huy en avant, si cas serà que algu, ò algunes particulars pretenen agravi en la insaculacio, que serà feta per les persones a qui per des privilegis toca ferla, recorreran à Jutge superior, encara que sia a la Real Audiencia, no se entrometa lo tal Jutge superior, ni la dita Real Audiencia en conexer de aço, ni expedit mandatos de que les tales persones que hauran recorregut sien insaculades, pues la facultat de fer dita insaculacio està comesa als Consells, ò habilitadors de les Ciutats, y Viles, y aquells saben, y conexen millor los subjectes que convenen peral regimen, y bona administracio de aquelles: y de ferse lo contrari resulta notable dany de les tals Ciutats, y Viles, per los molts gastos que resulten dels plets que per dita raho se mohuen. Y per quant en algunes Ciutats, y Viles lo dia ques junten à fer dites insaculacions, se procura afectadament per algunes persones, que rocant la maijanit testen aquelles devolutes pera poder acudit a la Real Audiencia a que dita insaculacio alli se faça, y succeheix posarse en les insaculacions en estos casos persones no de la calitat ques requereix. Suplica per tant a V.M. lo dit Braç Real, sia servit provehir, y manar, que en tal cas la dita Real Audientia haja de restituir les parts, y causa a les dites Universitats. *Plan a sa Magestat, exceptat lo cas de recors, y que en cas que per no haverse fet la eleccio en lo dia senyalat, sia devoluta al Loctinent general, aquell haja de senyalar los dies que li pareixeran necessaris pera fer la eleccio; y no fense en dit termini, reste del tot devoluta al Loctinent general.*

SUMMARIA.

1 *Forma opponendi impedimenta.*
2 *Gravatus in impedimento sibi opposito, recursum emittit ad Senatum.*
3 *Praxis expediendi similes causas.*
4 *Electio facta absque illo qui obtinuit in recursu, licet eligens provocet, nulla est ex decisione Senatus.*
5 *Approbatus semel non potest reprobari sine nova causa.*
6 *Appellatio, aut nullitatum propositio, in his non suspendit judicatum.*
7 *Insaculati habent jus quæsitum, quia electi ad sortes per Principem.*
Insaculatio verè electio est, ibid.
8 *Insaculati qui obtinuerunt in recursu non obstante appellatione, excludi non possunt.*
9 *Impedimentum opponens tenetur probare.*
10 *Impedimenta an tempore insaculationis extantia possint purgari.*
11 *Negativè resolvitur quæstio.*
12 *Sortis extractio est quasi executio electionis Principis in matricula.*
13 *Qualitates requiruntur tempore insaculationis.*
14 *Appellationis remedium opportunum est in electionibus.*
15 *Appellatio an admittatur quoad devolutivum tantum in electionibus, in vero quoad suspensivum.*
16 *Appellatio ante adeptam possessionem quoad utrumque effectum admittitur.*
17 *Secus si post possessionem.*
18 *Limita si deficit electio in forma.*
19 *Limita si tempore adepta possessionis appellans protestetur.*
20 *Senatus decisio.*
21 *Tempus quod labitur pendente appellatione computatur in anno.*
22 *Salaria temporis appellationis cui debeantur.*
23 *Electio peccans in forma, quoad omnes, est nulla.*
24 *Electio non peccans in forma, licet inhabiles admittantur, non est quoad habiles nulla.*
25 *Decisiones Senatus.*
26 *Electio ad superiorem devolvitur, si electores scienter indignum, aut inhabilem admiserè.*
27 *Electio fienda per Superiorem, virtute devolutionis, fieri debet ex matriculatis.*
28 *Si electores non idoneos elegerint, vel admiserint ignoranter, non est locus devolutioni, n. 34.*
29 *In dubio ignorantia præsumitur.*
30 *Textus non loquitur de electionibus per sortem, sed de electionibus ad matriculam.*
31 *Decreti verba expenduntur.*
32 *Decretum non continet nisi contentum in petitione.*
33 *Devolutio sublata per decretum textus, non est quæ ad Superiorem pertinent ratione admissionis inhabilium, sed ratione lapsus temporis.*
35 *Electus potest etiam appellare.*
36 *Electio cui competit exceptio, tacendo consentire videtur.*
37 *Renuntians semel an perpetuò renunciasse dicatur.*

ANtequam materiam *textus* aggrediamur, aliqua dicenda sunt de forma opponendi impedimenta ad concursus, & insaculationem, *in cap. 11. privil. secund. insaculat.* cautum est, quòd Jurati teneantur tractare per quindecim dies ante concursum cujuslibet officii, de habilitate, vel inhabilitate eligendorum; ita ut hora matutina decima congregati in Aula coram omnibus intervenire cupientibus, mediis Advocatis ordinariis Urbis, qui quatuor sunt, jus dicant de impedimentis in scriptis; quæ opponi debent per Rationalem, & Syndicos, mediante instrumento publico, penes Scribam Aulæ Juratorum conficiendo. Et in ipso die electionis in Concilio habiles publicare tenentur; quod est observandum præcisè, cùm forma sit inducta, quæ impleri debet omninò; ad tradita *c. 3. §. 3. n. 17. & seq.* alias electio erit nulla. 1

Si enim aliquis gravetur, vel impediatur sine legitima causa, ad Senatum accedit mediante recursu: nam licèt remedium appellationis opportunum sit, ut *infra* dicam; praxis communis ita observat, de qua Dominus Leon *decis. 49. tom. 1.* in cujus causæ expeditione procedunt summariè, & per *Comparent partes* ac per brevissimas dilationes, juxta tradita per Fontanellam *de pact. claus. 4. gloss. 10. par. 1. num. 97. in fin.* & si urget tempus electionis, & gravatus habet jus quæsitum, quia matriculatus, interponitur decretum de nihilo innovando, per quod electores inhibentur sub nullitatis decreto. 2

Et quamquam expressè non apponantur, tacitè inest; sicut contigit in causa recursus Zepherini Feo Militis, & aliorum litis sociorum, ab oppositione impedimenti ad electionem Justitiæ anni 1651. nam cum emitterent recursum antequam tempus urgeret, non fuit interpositum decretum superius dictum; & cum prædictus Feo obtinuisset eum, & cæteros habiles declarando, Concilium generale credidit, quod ex eo quòd deficiebat inhibitio, interposita supplicatione à sententia, sive provisione, qua habiles declarati fuerunt, poterat eis exclusis ad sortem procedere, ut de facto processit, & fuerunt 3 4

runt extracti Petrus Joannes Ivars ad Justitiam criminalem,& Joannes Aliaga Miles ad Justitiam civilem: sed Feo,& consortes iterum recursum ad Senatum emiserunt,& Regia sententia publicata per vincentium Ferrera Militem Reg. mandati Scribam, die 27. Februarii 1651. referente nobili Decano domino D. Francisco Bona, fuit annullata extractio.

5 Nam semel approbatus ad officium, non potest amplius reprobari, nisi superveniente nova causa reprobationis,Innocent.*in cap.venerabilis, de except.* Panormit. *in c.præsentium,n.7.de testib.* Celsus Hugo *consil.*28. *n.*5. Vivius *decis.*270.*lib.*2.Boerius *decis.*149. *num.*16. *&* 17. *&* 18.Fontanell. *ubi prox.n.*92. *& seqq.*

6 Neque appellatio, supplicatio, vel nullitatum propositio Civitatis operabatur, ut effectus judicati suspenderetur; nam habilitati obtinuerunt declarationem re integra, & sic citra vitium attentati ad electionem sine eis perveniri nequibat,ex traditis per Fontanellam, *ibidem num.*98. Quibus addebatur,quòd isti insaculari habentibus quæsitum ex insaculatione ad sortem, cum à Principe electi sint ad concursus: nam *insaculatio* verè *electio* est, ut tradit dominus Leon *dict. decis.*49.*num.*3. & unusquisque venit ex propria persona,cujus industria quæsita,& approbata fuit ad electionem; tradit Cancer. *variar.lib.*3. *cap.*3. *num.*21. & obtenta declaratione qua impedimenta removebantur, licet eam suspensam concedamus,jus habent ad electionem,ut idem Cancer.probat *num.*3.*& seqq.*Cabedo *decis.*84.*num.*11.*part.*2. Fontanella *decis*464.*num.*8.*&* 10.*tom.*2. ac per consequens,

8 dum Jurati eis exclusis per sortem electionem perficiebant, jus omnino eis auferebant, cum amplius eadem sors mitti nequiret, sicque nulliter,& attentatè; si ergo antequam obtinuissent, habebant jus ex propria persona, eo quòd electi à Principe reperiebantur, & nisi ex nova causa reprobari non poterant,ut dixi,& onus probandi eam, opponenti incumbat, tanquam fundamentum exclusionis;non sufficiebat intentare, sed obtinere definitivè; quia nemo excludendus est ab officio, aut eo privandus, nisi prius audiatur, de inhabilitate convincatur, & condemnetur; pluribus relatis Barbosa *in votis decisivis,lib.*3.*voto* 97.*n.*83.*& seq.* præcipuè *n.* 85.

9 *tom.* 2. Nec relevat per remedium quo usa fuit Civitas, declarationem suspensam esse; nam clarius erat,suspensam oppositionem impedimenti per remedium ab eis interpositum, & in dubio pro reis erat pronuntiandum. Neque nova causa adesse poterat, nec in ea opponenda servata fuit forma *d.c.*11.ex quibus ut dictum est,attentatam fuisse electionem decrevit Senatus.

Et notandum est, ex eo quòd insaculatio electio sit, 10 quòd impedimenta illa, quæ respiciunt qualitates, de quibus *suprà,hoc capite* §.5. removeri debent antequam ad matriculam recipiantur,verbi gratia: si quis ante vigesimum quintum annum completum ad insaculationem eligatur, quamvis tempore electionis eam ætatem obtinuerit, nihilominus invalida insaculatio erit: nam licet valida videatur,eo quod ætas superveniens tempore habili, & re integra profit, quando tempore extractionis eam obtinet qualitatem à *foro* requisitam; quod suaderi potest ex doctrina Decii *in cap.post cessionem.n.*21. *de probationibus*, qui lequitur de reelectione non tranfacto tempore effectum habitura, eo jam effluxo, ob quod valida videtur, argument. text. *in l.in tempus* 61. *ff.de hered.instit.* Contrarium est verius, quia insaculatio,vera,& effectiva electio est,ut dixi ex Domino Leon

11 *decis.*49.*num.*3.Extractio verò per sortem est veluti executio, & quasi consummatio præcedentis ratæ electionis,quæ ex futuro eventu suspensionem habere nequit, quippe ab eligente unico actu perficitur; Bald. *in l. ultim. num.*5.*vers.Tertio quæro, C. de condict.ob turp. caus.* Paulus Anton. Montaner. *ad prag. Regn. Neapol. super prag. ad administr.Civit.pertin.pag.*5.§.17. *&* 18. *fol.* 38. Bartol. *in l. impuberem,*§.1. *in fin. ff. ad l. Cornel. de falsi.*

qui de electione Notarii,docet non posse eligi qui minor,aut major factus notariatum exerceat: Suarez *allegat.*13.*n.*23.Azeved. *ad Cur. Pisanam, lib.*1.*cap.*12.*n.*10. Avendaño *de exequend. mandat.* 1. *part. cap.* 26. *num.*7. Quod in exemplo ætatis evidentius procedit, cum ibi 13 non solum de electione,sed de admissione ad sortem ex *for.* 141. major ætas vigintiquinque annorum desideretur. Tradit hæc Doctor Matthæus Rejaule *in suis manuscriptis*, *adversar.*160. quæ simul cum *notis domini Polo* habentur.

Sed ut pergamus, appellationis remedium opportu- 14 num esse his,qui gravari creduntur in electione,certi juris est: nam ab electione posse appellari probat tex. *in l.*2.*C.de Decur.lib.*10.*l.his qui,C.de appellat.c.si postquam* 33.*de elect. in* 6.Ruginell. *de appellat.*§.2.*cap.*3.*num.*19. Aviles *in cap. Prætor. cap.*17. *gloss. elijan, num.*4. Sigismundus Scaccia *de appellat.quæst.*17.*limit.*33.*num.*2. Scipio Rovit. *in prag. Reg. Neapol. fol.*21. Dominus Leon *decis.*40. *num.*3. noviſſimè Fr. Hieron. Garcia *in politic. Eccles.tom.*2.*tract.*9.*difficult.*6.*dub.*3. *num.*1. Sed dubita- 15 ri solet,an admittenda sit quoad utrumque effectum,ita ut electus non admittatur ad exercitium officii? In quo ariticulo distinguendum est,aut enim fuit appellatio interposita ante adeptam possessionem, & præstitum juramentum,vel postea: si ante, electus inhiberi debet ab 16 exercitio officii: si autem postea,appellatione pendente non debet inhiberi; textus *in l. Imperatoris*, *in fin. ff. de Decurion.* Aviles *cap.*5 *gloss.*suspendidos, *num.*4. Lancellot. *de Attentat.* 2. *paprt.cap.*12.*de attentat.appellat pendent limit.*3.Cabedo *decis.*122.*in fin. tom.* 1. Bobadill. *in politic.lib.*3.*cap.*8.*num.* 17. *&* 57. Lambertin. *de jure patronat.lib.*2.*part.*2.*princip.quæst.*5.*artic.*12.*num.*2. Franch. *decis.*419. *&* *decis.*609. Mastril. *de Magistrat.lib.*1.*c.*27. *num.*44. Phebo *decis.*65.Fontanell. *de pact.tom.*1.*claus.*4. *gloss.*10.*part.*1.*num.* 98. Berart. *in specul. visit.cap.*7.*n.*10. Pat.Garcia *ubi proxim.n.*5. Idem enim dicendum est, si 17 nullitates electionis proponantur:Scipio Rovit. *ad pragmat. Neapol.de administr.univers.pragmat.*2.*n.*43.*pag.*24. & ita receptum est in Senatu,ad quem quotidie provocatur ab electionibus officiorum, licet communiter per recursus remedium,de hoc agatur.

Limita tamen primò hanc conclusionem, ut procedat 18 admissio quoad effectum suspensivum,si apparet de aliquo defectu electionis à qua provocatur, circa substantialia formæ ipsius: aliàs enim non interdicitur electo administratio,Franch.*decis.*8.*n.*4.Novar. *q.forens.*1.*part.* *q.*129.*n.*6.

Limita secundò, ut si tempore adeptæ possessionis, 19 vel juramenti præstiti,adversarius protestetur, se provocare ab electione,& in effectu provocat;tunc pariter admittitur quoad utrum effectum, & interdicitur interim electo administratio, quia idem est,ac si ante juramenti 20 præstationem provocaret; sicque censuit Senatus in favorem Antonii Joannis Guitart, Juris utriusque Doctoris, civitatis Setabis, & contra Michaëlem Joannem Olomar anno 1626. referente nobili domino avunculo meo Don Balthasare Sanz.

Tempus verò, quo electio interdicitur in adminstra- 21 tione officii, si postea obtinuerit, dubitari potest an computetur in anno,vel triennio, ad cujus regimen electio facta fuit? Et videtur quòd non debet reintegrari ex anno,vel triennio sequenti;Franch.*decis.*419. Valascus *consult.* 155. *num.* 4. Barbos. *in collect. cap. fin.de judic.num.*7. licet salaria, & emolumenta illius temporis 22 consequi poterit ab appellante simul cum damno, interesse,& expensis,Franch. *dict. decis.*419. *&* *ibi* Addition. Mastrill. *de Magistrat. lib.*1.*cap.*21. *num.*90. *&* *cap.* 23. *num.*56.Novar.*ad pragm. collect.*31. *n.*12. Fontanel. *ubi sup.num.*162.*cum seq.& num.*105. qui tradit decisionem Senatus,don Joseph. Vela *dissert.*2.*num.*85.qui fere omnes tradunt,quòd si annus, vel triennium transierint sine declaratione, quamvis postea obtinuerit, non administrabit

nistrabit in anno, vel triennio sequenti, quia electio ad certum annum, vel triennium fit; & sic pronuntiavit Senatus in causa Gasparis Zapata ad relationem domini Joannis Arquez Senatoris eximii anno 1649. ut dixi §. 4. *num.* 20.

23 Si autem electio fiat de aliquibus idoneis, & habilibus, & de aliquibus inhabilibus, an nulla sit quoad omnes, vel tantum quoad inhabiles: disputandum est, quia quotidie quæstio hæc emergit; & an eo casu jus eligendi deferatur ad ipsos eligentes, vel devolvatur ad Superiorem? quod etiam pluries contingere solet. Vasta materia hæc est, sed de more resolutivè dicendum, quòd si electio, in qua habiles, vel inhabiles admissi fuere, peccavit in forma positiva præscripta à foro, privilegio, vel alio jure, vigore cujus sit; vel non peccat in forma,

24 sed in aliis solemnitatibus & requisitis: Primo enim casu, electio quoad omnes nulla est, nam ob actus individui naturam, pro parte valere non potest, sed omnino corruit. Secundo verò casu, dividua censetur, & ob id nulla dumtaxat, quoad inhabiles tantum; ita tenent Geor. Cabed. *decis.* 84. *n.* 7. *&* 15. *par.* 2. Fontanell. *ubi proxim. n.* 53. *&* 54. Capiblanco *de Baronibus, prag.* 10. *n.* 8. & ita fuit judicatum in Regio Senatu tribus, Regiis sententiis. Prima publicata per don Joannem Daça Reg. mandati Scribam, *die* 31. *Octobris* 1614. ad

25 favorem Syndici urbis Orcelis, referente domino Guardiola. Secunda publicata per Antonium Ludovicum Cases Reg. M. Scrib. *die* 15. *Junii.* 1632. versus Syndicum urbis Setabis, & alios, sub examine Domini Polo. Tertia publicata per cund. Daça *die* 22. *Decembris* 1634. inter Syndicum Urbis, & Regii fisci Procuratorem, referente eodem domino Polo. Quæ quidem procedunt dum inhabilis admittitur; sed si habilis, cùm habeat jus quæsitum, ut dixi, & incertus sit sortis effectus, ex qualibet causa excludatur, eo reclamante nulla electio pronuntiatur, ut diffinivit Senatus in dicta causa Zepherini Feo, & litis consortium.

26 Quoad devolutionem electionis, distinguendum est cum Menochio *de arbitr. lib.* 2. *centur.* 6. *cas.* 511. aut enim scienter electores indignum admiserunt ad electionem, vel dignum excluserunt; & tunc privantur pro ea vice jure eligendi, quod ad Superiorem devolvitur, *cap. gratum, de postul. Prælat. cap. bonæ, el secundo, cap. in cunctis, §. fin. de elect.* Fontanell. *ubi supr. a num.* 41. & ita definitum fuit per Senatum in dicta secunda Regia sententia

27 15. *Junii* 1632. & in hac 4. Zepherini Feo, & hoc in casu Superior, ad quem devolvitur jus eligendi, tenetur eligere ex destinatis in matriculis insaculationis, ita ut electio fiat ex eodem gremio, sive ordine, ex quo electores tenebantur, ex vi subrogationis; Cabedo *decis.* 52. *par.* 2. Fontanella *ubi prox. num.* 45. & ita judicavit Senatus in dicta sententia, ibi: *Mandamus dicta Civitati, ut nomina insaculatorum, ex quibus electio fieri possit, quam citò transmittat*: & observavit in casu dicti Feo, nam habitis nominibus habilium, ex eis elegit Dominus Archiepiscopus, tunc Prorex hujus Regni, Petrum Joannem Andreu Civem ad officium Justitiæ criminalis, & Josephum Artes de Villarasa Generosum ad officium Justitiæ civilis.

28 Sed in dubio præsumendum non est electores notitiam habuisse de inhabilitate, & nullitate, quæ multoties consistit in facto occulto, & in jure intricato, ab electoribus verosimiliter ignorato, Fontanella *ubi prox. n.* 54. ut in motivis tertiæ sententiæ *ann.* 1634. fuit suppositum,

29 & pariter in dicta sententia Zepherini Feo: sed in hac, cùm comminati electores fuissent assignato termino, ut electionem noviter facerent, & non obtemperassent, transacto termino jure devolutionis Superior elegit, ut dixi.

30 Neque huic resolutioni obstabit textus noster, quo cautum est, quòd postquam per Senatum cognitum sit, media via recursus de impedimentis oppositis in electionibus, ut devolutio competat, assignetur terminus electoribus, intra quem electiones fiant; nam textus loquitur de insaculationibus fiendis ad sortem per Universitates, quibus commissæ sunt, non autem de electionibus per sortem ex jam insaculatis, quod valde distat 31
ab specie *textus*; & licet decretum loquatur per verbum *eleccio*, insaculatio verè, & propriè electio est, ut dixi, ad concursum, & sortes, & decretum nil amplius continere dicendum est, quam petitione contentum, *cap. inter dilectos, vers. Cæterum, de fid. instrum.* ubi *Bart.* argument. text. *in l. qui defensor, §. qui interrogatus, ff. de interrogat. action. §. præterea, Institut. de inutil. stipul.* Imola 32
in l. qui judex, colum. 5. *ff. de re judic.* Alex. *cons.* 84. *col.* 2. *vol.* 1. Felin. *in cap. super literis, col.* 9. *de rescript.* Jason. *in l. justitia, ff. de just. & jur.* Decius *cons.* 3 *volum.* 1. Marcabrun. *cons.* 26. *num.* 62. Paris. *cons.* 3. *num.* 56. *lib.* 4. Menoch. *de præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 190. *num.* 4. Cancer. *d. c.* 3. *n.* 367. Beccius *cons.* 55. *n.* 1 *lib.* 1. Joseph Ramon. *cons. decis.* 37. *n.* 21. Anguian. *de legib. contr.* 2. *lib.* 5. *num.* 5. dominus Leon. *decis.* 32. *n.* 31. *tom.* 3. & in *hoc textu* id suadet genuina sermonum proprietas, & consonum petitioni responsum; & ita judicavit Senatus in dicta tertia Regia sententia *anni* 1634.

Quibus addi potest, quòd etsi in decreto de sortis 33
electionibus caveretur, non loquitur casu quo devolutio fit ad Superiorem per nullitatem electionis ob admissionem inhabilium vel defectum formæ, aut exclusionem habilium: sed casu quo jus eligendi devolvitur ob non factam electionem die illo, ad quem destinatur ab statuto, jure, vel consuetudine; & sic cum casus admissionis inhabilium sit omissus hoc jure, remanet in dispositione juris communis.

Aut ignoranter nominatio, seu electio fuit facta, & 34
tali in casu non propterea electores privantur pro illa vice jure electionis, sed possunt iterum electionem, seu nominationem facere; ita Doctores *ubi supr. n.* 26. *& seq.* Fontanel. *num.* 46. Avendaño *de exequend. mand. par.* 1. *cap.* 19. *num.* 22. *vers. Et de novo.* Azevedo *ad Curiam Pisan. lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 15. Bobadill. *lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 46. Julius Lavor. *in var. lucubr. tit.* 4. *de elect. Canon. cap.* 21. *n.* 36. Quod definivit Senatus in dictis duabus Regiis sententiis *anni* 1614. *&* 1634. Quæ fere omnia tradit dominus Avunculus Dom. Petr. Sanz *in suis observat. lit. E. observat.* 12. *&* 19.

Hucusque actum est de appellatione interposita à coë- 35
ligendis contra electum; videndum superest: an ipse electus possit ab electione appellare? Et videtur, quòd sic ex identitate rationis; nam dispositio universaliter loquitur sine distinctione electi, vel eligendi; imò ut testatur Fontanella *ibid. num.* 128. si electo competit exceptio aliqua ex relatis ab ipso, ut à muneribus excuse- 36
tur, tenetur appellare, ne aliàs tacendo electionem suo consensu confirmet, *l. hi qui, l. nominationes, C. de appellat.* Avendañ. *part.* 1. *cap.* 19. *num.* 26. Cabedo *decis.* 84. *num.* 27. *&* 34. *part.* 2. An autem per tacitam acceptationem, non appellando, vel absque protestatione munus exercendo, sibi præjudicet in privilegio, vel excusatione, & an per renuntiationem sortis, vel officii, exclusus perpetuò remaneat? tradit bene Fontanella *num.* 37.
130. *cum seqq.* omnino ad hæc videndus *in dict. claus.* 4. *gloss.* 10. *par.* 1. *per tot.*

---

§. X.

De Consulibus maris, sive Mercatorum, aliisque Officialibus minoribus Urbis, ad for. 17. *de elect. non mat. cum aliis juribus.*

TEXTUS.

MARTINUS REX, ANNO 1403. Valentiæ.

COm lo offici del Consolat fia devallat del Justiciat de la dita Ciutat, è segons costumes de mar, les

questions que allisman dejen esser tractades de paraula. Per ço statuim que les scriptures que esfaran en lo dit Consolat, sien feres aixi sumariament com se fan, é dehuen ser segons fur en la Cort del Justicia de Trecents sous de la dita Ciutat. E lescriva qui es, ò per temps serà del dit Consolat, sia tengut jurar cascun any en poder dels dits Consols, que servarà la taula de les dites scriptures, segons ordinacio, è tarxa de la dita Cort de Trescents sous: lo qual dit Notari sia tengut tenir publicament la dita taula en la casa de la Cort del dit Consolat. E si lo dit Notari no servarà la dita taula, sia privat de la dita scrivania, é concorrega en pena de deu morabatins per cantes vegades com contrafarà sens alcuna gracia, é perdo: de les quals penes puixa esser feta inquisicio per mer offici.

SUMMARIA.

1 *Consules mercatorum creati in Urbe anno* 1283.
2 *Consulum unus peritus in rebus mercaturæ, aliud in rebus maritimis.*
3 *Consulum jurisdictio.*
4 *Navigatio, & mercatura, variis donata privilegiis.*
5 *Doctores tractantes de Consulibus mercatorum.*
6 *Consulum jurisdictio ordinaria est.*
7 *Consulum jurisdictio prorogabilis non est.*
8 *Decisio mirabilis Senatus quoad jurisdictionem Consulum, & distributionem jurisdictionis in Regno.*
9 *Consulum jurisdictio privativè competit.*
10 *Limita in causis viduarum, pupillorum, & miserabilium personarum, quorum privilegia non derogantur.*
11 *Decisio Senatus, confirmata in Supremo.*
12 *Solorçani traditioni respondetur.*
13 *Judices appellationum Consulum qui sint.*
14 *Forma Electionis Consulum, & Judicum appellationum.*
15 *Consules qui eligi possint.*
16 *Judices appellationum privativè cognoscunt.*
17 *Secunda appellatio an admittatur in his causis.*
18 *Judex secundæ appellationis nominatur à Justitia in civilibus.*
Causa mercaturæ sine scriptis, Assessores, aut causidicis, tractari debent, ibidem.
19 *Administratores jurium Urbis remissivè.*
20 *Officia infima plura in Urbe.*
21 *Prefecti insilium qui?*
Prefecti insilium de quibus cognitionem habent, ibid.
22 *Jurisdictio eorum Urbi concessa fuit.*

1 QUoniam ut textus expresè dicit, officium Consulum mercatorum dimanat ab officio Justitiæ, ideo pertinet ad officia Civitatis: sed quia diversæ qualitatis sunt hi qui Consulatum administrant, ideo separatim de eis tractamus. *Consules* itaque *maris*, ut vulgus infit, dimanarunt ab ipso officio Justitiæ, ut noster *forus* tradit: hi enim fuerunt instituti in Urbe anno 1283. ut expresè cavetur *in privil.* 20. §. 1. *Domini Reg. Petri I.* ibi: *Item statuimus, & ordinamus, quòd in Valentia sint duo Consules.* Ex quibus verbis clarè liquet, tunc offi-
2 cium Consulatus institutum, & creatum esse. A principio fuerunt duo periti in rebus navigationis, & cæteris maritimis, ut in *dicto privilegio* habetur, unde nomen mutuarunt *Consulum maris*, quod observatum fuit usque ad annum 1358. quo data nova forma fuit, ita ut unus esset ex mercatoribus in rebus negotiationis expertus, alius verò ex peritis in navigatione, & rebus maritimis, *privileg.* 89. *Domini Reg. Petr. II.*

3 Jurisdictio eorum in omnibus rebus maritimis, sive pertinentibus ad navigationes, & maritimos, ac mercantiles contractus, negotiationésve, se habet privativè quoad alios Judices, ut in *text.* habetur junct. *for.* 18. & 19. *eod. d. privil.* 20. *Reg. Petr. I. & privil.* 89. & 107. *Reg. Petr. II. privileg.* 9. *Reg. Alfons. III.* extantque plura privilegia in libro nuncupato, *Consulatus maris.* Nec id inepte introductum est, duplici ex ratione. Pri- 4
ma, nam semper navigatio, & negotiatio privilegiis, ac prærogativis plurimis donatæ reperiuntur; pluribus relatis, Solorçano *de jure Indiar. lib.* 5. *cap. unic. num.* 60. Larea *allegat. Fiscal. n.* 14. & *seq.* bene ad rem Saavedra *symbol. polit.* 68. *per tot.* Secunda, nam cùm res pertinentes ad navigationem, & mercaturam specialibus consuetudinibus, & moribus tractentur, atque peragantur, inde est, quòd per expertos earundem rerum quæstiones terminandas jura nostra disponant. Tractant de Consu- 5
latu, & Consulibus præter *dict. lib. Consulat.* dominus Cerdan *in arbor. jurisd. vers. Los Consules.* Benvenut. Strach. *de mercatur. in* 2. *particul. ultim. part. fol. mihi* 525. *per tot.* Cancer. *variar. lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 22. & *seqq.* & *lib.* 3. *cap.* 10. *num.* 8. *cum seqq.* Fontanell. *decis.* 230. *cum seqq. tom.* 1. & *decis.* 403. *num.* 4. *tom.* 2. Ripoll. *Regal. cap.* 41. *num.* 8. & *seqq.* Molin. *in repert. for. Arago. verb. Confratria, & verb. Judex mercatorum*, & ibi Portoles *num.* 106. & *seqq.* Christophor. Besold. *lib.* 1. *politic. c.* 12. *num.* 26. & *seqq.* pluribus de more Solorçano *de jur. Indiar. tom.* 1. *lib.* 1. *c.* 8. *num.* 11. *cum seqq.* & *c.* 16. *n.* 31. & *tom.* 2. *lib.* 5. *cap. unic. n.* 60. & *in politic. Indian. lib.* 6. *c.* 14. *vers.* Otro privilegio, *pag. mihi* 1012. pluribus Dominus Vico *tit.* 48. *c.* 3. *n.* 2. *tom.* 2.

Et quia diximus jurisdictionem Consulum derivari à 6
Justitia consequenter dicendum est, ordinariam esse jurisdictionem ipsorum, ut tenent Gregor. Lop. *in l.* 1. *tit.* 4. *part.* 3. *verb. Menester es*, Parlador. *rerum quotidianar. in sesquicentur. differen.* 129. *num.* 4. Solorçano *in politic. dict. cap.* 14. *vers. El segundo, pag.* 1014. Sed ita limita- 7
ta est ad res mercantiles, & maritimas, ut non possit prorogari partium consensu, nec virtute pacti renuntiationis proprii fori, Judicis, ac judicii electione, vel variatione, si causa non sit ex contentis in capitulis Consulatus Benvenut. Strach. *ubi proxim. num.* 12. Solorçano *dict. vers. El segundo, ad finem.* Molin. *in repertor. vers. Judex mercatorum, in fin.* & *ibi* Portol. *n.* 124. sicque decisum antiquitùs in Senatu fuit sententia Regia publicata per Joannem Dominguez Regii mandati Scribam, *die* 19. *Martii* 1515. Quam sententiam quia mirabiliter jurisdictionem distribuit juxta forales dispositiones, tradere decrevi ad literam, ut nemo sit qui eam non vidisse dicat.

SENTENTIA REGIA MIRABILITER distribuens jurisdictionem ordinariam Urbis.

ET attendentes, quod disceptatio contenta in precedenti Xps
processu, sumpsit exordium à predicta supplicatione coram nobis prius proposita per Scribas tam Curiæ Gubernationis, quàm Justitiæ in civilibus: cúmque fuit nobis notificatum de certo præjudicio facto dictis Curiis Gubernationis, & Justitiæ in civilibus, per Curiam Consulatus præsentis Civitatis, ut in dicta supplicatione continetur. Supplicantes, ut coram nobis adduci faceremus librum regestrum executionum, seu mandatorum executoriorum, ac aliarum literarũ dicti Consulatus, ex eo quia à dicta Curia Consulatus emanant mandata executiva, litera subsidiaria in aliis causis non spectantibus ad jurisdictionem dictorum Consulum, ut sic viso dicto libro, & contentis in eo, per nos valeret debitè provideri. Hinc sumpta occasione dictus Scriba Consulatus coram nobis firmavit de jure; & pari modo cum alia supplicatione supplicavit, ut convocaremur Consules maris: quorum mandato, & præcepto dictus Scriba expediebat dicta mandata executoria, ac alias literas. Quibus ita stantibus per dictos Scribas Curiæ Gubernationis & Justitiæ in civilibus fuit posita coram nobis quædam supplicatio, cum qua fuerunt dicta, & allegata multa; propter quæ dicunt, quod dicti Consules maris habent jurisdictionem taxatam, & limitatam in certis tantummodo causis, & quod in aliis causis non potest in eos fieri prorogatio virtute clausulæ submissionis

missionis fori, aut alias. Pro parte verò dictorum Consulum maris, & eorum Scribæ pretendentium oppositum, fuit posita quædam longa supplicatio supra jam mentionata, & calendata, ad effectum ostendendi, quod in eis potest fieri prorogatio in aliis causis civilibus, licet non pertinentibus ad ordinariam eorum jurisdictionem, & hoc multis causis, & rationibus in dicta supplicatione contentis. Dicentes ulterius, quod si, & ubi ex dispositione fororum, vel rationis naturalis scripta, in eos non potest fieri dicta prorogatio, virtute dictæ clausulæ submissionis fori, vel alias quod hoc est adquisitum eis ex longa consuetudine, quæ est optima legum interpres, ad quam consuetudinem probandam, produxerunt multos testes; & etiam dicunt, quod dicti Scribæ dictarum Curiarum nullum jus nullamque actionem habent, ad instandum per eos supplicata, ut in dicta supplicatione, & aliis scripturis præsentis processus, sunt hæc omnia pro eorum parte deducta, & allegata. Pro parte etiam dictorum Scribarum Gubernationis, & Curiæ Justitiæ in civilibus, fuerunt etiam producti testes, ad probandam contrariam consuetudinem, seu interruptionem prædictæ longævæ, sive præscriptæ consuetudinis. Ista sunt in effectu quæ in præsenti processu sunt deducta, probata, & allegata. Nunc est videndum quid in præsenti disceptatione sit judicandum, & decidendum. Et considerantes, quòd in determinatione, & decisione præsentis disceptationis est tractandum de jurisdictione proroganda in dictos Consules maris, vel ex dispositione rationis naturalis scripta, vel mediante præscriptione, aut virtute longævæ consuetudinis dictam prorogationem inducentis: ideò est præmittendum, quòd in presenti Regno Valentiæ omnis jurisdictio, cujuscunque generis, gradus, vel speciei, habuit ortum, originem, & principium in personam serenissimi, memoriæ indelebilis, Domini Regis Jacobi hoc Regnum à faucibus infidelium Sarracenorum eripientis, & consecutivè dicta jurisdictio fuit translata in personam aliorum serenissimorum Regum, in præsenti Regno succedentium; nec in aliquo unquam tempore, penes populum hujus Civitatis, seu Regnicolas hujus Regni fuit aliqua jurisdictio. Et sicut in præsenti Regno alicui non existit permissum condere leges, foros, vel statuta, nisi solo Domino Regi omnimodam jurisdictionem habenti, vel ex sua Regia provisione; ita etiam nemini est permissum, inducere consuetudinem foris obviantem, aut alias: nisi cum scientia, & patientia Domini Regis; cum secundum dispositum per rationem naturalem scriptam, illis solis sit permissum inducere consuetudinem, quibus est permissum condere leges, foros, & statuta, quia à pari procedunt potentia: & ideò paris sunt effectus. Qua omnimoda jurisdictione in personam dicti Domini Regis residente, prædictus Serenissimus quondam Rex Jacobus, pro debita Justitiæ administratione, in principio fororum concessit omnem jurisdictionem civilem, & criminalem primò Curiæ: ut patet in foris per illum conditis in capite primo sub rubrica de la Cort, & postea uni soli vicino, quod in idem recidit, ut patet in capite un sols vehi, in rubrica del Batle, è de la Cort, in foris per eundem Dominum Regem Jacobum conditis. Postmodum verò augescente, & crescente hac Civitate, jurisdictio ordinaria fuit divisa in plures Magistratus, sive per plura officia gerenda, & administranda per plures personas, distinguendo inter eas potestatem, habitum, & exercitium in regimine, & administratione dictorum. Quia fuit creatus Justitia in Criminalibus, qui præesset cognitioni criminum: fuit creatus Justitia in Civilibus qui cognosceret de causis civilibus. Fuit etiam creatus Ædilis, sive Mustaçasius, qui edendorum curam haberet, ne morbosa caro, vel corrupta victualia venderentur, vel nimis grandi pretio, & de similibus juxta foros, & ordinatione dicti officii. Fuerunt etiam creati Consules maris, qui cognoscerent de causis mercantilibus, & maritimis, in foris præsentis Regni, & capitulis Consulatus expressatis, taxatis & limitatis, ut dictum est: non tenerentur judicare secundùm foros hujus Regni, sed tantùm secundùm ordinationes capitulorum Consulatus; ut patet ex multis capitulis Consulatus, & signanter ex capitulo tenoris sequentis. :

Les sentencies que per los dits Consols, è Jutgé son donades, se donen per les costumes, è capitols scripts de la mar, é segons que en diversos capitols de aquelles es declarat, e ahon les costumnes, è capitols no abasten, donensc à consell de dits prohomens mercaders, é de mar: ço es, tota hora a les mes veus dell Concell. *Alii verò Judices in omnibus causis, tam civilibus, quam criminalibus tenentur judicare secundùm foros præsentis Civitatis, & Regni; ut est expressum in capite secundo in rubrica* de la Cort *in foris antiquis. Qui forus est tenoris sequentis*: La Cort ab consell dels Prohomens de la Ciutat, jurge tots lots pleits criminals, é civils, observades en totes coses, & per totes les costumes de la dita Ciutat. *Et attendentes, quòd contrahentes communiter in omnibus ferè contractibus apponi faciunt clausulam renuntiationis proprii fori, & submissionis fori cujusvis Judicis ordinarii: & ista clausula, licet veniat ex pacto contrahentium; attamen quasi ex communi stylo, & practica omnium Notariorum apponitur in omnibus ferè contractibus, quæ clausula submissionis fori est intelligenda de Judice ordinario, & tali qui teneatur judicare secundùm foros hujus Regni, & non est intelligenda de aliis judicibus foros ignorantibus, & qui non tenentur sequi dispositionem fororum, nec secundùm illos judicare, & sic dicta clausula non debet intelligi de Consulibus maris; quorum capitula, & consuetudines maris; nihil habent commune cum aliis causis non mercantilibus. Et considerantes, quòd secundùm dispositionem rationis naturalis scriptæ omnes Civium dispositiones, sive pacta, vel contractus, censentur referri ad foros, & consuetudines cum quibus reguntur, & vivunt, & non ad capitula Consulatus, & consuetudines maris; cum illi qui contrahunt, videantur semper inisse contractum eo modo, prout jubent fori, & statuta propria Civitatis, volentes semper se astringere ad observandum ea quæ disponuntur in foris, & statutis, & videntur velle sequi id quod vult forus, & statutum patriæ suæ. Cùm ergo fori disponant, ut omnes causæ judicentur secundùm foros præsentis Regni, videntur velle contrahentes, se submittentes foro alieno, quòd causæ illorum judicentur, & determinentur secundùm foros præsentis Regni, non autem secundùm capitula Consulatus. Quæ clausula submissionis foris si aliter intelligeretur, jam Consules maris haberent quasi partem jurisdictionem cum Justitia in civilibus, cùm, ut dictum est, in omnibus ferè contractibus, est solita apponi dicta clausula submissionis foris, & sic omnes quasi causæ judicarentur cum capitibus Consulatus, & non secundùm foros præsentis Regni; quod nullatenus est decendum: quia contrahentes noluerunt discedere à dispositione fororum, nec hoc facere potuerunt, quia dicti fori sunt facti ad publicam utilitatem; & exigente justitia his quæ ad utilitatem publicam inducta sunt, non possunt contractu partium renunciari. Attendentes ulterius, quòd secundùm communem sententiam scribentium super ratione naturali scripta, à qua in judicando non est recedendum, prorogatio de causa ad causam fieri non potest, cùm limitata causa limitatum producat effectum. Quæ ratio non militat in aliis prorogationibus, de persona ad personam, de quantitate ad quantitatem, propter similitudinem, quam habet una persona ad personam, & quantitas ad quantitatem: ideò de una ad aliam sit facilius extensio, & prorogatio; quia in habentibus symbolum, & similitudinem facilior est transitus. Quod tamen secus est de causa ad causam; quia cùm de una ad aliam longæva sit similitudo, ideò non ita de facili fit extensio, & prorogatio, sicut in aliis supradictis. Considerantes etiam quod scribentes super ratione naturali scripta in individuo determinant, & dicunt esse communem sententiam, à qua, ut dictum est, in judicando non est recedendum, quod Consules maris per prorogationem in eis factam non possint cognoscere de causis non mercantilibus. Et attendentes, quod præscriptio, & consuetudo allegata pro parte dictorum Consulum, non potuerunt inducì tam ex defectu potestatis volentium dictam præscriptionem, & consuetudinem inducere: quàm ex defectu requisitorum ad præscriptionem, & consuetudinem inducendam. Et considerantes

rantes quod depositiones dictorum testium productorum pro parte dictorum Consulum, non deponunt totaliter, quod de dictis eorum possit dici inducta talis consuetudo, quæ aliquo modo præjudicet regali jurisdictioni, ut dicti Consules dicantur per consuetudinem acquisivisse, ut eorum limitata jurisdictio sit prorogabilis ad alias causas non mercantiles. Et attendentes quod dicti scribæ ejusmodi Curiæ Gubernatoris, & Justitiæ in civilibus, non proposuerunt, neque intentarunt aliquam actionem contra dictos Consules, vel eorum scribam, nec agunt contra illos ex aliquo jure in personas eorum irradicato; sed tantùm per eos fuit nobis notificatum de abusu introducto in dicta Curia Consulatus, ut videri potest ex dicta prima eorum supplicatione coram nobis proposita, & oblata, quæ notificatio fieri poterat per quemcunque de populo pro interesse Regiæ Majestatis, & conservationis regalis jurisdictionis, cum ad nos qui vices, & locum Regiæ Majestatis gerimus in hoc Regno, pertineat, & spectet inordinata ordinare, malè gesta, & facta corrigere, aliorúmque excessus, & abusus compescere, & limitare. His propterea, & multis aliis attentis, animum nostrum rectè moventibus, pronuntiamus, sententiamus, & cum hac Regia, & nostra sententia declaramus, quòd ad dictum officium dictorum Consulum solummodò pertinet, & spectat, cognoscere, & judicare de causis mercantilibus, & maritimis, taxatis, & limitatis, tam per foros præsentis Regni, quàm per capitula Consulatus, & non possunt cognoscere, & judicare de aliis causis in dictis foris, & capitulis Consulatus non expressis. Pronuntiamus, sententiamus, & declaramus, quod dicti Consules, nec virtute alicujus prorogationis, vel virtute clausulæ submissionis fori cognoscere, & judicare non possint. Mandantes eisdem Consulibus, & dicto eorum scribæ, ne de cætero de aliis causis, quàm supradictis causis mercantilibus, & maritimis, & ad eorum jurisdictionem ordinariam pertinentibus, se intromittant, nec in eis permittant fieri executiones, nec mandata executiva, nec literas subsidiarias. Quod si contrarium factum fuerit, contra eos proceditur, prout fuerit juris & justitiæ; & ita pronuntiamus, sententiamus, & declaramus, non obstantibus in contrarium allegatis. Neutram dictarum partium in expensas condemnamus ex causa.

Gallart Regens.

Ut. Antist. *Ut. Cirera.*
Ut. Pardus. *Ut. Dassio.*

Publicata, &c.

In hac sententia non solùm habes decisionem in materia jurisdictionis Consulum maris, sed in pluribus aliis rebus ex traditis à nobis *capitibus præcedentibus*, ita ut hæc sententia videatur substantialis epilogus jurisdictionalis materiæ.

9 Sed ut redeamus ad Consules, quamvis ipsi jurisdictionem habeant privativè ad omnes causas mercantiles, & maritimas, ut ex *capitibus Consulatus* resultat, & tenent DD. relati *supra, n.* 5. dempto D. Vico *ubi proximè, num.* 3. Id limitandum est in causis pupillorum, viduarum, & miserabilium personarum; nam cùm in concessione jurisdictionis Consulum non habeatur mentio de
10 privilegio pupillorum, viduarum, ac cæterorum miserabilium, non intelligitur sublatum, sicque fruuntur electione fori, ut cum decisione Senatus dixi *c.* 2. §. 2. *num.* 51. sed quia ibi tantùm doctrinam tradidi, & decisionem allegavi, non abs re erit, ut verba decisionis referam; sic habent:

11 *Quia privilegio viduis, pupillis, & miserabilibus personis, tam a jure, quàm a foro, miserationis gratia concesso, ut possint forum cujusvis Judicis declinare, & Principis tribunal, seu Gubernatoris adire, ut ibi conveniantur, derogatum non dicitur per aliud privilegium, in quo de præditis personis mentio non fit; & cùm in privilegio per Serenissimum Regem Ferdinandum Consulibus maris hujus Civitatis concesso, nulla mentio de præditis personis fiat, nec sub clausulis cujusvis gradus, status, aut conditionis, nec aliis in eo appositis comprehendantur, saltem ad hoc, ut non possint forum declinare; idcirco, &c.* Quæ decisio confirmata fuit in Supremo, ut dixi.

Neque obstant tradita à Solorçano *d. c.* 14. *vers. El se-* 12
gundo, nam ut ibi tradit, expresso jure cautum est in Castella, nempe per *leg. unic. tit.* 13. *lib.* 3. *recopil.* & cùm autem apud nos, neque foro, neque privilegio aliquo cautum reperiatur; inde est quòd privilegium concessum miserabilium personis non sit sublatum per concessionem jurisdictionis Consulatus.

Habent isti Consules judices appellationum prima- 13
rum, ad quos provocatur ab eorum sententiis, quos nostrates dicunt (*Juges de appells,*) *privilegium ultim. Domini Reg. Petr. Secund.* sed tunc dabatur à Rege, vel Gubernatore, ut ibi cavetur, postea immutatum fuit per *dictum privileg.* 9. *Domini Reg. Alfons. III.* quo forma electionis 14
ipsorum Consulum, ac Judicum appellationum latissimè habetur; & cùm ibi clara reperiatur, ideò in ea tradenda non immoramur. Qui autem ad hæc officia eliguntur, præter experientiam rerum mercantilium; & maritimarum uxorati esse debent, majorésque viginti quin- 15
que annis, & naturales Regni, juxta *for.* 41. *de Cur. & Bajul.* cum aliis traditis *hoc eodem cap.* §. 5.

Judex appellationis privativè de ipsis causis cognos- 16
cere debet *privil.* 107. *Domini R. Petr. II.* & quamquam juxta consuetudinem maris, & capitula Consulatus civitatis Barchinonæ teneantur jus dicere, sicut expressè cavetur in *dict. privilegio* 20. §. 1. *Reg. Petr. I.* hoc non procedit quoad appellationem; nam ut testatur Fontanella *dicta decisione* 403. *numero* 3. ea in Urbe tantùm 17
unica appellatio in causis Consulatus permittitur, etiamsi diversæ sententiæ sint, aut secunda revocatoria primæ. Apud nos quando prima sententia confirmatur, amplius appellatio non admittitur; sed si revocatur, ac per consequens non sint conformes, secunda appellatio permittitur: tuncque Justitia in Civilibus 18
assignat Judices appellationis ejusdem qualitatis, & peritiæ, *for.* 17. *de appellat.* causæ autem istæ summariè, sine scriptis, absque Assessore jurisperito (nisi spontaneè Consules velint) & Causidicis tractari debent *for.* 18. *& 19. de clam. non mutand.* Cætera qui cupit, adeat Doctores superius laudatos, qui lato calamo de Consulatu scribunt.

Sunt etiam in Urbe plures officiales inferiores relatis; 19
Secretarius, aut Scriba Aulæ Juratorum, Coadjutores Rationalis, Administratores jurium, & rerum urbanarum, Præfecti, sive ut dicunt *Cap. de taules*, rerum admi- 20
nistrandarum, & plura alia id genus officia, quæ ad nos non pertinent, eo quod jurisdictionem non obtinent, præterquam administratores jurium, sive contributionum, de quibus *hoc capite* §. 3. *n.* 34. *& n.* 40. *& seqq.*

Præfecti incilium, vulgò *Cequiers*, sunt qui cognos- 21
cunt de quæstionibus spectantibus ad aquam incilium, irrigationes, & munditiam ipsorum, *for. & seqq. de Cequiario, privil.* 34. *&* 38. §. *ultim. Reg. Jacob. I. privileg.* 130. 135. *& seq. Domini Reg. II.* aliisque pluribus juribus, ut quibus jurisdictio privativè concessa eis est, seu verius Urbi, cui donata fuerunt omnia incilia fluminis Turiæ, dempto incili de Moncada, ut in *privil.* 8. *Domini Reg. Jacob. I.* paret, sed Præfecto incilium committitur exercitium hujus jurisdictionis, adeò ut si in termino generali Urbis, aut oppidi Regii reperiatur aliqua Baronia, cognitio harum rerum non pertineat ad Baronem, sed 22
ad dictum Cequiarium nomine illius universitatis, ut declaravit Senatus in causa villæ de Murvedre, & Baroniæ de Gilet, sententia publicata per Vincentium Ferrera R. M. S. die N. Januarii anni 1653. sub examine Magnif. domini Victoriani de Calahorra. Si autem Præfectus vel Cequiarius deliquerit in offici, Jurati in eum animadverunt, *dict. privi.* 34. *in fine, Domini Reg. Jacob. I. junct. for.* 5. *de Cequiar.* tradit Dominus Cerdan *in arbore jurisd. vers. Cavacequinos.* Sed hæc de Civitate dicta sufficiant, cujus omnia conveniunt cæteris civitatibus. &

Villis,

Villis, seu oppidis Regiis totius Regni, nisi id quod speciali jure concessum Urbi adnotavimus.

§. XI.

De Curatoribus operum publicorum, apud nos appellati Obrers de murs y valls, *ad forum 137. Cur. anni 1564.*

TEXTUS.

PHILIPPUS SECUNDUS REX. Montisoni. anno 1564.

ITem senyor per quant lo adob del camins en la vostra Ciutat de Valencia, y contribucio de aquella toca, y se guarda a la fabrica de murs, y valls, y conve molt que aquells estiguen ben contreats, y adobats, y aixi mateix los escorredors de dits camins, per que les adzenbles, y carros que porten vitualles, y provisions puguen sens treball, y perill anar, y venir, per que la dita Ciutat vivint de carreix, puixa esser millor provehida, y avituallada, è alguns frontalers hereters regant les sues heretats, forreguen, è lancen la aygua en dits camins, è volent los executat per les penes en que son encorreguts per haver lançat la ayga en dits camins, è aixi mateix manant als dits frontalers que adoben, y netejen los dits escorredors, sino que a despeses de aquells se netejuran, y adobaran: è no obtemperant los dits hereters, y frontalers la dita fabrica, en desidia de aquells ho fa fer, y apres quant demana la paga de les despeses per dita raho fetes, molts de aquells se volen eximir de pagar les dites penes, y despeses, sots pretenso que son officials de la Seca, y de jurisdiccio dels Alcaldes de aquella, de que resulta molt gran dany a la dita fabrica y a la bona y deguda administracio de aquella. Per ço los dits tres Braços supliquen a V. M. sia servit provehir, y manar que los dits Alcaldes de la Seca nos puixen en manera alguna empatchar, ni se empatchen de semblants coses, ni als dits hereters, ni frontalers los valga, ni aprosite en respecte de les dites coses lo privilegi de la dita Seca, ans qualsevol persona per los dits danys, y penes, haja de ser executada per los oficials de la dita fabrica, ó per lo Racional de la dita Ciutat de Valencia, é que lo mateix se entenga en respecte de qualsevol deutes deguts a la dita fabrica en qualsevol manera. *Plau a sa Magestat.*

SUMMARIA.

1 *Curatores operum publicorum eliguntur adinstar Officialium Generalitatis.*
2 *Curatores operum publicorum administrant simul cum Officialibus Urbis.*
3 *Cura viarum publicarum antiquissima est.*
L. 2. §. eodem tempore 30. ff. de origin. juris, expenditur. ibidem.
4 *Cura viarum publicarum primitus ad Censorem, deinde ad Praetorem pertinebat.*
5 *Curatores operum publicorum curabant de alveo Tiberis, & Cloacis.*
6 *Cloacae Romanae mirum admodum opus fuit, per Tarquinium Priscum perfectum.*
7 *Cloacinae Deae simulachrum ab ipso Tarquino consecratum.*
8 *Cluere quid significet.*
Cluacina Venus qualis fuit, ibid.
9 *Cloacae Romae purgatae per Agrippam, qui per ipsas ad Tyberim usque navigavit.*
10 *Cloacae Valentinae factae per Romanos.*
11 *Cloacae Valentinae factae à Gneo Scipione fuerunt.*
12 *Valentia Viriati Militibus data fuit, non verò Militibus Romanis qui in Viriatum dimicarunt.*
13 *Curatores murorum, & vallorum ad quid apud nos instituti.*
14 *Curatores murorum, & vallorum quomodo eligantur.*
15 *Clerici an teneantur contribuere in collectis impositis ad constructionem, vel reparationem murorum, pontium, &c.*
16 *Opera constructionis, vel reparationis pontium, murorum, & viarum, an remotè vel immediatè cedant in utilitatem Ecclesiae.*
17 *Clerici tenentur haec onera subire apud nos.*
18 *Cleri in dubio debent contribuere, vel non, juxta consuetudinem.*
19 *Fabricae veteris à nova distinctio, & hujus jura ad quae imposita censeantur.*
20 *Jura fabricae novae impositae fuere auctoritate Pontificia.*
21 *Canonicorum unus admittitur in coetu Curatorum fabricae murorum, & vallorum, ut interveniat nomine Cleri in administratione rerum ad fabricam novam spectantium.*
22 *Opera, ad quae tenetur fabrica vetus, describuntur.*
23 *Jura imponenda de novo ad hanc curam à quo imponi debent.*
Princeps juxta juris communis regulas compellere potest subditos ad contribuendum in refectione murorum, pontium, & viarum, ibid.
24 *Jura imponenda Ecclesiasticis, quo pacto debent imponi.*
25 *Summus Pontifex consulendus quoties fieri potest.*
26 *Jurisdictio in his rebus concessa est Rationali Urbis.*
27 *Curatores operum publicorum statuere possunt, quamquam non habeant jurisdictionem.*
28 *Jurisdictio Rationalis extenditur quoad hac ad quoscunque exemptos.*
29 *Reparatio viarum onus est praediorum in confinio viae publicae.*
30 *Oppida totius contributionis generalis urbis pendant haec jura.*
31 *Villa Misri veteris, postquam amisit interventum in Curia generali, contribuit in his juribus Urbis.*
32 *Ratio contributionis oppidorum totius districtus.*
33 *Veredorum Praefectus, vulgò* Correo mayor, *antiquitùs cognitus.*
34 *Dii ethnicorum nuntium habebant Mercurium.*
35 *Deus verus Paranymphis utitur, ut decreta sua mentis annuntient.*
36 *Cyro tribuitur principium cursus publici.*
37 *Xerxes Persarum Rex, juxta Herodoti tradita, fuit inventor cursus publici per mutationes equorum.*
38 *Augustum primum inter Romanos hoc introduxisse aliqui tradunt.*
39 *Usus veredorum publicorum antiquissimus apud Romanos.*
40 *Doctores de materia tractantes.*
41 *Indorum Reges cursu publico utebantur.*
42 *Ea quae spectant ad veredorum publicorum jura, tanquam omissa à foro, juxta jus commune decernenda apud nos.*
43 *Differentia inter Cursorem publicum, & ordinarium veredum.*
44 *Praefectus veredorum subest Praefecto Praetorio.*
45 *Praefectus veredorum absque licentia Praefecti Praetorii evectionem alicui concedere nequit.*
46 *Equi ad evectiones publicas destinati, non omnibus concedendi sunt, ne deficiant quando ad Reipublicae causas necessarii sunt.*
47 *Veredi publici ab itinere recto deviare non possunt.*
48 *In veredis publicis, sive sit Cursor, sive* Estafeta, *asportari praeter epistolas nihil debet sine licentia Praegis.*
49 *Equos non destinatos ad vereda, in cursu commodans, tenetur poena quadrupli.*
50 *Cursorum Praefectus decimam partem stipendii lucratur, & lucrum ingens resultans ex transportatione epistolarum.*
51 *Cursor major tenetur subire onera officii.*
52 *Quae necessaria sint ad cursum publicum.*
53 *Sajones, sive Curiosi qui propriè sint?*

54 *Parochi qui sint ?*
55 *Parochi dicti metaphoricè quicunque publicos cibos ministrabant.*
56 *Parochi appellati Corepiscopi publicum, & salutiferum cibum ministrantes sacra Euchristia.*
57 *Tabellarii qui dicantur.*
58 *Tractatorii qui dicantur.*
59 *Hippocomii qui sint.*
60 *Parapii qui dicantur.*
61 *Omnes isti officiales ad cursum publicum destinati fideliter se gerere debent.*
62 *Omnes isti tenentur ex retardatione ad interesse.*
63 *Cursor major non habet jurisdictionem in hos, sed omnes subiiciuntur ordinariis Judicibus.*

1 CUratores viarum publicarum, murorum, vallorum, pontium, & cloacarum in Urbe eliguntur; eo ipso modo quo Officiales Generalitatis Regni, nam ex unoquoque Brachio, sive Statu, vel Stamento Regni, unus eligitur quotannis, sed administrationem habent com-
2 missam simul cum juratis, Rationali, & Syndico Urbis; quare de ipsis agendum erat, postquam munera omnium explicata sunt; licet enim pro dignitate officii antea collocandi essent, ut facilius muneris natura percipiatur, opere pretium duxi explicationem reservare ad hunc locum, quo jam explicata sunt munera horum omnium.

3 Cura viarum publicarum adeo antiquo in usu est, ut Salomonem vias quæ ducebant Hierosolymam, lapide straviſſe nigro, ut suæ Majestatis opus ostenderet; Josephus *lib. 8. antiquit. judaicarum. cap. 2.* narrat: & Pomponius Jurisconsultus *in l. 2. §. eodem tempore 3. ff. de orig. jur.* dicat Quatuor viros, qui curam viarum gererent, creatos Romæ fuisse eodem tempore, quo Decem viri in litibus judicandis instituti fuere: quo, ut dixi *cap. 2. §. 6. num. 8.* factum fuit anno ab Urbe condita 301. meminerunt horum Magistratuum Fenestella *de Magistrat. Romanor. cap. 23. ad fin.* & Pomponius Lætus *de Magistrat. cap. de Prætorib.* adsuntque in jure rubricæ *de operib. publ. ff. & C.* Antea autem, hoc ad Censoris munus
4 pertinebat, posteaque ad Prætoris officium, ut tradunt Barnabas Brissonius *antiquit. lib. 4. cap. 12.* Rosin. *de antiquit. Romanor. lib. 7. c. 27.* Bulengerius *de Imper. Roman. lib. 5. cap. 27.* quò loci mirifica opera per hos Curatores facta describit: hi enim Curatores non solum de viis, publicisque operibus curabant, sed etiam de Tyberis alveis, & cloacis: quod expressè cautum reperio *in l. 2. ff. de cloacis*, ibi: *Ipse dicendum ait, ut ne factam cloacam purgare, & restituere permittendum sit per interdictum, novam verò facere is demum concedere debeat, cui viarum publicarum cura sit.* Licet enim Jurisconsultus, dum de reficienda cloaca verbum instituit, ait ad Prætoris edictum pertinere, hoc intelligendum, ut ex ipso *textu* depromitur, de cloaca privata, ne vis fiat reficienti: at quando loquitur de fienda in publico, ad eum, cui cura
5 est viarum publicarum pertinere ait.

6 Cloacarum Romanæ Urbis opus mirum admodùm fuit per Tarquinum Priscum susceptum, & perfectum, ut Titus Livius tradit *lib. 1. decad. 1.* Plin. *lib. 36. histor. c. 15.* Alexand. ab Alexand. *dier. genial. lib. 13. cap. 14. ad fin.* & *ibi* Tiraquel. *lit. L.* Julius Cæsar. Bulenger. *de Imper. Roman. lib. 2. cap. 7. & lib. 5. cap. 18.* Pancirol. *in notit. Orient. cap. 8.* Ant. Matthæus *de auction. lib. 2. c. 10. nu. 11.* Rosin. *antiquit. lib. 7. cap. 32.* qui plura; & quod magis est, simulachrum cloacarum causa ab ipso Tarquino consecratum dicitur Cloacinæ Deæ, de qua Tertullianus
7 *lib. de pallio, num. 84. & 1. contr. Marcionem, num. 122.* & *ibi* Jacobus Pammelius, Lactantius Firmianus *de falsa relig. lib. 1. cap. 20.* Plinius *lib. 15. cap. 19.* Turnebus ad Jul. *lib. 23. cap. 12.* Rosin. *antiquitat. lib. 2. cap. 21.* Divus Augustinus *de Civitat. Dei, lib. 4. cap. 8. & ibi* Leonardus Coqueus, & noster Ludovicus Vives; sic appellata, sive quia ejus effigies in Romana cloaca inventa fuit per Tatium, & cum ignoraretur cujus esset, ex loco ei nomen indictum fuit; vel quia Veneris Cloacinæ erat, nam 8
cluere est purgare, unde Venus Cloacina, sive Colluacina, ut ex Divo Cypriano *de idolorum vanitate, num. 24.* Turnebo *lib. 23. adversar. cap. 21.* Pammelio *dict. n. 122.* Coqueo *dict. lib. 4. cap. 8.* & Rosino *dict. cap. 1.* patet (quamvis hoc non placeat nostro Ludovico Vives *eod. cap. 8.* dicens *cluere*, pugnare esse) meminit & Ædis Cloacinæ, sive tabernarum Cloacinarum, Titus Livius *lib. 3. decad. 1.* ibi: *Data venia seducit filium, ac nutricem prope Cloacina tabernas, quibus nunc novum est nomen.* Agrippa autem cloacas purgavit, & per ipsas in Tybe- 9
rim navigavit, ut Plinius, & Bulengerus tradunt *ubi prox.* de qua navigatione videndus Præcep. Melchior Valent. *illustr. jur. lib. 2. tract. 1. cap. 2.* & de illarum amplitudine mira, Livius *de cad. 1. lib. 1. & 5.* Eutropius *lib. 1.* Alexand. ab Alexand. *lib. 3. genial. cap. 14.* Just. Lipsi. *de admiran. Romanor. lib. 3. cap. 2.* Solorçano *de jur. Indiar. lib. 1. cap. 8. n. 78.* Et quamvis alii alios hæc administrasse dicant, semper tenendum, quòd postquam Curatores viarum instituti fuerunt, & fluminis alvei, & cloacarum susceperunt curam, ut ex *d. l.* deducitur, & tradit Bulenger. *dict. cap. 18.*

Apud nos cloacæ fabricatæ reperiuntur ab ipsis Ro- 10
manis, quæ licet non tantæ amplitudinis, ut per eas navigari possit, sint, factæ tamen ut equus agitari per ipsas ab homine in eo sedente sine incommodo possit. Valentia enim, ut dixi, Roma antiquitus appellata fuit, Romani eam nobilitarunt, ampliarunt, illustrarunt, nomen commutando, pluribusque operibus publicis exornando. Petrus Antonius Beuter. *lib. 1. cap. 17.* & Gaspar Es- 11
colano *lib. 4. cap. 10.* (quos sequitur Josephus del Olmo in Lithologia *cap. 1. num. 12.*) Græo Scipioni hoc opus tribuunt. Pater Franciscus Diago nihil expressè dixit, sed innuit hoc factum fuisse à Junio Bruto Consule *lib. 3. cap. 23. ad fin.* (quò etiam intendit probare, Valentiam ex oppido exiguo, *Roma*, nomine ampliatam fuisse, nomen innovando, ex militibus Romanis, qui in Viriatum certaverunt: at ut dixi *cap. 1. §. 1. num. 3. & seqq.* his qui sub Viriato militarant, oppidum datum fuit, quod Valentia vocatum est. Hoc expressè dicitur per Titum Li- 12
vium, ut *ibi* probavi, vel si mavis Patrem Diago sequendo, per Lucium Florum: inglorioſior non est una ab alia origine, nam si ex his qui sub Viriato militaverant, Hispani prisci erant, strenue pro libertate certantes, qui forte nobiliores Romanis erant: pluribus Emmanuel Sousa Taaria *in epitom. historiar. Lusitan. p. 1. c. 7.* & Larrea *decis. 9. n. 45. cum seqq.* atque adeo mens non est fatiganda hoc, vel illo discursu, ex quibus conjecturæ fallaces resultare solent, tam clara, & individua traditione ampliationis antiquissimæ nostræ Urbis) quoquo modo ex his sumatur, vetustas operis satis commendatur, ejus mira dispositio oculis intuenda proponitur, utilitas publica, atque munditiæ Urbis effectus sensibiles adhuc sunt, nam urbs sordibus omnibus continuè purgatur, sine fœdo illo aspectu, sine sævo illo fœtore, quo aliæ Urbes laborant antequam purgari possint. Muri enim Civitatis sancti appellati sunt in jure, *l. sanctum.* & ibi communiter Doctores, *ff. de rer. divis. §. sancta, Inst. de rerum divis.* pluribus Ripoll. *regaliar. cap. 43. numer. 8.* Caputus *de regim. Reipub. capit. 7. §. 35. numer. 1.* Petr. Gregor. Tolos. *de Repub. lib. 2. capit. 3. num. 2.* & quamvis cura ad Principem principaliter spectet, apud nos concessa est urbicanis Rectoribus *privil. 57. Reg. Jacob. I.* quare ad eos pertinet, sicut & viarum ex eadem concessione, nam licet quoad protectionem de Regalibus sint, ut probat latè Horat. Montan. *de Regalibus, cap. vie publice, per totum*, cum de communi reficiendæ sint, *l. 2. §. refecto, ff. ne quid in loco publico*, urbicanis Rectoribus commendata est.

Ut autem de muris, vallis, fossis, pontibus, publicis 13
viis,

viis, fluminis alveo, cloacisque curarent, instituti fuerunt hi Curatores urbicani, quos *Obrers de muros, y valls*, nuncuparunus: quod ita intelligendum est, ut curent de refectione viarum extra Urbem, & de constructione cloacarum majorum, apud nos nuncupatarum *Mares* saxa opportuna tribuendo ad earum constructionem, & conservationem (nam cura viarum intra Urbem, & refectio cloacarum privatarum, atque purgatio, ex munere ad Ædilem spectant:) unusque eligitur ex quolibet Stamento Regni, hoc est, unus ex Ecclesiastico, alius ex Militari, aliusque ex Civibus honoratis pro populo, sive statu Regali, qui tres simul cum Juratis, Rationali, & Syndico, jura ad hæc instituta administrant, ut Escolano (licet brevissimè) attingit *d.c.* 10. *in princip.* & tradit Pater Mandariaga *de Senatu, & Princip. c.* 4. *vers. Sin estos ay otro Senado.*

14 Ratio autem, ob quam cœtus horum omnium componatur ad hæc administranda, ea ni fallor est: ad hæc tenentur non solum incolæ Urbis, & suburbiorum (sub quibus comprehendi videntur oppida contributionis particularis) sed totius contributionis generalis, qui quidem non repræsentantur per Concilium generale Urbis, sicque ab eo solo non poterant jura hæc imponi, aut administrari, atque adeo per tria Brachia, sive Stamenta Regni administranda erant. Ab alia parte, Urbs obtinuit concessionem à Domino Rege Jacobo Primo, de muris, vallis, viis publicis, & aliis pluribus, *privileg.* 57. ejusdem Regis, ob quod jus habebat administrationem ipsorum: ut autem hæc inter se dissonantia ad concordiam reducerentur, facta fuit antiquissima transactio, & per eam data forma fuit in his administrandis, modo prædicto; quod novum non est, nam præter superiùs dicta de Romanis, idem observari in civitate Neapoli, tradit Caputus *d.* §. 25. *n.* 3. & §. 7. *per tot.* quò plura ad rem tradit Montanus *d. c. via publica*, *n.* 8. qui officium Portulaniæ hoc appellant.

Modus autem electionis horum trium Magistratuum talis est: Ecclesiasticus eligitur ex vocibus illius cœtus, juxta concordiam initam anno 1363. ut habetur *in extravag. unic. Confirmacio al Braç Ecclesiastich, fol.* 62. Militaris verò per Electores, & Examinatores, ut dicitur *in cap.* 8. *in extravagant. Eleccio de Diputats, fol.* 41. cujus electionis formam tradidi *capit.* 3. §. 1. *numer.* 57. At verò Brachii Regalis modo quo antiquitus fiebat electio Juratorum, duodecim ex Parochiis desumendo, & ex ipsis unum forte extrahendo (sed ad hæc officia non requiritur ætas 25. annorum, ut in cæteris Urbis, sed sufficit 22. annorum, ut fuit diffinitum per Senatum sententia publicata per Bervegal, *die* 5. *Martii* 1608. ad favorem Raymundi Angresola contra Syndicum Brachii militaris; nam hæc officia non sunt de contentis *in for.* 41. *de Cur. & Bajul.*) quo pacto extrahuntur etiam subcurator, sive ut dicimus *Sotsòbrer*, Scriba, & cæteri Officiales inferiores hujus fabricæ, ut constat ex sententia arbitrali anni 1406. *c.* 3. Sed quoniam hæc trita sunt, ad alia transeamus.

15 Eligitur, ut dixi, unus ex istis Magistratibus Urbanis ab statu Ecclesiastico, quia Ecclesiastici pendunt jura hæc, *l. ad instructiones, C. de sacrosanct. Eccles for.* 18. *de rerum divisson. privileg.* 38. §. *omni excusatione, Domini Reg. Jacob. I. l.* 2. §. *refectio, ff. ne quid in loco publico.* Sed valde controversa est quæstio apud Doctores utriusque literaturæ; an Clerici teneantur ad contributionem horum operum, sive ad collectas impositas pro constructione pontium, fossarum, murorum, atque viarum publicarum? ut patet ex pluribus congestis per Patrem Thomam Sanchez *consilior. moral. lib.* 2. *capit.* 4. *dubio* 55. *per tot.* Patrem Castro Palao *tom.* 2. *oper. moral. tract.* 12. *disputat. unic. punct.* 9. *num.* 3. & *seqq.* Marius Cutell. *de immunitat. lib.* 2. *quæst.* 39. *per tot.* ex nostratibus Patrem Michaëlem Salon *de justitia & jure, tom.* 2. *tractat. de vectigal. artic.* 6. *vers. Sunt & alia, colum. mihi* 478. Joannem Ægydium Trullench *lib.* 7. *Decalog. capit.* 12. *dub.* 5. *numer.* 6. & *seqq.*

Varietas opinionum in eo consistit, ni fallor, an 16
opera hæc cedant in utilitatem Ecclesiæ proximè, vel remotè, nam si remotè, prout quando in communem totius Reipublicæ utilitatem cedunt, tunc non teneri est certum; si verò proximè, tenentur, eo quòd qui sentit commodum, & incommoda sentire debet, *l. secundùm naturam, ff. de regul. juris*, cum *vulgatis*. Considerat optimè hanc differentiam Pater Sanchez *d. dub.* 55. *n.* 4 & *n.* 13. latissimè fundat, Ecclesiasticos teneri ob utilitatem resultantem ex istis operibus, plures eandem sententiam firmantes allegando; bene Ancharranus *in cap. non minus, n.* 8. *de immunitat. Eccles.* Lucas de Penna *in l. ultim. colum.* 2. *C. de exactor. tributor. lib.* 10. Francisc. Ripa *respons. lib.* 2. *capit.* 20. *num.* 6. qui de communi consensu Theologorum, & Canonistarum testatur, Purpuratus *cons.* 50. *n.* 5. *lib.* 1. Ducñas *fallent. regular. jur. regul.* 100. *fallent* 16. M. Anton. Natta *cons.* 311. *n.* 4. Tiberi Decian. *respons.* 14. *ex n.* 19. Sforc. Oddo *cons.* 70. *n.* 3. *lib.* 1. Bursat. *cons.* 161. *n.* 11. & 4. Nicolaus Balb. *in consil. post decis. Ofasc.* 68. *num.* 8. Ludovic. Mexia *in pragmat. taxæ panis, concl.* 1. *n.* 60. & quod ad refectionem murorum teneantur, probat text. *in l. ad portam, C. de oper. public.* Platea *in l. ultim. n.* 4. *C. de exactor. tributor. lib.* 10. & *ibi* Luc. de Penna *colum.* 2. *in fin.* Bald. *cons.* 312. *in fin.* Natta *consil.* 215. Purpurat. *cons.* 442. *num.* 1. & 3. & *cons.* 485. *num.* 2. *lib.* 2. Guid. Papæ *quæst.* 28. Ofasc. *decis. Pedemontan.* 68. *num.* 8. & ad reparationem fluminis, Ancharran. *cap. non minus, num.* 8. *de immunit.* Natta *cons.* 311 *num.* 4. Purpurat. *cons.* 324 *num.* 6. Ofasc. *dict. decis.* 68. *num.* 8. Cavalcan. *decis.* 44. *part.* 1. *num.* 10. Dominus Monterde *in consilio pro Urbe, edito anno* 1592. *vers. Tandem*, Bobadill. *in politic. lib.* 2. *c.* 18. *casu fin. fallent.* 24. & *lib.* 4. *c.* 1. *n.* 20. Victor. *relect.* 1. *de potestat. Eccles. quæst. ultim.* Cardin. Bellarmin. 2. *tom. de Cler. lib.* 1. *c.* 28. *disp.* 2. Caputus *dict. c.* 7. §. 25. *n.* 2. & §. 27. *n.* 27. quibus addendi relati per Curtellum *ubi proximè.*

Jura enim apud nos imposita pro his operibus reficiendis, & conservandis antiquissima sunt, ita ut initium memoriam excedat, necessitas evidens, utilitas Clericorum clara, atque patens, Cleri, & Episcopi interventus certus: quare quoad jura fabricæ antiquæ, nulli dubium erit, Clericos contribuere teneri, ut de facto contribuunt, & in casu dubio consuetudini multum deferendum est; ut tradit Curtel. *dict. quæst.* 39 *num.* 55. 17
cùm sit observantia interpretativa, quæ dubia removet; 18
ut idem probaverat *quæst.* 36. *num.* 38. in his enim, in quibus necessitas urget, atque utilitas, non remotè, resultat Ecclesiæ, sufficit interventus Episcopi, & Cleri, ut dixi *cap.* 3. §. 2. *n.* 21. quam conclusionem firmat noster Trullench. *dict. dub.* 5. *num.* 9. *prope finem.* Sunt & alia jura, quæ noviter imposita sunt *anno* 1590. *die* 8. 19
Septembris, hæc non ad usum simpliciter necessarium, sed ad opera, quæ simul cum necessitate ornatum Urbis respiciunt, eo quòd constructi fuerunt quinque pontes magnifici in flumine Turia, juxta numerum portarum Urbis, quas defluendo perlustrat, aggerque lapideus actu construitur, tum fortitudine, tum pulchritudine mirus, quo alveus ipsius circumclauditur, ne inundationes Urbi, aut suburbiis inferre valeat, opus sanè mirandum cunctis prospicientibus, haud minus, quàm illæ Romanorum celebratissimæ moles. Hæc à principio inducta ab ipsis Magistratibus ex consensu populi, sed deinde contentione orta de legitimitate impositionis, eruditissimum Juris responsum pro impositione edidit doctissimus Dominus Christophorus Monterdo, cujus doctrinam omnium scientiarum Princeps, Salmantica, inquam, Academia, non parum celebravit. Attamen *Rota Romana* tribus decisionibus, prima, *diei* 4. *Decembris anni* 1595. & secunda *diei* 29. *Januarii anni* 1596. (quas refert Garcia *de* 20

benef. part. 2. cap. 3. num. 14. (tertia 9. *Decembris* 1598.) memorat Pater Antonin. Diana *in decis. Rotæ coram Pegna ad finem, 5. part. resolution. moral. pag. mihi* 449. & attigit noster Præpositus Morlà *in allegatione pro solution. de bonis (Nunt. Apostol. jur. Generalitat. edita anno* 1630. *numer. 24. ad fin.*) definivit ad hoc non teneri sine expressa licentia Pontificis summi, & sic obtenta fuit specificè, ad hæc opera ornatum Urbis respicientia, cum Bulla à Clemente Octavo *sub annulo Piscatoris*, *die 25. Maii* 1602. qua conceditur Urbi facultas ad hæc jura imponenda Clericis, cum hoc, quòd in alios usus non convertatur, quæ quidem appellatur, *Fabrica nova del riu*, Opus novum fluminis, quod per eosdem
21 Curatores administratur, ex commissione Urbis, sed distinctè ab alia fabrica antiqua, cum hæc non solum necessitatis sit, sed etiam ornatus, & ut nostrates dicunt *embellisment de la Ciutat*, foveat, & curet: superadditúsque fuit unus pro parte Ecclesiæ Præfectus ex Capitulo almæ Sedis, auctoritate Pontificia, in eadem bulla contenta, in his peragendis interveniens. Ex quibus resultat, & distinctionis nostræ comprobatio, & quòd dictæ decisiones minimè obstant, cum loquantur de juribus novæ fabricæ: quæ quidem animo tenenda sunt, ut percipiantur tradita per Salon, & Trullench, non ita explicantes.

22 Ad quæ opera reficienda, & conservanda teneatur fabrica vetus, definitum est per sententiam arbitralem anni 1406. aliasque declarationes subsequentes, quæ præ manibus habentur typis mandatæ. Sed pone quòd necessarium sit jura aliqua addere, nam antiqua, præ temporum angustia, ita ad nihilum redacta sunt, ut minimè sufficiant ad opera prædictæ veteris fabricæ
23 adimplenda, quis enim hæc imponet? Juris civilis dispositione attenta Princeps compellere potest subditos, ut ea fiant, *l. si legatum 5. §. fines, ff. de oper. publi. dict. l. 2. §. refectio, ff. ne quid in loco publ. l. omnes 12. C. eod. tit.* Petr. Gregor. Tolos. *de Republ. lib. 2. cap. 3. num. 7.* quod apud nos difficultare caret, nam, ut dixi; Princeps concessit muros, vias, plateas, pontes, & similia, Urbi; & sic cùm Principis intersit, ut hæc omnia conserventur, poterit Urbem compellere ad conservationem; sed
24 ex eadem concessione Regia oritur, quòd Administratores ipsius possint imponere jura necessaria ad refectionem, eodem pacto quo cætera jura Urbis imponuntur, ut dixi §. 3. *numer. 34.* quod intellige quoad seculares. Quoad Ecclesiasticos verò distinguendum est, aut imponitur aliquod jus in rebus Regiæ ditionis, vulgò *bona de realengo*, tuncque onus tenebit, eo quod hæc semper maneant sub Regia jurisdictione, ut dixi *cap. 2. §. 5. num. 44. cum seqq. & cap. 3. §. 2. num. 20.* & concessa sit potestas urbicanis Officialibus compellendi Ecclesiasticos possidentes bona *de realengo*, ad contribuendum in juribus ad ea bona spectantibus, ut dixi *hoc cap. §. 3. num. 34.* si autem personis, vel bonis, quæ *de realengo* non sunt, urgente necessitate, omnes Doctores superiùs relati tenent, quòd imponi possunt accedente consensu Capituli, & Episcopi, medio quo & totius Cleri consensum adesse est dicendum; præsertim dum agitur de ope-
25 ribus cedentibus in utilitatem, non remotam Ecclesiæ, & Ecclesiasticorum, ut sunt hæc ad quæ fabrica vetus tenetur; sicut communis observantia, & consuetudo interpretatæ fuerunt ab antiquo: sed securius erit, quòd consulatur summus Pontifex, si necessitatis urgentia permittat, prout Rex noster Catholicus observat, quoad jura impolita in Comitiis generalibus. Si verò ratio necessitatis omnino non urgeat, sed ratio aliqua congruentiæ admixta sit, prout in operibus fluminis, nunc auctoritas Pontificia necessaria est, ut Clerici, & Ecclesiastici teneantur talia jura subire, quæ quidem procedunt ex mente dictorum Doctorum, nec refragantur cum traditis per Garciam *d. c. 3. n. 12. & seqq.*

26 Jurisdictio horum jurium non pertinet ad hos Curatores, nam expressè concessa est Præfecto Rationum Urbis, ut patet ex *privil. 5. Domini Reg. Ferdinandi II.* & in eo redditur pulchra ratio, nempe *propter paritatem, quam dictum opus cum dicta Civitate habet, & tenet.* Unde provenit, quòd cœtus iste congregetur in domo ipsius Urbis in Aula Rationalis ejusdem, ibique libri rationum asservari debeant, ac in omnibus ferè administretur ad instar jurium Urbis, hoc uno dempto, quod distinctæ stationes factæ sint, una ad fabricam veterem, & ejus jura; alia verò ad opus novum fluminis. Nec hoc 27
dissonare videtur cum superiùs dictis: nam jura Civitatis administrantur per Juratos, & tamen jurisdictio ad exigenda debita Urbis, est penes Rationalem, ut dixi *hoc eodem capite §. 3. num. 20. & seq. & §. 4. n. 1. & seq.* Nec ex eo, quòd aliquando statuta, vel edicta fiant per hos Curatores, aliquid objicitur; nam ut dixi *dict. §. 3. num. 30.* hæc statuta non sunt respectantia ad jurisdictionem, sed ad administrationem, nam etiamsi sint pœnalia (juxta metas tamen potestatis illorum) ad administrationem spectant, ut pluribus probavimus *d. §. 3. num. 30.*

Effectus hujus jurisdictionis procedit in quocunque exempto, *l. ad portas 7. C. de operib. publ. d. privil. 5. Domini* 28
Reg. Ferdinandi, & in nostro *textu* apparet; nam licet tot privilegiis Monetarii profecuti reperiantur, ut dixi *cap. 2. §. 6. num. 1. & seqq.* in exactione horum jurium, in punitione etiam, sive impositione pœnæ pro effusione viarum, vel purgatione aquæductus, de quibus *in l. 1. cum seqq. ff. de locis, & itin. public. l. 1. & seqq. ff. ne quid in loco publ.* & utrobique communiter Doctores, Cujacius *in paratitlis ad hos titulos, l. unic. § construat, ff. de via publ. & si quid in ea fact.* nullatenus suis privilegiis fruuntur, sicut nec frui dicuntur Familiares sancti Officii, quoad solutionem jurium, *cap. 3. prima concordiæ*, quod refectionem viarum, & operum publicorum, *cap. 30. secunda concordiæ.* Sed hoc non ita generaliter procedit, nam quoad Ecclesiasticos, tantum procedere debet quoad actionem 29
provenientem ex bonis *de realengo.* Bene verum est, quòd purgatio aquæductus juxta viam publicam constructi, vulgò *escorredor*, est onus prædiale, ut in textu habetur, nam prædia confinia ad hoc tenentur, & cum hæc ex bonis *de realengo* sit, etiamsi in dominium Ecclesiastici transeunt, cum eo onere, & sub Regia jurisdictione sunt, ut dixi *dict. capit. 2. §. 5. num. 44. & sequentibus & numer. 106.*

Contribuere tenentur ad hæc opera non solum op- 30
pida contributionis specialis Urbis, quæ ut dixi suburbia reputantur, sed totius districtus generalis ipsius Urbis, nam utilitatem omnium eorum respicit constructio viarum, ut merces, & fructus per eas asportentur; sicque ad onus tenentur, imò villa Muri veteris contribuit, postquam ei interventus Curiæ generalis, vel Comitio- 31
rum denegatus fuit, & quodammodo Urbi suppositia, ut cavetur expressè *in privileg. 8. Domini Reg. Alfonsi III.* sed ista oppida contributionis generalis, meo judicio tantum teneantur ratione refectionis viarum, & pontium, per quas mercimonia fructus, & alia ad humanas neces- 32
sitates sublevandas vehuntur, nam ex his commodum sentiunt, non autem murorum, vallorum, & cloacarum, cæterorumque operum publicorum intra Urbem factorum; & sic quodlibet oppidum juxta illius facultates, & magnitudinem certam summam contribuere solet. Qui hodie hæc munera moderantur sequentes sunt.

Don Hieronymus Ferrer Equestris Ordinis Divi Jacobi, Præceptorque de Orcheta, Curator operum pro Brachio Ecclesiastico.

Zepherinus Feo de Esforcia Generosus, pro Militari.

Martinus de Almança Civis, pro Regali.

In opere novo fluminis adest pro Ecclesia Valentina.

Don Archileus Figuerola Canonicus almæ Sedis.

Attigimus

33 Attigimus enim viarum publicarum curam, & quia absentes inter se non aliter colloqui, vel contrahere possunt, nisi per nuntium, aut epistolam, ut ait Consultus *in l.2.ff.de pactis*, cum aliis adductis per doctissimum Don Joannem Solorçano *de jure Indiar. tom.2. lib.1.cap. 12. n. 2.* de veredis publicis, eorúmque Præfecto, sive cursorum Magistro, vulgò *Correor mayor*, aliqua dicenda sunt; nam ejus institutio una ex partibus est benè constitutæ Reipublicæ, cùm ad rectum regimen plurimum juvet cursus publici usus; qui quidem ex antiquissima deducitur origine, quia necessarius omninò est in Republica. Quæ ad ipsum spectent, non satis apud nos explorata, aut quo pacto de istis rebus curandum, nondum enodatum: quare ut omnia hæc facilius percipiantur, breviter attingenda sunt.

34 Necessitas hujus rei satis ab antiquioribus Ethnicis commendatur, nam ipsi Dii illis quos colebant, sine nuntio speciali credere noluerunt. Hunc Mercurium, designarunt, cui cothurnos alatos ad hoc peragendum tribuebant, ut omnes Mithologi scribunt. Natalis Comes *lib.5.cap.5.* Lucianus *in dialog. Mart.& Mercur.* S.Fulgentius *in lib.Mitholog.* Horologius Alfraganus *lib.3. de aggreg. stellarum, diff.* 22. Fr. Balthasar de Victoria *in Theatr.Deor.2.p.cap.1.ad fin.* meminerunt & Poëtæ, Virgil.1.*Æneid.*

Hæc ait, & Maia genitum demittit ab alto,
Ut terræ, utque novæ pateant Carthaginis arces,
Hospitia Teucris: ne fati nescia Dido,
Finibus arceret, volat ille per aëra magnum
Remigio alarum.——

Ovidius in epistola Pasadis.

Constitit ante oculos actus velocibus alis,
Atlantis magni, Pleionéque nepos;
Fas vidisse fuit: fas sit mihi visa referre;
Inque Dei digitis aurea virga fuit,
Tréque simul Dea, Venus, & cum Pallade, Juno,
Graminibus teneros imposuere pedes.
Obstupui: gelidúsque comas exercrat horror,
Cum mihi, pone metum; nuntius ales ait.

Horatius Carminum *lib.*1. *Ode* 10.

Te canam magni Jovis, & & Deorum,
Nuntium.——

35 Imò, & Deæ nuntiam habuerunt Iridem, de qua Natalis Comes, *lib.8.cap.*20. Victoria *lib.3.cap.6.* Sed quare in his immoramur, cùm Deus optimus maximus Angelicis Paranymphis utatur, ut decreta suæ deitatis nobis annuntient, sicut patet ex *Genes.*16.7. *Luca* 1.11. *&* 26. (quæ loca mirificè explicantur per omnis eruditionis fulgore decoratum Patrem Christophorum de Vega in consummatissima Theologia Mariana; dum hæc prælo dantur edita, *part.* 2. *palestr.* 23. *certam.* 4. *num.*1529. quò loci probat, Gabrielem inter omnes cœlestes spiritus primum locum obtinuisse, quia missus ad Mariam fuit: & alibi passim, quod clarè dixit Sanctus Dionysius Areopagita *de cœlesti Hierarchia, cap.*4. ibi: *Ha sunt igitur, qua principali, & multiplici modo divina societatis bonore sunt predita: secretimque divinum præcipuè, multisque enuntiant modis. Idcircò, & præomnibus Angelicum cognomen meruerunt, quòd cùm in eas primo divinæ claritatis fulgor emanet, ipsæ postmodum in nos enunciationes illas sublimiore superne traficiam.* Divus Augustinus *lib.*15. *de Civit.Dei, cap.* 23. *in princ.* ibi: *Facit esse Angelos suos, injungendo eis officium nuntiandi. Qui enim Græcè dicuntur ἄγγελοι, quod nomen Latina declaratione Angelus perhibetur, Latina lingua Nuntius interpretatur.* Unde Divus Hieronymus dixit Angelorum nomen, non naturæ esse, sed ministeriis: ut tradit Ludovicus Vives *in commen. addit.c.*23. latissimè Divus Thomas 1.*part.quæst.*112.*art.*1. *& seqq.*

36 Quoad homines Xenophont.*de Cyro, instit. pap.*232. Cyro principium usus cursus publici attribuit, dicens ipsum Cyrum, ut celerius sentiret ea quæ maximis locorum intervallis distabant, stabula equorum tantùm separata fecisse, quantum itineris die unus equus facere posset: quibus locis non solùm equos constituerat velocissimos quosque, verùm equorum custodes: quibus & virum addiderat, qui esset aptus ad literas capiendas, quæ ferebantur, easque tradendas: quique reciperet equos defatigatos, atque homines, & alios recentes substitueret. Herodotus *in Urania, lib.* 8. *histor. Persica, num.*98. initia hjus, per equorum mutationem, festinantiæ à Xerxe Persarum Rege deducit. Apud Romanos 37
Suetonius Tranquillus hoc Augusto tribuit *in vita ipsius*, quod innuit Artt. Matthæus *de auction.lib.2.cap.1.num.2.* sed Titus Livius multò ante Augustum hujusmodi mutationis juramentorum accelerationis gratia, atque equorum publicæ dispositorum meminit: nam *lib.6.decad.* 3. ita scribit: *Romanis Frangilanus nuntius, diem,* 38
noctemque itinere continuato, ingentem attulit terrorem, tumultuosiúsque allatum erat, erat cursus hominum affingentium vana. Et lib.7. decad. 4. *T.Sempronius Graccus longè* 39
tunc acerrimus juvenum ad id delectus, per dispositos equos prope incredibili celeritate ab Amphissa (inde enim est dimissus) die tertio Pellam pervenit. Quod probat textus *in l. servis* 99. *§. fin. ff.de legat.* 3. ibi: *Si alii verna, alii Cursores legati sunt: siquidem, & verna, & Cursores sint, Cursoribus cedent.* Latè Vvolfgangus Lazius *comment. Reipub.Roman.lib.2.c.*14. Corras.*lib.5.miscellan.c.*12. Guid. Pancirol. *in not.jur.imper.*1.*part. cap.*6. *& in Thesaur.variar.lib.*3.*c.*31. Brissonius *de verbis juris, vers.Cursus publicus, & verb. Evectio*, Ant.August. *in l.*6. *§. Philosophos, ff. de excusat. tutor.* Budæus *in post. not. l.eos* 27. *§. ultim. ff.ad l.Cornel.de falsi.* Revardus *lib.*2. *variar. cap.*15. Pardador. *rerum quotidia. cap.* 19. *num.* 5. Lipsius *de Milit. Roman. dialog.* 5. Zipet. *de Mag.lib.*3. *cap.* 19. Symmachus *lib.*7.*epistol.* 105. Cassiodor. *lib.*1. *variar. epistol.*39. *& lib.*4. *epist.*47. *& lib.*5.*epist.*5. *& lib.*11.*epist.*9. *& lib.*6. *epist.* 6. Lucas de Penna *in l.*3. *C. de castrensianis & minister.lib.*12. Jacob.Cujac. *in paræit. ad Rub.Cod. de offic. Magistr. officior.* Menoch. *de arbitrar., cas.* 229. Tiraquel. in Alexand. *lib.*1 *dier.genial. cap.*22. *lit.H*, Calixt. Ramirez *de leg.Reg.* §.26.*n.*50. *& seqq.* Marin.Frexia *de subfeudis, lib.*2.*tit.quis dicatur Dux, n.*41. Camillus Borrel. *de potest.Reg.Cathol. c.*19.*n.*27. *& ad Bellug. rub.*46.§.*donum appellatur, lit. C*, Jacob. Gutterus *de offic. dom. Augusti lib.*3.*c.*14. Bulenger. *de Imper.Roman.lib.*6.*cap.*27. *& seqq.* Leander Galganetas *de jur.public.lib.*4. *tit.*48. Reg. Sixtin. *de Regal. lib.*2.*c.*13.*n.*2. *& seqq.* Joannes Franciscus de Ponte *cons.*137.*n.*5. Aleiarus *in l.meminem, n.*1. *C. de sacrosc. Eccles.* Don Joan.Baptist.Larrea *allegat. Fiscal.* 50.*à num.*1. *usque ad* 16. quo benè probat institutionem cursus publici de Regalibus esse, Don Acasius Ripoll. *Regaliar. cap.*19. *num.* 17. Estque tam urgens necessitas 40
hujus rei, ut etiam apud Jndos hæc in usu erant, etiamsi barbarè ante Hispanorum expeditionem viverent, ut ex Acosta, Torquemada, & aliis probat Don Joannes Solorçano *d.c.*12.*n.*12. *& seqe.*

In Regnis Castellæ adest titulus de hoc agens, qui 41
est 9.*lib.*6.*recopil.* apud nos, nec verbum ullum, quamvis usus hujus rei ab antiquo apud nos fit, atque adeò tanquam de casu, omisso à *foro* agendum est, & regulandum juxta juris communis sanctiones. Sed antequam 42
hoc agrediamur; notanda est differentia perpulchrè explicata, de more, per Larream *dict. allegat.*50.*num.*18. *& sequent.* nempe aliud esse Cursoris publici officium gerere, & aliud Veredarii ordinarii munus adimplere: 43
illi enim in casibus extraordinariis cùm ad Principis servitium expedit, mittuntur impensis fisci, & ad hoc equi veloces, destinati, quos *Postas* vocamus, & ex stipendio illorum decima pars Magistro debetur. Veredarii verò ordinarii, non ita antiquitus prædogniti, dicebus statis epistolas privatorum, impensis earum de uno ad alium locum transportant, quos vocamus *Estafetas*, de cujus nomine etymologia Sebastianus Co-

varruvias, Don Joannes Solorçano, & Larrea *num.* 13. Sed quamvis hæc munera diversa inter se sint, hodie Veredariorum Magister, sive, ut dicimus *Cursor major*, 44 æqualiter curat, licèt multum de eo dubitari videatur, ex deductis per eundem Larrea *per tot. allegat.* 50. Iste enim Præfectus subest immediatè Præfecto Prætorio, & Magistro officiorum, text. *in l. judicibus 9. C. de Curs. public. lib.* 12. nam cùm hoc de Regalibus sit, his supremis administris subjiciendum, consonum erat Præfecto Prætorio ad res justitiæ, atque gubernationis expediendas: Magistro verò officiorum ob res domesticas Principis, & sic absque alicujus istorum concessione 45 evectionis copia facienda non est. Unde infertur, quòd si Cursores, vel Veredi expediantur, aut alicui concedantur equi publici, celeris itineris gratia, vulgò *para correr la posta*, absque licentia Præfecti Prætorio, aut Magistri officiorum; & Cursor Major & qui evehitur, pœna illius legis tenentur. Quod rationi consentaneum est; nam equi illi publicè destinati, non ad nutum potentis concedendi sunt, nam non semel minimè expedit, quòd aliquis velociter evehatur, vel epistola ad alium locum transducatur, continens factum; quod aliter se habere potest: vel non convenit, quod privatim feratur: sicque in Regia concedenda est facultas per Præfectum Prætorio, nempe Vicecancellarium in rebus nostræ Coronæ, & Præsides aliorum Conciliorum in rebus ad eos spectantibus, vel per Magistrum offi- 46 ciorum: in nostro Regno verò per Proregem, qui Præfecti Prætorio munus gerit, ut dixi *c.* 2. §. 1. *n.* 12. & §. 2. *n.* 166. *d. l. judicibus* 9. *l.* 4. *l. nullus* 11. *C. de curs. publ. lib.* 12. & *ibi* Luc de Penna. Novar. *in collect. ad pragm. Neapol. tit. de offic. Præfect. Cursor. collect.* 1. *num.* 1. Ripoll. *de Regal. d. c.* 19. *num.* 18. Bulenger. *d. lib.* 6. *c.* 3. *vers. Cursus publicus.* Quibus accedit alia ratio, nam hi equi publicè destinati sunt ad servitium Principis, & si pro libito concedantur cuicumque petenti, evenire potest ut res aliqua ingens deferenda velociter sit ad Principem, cujus interest brevitas transductionis; nam sæpè in ea consistit optima negotii expeditio, quod fieri nequibit, si equi occupati, vel fatigati reperiantur; atque adeò per supremos illos administros evectio concedenda est, ut ipsi cognoscant an expediat, nec ne talis concessio; cùm plerumque pro luxu, vel ambitu evectiones ab aliquibus postulentur.

47 Secundò infero, quòd hi Veredi ab itinere recto, sibi destinato, divertere nequaquam possunt, ut expressè cavetur *in dict. l.* 5. *eod. tit. l.* 2. *eod.* nam cùm iter auctoritate publica destinetur, nemo abuti debet deflectendo ab itinere designato, & abuti censetur quoties via directa dimissa, occultè velociter vehi conatur: quæ quidem prohibitio comprehendit omnes cujuscumque dignitatis, *d. l.* 5. ibi: *Cujuscumque dignitatis, vel militiæ, ab itinere directo diverteris.* Excepto tamen Præfecti Prætorio, cujus sublimitati prærogativa hæc expressè conceditur, *d. l.* 2. ibi: *Excepta videlicet tua sublimissima sede, cui cursus publi-* 48 *cus, & proficiscendi per eum licentia, & uti ratio exegerit, præsto est.* Quibus autem concedenda evectio sit, tradit Imperator *in l. his tantùm* 16. *cum seqq. eod. tit.* Huc quoque spectat prohibitio asportandi res in veredis publicis; quod prohibitum reperio per *l. comperimus* 19. *eod. tit. l. fin. eod.* in qua limitatio respectu illorum qui devehunt pecunias publicas continetur. Si autem quis equum non destinatum, ad cursum miserit, pœna quadrupli illius equi punitur, *l. si quis* 15. & *ibi* Bartol. *eod. tit.* quod apud 49 nos ita sumendum est, si privatus, cui hoc commissum non est, equum commodaverit ad cursum; nam cùm hodie equi isti non sint Principis, vel Reipublicæ, sed illius qui ad curandum de hoc est destinatus in quolibet oppido (de quibus statim) ratio *textus* non procedit ex mutatione simplici equi, sed ex suppositione per eum cui non est commissum.

50 Tertiò infero, quod Magister Veredorum, sive Cursor major, cùm obtineat decimam partem stipendii Cursorum immissorum, vel Veredi, & lucrum ingens ex Veredis ordinariis, nempe *Estafetas*, debet omnia necessaria ad optimum Veredorum exercitium in districtu muneris parata habere; nam secundùm naturam est, ut cum sequantur incommoda, quem & commoda sequuntur; *l. secundum naturam*, & *ibi* Doctores *de regul. jur. l.* 1. *de instit. action. cap.* 5. §. *ultim. de leg. præstandis*, cum *vulgatis* pluribus Barbosa *axiomat.* 63. *num.* 2. & 121. Quæ autem necessaria sint, explicata manebunt explica- 51 tis officiis inferioribus ejusdem. Ad cursum publicum antiquitus destinati erant Saiones, Parochi, Portitores, Tabellarii, Hippocomii, & Parhippi, Saiones, qui & Curiosi sunt dicti, idem antiquitus erant, ac hodie sunt Cursores majores, nam hi erant qui cursuales equos paratos habebant, ut Cassiodor. ait *in lib.* 4. *variar. epist. tol.* 47. aderat enim unus generalis in Urbe metropoli, & per singulas Provincias singuli destinabantur. Meminit etiam ipse Cassiodorus *variarum; lib.* 4. *de epist.* 47. 52 *Theodor. ad Gondiscalcum Saionem.* ibi: *Legatorum itaque nostrorum suggestione comperimus, cursuales equos frequenti usurpatione fatigari.* Et demum: *Nullum præterea Saionum* 53 *discursus facere patieris: sed ad causam ad quam directus fuerit, uno tantum itinere permittatur accedere, vel redire.* Meminit etiam *lib.* 5. *epist.* 5. & *lib.* 7. *epist.* 42. Sic explicat Vvolgangus Lazius *d. lib.* 2. *c.* 8. licèt aliter ex Cassiodoro ipso, Bulenger. *de Imper. Roman. lib.* 6. *c.* 55. quod intellige de Saionibus, nam de Curiosis, ita explicat *c.* 33. *in principio.* Parochi autem erant in publico cursu mansionum Præfecti, qui & equos dispositos, & cibum curren- 54 tibus præbebant, quales hodie sunt inferiores Magistri *postarum*, in quolibet oppido destinati, ut Ant. Matthæus ostendit. *d. lib.* 2. *cap.* 1. *n.* 2. de quibus Tullius Cicero *lib.* 13. *epistolar. Ariarathes Ariobarzani filius Romam venit, vult opinor, Regnum aliquod emere à Cæsare. Nam quomodo nunc est, sedem ubi ponat in suo non habet. Omninò eum Sestius noster Parochis publicis occupavit. Quod quidem facilè patior, verumtamen quod mihi summo beneficio meo, magna cum fratribus illius necessitudo est, invito eum per literas, ut apud me diversetur.* Horat. *sermonum, lib.* 1. *satyr.* 5.

Nil ego contulerim jucundo sanus amico,
Proxima campano ponti quæ villula tectum
Præbui, & Parochi quæ debent ligna, salémque:
Hinc muli Capuæ clitellas tempore ponunt.

Porphyr. *in comment. Horat.* dixit Parochos dispositos in 55 via, ligna, & salem eis præbere solitos, qui Reipublicæ causa peregrinabantur, aliàs Coplarii dicebantur. Inde factum fuit, ut metaphoricè omnes qui publicos cibos ministrabant, non quidem Veredis, sed in civitatibus passim, Parochi sint appellati. Ex his ad Corepiscopos (de quibus Bulenger. *in append. officior. Eccles. Constantinopolit. ad finem.*) sive curam animarum gerentes deductum 56 est, eo quòd publicum, & salutarem cibum ministrant, nempe sacrosanctam Eucharistiam, unde etiam & Parochia dicta, quæ decem saltem familiis constat, Vvolfgan. Lazius *d. lib.* 2. *cap.* 4. Barbos. *de jur. Eccles. lib.* 1. *cap.* 20. *num.* 16.

Tabellarii propriè erant, qui hodie Cursores, sive 57 *Correos* nuncupantur, nam illi qui in veredis, sive equis dispositis currebant, ita appellabantur. Herodianus *lib.* 4. *historiar. Has igitur literas, ut mos est, cum reliquis obsignatas dat ignaris qui ferrent tabellariis.* Qui quidè si victoriæ partæ factum in literis gestabant, laureati mittebantur; Alexand. ab Alexan. *dier. genial. lib.* 2. *cap.* 27. Tractatorii qui curabant equos publicos, *l. unic. C. de tractator. lib.* 12. ibi: *Qui animalia, atque equos sacro usui necessarios præse-* 58 *quuntur.* Quorum munus correspondet his quos nunc *Postillones* vocamus. Hippocomii verò, qui equos dispositos in mansionibus curabant, *l. non patimur* 13. *C. de Curs. publ. lib.* 12. Parhippi verò præter numerum in tractatoria comprehensum, vehicula, & equos agebant, de quibus Julianus *in l.* 4. *C. eodem titulo*, nam antiquitus 59

non

non ſolum ad perſonas, vel epiſtolas evehendas, ſed ad pecunias publicas, aliaſque res in uſum publicum aſportandas Veredi deſtinati erant, de quibus omnibus curabant Saiones, vel Curioſi, *l. 2 cum duabus ſeqq. C. de Curioſis, eodem lib.* 12. quod probatur ex locis Caſſiodori allegatis *num.* 53. quod apud nos non ſemel in uſu eſt; nam pluries pecuniæ publicæ ſumma ingens, per Curſores ad Duces generales evehitur. Omnes enim iſti tenentur adhibere diligentiam in recipiendis, vel tranſmittendis mandatis, aut litteris fideliter, ac velociter, juxta modum evectionis, cujus ſtipendia ſoluta ipſis ſunt; & ſi in aliquo defecerint, juxta metas doli puniendi veniunt cum delinquant in officio, & adhuc ex retardata traditione tenentur ad intereſſe, ut probant Vivius *deciſ.* 62. Novar. *dict. tit. de off. Curſ. collect.* 2. *num.* 1. & 2. omnes enim iſti inferiores ſubſunt à jure, Judicibus ordinariis; nam Curſor major nullam obtinet auctoritatem, probat textus *in l.* 1. *C. de Curioſ. lib.* 12. quem intelligendum credo de Curioſis curantibus de curſu publico, non ut Cujacius *in paratit. ad eum tit.* explicat de denuntiantibus crimina; nam textus hoc non dicit clarè, & cætera jura ejuſdem tituli de curſu publico expreſsè loquuntur; inepta enim eſſet talis commixtio, nam omnino ſeparata ſunt crimina nuntiare, & de curſu publico curare, ſicque Curioſi illi, Præfecti Curſorum ſunt. Quo poſito, expreſsè Conſtantinus ait, quòd crimina judicibus nuntiare debent, hoc eſt non per ſe punire, ſed judicem adeundo, & probationes miniſtrando. Antequam Prorex adeſſet in Regno, Bajulus de Curſoribus cognoſcebat, ſed cum hoc ſit ſpectans ad Regaliam, ut ſuperiùs dixi, ad ſupremam Præfecti Prætorii, ſive Proregis auctoritatem ſpectat.

CAPUT V.

DE IVRE PASCENDI.

§. I.

De conceſſione generali paſcuorum facta urbis Valentiæ, ad forum 1. *de paſturis.*

TEXTVS.

JACOBUS PRIMUS REX.

ATorgam quels pobladors de la Ciutat del terme de Valencia, hajen paſtures franques, é livres dels termens de les villes dels Cavallers, è dels Clergues, ê Religioſos de era, à era, è de cequia á cequia: è hàjen un alberador ſobre la Vila, è altre dejus la Vila. E ſi faran tala en blats, ò en viñes ſmenen aquella: è ſi talaran, arbres, donen cinch ſous ſmenada primerament la tala.

SUMMARIA.

1 *Paſcuorum pulchra materia.*
2 *Paſcendi labor ad otium accedit.*
3 *Paſcere pecora jucundum eſt.*
4 *Paſcendi exercitium utile.*
5 *Romani primævi, paſtores fuerunt.*
6 *Paſtores optimorum Principum ſymbolum.*
7 *Chriſtus Dominus Paſtorem ſe eſſe aſſeruit.*
8 *Paſcendi jus conceſſum in toto Regno incolis Valentiæ.*
9 *Paſcendi jus, non comprehendit jus aquandi.*
10 *Paſcua ad univerſitatem pertinent.*
11 *Uſus paſcuorum ad ſingulos univerſitatis ſpectat.*
12 *Fons ad appulſum pecoris debet eſſe in ingreſſu, & egreſſu oppidi.*
13 *Conceſſio hæc extenditur ad alia oppida Regni.*
14 *Limita in* dehesa *Albufera.*
15 *Ratio conceſſionis paſcuorum.*
16 *Valentiæ non ſunt agri vacantes, nec ſaltus ad paſcua deſtinati.*
17 *Frumentum extrahi non poteſt à Regno.*
18 *Frumentum quod defertur ad Urbem ſequeſtrari non poteſt.*
19 *Principes ob annonæ penuriam plura concedunt, quæ aliàs non erant conceſſuri.*
20 *Servitus paſcendi impoſita eſt in bonis Eccleſiaſticis.*
21 *Domini oppidorum nullum habent dominium in paſcuis. Univerſitates Eccleſiaſticorum profana ſunt, ibid.*
22 *Rex reſervavit ſibi juriſdictionem in omnibus bonis immobilibus Regni.*
23 *Juriſdictio Regis in bonis de realengo, procedit, etiamſi agatur actione perſonali: cum deciſione Senatus.*
24 *Servitutes paſcendi, & aquandi, inter prædiorum ruſticorum ſervitutes annumerantur.*
25 *Fori facti fuerunt interveniente Nuntio Apoſtolico, & habent vim Canonis Provincialis.*
26 *Servitutes paſcendi, & aquandi, reales ſunt; & intuitu Municipii, ſive Urbis impoſitæ.*
27 *Servitutes hæ transferuntur ad ſucceſſores.*
28 L. penult. §. ult. ſi ſervitus vindicetur, *expenditur.*
29 *Servitutes lege imponi poſſunt.*

DIxi in *præcedenti capite*, §. 3. *num.* 28. ad Juratos pertinuiſſe juriſdictionem ademptivorum, quæ ſpectat ad jus paſcendi. Tractatum autem ipſius conſultò tunc omiſi, quia ſpecialem locum expoſtulat, nam inter hominum curas, & ſuavitate, & utilitate cæteris præſtantior hæc eſt: Suavitate aliis præſtare videtur, quia etiamſi greges paſcere labor ſit, ita ad otium, ac tranquillitatem accedit, ut paſtores otioſi reputentur Bene Ariſtotel. *politic. l. c.* 5. ibi: *Nam pigerrimi qui ſunt, paſtorulem vitam ſequuntur, quoniam à manſuetis animalibus ſine labore, educatio ipſis provenit otioſis.* Et jucunda nimis occupatio cenſetur, ajente Ovidio *de remed. amor. lib.* 1. 1

Aſpice labentes jucundo murmure rivos:
Aſpice tondentes fertile gramen oves.
Ecce petunt rupes, præruptaque ſaxa capellæ,
Jam referunt hædis ubera plena ſuis. 3
Paſtor in æquali modulatur arundine carmen,
Nec deſunt comites, ſedula turba, canes.

Quamobrem nil mirum, quod ab aliquibus ferventer appetatur; nam non ſolum in his quæ delectabilia ſunt, voluptatem captant; ſed in ipſis tempeſtatibus, ob quod dictum antiquitus fuit proverbium illud, *Fluctus numerare*, de quo meminit Cicero *lib.* 2. *ad Atticum*, ut explicat Eraſmus *in adagiis, verb. occupatio, & otium*, ibi: *Paſtoribus tempeſtatem ſpectantibus, & fluctus ejus numerantibus magna voluptas eſt.*

Utilitate, nam præter innumera commoda, quibus na- 4
turalis egeſtas paſcuis gregis ſubvenitur ad victum; & obedientium, & dominantium rectam normam paſtores tribuunt. Obedientium; nam ut ipſe Ariſtotel. teſtatur *politic. 6. c.* 4. *Poſt agricolarum multitudinem, optimus eſt populus, ubi paſtores ſunt, & vivunt ex animalibus.* Quod experientia comprobavit in Urbe Romana: nam priſtini Romani, ut plurimum paſtores fuere, ſicut Livius teſtatur *lib.* 1. *decad.* 1. ibi: *Ad id paſtores quoque acceſſerunt, qui omnes facilè ſpem facerent.* Conducit Alexand. ab Alexand. *dier genial. lib.* 4. *c.* 24. dicens: *In antiqua moneta bovis, aviſque imagines, quæ res, Romanos gregibus olim & pecudibus valuiſſe*, unde nomen pecuniæ derivari infert.

Dominantium, nam paſtores rectam, atque pacificam 5
Reipublicæ adminiſtrationem repræſentant; cum ipſi Principes, aut Reges pecoris videantur; Clemens Alexan. *ſtromat. lib.* 1. *in fin.* Quod depromitur ex eo, quòd Deus Principes, ac Reges juſtos, & mites ab ipſis paſcuis deſumpſit. Moyſes enim paſcebat oves cum ad Principatum à ſummo Artifice vocatus fuit, *Exod.* 3. 1. David greges parentis paſcebat, cùm ad regium culmen Samuel 6

Propheta

Propheta ipſum ungendum quærebat, *Regum c. 6. §1.* eleganter Hieronymus Vidæ Cremonen. Alb. Epiſcop. *in Hymno divo David.*

Paſtoris ultimus Ephratæi è liberis,
Oves paternas pauculas
Paſcens puer, jam tum imperabas omnibus,
Amabilis paſtoribus:
Jam te ſupremus ætheris Rex legerat,
Cui Regni habenas crederet.

Cui mataphorico imperio egregiè faver ipſius Davidis vaticinium, *Pſalm. 77. v. 70.* dum dicit: *Sustulit eum de gregibus ovium, de poſtfœtantes accepit eam, paſcere Jacob ſervum ſuum, & Iſraël hæreditatem ſuam.* Quem locum explicat ad rem Pater Marquez *in Gubernat. Chriſt. lib. 1. c. 9.* ubi moderatur Philonis ſententiam, qua docebat omnes imperantes à paſcuis aſſumi debere. Tradit ex noſtratibus Solorçan. *de jur. Indiar. lib. 2. cap. 23. n. 143.* P. Velaſquez *de optim. Princip. lib. 4. adnot. 7. num. 5.* Beatus etiam Joachimus præclarus Dei genitricis Parens, paſtor fuit, ut tradit Divus Joannes Damaſcenus *orat. 1. de dormit. Deiparæ*, & noviſſimè dum hæc prælo dantur eruditiſſimus P. Chriſtophorus à Vega *in Theolog. Marian.* (opus ſane omni celebritate dignitſſimum) *paleſtr. 10. certamin. 3. n. 913.* pluribus Solorz. *Emblem. 11. per tot.*

7 Sed quare in ipſis famulis immoramur, dum Dominus Jeſus, Princeps pacis, ac futuri ſæculi, Rexque vivorum, & mortuorum, paſtorem ſe profiteatur, *Joan. 10. 11. Ego ſum paſtor bonus.* Paſtorem etiam Vicarium ſuum ſummum, Petrum conſtituit, dum jubebat *Joan. 25. 18. paſce oves meas*, à quo dignitas paſtoralis in cæteros Eccleſiæ militantis Præſules derivatur. Arripuit calamum materiæ ſuavitas, quod parcendum eſt dum miſcetur utile dulci.

8 Sed ut revertamur quò inſtitutum noſtrum vocat (omiſſa explicatione terminorum hujus materiæ nempe ſylvæ cæduæ, ſaltus, prati, exitus, nemoris, & ſic ſimilium, quæ bene explicantur per Antonium Fernandez de Otero *in tract. de jure paſcendi, cap. 1. per tot.*) in *foro* conceſſit invictiſſimus Dominus Rex Jacobi I. incolis urbis Valentiæ jus paſcendi per totum Regnum, ſive, ut ita dicam, ſervitutem generalem juris paſcendi, & pecoris ad aquam appulſus (quamvis Otero *c. 37. n. 1.* dicat, nec ſervitutis, nec uſusfructus ſpeciem continere; ſed eſſe jus quoddam incolatus, quod in utendo nemoribus, & paſcuis communibus unicuique ex vicinis communiter competit) nam ſi non exprimeretur jus aquandi, nullate-
9 nus comprehenderetur in jure paſcendi, Scipio Rovit. *in conſ. Neapol. rub. de paſcu, & nemor. n. 13.* Joannes Baptiſta del Toro *in compend. deciſ. verb. jus paſcendi, lib. 1.* Quæ conceſſio expreſsè extenditur ad terminos oppidorum Militum, & Eccleſiaſticorum, ut in *textu* patet, *privil. 8. Reg. Jacob. 1. verſ. Et habeatis, junct. p. privil. ſeq.* quod à jure minimè ad Cives Urbis pertinebat; nam juxta juris re-
10 gulas paſcua ad univerſitatem ipſius territorii ſpectant, & ſub ejuſdem univerſitatis dominio cenſentur. *l. in tantum, §. univerſitatis, ff. de rerum diviſ. l. omnes, la ſegunda, C. de oper. pub. l. Duumviri; C. de decurion. lib. 10. l. omne territorium, C. de cenſibus*, Bertrand. *conſ. 1. lib. 3. colum. 2. & conſil. 37. lib. 1. n. 1.* Cancer. *variar. lib. 3. c. 4. n. 39.* Montanus *de Regalib. c. de Regalia argentaria n. 10. per tot.* Otero *de jure paſcendi, c. 2. n. 6. & c. 3. per tot. & c. 9. n. 86.* (qui licet contrarium teneat *n. 18.* loquitur de jure Caſtellæ & non reſpondit ad jura ſuperiùs allegata) & pro noſtra
11 ſententia pluribus relatis Larrea *deciſ. 30. n. 11.* quamvis uſus, & utilitas ad ſingulos univerſitatis pertineat, *l. 2. C. de paſcu. pub. lib. 11.* ubi Bartol. & alii, Avendañ *de exeq. mand. part. 1. c. 4. n. 3. verſ. Hoc ſequitur, & c. 12. n. 1.* Surd. *conſil. 65. n. 4.* Seſſe *deciſ. 74. n. 15.* Hermoſill. *in addit. ad Greg. Lopez, tom. 2. gloſ. 2. l. 15. tit. 15. part. 5. n. 46.* juxta locorum conſuetudinem, ut tradit Otero *d. c. 3. per tot.* Quod ita intelligendum eſt in hoc Regno, ut quod de jure civili univerſitates proprium habebant, in noſtro Regno obtinent ex conceſſione Regia; nam Rex habet intentionem fundatam in omnibus quæ ſunt intra Regnum, ut ex dictis per Oterum, & Montanum, *ubi proxim.* colligitur. Sed cum in alieno paſcere nemini liceat invito domino, *l. Quintus 39. D. ad l. Aquil.* neceſſarium fuit, ut incolis, & civibus præfatæ urbis talis ſervitus concederetur; nam ſecluſa hac conceſſione tantum licebat eis paſcere greges, aut armenta intra fines ipſius Urbis. Quod 12
ſimiliter conceſſum eſt reſpectu appulſus ad aquam, ut ex noſtro *textu* conſtat, quo non ſolum ſervitus aquandi conceditur, ſed expreſsè jubetur, ut in ingreſſu, & egreſſu oppidi ſit fons deſtinatus ad appulſum, ut exprimitur illis verbis: *é hajen un al beurador ſobre la vila, é altre dejus la vila.*

Hæc textus noſtri conceſſio poſtea extenſa fuit ad 13
alia oppida Regni: nam licet in eo tantummodo indulgeatur noſtræ Urbi, poſtea conceſſum reperitur aliquibus oppidis contentis *in privil. 28. Domini Reg. Petri I.* 14
dempta extenſione conceſſionis tradita *in privil. 20. ejuſd. Reg. in §. vlt.* quo indulgetur Civibus Urbis jus paſcendi in ſaltu, ſive *Deheſa*, paludis magni vocati *Albufera.*

Ratio ob quam dicta conceſſio generalis paſcuorum 15
libera, & franca tributa fuit à Domino Rege ipſi Urbi, ea meo judicio fuit; quia cùm Urbs noſtra Valentia adeo incolarum copia abundet, & Civium frequentia, & exterarum gentium commercio, ſicut plurimo frumento opus habet, ita pariter carnibus ad veſcendum: ſitus enim ipſius eſt ad litus maris, locis irriguis, atque amœniſſimis, ſicque minimè ad paſcua aptis, cum potius arboribus, quarum frondibus bombices nutriuntur, & aliorum fructuum copia, ſeu vinearum abundantia occupetur, quàm herbis, quæ poſt fruges ſponte naſcuntur: in ejus enim termino, nec ſunt agri vacantes ſemine, nec 16
prata conſtituta, nec ſaltus ad paſcua deſtinati. Quo poſito prudentiſſimus Rex, tam vaſtam, atque diffuſam facultatem Civibus tribuit, ne carnium egeſtate comprimerentur, & ipſa Urbs incolis depopularetur. Quæ carnium egeſtas ſignificatur per *privileg. 4. Reg. Petr. II.* dum ipſo prohibetur, ne greges, & armenta à Regno extrahantur, *for. 41. de ſecur. præſtat.*

Eadem prohibitio verſatur reſpectu frumenti, eo 17
quòd par eſt ratio prohibitionis, *for. 35. de ſecur. præſt.* de cujus materia Doctores *in l. ſatera, §. ſed etſi quis, ff. de legat. 1.* Guid. Pap. *dec. 373.* Franc. Marcus *dec. 155. 1. part.* Clarus *in §. fin. q. 82.* Vulpe. *conſil. 148.* & latiſſimè Ripa *de peſte, tit. de remed. ad conſer. ubert. n. 42. cum ſeqq.* Sub qua prohibitione, neque comprehenditur, juxta tenorem *fori*, modica quantitas ibi: *ab que no ſia en gran cantitat*; neque id, quod ad uſus proprios extrahitur ſimul cum perſona, ut notat Baldus *in d. l. ſatera, §. ſed etſi quis, n. 4. de legat. 1. in d. for. 53.* exprimitur ibi: *Ney ſon compreſſos aquells del dit Regne, qui per viſitar lurs amichs, é per proviſio de lur compania.*

Ob quam rationem plura à noſtris ſereniſſimis Regi- 18
bus conceſſa privilegia ſunt noſtræ Urbi, nempe quòd frumentum, quod dictæ Civitati defertur, ulla ex cauſa ſequeſtrari poſſit, *for. 2. in extravag. de la treta de formenti, fol. 71.* & quòd nomine Civitatis, & ad ejus utilitatem extrahi poſſit frumentum à Regno Siciliæ, ut caveatur *in for. 1. & 4. ejuſd. extravag.* Sed de effectu hujus conceſſionis videndus Pater Salon *de juſtit. & jur. tom. 2. de vectig. art. 5. colum. mihi 449. verſ. Offeruntur, cum ſeqq.*

Nec mirum eſt, cum non ſit novum plura à Principi- 19
bus concedi ob annonæ penuriam, quæ aliàs non erant conceſſuri, nam inter reliquas regnantium curas, hæc maximè donari favoribus debet; proſequitur Ripa *de peſte, tit. de remed. ad procur. ubert.* Petr. Gregor. *lib. 19. ſyntag. cap. 6.* Bobad. *in polit. lib. 3. cap. 3. & 4.* Matthæus Lopez de Bravo *de Rege, & regnandi rat. lib. 3.* Aponte *de poteſtat. Proreg. tit. de abund. Civit. per tot.* ad quod reſpicere videtur Ulpiani reſponſum *in l. 1. §. cura carnis ff. de offic. Præfect. Urb.* ibi: *Sed & caterarum pecorum, ſive*

armentorum,

armentorum, quæ ad hujusmodi prohibitionem spectant, ad ipsius curam pertinent. Mornacus *in omissis, pag.* 1072. Solorçano *de jur. Indiar. lib.* 1 *c.* 7 *num.* 34. *tom.* 2. quam rationem expressè considerat Rex Petrus II. *privil.* 109. *& seqq.*

20 Solùm superest, ut dicamus, quo jure D. Rex imposuit expressè has servitutes in bonis Ecclesiasticis, ibi: *E dels Clergues, è Religiosos*, cùm id contra libertatem, & immunitatem Ecclesiasticam esse videatur, & sic nullus roboris, & momenti; *Auth. cassa, & irrita, C. de sacrosanct. Eccles. c. qua in Ecclesiarum, de constit.* Bald. *in Auth. jam nulla communitas, C. de Episcop. & Cler.* Barbos. *in collect. ad dict. cap. quæ in Ecclesiarum*, cum *vulgatis.*

21 Sed respondendum est *primò*, quòd licèt oppida sint Ecclesiasticorum, ipsi Domini Ecclesiastici, quamvis habeant jurisdictionem civilem & criminalem, nullum habent dominium in pascuis territorii, ut latè probat Covarruvias *dict. cap.* 37. *num.* 1. Otero *de jure pascendi, cap.* 9. *num.* 13. sed ad universitatem pertinent: cùm autem universitas sit profana, dum Dominus Rex imposuit servitutem pascendi, de re profana jus dixit,

22 non de re Ecclesiastica. *Secundò* respondetur, quòd in Regno, cùm omnia à principio in domino Regio fuerint, in traditione rei propriæ reservavit sibi jurisdictionem, etiamsi ab Ecclesiastico adquireretur, *for. 6. de jur. omn. jud.* cum aliis adductis *suprà, cap.* 2. *cap.* 5. *num.* 44. *& seqq.* Atque adeò cùm oppida Ecclesiasticorum sint bona *de realengo*, potuit Rex optimo jure concedere jus pascendi in terminis ipsorum, quod ut dicam onus reale est, & etiamsi actio personalis de bonis

23 illis proponatur, pertinet ad cognitionem Regis, ex *for.* 15 *de rebus non alienand.* Belluga *in specul. rub.* 14. §. *veniamus, n.* 31. *cum seqq.* D. Leon *dec.* 148 *n.* 6. *& dec.* 159. *n.* 11. *&* 12. Et sic judicavit Senatus sub auditione Nobilis D. Don Cosmæ Gombau ad favorem Antoni Oliver, & contra Nicolaum Franci Presbyterum, Regia interlocutoria *diei* 22. *Junii* 1643. actuario Balthasare Blanes; in hac enim causa prædictus Oliver agebat ex

24 vendito. Quo posito cum hæ servitutes inter prædiorum rusticorum annumerentur, *l.* 1. *l.* 4. *ff. de servit. rust.* §. *inter rusticorum, Inst. de servit.* Pichard. *in princ. Instit. eodem, n.* 13. *&* 14. domini prædiorum servientium in eis pascua pati tenentur, quod est natura harum servitutum: Dominus Ægidius Polo *in schol. juris. Asser.* 1. *vers. Pro certo*, sicque affectiones bonorum *de realengo* sunt, & immunitas Ecclesiastica non potest dici læsa, eo quòd bona prædicta, Ecclesia adquisivit sub hac lege.

25 Quibus additur, quòd fori isti fuerint facti intervenientè Nuntio Apostolico, ut Belluga testatur *in specul. rub.* 11. §. *videndum, n.* 10. *& fin.* Dominus Leon *d. decis.* 148. *n.* 7. & ego dixi *c.* 1. §. 2. *n.* 30. habéntque vim Canonis Provincialis, & ligant Ecclesiasticos, & eorum bona; plures referens Cenedo *Canonic. q.* 18. *n.* 17. Canet. *variar. lib.* 2. *c.* 1 *num.* 124. Ergo Ecclesiastici tenentur ad impendendam hanc servitutem in bonis *de realengo*,

26 & oppidis ab eis possessis.

Quare autem hæc concessione, servitutes reales concessas esse observemus? facilè haberi potest; nam hæ intuitu Municipii, sive Civitatis impositæ sunt, ut patet in *l. textu*, & *toto titulo de pasturis*: aliàs enim non possent transferri ad successores, sicuti translatæ reperiuntur. Si enim ad personas indulgentia hæc referatur, tantùm concessa censebitur his, qui tempore concessio-

27 nis incolæ reperiebantur. Et quamquam verba *textus* de incolis futuris non loquantur, loquuntur de eis expressè, *privil.* 9. *Reg. Jacob. I.* & si hoc deficeret, esset tantùm in dicta concessione cessio juris pascendi, non servitus: & idem erit in appulsu ad aquam: Donell. *lib.* 11. *com. cap.* 7. & *ibi* Osval. Illig. *lit. C*; & observantia subsecuta, verbáque *dicti privilegii* successoribus concedentia has servitutes, potiùs prædiales arguunt quàm personales, cùm hæc non transmittantur ad successores. Quo pacto interpretandus est difficilis textus *in l.* 28 *penult.* §. *ultim. ff. si servitus vindicetur*, junctis traditis à Fulgos. & Alberic. *ibi* Fab. *in C. lib.* 3. *tit.* 24. *diffin.* 11. Conanus *lib.* 4. *comm. cap.* 10. *num.* 3. Covarruv. *variar. lib.* 1 *cap.* 17. Menoch. *de recup. remed.* 3. *n.* 38. doctissimè hæc publicè recitabat Salmanticæ Præceptor meus D. D. D. Franciscus Ramos del Mançano *in recitationibus solemnibus ad titulum, ff. de servitut. in rub. cap.* 2. *num.* 17. quibus addendus Cancer. *variar. lib.* 3. *c.* 4. *num.* 50. cum 29 aliis ab eo relatis, & post eum Otero *de jure pascendi, c.* 37. *num.* 4. *& seqq.* Nec dubites, an lege servitus imponatur? nam explorati juris est posse, ex text. *in l. ultim.* §. *ult. C. de servit. & aqua*, sicuti Principis, aut Senatus jussu, textus *in l.* 1. §. *ult. l.* 2. *ff. de aqua plu. arcen.* ubi benè Cujacius *lib.* 49. *Pauli ad edictum.*

§. II.

De pascuis reservatis ad pecora, & armenta cujuscunquè oppidi, vulgò dictis Bovalars, *ad for.* 3. *de pastur.*

TEXTUS.

JAÇOBUS PRIMUS REX.

CAvaller, ne altre, no puisque fer vedat en algun loch dintre los termens de la dita Ciutat, ne del Regne sens nostra licentia, e sens perjudici daltre: mas puscà fer bovalar convinent segons la valor, è la granea de la Vila en la qual aquell fer voldra.

SUMMARIA.

1 *Prata, & defesias ad usus fieri nequeunt absque Principis licentia.*
2 *Principis regalia est terminorum constitutio, & pascuorum assignatio.*
3 *Rex per expugnationem Regni obtinuit supremam potestatem in omnibus.*
4 *Terminus probatur per concessionem Regiam.*
5 *Prior scopus Regia dignitatis, justitiæ administratio.*
6 *Posterior scopus, divisio terminorum.*
7 *Regia dignitas paternitati assimilatur.*
8 *Rex dotat oppida, terminos assignando.*
9 *Dominium pascuorum termini universitati adquiritur; utilitas verò pascuorum singulis de universitate.*
10 *Quæ irrevocabiliter ipsis quæruntur.*
11 *Dominus territorii non potest inferre incolis usum pascuorum.*
12 *Ratio dispositionis textus.*
13 *Domini, vel Rectores oppidorum non possunt auferre, aut alienare pascua.*
14 *Domini particulares possunt prata & defesias constituere in fundis.*
15 *Saltus, vel prata constitui possunt de licentia Regis.*
16 *Saltus, & prata, ut constituantur de licentia Regis, debet esse absque Tertii injuria.*
17 *Boale, sive* Bovalar, *quid?*
18 *Boalia apud Græcos ludi taurorum.*
19 *Taurorum agitationes Thessali invenere, Cæsar dictator Romam adduxit primus.*
20 *Boalia apud nos quid significent?*
21 *Dulia quid sit, sive* Dula?
22 *Boalis, sive bovalaris constitutio, quam ob rationem inducta.*
23 Bovalar, *à quo derivetur?*
24 *Exempla aliarum linguarum.*

IN hujus *textus* principio continetur prohibitio generalis constituendi saltus, *defesias*, vel prata, ad privatos usus prohibitos universitati; quæ *vedadas*, vocantur. Hæc prohibitio licèt à jure inducta sit, ut tradit Covarruv. 1

lib.1.var.cap.37.n.2. Milites habentes jurisdictionem, & possidentes vassallos, solent constanter sibi hanc potestatem arrogare, ut *ibidem* probat, cui succurrere voluit Dominus Jacobus I. in *hoc textu*, prohibendo, ne aliquis similes *defessias*, aut saltus ad privatum usum constituat. Sed ut ratio hujus juris percipiatur, aliqua præliare debemus.

2 Inter varias hominum differentias, & regalias ad supremum Principem spectantes, de quibus Covarruvias *in regul. possessio, part.1.§.2.num.7.* Menochius *consil.201. num.127. lib.1.* duæ præcipuæ constituuntur, nempe terminorum assignatio, & pascuorum constitutio, quæ comprobat Portoles ad Molin. *verb. Boalare num.1.* Et

3 cùm Dominus Rex Jacobus à manibus Sarracenorum omne Valentiæ Regnum obtinuit jure belli, fuit consecutus universale dominium ipsius, ut asserit idem Rex *in for.6. de jurisdict. omn. judic.* ibi: *Cal al commençament totes les damunt dites cosses foren de nostra Señoria*, tradit Dominus Leon *decis.3. num.15. tom.1.* & Hermosilla *ad glos.3.l.15.num.2.part.5.* qui plures laudant: sicque in toto Regno adquisivit supremam & omnimodam jurisdictionem, ut cum *Belluga*, & aliis dixi *cap.1.§.2. in prin-*

4 *cip.* Ex quo sequitur, quod nulla Civitas, seu oppidum, aut persona privata contendere potest certam terrarum latitudinem pro termino, nisi exhibeat titulum Regium, vel possessionem illum inducentem, Innocent. *in cap. cum ad sedem, de restit. spoliat.* Bald. *in l.1. de emancip. lib.* Auchar. *consil.142.* Avendaño *de exequend. mandat. cap.1. & cap.4.num.4. & 12.num.2. & seqq.* Cavalcan. *consil.89.* & Hermosilla *dict. gloss.3. num.4.* & dicam *infra, cap. seqq. §.1. in prin.*

5 Harum Regaliarum prior, & præcipuus scopus est, justitiæ recta administratio; quoniam Principis est subditos, tam respectu bonorum, quàm personarum, tueri; jus, & justitiam ministrando: *Nam hujus virtutis tanta vis est, ut nec ii quidem, qui scelere, ac maleficio pascuntur, possint sine ulla particula justitiæ vivere*; verba sunt Tullii 2. *de offic.* prosequitur Pater Velazquez *de optimo Princip. lib.4.admot.1. & seq.* Solorçano *de jure Indiar. lib.3.cap.8. num.29.* Lipsius *civil. doctrinæ lib.1. cap.10.* Saavedra *in symbolis, symbol.22.* Don Alfonsus Peralta, & Cabrera *in*

6 *artificio prudentiæ, cap.3.§.2. per tot.* Posterior, & secundarius scopus est divisio terminorum, in alimenta vassallis præstanda; quia cùm Princeps vassallorum parens sit, rectè Arist. *Ethic. lib.8.c.10.* ibi: *Ipsum namque Regnum, Imperium est suapte natura paternum*, Plinius *in paneg. ad Tra-*

7 *jan. Non de Domino, sed de Parente loquimur.* Debet ipsos, ut filios alere; Bald. *consil.460. lib.1.* Jas. *in l. si quis filium, C. de inoff. testam. in prin.* Cravet. *consil.241. num.8.* & sicut decet patris dotem, & alimenta filiis tribuere, *l. qui liberos ff. de rit. nuptiar.* ita & Princeps assignatione terminorum ad pascua, ex quibus alantur, dotare populos tenetur: Innocent. *ubi proximè*, Suarez *allegat.7. n.2.* Ramirez *de leg. Reg. §.26. num.12.* Capiblanco *de Baronibus, pragm.11.n.10. cum seqq. num.1.*

9 Ex hac assignatione per Regem facta dominium pascuorum in universitatem transivit, *l. in tantum, §. Universitatis, ff. de rerum divis. l. omne territorium, ff. de cens.* Burgos de Paz *in l.3. Tauri, n.477.* Larrea *decis.30.n.11.* & dixi *§. præcedem. n.10.* utilitas verò pascuorum, & terminorum in singulos de universitate præsentes, & futuros, ita ut solis incolis, & veris habitatoribus adquisita sit: *l. testatrix, §.11. ff. de servit. vindic.* ubi Alberic. & Bart. *in rub. de rer. divis. num.17.* Dixi *ibidem num.11.* etiamsi Clerici, vel Ecclesiastici sint, ut cum *Otero* & aliis probat Fontanella *decis.513. per tot. tom.2.* sed in hoc casu tenentur subire onera, quæ ob pascua subeunt cæteri Cives, Mastril. *decis.49. per tot.* Joann. Baptist. Testay *allegat.6. num.385.* Fontanell. *dict. decis.513. num.11.* & sicut dominium translatum in universitatem est irrevocabile, *l. perfecta donatio, C. de donat. quæ sub mod.* Bald. *consil.326.n.1.*

10 Avendaño *dict. cap.4.num.4. & cap.14.num.19.* ita similiter pascuorum utilitas translata in singulos per terminorum assignationem, quæsita fuit irrevocabiliter, ita ut nec ab uno ex vicinis, aliò auferri possit; Alberic. *in l. testatrix, §.1. ff. si servit. vindicet.* Cravet. *consil.60. num.3.* Avendaño *dict. cap.4.num.20. & 25.* Burg. de Paz *in dict. l.3. num.498.* Menoch. *de arbitr. cas.245. in fin.* adeò ut non possit fieri sine consensu omnium vicinorum, qui jus possint habere ad pascua; & qui consenserint, solùm sibi nocent, non verò hæredibus, & successoribus, Larrea *dict. decis.30. num.12.* Unde Dominus territorii non potest auferre vicinis usum pascuorum, Fab. *in tit. de leg.* 11
Fus. Canin. tollend. Chassan. *in consuetud. Burg. rub.13.§.2. in fin.* Avendaño *c.4.n.25. & c.12.n.30. & c.13.n.6.* Burgos de Paz *in dict. l.3.n.430.461. & 492.* Capiblanc. *dict. prag.11.n.5. cum seqq.* benè & latè Don. Joan. Larrea, *alleg. fisc.110. per tot. tom.2.*

Quibus positis benè infertur ratio, ob quam Domini 12
inferiores populorum non possint prata, sive defessias constituere in terminis illorum; quia auferrent pascuorum utilitatem, & usum, sibi arrogando, quod ad singulos pertinet; quod sine ipsorum consensu fieri non debet: Afflict. *lib.1. consil. Neapol. rub.85. num.8.* Covarruv. *in dict. cap.37.num.2.* Avendaño *dict. cap.12. num.30.* Burgos de Paz *in dict. l.3. num.478.* Camil. Borrel. *de Magistrat. lib.4. cap.6. num.28.* quinimò, nec Dominus, nec 13
Rectores ipsius populi, aut universitatis possunt pascua auferre, vel alienare, ut omnes Doctores jam laudati concordes tradunt, & probat latè Otero *de jure pascendi, cap.11. num.4. & seq.* imò quia usui publico destinata, imprescriptibilia sunt; idem Otero *cap.17. per tot.* Larrea *dict. num.12.* imò nec Rex, nisi magna, & publica causa interveniente, Hernia *in tit. quæ sint Regalia, verb. portus, colum.2.num.31. vers. Nec dum dominus;* Larrea *d. num.12.* Et cùm Dominus Rex Jacobus utilitatem publicam desiderabat, ut Regnum à Sarracenorum manibus noviter ereptum, Christianorum floreret opulentia, & incolarum abundaret copia, noluit hæsitationem in re tam magni momenti relinquere, sed lege expressa sanxit, ne Domini vasallos vexarent in pascuis, subditis auferendo: quod non est novum fieri, ut de Dominis oppidorum Castellæ *Covarruvias* testatur. Tradit plura ex his, licèt non ita explicet, Sesse *dict. decis.74. num.3. cum seq.*

Hæc ratio militare non potest, quoad dominos agro- 14
rum particularium, nam cùm singuli habeant dominium illius agri quem possident, inde est, quòd possint in eis prata, & *defessias* constituere, eosdémque agros reducere ad pascua, omissis aliis fructibus, quos ex ipsis agris, eorundemque cultura percipere solebant, prohibendo concivibus, ne sua animalia in eos agros mittant ad pascendam herbam illic spontè nascentem; nam præterquam quòd id de jure communi procedit, ut latè probat Covarruv. *dict. num.2. cum plur. seqq.* apud nos lege cautum est, *for.55. de lend. host. & tal. for.16. de rer. divis.* Vnde infertur, quòd si dominus territorii habet in eo aliquem agrum, in quo ultra jurisdictionem obtineat dominium utile, poterit ibi patrum, & defessiam constituere ratione dominii utilis, nam habetur loco singularis, & non debet esse deterioris conditionis, dummodo hoc jure moderatè utatur; nam tam magna portio termini esse potest, ut damnum ingens universitati inferatur, tùncque juxta *textum* prohibitionem constituere nequibit; nam, ut dixi, pascua publico usui destinata, sunt inadquisibilia, & imprescriptibilia. Quod utique procedit ubi aliter privilegio, vel consuetudine non reperitur dispositum: nam plura Castra, & Baroniæ reperiuntur in Regno, quorum pascua, dempto boali, ad Dominos pertinent.

Sed hæc *textus* dispositio limitatur, casu quo, præce- 15
dente licentia Domini Regis, absque alicujus injuria saltus, vel pratum constituitur: tunc enim cùm Regia auctoritate constituatur, non dubium erit, constitutionem ejus tenendam, & prohibitionem mittendi pecora ob-

servandam

ſervandam eſſe; nam cùm de ſuprema Principis poteſtate dubitari non poſſit, eo quòd expreſsè in *textu* ſibi reſervavit; & quamvis non reſervaſſet, de ea dubitandum non erat, cùm inſtar ſacrilegii ſit de poteſtate Principis diſputare, *l.2. C. de crim. ſacrileg.* cum *vulgat.* præ-
16 cipuè dum jus Tertii illæſum remanet, ut ex *textu* apparet, quo expreſsè cavetur, quòd ultra Principis facultatem, non adſit Tertii alicujus injuria. Ex quibus, ni fallor, deciſio Senatus Aragoniæ, de qua Seſſe *ubi ſuprà*, nullarenus poteſt huic noſtræ legis diſputationi obſtare, cùm ex ipſius deciſionis materia conſtet de læſione juris Tertii.

17 Remanet nobis ut videamus quid ſit *Boale*, ſive paſcua reſervata ad greges uniuſcujuſque oppidi, de quibus in *text.* ibi: *Mas paſcua fer bovalar convinent ſegons la valor, è la granèa de la vila.* Ad cujus intelligentiam obſervandum eſt, quòd *Boale*, de quo in noſtro *textu*, non ſignificat idem, quod apud Græcos ſimilis vox ſignificabat; nam *Boale* apud eos ſignificabat, ludos boum, ſive
18 taurorum, ut innuit Ambroſ. Calep. *verb. Boalia*, quos ludos Theſſali primùm invenere, & Julius Cæſar primus omnium Romæ exhibuit, ut teſtatur Plin. *lib. 8. hiſtor. cap. 45.* ibi: *Theſſalorum gentis inventum eſt equo juxta quadrupedante cornu intorta cervice tauros necare. Primus*
19 *id ſpectaculum dedit Roma Cæſar dictator.* Quod attingere videtur Sueton. Tranquil. *in Claud. cap. 21.* ibi: *Theſſalos equites, qui feros tauros per ſpatia circi agerent, defeſſos inſilirent, & ad terram cornibus detraherent.* Licèt perperam
20 Fr. Hieronym. Roman. *de Republ. Gentil. cap. 6. lib. 10.* cum *Mexia*, dicat inventum fuiſſe hoc genus ludi à Romanis tempore Tarquini Superbi. Neque apud nos ſignificat *Deſeſſiam*, ſive vetarum, ut apud Aragonios tradunt Molin. & Portoles *in repertorio, verb. Boalare*, licèt ab eo derivationem nominis deſumptam crediderim. Significat itaque *Boale* apud nos partem termini cujuſvis oppidi deſtinatam ad paſcendas beſtias, armenta, & greges neceſſarias ad uſus proprios illius oppidi, ſcilicet neceſſarias beſtias ad culturam, aliáque ſimilia exercitia, armenta, & greges neceſſarias ad victum ipſius, ita ut in macello ſcindantur, & venales habeantur juxta illius magnitudinem. Quod colligitur clarè ex *for. 7. hoc tit.* ibi: *Que en lo bovalar competent a la dita vila, ſegons fur antich, no meten lurs beſtiars, encara que los del dit loch de Luxent meten lurs beſtiars de arada, é als beſtiars tachats a la taula de la carniceria, ſegons la exigencia del loch en lo dit bovalar.* Quod etiam exprimitur *in for. 9. cap. 14. hoc tit.* ibi: *Ney puixa metre, ne conſentir query ſien meſes ſino beſtias de*
21 *laurada, é aquelles que vajen, é acoſtumen anar à la dida ô porchs, ô lo beſtiar del carnicer.* Quò obiter nota, dictionem *dida*, quæ fortè derivatur è verbo Græco δωσία, *dulia*, quæ idem eſt, ac ſervitus, D. Thom. 2.2. *queſt. 103. artic. 3.* ibi: *Dulia enim Græcè ſervitus dicitur.* Anton. Nebriſ. *in dict. verb. Dulia*, Joſeph. Laurent. *in Amalt. onomaſtic. in eodem verb.* apud nos vocatur pars illa termini, in qua paſcua continentur, ad quæ ducuntur certis diebus beſtiæ uniuſcujuſque oppidi. Sed ut redeamus ad *Boale*, ſive *Bovalar*, apud Caſtellanos *Boyales*, vocantur, tradit Bobadilla *in politic. lib. 4. cap. 2. n. 27.* ibi: *Como ſean de los reſervados, y boyales.* Apud Aragonenſes *Boalares*, ut tradit
22 Seſſe *d. deciſ. 71. per tot.*

Ratio autem quare permittatur aſſignatio *Boalis* in unoquoque oppido, ea eſt. Conſtitutio terminorum, & paſcuorum aſſignatio à jure communi eſt veluti dotatio uniuſcujuſque oppidi, ut diximus *num.* 8. Civitati noſtræ conceſſa fuerunt paſcua in terminis oppidorum, ſicque communia hæc ſunt poſita conceſſione. Jus paſcendi in pratis alienis ceſſat, cùm paſcua non ſufficiunt omnibus, & in hoc caſu præferuntur illi in quorum termino paſcua naſcuntur, ita docent Abbas *in cap. dilecti, num. 7.* aliis relatis Cancer. *variar. lib. 3. diſt. cap. 4. num. 52.* Hermoſilla *ubi ſuprà, gloſſ. 2. num. 101. cum ſequentib.* aliis relatis Fontanella *deciſ. 164. num. 19. tom. 1.*

Sicque providiſſimus noſter Legiſlator ſicut conſuluit incolis urbis Valentiæ concedendo jus paſcendi liberè per univerſum Regnum, ita pariter conſultum habere voluit vicinis oppidorum, eis concedendo facultatem condendi *Boalia*, ne per privilegium Civitatis eriperentur paſcua neceſſaria ad beſtias culturæ agrorum, & greges macelli carnium; atque adeò Boalia non comprehenduntur in conceſſione, ſed omninò interdicta ſunt Civibus Valentinis, ut patet *in dict. privileg. 8. verſ. Et habeatis*, ibi: *Excepto boalario, à jure verò veſtro, & veſtrorum penitus extrahentes:* ob quod quoties Boale aſſignari debet in aliquo oppido Regni, ſit cum citatione Urbis, ob intereſſe, quod habet generaliter ad paſcua per univerſum Regnum.

Nec inepta eſt hæc vox *Bovalar*, cùm bos apud nos 23
bou, nominetur, quæ vox eadem eſt cum Græca βοῦς, per quam idem animal ſignificatur, ut tradit Ant. Auguſt. *in dialog. 10. monet. antiq.* & Sebaſtian. Covarruv. *in theſaur. ling. Caſtell. verb. Buey*, & ſicut à verbo *bos*, plures voces denominantur in lingua Latina, nempe *boalia*, ut dixi, & *bovilia* quæ vox loca, ubi boves morantur ſignificat, Colum. *lib. 2. Duplicia bovilia ſunt, hyberna, & æſtiva*, & Bubulcus qui eſt cuſtos boum. Ovid. 4. *de Ponto.*

Per medias Iſtri planſtra bubulcus aquas.

Cato *de re ruſtica.*

Bubulcum unum habeat aſinarium unum.

Et ſicut Caſtellana lingua derivantur à verbo *Buey*, *Boyerizo*, & *Boyada*, Covarruv. *ubi prox.* ſic noſtro idiomate à voce *bou*, *bover*, *bovalar*, & alia ſimilia.

§. III.

De concedenda civilitate in Urbe, ad for. 9. (quo ſententia adempriverorum continetur) c. 1. hoc titulo.

TEXTUS.

MARTINUS REX, ANNO 1403. Valentiæ.

PRimerament que en rebre, é fer ſcriure aquells qui novellament volran eſſer vehins de la dita Ciutat, ó del terme de la contribucio general de aquella, é haver la franquea de la dita Ciutat, é ſien, è hajen eſſer apelars los Juſticia, è Jurars de aquella, è hajen à rebre los dits vehins, è lurs ſagraments, obligacions, è caucions ſegons fur, è ſegons la forma acoſtumada, é fer livrar aytals vehins rebuts la carta de la franquea. Caſcu empeto dels dits vehins ans que ſia rebut, faça, é fer ſia tengut ſagrament en poder dels dits Juſticia, é Jurats. E per virtut de aquel jurar que ell demana lo dit vehinatge, é franquea per intencio, é per cor de eſſer verdader vehi, fahent, è tenint ſon domicili, é cap major ſtarge ab ſa muller, ſin ha, ſens tota frau, é ficcio en la dita Ciutat, ò en la ſua contribucio del terme vell de aquella, ſegons furs, é de uſar dets dits vehinatge, y franquea juſtament ab veritat, è les dites coſes aixi obſervar tota frau, é ficcio ceſſants. E ſi alcu en altra manera ſerá rebut al vehinat, que la dita franquea no li valla, ne la Ciutat, ó Sindich de aquello lo puixa defendre com a vehi ſeu en los dits amprius. Enadit que ſi als dit, Juſticia, é Jurats ſerà viſt per informacio, ò per bon arbitre lur que alcu, ò alcuns del dit volents eſſer novells vehins noy dejen eſſer rebuts, que puixen deſdir, ò repellir a aquells, é de negar a ells lo dit vehinatge, è franquea: Hoc encara que ſi lo dit vehi rebut en la forma damunt dita contra les coſes per aquell jurades, ô alcuna de aquelles farà, qui li ſia tolta la franquea: ê que de alli avant per temps alcu no li ſia reſtituida, ni donada.

SUMMARIA.

1 *Textus non fuit à principio* forus, *sed postea foro confirmatus.*
2 *Modus contrahendi domicilium, sive adquirendi civilitatem, traditur in textu.*
3 For. 1. hoc tit. *explicatur ibi*, als pobladors, *ibid. & num.* 3.
4 *Tempore concessionis for.* 1. *nullus penè Christianus reperiebatur in Urbe oriundus, sive originarius ex ea.*
5 *Habitator quis dicatur de jure.*
6 *Habitatoris nomine qui contineantur.*
7 *Lis quam terminat sententia contenta in textu.*
8 *Justitia, & Jurati concedunt civilitatem.*
9 *Habitasse in Urbe per decem annos constare debet, ut quis civilitatem obtineat.*
10 *Juramentum, obligatio, & cautio à textu requisitæ, ad quid?*
11 *Mutantes domicilium non omnes debent admitti.*
12 *Jurisdictionem infimam habens potest impedire ingressum sui territorii.*
13 *Et dare formam ingrediendibus, & jubere, quòd fidejubeant.*
14 *Habitantes Urbem animo redeundi ad proprios lares, non obtinent domicilium, nec fruuntur pascuis.*
15 *Abutens privilegio, eo privandus est.*
16 Ademprivorum *nomine quæ comprehendantur.*
17 *Valentina lingua exterarum gentium commercio immutatur.*
18 Ademprivorum *nomen non solùm comprehendit pascuorum jus.*
19 Ademprivorum *nomine ea quæ continentur, juris publici sunt.*
20 Ademprivorum *usus non ad proprios tantùm, sed etiam ad vendendum ex foro.*
21 *Lignandi jus concessum incolis Valentiæ per totum Regnum.*
22 Ademprivorum *cognitio pertinet ad Juratos.*
23 Ademprivorum *cognitio quæsita Juratis consuetudine.*
24 *Forma cognoscendi de causis Ademprivorum.*
25 *Juris pascendi jurisdictio non pertinet absolutè ad Juratos.*
26 *Jurisdictio Ademprivorum an pertineat privativè ad Juratos.*
27 *Regia Audientia cognoscere potest de causis Ademprivorum.*
28 *Affirmativè resolvitur quoad Gerentem vices, & inferiores.*
29 Privileg. 29. Domini Reg. Martini *expenditur pro jurisdictione Regiæ Audientiæ.*
30 *Regia Audientia tempore Regis Martini eadem est cum nostra.*
31 *Civilitatem obtinentes in pluribus immunes sunt à præstatione vectigalium.*
32 Peatge, *sive* pedaticum *quid sit?*
33 Lezda, *sive* lezda, *quid sit?*
34 *Cives Valentini immunes sunt à præstatione horum tributorum.*
35 *Jurati concedendo civilitatem, an concedant immunitatem horum tributorum?*
36 Privil. 7. Domini Reg. Jacob. I. *expenditur pro affirmativa.*
37 *Argumentum à contrario sensu validum in jure.*
38 Privil. 4. Domini Reg. Petri I. & for. 1. de leuda, & privileg. 3. §. præterea laudamus, Domini Reg. Jacob. II. *expenduntur.*
39 *Immunitas horum jurium pertinet ad Cives Valentiæ per omnia Regna Coronæ, dempto Regno Siciliæ.*
40 For. 2. 4. 5. 8. & 10. de leudo, *expenduntur.*
41 *Privilegia Regni habent vim contractus.*
42 For. 1. de leuda, *junct.* privil. 7. Reg. Jacob. I. *aliter pro eadem sententia expenditur noviter.*
43 Privil. 7. §. si verò extraneus, *declaratur.*
44 For. 41. de leud. *expenditur.*
45 *Observantia pro exteris allegabatur.*
46 *Sententia Senatus supremi pro hac parte reperiebatur.*
47 *Bona Gallorum an sequestrari possint, si civilitatem obtineant?*
48 *Rescripta Principum contra immunitatem Civium Valentinorum nulla proponuntur.*
49 *Princeps non est solutus legibus quas juravit servare.*
50 *Contraria sententia proponitur.*
Immunitas concessa advenis, qui animo contrahendi domicilium veniunt ad Urbem, limitata est per jura superius allegata, ibid.
51 *Exceptio firmat regulam in contrarium.*
52 For. 31. de leudis, *expenditur.*
53 *Jurati non concedunt immunitatem, sed civilitatem.*
54 *Rex solus concedere potest immunitatem.*
55 Fori *conformes juri ab eo interpretantur.*
56 *Justitia, & Jurati possunt negare civilitatem, multò magis Princeps.*
57 *Justitia, & Jurati exercent jurisdictionem, non jure dominii, sed administrationis.*
58 *Jurisdictio concessa in officium, cumulativè concessa est.*
59 *Rex potest jubere ne aliquis admittatur in Civem.*
60 *In jurisdictionalibus semper censetur reservata auctoritas Superioris.*
61 *Etiamsi concedatur per modum contractus.*
62 *Tributa nervi Reipublicæ.*
63 *Tributa portoria, ut* pedatium, lezda, *& similia, ad quid fuerint inducta.*
64 *Abdicatio potestatis à Principe tendit in damnum Reipublicæ.*
65 *Non venit in concessione generali, quia est ex Regaliis supremis.*
66 *Potestas excludendi exteros à civilitate, non est adempta in foris Principi.*
67 *Consuetudo à Regno capta.*
68 *Itali obtinentes civilitatem solvunt hæc jura.*
69 *Sanctio Regis Joannis non est contra foros ex deliberatione SS. Aragonum Concilii.*
70 *Clericis conjugatio concedi non potest civilitas.*
71 *Exteri qui non sunt subditi Domini Regis, etiamsi obtineant civilitatem, solvere debent hæc jura.*
72 *Civilitates conceduntur, & interpretantur salvis juribus Regiis.*
73 *Observantia, optima legum interpres.*
74 *Senatus decisio.*
75 *Sententia in causa immunitatis jurium in unum effectum, judicati vim operatur quoad omnes illius speciei.*
76 *Actiones in factum, quæ competunt loco interdictorum pro juribus publicis populares dicuntur.*
77 Privil. 7. Domini Reg. Jacob. I. *explicatur.*
78 For. 1. cum seq. *de quibus* num. 39. & 40. *explicantur, & num.* 79.
80 *Alienigena quomodo intelligi debet? nam multipliciter intelligi potest.*
81 *Alienigenis à Regno, subditis tamen Domini Regis concessa fuit immunitas, adquisita civilitate.*
82 *Civium immunitas non pertinet ad eos in mercibus, sed in rebus ad usus proprios.*
83 *Quod specialiter indultum veris civibus.*
84 *Exteris denegatur adquisitio civilitatis quoad immunitatem.*
85 *Consuetudo pro exteris allegata extat in contrarium.*
86 *Confessio facta per tria Brachia Curiæ præjudicat cuicunque universitati Regni.*
87 *Non solutio jurium quomodo probanda sit.*

88 *Sententia*

88 *Sententia Supremi ab exteris allegata declaratur.*
89 *Sententia decisionis pro Rege allegata applicatur.*
90 *Rescripta pro Rege allegata, non fuerunt impetrata contra foros, imo conveniunt foris.*

1 LIcèt *textus* non sit *forus*, sed caput primum cujusdam sententiæ latæ, in Comitiis generalibus per serenissimum Dominum Regem Martinum *die* 28 *Septembris* 1403. cùm postea in aliis Comitiis approbata reperiatur ad preces totius Curiæ, ut patet *in for.*10. *cum tribus seqq.hoc titulo*, vim *fori* obtinet, idcóque inter alios præ-
2 dicta sententia collocata reperitur. In *hoc* enim *capite* expenditur modus concedendi civilitatem, & contrahendi incolarum in Urbe Valentiæ, ut medio eo adquirarur jus pascuorum, & cætera privilegia indulta Civibus ejusdem Urbis, ut §.1.*hujus cap.* dictum est. Et cùm *in for.*1. *hoc titulo*, jus pascendi, & aquandi concedatur *incolis*, ibi: *Als pobladors*, quod poterat strictè interpretari, nempe de veris civibus ratione originis, inde est ut explicari debeat qui incolæ sint hi, ad quos privilegium spectat.

3 In primis enim dispositio *fori primi*, nullatenus potest intelligi de Civibus ratione originis tantùm, nam Civitas Valentiæ fuit è manibus Infidelium erepta *anno* 1238. ut dixi *cap.* 1.§. 1. & forus fuit conditus *anno* 1240. ut probavi *cap.*2. §.5.*num.*55. vel *anno* 1239. ut cum *Patre Diago* alibi dixi. Eo enim tempore pauci, aut nulli erant Christiani, quibus talis facultas indulgeretur: tota enim
4 Civitas plena infidelibus fuit expugnata, de novóque Civibus Catholicis repleta, atque adeò nullus civis esse poterat, saltem indultus, ex Catholicis tempore concessionis, atque adeò accuratè in *foro* habetur *als pobladors*, nam Dominum Regem, qui fidem plantare in Urbe, proprio sanguine decrevit, non est possibile privilegium, sive forum condidisse, quo Catholici ipsi excluderentur ab eadem indulgentia. Quare præcisè intelligendus est *forus* de advenis, qui animo contrahendi domicilium in Urbe remanserunt, & cæteris qui simili privilegio invitabantur ad eam ampliandam.

5 De jure autem quis dicatur habitator alicujus oppidi, notant Grammat. *decis.* 87. *per tot.* Gratian. *discept. for. cap.* 181. *à num.* 1. *tom.*1. nec ineptè Dominus Ægidius Polo *in recitatione ad tit.ff.ad municip. & de incol.per tot.* & quoad jus pascendi in terminis Covarruv. *dict. c.* 37. *var. lib.*1. *num.*1 *in fin.* & ad interpretationem hujus *fori*, Boër.*decis.*260.*per tot.* Sesse *decis.*90.*tom.*1. Otero *de jur.pascendi, cap.*4. *num.* 5. *& seqq.* Paulus Balzarano *ad constit.utriusque Sicilie, tit.de Justitiariis, n.*4.*&* 3. & Her-
6 mosilla *dict.glos.*2. *l.*15.*à num.*55. ubi plures quæstiones ex frequentioribus, breviter, & resolutivè tradunt. Nempe an sub hac concessione comprehendantur Cives adoptivi, Advocati, Medici, Doctores ad legendum conducti, Terrætenentes (ad pascendum jumenta, quibus terras ibi sitas colere solent tantùm) Curæ animarum, sive Rectores Parochialium, Domini ipsorum oppidorum, ibi non habitantes, atque communitates Religiosorum, famuli mercenarii incolarum, & alii plures. Optimè etiam Cancer.*var.dict.lib.*3.*c.*4.*n.*64.*& seqq.* Ancillo Salernit.*decis.*12.*per tot.*& *ibi* Add.

7 Cùm dictus *forus* apertè loquatur de his qui noviter civilitatem obtinent, orta fuit lis inter hos, qui has servitutes impendere tenentur, scilicet Brachia, Ecclesiasticum, & Militare, & aliquas universitates Regias Regni ex una; & universitatem civitatis Valentiæ, cui facta concessio fuit, ex altera; *ratione ademptorum, seu herbagiorum terminorum, locorum singularium, dictorum Brachiorum, Ecclesiastici, & Militaris* (verba sunt *dict.for.*9.*in princ.*) quam diffinitivè terminans Dominus Rex Martinus *in c.*1. exponit formam, sub qua novi Cives admittendi sunt, ut fruantur hoc privilegio.

8 In primis enim addendi sunt *Justitia, & Jurati*, qui admittere tenentur in Cives, seu incolas advenientes, juxta *fori* formam: & licèt in *textu* non sit præfinitum tempus habitationis quod præcedere debet, ut admittantur; moribus receptum est, ut saltem præcedat decennalis habitatio, & optimo jure; nam per decennium contrahitur civilitas *l.*2.& *ibi* Glos. *verb.constituerunt, C.de incol.lib.*10. Menoch. *consil.*390. *num.*6. *lib.*4. *& de arbitr.* 9 *lib.*2.*cas.*86.*num.*15. Cephal. *cons.*451. *n.*173.*lib.*4. Gratian.*dict.cap.*181.*num.*16. Quod procedit de jure Castellæ, per *l.*2. *tit.* 24. *part.*4. probant Avendaño *de exeq. mand.* 1.*part.cap.*3.*n.*5. Burgos de Paz *in l.*3.*Tauri*, 3.*p. concl.*3.*num.*327. Salced. ad Bernard. Diaz *cap.*54.*num.*33. Barbos. *in l.hæres absens*, §.*Proindè, ff. de judic. in articulo, de foro ratione originis*, *num.*74. Azeved. *in l.*19. *tit.*3. *lib.*11.*recopil. num.*1. Otero *de jure pascend. cap.*4. *num.*1. & cùm hæc consuetudo sit consona juri, & interpretativa nostri textus, omninò observanda est; ut tradit Sesse *dict.decis.*90.*num.ult.* cum *vulgatis*, prout de facto inconcussè observatur.

Cætera requisita, scilicet juramentum, obligatio, & cau- 10
tio, respiciunt effectum habitandi cum uxore, & familia, (quod apud nos, *domicili, è cap, major*, appellari solet) animo manendi in Urbe, absque fraude, & dolo, ut infit *textus*, & optima juris ratione fulcitur, ex traditis per Doctores *in cap.fin.de Paroch.* Socin. *in cap.ult.colum.*10. *quæst.*6. *n.*24. Alciat. *in l.pupillus*, §.*incol*; *de verbor.signif.* Romanus *consil.*195. *&* 264. Mascard. *de prob.concl.* 534. Menocxius *de arbitrar. cap.* 46. *de præsumpt. lib.* 6. *præsumpt.*42. Gail.*lib.*2.*observ.cap.*39. Bertazol. *consil.*56. *num.*33.*in civil.& consil.*103.*num.*20. Gratian.*dict.c.*181. *per tot.* benè Don. Joannes Dexart.*decis.*67.*n.*25.*&* 27.& Regens Thomas Anellus Salernit.*decis.*12.*in addit.Joannis Baptist.del Toro n.*2.

Et quoniam anceps quæstio in jure est, ab omnes 11
transeuntes è suo domicilio in aliam universitatem, admittendi sint? ut tradit Azevedo *in l.*1.*tit.*9.*lib.*7.*recopil.* (licèt ex dispositione illius *legis* permissum sit in Regnis Castellæ) & refert Hermosilla *d.glos.*2. *num.* 61. Otero *de jure pascend. cap.*5. *per totum*, in hoc *textu* conceditur *Justitiæ*, & *Juratis* facultas denegandi vicinitatem, & domicilium his, quibus sibi deneganda videbitur. Quod in-
telligi debet justa, & legitima causa existente. Et ratio 12
est, nam cis tributa est facultas concedendi vicinitatem, & cùm concedens habeat potestatem impediendi ingressum sui territorii habitare volentibus, etiamsi sit ex his qui habent jurisdictionem inferiorem; Ruin. *cons.* 28. *num.*15.*tom.*1. quemadmodum dare formam ingredientibus, putà quòd fidejubeant de habitando in loco per decennium, Grat. *discet.lib.*1.*cap.*139.*n.*5.*&* 6. Hermos. *d.glos.*2 *num.*61. ita potest expellere; alias frustra dare- 13
tur facultas admittendi; nam ubi nemo excludi potest, necessaria non est admissio; sed debet adesse causa, ut probat Gratian. *ibid.num.*7. qui non distinctè loquitur (imò videtur distinguere inter expulsionem receptorum; & impedimentum ingredientium) sed in terminis nostri *textus* teneat; nam concessio hujus civilitatis supponit habilitationem, & est veluti quædam declaratio civilitatis obtentæ, sicque denegatio illius, esset expellere jam 14
receptum, ad quod requiritur justa causa. Ex quibus sequitur, quòd habitantes in Urbe animo se transferendi in aliud oppidum, seu retinendum primum domicilium, nec habitationem decennii adimplent; nec etiam utuntur pascuis: Paz *in l.*12.*tit.*7.*lib.*7.*recopil.num.*496. Doctores *in l.si patrem, C.de incol.lib.*10. Jason.*cons.*77.*vol.*2. Socin.*consil.*35.*col.*2.*lib.*1. Hermos.*d.glos.n.*60. Dominus Ægidius Polo *in d.tit.ad municip. vers. Sed quid dicimus*, Otero *d.c.*4.*n.*27.*& seqq.*

Ultimo cavetur in *textu*, quòd privilegium hujusmodi 15
amittatur, quoties jusjurandum violabitur, vel eo privilegio abusus fuerit obtinens; juxta textum expressum *in cap.privilegium* 11. *quæst.*3. *cap.ubi*, 74.*distin.cap.statutum, de privil.* tradunt Gonzales *ad regul.*8. *Cancellar.glos.*56. *num.*2. Thuscus *tom.*6. *lit. P, conclus.* 754. Pater Suarez

de leg.lib.8.cap.36. per tot. noſter Ægidius Trullench. *in expoſit.Bull.Cruciat. lib.1.§.1.dub.9.num.6.* Barboſ. *in collect.ad dict.cap privilegium,n.1.& in axiom.190.num.8.* P. Caſtro Palao *in oper.moral.tom.1. tract.3.diſp.4. de privil. punct.20.per tot.*

16 Et quia *ſupra,n.7.* jam dictum eſt, ſententiam, de qua in noſtro *textu*, latam fuiſſe à Domino Rege *Martino*, ratione *ademprivorum*; non abs re erit,ut videamus, quæ eo nomine contineantur, & quæ ſit juriſdictio *ademprivorum* Juratis hujus Civitatis conceſſa? nam id in explicatione *textus* genuinè tractandum venit, cum in eodem *privilegio* concedendi civilitatem, de quo in *textu*, comprehendantur omnia, quæ *ademprivorum* nomine continentur.

17 Apud nos dicuntur *Amprius*,unde etymon hujus nominis deſumatur? dubito: & adhuc vocis Latinæ *Ademprivia*,qua in his utuntur Molin. *in verb.infantio,fol.mihi 174.col.4. poſt princip.* Thomas Mier. *in 1.part. conſtit. Cataion,collat.2.cap.47.* ſubdit de *ademprivis*, Seſſe *deciſ. 393. num.7.& ſeqq.tom.4.* In noſtro idiomate tantùm reperitur verbum *Amprar*,quod eſt affine nomini *Amprius*, & ſignificat petere mutuum, vel commodatum, & fortaſſe ab eo derivatur, quia oppida Regni commodant Urbi ſervitutes, ſub eo nomine comprehenſas: nam ut dicunt iſti *Doctores*,verbum,*ademprivare*,eſt nimium generale,& comprehendit jura paſcendi, lignandi, ſcalandi,adaquandi,& omnem ſpeciem *ademprivi foralis*. Seſſe *dict.num.7.* Quod etiam colligitur ex Mier.*dict.cap.48. num. 3.* ibi: *Sed ſunt ad empramentum cunctorum vicinorum.* Sed quid commodare,cum *ademprivare*? Quid mutuare cum paſſione harum ſervitutum? ſicque potius crediderim derivari ab aliqua voce antiqua, noſtro idiomate recepta; nam Valentina lingua eadem ferè eſt cum Catalauna, & hæc affinis eſt Narbonenſi, ſed locorum vicinitate, & commercio magna ex parte vocabula, moréſque mutamus; ſic dixit Mariana *lib.1.de reb.Hiſpan.cap.5.* atque adeò nunc antiquitate involutus eſt ſenſus proprius nominis iſtius. In foris autem aliquando promiſcuè cum jure paſcendi, apponitur,ut in *text.* ibi: *amprius, ò herbatges, & in cap.5.ejuſd.for.9.* ibi: *Los dits herbatges, ò amprius,& in for.8. eod.* ibi: *fer paſtures, è amprius.*

18 Quibus poſitis clarè liquet, quòd ſignificatio hujus vocis *Amprius*, apud nos non ſolùm comprehendit ſervitutes paſcuorum,& aquandi,ſed lignandi,lapides ſcindendi, calcis coquendæ, arenæ fodiendæ, & cætera ſumendi,quæ ad ædificandum apta,& neceſſaria ſunt: quæ
19 & juris publici eſſe conſtat ex *for.16. hoc titulo, for.16.de rer.diviſ.l.in tantum, §.univerſitatis, ff.de rer. diviſ.l.ergo,ff.de ſervit.ruſticor.* ad quorum jurium materiam, & explicationem, videndi ſunt præter laudatos, Covarr. *var.d.lib.1.cap.37.n.11.& in regul.poſſeſſ. 2.p.§.3.* Avendaño *dict.lib.1. cap.4.num.21.& 24.* Et nota,quòd etſi à jure non liceat uti his rebus,niſi in quantum opus eſt ad
20 uſus proprios,*dict.l.ſi ergo,& ibi* Baldus; à *foro* non procedit hæc limitatio, nam uti poteſt quiſquis ex civibus Urbis his rebus ad vendendum,& alienandum, *d.for.16. in fin. hoc titul.* ibi: *Encara a vendre, è en altra manera alienar.*

21 Quæ jura lignandi,& cætera ſuperiùs dicta, jam ipſi Urbi conceſſa erant per totum Regnum *ex dict.privil.8. verſ. Donamus, Domini, R. Jacob. I.* & quod hæc dictio *amprius* hæc omnia comprehendat, patet ex *privil.109. Domini R. Pet. II.* de quibus etiam *privil.19. Domini R. Martini.* Cognitionem autem horum jurium ad ſe abſolutè pertinere Jurati contendunt; ſed non ita veritas
22 ſe habet,nam ad ipſos ſolùm ſpectat cognitio, caſu quo Cives perturbentur in uſu harum ſervitutum; ſic expreſsè loquitur Dominus R.Pet.II. *in dict.privileg.109.* ibi: *Et cognoſcendi de eis libere & ſine contradictione cujuſcunque, ſi in aliquo per quemlibet perturbentur.* Quod clarius
23 explicatur in *for.noſtra 9. cap.5.* ubi expreſſa ad longum adeſt forma, ſecundùm quam Jurati procedere debent, caſu quo aliquis perturbetur in perceptione *ademprivorum*, vel damnum aliquod inferatur habenti privilegium civilitatis. Et clarius etiam explicatur *in cap. 9. ejuſdem fori*,ubi traditur forma ſub qua pœnæ imponendæ ſum, his qui damnum inferunt in agris fructiferis, juxta diſpoſitionem *for.4. hoc titulo* (quod ut mox explicabitur, pertinet ad ordinarios) quæ diſtinctio nondum à noſ- 25
tratibus tradita eſt; nam indiſtinctè dici ſolet ad Juratos pertinere juriſdictionem juris paſcendi: & Dominus Cerdan *in arbor.juriſ.verſ.Jurados*, perperam abſolutè affirmat ad eos juriſdictionem pertinuiſſe,nam nititur *dicto privilegio*, & in eo tantùm mentio habetur de cognitione,caſu quo cives perturbentur in *ademprivorum* uſu. Conceſſio autem civilitatis non pertinet ad Juratos ſolos, ſed ad Ordinarium, nempe *Juſtitiam* ſimul cum *Juratis*.

Sed quia Dominus Cerdan *ubi proximè*, aſſerit juriſ- 26
dictionem in his pertinere ad juratos privativè quoad alios, & Regium Senatum cognoſcere de his per viam recurſus; videndum eſt, an hæc propoſitio ita debeat intelligi, ut ſolummodo patens ſit via recurſus ad Senatum, ſicut reſpectu aliorum, ad quos pertinet cognitio privativè; an verò cumulativè poſſit Regia audientia de his cognoſcere? Et quamvis juriſdictio ſpecialiter conceſſa ad certam ſpeciem cauſarum,privativè videatur data, præcipuè ſi per viam privilegii, ut hic concedatur; *l. nec quiſquam,verſ.1. ff.de offic.Proconſ.* Baldus *in l.unica, §.ubi autem, num.7. C.de cad.tol.* Afflict. *deciſ.41. num.2.* Franch. *deciſ.416.num.7.tom.2.* Menochius *de præſumpt. lib.2.præſumpt.18. num.18.* Joan.Garcia *de nobilit.gloſſ.1. num.6.verſ.Item facit*: Barboſ.*ad l.1. artic.4.num.89.& 134.de judic.* & Juratis non ſolùm conceſſa ſit ſpecialiter ad ſupradicta,ſed privativè,ut innuit *dict.privil.109.* 27
junct. privil. ſeq. tamen non per hoc videntur excluſi majores Judices,quibus Jurati ipſi ſubjiciuntur,*l.1.C.de offic.Præfect.Urb.* Deci.*conſil.3.num.3.* Jaſon *in l.Titia textores,num.19. ff.de legat.2.* Grammat. *deciſ.30.num.2.& conſil.2.num.8.poſt deciſ.* Roland. *conſil.80. num.7.& 10. tom.3.& conſil.35.num.60.* aliis relatis Barboſa *dict.art.4. num.102.& 110.* Ponte *de poteſt.Proreg.lit.2.de abundant. Civit.§.1.num.16.& ſeqq.uſque ad 25.* Maſtril.*de Magiſtrat. lib.3.cap.2.num.35. & ſeqq.* niſi id expreſsè caveatur: cùm enim in iſtis privilegiis tantùm expreſsè inhi-
beatur juriſdictio Gerentis vices generalis Gubernatoris, 28
inde eſt quòd quamvis ipſe ſit Superior, ut revera eſt, ejus juriſdictio ſit excluſa.

Sed Regia Audientia non ſolùm non excluditur ex- 29
preſsè; ſed etiam clarè includitur in cognitione harum cauſarum: tum ex eo quòd eſt ſupremum Tribunal majus ipſo Gubernatore, & nomine Principis judicans, ut dixi *cap.2.§.2.* tum etiam quia *in d.privil.19.Domini R. Martini*, apertè ſancitur, cauſas ſimiles evocari poſſe, ibi: *Cùm dictas cauſas ad noſtram Audientiam providerimus evocandas, ut inde viſis quæ videnda fuerint, partibus auditis peſſimus in noſtra Audientia ſuper dictis cauſis, ſive litibus juſtitiã miniſtrare.* Ubi non ſolùm expreſſis verbis de evocatione, ſed de plenaria cognitione dignoſcitur ſtatuiſſe. Nec obſtabit ſi dicas, eò tunc non poſſe loqui de hac Regia Audientia, cùm ſit ſtabilita, & confirmata per pragmaticam Domini Regis Ferdinandi, & foros Curiarum annorum 1564. 1585. 1604. & 1626. & hoc privilegium impetratum anno 1408. Nam una eadémque Audientia eſt, ut probavi *ſupra,dict.cap.2.§.2.* & patet ex his quæ obſervantur pro executione fori 18.& 19. *de judiciis*, quæ fuerunt editi ab eodem Rege Martino *anno* 1403. nam ut dixi *cap.4.§.2. num.26.& ſeqq.* ſicut Audientia, de qua in dictis *foris*, cenſetur eadem ad hoc ut abſente Rege, vel Prorege per decem dies, cauſæ devolvantur ad ordinarios, ſic ſimiliter eadem cenſenda eſt, ut cognoſcat de his cauſis, nam eadem ratio militat.

Sed

31 Sed an per instrumentum civilitatis, sive ipsius concessionem, quod appellatur *Franquea*, censeatur concessa immunitas gabellarum, & tributorum ad Regem attinentium, quæ apud nos *Peatge* & *Leuda* vocantur? *Peatge*, sive pedaticum, vel pedagia, de quibus Roman. Pontifex *in cap. super quibusdam, de verbor. signific.* ubi Gloss. *verb. Pedagia*, ibi: *Quæ dantur à transeuntibus in locum constitutum à Principe*, Natta *consil.* 139. *num.* 4. *lib.* 1. Tepat. *var. lib.* 1. *de public. & vectig. per tot.* Tuschus *verb. Pedagium, conclus.* 203. *num.* 8. *cum seqq.* Additionator ad Guidon. Pap. *decis.* 416. Anel. de Amatis *consil.* 77. *num.* 12. Quod idem esse cum portorio, & trutina, dicitur *in for.* 41. *de leuda*, ibi: *Que una mateixa cosa es peatge, portatge, è pes. Leuda* autem, sive ut fori Latinè lati habent, *Lezda*, (sicuti, & eam vocat Fontanel. *decis.* 302. *num.* 2.) in pro-
33 prio significato idem ferè est cum pedatico; nam in dictionario *Ant. Nebris.* typis mandato Barcinon. anno 1560. ex Latino in Catalannum idioma, & è contra, reperio huic nomini *Leuder*, correspondere, *Portitor*, *Publicanus*. Itaque benè sequitur *lezdam* esse idem, ac *portorium*, hoc est præstatio quæ datur pro navium applicatione, seu statione, & mercatione facta in portu, de quo Imperator *in l. 3. C. de vect. & commis.* ibi: *Si qua portoria debere te apparuerit, exolve*, nomine enim *portorii*, pedagia, & alia jura comprehenduntur, ut probat Gloss. *in d. c. super quibusdam, verb. Pedagia*, & in nostris foris idem videtur contineri, quia promiscuè accipiuntur, *for.* 2. *de leuda*, ibi: *Peatge, ò leuda.* & alibi, sed in effectu hodie differunt in aliquibus, ut si licuerit, alibi dicemus.

34 Sed ut ad quæstionem propositam redeamus, Cives Valentini per *for.* 1. *de leuda*, junctis aliis juribus vulgatis, immunes sunt à præstatione horum tributorum. Et de Civibus veris ratione originis nullatenus dubitatur, nam constito de origine, & civilitate vera, explorati juris est immunes esse; *for.* 1. 8. 12. 13. & 16. *vers. Aquesta pena, de leuda* (qui autem isti sint; explicant plures ex superius adductis, & post eos Don Joannes Deixart *decis.* 62. *per tot.*) Dubium in hoc versatur, an Jurati cum Justitia con-
35 cedendo civilitatem extraneis, juxta facultatem sibi attributam ex *textu*, possint concedere immunitatem harum præstationum? Quæ quæstio anceps, ac difficilis revera est, paucis ab hinc annis in praxi suscitata, in lite, quam fovebat Regii Patrimonii Procurator, cum Syndico Urbis, & aliquibus Gallis.

36 Pro parte Syndici, & Gallorum, allegabatur *privil.* 7. *Domini Reg. Jacob. I. vers. Si verò*, quo cavetur, quòd exteri venientes ad Urbem causa inhabitandi, si civilitati antiquæ renunciaverint, de rebus quas duxerint non solvant pedaticum, sive lezdam. Et *vers. si lezdam*, cavetur, quòd non solventes lezdam, in duplum teneantur: & quòd idem observetur in Cive Valentiæ, si retinuerit hæc jura, de his, de quibus solvere debet, videlicet de rebus ex-
37 traneorum sibi commissis: unde à contrario sensu videtur, quòd de propriis mercibus non teneretur; argumentum enim à contrario sensu in jure procedit, Barbos. *in locis communi. argum.* 27. *per tot.*

38 Secundò allegabatur *dict. for.* 1. *de leuda*, & *privil.* 3. §. *præterea laudamus, Reg. Jacob. II. privil.* 4. *Reg. Petr. II.* quibus generaliter incolis Valentiæ hæc immunitas concedebatur, & *privileg.* 15. *vers. Et insuper, ejusd. Reg. Jacob. II.* quo verbis ampliss. *dict. privileg.* 4. confirmatur ad
39 omnia Regna Coronæ Aragonum concedendo eandem immunitatem, dempto Regno Siciliæ, & cùm exceptio firmet regulam in contrarium, ex *l. quæsitum*, §. *denique, ff. de fundo instruct.* plurib. Barbos. *axiom.* 85. *n.* 4. in omni casu videtur immunitas concessa præter quam in excepto; quibus jungebantur *privil.* 110. & 148. *ejusdem.*

40 Tertiò expendebantur *for.* 2. 4. §. 8. & 10. *de leuda*, quibus de hominibus vicinis, habitatoribus, & incolis Valentiæ, eadem immunitas exprimitur, & executio commendatur. Sub his nominibus *Galli* comprehendi debent, cùm civilitatem obtinuissent juxta nostri *textus* formam. Et cùm hæ concessiones habeant vim contractus; tum quia privilegia concessa, de quibus *supra*, fuerunt remuneratoria, sicque irrevocabilia, per textum *in l. si semel*, ubi Bart. *de decret. ab ord. faciend. c. concessa* 17. *de regul. jur. in* 6. ubi Gloss. *verb. manfurum*, Bartol. *in l. omnes* 41
populi, n. 30. *de just. & jur.* Bald. *in l. cum mihi ff. de dolo*, Innocent. *in cap. novit, de judic.* Molin. *de Hispan. primog. lib.* 3. *c.* 3. *n.* 16. *cum seqq.* Castillo *controvers. tom.* 5. *c.* 106. *n.* 13. *cum seqq.* Gironda *de gabell.* 1. *p. n.* 17. dixi *c.* 1. §. 2. & *c.* 4. §. 6. Quod quidem videtur fassus Dominus Rex Alfons. III. *privil.* 52. ibi: *Qui son leys paccionades, è juradas, a les quals de justicia no es pot contradir, ne prejudicar.* Tum etiam, quia dispositionibus foralibus sunt ista privilegia confirmata, sicque nullatenus possunt revocari, quia *fori* sunt leges pactionatæ, & transierunt in contractum, Belluga *rub.* 1. *n.* 12. Petr. *de potest. Princip. c.* 32. *sect.* 3. *n.* 89. Petrus Gregor. *de repub. lib.* 7. *cap.* 20. *n.* 26. Joan. Koachier. *in thes. polit. aphor. lib.* 2. *c.* 2. *per tot.* Salas *de legib. disp.* 1. *sect.* 9. *n.* 59. cum aliis traditis *d. c.* 1. §. 2. *à n.* 37. & *c.* 4. §. 6. *n.* 12. *& seq.*

Quibus quartò expenderem textum in *eodem privileg.* 42
7. junct. *dict. for.* 1. cum aliis, à nemine hoc pacto, ni fallor, perpensum, in hunc modum: Concessio dicti privilegii fuit facta decimo Kalendas Decembris anno 1240. sicque tempore quo adhuc non erant in urbe Valentiæ Cives originis, Catholici, sed verè, & realiter novi incolæ, & habitatores, ut dixi; & *fori* conditi eodem anno, ut tradidi *c.* 2. §. 5. *n.* 55. vel anno 1239. ut cum *Patre Diago* alibi probavi. Quibus positis clarè sequitur non posse loqui de aliis Civibus, quàm de advenis, & exteris assequentibus civilitatem: sed sic est quod Galli habentes instrumenta vicinitatis, jam civilitatem obtinuerunt: ergo clarè sequitur frui debere immunitate, & cæteris privilegiis, quibus utuntur Cives originis, aut naturales.

Nec hoc argumentum diluit differentia, quam aliqui 43
inducere volunt *in d. privil.* 7. *in princ. & §. si verò extraneus*, credendo inclytum Regem in principio loqui de Civibus originis, *in dict.* §. *si verò de exteris, & advenis*; nam, ut dictum est, tempore hujus concessionis nondum erant Cives originis, quibus concederetur, nam proxima multum fuit expugnationi præcedenti, sicque differentia, ni fallor, consistit in hoc quòd in *principio privilegii* concessio loquitur de advenis jam habitantibus Urbem & ab ipso Rege acceptis in cives ejusdem; in *dict.* §. *si verò*, de his qui animo contrahendi domicilium ad Urbem erant properaturi; & cùm isti adhuc frui non poterant immunitate incolis indulta, nam adhuc cives non erant, ut facilior videretur aditus properantibus, vel properaturis, declaravit providè Dominus Rex sapientissimus suam liberalitatem, ut non solùm comprehenderentur obtinentes civilitatem, sed etiam properantes animo obtinendi eam, quoad bona secum asportata, de quibus solvere hæc jura non tenerentur.

Quintò expendebatur *for.* 31. *eod. tit.* ibi: *E que no faça* 44
altruys coses, è altruys smerçaments seus per ço quens emble. o peatge. Nam postquam dixerat in eo *textu* quis sit incola Urbis, cui exemptio competit; ait, ne aliæ impensæ fiant ab incolis, nisi ratione propriarum mercium, ne inde eripiant Principi pedaticum. Quibus verbis apertè declarat, quòd exemptio, & immunitas competit incolis in bonis proprii patrimonii, non autem in aliis.

Sextò allegabatur observantia ab immemoriali, quæ 45
est optima legum interpres, *l. si de interpretatione* 37. *ff. de legib.* cum *vulgat.* Dominus Leon *decis.* 3. *n.* 32. Sesse *d. decis.* 9. *num. fin.* & habet vim privilegii, Bald. *consil.* 25. *lib.* 2. Alciat. *consil.* 187. Afflict. *decis.* 239. *n.* 6. Paris de Put. *de reintegr. feud. cap. an inter, n.* 12. Decius *cons.* 496. *n.* 5. Corn. *cons.* 24. *lib.* 4. *n.* 20. Cravet. *cons.* 111. *n.* 25. Farin. *decis.* 11. *tom.* 1. *part.* 2. *n.* 2. & *seqq.* pluribus relatis Castillo *de Terriis, lib.* 7. *c.* 3. *n.* 7. cum aliis adductis *c.* 4. §. 4. *n.* 36. quam immemorialem probasse asserebat Syndicus plurium testium depositionibus.

46 Septimò, quia ſic deciſum reperiebatur ſententia publicata per Antonium Angles Not. *die* 8. *Martii ann.* 1568. qua fuit deciſum in ſacro ſupremo Aragonum Concilio, Petrum Balleſta Gallum non teneri ad præſtationem juris Almoxarifatici virtute *privilegiorum vicinitatis*, quæ obtinuit in civitate Oriolæ, ubi nupſit, & per longum tempus moram contraxit. Neque hoc revocatum cenſeri per aliam Regiam ſententiam ejuſdem Supremi Concilii *die* 5. *Septembris* 1586. pro Regii fiſci patrimonii Procuratore, contra Guillermum Luti; nam non erat Gallus, ſed Orientalis plagæ, apud nos *Levantiſch*, oriuntur ab inſula Corciræ, ſicque exceptus ab immunitate, ut tradit Ocaña *in tract. jur. Almoxarifatici, fol.* 62. §. *En lo qual proces*, ob quod nullatenus ad rem erat.

47 Octavò, proponebatur ſententia lata per Excellentiſſimum Dominum Marchionem de Povar, hujus Regni Proregem, *die* 23. *Octobris* 1626. juncto Regio reſcripto *die* 5. eorundem, quibus declaratum fuit non procedere ſequeſtrum factum in bonis Gallorum civilitatem obtinentium, ut patet ex dicta ſententia, ibi: *Han, y deven gozar como vezinos de la preſente Ciudad, y vaſallos de ſu Mageſtad, de todas, las frequenzas.* Et in Epiſtola, ibi: *Que el dicho embargo no ſe ha de entender con las haziendas de Franceſes que eſtan avezindados, y caſados con mugeres naturales deſtos Reynos, con aſſiſtencia de ſus caſas, y familias, diez años antes que ſe hizieſſe la repreſalia.*

48 Nonò, nam quæcunque reſcripta Principum contra hanc immunitatem civium Valentinorum obtenta, aut expedita, nullius roboris exiſtunt, *for.* 2. *cum pluribus ſeqq. ſi contra jus aliq. impetr.* cùm enim immunitas pertineat ad quoſcunque Cives Urbis virtute *fororum* &
49 *privilegiorum*, qui tranſierunt in contractum, ut dixi; inde eſt, quòd obſervari debent, ſignanter, quia ſunt leges juratæ, nam Princeps non dicitur ſolutus legibus, quas juravit; Cujac. *in l. ex hoc jure* 5. *col.* 5. *lit. D. de juſt. & jur.* Souſa *in allegat. oppid. de Mula, dub.* 1. *fund.* 6. Petra *d. ſect.* 3. *n.* 99. Salas *diſp.* 15. *ſect.* 2. *n.* 25. *verſ. Sed ad hoc*, Doctor Joſephus Aznar *in allegat. pro Syndico Urbis, edita anno* 1637. & Don Franciſcus de los Herreros *in allegat. edita eodem anno pro Ludovico Prats.*

50 Sed in contrarium erat veritas ſequentibus fundamentis. Primò dicebatur *foros*, & *privilegia* concedentia immunitatem civibus Valentinis, non loqui de bonis, ſeu mercibus advenæ abſolutè, ſed limitativè ad res quas duxerint cùm ad contrahendam civilitatem properant, ut patet ex *dict. privil.* 7. *verſ. Si vero extraneus*, ibi: *Et cùm venerint, Valentia cauſa habitandi, de aliquibus rebus ſuis, quas tunc duxerint, non donent pedaticum ſive lezdam, nec aliquid de predictis. For.* 2. *de leuda*, ibi: *De les*
51 *coſes que portaran a lurs obs.* Cùm enim expreſſum reperiatur id, de quo ſolvere non debent, nempe *de rebus ſuis, quas tunc duxerint*, benè ſequitur de omnibus aliis ſolvere teneri: nam exceptio firmat regulam in contrarium, ut dixi cum Barboſ. *axioma* 85. *n.* 4.

52 Secundò expendebatur pro Fiſco, *for.* 31. *eod. tit.* cujus verba ſic ſe habent: *Aquell es dit vehi de la Ciutat, qui juvarà ſtatge, ò habitacio de la Ciutat aqui, ò haura ſa muller, ò tindra aqui ſon major cap, é que no ſens peatge en altre loch, en la noſtra juridiccio, é que no faça altruys coſes, ò altruys ſmerçaments ſens: per ço quens emble lo peatge, ols altre drets noſtres.* Quò loci poſtquam Legiſlator noſter dixit, illum civem noſtræ Urbis eſſe qui juraverit habitationem in ea, aut habuerit uxorem, aut præcipuum domicilium, ſubjungit, *é que no ſens peatge en altre loch en la noſtra juridiccio*, id eſt, *& qui non ſine pedatico in alio loco in noſtra juriſdictione*, quæ oratio imperfecta eſt defectu verbi, quod ſupplendum eſt ex antecedentibus, vel ſubſequentibus proximioribus. Proximum verbum antecedens eſt *tindrà, habuerit*, ſubſequens verò *faça, faciat*. Sicque ſenſus, *qui non habuerit, aut faciat ſine pedatico in alio loco*. *Sins* eſt dictio quæ importat negationem, privationem, & excluſionem, Barb. *d.* 371. *n.* 1. ob quod eſt idem, ac ſi diceret, *qui non faciat pedaticum in alio loco*, ſed vitiata eſt litera hujus *textus* in editione nova, nam in antiqua eſt *for.* 21. *hoc tit.* & habet. *é que noſcus peatge en altre loch*, id eſt, *& quod non excuſetur a pedatico in alio loco*, quod eſt idem, ſed clariùs: unde apparet, quod ad hoc ut civis verè, & propriè dicatur, & fruatur immunitate (nam ex contextu *fororum* ad hoc civilitas definitur) debet jurare habitationem, vel habere uxorem in Urbe cum domicilio præcipuo, non obtinere immunitatem pedatici in alio loco juriſdictionis Domini Regis, ultra quas qualitates additur, *é que no faça altruys coſes, ò altruys ſmerçaments ſens: per ço quens emble lo peatge, ols altre drets noſtres*, id eſt, *ne aliquid faciat, aut alia mercimonia propria, ex quibus eripiat nobis pedaticum, & alia jura.* Ergo ex propriis mercimoniis pedaticum debetur, aliàs non prohiberetur, ne ea civis faciat, quibus pedaticum eripitur. Sicque ipſe Legiſlator clariſſimè declarat, quòd mercimonia propria civis adventitii non eximentur à præſtatione jurium horum. Nec novum eſt, ſimili modo locutionis forum conditum eſſe; nam pleraque jura ſub figuris Rhetoricis, & Poëticis concepta reperiuntur, de quibus Joan. Bellon. *in libel. de figur. jur. per tot.* aliis relatis Don Franciſc. Amaya *lib.* 2. *obſervat. c.* 3. Præpoſ. Morlà *in allegat.* 2. *pro Syndico general. cum Syndico Fratrum Minor. n.* 15. *& ſeqq.*

Tertiò, nam urbs Valentina, & cæteræ univerſitates 53
Regni, quibus datum fuit jus concedendi civilitatem, & conficiendi inſtrumenta exemptionis, vulgò *Franquees*, nullatenus poſſunt concedere immunitatem horum jurium quæ Regi debentur, quia ſolùm pendet à Regia auctoritate; nam ad Regem ſpectant ipſa jura: Roland. *conſ.* 79. *n.* 17. *lib.* 3. Thuſcus *concluſ.* 276. *n.* 29. *lit. C. tom.* 1. Maſtril. *de Magiſtrat. lib.* 3. *c.* 10. *n.* 127. Ant. Matthæus 54
d. lib. 2. *c.* 7. *num.* 43. *& ſeqq.* ſed ad eas tantùm pertinet jus admittendi in civem, hunc, vel illum: & licèt conſequenter in aliquibus obtineant iſti aliquam immunitatem, intelligendum eſt de juribus paſcendi, aquandi, & cæteris ſuperius dictis, ita ut idem eis tribuatur, quod de jure communi pertinet ad univerſitates: *l.* 1. §. 1. ubi Bart. *num.* 16. *ff. ad municip. & de incol. l. cives*, & *ibi* Lucas de Penna *C. de incol. lib.* 10. Alexand. *conſ.* 157. *n.* 13. *vol.* 2. *& conſ.* 148. *n.* 7. *vol.* 6. Thuſcus *concl.* 277. *n.* 1. *lit. C.* Affli&is *deciſ.* 484. *n.* 4. & *ibi* Cæſar. Urſil. *in fin.* Proſper. Caravit. *ſuper rit. mag. Cur. Neapolit. rit.* 301. *n.* 19. Macerat. *var. reſol. lib.* 2. *reſol.* 42. *n.* 1. March. Ant. Thomat. *deciſ.* 7. *num.* 4. & cùm *fori* & *privilegia Regni* conformes ſint juri, ab eo 55
debent interpretari, Bellug. *in ſpecul. rub.* 38. *num.* 2. *verſ. Sed videtur obſtare.* Dominus Leon *deciſ.* 1. *num.* 36. & *deciſ.* 91. *num.* 10. dixi pluribus relatis, *cap.* 1. §. 2. *num.* 14. *& ſeqq.* Unde quamvis juxta foros poſſint admittere in cives, quoad hunc effectum non poſſunt quos Princeps prohibuerit.

Quartò, nam juxta *textum*, Juſtitia, & Jurati poſſunt 56
denegare civilitatem his, quibus ex juſta cauſa ſibi videbitur deneganda, ut dixi *ſupra, num.* 12. ergo à fortiori Princeps poterit civilitatis adquiſitionem prohibere, cùm juriſdictio reſpectu hujus rei Juſtitiæ, & Juratis 57
conceſſa, ſicut & in cæteris, non pertineat ad eos jure dominii, ſed adminiſtrationis; nam habent exercitium illius, non ad propriam, ſed ad publicam utilitatem. Andreas de Iſern. *in c.* 1. *de prob. feud. alien. per Loth.* Vinc. de Franch. *deciſ.* 370. *n.* 4. *& ſeqq.* Maſtril. *de Magiſtr. lib.* 3. *c.* 2. *n.* 37. *in princip.*

Quibus additur, quòd juriſdictio conceſſa in officium 58
ſemper cenſetur conceſſa cumulativè, & nunquam privativè quoad concedentem, ut probabo *infr. cap.* 6. §. 1. *in prin.* atque adeò Princeps, in quo amplior reſidet, & à quo tanquam à fonte procedit, idem poteſt, ac Magiſtratus, ſive Officiales, quibus conceſſa reperitur, *c. non dubium, §. nos igitur, de jurab. in* 6. Bartol. *in l.* 1. *ff. de off. Præf. Verb.* Doctores *in l. fin. C. de juriſd. omn. jud. & in c. per hoc,*

de

de hæretic. Bellug. *rub.* 25. *n.* 7. Fontanel. *de pact. claus.* 4. *gl.* 10. *p.* 1. *n.* 158. *& dec.* 388. *n.* 14. *to.* 2. latè Mastril. *d. c.* 2. *n.* 37. *cum plur. seqq.* imò, ut dixi *num.* 29. Jurisdictio Regiæ Audientiæ non censetur exclusa: ergo benè sequitur, quòd Domini Reges possunt jubere, ne aliqui admittantur in cives, & multò magis modum imponere in admissione: nam qui totum potest denegare, à fortiori & partem denegare posse certi juris est plurib. Barbos. *in argum. loc.* 114. *per tot.* & sic optimo jure potest præcipere, ne immunitatem adquirant cum civilitate.

60 Quintò, quia daro, sed non concesso, quòd Justitia, & Jurati possint concedere immunitatem ab his præstationibus directè, nihilominus Princeps potest prohibere admissionem extrancorum; nam in jurisdictionalibus semper censetur reservata auctoritas Superioris, ut possit eam limitare, vel corrigere, tam si concedat
61 jurisdictionem per modum privilegii, quàm per modum contractus: Bald. *in l. qui se patris, num.* 34. *C. unde liberi*: latè Bellug. *rub.* 56. §. *Princeps autem, num.* 4. *vers. Benè tamen verum,* & *rub.* 22. §. *Et quia, num.* 31. Aflict. *in constit. ea quæ ad decus, num.* 5. Salon. de Paz *consil.* 21. Bos. *de regal. num.* 34. *vers. Scias ne erres*, Arettinus *in cap. novit, colum.* 3. *de judiciis*, Natta *consil.* 39. *num.* 54. *volum.* 3. Roder. Suar. *allegat.* 7. *num.* 8. *cum duob. seqq.* Mantic. *de conject. lib.* 3. *tit.* 1. *num.* 32. Dominus Casanate *consil.* 42. *à num.* 43. Mastril. *de Magistratib. lib.* 1. *cap.* 27. *num.* 11. *& seqq.* atque adeò nullatenus possunt obstare fori, quan-
62 tumvis sint leges pactionatæ, & habentes vim contractus, ne Princeps possit jubere, ut extranei excludantur à civilitate: maximè extante publica utilitate, quæ versatur in exactione horum jurium; nam, ut dixit Imperator Justinian. *in Novell. const.* 149. *cap.* 2. *Impossibile est, ut sacris tributis non illatis aliqui Respublica conservetur.* Tacit. *lib.* 13. *Annal. Dissolutionem Imperii docendo, si fructus, quibus Respublica sustinetur, diminuantur.* Probant latè Joan. Kochier. *polit. afor. lib.* 2. *cap.* 10. Petr. Gregor. Tolos. *de Republ. lib.* 3. *cap.* 3. Navar. *in cap. fraternitas,* 12. *q.* 2. *num.* 46. *& seqq.* Petr. Barbos. *in l. competit* 6. *Cod. de præscript. triginl. vel quadrag. anior.* Ponte *de potest. Proreg. tit.* 2. §. 2. Peregr. *de jur. fisc. lib.* 1. *tit.* 1. *num.* 22. Cancer.
63 *var. lib.* 3. *cap.* 13. *num.* 317. Cùm hæc vectigalia imposita sint pro securitate portuum, & stratarum publicarum, & virtute eorum non solùm teneatur Princeps ad eorum custodiam, sed curare de securitate: Doctores *in l. munerum,* §. *Irenarchæ, ff. de numer. l. Divus Adrianus, ff. de cust. reor.* Franc. Marcus *decis.* 593. *par.* 2. Decius *consil.* 534. *n.* 9. Tepat. *tit. de vectigal. c.* 15. *vers. Ille qui recepit, fol. mihi* 735. Thuscus *verb. Pedagium, conclus.* 203. *n.* 8.

64 Sextò, quia prohibere quod exteri non admittantur in cives, nullatenus obstat *foris* Regni; nam abdicatio hujus prohibitionis à Principe supremo, tenderet in perniciem status, ac tranquillitatis publicæ: Aristotel. *lib.* 5. *politicor. c.* 5. *& lib.* 7. *c.* 6. *l. mercatores, C. de comm. mercat.* Aponte *de potest. Proreg. tit.* 2. §. 2. *n.* 3. *& seqq. & tit.* 10. *sect. de exter. habit. inter.* Franc. Marcus *decis.* 356. Mastril. *d. lib.* 3. *c.* 4. *n.* 135. Joan. Baptist. del Toro *in comp. decis.*
65 *tom.* 1. *verb. Rixosus.* Ob quod non venit in concessione generali similis facultas, quamvis concepta sit verbis ampliſſimis, & uberrimis, quia est ex Regaliis supremo Principi reservatis: Doctores *in c. quod translationem, de offic. delegat. & in cap. fin. de offic. Vicar.* Bartol. *in l.* 1. *C. de exercit. muner. lib.* 10. Bald. *in l.* 2. *colum. penult. C. de pedan. Judic.* Peregrin. *de jur. fisc. lib.* 1. *c.* 14. *n.* 3. *& seqq.* Cancer. *d. lib.* 3. *c.* 3. *n.* 316. Mastril. *de Magistr. lib.* 1. *c.* 14. *n.* 3. *& seq.*
66 ac per consequens, ut interdicta sit Principi, necesse est, ut expressis verbis sibi ipsi adimatur cum consensu populi, ut benè probat Horat. Montanus *de Regal. in prælud. q.* 4. *per tot.* quod neque in foris, aut privilegiis reperitur, neque aliquid ex quo in proximum, vel remotum consequens inferri valeat.

67 Septimò, quia à Regno capto Domini Reges consueverunt, tam per viam pragmaticarum sanctionum, quàm privatis, aut publicis rescriptis reprimere excessus in similibus; ut patet inter alia, ex *sanctione* Domini Regis Joannis II. *dat.* 18. *Julii* 1472. quæ est in *leudario, fol.* 50. *pag.* 2. qua plura sancita reperiuntur circa exactionem horum jurium in vicinorum præjudicio. Ex *provisione, sive decreto* Domini Regis Ferdinandi Catholici *dici* 12. *Maii* 1480. quæ est in *leudar. fol.* 95. qua cavetur, ut Itali, 68
quamvis obtineant civilitatem, solvant hæc jura. Ex alio *decreto* ejusdem Regis *dici* 16. *Aprilis* 1490. quo ex deliberatione Regii Consilii supremi declararum fuit, *sanctionem* Domini Regis Joannis non esse contra foros, & 69
privilegia Regni; est in *leudar. fol.* 105. *pag.* 2. Ex *privil.* 37. *Domini Reg. Petr. II.* quod cavetur, quòd Clericis conjugatis nullatenus concedantur instrumenta civilitatis, 70
& concessa eis non prosint. Ex *rescripto* ejusdem Regis Catholici Ferdinandi, *dat. Barchin. die* 19. *Julii* 1493. quo expressè disponitur, quòd exteri qui non sunt subditi dicti Domini Regis, etiamsi obtinuerint civilitatem, 71
solvant hæc jura. Ex *rescripto* Domini Regis Philippi II. *dici* 23. *Septembris* 1561. quo jubet ne concedantur civilitates, nisi cum clausula, *salvis juribus Regiis*; & quòd 72
concessa, vel concedenda aliter, intelligantur, & interpretentur, sine præjudicio illorum. In quo *rescripto* Princeps asserit, quòd dùm hoc Regnum gubernabat serenissima Infans Portugalliæ, immunitatem habere conatus fuit alienigena quidam, nomine *Lucas Sarremo*, & sua celsitudo revocavit concessionem civilitatis, jubendo ne similes concederentur; quæ omnia ferè observantia actuali comprobata reperiuntur. Et cùm observantia sit 73
optima legum interpres, ut dixi *n.* 45. in dubio sequenda venit hæc sententia, quam amplexarus fuit Senatus Neapolit. in terminis fortioribus, nempe Baronis, qui Civis primus Baroniæ appellatur, Rovit. *ad prag.* 12. *de Baron.* Capiblan. *de Baron. prag.* 12. *num.* 9. Thoro *in comp. decis. tom.* 3. *verb. Baro uti primus civis*, quam decisionem *de Thoro* nota, quia multa tradit ad rem. Sicque decisum fuit in hac sacra Regia Audientia, sententia publicata per Vincentium de Albisu R. M. Scrib. *die* 5. *Septembr.* 1586. contra Guillelmum Luti, & ad favorē Regii patrimonii Procuratoris, & postea sic declaratum in Curia Bajuliæ 74
generalis, *die* 9. *Julii* 1635. Et quamvis Syndicus Urbis, & Galli provocarunt, nondum decisa appellationis causa est, cujus Assessor assumptus erat Dominus Avunculus Don Petrus Sanz, ad quam causam plura ex his mirificè deduxit Magnificus Dominus Michael Hieronymus Sanz, tunc Regii Fisci Advocatus, postea verò nostri criminalis Senatus Auditor literatissimus, poēsis celebritate notus, fœliciori faro dignus. Et Regia sententia superius memorata rei judicatæ vim habet; nam sententia in causa immunitatis jurium in unum lata omnibus ejusdem speciei præjudicat: Guid. Pap. *dec.* 549. & ibi Addit. 75
junct. dec. 279. Cancer. *d. lib.* 3. *c.* 17. *n.* 190. Dominus Leon *decis.* 78. *n.* 4. cui resolutioni non obstat textus *in l.* 1. *C. res inter alios acta*; nam actiones in factum, quæ competunt loco interdictorum, pro juribus publicis, populares 76
dicuntur, *l.* 1. §. *hoc interdictum, ff. ne quid in loc. publ.* & in actionibus popularibus deficit regula *dict. l.* 1. sicut in aliis casibus tradit Guid. Pap. *d. decis.* 549. *n.* 3. videndus ad 77.
rem Paul. Castr. *in l. Papinianus,* §. *ult. ff. de inof. test.* Cancer. cum ab eo adductis *var. lib.* 2. *c.* 16. *n.* 20. *& 48. cum seqq.*

Neque obstant in contrarium adducta pro Syndico 78
Urbis, & exteris. Non enim primum; nam *privil.* 7. §. *si verò Domini R. Jacob. I.* non loquitur de cive Valentiæ, sed de extraneo properante, ut Civis fiat, cui conceditur exemptio rerum ad proprios usus asportararum secum: ex quibus non infertur, quòd postea etiamsi Civis fiat, exemptione fruatur in mercimoniis, sive mercatura. Neque in *vers. Si lex dam*; nam argumentum à contrario sensu non valet, ubi contrarium expressè dispositum reperitur, ut docet Barbos. *d. loco* 27. *n.* 5. & noster casus expressè decisus reperitur, ut ex dictis patet.

Ad secundum, & tertium respondetur, quod *fori* allo- 79
gati

gati *ibi* explicantur per *for.31.eod.tit.* à nobis perpensum *supr.n.52.* atque adeò non ad mercimonia, sive mercaturam, sed ad proprios usus, sicuti etiam eximitur in *for.2.eod.* à nobis deductum *n.51.*

80 Ad quartum responderi potest. Primò, quod licet vicini Valentiæ, quibus concessum fuit *dict.privil.7. & for.1.de leuda*, essent omnes adventitii, nemóque originarius; tamen *alienigena*, interpretari multipliciter potest. Primò, ut intelligatur omnis, qui non est ex civitate, quomodo originarius ex ipso Regno inter exteros annumeratur *in for.41.in fin.de Cur.& Bajul.* Secundò, omnis qui non est de Regno, de quibus in *for.16. de leuda.* Tertiò, qui quamvis non sint de Regno sunt ex subditis Domini Regis Aragonum concedentis, ex quibus Civitatem, & Regnum, ut plurimum implevit post vindicationem è manibus Agarenorum, ut tradit Pater

81 Mariana *dict. lib.12.cap.19. in fin.* ibi: *Episcopus datus nova Urbis indigenis, magna ex parte Catalaunis, ac ferme ex Gerunda, Tarracone, Dertusa.* Quartò, omnes alii qui non erant subditi ipsius: hi enim excluſi sunt à concessione, cæteri verò inclusi, ut cavetur in rescripto Regis Catholici diei 29. Julii, de quo *n.69.* ibi: *Los estrangers, è no subdits nostres.*

82 Secundò responderi potest, quòd quamvis æqualiter intelligenda sit concessio privilegii, & fororum, quoad omnes alienigenas, & exteros; tamen cives Valentiæ, re benè inspecta, non obtinebant exemptionem horum jurium in rebus ad mercaturam comparatis, sed ad proprios usus tantùm, ut probatur ex *dict.for.cap.3. hoc tit.* ibi: *E ab la major, é gran part de lurs bens mobles que no sien mercaderies.* For.2. *de leuda*, ibi: *que portaran à lurs obs.* Idem *in for.1.& 31.eod. in dict.privil.7. Reg.Jacob.I.* ibi: *De quibuscunque dare teneantur, aut debeant.* Privil. 141. *Domini Reg.Jacob.II.* ibi: *Solvant pro dictis merci-*

83 *bus, sive mercaturis lezdam.* Ex quibus adhuc quoad cives originis praxi receptum erat, ut instrumenta civilitatis non expenderentur, quin Regii patrimonii Advocati subscriptio adesset, qui clausulam limitativam apponebat his verbis, *valeat quoad usus proprios.* Quod immutatum fuit in Curia *anni* 1645.

84 Tertiò respondetur, ex dictis superiùs *num.* 85. *cum seqq.* Dominus Rex potest denegare civilitatem omnibus illis, quibus denegandam esse judicabit, & sic cùm denegata reperiatur per sanctiones, decreta, & rescripta, de quibus *supr.num.67.& cum sequentibus*, benè sequitur quòd frui non possint ea immunitate, quæ sequitur civilitatem.

Ad quintum dicendum est, verum sensum *for.31. de leuda*, ibi deductum, traditum fuisse à nobis *n.52.* qui quidem est genuinus, licèt faciliter non percipiatur propter obscuritatem sermonis veteris, quo scriptum reperitur.

85 Ad sextum dicendum est, quòd propter adducta superiùs *num.72.* resultat, quòd non versamur in casu immemorialis possessionis; & quod amplius est, ipsius Urbis Syndicus (tanquam unus ex Curialibus) fassus fuit contrariam observantiam in Curia generali anni 1626. *in cap.31.gravam.fol.7. pag.2.* ibi: *Y en raho de aquella han-*

86 *fet, y fan pagar los drets de peatge, y leuda als Italians.* Ita pariter in Curia *anni* 1645. dum supplicabatur, ut clausula apponi solita per Regii patrimonii Advocatum tolleretur. Quæ narrativæ cùm proponantur in Curia per Syndicos, & Brachia, continent confessionem ipsius Urbis, ex qua resultat observantia in eam, & pro Fisco. Cui additur, quòd constabat de solutione Gallorum per relationem Præpositi horum jurium, apud nos appellati *Credencier*, & quamvis non constitisset, non sufficiebat negativa ad observantiam pro eis probandam, sed probari debebat, quod cùm fuissent petita à Gallis, ipsos exemptionem consequutos, vel aliàs actus positi-

87 vos non solvendi, sciente Domino Rege, & ejus Magistratibus præcipuis, interveniſſe: ut probant Mantica *de tacit.& ambig. conuent. lib.5.tit.13.n.42.* Gratian. *discept. for.c.559.n.40.cum seqq.* Azeved. *in l.1.tit.18.lib.9 n.164.* Thuscus *in verb. Consuetudo, concl.798.n.1.& 6.* nam consuetudo negativa non probatur, quin constet de petitione, & non solutione; Thuscus *ubi proxim n.8. & verb. Præscriptio, concl.536. n.2. & 4.* Azeved. *ibid.n.16.vers. Aunque digan que nunca la pagaron*, Costa *decis.* 408. Cancer. *variar.lib.2.c.2.n.98.* Gratian. *discept.c.740.n.23.* Amat. *decis.120.n.3.*

Ad septimum respondetur, quòd sententia, de qua *ibi*, 88 tantùm declarat Petrum Balesta gaudere immunitatibus Civibus Orcelis concessis, & non teneri ad præstationem juris *almoxarifatici.* Et præterquam, quod non loquitur de nostris juribus, intelligendum est loqui de rebus proprii usus, non de mercimoniis, neque mercatura, ut percipitur ex eadem sententia, in qua nec verbum de mercatura, aut mercibus. Nec ad rem pertinet, quòd sententia nostræ decisionis lata fuisset contra Orientalem; nam à foro non sunt excluſi specialiter, ficque æqualis quoad eos, & Gallos est dispositio: excluduntur enim per speciale rescriptum, ut patet ex loco *de Ocaña* ibi allegato: atque adeò excluſio istorum retorquetur in Gallos; nam cùm pari ratione comprehensi sint in *forali dispositione*, excluſio Orientalium recepta, & observata inconcuſsè probat potestatem Principis, & excludit assertam observantiam, & possessionem ex adverso deductam.

Ad octavum dicendum est, illud specialiter dispo- 89 situm fuisse in repræsaliis ex rescripto Principis *dici 5. Octobris*; de cujus potestate nemo ambigit: & cùm extante ejus voluntate in rescripto declarata, de viribus rescripti ambigendum non esset, si similis declaratio voluntatis, quoad jura prædicta extaret, nulliúsque dubitationi locus superesset.

Ad nonum dicendum est, ex supradictis satis consta- 90 re, rescripta Principis, de quibus in nostra sententia, non solùm esse impetrata, aut emanata contra dispositiones *forales*, verum etiam cum eis conformari. Quibus firma ac indubitata manet conclusio, quod per concessionem civilitatis non concedebatur immunitas jurium prædictorum: & quamquam per *forum* anni 1645. id immutatum sit; ex dictis resultat vera, & genuina doctrina in concessione civilitatis. Omnia hinc inde deducta, diligentia qua potui, collegi, ut facilius percipiatur Jurato rum, quoad hæc, potestas & jurisdictio.

§. IV.

An jurisdictio Juratorum se extendat ad cognitionem querelarum apud nos dictarum, clams, è tales? *& de jurisdictione Subjustitiæ dicti de Trecents sous, ad for.5. hoc titulo.*

TEXTUS.

CAROLUS IMPERATOR REX
Hispaniæ anno 1542. Montisoni.

ITem Senyor per fur del Rey en Jaume Primer, rubrica de les pastures, è del vedat, lo capitol quart es dispost é ordenat, que ningu no tinga, ni puixa tenir cabanya de bestiar de ovelles, ne vaques, ne de altres besties dins la orta, ò alqueries de la orta de la ciutat de Valencia, per lo molt dany que dits bestiars farien si dins aquella entraren: è com los Justiciers de Trecents sous, olvidantse del juramentque han prestat, contravenint al dit fur, han donat, è donen algunes licencies, é permeten entrar en la dita orta de la dita Ciutat algunes cabanyes de ovelles, é cabres, en gran dany dels habitadors, è hereters de dita Ciutat; Per ço suplica lo Braç Real u vostra Magestat sia merce de aquella provehir, è manar ab acte de la present Cort, que lo dit fur sia inviolablament observat. Et que lo Justicia de Trecents

cens ſous que huy es, è per temps ſerà, no puga donar licentia à ninguna perſona, pera que puixa poſſar dins la orta de la dita Ciutat algunes ovelles, ò cabres, ne altres beſtiars. *Plau à ſa Mageſtat que ſia ſervat lo fur levats tots abuſos, è que de aci avant no ſien donades per los Juſticies de Trecents ſons dites licencies contra diſpoſicio de dit fur.*

SUMMARIA.

1 *Paſcere gregem in* horta *Urbis, prohibetur per forum, & num. 5.*
2 *Juſtitia trecentorum ſolidorum, ſive Subjuſtitia, judex ordinarius eſt.*
3 *Subjuſtitia cognoſcit de querelis damni dati per paſtores & alios.*
4 *Pœna harum querelarum continentur intra limites poteſtatis Subjuſtitiæ.*
6 *Subjuſtitia non poteſt concedere licentiam, aut facultatem paſcendi in horta.*
7 *Facti ſpecies in praxi ſuſcitata anno 1648.*
8 *Jurati, ſunt judices cauſarum* ademprivorum.
9 *Statuta Urbis plurima ſunt diſponentia de his querelis.*
10 *Jurati cognoſcere conſueverunt de querelis ratione paſcuorum.*
11 *Juriſdictio paſcuorum eſt ejus, intra cujus terminos ſunt paſcua.*
12 *Juriſdictio* ademprivorum *non abſolutè pertinet ad Juratos.*
13 *Querela ratione damni dati cum grege, vel armento, cognoſcitur per Ordinarios.*
14 *Jurati non poſſunt adiri ratione cauſarum ſpectantium ad Subjuſtitiam.*
15 *Statutum primo loco allegatum per Juratos ſupponit juriſdictionem ordinariam in Subjuſtitia.*
16 *Explicatur dictum ſtatutum.*
17 *Statutum derogatum eſt per forum.*
18 *Jurati non poſſunt habere juriſdictionem in aliquo à Concilio.*
19 *Jurati non poſſunt ſtatuere in rebus ad paſcua ſpectantibus.*
20 *Nemo in alium plus juris transfert, quàm ipſe habet.*
21 *Statuta condere in Concilio Urbis, adminiſtratio eſt, non juriſdictionis.*
22 *Alteri per alterum conditio deterior non fit.*
23 *Ex juramento Subjuſtitiæ non poteſt quari juriſdictio Civitati.*
24 *Concilium non habet juriſdictionem mandatam, ſed adminiſtrationem.*
25 *Juriſdictionem quæritur per unum vel alterum actum judicandi.*
26 *Actus habentes verba prolata in genere, interpretari debent in his quæ cadunt ſub poteſtate agentis.*
27 *Subjuſtitiæ juriſdictio an ſit prærogabilis?*
28 *Subjuſtitia ratione clauſulæ renuntiationis proprii fori, poteſt cognoſcere de majori ſumma.*
29 *Et per viam reconventionis.*

1 CUm prohibitio paſcendi in ea termini Urbis parte, quam *hortam* vocamus ex *for. 4. hoc tit.* ſub poteſtate Subjuſtitiæ, ſive, ut vulgò dicitur, *Juſtitia de Trecents ſous*, conſtituta ſit, ut in textu clarè percipitur; ſupponendum eſt, ultra tradita *in cap. 4. §. 2. num. 6.* 2 quòd cum Subjuſtitiæ juriſdictio ſit tanquam membrum juriſdictionis ordinariæ, quæ à principio reſidebat in unico vicino, *for. 18. de Cur. & Bajul.* & ipſa ordinaria eſt, & pertinet ad cum, cum omnibus ſuis qualitatibus, & prærogativis, in cauſis illis minimis, conſervando naturam Regiæ juriſdictionis; nam à Domino Rege derivatur, & ab eo tanquam à fronte procedit.

3 Ob quod ad Subjuſtitiam pertinet cognitio querelarum damni à pecudibus, ſeu armentis illati in agris fructiferis, tam ratione paſcuorum, quàm alia de cauſa; quæ querelæ, ſive depopulationes agrorum noſtro idiomate nuncupantur, *clams de tales*; ſic expreſsè cavetur *in for. 3. in extravag. que los moneders, fol. 16.* ibi: *E en los clams de tales que pertanyen al Juſticia de Trecents ſous.* For. 37. *Curiar. anni* 1547. ibi: *E per lo ſemblant los clams, è tales ques fan en les hortes de la Ciutat de Valencia, è en les hortes de les altres Ciutats, è Vilas Reals, ſien peculiars del Tribunal del Juſticia de Trecents ſous.* Et ratio eſt; nam 4 cùm pœnæ iſtæ ſecundùm praxim noſtram exigantur civiliter, & ſecundùm foros, non excedant ſummam cognitionis ad eandem Subjuſtitiam ſpectantem; nam pœna tantùm eſt, ſolvendi ſexaginta ſolidos ultra damnum, *for. 29. & 30. de malefactor.* inde eſt, quòd ad eum pertineat cognitio harum querelarum.

Quibus ut certis prælibatis, & deveniendo ad textus 5 explicationem, cùm *in for. 4. hoc titul.* cautum ſit ne quis audeat paſcere gregem intra fines *horta* civitatis Valentiæ, aut prædiorum ruſticorum ejuſdem (præter beſtias neceſſarias ad culturam uniuſcujuſque prædii, quas in eo paſcere tenetur) ne amœnitati, & ubertati damnum inferatur, & Subjuſtitia cui competit jus dicere in his, conſueſceret concedere facultatem immittendi greges ad paſcua: ne agricolis damnum aliquod inferatur; Brachium Regale ſupplicavit Domino Imperatori Ca- 6 rolo invicto, quòd obſervantiam prædicti fori inviolabiliter commendaret, & juberet ne Subjuſtitia permitteret paſcua in ea Urbis termini parte: quod utique juſſit. Ex quo clarè ſequitur, & Brachium agnoviſſe ad Subjuſtitiam cognitionem harum rerum pertinuiſſe independenter ab Urbe, & Regem Dominum id ipſum comprobaſſe.

Ex quibus infertur, quod coram Juratis nemo po- 7 teſt gravamen proponere ratione cognitionis ipſius Subjuſtitiæ, ſive mandatorum ejuſdem; nam licèt Jurati contendant ſe eſſe judices cauſarum paſcuorum, & *ademprivorum* juxta *foros*, & privilegia allegatos *hoc cap. §. 3. num. 23. cum ſeqq.* quod comprobare conantur 8 ex multis, ſignanter ex ſtatuto confecto per Concilium generale Urbis *die 13. Auguſti* 1372. quo videtur commiſſa hæc juriſdictio Subjuſtitiæ ab ipſo Concilio generali, & ſic quodcunque exercitium juriſdictionis Subjuſtitiæ in his cauſis nomine Civitatis videri tributum, & ex ſtatutis factis per Juratos, & alios probos homines adjunctos *die 6. Novembris* 1560. quibus aliqua cavebantur circa hæc paſcua, virtute poteſtatis eis attributa per dictum Concilium; quæ ſtatuta tenetur jurare ipſe Subjuſtitia, ſicque reſultat ipſos ordinaſſe circa hæc 9 paſcua tanquam de re ſibi ſubjecta. Et ex duabus proviſionibus, prima *diei 13. Auguſti* 1632. ſecunda verò *diei 9. Decembris* 1634. in cauſis paſcuorum ſimilium ab ipſis 10 Juratis factis, deprehendebatur uſus ipſius juriſdictionis, ſicque ad eos, & non ad Subjuſtitiam pertinuiſſe, & per conſequens Juratos cognitionem habere gravaminum factorum per Subjuſtitiam.

Sed tamen verius eſt, ad Subjuſtitiam ſpectare cog- 11 nitionem depopulationis agrorum, ac cæterarum querelarum comprehenſum ſub nomine *clams de tales*, independenter ab Urbe, vel Juratis. Quòd comprobatur ex eo, quòd de jure, juriſdictio paſcuorum cenſetur eſſe illius, intra cujus terminum ſunt nemora, & paſcua: Caſtr. *in l. 1. ff. de adquir. poſſeſſ.* Jaſon. *in l. rem quæ nobis, num. 31. ff. eodem.* Antonius Gomez *in l. 45. Tauri, num. 22.* Avendaño *de exequendis mandatis, lib. 1. cap. 4. num. 5. & 39.* Chaſſaneus *in conſuet. Burg. rub. 9. §. 4. num. 4.* Don Joannes Baptiſta Larrea *allegat. fiſcal. 2. part. allegat. 69. n. 2.* Quibus conſonant *fori* hujus Regni, per quos idem ſancitum eſt, *for. 3. in extravag. quels moneders, for. 16. for. 37. Cur. ann. 1547. c. 7 allor. Cur. Brach. Eccles. & Reg. ejuſd. ann.* & ſic definitum per Senatum, ſententia Regia publicata per Antonium Ludovic. Caſes R. M. Scribam *die 12. Septembris* 1612. inter Syndicum Colle-

gii

gii Monetariorum, & Petrum Joannem Soler ex una, & Juſtitiam Tercentorum ſolidorum ex alia. Cùm autem hìc diſceptetur de juriſdictione paſcuorum intra fines Urbis, inde eſt, quòd pertineat ad Principem, & in ejus locum ad Ordinarium ejuſdem, per ipſum conſtitutum, & creatum; non autem ad Juratos, quibus tantùm conceſſa eſt juriſdictio *ademprivorum*, modo explicato §. *precedenti, num.* 52. *& ſeqq.* Neque ex natura officii ad ipſos ſpectat, nam ab eo juriſdictionem non habent, ut dixi *c.*4. §.3. *n.*25. *ex privil.*47. *Reg. Petr. II.*

12 Neque obſtabit dicere, quòd juriſdictio *ademprivorum* conceſſa eſt ipſis Juratis, & in ea comprehendi cognitionem harum querelarum. Nam ut dixi *dict. num.*25. *& ſequent.* hoc non eſt intelligendum generaliter, & abſolutè, ſed limitativè ad caſum contentum in conceſſione, nempe quando Cives ab aliquo perturbantur in perceptione *ademprivorum*, & aliorum jurium, ſub hac dictione comprehenſorum, modo, & forma præſcripto *in dict. for.* 9. *cap.* 5. *hoc titulo.* Quod clarè dignoſcitur ex *cap.* 9. *ejuſdem fori* 9. nam in *cap.* 5. præſcribitur forma qua debent Jurati procedere, caſu quo privilegia Civitatis contemnantur, & cives in uſu *ademprivorum* per-

13 turbentur; & in *cap.* 9. quo de depopulatione agrorum ſpecialiter agitur, & de damno illato per pecora, vel armenta in agris fructiferis, expreſsè cavetur, quòd depopulator, ſive damni illator puniri debet ab Ordinario territorii, aut domino loci, intra cujus fines damnum, aut depopulatio fit, ut clarè cavetur *in dict. cap.* 9. ibi: *Que fet lo dany per lo talat, ô dampejat, al ſenyor, ô al ordinari de loch en terme, ô territori, del qual la tala ol dany ſer à fet, ô feta.* Et ibi: *Lo dit ſenyor ordinari faça pagar la dita eſtima a aquell qui haura feta la dita tala.* Sicque dum non agitur de privilegio Civis, vel Civitatis, ſed de querela damni, vel depopulationi, quamvis proveniat ex paſcuis, juriſdictio pertinet ad Subjuſtitiam.

14 Quod confirmatur ex diſpoſitione *textus*; nam in eo proponitur querela verſus Subjuſtitiam, quia tribuebat facultatem paſcendi intra fines *horta* Urbis: quæ querela proponitur per Brachium Regale, quod efformatur ex Urbe, & cæteris univerſitatibus Regiæ ditionis; ut dixi *cap.* 3. §.1. *num.* 78. *cum ſeqq.* quæ expoſcebatur, ne amplius hanc facultatem concederet Subjuſtitia, quod utrique à Domino Rege obtinuit. Nunc ſic: ſi juriſdictionem Jurati haberent in materia ſubjecta, eámque ab ipſis delegatam haberet Subjuſtitia, ut aſſerebatur, fruſtra à Principe impetrabant, quod propria juriſdictione impleri poterat: ſed ſic eſt, quod prohibitio concedendi licentiam ad paſcendum in *horta* à Rege expoſcebant: ergo quia per Juratos Urbis expoſcentis ſuccurri non poterat.

15 Et quòd juriſdictio Subjuſtitiæ in iſtis querelis non fuit, nec potuit delegari medio ſtatuto exhibito ſub littera *A*, quod fuit confectum *anno* 1372. conſtat primùm, nam in eo habentur hæc verba, dum loquitur de Subjuſtitia: *A qual ordinariament pertanı la judicatura, y conexença de dites coſes.* Quo notanda ſunt verba illa, *ordinariament pertany*; nam ipſi ſtatuentes fatebantur in eodem actu, quòd juriſdictio harum rerum ordinariè, id eſt, in modum ordinariæ juriſdictionis ſpectabat ad Subjuſtitiam; ſicque in eo ſtatuto non agebatur de concedenda juriſdictione, nam hæc jam ad eum ſpectabat; ſed de ſtatuendo modo, quo, dum ipſe juriſdictionem mandat, quia impeditus reperitur, vel ſubſtituit, aut delegat, ſubſtitutus, vel delegatus judicare debet; & hoc non quoad ſubſtantiam judicii, ſed quoad accidens ſportularum, ſive ſalarii, quod clarè percipitur in

16 eodem ſtatuto, ibi: *francamen, è ſens ſalari algu*, atque adeò ex eo ipſo, quod agebatur, apparet non mandaſſe juriſdictionem, ſed ſtatuiſſe non pro cognitione rerum ad paſcua ſpectantium mercedem, aut ſalarium caperet delegatus ſubjuſtitiæ. Et quamvis id ad Civitatem non attinebat, valdè diverſum eſt mandate juriſdictionem ab ſtatuto de non obtinendo ſalario. Et quòd de hoc, & non de illo tractabatur, apparet ex verbis ſuperius relatis, & ex fine diſpoſitionis, qua cavetur, quòd caſu quo Subjuſtitia delegatum conſtituat, de ſalario ordinario officii teneatur ſolvere mercedem delegato. Et quamquam Concilium Urbis poſſit facere ſtatuta, ut dixi *cap.* 4. §.3. *num.* 30. hoc eſt deficiente foro, non autem contra diſpoſitiones forales, ut expreſsè habetur *in for.* 2. *in prooem. foror.* ibi: *Quod ubi forus Valentiæ non ſufficiat: ipſi quatuor Jurati poſſint facere novos quotos, & certa ſtatuta: & factis per eos poſſint removere inde illud, quod eis videbitur expedire: ita tamen quod ſemper fiat cum conſilio.* Atque adeò quamvis per modum ſtatuti aliquid circa hæc diſponere poſſint, erit in his quæ non repugnant *foris*, ut eſt conceſſio juriſdictionis ad Ordinarium ſpectantis. Nec jus ſtatuendi competit per modum juriſdictionis, ſed per modum adminiſtrationis, ut dicam ſtatim *n.* 21.

Præterea, nam dictum ſtatutum, eſt anterius *foro* 3. 17
in extravag. Que los moneders: quia *ſtatutum* fuit conditum anno 1372. *forus* autem anno 1510. ſicque derogatum per *forum* ſtatuto fuit: nam lex lata in *Curia* ſine dubio derogat ſtatuta Urbis anteriora, quibus repugnat.

Amplius, nam ſtatutum non poteſt tribuere juriſdic- 18
tionem ad Juratos in *ademprivis* pertinentem, quia eſt actus Concilii generalis, de quo *ſuprà, cap.* 4. §.3. *n.*19. ſicque nullatenus poteſt diſponere in his, quæ ſpeciali jure pertinent ad Juratos; cùm diverſæ hominum conciones ſint, diverſam poteſtatem habeant, & diverſimodè procedat, eo quòd nunquam Conſiliarii intervenium in his, in quibus aliqua juriſdictio mandata eſt Juratis ſpecialiter; Jurati verò quamvis interveniant, & proponant in Concilio, non tamen ſuffragantur, ut eſt notum: ſed ſic eſt, quod juriſdictio *ademprivorum* jure ſpeciali conceſſa fuit Juratis, ut dixi § *precedenti, n.*25. *& ſeqq.* ergo Concilium Civitatis nullatenus potuit delegare juriſdictionem *ademprivorum.*

Quæ omninò reſponderi poſſunt ad ſtatutum exhi- 19
bitum ſub *litera B, anni* 1560. nam Jurati non tanquam Judices *ademprivorum* ſtatuerunt, ſed nomine Concilii, ut dicitur in eodem ſtatuto, ibi: *Per lo poder a ells atribuit, y donat per lo Magnifich Concell de la dita Ciutat*; & conſequenter non ut Jurati, ſed ut mandatarii Concilii generalis ſtatuerunt, & non ſoli, ſed aliis aſſociantibus (ex quo apparet in hoc non ratione officii operatos fuiſſe) & cùm Concilium non habeat juriſdictio- 20
nem in paſcuis; neque mandatarii illius habebunt, quia nemo in alium plus juris transferri poteſt, quàm ipſe habet, nec dare id quo caret, *l. traditio, ff. de adquir. rer. dom. l.*2. *C. de pæn.* pluribus Barboſ. *axiom.* 160. *per tot.* Nec te moveat facultas ſtatuendi, quam habent Con- 21
cilium, & Jurati: nam illud adminiſtrationis eſt non juriſdictionis, Bellug. *in ſpecul. ſub.* 2 *n.*6. Seſſe *de inhibitionibus, c.*29. §.1. *n.*22. *& ſeqq.*

Neque Subjuſtitia jurat obſervationem horum ſtatu- 22
torum, quoad delegationem juriſdictionis, quia nullius momenti ſunt quoad hæc, ex defectu poteſtatis ſtatuentium, & juramentum eſt acceſſorium principalis obligationis; ut dixi *c.*1. §.2. *n.*34. & etiamſi juraret, ut aſſeritur ex inſtrumento exhibito ſub *lit. C.*; Regia juriſdictio læſa non maneret, nam alteri per alterum conditio deterior non fit; *l. non debet* 47. *ff. de reg. jur.* Barboſ. *axiom.* 22. *num.*1. Neque id tribuere poteſt juriſdictionem non 23
habenti, neque eam ſupponit ſine Principis conceſſione, à quo tanquam à fonte procedit; & cùm ad Concilium Urbis nullatenus pertineat juriſdictio, ſed bonorum univerſitatis adminiſtratio, latè Loſæus *de jur. Univerſ. d. c.*3. *num.*3. *& ſeq.* nec quoad hæc à Principe un- 24
quam quæſita ſit; inde eſt, quòd per juramentum Subjuſtitiæ, eam non adquirit.

Neque obſervantia inferri poteſt ex duabus proviſio- 25
nibus.

nibus, sive interlocutionibus exhibitis sub *lit. D. & E.* nam per binum actum illiquidum non quæritur jurisdictio in præjudicium Principis, ex traditis à Cancer. *variar. resol. tom. 1. c. 2. num. 114. cum seqq.* & nos diximus latiùs *c. seq. §. 1. n. 1. & seqq.* Quibus addebatur, quòd istæ interlocutoriæ sententiæ factæ per Juratos, intelligendæ
26 sunt in causis *adempriuorum*, in quibus modo prædicto jurisdictionem habent; nam in dubio, actus habentes verba prolata in genere (ut hîc) referri debent ad validos, hoc est ad eos qui cadunt sub potestate agentis; Bolognin. *conf. 31. n. 14.* quem refert Tuscus *tom. 4. lit. I. concl. 330. n. 60.* Barbos. *axiom. 12. n. 19. in fin.* Hæc allegabam pro Fisco, dum fisci Patroni munus gerebam in causa, quæ agebatur inter eum, & Baptistam Esteve Not. Subjustitiam anni 1648. ex una & Syndicum Urbis ex alia. Pignora extracta fuerant per Juratos dicto Subjustitiæ, quia cuidam provisioni non paruit: recursum emisit ad Regiam Audientiam, sub examine domini Francisci Aguirre, quondam Senatoris eximii: sed his à me deductis, pignora restituta fuerunt, at lis nondum terminata; quia adhuc pendet ad relationem Dñm Don Cosmæ Gombau doctissimi Senatoris, cujus exitus in dies speratur, simul cum alterius causæ antiquioris inter eundem subjustitiam ex una, & Præfectum incilis paludum ex alia, quæ suscitata fuit supplicatione *diei 14. Maii 1614.* & commissa Domino Don Joanni Hieronymo Blasco, cujus merita fere eadem sunt cum meritis superiùs dictis, ambæ cumulatè reperiuntur; si per tempus licuerit decisionem tradam.

27 Solum remanet, ut dicamus respectu Subjustitiæ, qui ut dixi, habet jurisdictionem limitatam, an prorogari possit tacitè, vel expressè? Ad cujus quæstionis decisionem videndi sunt, Aviles *in c. Prætor. in proem. verb.* Quæsquier, *n. 6.* Menoch. *de arbitrar. cas. 40. n. 9.* Guid. Pap. *decis. 285.* Maranta *de ordin. judic. 4. par. tit. jud. ord.* & prorogabile, *n. 3.* qui resolvunt prorogabilem esse. Faciunt adducta per Dñm Leon *decis. 105. à n. 1. usq. ad 9.* in contrarium; sed *n. 14.* affirmativam tenere videtur; Fontanel. *dec. 375. n. 6.* In contractibus, ubi ex clausula speciali proprio foro renuntiatur, submittendo se cuicunque
28 foro, dicendum est quòd Subjustitia possit cognoscere, *ex l. si quis ex consensu, vers. Septimo quæro, C. de Episcopal. Aud.* Angel. & Alberic. *in l. 1. C. de judiciis*, & hoc jure utimur, & faciunt motiva sententiæ, de qua *in 1. decis. n.*
29 10. ibi: *Deinde vigere clausularum renuntiationis proprii fori, & submissionis alterius fori passarum in contractibus.* Per viam verò reconventionis poterit etiam cognoscere de majori summa, *cap. firmiter, §. præterea, de probibit. alien. feud.* & ibi Bald. *& in authen. & consequenter, de sententiis* idem Bald. & Imol. *in cap. super debilitate, de offic. delegat.* Innocent. *in cap. 1. de mutu. petit.* An autem delinquens coram eo multari possit ultra tercentum solidos? Respondè quòd non, juxta doctrinam Baldi *in l. 3. nu. 5. C. de sportul.* sed hæc quæstio in Regno necessaria non est; nam mulctæ usu receptæ non sunt. Qui autem hodie hoc munus subit, est.

Nicolaus Salvador Notarius.

CAPUT VI.

DE HIS QUI HABENT JURISDICTIONEM in dominium concessam.

§. I.

De Baronibus, eorumque jurisdictione, & quomodo ipsis quæratur, ad for. 150. Curiar. anni 1604. & for. 10. de feudis.

TEXTUS.

PHILIPPUS TERTIUS REX anno 1604. Valentiæ.

ITEM per lenar tota manera de dubte, y litigis, que se han offert en la Real Audiencia del present Regne, y en altres Corts de aquell, y que per conservar la jurisdiccio dels Barons del present Regne, adquirida per calificats servicis fets, per aquells, y sos predecessors a la Corona Real de V. Magestat, y per ferlos gracia, y merce: supliquen los dits tres Braços à V. M. sia servit provehir que los Barons del dit, è present Regne, y que tenen en aquell jurisdiccio alta, y baixa, mer, y mist imperi, hajen de conexer, y coneguen de totes, y qualsevol causes civils, y criminals, y de qualsevol delictes, é casos, que en ses Baronies, y termens de aquelles se cometran, encara que sien feytes, y comesos en camins Reals, y delictes, per los quals se hagués de imposar pena de confiscacio de bens. Exceptats tan solament los crims, y delictes de lesa Magestat divina, ó humana, falsa moneda, y collera, la qual conexança, è permiso la hajen de tenir, y tinguen, no sols entre sos vasalls, pero tambe en qualsevol estrangers delinquents, ò en altra manera for sortints en les dites Baronies, y termens de aquelles, encara que los tals delinquents estrangers sian vasalls de V. M. con no sien militars, ni que gozen de privilegi militar. *Plau à Sa Magestat que los que tenen tota jurisdictio alta, y baixa, mer, y mixt imperi, coneguen de totes, è qualsevol causes, civils, y criminals, y de qualsevol delictes, exceptats los expresats en lo present capitol, no solament inter suos, sino tambe de qualsevol estrangers delinquents, è en altra manera for sortints en les dites Baronies, y Viles, encara que sien vasalls de Sa Magestat.*

SECTIO PRIMA.

SUMMARIA.

1 *Jurisdictio concessa in officium cumulativa est.*
2 *Declara, nisi aliter expresse caveatur.*
3 *Jurisdictio in dominium concessa privativa est.*
4 *Jurisdictio adquiri potest privilegio, & consuetudine.*
5 For. 10. de Feudis, *explicandus assumitur.*
6 *Titulus in scriptis requiritur à foro ad exercitium meri imperij, & illius legitimam adquisitionem.*
7 *Possessio nulla queri potest in Regalibus contra Principem, num. 7.*
Privileg. 53. Domini Reg. Alfonsi III. *explicandus proponitur, ibid.*
8 *Jurisdictio suprema est de Regalibus.*
9 *In jurisdictionalibus non datur possessorium sine tituli discussione.*
10 For. 72. de jurisd. omn. jud. & for. 17. de rer. divis. *prohibent adquisitionem meri imperij, etiam per privilegium.*
11 *Fori predicti de toto Regno loquuntur.*
12 *Regalia quædam sunt suprema, & prime classis, velut gemmæ, & margarita diadematis Regij, & istæ sunt incommunicabiles.*
13 *Regalia secunda classis communicabiles sunt per privilegium, & possessionem.*
14 *Regalia secunda classis incommunicabiles sunt, si ex adquisitione sequatur damnum enorme Regno, aut Regio patrimonio.*
15 *Jurisdictio non recognoscens Superiorem, non est adquisibilis.*
16 *Merum imperium recognoscens Superiorem, adquisibile est.*
Dominium insolidum penes duos esse non potest, nisi sit diversi ordinis, & rationis, ibidem.

17 For.10.de feudis, *explicatur, n.17.*

18 *Merum imperium quæritur per possessionem cum titulo per quadraginta annos.*

19 *Merum imperium adquiritur per immemorialem possessionem, etiam sine titulo.*

20 *Ex immemoriali possessione titulus resultat. Immemorialis possessio vim tituli habet, ibid. Immemorialis possessio est species probationis tituli legitimi, ibid.*

21 Privileg. 53. Domini Reg. Alfonsi III. *explicatur, num.21.*

*22 *Sine possessione præscriptio non datur.*

23 *Regaliæ inalienabiles sunt ex jure nostro, non solùm quoad proprietatem, sed quoad possessionem, & nudam tenutam.*

24 *Possessionis exclusa nomine non comprehenditur immemorialis, nisi expressa mentio fiat.*

25 *Consuetudines contra* foros *sunt reprobatæ.*

26 *Consuetudo immemorialis, dum non sit irrationalis, tenet, etiamsi consuetudo reprobetur.*

27 *Consuetudine sublata, non censetur sublatum privilegium resultans ex possessione, aut consuetudine immemoriali.*

28 *Directo permittitur privilegii adquisitio, & sic non per indirectum fit fraus* foro *ex adquisito per immemorialem.*

29 For.72.de jurisdict.omn.jud. & for.17.de rer.divis. *explicantur.*

30 Fori *prædicti non pugnant cum* foro 10.de feudis, *nam loquuntur in specie diversa.*

31 *In territorio alieno jurisdictio suprema, sive merum imperium quæri non potest jure dominii, neque privilegio, neque possessione.*

32 *Litigans cum fisco cumulare tenetur petitorium cum possessorio.*

33 *In Regalibus judicium semper est mixtum favore fisci.*

34 *Rex semper habet fundatam intentionem in Regalibus.*

35 *In Regalibus judicia summaria exclusa sunt, Possessio, cui jus resistit, non est manutenibilis, ibid.*

36 *Possessio de facto occupata contra Principem, de facto interrumpi potest.*

37 *In Regalibus fiscus non litigat sine possessione.*

38 *Possessio interrumpi debet a fisco addita parte, licèt sumariissimè, & ea citata.*

39 *Nemo à possessione expellitur sine causæ cognitione.*

40 *In Regalibus ad interrumpendam possessionem sufficit unica citatio.*

41 *Titulata possessio non est admisibilis, nisi in quantum titulo conformis est.*

42 *Titulus vitiosus, & nullus, non potest præstare causam justam præscribendi.*

43 *Tituli vitium debet esse manifestum.*

44 *Jurisdictio possessione adquisita, an sit privativè, vel cumulativè.*

1 HActenus dictum est de jurisdictione concessa in officium, & administrationem, num ea sit concessa immediatè ab ipso Principe, num mediantibus electionibus Urbis, & Regni, vel Generalitatis ipsius; quæ quidem semper cumulativè concessa intelligitur, ut latè probant Mastrillus *de Magistrat. lib.2.cap.2.num.73.cum seqq.* Illiger.ad Donell. *lib.17.comment.cap.7.lit.B.* Josephus Ramon.*consil.25.per tot.* Dominus Morla *in empor. tit.2. in præmiss. num.9. & seqq.* Sesse *decis.* 438. *num.38.* Fontanel.*decis.*341.*n.5.& seqq.& decis.*388.*num.8.tom.2.* Petrus Franciscus de Tonduti *de prævent.judic.part.1.c.11. num.10.* Horat.Montanus *in tract.de Regalib.tit.de potest. constituendi. Magistratuum, n.25.* qui plures alios laudant. Quod intelligendum est, dum, aliter à Principe non concedatur; nam si expressè jurisdictio privativè conceditur in his, quæ non sunt ex supremis Regalibus, 2 officiis ipsius Principis inhærentibus, ut nostrates dicunt, privativè concessam esse non dubitavimus ex statim tradendis.

Nunc autem agendum est de jurisdictione concessa 3 in dominium, quæ privativè concessa semper censetur, ut probant Mastril. *dict. cap.2. num.46.* Dominus Morla *ibid.num.11.* Illiger *lit.C,* Fontanel *dict.decis.341.num.8. & seq.* Sesse *dict.decis.438.num.4.* & post eos Tonduti *d. cap.11.num.11.& 2.part.cap.2.num.23.* Montanus *ubi proxim.num.6. & seqq.* Et quamvis jurisdictio quæri possit 4 per præscriptionem quadraginta annorum cum titulo, vel immemoriali sine eo, textus *in cap.1.de præscript.in 6.* Covaruvias *in regul.possessor. 2.part.§.2.num.3.* Dominus Morla *ubi proxim. num.12.* plures laudati per Barbos. *in collect.dict.cap.1. num.8.* Cancer.*variar. lib.2.cap.2.n.69. & 114.* latissimè Horat. Montanus *de Regalib.in prælud. q.4.& 5.num.14.& 31.& tit.de potest.constitut.Magistrat. num.23. ad fin.* apud nos anceps quæstio est ex decisione 5 textus *in for.10.de feudis,* quo cavetur, quòd nemini quæratur jurisdictio in Regno, nisi à Rege titulo speciali concessum sit in scriptis, ibi: *Si donchs a ell otorgat de nos specialment, ó espressa ab carta.* Nam quamvis ad essentiam, seu substantiam privilegii non requiratur scriptura, *Cap.institutionis: 25.q.2.* & ibi Gloss. *Clement.dudum, de sepult.* Abbas Panormit. *in cap. in nostra, num.11. de rescriptis,* Navarr.*cons.1.num.1. de privil.* Fr. Emanuel. Rodrig.*quæst.regular.7.artic.5.* Bonacin.*de legib.disput.1.q.1. punct.4.num.5.* Tamburin. *de jur. Abbat. tom.1.disput.16. quæst.2.* Barbos.*in cap.lex est 3. distinct.1.* noster doctissimus P.Martinus Perez ab Unanoa *de matrim. disput.47. sect.6. num.2.* ex foro clarè liquet scripturam requiri. Quare cùm pro forma requiratur scriptura, nisi titulus in 6 scriptis edatur, jurisdictionem supremam, sive merum imperium minimè quæri posse infertur; imò prohibitum est sub pœna ultimi supplicii, ut in eo *textu* clarè dicitur. Cui additur decisio *privil.53.Domini Reg.Alfonsi III.* in quo sic expressè dicitur: *Sine enim titulo contra Principem nulla possessio adquiri potest, ut non possit de facto interrumpi, quemadmodum de facto usurpata est.* 7 Cùm autem jurisdictio suprema, sit de Regalibus, nam omnis jurisdictio à capite Principis, táquam à fonte procedit, ut alibi dictum est, tradunt Alciatus *in cap. quod sedem, num.27.de offic. Ordin.* Roland.à Valle *consil.42.n.60.volum.2.* Menoch. *de præsumpt.lib.3.præsumpt.97.n.24.* Zazius *de feud.par.5. num.11.* Mozz.*in tit.de his qui feud.dar.poss. num.13.* Peregrin.*de jure fisc.lib.1.tit.5.num.10.* Montanus *de Regalib.tit.de malefactorum pœnarumque compen. num.1.* benè sequitur, quòd jurisdictio quæri non possit præscriptione 8 aliqua, nam hæc dari non potest sine possessione, ut inferius dicam, ac per consequens sine titulo. Unde doctissimè de more Don Marius Curtelli Villarosatæ Comes *decis.seu orat.20. num.55.* dixit: *Impossibile est in jurisdictionalibus, dari possessorium sine tituli discussione, ad doctrinam Osaschi decis.25.n.10.&c.* quod aliis laudatis firmaverat *orat.1.& 2.& orat.3.num.13.* Augetur amplius 9 difficultas ex decisione textus *in for.72. de jurisdict.omn. jud.for.17.de rer. divis.* in quibus prohibetur adquisitio, sive exercitium jurisdictionis, aut meri imperii, & hæc verba adduntur: *E neguns privilegi qui de nos, ne dels nostres serà donat, contra aquest nostre establiment perdurable neguna valor, ne fermetat no haja.* Hoc est: *nullum privilegium per nos, vel nostros concessum, contrà hanc nostram sanctionem perpetuam, robur, aut firmitatem obtineat.* Neq relevat si dicas loqui de termino Urbis, nam licèt *in fine* sic se habeat, *in principio* clarè de toto Regno loquitur, ibi: *Quasque fortalees sien del Regne de Valencia.* Et experientia comprobante apparet, nam sicut in Regno castra reperiuntur, in quibus Barones merum imperium exercent, pariter in termino Urbis, ut sunt Castra de Manices, & Paterna; sicque nulla ratio disparitatis ex ea distinctione oriri poterat: ob quod videbatur dicendum, neminem jurisdictionem supremam legitimè obtinere 11

in

in Regno, cùm prohibita sit adquisitio, non solùm possessionis, & præscriptionis, sed per privilegium, & titulum.

12 Hæc difficultas deferenda erat ad eos, qui acerrimè tenent foros ad literam semper esse intelligendos: si enim secundùm chartam, ut nostrates dicere solent, recipiendi sunt, universus Status militaris spoliatus mero imperio manebit: hoc fieri acerrimè negabunt; ergo, velint, nolint, interpretationem juris admittere debent. Sed ut congrua tradatur, nam hæc omnia difficillima sunt, & usu frequentia, separanda sunt certa ab incertis, sicque brevius res expedita manebit. Regaliarum aliæ sunt supremæ, veluti pretiosissimæ gemmæ, & uniones diadematis Principis, ita ossibus ipsius (ut habent nostrates) inhærentes, quòd minimè alicui quæri possunt, aut communicari, neque per privilegium, neque per consuetudinem, usum, aut possessionem: qualia sunt ea, quæ reservantur in signum universalis, ac supremi dominii, potestatis, & jurisdictionis: hæc enim nemini communicari possunt, quin communicetur Regia dignitas (à qua inseparabilia, & inalienabilia sunt, *privil. 5. ejusd. Reg. Alfons. III.*) quod impossibile est, ut latissimè & benè probat Horatius Montanus *in prælud. tract. de Regal. quæst. 4. num. 15. & seqq.* qui omnes Regalias primæ classis enumerat.

13 Aliæ autem sunt Regaliæ secundæ classis, minores, & communicabiles per privilegium, & possessionem, aut præscriptionem, attenta juris dispositione, eo quòd plus respiciunt ad utilitatem Principis, quàm ad superioritatem, & dominium supremum, & sic licèt incorporatæ reperiantur in Regio patrimonio, in commercio esse solent. Quæ quidem differentia probatur ex *c. super quibusdam, §. præterea, de verb. signific.* & ibi communiter Doctores, Barbos. plures adducens *in collect. ad hunc text. num. 4. & seqq.* Don Franc. Alfaro *de offic. Fiscal. gloss. 16. num. 167. & gloss. 20. §. 4. num. 41.* Peregrin. *de jur. fisc. lib. 1. tit. 2. num. 59. & lib. 6. tit. 8. num. 9. & lib. 7. tit. 3. num. 22.* Don Joannes Castillo Sotomayor *de Tertiis, cap. 3. n. 7. & seqq. & cap. 18. num. 173. & cap. 20. num. 38. & c. 21. n. 1.* Mar. Curtell. *dict. decis. 1. num. 8. & 105. in fin.* Don Joan. Baptist. Larrea *allegat. fiscal. 13. num. 38.* Fontanell. *decis. 217. num. 23.* Don Acasius Ripoll. *Regaliar. cap. 2. num. 10. & seqq.* Montanus *in prælud. quæst. 3. num. 6. 29. & 49.* ex nostratibus Bellug. *in specul. Princip. rub. 22. §. Et quia quotidiana, num. 55. & seqq.* Dominus Morlà *in emper. tit. 2. in*
14 *præmiss. num. 12. 60. & seqq.* Quod quidem intelligendum est, dum non redundat concessio, vel adquisitio per consuetudinem, in enormè damnum Regni, aut Regiæ Coronæ, quia hoc in casu nequaquam valet concessio, aut adquisitio, eo quòd tam titulus tacitus, quàm expressus nullius momenti est; pluribus Castillo *de Tertiis, cap. 18. num. 180.* Solorçano *de jur. Indiar. lib. 2. cap. 30. num. 73. tom. 2.* Montanus *d. quæst. 4. num. 29. vers. In Regno.* Unde
15 clarè sequitur, quòd jurisdictio illa suprema, sive imperium summum, non recognoscens Superiorem, quod Princeps, vel Rex habet in suo Regno, de quo in *l. deprecatio ff. ad leg. Rhod. de jactu.* benè *à Zenone, C. de quadrien. præscript.* à nemine adquiri potest; ut benè probant Bellug. *d. num. 55. cum seqq.* Ripoll. *d. cap. 2. num. 15.* Montanus *dict. quæst. 3. num. 6. & seqq.* & plures alii ex superiùs
16 relatis. At verò merum imperium, recognoscens superioritatem Principis, & jurisdictio illa de re sanguinis, quæ est in commercio, benè potest adquiri, ut idem Bellug. tradit *ibid. num. 61.* Ripoll. *dict. cap. 1. num. 16.* Montanus *in prælud. d. q. 4. num. 29.* Giurba *observat. 40. num. 5.* Nec quia in dominium concedatur, dicendum est ex concessione adquiri in solidum, ac per consequens, nil remansisse apud concedentem, cùm dominium duorum in solidum esse non possit; *l. si ut certo, §. si duobus 13. ff. commodat.* nam præterquam quod nunquam dominium in solidum conceditur jurisdictionis, cùm major remaneat penes concedentem, decisio textus vera est, si loquamur de dominio ejusdem rationis, & ordinis, & sic cùm dominium jurisdictionis concessæ, sit diversi ordinis, à remanente penes concedentem, non implicat, ut penes duos reperiatur: sic docet cum aliis P. Vegà *in Theolog. Marian. palestr. 27. cert. 1. n. 1642.*

Quod de jure nostro procedit, nam in *dict. for. 10. de* 17
feudis, expressè cavetur, quòd merum imperium, per quod jus de persona, aut sanguine fieri potest, si expressè & specialiter concedatur, adquiri possit. Quæ dispositio pariter procedit in adquisitione per possessionem cum titulo per quadraginta annos, Belluga *ubi proxim. n. 64.* Castillo *cap. 2. num. 15. & cap. 3. num. 22. cum seqq. & c.* 34. 18
per tot. Dominus Morlà *in emporio, tit. 2. in præmiss. num. 62.* Larrea *allegat. fiscal. 10. num. 2.* Marius Curtell. *decis. 4. num. 20.* cum aliis adductis *supr. num. 4.* Solorçano *de jure Indiar. lib. 2. cap. 28. num. 46. & seqq.* (& licèt Montanus *in prælud. dict. quæst. 5. num. 34.* teneat, cum titulo decem annorum præscriptionem adquiri inter præsentes, & inter absentes viginti; hoc non firmat quoad Principem, sed inter privatos, veluti dum duo Barones dubitant de jurisdictione agri in confinibus Baroniarum siti, & sic familia) & possessione immemoriali sine titulo, text. *in c. 1.*
de præscript. in 6. & ibi communiter Doctores, Covarruv. 19
in regul. possessor, 2. p. §. 3. num. 3. Dominus Morla *ubi supr. num. 13.* plures relati per Barbos. *in collect. d. cap. 1. n. 10. & dict. c. super quibusdam, num. 3. & seqq.* Salgado *de reg. protect. 1. part. c. 1. quæst. 3. n. 125.* Cancer. *variar. lib. 2. c. 2. n. 69. & 114.* Gratian. *discept. for. cap. 578. num. 11.* Montanus *de Regalib. in prælud. q. 5. num. 31. vers. Consuetudine, & num. 32.* Nec obstabit, quòd in *for. 10. de feudis*, pro forma titulus in scriptis requiratur; nam forus intepretandus est juxta mentem & rationem intrinsecam, ut dixi *cap. 1. §. 2. num. 13. & seqq.* in possessione enim quadragenaria jam supponimus titulum, respectu verò immemorialis, ex ipsa præscriptione, seu consuetudine resultat titulus ubertimus ad favorem illius, qui ea nititur, nam-
vim habet tituli, & decreti, & consensus, & justitiæ, & est 20
species probationis tituli, & scripturæ potioris, ac si in scriptis ederetur, *cap. licèt ex suscepto, de foro competent.* Cardinalis Thuscus *lit. C. concl. 959.* Vincent. de Franchis *decis. 166. n. 1. & 2.* & ibi addend. Bellug. *dict. §. quia quotidiana, num. 62.* Castillo *de Tertiis, cap. 3. num. 6. & seqq.* Marius Curtell. *decis. 20. num. 91. & seqq.* Sixtin. *de Regalibus, lib. 1. c. 5. num. 132. cum seqq. & cap. 6. num. 66.* Molin. *de Hispanor. primogen. lib. 1. cap. 2. num. 20.* & *ibi* Addent. Fontanella *decis. 217. num. 17. & 27.* Joannes Baptist. de Thoro *in compend. decision. d. verb. Baro possidens regalia,* Don Francisc. Amaya *in l. 1. num. 37. C. de bon. vacant. lib. 10.* Larrea *allegat. fiscal. 8. num. 19. & allegat. 69. num. 4. & allegat. 110. num. 32.* Peregrin. *de jur. fisc. lib. 1. tit. 2. n. 61. & lib. 6. tit. 8. num. 15.* Alfaro *de offic. fiscal. gloss. 10. §. 3. num 30.* Don Joannes Solorçano *de jure Indiarum, lib. 3. cap. 20. num. 22.* Don Acasius Ripoll. *Regal. cap. 43. n. 130. & seqq.* Augustinus Caputus *de regimin. Reiplic. num. 16. & seqq.* Montanus *de Regalibus, in prælud. q. 5. num. 31. dict. vers. Consuetudo,* Dominus Don Petrus Sanz *in consultatione ad Regem pro jurisdictione Ordinis Montesiæ, in Præceptoria de Benasal, fol. 2. in nos. lit. A, B, & C,* & nos diximus *cap. 4. §. 4. num. 39. & seqq.* ubi quòd centenaria æquipollet Immemoriali.

Neque obstat huic resolutioni *privilegium 53. Domi-* 21
ni Regis Alfonsi, quo cautum reperitur, quòd contra Principem nulla possessio adquiri possit; & cùm sine possessione proscriptio non detur, *cap. sine possessione, de regulis juris in 6. l. sine possessione, ff. de usucap.* Belluga *dict. rubric. 22. §. Quia quotidiana, num. 19.* Guttierrez *de Gabellis, quæst. 5. num. P. & seqq.* Augustinus Barbosa *in collec-* 22
tan. dict. cap. sine possessione, num. 1. qui plures laudat, Larrea *allegat. fiscal. 15. num. 15. & allegat. 5. num. 8. & seqq* videbatur dicendum, nunquam ex immemoriali præscriptione jurisdictionem posse adquiri. Quod firmabatur ex eo, quòd Regaliæ sunt inalienabiles, *dicto privile-*

legio 5. Domini Regis Alfonſi Tertii, nonſolùm quoad proprietatem, ſed quoad poſſeſſionem, tam juris, quàm facti, & nudam tenutam, ut in *d. privileg. 5. §. Sicque deinde, cum ſeqq.* clarè dicitur, tradunt Alfaro *dicta gloſſ. 10. §. 3. num. 43.* Caſtillo *de Tertiis, cap. 27. num. 3.* ob quod ex poſſeſſione nunquam juriſdictio adquiſibilis videtur.

24 Non, inquam, obſtat, nam ut Belluga *ibidem numero 32.* (quem ſequuntur communiter Doctores) infir, licèt poſſeſſio, vel præſcriptio à lege, vel privilegio excludantur expreſsè, conſuetudo, præſcriptio, uſus, vel poſſeſſio immemorialis, nunquam cenſetur excluſa, aut ſublata, vel improbara, niſi ſpecificè de ea fit mentio; textus *in leg. 3. §. ductus, ff. de aqua quotidian. dict. cap. 1. verſ. niſi: de præſcript. cap. fin. eodem titulo*, Petrus Barboſa *in l. omnes 4. C. de præſcript. trigint. vel quadragint. annor. & in l. competit. eodem titulo, num. 18.* Dominus Morla *in empor. tit. 6. queſt. 4. num. 3.* Gratian *diſceptation. forenſ. cap. 441. num. 21.* Caſtillo *de Tertiis, cap. 24. num. 1. cum ſeqq.* Fontanella *de pact. claus. 4. gloſſ. 17. num. 34.* Cancer. *variar. 3. part. cap. 3. num. 165. & cap. 4. num. 39.* Rota apud Farinac. *1. part. recentior. deciſ. 324. num. 11. in fin.* Barboſa *in collectan. dict. cap. 1. de præſcription. num. 10.* Pereyra *de manu Regia, prælud. 3. num. 10.* Salgado *de Regia protectione, parte 1. cap. 1. prælud. 3. num. 153.* pluribus Curtel. *de immunitat. lib. 1. queſt. 1. num. 14. & ſeq. & lib. 2. queſt. 6. num. 15.* ſicque quamvis Regaliæ inadquiſibiles ſint poſſeſſione, vel præſcriptione aut conſuetudine, non per hoc tollitur immemorialis uſus effectus.

25 Nec relevabit ſi dicas conſuetudinem, vel uſum ſimilem eſſe contra noſtras leges, & ſic reprobari, ut patet *ex foro 4. & 5. ſi contra jus aliq. impetr.* nam in eis juribus minimè fit mentio ſpecialis conſuetudinis immemorialis, & ſic dum irrationalis non ſit, effectus ſuos
26 operabitur, textus *in cap. 1. de conſtitut.* Anguian. *de legibus, lib. 2. controverſ. 20. num. 25.* Dominus Leon *deciſ. 29. num. 14. tom. 1.* Pater Suarez *de legibus, lib. 7. cap. 7.* Caſtillo *de Tertiis, cap. 24. num. 6.* Salcedo *de lege politic. lib. 1. cap. 7. §. 1. num. 108. cum ſeqq.* Pereyra, Salgado, & cæteri ſuperius adducti *ibid.* Dominus Don Petrus Sanz
27 *ubi prox.* Et ratio eſt, nam licèt ſublata cenſeatur poſſeſſio, & per conſequens conſuetudo, aut præſcriptio; tamen nunquam cenſetur excluſum privilegium in his quæ ſunt adquiſibilia: & cùm ex uſu & conſuetudine immemoriali reſultet privilegium ad favorem illius qui uſu, vel conſuetudine utitur, prout melius ſibi prodeſſe poteſt, inde eſt, quod etiam ſublata conſuetudine remaneat privilegium probatum. Sic tenet expreſsè Peregrin. *de jure fiſci, lib. 6. titulo 8. num. 22.* Belluga *dicto §. quia quotidiana, num. 40.* Cancer. *variar. 3. part. cap. 3. num. 239.* Fontanella *dict. gloſſ. 17. num. 40. & ſeqq.* aliis relatis Caſtillo *dicto cap. 3. num. 5. & ſeqq. & cap. 22. num. 3. & cap. 23. n. 8.* Anguian. *d. contr. 20. num. 39.* Eſſe *in epiſtol. ad Reg. in princ. lib. 2. deciſ. mon. 112.* Carol. de Graf. *de effect. Cleric. effect. 1. n. 381. & ſeqq.* Salgado *de Reg. protect. dict. Prælud. 3. n. 132.* Salcedo *dict. §. 2. num. 111. &*
28 *ſeqq.* Neque per hæc fraus fiet diſpoſitis in *d. privilegiis*; nam, ut reſpondit Caſtillo *d. cap. 3. num. 11. verſ. Nec per indirectum, & num. 13. verſ. Non eſt tamen omittendum*, cùm directè permittatur, ut imperſcriptibilia privilegia adquiri poſſint, ut ex *for. 10. de feud.* patet, allegans privilegium probatum per immemorialem uſum, non per indirectum admittitur, ſed directè ad id quod directè permiſſum eſt, licèt variato modo probandi; & quamquam *in d. privil. 5. ejuſdem Regis Alfonſ. III.* inalienabiles reddantur Regaliæ, illa diſpoſitio non eſt generalis, ſed limitatur ad expreſſas in *eodem privilegio*, & ſic non extenditur ad cæteras, quæ juxta verba expreſſa *d. privileg. 53.* titulo adquiri poſſunt.

29 Denique non obſtant *for. 72. de juriſdict. num. jud. & for. 17. de var. divi.* nam licèt prima fronte antinomiam continere videantur cum *dict. for. 10. de feud.* (nam nullatenus poteſt dici unum correctum fuiſſe per alios, vel contra, quia omnes ſunt ex foris conditis per Regem Jacobum I. anno 1240. ut dixi *cap. 2. §. 5. num. 55.* vel ſi mavis anno 1239. ut tradit Pat. Diago *lib. 7. Annal. Valentiæ, cap. 28.* & cum eo alii hiſtorici) facilis tamen ſolutio eſt, animadverſo quòd in *dicto for. 10.* locutus fuit 30
Rex de obtinentibus caſtra, ſeu oppida in feudum, ibi: *que algu fevater*, id eſt, *quod aliquis feudatarius*: feudatariis enim prohibitum eſt exercitium juriſdictionis perſonalis, ſive pœnæ corporalis, ſub pœna capitis, niſi obtineat titulum à Principe; at in *dicto for. 72. & 17.* loquitur de particularibus non obtinentibus feudum, quibus omnimodò prohibetur exercitium ſimilis juriſdictionis, etiamſi privilegium obtineant. Ut autem contrarietas jurium vitetur, ita interpretandi ſunt, ut inadquiſibilis ſit juriſdictio ſuprema, aut merum imperium in alieno territorio, caſtro, villa, vel oppido, non recognoſcendo feudum Domino Regi, at in proprio caſtro, vel oppido 31
à Rege in feudum conceſſo adquiri poſſit: quæ differentia ſuadetur ex collocatione ipſorum jurium, nam *dictus forus 10.* collocatus fuit ab ipſo Rege condente *in titulo, de feudis*; at *dictus forus 71. & 72.* (qui idem eſt) à Rege condente collocatus fuit *in titulo, de rerum diviſione*, quo non agebatur de habentibus caſtra, oppida, vel villas; in editione enim antiqua ſolùm *in hoc titulo* reperitur, in editione verò noviſſima, tranſlatus fuit ad *titul. de juriſdict. omn. jud.* hoc enim non mutat ſubſtantiam juris, nec operatur, quod loquatur de aliis, quàm de non habentibus caſtra: in his enim ſicut verum eſt, quòd privilegio minimè juriſdictio adquiri valet jure dominii, ſic neque conſuetudine, poſſeſſione, præſcriptione, vel uſu, quamvis immemoriali, ob incapacitatem illius, qui feudum non obtinet jure dominii; nam juriſdictio in officium adquiſibilis eſt, modo quo expendam *infrà §. 4. per tot.*

Ex his aliqua reſultant notatu digna. Primum, quòd 32
quoties aliquis litigat cum Fiſco ratione juriſdictionis, vel cujuſcumque Regaliæ, cumulari debet poſſeſſorium cum petitorio, nam in Regalibus judicia ſunt mixta, ut tenent Collegium Patavinum *conſil. 2. inter conſil. Peregrin. num. 2. & ſeqq.* idem Peregrin. *conſil. 3. num. 26. lib. 1.* Sixtin. *de Regalibus, lib. 1. cap. 7. num. 34.* Curtell. *dict. deciſ. 2. num. 26. & deciſ. 3. num. 12.* Alvar. Valaſc. *de jur. emphyteut. queſt. 8. num. 27.* Alfaro *de offic. Fiſcal. gloſſ. 10.* 33
§. 2. num. 469. Caſtillo *de Tertiis, cap. 3. in princip. & n. 1. & cap. 10. num. 2.* Et ratio eſt, nam Rex ſemper habet intentionem fundatam in Regalibus, quare qui allegat exemptionem hujus generalis diſpoſitionis, debet oſtendere titulum, & poſſeſſionem *l. 2. §. divus, ff. de jure fiſci,* 34
l. 2. C. de Limitroph. lib. 10. l. 1. ff. de offic. Procur. Cæſar. Colleg. Paravin. *dict. conſil. 2. num. 15. & 20.* Sixtin. *de Regalib. lib. 1. cap. 5. num. 37. & cap. 7. num. 37.* Caſtillo *de Tertiis, cap. 16. num. 2. & 13.* Optimè Montanus *de Regalibus, cap. de fluminis navigab. num. 8. & ſeqq.* nam in his præſumptio juris ſemper aſſiſtit Fiſco, & reſiſtit privato litiganti cum eo, Curtell. *dict. deciſ. 2. num. 6.* Peregrin. *conſil. 3. n. 1. &* 35
ſeqq. & de jure fiſci, lib. 7. cap. 3. num. 11. & de fideicommiſſ. articul. 52. num. 19. Alvar. Valaſc. *dict. queſt. 8. num. 32.* Belluga *rub. 14. verſ. reſtat. num. 23.* Cancer. *variar. 3. p. cap. 13. num. 23.* Gratian. *diſcept. cap. 441. num. 3.* Larrea *allegat. fiſcal. 5. n. 4. & alleg. 13. num. 36.* Quod expreſsè cautum eſt *in dict. privil. 53.* ibi: *Verum ſi aliqui ſuper his legitimum titulum habere prætendant, audito fiſco noſtro, plenariè in juribus ſuis, utrique parti jus reddatis*; ſicque judicia ſumma-
ria excluſa cenſentur cum fiſco, nam plenariè audiendus eſt, eo quòd quælibet poſſeſſio cui jus reſiſtit, manutenibilis non eſt: Maſtril. *de Magiſtrat. lib. 3. cap. 4. num. 64.* Curtell. *dict. deciſ. 2. num. 17.* Poſtius *de manutenendo, obſer. 44. num. 14. & ſeqq.* Ob quod requiritur titulus, ſaltem præſumptus, Poſtius *ibid. num. 29. & 33.* vel coloratus, Solorçano *dict. lib. 2. c. 28. num. 46.* Montanus *dict. n. 8.* Quæ

conclusio non solùm procedit dum litigatur cum Fisco, sed quoties uni ex litigantibus resistit jus ad possessionem, Menochius *de retinend. possess. remed. ult. num.* 24. pluribus Postius *de manutenend. d. observ.* 44. *n.* 12. 39. & 146. Et sic diffinitum pluries per Senatum, signanter me referente, sententia publicata per Vincentium Ferrera R.M.Scrib. *die* 24. *Decembr.* 1652. inter Syndicum officii Sartorum, & Subsyndicum Urbis ex una, & Syndicum Interpolatorum ex altera.

56 Secundum est, quòd cùm sine titulo in Regalibus, contra Principem possessio adquiri non valeat, ita ut non possit de facto interrumpi, quemadmodum de facto usurpata est, ut in *dict. privil.* 53. clarè dicitur, in materia Regaliarum Fiscus non litigat sine possessione. Quod
37 quidem est privilegium Principis, ut post Rebuffum, & alios tradunt Covarruvias *practicar. cap.* 17. *num.* 6. Menoch. *de retinend. remed.* 3. *num.* 154. Peregrin. *consil.* 3. *n.* 109. Cancer. *variar.* 3. *p. c.* 14. *num.* 42. Curtell. *d. decis.* 1. *n.* 19. & 142. *cum seq.* & *d. decis.* 4. *n.* 4. & 10. Larrea *d. allegat.* 5. *n.* 15. Don Ludovic. Peguera *decis.* 46. *part.* 2. Alfaro *de offic. Fiscal. gloss.* 16. *n.* 133. Gratian. *discept. for. cap.* 441.
38 *num.* 14. Belluga *dict. rub.* 14. *vers. Restat, n.* 22. & 23. Sed hoc non ita strictè sumendum, ut inaudita parte ex abrupto expellat quemquam à possessione: sed summarissima cognitione causæ præcedente, & parte legitimè citata: Peregrin. *de jur. fisc. lib.* 1. *tit.* 3. *num.* 55. & *lib.* 7. *tit.* 3.
39 *n.* 3. Curtell. *dict. decis.* 2. *n.* 19. & *decis.* 24. *num.* 1. ne aliàs tollatur defensio, quæ jure naturæ debetur, Curtell. *d. decis.* 4. *n.* 21. Larrea *d. allegat.* 5. *n.* 6. & *allegat.* 8. *n.* 20. quod de jure nostro procedit *for.* 11. *de præscript. privil.* 51. *Domini Reg. Jacob. I.* & *privil.* 22. *Domini Reg. Petr. I.* quibus juribus cavetur, quòd nemo à possessione ejiciatur, quin causæ cognitio præcedat. Sed hæc non debet esse plena-
40 ria, imò summarissima, prout in Regalibus fieri debet, Peregrin. *de jur. fisc. lib.* 7. *tit.* 5. *n.* 3. Alfaro *d. glo.* 16. *n.* 185. Mar. Curtel. *in resp. fisc.* 1. *ad allegationem ibi positam, n.* 4. *fol.* 101. & *in decis. n.* 19. qui quicam citationem sufficere docet *d. decis.* 4. *n.* 16.

41 Tertium, quòd titulus, si exhibeatur possessio, admissibilis non est, nisi quatenus est titulo conformis, etiamsi possessio esset immemorialis: nam in eo, quod excedit titulum, adest mala fides, & sic possessio prodesse non potest: *c. penult. de præscript. c. cum persona, §. quod si tales, de privil. in* 6. ita Petrus Barbos. *in rub. C. de præscript. triginta vel quadraginta num.* 342. Fontanel. *de pact. claus.* 4. *gloss.* 13. *part.* 4. *n.* 47. & *seqq.* & *decis.* 45. *num.* 17. Otalora *de Nobilitate*, 2. *part. priv.* 3. *c.* 3. *n.* 4. Larrea *allegat.* 9. *n.* 29. & *allegat.* 13. *num.* 34. & *allegat.* 14. *num.* 19. Capiblanco *de Baronib. prag.* 1. *n.* 226. pluribus adductis Giurba *obser-*
42 *vat.* 71. *num.* 1. & *seqq.* præcipuè *num.* 13. Et sic quando titulus vitiosus, vel injustus producitur à possessore, qui non potuit justam causam præbere ad præscribendum, ut si tituli nullitas, vel injustitia notoria sit, immemorialis possessio non prodest, nam constat de initio vitioso, &
43 in effectu videtur constare de mala fide, nullitate, aut injustitia tituli manifestè: Peregrin. *consil.* 2. *n.* 24. & 56. & *consil.* 3. *num.* 73. *lib.* 1. Petr. Barbos. *in d. rub. de præscript. num.* 146. & *seqq.* & *num.* 348. & *seq.* Gratian. *dict. cap.* 441. *num.* 12. Dominus Lon *in resp. jur. post decis.* 173. *n.* 254. Molin. *de Hispanor. primog. lib.* 2. *cap.* 6. *n.* 64. & *ibi* Addent. Castillo *de Tertiis, dict. cap.* 3. *n.* 13. & *c.* 18. *n.* 181. Ex his plura notavit doctissimè, Collega Dominus Calahorta ad *decisionem cujusdam causæ patrimonialis*, dum Assessoris Bajuliæ generalis munus gerebat; & ante eum, licèt brevius, Dominus Don Petrus Sanz in *dicta consultatione pro Ordine de Montesa*, quam prælo dedit *anno* 1640. & scripsit ex Regio præcepto, dum Assessoris Ordinis munus obtinuit.

44 Quartum est, quòd si dubitetur an jurisdictio consuetudine obtenta sit privativè, vel cumulativè adquisita? distinguendum optimè est cum Domino Morla *in compar. tit.* 2. *in præmiss. num.* 12. *vers. Sed in hoc articulo*, quo docet quòd si jurisdictio quæritur per præscriptionem in titulum officii; cumulativè concessa, seu quæsita censeatur, nisi constet de aliquo actu prohibitivo ab initio factò per possessorem, concurrentibus cum eo ad cognitionem: si verò quæratur per titulum dominii, annexa alicui castro, villæ, vel oppido, tunc privativè adquisita videtur.

SECTIO SECUNDA.

SUMMARIA.

45 *Merum imperium, an comprehendatur sub nomine Jurisdictionis remissivè.*
46 *Jurisdictionum distributio in Regno quoad dominium, in Barone, Dominos Alphonsina, & directos.*
47 *Doctores de Baronibus tractantes.*
48 *Baronis nomine comprehenduntur omnes illustriores dignitates obtinentes, ut Duces, Marchiones, Comites, & Vicecomites.*
49 *Doctores tradentes originem nominis* Baronis.
50 *Baronum natura diversimodè inducta fuit in Regnis Coronæ Aragonum.*
51 *Barones in Aragonia habere dicuntur potestatem legibus absolutam.*
52 *Observantia Aragonum quoad hanc potestatem examinatur.*
53 *Baronis nomine in Catalaunia venit quicunque obtinens oppidi dominium cum aliqua jurisdictione.*
54 *Barones apud Valentinos sunt obtinentes merum, & mixtum imperium.*
55 *Baro propriè est qui habet merum, & mixtum imperium.*
56 *Baronum jurisdictio privativè concessa est, tam in prima instantia, quàm in ulterioribus.*
57 *Recursus reservatus est Principi, in casu manifestæ oppressionis.*
58 *Baro quando dicatur gravare.*
59 *Recursus causa expeditio quæ sit secundum praxim, & stylum Senatus.*
60 *Baro qui defert appellationi interpositæ ad Regia tribunalia, renunciat suo juri.*
61 *Idem quoties Baro facit actum, per quem renuntiatio inducitur.*
62 *Decisio Senatus.*
63 *Baro, cujus persona offensa est, suspectus redditur; cum decisione Senatus*
64 *Baro non cognoscit de crimine læsæ Majestatis, divinæ, vel humanæ, falsæ monetæ, vel plagii.*
65 *Baro non cognoscit privativè ad Regem in delictis fractionis viarum publicarum, confiscationem rerum, forensium, & armorum prohibitorum per Regias pragmaticas.*
66 *Decisio Senatus, & Regium rescriptum.*
67 *Barones non cognoscunt de Militibus, nec de fruentibus privilegio militari.*
68 *Baro non cognoscit de alio Barone delinquente, aut contrahente, vel quasi, in suo territorio,*
69 *Baro non cognoscit de habente mixtum imperium.*
70 *Baro non cognoscit de condomino, sive combarone.*
71 *Baro non cognoscit de causa inter ipsum, & vasallum.*
72 *Baro non cognoscit de famoso latrone, aut bannito, nec de receptante.*
73 *Baro non cognoscit de Regio officiali delinquente in suo territorio.*
74 *Baro non cognoscit de vasallo obtinente salvam guardiam.*
75 *Baro non cognoscit quando reperitur in dolo.*
76 *Baro non cognoscit de offensa facta officiali Regio.*
77 *Baro non cognoscit de crimine patrato, dum Princeps reperitur in terra Baronis.*
78 *Delinquens coram judice punitur ab eo.*

99 *Baronis jurisdictio non derogat privilegium miserabilium personarum.*
80 *Declara in non vasallo fruente privilegio predicto.*
81 *Distingue, in Barone, & non in domino mixti imperii.*
82 *Limitationes alia, remissivè.*
83 *Baro non potest imponere vectigalia.*
84 *Baro concedit universitatibus sua ditionis facultatem imponendi contributiones.*
85 *Baro potest visitare oppida sua Baronie.*
86 *Baro potest evocare ad se causas suorum officialium.*
Jurisdictio concessa per Baronem Officiali, cumulativè censetur concessa, ibid.
87 *Distingue inter Officiales Universitatis, vel Baronis.*
88 *Observantia Regni Valentie quoad hæc.*
89 *Baro potest mutare locum jurisdictionis, sive juris dicendi, & causas extrahere à Baronia.*
Declara, ut n.90. ubi de observantia hujus Regni, & de cessione territorii.
91 *Baro, intra cujus territorium adest oppidum alienum, potest ibi apponere officiadem ad cognoscendum de causis meri imperii.*
92 *Barons non præstant homagia fidelitatis vasalli in Principatu Catalonie.*
93 *Secus de foro in Regno Valentie.*
94 *Baro tenetur jurare observantiam privilegiorum Baronie.*
95 *Extende in emente Baroniam sub hasta.*
98 *Barones cognoscunt de criminibus suorum Officialium.*
97 *Extende etiamsi Officialis, sit Familiaris sancti Officii, si delictum est in officio.*
98 *Limita si deliquerit in his, in quibus jurisdictio spectat ad Principem, nam solus Princeps cognoscit.*
99 *Baro non tenetur ad damna, & interesse male administrationis sui Officialis.*
100 *Nec ad eum exhibendum.*
101 *Baro potest remittere pœnas delictorum ad se spectantium.*
102 *Baro quando excedat in remittendo, seu condonando pœnas.*
Limita, ut num. 103.
104 *Princeps per legem generalem moderari potest jurisdictionem Baronis.*
105 *Baro non potest remittere delicta extra territorium commissa à subdito suo, licèt cognoscere possit ad effectum puniendi.*
106 *Baroni non competit privativè facultas remittendi.*
107 *Mero imperio concesso de jure non competit jus aggratiandi.*
108 *In Regno non adest consuetudo impediendi gratias Principis in delictis, quorum cognitio pertinet ad Barones.*
109 *Princeps potest remissiones similes concedere, etiam extra Curiam.*
110 *Usufructuaria in Baronia non exercet jurisdictionem, sed qui habet jus proprietatis.*
111 Calixti Ramirez *locus explicatur.*
112 *Tenutaria exercere jurisdictionem debet in Baronia, quam tenet jure pignoris.*
113 *Idem in quocunque possidente jure pignoris.*

45 JUrisdictio in dominium concessa (secluſa illa diſputatione, an merum imperium comprehendatur ſub nomine *Jurisdictionis*, de qua latè Illiger. ad Donell. *lib.* 17. *com. cap.* 7. *lit. A.*) in triplici differentia eſt: aut enim conceditur merum, & mixtum imperium, tùncque Baronis jurisdictio cenſetur: aut mixtum tantùm dominis
46 utilibus oppidorum, tùncque jurisdictio *Alfonſina* apud nos vocatur, ſumpta denominatione à Domino Rege Alfonſo II. qui forum condidit 78. *de jur. comm. jud.* de quo Belluga *rub.* 24. Dominus Leon *deciſ.* 101. *tom.* 1. *& deciſ.* 80. *tom.* 3. & nos dicemus latiùs §. *ſequenti*; vel civilis tantùm in tertis bonis ad inſtar ſimplicis jurisdictionis, ut in Dominis directis rerum feudalium, vel in emphyteuſim conceſſarum, de quibus in *hoc capite*, §. 3. Tradunt hanc differentiam Belluga *in ſpecul. Princip. rubric.* 24. §. *Mixtum, per tot.* Hugo Donellus *dict. lib.* 17. *commentar. cap.* 7. & *ibi* Oſuald. Illiger. *lit. A, B, & C.* Jacobus Cancer. *lib.* 2. *variar. reſol. dict. cap.* 2. *num.* 45. *& ſeqq.* Joannes Petrus Fontanella *de pactis nupt. claus.* 4. *gloſſ.* 14. *a n.* 29. *uſque ad finem.*

De Baronibus plura dici poterant, quia ampla mate- 47
ria eſt, non ſpeciali capite, vel paragrapho declaranda, ſed diffuſo tractatu abſolvenda, de qua latè Capiblanco *in duobus voluminibus, de Baronibus*, Maſtrillus *de Magiſtratibus, lib.* 1. *cap.* 4. *& ſeqq.* Regens Don Franciſc. de Ponte *de poteſt. Proreg. tit. de aſſenſ. reg.* §. 3. *num.* 7. Novarius *ad pragm. Reg. Neapol. tit. de Baronibus, per tot.* Joannes Baptiſt. del Thoro *in compend. deciſion. tom.* 1. 2. & 3. *verb. Baro*, & ſignanter *tom.* 3. *verb. Barones an poſſint indultare*, Auguſt. Caputus *de reg. Reipublicæ, cap.* 1. §. 1. *n.* 15. & alibi pluries, Montanus *de Regalibus, cap. de poteſtat. conſt. Magiſtrat. & cap. de officiis*, & cum iis omnes ferè Neapolitani, & Siculi paſſim. Ex noſtratibus Belluga *in ſpeculo, rub.* 23. *per tot.* præcipuè *verſ. ſed pone*, Dominus Leon *deciſ.* 49. *num.* 8. *cum ſeqq. & deciſ.* 42. *num.* 15. *& ſeqq. tom.* 1. *deciſ.* 9. *num.* 139. *cum ſeqq. & deciſ.* 10. *per tot. tom.* 3. Dominus Cerdan *in arbor. jurisdict. verſ. Los Barones.* Ex Catalaunis Oliban. *in uſatic. alium namque, c.* 9. Cancer. *variar. lib.* 2. *cap.* 2. *& lib.* 3. *cap.* 5. *&* 13. Joſephus Ramon. *conſil.* 25. *& conſil.* 27. *num.* 15. Fontanella *dict. claus.* 4. *gloſſ.* 10. *part.* 1. *cum aliquibus ſeqq. & deciſ.* 366. *&* 388. *cum aliquibus ſeqq. tom.* 2. Paulus Xamar. *de offic. Jud. & Advocat. part.* 1. *queſt.* 14. *num.* 67. *cum ſeq.* Don Acaſius Ripoll. *Regaliar. plurib. in locis, per tot. tractatum*, qui multos alios ex antiquioribus laudat. Ex Aragonenſibus Molinus *in reperior. favor. verb. Jurisdictio, & verbo, Domini locorum*, & *ibi* Portol. Seſſe *deciſ. num.* 41. *& ſeqq. tom.* 1. *& deciſ.* 362. *num.* 3. *cum ſeqq. tom.* 4. *de inhibit. cap.* 26. *per tot.* Bardaxi. *ad for. Aragon.* & alii relati per Calixtum Ramirez *de lege Regia*, §. 32. *cum aliquibus ſeqq.* Ex Caſtellanis Bobadilla *in politica, lib.* 2. *cap.* 16. *per tot.* Azevedo *ad l.* 10. *tit.* 9. *lib.* 3. *recopil.* Don Joannes Solorçano *de jure Indiar. tom.* 2. *lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 36. *& cap.* 27. *num.* 27. Don Franciſcus Amaya *in l. unic. num.* 17. *C. ne oper. à collect. exig. lib.* 10. Ex Luſitanis Cabedo *deciſ.* 104. *part.* 2. qui plures alios laudant, tam ex exteris, quàm ex ſubditis noſtri invictiſſimi Principis, apud quos invenies quidquid deſiderabis. Sed ne intactam materiam dimittamus, aliqua ſunt dicenda, brevitate ſolita non omiſſa, quæ valdè conducunt ad regimen noſtri Regni, & ad jurisdictionem juxta *foros*, quod eſt ſcopus noſtræ operationis.

Baronis nomine comprehenduntur omnes, illuſtriores 48
dignitates obtinentes, ut probat Maſtril. *de Magiſtrat. lib.* 4. *cap.* 1. *num.* 1. *& ſeqq.* ſicque ſub nomine eorum, quoad jurisdictionalia veniunt Duces, Marchiones, Comites, Vicecomites, & Barones. Quid Baro, & Baronia ſit? tradunt optimè relati per Maſtril. *dict. cap.* 1. *num.* 2. Fontanel. *dict. gloſſ.* 10. *part.* 1. *num.* 1. *& ſeqq.* Capiblanc. *de Baron. tom.* 1. *in rubr. n.* 5. *& ſeqq.* Novar. *ad prag. Reg. Neapol. tit. de Baronib. in rub. num.* 1. *& ſeqq.* Dominus 49
Leon *dict. deciſ.* 9. *num.* 139. *cum ſeqq.* ubi de origine, antiquitate, & præeminentiis: quare in hoc non immoramur, cùm exactiſſimè ab iſtis Doctoribus, cum ab eis relatis, tractentur omnia, quibus addendus Caputus *d. n.* 53. *cum ſeqq.* & Montanus *ubi proximè.*

Sed antequam ulteriùs progrediamur, liceat notare 50
magnam differentiam, quam habemus in iſtis tribus Provinciis Curiæ Aragonum, circa poteſtatem, & jurisdictionem Baronum. Aragonenſes in exceſſu labuntur, cùm non ſolùm concedant ſuis Baronibus jurisdic- 51
tionem ſuprem am, ſive merum, & mixtum imperium, ſed poteſtatem legibus abſolutam, vitæ, neciſque in ſubditos, & vaſallos, quos vocant *ſervituris*; de quibus latè per Molin. *verb. Domini locorum*, ubi Portol. Seſſe *de inhibit.*

inhibit. cap. 44. §. 3. num seqq. & decis. 73. num. 1. tom. 1. Cenedo *collect. jur. Canon. 167. n. 2.* Calixtum Ramirez *de lege Regia, §. 32. & seqq. per tot.* qui quamquam doctissimè, ut solet, fundare nitatur observantiam illius Regni, per quam similis potestatis usus sustinetur, quòd id ratione assequatur, impossibile credo; Nam quomodo ratione inductum probabit, quod omninò ratione caret? Asserit enim Dominum subdito, seu vasallo (quem vocat *servitutis*) eripere posse vitam, honorem, & bona, absque causæ cognitione, de facto, & absolutè, & quod non adest Superior qui in his succurrere possit oppresso, & rationi consentaneum probabitur eam observantiam tolerandam? Respondeant quæso Domini Aragonenses, ad quid leges illas pactionaras, sive *foros* obtinuerunt à Regibus? Nonne ad id quod Mariana, dum de ipsis sermonem instituit *lib. 1. de rebus Hispaniæ. cap. 4. ad medium?* Hocne omnibus Aragonensibus indultum? Maximè. Quid enim proderit illi misero subdito, Principis potestas legibus directivè annexa, si Baro ea quæ in pretio inter homines sunt, sine culpa ipsius deprædari potest? Sed quare in his immorantur, cùm nemini non innotescat illius abusus, sive (ut vocat) observantiæ iniquitas: succedant dicta per eundem Cenedo *d. collect. 167. n. 3.* 52

Catalauni verò in aliud extremum inclinant; nam nomine *Baronum*, intelligunt quemcunque obtinentem jurisdictionem in oppido, sive castro, sive sit suprema, vel infima, vel media, vel utraque, ut ex Fontanella *dict. 10. parte 2. num. 68.* & ex traditis ab omnibus Catalaunis superiùs laudatis patet. Apud nos verò, mediam viam eligentes, nomine *Baronum* intelliguntur, qui habent jurisdictionem supremam, merum, & mixtum imperium, ut in nostro *textu* habetur, & tradunt Belluga *rub. 23. verf. Sed pone, num. 16. cum seqq.* 53 54

Dominus Cerdan *in arbitr. verb. Los Barones*, Dominus Leon *ubi suprà*, sicque propriè nomen sumptum intelligendum esse testantur plures relati per Mastril. *d. lib. 4. cap. 2. num. 61.* Giurba *consil. 27. num. 4. & observatione 115. numero 6.* quia aliis congestis asserit, Baronem dici, qui habet Civilem jurisdictionem; quod apud Catalaunos procedit, sed non in Regno Valentiæ, ut dixi. Quid autem sub concessione meri, & mixti imperii comprehendatur? tradunt Doctores superiùs laudati *num. 8. & 9.* sicque non est ut quid immoremur, cùm Doctores prædicti clarissimè tradant: jurisdictio enim eis concessa privativè attributa est, ut in *textu* habemus, 55

& dixi *n. 3.* Quod non solùm procedit in Regno, quoad primam instantiam, sed etiam primam, & secundam appellationem; sicque Barones Regni cognoscunt de omnibus causis civilibus, & criminalibus in eorum territorio, & inter suos, quin Princeps per suos Officiales, & Ministros se intromittat in cognitionem similium causarum: solùm reservata Principi est instantia Recursus, & manifestæ oppressionis, *for. 8. de feud. for. 34. Cur. anni 1585. for. 151. Cur anni 1604.* & meritò, cùm 56

sit Regalia ex supremis Principis, ab eo inseparabilibus, ita ut adhuc Aragonenses, qui dum loquuntur de potestate absoluta, suorum Baronum, negant omne remedium, dum de jurisdictione verba faciunt, recursum non audeant negare: Ramir. *§. 33. n. 8. & 24.* & rationem reddit optimam Fontanell. *decis. 347. n. 1. & 10. & seqq.* qui plures laudat, quibus addendi Capiblanc. *tom. 1. prag. 1. ex num. 155. cum seqq. & prag. 3. num. 1. & seqq.* Mastril. *d. lib. 4. c. 16. n. 160.* & Marius Giurba *cons. 69. n. 23.* Dominus Leon *decis. 49. n. 191. & 10.* Montanus *de Regalib. cap. de potest. constit. Magist. n. 27.* quæ quia in foris clara sunt, non indigent explicatione. 57

Solùm dubitari potest quando Baro dicatur gravare? de quo articulo latè Capiblanco *dict. prag. 3.* & benè, licèt brevius, per Novar. *ad prag. Neapol. tit. 6. de Baron. colleg. 4.* ubi explicant, ob quod nos non immoramur. Praxis expediendi causas Recursus, talis est, ut 58

quoties recursus emittitur à procedimentis Baronis, sive civiliter, sive criminaliter agat, causa recursus non evocatur, sed ad recognoscendum committitur; in eo articulo evocationis pulsantur merita causæ ad effectum videndi, an adsit oppressio, vel ne; si enim non adest, illico ad Baronem restituitur, & licèt adsit aliqua injustitia, vel nullitas, si reo competit remedium ordinarium coram Barone, restituitur etiam: nam, ut alibi dixi, remedium extraordinarium non est concedendum, cui competit ordinarium. Si autem procedimenta Baronis continent injustitiam, vel nullitatem, per quam reus gravetur, evocatur ad effectum cognoscendi de oppressione tantùm, & simul cum evocatione, nullitas, aut oppressio reparatur aliquando, aliquando verò post evocationem. 59

Sed nota pulchram speciem propositam per Cancer. *variar. lib. 1. cap. 14. num. 83.* supposito enim quòd Baroni competit prima, & secunda appellatio (quæ mutato Assessore expediuntur) & quòd gravatus non potest appellare ad Regium Tribunal, de facto vasallus Baronis appellavit ad Regios Officiales, id expressè declarando in libello, si Baro deferat appellationi, absolutè vel cum clausula *si & in quantum*, videtur suo jure renuntiasse, juxta textum *in cap. cum appellationibus frivolis, de appellat. in 6.* Andr. Ancarran. Jason, Gomez, & alii relati à Cance. *ibid.* aliis relatis Barbos. *in collect. ad eum text. n. 1. & 4.* 60

Quæ juris dispositio procedit, quoties per Baronem fit actus per quem renuntiari videtur suo juri, nam dispositio illius *textus* procedit, quia abdicavit à se jurisdictionem, ut cum *Gomezio*, & *Surdo* docet Barbos. *n. 4.* sicque censuit Senatus me referente in mense Septembris *anno* 1649. Domna Anna Zarzuela, & Arnal, cujus est Baronia de Vivel & Toro, virum suum Don Franciscum Zapena cum pleno posse miserat simul cum Assessore, & Scriba ad visitandum Officiales ipsius Baroniæ; qui ne traderent libros computorum administrationis, conspirare intentarunt, & de facto resistebant Vicario Baronis, & eo inter ipsos non modicum periclitante, ipsa Domna Anna factum exposuit in Senatu, supplicando quòd unus ex Regiis Senatoribus Aulæ criminalis accederet ad prædictum oppidum de Vivel, ut informationem de resistentia compararet, fontésque condignè puniret. Mihi causa commissa fuit, & ex deliberatione Senatus evocata, eo quòd dum supplicabat ipsa Baro, quòd fontes punirentur, jurisdictionem à se abdicabat, & provisum, ut supplicata fierent. In cujus decreti executionem cum satellitibus necessariis ad prædictum oppidum præparavi, ibique informationes de crimine substantiavi, de jure procedendo contra criminis reos. Sed postea ipsa Domna Anna restitutionem causæ supplicavit; & quamvis de jure non procedebat instantia, attento rigore dictæ dispositionis, tamen quia Baro, sive ejus Vicarius ritè, & rectè processerat, ex æquitate, & gratia fuit ei restituta, maximè cùm non fuisset facta offensa Baronis personæ, seu ipsius Vicarii, sed officio: ad tradita per Capicium *decis. 124.* Joan. Baptist. del Thoro *in compend. decis. tom. 1. verb. Baro an possit.* (si enim offensa facta fuisset personæ, seu Vicario, qui erat vir ipsius, suspecti redderentur, ex traditis à Tonduto *d. c. 2. num. 45. & seqq.* atque causæ cognitio ad Senatum spectaret, ut fuit decisum sententiâ publicata per Gasparem Mascarò R. M. Scrib. die 23. Februarii 1654. referente Mag. Domino Berenguer, in causa Comitis de Sirat, & R. Fisci Procuratoris, in qua disceptabatur de cognitione criminis parrati per Joannem Ramon, qui præfatum Comitem vulneravit, & aliorum, qui auxilium Baroni non præstiterunt) sequitur explicans benè Montanus *de Regalib. c. de potest. const. Magistr. num. 30.* Sed ne suspicio remaneret, ex deliberatione Senatus extrajudicialiter monui, ut non per eundem Assessorem in causa procederet. Nota has decisiones, quia pulchræ in materia sunt, 61 62 63

Actuarius illius causæ fuit Policrinus Miravet Notarius Zamora.

64 Sed hæc generalis regula jurisdictionis privativè Baronibus concessæ, limitanda est in aliquibus casibus. Primò, limita in criminibus læsæ Majestatis divinæ, & humanæ, falsæ monetæ, & plagii, ut in textu habetur, & tradit Belluga *d.rub.33.vers.Sed pone,num.17.*aliis relatis Mastril.*d.c.16.n.216.232.&270.* Joan.Baptist.del Thoro *in comp.decis.d.tom.1.verb.Baro habens amplissimam*: Fontanel.*claus.4.gloss.14.n.12.* in his enim reservata est cognitio expressè, sicque interdicta omninò cognitio Baronibus,& hoc jure utimur. Sed quid dicendum si moneta adulterata esset optimæ materiæ,sub forma alterius Principis? Est tenendum conteri in reservatione, eo quòd Rex ut minister juris gentium; cùm ratione commercii institutus fuit usus monetæ, sub publica forma cujusvis regnantis, offensus est ex tali fabricatione, ut pulchrè tradit Montanus *de Regalib. c.de moneta, n.7.*

65 Secundò,in quatuor casibus,de quibus in nostro textu,& *for.154.ejusd.Curiar.ann.1604.*Ante illorum dispositionem reservata cognitio erat Domino Regi, nempe de delictis patratis in via, sive itinere publico, in criminibus pœnam confiscationis merentibus, in patratis per exteros in territorio Baronis, præcipuè si erant subditi, & vasalli Domini Regis,& in delatione armorum prohibitorum per Regias pragmaticas; nam licèt per *textum* eis permittatur cognitio horum criminum,non privativè,

66 sed cumulativè,prout de jure,D.Ludovic.Peguer. *in pract. crim. c.15.n.4.* Fontanel. *de pact.cl.nis.4.gloss.14. n.22.*Cancer.*lib.2.cap.2.num.96.* Mastril.*d.c.16.num.149. cum seqq.*sicque *forum* explicatum habemus per Regium rescriptum *dat. en Ventosilla die 29. Octobris 1676.* & pluries juxta hanc explicationem diffinitum, tam in Supremo, quàm in nostro Senatu.

67 Tertiò, in Militibus, versus quos nullatenus Barones possunt procedere criminaliter, nec adhuc coram eis conveniri civiliter,nisi dum agitur de re censita, ut censita, *for.20. de feudis*, tradunt Dominus Cerdan. *in arbor.jurisd.* vers.*Los Barones*, ubi ampliat hanc conclusionem ad Cives honoratos, Jurisperitos, & Medicos (quia fruuntur privilegio militari, ut probat Dominus Leon *decis.9.num.185.cum seqq.*& in textu habetur,ibi: *Con no sien Militars,ò que gozen de privilegi militar.*)Mieres *in constit.Catal.collect.4.c.16.num.7.* Calixt.Ramir. *de leg.Reg.§.33.n.1.& 14.*Fontanel.*decis.366.num.20.*quod

68 ampliat in alio Barone, in territorio alterius deliquente, etiamsi non sit ex his qui militari privilegio fruuntur,ut probat *n.2.*latissimè Joan.Bapt.del Thoro *in comp. decis. tom.2. verb.Baro extera nationis*, ubi decis.Senatus Neapolitani,tradit, *& tom.2.verb.Baro dominus, & verb. Baro an cognoscere*, quidquid in contrarium tradat Merlin, *controvers. for.69.* Et nota,quòd cùm Fontanella loquatur de Baronibus Cataloniæ, quorum nomine com-

69 prehenduntur habentes mixtum imperium, si Dominus oppidi obtinens Alfonsinam jurisdictionem tantùm, deliquerit in territorio Baronis, non poterit à Barone puniri;

70 quæ dispositio procedit in condomino, tum quia eadem ratio dignitatis militat, tum quia par in parem non habet imperium, ut in terminis aliis relatis probat Cancer.*variar.lib.2.c.2.n.19.* Nec obstabit si dicas,quòd ex Baronia adquiritur nobilitas, quod sufficiens est ad excludendam protestatem Baronis illius territorii,ex traditis per Tiraqu.*de Nobilit. c.7.n.4.* nam ut explicat Augustin.Caput.*de regim.Reipub.c.1.n.53.ex seq.* ex parte rei feudali non conceditur Nobilitas, nisi ex tenore investituræ aliud resultet,sicque non ex generali regula de Militaribus loquente, sed ex speciali de habentibus jurisdictionem provenit.

71 Quartò, in causa quæ vertitur inter subditum, & ipsum Baronum ratione jurisdictionis,vel aliàs,dum non de re censita, ut censita, vel feudali agitur; Capicius *decis.214.* Ayendaño *de exequend. mandat. lib.2. cap.10. & 11. num.4. §. Si verò judex*, Anton. Gomez *in l.40. Tauri, n.10.* Capiblanco *de Baronibus, prag.16. num.56.* Cancer.*variar.lib.3.cap.13.n.187.* aliis relatis Mastril.*de Magistrat. dict.lib.4. cap.15. num.29. & seqq.* Fontanel. *dict.gloss.10. part.1.num.9.* Joan.Bapt.del Thoro *in compend.decisionum.verb.Baro an possit*, dixi *c.2.§.3.n.53.*Tonduti, qui benè hanc conclusionem explicat,*d.part.2.c.2. n.38.cum seqq.*

Quintò, in famosis latronibus,& bannitis, corúmque 72 receptatoribus, ut dixi, *dict.cap. 2.§.2.num.40.* tradunt Vincent de Franch. *decis.470.* Calic. *de jure fisc. dub.8. num. 169.* Ponte *de potest.Proreg. tit.de provis.fieri solitis, §.3.num.27.& 47.cum seqq.& de elect.official. §.1.n.16.& seq.*Mastril.*d.c.16.n.18.21.&seqq.*quidquid dicat Elisæus Dança *in pug.Doct.to.2.tit.de armation.per compan.c.2.*

Sextò,in delictis officialium Regiorum commissis in 73 terra Baronum, Cancer. *variar. lib.3. cap.13.num.221.* Capiblanco *de Baronibus, prag.8. num.122.* Mastril. *decis.147.num.24. & dict.cap.16.num.256. cum seqq.* sicque observatum per Senatum *anno* 1647.cùm quatuor Bioratii Curiæ Gubernationis occidissent, sclopetorum ictibus, Philippum Esparsa oppidi de Castellnou, in civitate Sugunbii, quò cum aliis missi erant à Regio Concilio ad ferendum bannitum quendam, sive criminosum,in ea apprehensum: qui capti fuerunt per ministros Regiæ Audientiæ,causaque eorum in ea ducta; duo, nempe Antonius Amargo, & Joannes Benet epidemia oppressi intra carcerem animam emiserunt; duo superstites,nempe Simon Valero,& Joannes Climent ultimo supplicio damnati.

Septimò,in causis vasallorum habentium salvam guar- 74 diam à Domino Rege obtentam, ex aliqua justa causa, Guid.Pap. *decis.62.* Grammat. *decis.104.* Capiblanco *de Baron.prag.3.n.73.cum seqq.* Cancer.*variar.dict.lib.2.c.2. n.167.& lib.3.c.13.n.160.*aliis relatis Mastril.*dict.cap.16. n.266.*qualem salvam guardiam obtinent officiales villæ de Elig,eo quòd litem cum eorum Domino fovent,sicque mihi commissa fuit,anno 1650. causa accusationis positæ per illustrem Ducem de Maqueda, versus Justitiam illius Villæ, ob resistentiam factam per eundem Procuratori generali, & Bajulo ejusdem Ducis, & causa prosecuta usque ad diffinitivam.

Octavò,quando Baro est in dolo, & delicti particeps, 75 ut aliis relatis tradit Mastril *dict decis 274. in fin. & c.16.n.229.* & dixi *cap.2.§.2.num.41.* cum decisione Senatus in causa ejusdem Ducis de Maqueda Marchionis de Elig.

Nonò, si offendantur Officiales Regii in suo territo- 76 rio,textus *in l.nulla,C.de testib.*Franch.*decis.272.*Mastrill. *dict.decis.147.n.16.& dict.cap.16.n.252.* Sicque observatur à Senatu quotidie: me referente,fuit punitus Bajulus Baroniæ, de Luchent, quia executores Locumtenentis Gerentis vices ultra Sucronem, malè tractavit, anno 1650. & anno 1647. quidam Medicus villæ de Novelda fuit correctus, eo quòd non urbanè se gessit cum uno ex Regiis Alguacellis.

Decimò, si Princeps reperiatur in loco Baronis, nam 77 tunc ibi delinquens poterit à Principe puniri; Cancer. *dict.cap.13.num.335.*Mastril.*dict.c.16.num.259.* Et ratio est,nam Rex est fons perennis omnis jurisdictionis,benè Parlador. *rerum quotidianar. lib.1. cap.1.num.7.* aliis relatis Illiger.ad Donell.*dict.lib.17.cap.7.lit.O.* Unde præsente Principe omnia Magistratuum imperia con quiescunt, Bodin.*1.de Republ.num.313.* quemadmodum enim fluviorum impetus unà cum nomine absorbentur, cùm ab ostiis in mare confusi labuntur, & siderum omnium lux nulla percipitur, cùm Sol exoriri cœperit, ita præsente Principe omnis jurisdictio obdormit; hæc,& alia, Illiger.*ibid.* Quibus & alia ratio addi potest, nam si delinquens coram Judice punitur ab eo, quamvis non sit 78 de ejus jurisdictione, textus *in l.nullum, C.de testib.* Farin.*q.21.n.158.in fin.*multò magis puniri potest à Prin-

cipe,

cipe, ſi coram eo deliquerit, vel in loco ubi adeſt.

79 Undecimò, in cauſis viduarum, pupillorum, & aliarum miſerabilium perſonarum, Capiblanc. *prag.* 8. *num.* 154. & 165. *cum ſeqq.* Maſtril. *dict. deciſ.* 147 *num.* 28. & *ſeqq.* & *dict. cap.* 16. *num.* 253. *cum ſeqq.* pluribus Joan. Baptiſt. de Thoro *in compend. part.* 3. *verbo, Baro an poſſit*

80 *petere remiſſionem.* Quæ concluſio de jure abſolutè procedit: ſed apud nos diſtingue cum Belluga *dict. rubr.* 23. *verſ. Sed pone, num.* 6. & 10. aut loquitur de vidua, pupillo, aut alio quocunque miſerabili ſubdito Baronis, vel ſubdito Regis: ſi enim utatur privilegio electionis fori propter miſerabilitatem non ſubditus Baronis, privilegium non eſt ei ſublatum per conceſſionem juriſdictionis Baronum: ſi autem eſſet ſubitus Baronis, qui eſt de Brachio militari, ſublatum privilegium reperitur per actum Curiæ, de quo in *for.* 72. *de jur. omn. jud.* ſi verò Baro eſt alterius Brachii, videtur diſpoſitio actus Curiæ

81 extenſa per *for.* 34. *Curiar. ann.* 1585. ad alia Brachia; ſed cum hac diſtinctione, quòd actus Curiæ diſpoſitio ſe extendit, non ſolùm quoad ſubditos Baronum, verum etiam cujuſcunque Domini oppidi obtinentis mixtum imperium tantùm, *fori* verò extenſio ſolùm loquitur de Baronibus, atque adeò privilegium miſerabilium perſonarum in electione fori, quoad vaſallos Brachiorum Eccleſiaſtici, & Regalis, tantùm ſublatum eſt in ſubditis, ſive vaſallis Baronum de illis Brachiis: non verò Dominorum

82 infimæ juriſdictionis. Pluribus aliis limitationibus traditis, Maſtrillus *in dict. cap.* 16. *à num.* 216. *uſque ad fin.* materiam expedit; ſed hîc non tranſcribuntur, quia vel non ita practicabiles, ut iſtæ; vel apud nos non uſu receptæ, vel ſuperioribus comprehenſæ, ſicque illum rectori conſulendum relinquimus.

83 Sed videamus aliquos caſus, in quibus juriſdictio, & poteſtas noſtrorum Baronum fulget. In primis, quamvis Baro non poſſit imponere vectigalia, ſeu indicere jura, quia hæc poteſtas eſt de Regaliis ſupremo Principi reſervatis, ut probat Montanus *de Regalibus, cap. de vectigal. num.* 4. & *cap. de extraord. collat. num.* 3. poteſt tamen concedere facultatem, ſive licentiam Univerſitati ſui territorii imponendi *aſiſſas*, ſeu contributiones, Maſtril.

84 *dict. cap.* 16. *num.* 276. *cum ſeqq.* Dominus Leon *deciſ.* 80. *num.* 15. & *ſeqq.* ſed concedere immunitatem vectigalium minimè poteſt, ex traditis per Bellugam *rub.* 46. *num.* 7. Capiblanc. *de Baron. prag.* 8. *n.* 14. Maſtrillus *de Magiſtr. lib.* 3. *cap.* 10. *n.* 127.

85 Secundò, poteſt viſitare Univerſitates Baroniæ, & Officiales ipſarum ſyndicare, computa, & rationes rerum adminiſtratarum diſpungere, ut latè probant Cancer. *variar. lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 451. & *cap.* 12. *num.* 237. Capiblanco *de Baron. prag.* 5 *num.* 96. Maſtril. *dict. cap.* 16. *num.* 134. & *cap.* 17. *ejuſdem lib.* 4. *num.* 43. & *lib.* 6. *cap.* 1. *num.* 37. Dominus Leon *deciſ.* 10. *per tot. tom.* 3. ubi deciſio Supremi.

86 Tertiò, poteſt ad ſe aliquas cauſas evocare ex his, quæ dicuntur coram Officialibus ejuſdem; probat Fontanel. *dict. gloſſ.* 10. *part.* 1. *num.* 155. nam juriſdictio conceſſa per Baronem Officiali ſuæ juriſdictionis, ſemper cenſetur cumulativè, ut aliis relatis probat ipſe Fontanella *ibid. num.* 158. & Cancer. *variar. lib.* 3. *cap.* 13. *num.* 276. quos ſequitur Scipio Rovit. *ad pragmat. tit. de ſuſpicion. prag.* 2. *ex num.* 10. Sed maximoperè repugnant Capiblanco *de Baron prag.* 2. *n.* 186. *cum pluribus ſeqq.* & Montanus *de Regalib. cap. de poteſt. conſtit. Magiſtrat. num.* 16. quo nituntur probare impoſſibilitatem hujus diſpoſitionis, tam de jure, quàm de praxi, & obſervantia: ad hanc controverſiam componendam optima eſt diſtinctio Fontanell. *ibid. num.* 159. dum docet poſſe evocari à Barone cauſas pendentes coram Officialibus ad nutum amovibilibus per ipſum Baronem conſtitutis, non au-

87 tem quæ dicuntur coram eis qui ex privilegio, conſuetudine, vel aliàs eliguntur ab ipſa Univerſitate annuatim. Quæ quidem diſtinctio congruè adaptatur uſui, & conſuetudini noſtri Regni, nam licèt æqualiter ab omnibus Baronibus poſſideatur juriſdictio, inæqualiter exercetur: in omnibus enim oppidis eligitur Judex ordinarius annuatim, qui *Juſticia* appellatur, ndinſtar Juſtitiæ Urbis, de quo *cap.* 4. §. 2. *per tot.* ſed non omnes Juſtitiæ juriſdictionem exercent; nam ſive ſit inductum conſuetudine, ſive privilegio, in aliquibus oppidis Juſtitia exercet omnem juriſdictionem, merum, & mixtum imperium in prima inſtantia; in aliquibus cauſæ meri imperii, vel omnes criminales reſervantur Baroni; in aliis verò Juſtitia eſt merus executor Baronis, ſicque ſolùm executioni mandat ea quæ à Barone, ſeu Vicario ipſius (quem vocamus *Procuratorem generalem*, & *Bajulum*) ipſi mandantur. Suppoſita igitur hac differentia exercendi juriſdictionem, facilis eſt applicatio diſtinctionis; opinio namque *Capiblanco*, & *Montani* negantium, procedit in cauſis, in quibus per uſum, vel privilegium cognoſcere ſolent Officiales ordinarii Univerſitatum: opinio verò *Revit.* in cauſis quæ dicuntur coram Officialibus ad nutum amovibilibus ipſorum Baronum. 88

Quartò, Baro in cauſis ad ſe pertinentibus poteſt mutare locum juris dicendi, id eſt, extrahere cauſas ipſas de Baronia, ſive loco: ut expreſsè cavetur *in for. fin. de feudis*, ibi: *En qualque loch lo ſeñor ſe vodra el feu, ço es, del ſenyor dins lo Regno de Valencia.* Probat aliis relatis Fontanella *dict. gloſſ.* 10. *part.* 2. *num.* 1. & 9. ſed in *foro* cavetur, quòd ſit intra Regnum, & quod ſit ipſius Baronis, ibi, *ço es del ſenyor*, attamen obſervantia, & communis praxis interpretatæ ſunt hunc *forum*, ut extrahatur ad matricem in cauſis gravioribus, in quibus juris quæſtio diſceptanda venit. Quòd in utilitatem ſubditorum redundare eſt compertum; nam poſita poteſtate extrahendi cauſas à loco originis delicti, vel contractus, utilius eſt tam actori, quàm reo, ut ducantur in Urbem, ubi Juriſperiti adſunt, qui adhiberi poſſunt, tam ad judicandas ipſas cauſas, quàm ad defendenda, & patrocinanda jura partium; ob quod quotidie practicatur in criminibus gravioribus, reos captos in carceres regios detrudendo, in quo cuſtodiantur ſub nomine, & juriſdictione Baronis, ſive ut dici vulgò ſolet, *al traſt del Baro*, uſquedum cauſa expenditur; in civilibus verò quando cauſa ardua eſt, aliquando in ipſa Civitate, vel matrice diſtrictus inchoatur, perficitur, & abſolvitur, ſed frequenter proceſſus perficitur in Baronia, & concluſus ducitur ad matricem, ubi medio Juriſperito per ſententiam declaratur in prima inſtantia; in ſecunda verò, & ulteriori, aliquando in Urbe, aliquando etiam in Baronia, ſicuti res expoſtulat, ad quod Gerens vices libentiſſimè concedere ſolet territorium Baronibus, de quo Maſtril. *d. c.* 16. *n.* 107. *cum ſeqq.* & melius Font. *d. clauſ.* 4. *gloſſ.* 12. *n.* 152. & *ſeqq.* & *gloſſ.* 11. *n.* 24. *cum ſeq.* 89 90

Quintò, cùm pleræque Baroniæ reperiantur, intra quarum territoria ſunt oppida alterius Domini habentis juriſdictionem infimam tantùm, Baro poteſt in eis officialem habere, qui cognoſcat de cauſis ad merum imperium pertinentibus. De qua quæſtione tractat Fontanella *d. gloſſ.* 10. *part.* 2. *n.* 86. & reſolvit negativè, ne per conſtitutionem Officialis latenter trahat Baro ad ſe omnem juriſdictionem. Sed contraria de jure verior eſt, ut latè probat Franchis *deciſ.* 166. *per tot.* & *in fine*, optimè reſpondit ad rationem Fontanellæ, quam ſecuti fuerunt Riccius, & cæteri Addentes ibi. Capiblanco *de Baronib. prag.* 3. *num.* 144. Joan. Baptiſt. del Thoro *in compend. deciſ. tom.* 1. *verb. Baro habens juriſdictionem criminalem*, & *verb. Baro habens cognitionem*, Capicius *deciſ.* 27. *n.* 33. & *ſeqq.* & ſic deciſum per Senatum refertur *in cap.* 92. *actor. Cur. Brach. Real. ann.* 1626. & obſervabatur in Villis *de Unda* & *Villafanes*, & etiam alibi obſervatur. Vide adrem Giurb. *d. obſervat.* 115. *n.* 17. qui tenet quod Officialis Baronis non poteſt deferre inſignia juriſdictionis in oppido alieno, niſi ſecuto caſu juriſdictionis ſuæ: ſed in Regno contrarium obſervatur; quod verius puto, per ea quæ dicta manent. 91

Sextò,

92 Sextò, nam licèt alibi dubitetur; an vaſalli,& ſubditi teneantur juramentum fidelitatis præſtare tantùm, ſicuti benè de Catalaunis tradit Fontanella *dicta gloſſ. 10. part.1 num. 11.& ſeqq.*an etiam homagia,ſive ut dicimus,
93 *homenatges* : in hoc Regno homagia præſtanda ſunt, ut expreſsè cavetur *in for.13.de feudis*,ibi : *E facenſe los homens de mans,è de boca*, ſicque quotidie obſervatur, quoties Baro mittitur in poſſeſſionem , qui tenetur jurare obſervationem privilegiorum ipſius Baroniæ , ut docent
94 Cancer. *dict.cap.13. num.326. & ſeqq.* Maſtril.*dict.lib.4. cap.15.num.10.* Fontanel. *ubi proximè num.35.& ſeqq.* & licèt dicat id conſuetudine receptum eſſe in Catalonia ; ratio ab his Doctoribus tradita,ubique procedit : quod abſque difficultate eſt tenendum in ſucceſſore univerſa-
95 li : Sed nunquid in particulari, veluti emptore Baroniæ ſub haſta ? Et cùm in hoc caſu teneatur ſervare privilegia per prædeceſſores conceſſa , ut probant Scipio Rovit. *in pragm.1. de privileg.Univerſit.conceſſ. num.16. cum ſeqq.* Joannes Baptiſt.del Thoro *in comp.tom.1.verb. Baro emens feudum*; ad juramentum præſtandum etiam teneri dicendum eſt , ex ratione ab eiſdem Doctoribus tradita.

96 Septimò, Barones cognoſcunt de delictis ſuorum Officialium, Cancer.*dict.lib.13.cap.12.num.237.* Fontanell. *dict.gloſſ.10.part.2.n.66. & deciſ.366. n.1.* Quod quamvis limitet Cancer.*lib.2.cap.2.num.330.* in Officiali, qui reperitur Familiaris ſanctæ Inquiſitionis : hæc limitatio
97 apud nos non procedit ; nam Officialis delinquens in officio, non fruitur privilegio fori ſanctæ Inquiſitionis, ut cavetur *in cap.12. prima concordiæ.* Quæ generali regula limitanda eſt,quoties Officiales Baronis deliquerint
98 in criminibus, in quibus juriſdictio pertinet ad Regem: quia in eo caſu ſi crimen ſit ex his quæ Regi privativè reſervata ſunt , vel quia qualitas perſonæ id exigat, eo quòd ſit militaris, tunc ab ipſo Rege eſt puniendus : ſi verò pertineat cumulativè cum Barone , poterit utique per Regios Officiales puniri, & per Baronem ; ſic probat Fontanella *ubi proximè , num. 68.* Quæ nota ad crimina patrata cum armis igneis ſclopeti , quæ frequentiora ſunt.

99 Octavò, nam licèt nominans Officialem teneatur ſubſidiariè ad damna ſubſtituti, ſeu Officialis nominati malè adminiſtrantis, ſi Officialis Baronis deliquerit, in officio, & non habeat unde ſolvat damna, & intereſſe,non tenetur Baro ; Fontanel.*dict.gloſſ.10.part.1 n.166.* Cancer.*var.lib.2.cap.2.num.153.*eo quòd tantùm tenetur Officialis ipſe, per text. *in l.unic.C.ut omnes Jud.ad fin.* nec
100 etiam tenebitur Baro ad eum exhibendum, ut benè probat Joan.Baptiſt.del Thoro *in comp.deciſ.tom.2.verb.Baro an teneatur*,Paulus Xamar.*de offi.Jud.& Advoc.p.1.q.24. num. 9.* quam concluſionem *num. 97.* limitat in delicto ſucceſſivo Officialis ; nam ex continuatis fraudibus Dominus tenetur , eo quod præſumatur de ejus voluntate deliquiſſe,Menochius *lib.5.præſumption.27.num.2.* Natta *conſ.499.num.2.* Gratian. *diſcept. lib.4. cap.625. num.15. & 16.* Sed Baro quamvis abſolutè Officiales creet in ſua Baronia , non tamen vendere officia poteſt : Vivius *deciſ.407.* Capiblanco *de Baron. prag.4.num.122.* Maſtril. *lib.1.cap.20. num.45. & lib.4.cap.17.num.53.* Novar. *ad prag.Reg.Neapol. collect.5. tit.de Baron.n.4.* quò loci docet,quòd non ſolùm eſt vendere officia,dum pecunia intervenit pro electione , ſive de pretio conveniunt Baro, & Officiales,ſed etiam quando munera accipiuntur, vel ſalarium retinetur,nam id vendere in his terminis eſt,ut alibi dixi.

101 Nonò, nam poſſunt remittere, aut condonare pœnas delictorum ad ſe ſpectantium,*for.78.de jur.omn.jud.*ibi : *Aixi de remiſions,ò perdons ques faran per nos,ò per los dits havents mer imperi dels dits caſes de mort,ò mutilacio,com de altra manera* , ut docent Belluga *d.rubr.23. verſ. Sed pone, in fin.* Capiblanc.*de Baronib.prag.6.num.31.& ſeqq.* Maſtril. *de Magiſtr. dict.lib.4.cap.16.num.97.& ſeqq. & de indu.1.cap.2.num.25.& ſeqq.* Joan.Bapt.del Thoro *in comp.deciſ.tom.3.verb.Barones an poſſint indultare,in princ.* Novar. *tit.de Baronib. collect.7. num.6. & ſeqq.* qui benè declarat quando Barones excedant in uſu facultatis condonandi, Horatius Montanus *de Regalibus, cap.de poteſt. conſtitut.Magiſtr. num.31.* Sed hæc poteſtas limitata reperitur in omnibus caſibus,in quibus Prorex non poteſt indulgere pœnas, & ultra eos in delictis commiſſis cum inſtrumentis igneis, per *Regiam pragmaticam anni* 1613. Nec conſuetudo , aut forus adverſantur ; nam forus non adeſt qui expreſsè hanc facultatem Baronibus concedat , prætec *dict. for. 78.* qui præſuppoſitivè loquitur , & de delictis ejus temporis intelligi debet , & ſic multò ante ipſam *pragmaticam.*Conſuetudo autem(ſicut dixi reſpectu ordinariorum qui per *forum* eam obtinent) limitata eſt per diſpoſitionem *pragmaticæ* , quia in ea ex non delicto fuit factum delictum cum qualitate irremiſſibilitatis : ob quod tunc per ſupremam Principis poteſtatem legiſlativam potuit apponi in bonum commune totius Regni ; nam Princeps per generalem legem poteſt moderari juriſdictionem ſuorum feudatariorum, Boſſius *de for. competen. num.49.* Roland.à Val. *conſ.1. num.137. & conſ.1. volum.1.* aliis relatis Maſtril. *dict.cap.16. num. 140.* Benè ad rem Montanus *de Regal.lib.cap. de poteſt.conſtitut. Magiſtr. num.33.* Quod ita intelligendum eſt, ut Baro remittere poſſit delictorum in ſuo territorio commiſſorum pœnas ; non autem quando tanquam Dominus originis cognoſcit de crimine
164 vaſalli patrato extra territorium ; nam licèt eo in caſu poſſit cognoſcere de crimine vaſalli ad effectum puniendi, non tamen ad effectum remittendi , Belluga *rub.23. §.dicamus,n.4.* Gamma *deciſ.53.* Cancer.*variar. lib.2.c.1. n.75. cum ſeqq.*

Sed dubitari poteſt , an hæc facultas pertineat privativè ad Baronem , an cumulativè cum Principe ? & licèt
105 per textum juriſdictio quæſita ſit Baronibus privativè, quoad contentioſam partem , quoad voluntariam , & diſpenſativam,neque in eo,neque in alio foro expreſſum habemus ; nam in *dicto foro 78.* nullatenus explicatur quomodo pertineat ad Barones : quare tanquam caſus omiſſus à *foro* remanere videtur in diſpoſitione juris communis , & eo attento jus remittendi eſt de Regalibus ad ſupremum Principem pertinentibus , ut probavi *cap.4. §.2. num.16.* & tradit Maſtril. *de indultu, c.2.n.1.*
106 Et quamquam aliqui teneant , quod conceſſo mero , & mixto imperio , aggratiandi facultas conceſſa videatur, ut teſtantur adducti per eundem Maſtrillum *dicto cap.2. num.25.* Joan.Bapt.del Thoro *in com. deciſ. verb.Barones an poſſint indultare , part. 3.* hæc concluſio non procedit ſine contradictione , ut pluribus relatis , tenet idem Maſtril. *ibid. num.27.* Dominus Leon *deciſ.10. num. 28. & ſeqq.tom.3.* ſicque ſeclusa Regni conſuetudine , ſecurior , & verior eſſet ſententia eorum , qui negant hanc poteſtatem Baronibus , ex conceſſione meri , & mixti imperii ; atque adeò regulandum eſt juxta conſuetudinem , niſi aliter *privilegio* expreſsè cavearur : & quam-
107 vis adeſſet conſuetudo aggratiandi per Barones , non adeſt conſuetudo impediendi gratias à Principe obtentas; quod neceſſarium erat , ut privativè adquiſita videtur,ſicut ſuprà dixi *n.7.*ob quod credo, quòd Princeps poterit indulgere pœnas. Et ratio eſt clara , nam indulgendi poteſtas ſolius Principis eſt , ut dixi *d. cap.4. §.2. n. 16.* & quamvis dominis vaſallorum hanc poteſtatem conceſſerit,ſibi ſemper indulgendi poteſtatem reſervaſſe eſt dicendum. Tradunt plures relati per Maſtrillum *de indult.d.c.2.n.1.& ſeq.& cap.3.num.11.& c.44.num.5.& de Magiſtr. lib.4.cap.16. n.155.* optimè Don Joan.Baptiſt.Larrea *deciſ. Granatenſi 30. n.7. & 8.* Montanus *d. c. de poteſt.conſtitut.Magiſtr.num.31.& 32.* (qui monet ne abſque cauſa fiat,ne privetur fructibus juriſdictionis Baro) quod limitatur in pœnis pecuniariis ipſi Baroni applicatis , ut benè declarat idem Maſtril. *d.cap.44.num.5.*

Thor.

Thor. *d. part. 3. verb. Barones an possint indultare.* licèt contrarium validissimis rationibus probet Larrea *ibid. n. 6.* quò respicere videtur monitio Montani.

Nec te moveat quod *Mastrillus* loquitur *in* indulto generali ; nam indultum, de quo per Mastrillum, non fuit factum in Comitiis, aut Parlamentis, in quibus
108 adest consensus Regni ; eo enim in casu nulli dubium est subditos Baronum in indulto comprehendi, sed loquitur de indulto facto, motu proprio Principis ex natali successoris, vel causa conjugii : & sic non interveniente assensu Regni : & in *dict. cap. 16. num. 255.* generalem conclusionem statuit, quòd Princeps per viam gratiæ possit concedere vasallis Baronis, ex Camillo de Curt. Bobadilla, & Ponte ; & sic decisum in omnibus tribunalibus Neapolis testantur Montanus *dict. num. 32.* & Larrea *dict. decis. 3. num. 6. in fin.* Nec te etiam moveat in casu illius decisionis, contrarium decrevisse Senatum Granatensem : nam id fuit ratione specialitatis, de qua idem Larrea *num. 20.* Quare dum non appareat de consuetudine obtinendi à Principe, quòd abstineat à simili concessione, posse per Principem concedi tenendum est.

109 Denique si Baro usumfructum Baroniæ uxori legaverit ; filio, aut fratre, vel alio quocumque hærede instituto, ea quæ sunt jurisdictionis exerceri non debent per usufructuariam, sed ad hæredem pertinent ; ut benè probat Belluga *d. sub. 23. vers. Sed pone, num. 1. & seqq.* Nec
110 obstant tradita à Ramirez *de leg. regia, §. 33. num. 4.* ubi dixit ratione viduitatis, ususfructus, vel alias uxorem *Dominam* vocari ; nam hoc non procedit quoad exercitium jurisdictionis (nec de eo loquitur *Ramirez*) sed quoad honores, & dignitatem, atque reverentiam. Et quamvis in eisdem rationibus adductis per *Bellugam* videbatur dispositionem illam procedere in vidua tenutaria ; quia hæc nullum jus habe in proprietate, sed tantùm
111 jure pignoris retinet bona mariti faciendo fructus suos, Dominus Leon *decis. 39. num. 24. & decis. 62. n. 20. cum seqq.* tamen contrarium de jure verius est ; nam cùm hæc jurisdictio concessa sit in dominium, & patrimonium, & tenuta competat in patrimonio viri, sub quo jurisdictionem esse dubitari non potest ; inde est, quòd exerceri debet per quemlibet possidentem Baroniam ju-
112 re pignoris ; ita eleganter in terminis Anton. Faber *in Codice lib. 8. tit. 6. diffin. 11.* & post eum Cancer. *var. lib. 3. cap. 13. 365.* Mastril. *dict. lib. 4. cap. 16. num. 144.* Sicque in praxi receptum est ; & signanter practicatum vidimus in tenuta Baroniæ de Ayodar, quam obtinuit Domna Beatrix Muñoz, & Artès, sententia publicata per Ludovicum de Berbegal R. M. Scrib. *die 3. Julii anni 1600.* nam dum ipsam obtinebat, jurisdictionem Baroniæ exercebat. Sed hæc de Baronibus dicta sufficiant, nam in hoc opera solùm jurisdictionalia præcipua tradere promisimus.

---

§. II.

De jurisdictione Dominorum oppidorum qui habent mixtum imperium tantùm, dicta apud nos Alfonsina, *ad fur. 78. in princ. de jur. nov. jud.*

TEXTUS.

ALFONSUS PRIMUS REX
Anno 1328. Valentiæ.

ATorgam, que Prelats persones Ecclesiastiques, richs homens, Cavallers, persones Generoses. Ciutadans, é homens de viles qui no han mer imperi, hàjen jurisdiccio civil, è criminal, è exercici, è coneixença, é determinacio de aquella. E totes calonies, é penes civilis, é criminals, è drets de aquelles en los lochs, é alqueries lurs hon stan, ò staran quinze casats, ò mes de Christians situades, é situats dins los termens de la Ciutat, viles, ò lochs del Regne : aixi Reals, com daltres senyors qui consenten, ò consentiran, als presents furs, é fora aquels termens de la Ciutat, viles, é lochs sobredits, entre els homens dels lochs, ò alqueries lurs tansolament quant als crims comesos en los dits lochs, ò alqueries, ò dins terme, ò limitacions de aquelles. Exceptats tots casos hon haja loch pena de mort natural, ò civil, é cas de mutilacio de membre : la qual mutilacio sia deguda, principalment per algun crim. En los quals casos la coneixença, é punicio de aquells pertanga à nos, é à nostres Ordinaris, en los lochs, è alqueries situats, ó situades dins termens dels lochs nostres, è daltres hon havem mer imperi. E aço mateix pertanyga als altres del dit Regne qui han mer imperi, é a lurs ordinaris en los lochs de alqueries situats, ò situades dins termens dels lochs hon han mer imperi. Exceptat encara execucio de justicia corporal, quis haja a fer en subsidi : ço es, com lo criminos no porrà pagar la pena pecuniaria, en laqual serà condemnat per lo crim : aixi com en cas de nafres, é de exili del Regne, ó de semblants casos : laqual pertanygue à nos, ò a nostres ordinaris, é als altres qui han mer imperi, è a lurs ordinaris. Si empero pena corporal sens mort, é tallament de membre deguda principalment, è secundaria deurà esser imposada a algun criminos : aixi com fustigacio que no sia molt greu, ò posar en castell, ò altra pena arbitraria deguda principalment, ò secundaria sens mort, ò perdiment de membre per injuries verbals, ó per altres crims pertanyga à senyor del loch é alqueria, é en uengun cas los senyors dels lochs, ò alqueries desus dites no puixen alcun posar a questions, ò turments : mas si per ventura en alcun dels casos dels quals la coneixença los es atorgada, se convendra pronunciar que alcu sia posat a questions, ò turments, la coneixença pertanyga als senyors dels dits lochs, é alqueries : mas la execucio sia feta en tot cas per nos, ò per nostres ordinaris, ò per aquells que han mer imperi, ò per lurs ordinaris. Si empero per lo proces aparrà a nos ó a nostres ordinaris, ò als altres qui han mer imperi, ò a lurs ordinaris, que justament sia pronunciat sobre els dits turments. Atorgam encara que els senyors dels lochs, ò alqueries desus dites hajen la meytat de les penes pecuniaries pertanyents a nos, ò a aquells qui han mer imperi en los lochs, é alqueries, en los quals es atorgada la jurisdiccio en, é per tots los dits casos de mort natural, é civil, è mutilacio de membre, la qua mutilacio sia principalment deguda, è encara de qualque cantitats se hauran aixi de remisions, é perdons ques faran per nos, é per los dits havents mer imperi dels dits casos de mort, ó mutilacio, com de altra manera. Retenim empero a nos, è als dits altres havents mer imperi, la meytat de la pena pecuniaria provinent per crim de nafres, é laltra meytat atorgam als senyors dels lochs ò alqueries de sus dites.

SUMMARIA.

1 *Jurisdictio* Alfonsina *denominatur ab Alfonso Secundo Rege, qui eam concessit.*
2 *Dominus oppidi, in quo adsint quindecim domus cum vasallis, adquirit hanc jurisdictionem.*
3 *Jurisdictio Alfonsina non cognoscit de criminibus, ex quibus imponenda est pena mortis naturalis.*
Idem de pena mortis civilis, ibid.
Idem de pena mutilationis, ibid.
Idem de executione pœnæ corporalis, ibid.
Idem de tortura, ibid.
4 *Jurisdictio Alfonsina idem est, ac mixtum imperium.*
5 *Exilium non potest imponi ab habente jurisdictionem Alfonsinam.*

6 *Intelligo*

6 *Intellige de exilio perpetuo.*
Exilium perpetuum est species mortis civilis, ibid.
7 *Dominus* Alfonsinæ *cognoscere non potest de crimine homicidii rixosè patrato.*
8 *Senatus decisio.*
9 *Pœna remigii temporalis an possit imponi per Dominos* Alfonsinæ.
Remigii temporalis pœna est mixti imperii, ibid.
10 *Pœna remigii non potest imponi per Dominum* Alfonsinæ.
Pœna verberum levium potest imponi à Domino Alfonsinæ, *non verò graviun, ibid.*
Pœna verberum, levior est pœnâ remigii, ibid.
11 *Jurisdictio* Alfonsina *non spectat absolutè ad Dominos oppidorum, sed limitativè ad subditos ibi delinquentes.*
12 *Declara in causis criminalibus, non verò in civilibus.*
13 *Pœna pecuniaria medietas in delictis pertinentibus ad merum imperium queritur Dominis* Alfonsinæ.
14 *Decisio Senatus.*
Compositiones quomodo fiant; ibid.
15 *Jurisdictio* Alfonsina *concessa est in prima instantia.*
Jurisdictio Alfonsina *pertinet privativè, ibid.*
Appellationum causa per actorem possunt introduci coram Ordinariis ex foro, *ibid.*
16 *Licentia imponendi contributiones, seu assisias, non potest concedi media hac jurisdictione.*
17 *Visitare Universitates subditorum non spectat ad hanc jurisdictionem.*
18 *Censualis oneratio super bonis Universitatis prohibita est sine licentia Domini.*
19 *Licentia alienandi bona Universitatis, est de Regalibus.*
20 *Licentia alienandi bona Universitatis pertinet ad Dominum meri imperii.*
21 *Decisio Supremi, & nostri Senatus.*
22 *Amplia in causa executiva.*
23 *Defectus hujus licentiæ reddit contractum nullum.*
24 *Prohibitio opponendi exceptiones in causa executiva, defectum licentiæ non comprehendit*
25 *For.* 58. *vers.* O si alguna, *de jure emphyteutico expeditur.*
26 *Pensiones solutæ non computantur in sortem censualis, cujus contractus est nullus ex defectu licentiæ cum decisione Senatus.*
27 Belluga *explicatur.*
28 *Expenditur* for. 26. *de jure emphyteutic.*
29 *Dominus* Alfonsinæ *pro suo interesse potest comparere coram Domino* meri, *quando malè tractat subditos.*
30 *Dominus* Alfonsinæ *non potest imponere operas subditis.*
31 *Extende ad Barones.*
32 *Quindecim domus si ruina, vel casu diminuantur, non amittitur jurisdictio.*
33 *Universitatis jura conservantur in uno.*
34 *Universitas remanet, etiamsi omnes extinguantur.*
Explica, ut num. 35.
36 *Readificatio oppidi permissa est.*
37 *Ratio dispositionis fori ea est, ut concessa jurisdictione plures invitarentur ad constructionem oppidorum.*
38 *Oppidorum constructio potest fieri ubique, etiamsi redundet in damnum obtinentis merum imperium.*
39 *Et etiamsi redundet in damnum Domini directi, salvis juribus quæ ei competunt ratione emphyteusis.*
40 *Ædificare in suo per æmulationem quando quis prohibeatur?*
41 *Duobus Dominis concurrentibus, & mandantibus eidem subdito, quis præferri debet?*
42 *Spectantia in textu ad Sarracenos, antiquata sunt per expulsionem; & sic omittuntur.*

1 DIxi superiùs §. *precedenti, n.* 9. Dominos oppidorum exiguorum hujus Regni obtinuisse jurisdictionem mediam, sive mixtum imperium, quod apud nos nuncupatur, *Jurisdictio Alfonsina*, vocabulo denominato ab Alfonso Domino concedente ipsam per *nostrum textum*, cujus inscriptio corrigenda est, ex traditis per Dominum Leon *decis.* 101. *tom.* 1. *& decis.* 10. *tom.* 3. ut in simili dixi, *c.* 4. §. 2. *n.* 5. & cùm *d. n.* 9. laudati sint Doctores tradentes quid nomine *mixti imperii* comprehendatur? ideò non repetimus nunc.

2 Conceditur enim per *textum* cuicunque Domino oppidi, vel prædii rustici, sive ut dicimus *Alqueria*, quòd si in ea adsint quindecim domus fidelium, consequatur omnem jurisdictionem civilem, & criminalem in eosdem, ut in *textu* apparet. Tradunt Belluga *in specul. rub.* 24. *vers. Postremo, n.* 3. Dominus Cerdan *in arbor. jurisdict.* verb. *Los Señores de lugares*, Dominus Leon *dict. dec.* 101. *n.* 1. *& seq. tom.* 1. *& dict. decis.* 10. *n.* 4. *tom.* 3. Sed in eodem 3 *foro* expresè reservatur Domino meri imperii, impositio mortis naturalis, civilis, mutilationis membrorum, & executionis pœnæ corporis afflictivæ in subsidium imponendæ, & torturæ, uti expresè in eo legitur, & explicant Belluga *dict. rub.* 24. *vers. Et primo videamus, n.* 1. Dominus Cerdan *ubi suprà*, & Dominus Leon *ubi proximè*; sicque isti Domini *merum imperium* non obtinent, sed 4 *mixtum* obtinere dicuntur, eo quòd ut Doctores superius relati §. *preced. num.* 9. & cum eis Fontanella *dict. claus.* 4. *glos.* 14. *num.* 73. Cancer. *variar. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 46. *&* 47. & Don Garcia Mastril. *de Magistr. d. lib.* 4. *c.* 16. *n.* 29. in casibus reservatis merum imperium versari, non verò mixtum docent.

Et quia Belluga in *eodem num.* 1. docet, quòd potest 5 addi exilium à Regno; videamus, an hæc illatio à *foro* fiat, vel à *jure*? Et tam de jure, quàm de foro procedere asserendum est. De *foro*, nam in eo habentur hæc verba, ibi: *Axi com de cas de nafres, é de exili del Regne.* De *Jure*, nam exilium (loquor de perpetuo, nam temporale, exilium propriè non est: Fontanel. *dict. glos.* 14. *num.* 69. 6 *&* 69. Dominus Leon *dict. decis.* 101. *num.* 22.) est species mortis civilis, sicque pertinet ad merum imperium: Mieres *ad constit. Catalan. collat.* 4. *cap.* 9. *num.* 20. Farin. *in prax. quæst.* 19. *num.* 3. *& 15. cum seq.* præcipuè *num.* 15. Mastrill. 7 *decis.* 167. *& de Magistr. dict. lib.* 4. *c.* 16. *n.* 152. *cum seqq.* Dominus Leon *dict. decis.* 101. *n.* 3. *&* 8. Ex quo clarè deducitur, quòd crimen homicidii in rixa patratum non pertinet ad Dominum *Alfonsinæ jurisdictionis*, sed ad Baronem, vel Ordinarium illius territorii obtinentem merum imperium; quia juxta *for.* 42. *de crim.* imponitur pro eo crimine pœna exilii perpetui, quæ est mortis civilis, ut dixi; & casu contraventionis delinquens exponitur periculo, ut occidatur impunè à consanguineis occisi intra quartum gradum, de qua pœna infrà dicam, *cap.* 8. §. *penult.* sicque subsidiariè pœna mortis naturalis exequenda per consanguineos occisi, quæ omnia spectant ad merum Imperium. Ita pronuntiavit Senatus sub examine 8 Domini Don Braulii Esteve de anno 1650. in causa contentionis Don Pauli Sisternes, Equestris Ordinis Divi Jacobi, Domini oppidi de Benillup, & Illustris Marchionis de Guadalest Admirati Aragonum, cognitionem homicidii rixosi adjudicando dicto Admirato obtinenti merum imperium.

Sed dubitari potest, an isti Domini obtinentes *Alfon-* 9 *sinam*, possint imponere pœnam remigii temporalis, quam esse mixti imperii tenent Fontanella *dict. glos.* 14. *n.* 57. & Cancer. *dict. c.* 2. *n.* 48. Tamen quidquid de jure sit, apud nos attenta *fori* dispositione, negativè respondeo; nam in *textu* expresè dicitur, quòd pœna corporalis imponis non potest, nisi in subsidium, tùncque exequenda est per Dominum meri imperii: ergo quoties principaliter pœna corporis afflictiva, sicut est pœna remigii, est imponenda, non per Dominum *Alfonsinæ*, 10 sed Dominum *meri imperii* imponenda erit. *Secundò*, nam major pœna, quæ secundùm *textum* imponi potest per Dominum *Alfonsinæ*, est verberum, sive fustigationis; quæ fustigatio non gravis, sed levis esse debet: quam interpretantur *Belluga*, & cæteri à centum verberibus infrà, ut in locis superiùs adductis habetur: sed sic est, quòd pœna remigii gravior est pœna fustigationis levioris, ut no-

tum est; ergo pœna remigii imponi non potèst: quam conclusionem probat Dominus Leon, *dict. decis.* 101. *num.* 14.

11 Hæc criminalis jurisdictio non pertinet omnimodè ad Dominos oppidorum: nam limitata reperitur ab subditos ejusdem intra territorium delinquentes; sicque si non subditus in territorio deliquerit, vel subditus extra territorium, non pertinet cognitio ad Dominum *Alfonsinæ*, ut cum *Belluga*, & & aliis declarat Dominus Leon,
12 *ibid. n.* 18, *& seq.* tradens *n.* 23. decisionem Senatus, Quod secus est de jure communi, ut probant Cancer. *variar. d. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 71. Joan. Baptist. de Thoro *in compend. decis. part.* 3. *verb. Jurisdictio concessa Baroni.* Quod non extenditur ad causas civiles; nam omnes spectantes ad simplicem jurisdictionem, quæ per *foros* antiquiores pertinebant ad Dominos ipsorum oppidorum ante dispositionem *textus*, ut patet ex *for.* 70. *& 71. de jurisd. omn. jud.* spectant pariter ad Dominos prædictos, ut declarat Belluga *d. vers. Postrem. num.* & post cum Dominus Leon *d. decis.* 10. *n.* 10. *tom.* 3.

13 Cæterùm quamquam limitata sit jurisdictio horum Dominorum modo prædicto, in omnibus criminibus reservatis dimidium pœnæ pecuniariæ, vel pretii compositionis eis applicatur, ut in *textu* habetur, cujus dispositio in viridi observantia est; nam quoties Domini *Alfonsinæ* petunt à Domino *meri imperii* dimidium pœnæ, vel pretii indultus, id consequuntur, ut fuit pronuntiatum per Senatum in causa Illustris Marchionis de Benedites Domini oppidi de Rafelbunol, & Justitiæ in criminalibus Urbis, & quotidie practicatur, & practicavi non semel. Quomodo autem compositiones horum delictorum fiant per utrosque Dominos? tradit Belluga *in d. vers. Postremo, in princ. & n.* 1.

15 Jurisdictio autem concessa est per *forum* absolutè in prima instantia, nam causæ appellationum requirunt specialem mentionem; ut latè probant plures relati per Mastril. *de Magistr. lib.* 3. *cap.* 8. *per tot.* & cùm concessa sit in dominium, censetur privativè, ut dixi §. *superiori.* In causa verò apellationis, respectu actoris, clarissimum est posse introduci coram Ordinariis Urbis, vel villæ illius districtus, *for.* 70. *& 71. in fin. de jurisdict. omn. judic.* quoad reos idem dicendum est, ex superius dictis: quare quotidie causæ evocantur, tam ad Senatum, quàm ad Curiam Gerentis vices, & non semel ducuntur coram *Justitia* in civilibus.

Sed ad majorem *textus* explicationem, videamus ali-
16 quos casus ad materiam spectantes. In primis enim, cùm illi Domini mixtum tantùm imperium obtineant, non possunt concedere licentiam imponendi contributiones, vel assisias universitatibus sui dominii, nam *for.* 14. *de leuda*, intelligitur de Barone, & Domino *meri imperii*, cui communicata est Regalia concedendi similem facultatem, ut accuratè expendit Dominus Leon *decis.* 82. *per totam.*

17 Secundò, Domini obtinentes *Alfonsinam* jurisdictionem non possunt visitare Officiales, & Universitates sui dominii; quia jus visitandi, & syndicandi est de Regalibus, quæ nullatenus communicata sunt ipsis; ut latè docet idem Dominus Leon *d. dec.* 10. *à n.* 19. *usque ad fin.* cum decisione Supremi, sicque usu receptum est, ut dixi *c.* 2. §. 3. *n.* 52. *& seqq.*

18 Tertiò, per *for.* 35. *& 36. de jur. emphyteutic.* ad hoc ut legitimè imponatur censuale, sive redimibile, sive vitalitium super bonis alicujus Universitatis dominii Brachii Ecclesiastici, vel Militaris, requiritur licentia Domini ipsius Universitatis: de quo benè Dominus Leon *decis.* 188. *per tot. tom.* 2.

Sed dubitari potest quis hic Dominus esse debeat? an qui obtinet *Alfonsinam*, eo quòd Dominus propriè est; an verò obtinens merum imperium? & cùm concedere hanc
19 licentiam sit de Regalibus, eo quòd concedere licentiam alienandi res Universitatis, pertinet ad supremam potestatem, ut probat textus *in l. fin. Cod. de venden. reb. Civit. lib.* 11. ibi: *Non aliter, nisi Imperiali auctoritate vendantur*, ubi Bartol. & aliis relatis tradit Hermosilla. *in leg.* 15. *glos.* 2. *tit.* 5. *part.* 5. *num.* 32. *&* 33. *tom.* 2. (qui licèt dicat procedere de jure Castellæ, cùm apud nos adsint *fori prædicti* 35. *&* 36. *de jure emphyteutic.* similem dispositionem continentes, clarè sequitur dispo- 20
sitionem procedere) Don Joannes Baptista Larrea *alle-gat. Fiscal.* 110. *num.* 4. *cum seq. tom.* 2. Cancer. *variar. lib.* 3. *cap.* 17. *n.* 102. *& seqq.* Bobadil. *in politic. lib.* 2. *cap.* 16. *num.* 135. inde est, quòd pertineat ad Dominum *meri imperii*, & sic pronuntiatum fuit in Supremo Aragonum Consilio, in causa Regii Fisci Procuratoris, & Syndici villæ de Nulles: sententia publicata per Petrum Franqueza R. M. Scrib. *die* 14. *Novembris* 1584. de qua Dominus Leon *dict. decis.* 82. *num.* 14. *in fin. tom.* 1. & postea in nostro Senatu sub examine Domini Don 21
Cosmæ Gombau, doctissimi Senatoris, sententia publicata per Gasparem Mascarò R. M. Scrib. *die* 5. *Decembris* 1651. ad favorem Laurentii Bou Penaroja Generosi, & contra Joannem Raymundum Gil, & in pluribus aliis causis.

Quæ non solùm procedunt in causa ordinaria, appel- 22
lata apud nos *requisitionis*, instituta ad infringendam executionem, sed in ipsa causa executiva; in *dict. for.* 35. *&* 36. *de jure emphyteut.* adest clausula irritans, sicque reddit nullum contractum defectu hujus licentiæ, & impedit executionem instrumenti guarentigii; ut latè probat Azevedo *in l.* 2. *tit.* 3. *lib.* 5. *recopil. num.* 29. *& seqq.* (qui plures refert) loquendo de defectu licentiæ viri in contractu uxoris, in quo per *legem Castellæ* requiritur, qui casus est idem ac propositus.

Nec obstat dispositio fori 58. *de jure emphyteut.* de 24
quo Dominus Leon *decis.* 48. *num.* 1. *& seqq.* nam licèt per *forum* excludantur plures exceptiones inexecutionis, causa instituta virtute instrumenti venditionis censualis, non per hoc oppositio hujus exceptionis defectus licentiæ excluditur, ut tenent omnes relati ab Azevedo, *ibid. n.* 30. nam exceptiones quæ oriuntur ex eodemmet instrumento, ex quo oritur actio, non censentur rejectæ ab statuto rejiciente omnes exceptiones, ut latè probat Carol. de Grassis *de exception. except.* 13. *num.* 1. *& seqq.* & quotiescunque ex probatione actoris resultat exceptio, impeditur executio; ut in terminis tenet Fontanella *decis.* 130. *num.* 16. *& seqq.* & quod amplius est; quoties resultat suspicio, Giurba *decis.* 10. *num.* 8. *& seq.* & quod magis est, in *eodem foro* est hæc exceptio reservata inter eas, quæ opponi possunt in executionis judicio, ibi: *O* 25
si alcuna Universitat de Sglesia, ò de Baro, ó de Cavallet, ò de altri Gentilhome haurà fet, ó fara alcun carregament de censal, ò violari, è en virtute del dit carregament serà impetrat alcun manament executori, ò contra la dita carta de censal, ò violari sera allegada nullitat: Per ço com seria stat fet lo dit carregament sens licencia de lur Senyors contra forma, prohibicio, è disposicio del fur Rey don Martì oncle nostre. Sicque definitum in eadem Aula Domini Don Cosmæ Gombau. In mea verò sententia, publicata per Felicem Monçò R. M. Scrib. *die* 12. *mensis Octobris* 26
anni 1654. inter Don Franciscum Valeriola, & Syndicum Universitatis de Sueca, referente magnifico Domino Calahorra, & me referente in causa Angelæ Matheu, & Syndici oppidi de Aldaya, sententia pub. per Ferrera die 16. eorundem.

An autem, id quod ex contractu nullo solutum est pro annua præstatione, debeat in sortem computari, vel ex bona fide quæri emptori censualis? difficilis quæstio est. Et videbatur quòd sic, eo quòd *d. for.* 35. *&* 36. resistunt simili contractui, quare est ipso foro, & jure nullus; & emptor census non potest ipsos fructus exactos suos facere, sed restituere tenetur, *leg. vetere* 14. *& l. si prædium* 16. *Cod. de præd. minor.* nam fructus restituuntur, quando titulus est nullus, Surdus *consil.* 340.

num. 11. *lib.* 1. Marescot. *variar. lib* 1. *cap.* 112. *à num.* 36. *usque ad* 42. Sed contrarium fuit decisum, nam licèt census nullus sit, quandiu nullitas non declaratur, emptor facit fructus suos, eo quòd adsit implicitus actus validitatis; & dum tacet ille, ad cujus favorem actus est nullus; & non opponit de nullitate; sed fructus solvit, videtur habuisse actum pro valido; ita tenent Gratian. *discept. foren. cap.* 175. *num.* 15. *& cap.* 659 *num.* 64. Cencius *de censib. part.* 2. *cap.* 2. *q.* 4. *art.* 7. *in antiq. & quæst.* 88. *in novis per tot.* Duard. *de censib. quæst.* 20. Leotar. *de usuris, q.* 80 *num.* 16. *&* 23. sic pronunciatum in alia Aula, sententia publicata per Felicem Monçò R.M.Scrib. *die* 27. *Novembris* 1653. in causa Universitatis de la Alcudia, & Don Joannis de Brizuela; & quamquam aliquando aliter sit definitum, ex eo fuit, quia pars non opposuit, nec fuit punctus discussus: & pariter judicatum in mea Aula in dicta sententia *dici* 12. *Octobris* 1654.

27 Sed opponi potest doctrinæ, de qua *num.* 19. dispositio *fori* 26. *de jure emphyteutico*, de quo Dominus Leon *decis.* 1. *num.* 29. *tom.* 1. nam in eo prohibetur impositio census in re jam subjugata alteri censuali; imò subjugatio secunda invalida est, ut tenuit Joan. Berber. *in viator. jur. p.* 2. *rubric.* 8. *num.* 79. & ipse D. Leon *num.* 30. cum decisione Senatus declarat hoc procedere, si impositio secundi censualis fiat in præjudicium domini primi: & ratio est, nam ejus favore inducta est dispositio, sicque dum damnum primi cessat, cessabit dispositio; ut pluries fuit judicatum. Sed sic est, quòd dispositio *fori* 35. *&* 36. facta fuit in utilitatem dominorum utilium ipsorum oppidorum: ergo tantum erit contractus nullus, in quantum jus illius domini præjudicabitur; atque adeò ad illum spectat concedere licentiam, ut videtur tenere Bellug̃a *in speculo rubr.* 41. *§ leges Regni, n.* 59. *vers. Adverte, ad fin.* & Berber. *ubi prox.*

28 Nam benè perpensa doctrina Bellugæ *in princ. d. vers. Adverte*, loquitur de particularibus, de quibus *in dict. for.* 26. & *in fine* facit transitum ad Universitates, de quibus *in dict. for.* 35. *&* 36. & est maxima differentia, & ratio disparitatis: eo quòd singulares, ad hoc ut res proprias distrahere possint, nullam solemnitatem observare tenentur, sicque eorum contractus tenent, in quantum jus domini utilis non lædit̃r, ut superius dictum est; at verò in vendendis rebus universitatis, ultra interesse domini utilis, requiritur, quòd observentur solemnitates, de quibus *in dict. leg. fin. Cod. de vendend. reb. civit. lib.* 11. quorum una est, *ut non aliter, nisi imperiali auctoritate vendantur*, sive ut explicat Bartol. *ibid.* in Universitatibus provinciarum auctoritate Præsidis; tradunt Losæus *de jure Univers. part.* 3. *cap.* 5. *num.* 7. Cancer. Lartea, & Hermosilla *ubi proxim.* & sic non sufficit licentia Domini *Alfonsinæ*, sed requiritur Domini *meri imperii*, quod in rebus Regiæ ditionis exercetur per Bajulum generalem. Quæ dicta sunt respondendo ad argumentum subtiliter, & doctè propositum à quodam Domino Collega literatissimo. Quibus addi potest, quòd in *foro* 26. non adest clausula irritans, sed pœnalis, atque adeò disposita in uno casu non extenduntur ad alium.

29 Quartò, Dominus *Alfonsinæ*, licèt non cognoscat de criminibus reservatis, tamen pro suo interesse potest comparere coram Domino *meri imperii*, quando ratione jurisdictionis criminalis reservatæ malè tractat vasallos, ut ex Anna. *singul.* 6. Masul. *decis.* 9. *num.* 9. Capiblanco, & aliis tradit Joannes Baptist. de Thoro *in compend. decis. tom.* 1. *verb. Baro an possit comparere.*

30 Quintò, Domini *Alfonsinæ* non possunt imponere subditis suis operas, servitia, aut exigere hospitia, bestiasque petere pro rebus propriis asportandis, quod vulgò apud nos dicitur *de manar bagatjes*, ut benè pluribus relatis docet Don Francisc. Amaya *in l. unic. num.* 17. *Cod. ne oper. à collator. exig. lib.* 10. *& in l. unic. n.* 42. *& seqq. Ced. de*

31 *auro coronar. eod. lib.* 10. quod extendit ad Barones, etiam casu quo per multum tempus id soliti sint imponere, aut exigere; nam per metum, & violentiam intelligitur exactum, ut ex Chassan. Bobadilla, & aliis probat *dict. num.* 17. Quam conclusionem limita cum Horatio Montano, *de Regalibus, capite de angariis, & perangar. num.* 6. non soluto salario, vel in eo qui operas suas locare non solet, & in eo qui rebus propriis necessariò vacare debet; nam in his casibus cogere subditos non potest: aliter extra hos casus, nam nimis grave esset locare aliis, & Dominis suis denegare, ut docet Montanus *ibid. & cap. de plaust. & navium præstation. num.* 2. & casu quo conducat bestias pro rebus propriis asportandis à vasallis, non viliori pretio, sed ultra victualia tenetur solvere salarium aliis non subditis assuetum, Capiblanc. *de Baronib. pragm.* 16. *num.* 35. Joannes Baptist. de Thoro *in compend. decis. tom.* 1. *verb. Baro conducens*, Montanus *dict. num.* 6.

Sexto, quod licèt ad adquirendam jurisdictionem re- 32
quiratur numerus quindecim domorum cum vasallis, & subditis, ut in *textu* habetur, ibi: *quinze casas*, non enim dixit *cases*, id est, *domos*, sed *casats*, quod significat domos habitantibus, & incolis plenas. Si postea casu fortuito numerus extinguatur, nihilominus jurisdictio apud Dominum permanebit juxta *forum*; eo quod jura hæc in *textu* concessa, sunt jura Universitatis ipsius, & nomen, ac jura Universitatis conservantur in uno solo, si unus 33
solus remanserit de Vniversitate, *l.* 7. *§ in Decurionibus, ff. quod cujusque univers. nom.* & ibi Bartol. *in princip.* Decius *consil.* 45. *num.* 18. Losæus *de jur. Univers. part.* 1. *c.* 1. *num.* 30. *& seqq.* Sicque observatur; nam plura oppida sustinentur, & conservantur in duobus, aut tribus incolis. Imò, quod magis est, etiamsi omnes extinguantur, remanet Universitas, Gloss. *in l.* 1. *in verb. competit, ff. de* 34
colleg. illicit. Francisc. Marcus *decis.* 1339. *per tot.* Losæus *ubi proxim. num.* 33. Quod, ut ipse explicat, intelligendum est, non actu, sed habitu; quia privilegia Universitatis non censentur extincta mortuis omnibus de Universitate, Paulus Castr. *in l. si grege, n.* 4. *ff. de legat.* 1. sed hoc, 35
meo judicio, procedere potest quoad honorifica; nam plures videmus, qui nomen honorificum *Domini* istius, vel alterius oppidi conservant, quæ omninò extincta sunt, ut in oppido de Pardines, de Cores, & aliis appareat: hi enim nullum subditum habent, sed possident solaria, & territorium heremum.

Benè verum est, quòd possunt reædificare oppida illa accedentibus vasallis, & subditis, ut probat Cancer. *variar. lib.* 3. *cap.* 13. *num.* 20. *& seqq.* etiamsi aliàs esset constructio, aut ædificatio oppidi prohibita; & attenta dispositione *fori*, non solùm reædificatio est permissa, verum etiam nova oppidi constructio; eo quòd generalis concessio, de qua in nostro *foro*, inducta fuit invitando, 37
hoc præmio jurisdictionis concessio, ad incrementum oppidorum, per quæ Provincia illustratur; sicque quilibet in proprio solo poterit construere oppidum, dum pareat conditionibus *textus*. Neque per dominum *meri imperii*, vel directum poterit impediri, eo quòd, ut in *eodem textu* patet, omnes qui obtinent merum imperium, tenentur hac dispositione; quia satis cautum est eis, reservando casus, de quibus in *eodem textu*, ut diximus, ad suam cognitionem.

Sed majus obstaculum videbatur, jus domini directi, 38
quia ratione emphyteusis lædi potest in constructione oppidi: Attamen si salva & libera remaneant jura ad dominium directum spectantium, non dubito posse emphyteutam oppidum construere, quia concessio in emphyteusim ad benè meliorandum est; & si oppido in re censita fiat melioratio, negari non potest, per quam augeri suis in casibus jus laudemii. Et quamquam ponatur, quòd res emphyteuticaria sit in termino alicujus Domini obtinentis *Alfonsinam*, qui etiam dominus directus est; & negari non possit ex constructione novi oppidi damnum ei inferri, eo quòd jurisdictionem Al- 39
fonsinam

fonsinam amittit in ea parte, in qua oppidum erigitur, neque videatur factum per æmulationem,& ædificare in suo per æmulationem nemini permittatur, ut probat Cancer. *dict. cap.*13. *num.*4. *& seqq.* Id explicandum est
40 cum eodem *num.*13. nempe quando æmulario est publica, sive juris publici, non verò quando est alicujus privati. Tunc enim non dicitur æmulari publico, eo quod lege permittente fit, & utilitas publica versatur in incremento universitatum Regni, & sic utilitas domini directi cedere debet utilitati communi totius Regni, ut alibi diximus.Sed regulariter nemo præsumitur ædificare æmulationis causâ, ut cum Oroscio, Padilla, Sixtino, & aliis docet Giurba *observ.*47 *n.*21.

41 Postremò, si in oppido *Alfonsina* Dominus illius, & Baro obtinens ibi merum imperium concurrant, & unusquisque mandet aliquid uni, & eidem subdito, vel duo Domini pro indiviso id faciant, cui parêre ipse debet? Forsterus pro jurisdictione criminali adest, *tract. de jurisdict. fol.*473. Besoldus pro civili *politicor. lib.*1. *c.*10. *num.* 66. Sed respondit, quòd si mandata compatibilia sunt, utrique obedire debet; si verò incompatibilia, teneatur domino inferiori, qui immediatus est, dummodo non sit mandatum circa hæc quæ pertinent ad merum imperium; & si ambo sint æquales, quia uterque in solidum, & pro indiviso possidet unam, aut aliam jurisdictionem, præventioni locus est, atque adeò tenetur parêre illi, qui primus mandavit; sic docent Costa *de re integ. distinct.*28. *per tot.* & Petrus Francisc. Tonduti *de contentione jurisd. sive de prævent. part.*2. *c.*51. *n.*10. quæ explicat, ut ibi, *n.*12.

42 Cætera quæ in *textu* continentur, antiquata fuerunt per expulsionem Maurorum, qua deterior in plurimis facta fuit conditio horum Dominorum, & cùm non extantibus subditis illius speciei, cessent omnia quoad eos disposita, inde secunda pars *textus* non indiget explicatione.

§. III.

*De jurisdictione dominorum directorum in rebus emphyteuticariis censitis, ad for.*17. *de jur. emphyteut. & aliis juribus.*

TEXTUS.

JACOBUS PRIMUS REX.

CAscu pot leixar terra, casa, obrador, é qualque altre loch que per altre tingue a cens, ó a certa part de fruyts, ò deservi, ò de tribut: mas lo cens tot del temps qui es passat pach, é del dan que haura feyt, ò dar en la heretat, ò en la casa, ò en qualque altre loch que per lo senyor tingue fia tengut en poder del senyor de la cosa respondre, é fer compliment de dret, el senyor donli Jurge que no sia sospitos. E si el senyor agreuja a ell a tost, en axi ques senta agreujat del juhi, nos pusque a nos, ne a la Cort de la Ciutat appellar: mas lo senyor asigne a ell Jurge el pleyt de totes les apellacions. Aquella cosa mateixa sia servada en qualque cosa que sia donada a certa part de fruits, ò de tribut, ò de servi.

SUMMARIA.

1 *Emphyteusis materia tantùm explicatur hic quoad jurisdictionalia.*
2 *Emphyteusis materiam qui Doctores tractant.*
3 *Differentia inter emphyteusim, & feudum.*
4 *Domini directi à jure non habent jurisdictionem in emphyteusi.*
5 *Domini feudorum à jure habent jurisdictionem.*
Emphyteusis hujus Regni sapit naturam feudi, ibid.
6 *Domini directi in Regno habent jurisdictionem in re censita.*
7 *Jurisdictio domini directi privativè quæritur.*
Amplia ad causas possessorias, & appellationis, ibid.
8 *Limita in casu recursus, & manifestæ oppressionis.*
9 *Amplia in causis consistorialibus, & miserabilitatis, dum agitur de re censita, ut censita; ex* decisione Supremi.
10 *Census potest pertinere ad unum, & dominium directum ad alium.*
11 *Jurisdictio pertinet ad obtinentem dominium.*
Ex concessione emphyteuseos tria oriuntur, & quæ ista sint? ibid.
12 *Usufructuario quæritur laudimium rei censitæ.*
13 *Jurisdictio, & investitura, domino proprietatis.*
14 *Domini directi dant Judices, quos Delegatos ipsorum nominamus.*
15 *Jurisdictio eorum ordinaria est.*
16 *Jurisdictionis species ut cognoscatur, non inspicitur persona judicantis, sed ejus, cujus nomine judicat.*
17 *Domini directi ubicunque jurisdictionem exercent.*
Declara ut ibid.
Emphyteutæ non possunt extrahi ultra unam dietam extra domicilium, ibid.
18 *Emphyteutæ si amplius & ultra unam dietam extrahantur, consequentur* Conductum; *& quid hoc sit?*
19 For.8. de feudis, *explicatur.*
Conductum *tribuendum emphyteutis regulari debet, juxta disposita per usaticos Barchinonæ, ibid.*
20 *Emphyteuta in lite actionis personalis potest adire judices ordinarios.*
21 *Limita quoad solutionem canonis.*
22 *Decisio Senatus.*
23 *Judicis delegati electio pertinet ad dominum directum.*
Ita ut nec compelli possit ad conjudicem assignandum; juxta decisionem Senatus, ibid.
24 *Intellige in prima instantia; secus in causa appellationis, vel legitima causa existente.*
25 *Appellationis causa non venit in concessione, absque speciali mentione.*
26 *Decisio Senatus.*
27 *Assessiati. sive conjudicis assignatio non pertinet ad dominum directum, sed ad Regium Senatum, si Senator est eligendus.*
28 *Senatus observantia, & decisio.*
30 *Idem in assessiatis assignatis in causis Urbis, & Generalitatis.*
Inferior dicere legem superiori non potest, ibid.
31 *Assessiati de Regio Consilio, si eligantur à Juratis, vel Deputatis, ex nominatione Regis, vel Viceregia judicant, & non aliter.*
32 *Assessiatus de Regio Consilio præcedit Judicem delegatum.*
In causis Deputationis sub dubio est, & expectatur Regium decretum, ibidem.
33 *De assessiatis, & conjudicibus qui tractant.*
34 *Quindenniorum materia remissivè.*

LIcèt materia emphyteusis usu frequentissima sit apud nos hic tantùm de jurisdictionalibus agemus; quia cùm hæc sit intentio, ut in hoc volumine jurisdictionalia omnia tradantur, ideò tantùm spectamus ad jurisdictionem, quæque per foros inducta sunt, explicamus; in cæteris lectorem remittendo ad Doctores hanc materiam tractantes; quorum præcipui videndi sunt, Cancer. *variar. lib.*1. *cap.*11. Fontanell. *de pactis, claus.*4. *gloss.*12. *per tot.* Anton. Faber. *in C. lib.*4. *tit.*43. Parlador. *rer. quotid. part.*1. *lib.*2. *cap.*16. *& part.*2. *in fesquicentura different.*71. *cum aliquibus seqq.* Valasc. *de jur. emphyt. per tot. tractat.* Donell. *lib.*9. *comment. cap.*13. *cum seqq.* & Osvaldus Illig. *ad eum*, Dominus Morla *in emper. tit.*10. *de locat.*

vocat. in præmiſ. num. 32. *& ſeqq.* Ant. Gomez *ad leg.* 68. *Tauri*, Tiraquel. *de retract. convent.* §. 74. *gloſſ.* 1. *num.* 1. Joan. Baptiſt. de Thoro *in comp. deciſ. verb. Dominus directus, & verb. Emphyteuta, tom.* 1. 2. *&* 3. Dominus Leon *deciſ.* 77. *tom.* 1. plures adducti per Barboſam *in collect. 6 potuit, de locato; & cond. n.* 2. *&* 20. Tonduti *de prævent. judic. par.* 2. *c.* 55.

3 Hæc emphyteuſis materia plurimùm implicari ſolet cum materia feudali: & ſic prænotanda eſt differentia inter utramque. Quam accuratè tradit Parlador. *dict. diff.* 71. *num.* 1. Non videtur omninò adæquata; nam licèt verum ſit, feudum obligare ad perſonale obſequium, emphyteuſim verò ad annuam penſionem, ſive canonem: feudum conceſſum ſit à Principe, Epiſcopo, aut Magnate: emphyteuſis verò à quocumque, ut ipſe tra-
4 dit *num.* 5. ubi plures alias differentias adeſſe affirmat: meo judicio differentia ſubſtantialior, juris diſpoſitione attenta, in eo conſiſtit, quòd dominus directus à jure conſequitur juriſdictionem in feudo, in emphyteuſi verò minimè, ut ſignificat Fontanella *d. gloſſ.* 12. *num.* 140. Sed cùm apud nos, ſicut ipſe de Catalaunis tradit, feudorum materia rarò, aut nunquam in uſu habeatur, niſi in conceſſione Caſtrorum, & Baroniarum facta à domino Rege, cujus juriſdictio indubitata eſt, ideò hîc de emphyteuſi tantùm agemus.

5 De Jure enim Domino directo non quæritur juriſdictio aliqua, ratione emphyteuſis, ut notant communiter Doctores *in dict. cap. potuit, de locat.* Jaſon. *in 1. ſib. feudor. num.* 55. *in fin.* Cancer. *variar. lib.* 1. *cap.* 11. *n.* 63. Fontanell. *dict. gloſſ.* 12. *num.* 140. Dominus Leon *d. deciſ.* 77. *num.* 12. plures relati per Barboſam *in collect. ad dict. cap.*
6 *potuit: num.* 141. Sed de jure noſtro, juriſdictio quæritur domino directo in emphyteuſi, ſive in re cenſita, uti cenſita: *for.* 1. cum *aliquibus ſeqq. de jur. emphyteut.* Dominus Leon *dict. deciſ.* 77. *num.* 15. *& ſeqq.* Dominus Cerdan. *in arbor. juriſd.* verb. *Los ſennores directos*, Cancer. *dict. num.* 63. & Fontanell. *dict. num.* 140. ſicque, quoad hæc, correcta eſt diſpoſitio juris negans juriſdictionem domino directo, ac per conſequens cauſæ feudales, & emphyteuſis in Regno, quoad hæc æquiparantur; ita ut
7 cauſa emphyteuſis capiat naturam feudi. Nec differentia conſideratur inter fundum vectigalem, emphyteuticum, & ſuperficiarium; nam de his omnibus loquitur textus *in prin.* & hæc omnia ſynonyma ſunt, ut benè declarat Parlador. *diff.* 72. *per tot.* Quæ quidem juriſdictio quæritur domino directo in re cenſita, ut cenſita, dum durat emphyteuſis, vel ea finitâ; nam *textus in principio* loquitur de eo qui derelinquit emphyteuſim; *in fin.* autem verſ. *Aquella*, generaliter de omni re conceſſa ad cenſum, ſeu partem fructuum, aut vectigalis, & privativè, tam in prima inſtantia, quàm in omnibus appellationis judiciis, tam in cauſa poſſeſſoria, quàm proprietatis, etiamſi de ſummariſſimo poſſeſſorio agatur; ut in *text.* habetur *for.* 19. *eod. tit.* tradit Dominus Leon *dict. deciſ.* 77. *num.* 20. & Dominus Cerdan *ubi proxim.* Quod nititur duplici ratione: Prima, nam hæc juriſdictio quæritur in dominium, ſicque privativè, ut dixi *hoc cap.* §. 1. *n.* 3. Secunda nam in *foro noſtro* expreſsè habetur, ibi: *Nos puſsque à nos, ne a la Cort de la Ciutat appellat*, quod per legem concedi poſſe nemo dubitat.

8 Sed ut Dominus *Cerdan* tradit *ibid.* in cauſa recurſus, & oppreſſionis, benè tribunalia Regia poſſunt cognoſcere; nam hæc auctoritas Superioris numquam cenſetur excluſa, quia eſt Regalia Regis inſeparabilis ab ipſo, ut dixi *hoc eodem capite*, §. 1. *num.* 20. Quæ quidem procedunt etiamſi emphyteuta ſit pupillus, vidua, vel miſerabilis perſona, aut Univerſitas, vel Collegium, ſicut diffinitum habemus per Senatum, cum votis ſacri Supremi Aragonum Concilii, me referente, in cauſa quindeniorum prædii ruſtici nuncupati *la Torre de Eſpioca*,
9 cujus evocatio denegata fuit Collegio Divi Pauli Societatis Jeſu, prædictum privilegium inter alia allegranti, ad favorem illuſtris Ducis de Bexar, ſententia publicata per Vincentium Ferrera Militem R. M. Scrib. *die* 21. *Januarii* 1654. & unicum motivum Supremi illud eſt, quòd agebatur de re cenſita, ut cenſita.

Etenim quamvis juriſdictio dimanare videatur ab im- 10
poſitione cenſus, ut ex *textu* colligitur; nihil obeſt, quominus cenſus, ſive canon pertineat ad unum, & dominium directum ad alium, ut quotidie videmus in beneficiis Eccleſiaſticis antiquioribus, quorum proventus maximè conſiſtunt in his cenſibus rerum emphyteuticalium, quibus applicati reperiuntur, dominio directo reſervato patrono, ſive obtinenti jus patronatus, aut alii. Sed in hoc caſu juriſdictio non pertinebit ad obti- 11
nentem cenſum, ſed dominium, ut benè probat Giurba *deciſ.* 83. *num.* 1. *& ſeqq.* nam dominium eſt principale; cenſus verò acceſſorium Guid. Papæ *deciſ.* 264. *n.* 1. quia ex conceſſione emphyteuſis tria naſcuntur. Primum, dominium directum: ſecundum, jus activum exigendi cenſum annuum: tertium, jus utile quod in emphyteutam tranſit cum jure paſſivo cenſus, quæ inter ſe diverſa ſunt & ſeparata, & ſic poteſt eſſe penes unum cenſus, & penes alium dominium, *l. fin.* §. *fin. ff. de de contr. empt.* Guid. Pap. *deciſ.* 264. *num.* 2. Socin. *conſ.* 50. *num.* 24. *volum.* 4. Maſtril. *deciſ.* 58. *num.* 11. Intrigliol. *ſingul.* 120. *lib.* 2. Giurb. *dict. deciſ.* 83. *num.* 1. *& ſeqq.* qui licèt contrariam deciſionem tradat, ideò quia, in caſu illius, non fuerunt ſeparata.

Si autem uſusfructus dominii directi alicui quæratur, 12
juriſdictio non pertinebit ad uſufructuarium, quamvis ei debeatur laudimium, ut probat Julius Clarus *in praxi §. Emphyteuſis, queſt.* 23. *num.* 5. nam Commiſſum verò domino proprietatis debetur, Guid. Pap. *deciſ.* 477. Ob- 13
drad. *con.* 240. ſicut laudare, & inveſtire, ut ipſi tradunt; & licèt uſufructuarius videatur procurator proprietarii, *l. ſi pignori, in fin. ff. de pignor. action.* hoc tantùm procedit quoad laudimium, non quoad pertinentia ad Dominum directum, ut eſt Inveſtitura, Commiſſum, & Juriſdictio, *l. ult. C. de jur. emphyteu.* nam uſufructuarius non eſt directus Dominus, probat, præter Guid. Pap. *ubi proximè*, benè ut ſolet Anton. Fab. *dict. tit.* 43. *diff. fin.* 46. *per tot.*

Cauſæ iſtæ tractantur coram Judice delegato ab ipſo 14
Domino directo; nam licèt in textu dicatur ibi: *Sia tengut en poder del ſenyor de la coſa reſſpondre*, additur: *el ſenyor donli juge queno ſia ſoſpitos*, quia nemo in cauſa propria judex eſſe debet, ut poſt Cancer. Capicium, & alios benè explicat Tonduti *de prævent. part.* 2. *c.* 2. *n.* 45. *&* 46. & cùm intereſſe ſit pecuniarium, conceditur juriſdictio ad delegandum. Sed dubitari poteſt, an hæc juriſdictio ordinaria ſit, vel delegata? & ordinariam eſſe, tenendum 15
eſt; eo quòd dimanat à lege contenta in *textu noſtro*, & aliis *foris ſuperius adductis*; docet Fontanella *d. gloſſ.* 12. *num.* 144. *& deciſ.* 285. *num.* 3. *tom.* 1. quamvis enim ipſe Dominus non judicat, eo quòd prohibetur judicare in cauſa propria, & delegat cauſam Judici non ſuſpecto; non tamen ſententiæ dicuntur Judicis delegati, ſed Ordinarii; quia non attenditur perſona ejus qui judicat, ſed 16
illius qui cauſam commiſit, ſicuti in Gerente vices, Bajulo, vel Juſtitia, quotidie evenit: nam ſi Aſſeſſores Ordinarii impediantur, ipſi aſſumunt Aſſeſſorem, tùncque juriſdictio ordinaria exercetur, etiamſi delegata ſit cognitio.

Quæri autem poteſt, ubi Domini directi cauſas has 17
tractare poſſunt? & tenendum quòd ubicumque voluerint, dummodo fiat ubi habeant domicilium in Regno, vel ubi adeſt res illa in emphyteuſim conceſſa, ſi emphyteuta non extrahatur à proprio domicilio ultra unam dietam; ex propria enim habitatione extrahi non poteſt, niſi ad locum ex quo eodem die redire valeat ad 18
proprios lares, niſi Dominus velit *Conductum* ei præſtare, hoc eſt neceſſaria ad victum, ut in terminis probat, & explicat Fontanel. *dict. gloſſ.* 11. *num.* 28. *& gloſſ.* 12. *n.* 150.

quæ

quæ apud nos expresè disposita sunt per *for.* 8. *de feud.* ibi: *Deulos donar en loch hon pusquen aquell dia tornar à son alberch, è sino fahia, deulos fer sòs obs segons que es contengut en los casos del usatge de Barcelona.* Quamvis enim *textus* iste de feudo, & Rege loquatur, cùm emphyteusis æquiparetur feudo, & regulari debeat juxta disposita in usatico Barchinonæ, qui generaliter loquitur, ut Fontanella tradit *ibid.* inde est, quod generaliter disponat. Quid, & quomodo *conductum* solvendum sit? pete à Fontanella *dict. glos.* 12. *num.* 153. *& seqq.* qui benè declarat. 19

Hæc omnia procedunt dum agitur de re censita, ut censita: secus autem dum aliter agitur, nam quæstio de dominio directo coram ordinariis agitanda est, *dict. for.* 19. *in fin. de jur. emphyt.* ac per consequens in lite, quam emphyteuta habet cum domino directo super contractu personali, & illius validitate, vel nullitate, potest adiri Judex ordinarius, dummodo non sit ratione canonis, ut tradit Dominus Leon *dict. decis.* 77. *n.* 19. In cæteris autem non coram delegato, sed ordinariis agendum est: Marius Mara *decis.* 70. *num.* 19. Dominus Leon *dict. decis.* 77. *n.* 13. Milanens. *decis.* 6. *per tot.* Castillo *decis.* 201. *num.* 29. *tom.* 3. & ita decisum pluries fuit in Senatu, ut sub examine Domini Don Melchioris Sisternes; Sacri Supremi Aragonum Concilii, postea meritissimi Regentis, sententia publicata per Don Franciscum Alreus R. M. Scrib. *die* 5. *Februarii* 1619. ad favorem Hieronymi Audinet, & contra Ludovicum del Rio Presbyterum, & referente Domino Polo, Regia provisione *dici* 11. *Decembris* 1634. ad favorem Conventus Divi Philippi Ordinis Carmelitarum Discalceatorum, & adversus Syndicum Collegii sancti Pauli Societatis Jesu, Actuario Fabra, & sub auditione Domini Avunculi Don Petri Sanz provisione *dici* 30. *Maii* 1636. in favorem Franciscæ Paulæ Fabubuix, contra Syndicum Capituli Almæ Sedis Valentinæ: quas decisiones notat ipse Dominus Don Petrus Sanz *in suis observationibus, lit. E, observat.* 18. 20 21 22

Electio autem ipsius Judicis ita spectat ad ipsum Dominum directum, ex *textu*, & *for.* 19. ut neque compelli possit ad tribuendum conjudicem, vel associatum; sic expresè cavetur *in for.* 18. *de jur. emphyteut.* ibi: *No puixa ser remogut, ò dat a ell associat*, & sic decisum fuit per Senatum, referente Domino Leon, sententia publicata per eundem Alreus, *die* 20. *Maii* 1611. ad favorem Laurentii Tristan de Valençuela Presbyteri, & versus Joannem Baptistam Palau. Quæ intelligenda sunt in prima instantia, & legitima causa non extante. In judicio verò appellationis, & justa, ac legitima causa existente, observantia sic interpretata fuit illum *forum*, ut decerni soleat conjudex, vel associatus Judici delegato, per Regium Concilium ex ipso Senatu: nam appellationis causa non venit in dispositione, vel concessione, nisi de ea facta sit specialis mentio, Angel. *in l.* 1. §. *qui mandatum, in fin. ff. de offic. ejus*: Jacob. de Sancto Georgio *de feud. in verb. cum mero & mixto imperio, n.* 9. Natta *cons.* 580. *n.* 25. Cabed. *decis.* 40. *num.* 12. *part.* 2. Mastrill. *de Magistratib. lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 9. *& seqq.* & sic decisum in dicta Regia sententia *die* 20. *Maii* 1611. & alia publicata per Antonium Ludovicum Cases *die* 26. *Februarii* 1627. sub examine Domini Don Gabrielis Sancho, in favorem Archiepiscopi Valentin. & contra Syndicum oppidi de Pucol. Sed hoc in casu nominationis conjudicis, vel associati dubitaret licet, an illius electio conferatur Domino directo, vel fiat per ipsum Regium Senatum? Et quamvis aliquando fuisset nominatio relicta Domino directo, de quo sunt aliquæ Regiæ sententiæ, id fuit factum, re non discussa: sed postea maturius perpensa in duabus Aulis civilibus, unanimiter fuit decisum in similibus causis nominandos esse conjudices, vel associatos de Regio Concilio per eundem Senatum; nam ita, utplurimum antiquitus observabatur, licèt, ut dixi, non semel omissum 23 24 25 26 27

fuit; & de observantia testabantur ferè omnes Senatores tempore decisionis. Quod ratione nititur, eo quòd Senatores non debent judicare, ut conjudices ad nutum ipsorum Dominorum, quorum omnes subditi sunt Regii Concilii, & plurimi privatæ personæ. Inferior enim non potest dicere legem Superiori, *c. cum inferior, de major. & obed.* pluribus cit. Barbos. *in collect. ad illum text. n.* 2. *& seqq.* Nec qui minoris est auctoritatis, eum qui majoris est potestatis, judiciis suis addicere, ac propriis diffinitionibus subjugare valet: *c. inferior*, 21. *distinct.* Quod pariter observatur in causis spectantibus ad Rationalem Urbis, Juratos, vel Deputatos Regni, in quibus ex nominatione Regia, vel Viceregia, Senatores applicantur in conjudices, vel associatos. Et si aliquando Jurati, vel Deputati eos eligunt, adeunt Dominum Proregem, ut suam Regiam interponat auctoritatem in dictis nominationibus. Sic diffinitum fuit sub examine Domini Polo *die* 21. *Octobris anni* 1633. in causa quæ ducebatur inter Syndicum Cleri Parochialis Ecclesiæ Sancti Nicolai Urbis, & Franciscum, ac Vincentium Perez oppidi de Paiporta ex alia, quæ confirmata fuit in alia Aula, & virtute hujus declarationis nominatus associatus Dominus Avunculus Don Petrus Sanz, qui hæc notat *in suis observat. lit. D, observ.* 21. & addit, quòd tunc etiam fuit in dubium revocatum, an Judex delegatus præferri deberet? & ex deliberatione trium Aularum decisum, quòd associatus de Regio Concilio præferatur Judici delegato; quæ decisio nititur pluribus rationibus, & jutibus adductis per Larream *allegat. fiscal.* 52. *per tot. tom.* 1. sicque præfertur in causis Urbis & Dominorum directorum. In causis verò Deputationis, sub dubio est, & dubium ad Principem delatum, cujus exitus per plures annos expectatur. Tractant de Adjunctis, Stephanus Gratian. *disceptation. for. cap.* 100. *ex num.* 30. *per plures seqq.* Ludovicus Saravia *in pleno tractatu de jurisdict. Adjunctorum per tot.* plures adducti per Barbosam *de Canonicis, & Dignitat. cap.* 28. *per tot. & in collect. ad Concil. cap.* 6. *sess.* 25. *de reformat.* 28

De quindennio resultante ex dominio directo aliqua diximus *c.* 2. §. 5. *in fin.* sicque ibi petenda sunt, nam nulla est ratio cur hìc repetantur. 34

§. IV.

De habentibus jurisdictionem titulo gubernatorio, sive in gubernium, ad c. 91. *ctor. Cur. Brach. Regal. anni* 1626.

TEXTUS.

PHILIPPUS QUARTUS REX anno 1626. Montisoni.

ITem per quant es cosa contra lo benefici de les Ciutats, y Villes del present Regne, concedit se *gubernatorio nomine* la jurisdiccio suprema als Senyors dels lochs, situats dins dels termens generals de les dites Ciutats, y Villes, y tambe en dany del patrimoni Real, per ser molt danzòs apartarse de la Real Corona una cosa tan preciosa, com la jurisdiccio suprema *in perpetuum quæsito colore* del titol *gubernatorio nomine*. Suplica per tant à V. Megestat lo dit Estament Real sia servit de no concedir semblants concessions de jurisdiccio, que en efecte, y en veritat encara ques vulla colorarles ab lo dit titol de *gubernatorio nomine*, son alienacions, y separacions verdaderes del dit Real Patrimonni. *Sa Magestat tindrà conte en lo que se li suplica en lo present capitol.*

SUMMARIA.

1 *Concessio jurisdictionis in gubernium nuviter apud nos usu recepta.*

2 *Jurisdictio in gubernium ad hæredes transmissibilis concedi potest.*
3 For. 33. de rebus non alienandis *expenditur.*
4 *Jurisdictio est incorporata Regio patrimonio. Jurisdictio per* forum *inalienabilis, ibid.*
5 *Jurisdictionis in gubernium inducenda ratio.*
6 *Jurisdictionis concessio in officium non est alienatio.*
7 *Magistratuum, & Officialium creatio ad Regem attinet.*
8 *Ampliare officium, & successoribus concedere, Principi non est impossibile.*
9 Fori *Valentiæ non limitant potestatem Regis in creatione Officialium.*
10 *Ordinaria jurisdictio non læditur per concessionem in gubernium.*
11 *Ordinarii possunt cognoscere de criminibus ad se spectantibus in oppidis, quorum jurisdictio concessa est in gubernium, ubi observantia refertur.*
12 *Jurisdictio in gubernium privativè quoad Curiam Gubernationis conceditur.*
13 *Decisio Senatus.*
14 *Gubernator non utitur verbis præceptivis in literis expeditis ad Dominos oppidorum hanc jurisdictionem obtinentes ex Regio rescripto.*
15 *Jurisdictio in gubernium regulanda est, juxta disposita in Gerente vices limitative ad territorium.*
16 *Jurisdictio in gubernium non derogat jurisdictioni quæsitæ Ordinario oppidi in prima instantia.*
17 *Domini obtinentes hanc jurisdictionem subjiciuntur Regiæ Audientiæ.*
18 *Item tenentur expedire causas meri imperii cum Reg. Fisci Advocato.*
19 *Item non possunt nominare* fiscum *ex Regio rescripto.*
20 *Item revocari non potest concessio sine causa.*
21 *Nec sequitur naturam castri, vel oppidi, sed personam cui concessio est facta.*
22 *Nominari potest successor, tam in testamento, quàm in contractibus.*
23 *In hac jurisdictione succedunt venientes ab intestato, si non est destinatus successor.*
24 *Fœmina succedere nequeunt, nisi fiat expressa mentio illarum.*
25 *Facultas nominandi successorem, non expirat semel facta per primum nominatione, effectu non secuto.*

1 EST & noviter apud nos usu recepta alia species jurisdictionis, quam Dominus Rex concedit *titulo gubernatorio* Dominis oppidorum, qui tantùm *Alfonsinam* obtinent, ut de criminibus reservatis ad merum imperium cognoscere valeant. Quæ in dominium concessa non est, eo quòd Dominus ipse creatur Locumtenens
2 Gerentis Vices generalis Gubernatoris limitativè ad illud oppidum, ejúsque territorium; sed tantùm in officium; nam licèt regulariter officium sit personale, & ad hæredes non transmissibile, Gloss. *in l. penult. ff. de tutelis.* Text. *in l. 1. C. si quis ignor. rem. min. emer.* ibi: *Cum officio morte finiatur*; unde concesso officio in perpetuum, non alterabitur natura officii, & sumenda est interpretatio, ut duret donec vita concessionarii duraverit; Barbosa *in l. quia tale, num. 10. vers. Exemplum erit, ff. soluto matrim.* tamen natura hæc alterari potest ex forma concessionis, vel pacti: Baldus *consil. 159. n. 5. lib. 3.* pluribus, & benè, Montanus *de Regalib. cap. de Officiis, n. 5. & seqq.* omninò videndus. Neque omninò incognitus est in *Jure* hujus jurisdictionis usus, sive concessio; nam *in cap. 1. de feud. Guardiæ*, jam de hoc agebatur; nam *Castaldus* de quo in *eo textu*, is est, cui res Domini committuntur gubernandæ, ut cum *Andrea de Isernia* explicat Gloss. *ibid. lit. B.* & tradunt Doctores in eo *textu*: Capiblanc. *de Baronib. tom. 1. pragmat. 8. part. 1. n. 37. & seqq.* Mastrillus *de Magistratib. lib. 3. c. 2. n. 59.* licèt gubernium illud, de quo Mastrillus *ibi*, differat à nostro, ut ex infrà dicendis patebit.

Ratio, ob quam concessio hujus jurisdictionis usu recepta est, ea nimirum videtur; nam per *for. 33. de rebus non alienandis*, junctis *aliis for. seqq.* & privilegiis *ibi* mentionatis, jurisdictio suprema, & merum imperium tanquam res pretiosa, & ad Regium splendorem spectans, unita & incorporata est Regio diademati, & patrimonio, adeò ut inalienabilis sit, sicut sunt castra, oppida, & cætera ad Regem spectantia (ad cujus materiæ explicationem videndi sunt, Belluga *verb. 13. §. 3. princ. num. 40.* Dominus Leon *decis. 3. num. 28.* Mastril. *d. lib. 1. cap. 12. per tot.*) sicque lege pactionata cavetur, ne hæc alienari possint: Brachia Regni in Curia non solùm non præstabunt consensum ad alienationes faciendas, sed imò enixè observationem hujus dispositionis postulant, eo quòd per hoc medium servari jurisdictionem Vniversitatibus concreditam experiuntur, sicut in *textu* apparet. Cùm 3 4 5 autem Reges in remunerationem servitiorum à Dominis oppidorum factorum aliquid dare cupiunt, ne in dominium jurisdictio concedatur suprema, sive merum imperium, concedunt jurisdictionem *in gubernium*, sive *titulo gubernatorio*, sicque non in dominium, sed in officium, seu exercitium, de quo *for. 33.* non loquitur; quia concessio in officium alienatio non est, ut benè probat Fontanel. *decis. 388. n. 9. & 16. cum seqq. tom. 2.* quæ comprobantur ex sequentibus.

Per hanc concessionem Dominus *Alfonsinæ* creatur 7 Officialis, & creationem Officialium nemo est qui ignoret ad Principem spectare, ut pluribus laudatis probat Mastril. *d. lib. 1. c. 4. per tot.* & post eum Don Acasus Ripoll. *Regal. cap. 35. per tot.* Castillo *de Tertiis, c. 41. n. 17. & seqq.* qui plures etiam laudat: sicque dispositio foralis illæsa manet in creatione Officialis. In ampliatione, sive 8 concessione succedendi minimè etiam læditur, nam id à Principe fieri potest: Andr. *in cap. fin. col. penult. de jud.* per textum *in l. 2. §. novissimè, de orig. jur.* pluribus Mastril. *d. lib. 1. cap. 28. per tot.* Montanus *ubi proximè dict. num. 5. & seqq.* quare salva forali dispositione, qui de Principe benemeriti sunt, donationem remuneratoriam, vel gratiosam capiunt hujus jurisdictionis; & sic perperam de hoc Brachium Regale conqueritur, quia non intervenit alienatio, neque damnum Regii patrimonii; quamobrem decretum precibus non correspondit.

Et ratio est, nam ad Principem attinet jus creandi 9 Officiales necessarios ad suam jurisdictionem exercendam, neque in hoc reperitur dispositio foralis limitans potestatem Principis, & sic benè potest in oppidis sibi benè visis erigere, sive creare officium Locumtenentis Gubernatoris, per quem merum imperium administretur. Neque ex hoc jurisdictio Ordinariorum læditur in 10 aliquo: tum quia jurisdictio hæc concessa in officium, cumulativè concessa est, ut ex *Mastrillo*, & aliis pluribus probavi *hoc eod. c. 6. §. 1. n. 1.* tum quia praxi receptum est, ut Ordinarii Civitatum, & villarum non per hoc impediantur in cognitione criminum ibi patratorum; imò est locus prævention, prout accidit cum eodem Vicesgerente, & sæpius ita practicavi, & practicari vidi: 11 dum enim officium assessoris Justitiæ in criminalibus Urbis gessi anno 1641. in oppidis sitis intra territorium Urbis, in quibus jurisdictio concessa est *titulo gubernatorio*, exercui eodem modo, ac in Urbe, & signanter processum informativum perfeci in oppido de Almuçafes, in facto necis Antonii Pi, nequiter sclopetorum ictibus patratæ per Josephum Benedicto, qui postea fuit suspensus hac de causa; & dum eram in Aula criminali, coram me actitata fuit causa contentionis inter Marchionem de Quirra obtinentem hanc jurisdictionem in oppido de Nulles, & judicem ordinarium villæ de Villareal, qui disceptabant de prævention criminis raptus cujusdam fœminæ nuptæ, & causa declarata ad favorem Marchionis, quia prævention realem obtinebat, sicque de hoc non est ambigendum.

Benè verum est, quòd cùm hi sint creati Locumtenen- 12

tes

tes Gerentis vices Gubernatoris, eorum jurisdictio privativè conceditur quoad Curiam Gubernationis, sicque explicatur in ipso privilegio, & decisum fuit per Senatum anno (ni fallor) 1649. inter Comitem del Real obtinentem jurisdictionem, eo modo, in oppido de Catarroja, & Curiam Gubernationis, dum Dominus Don Franciscus Scorcia, nunc Fisci Regii Advocatus, erat Assessor in criminalibus ejusdem Curiæ:

13 birroarii enim in eo oppido quendam apprehenderunt arma prohibita deferentem, & emisso recursu per ipsum Comitem, sub examine Domini Don Braulii Esteve, partes, & causa restitutæ fuerunt, simul cum armis dicto Comiti.

14 Quod etiam deprehenditur, eo quòd licèt Gubernator verbis præceptivis utatur in literis expeditis in sua Curia directis quibuscunque Ordinariis Regni, per Regium rescriptum cautum est, quòd cum dictis Dominis jurisdictionem habentibus *titulo gubernatorio*, utatur verbis deprecativis, sicque respectu eorum non habetur pro Superiore.

15 Ex quibus plura scitu digna inferuntur. Primum est, quòd cùm hæc jurisdictio concessa sit in officium, ut ipsis concessionum literis habetur, regulata est omnibus illis legibus, quibus jurisdictio Gerentis vices subjicitur; sicque omnia quæ de eo dicta sunt *capit.* 2. §. 3. quoad cognitionem causarum, & potestatem indulgendi, procedunt in istis Dominis limitativè ad oppidum, & territorium contentum in concessione.

16 Secundum est, quòd cùm jurisdictio Gubernatoris in causas quæ pertinent ad Ordinarios in prima instantia, non se debeat intromittere: sic pariter isti Domini, dum ab Ordinario oppidi, vel territorii per privilegium, vel consuetudinem quæsita sit jurisdictio in prima instantia, non se debent intromittere; nam per hanc concessionem non censebitur derogatum illi jurisdictioni.

17 Tertium est, quòd sicut Curia Gubernationis est sub potestate Regiæ Audientiæ, nam ad eam appellatur, & causæ evocantur, ut dixi *dict. cap.* 2. §. 3. ita pariter Domini habentes hanc jurisdictionem subjiciuntur Senatui, & à sententiis per eos latis rectè ad Senatum appellabitur, aut causæ evocabuntur, adstantibus qualitatibus ad evocationem requisitis, ut dixi *eodem cap.* 2. §. 2. *num.* 12. respectu habito ad districtus gubernationum, intra quos oppida horum Dominorum sita reperiuntur.

18 Quartum est, quòd cùm sint Regii Officiales, tenentur causas determinare cum interventu Regii Fisci Advocati illius districtus, & illi deferre informationes criminum ad deliberandum, an accusare debeat necne? nam sicut Gerens vices non habet jus nominandi *Fiscum*, sed causas expedit in Curia cum interventu Regii Fisci Advocati, & Procuratoris, sic nec illi. Quod observare vidi per aliquos Dominos oppidorum obtinentes hanc jurisdictionem, dum officium Fiscalis obtinui à die 8. Aprilis 1647. usque ad 29. Junii 1649. &

19 quamquam de facto aliqui aliter observabant, per Regium rescriptum direptum Domino Chrysostomo Berenguer, qui in eo munere successor fuit, absolutè fuit jussum, ne Dominis oppidorum permitteretur. Rescriptum sic se habet.

EL REY.

Magnifico amado Consejero, hasse visto vuestra carta de 9. del passado, en que representais el perjuizio que se sigue a mis Regalias, y a la buena administracion de la justicia, de la permission, que se ha tenido en que algunas villas Reales de esse Reyno, nombren Abogado, y procurador Fiscal para sus causas, y lo mesmo en algunos lugares, cuyos dueños tienen la jurisdiccion gubernatorio nomine, *y dezis los que convendrá pervenir para el remedio desse abuso, y ha parecydo encargaros, y mandaros (como lo hago) que para que no se tolere de aqui adelante esta introduccion, hagais todas las instancias, y diligencias juridicas que pareciere convenir, que en ello me servireis. Dat. en Madrid à 5. de Noviembre 1650.*

YO EL REY.

Ut. Vayetola Vicecancel.
Ut. Don Christ. Chresp. Reg. *Ut. Comes de Robles Reg.*
Ut. Hortigas Reg. *Ut. Castellot Reg.*
Ut. D. P. Villacampa Reg. *Ut. l. Epis. Angel.*

Joan Valero Diaz Secretario.

Virtute hujus rescripti prædictus Dominus Fiscalis obtinuit inhibitionem Senatus, ne amplius fieret.

Quintum est, quòd quamvis concessio hæc sit in officium, non inde sequitur, quòd ad nutum concedentis revocetur, nam semel approbatus reprobari sine causa non solet à Regia Majestate, pro benignitate, & clementia sua; præsertim cùm concessio non habeat clausulam, *mera, & libera voluntate durante*, tradit Capiblanco *de Baronib. prag. 8. part. 1. num. 44. & seqq.* 20

Sextum est, quòd concessio jurisdictionis in hunc 21
modum, non sequitur naturam castri, vel oppidi in quo conceditur, nam non est accessoria ejusdem, sed personæ, cui indulgetur; & sic praxi receptum vidimus in dicto egregio Comite del Real, qui dum possidebat oppidum de Catarroja, obtinuit jurisdictionem *gubernatorio nomine*; postea frater ipsius Egregius Comes de Villamonte, vindicavit oppidum, & tamen jurisdictio *gu-* 22
bernatorio nomine remanet penes ipsum Comitem del Real, & pertinebit ad nominatum, vel nominandum per ipsum, ut latè tradit Mastril. *dict. cap.* 28. tam si nominatio fiat titulo hæreditario in ultima voluntate, quàm inter vivos in contractu, ut idem Mastril. probat *num.* 51. & Giurb. *observat.* 110. *num.* 10. *cum duobus seqq.* (videndus omninò Montanus *dict. cap. de Offic. num.* 24. *& seqq.* ubi probat quid faciendum quando conceditur *sibi, & hæredibus*, vel *sibi, & liberis*, &c.) dummodo non sapiat naturam venditionis; nam officia vendi nequeunt ab alio, quàm à Principe, ut probat pluribus relatis Ripoll. *Regaliar. c.* 14.

Septimum est, quòd si neminem nominaverit, succe- 23
dunt venientes ab intestato, ad textum *in l. secundum responsum, C. de com. stipul.* Bald. *in l. cum potest. §. gener. in lect. antiqua. ff. de jur. dot.* Ann. Franq. Menochius, Thesaurus, & alii plures relati per Mastrillum *ubi supra, num.* 5. *cum seqq.* ubi benè explicat, & Giurba *observ.* 40. *n.* 16. *&* 21.

Octavum est, quòd cùm hæc jurisdictio in officium 24
concedatur, quamvis sit *pro se, & successoribus*, vel *hæredibus*, fœminæ succedere non possunt, *l.* 2. & ibi Doctores, *ff. de regul. jur. for.* 8. *&* 24. *de judiciis*, pluribus Ponte *de potest. Proreg. tit. de diversis provis. §. de potestat. substituendi in offic. num.* 4. Mastril. *ubi proxime, num.* 60. *& seqq.* Don Josephus Vela *dissert.* 4. *num.* 89. qui benè explicat Fontanella *decis.* 252. *cum duob. seqq.* Giurba *dict. observ.* 110. *num.* 15. *&* 16. Quod declara, nisi de eis expressa facta sit mentio, aut consuetudine aliter receptum sit; nam privilegio & consuetudine fœmina capax sit jurisdictionis, & administrationis publicæ; pluribus Don Josephus Vela *d. dissert.* 4. *n.* 90. *& seqq.* Montanus, qui benè tradit *d. c. de offic. n.* 16. *&* 17. & similiter declarant Fontanel. & Giurb. *locis citatis.*

Nonum est, quòd facultas nominandi successorem 25
non expirat, facta semel nominatione, si successor nominatus antequam sortiatur effectum, decesserit, vel aliter impediatur: nam cùm potestas nominandi sit facultas, non extinguitur per primam nominationem, nisi secuto effectu, etiamsi concessa sit uni soli ad nominan-

dum unicum ſucceſſorem ; quanto magis quando omnibus ſucceſſoribus indulgetur : Maſtril. *ibid. num. 41. & ſeqq.* Montanus *dict. cap. de offic. num. 26. & ſeqq.* Hæc in re tam ſterili à nemine hucuſque elaborata colligere potui, quibus Periti plura addere poſſunt, quibus hæc corrigantur, vel exornentur.

§. V.

De Aſſeſſoribus omnium Magiſtratuum, e orúmque ſubſtitutis, vel ſubrogatis ad for. 44. de Cur. & Bajul. cum aliis juribus.

TEXTUS.

JACOBUS PRIMUS REX.

LAſſeſſor de la Cort jur que ſia fel, è leal en donar concells a la Cort, é en donar ſentencies, è en totes coſes que pertanyen à offici de Aſſeſſor, é que no prenga ningun do, ne ſervi, ne promeſſa per pleyt que ſia en la caſa de la Cort, ne de fora en poder de la Cort, ne que hi ſperaſſen à eſſer.

SUMMARIA.

1 *Ratio ob quam ultimo loco diſputatur de officio Aſſeſſorum.*
2 *Aſſeſſoris etymon, & natura.*
3 *Doctores de officio Aſſeſſoris tractantes.*
4 *Aſſeſſores*, Conſiliarii appellantur, *& verè ſunt.*
5 *Aſſeſſores*, Comites *dicebantur, & ab eis deducitur origo dignitatis Comitum.*
6 *Aſſeſſor proprie non eſt qui conſilium prabet Principi.*
7 *Conſiliarius Principis non ſedit cum eo.*
8 *Conſiſtorium à quo dictum.*
9 *Jovis Aſſeſſor quis.*
10 *Præſtantiſſimi viri munus Aſſeſſoris geſſerunt.*
11 *Illuſtriſſimus Dominus Vicecancellarius noſtræ Coronæ Don Chriſtopherus Creſpi, Aſſeſſoris munus obtinuit. Ipſius Illuſtriſſimi Vicecancellarii genium, ibid. cum duobus num. ſeqq.*
14 *Aſſeſſoris munus introductum ad ſupplendam imperitiam Magiſtratuum.*
15 *Magiſtratus, ſive Judicis officium obtineri poteſt ab imperito.*
16 *Idiota an poſſit eſſe Judex.*
17 L. certi juris, Codic. de Judiciis, *expenditur.*
18 *Imperitus eſſe poteſt Judex, quando officium judicandi comprehenditur ſub alio munere publico; ſecus quando per ſe exiſtit.*
19 *Aſſeſſoris muneris antiquitas.*
20 *Princeps ignaro judici cauſam committens intelligitur, ut adhibito conſilio Sapientis ſententiam proferat.*
21 *Magiſtratus in jure peritus Aſſeſſorem habere debet, & quare.*
22 *Papinianus Juriſconſultus Aſſeſſores habuit in Prætura Ulpianum, & Paulum.*
23 *Docilitas eſt una ex præcipuis partibus perfectæ prudentiæ, quæ conſiſtit in acquieſcentia conſiliis alienis.*
24 *Praxis Orcelis in non nominando Aſſeſſore, ſi juſtitia Juriſperitus eligatur, improbatur.*
25 *Aſſeſſorii, & Judicis officia (ubi hæc diſtincta reperiuntur) incompatibilia ſunt.*
26 *Exemplum actuale id demonſtrans in Regno Neapolis.*
27 *Aſſeſſores à jure non habebant juriſdictionem.*
28 *Judex Eccleſiaſticus nominare poteſt ſecularem Aſſeſſorem ad cauſas ſpirituales, & Eccleſiaſticas.*
29 *Aſſeſſores non habentes juriſdictionem ſunt aſſumpti ab ipſis Magiſtratibus, vel Judicibus, non verò nominati à Principe, vel miniſterio legis.*
30 *Aſſeſſores de conſuetudine juriſdictionem habent.*
31 *Conſiliarii noſtri Senatus juriſdictionem habent ordinariam.*
32 *Judex habens Aſſeſſorem à Principe datum, vel miniſterio legis, tenetur ſequi illius conſilium in rebus juſtitiæ.*
33 For. 45. de Cur. & Bajul. *explicatur.*
34 *Fiſci Advocatus in Regno habet interventum, & ſuffragium.*
35 *Aſſeſſoris aſſumpti votum non eſt deciſivum, ſed conſultivum.*
36 *Limita in magiſtratu, qui miniſterio legis habet Aſſeſſorem.*
37 *Deciſio Senatus.*
38 *Aſſeſſores creati à lege, vel Principe, mortuo Officiali, non expirant.*
39 *Aſſeſſor aſſumptus expirat morte principalis.*
40 *Aſſeſſor aſſumptus non expirat ex morte principalis, re jam cæpta.*
41 *Extende ad omnes delegatos, & ſubſtitutos.*
42 *Aſſeſſores electi à Principe, vel lege, revocari non poſſunt.*
43 *Rex non revocat Officiales ſine cauſa.*
44 *Cauſa qualis requiratur ad revocationem.*
45 *Officiales Baronis ad certum tempus conſtituti, revocari ſine cauſa tempore durante non poſſunt.*
46 *Officiales Baronis ad nutum amovibiles de jure revocari non poterant ſine cauſa; ſed contrarium uſu receptum.*
47 *Novitas grata diabolo.*
48 *Aſeſſoris officium dignitas eſt, ſi à lege, vel Rege eligatur.*
49 *Ubi eſt juriſdictio, ibi eſt dignitas.*
50 *Aſſeſſor fruitur omnibus privilegiis conceſſis Officiali cui aſſidet.*
51 *Aſſeſſori æqualis honor debetur, ac Officiali.*
52 *Officialis eſt caput Curiæ, Aſeſſor verò cerebrum illius capitis.*
53 *Aſſeſſor æqualiter tractandus, ac Locumtenens ejuſdem Curiæ.*
54 *Officialis an in proprio carpento primum locum tribuere debeat Aſſeſſori.*
55 *Inæqualitas omnis procedit à dignitate, vel à nobilitate.*
56 *Inæqualitas generis rependitur virtute, & ſcientia.*
57 *Locus quem Officialis tribuit perſonis ejuſdem qualitatis non Aſſeſſoribus, Aſſeſſoribus debetur.*
58 *Magiſtratibus plurimum commendatur urbanitas, & affabilitas.*
59 *Chriſtus urbanus, & affabilis fuit.*
60 *Beata Maria urbanam comitatem oſtendit.*
61 *Sancti urbani & civiles eſſe ſolent.*
62 *Humanitatis teſtimonia traduntur plurimorum Principum, ex celeberrimis Authoribus.*
63 *Sententia, abſente Officiali, ferri poteſt de jure, nomine Aſſeſſoris.*
64 *Secus in Regno, quia in quolibet officio adeſt Locumtenens, ſeu Vicarius à lege nominatus.*
65 *Locumtenentes quale exercitium obtineant, & an inter ſe differant?*
66 *Aſſeſſores jus dicere poſſunt, & actu dicunt, in domibus propriis, ſed nomine Officialis.*
67 *Caſus pendens in Senatu.*
68 *Officialis iniquam ſententiam ferens de conſilio Aſſeſſoris, non tenetur, ſi datus ſibi ſit.*
69 *Officialis eligens Aſſeſſorem tenetur, eo quòd eligere dignum debebat, niſi nominatus habeat publicum teſtimonium doctrinæ.*
70 *Officialis an teneatur Aſſeſſorem exhibere.*
71 *Aſſeſſor non poteſt eſſe Advocatus in ſua Curia.*
72 *Nec in aliis, de jure antiquo.*

73 *Aſſeſſoribus*

73 *Assessoribus Gubernationis prohibitum est advocare in Curiis inferiorum.*
74 *Assessor quamvis jure permittente possit advocare coram Superiore in causa appellationis, honestius est abstinere.*
75 For. 53. Curiar. anni 1604. *dispositio expenditur.*
76 *Advocati munus omninò interdictum Assessoribus, tam de* Jure, *quàm de* foro.
77 For. 75. de Cur. & Bajul. & 53. Curiar. anni 1604. *conciliantur.*
78 *Assessoria qualibet totum hominem requirit.*
79 *Indecentia advocandi per Curias, qui togati incedunt, perpenditur.*
80 *Senatoris nostri Senatus Assessores esse non possunt in causis Baronum, & quare.*
81 *Assessores Ordinariorum an sub eadem prohibitione comprehendantur?*
82 *Assessor non solùm advocare in causis suæ Curiæ non potest, verùm nec alteri in concreto aperire quomodo advocare debeat?*
83 *Qui per alium facit, per seipsum facere videtur.*
84 *Officialis potest mandare, & præcipere Locumtenenti, & Assessori.*
85 *Sed intellige directivè. in quantum præest in Curia, non coërcitive.*
86 *Pari in parem non habet imperium.*
87 *Officiales apud quem Judicem puniendi sunt.*
88 *Assessores Ordinariorum salarium sententiarum lucrari minimè possunt.*
89 *Assessor Bajuliæ generalis in quibus casibus habeat salarium?*
90 *Auditor, sive Assessor Magistri Militum, vel Ducis generalis, non lucratur salarium sententiarum.*
91 *Domini jurisdictionum tenentur in prima instantia facere justitiam francam.*
92 *Assessor Baronis non habens salarium, utiliter exigit a litigantibus, licèt ipsis remaneat regressus versus Dominum.*
93 *Qualitates requisitæ ad officium Assessorum Ordinariorum obtinendum.*
94 *Ætas requisita ad officium Judicis, juxta juris regulas.*
95 *Judex apud nos esse potest major 20. annos.* L. quidam 57. ff. de re judicat. *expenditur ibidem.*
96 *Ratio disparitatis inter officia Judicis, & cætera Urbis, vel Regni.*
97 *Qui literas didicerunt, duplo vident cæteris.*
98 *Litera sunt nutrices, & matres omnium virtutum.*
99 *Praxis scientiæ legalis, qualis requiratur in Assessore?*
100 *Tempus requisitum à* foro, *continuum esse debet.*
101 *Assessores exteri esse nequeunt.*
102 *Assessores creati à lege, vel Rege, substituere possunt.*
103 *Qui Magistratus substituere possint de jure.*
104 *Ministri togati de Regio Senatu non possunt substituere, demptis Locumtenente Thesaurarii, & Advocati Fiscali, & Patrimoniali, sed hi duo ad actus extra consilium substituunt.*
105 *Substitutiones Officialium Gubernationis.*
106 *Magistratus, & Officiales qui non sunt domini jurisdictionis, non possunt creare Vicarium, sed substituere ad casus necessitatis.*
107 *Substituti debent esse ejusdem qualitatis cum substituente.*
108 *Substituti non possunt alium loco sui substituere.*
109 *Limita in delegato Principis.*
110 *Limita etiam quando delegato data est potestas delegandi ab Ordinario.*
111 *Delegatus substituens non à se, sed nomine Ordinarii substituere videtur.*
112 *Delegatus ad substituendum tantùm, an debeat esse ex eodem gremio, vel habere eandem qualitatem.*
113 *Electus non obtinet potestatem ab eligente, sed ab illo, ex cujus commissione eligitur.*
114 *Ordinati, non verò exequenti tribuitur actus.*
115 *Delegati equiparantur procuratoribus.*
116 *Subrogatus debet esse ejusdem qualitatis cum subrogante.*
117 *Actus eligendi substitutum non potest fieri citra jus, & nomen officii.*
118 *Impeditus ad electionem potest mittere procuratorem, sed debet esse ejusdem gremii.*
119 *Nominatio delegati est species electionis.*
120 *Ex consensu eligentium potest admitti in electione extraneus de gremio, vel collegio, dummodo sit capax.*
121 *Substitutus quamvis recipiat officium à Principali, id fieri nequit sine actu substituentis.*
122 *Regulares ad postulandum utiliter, debent obtinere licentiam Superioris.*
123 *Regularis ex quocunque mandato non potest substituere, quin concurrat qualitas licentiæ, requisita ad officium Procuratoris.*
124 *Qui potestatem obtinet ad nudum ministerium nominandi substitutum, non debet habere qualitates, juxta sententiam Bartoli.*
125 *Intellige Bartolum quando qualitas respicit habilitatem, vel inhabilitatem; non verò quando per ejus negationem subjectum redditur incapax.*
126 *Exempla proponuntur incapacitatis, & inhabilitatis.*
127 *Nudum ministerium, vel nuda executio quando concedatur.*
128 *Nuda executio committi potest inhabili, non verò incapaci.*

Assessorum electiones.

POstquam explicata sunt omnia officia, atque Magistratus sæculares istius Regni, superest ut dicamus de illorum Assessoribus & Consiliariis, cum substitutis eorundem: inepta enim fuisset in quolibet Magistratu de Assessore tractatio, eo quòd plura in unoquoque repetenda erant: sicque ad hunc locum consultò reservavi, nam explicatis his quæ ad munus Assessoris spectant in communi, specialia adnotando, omnia breviùs explicata manebunt.

Assessor dicitur ab *assidendo*, quod est simul sedere ad consilium præbendum, ut tradunt Nonius Marcellinus *lib. de proprietat. sermon. cap. 2. num.* 312. Ambrosius Calepin. *in dictionario, verbo Assessor.* Gaspar Molés *in Thesauro linguæ Hispanie, verbo Assideo,* Josephus Laurent. *in Amalthea Onomast. verbo Assessor,* & Alexander Scotus *in diction. juris, verb. Assessores,* quod depromitur ex *l. 1. ff. de offic. Adsessor. l. 1. Cod. de Adsessoribus,* & ibi communiter Doctores. Tradunt Donellus *lib. 18. comm. cap. 2. in princip.* & ibi Osualdus Illiger. *lit. B,* Guid. Pancirol. *in not. Imper. Oriental cap. 8. per totum,* Teparus *variar. lib. 1. tit. de differen. Assessor.* Chassaneus *in catalog. glor. mund. part. 7. considerat. 27.* Julius Cæsar Bulenger. *de Imper. Roman. lib. 3. cap. 3. vers. Ipsi etiam,* Bobadilla *in politic. lib. 1. cap. 12. in princip.* Paulus Xamar. *de offic. Judic. & Advocat. part. 1. quæst. 23. & 24. num. 1. & seqq.* Matta *de jurisdict. part. 4. centur. 2. casu* 174. *per tot.* Barbos. *in collect. ad cap. sanctum, §. Adsessores, de rescriptis in 6. & in collect. ad leg. 1. Cod de Adsessor. per tot.* Fragos. *de Republica, num. 1. lib. 4. disput. 10. num.* 101. Dominus Morla *in emper. tit. 2. quæst. 6. num. 2.* Portol. ad Molin. *part. 1. §. Assessor, per tot.* Marius Giurba *consil.* 31. *num. 2. & seqq.* qui plures alios laudant. Ob quod Consiliarii dicti sunt, *lib. 5. & l. fin. ff. de offic. Adsessor.* Guid. Pancirol. *dict. cap. 8.* & cum eo omnes ferè superiùs adducti. Quod lato modo intelligi debet, nam Consiliarii propriè sunt, qui ad certam concionem per Principem destinantur, ut la-

tius

tiùs dixi *cap.* 2. §. 2. *num.* 1. Dicebantur etiam Comites *l.* 6. §. *penultim. ff. de pœnis*, *leg.* 4. *ff. de offic. Adsessor*, Jacobus Cujacius *observat. lib.* 7. *cap.* 21. Forcatulus *dialog.* 62. *num.* 2. Illiger. ad Donell. *dict. cap.* 2. *lit. H*, qui addit, quòd hodie dignitas hæc Comitis effecta est hæreditaria, sicque literis (non sine gloria ipsarum) usurpata, ut lepidè disserit Trajan. Bocalin. *centur.* 2. *reggnagl.* 49.

Inde sequitur, quòd omnes Magistratus officio Assessoris coadjuvantur, idestinando unum, vel plures. Jurisconsulto, quorum consilio secundùm jura causas definiant, ut Pancirolus notat, *dict. cap.* 8. Quod intelligendum puto de inferioribus Principe, nam ipse non Assessorem, sed Præfectum Prætorio, aut Quæstorem candidatum habebat, de cujus consilio judicaret; benè Cassiodorus *lib.* 6. *variar. epistol.* 5. ibi: *Alia quippe Dignitates Assessorum solatia quærunt: tua vera Dignitas Principi consilia subministrat.* Per quod demonstratur sublimitas muneris consulendi Principi, & differentia à cæteris consiliariis; nam licèt in rei veritate, id ipsum est consulere Principi, aut Magistratibus, servata proportione, amplitudinis, & sublimitatis Principis, & exiguitatis Magistratuum: tamen propriè Assessor Principis nemo dicebatur, quia non sedebat cum eo, sed circa solium stabat, Joachin. Stephan. *de jurisdiction. lib.* 3. *cap.* 10. *num.* 4. Illiger. ad Donell. *d. cap.* 2. *liter. E.* Assessores enim sedent cum Magistratibus simul, unde *Consistoria* vocata loca, ubi sedere solebant ad jus dicendum, eo quòd considebant, vel simul sedebant, ut ex Nonio Marcellino, & aliis probavi *suprà*, *num.* 2. tradunt idem Stephan. *de jurisdiction. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 32. & Illigerus *ubi proximè*, sed postea nomen hoc derivatum ad Concilium, in quo Imperator de gravioris rei negotiis cognoscebat (quadam cum improprietate) ut cùm Brissonio, Cujacio, Petro Gregorio, Bulengero, Gutthero, & Gotofredo tradit Amaya *in l. fin. C. 3. n.* 11. *C. de Decurion. lib.* 10. licèt non ita explicet.

Hinc est, quòd antiqui non solùm Magistratibus, aut Principibus Assessores designarent, sed ipsis Diis, quasi neminem judicare posse crederent sine consilio, & assistentia alicujus: Jovi enim alii *pudorem* assidere finxerunt Sophocles *in Oedipe*, *in colon.* Natal. Comes *Mythologiæ*, *lib.* 2. *cap.* 1. *ad medium*: alii *æquitatem*, ut ex eodem Sophocle Natal. Comes *ibid.* alii *Eunomiam*, ut ex Demosthene probat Natal. Comes *dict. lib.* 2. *cap.* 2. alii denique *Palladem*, Illiger. ad Donell. *dict. lib.* 18. *cap.* 2. *liter. B.* Quidquid ex his sit, satis demonstratur necessitas hujus muneris, illiúsque sublimitas: quare præstantissimi viri Assessoris munus gesserunt: Ulpianus celebris Jurisconsultus, *in l. metum* 9. §. *sed quod Prætor* 3. *ff. quod metus causa*, se Assessorem fuisse asserit, ibi: *Et Prætorem, me assidente, interlocutum esse.* Idem Ulpianus *in l. lex Cornelia* 5. §. *hac lege* 8. *ff. de injuriis*, testatur Sabinum præstantissimum juris Varem, Assessoris munere functum, ibi: *Sed Sabinus in adsessoria.* Paulus quoque Consultorum decus, Assessor fuit, ut tradunt Pancirol. *dict. cap.* 3. Illiger. *dict. cap.* 2. *liter. F.* & Dominus Morla *dict. quæst.* 6. *num.* 4. Ex juris scriptoribus celeberrimis, Cynus, Angelus, Bartolus, Castrensis, & alii relati per Jasonem *in rubr. ff. de offic. Adsessor.* Cagnol. *in l.* 1. *vers. fin. ff. de orig. jur.* Chassan. *in catbal. glor. mundi*, *d. part.* 7. *consid.* 27. *in fin.* Bobadilla *dict. cap.* 12. *num.* 55. Ex nostris unus pro cunctis, Illustrissimus Dominus, ac semper Dominus meus Don Christophorus Crespi de Valdaura hujus Urbis, & Regni immortalis honos, & decus, Vicecancellarius nostræ Coronæ meritissimus, Assessor fuit, ut tradit Dominus Leon *decis.* 38. *in princip. lib.* 3.

Subsiste lector, dum gratitudo libat quæ nobilitati splendori, doctrinæ, ac virtuti tanti Mœcenatis debentur. Non enim *Mandroni siculnea navis* ad sublimioris Præfecturæ portum conduxit Heroëm, sed ab initio *tripodem merenti mittere*, Regnum nostrum exoptabat, nam ab incunabulis de filii genio conjectavit, quod & noster Falcò de alio dixerat *lib.* 5. *carmin.*

Publica tractavit per totam munera vitam,
Divinis aderis, divisque altaria ponet,
Unde sibi laudem summo affectabit amore
Singula disponet maturè: in quemque nocentem
Scite animadvertet, justus super omnia judex.

Nec spes patriam fefellit, nam honoris gradus ascendendo; consiliorum prudentia eximius, jura prius Valentinis dixit nunc universo Aragonum Diademati, cujus gentes cum concive Martiali *lib.* 1. *epigr. ammat.* clamant:

Vox diversa sonat: populorum est vox tamen una,
Cùm verus patriæ diceris esse pater.

Sed hæc meritis, non ambitu quæsita, virtutibus, non calliditate extorta, gloria parta est. Evolvantur quæso nostri sacri Senatus codices, ipsi equidem attestantur, quòd neque penna capit, neque lingua proferre valet. Jura enim obscuriora notis, manu propria compactis, illustrata reliquit; pragmaticarum sanctionum librum, peritissimis glossis, copiosissimo indice perfecit; trium Aularum resolutiones ad speciale volumen prudentissimè destinavit; Delatorum catalogum accuratissimè instituit; rescripta Principis oculatissimè compilavit. In judicando nemo doctior, nemo justior, nemo æquior: in dicendo, nemo elegantior, nemo suavior, nemo eruditior: in disputando, nemo urgentior, nemo subtilior, nemo facundior. Hæc enim ad summum honorem, quem non ambiebat erexere. Claudian. *in Honor.*

Hæc tamen innumeris per se quæsita trophæis,
Non generis dono, non ambitione petitus,
Digna legi virtus, ultro se purpura suplex
Obtulit, & solus meruit regnare vocatus.

Nam licèt illustrissimo genere natus, regali progenie genitus reperiatur (ut pulchrè scripsit noster doctissimus Theologiæ Angelicæ Magister, Fr. Hieronymus Vives, Ordinis Prædicatorum in Epistola dedicatoria eruditissimi tractatus *De primatu divinæ libertatis*, noviter prælo traditi in hac Urbe hoc anno 1654.) ita se virtuti addixit, ut si illam non tam præclaro origine illustratam adinvenisset, proprio fulgore stirpem nobilitasset. Ovidius ad Pisonem cecinit, quod propriùs nostro sublimissimo Præfecto adaptatur.

Hinc tua me virtus rapit, & miranda per omnes,
Vita modos, quæ si deesset tibi fortè creato
Nobilitas, eadem pro nobilitate fuisset.

Assiduè rebus publicis invigilavit, & vigilat, sed privatim non minora perficit, ita ut de eo Plinius dixisse, quod de Trajano; videatur: *Sunt quidem præclara quæ in publicum profers: sed non minora ea quæ limine tenes.* Sublimior factus est justitiâ, quàm dignitate; nam, ut ait Lactantius *lib.* 5. *de justitia*, *cap.* 16. *Tanto quisque sublimior, quanto justior.* Sed ita, ut nec humanitatem dimiserit, nec urbanitatem oblitus sit. Dum ad culmen felicitatis sublevatur, tanto proclivior ad benignitatem, tanto magis aures humilioribus accommodat, tanto quasi par omnibus coæquari affectat; imò quasi minor laudabili humilitate (decora tamen) se gerere solet. Hinc dum maximam dignitatem obtinet, majorem consequitur in dies. Sed qualis hæc? (cum Cassiodoro

doro loquar *lib.6.epist.5.*) *Ad te provincia sua vota transmittunt : a te Senatus juris quærit auxilium : a te docti probantur expetere, quod noverunt : Et necesse tibi est omnibus sufficere, quamvis contigerit legum remedia postulare.* Sed sat sit calamo, qui dum gratum animum, ob ingentia in me collata beneficia, demonstrare cupit, modestiam illius proprias laudes (licèt dignas) audiendo, Timoleonis in merem offendere veretur.

14 Ratio ob quam institutum fuit officium Assessoris, ea est, juxta omnium scribentium placita, ut imperitia Magistratuum suppleretur : nam Magistratum, & officium Judicis obtinere imperitus potest, *l.certi juris, Cod. de judiciis*, latè Bobadilla *d.lib.1.cap.6.n.16.in not.lit.E*, Xamar. *dict.lib.1.quæst.13.per tot.& quæst.23.num.2.* cum

15 ab eis relatis. Quod intelligendum puto de eo, qui imperitus est scientiæ legalis, non autem de omninò idiota; nam licèt Bobadilla *ubi proximè*, (quem sequitur Dominus Morlà *d.quæst.6. num.* 17.) ad idiotam extendat,

16 ex lege Castellæ sibi deducta, id admitti non potest, eo quòd idiotæ cæcis, & infantibus æquiparantur, quibus interdictum est officium Judicis : *for.24.de judiciis, l.cùm Prætor, §. non autem omnes, ff.de judiciis*, Novar. *ad pragmat. Neapol.de offic.Reg.Consil.collect.1.num.28.* benè Au-

17 gust. Caputus *de regimin.Reipubl. c.4.n.46. & seqq.* Quæ conclusio depromitur ex verbis dicti textus *in leg. certi juris*, ibi : *Quid enim obstaculi est, homines, qui alicujus rei peritiam habent, de ea re judicare ?* Idiota enim est ille qui omninò literas nescit, ut Caputus *ibid.* tradit, sicque à natura incapax est : sed quamquam imperitus judex esse possit, hoc procedit quando officium judicandi comprehenditur sub alio munere publico, veluti ad Civitatis gubernationem spectante, vel ad exercitus moderationem pertinente, & aliis similibus, ut expressè

18 dicitur *in dict.l. certi juris*, non verò quando ad munus judicandi specialiter quis eligitur, ut in terminis cum *Roberto*, & aliis tradit Dominus Morlà *d.q.6.n.16.* Novarius *ubi suprà.*

19 Hinc est, quòd antiquissimus sit usus hujus officii, ita ut apud nos à Regno capto Assessoris usus receptus sit, ut patet ex *nostro textu*, qui est ex *foris* conditis per Regem Jacobum Primum, statim post Urbis expugnationem; nam cùm Urbs administranda per Civem imperitum traderetur *for.18.de Cur.& Bajul.* ut dixi *cap.4.§.1. num.* 3. necessum habuit prudentissimus noster legisla-

20 tor statuere, quòd de consilio Assessoris periti causæ terminarentur, ne jura privatorum perirent, & Civis ignarus suo arbitrio sententiam ferret : Ex quo deducitur, quòd quoties Princeps ignaro juris, causas committit indistinctè, ex præsumptione juris intelligatur, quòd non nisi adhibito sapientis consilio sententiam proferat : Butrius *in cap.cùm olim, de arbitr.* Cagnolus *in l.consilii, n.3.ff.de regul.jur.* Guazzin. *de defens.reor. defens.13.c.3. n.7.* Scala *de consilio sapientis, lib.3.c.25.* Fabius de Montelcon. *in prax. arbitr.fol.523.n.44.* Hieronym.Laur. *decis.10.n.8.* Giurb. *consil.31.n.15.*

21 Sed dubitari meritò potest, an casu quo Officialis, vel Magistratus sit in jure peritus, nihilominus eligendus ei sit Assessor ? Et videtur quod sic, nam licet ipse sapiat per se, confirmatur tamen ejus sapientia, quando sentit idem, quod prudentibus videtur. Plus enim vident oculi, quàm oculus, Philip. Broida *in supplement. Polit.histor.for. lib.5.c.5.pag.450.* Illiger. ad Donell. *d.c.2. lit.D.* Quod comprobatur ex dictis superius *n.* 10. nam

22 Ulpianum, & Paulum Jurisconsultos, Assessores fuisse subtilissimi Papiniani testantur Ælius Lampridius *in vita Alexandri Severi*, Pancirol. *d. c.* 8. & Dominus Morla *d.q.6.n.* 4. Si enim sapientissimus Papinianus Assessores habuit, quis erit qui Assessoris consilium renuat ad rectè judicandum ? Magistratus enim sæpè affectionibus agitantur, sicque necessarium est consilium Assessoris, ut animus à perturbationibus serenetur : una enim ex partibus perfectæ prudentiæ est *docilitas, qua homo aliorum acquiescit consiliis*, ut ait Don Alfonsus Peralta *in artific.* 23
prudent.c.3.§.2. conferunt tradita per Matthæum Timpii *in specul.boni Magistr.part.1. signo* 36. & per P. Marquez *in Gubernat.Christ. lib.1.c.20.§.1. in princ.* Quare in prudentiam peccat, quisquis, quantumvis literatus, consilia renuit, & habere subadjuvam fugit.

Unde venit improbanda praxis observata, non se- 24
mel, in urbe Orcelis, in qua si Justitia in civilibus, vel criminalibus ex Advocatis per sortem extraharur, ipsi applicatur salarium Assessori destinatum, & solus judicat; quod etiam reprobat Bobadilla in Gorrectoribus Castellæ, quantumvis literatis *in d.c.12. n.120.* Et ratio 25
est, nam esse quem Judicem, & Assessorem, ubi à lege (ut apud nos ex *foris* resultat) officia distincta sunt, incompatibilia reputantur, *l.fin.C.de Adsessor.* eo quod sibi ipsi quis consulere nequit, argument. *l.penult.de arbitr.* Xamar. *d. quæst. 3. num.* 13. sed juxta *foros* Justitia debet habere Assessorem, ut respectu Urbis probatur ex *textu*; respectu verò Orcelis ex *c.43. actor. Brach. Segal. anni* 1604. & sic de cæteris : ergo ipse non potest duplici officio fungi, quamvis Jurisperitus reperiatur aliquando, & ut Ovidius dixerat :

Si licet exemplis, in parvo, grandibus uti.

Nam id ipsum praxi deductum aspicimus in Regno 26
Neapolitano ; illius enim Regni Prorex, est actu Excellentissimus Dominus Don Garcia de Haro, Comes de Castrillo, qui in juris scientia nemini secundus est ; attamen, non ex hoc sublata est potestas judicandi Senatui collaterali, cæterisque Consiliis illius Regni, ad res tam justitiæ distributivæ, quàm commutativæ expediendas.

Isti Assessores à jure nullam habebant jurisdictio- 27
nem, Gloss. *in leg.1.de offic. Adsessor. verf. Sed an judicem*, Bartol. *in l.præcipimus, §. quod si à judice, Cod.de appellat.* aliis relatis Dominus Morla *dict. quæst.6. num.*18. Tepatus *dict.tit.de offic. Adsessor. verf. Auditores Principis*, Xamar. *dict.quæst.23. num.*3. Horat. Montanus *de Regalib. cap.de potestat.constit. Magistrat.num.4.verf. Nec defendi.* Ex quo deducitur, quòd Judex Ecclesiasticus possit 28
nominare Assessorem laicum, & quòd Judex delegatus, quamvis non possit subdelegare, possit eligere Assessorem. Quæ conclusio solùm procedit in Assessore assumpto, ut omnes Doctores superius adducti firmant, non verò in Assessore destinato ministerio legis, vel jussu Principis ; nam isti jurisdictionem habent ordinariam, Tepatus *ubi proximè* Dominus Morlà *ibid.* qui so- 29
lùm loquitur de Assessore assumpto, *dict.num.*18. Bobadilla *lib. 3. politic. cap. 8. num.*255. *in fin.* Scaccia *de judiciis, lib.1. cap.*23. aliis relatis, Cancer. *variar. lib.2. cap. 2. num.* 165. Montanus *dict. cap. de potestat. constit. Magistr. num. 4. in fin.* & licèt hæc sententia displiceat Xamar. *dict.q.23.num.*14. postea fatetur de consuetudine jurisdictionem habere, in quo omnes Scribentes conveniunt.

Ex hac conclusione plura ad rem inferuntur. Primum 30
est, ut dixi *cap. 2. §.2. num.* 19. quòd nostri Senatus jurisdictio, & quæ spectat ad Regios Consiliarios, est ordinaria ; nam præter ea quæ *ibi* adduximus, urget hæc consideratio : Assessores Magistratuum, quamvis inferiorum, sunt Consiliarii eorundem, & habent jurisdictionem ordinariam, dum constituuntur à lege, vel ab habente dominium jurisdictionis, ut ex dictis patet : sed Regii Senatores habent jurisdictionem à lege, nempe à principio ex *pragmaticis sanctionibus*, & 31
postea à *foris*, ut *ibidem* probavi, & à Principe constituuntur ipsius Consiliarii : ergo absque dubio jurisdictionem obtinent ordinariam ; pulchrè, & breviter Montanus *de Regalib. in prælud.q.10.n.55. per tot.* absurdum enim esset inferiorum Assessores obtinere, quod Superioris Consiliarii non obtinent.

Secundò

32 Secundò sequitur, quòd Judex, cui ministerio legis, vel Principis datus est Assessor, tenetur sequi illius consilium in rebus ad justitiam spectantibus, etiamsi in lege, vel jussu Principis id non exprimatur; docent Felinus *in cap. sciscitatus, numer.* 10. *de rescriptis*, Alexander *in l. si convenerit, numer.* 11. *ff. de re judic.* Asin. *in praxi, §.* 15. *capit.* 10. *limitat.* 3. Azevedo *in l.* 7. *num.* 109. *tit. ul.* 18. *lib.* 4. *recopil.* Chassaneus *in consuetud. Burgund. rub.* 4. §. 8. *numer.* 30. *& seqq.* Aviles *in cap. Prætor. gloss.* a las partes, *numer.* 22. Gonzales *ad regul. Cancellar. regul.* 8. *gloss.* 46. *n.* 84. Marius Giurba *dict. consil.* 31. *numer.* 15. *in fin.* videndus omnino Larrea *allegat.* 67. 33 *num.* 8. *& seqq. tom.* 2. Quod apud nos clarè probatur ex *tex. & for.* 45. *de Cur. & Baju.* in quo aperte habetur, quòd Assessoris votum decisivum est: licet enim in illo *textu* solum decidatur, quòd dissentientibus Assesso-34 re, & Advocato fiscali, (nam fisci Advocatus votum obtinet apud nos, ut ex *ex dicto foro* colligitur, & probant *for.* 28. *Cur. anni* 1564. *for.* 10. *Curiani* 1604. *l. proximè*, 3. *ff. de his quæ in testam. delent. Authent. de judicibus, collat.* 5. *novel.* 2. *capit.* 2. Calicius *in margarit. Fisc. in præfat. numer.* 4. Belluga *rub.* 33. §. *rem. novam, in princ.* Fontanella *decisione* 556. *numer.* 12. Petrus Gregor. *syntagmat. lib.* 1. *capit.* 7. *numer.* 6. pluribus relatis Solorçano *de jur. Indiar. tom.* 2. *lib.* 4. *capit.* 6. *numer.* 6. Don Joann. Baptista Larrea *allegat. fiscar.* 1. *numer.* 19. sed intellige de magno Fisci Regii Advocato, non vero de aliis, ut probat Scaglius, *sub. rit.* 4. *numer.* 18. quod cavetur per *privileg.* 67. *in princ. Regis Iacobi Primi*:) Assessoris sententia sequenda sit, tamen expressè, & generaliter dicitur, quòd suffragium Assessoris 35 est decisivum: Secus verò in Assessore assumpto, qui non habet votum decisivum, sed consultivum tantum, ut probant Xamar. *dict. quæst.* 23. *numer.* 21. *& seqq.* Cancer. *variar. dict. capit.* 2. *numer.* 168. *& seqq.* dominus Morla *dict. numer.* 18. Bobadilla *dict. capit.* 12. *numer.* 5. 6. *&* 40. (quò loci clare improbat quodlibet judicium contra Assessoris consilium, etiamsi fieri posset, nisi in casu notoriæ injustitiæ, ut subjungit 36 *numer.* 41.) Sed hæc distinctio apud nos dubitatione non caret in his Magistratibus, qui ministerio legis habent Assessores; nam quando Assessor ordinarius impediatur, & ipse ob necessitatem Assessorem desumat, cum teneatur ex mente legis judicare de consilio periti, non poterit meo judicio ab assumpti Assessoris voto recedere, quia tunc iste Assessor assumptus, non est revera assumptus, sed vices sustinet subrogati Assessoris Ordinarii, sicque ejudem naturæ debet considerari, ut ex infra dicendis parebit.

Diffinitionem Senatus in hoc articulo tradere ne- 37 queo formiter per sententiam factam, sed pluries vidi hoc diffiniri, dum inter Assessorem, & judicem, aut Officialem disceptabatur, an aliquid exequendum esset; nam cum hæc non scriptis deferantur ad Senatum, ideo quamvis decidantur, non fertur formiter sententia: Anno enim 1641. dum Assessoris Justitiæ in criminalibus officium gerebam, quidam carceribus regiis manciparus fuit, sub prætextu quòd arma prohibita deferendo apprehensus fuit; ex actis resultabat arma minimè prohibita esse, decretum de liberando ipso à vinculis fui interlocutus: Justitia, cui executio incumbebat, id facere recusabat, tuncque interlocutoriam authenticam commentariensi mihi, qui carceratum liberavit, & cum hæc fierent dum Senatus jurisdictio obdormiebat propter absentiam Excellentissimi domini Ducis de Medinaceli, tunc Proregis, extrajudicialiter ad Senatum res delata fuit, & ab ipso approbata ea quæ à me gesta fuerunt, ut dixit mihi Nobilis dominus Don Joannes Blasco, tunc Regens Cancellariam. Demum in Senatu criminali sedendo, quidam ex Gubernatoribus Regni, Assessoris decreta exequi nolebat, & formiter ei jussum per epistolam, quòd in omnibus ad Justitiam spectantibus Assessoris decreta exequi non impedirer, superaddita correctione, eo quòd de hoc duditasset.

Tertiò infertur, quòd Assessores creati per Princi- 38 pem, vel ministerio legis, mortuo Officiali, minimè expirant, ut in terminis probat Xamar *dict. quæst.* 24. *numer.* 1. *& seqq.* & sic usu receptum est. Anno enim 1640. Michaël Tafalla Civis, Justitia in civilibus, decessit, & Assessores continuarunt usque ad finem anni. Anno 1642. decessit spectabilis Don Ludovicus Ferrer Gerens vices generalis Gubernatoris, & Assessores per- 39 manserunt, & sic pluries observatum est. Secus quando Assessores desumuntur ab eodem Officiali (quo pacto explicanda sunt tradita per Parlador. *rerum quotidian. lib.* 2. *capit.* 1. *numer.* 10.) nisi re jam incepta decedat, quia tunc licet postea per Assessorem perficiatur, validum actum gerit *cap. gratum, & cap. relatum, de offic. delegat.* dominus Morla *dict. titul.* 2. *quæst.* 15. 40 *numer.* 8. Ledesma *in summa capit.* 82. *post conclus.* 5. *dub.* 2. *fol.* 539. P. Sanchez *lib.* 2. *decalog. cap.* 13. *n.* 15. P. Lugo *disput.* 19. *sect.* 2. *numer.* 24. Diana *tom.* 1. *de Bulla Cruciat. resolut.* 94. pluribus Barbos. *in collect. ad dict. cap. relatum, & cap. gratum*; novissimè noster Martin. Perez *tract. de pœniten. disput.* 42. *sect.* 7. *num.* 41 2. (quæ nota ad omnes delegatos, & substitutos) pariterque, quod Assessor electus à Principe, vel ministerio legis revocari non possit ab Officiali, ut notat idem Parladorius *ubi proximè numer.* 13. Imò, nec Princeps sine causa Assessorem, vel alium Officialem 42 semel electum revocare solet, ut dixi *capit.* 4. §. 6. *numer.* 5. *& seqq.* etiamsi Assessoria, vel officium concedatur cum clausula, *meræ, & libera voluntate durante*, ut probavi *ibid. numer.* 9. Pulchrè Montanus *de Regalibus, cap. de potestat. const. Magistrat. numer.* 16. qui prudenter *vers. Id autem*, tradit, quòd id fit à Domino Rege *de congruo*; nam de rigore juris poterat; ob quod, ad 43 revocationem non utitur plenaria causæ cognitione, secus autem ad imponendam pœnam criminis, si quod patretur per Officialem. Quæ autem causa sufficiens sit? tradit idem Montanus *capit. de officiis, numer.* 70. Sed in Officialibus Baronis quid dicendum? Quoad illos qui constituuntur ad certum tempus, liquidum 44 est, Barones non posse eos revocare, durante tempore sine causa, ut tradunt Purpuratus, & Cagnolus *in l. diem functo, ff. de offic. Adsessor.* Marin. Frit. *in* 9. *author. Baron. in fin.* Capiblanc. *de Baronibus. pragmat.* 3. *numer.* 238. Montanus *dict. capit. de potestat. constit. Magistrat. numer.* 17. at in Officialibus ad nutum amovibilibus, communis praxis receptum habet, quòd absque 45 causa revocari possint. In puncto juris valde dubito, quia hæc officia habent multum honorificentiæ, & ad eorum exercitium juramentum desideratur in ingressu officii, Xamar. *dict. quæst.* 23. *numer.* 8. nam ob 46 notam, quæ sequitur in fama revocati, ex revocatione semper requiritur causa legitima: & si in Principe hoc procedit, ut dixi, quanto fortius in Baronibus, qui sunt ejus Officiales in illo districtu: Montanus *ubi proximè, numer.* 18. Sed, ut dixi, consuetudine introductum est, ut Barones ad nutum revocent suos Procuratores generales; Bajulos, Assessores, sicque sustinenda est similis consuetudo: omnis enim novitas nociva est, ob quod multùm placet diabolo, Hugo Cardinalis *in capit.* 6. *Genes.* Pater Vega *in Theologia Mariana, palæstr.* 27. *certamin.* 3. *n.* 1662. *in fin.* Et sic decisum vidi per Senatum in causa cujusdam Bajuli Baronis, cujus querela non fuit admissa ex notoria consuetudine.

Quartò infertur, quòd Assessoris officium est dig- 48 nitas, dum à Rege, vel à lege creatur; nam licet à principio Assessoris officium dignitas non esset, & conferri posset libertis, ut cum Baldo, Paride de Puteo, & aliis probat Xamar. *dict. quæst.* 23. *numer.* 9.

hoc

hoc intelligendum est dum officium reperiebatur sine jurisdictione; nunc autem cum habeat jurisdictionem ordinariam, sine dubio dignitas est; nam ubi est jurisdictio ibi dignitas est: Boeri. *decisione* 286. *numer.* 2. Aretin. *consil.* 13. *numer.* 1. Cavallar. *decis.* 649. *numer.* 7.
49 Barbos. *de jure Ecclesiast. universs. lib.* 1. *cap.* 21. *numer.* 10. *& de Canonic. & dignitat. cap.* 4. *n.* 13. novissimè Don Franciscus Salgado *in labyrint. credit. part.* 1. *capit.* 24. *n.* 60. & Marius Giurba *observat.* 115. *n.* 7. qui generaliter loquuntur de quocunque habente jurisdictionem, & in terminis Assessorum Chassaneus *dict. part.* 7. *consid.* 27. *vers. Et licet.*

Imò, ni fallor, antiquitus dignitatem non contemnendam obtinuerunt; nam ut dixi *numer.* 5. Comites appellabantur, si enim officium hoc dignitas non esset, minimè ab aliis usurparetur, ut splendor, & di-
50 gnitas repræsentetur. Hodie enim non solum dignitate fruuntur, sed etiam omnibus privilegiis, Officialibus, vel Magistratibus, quibus assident, concessis: nam extenduntur hæc omnia ad Assessores, Gloss. *in l. restituenda, verb. Fœcundissimi, C. de Advocat. diversi, Judic.* & æqualis honor debetur Assessori, *l.* 1. *ff. de offic. Assessor.* Chassaneus *dict. considerat.* 27. Christophorus Lanfrancus *de præcedent. Doctor. & Milit. numer.* 44. Xamar. aliis relatis *dict. quæst.* 24. *numer.* 7. Et
51 rario est, nam licet Magistratus sit Caput Curiæ, vel Tribunalis, in quo præest; tamen Assessor est Cerebrum ipsius capitis: & licet Capiti primum locum debeatur, Aristotel. *de histor. animalium, lib.* 1. *capit.* 15. ibi: *Caput itaque cæteris omnibus superiorem obtinet, situm*: Cerebrum non in inferiori loco collocatur, idem Aristotel. *ibidem, capit.* 16. *Igitur cerebrum capitis priorem obtinet situm, non modo in homine, verùm in cæteris etiam animalibus, quibus ea pars data est.* Et hoc ea ratione, quam tradit *lib.* 2. *de partib. animalium, capit* 7. ibi: *Datum autem hoc animalibus est ad naturæ totius salutem.*
52 Ex qua Philosophia sequitur quantum Assessor debeat honorari, bene Bobadilla. *dict. cap.* 2. *num.* 54. *& seqq.*

Hinc apparet toto marte errare Magistratus, qui Assessores non æquali honorificentia tractant, ac Locumtenentes eorundem Magistratuum: nemini enim
53 dubium est, quòd dum dignitas repræsentatur, Magistratus est omnibus præferendus: demum si concurrat; Locumtenens: (loquor de Gubernatione, & Bajulia; nam in Curia Ordinarii, Assessor præfertur Locumtenenti (& hoc ex consuetudine, nam extante principali, Vicarius, vel Locumtenens nullam habet officii repræsentationem; postea verò Assessor. Sed dignitatis
54 repræsentatione deposita, in proprio carpento dum privatim incedunt, aliqui Officiales sunt, qui renuunt locum tribuere Assessoribus. Si ab officio regulanda res esset, nec Locumtenenti primus locus tribuendus erat: si enim Locumtenenti tribuatur, Assessori denegare ineptum erit, cum eadem ratio procedat. Nec oberit si dicas, ob inæqualitatem fieri; nam hæc inæqualitas, aut à nobilitate, aut à dignitate est: si à dignitate,
55 procedit quoque in Locumtenente: si à nobilitate, non omne, quo ut tale habetur, vera nobilitas est; quia ex præ posteris opinionibus, *Aurum anteponitur literis; generis antiquitas, honesto; corporis dotes, animi bonis*: ut Erasm. ait *in adag. simul. colum.* 1675. quod jam ante damnarat, dum dixerat, *Generis claritas, si nihil accedat aliud, ridiculum prorsus, & inane nomen.* Sed ponamus, quòd disparitas adsit (quamvis non semel minimè reperiatur; & si adsit, non est impossibile, quod ad partem Assessoris excessus inclinet,) hæc rependitur virtute, & scientia, ut ait Don Alfonsus Peralta *in Artific. prudentiæ, capit.* 2. §. *numero secundo vers. Circa*
56 *inæquales.* Demum si personis ejusdem qualitatis non Assessoribus locus tribuitur, Assessoribus quare denegandus? Eritne Assessoria demeritum, ut non obti-
57 neat, quod absque ea obtinebat? Quidquid in hoc Magistratus malè impenderit, sciat auctoritati tribunalis detractum esse; & quòd sicut ipse se gerit cum administris, sic populus se gerere solet non solum cum illis, sed cum eodem Magistratu, ut benè perpendit Bobadilla *d.c.* 12. *n.* 56.

Ulterius una ex virtutibus commendatis Magistra- 58
tibus politicis, est urbanitas, atque affabilitas, Fredericus Furio Ceriol. *de consil. & consil. cap.* 2. *vers. Decimaquarta*, Hippolytus à Collibus *in consil. pag.* 58. Don Alfons. Peralta *in Artificio prudentiæ, cap.* 3. §. 3. *vers. Urbanitas*, Christus enim Dominum urbanum, & 59
affabilem se maximè ostendit, dum divinitatis fulgoribus decoratus, transfiguratus apparuit, *Matthæi* 7. 5. humanitatem mirabiliter ostendendo, Pascasius *lib.* 8. *in Matthæum. Sic temperavit divina Majestas hujus visionis formam, ut & mirabilis esset visio, qua divinitas prædicaretur in Christo, & humanus cum mortalium ferret visus.* Et demum ibi: *transformatio claritatem addidit ex majestate divinitatis, sed faciem non subtraxit humanitatis.* Prosequitur P. Velazquez *de optim. Princip. lib.* 2. *admot.* 17. *num.* 2. Beata Maria urbanam co- 60
mitatem ostendit Angelo, ut tradit Pater Vega *in sua Theologia Mariana, palæstr.* 16. *certamin.* 14. *num.* 1299. Sancti urbani semper sunt, Oleaster 8. *in Genesim. Viri non solùm sancti sunt, sed etiam urbanitatem* 61
norunt: abhorret enim Dominus à Sanctis incivilibus. Prosequitur Pater Vega *ibidem.* De Alexandro Severo plura ad rem Lampridius *in ejus vita*, de Agesilao Xenophont. *libr. de ejus laud.* de Constantino *Nazarius*; 62
de Trajano, atque Theodosio, *Plinius junior*, *Pacatus*, *& Claudian.* sicque neque urbanitas dignitatem minuit, neque ab auctoritate regnantis unquam fuit aliena.

Quintò inferri poterat, quod Magistratu absente, 63
sententia ferri poterat nomine Assessoris, quia vices Vicarii sustinet, ut probat Xamar. *dicta quæstione* 23 *num.* 19. Sed hoc in nostro Regno minime procedit, eo quòd in quolibet officio ex his quæ specialem Curiam constituunt, dempto Prorege, Vicarius Lo- 64
cumtenens destinatus est, ut dixi *cap.* 2. §. 3. *num.* 22. *& sequentibus*, *&* §. 4. *num.* 30. *&* 47. *& cap.* 4. §. 2. *num.* 51. sicque ferri debet nomine illius, qui præsidet, quamquam non per hoc necessarium sit quòd coram eodem Magistratu, vel Locumtenente jus dicat: nam in propria domo quilibet Assessor audientias habet horis statutis per *foros*. Benè verum est, quòd om- 65
nia expediuntur nomine Magistratus, ex textu *in leg. nunquam* 13. *C. de Assessor.* tradit Xamar. *dict. quæst.* 23. *num.* 18. Hoc enim ad Senatum delatum fuit, in quadam causa criminali processus contumacialis confecti coram Procuratore generali cujusdam Baronis, recursu emisso per condemnatos pœnâ ultimi supplicii, & actis examinatis, reperiebatur sententia lata nomine Asses- 66
soris; & quamquam publicata fuit præsente, & mandante Officiali, Senatus pro nullitate inclinabat: indecisa adhuc quæstio est, licet proposita antequam ad Aulam civilem migrarem: sed ratio esse potest, nam licet Assessor habeat jurisdictionem, illa est eadem cum jurisdictione Magistratus, vel Officialis cui assidet, sicque nulliter sibi arrogat nomen *Judicis*, quod præcipuè competit Magistratui, vel Officiali, & sibi tantùm communicatur.

Sed antequam ad alia transeamus, non differen- 67
tiam inter Locumtenentes; nam Locumtenens Gerentis vices Gubernatoris, habet exercitium limitatum, dum Gerens vices non impeditur, ut dixi *cap.* 2. §. 3. *num.* 31. *& sequentibus*. Bajuli verò, vel Magistri Rationalis nunquam exercet, nisi principali absente, vel impedito; nam quamvis Locumtenens Magistri Rationalis quotidie computa dispungit, hoc non est ratione Locumtenentiæ, sed coadjutoriæ, quam habet annexam: Locumtenens verò Justitiæ criminalis habet semper exercitium, & quotidie sedet cum eo

in Curia hora audientiæ, ita ut inter ipsum, & Justitiam, respectu causarum, sit Locus præventioni, & unusquisque de suis causis curat, nisi deveniatur ad accusationem in scriptis, nam eo in casu, jam causa spectat ad Justitiam; & hac praxi, atque consuetudine utimur, quam in scriptis firmatam minimè reperio, sed longæva consuetudine observatam; & iste Locumtenens non secundum, sed tertium locum in Curia obtinet, nam in omnibus præfertur Assessor: Locumtenens denique Ædilis, sic similiter habet omnimodum exercitium, & de causis quas prævenit curat, & per eorum, exercitium minimè casu impedimenti Justitiæ, vel Ædilis, locum ipsorum occupant, sed tunc ipsi principales substituunt, nam sunt ad instar plebejorum officialium, cum eligantur ex plebe per sortem, juxta formam antiquam eligendi Justitiam, *for.* 38. *&* 39. *de Cur. & Bajul.* de qua dixi *cap.* 1. §. 1. qui quidem reddere rationem tenentur Justitis, vel Ædilibus, retenta tertia parte pœnarum pro salario, *for.* 68 97. *eod. tit.*

Sextò infertur, quòd Judex sive Magistratus iniquam sententiam ferens de consilio Assessoris, non tenetur ad aliquid, nam quoties Officialis sequitur consilium Assessoris necessarii, excusatur omnino, ut pluribus comprobant Donel. *dict. lib.* 18. *cap.* 2. & ibi Illiger. *lit. h. h.* dominus Morlà *dict quæst.* 6. *numer.* 14. Giurba *dict. consil.* 31. *num.* 6. *& seqq.* qui *nu.* 12. docet necessarium Assessorem esse, quem Respublica, vel superior Magistratui, vel Officiali electo constituit, & sic decisum per Senatum Siciliæ testatur *nu-* 69 *mer.* 10. & apud nos non semel decisum vidi. Quod secus erit si Officialis Assessorem eligat, nam tenetur eligere peritum, & dignum, ut omnes isti Doctores tradunt, & solum limitant casu quo Assessor habeat publicum testimonium doctrinæ. Sed dubitari potest, an hoc in casu teneatur eum exhibere? & quoad Magistratus habentes jurisdictionem in officium, & administrationem, certum est, quod tenentur exhibere; Bobadilla *dict. cap.* 12. *num.* 7. Calicius, Fontanella, & alii laudati per Xamar. *dict. quæst.* 24. *n.* 95. at in Barone, vel Domino jurisdictionis, hæc non procedunt, ut dixi *hoc cap.* §. 1. *n.* 100.

71 Septimò deducitur, quòd Assessor minimè possit causas quas patrocinatur, coram suo Magistratu tractare, etiamsi Judex competens sit; nam cum ipse obtineat jurisdictionem, fungeretur duplici officio, nempe Assessoris, & Advocati, quod jus non patitur, *l. consiliarii*, & ibi Jason *numer.* 1. & Decius *num.* 1. *&* 2. *ff. de offic. Assessor. l. qui præst. ff. de jur. omn. judic. l. fin. C. de Assessor. for.* 72. *de Cur. & Bajul.* Illiger. ad Donel. *dict. cap.* 2. *lit. R.* aliis relatis Portoles ad molinum *verb. Advocatus*, *num.* 100. *& verb. Assessor. numer.* 1. Fontanella *decis.* 8. *num.* 12. *& seqq.* Xamar. *dict. quæst.* 24. *num.* 23. notter Trullench *lib.* 8. *decalog. cap.* 72 5. *dub.* 1. *n.* 5. imò neque in alio Tribunali, *l. fin. in princip. C. de Assessor.* notat Gloss. *in dict. l.* 5. Illiger. *dict. cap.* 2. *lit. q.* qui quamvis conetur conciliare hos textus, minimè consequitur. Apud nos ex *for.* 75. *junct. for.* 71. *de Cur. & Bajul.* generaliter prohibetur Assessoribus Gubernationis advocare ibi *No puixa tenir advocacio alguna*, *in for.* 20. *Cur. anni* 1585. prohibitum eis est advocare in aliis Curiis inferiorum Judicum: quod duplici de causa inductum videtur, *Prima*, ratione indecentiæ, nam indecorum videtur si ille qui sententias inferiorum moderari debet, coram eis compareat causas aliorum patrocinando. *Secunda*, nam cum ad Tribunal Guberna- 73 tionis à sententiis aliorum judicum inferiorum, quotidie appellatio interponatur, rationi consonum est, ut minimè impediatur, & quamvis jure permittente possit coram superiore advocare in causa appellationis honestius est, si hoc casu ab advocando abstineat. Paulus Castrensis *in l. quisquis*, *C. de postul.* & ibi Aretin. *num.* 2. Aviles *in cap. Prator*, *verb. Abogados*, *num.* 2. *&* 5. Portoles *dict. verb. Advocatus*, *num.* 104. Avendaño *de exequendis lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 23. Xamar. *dict. quæst.* 24. *num.* 24. Per *for.* 53. *anni* 1604. solum permittitur Assessoribus Gubernationis, quòd ad- 75 vocationem obtineant Brachiorum, & villarum Regiæ ditionis, ibi: *Los quals puixen tenir dites ad vocations.* Obscura hæc inter se sunt, & sic varia observantia subsecuta, prout cuique Assessori melius visum fuit.

Si meum judicium in hoc aliquid valet, constanter tenendum, quòd nullus Assessor potest Advocati munere fungi: moveor ex textuali dispositione *dict. l. fin. C. de Adsessorib.* ibi: *Cum satis abunde qua sufficiat*, *vel* 76 *per advocationem causis perfectissimè patrocinari*, *vel Assessoris officio fungi.* Hæc apud nos cauta reperiuntur per *for.* 71. 72. 74. *&* 75. *de Curia*, *& Bajulo*, nec alibi derogatum huic decisioni reperitur, nisi quoad expressa *in dict. for.* 53. confirmato per *cap.* 300. *actor.* 77 *Cur. Brachii Regalis*, *anni* 1626. & sic nullatenus Advocari munere fungi potest Assessor, nisi pro aliquo ex Brachiis, vel aliqua villa Regali. Ulterius, nam 78 quælibet Assessoria ex togatis totum hominem requirit, & per advocationem non parum distrahitur quicumque Assessor ab administratione muneris, *Plura qui ambit*, *male adstringit*, dixerat Erasmus *in adagiis inanis operis.* sicque, aut unum, aut aliud eligere debet, ne in utroque deficiat. Nec argumentum à contrario sensu desumi valet, ex *dict. for.* 20. *Cur. anni* 1585. nam hoc argumentum non procedit quando contrarium expressum est in jure, ut bene probat Barbosa *argument.* 27. *numero quinto.* Demum, quia sicut ratione indecentiæ status, omnes Monachi ab officio Advocati expelluntur, *cap. ex parte*, *de postul.* 79 pluribus Barbos. *in collect. ad hunc textum*, notter Trullench. *dict. lib.* 8. *decalog. cap.* 5. *dub.* 1. *numero tertio*, ita pariter Assessoribus togatis prohibitum est advocare ubique: Advocati enim ars non est ex sublimioribus, nam licet Cassiodorus *variar. lib.* 1. *epistol.* 12. *dicat Quid enim advocationis officio dignius*, *si per eum impendatur ornatius*; *quod peregrinum negotium ad suas molestias trahit*, *ut laboribus subveniat alienis*; tamen multa patitur, quæ in Magistratu fulgores dignitatis obnubilant. Plin. junior. *lib.* 1. *epistol. penult.* Pompeio Falconi, ibi: *Ipse cum Tribunus essem*, *erraverim fortasse qui me esse aliquem putavi*, *sed tanquam esem*, *abstinui causis agendis. Primum quod deforme arbitrabar*, *cui assurgere*, *cui loco cedere omnes oporteret*, *hunc omnibus sedentibus stare*: *& qui jubere posset tacere quemcunque*, *huic silentium Clepsydra indici*, *& quem interfari nefas esset*, *hunc etiam convicia audire*: *& si inulta pateretur*, *inertem*; *si ulciscereture*, *insolentem videri. Erat hic quoque æstus ante oculos*, *si fortè me appellasset*, *vel ille cui adessem vel ille*, *quem contra intercederem*, *& auxilium ferrem*, *an quiescerem*, *fleremque*, *& quasi ejurato Magistratu privatum ipse me facerem. His rationibus motus malui me Tribunum omnibus exhibere*, *quam paucis Advocatum.* Indecorum valde mihi videtur, ut qui toga condecoratus incedit ad cœtum, tanquam Advocatus vocetur; & ut idem qui sententiam tanquam 80 Judex subscribit, libellos, tanquam causidicus designet: qui cæteros moderari *audiendo* in Curia solet, ab ipsis dum patrocinari vult, irreverenter tractetur. Et eadem ratione dimanat (ni fallor) decisio *for.* 153. *Curiar. anni* 1604. qua prohibetur Regiis Senatoribus, ne officio Assessoris Baronum fungantur, Hinc etiam, casu quo facultas ad petitionem alicujus Magnatis, Senatori tribuitur ad prosequendum patrocinium, quod ante Senatoriam dignitatem susceperat, limitatur ad actus privatos, non verò, ut libelli subscribi per ipsum possint, vel publicè in causa

ei

ci perorare liceat. Ex quibus quamvis contrarius usus reperiatur, prout reperiri fateor, tenendum firmiter credo Assessores togatos, patrocinari causas non debere.

81 In Assessoribus Ordinariorum, plura ex his militant, sed ratione temporalitatis officii, & exiguitatis salarii tolerabilius est, ut in Curiis superiorum Judicum causas agant. Nec transit sine obstaculo, quod firmat Xamar. *dict. numero 23.* dicens, quòd licet Assessor advocare non possit, poterit tamen licite alteri Advocato

82 ostendere, quomodo advocare debet: nam si in abstracto intelligendum est, sine dubio procedit; at vero si in concreto loquatur de causa, quam fovet in sua Curia, id repugnat juris regulæ, qua cavetur, quòd qui per alium facit per se ipsum facere videtur, *l. 1. §. dejecisse, ff. de vi, & vi armat.* cum aliis adductis per Barbosam *axiomat. 62. numero primo*, frustratoria enim esset

83 dispositio, si mediante alio Advocato idem consequi posset. Demum moraliter impossibile videtur, quod id fiat sine significatione sententiæ, & ex hac propalatione redditur suspectus, ita ut possit recusari, ut latè probat Fontanella *decis. 9. per tot. tom. 1.* quare securius erit ab utroque abstinere.

84 Octavo infertur, quòd licet Magistratus sit caput Curiæ, & habeat potestatem præcipiendi Locumtenenti, & Assessori, ut ex decisione Senatus dixi *cap. 2. §. 2. numero trigesimo quinto*, hoc intelligendum est directuè, in quantum recta gubernandi ratio in ea Curia, cui præest, postulat: non verò coërcitivè, ita ut possit punire aliquem ex illis, si crimen aliquod patretur ab ipsorum quopiam; nam cum omnes habeant eandem jurisdictionem, Dominus Morla *in empor. tit. 2. in præmis. numero octagesimo quinto*, Azevedo *in l. 10. tit. 5. lib. 3. recopil.* Amaya *in l. 2. num. 9. C. de condit. in hor. publ. lib. 10. & in l. nullus 60. numero trigesimo, C. de decur. eod. lib. 10.* par in parem non habet imperium, *l. nam Magistratus, ff. de arbitris, l. ille, §. quo tempore, ff. ad Trebellian.* Bobadilla *dict. cap. 12. numero sexagesimo, & in notis lit. H.* Marius Giurba *in eruditissimis observationibus decis.* (dum hæc prelo dantur habitis) *observat. 115. numero decimo quarto*, Quoad Locumtenentes, & Assessores Gubernationis, Bajuliæ generalis, & officii Magistri Rationalis, hæc certissima sunt ex alia ratione,

87 nempe quia habent officia ex privilegio Principis, de quibus dixi *cap. 2. §. 2. numero quadragesimo sexto, & seqq.* quoad Locumtenentes, & Assessores Ordinariorum, quia punitio spectat ad superiorem, nempe Gerentem vices generalis Gbernatoris, ut tradidi *eod. cap. 2. §. 3. numero quinquagesimo quinto*, & sic verbo tenus decisum per Senatum anno 1641. nam Justitia in criminalibus, cui assidebam, ex levi causa Locumtenentem in carcerem mancipavit, jubendo ut in arctiori loco poneretur, tem ad Senatum deduxi, & postquam in eo disceptatum fuit, mihi dixit Mag. dominus Michael Hieronymus Sanz, quod quando adesset justa causa id fieri nequibat per Justitiam, sed per superiorem, &, Justitiæ jussit, ut eum statim à vinculis liberaret: at quoad Assessores Baronum, & cæteros Officiales eorumdem, cognitio pertinet ad Barones, ut scripsi *hoc cap. §. 10. numero nonagesimo sexto.*

88 Nonò infertur, quòd isti Assessores à lege, vel Principe destinati, minimè sportulas, sive salaria sententiarum lucrari possunt, *for. 15. for. 54. cum seqq. de Cur. & Bajul. for. 76. cum dub. seqq. de notar.* quæ dispositio extenditur ad Assessorem Bajuliæ, nisi in causis patrimonialibus, dum non sint ex his quæ suscitantur ratione fraudis factæ in pensitatione jurium *for. 22. Curiar. anni 1585.* Et ratio est, nam cum publicum salarium obtineant, non possunt ultra aliquid pro salario accipere à partibus, docent Covarruvias *in cap. peccatum, §. 3. numero secundo*, abbas *in cap. quia plerique, numero 33. de immunit. Eccles.* Joan. Medin. *de restit. quæst. 25.* Bobadilla *in polit. lib. 2. cap. 11. numero trigesimo octavo*, Xamar *dict. part. 1. quæst. 19. numero vigesimo primo*, Didacus Perez *in l. fin. tit. 14. lib. 2. ordin.* Menoch. *de arbitriis, lib. 2. centur. 4. casu 342.* Ob hanc causam Pescennius Niger Consiliariis judicum salaria con- 89
stituit, ne eos gravarent, quibus assidebant, dicens, *Judicem, nec dare debere, nec accipere*, Spartianus *in vit. ipsius.* Alexander Severus quoties Judices promovebat, & argento, & necessariis instruebat, ne molesti provincialibus essent, aliquidque ex judiciis expectarent, quo vel ad condemnandum aliquem injustè, vel ad absolvendum excitarentur, Ælius Lamprid. *in ejus vit.* Hinc est, quòd in textu expressè cavetur, quòd Assessor minimè quid accipiat pro declaratione causarum, ibi: *E que no prenga nangu do, ne servi, ne promessa*, sub quibus xenia comprehenduntur, exceptis esculentis, & potulentis, *l. plebiscito, ff. de offic. Proconf.* latè ad rem Langleus *semestrium lib. 6. cap. 1. per tot.* Sed quamquam per pragmaticam Imper. Carol. V. anni 1543. c. 4. & per pragmaticam contentam *in privil. 34. Reg. Ferdinand. II. §. aixi matexix.* esculenta, & potulenta permittantur Judicibus, tamen in hoc Regno signanter in Tribunali superiorum, nec adhuc esculenta, & potulenta admittuntur. Integritatem nostri Senatus nunc celebrare debueram, si inter hos intergerrimos viros (licet indignus) non annumerarer: propriam causam agere videbor, sed dum favet veritas, sine pudore affirmare queo, quòd Præsides hujus Regni admirantur, quod incolæ necesse prædicant. *Hæc est* (inquit Cassiodorus *lib. 1. epist. 3.*) *vitæ gloriosa commoditas, dominos esse testes, cives habere laudantes.* Statuæ illæ truncæ manibus ab Alciato propositæ *emblemat. 59. lib. 1.* nostri Senatus morem innuunt.

Cur sine sunt manibus? capiant, nec xenia, nec sa
Pollicitis flecti, muneribusve sinant.

Prosequitur bene Langleus *dict. cap. 1. vers. celebratur.* Sed ut pergamus, generalis conclusio statuenda est, quòd sportulæ, sive salaria, minimè debeantur in prima instantia, nisi in causis evocatis ad Senatum *cap. 76. Cur. anni 1604. in act. Cur. Brach. Regal.* Quam conclusionem extensam esse ad Assessores Baronum ex ipso *cap. 76.* apparet. Et ratio est, nam Domini ju- 90
risdictionum tenentur administrare justitiam in prima instantia propriis impensis, cum sit onus inevitabile, quod sequitur dominium, & sic tenentur solvere salaria Assessoribus: & quamvis, si non solverit Baro, Assessor possit à parte exigere, eo quod dignus est mercenarius mercede sua, *l. 4. §. in judicio, ff. finium regundor. l. ex parte in princ. famil. herc. scunde*, aliis relatis Xamar *d. q. 18. n. 16.* (quod debet esse juxta formam taxatam per *foros*, & casu quo non habeat aliquod salarium, quantumvis minimum, à Barone, ut Xamar docet:) tamen competit jus parti ad recuperandum à Domino, cùm ipse teneatur ad id. Quæ quidem generalis conclusio extenditur ad Assessores Gubernationis, etiam in causis appellationum *for. 55. de Cur. & Bajul.*

Sed limita primò in omnibus Ordinariis, quando Judices computatores dantur, nam tunc debetur salarium, *for. 56. & 57. de Cur. & Bajul.* Limita secundò, in Assessoribus Gubernationis, quando valetudine detenti ad instantiam alicujus partis delegant Assessorem, nam tunc salarium debetur, *for. 60. de Cur. & Bajul.* Et ratio est, quia licèt quando judex est peritus, non possit compellere partem ad solvendum salarium Assessori, ut probat Xamar. *dicta quæstione 19.*

num. 55. hoc in casu limitatur hæc dispositio, quia non fit ex voluntate, sed ex necessitate; atque adeò, quoties Assessor, non ex necessitate ductus, sed voluntariè delegat, de proprio tenetur solvere delegato, ut in *eodem foro* habetur, & sic decisum per Senatum; nam ex illius deliberatione compulsus fuit Assessor cujusdam Gubernationis, ut salarium de propriis delegato præstaret, quod executioni deduxi anno 1651. Limita tertiò, quando Assessor ad instantiam alicujus partis se confert ad aliquem locum, nam tunc debet fieri expensis petentis, & salarium ei, & cuicunque Judici debetur, *foro* 49. *Cur. anni* 1564. *l. Prætor ait, in fin. ff. de edendo.* Speculator *de Assessoribus*, §. *Salarium, ad fin. vers. Quid si alter litigatorum*, Gratian. *disceptat. forens. cap.* 57. *num.* 1. Xamar. *dict. quæst.* 19. *num.* 63. sed si altera pars comparet coram Judice ad aliquid allegandum, tunc impensæ dividuntur æqualiter, ut ipse Xamar. docet, & quotidie in praxi observatur. Salaria autem Judicum antiquitus exiguissima erant: dum enim ad instantiam fisci ad aliquem locum se conferebant, tantùm lucrabantur pro unaquaque dieta triginta tres solidos, si autem ad instantiam privati, sexaginta sex. At in Curia anni 1645. aucta fuerunt hæc salaria ad triginta drachmas Beticas, quando solvuntur ex fisco, & quadraginta quando per privatum: sed de his omnibus latius dicam alibi Deo dante.

91 Decimò infertur, quòd Assessores à lege, vel Principe constituti tenentur jurare; nam licèt Assessores antiquitùs in ingressu officii non jurabant, ut notant Paris de Puteo *de syndicatu, in verbo Assessor, num.* 13. Xamar. *dicta quæst.* 23. *num.* 8. quia solùm erant Consiliarii; cùm hodie obtineant jurisdictionem, ut dixi, jurare tenentur, eo quòd veri Judices sunt, & Judices omnes tenentur jurare, ut eleganter probant Jacobus Revard. *variar. lib.* 5. *cap.* 8. qui eruditissimè materiam pertractat, Bobadilla *lib.* 3. *politic. cap.* 7. *num.* 19. Simancas *de Republica, lib.* 7. *cap.* 15. Fontanella *de pactis, claus.* 4. *glos.* 10. *part.* 1. *num.* 112. Mastrill. *de Magistrat. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 47. *& seqq.* Novar. *ad pragmat. Regn. Neapolit. tit. de Officialibus, collect.* 4. *num.* 1. *& seqq.* videndus omninò Giurba *observat.* 110. *num.* 1. Apud nos sic cavetur in *nostro textu*, & in *for.* 1. *cum aliis seqq. de*

92 *Cur. & Bajul.* quam obligationem extende ad substitutos, vel delegatos, ut depromitur ex *for.* 8. *in fin. eodem tit.* in quo expressè cavetur, quòd substitutus Justitiæ teneatur idem jusjurandum præstare, ac Justitia, & cùm omninò eadem ratio procedat in Assessore, absque dubio tenendum est delegatum ipsius, jusjurandum præstare teneri. Neque huic obligationi fierat satis ex generali juramento præstito dum ad officium Advocati admittuntur, nam specialiter ad officium Judicis requiritur ex *dictis juribus.*

93 Sed videamus, quæ qualitates requirantur à *foro* ad officium Assessoris obtinendum? Quoad Assessores rogatos, qui de consilio Regis sunt, abundè diximus *cap.* 2. §. 2. *ex num.* 72. *cum pluribus seqq.* Quoad Assessores Ordinariorum Urbis, in primis requiritur, quòd sint majores viginti annis, nam licèt de jure valdè controversum sit, quæ ætas requiratur ad officium Judicis, ut apparet ex pluribus congestis per

94 Don Didacum de Narbona *in allegantissimo tractatu de ætate anno* 25 *quæst.* 31. *per totum*, apud nos ex *for.* 8. *& de judiciis*, tantùm requiritur, quòd Judex sit major viginti annis, nec hoc deviat à ratione; nam, ut ait Ulpianus *in l. quidam* 57. *ff. de re judicat. Æquissimum est tueri sententiam ab eo dictam, nisi minor decem & octo annis sit.* Et ratio est, nam, ut ait Narbona *num.* 22. *&* 27. in majore decem & octo annis, non adest natu-

95 ræ, sed legis impedimentum: cùm autem leges Romanorum apud nos, non disponant in vim legis, ut dixi *cap.* 1. §. 2. *num.* 9. & nostris legibus præfinitum sit tempus ad officium Judicis obtinendum, quod non implicat cum ratione naturali; inde est, quod hoc jure recta cum ratione utamur. Ego enim obtinui Assessoriam Justitiæ criminalis, anno vigesimotertio ætatis completo. Sed si dicas, quare ad officia Urbis 96
requiratur ætas vigintiquinque annorum, ut dixi *cap.* 4. §. 5. *num.* 12. adnotariæ artem obtinendam eadem ætas requiritur, *foro* 9. *de notar.* & ad judicandum viginti sufficiant; nam videbatur à contrario statuendum esse, eo quod judicium res magni momenti est, & ad eam maximoperè requiritur prudentiæ copia, quæ non nisi cum ætate, & experientia comparatur. Sed respondendum est, hoc ex doctrina dimanare; nam qui literas didicerunt, duplo plus vident cæteris, Joannes Affel. *in vir. politic.* & quia meliores viros reddunt, *l. Attilius* 27. *ff. de donat. l.* 3. §. *Idem, ff. de exhib.* Scipio Gentil. *ad apolog. Apule. num.* 55. Comineus *lib.* 10. *pag.* 66. unus pro mille eruditissimus Don Joann. Solorçan. *in absolutissimis emblemat. polit. legal. emblema* 26. *num.* 34. eleganter Eumenius *in oration. de scholis instaurandis. Cæsar* (inquit) *pro divina intelligentia mentis æternæ, sen-* 97
tit literas omnium fundamenta esse virtutum, utpote continentiæ, modestiæ, vigilantiæ, patientiæ magistras, quæ universa, cùm in consuetudinem tenera ætate venerunt, omnia deinceps officia vitæ ad ipsa convolassent, essèque omnis industriæ, atque omnis laudis matrices, aut, ut verius loquar, matres. Theodoricus apud Cassiodorum 98
l. 3. *epist.* 33. ibi: *Gloriosa est denique scientia literarum: quia quod primum est in homine, mores purgat: quod secundum verborum gratiam subministrat: ita utroque beneficio, mirabiliter ornat, & tacitos, & loquentes.* Sed quid mirum, nam literarum studium species martyrii est, Aloys. Novarin. *sch. hedias sacro prophan. lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 19. benè Petrus Blesensis *epist.* 14. ibi: *Recogitabo dies perditos in amaritudine animæ meæ, residuumque annorum meorum studiis immolabo.* Confert historia apud Cæsarium *lib.* 12. *exemplor. cap.* 46. qui verbis mirificis, dulcis parentis immaculatæ Mariæ, studiosos innocenter viventes, martyres esse tradit, & artes doctas exercentes, magnam mercedem consequi. Refert Narbon. *hor.* 24. *num.* 67.

Demum requiritur *ex foro* 48. *de Cur. & Bajul.* quòd 99
professus sit scientiam legalem in praxi, per biennium in Urbe, vel per quinquennium extra eam. Et ratio est, nam ad officium Judicis requiritur sufficientia, tam in theorica, quàm in praxi, scientiæ legalis; probant Vivius *decis.* 220. & Novar. *in collect. ad pragmat. Regn. Neapolit. tit. de Official. collect.* 9. *num.* 2. *& seqq.* Ut theoricæ sufficientia resulter, requiritur gradus Doctoris, ut dixi *cap.* 2. §. 2. *num.* 119. juxta *forum* 25. *Cur. anni* 1626. nam licèt à jure non requiratur qualitas Doctoratus ad Assessoriam, ut probant relati per Xamar. 1. *part. quæst.* 13. *num.* 21. *& seqq.* cùm ex Advocatis apud nos desumantur, & ad munus Advocari requiratur gradus, aut examen, juxta *dictum forum* 25. inde est, quòd Assessores, Doctores esse de- 100
beant, aut saltem examinati, juxta *dictum forum.* Ad praxis sufficientiam comprobandam requiritur usus ipsius, in Urbe per biennium, vel extra Urbem per quinquennium, quod tempus continuum esse debet, non verò interpolatis vicibus in foro versando, ut benè probat Barbat. *inter consilia Alexandri, consil.* 135. *& consil. fin. volumine* 4. Et ratio est, nam lex quæ de tempore simpliciter mentionem facit, de continuo, non de utili intelligenda est, *leg. cum hæres* 4. §. *Stichus, ff. de statu liberis*, ibi: *Quærendum est, annus quomodo accipi debeat, an qui ex continuis diebus trecentis sexaginta quinque constat, an quibuslibet? sed superius magis intelligendum Pomponius scripsit.* Pluribus relatis Don Didacus Narbona *in horæg. hor.* 1. *num.* 54. *&* 105. & Antonius Matthæus *de Auction. lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 26. quòd succedit loco illorum decem annorum, de quibus Bobadilla *dicto lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 16. & examinis,

de

101 de quo Navar. *dict. collect. tom. 9. num. 2. & seqq.* A jure requirebatur, quod exterus Assessor esset, *l. in Consiliariis* 10. & ibi Barbosa *in collect. Cod. de Assessoribus*, Bobadilla *dict. cap.* 12. *num.* 23. Donellus *dict. cap.* 2. & ibi Illiger. *litera L.* Sed de hac materia plura congessi *cap.* 4. §. 5. *num.* 22. *cum seqq.* Quoad Assessores, per *forum* 46. *de Cur. & Bajul.* requiritur, quòd sint incolæ Urbis. Præterea requiritur, quòd non sit fœmina, furiosus, infamis, surdus, cæcus, nec mutus *d. for.* 8. & 24. *de jud.* sed quoniam de hoc passim Doctores tractant, ideò in his non immoramur. In Urbibus Regni, adinstar nostræ Urbis, Assessores eliguntur, at in Villis, & oppidis, in quibus Jurisperiti non reperiuntur, Assessoriæ committuntur Notariis, qui simul actuarii munus subeunt; nam quamvis acta judicii non possint scribi per Judices, etiam de consensu partium, ut docet Vivius *decis.* 48. quia nemo potest Judicis, & scribæ muneribus fungi; hoc limitatur in levibus, qualia sunt ea, quæ in istis oppidis geruntur, Lanfranch. *decis.* 215. Guidon. Pap. *decis.* 564. Novar. *ad pragm. Neap. tit. de actuar. collect. 9. num.* 3. Sed quoties ad rem aliquam magni momenti desumendus est Assessor, per Ordinarium, vel Baronem, cùm à jure requiratur sufficientia theoricæ, & praxis, qui non habeat prædictas qualitates, desumi non posse est tenendum, quas etiam qualitates habere debet substituendus per text. *in l. si eum, §. qui injuriarum, ff. si quis caution.* cum vulgatis Congestis per Barbos. *axiom.* 213. *ex num.* 1. & sic decisum per Senatum audivi à Domino Avunculo Don Petro Sanz, qui dixit, quòd cùm Doctor Paulus Ferris substitueretur ab uno ex Assessoribus Justitiæ in Civilibus, sententiam tulit contra Paulum Pedro; hic de nullitate conquisivit in Senatu, quia nondum per biennium in foro dictus Doctor Ferris versatus erat, & pronunciatum, delegati officium non posse ab ipso geri, sed sententiam sustinendam, ex dispositione textus *in l. Barbarius Philippus, ff. de offic. Prætor.*

102 Undecimò infertur, quòd Assessores habentes officium ministerio legis, vel Principis, aut alias obtinentes jurisdictionem ordinariam, nempe quia nominati sunt à Domino jurisdictionis, substituere possunt. Sed antequam ad ulteriora procedamus, videndum est, qualiter hoc de jure procedat? Officiales enim perso-
103 naliter servire tenentur, *Authent. ut nul. jud. in rub. l. inter artifices*, ubi Bartol. *ff. de solut.* text. *in l. nullus* 69. *Cod. de decurion. lib.* 10. pluribus Mastril. *de Magistratib. lib.* 1. *cap.* 29. *num.* 2. *& sequentibus*, Marius Giurba *consil.* 36. *num.* 1. *& sequentibus*, Don Franciscus Amaya *in dict. l. nullus, num.* 1. *& sequentib. Cod. de Decurion. lib.* 10. Montanus *de Regalibus, cap. de officiis, num.* 56. Et ratio est, nam cùm ad officia magna censeatur electa industria personæ, inde est, quòd nemo possit munus adminis-
104 trare per substitutum. Quæ omnia absque dubio procedunt in Regiis Consiliariis, tam Senatus civilis, quàm criminalis, Advocatis Fiscali, & Patrimoniali, ad res intra Concilium agendas: quoad alios verò cùm ex text. *in l. more majorum, ff. de jurisd. omn. jud.* Magistratus possint substituere casu necessitatis, sive sit ex consuetudine, sive quia eis permittitur expressè, ut ex *foro* 8. cum aliis *infrà* expendendis *de Cur. & Bajul.* certum est substitutionem tenere, dum jurisdictione ordinaria fruantur. Sed hoc non ita absolutè, nam ut dixi *c.* 2. §. 3. *n.* 50. *& seqq.* in officiis Gubernationis substitutionibus forma certa data est.

105 Cæteri verò, solùm in casu necessitatis delegare possunt, nam cùm ipsi Officiales, non sint Domini jurisdictionum, non possunt creare Vicarium, qui officium semper exerceat, *l.* 1. §. *cum Urbem, ff. de offic. Præfect. Urbis*, Hostiensis, Alexander, & alii adducti per Xamar. *d. quæst.* 24. *num.* 74. latè Giurba *dict. consil.* 36. *num.* 12. qui
106 benè tradit casus necessitatis, Montanus *de Regalibus, cap. de Offic. num.* 16. qui delegati debent esse ejusdem qualitatis, scientiæ, & sufficientiæ cum proprietario substituente, text *in l.* 1. *versic. quod si, C. de præpos. Agent. in reg.* Amaya *in l.* 6. *num.* 1. *Cod. de decur. lib.* 1. Giurba *consil.* 99. *per totum*, & nos attigimus aliqua *cap.* 4. §. 3. *num.* 113. Mastril. *dict. cap.* 29. *num.* 41. & sic decisum per Senatum, ut dixi *num.* 101. sed isti substituti, seu delegati non possunt alium subdelegare *for.* 13. *de judiciis, dict. l. more majorum, ff. de jurisdict. omn. judic. l. à judice* 5. *Cor. de judiciis*, cum pluribus traditis per Barbosam *in collectaneis ad hunc textum, num.* 1. *&* 2. nisi sit delegatus à Principe, ut in *eodem for.* 13. expressè cavetur, Maranta *de ordin. judiciar. part.* 4. *distinct.* 5. *num.* 26. Boër. *dec.* 152. *num.* 1. Barbos. *in dict. l. à judice, num.* 5. Dominus Morla *in dict. tit.* 24. 15. *num.* 10. *& seqq.* vel fuerit data
109 delegato potestas ab Ordinario substituente ad suo nomine delegandum, nam tunc potest id facere, quemadmodum procurator qui habet mandatum cum potestate
110 substituendi, *cap.* 1. §. 1. & ibi Glos. *de procurator. in* 6. Et ratio est, nam tunc non videtur delegatus substituere, sed ipse principalis delegans, & sic subdelegatus, non à delegato, sed ab ipso delegante videtur constitutus judex, *l. item eorum, §. decuriones, ff. quod cujusque universit.* Dominus Morlà *dict. quæst.* 15. *num.* 9. Barbos. *in collect. ad*
111 *cap.* 1. §. 1. *de procurat. in* 6. *num.* 8. P. Sanchez *de matrim. lib.* 3. *disp.* 31. *num.* 6. noster Martin. Perez *de pœnitent. disp.* 42. *sect.* 2. *num.* 5. *& seqq.*

Sed in hoc articulo pulchrum dubium occurrit,
112 nempe: Ordinarius Judex, vel Officialis esse non potest, nisi ex certo gremio, vel cum certa qualitate: is non potest delegare, nisi alium ex eodem gremio, vel ejusdem qualitatis, ut dixi, sed mandatum concedere ad delegandum, an iste cui mandatum simile conceditur debeat esse ex eodem gremio, vel habere illam qualitatem? v. g. Justitia criminalis est electus, ex civilibus, impeditus reperitur, & concedit mandatum ad delegandum Petro; quæro an Petrus possit esse ex Mili-
113 tibus, vel Ecclesiasticis? & videtur, quòd sic, nam ut dixi, electus non capit potestatem ab eligente, sed ab ipso mandante, ex cujus concessione eligitur; Petrus Peralta *in lege cum quidam, ff. de legat.* 2. *num.* 1. Molin. *de Hispanor. primogen. lib.* 2. *cap.* 4 *num.* 6. Fusarius *de sub-*
114 *stitut. quæst.* 511. *num.* 7. qui plures laudat: actus enim tribuitur ordinanti, non verò exequenti, *leg. si heres testamento, ff. de action. empt. leg. item eorum, §. si decuriones, ff. quod cujusque universit.* Ludovis. *decis.* 252. *num.* 9. Surdus *consil.* 29. *num.* 3. Castillo *de Tertiis, cap.* 28. *num.* 6. Fontanella *decis.* 55. *num.* 1. *& seqq. tom.* 1. ac per conse-
115 quens sufficit, quòd mandans habeat qualitates requisitas, & delegatus etiam, non autem is cui committitur actus delegandi. Demum iste mandatarius æquiparatur procuratori, *l. & quia, ff. de jurisd. omn. judic.* Dominus Morlà *dict. quæst.* 15. *num.* 7. sed sic est, quòd cuilibet liberum est procuratorem quemlibet eligere, *leg.* 1. & ibi communiter Doctores, *ff. de procuratoribus*, ergo non est necessaria qualitas in eo procuratore, vel Commissario, ad delegandum, præcipuè cùm per alium facit, per seipsum facere videatur, ut latè probat Barbosa *axiomat.* 42. *num.* 1. Denique iste Commissarius solùm habet commissum nudum ministerium nominandi delegatum, sic est, quòd hoc exequi potest per inhabilem, Bartol. *in l.* 1. *§. item adquirimus, num. fin. ff. ad adquirend. possess.* P. Castro Palao *tom.* 3. *tract.* 16. *disput.* 4. *punct.* 12. *num.* 7. ergo licèt inhabilis sit, ratione defectus qualitatis, utiliter delegavit. Quod comprobatur in procuratore ad contrahendum matrimonium, nam licèt fœmina inhabilis, imò capax sit à natura ad contrahendum cum alia fœmina, tamen potest esse procuratrix viri, ut tradunt Petrus Ledesma *de matrimon. q.* 42. *art.* 1. *dub.* 7. Sanchez *de matrim. lib.* 2. *disp.* 11. *n.* 15. noster Martin. Perez *de matr. disp.* 15 *sect.* 7. *num.* 12.

Sed contrarium verius puto, nam subrogatus debet
116 esse ejusdem qualitatis cum subrogante, Glos. *in l. si*

enim, §. injuriarum, verbalanda, ad medium, ff. si quis cautionibus. Bartol. *in l. 1. C. de municip. & colon. lib. 11.* Angelus *in l. stipulationes commodissimè ff. de verb. obligat.* Mandos. *regul. 4. quæst 8. num. 3.* Gratian. *discept. for. cap. 800. num. 5. & in addit. ad decis. 153. num. 9.* sed qui eligit substitutum, quoad hunc actum subrogatur in locum principalis: ergo esse debet ejusdem qualitatis. *Secundò*, nam actus eligendi substitutum non potest fieri citra jus, & nomen officii, & officium exercetur, dum delegatus nominatur: sed officium exercere non potest, non habens qualitates juxta statuta præbentia formam electioni, ut ex dictis superius abundè constat: ergo nec actum eligendi delegatum, tanquam, licèt instantaneè, officium tunc administretur à nominante, vel mandatario, cùm uterque concurrat, unus jubendo, & alius exequendo. *Tertiò*, quia in materia electionis licèt certum sit, quòd impeditus potest concurrere per procuratorem, tamen procurator debet esse de gremio, sive collegio, *cap. quia propter, de election.* Julius Lavorin. *variarum lucubrat. tom. 1. tit. 4. cap. 17. num. 45.* Tamburin. *de jure Abbat. tom. 1. disput. 5. quæst. 3. num. 12.* Barbos. *de jur. Eccles. lib. 1. cap. 19. num. 104. & in collect. ad dict. cap. quia propter, num. 38. & in collect. ad cap. si quis justo, num. 16. de electionib.* P. Hieronym. Garcia *in polit. Religios. tom. 2. tract. 9. differ. 2. dub. 2. num. 7.* sed nominare delegatum est electio: ergo nequaquam fieri potest nisi ab aliquo de gremio, vel collegio ipsius principalis delegantis. Nec obstabit si dicas, ex consensu eligentium, exterum de gremio admitti posse; nam hoc intelligendum inter personas ejusdem qualitatis, v.g. vox ad eligendum spectat ad Priorem talis Cœnobii, Prior impeditur, tenetur mittere procuratorem de illo Cœnobio, sed consensu eligentium benè poterit mittere Monachum alterius Cœnobii ejusdem Ordinis, non verò alterius Ordinis, vel sæcularem, quia isti incapaces sunt, ut ex mente istorum Doctorum colligitur, & statim dicemus.

117 118 119 120

121 Nec obstant in contrarium adducta, nam licèt iste Tertius nominans non à se, sed nomine principalis eligat, tamen exercet actum, qui citra jus, & nomen officii fieri nequit, & substituitus quamquam non recipiat officium ab eo, sed à principali, id fieri nequit absque actu substituentis, & si potestas in eum collata derivetur à primo constituente, fit tamen, mediante actu commissarii incapacis officii, ob quod sine qualitate, à lege, vel consuetudine inducta subsistere nequit, *Clementina, Religiosus, de procurator.* P. Sanchez *in præcept. Decalog. tom. 1. lib. 6. cap. 13. num. 12.* Barbos. *de jur. Eccles. lib. 1. cap. 42. num. 43. & in collect. ad dict. Clement. num. 1. & 7.* qui loquuntur in terminis, ni fallor;

122 nam in Religioso requiritur qualitas licentiæ Superioris (ita ut actus corruat ea deficiente) ad officium procuratoris: Decius *in cap. 2. num. 78. cum seqq. de judic.* Cardinal. *in d. Clement. Religiosus, num. 7. oppos. 11.* Imola *ibid. n. 13.* Bonifacius *n. 26. & 27.* Sanchez *d. c. 13. n. 39.* Barbos. *dict. Clement. Religiosus, n. 6.* P. Castro Palao *d.*

123 *§. 3. num. 7.* & tamen ex quocunque mandato, non potest procuratorem constituere, quin concurrat qualitas illa, requisita ad gerendum officium procuratorisnempe licentia: ergo similiter, si ad substitutionem, vel delegationem requiritur aliqua qualitas, hæc verificari debet in eo qui vice Officialis nominare delegatum utiliter debet. Nec relevat doctrina Bart. *in dict. l. 1. §. item adquirimus, num. fin. ff. de aquirend. possess.* & Parr. Castro Palao *dict. n. 7.* nam expresse loquuntur de inhabilitate, 124 non de incapacitate: inhabilis enim si ei committatur nudum ministerium nominandi, Petrum, verbi gratia, substitutum, aut delegatum, utique exercere poterit, quemadmodum quando nuntius constituitur ad nominandum procuratorem, ut expressis verbis ait *Bartolus*, 125 nam tunc inspicienda inhabilitas facti, non verò juris, cùm nudum factum ei committatur, non verò quando incapax est omninò: sicut enim jurisdictio prorogari potest ex consensu partium in Judicem incompetentem, minimè verò in incapacem, sic pariter nudum factum 126 nominandi inhabili committi potest, non verò incapaci, Gratian. *discept. 201. num. 21.* at verò incapax, neque nudum factum, aut executionem, vel ministerium exercere potest, ut probat Gloss. *in dict. Clement. Religiosus,* 127 & attingit Bartol. *ibid.* sicut enim, ut prorogatio fiat in Judicem incapacem, repugnat legis prohibitio, ut probant Doctores *in cap. significasti, & cap. si diligenti, de for. competent.* pluribus Grassis *de effect. clerical. effect. 1. n. 42. cum seqq.* Barbos. *in collect. ad dict. cap. significasti, num. 6.* Fontanella *decis. 376 num. 17.* sit etiam actus quilibet ad officium spectans, in eo, qui officium obtinere nequit, quia lex repugnat. Sed si rogas, quæ differen- 128 tia concipiatur inter inhabilem, & incapacem, facilis erit responsio: incapax est ille, qui non habet qualitates requisitas ad concursum, ut putà Ecclesiasticus, qui non potest admitti ad officia destinata per nostras leges Militaribus: Medicus, qui non potest concurrere ad officium Assessoris, & sic similes: inhabilis verò, qui licèt capax fiat officii, impeditur, ut putà qui est debitor Fisci, vel Urbis, qui intra triennium obtinuit idem officium, & similes. Ex quibus clarè infertur, quòd Assessor non potest substituere, nisi medio aliquo jurisperito obtineat qualitates superius dictas, & sic de cæteris.

Neque obstat quod dictum est de fœmina contrahente cum alia nomine viri, licèt enim incapacitas illius personæ non obsit, quominus matrimonium validum sit; hoc procedit, quia non reperitur in jure cautum, quòd ordo sexus servetur in procuratoribus ad contrahendum, ut docet idem Ledesma *ibid.* quem sequuntur cæteri adducti; at respectu delegati reperitur cautum in jure, quòd debet esse ejusdem qualitatis. Nec argumentum desumptum ex procuratore ad contrahendum est validum, nam valeret si isti Doctores dixissent, quòd qualitas requisita in procuratore non requiritur in commissario ab eo nominando, ut contrahat, quod est nostra conclusio.

Assessores Gubernationum, & Bajuliæ eliguntur à 129 Domino Rege; Ordinariorum, per sortem, juxta formam contentam *in dict. foro 48. de Cur. & Bajul.* Generalitatis, per suffragia ex concordi voto; & si non concordaverint, per sortem, ut dixi; aliorum autem Judicum, ad nutum ipsorum. Sed hæc pro nunc sufficiant, dum calamus istis jurisdictionalibus lucubrationibus absolutis, subsistit aliquantulum, ut in *secundo Volumine* reliqua ad judicia spectantia felicius absolvat.

Finis Primæ Partis.

LIBER SECUNDUS
DE REGIMINE URBIS, ET REGNI VALENTIÆ.

CAPUT SEPTIMUM.

De Contentione Jurisdictionum.

§. I.

De Contentione cum Ordinario Ecclesiastico, & Regia jurisdictione, & de officio Cancellarii, ad for. 10. de jurisd. omn. judic.

TEXTUS.

GREGORIUS Episcopus Servus Servorum Dei. Charissimæ in Christo filiæ Eleonoræ Reginæ Aragonum Illustri, salutem, & Apostolicam Benedictionem. Paterna, sicut decuit, affectione recepimus literas quas misisti, lætari super earum serie, qua nobis significasti super concordia inter charissimum in Christo filium Petrum Regem Aragonum, illustrem virum tuum, & Prælatos sui Regni, de discordiis inter eos, super certis libertatibus Ecclesiasticis exortis, velle laborare; super quo tanto potius mereris commendari, quanto credimus scripta tua ex puriori mentis animo processisse. Et ideò Excellentiam tuam attentè rogamus, quatenus ut Sion filia, varietatis circumambitam virtutibus, quibus te Dominus insignivit, Regios perficiens actus, in bonum prout laudabiliter inchoasti, ad hujusmodi concordiam peragendam, sic prout plenè confidimus, studia tuæ benignitatis impendas, ac opem des, & operam efficaces: quod jura Ecclesiarum, & Ecclesiasticarum personarum serventur illæsa. Nosque devotionem tuam dignis in domino laudibus attollamus, in hoc enim Deo gratum præstabitis obsequium: & exinde magnificentius exaltabitur in gentibus nomen tuum. Datis Avenione quinto Kalendas Decembris, Pontificatus nostri anno primo.

GREGORIUS Servus Servorum Dei, dilecto filio Bertrando, sanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbytero Cardinali, Apostolicæ Sedis Nuntio, salutem, & Apostolicam benedictionem. Charissimæ in Christo filiæ Eleonoræ Reginæ Aragonum illustri, scribimus, prout continet cedula præsentibus intercluſa. Et ideò circumspectionem tuam attentè rogamus, tibi nihilominus per Apostolica scripta mandantes, quatenus in præmissis super quibus scribimus, speratus cooperator existens pro concordia ipsa fienda, servata tamen semper libertate Ecclesiastica opem des, & operam efficaces. Datis Avenione quinto Kalendas Decembris, Pontificatus nostri anno primo.

Cedula verò, de qua in *hac Bulla* fit mentio, tenoris est Bullæ suprà insertæ, quæ dirigitur dictæ Dominæ Reginæ. Idcirco præfati domini Regina, & Cardinalis, auctoritate dictarum Bullarum, circa concordiam inter dictas partes pro prædictis peragendam sedulè intendentes, habito super his semel, & pluries diligenti colloquio, & tractatu, cum dicto Domino Rege, & nonnullis personis doctoribus, & aliis in jure peritis, & aliis etiam Consiliariis suis, pro parte sua, & dicto Domino Reverendissimo Archiepiscopo Tarraconæ, & Reverendo Romeo Illerdensi Episcopo, & honorabilibus & discretis viris Guillermo de Cumbis Præposito Ecclesiæ Tarraconæ, Francisco Botela Priore Monasterii Sanctæ Eulaliæ de Campo Burchinonæ, Joanne de Ortoneda decretorum Doctore, Decano Tarraconæ, & Raymundo Cervera, decretorum Doctore, Decano Urgelli, ac Francisco Sala decretorum Doctore, Canonico Ecclesiæ Burchinonæ, Procuratoribus aliorum Prælatorum, & Cleri dictæ Provinciæ Tarraconæ infrascriptis, & cum alii etiam nomine ipsorum Prælatorum, Cleri & Capitula infrascripta ordinarunt, inierunt, & concordarunt, quæ præsenti die ad hæc per eas dictis Partibus assignata publicarunt, seu legi, & publicari fecerunt, ac mundarunt per Notarium infrascriptum, præsentibus dictis Partibus, prout inferius continetur in forma sequenti.

In Dei nomine amen. Super præteritis quatuor gravaminibus, quæ Reverendus Pater Dominus Archiepiscopus Tarraconæ, & nonnulli alii Prælati, & Clerus Provinciæ Tarraconæ petierunt revocari per Dominum Regem, post multos anfractus, venerunt est per Dominam Reginam, & Dominum Cardinalem Convenarum ad concordiam infrascriptam. ¶ Et in primis super processu sui emissi, cujus effectu, & extensione conquerebantur Prælati, quod per ipsum derogetur Ecclesiasticæ libertati; concordatum, & declaratum per prædictos Dominam Reginam, & Dominum Cardinalem, quod Dominus Rex declarat, quod per dictum processum, qui pro generali jurisdictione sua, quam pro malefactoribus prosequendis in flagrante crimine habet, & semper habuit in omnibus Castris, & Villis sub sui Principatus conditionis, cujuscunque existant, aliquam jurisdictionem non exercet Dominus Rex in quoscunque Clericos licet malefactores, imò si malefactor in virtute processus prædicti comprehensus reperiatur, quod remittendus sit suo Ecclesiastico judici, jura canonica sanctiones, quas ser-

ſatus Dominus Rex, *dicto caſu vult inviolabiliter obſervari*, & remanere illæſas. Concordato inſuper per dictos Dominam Reginam, & Dominum Cardinalem, quod Prælatis, vel aliis perſonis Eccleſiaſticis, vel eorum Officialibus non impedientibus, ſeu non reſiſtentibus exercitio dictæ Regiæ generalis juriſdictionis pro dictis malefactoribus proſequendis, quod præfatus Dominus Rex, vel Officiales ſui non poſſint, nec præſumant ſub prætectu dicti proceſſus damnificare, vel vaſtare caſtra, & bona dictorum Prælatorum, vel perſonarum Eccleſiaſticarum: *quinimò* Dominus Rex contrafacientes puniet, prout jura, & etiam Conſtitutiones ſuper dicto proceſſu editæ poſtulant, & re-
2 quirunt. ¶ Super proceſſu verò pacis, & treugæ, de quo, ſeu cujus extenſione dictus Dominus Archiepiſcopus, & Prælati conqueruntur: concordatum eſt per dictos Dominam Reginam, & Dominum Cardinalem, quod licèt ſecundùm formam Conſtitutionum, expreſsè Clerici, & perſonæ Eccleſiaſticæ teneantur, ad obſervandam formam pacis, & treugæ, maximè in Conſtitutione Domini Alfonſi Primi, qui incipit, *Divinarum*, ſecundùm quam non ſervantes ſunt ejecti ab ipſa Conſtitutione à pace & treuga: quæ Conſtitutio fuit edita cum conſenſu Archiepiſcopi Tarraconæ Apoſtolicæ Sedis Legati, & Suffraganeorum ſuorum, prout ex ejus lectura patet: concordatum eſt, quod declaretur per Dominum Regem, quod non eſt, neque fuit intentio Domini Regis, quod ex dictis proceſſibus Presbyteri, vel Clerici ſoluti, poſſint trahi ad judicium Vicarii, ſeu alterius Judicis ſæcularis, ſed ſolùm moneri, *non ſolùm judicialiter*, ad obſervantiam formæ pacis: & ſi moniti veniant, & pignora ponant in poſſe Vicarii tanquam ſequeſtri utriuſque pacis, ſeu mediæ perſonæ, cognitio querelæ factæ contra Clericum, nec civiliter, nec criminaliter poterit, neque poteſt per Vicarium, vel alium Officialem Regium expediri: ſed ad ſuum Judicem remitti, ſecundùm Canonicas ſanctiones. De pignoribus verò reſtituendis, vel diſtrahendis fiat, prout per Judicem Eccleſiaſticum fuerit declaratum. Si verò Clericus monitus, non haberet pignora tenentia, & jurare in poſſe Judicis Eccleſiaſtici, vel Vicarii de licentia ſui Ordinarii, quod non poſſet tornare pignora tenentia, & caſu ipſo Clerico ſe ponente capto in poſſe Judicis ſui, & jurante de ſtando juri, & judicatum ſolvi, cum ſuis clauſulis univerſis in poſſe ſui Judicis, à tornando pignora, ſit liberatum. Concordato inſuper per prædictos Dominam Reginam, & Dominum Cardinalem, quod ſi dictus Clericus, vel alia perſona Eccleſiaſtica, non vult ſervare formam pacis, quod Vicarius, vel Judex temporalis, non ob hoc poſſit eum in perſona, vel in bonis punire, vel aliàs offendere quoquo modo: ſed ſolùm ſuccedit pro contumacia proviſio Conſtitutionis, videlicet, quod propter hoc, quia monitus formam Conſtitutionis non ſervat, habet ipſum extra pacem, ſic ſcilicet, quod damna ſi forſan ei darentur, non poſſet petere emendari, ſecundùm formam, & privilegium pacis; jura tamen ſibi competentia, & jure Canonico, vel Civili, vel aliàs Eccleſiaſtica libertate, illa ſibi remanent illibata, & ſuper illis dictis Clericis, licèt exiſtentibus extra formam pacis, juſtitiam facere tenebitur, & fa-
3 ciet, dicta ejectione in aliquo non obſtante. ¶ Super eo verò, quod conqueritur, quòd ficta ſuſpicione Prælati, & perſonæ Eccleſiaſticæ ejiciuntur, ſeu banniuntur de Regno, concordatum eſt, quod illud, ſi unquam factum eſt, malè factum eſt; cùm evidenter ſit contra Eccleſiaſticam libertatem: & declaratum, quod Dominus Rex declarat, quod impoſterùm nun-
4 quam fiat. ¶ Super eo verò, quod conqueruntur de temporalitatibus occupandis, &c. concordatum eſt, quod Dominus Rex declarat, quod Prælatis, vel aliis perſonis Eccleſiaſticis facientibus proceſſus Eccleſiaſticos, in caſibus pertinentibus ad eos, de conſuetudine, vel de jure, non poſſit de juſtitia, vel injuſtitia ſe intromittere ſuper proceſſu prædictorum, nec eos ad eorundem revocationem per occupationem temporalitatum, vel alia remedia compellere quovis modo. ¶ Ubi 5
verò evidenter, vel notoriè juriſdictio Regia per Prælatos impeditur: qui per proceſſus ſuos juriſdictionem impediunt, vel occupant temporalem: tunc non debent mirari Prælati, ſi per exercitium ſuæ ſuperioritatis, quam univerſaliter habet in univerſis temporalitatibus Regni ſui ad defenſionem ſui juris notorii adhibet remedia dudum à ſuis anteceſſoribus aſſueta. ¶ Ubi verò 6
ſuper hoc an pertineat notoriè de conſuetudine, vel de jure ad Eccleſiam, vel ad Regem juriſdictio, ſuper qua fiunt proceſſus, dubitatur; Tunc concordatum eſt, quod communes perſonæ eligantur: videlicet una pro parte Regis, alia pro parte Eccleſiæ, quæ ambæ dictum dubium decidere teneantur, & ſub juramento infra tres menſes, bona fide, dolo, & fraude ceſſantibus providere: quod ſi dictæ perſonæ infra dictos tres menſes dictum dubium non potuerint, vel noluerint terminare, tertium eligere teneantur, qui cum ambobus, vel eorum altero infra menſem dictum dubium decidat, & ejus deciſioni pareatur ſub pœna quingentorum morabatinorum: interim verò proceſſus, qui facti fuerint, abſque cujuſcunque partis præjudicio ſuſpendantur: & ſi facti non fuerint, non fiant quouſque dictum dubium fuerit terminatum. Quæ quidem capitula, &c. die Veneris hora veſperorum undecima Junii anno à Nativitate Domini 1372. præſente dicto Sereniſſimo Domino Rege, &c.

SECTIO PRIMA.

SUMMARIA.

1 *Contentionum ſpecies in Regno uſu frequentes.*
2 *Contentionum ſpecies, & expediendi media.*
3 *Deſcriptio antiqua Eccleſiarum Cathedralium Regni.*
4 *Eccleſiarum Cathedralium erectio poſt Agarenos debellatos.*
5 *Ordinaria juriſdictio Eccleſiaſtica per quos adminiſtretur in Regno.*
Prælati qui Sedes hodie implent, ibid.
6 *Eccleſiæ Valentinæ deſcriptio.*
Eccleſiarum Regni Prebendæ, ibid.
7 *Cognitio rei Eccleſiaſtica ad Eccleſiam ſpectat à jure.*
Clericatus quæſtio ad Eccleſiaſticam Judicem pertinet, ibidem.
8 *Immunitatis quæſtio ad Eccleſiam attinet.*
9 *In Regnis Corona Aragonum ſpeciali jure, Pontificia auctoritate lato, aliter expediuntur.*
10 *Perſonæ communes eligendæ ſunt ad dubium inter Regem, & Eccleſiam decidendum.*
In Caſu diſcordiæ Tertius eligitur, qui eſt Cancellarius, ibidem.
11 *Gregorii XI. auctoritate hoc jus inductum fuit.*
Summorum Pontificum literis confirmatum, ibid.
12 Ivani de Bardaxi *dictum, & aliorum, quod in Aragonia non in forma concordiæ habetur, ſed per diſpoſitiones forales.*
13 *Concordia textui conformis eſt Canonicis ſanctionibus.*
Exempla electionis Arbitrorum in jure Canonico, ibid.
14 *Concordia medium favorabile eſt Eccleſiaſtica juriſdictioni.*
15 *Juriſdictio Regia in Aragonia Regnis, antiquitus ſola cognoſcebat citando Judices Eccleſiaſticos ad bancum Regium.*
16 *Gravior erat via cognoſcendi antiqua juriſdictioni Eccleſiaſtica, quam inducta per concordiam.*
17 Fontanellæ *auctoritas adducitur id expreſsè probantis.*

18 *Eccleſia*

18 *Ecclesia semper procuravit, & procurat ampliare viam concordiæ, tanquam utilorem.*
19 *Regium rescriptum id comprobans ab Ecclesiasticis impetratum.*
20 *Jurisdictionis quæstiones omnes inter Ecclesiasticum Ordinarium, & Regium jurisdictionem terminantur per viam concordiæ.*
21 *Narrativa concordiæ, per Ecclesiam propositæ, verba traduntur.*
22 *Opinationis contrariæ fundamenta.*
23 *Proponendæ sententiæ modus.*
24 *Modestia in oratione Sapientis propria virtus. Injuriosa verba, superati indicium, ibid.*

1 JUrisdictionum contentiones in Regno specialitate quadam expediuntur, & cùm usu frequentes sint, earum formam tradere sigillatim debemus. Dum enim de jurisdictionis contentione agitur, videndum in primis est, inter quos quæstio emergat: nam vel est inter Judices Ecclesiasticos, & laicos, vel inter laicos tantùm, vel inter Ecclesiasticos tantùm: Ecclesiastici dum de jurisdictione inter se contendunt, servare debent dispositiones juris Canonici, quorum explicatio ad nos non pertinet.

2 Inter Ecclesiasticos, & laicos, in quadruplici differentia sunt; nam quando agitur cum Ordinario, terminantur juxta concordiam contentam in *textu*. Quando agitur cum judice delegato, per citationem ad bancum Regium. Quando cum Inquisitoribus hæreticæ pravitatis, juxta speciales concordias editas *anno* 1554. & 1568. confirmatas per *for.24.cum duobus seqq.ann.*1585. Et si cum inclyto Ordine Militari Beatæ Mariæ de Montesa, & sancti Georgii de Alfama, juxta concordiam *anni* 1596. Si autem inter laicos, triplici in casu contingere potest; nam si est inter officiales Regios inferiores Senatu, coram Magnifico Advocato Fiscali, ex *for.*111.*cum seq.de jurisd.omn.jud.* si inter Officialem Regium, & aliquem ex his qui habent jurisdictionem in dominium concessam, cognoscit Senatus, ex *l.de jure ff. ad municipal.* si verò inter quemlibet ex dictis, & Senatum, tunc Senatus ipse tanquam superior, cui ex prærogativa tribuitur cognoscere an sua sit jurisdictio, ex latè deductis per Fontanel. *decis.*324. *num.*2. *& seqq. tom.*2. & nos attigimus *lib.*1. *cap.*2. §.2. *num.*18. de his omnibus in *hoc capite* agendum est: sed, ut clarius procedamus, sigillatim de unaquaque jurisdictione tractabimus. Verùm antequam contentiones cum jurisdictione Ecclesiastica aggrediamur, aliqua prælibanda sunt de origine Prælatorum, atque de statu Ecclesiastici universi institutione.

3 Inter ea quæ obnubilata sunt in Hispania, vetustatis injuria magis, quàm gloriæ tenuitate, est vera Sedium Cathedralium distinctio, clara Metropolitanorum creatio: nam licèt certissimum sit à tempore Apostolorum, Episcopos in Hispania adfuisse, persecutionibus demum Ecclesiæ irruentibus usque ad tempora Constantini, nihil fixum, nihilque distinctum in Ecclesiastico statu reperiri potest. Rasis Arabs, quem omnes in hoc sequti fuere, distributionem Sedium tradidit, eamque expressis verbis transcribit P. Mariana *de rebus Hispaniæ, lib.6. cap.* 16. sed post eum nostras Escolano *in histor. Val. decad.*1. *lib.6.ferè per tot.* & denique Pater Diago *in annal. Valent. lib.4. cap.25. & seqq.* non solùm *Rasis* traditionibus perceptis, sed alia plura investigando, de hoc cum *Baronio*, & aliis pluribus disserunt. Pater enim Diago *ubi proximè* anxiè annum, quo Concilium Illiberitanum celebratum fuit, inquirit, & anxius eundem Escolano de more impugnat. Sed ad *finem dict. cap.*25. cùm communi Historiographorum, tradidit ab anno salutis humanæ 313. in hoc Regno indubitanter adfuisse quinque Cathedrales Ecclesias, nempe Valentinam, Segobricensem, Setabensem, Dianiam, & Illicitanam. In *cap.seq.* contra ipsum Escolano conatur ostendere, etiam Ecclesiam Orcelensem, eo tunc Cathedralem fuisse. Et licèt urgeat invetisimilitudo, eo quòd *Rasis* eam ponit sub Metropoli Tarraconensi, Valentina, Setabensi, & Segobricensi, Carthaginensi Metropoli addictis, quod contra situm Diœcesum clarè est; tamen cùm clarius *Rasis* loquatur, nomine *Oriola* expresso, & comprobent Mariana *dict. cap.* 16. Rex Alfonsus *in histor. Hispan.* 1.*p. cap.*143. Petrus Anton. Beuter. *lib.*1. *cap.*3. & P. Diago *ibid.* hanc sententiam sequi decrevi; hoc superaddito, quòd quæstio illa an hæc diversa Diœcesi sit à Bigastrensi, faciliter decidi possit, eo quod sicut hodie Episcopus Carthaginensis, vel Murciæ, promiscuè unus, & idem appellatur, sic similiter Bigastrensis, vel Orcelensis unus, & idem tunc nuncupari potuit. Quod suaderur ex proximitate locorum; nam Bigastrum, proximè adfuisse Orceli, nemo dubitat, & in eadem Diœcesi collocatum. In Concilio tertio Toletano celebrato, dum Sedem Apostolicam implebat Pelagius II. & Regnum Hispaniæ Recaredus frater glorioßissimi martyris Hermenegildi, anno salutis humanæ 589. Episcopi etiam hujus Regni adfuerunt: Vvolgangus Lazius *in comment. Reipub. Roman. lib.2. cap.2.ad fin.* Vviligiselum Valentinum, Troybiscum Dertusensem, Proculum Segobricensem, & Theodoricum Bastitanensem enumerat: Bastitanensis enim Orcelensis erat, eo quod Orcelis in Bastitanis situabatur, ut dixi *lib.* 1. *cap.* 1. §.1. *num.* 14. P. Diago *lib.* 5. *cap.* 10. ait in hoc Concilio adfuisse Celsivum, Vviligiselum Valentinos, Proculum, Segobricensem, & Mutum Setabensem. Denique tempore divisionis Sedium, & Diœcesum Regis Vvambæ anno 672. sex in hoc Regno destinatæ Sedes fuerunt, Diœcesesque descriptæ, Valentina, Setabensis, Segobricensis, Diania, Illicitana, & Bigastrensis, Mariana *lib.6. c.*15. Escolano *dict.lib.*6. & Diago *lib.*4.*cap.*12.*in fin.cum duob. sequentibus.*

4 Hæc omnia Agarenorum tyrannide deleta fuere: post expugnationem verò, huic Civitati Episcopus datus fuit, & illius Ecclesia in Cathedralem erecta à Gregorio IX. summo Præsule, cum Bulla diei 9. Octobris 1239. & quamvis antea Suffraganea fuisset Metropolis Toletanæ, sive Carthaginensis (quæ una fuit) Gregorius sub Metropoli Tarraconensi eam constituit; licèt hoc non sine lite statutum. Primus Episcopus electus fuit die 22. Junii 1240. ut tradit Zurita *in indicibus latin. fusc. annal. lib.*2. *ann.* 1238. quod percipitur ex *constitut. Eccles. pag.*12.47.*&* 61. tradit etiam Escolano *lib.*3.*cap.*7. *num.* 7. Primus enim Episcopus fuit Ferrarius sancti Martini, quem Ordini Prædicatorum adscribit Mariana *lib.*12. *cap.*19. sed Diago *lib.*7. *annal. cap.*26. indubitanter affirmat Clericum fuisse, & Præpositum Ecclesiæ Tarraconensis, quod & dixerat Miedes *in vita Jacobi I.* addendo, quod dum obsidio Urbis ageretur, Berengarius de Castellbisbal, Ordinis Prædicatorum, destinatus Episcopus fuit; sed ante expugnationem promotus ad Ecclesiam Gerundensem. Extant dicti primi Episcopi plures constitutiones in volumine earum, signanter facta 9.*Kalend.Julii* 1240. *fol.*12.*pag.*2.& facta *Kalend.Julii ann.* 1249. in quibus expressè dicitur, Ferrarium Episcopum electum esse: ex quo infertur clarè, nondum consecratum reperiri, quod evenisse est certum, ratione litis ob jura Metropolis, quæ suscitata fuit inter Archiepiscopos Tarraconensem, & Toletanum, sed in favorem Tarraconensis demum decisa. Postea verò erecta fuit nostra Ecclesia in Metropolim ex concessione Innocentii VIII. anno 1492. tradunt post Escolano, P. Mandariaga *de Senat. & Princip. cap.* 12. §.1. *ad fin.* & Rodericus Mendez Sylva *in histor. cui titulus, Poblacion general. de España, in descripsion. Val. cap.* 2. habétque suffraganeos Episcopum Balearem, qui in Regno partem exiguam territorii habet ad litus maris, inter oppida de *Murvedre*, & *Almenara* (sed nec oppidum, nec habitaculum

bitaculum aliquod est ibi constructum, ob quod remanet territorium sine subditis, & inter Judices ordinarios Regni non solet annumerari.) Episcopum Orcelensem, cujus tota Diœcesis est intra Regnum, antiquitus ea pars erat Diœcesis Cartaginensis, sed dismembrata per Julium III. Pontificem, ad preces Philippi II. Regis, cum Bulla expedita die 14. Maii 1553. sed ad effectum non fuit deducta usque ad annum 1564. ut post nostros Historiographos, tradit Mendez Silva *ubi proxim. cap.* 4. & Episcopum Segobricensem, de cujus Diœcesis identitate penè nullus historiæ scriptor est qui non differat. Post Maurorum depressionem in Regno, per plures annos comprehensa fuit ea Regni pars sub Diœcesi Albarracinensi, at segrègata fuit, & in ea Sedes Episcopalis restituta anno 1559. vel ut alii dicunt anno 1577. tradit idem Rodericus Mendez *ibid. c.* 3. nostros Historiatores laudando. Episcopus Dertusensis, quamvis totam ferè Diœcesim habeat in Regno, subest Metropolitano Tarraconensi, sed reputatur Prælatus hujus Regni, & admittitur in Brachio Ecclesiastico, ut dixi *lib.* 1. *cap.* 3. §. 1. *num.* 42. *& seqq.* & sic inter Ordinarios illius enumerandus venit.

5 Unusquisque horum Pontificum habet Vicarium generalem, medio quo jurisdictio ordinaria regitur, & administratur; & pariter Vicarios foraneos in longinquis oppidis, per quos res matrimoniales, cæteræve, quæ non sunt magni momenti, expediri solent. Nostet verò Archipræsul, ob multitudinem negotiorum, ultra Vicarium generalem, habet constitutum Officialem causarum piarum, qui de legatis piis exequendis, funerum, ac suffragiorum pro animabus fidelium impensis differendis curat. Cætera jurisdictionis ad Vicarium generalem de more spectant, cujus muneris amplitudo semper ingens habita fuit, ita ut pluries per viros gravissimos & Pontificia dignitate condecoratos regatur. Sed qui hodie Sedes Pontificales moderantur sunt hi.

Illustrissimus Don Ludovicus Alphonsus delos Cameros, Archiepiscopus Valentinus.
R. Don Josephus Verge, Episcopus Orcelensis.
R. Don Frater Josephus Sanchis, Olim Magister generalis Ordinis B. Mariæ de Mercede, Episcopus Segobricensis.
R. Don Bernardus Cotoner, Episcopus Balearum.
R. Don Frater Josephus Faveda, Ordinis sancti Hieronymi, Episcopus Dertusensis.

6 Ecclesia hæc Valentina celebris fuit omni tempore, sed celebrior in dies evadit, tum sanctitate Prælatorum illustrior, tum plurimarum Reliquiarum thesauro ditior, tum etiam magnificentia, majestate, atque devotione divinorum Officiorum in celebratione venerabilior: sacra enim in ea (absque alicujus injuria) sicut in tota Urbe, & Regno, & decorosiùs celebrantur, & digniùs peraguntur. Sacrata fuit jussu Domini Regis Jacobi Primi, per Don Petrum de Albalat, Archiepiscopum Tarraconensem, sub invocatione Beatæ Mariæ, & ejus Assumptioni gloriosissimæ dicata, ut tradit Diago *dicto lib.* 7. *cap.* 26. Tempore enim Gotorum sub invocatione Salvatoris humani generis Ecclesia Valentina erecta reperiebatur; tempore verò expugnationis Cidi, sub Sancti Petri nomine, ut ex *Miedes*, & aliis idem Diago *ibidem* affirmat. Ipse enim Rex, ut dixi *cap.* 2. §. 5. *num.* 28. *& seqq.* opulentissimè eam dotavit, ita ut ditior Ecclesia sit, ex omnibus Coronæ Aragonum. A principio viginti Canonicatus instituti, sed postea quatuor superadditi fuere à Raymundo Episcopo auctorante Clemente VI. cum Bulla expedita 19. *Kalendas Septembris, anno* 4. *Pontificatus, & Virgineo partu* 1345. sicque viginti quatuor Canonici Ecclesiam nostram illustrant, septémque Dignitates, nempe Archidiaconi majoris (quæ est prima post Pontificalem) Decani, Caput chori, Æditui, Archidiaconi Setabensis, Archidiaconi Algeziræ, & Archidiaconi Muri veteris, ut ex *libro constitut.* apparet, & ex multis tradit Mendez Silva *dicto cap.* 2. Quibus & addi possunt decem Præposituræ, quæ ad instar Dignitatum reputantur, ut dixi *l.* 1. *c.* 4. §. 3. *num.* 91. *cum seqq.* Sunt etiam in eadem Ecclesia ultra bis centum & triginta Beneficia simplicia, præter ingentem numerum Ædituorum, Tibicinium, atque Cantorum. In Urbe hodie reperiuntur duodecim Ecclesiæ Parrochiales, ultra Sedem, quæ nomine Sancti Petri, curam animarum gerit, sub invocationibus Sanctorum Martini, Bartholomæi, Andreæ, Thomæ, Joannis de Mercato, Nicolai, Laurentii, Stephani, Salvatoris mundi (quæ à principio sub sancti Gregorii invocatione erecta fuerat) Sanctæ Crucis, Michaëlis, & Catharinæ Martyris, in quibus plusquam quingentos Beneficiatos adesse certum est. Monasteriorum erectionem narrare ad nos non pertinet, sufficiat attingere numerum, nam ex Mendicantibus & Monachalibus, comprehensa Congregatione Divi Philippi Nerii viginti duo reperiuntur, quorum communitates ingenti Monachorum numero componuntur, ita ut plures sint quæ numerum centenarium excedant. Monialium septem & decem adsunt. Et quod statum Ecclesiasticum maximoperè exornat, est Collegium venerandi Corporis Christi, opus sanè, cui nulla laus satis convenire potest, à Venerabili, atque Excellentissimo Domino D. Joanne à Ribera, Patriarcha, Archiepiscopo, atque Prorege nostro, erectum; de quo dici poterat quod noster Falcò de Æde Divi Lauretii dixit *lib.* 1. *epigram.* 10. *ad fin.*

Extra non cernes Templum, sed verius Urbem,
Intus non Urbem, sed vero nomine Cœlum.

Dertusensis Ecclesia, quæ ut dixi, antiquitus etiam Cathedralis fuit, & ferè totam Diœcesim habet in Regno, ex viginti Canonicatibus, duodecimque Dignitatibus, atque viginti Portionibus componitur. Segobricensis viginti Præbendis, ex Dignitatibus, & Canonicatibus insignitur. Orcelensis denique sex Dignitatibus, sexdecim Canonicatibus, duodecimque Portionibus. Sunt etiam in Regno tres Ecclesiæ Collegiales, nempe Setabensis, Gandiensis, & Alonensis, quarum Gandiensis pluribus prærogativis fungitur, ex speciali concessione Summorum Pontificum hujus Regni filiorum, quarum præcipua est, ut Decanus infulis Pontificalibus, dum solemniter celebrat, induatur. Quæ omnia latiori calamo per nostros Historiographos traduntur. De jurisdictione ordinaria horum Præsulum tradere possemus; sed cùm latè de his pertractetur apud omnes Doctores Canonistas, *ad rubricam, & tot. titul. d offic. Ordinar.* quorum plures collegit Augustinus Barbosa *in collect. ad dict. rubric.* & tradunt alii, quos ego adduxi *tom.* 1. *cap.* 4. §. 2. *num.* 4. & nostri instituti non sint, peritiori tractanda relinquimus.

Ad contentiones jurisdictionis deveniendo, ut certissimum juxta Canonicas sanctiones, supponendum est, cognitionem rerum Ecclesiasticarum, ad Judices Ecclesiasticos pertinere, *cap.* 2. *cap. Clerici, de judiciis, cap.* 2. *de for. competent.* & ibi communiter Doctores pluribus laudatis Barbosa *in collectaneis ad hos text.* latè, & benè noster Trullench. *lib.* 8. *decalog. cap.* 1. *dub.* 8. *num.* 5. qui alios laudat. Quare Clericatus quæstionem ad Ecclesiasticam jurisdictionem spectare, docet Romanus Pontifex *in cap. quanto, cap. decernimus, de judic. cap. si judex, de sentent. excommunic. in* 6. & ibi Doctores, quorum plures colligit Barbosa *in collect. ad hunc text. & in collect. ad Concil. Trident. cap.* 6. *sess.* 23. *de reformat. num.* 24. *& de potestate Episcop. allegat.* 12. *num.* 33. *& seqq. part.* 2. quibus addendi Sigismundus Scaccia *de judic. cauſ. civil. & crimin. lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 14. Sesse *decis.* 113. *num.* 47. 7

*num.*47. *tom.*2. Pluribus Cenedo *Canon. quæſt.*4. *num.*12. *& ſeqq.* Lotter. *de re beneficiar. lib.*3. *quæſt.*36 *num.*68. Alfonſ. Narbona *in l.*20. *tit.*1. *lib.*4. *recopil. gloſſ.*23 *num.*14. *cum ſeqq.* Fontanell. *deciſ.*324. *num.*2. *&* 3. Pater Caſtro Palao *tom.*2. *tract.*11. *diſput. unic. punct.*4. *num.*7. Marius
8 Curtel. *de immunit. Eccleſiaſt. lib.*2. *quæſt.*28. Pariter etiam immunitatis quæſtio, dum contenditur, an aliquis, quantumvis laicus, immunitate Eccleſiæ fruatur, ad Eccleſiam quæſtio ſpectat, text. *in l. pateant, §. hoc verò. C. de his qui ad Eccleſ. confugiunt, c. metuentes, c. ad Epiſcopum, 17. quæſt.* 4. & licèt plures teneant de conſuetudine Judicem laicum has cauſas judicare poſſe, Gregorianam conſtitutionem non admiſſam in his Regnis affirmando, ad Judicem Eccleſiaſticum de jure pertinere, probant Covarruvias *practicar. cap.*33. *num.*1. Farin. *de immunit. cap.*22. *num.*266. *& in prax. quæſt.*28. *num.*76. Seſſe *de inhibit. cap.*9. *§.*1. *num.*22. *in fin.* Fontanel. *de pactis, claus.*4. *gloſſ.*13. *part.*3. *num.*1. *& deciſ.*256. *num.*2. Pater Caſtro Palao *tom.*2. *tract.*11. *diſp. unic. pun.*13. *num.*7. ex noſtratibus Belluga *in ſpecul. rub.*11. *§. videamus, num.*4. & Trullench. *lib.*1. *Decalog. cap.*11. *dub.*6. *num.*4.

9 Sed jure Coronæ Aragonum, ſpeciali auctoritate Pontificia lato, formam diverſam habemus, ad has quæſtiones terminandas, quæ continetur in noſtro *textu.* Nempe quod communes perſonæ eligantur, quæ dubium decidere debent intra quinque dies: & ſi noluerint, vel non poſſint dubium conformes declarare, Ter-
10 tius eligatur, qui juxta *for.*17. *de juriſdict. omn. jud.* Cancellarius Regius eſt, vir in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutus, ut infra triginta dies dubium definiat; quod ſi non fecerit, contentio expirare dicitur, & cauſa, ipſo jure, remanet deciſa ad favorem Eccleſiæ, ut in *foro* cavetur. Tradunt Anton. Oliban. *in uſatico, alium namque, cap.*11. *num.*10. *cum ſeqq.* Michaël Ferrer. 3. *p. obſervat. Catalon. cap.*172. *cum aliquibus ſeqq.* Don Ludovic. Peguera *in prax. cap.*26. *per tot. & deciſ.*91. *num.*24. *tom.*1. Jacob. Cancer. *variar. lib.*3. *cap.*10. *num.*16. Joann. Petr. Fontanel. *dict. gloſſ.*13. *part.*3. *num.*5. *& deciſ.*200. *num* 3. *tom.*1. *atque deciſ.*323. *num.*8. *cum deciſ. ſequent. per tot. tom.*2. Don Acaſius Ripoll. *Regaliar. cap.*11. *num.*7. *& in addit. ad praxim,* Peguer. *ubi prox.* Don Michaël Cortiada *in doctiſſimis voluminibus Deciſionum,* ſignanter *tom.*1. *deciſ.*4. *per tot.* Ex Aragonenſibus Juvanus de Bardaxi *ad for. Aragon. tit. de compet. juriſdict. fol. mihi* 308. Portoles ad Molin. *lib.* 1. *tit. de competent. juriſdiction. num.*5. *& ſeqq.* Calixtus Ramirez *de lege Regia, §.*2. *n.*3. *& ſeqq.* Seſſe *de Inhibitionib. cap.*9. *§.*1. *num.*24. *& ſeqq. & deciſ.* 113. *per tot.* Dominus Caſanate *in reſponſo contra Baptiſt. Spinola,* laudatus à Ramirez *ubi proximè, in notis lit. M,* & Eruditiſſimus Præſul Tiraſanenſis Don Didacus Frances Urrutigoyti *in pleno tractatu de Compet. juriſdict. præcipuè quæſt.*3. *per tot. & quæſt.*25. *ex num.*9. *& quæſt.*34. *ex num.* 1. Ex noſtratibus Dominus Cerdan *in arbore juriſdiction. verſ. El Canceller, & in viſitat. carcer cap.*5. *num.*15. Dominus Leon *deciſ.*20. *num.*1. *& ſeqq.* & Pater Mandariaga *de Senat. & Princip. cap.*2. *§.*7. *verſ. Ay otro luez.* Ex Sardis Dominus Vico *ad pragmat. Sardiniæ, tom.*2. *tit.*51. *per tot.*

11 Dixi auctoritate Pontificia hoc jus latum fuiſſe; nam concordia contenta in noſtro *textu,* facta fuit per Sereniſſimam Dominam Eleonoram uxorem Regis Petri Secundi, & Sedis Apoſtolicæ Legatum Presbyterum Cardinalem, auctoritate ſummi Antiſtitis Gregorii XI. fœlicis recordationis, eis impartita virtute literarum Apoſtolicarum, in exordio *textus* contentarum. Quod expreſsè approbatum reperitur per tres Summos Pontifices, bis à Julio III. ſemélque à Pio V. & Gregorio XIII. quorum Bullæ continent ſeriem, ab ſubſtantiam totius Concordiæ, ut patet apud Seſſe *d. deciſ.* 113. *poſt num.* 200. tradentem ad literam Bullas Pii V. & Gregorii XIII. & apud Dominum Vico *dicto tit.* 51. *num.* 43. ubi Bullam Julii III. cum inſertione totius Concordiæ tranſcribit *num.*46. Bullam Gregorii XIII. tradendo, & *num.* 13. Bullam Pii V. exarando. Secunda autem Bulla Julii III. nondum typis excuſſa eſt; quare ipſam tradere eſt neceſſe; ut innoteſcat æquivocatio, qua locuti fuere Don Michaël de Cortiada *dicta deciſ.*4. *num.* 18. ac alibi pluries: & Præſul Urrutigoyti *dicto tractatu de Compet. juriſdict. quæſt.*40. *num.*9. dum dicunt communicatam fuiſſe Regno Valentiæ: nam ſi intelligendum ſit de ea parte Regni, ex qua coaleſcit Epiſcopatus Orcelenſis, verum dicunt, ut ex iſtâ Bulla Julii reſultat; ſi verò de univerſo Regno, labuntur; nam Eccleſia Valentina partem formalem fecerat in ipſa Concordia tanquam ſuffraganea tunc Eccleſiæ Tarraconenſis, intervenientibus in ipſa Concordia Romeo Soler, & Bernardo Company Canonicis Valentinis: *for.*10. *de jur. omn. judic.* ut dixi *tract. de re crim. contr. ultim. num.* 98. In ſuperius relata continetur; extenſio diſpoſitionis concordiæ ad Regnum Baleare; ſe quando, declaratum fuit ab ejus diſpoſitione; comprehendi eam Regni noſtri partem, quam ſubeſſe diximus Antiſtiti Carthaginenſi, ex qua hodie conſtat Diœceſis Orcelenſis, Bullam expediri juſſit, in qua eadem ferè verba, ac in prædicta traduntur, & continentur, cujus quidem tenor ſic ſe habet.

CHARISSIMO IN CHRISTO FILIO noſtro Carolo Imperatori ſemper Auguſto.

JULIUS PP. III.

CHariſſime in Chriſto fili noſter ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Exponi nobis nuper fecit chariſſimus in Chriſto filius noſter Philippus Anglia Francia Rex Illuſtris, qui, & natus tuus, & Hiſpaniarum Princeps exiſtit, quod alias pro evitandis contentionibus, & litibus, quæ in Principatu Cataloniæ, & Comitatibus Roſſilionis, & Ceritaniæ inter Illorum Eccleſiaſticas Curias, ſuper correctione, & punitione Clericorum delinquentium, ſæpius oriebantur, clara memoriæ Eleonora Reginæ Aragonum ex una; & bonæ memoriæ Bertrandus S. R. E. Preſbyt. Cardinalis de Comenge nuncupatus, tunc in partibus illis Apoſtolicæ Sedis Legatus de latere ex altera, partibus, concordiam tenoris inferius deſcripti inierunt. Et quod nos poſtmodum tuis in ea parte ſupplicationibus inclinati, per alias noſtras in forma brevis literas ſtatuimus, & ordinamus, quod omnia, & ſingula in ipſa concordia contenta, Clericos delinquentes, & contentionem juriſdictionis inter Eccleſiaſticos, & ſaculares judices concernentia per Eccleſiaſticas, & ſaculares Curias Majoricenſ. & certarum aliarum, tunc expreſſarum inſularum, earúmque Officiales, prout in dictis Principatu, & Comitatibus, ac aliis Regni Aragonum partibus obſervarentur, & obſervari deberentur in omnibus, & per omnia, perinde ac ſi dicta concordia inter Curias inſularum, earúmque officiales hujuſmodi inita, & facta, ipſaque inſula in dicta concordia ſpecialiter, & expreſsè nominata fuiſſent, prout in eiſdem literis plenius continetur: Verum cum ea parte Diœceſ. Cartaginenſ. quæ infra limites Regni Valentiæ, cujus tu & Rex Catholicus exiſtis, eſſe dignoſcitur, & diverſæ contentiones, & lites inter Eccleſiaſticas ex una, & ſaculares Curias, earúmque Judices, & Officiales ex altera partibus, occaſione contentionis, & punitionis inibi pro tempore delinquentiũ ſæpius oriantur, & ex impedimento juſtitiæ, quod propter contentiones, & lites hujuſmodi prevenit, Clericorum eorundem adeò creverit audacia, ut non ſolum horrenda quæque ſcelera ipſi perpetrare præſumant, verum & aliis ſimilia committendi occaſionem, & materiam præſtent, idem Philippus Rex nomine tuo, nobis humiliter ſupplicari fecit, ut pro tollendis contentionibus, & litibus prædictis, quod diſpoſita in ipſa concordia, & in parte Diœceſ. Carthaginenſ. infra limites Regni Valentiæ hujuſmodi conſiſtente, prout in reliquis ipſius Regni partibus obſervantur, inviolabiliter obſerventur, & obſervari debeant ſtatuere & ordinare, aliáſque in præmiſſis opportunè providere de benignitate Apoſtolicâ dignaremur;

dignarentur. Nos igitur jurisdictionem suam unicuique conservari, & delicta debitè puniri cupientes, hujusmodi supplicationibus inclinati Apostolica auctoritate per præsentes statuimus, & ordinamus, quod omnia, & singula in dicta Concordia contenta, Clericos delinquentes, aut contentionem jurisdictionis inter Ecclesiasticos, & sæculares Judices concernentia per Ecclesiasticas, & sæculares Curias, & in parte Diœcesf. Carthaginensi infra limites Regni Valentiæ hujusmodi consistente, prout in reliquis ipsius Regni partibus observantur, inviolabiliter observentur, & observari debeant in omnibus, & per omnia, perinde ac si dicta Concordia, & Curias Ecclesiasticas, & sæculares Diœcesf. Carthaginens. earúmque Officiales, quoad partem ejusdem Diœcesis Carthaginens. infra limites Regni Valentiæ hujusmodi consistentem, comprehenderet, ac pars Diœcesis Carthaginens. hujusmodi in dicta Concordia specialiter, & expressè nominata, & comprehensa fuisset: non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscunque. Dicta autem Concordia tenor sequitur, & est talis. IN Christi nomine, &c. Datis Romæ apud sanctum Petrum sub annulo Piscatoris, die xxix. Januarii M.D.LV. Pontificatus nostri anno quinto.
Lo. Larinens.

12 Ex quibus resultat, quadruplici Apostolica concessione confirmatam Concordiam haberi; & declaratum per summos Antistites eodem pacto, quo nunc in praxi observatur, ut statim dicam. Quare perperam laboratsse Ivanum de Bardaxi *ubi prox.* dicendum est, dum dispositionem hanc infirmare conatus est. Ignorabat prorsus has Pontificias sanctiones, ob quod de validitate Concordiæ hæsitare fuit ausus, sicque notatur condignè à Josepho Sesse *dict. decis.* 113. *num.* 191. nam licèt in Aragonia non fuisset usu admissa Concordia usque ad annum 1528. ut testatur Sesse *d. decis.* 113. *in princ.* & Præsul Tirasonensis Urrutigoyti *tract. de Competent. jurisdict. quæst.* 40. *num.* 10. ab ea dimano, ut probavi *tract. de re crim. contr. ult. num.* 98. *cum seqq.* Hæc autem procedendi forma consona est sacris Canonibus, & in favorem Ecclesiasticæ jurisdictionis inducta: quod quidem durum aliquibus prima fronte videbitur, sed clarissimis rationibus nititur.

13 Juxta Canonicas sanctiones; nam hæc nominatio Arbitrorum desumpta fuit à jure Canonico, nempe ad instar nominationis Arbitrorum, quæ fit per partes, quando Judex Ecclesiasticus suspectus est; juxta text. *in cap. suspicionis* 39. *de offic. delegat. cap. ab arbitris, eodem tit. in* 6. ubi plura per Doctores, signanter Barbosa *in collectan. ad hos text.* Gloss. *in cap. Pastoralis, de rescriptis*, docent Portoles *ubi suprà, num.* 5. & 6. Sesse *de inhibit. dict. cap.* 9. §. 1. *num.* 24. & *dict. decis.* 113. *num.* 51. *cum seqq.* Fontanella *decis.* 324. *num.* 1. & *seqq.* & ego dixi, dum Fisci patroni munus gerebam, in *allegatione edita anno* 1647. in causa Petri Martinez *vers. Conocese*, & in *not. lit. E.* Cevallos Mendez de Castro, & alii relati per Barbos. *in collect. ad Concil. Trident. cap.* 5. *sess.* 14. *de reform. num.* 9. Unde apparet justificatio hujus juris, nam prævia matura deliberatione constitutum à Regina, & Cardinali, fatendum est, eo quod à Pontificiis decretis medium decernendæ contentionis per Arbitros, desumptum reperitur: quod quidem meo animo innuit, ex Apostolica dispositione, quidquid in Concordia factum, statutum fuisse.

14 Ad favorem Ecclesiasticæ jurisdictionis; nam ante præfatam concordiam, jurisdictio Regia in his Regnis nostræ Coronæ, ex privilegio Pontificio immemoriali consuetudine probato, & fulto, cognoscebat citando Judices Ecclesiasticos ad bancum Regium. Tradunt 15 Portoles *ubi proximè, num.* 11. & *seqq.* Peguera *in praxi, cap.* 26. *vers. Ulterius, num.* 6. Sesse *dicto cap.* 9. §. 1. *num.* 24. Ferrer. *dicta part.* 3. *observat. cap.* 172. *vers. Et redeundo*, ibi: *Dominus Rex pro tuenda sua jurisdictione & exercitio illius, ante dictam Concordiam cognoscebat an sua esset jurisdictio.* Fontanella *dicta decis.* 324. *num.* 5. & *seqq.* Quod etiam exprimitur in text. ibi: *Quia quotidie citantur Prælati, ut compareant in Audientia Regia, ubi comminantur, ut revocent processus.* (& nota obiter differentiam; nam apud Aragonenses, *Bancus Regius*, erat locus communis; apud Catalaunos Tribunal Regium: 16 Et in Aragonia *in for.* 1. *de compet. jurisf.* ibi: *Y assignan para determinacion della el banco Regio.* Hoc enim longè gravius erat, nam si à jure solus Judex Ecclesiasticus cognoscere debet, ut dixi *num.* 7. amplius gravari Ecclesiam crederet per hanc cognitionem absolutam Regis, qualis erat illa antiqua, quàm per inductam ab ipsa Concordia, in qua Ecclesiæ potior causa facta fuit, cùm in judicio Arbitrorum adsit unus Ecclesiasticus pro parte Ecclesiæ, & in casu discordiæ Cancellarius Ecclesiasticus sit. Ob quod Fontanella, qui quoad citationem ad bancum Regium non benè sentiebat, *dict. gloss.* 13. *part.* 3. *num.* 20. quoad Concordiam sic ait: *Tunc* 17 *enim, & non aliter existimo fieri, ut plenissimè huic negotio in favorem Reipublicæ, & vasallorum Domini Regis, absque scrupulo aliquo, & læsione jurisdictionis Ecclesiasticæ esset perspectum. Divinitus enim illa Concordia fuit per majores nostros excogitata, per quam manifestissimo experimento quotidie comperimus, quàm pacificè, quàm sine tumultu, & quàm sine alicujus partis præjudicio, &c.* Clarius *dict. decis.* 324. *num.* 24. ibi: *Per hunc procedendi modum in competentiis, quæ circa jurisdictionem excitantur inter judices Ecclesiasticos ordinarios, & sæculares, suaviter, ac suavissimè apud nos hæc expediuntur: utinam ita procederetur etiam, quando contentio est cum delegatis judicibus.* Regens Sesse *dict. decis.* 113. *in princ.* ibi: *Laudabilem formam (quæ usque tunc non reperiebatur data; & si qua reperiebatur, qualis illa de banco Regio, inutilis erat, & supervacanea, ut in discursu apparebit) procedendi in hujusmodi contentionibus, & determinandi has differentias, quæ quotidie turbare solent cum tanto detrimento publicam pacem, quietem omnium, & utriusque status Ecclesiastici, & secularis laudabilem, ac venerandam imaginem, quæ forma nisi servetur, absque dubio posita res erit in malo statu, nulla pax inter Tribunalia, & ex hoc paulatim magis sibi via facti, quàm juridica, & salutaris locum vindicabit.* Idem Fontanella *decis.* 318. *num.* 3. sic ait: *Cæterum, quia experientia multorum annorum me docuit, istas recusationes Curiarum Ecclesiasticarum circa firmas contentionum, ut plurimùm non servire, nisi de inutilibus circuitibus, & de consumendo tempus in vanum, quia finaliter uno, aut alio modo compelluntur firmare.* Ex quibus clare resultat nostra 18 propositio, nempe utiliter statutum esse hunc modum procedendi: quare status Ecclesiæ semper ampliare viam hanc terminandorum dubiorum conatus fuit, ut patet ex *for.* 12. *cum plur. seqq. de jurisd. omn. jud.* & extensa Concordia reperitur ad causas possessorias manutentionis, ad cognitionem per viam violentiæ, ad quæstiones de immunitate Ecclesiarum, quæ verè contentiones jurisdictionis non sunt, & Ordinarii Ecclesiastici amplius intendunt extendere Concordiæ dispositionem (quæ ut infrà tradetur, solùm de Ordinariis loquitur) ad causas in quibus ipsi Judices ordinarii procedunt tanquam delegati; nam cùm tunc procedatur per citationem ad 19 bancum Regium, cupiunt, ut juxta Concordiam cum eis procedatur, ne cæteris delegatis in hoc æquiparentur. De quo adest Regium rescriptum ab Ordinariis impetratum, dat. *Cæsaraugustæ die* 25. *Septembris* 1645. quo Dominus Rex jussit, quod per Senatum consuetudo conferendi, quam Ecclesiastici allegabant, servaretur. Sed junctis tribus Aulis in mense Maii 1647. & examinata consuetudine, varia reperta fuit, de quo certior facta fuit Regia Majestas, & cum rescripto, dat. Matriti die 20. Junii 1651. jussum fuit expressè quod delegati omnes ad bancum Regium citentur, etiamsi Ordinarii reperiantur, vel sint delegati ad universitatem causarum, aut Conservatores, sicque inconcussè observatur.

Ex

20 Ex quo infertur, omnes quæstiones vertentes inter jurisdictiones Ecclesiasticam ordinariam, & Regiam, terminandas fore per hanc saluberrimam viam contentionis. Sed quamvis hæc conclusio certissima sit, non semel dubitari vidi apud Viros graves, quorum fundamentum præcipuum est narrativa ipsius Concordiæ, in qua continentur gravamina illa, quorum ratione ad Concordiam ipsam deventum est. Adest enim in nostro *textu* ad principium; sed consultò omisi eam collocare in *textu*, nam textus non est, nisi illud, quod in transactione contentum, & determinatum per partes fuit. Hoc autem est propositio unius earum, sed ut ab omnibus capi possit pondus difficultatis, hæc verba continet.

21 *In Christi nomine. Pateat cunctis, quod cum inter Illustrissimum Dominum Petrum Dei gratia Regem Aragonum, Valentiæ, &c. ex una parte, & Reverendissimum in Christo Patrem Dominum Petrum divina providentia Tarraconæ Archiepiscopum, & nonnullos alios Prælatos, & Clerum Provinciæ Tarraconæ ex altera, quæstiones, & controversiæ suscitatæ fuissent, ratione querundam gravaminum, quæ dicti Archiepiscopus, Prælati, & Clerus asserebant eis per dictum Dominum Regem, & Officiales suos fore illata, quæ gravamina in scriptis dicto Domino Regi oblata fuerunt sub*
1 *hac forma.* ¶ *Primò, quod Curia Regia incœperit facere processus occupationis temporalitatis contra Prælatos Vicens. & Gerundens. Episcopum, & Abbatem Sancti Benedicti de Bagis, & alios quamplures, contra libertatem Ecclesiæ, & justitiam, sumpta occasione, quia Prælati nolunt revocare*
2 *processus Ecclesiasticos, contra laicos justissimè factos,* ¶ *Secundo, quod facit fieri processus pacis, & treugæ contra Clericos, etiam in sacris constitutos, & contra Prælatos in contemptum sanctæ Matris Ecclesiæ, & Domini nostri Papæ, & specialiter contra Dominum Archiepiscopum Tarraconæ, eo quia deliberaverat Vicecancellarium Regium in constitutione sacrorum Conciliorum Tarraconæ editorum, contra invasores, & usurpatores jurisdictionis dicti Archiepisco-*
3 *pi, & suæ Ecclesiæ Tarraconæ incidisse in pœnas.* ¶ *Tertiò, quia facit servari processus soni emissi contra Clerum, & castra, & loca eorum, sicut contra laicos, & ex hoc sequitur interdictum, quod dirumuntur castra, & loca Ecclesiarum, contra Deum; & justitiam, & Ecclesia libertatem, cum Clerici, & eorum loca, non sunt de foro, & districtu Judicum secularium: cum etiam non comprehendantur sub statutis pacis, & treugæ, & soni emissi, nec ad ipsos prædictorum statutorum posset*
4 *fieri, nec debeat, extensio.* ¶ *Quartò, quia notorie citantur Prælati, & ipsorum Officiales, ad instantiam laicorum, ut compareant in Audientia Regia, ubi comminantur, ut revocent processus Ecclesiasticos juste, & rite factos; quod nisi fecerint, contra eos proceditur, tanquam contra usurpantes jurisdictionem, & Regalium Regiam; & ubi dictam revocationem processuum obtinere non valent, dicta Curia Regia mandat suis literis, quod cum sint suspecti Domino Regi, exeant dicti Prælati, & Clerici, seu eorum Officiales, infra certum tempus, de Regno; aliàs quod contra eos, ut suspectos Domino Regi procedetur in personis, & bonis: quod est contra jus, & Ecclesiæ libertatem. Verùm cum dicta Partes super prædictis, quamplurimum contendissent, & non possent super eis amicabiliter convenire: Tandem Sanctissimus, ac Beatissimus*
22 *in Christo Pater, & Dominus, &c.*

Hinc desumitur fundamentum contrariæ opinationis, nam ait in Concordia solum quatuor capita decreta fuisse. Primum occupationis temporalitatis: secundum pacis, & treugæ: tertium soni emissi: quartum citationis ad bancum Regium. Materia jurisdictionalis, uti affirmant hujus opinationis sectatores, continetur in *cap.* 1. & 4. quorum responsa regulantur ad processus factos per Prælatos justissimè contra laicos, ibi: *Quia prælati nolunt revocare processus contra laicos justissime factos.* Et ibi: *Ut revocent processus Ecclesiasticos juste, & rectè factos;* sicque dispositionem Concordiæ ad factos inter Ecclesiasticos extendi non debere: atque adeo neque per viam Concordiæ posse admitti contentionem, dum agitur de aliquo Ecclesiastico, neque in casu Recursus ob manifestam violentiam, & oppressionem, nisi adsit qualitas circumferens jurisdictionem ad Judicem laicum, aurumant. Quod firmare conantur aliquorum practicorum scriptis, observantia subsecuta ab immemoriali comprobata (ut asserunt) pluribus exemplaribus, negando absolutè Regaliam succurrendi ut oppressis, praximque communem improbando, taliter, ut deducantur verba quædam sub nomine Baldi *in cap. si duabus, de appellationib.* quæ neque ibi: neque alibi à Baldo prolata reperiuntur.

Sed ut veritas eluceſcat, & reddantur ea, quæ sunt Cæ- 23
saris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo, praxis nostrarum contentionum fundanda est, juris dispositiones fideliter tradendo, auctores sine obtruncatione allegando, rationem modestè proponendo, & ad fundamenta contrariæ opinationis responsum sine convitio assignando. Sapientiam, hæc tractantes, profitentur, quare cum Seneca moneri possunt *epist.* 46. ibi: *Quemadmodum sapienti viro incessus modestior convenit, ita oratio pressa, non audax.* Injuriosè loqui, neque venientis ex alta sede est, neque triumphantis: Cassiodorus *lib.* 1. *epist.* 27. *Ad injurias tunc prosilium, cum se superatos turpiter erubescunt.* 24

SECTIO SECUNDA.

SUMMARIA.

25 *Verba prædicta, quibus gravamina proponuntur, non sunt dispositiva.*

26 *Domina Regina Eleonora, & Cardinalis Convenarum, Arbitri fuerunt ad Concordiam.*

27 *In Concordia immutata fuit forma gravaminum, & conceptio pariter verborum.*

28 *Disposita in Concordia præter contenta in propositione gravaminum.*

29 *Concordia non totaliter ad unius Partis favorem concipienda erat.*

30 *Citatio ad bancum Regium, quomodo fiebat in Catalonia, & Valentia.*

31 *Jurisdictio Regia leditur, etiamsi impediatur in cognitione rerum, aut personarum Ecclesiasticarum ad se spectante.*

32 *Concordia non solum gravamina proposita per Ecclesiam reparavit, sed formam tradidit de cætero observandam.*

33 *Quoties adest contentio inter Curias Ecclesiasticam, & Regiam, subintrat dispositio Concordiæ.*

34 *Concordia interpretata fuit per Sedem Apostolicam, prout apud nos in praxi recepta est, & n.* 35. *&* 36.

37 *Nullus Doctorum totius Coronæ asserit, Concordiæ dispositionem non procedere, quando Rex contendit de cognitione rei Ecclesiastica.*

38 *Doctorum Coronæ tradita de Concordia explicantur, & n.* 39. 40. 41 42. 43. 44. 45. 46. *&* 47.

48 *Nostrorum Doctorum tradita.*

49 *Concordia in casu claro disponit, ut Arbitri eligantur.*

50 *Baldi traditio in* l. ancillæ, n. 2. C. de furtis, *ac aliorum ex relatis per* Cancer. *explicatur.*

51 *Notorietatis dubium quando suscitetur, & tunc contentionis admissio vitari non potest.*

52 *Notorii appellatione quid veniat.*

53 *Observantia subsecuta plusquam centenaria in terminis quæstionis.*

54 *Contentio admittenda est, etiamsi Clerici detineantur in carceribus Ecclesiasticis.*

Domini Cerdan *doctrina tradita explicatur, ibid.*

55 *Presbytero capto in carceribus Ecclesiasticis, admissa fuit contentio super dubio notorietatis.*

56 *Contentiones admissæ in casibus Ecclesiasticis, nempe matrimonialibus, & similibus.*

25 AD veram intelligentiam noſtræ Concordiæ, præ-
libandum venit, Statum Eccleſiaſticum conque-
ſtum fuiſſe ratione dictorum gravaminum: unde verba
prolata in ipſa propoſitione, neque diſponunt, nec com-
putanda ſunt *in ipſa* diſpoſitione, cum ſint unius partis
concordantis querela, nempe Eccleſiæ. Alterius concor-
dantis, nempe Regiæ juriſdictionis, propoſitionem non
habemus, & ſic juxta contexturam deducti gravaminis
ab una ex eiſdem partibus contendentibus, non temera-
riè inferri poteſt, contrarium Regiam juriſdictionem
affirmaſſe: quod pariter non eſt ſumendum pro diſpoſi-
tione; nam tranſactio in re dubia, atque incerta verſari
videtur, textus *in l.1.*& ibi communiter Doctores, *ff. de*
26 *tranſactionibus*. Domina Regina Eleonora, & Cardinalis
Convenarum Arbitri fuerunt ad tranſactionem initam
perficiendam, electi à ſummo Pontifice, prout in Brevi
ipſius *in text.* tradito apparet. Sicque mediantibus ipſis,
ſuper eiſdem gravaminibus ab Eccleſia propoſitis, con-
cordatum fuit, prout *in textu*, ſed non ſecundum ordinem
propoſitionis Eccleſiæ, ſed diverſo nam cum tunc non
27 proponeretur quæſtio juxta placitum alicujus Partis,
ſed ſicut in facti realitate conſtabat, in plurimis immu-
tata fuit forma querelæ, & pariter verborum conceptio,
ut intuenti apparebit, ſi textus cum propoſitione con-
feratur. Ad propoſita enim in *capite* 1. reſponſum datum
in textu *nu.*4. ad propoſita *c.*2. reſponſum datum, *n.*2. ad
propoſita in *c.* 3. reſponſum eſt *n.* 1. ad propoſita in *c.* 4.
reſponſum datum *n.* 3.

Hæc omnia reſpiciunt relevationem gravaminum
deductorum, in favorem. Eccleſiæ concepram. Sed quia
inter partes non ſolum actum fuit de reparatione, aut
abſoluta declaratione gravaminum, ſed tranſigendo
ſuper dubiis inter juriſdictiones ſuſcitatis, & de cætero
28 ſuſcitandis, adjecta fuerunt in *textu* contenta *nu. 5.& 6.*
ad favorem Regiæ juriſdictionis, nempe quod quoties
juriſdictio Regia impediatur per proceſſus Prælatorum,
*non mirentur ſi adhibet remedia a ſuis anteceſſoribus aſſue-
ta.* Et quod quoties dubitetur, an pertineat de jure, vel
de conſuetudine ad Regem, vel ad Eccleſiam, *communes
perſonæ eligantur.* Cum autem immediatè loquatur ipſa
Concordiæ ſeries, de proceſſibus Prælatorum, ad eos re-
ferenda ſunt verba iſta: relativa enim eſt dictio, *hoc*, con-
tenta in textu, ibi: *Vbi verò ſuper hoc*, & refertur ad pro-
ximiora: Pariſ. Rebuf. & alii laudati à Barboſ. *diction.* 133.
num. 3. Nec aliter fieri poteſt; nam in oratione proxima,
nequaquam loquebatur de aliis proceſſibus, niſi de fa-
ctis per Prælatos. Nec relevat ſi dicas, id regulandum
eſſe juxta verba illa propoſitionis *in cap.* 1. ibi: *Contra
laicos juſtiſſimè factos*; nam de his loqui non poteſt, quia
ſi juſtiſſimè facti ſunt, neque dubium verſari poteſt ad
hoc, ut eligantur, Arbitri ſive communes perſonæ; neque
juriſdictio Regia de hoc contendere conabitur; ſicque
abſolutè, tam contra laicos, quàm contra Eccleſiaſticos
verba illa diſponunt, ac diſpoſitio Concordiæ tenet, &
ubique debet intelligi, & interpretari. Dubitari non po-
teſt rejectam eſſe formam verborum propoſitionis; nam
de juſtiſſimè factis loqui non poteſt. Verba Concordiæ,
prout jacent, omnia comprehendunt: Quare igitur im-
proprianda ſunt, & reſtringenda per formam loqendi
29 neceſſariò improbatam? Quomodo enim tranſactio, ſive
concordia dici poterat, ſi omnia ad favorem Eccleſiæ
declararet, nihil juriſdictioni Regiæ concedendo? Bene
Rebuf. *in Concordat in præfat. ad rub. de collat.*& melius Ga-
briel Pereira *de manu Regia*, *c.* 6. *n* 3. quibus addendi P.
Suarez *ad Reg. Angl. lib.* 4. *c.* 34. *n.*22. Baldel. *Theolog. mor.
lib. 5. diſput.* 40. *num.* 6.& 7. Salcedo *de leg. polit. lib.* 1. *c.* 8.
num. 29.

30 Citatio ad bancum Regium (non ut Aragonenſes con-
geſti per Præſulem Vrrutigoyti *de competen. quæſt.* 34. *n.*4.
tradunt in loco communi, ſed ut Catalauni, & Valentini
ſuperiùs laudati, & adducti per Cortiadam *d. deciſ.* 3 *ex
num.* 2. (in Regia Audientia, vel Curia, ſublata per Con-
cordiam fuit, cujus praxis obſervantia negari non po-
teſt, neque negatur de tempore Concordiam antece-
dente.

Cognitio ſoni emiſſii, ac pacis, treugæ (quæ apud
nos in uſu non ſunt) relicta fuit Eccleſiæ: ficta ſuſpicio-
ne ejicere de Regno Prælatos malè factum eſſe declara-
tur, nec unquam poſſe fieri cavetur; & in caſibus ad
Prælatos pertinentibus de conſuetudine, vel de jure, Rex
promiſit non ſe intromittere de juſtitia, vel injuſtitia,
aut eos compellere per occupationem temporalitatum:
hæc omnia favorabilia ſunt Eccleſiæ; & ad hæc ſtatuenda
non erat neceſſaria Concordia, quia Rex per ſe ſo-
lus concedere potuit, ſicque ſolum per Eccleſiam in- 31
troductum fuit medium procedendi per ſaluberrimam
viam, nempe Arbitrorum electionem, ad vitandas quæ-
ſtiones, & controverſias; ſublato enim modo generali
procedendi, nempe citationis ad bancum Regium, ſub-
rogatum in ejus locum generali modo etiam introduc-
tum fuit, aliàs neque Concordiam quæſtionum origi-
nem ſubmoviſſe dicendum erit, ſi ſolum interpretetur
in caſu quo Eccleſiaſticus laicum opprimit; nam pari
modo juriſdictio Regia læditur in alio caſu, & non eſt
credendum à Concordia omiſſum fuiſſe, ne querelarum
cauſam foveret, quod irrationabile eſſet.

Amplius in quocumque capite, ex quatuor propoſi- 32
tis, ultra gravaminis reparationem, adjecta fuit forma de
cætero procedendi, ex ipſa Concordia; nam in *n.*1. poſt
quam de gravamine ibi contento actum fuit, in verſicu-
lo: *Concordæo inſuper*, additur quid de cætero obſervan-
dum. In gravamine: *nam* 2. idem obſervatur. Quoad con-
tenta *nu.* 3. & 4. quæ reſpiciunt juriſdictionalia univer-
ſaliter, non eſt quid adjectum ſeorſim, ſed ſimul in fine
remedia prætoria approbando, quando Prælati *per pro-
ceſſus ſuos juriſdictionem impediunt, vel occupant tempora-
lem* (nota diſjunctivam, *vel*, nam diſtinguit caſum impe-
diendi juriſdictionem à caſu occupationis temporalis)
forma traditur, quia quoties contendant, uti debent; ſic 33
quequoties adeſt contentio, ſubintrat diſpoſitio. Qui-
bus additur, quòd ante Concordiam dubitari non poteſt,
Regem noſtrum uſum fuiſſe medio prædicto citationis
ad bancum Regium, ut in ipſa Concordia fatetur Eccle-
ſia: ſed, ut dixi, ſic eſt, quòd generaliter ad omnia Eccle-
ſiaſtici citabantur: ergo cum nominatio Arbitrorum ad
favorem Eccleſiæ ſubrogata ſit in locum ipſius citatio-
nis, pariter generaliter obſervandum eſt in Arbitrorum
nominatione.

Sed ne ſine auctoritate nos loqui videamur, examine- 34
mus, quo modo interpretata fuit hanc Concordiam ſan-
cta Apoſtolica Sedes. In bulla Julii III. Pontificis, in
qua Concordia ad literam traditur, de qua dominus Vi-
co *d. num.* 43. ſic ait: *Per præſentes ſtatuimus, & ordinamus,
quod omnia, & ſingula in dicta Concordia contenta in dictos
Clericos delinquentes*; *&c.* Et in tradita à me *ſupr. num.* 20.
dum de confirmatione à ſe ipſo facta in dicta bulla,
quoad Regnum Majoricarum, ſic ait: *Et quod nos poſtmo-
dum tuis in ea parte ſupplicationibus inclinati per alias no-
ſtras in forma Brevis literas ſtatuimus, & ordinamus, quod
omnia, ſingula in ipſa Concordia contenta in Clericos de
linquentes, & contentionis juriſdictionis inter Eccleſiaſticos.
& ſeculares Judices concernentia per Eccleſiaſticas, & ſecu-
lares Curias, &c.* Eadem verba reperiuntur in ipſa Bulla,
dum de extenſione ad Regni noſtri partem intra Car-
thaginenſem Diœceſim recadentem agit: perpende quæ-
ſo verba illa Pontificis toties repetita, *Clericos delinquen-
tes*: ſicque ſupremus Præſul concordiam hanc bis inter-
pretatus fuit de puniendis Clericis per viam Concor-
diæ, nempe diſceptando an pertineat de jure, vel conſue-
tudine ad Eccleſiam, vel ad Regem.

Pius Quintus Pontifex in bulla confirmationis expe- 35
dita ad Regnum Aragoniæ, ſic ait: *Quodque juxta conſ-
titutiones, & ſtatuta Regni Aragonum de communi conſ-
enſu totius ſtatus, tam Eccleſiaſtici, quàm ſecularis, de
ſalubri*

salubri remedio providendo super contentione fori, ad evitandas controversias, quæ quotidie oriebantur, & ad utilitatem Reipublicæ dicti Regni, & illius, tam Ecclesiasticarum, quam secularium personarum, quieto, & pacifico statui consulendo, edita inviolabiliter, absque alio Recursu observata, dum de contentione jurisdictionis ageretur, Judex alteri Judici, cui inhiberet, Arbitrum unum per suas literas nominaret. Judex vero, cui literæ hujusmodi dirigantur, & forent præsentatæ, intra tres dies, &c. Hic summus Pontifex clarè, ac generaliter Concordiæ dispositionem approbando in contradictorio judicio, Clerico jam ad ultimum supplicio damnato, appelationis remedium denegavit, literas nominationis Judicum delegatorum revocando, ac per consequens dispositionem ipso ratam habendo, sine exceptione aliqua, limitatione, aut dubio. Nec obstabit si dicas, verba illa enuntiativè prolata fuisse à summo Pontifice: nam super illis fundatur intentio ipsius Papæ ad disponendum, quòd appellatio denegetur, & hæc verba illa plenè probant, ut pluribus juribus, & rationibus ostendit Regens Josephus Selle *dict. decis.* 113. *num.* 9. *cum plurib. seqq. tom.* 2.

36 Gregorius Decimus tertius clarius loquitur quoad Regna totius Coronæ Aragonum in dicta bulla, ibi: *Exponi siquidem nobis nuper fecit clarissimus in Christo filius Hispaniarum Rex Catholicus, in constitutionibus, & statutis Coronæ Regnorum, & dominiorum Aragonum, hodie inviolabiliter, & absque aliqua contradictione observari, & vigere, & superioribus temporibus communi consensu, tam Ecclesiasticarum, quàm secularium personarum, eorundem Regnorum, & in Comitiis editis ad fori controversias, quæ quotidie in eisdem Regnis exoriebantur evitandas, & ad publicam totius Regni utilitatem, & quietem, nec non pacem inter Ecclesiasticas, & seculares personas coalendam, & conservandam, caveri expresse, ut dum de contentione jurisdictionis inter Ecclesiasticum, & Secularem Judicem, (nota) utroque eam ad se spectare prætendente, unum Arbitrum, &c.* Et ibi: *Nos igitur dicti Philippi Regis, Nobis super his porrectis supplicationibus, inclinati, ad omne dubium tollendum, & ne amplius in præmissis, aut circa illorum observantiam, suscitari contingat, opportunè providere volentes, &c.* sicque in tota Aragonum Corona sciente, & consentiente, imò fovente, & auctorante Romano Pontifice, & Sede Apostolica, ita interpretatur Concordia, ut utroque Judice jurisdictionem ad se spectare prætendente, formam Concordiæ observare omnes teneantur.

37 Omnes Doctores horum Regnorum scribentes de contentione juxta Concordiam generaliter eam interpretati sunt. Primo enim firmiter assero, nullum expressè dixisse, quòd ea intelligenda est tantum in casu, quo Ecclesiasticus cognoscit de causis laicorum; nam hanc limitationem nemo expressè oppositi, & si aliqui indistinctè loquuti sunt dicendo, quòd eo in casu dispositio Concordiæ subintrat; non tamen negant in aliis casibus etiam procedere, quæ probantur ex deductis per adversariæ sententiæ factores, qui Doctorum dicta, ut applicent, perpendunt. Sed ne in mera negativa insistentes, probationis onus in alium transferamus, practicorum nostrorum dicta examinemus, ut veritas cunctis pateat.

38 Michael Ferrer. *observat. Senat. Catalon. l.* 3. *cap.* 172. sic infit: *Quando contenditur inter judicem Ecclesiasticum Ordinarium ex una, & alium Judicem Regium, eliguntur Arbitri ab utraque parte, & illis discordantibus, Cancellarius Regius dirimit in vim Concordiæ.* Iste enim generaliter loquitur, sine distinctione, aut limitatione, eo quod contentio sit, quia Ecclesiasticus cognoscere vult de laico, vel laicus de Ecclesiastico; nam *quando* est idem, ac *quo tempore*, sive *quandocunque*, & comprehendit omne tempus, & est dictio distributiva, ac multiplicativa temporis, Barbos. *dict.* 370. *n.* 4. & *dict.* 308. *n.* 1.

Olibanus *in usatic. alium usque de jure fisc. c.* 11. *n.* 5. 39 sic loquitur: *Nam licet Episcopi in suis Diœcesibus habeant suo modo merum imperium ad coercendum Clericos, & possint ad perpetuum carcerem damnare, quæ pœna succedit loco pœnæ capitis, & in spiritualibus habeant omnimodam jurisdictionem, quoad jura Episcopalia, non tamen quoad temporalia, etiam Ecclesiastica: plus dicit Mieres, ubi supra, se credere quod Episcopus non possit ingredi in domos secularium causa capiendi Clericos: nec posse Episcopum capere Clericos per vicos, plateas civitatis, & locorum Dñi Regis, sine licentia Curiæ secularis, quia licet vici, & platea, & domus secularium sint in Diœcesi, non tamen sunt de Diœcesi: At Episcopus habet jurisdictionem in locis de Diœcesi, quod intelligit Mieres in contentiosa, non in voluntaria jurisdictione. Dubitat autem Mieres in resolutione ibi in fine, & subiicit sua scripta Ecclesiæ determinationi, & citat. ibi Doctores gravissimos pro hac resolutione. Hodie hæc disputatio cessat, quia Ferdinandus Secundus concessit privilegium Prælatis, & Stamento Ecclesiastico, quod continet plura capita, & inter alia territorium. Concessio tamen est restricta ad casus ibi expressos, & sine familia armata, & ideo est tutius petere assistentiam Curiæ secularis, & potestatis. Et quando est consentio inter Curiam Ecclesiasticam, & secularem super capturam ipsius incarcerati, utrum sit casus secularis jurisdictionis, vel Ecclesiastica servatis forma Concordiæ.* Necessarium habui tot verba referre, ne in dubium revocari possit, Olibanum clarè loqui de incarceratione Clerici subditi ipsius Prælati. Licèt enim agat *n.* 20. de contentione suscitata, quia de laicis cognoscere vult; *hoc. n.* 5. agit de Clerico per Prælatum incarcerato, atque adeo in utroque casu medium contentionis juxta Concordiam approbavit.

Don Ludovicus Peguera *decis.* 92. non loquitur de 40 Ordinario, sed delegato, & de medio citationis ad bancum Regium. At *in prax. crim. cap.* 26. *vers. Viterius*, sic dixit: *Fuit in summa conventum, censitum, & concessum, quòd quoties contingeret tales suscitari contentiones, eligerentur per dictas Curias Arbitri.* Quò loci ponderanda est generalitas casuum inducta per dictionem *quoties*, quæ importat universaliter potestatem variandi, cum non sit, restricta, Barbos. *diction.* 336. *n.* .. & additum illic *contingeret*, quod est idem, *ac quotiescunque*, atque adeo est dictio universalis omnia comprehendens, etiam in materia odiosa. Ricc. *decis. Curiæ Archiep. Neapolit.* 287. *num.* 1. *part.* 1. Barbos. *diction.* 337. *n.* 2.

Jacobus Cancer. *variar. resolution lib.* 3. *cap.* 10. *num.* 19. 41 loquitur de contentione suscitata, quando secularis vocatur ad judicium per judicem Ecclesiasticum, sed *n.* 22. ait; *Et similiter si aliquis Ecclesiasticus exemptus à jurisdictione Ordinarii pulsetur per judicem secularem.* Sicque variando exempla declarat, quomodo procedendum sit sine limitatione ad hoc, vel illud exemplum. Et *num.* 24. generaliter regulam constituit: *Insuper ne erretur in firmanda contentione, advertant, quod semper est firmanda per eum, qui se judicem competentem prætendit, ubi ab eo firmari potest alias declaratur contentionem non procedere.*

Joannes Petrus Fontanella *de pact. nuptial. claus.* 4. 42 *gloss.* 3. *part.* 1. *num.* 15. hic ait: *Licet de jure communi illud servetur, quod supra dixi, circa determinandas contentiones jurisdictionis, quæ moventur inter judicem Ecclesiasticum, & secularem; in nostra tamen Catalonia alium modum servamus in declaratione istarum controversiarum, firmatur enim contentio inter dictas Curias, sive, Judices, & eliguntur Arbitri.* Hic clarè pro nobis est; nam ait, quod sicut de jure Ecclesia cognoscit, ut dixerat *num.* 1. sic in Catalonia per Concordiam. Sed si de rebus Ecclesiasticis agatur, cognitio contentionis secundum juris regulas semper spectat ad Ecclesiam, ut supra dixi *num.* 3. & *seqq.* ergo pariter secundum Concordiam, juxta ipsius *tenorem* traditum. Ipse *in decis.* 200. *num.* 3. ibi: *Nos ad id haberemus certam Concordiam cum sancta Sede, quoties procedimus; & cognitio deinde, an extractus gaudeat immunitate Ecclesiasti-*

ea, nec ne, non est judicis Ecclesiastici, nec secularis, sed certorum Arbitrorum, qui per ambas Curias eligantur, & suo casu Reverendi Cancellarii, ut Tertii inter dictas Curias ex concordia inter Papam, & Regem. In hoc loco loquitur *Fontanella* de immunitate Ecclesiæ, ad quam rei confugere solent, de qua minimè in capitibus propositionis gravaminum. Nec tunc dici potest, Ecclesiasticum facere processum contra laicum; imò ipsum defendit, & tamen per viam contentionis juxta Concordiam proceditur; ergo generaliter interpretata est semper. Sed quare immoramur, cum expressè ipsè *Fontanella* decisam quæstionem tradat *decis.* 313. *per tot. tom.* 2. in casu ad intentum exarata; nam agitur de visitatione facta per Episcopum in Coventu Monialium, ex vi decreti sacrosancti Concilii Tridentini *sess.* 25. *cap.* 5. *de reformat.* de appellatione denegata, de recursu ad Vicarium, de suscitatione contentionis, ac dubii notorietatis, quod decisum refert ad favorem Regiæ jurisdictionis attentata revocando.

43 Don Acasius Ripoll *variar. cap.* 1. *de jurisd. omn. ind. num.* 42. loquitur de contentione suscitata, quando jurisdictio sæcularis ab Ecclesiastica pulsatur, sed in *tractatu de Regal. cap.* 1. postquam *num.* 5. dixerat à jure cognitionem quæstionis de jurisdictione pertinere ad Ecclesiam, *num.* 6. ait: *Unde inter Reginam Eleonoram, & Prælatos Ecclesiarum hujus Principatus fuit conventum, quod extante dubio, &c.* Et *num.* 13. ibi: *In summa igitur sciendum est, quod quotiescunque jurisdictio Regis turbatur à judice Ecclesiastico, sit duobus modis; aut enim procedit judex Ecclesiasticus, tanquam Ordinarius, & hoc casu Dominus Rex, seu ejus Officialis in vim suprema jurisdictionis procedunt contra eum in forma contentionis.* Ecclesiasticus enim, tam inter suos, quàm inter laicos procedendo, tanquam Ordinarius procedit sæpius, sicque comprehenditur sub generalitate contenta ex vi illius dictionis, *quotiescunque*, quam apposuisse certissimum est, ut nullus casus excludatur, nam universaliter omnia comprehendit, ut ex *Barbosa*, & aliis dixi. Et loquendo eodem themate retento, nempe cognitionem à jure ad Ecclesiam pertinere, quod generaliter procedit, ut dixi, sic *Ripoll.* generaliter procedere Concordiæ dispositionem affirmat. Hæc de practicis Catalaunis; nunc transeamus ad Aragonios.

Don Michaël Cortiada *decis.* 4. *per tot.* & *alibi* passim, infinitis propemodum Doctorum auctoritatibus congestis, nostram praxim nervosè ac doctissimè tuetur.

44 Hieronimus Portoles doctissimus *Molini* scholiastes, ad *for.* 1. *de comp. jurisd. numer.* 9. tradit regulam generalem, nempe declarationem contentionis inter judices Ecclesiasticum, & sæcularem, pertinere ad Ecclesiasticum: & *numer.* 10. limitat his verbis: *Sed hæc sententia in hoc aragonum Regno locum non habet, quoniam judex Ecclesiasticus, attento præsenti foro, judicare nequit an jurisdictio sua sit, sed Arbitrum eligere tenetur, qui de ipsa causa simul cum alio Arbitro à judice seculari eligendo cognoscat.* Hæc verba clarissima sunt, & sic non indigent applicatione.

45 Regens Josephus Selle *in tractatu, de inhibitionibus, cap.* 9. §. 1. *ex num.* 12. tractat generaliter de his contentionibus dicens: *Quod si Potestates ista non contenta suis limitibus se impediant, usurpent, & limites suos transcendant, potest, & debet una aliam coërcere remediis moderatis, & honestis à jure communi, seu aliàs traditis, & assuetis.* Et licet *nu.* 22. 25. & 28. loquatur de contentione suscitata, eo quod Ecclesiasticus pulsat laicum, id non excludit nostram sententiam, cum loquatur juxta doctrinam *Olibani*, qui pro nobis est, ut dixi *num.* 39. imò eundem declarando *nu.* 34. *in fin.* sic ait: *Quia Dominus Rex tenetur defendere quamcumque personam injustè oppressam, sive judicialiter, sive extrajudicialiter violentia committatur* Et *num.* 21. expressius animum declarat, ibi: *Ex quo sequitur, quòd reciproca res est, nam si etiam secularis judex intromittat se de personis, & rebus Ecclesiasticis, solet Ecclesiasticus inhibere eum, ne de illis se intromittat nominando Arbitrum, qui cum alio Arbitro per sæcularem nominando similiter quæstionem dirimant.* Ecce quam clarè loquatur tradens reciprocam rem esse, & quod si defacto Judex sæcularis intromittat se de personis, & rebus Ecclesiasticis, judex Ecclesiasticus inhibere eum debet cum nominatione Arbitri. Quanto fortius, quando urbanius se gerens sæcularis non de facto contra Ecclesiasticum procedit, sed Judici rescribit juxta concordiam, ut res per eam dirimatur? Nec relevabit dicere, ipsum *n.* 55. & *seqq.* præcipuè *nu.* 55. reprobasse hanc praxim dicendo, hoc *de foro externo* esse, sive contra forum; nam nil ad nos, cùm loquatur, non in nostro casu, sed in casu contentionis inter duos Ecclesiasticos judices: sic enim declarat *n.* 53. ibi: *Quod si competentia non sit inter Ecclesiasticum, & sæcularem judicem, sed inter duos Ecclesiasticos judices.* Retento enim hoc themate loquitur *nu.* 55. improbando praxim, quando firma per Ecclesiasticum judicem obtinetur cum nominatione Arbitri, contra alios judices Ecclesiasticos, Quod non indiget alia declaratione præterquam resultante ex lectione ipsius Doctoris, Hæc in summa Selle *in tractatu, de Inhibitionibus.* Sed non solum hoc rescriptum doctissimus ille Vir reliquit: Quatuor tomos *Decisionum* Senatus Cæsaraugustani eruditè compilavit, & in secundo tomo *decis.* 113. plenariè de materia contentionum tractavit, ubi *num.* 1. sic ait: *Judex qui pratendit rem, causam personam, & jurisdictionem, de quibus agitur ad se pertinere, debet in literis repetitoriis, in quibus personam, rem, & causam sua jurisdictionis ab alio præventas, & captas repetit, Arbitrum nominare tenetur.* Legatur quæso tota decisio, & clarissimè apparebit, quantis jurium allegationibus, ac rationibus irrefragabilibus hæc nitantur.

Calixtus Ramirez *in Regio illo tractatu, de lege Regia,* 46 §. 2. *n.* 4. sic ait, *Unusquisque eorum debet se abstinere à turbando alterius jurisdictionem ad se non pertinentem, aliàs poterit secularis per Ecclesiasticum inhiberi; & è contra, per sæcularem Ecclesiasticus cum nominatione Arbitri.* Indistinctè generaliter, & absolutè de utroque Judice loquitur æqualiter, & quamquam postea id applicat ad quæstionem immunitatis Ecclesiæ ad quam reus confugit; ex eo nostra sententia comprobatur, cum de ea non loquatur Concordia, nec in eo casu adsit qualitas circumferens jurisdictionem in laicum, Ecclesiastico Judici; nam tunc ut dixi, non vult ab Ecclesia judicari, sed immunitatem allegat, ne ab ea extrahatur. Neque Judici laico circonfertur qualitas ad cognoscendum de re Ecclesiastica, qualis est immunitas; & tamen quotidie suscitantur: & admittuntur promiscuè contentiones secundum Concordiam: ergo non est restricta dispositio Concordiæ modo quo noviter interpretatur ab aliquibus.

Dominus Regens Don Franciscus Vico *in* 2. *tom. pragmat. Regni Sardiniæ*, doctissimè tradit causam introducendæ Concordiæ *per tot. tit.* 51. & *num* 12. & 21. *in not. margin.* clarissimis verbis docet, quòd non sufficit, quòd una Curia asserat se non dubitare, ad hoc ut compelli non possit ad admittendam contentionem, imò quod compelli potest per remedia Prætoria.

Præsul Vrrutigoyti *tract. de compet. quæst.* 40. *ex num.* 8. latè quæstionem disputat: & *num.* 34. *cum seqq.* nostram traditionem amplectitur tam quoad Clericos regulares, quàm seculares.

Ex nostratibus *Belluga* de Concordia nihil agit, imò 48 nec nominavit (quod mirum est, cùm omnia jura fiscalia attigerit, scribendo post dispositionem nostri *textus*) ut videri potest per *totam. rubricam* 11. ubi materiam jurisdictionis in Ecclesiasticos pertractat, præcipuè, §. *videndum*, & §. *videamus*, à *numer.* 4. *cum sequentib.*

Dominus Don Franciscus Hieronimus Leon, in legali scientia peritissimus Doctor, ac Supremi Senatus meritissimus

meritiſſimus Regens *in deciſ. 20. num. 1. tom. 1. & deciſ. 154. num. 1. tom. 2.* dum facti ſpeciem proponit, formam contentionis per concordiam incidenter tradit, generaliter, & indiſtinctè loquendo.

Dominus Cerdan *in arbore juriſdictionis, verbo, El Canceller*, concluſionem generalem ſtatuit, his verbis: *El Canceller conoce de las contenciones que ſe ofrecen entre el Juez Eccleſiaſtico, y los Officiales Reales*, privativè, *no concordandoſe los Arbitros nombrados por entrambas juriſdicciones.* Et *in viſit. carcer. cap. 5. num. 17.* ſimilia verba profert inferiùs perpendenda.

Pater Mandatiaga eadem ferè verba retulit. *in tract. de Senat. & Princip. cap. 4. §. 7.*

Dominus Creſpi *obſervat. 3. ex num. 17.* concluſionem procedendi per æconomicam poteſtatem comprobat, ſed de Concordia nihil tetigit, neque *obſervat 68.* ubi de competentia juriſdictionis, noſtra fermè verba tranſcribendo, aliquid diſputat. Sicque ex his quæ ſcripſerunt ex noſtris, nil adverſus noſtram concluſionem adduci valet, imo firmatur generalis regula, atque concluſio.

49 Iſtis Pragmaticorum noſtrorum auctoritatibus noſtra fulcitur ſententia; & ampliùs comprobatur ex eo, nam licet aliqua ſpecialiter in quolibet capite diſpoſita reperiantur, Doctores noſtræ Coronæ ita interpretantur, ut cauta in uno, in omnibus intelligantur: ſic enim interpretati ſunt verba *primi capitis* ibi: *Quinimo Dominus Rex contra facientes puniet*; nam licet prima facie ſolùm loqui de proceſſu ſoni emiſſi videantur, tamen intellexerunt in omni, & quocunque caſu reſervaſſe Regem ſibi punitionem exceſſus ſuorum Officialium, tradunt Oliban. *cap. 12. n. 23. & 24. & c. 14. n. 67.* Cancer, *lib. 3. variar. cap. 5. num. 98. & ſeqq. & cap. 10. num. 19. & 20.* Ferrer. Deſpuchol, & Ripoll. adducti per Fontanellam *deciſ. 317. num. 6. & 7.* Cortiada *deciſ. 27. per tot.* ſignanter *numer. 84.* ergo ſic ſimiliter procedit in reliquis.

50 Demum licet res tam clara ſit, quòd regulariter Judex cogi non poſſit ad acceptandam quæſtionem, eo quòd clarè juſtitiam fovet, ad notata per Baldum *in l. ancilla, numero 2. C. de fiartis*, cum alijs adductis per Iacob. Canc. *dict. cap. 10. nu. 70.* Tamen ſecundùm ipſius Concordiæ tenorem, in quocunque dubio, etiamſi unus Judex dicat caſum notorium eſſe, nihilominus tenetur admittere contentionem, ut verba textus clariſſimè innuunt, ibi: *Ubi verò ſuper hoc an pertineat notoriè de conſuetudine, vel de jure ad Eccleſiam, vel ad Regem, juriſdictio ſuper qua fiant proceſſus, dubitetur*; eo quod adhuc in caſu notorietatis Arbitros nominare tenentur. Et ideo quoties aliquis ex Judicibus contentiones admittere recuſat, affirmando ad ſe notoriè juriſdictionem pertinere, ſuper notorietate ſuſcitatur dubium, tuncque in quocunque caſu Arbitrum nominare debet, ut probat. Cancer. *ibid.*
51 *num. 71.* Fontanel. *dict. deciſ. 113. num. 9. & ſeq.* Et ratio eſt, ut ipſe Fontanella infir. *num. 14. Nihil intereſt, quod dicat ſe non dubitare, ſi dubitant alij, alias nulla unquam firmaretur contentio, ſemper una, aut altera pars idem diceret.* Docet clariſſimè Dominus Vico, *dict. tit. 51. num. 21. in not. marg.* & poſt eum Cortiada *deciſ. 15. ex num. 5.* ubi eruditè materiam abſolvit. Præſul Vrrutigoyti fertuè in hanc partem inclinat, *queſt. 36. num. 12.* & licet poſtea diſcedere videatur, ſic ſuam ſententiam declarat, ut noſtram potius ſequi videatur. Sicque clarè ex tenore ipſius Concordiæ declaratum eſt. Et quamquam Cancer. inclinare
52 videatur, in eo, quod *textus* intelligatur data aliquali dubij probabilitate; hoc intelligendum eſt reſpectu contentionis principalis, non verò dubij notorietatis; nam repugnat verbis ipſius textus, ibi, *an pertineat notoriè*; nam *notorij* appellatione venit omne illud, quod aliqua tergiverſatione celari non poteſt. Pluribus Barboſ. *de appell verb. ſign. dict. 166. num. 2.* ac per conſequens, per verbum *notoriè*, omnis tergiverſatio, vel dubij probabilitas, etiamſi excludatur, nihilominus ſuper hoc dubio

Arbitri nominandi ſunt; niſi ſimus in caſu tam claro, quòd pluries ita definitum reperiatur, & pars allegans notorietatem, ſit in innegabili poſſeſſione illius juris, ut evenit in cognitione bonorum *de realengo*, in hoc Regno, & Majoricarum: nam tunc judicium erit eluſorium, eo quòd ſæpe ſæpius definitum eſt per Regios Cancellarios, ut eleganter, pluribus congeſtis, Cortiada *deciſ. 12. n. 53* 40. tuetur.

Hæc omnia, obſervantiâ interpretativâ plurimorum annorum inconcuſsè, atque continuè inter Curias admiſſâ, comprobata, & ratificata reperiuntur. Ab immemoriali enim aſſuetum eſt, ſimiles contentiones acceptari, & adhuc compelli per medium contentionis Judicem renuentem, ſuſcitato dubio notorietatis. Difficultas verſatur in admittenda contentione, quando agitur de perſona Eccleſiaſtica, de qua laïcus cognoſcere intendit. Sequentia exempla perpendantur: in cauſa don Acaſij Rebelles Clerici tonſurati, & Beneficiati, judex Eccleſiaſticus recuſabat contentionem admittere; Curia Regia dubium notorietatis ſuſcitavit, & declaratum fuit admittendam contentionem, ſententia lata per Regium Cancellarium, die 13. Junij 1540. Comes de Cocentayna don Simon Petrus Corella Clericus, detinebatur captus per Curiam Eccleſiaſticam; per Regios Officiales extractus fuit à loco ſibi pro carcere deſtinato, & poſt varias altercationes ſuſcitato dubio, fuit per Cancellarium pronuntiatum die 26. Julij 1562. quòd procederetur ad ulteriora in contentione principali, ſine eo quod reſtitueretur. In cauſa Guillelmi March, qui dum Clericus eſſet, complex repertus fuit in quadam exploſione ſclopi, & à laico condemnatus, demùmque promotus ad ſacerdotium, fuit declarata contentio die 5. Junij 1586. In cauſa Berengarij Malla, Judex ſæcularis affirmabat ad ſe notoriè cognitionem cauſæ pertinere; ſuſcitatum fuit dubium notorietatis, & declararum per Cancellarium die 12. Januarij. 1571. admittendam eſſe contentionem. In cauſa don Ioannis Sanoguera Clerici fuit acceptata contentio die 14. Julij 1571. ipſo carceribus Eccleſiaſticis mancipato, à quibus aufugit, ut conſtat ex deſertione declarata per Cancellarium die 24. eorundem. In cauſa Petri Cavaller qui Clericus aſſerebatur, & detinebatur in carcere Eccleſiaſtico, Judex Eccleſiæ notorietatem allegabat; dubium notorietatis Regia Curia ſuſcitavit; & non ſolum obtinuit in hoc dubio, ſententia 18. Novembris 1572. ſed in principali contentione, cujus ſententiæ tenor eſt ut ſequitur.

CArolus Domenech Iuris Doctor, Regius Cancellarius in Regno, Valentiæ. In facto contentionis orta inter Curias Eccleſiaſticam Reverendiſſimi Archiepiſcopi, & ſecularem Regiæ Audientiæ Valentiæ, ſuper repetitione facta per dictam Curiam Regiam die 24. Septembris proximè præteriti, de perſona Petri Cavaller laici in carceribus Eccleſiaſticis detenti, quem Curia Eccleſiaſtica prætendit non eſſe remittendum ad ſecularem, quia per Reverendas Patres Inquiſitores hæreticæ pravitatis fuit remiſſus ad Eccleſiaſticam, quia commiſit crimen cujus punitio pertinet ad Eccleſiam, & quia eſt Clericus, & officio, & miniſterio Eccleſiaſtico, juxta decretum ſacri Concilij Tridentini, deputatus: Viſo proceſſu Arbitrorum, viſis actis, & deductis coram nobis, tam in præſente proceſſu, quàm in alio ſuper prætenſa notorietate, inter eaſdem partes actitato; viſis videndis, attentis attendendis pronuntiamus, ſententiamus, & declaramus, dictum Petrum Cavaller ad Curiam ſecularem eſſe remittendum, & per judices ſeculares judicandum.

Domenech Cancellarius.

Ut Arruſat. *Ut. Rocá.*

Ut Frigola.

Publicata per Ludovicum Palau Not. & Scribam die 22. Decembris 1572.

Poſtea per plures annos contentiones plures firmatæ

fuerunt in cauſis obtinentium Beneficia Eccleſiaſtica, ut patebit ex ſententiis, de quibus *infrà §. ſequenti*. Quo poſito, valde dubito de negativa, quam facere ſolent contrarium ſentientes, dicendo, nunquam admiſſam contentionem de cauſa Clerici in carceribus Eccleſiaſticis detenti. Duæ ex prædictis innegabiles ſunt, nempe Comitis de Concentayna, & Petri Cavaller, irrefragabile etiam eſt traditum per Dominum Cerdan *in viſit. carcer. dict. cap. 5. n.* 17. nam ibi conqueritur de Eccleſiaſticis judicibus, qui libertatem Clericis concedebant, ne ad manus Regiæ Curiæ pervenirent, ſi obtinuiſſent in judicio contentionis, quare conatur ſuadere, quòd carcer communis fiat pro utraque juriſdictione, adinſtar illius contenti *in Clement.* 1. *§ ſane, hæreticis*, quo hæretici ſervabantur, ne judicia reddantur illuſoria. Quare fatendum eſt præcisè loqui de contentionibus admiſſis, Clericis exiſtentibus in carcere Eccleſiaſtico. Quanta autem ſit auctoritas hujus Viri, ignorat nemo, nam ejus ſcripta clarè teſtantur doctrinæ ſplendorem, quæ fato non periit, licèt fati auctor ipſe, non parum laboraverit invidia.

54

55 Noviſſima contentio ad rem in fortioribus terminis admiſſa fuit, nempe Presbyteri, Eccleſiaſticis carceribus mancipati. Facti ſpecies hæc fuit: Petrus Garcia laicus carceratus fuit in carcere Eccleſiaſtico, demum fide juſſoribus relaxatus promittentibus reſtituere in eundem carcerem, quoties ita juberetur, ſub pœna bis mille librarum. Fideijuſſores laicos præſtitit, & inſtrumento ſeparato Paulus Silva, & Julianus Garcia Presbyteri promiſerunt Ordinario Eccleſiaſtico, caſu quo obligatio laicorum nulla cenſeretur, ſe præſtituros dictum Petrum Garcia in carcerem detruſum, aut dictam quantitatem ſolutos. Pro executione hujus promiſſionis carceribus Eccleſiaſticis mancipati, Paulus, & Julianus Presbyteri fuerunt, ſuſcitata contentione per Judicem laicum, Eccleſiaſticus acceptare recuſabat: ſuſcitatum fuit dubium notorietatis, & definitum ad favorem Regiæ juriſdictionis, nempe acceptandam eſſe contentionem.

56 Acceptationem contentionis ſuper dubio notorietatis, & proceſſum Arbitrari Regii vidi, ſed ſententiam non; fuit enim acceptata contentio anno 1625. & penes me ſunt allegationes juris ſuper dubio pro utraque parte ſcriptæ, nempe pro juriſdictione Eccleſiaſtica, per Dominum Avunculum Don Petron Sanz, & pro Regia juriſdictione, carceratos per Doctorem Chryſoſtomum Aguilar, ſapientiſſimum cauſarum Patronum, demúmque Curiæ Gubernationis Aſſeſſorem in Civilibus. Sunt etiam plures contentiones admiſſæ per Curiam Eccleſiaſticam in cauſis, & rebus ad Eccleſiam ſpectantibus, nempe matrimonialium cauſarum, viſitationum, operum ad pias cauſas inſtitutorum, juris ſepeliendi intus Eccleſias, & ſic ſimilibus, quæ quia notiſſimæ ſunt, ideo non ſpecialiter traduntur.

SECTIO TERTIA.

SUMMARIA.

57 *Recurſus in caſu oppreſſionis materia in dubium revocatur.*

58 *Recurſus iſtius Regalia innegabilis eſt in Regnis Hiſpaniæ.*

59 *Doctores Recurſum approbantes tradentur.*

60 *Defenſio in caſu violentiæ, non pertinet ad Principem ſolummodo ex conſuetudine, ſed jure naturali, divino, & Canonico.*

61 *Farinacii* deciſio decima in poſth. tom. 2. *in arenam* vocatur.

Decretum Gratiani *non publica, ſed privata auctoritate factum*, Farinacius *aſſerit, ibid.*

62 *Decretum* Graziani *confirmatum reperitur per* Gregorium Decimum tertium.

63 *Decretum, eſt Corpus juris Canonici.*

64 Barboſæ *diſtinctio proponitur in regulanda auctoritate Decreti, eaque examinatur.*

65 *Sanctorum Patrum decreta, quam auctoritatem habeant.*

Summorum Pontificum decreta, atque ſacrorum Conciliorum, ibid.

66 *Jura, quibus comprobatur defenſio per viam recurſus, ex ſanctorum Patrum, Pontificum, & Concilierum decretis.*

67 *Approbatio Pontificia hujus defenſionis.*

68 Rotæ Romanæ *deciſiones comprobantes eandem defenſionem*

69 Farinacii *deciſio pro hac ſententia expenditur.*

70 *Regii Senatus non cognoſcunt judicialiter de violentiis illatis per Eccleſiaſticos.*

71 *For. univ. in extravag.* que los fermants de dret, *fol.* 87. *explicatur.*

72 Forus *loquitur de omni violentia.*

73 *Vis Regalis conſiſtit in propulſanda violentia oppreſſo illata, non in hoc, vel illo medio, aut cauſa, & n.* 80.

74 Forus *non opponitur libertati Eccleſiaſticæ, ſacræ Tridentinæ Synodo, aut Bullæ* in Cœna Domini.

75 Fori *habent vim Canonis Provincialis, & approbantur à Sede Apoſtolica.*

76 *Defenſio per viam violentiæ, de generali conſuetudine orbis Chriſtiani, & obſervatione juvatur.*

77 *Conſuetudo hujus Regni ab Auctoribus atteſtatur.*

78 *Domini Leon ſententia quoad conſuetudinem hanc explicatur.*

79 *Conſuetudo in una parte extenditur ad totum.*

81 *Oppreſſi relevantur in Senatu, dum agitur cum delegatis, per citationem ad bancum Regium.*

82 *Exempla obſervantiam relevandi vi oppreſſos atteſtantia proponuntur, uſque ad num.* 94.

95 *Conſuetudo hac graviſſimorum Virorum atteſtatione fulcitur.*

96 *Forma procedendi per Concordiam cum ordinario Eccleſiaſtico, licet impropriè, favore Eccleſiæ introducta eſt.*

97 *Ratio praxis procedendi per Concordiam cum Ordinario Eccleſiaſtico, in violentia via.*

98 *Violentia eſt cauſa deferens poteſtatem extrajudicialem Principi, ut eam tollat.*

99 Patris Joannis Mandariaga *dictum explicatur.*

100 Thomæ Delbene *dictum explicatur.*

101 Domini Regentis Leon *dictum examinatur.*

102 *Vera ratio, ob quam Recurſus non admittitur in cauſis pertinentibus ad Inquiſitores, aſſignatur.*

103 *Inquiſitorum juriſdictio in his quæ non ſpectant ad fidem, Regia eſt.*

104 *Cauſæ aliquæ ſunt, quarum cognitio interdicta omnino eſt Senatui, ex decreto Regio, quæ hic enumerantur.*

105 *Poteſtas removendi violentiam ſpectat ad Regem; & ſic nemo uti poteſt illa, niſi quatenus à Principe conceditur.*

106 *Senatus ſuprema Inquiſitionis poteſtas, ex Regia conceſſione deſcribitur.*

107 *Nuntii Apoſtolici poteſtas, regulata eſt ad mandatum, quod habet à Papa.*

108 *Nuntii poteſtas incerta eſt in hoc ævo.*

109 *Poteſtas removendi oppreſſionem ad Nuntium extenditur.*

110 *Reſponſio ad alia argumenta, remiſſivè.*

111 *Remedia per quæ Eccleſiaſticus compellitur admittere contentionem.*

112 *Occupatio temporalitatum, & bonorum, approbata ſunt à Sede Apoſtolica, quando Regia juriſdictio perturbatur.*

113 *Conſuetudo probatur ex tenore ipſius Concordiæ, quoad occupationem temporalitatum, & alia remedia Prætoria.*

SEd ut ad quæſtionem præcipuam deveniamus, ſolum remanet, ut objectio illa diluatur, per quam ab adverſariæ 57

adversariæ opinationis Auctoribus asserit, in casus Recursus emissi per Ecclesiasticos, vi oppressos, nostra Regia Tribunalia non posse cognoscere, nec literas contentionis expedire, ut revelent gravatos, & oppressos, appellationi deferendo, in casibus, in quibus à jure appellatio permissa est: eo quod, ut aiunt, usus hujus Regaliæ in Regno receptus non est, neque unquam in praxim deductus. Et quia in hoc articulo agitur de re gravissima, liceat aliquantulùm immorari.

58 Percontacio quædam videbatur prælibanda, ut clarius procedamus, utrum dubitetur de Regalia, an de modo procedendi in ea? Omnia se negare contraria opinio affirmavit; omnia probare ad nos spectat, ut difficultas absolvatur. Innegabilis enim videtur Regalia subveniendi vi oppressis à Judicibus Ecclesiasticis, in Regnis Hispaniæ per Regia suprema Tribunalia; sed non ita ut de justitia, vel injustitia agatur, sed tantum, ut per viam extraordinariæ defensionis oppresso succurratur. Tradunt hæc gravissimi quidem, ac sapientissimi Doctores, quorum si non dicta, fas sit nomina re-

59 censere, Anfred. *in repet. Clement. de offic. Ord. gloss.* 2. *fallent.* 30. Carol. de Grassal *lib.* 1. *Regal. Franciæ*, *n.* 7. Rebuffus 3. *tom. tit. de appellat. tanquam ab abus.* Montalt. *in Repertor. verbo. Rex. in fin.* Navar. *incap. cum contingat.*, *num.* 1. *col.* 2. *cum seqq.* Gregor. Lopez *in l.* 13. *tit.* 13. *part.* 2. verbo, *Ninfuerça.* Humada Avendaño, Castillo, Aviles, Villalob. Caquer. Olan. Mexia, Joann. Garcia, Covar. Segur. Gutierrez, Babobilla, Azevedo, Simancas, & plures alii laudati per eruditum undique Don Franciscum Salgado de Somoça *de Reg. protect. part.* 1. *cap.* 1. *per tot.* & *de retent. bullar. part.* 1. *cap.* 1. *per tot.* quò loci doctissimè de more hanc Regaliam omni literarum exornatione demonstrat: Cevallos *de cognition. per viam violentiæ*, *in procem. cap.* . *& per tot. tract.* & in *discursu ad Regem*, *in principio*, *tom.* 4. *commun. contra commun. & in eod. tom.* 4. *quæst.* 897. *ex num.* 102. *per plures seqq.* Gabriel Pereyra *de manu Regia*, *per tot. tract.* præcipuè *in prælud. cap.* 1. 2. *& seqq.* Petrus Gonzalez de Salcedo *in celebri tractatu de leg. Politic. in propug. oper. ad princip. & lib.* 1. *cap.* 7. *per tot. cum seqq.* Solorçano *de jur. Indiar. lib.* 3. *c.* 2. *num.* 8. *tom.* 2. *& lib.* 4. *cap.* 26. *& in politic. India. lib.* 5. *cap.* 3. vers. *Lo dicimo*, Don Marius Curtel. *de Immunit. lib.* 2. *quæst.* 14. *per tot.* Castillo *de Tertiis debitis*, *cap.* 9 *n.* 27. Joannes Lopez de Baillo *in just. pro Regia jurisdict. in Episcop. Alguarens.* Narcissus Peralta *de potest. secul. in Ecclesiast.* & alii plures ab ipsis congesti, quos recensere non est necesse, cùm ab istis omnes colligantur, Gabriel Pareja *de univer. instr. edition. tom.* 1. *tit.* 2. *resolut.* 7. *num.* 1. *& seqq.* Ex nostræ Coronæ scriptoribus tradunt Olibanus *in dict. usat. alium namque cap.* 13. *num.* 36. Jacob. Canc. *var. dict. lib.* 3. *cap.* 10. *num.* 45. Joann. Petr. Fontanel. *dict. claus.* 4. *gloss.* 3. *part.* 1. *num.* 8. *& seqq.* 17. *& gloss.* 13. *part.* 3. *numer.* 12 *cum seqq. & decis.* 284. *nu.* 10. *& seqq. tom.* 1. *& decis.* 216. *cum aliquib. seq. tom.* 2. Don Ludovicus Peguera *decis.* 92. *per tot.* Don Acasius Ripoll. *variar. cap.* 1. *& de Regaliis*, *cap.* 11. *per tot.* Portoles ad Molinum, §. *firma*, *nu.* 100. *cum seqq.* Sesse *de Inhibitionibus*, *cap.* 8. §. 3. *& seq.* & in *epistol. ad Regem*, quæ adest *in princ. tom.* 2. *decis. Aragon. & decis.* 114. *per tot. eod. tom.* 2. Cenedo *in collect.* 5. *Decreti*, *num.* 3. *& collect.* 17. *Decretal. num.* 2. *& Canonicar. quæst.* 45. *per tot.* Michael Frances Virrurigoyti *var. cap.* 50. *n* 19. *& 20.* ejus Frater Doctissimus Præsul Baltastrensis, ac Turulensis olim, jam Tirasonensis *tract de comp. jurisd. quæst.* 40. *num.* 32. *cum seqq.* Cortiada plura congerens, *decis.* 2. *num.* 43. *& decis.* 29. *numer.* 111. *cum seqq.* Torreblanca *de jur. spirit. lib.* 15. *cap.* 10. *per tot.* Ex nostratibus dominus Morlà *in emper. tit.* 2. *quæst.* 14. *per tot.* Pater Michael Salon. *tom.* 1 *quæst.* 67. *art.* 2. *contr.* 1. *vers. Ad tertiam de Paulo*, *colum. mihi* 1373. *& controv.* 2. *vers. Ad alia argumenta hæreticum*, *col.* 1375. Pater Joan. Mandariaga *de Senatu*, *& Princ: c.* 39. *num.* 2. infra expendendus, Dominus Leon *decis.* 2. *num.* 14. *& seqq. tom.* 1. Plures alios congessi *tract. de re crimin. contr. ult. num.* 30. *cum trib. seqq. & rursus ex n.* 38. *per plures seqq.* & novissimè Doctissimus Collega *in discurs. histor. & juridic. de instauratione Ecclesiæ Cæsaraugustanæ*, *part.* 3. *n.* 120. *per plures seqq.* Hic est Dominus Don Ludovicus Exea, ex Talayero; cujus eximias Dotes tum nobilitatis, tum litterarum, tum prudentiæ fama prædicat; fremant licet plures, quibus erudita ipsius scripta adversantur.

Hæc defensio extraordinaria non pertinet ad nostrum 60 Hispaniarum potentissimum Regem, & sua suprema Tribunalia, per consuetudinem tantùm; sed jure naturali, divino, & Canonico cujus conclusionis fundamenta tradunt Sesse *in dict. epist. ad Reg. n.* 96. *& seqq. & decis.* 114. *n.* 1. *& seq. & de Inhibit.* 8. §. 3. *n.* 25. *& seqq.* Cevallos *dict. q.* 897. *n.* 136. *& 365 & quæst.* 899. *n.* 112. *& 141. & 158.* & in *prolog. ad Reg. in tract. de via violen. n.* 36. *& seqq.* Salgado *de Reg. protect. part.* 1. *c.* 1. *prælud.* 3. *n.* 79. 95. *& seqq.* Pereyr. *de man. Reg. lib.* 1. *c.* 2. *de consuetud. n.* 1. *& seqq.* Salcedo *in propag oper. de leg. politic. vers. De illis omnibus*, *& l.* 1. *c.* 7. *n.* 12. *& seqq.* Curtel. *d. quæst.* 14. *per tot.* præcipuè *n.* 72. *& q.* 15. *lib.* 2. neque eam negant Pater Suarez, nam ad Regem Angliæ *lib.* 4. *cap.* 34. *num.* 13. ea ratione approbat, & P. Diana *resolut. moral.* 1. *p. tract.* 1. *resol.* 13. *vers. Sed ego*, & alii superius laudati, quibus addendus P. Velazquez *de optim. Princip. lib.* 4. *adnot.* 7. *numer.* 7. P. Marquez *in Gubernat. Christ. lib.* 1. *cap.* 25. *in fin.* qui Divum Hieronimum *in cap.* 22. *super Jeremiam*, adducit dicentem. *Officium proprium Regum esse subvenire vi oppressis.* & ego *d. controvers. ult. ex numer.* 1. quò loci plura cumulavi. Quare in his non immoramur.

Sed quia tota quæstio est, an hoc opponatur Canonicis institutionibus; hanc partem explicandam suscipio Pluribus Canonibus hæc potestas confirmata clarè reperitur, *Cap. Regum* 5. *quæst.* 5. ibi: *Et liberare de manu calumniatorum vi oppressos*, *cap. Principes* 20. *ead. caus. & q.* ibi, *Principes sæculi nonnunquam intra Ecclesiam potestatis adepta culmina tenent*, *ut per eandem potestatem disciplinam Ecclesiasticam muniant. Cæterum intra Ecclesiam*, *potestates necessaria non essent*, *nisi ut quod non prævalet Sacerdos efficere per doctrinæ sermonem*, *potestas hoc impleat per disciplinæ terrorem. Cap. omnes* 36. 7. *quæst.* 1. ibi, *Qui autem negant misericordiam faciendam fugientibus*, *ac necessitatem patientibus*, *ipsum Christum negant. Cap. Maximianus* 2. 23. *q.* 3. ibi: *Non tam sibi ulciscendi causa*, *quam tuendæ Ecclesiæ sibi concreditæ. Quod si prætermisisset*, *non ejus fuisset laudanda patientia. Cap. petimus* 9. 11. *quæst.* 1. ibi: *Quoniam necessitate ipsa cogente*, *liberum sit nobis Rectorem provinciæ secundum statuta gloriosissimorum Principum adversus illum adire. Cap. administratores* 26. 23. *qu.* 5. ibi: *Qui ad Ecclesiarum tuitionem*, *pupillorum*, *ac viduarum protectionem*, *repaciúmque refrenationem constituti procul dubio esse debent*; *quoties ab Episcopis*, *& Ecclesiasticis viris conventi fuerint*, *eorum querimonias attentius audiant*, *& secundum quod necessitas expetierit*, *absque negligentia examinent*, *& diligenti studio corrigant. Cap. Christianis* 12. 11. *quæst.* 1. dum loquitur Gelasius Papa Ezechiæ Comiti, ibi: *Sublimitatis tuæ tuitione vallentur: ne quid illis*, *aut subreptio*, *aut inimica legibus violentia*, *necessitatis imponat. Cap. filiis* 31. 16. *q.* 7. ibi: *Aut Episcopo*, *vel Judici corrigenda denuntient*; *quod si talia Episcopus agere tentet*, *Metropolitano ejus hæc insinuare procurent: si autem Metropolitanus talia gerat*, *Regis*, *hæc auribus intimare non differant. Cap. nos si incompetenter* 41. 2. *quæst.* 7. ibi: *Nos si incompetenter aliquid egimus*, *& in subditis juste legis tramitem non conservavimus*, *vestro*, *ac missorum vestrorum cuncta volumus emendare judicio. Cap. boni Principis fin.* 96. *distinc.* ibi: *Et Dei Sacerdotes honorare*, *atque tueri. Cap. tributum* 22. 23. *q.* 8. ibi: *Quia de exterioribus Ecclesiæ*, *quod constitutum antiquitus est pro pace*, *& quiete*, *quæ nos tueri*,

& defensare debent, Imperatoribus persolvendum est. Cap. quidam Monachi 17. 16. q. 1. ibi: *Igitur sancta Synodus hos primum commoneri, ut exeant à Regia civitate: demum eos invitos deijci, ac inde per defensorem compelli, ut ad sua loca redeant. Cap. fortitudo* 5. 23. q. 3. ibi: *Vel docere defendit infirmos. Cap. non in inferenda* 7. *cod. caus. & qu.* ibi : *Non in inferenda, sed in depellenda injuriâ lux virtutis est. Qui enim non repellit à socio injuriam si potest, tam est in vitio, quàm ille qui facit.* Hæc & alia ex ipsa sacra pagina deprompta cumulavi *d. contr. ult. num.* 1. *cum seqq.* & postquam prælo tradita fuerant, sed nondum in lucem prodita, eruditiore Minerva Dominus Exea *d. part.* 3. *num.* 13. qui *in nat. num.* 416. *cum seqq.* singularia cumulat.

61 Horum jurium tanta vis est, ut Farinacius vir doctissimus *decis.* 10. *num.* 13. *in postb. tom.* 2. dicere coactus sit, non esse pro legibus Canonicis omnino accipienda; quia *Gratianus* non publica, sed privata auctoritate jura hæc in librum *Decreti* contulerit, ita ut quilibet Canon ibi relatus, ex eo tantum quòd in *Decreto* referatur, non habet majorem auctoritatem, quam in proprio loco consistens de sui natura esset habiturus.

62 Quales sint vires hujus solutionis, facilè deprehendi potest, eo quòd statim ipse *Farinacius* affirmat *Decretum* confirmatum fuisse, & authenticatum à Gregorio XIII. tanquam legale: editur enim ut Corpus juris Canonici ab omnibus, ut tale allegatur, & interpretatur publicè, & palam in Academijs, ficque ab eodem Gregorio sæpius nominatur in *Bulla*, quæ adest ad principium ipsius, & nunc dubitabimus de auctoritate illius? Plures allegat Barbosa *in proœm. ad collectaneas Decreti, numero* 3. 4 & 5. tenentes non esse authenticum librum: sed

63 reperiri approbatum, tradit ex Abbate *in c.* 2. *de rescript. n.* 9. *vers. Sed dico*, & bi Felin. *n.* 44. Farin. ex Rota *dict. num.* 13. *in fin. vers. Hoc Gregorius Decimus tertius*, extatque approbatio expressa in *dicta bulla* ipsius Gregorij, ibi: *Hoc juris Canonici corpus.* Et ibi: *libris dicti juris Canonici, sic ut præferatur de mandato nostro recognitis, correctis, & expurgatis.*

64 Si hæc non sufficiunt quominus de authoritate *Decreti* non dubitetur, videamus quomodo auctoritas illius à Doctoribus dubitantibus regulariter. Barbos. *in dict. proœm. num.* 6. ait reperiri quatuor species authoritatum. Primam collocat sanctorum Patrum, quorum testimonia, quamvis ex se vim Canonum non habeant, tamen ex usu Ecclesiæ robur statuti Canonici obtinent.

65 Sic probat, alijs quamplurimis laudatis *num.* 7. eandem dispositionem tradit de decretis Conciliorum, ac summorum Pontificum. Quæ verò ex legibus sæcularibus, vel Auctoribus profanis collecta sunt per Gratianum, non habere auctoritatem Canonicam tradit. Investigemus nunc quorum sunt præfata decreta, *Cap. Regum*, est Divi Hieronymi super Ieremiam, *c.* 22. Cap. *Princeps*; sancti Isidori *lib.* 3. *de summo bono, cap.* 23. Cap. *Maximianus*, sancti Augustini ad Bonifacium, *epist.* 50. Cap. *fortitudo*, & Cap. *non in inferenda*, Divi Ambrosij *lib.* 1. *de offic. cap.* 27. & 36. Ob quod jura hæc tanquam san-

66 ctorum Patrum ex longa Ecclesiæ consuetudine sic acceptantis, & publicè legi volumen hoc *Decreti*, permittentis, robur statuti Canonici obtinere resultat. *Cap. administratores*, est Joannis Pap. VIII. *Cap. omnis*, Pelagij II. *Cap. Christianis*, Gelasij Pontificis. *Cap. nos si incompetenter*, Leonis IV. *Cap. boni Principis*, Marcelli Pontificis. *Cap. tributum*, Vrbani Papæ, atque adeo ejusdem auctoritatis. *Cap. petimus*, est Concilij Carthaginensis .. *c.* 8. Cap. *filij* Concilij Toletani 9. *c.* 1. Cap. *quidam Monachi*, Concilij Calcedonensis *cap.* 23. & sic auctoritate Canonica non carent. Quare clarè sequitur cognitionem hanc removendi violentias, ne perturbationes sequantur, casu quo aliter succurri non possit, juris Canonici decretis fundari, & non ad Regem deferri per solam consuetudinem. Et quod magis est;

67 expressè approbata reperitur per summum Pontificem Martinum V. in bulla relata per Guid. Pap. *decis.* 1. & 8. Sesse *de inhibit. cap.* 8. §. 3. *numero quadragesimo octavo*, Cevallos *de via violent. in proœm. cap.* 10. *numero trigesimo sexto*, Salgado *de protection. pag.* 1. *cap.* 1. *prælud.* 5. *numero* 291. qui duo posteriores eam ad literam tradunt. Adest etiam nostra sententia pluribus *Rotæ Romanæ* decisionibus illustrata, ut tradunt Lancellotus *de Attentat. part.* 2. *cap.* 4. *limit.* 1. *numer.* 36. *cum seqq. & declarat.* 4. *numer.* 36. Sesse *dict.* §. 3. *numero* 109. & *seq. & in dict. epist. ad Reg. num.* 96. Salgado *dict. prælud.* 5. *numer.* 144. *cum seqq.* Graffis, Marquez, Ricc. Rugin. & alij laudati per Salced. *in propug. ad libr. de leg. politic. in fin.* dominus Leon *dict. decis.* 2. *numer.* 23. quas non negat Farin. *dict. decis.* 10. *numero vigesimo septimo.* Plura recenter addit Dominus Exea *dict. part.* 3. *numer.* 140. *in not. numer.* 481.

Ad dispositiones Canonicas pro contraria parte ad- 68
ductus respondent eleganter *Cevall. Percyr. Salg. Torreblan. Salced. Cartelli.* & alij superiùs laudati, eo quod intelligendæ sunt, de cognitione propria, & rigorosa, dum agitur de justitia, vel injustitia partis, atque ordo juris servatur; jurisdictio propriè exercetur in Ecclesiasticos, vel eorum res: Nos autem loquimur dum via facti succurritur vi oppresso ad relevationem injuriæ sibi illatæ media oppressione, & violentia: quare in his non immoramur.

Neque obstabit *dict. decis.* 10. apud Farin. *in postb. tom.* 69
2. nam tota illa decisione ad amussim examinata, magis sententia nostra comprobatur, eo quod, ut ipse declarat, quod *Rota Romana* per illam improbavit, est cognitio judicialis, inhibitio, & similia procedimenta juridica, ut patet ex dictis per eundem *num.* 16. ibi: *Caterum respectu personarum Ecclesiasticarum, Dominis valde displicuit hæc firma juris: considerabant enim quod in firma obtenta à procuratore Pauli dicebatur, quòd firma juris vigore fori locum habebat in omni casu: cum tamen nullus ex Doctoribus allegatis pro defensione ipsorum Recursum auderet asserere tam generalem facultatem, sed eam restringeret, vel ad casum negligentiæ judicis Ecclesiastici, vel ad casum violentiæ, & oppressionis.* Et *n.* 27. ibi: *Has tamen decisiones domini intellexerunt habere locum, quando quis recurreret ad simplex auxilium laicorum, ut de facto defenderetur à gravamine, & vi illata.* Cum autem Rex, & ejus suprema Prætoria non cognoscant judicialiter de causa aliqua Ecclesiasticorum, 70
intromittendo se in cognitionem juris, aut generaliter se interponendo in causis Ecclesiasticis, sed dumtaxat de facto vim repellendo, ne sequantur scandala, inde est, quòd dicta *decisio* non improbet nostram praxim, neque hanc cognitionem extraordinariam, quam Rex impartitur, ut miseris & oppressis succurratur.

Et ut ad specialia nostri Regni deveniamus; defensio 71
hæc, aut extrajudicialis potestas, non est ita incognita, ut absque dispositione *fori* reperiatur inducta, & comprobata. Ad quod probandum expendo *forum*, à nemine ex nostratibus quoad hoc perpensum *in cap. unic. in extravag.* que los fermants de dret, *fol.* 87. quem licet adducat dominus Leon *dict. decis.* 2. *n.* 19. tamen non in terminis expendit: ait itaque fol. ibi: *Y a V. M. y preheminencia Real, y a sos Officials en loch. de aquella ses guarda provehir, y vedar no sia feta força, è violencia sobre la dita possessio.* Id est: *Et ad vestram Majestatem, & supremam Regiam potestatem, atque ipsius Officiales loco ejusdem, spectat prohibere, ne vis fiat, aut violentia inferatur in dicta possessione.* Textus iste non loquitur de alijs causis, quam possessorijs, si prima fronte aspiciatur, sed si anima illius (quæ ratio est, ut dixi *c.* 1. §. 2. *n.* 26.) perpendatur, dubitari non potest procedere in quacunque causa, in qua violentia reperiatur: nam à ratione naturali dimanat, ut 72
is apud quem suprema potestas reperitur, oppresso auxilium tribuat: & sic sicut in interdicto possessorio, ne partes veniant ad arma, Rex se interponit, sic violentia illata, ne sequantur scandala, & turbationes in Republi-

ca,

te, Rex poteſt, & debet auxilium ſuum impartiri: atque adeo ex identitate rationis, ſub hac diſpoſitione comprehenditur quidquid reſpiciat ad vitandas violentias, & appreſſiones, atque ſcandala removenda. Et ſic in terminis inferunt ex poſſeſſione ad cognitionem per viam violentiæ, Cenedo *dict. quæſt.* 45. *num.* 15. *verſ.* 73 *Quemadmodum*, Seſſe *in epiſt. ad Regem, n.* 112. ibi: *Y eſta coſtumbre immemorial no ſe concluye en las cauſas poſſeſſorias, ſino tambien en qualeſquiera otras cauſas donde ſe cometiere fuerça.* Sic enim interpretantur bullam Martini V. omnes Doctores ſuperius laudati *n.* 67. ſignanter Salgado *d. prælud.* 5. *n.*298. & ex his ad retentionem bullarum omnes DD. rationem ſumunt, ut probat idem Salgado *de retent. par.* 1. *c.* 1. §. *unic. n.* 1. *& ſeqq.* Torreblanca *c.*10. *n.*60. *& ſeq.* & expreſsè noſter doctiſſimus dominus Morlà *d. quæſt.* 14. *num.*9. Et ratio eſt: regalia ad Regem pertinens conſiſtit in propulſatione violentiæ, atque poteſtate obviandi quæcumque nociva ſint publicæ tranquillitati, ſicque nulla diſtinctio reperitur, an hæc proveniat ex denegata appellatione, ab executione literarum per ſubreptionem obtentarum, vel ex turbatione poſſeſſionis, atque adeo dum violentia adſit, *fori* ratione comprehenditur, & ſine dubio Regaliæ effectus intrabunt.

74 Neque obſtabit ſi dicas, hanc diſpoſitionem *fori* eſſe contra libertatem Eccleſiaſticam, decreta *Concilii Tridentini*, & bullam *Cœnæ Domini*, & alias plures conſtitutiones Apoſtolicas; Nam ad hæc omnia ſatis ſuperque reſpondent Cevallos, Salcedo, Torreblanca, Curtel. Solorçano, & Salgado *ubi ſupra*, ſignanter iſte *dict. prælud.* 5. *num.* 222. *cum pluribus ſeqq.* ubi plures, & plura. Quibus addi poteſt, quòd *fori* noſtri habent vim Canonis Provincialis, eo quod fiunt in Curia de conſenſu ſtatus 75 Eccleſiaſtici, ut dixi *cap.* 1. §. 2. *num.* 30. *cap.* 3. §. 1. *numero* 45. *& ſeq. & cap.* 5. §. 1. *numer.* 25. qui quidem *fori* non ſolùm non improbantur à Sede Apoſtolica; ſed quia de conſenſu ſtatus Eccleſiaſtici fiunt, expreſsè approbari ſolent à ſummis Pontificibus, ut expreſsè habetur in *bullis* Pii V. & Gregorii XIII. de quibus Seſſe, & dominus Vico *ubi ſupra*, *numer.* 10. ibi: *Quodque juxta conſtitutiones, & ſtatuta Regni Aragonum.* Et ibi: *In conſtitutionibus, & ſtatutis Coronæ Regnorum dominiorum Aragonum.* Ob quod dicendum eſt, hanc defenſionem non ſolum non eſſe ignotam, ſed forali diſpoſitione fultam, atque Canone provinciali confirmatam reperiri.

76 Quæ quamvis adeo clara non eſſent, obſervantia ſubſecuta interpretanda ſunt; nam nullatenus ambigendum eſt, apud nos uſu receptam eſſe ſimilem defenſionem, eo quod, præterquam talis eſt conſuetudo generalis totius orbis Chriſtiani, de qua teſtantur plures relati à Cenedo *dict. quæſt.* 45. *num.* 40. & Salgado *prælud.* 5. *num.* 159. & totius Hiſpaniæ, de qua relati per eumdem Cenedo *num.* 27. & Salgado *num.* 159. *cum ſeqq.* ſub quibus Valentiæ Regnum comprehendi in dubio non eſt: de eodem Regno teſtantur dominus Morlà *dict. quæſt.* 14. (nam atteſtando de communi conſuetudine, non eſt credibile de Valentiæ Regno dubitaſſe; nam in 77 eo, *Emporiis juris* librum eruditiſſimum ſcripſit, & edidit, dum celeberrimus cauſarum Patronus exiſtebat, ſi enim conſuetudo deficeret, utique notaret, ac per conſequens generalem conſuetudinem comprobando, idem eſt ac ſi expreſsè de conſuetudine Regni loqueretur.) Pater Michaël Solon (etiam in Regno ſcripſit) antiquiſſimus, ac celeberrimus noſter Belluga *rub.* 11. §. *videndum*, *num.* 17. *& §. dubitatur*, *num.* 15. *& ſeqq.* qui addendus Cevallos *comm. contra comm. tom.* 4. *ad finem operis*, nam poſtquam catalogum plurimorum Theologorum, ac Juriſconſultorum ſuam ſententiam probantium tradit, ait acceſſiſſe cenſuram, de qua in *principio operis*. Hæc, ut patet, in prima editione Salmanticæ anni 1613. fuit facta per doctiſſimum dominum Chriſtophorum Monterde, noſtri Senatus meritiſſimum Senatorem, cujus doctrina apud Salmantinam Academiam inter illuſtriores habita fuit: in laudem ipſius aliqua cumulavit don Acaſius Ripoll. *variar. c.*8. *n.*156. ibi: *Ex eminentiſſimis Hiſpaniæ Juriſconſultis*: ſicque opus Hieronymi Cevallos probando, doctrinam ipſius probavit & ſubſcripſit.

Nec diſſentit dominus Leon *dict. deciſ.* 2. *num.* 14. quo 78 teſtatur de conſuetudine; nam indiſtinctè loquitur, affirmando ſe vidiſſe pluries obſervari. Et quamquam argui poſſit, eo quod ibi tantum loquatur de Judicibus delegatis, non verò de Ordinariis Eccleſiaſticis, quia de citatione ad bancum Regium diſputat, quæ non extenditur ad Ordinarios: Reſponderi poteſt in primis, quòd jura indiſtinctè loquuntur, nec ratione privilegii, aut naturæ juriſdictionis Eccleſiaſticæ; ratio diſparitatis dari poteſt, per quam facilius quæratur aliqua poteſtas, quoad delegatos, & non quoad Ordinarios, vel è contra. 79 Imò delegati, in rebus pertinentibus ad cauſam ipſam delegatam, ſuperiores ſunt ipſo Ordinario, & cauſæ æqualiter ad juriſdictionem Eccleſiaſticam ſpectant, & obſervatum in una ſpecie, conſervat jus, atque poteſtatem quoad aliam; nam dato quod Dominus Rex non fuiſſet uſus hac Regalia ad tollendas oppreſſiones in una ex ſpeciebus prædictis, tamen poſſeſſio, & uſus extenditur ad aliam, quia quando adeſt jus, & cauſa univerſalis, per uſum partis conſervatur jus in toto, & tunc conſuetudo in una ſpecie extenditur ad alios caſus ejuſdem generis: Bald. *in l.* 2 *verſ. Sed nunquam, C. de ſervit. & aqua*, Abbas *in cap. dilecti, de arbitr.* Paul. Caſtr. *in l. Imperator, ff. de jur. omn. jud.* Anton. de Butr. *in cap. fin. de cauſ. poſſeſſ. & propriet.* pluribus Salgado *dict. cap* 1. *prælud.* 3. *num.* 124. *& part.* 3. *cap.* 10. *n.* 112. *cum ſeqq.* latiſſimè Caſtillo *de Tertiis, cap.* 33. *num.* 9. *& ſeqq.* præcipuè dum agitur de conſuetudine juris, ut hìc; nam per uſum in parte conſervatur jus in toto, ut ex text. *in l. univerſa via, ff. de ſervit. ruſtic. prad.* Gratian. Ruino, Decio, Garcia, & aliis probat idem Salgado *dict. cap.* 10. *n.*119. Sed apud nos non eſt neceſſaria applicatio hujus doctrinæ, cum conſuetudo adſit in utraque ſpecie, relevandi vi oppreſſos à violentia illata, tam per Ordinarios, quàm per delegatos.

Ad cujus rei cognitionem præmittendum eſt, juxta 80 omnes doctrinas ſuperiùs traditas, quod Regaliæ uſus conſiſtit in hoc tantum, ut violentiæ removeantur; nam nunquam Rex, aut ejus ſuprema Tribunalia quærunt, quod contentio admittatur; hoc enim medium eſt ad conſequendum, quod violentiæ evertantur; ſed tantum, quod oppreſſio auferatur; & caſu quo de hoc Eccleſiaſticus dubitet, per contentionem dubium terminetur. Si enim Rex ſe habet tanquam defenſor, & extrajudicialis adjutor ipſius oppreſſi; dum ipſum ab oppreſſione liberat, conſequitur finem.

His poſitis, Ordinarius Eccleſiaſticus negare non po- 81 teſt, pluries obſervatum fuiſſe in noſtro Senatu citare ad bancum Regium, pro relevando oppreſſo à violentia illata per delegatos. Negare etiam non poteſt, literas expeditas, & ſibi injunctas fuiſſe, quibus monebatur, quod appellationi deferret, captum liberaret, vel excommunicatum abſolveret, aut à procedimentis deſiſteret, & in caſu hæſitationis contentionem firmaret, quibus factis, ceſſarunt querelæ oppreſſi ad Senatum recurrentis: ſicq; finem conſequutus fuit, nempe oppreſſi ſubventionem. Et 82 quamquam anno 1646. diſtulit acceptare contentionem ſuſcitatam, ob recurſum emiſſum per Beneficiatos Eccleſiæ Parochialis Divi Nicolai hujus Urbis, quos carceratos habebat: *id* non fuit eo quod de Regalia dubitaretur, ſed quia Senatus certior factus fuit ipſos deliquiſſe, & eo ipſo, quòd Regio Senatui extrajudicialiter conſtitit de crimine ipſorum, procedimenta ceſſarunt: nam extante crimine, ceſſabat violentia, & Rex non tenebatur auxilium impartiri. In caſu appellationis interpoſitæ à ſententia lata adverſus Clericos ſæculares, & ad favorem

favorem regularium Vrbis, de qua controverſum fuit anno 1653. expeditæ fuerunt literæ contentionis, ad in-
83 ſtantiam Clericorum, eo quod Ordinarius Eccleſiaſticus appellationi non detulit quoad ſuſpenſivum, & ipſis monebatur quod appellationi deferret, quoad utrumq; effectum, aut contentionem firmaret, negavit contentionem, ſed ſuſpenſa fuit executio ſententiæ, uſque dum literæ Judicis ad quem injunctæ fuerunt, & adhuc ſuſpenſio durat, ut notum eſt: ergo relevata fuit violentia illata ob denegatam appellationem, quoad ſuſpenſivum. Hoc anno 1654. Syndicus Capituli recurſum emiſit in
84 mea Aula, ob denegatam appellationem cujuſdam inter locutoriæ promulgatæ in cauſa dominæ Angelæ de Tapia; de violentia non conſtitit, quia rectè, & ritè judicaſſe Ordinarium apparebat, & ſic denegatæ literæ fuerunt.
85 Eodem anno quidam Canonicus recurſum emiſit à quadam deliberatione Capituli, qua certas impenſas fieri decreverat contra conſtitutiones (ut aſſerebatur) ipſius almæ Sedis: & quamvis de fumo injuſtitiæ apparebat, quia de violentia non conſtabat, & facilis erat aditus Ordinarii, ad quem cauſa adhuc delata non erat, denegatum fuit remedium: per hæc enim decreta, Regalia lædi non poteſt; imò modus procedendi juſtificatur, eo quod ceſſante violentia, Senatus abſtinet à procedimentis. In cauſa anni 1645. in qua Ordinarius Eccleſiæ Segobricenſis, tanquam delegatus procedebat contra
86 Collegas perpetuos inſignis Collegii Corporis Chriſti (opus ſane mirandum, ac dignum ſui conditoris) non diſceptabatur de Regalia, ſed de forma procedendi cum Ordinario, quando in cauſa ſe habet tanquam delegatus. Hoc enim dubio ſuſcitato, effectus ſententiæ per quam gravabantur ceſſarunt, ejus executione ſuſpenſa, uſque in hodiernam diem, ſicque ex iſtis facti ſpeciebus tantum obeſt, quod finis Regaliæ ſubvertatur, ut per ipſos obtentum fuiſſe clariſſimè appareat.
87 Anno 1647. dum fiſci Patroni munus gerebam, ſuſcitata fuit contentio Petri Martinez, qui adeo at Regiis carceribus mancipatus, de ordine, & ſub poteſtate Ordinarii Eccleſiaſtici (nam in rebus gravioribus auxilium Brachii ſæcularis implorando pro ſecuritate carcerati, hoc medio uti ſolet) ex pluralitate delictorum, & inveterata delinquendi conſuetudine, juriſdictio Regia credebat ad ſe cauſam pertinere. Expeditæ literæ fuerunt, & antequam Eccleſiaſticus denegaſſet contentionem, collatio aſſignata fuit de conſenſu utriuſque in loco communi, nempe in æde Divi Jacobi, adfuerunt pro juriſdictione Eccleſiaſtica Reverendus D. D. Hiacynthus Minuarte Epiſc. Maronenſis, & Doct. D. Petrus Martinez Rubio, tunc Vicarius generalis hujus Metropolis, nunc verò ſacræ Rotæ Romanæ Auditor. Pro juriſdictione Regia Magnificus Dominus Jacobus Garcia, tunc Senator eximius Aulæ criminalis, & ego. De communi conſenſu utriuſque juriſdictionis res delata ad Principem fuit, & per Supremum reſcriptum, contentionem admittendam eſſe, utraque parte informante; nam allegationes juriſdictionis Eccleſiaſticæ editæ fuerunt, & pro Regia ego de jure allegavi, quarum una cujuſque typis mandata fuit, alia verò privatim tranſmiſſa, quarum copia penes me eſt. Antequam reſcriptum ad nos perveniret, reus aufugit à carceribus, quo extincta fuiſſet contentio, etiamſi formata reperiretur, atque adeo, neque ad rem facti ſpecies hæc eſt, neque tunc actum fuit de cognitione per viam violentiæ.
88 Sed ne conſuetudo cognoſcendi in dubium revocetur, antiquioris ævi, ac præſentis aliquæ contentiones memorandæ ſunt. Per Cancellarium Ægydium Roda fuit declaratum procedere recurſum emiſſum, per Moniales Divæ Teclæ Ordinis ſancti Auguſtini ſub juriſdictione Ordinarii, ad Regiam Audientiam ob denegatam appellationem, anno 1580. vel circiter, eſt in *libro ſententiarum ejuſdem fol.* 133. *pag.* 2. Cauſa poſſeſſoria Beneficii poteſt pertinere ad Judicem ſæcularem, dum agitur de quæſtione facti, ut juriſdictio Eccleſiaſtica fiat; ſed non poteſt tractari de ea, niſi inter Eccleſiaſticos. Cauſa autem proprietatis pertinet omnino ad Eccleſiam, & nihilominus idem Cancellarius in cauſa Magiſtri Gaſparis Abad, pronuntiavit media contentione, quòd Eccleſiaſticus non poteſt agere de proprietate, niſi finito poſſeſſorio, & ſic admiſſa fuit contentio in ſpectantibus ad judicium proprietatis in cauſa beneficiali inter Eccleſiaſticos. 89

Anno 1563. die 30. Auguſti fuit declarata contentio 90
per Cancellarium Carolum Domenech (hujus enim ſententiæ, ſunt antiquiores, quas habemus, quare allegari non poſſunt ante eum, nec quid certum affirmari) ſuſcitata inter Syndicum villæ de Alzira, & Regii Fiſci Procuratorem ex una, & Rectorem, ac Vicarium villæ de Carcaxent ex alia, eo quod Jurati de Alzita compellere intentabant prædictos Rectorem, & Vicarios, quòd cum pluviali, & cruce ad proceſſiones irent certis diebus, quod inter Eccleſiaſticos, & de re Eccleſiaſtica ſine dubio eſt Anno 1613. die 20. Julii fuit emiſſus Recurſus ad Regiam Audientiam per fratres Cœnobii Divæ Monicæ, eo quod ad inſtantiam Cleri Parochialis Salvatoris mundi excommunicari verebantur, quia extra clauſtra proceſſionaliter exierant; & quamquam Curia Eccleſiaſtica, ſic ait in ſuis literis, ibi: *Per ço que les perſones que entrevenen en eſta cauſa ſon Eccleſiaſtiques, per que ſon lo Prior, y fraeres de Senta Monica* ex una, *y lo Clero, y Capellans de ſent Salvador* ex alia parte, *y tractas de proceſſons Eccleſiaſtiques, en les quals* licet ſecundariò *aſsistixquen la confraria, y Confrares del Angel Custodi*, nihilominus *ſon coſes eſpirituals, &c.* Tamen cum eiſdem literis admiſſa fuit contentio, & nominatus Arbiter, dat. die 11. Septembris ejuſdem anni.

Diebus 3. Septambris, & 3. Octobris 1653. expedi- 91
tæ fuerunt literæ contentionis in Regia Audientia, pro prima, & ſecunda monitione, directæ ad Epiſcopum Oriolenſem, in cauſa Petri Maſcò Subdiaconi ob denegatam appellationem, aliaſque oppreſſiones. In cauſa mixti fori, dum præventa eſt juriſdictio per Ordinarium Eccleſiaſticum, jam ita radicata juriſdictio reperitur, ut perpetua cenſeatur, & ſilere faciat alterius juriſdictionem, ut pluribus relatis probant Farin. *q.* 7. *n.* 52. *& ſeq.* Tondut. *de prævent judic. p.* 1. *c.* 1. *n.* 17. *& ſeq.* Judex Eccleſiaſticus apud nos, ſolum per cenſuras procedere poteſt verſus laicos in his criminibus, ut latiùs *infrà* dicam; & tamen appellationem admittere debuiſſe fuit declaratum in cauſa Joſephi, & Michaelis Montaña die 20. Junii 1640. atque adeo admiſſa contentio fuit, ob denegatam appellationem in cauſa radicata penes Eccleſiaſticum. Me exiſtente Fiſci Advocato, fuit admiſ- 92
ſa contentio per Ordinarium Oriolenſ. in qua obtinuit Regia juriſdictio, ob gravamina illata in Doctorem Jacobum Serra Presbyterum, qui excommunicatus, carceratus, & accuſatus erat in Curia Ordinarii ipſius, eo quod declinatoriam fori non renuntiabat in lite, quam verſus eum ducebat Syndicus Capituli Collegialis Alonenſis. Factum hoc notorium fuit, & adhuc reſervatur allegatio typis mandata pro ipſo Doctore Serra, qui accuratè defenſionem propriam exaravit. Declaratio hæc fuit facta ad favorem Regiæ juriſdictionis, die 4. Januarii 1650.

Nec ſolum privati Eccleſiaſtici hoc ſaluberrimo re- 93
medio utuntur, ut ab oppreſſione, & violentia liberentur, ſed Capitula Eccleſiarum, tam Cathedralium, quàm Collegiatarum, Prælati, & Ordinarii Eccleſiaſtici, eo remedio non ſemel fruuntur. Nonne adhuc pendent cauſæ ſuſcitatæ per Vicarium Generalem Segobrif. ratione Canonicatus doctoralis, de quo per Epiſcopum proviſus reperitur, eo quod alii duo proviſi etiam ſunt per Capitulum, & Sedem Apoſtolicam, quæ pendent coram Domino Arquez: Anno 1647. emiſſus fuit Recurſus per Guardianum & fratres Diſcalceatos S. Franciſci Cœnobii

bij villæ de Vinaros à publicatione cenſurarum proviſa per Ordinarium Dartuſenſ. ad inſtantiam fratrum Conventus ſancti Auguſtini ejuſdem Villæ, ſub invocatione ſancti Elmi, ſuper præcedentia in proceſſionibus, & alijs functionibus Eccleſiaſticis, quæ ducebatur coram Domino Calahorra, & poſtea causâ videndi, & recognoſcendi, ad Supremum tranſmiſſâ, & cum votis ipſius de-
94 ciſa. Die 21. Aprilis 1646. Expeditæ fuerunt literæ contentionis in Senatu, ad Ordinarium Eccleſiaſticum, ob denegatam appellationem interpoſitam, à publicatione cenſurarum per Magnificum Doctorem Thomam Simancas, tanquam Aſſeſſorem Judicis Conſervatoris Ordinis Divi Joannis Hieroſolymitani, & licèt cauſa non fuerit proſequuta, non evènit, eo quod de Regalia dubitaretur, ſed quia conſtitit non habuiſſe juriſdictionem Conſervatorem prædictum, in procedimentis, de quibus agebatur.

95 Hæc & alia plura exempla adduci poſſunt ad comprobationem conſuetudinis, quam per traditionem noſtrorum Majorum infallibilem habemus, ipſámque atteſtantur graviſſimi, atque doctiſſimi Viri, tam virtutum, quàm nobilitatis ſplendore conſpicui. Illuſtriſſimus dominus Don Chriſtophorus Croſpi de Valdaura noſtræ Vrbis, & Regni honor, ac decus, Monteſianæ militiæ Claviger, atque Aſſeſſor generalis, & Vicecancellarius meritiſſimus noſtræ Coronæ, hanc praxim & conſuetudinem obſervatam vidiſſe aſſerit. Nobilis dominus Don Petrus Villacampa, & Pueyo, ejuſdem militiæ teſſera inſignitus, ac ſacri ſupremi Aragonum Concilij meritiſſimus Regens, ſe obſervaſſe teſtatur, dum Fiſci patroni munus geſſit in noſtro Senatu in cauſa Beneficiati, ob denegatam appellationem per Ordinarium Dertuſenſ. Dominus don Joannes Hieronymus Blaſco, Regens noſtram Cancellariam, ſæpius coram me dum vixit aſſeruit, diſtinctionem uſu receptam, nempe procedendi cum Ordinarijs in cauſis Recurſus per viam contentionis, & cum delegatis per viam citationis. Deceſſit enim anno 1653. fuitque poſt plurimos praxis annos ad Senatoriam dignitatem evectus anno 1606. ſicque togam induit per quadraginta, & ſeptem annos. Omnes denique qui hodie Senatorum ſedes occupamus, hanc praxim atteſtamur, cum ea omnes ingredimur forum, ex profeſſo de his tractando, cui ſtandum ſit, facilè apparet; ſignanter animadverſo, quòd per quadraginta annos, & amplius Vicarij generales exteri adfuerunt, dempto tempore Sedis vacantis, ac per conſequens non mirum, quòd ea ignoretur ab ipſis; nam apud nos, non ita frequenter hujus remedij uſus habetur, ſicut in alijs Regnis, nam Senatus non facilè literas concedit, ſed omni circumſpectione adhibita, & conſtito clarè de facto, & violentia, quando aliter ſuccurri non poteſt: ob quod obſervantia negari nequit, nam ea probata reperitur tot annorum uſu, atque tot cauſarum contentionibus admiſſis. Neque eo quod caſus ſpecialis contingat, de quo exemplum non reperiatur omnino adæquatum, de conſuetudine eſt ambigendum: nam cauſæ non ſunt conſiderandæ in concreto, impoſſibile ferè eſt, ut deciſio cujuslibet reperiatur, ſed in abſtracto, & ſic in ſimili tradita ſpecificè obſervantia eſt. De quo modo procedendi, per contentionem ſcilicet cum Ordinarijs, juxta Concordiam, tradunt Oliban *de jur. fiſci, c.* 11. *n.* 56. *&* *c.* 13 *n.* 39. *&* 40. Cortiada *deciſ.* 19. *n.* 122. Præſul Urrutigoyti *de compet. q.* 2. *n.* 13.

96 Sed dices, remedium Concordiæ non eſſe opportunum ad ſublevandos oppreſſos: & fatebimur, attenta juris diſpoſitione rigoroſa, eo quod tunc non contenditur de juriſdictione, ut innuit Hieronymus Cevallos *de cognit. per viam violent. part.* 1. *gloſſ.* 6. *n.* 48. qui opinionem *Fontanellæ* reprobat, licet neque doctrinam bene percipiat, neque modum nominandi Arbitros juxta Concordiam intellexiſſe videatur, Sed de urbanitate, & æquitate, quia favorabilior via eſt ipſi Eccleſiaſticæ juriſdictioni, ſic uſu receptum eſt apud nos, ut apud Catalaunos, deductum ex illa generali concluſione, quod quidquid agendum ſit cum Ordinario, fiat per Concordiæ viam, & hoc non ſine ratione; nam cum Judex Eccleſiaſticus moneatur in literis, quod à violentia deſiſtat, ipſe ſemper reſpondet ad Regia Tribunalia non ſpectare de rebus Eccleſiaſticis curare, data enim violentia intrat effectus Regaliæ, ac ſupremæ Principis poteſtatis per modum 97
defenſionis extrajudicialis, ſicque adeſt cauſa circumferens poteſtatem ad Regem; nam violentia illata per Eccleſiaſticum, eſt cauſa ſufficiens ad circumferendam hanc extraordinariam poteſtatem, ex politica, & œconomica Diademati inhærente, ut in terminis tradunt Seſſe *in dict. epiſtola ad Regem, numer.* 77. ibi: * *Porque la fuerca es la cauſa preexiſteneque debuelve la juriſdicion.* idem. Seſſe *de Inhibit. capit.* 8. §. 3. *numer.* 62. Avendanno *de exeq. mand.* 1. *part. cap.* 1. *num.* 32. Salgado, *dict. prælud.* 3. *mon.* 90. *in fin. verſ. Cui conſentit*, ibi: *Et quod dicunt*, juriſdictio, *intellige* poteſtas, & cognitio extrajudicialis *abſque umbra juriſdictionis, ſed dumtaxat de facto* Similiter explicat Salcedo *de leg. politic. lib.* 2. *c.* 13. *num.* 88. Ex quo deſumitur efficax ratio, ad hoc ut con- 98
tentio nunquam denegari poſſit. Eccleſiaſticos fatetur eſſe plures cauſas circumferendi juriſdictionem ad laicum Judicem, etiam inter Eccleſiaſticos: ergo ad hoc ut cognoſcatur an talis cauſa adſit, tenetur acceptare contentionem; nam cùm plures ſint cauſæ, non eſt facile abſque ea cognoſcere, quod omnes ceſſant. Favor enim Eccleſiæ in hoc clariſſimè apparet, nam ut diximus, antea expediebantur omnia per ſolum Judicem ſæcularem, citando Eccleſiaſticos ad bancum Regium: per viam autem contentionis cognoſcit Eccleſiaſticus ſimul cum laico, per judicium Arbitrorum, & caſu diſcordiæ, Cancellarius, qui Eccleſiaſticus eſt, ac per conſequens favore Eccleſiæ introductum fuit, ut ſuperiùs probavi.

Nec te moveat dictum Patris Joannis Mandariaga *de* 99
Senat. & Princip. cap. 39. *num.* 2. aſſerentis Regios Cancellarios noluiſſe admittere Recurſum cujuſdam Clerici: nam præterquam quod non adfert rationem ſcientiæ (quam tradere debuit, cum non eſſet de Regio Concilio, nec aſſerat audiviſſe ab aliquo ex Regijs Conſiliarijs) quamvis ſupponamus vidiſſe Recurſus libellum rejectum; id poterat contingere, quia non conſtabat de oppreſſione, quod quotidie accidit. & non eſt cauſa ſufficiens, ut Regalia dicatur amiſſa. Et contrarium reſultat ex ſuperiùs dictis: demum ipſe fatetur non eſſe abſolutè prohibitum hoc remedium per jus Canonicum, neque per bullam Cœnæ Domini, imò tradita forma procedendi legitimè, monet Regios Conſiliarios, quod in ſupremis Curijs de hoc tantum agere permittant: quod utique fit; ac per conſequens ipſe Pater Mandariaga pro noſtra ſententia eſt.

Thomas Delbene *de Comitijs, dub.* 4. *ſubſect.* 2. *num.* 8. 100
ſimpliciter refert dictum ipſius *Patris Mandariaga*, ſed cum ipſe externs ſit, non poteſt aliquid comprobare ad obſervantiam iſtius Regni ſpectans. Et lapſus ipſius clarè colligitur eo quod allegavit, quod ad ſuam ſententiam fundandam prodeſſe judicavit, tacito eo, quod immediatè ſubſequitur, quod utique ſilentio omittere non debuit, ſed argumentum diſſolvere quod deſumitur ex eodem loco: ac denique magis ſtandum eſt dictis *domini Morlà*, ac *domini Leon*, qui Senatores fuerunt, ac *Patris Michaëlis Salon*, qui Cathedram Theologiæ per plures annos moderatus fuit in noſtra Academia, quàm *Patris Mandariaga* Monachi Carruſienſis, ab omnibus fori negotijs in ſacro illo eremo abſtracti, atque exteri illius, ad quos non incumbebat habere ſcientiam explicitam, & certam harum rerum. Nec argui poteſt, eò quod Cevallos decem Provincias, hac praxi utentes enumerans, Valentiam omiſerit, nam ut ipſe fatetur, hæc defenſio uſu recepta eſt in Aragonia, & ex eo quod

Salcedo

Salcedo dum enumerat provincias, de Aragoniis non loquitur, *de leg. polit. lib. 1. c. 8. n. 68.* inferri non valet, quod in illo Regno usu recepta non sit.

101 Minus obstare poterit consideratio quædam deducta ex traditis per dominum Leon *d. decis. 2.* dum *n. 35.* affirmat, rationem, ob quam Senatus tenuit non esse admittendum Recursum in casu illius decisionis, esse, quòd facilis aderat aditus ad supremum Tribunal sanctæ Inquisitionis, quod adest in villa Matriti. Cum autem ibidem adsit Nuntius Apostolicus, qui potest adiri ad relevandam violentiam, non esse necessarium inferunt, ut Regia Tribunalia hanc cognitionem extraordinariam admittant, nam subsidiaria est in defectum remedii Ordinarii.

102 Hoc argumentum desumptum est (licet tacito auctore) à Patre Joanne Azor. *in sum. instit. moral. prima part. cap. 14.* adducto per Hieronymum Cevallos *comm. contra comman. tom. 4. quæst. 1. alias 89. num. 327.* cum respondit *num. 329.* & in *discursu ad Regem. num. 99.* tradendo, quod supremi Judices non cognoscunt principaliter, neque incidenter de causis Ecclesiasticis, neque impediunt jurisdictionem Superiorum, neque imperant, quod oppressus non recurrat ad Pontificem, vel ad ejus Nuntium Apostolicum, nec vidisse simile mandatum; sed solum Christiano zelo intendunt vim repellere, ne leges violentur ob falsam relationem, ne privilegia abrogentur, ne suprema hominum judicia executioni tradantur. Quæ, & alia adducit *dict. num. 329. & seqq.* Sed quia ad paritatem propositam ratione sanctæ Inquisitionis non tradit responsum: respondendum à nobis est, quod in specie illius decisionis, non fuit ratio decidendi illa assignata in argumento, sed quod Regia Majestas, cujus omnis potestas est, justum habebat, ne Judices superiores, aut inferiores, se intromitterent in causas pertinentes ad Inquisitores: jurisdictio enim Inquisitorum in rebus non

103 spectantibus ad Fidem, Regia est, & per Regem attributa; sicque Dominus Rex, quoad propriam jurisdictionem, potest jubere quidquid voluerit: habet enim aliqua segregata, & separata omnino à jurisdictione ordinaria, licet suprema, Senatus: adeo ut nulla via, occasione, vel colore de eis cognoscere possit, ut in rebus Regiis Patrimonii, quæ spectant ad Bailum; in computis, & rationibus rerum patrimonialium, quæ deferuntur Magistro Rationali, ut de utroque dixi *tom. 1. cap. 2. §. 4.* in rebus spectantibus ad tres gratias ex Regio rescripto *d. Maii die 28. Decembris 1607.* & probant Perez de Lara *in compend. trium grat. fol. 66.* Salgado *dict. cap. 2. §. 5. n. 30. & seqq.* Cevallos *in disquis. ad Reg. num. 48. & de via violent. part. 2. gloss. 15. num. 9.* in rebus Generalitatis dixi *tom. 1. cap. 3. §. 2.* in rebus Civitatis dixi *tom. 1. cap. 4. §. 3.*

104 atque adeo mirum non est, quod Regius Senatus abstinuerit à cognitione harum causarum pertinentium ad Inquisitores. Quam rationem decidendi tradit dominus Leon *dict. decis. 2. num. 30. & seqq.* & expressè probant Simancas *de cathol. instit. tit 36. num. 2.* Salcedo *in pract. cap. 102 vers. Et licet*, Bobadilla *lib. 2. cap. 16 num. 9.* Rodrig. *de ann. reddit. lib. 1. quæst 47 num. 73.* Cevallos *in discurs. ad Reg. dict. num. 95. & dict. quæst. 897. nu. 282. & dict. gloss. 15. num. 16. & seqq.* Salgado *de Regia protect. par. 1. cap. 2. §. 5. n. 5.* Salcedo Junior *de leg. politic. lib. 2. cap. 6.*

105 *num. 54. & seqq.* Cened. *in collect. ad decret. 17 num. 4.* Et si, & ubi jurisdictio Ecclesiastica esset, quam exercent Inquisitores in Familiares, & aliis rebus extra fidem, ut aliqui scripserunt, tamen Judices qualescunque sint, cum subsint Regi, nullam potuerunt in Ecclesiasticos exercere potestatem œconomicam, nisi quatenus à Principe concederatur, Bald. *in authen. cassa, C. de sacrosanct. Eccles.* Deci. *consil. 8. vers. 2. & 38. num. 5.* Decian. *tract. crimin lib. 1. cap. 47. n. 2. & consil. 36. n. 25 lib. 5.* Camil. Borrel. *de pract. Reg. Catol. cap. 21. num. 14.* Salcedo *de leg. politic. lib. 2. cap. 6. n. 8.*

106 Ratio autem disparitatis inter Inquisitores, & Ordinarios Ecclesiasticos ea nimirum est, nam Inquisitores, demptis causis fidei, de quibus latè per Sesse *de inhibit. cap. 30. per tot.* (quo latissimè probat inhibitionem, sive juris firmam, concedi in his non posse) utuntur Regia jurisdictione, ut dixi, & probat etiam dominus Regens Vico *ad prag. Sardin. tom. 1. tit. 7. cap. 7. num. 26.* & Dominus Rex in Curia habet Senatum supremæ Inquisitionis, qui quoad Regiam jurisdictionem sibi concreditam, non habet Superiorem, & pertinet ad eum cognitio ordinaria ad reformandas sententias aliarum Inquisitionum, & hoc est Tribunal permanens, ordinarium supremum, cujus aditus est necessarius. Attamen Ordinarii Ecclesiastici non habent simile Tribunal in Regnis Hispaniæ, sicque semper perpensa fuit summa distantia harum provinciarum ab urbe Romana, in qua residet Pontifex, ad hoc ut Regi defensio hæc deferatur, Marta 107 *de jurisdict. part. 1. cap. 48. num. 25.* Fontanell. *decis. 216. num. 25.* Nuntius Apostolicus idem potest in provincia sibi descripta, quod Ordinarius in sua Diœcesi, & potestas ipsius est regulata ad id, quod continetur in suis literis, ut probant Barbosa *de jur. Eccles. lib. 1 cap. 5. nu. 34. & in reb. de offic. Legat. num. 2. & in cap. 1. num. 2.* ab eo relati *ibid.* causas judiciales non per se, sed per Judices, quibus eas committit, terminare soler, ut probat idem Barbosa *dict. cap. 5. num. 75.* In nostro sæculo, Legatorum facultates incertæ, ac difformes sunt, ut bene probant Salcedo *de leg. politic. lib. 2. cap. 9. num 5 & 6.* Curtel. *de Immun.* 108 *rit. lib. 2. quæst. 68. num. 15.* Cevallos *dict. quæst. 897. nu. 338.* plurib. Barbos. *in collect. ad cap. 1. de privil. in 6. & cap. porro, eod. tit. num. 1.* (unde profluit ratio, ob quam licitum sit Principibus, facultates Nuntii Apostolici discutere, ut hi Doctores tradant, quibus addendus Don. Joan. Solorçan. *de jur. indiar. tom. 2. lib. 4. cap. 11. num. 22.* Salcedo *num. 20. cum plurib. seq.*) habétque plura limitativè concessa, de quibus per Glossam *in dict. cap. 1. de offic. Legat. in 6.* Patrem Sanchez *de Matrimonio, disput. 28. lib. 3. in fin.* Quæ omnia procedunt in Nuntio ad Hispaniarum 109 Regna misso, nam Cardinalis non est. Cum autem hujus defensionis effectus etiam ad Nuntium extendatur, ut pluribus probat Salcedo *dict. lib. 2. cap. 9. num. 19.* & supponit Pareja *de instrum. edit. tom. 2. tit. 10. resol. 1. num. 20.* inde est, quod ejus præsentia non obest, quominus Rex sua potestate fruatur, & oppressis succurrat: & quod magis est, in ipsa Curia Regia, in qua Nuntius Apostolicus residet, frequentissimè Recursus per viam violentiæ admittuntur à procedimentis, & vi illata per Ordinarios Ecclesiasticos, quamquam non admittantur quoad Inquisitores: nec ratio disparitatis ex una ad aliam provinciam assignari valet, quin pro nobis adsit, eo quod urgentior est quoad nos; quoniam procul à Sede ipsius Legati, & Nuntii Apostolici reperimur; sicque eadem dispositio procedere debet; præcipuè animadverso, quod hac Regalia solum utitur noster Senatus, quando notoriè vim Ecclesiasticus infert: si enim sua decreta non exequitur, vis cessat, & perconsequens effectus Regaliæ. Sin autem oppresso non concedit terminum ad reportandas literas citatorias & inhibitorias, quamvis Nuntius adsit in Villa Matriti quoad hunc effectum, Idem est, ac si Romæ reperiretur; proindéque hoc in casu defensio hæc interponitur; quousque legitimus Superior adeatur, Nuntius nempe in casibus ad eum spectantibus, juxta juris, & potestatis metas, Pontifex verò in litibus reservatis; ut cum Rota probat Guazin. *ad defens. rem. defens. 1. cap. 19. num. 10.* sicque observatum in exemplo, de quo supra *n. 83.* nam literæ contentionis expeditæ fuerunt, dum Pars oppressa de gravamine, & vi illata conquerebatur; postquam autem Nuntium Apostolicum adivit, nec literæ concessæ fuerunt, nec concedi debebant, nam decrat ratio, ob quam Regaliæ effectus subintrat. Inquisitores enim nequaquam vim inferre solent, neque denegare aditum ad Superiorem, ob quod ferè nunquam necessarium est vim repellere.

Ad

110 Ad cætera argumenta quæ fieri solent ex *Concilio Tridentino*, Bulla *in Cœna Domini*, consuetudinis *in validitate*, Rotæ *decisionibus*, & sic similibus, quæ adducuntur per Patrem Diana *resolution. moral. tract. 2. de immun. Eccles. resol.* 13. Patrem Ferdinandum Castro Palao *tom. 2. tract. 12. disp. unic. punct. 12.* & Augustinum Barbosam *in collect. ad cap. Ecclesia sancta Maria, de Constit. num. 7. & seqq.* responsum præbent plenissimum Cenedo *Canonicar. quæst. 45. num. 9. & 52.* Regens Selle *in epistol. ad Reg. in princip. tom. 2. decis. num. 77. & de inhibit. cap. 8. §. 3. num. 102. 115. & 287.* Torreblanca *de jur. spirituali, dict. lib. 1. cap. 10. num. 14. cum seqq.* Saravia *de potest. Adjunct. quæst. 30.* Calixtus Ramirez *de leg. Regia*, §. 20. *num. 93.* Salgado *de reg. protect. part 1. cap. 1. prælud. 5. num. 222. cum seqq.* Castillo *de Tertiis, cap. 41. num 177. cum seqq.* Salcedo *de leg. politic. lib. 1. cap. 1. §. 1. per tot. & lib. 2. cap. 4. per tot.* Curtel *de Immunit. lib. 2. quæst. 14. num. 10. cum seqq.* plures alios adducentes, (quibus adde Doctissimum Gibalinum *tract. de sacra jurisd. in synopsi censur. lit. I. num. 1 & seq.*, qui *in versic. deinde*, docet non incidere in censuras Bullæ Cœnæ, ex his quæ fiunt auctoritate Ecclesiastica: & in hac Regalia propulsandi violentiam supponitur concessio Pontificia, & allegantur jura Canonica comprobantia, pag 471.) Qui in summa tenent, quòd ea omnia intelligantur, quando Judices Ecclesiastici ritè, & rectè procedunt, & impediuntur per Principes, & potestates seculares, ne sua jurisdictione fruantur judicialiter, inhibitiones, mandata, atque cognitionem adhibendo: non tamen quando sine jurisdictione, aut non servato ordine, aut de facto procedunt, aut justum causæ cursum impediunt, quominus ad Sedem Apostolicam causa perveniat. Secus verò quando ad prædictos Reges, & eorum Consiliarios, tanquam ad potentes temporales, ut Judicium violentias, & tyrannidem refrænent, extra judicium recurritur; nam in hoc casu rectè se interponunt de facto, assumendo defensionem oppressi, & auxilium impartiuntur sine usu jurisdictionis, neque strepitu judicii. Quod procedit ex potestate sibi demandata divinitùs, jure positivo, & Canonico fulta, à jure naturali orta, & ex Regia excellentia ad eos spectante, quia protectio subditorum naturale Regis attributum est, inhærens regimini, & qualitas insita ollibus, & substantiæ Diadematis, sine qua Rex consistere non potest; nam cùm juris naturalis ordinatione statutum sit, ut neminì injuria fiat, tam in judicio, quàm extra; ejus propulsatio est juris naturæ: & sicut privatus defendere potest oppressum, & impedire, ne talis vis fiat, & illata emendetur, de facto, factum removendo, ad quod in eo non requiritur jurisdictio: sic similiter Princeps, qui Pater, Tutor, atque Dominus est subditorum, hujusmodi oppressos liberare debet à quacunque vi illata, sive judicialiter, sive extrajudicialiter; quoniam Judices opprimentes non secundum jus, sed contra illud, & Canonicas sanctiones procedunt, dum ejus ordine non servato nulliter, & attentatè appellationes denegant, in casibus à jure permissis, literas inandita parte obreptivè impetratas exequuntur, aut aliter opprimunt, ad quod Reges, & eorum Regia Consilia nullatenùs cognitionem sumunt, neque ordinariam, neque extraordinariam, sicque minimè comprehenduntur sub decreto sacrosanctæ Tridentinæ Synodi, aut bullæ *in Cœna Domini*, cæterisque Canonicis sanctionibus, ut omnes Doctores superius adducti tradunt, plures alios laudando.

Hoc pacto interpretanda est dicta bulla *in Cœna Domini*, sicque eam interpretantur omnes, signanter do-
111 ctissimus Leonardus Duardus *in comment. ad eam, lib. 2. canon. 13. quæst. 3. conclus. 4.* ibi: *Quamvis nullo pacto licitum sit appellare à literis Apostolicis ad seculares Curias, etiam ad necessariam sui defensionem, & cum aliis sibi consulere non possent: nihilominus eo casu recurrentes ad Curias seculares, non formaliter per viam appellationis, sed tantum ad personas privatas non incidunt in excommunicationem nostri Canonis.* Et ibi: *Ergo noster Canon non comprehendit eos, qui non per viam appellationis recurrunt ad Curias seculares, sed earum implorant auxilium, ut privatarum personarum, contra Judices Apostolicos de facto, & contra omne juris debitum adversus ipsos procedentes.*

Quæ quidem confirmantur ex doctrina Fillucii, Sanssa, Sayr. Vega, & Bonacin. *in addit. dict. quæst 3. lit. C.* idem Duardus *dict. lib. 2. canon. 14. quæst. 10. num. 2.* sic ait: *Hanc sententiam puto veram, quando Princeps secularis, ut Princeps est, & jurisdictionem secularem habens, & eorum Magistratus, ut tales sunt, impedirent executionem prædictarum literarum: quoniam sub hac formalitate vi nostri Canonis excommunicantur. Potestates civiles, in causis spiritualibus, seu spiritualibus annexis, se intromittentes, & dictarum literarum executionem impedientes: secus autem si tanquam personæ privatæ, non valentes alia via Rempublicam sedare, literarum hujusmodi executionem impedirent, donec. Romano Pontifici supplicarent; nam tunc Arbitror non incidere in hanc censuram.* Quod fulcitur plurium Doctorum auctoritatibus adductis *in addition.* Demum ipse Duardus *dict. lib. 2. canon. 16. quæst. 1. num. 3* ibi: *De jure ubi quis legitimè impedit: & de hoc impedimento Canon iste non loquitur: nam solum prohibet, ne Prælati, & Judices prædicti impediantur quominus jurisdictione sua utantur secundum Canones: atqui justè eos impediunt, Sigmen est, quod injustè jurisdictione utantur, & sic contra Canones* Postea exemplificat quando justè impediantur, & ait si Judex excommunicatus, denunciatus, uti vult Ecclesiastica jurisdictione; si in non subditum exercere velit; si excommunicare cuperet volentem eleemosynam 112
pauperi dare; si procederet in causa post appellationem: in omnibus istis casibus, ait, justè Judicem impediri, quia contra Canones proceditur, *in eodem Canon. 16. quæst 4. num. 2.* ibi: *In censuram cujus Canonis non incidunt, nisi qui auctoritate judiciali, & laica, in eo vetita faciunt; nam istum Canonem copulæ cum 14 15. 17. & 18. ita ut unum Canonem reputet omnes illos quinque, quos nos separatim declaramus* Ecce expositor Bullæ ipsius, pro nobis expressè est, sicque, sine periculo incursus censurarum, noster Senatus opem præstat oppressis, ut releventur ab oppressione, & vi. Modus verò compellendi utrumque Judicem ad admittendam Contentionem, si laicus sit, per Censuras; si Ecclesiasticus, per occupationem temporalitatum, & Banni, ut ex Ansaldo, Fontanella, Selle, & aliis probant Cortiada *decis. 15. num. 11. decis. 17. ex num. 1. & decis. 23. n. 1. & 2* (Et nota quod hæc praxis approbata est per Sedem Apostolicam in Concordia, *ut in tex. n. 5.* habetur, ac per consequens per omnes Bullas superiùs memoratas.) Idem tenet Præsul Vrrutigoyti *qu. 31. nu. 24. & 25.* Dominus Exea *d. part. 3. n. 1.4*

Quæ quidem adductà sunt, non ut fundetur Regalia hæc notissima, cùm nostri instituti non sit (sufficiat recensere scripta tot gravissimorum, toto literaturæ fulgore, Vicorum, qui de hoc argumento tot volumina ediderè) sed tantum ut responsum præbeatur aliquibus rationibus propositis à nonnullis contrarium opinantibus, qui plurimis Doctorum traditis, neglectis (imò nec perpensis) in dubium revocare, rem tam claram non dubitant. Sed ut materiæ gravitas ab ipsis percipiatur, notent quòd quamvis pro contraria adducatur Pater Castro Palao *dict. punct. 12. num. 1, in fine*, hæc ait: *Restat ergo, ut solo privilegii titulo id fieri possit, & an per bullam Cœnæ sit sufficienter revocatum: aliis dicendum committo.* Si enim doctissimus iste scriptor privilegii adquisitionem negare non audet, nec revocationem per Bullam affirmare, quo pacto negari potest, superaddita consuetudine tot seculorum, per quam privilegii probatio uberrima resultat? Theologorum conclusio, est, quòd Rex jus habet ad protegendum Regnum, etiam contra Ecclesiasticos, ubi judex Ecclesiasticus id renuerit, & est periculum in mora, ut cum Sanchez, & Barbosa firmat noster

Trullench *lib. 7. Decalog. cap. 13. dub. 5. numero 9. ad fin.* Quando timetur scandalum, & Judex Canonicis sanctionibus non servatis, contra ordinem procedit, Rex non poterit Regnum, vel Rempublicam protegere?

113 Ex dictis clarè liquet, nulli ex Judicibus licere admissionem competentiæ, sive contentionis denegare, saltem super dubio notorietatis; imò compelli posse per remedia allata, quæ non solum approbata sunt per consuetudinem resultantem ex ipsa Concordia; sed per Sedem Apostolicam, ut inferiùs tradetur. Ob quod multum perpendi debet, quomodo admissio contentionis tenuatur, nam nil aliud ex hoc oriri solet, quàm perturbatio, discordia, jurgia, atque molestia. Aliquibus facilis aditus videtur, sed exitus durior: bene fabella illa, de qua Gabriel Faerno Cremonensis ita cecinit.

In siccitate, & summa aqua penuria,
Rana vagabantur duæ,
Simùl profundis invenirent vallibus,
Aliquid liquoris abditi.
Tandem, reperto puteo aqua pleno, altera
Suadere descensum instituit.
Prudentior, sed altera, & consultior,
Si nos eo demittimus,
Et ibi quoque, inquit, unda nos defecerit;
Quonam modo inde exibimus?

Prudentissimus ille Præsul D. D. Frater Isidorus Aliaga, dum de cujusdam contentionis admissione, me Fisci patroni munus gereute, tractasset, asseruit lepidè, remedia utriusque jurisdictionis notissima esse; sed ad quid declaratio incursus censurarum, vel pœnarum, nisi ad perturbationes, & scandala? Certis finibus hæc clauduntur, eis egressis, nil aliud fieri, nisi omnia ad invicem revocare, secura jam perturbatione, & scandalo. Hæc aiebat, ut conferentiæ locus esse posset, antequam ad procedimenta devenirent Curiæ.

SECTIO QUARTA.

SUMMARIA.

114 *Praxis contentionum traditur.*
Contentio formari non potest, nisi ad instantiam Fisci, ibid.
Decisio Cancellarii, ibid.
115 *Contentionis libellus quomodo proponendus.*
116 *Injunctio Curiæ pulsantis non ipso recepta est in hoc Regno.*
117 *Litera utriusque jurisdictionis, quid cominere solent.*
118 *Dubium notorietatis, quomodo suscitetur.*
Curiæ quibus verbis uti debent in literis, ibid.
Decisio Cancellarij, ibid.
119 *Arbitri Curiarum, an sint Judices, & qua jurisdictione fruantur.*
Admissa contentione nil innovari potest per Curias. ibid.
120 *Arbitri intra quinque dies terminare dubium debent.*
Arbitrorum unus non potest procedere sine alio, ibid.
Decisio Cancellarii, ibid.
Ad Curias spectat nominatio Arbitrorum, cætera ad eos, & suo in casu ad Cancellarium, ibid.
Arbitri nominatio retardari nequit, ob non solutas expensas, ibid.
Decisio Cancellarii, ibid.
Expensæ debentur ex retardata exceptione, ibid.
Litera, sine nominatione Arbitri, temperandæ sunt, cum nominando, ibidem.
Decisio Cancellarii, ibid
Litera contra stylum, & formam, revocandæ sunt, ibid.
Decisio Cancellarii ibid.
121 *Contentio ad Cancellarium defertur, elapsis quinque diebus.*
122 *Arbitri terminum quinque dierum prorogare non possunt.*
Sententia, sive vota Arbitrorum extra terminum quinque dierum nulla, ibid. cum decisione.
123 *Cursus ejusdem termini continuus nullissimus, & quare.*
124 *Arbitri summariè procedunt.*
125 *Termino quinque dierum elapso, procurator Curiæ suscitantis, præsentare debet processum coram Cancellario.*
Cancellarius intra triginta dies contentionem judicare tenetur, ibid.
Cancellario intra hunc terminum non declarante, contentio censetur declarata ad favorem Ecclesiæ, ibid.
126 *Processus perficitur coram Cancellario.*
127 *Convocatio Aulæ pro contentione declaranda quomodo fiat.*
128 *Aulæ civiles alternativè convocantur ad domum Cancellarii.*
Prorogentis officium gerens non convocatur ad contentiones, ibid.
129 *Senatores vota consultiva habent, sed Cancellarius solet adhærere majori vocum parti.*
130 *Aulæ criminalis Senatores, possunt ad contentionem dirimendam vocari cum observantia.*
131 *Cancellarius ad intermedia magni momenti expedienda, solet, & potest Senatores vocare.*
132 *Cancellarius solum potest declarare cujus est jurisdictio, sicque ejus sententia interlocutoria censetur.*
133 *Cancellarii sententia quomodo concipiatur, & exaretur.*
134 *A Cancellarii sententia appellatio non datur.*
135 *Arbiter pro Ecclesia laicus esse potest.*
136 *Arbitri nominatio regulariter respicit officium.*
137 *Contentione pendente nihil innovandum est.*
138 *Informatio Curiæ, an recipi possit suscitata contentione, aliqui negant, & sic videtur decisum.*
139 *Contraria opinio verior.*
140 *Contentione pendente, informatio recipi potest, ea quod favore utriusque jurisdictionis fit.*
141 *Contentionis causa instrui nequit, quin constet de delicti qualitate.*
142 Antonii Fabri *doctrina, elegans ad rem, expenditur.*
143 *Informatio Curiæ non est actus judicialis.*
144 *Decisio Senatus ex variis Aularum resolutione.*
145 *Reus confugiens ad Ecclesiam, an possit catenis, atque custodibus detineri.*
Opinio negativa, ibid.
146 *Opinio affirmativa.*
147 *De consensu Ecclesiæ Rectoris fieri posse, plures tenent.*
148 *Judex laicus id ipsum efficere potest.*
149 *In Regno, rei compedibus, catenis, & custodibus in Ecclesia detinentur absque consensu Ecclesiæ Rectoris.*
150 *Decisiones per Cancellarium.*
151 *Reus quando notorie gaudere non potest immunitate, extrahi ab Ecclesia potest, cum decisione Cancellarii.*
152 *Si Ecclesia apta non est ad custodiam, potest reus ad aliam transferri.*
153 *Ecclesia spoliata ante omnia restitui debet.*
154 *Delinquens in una Ecclesia, potest capi in alia.*
155 *Ecclesia ubique una est.*
Restituto Reo ab una Ecclesia abstracto, ad aliam cessat spolium, ibid.
156 *Etiamsi in diversa Diœcesi.*
157 *Decisio Cancellarii.*
158 *Reo abstracto per Judicem secularem, an ante omnia sit restituendus, si contentio suscitata, & declaratum sit non gaudere ob criminis qualitatem.*
159 *Negativæ sententiæ Doctores.*
160 *Decisio Cancellarii.*
161 *Homicida per insidias, & deliberatè, non fruitur immunitate.*
162 *Qualitate criminis non nota, extrahi per Laicum non potest.*

163 *Vul*

163 *Velaverant à loco veneto intus Ecclesiam existentem, vel è contra, immunitate non fruitur.*
164 *Immunitas concessa limitativè in Regno,*
Rex non potest aliquid de immunitate statuere, & quomodo hæc conclusio intelligatur, ibid.
165 *Limitatio non procedit in Diœcesi Oriolensi.*
166 *Qualitas circumferens jurisdictionem, ab asserente probanda.*
167 *Plenam probationem requiri plures tenuerunt.*
168 *Semiplena sufficit.*
Decisio Cancellarii, ibid.
Capitalis inimicitia facit indicium ad torturam, præsertim si inimicii interveniat cum multis, & certum est unum ex eis occidisse.
Assistentia in rixa facit per se indicium, ibid.
Ex qualibet delicto patrato in Ecclesia amittitur immunitas illius, ibidem.
Delictum grave reputatur illud, quod habet annexam pœnam capitalem, ibid.
Decisio Cancellarii quoad amissionem immunitatis, ex delicto patrato in Ecclesia, ibid.
169 *Ex delicto patrato in Ecclesia amittitur immunitas, etiamsi non fiat sub spe illius, juxta veriorem, & magis receptam sententiam.*
Ex delicto, casu, & fortuitò patrato in Ecclesia, non amittitur immunitas, ibid.
Decisio Cancellarii, ibid.
170 *Judex Ecclesiasticus non potest procedere contra laicos in criminibus mixti fori, nisi per censuras.*
Judex Ecclesiasticus non potest procedere contra laicos concubinarios, neque per censuras, quin trina monitio præcedat, ibid.
171 *Decisiones plures Cancellarii.*
172 *Contrarium ex consuetudine, & possessione in aliquibus locis.*
173 *Clericus habens requisita Concilii Tridentini gaudet privilegio fori.*
Etiamsi post contractam irregularitatem, Clericatum adeptus sit, ibid.
Irregularitas non est impedimentum irritans Ordines, ibid.
Secus si Clericatus consequatur post crimen in fraudem Regiæ jurisdictionis, ibid.
Sed hoc in casu cognitio, & executio in bonis spectat ad Judicem laicum, districtio verò personæ ad Ecclesiasticum, ibid.
174 *Qualiter Clericatus probetur ad effectum privilegii fori, post decretum Concilii.*
Qualitates Concilii quæ? Ibid.
In Beneficiato tria requiruntur, nempe Tonsura, collatio, & possessio Beneficii, ibid.
Testis unicus deponens de Tonsura non probat in judicio contentionis, quia agitur de re magni momenti, ibid.
175 *Cancellarii decisio junctis duobus Aulis civilibus, in casu vero.*
176 *Delatio habitus, & Tonsuræ, qualis requiratur in Regno.*
Clerici conjugati in Civilibus non gaudent privilegio fori, ibid.
177 *Decisio Cancellarii.*
Clericus pro debito civili, an possit per laicum in casibus ad eum spectantibus in carcerem detrudi, ibid.
178 *Ædituus, Cantores, & cæteri inservientes Ecclesiæ, an gaudeant privilegio fori.*
179 *Negativa sententia probatur.*
180 For. 8. de jur. omn. jud. *expenditur.*
181 *Domestici Ecclesiasticorum, si laici sint, non gaudent privilegio fori: quod extenditur ad domesticos Episcopi, cum decisione Cancellarii.*
182 For. 14. de servis fugitivis, *expenditur.*
183 *Canonici juris dubium tollitur per Statutum.*
184 *Servitores Ecclesiæ non sunt immunes à vectigalibus.*
185 *Privilegium non extenditur de persona ad personam.*
186 *Clerici simpliciter tonsurati non sunt immunes à vectigalibus.*
187 *Oblati, fratres, vulgo Beatas, & Eremitæ, nisi se transferant irrevocabiliter in Religionem, aut emittant tria vota substantialia, non gaudent privilegio fori, cum decisione Cancellarii.*
188 *Affirmativa sententia quoad servitores Ecclesiæ ab aliquibus tenetur.*
189 *Quæstio solutionis jurium Urbis, quoad servitores, non ad Ecclesiasticum, sed ad laicos Judices spectat.*
190 *Immunitas, an sit de jure divino, vel positivo; remissivè.*
191 *Immunitas à præstatione vectigalium, est quid temporale.*
192 *Decisio Cancellarii in causa servientium Sedis Valentinæ.*

PRaxim harum contentionum tradunt Doctores à nobis laudati *supra num.* 8. sed pro tyronibus breviter expendamus, quomodo contentiones expediantur, atque formentur; nam in *foris* obscura plura reperiuntur nimis, quibus percipietur differentia quoad modum practicandi; nam in unaquaque provincia Regnorum Coronæ Aragonum aliqua diversificantur, licet in substantialibus eadem dispositio sit. 114

Contentio suscitari nequit à privatis, & sic instantia fiscalis requiritur, ut de Regno Castellæ testatur Paresa *de instr. edit. tom. 1. tit. 2. resol. 6. spec. 2. a num.* 227. in quo praxis nostra aliquantulum discrepat à praxi Cataloniæ, ut notat Cortiada *decis.* 12. *num.* 99. nam privatis solùm conceditur, ut possint Judicem incompetentem declinare; jurisdictio enim privatorum non est, sed Curiarum; sicque inter Curias contentio suscitanda venit, & inter Officiales Regios, & Ecclesiasticos ordinarios, ut expressè docet Cancer. *variar. lib. 3. cap.* 10. *num.* 22. Don Ludovicus Peguera *in praxi, capite* 26. *num.* 7. Esse *decis.* 113. *num.* 1. & in textu clarè dicitur; nam electio Arbitrorum Curiis, non partibus privatis tribuitur; & sic decisum reperitur per Regium Cancellarium Don Vincentium de Calatayud Archidiaconum majorem Almæ Sedis, *die* 7. *Octobris anni* 1650 *in causa Josephi Navarro*: & antè pluries decisum. Atque adeo, quicunque pulsatur ab Ecclesiastico, de jure firmare debet coram Regio Officiali; & si à laico Judice pulsetur, firmat de jure coram Ordinario Ecclesiastico Diœcesis, ad quam spectat, tuncque Fiscus jurisdictionis suscitantis, contentionis libellum proponit, in quo facti substantia enarratur, causa circumferens jurisdictionem exprimitur, gravamen alterius Judicis exarando; & concluditur, quod Judex pulsans moneatur procedi contra cassare, annullare, & revocare, partes, & causam suscitanti restituere, gravamen subievare, & in casu hæsitationis, contentionem firmet, juxta Concordiam, cum nominatione Arbitri. Hoc libello judici suscitanti propositio, si instantia justificata reperitur, literarum expeditio decernitur, juxta stylum, & formam Concordiæ, cum nominatione Arbitri; nam juxta *for.* 18. *de jur. omn. jud.* in primis literis Arbiter nominandus est, & sic decisum, ut statim dicetur. Et nota obiter, quòd in hoc Regno non observatur injunctio Curiæ pulsantis ad justificationem instantiæ prout in Catalonia observatur, juxta tradita per Peguera *dict. cap.* 26. *post. num.* 7. Iste enim judex pulsans, casu quo de admissione non dubitat, literas in forma solita expediri jubet, contentionem admittendo, atque Arbitrum nominando: qui quidem Arbitri non debent esse absentes à loco Curiæ firmantis, ut probat Don Acasius Ripoll. *in additionibus ad praxim*, Don Ludovic. Peguera *rub.* 11. *num.* 1. Si autem creditad se causam notoriè pertinere, solet respondere cum literis, causam notorietatis narrando; atque contentioni locum non esse rescribendo. Quod quidem regulariter contra verum sensum concordiæ est, nam semper nominandus est Arbiter, ita ut 115 116 117

aliter reſcribi nequeat, ſicque definitum fuit per Cancellarium prædictum ad favorem Fiſci Regii Procuratoris, & contra Procuratorem Curiæ Ordinarii Segobricenſis, die 24. Januarii 1643. Sed ſi de facto ita reſcribatur, Curia renuens acceptare contentionem comminatur per remedia aſſueta, de quibus infra. Cum verò inter Curias urbanius procedi debeat (quamvis neceſſarium non ſit) ſuſcitari ſolet contentio ſuper dubium notorietatis; & tunc quælibet juriſdictio præcisè acceptare tenetur Arbitrum nominando, ut dixi, & in textu clarè habetur. Curiæ autem in primis literis verbis exhortativis utuntur; in ſecundis, verbis eiſdem pœnas aſſuetas comminando; in tertiis autem jam verbis præceptivis uti poſſunt, & ſub expreſſis pœnis aſſuetis monentur, atque exhortantur contentionem admittere. Et ratio eſt nam cùm ratione contumaciæ Curia renuens, jura alterius perturbet, poteſtas conceditur ad propulſandam perturbationem, quæ aliàs non competebat, ut inferius dicam, & probant omnes Doctores laudati *num.* 213. *cum ſeqq.* & ita deciſum per eundem Cancellarium die 27. Aprilis 1644. in cauſa contentionis, quæ ducebatur inter Gerentem vices Orcelis, & Regni ultra Sexonam, & Ordinarium illius Diœceſis die 26. Martii, 1646.

118

119 Arbitri enim iſti à lege creantur, ſive ex neceſſitate juris nominandi veniunt, quare Iudices ſunt, ut probant Cardinalis Tuſcus *lit. A. concluſ.* 453. *num.* 11. Maranta *in ſpecul. diſtinct.* 14. *num.* 3. Veral. *deciſ.* 106. *num.* 3. *part.* 1. Blanc. *de Compromiſſ. quæſt.* 6. *numero* 1. *& ſeqq.* Seſſe *dict. deciſ.* 113. *num.* 3. Borrellus *in ſumma deciſ. par.* 1. *c.* 63. *n.* 40. Tondut. *de content. juriſd.* ſive *praven. judic. part.* 2. *cap.* 4. *num.* 12. *& ſeq.* Cancer. *variæ. lib.* 1. *cap.* 21. *num.* 3. Cortiada & Præſul Vrrutigoyti *in locis ſtatim citandis*, ſeu verius æquiparantur. Sed dubitari poteſt, an delegati, vel Ordinarii cenſendi ſint? & quamvis Blanc. *ubi proxim.* teneat, juriſdictione ordinaria uti, quem ſequitur Tonduti *dict. num.* 12. tamen verius credo, quod juriſdictione delegata fungantur, *l. apertiſſimi* 16. & ibi Bartol. *C. de jud. l. fin C. de re jud. l. arbitro, ff. qui ſatisdare cogantur*, Borrellus, Seſſe, & Cancer. *ubi proximè*. contrariam tamen opinionem ſequuntur Pareja *d. tit.* 2. *reſol.* 6. *numero* 173. Cortiada *deciſ.* 16. *num.* 42. Præſul Vrrutigoyti *quæſt.* 63. *num.* 5. ſed ſalva pace eorundem, cum Seſſe, Cancer. & aliis adductis calculum pono; nam totum fundamentum horum Doctorum reducitur ad auctoritatem Thomæ Carle *de judic. tit.* 1. *diſput.* 2. *num.* 1151. *cum ſeqq.* qui non tractat de Arbitris, ſed de Regiis Conſiliariis; & ratio non eſt eadem; nam Regium Conſilium habet Tribunal permanens cum perpetua juriſdictione, conceſſa per legem Corpori Conſilii, licet diſtributio cauſarum fiat ad inſtar delegationis, ut dixi *c.* 2. §. 2. *numero* 20. quæ non concurrunt in Arbitris, quorum nominatio ad Curias contendentes ſpectat, nec habent Tribunal permanens, nec ad univerſalitatem cauſarum nominantur.

Semel admiſſa contentione, nihil innovandum eſt per Curias, ut in *textu* habetur, & ſtatim dicam; & declarari dubium per Arbitros debet intra terminum quinque dierum: nam licèt *fori* in eo termino ſtatuendo variaverint, ita ut non clarè apparear, quid in hoc cautum ſit, ſicut

120 ex *textu*, junctis *for.* 17. 18. *cum ſeq. cod. tit.* patet: per Regium reſcriptum *diei* 14. *Junii* 1562. hæc ambiguitas ſublata eſt, aſſignatuſque terminus quinque dierum; quod contra *foros* non eſt, tum ex ambiguitate, & varietate eorundem, tum etiam, quia juxta *forum* 11. *cod.* ſequi tenemur declarationes Cataloniæ, in quo Principatu, ita obſervatur; ut tradunt omnes Doctores illius, laudati *ſupr. nu.* 8. & noviſſimè Ripoll. *dict. rub.* 11. *num.* 11. pluribus Cortiada *d. deciſ* 16. *nu.* 79. Præſul Vrrutigoyti, *quæſt.* 2. *num.* 8. Neque contra jura Eccleſiæ, nam confirmationes Pii V. & Gregorii XIII. de quibus *ſuprà*, loquentes de univerſa Corona, ſub hac forma procedendi conceptæ ſunt. Unus horum Arbitrorum non poteſt procedere ſine alio, quia amborum eſt juriſdictio, ex *textu*, & *Concordia*, Ripoll. *dict. rub.* 11. *num.* 23. *& ſeqq.* Et ambobus indiviſim, velut univerſis, commiſſa juriſdictio eſt; quare unus ſine altero non judicat, *l. Magiſtratus ff. ad municip.* Cancer *dict. lib.* 3. *cap.* 12. *num.* 165. Xamar. *de offic. Iud. par.* 1. *queſt.* 24. *num.* 114. & in terminis Tonduti *dict. cap.* 4. *numero* 1. & ſic definitum per Cancellarium Carolum Domenech, die 26. Martii 1563. in cauſa Damiani Connertes, villæ Sancti Matthæi, in qua etiam deciſum fuit quòd ad Curias ſpectat Arbitros nominare, cætera verò ad eos, & ſuo in caſu ad Cancellarium: quæ quidem intellige, quoad judicandi actus; nam quoad cætera, quilibet procedit ſeorſim, ut quotidiana praxis demonſtrat.

Nec ea Arbitri nominatio retardari poteſt ab aliqua ex Curiis, ob non ſoluras expenſas, quæ debentur ob retardatam oppoſitionem exceptionis declinatoriæ fori; nam licet una Curia poſſit ſubditum alterius Curiæ condemnare in expenſas ea de cauſa, ut probant Xamar *dict. part.* 1. *queſt.* 14. *numero* 27. Ripoll. *variar. cap.* 4. *num.* 17. *& ſeqq.* Fontanella (qui bene declarat quando pertineat ad Judicem, & quando ad Cancellarium) *deciſ.* 330. *nu.* 64. Salgado *de Reg. protect. part.* 1. *cap.* 2. *numero* 252. quoquo modo ex his fiat, nil commune habet cum admiſſione contentionis, nam à jure jam eſt inſtituta via ordinaria, qua mediante condemnatio iſta exequenda eſt; & ſic idem Cancellarius Domenech pronuntiavit *ſententiâ diei* 13. *Martii* 1564. *in cauſa Jacobi Villalva*, & ſententia *diei* 7. *Novembris ejuſdem anni, in cauſa Petri Munnoz*. Sed quamvis, ut dixi, literæ immittendæ non ſint ſine nominatione Arbitri, ſi ea omittatur, non inde revocandæ ſunt, ſed temperandæ Arbitrum nominando, cum inutilis circuitus vitari debeat, & ita deciſum per eundem *ſententia diei* 9. *Junii* 1565. *in cauſa Joannis Baptiſtæ Martí*: bene verò, quando contra ſtylum, & Concordiæ formam expeditæ reperiuntur; quia ſtylus tanquam lex obſervandus eſt, & eo non ſervato actus corruit; *cap. quam gravi, de crim. falſ. c. exliteris* 11. *de conſtit. l. fin. C. de injuriis*, Puteus *deciſ.* 353. *lib.* 3. Menoch. *de præſumpt. lib.* 2. *præſumpt.* 8. Guttier. *Canonic. lib.* 1. *cap.* 333. *numero* 35. Garcia *de beneficiis*, 1. *p cap.* 5. *num.* 87. Barboſ. *in collect. ad hos textus*, Don. Anton. Cabreros *de poen. tripl. pralud.* 4. *nu.* 16. Don Franc. Amaya *in l.* 5. *num.* 21. *C. de bon. quæ ant. lib.* 10. Fontanell. *deciſ.* 296. *num.* 5. *tom.* 5. qui alios laudat, & ex formæ defectu redditur actus nullus, ut dixi cum Cabedo, Fontanella, & aliis *tom.* 1. *cap.* 3. *num.* 6. *in fin.* bene Peguera *in praxi, cap.* 16. *num.* 17. *verſ. Et primo, cum ſeqq. & verſ. In cujus*, & Don Acaſius Ripoll. *dict. rub.* 11. *n.* 11. & ſic per eundem deciſum die 13. Februarii 1570. in cauſa Don Joannis Grau.

121

Quinque diebus elapſis, computandis præcisè, & peremptoriè à die nominationis Arbitri per ſecundam Curiam, vel acceptationis illius, *l. ſi cum dies compromiſſi*, aliàs *l. quid tamen* 21. §. *Papinianus ff. de recep. arbitr.* & ibi Baldus, Decius *in cap. ex ratione, colum.* 5. *verſ. Et iſta concluſio. de appellat.* Nicolaus Boerius *deciſ.* 283. *n.* 1. Franch. *deciſ.* 354. *num.* 2. Novar. *ad prag. Neapol. de arbitr. collect.* 2. *numero* 36. Ripoll. *ad practicam de Peguera, dict. rub.* 11. *num.* 11. Cortiada, & Urrutigoyti *ubi proximè*: ſi concordes reperiantur, cauſa deciſa remanet, ut in *textu* habetur, & omnes Doctores de Concordia tractantes tradunt: ſi verò diſcordes fuerint, vel arbitrium non tulerint in forma ſolita, defertur ad Tertium, qui Cancellarius eſt, ut explicat idem Carolus Domenech *in ordinat.* §. 6. & ex *foro* apertè colligitur, traduntque Doctores laudati *num.* 8. Et quamquam *in for.* 9. *Curiar. anni* 1564. dicatur, juriſd. ctiones contendentes prorogare poſſe terminum Arbitrorum, & Cancellarii (quod eſt triginta 122
dierum, ut in *textu* apparet, & mox dicetur) quoad hos quinque dies, uſu receptum non eſt; imò ex Regio præcepto, interdictum juriſdictioni Regiæ reperitur conſenſum præſtare ad ſimilem prorogationem, ut aſſerit idem Abbas Domenech *in ordin.* §. 8. Et cum ſententia

Arbi

Arbitrorum, sive vota, ferenda sint intra hos quinque dies, si extra terminum per eos prolata reperiantur, nullius momenti sunt; quod provenit ex vi limitati temporis, quod tacitam contrariam dispositionem continet,
123 ut dixi *tom. 1. cap. 2. §. 1. num.* 34. quibus addendi Gratianus *discept. forens. cap.* 710. *num.* 12. & alii adducti per Fontanellam *decis.* 161. *num.* 4. *& seqq.* & quia laudum extra tempus præfixum latum, nullius momenti est ex defectu potestatis, *cap. non solum de appellat. in* 6. Franch. *d. decis.* 354. *num.* 1. *& ult.* & ibi Addentes Novar. *dict. Rub. de arbitr. collect.* 3. *num.* 23. & hoc jure utimur, sicque definitum habemus per eundem Cancellarium, *sententia dici* 6. *Octobris* 1508. *in causa Michaelis Bodi.* Quæ præcisio termini plurimos saluberrimos effectus producit; nam antequam similis limitatio induceretur per non consensum prorogationis, quoties aliquæ exceptiones opponebantur coram Arbitris, vel intra quinque dies inter media suscitabantur; lata ab Arbitris interlocutoria, cum frequenter discordes reperirentur, cursus contentionis suspendendus erat, usquedum Cancellarius, tanquam Tertius articulum diffiniret. Sed sublato illo consensu prorogandi, lapsis quinque diebus, dum concordes non reperiantur, res defertur ad Cancellarium, ut item Domenech docet *in observat.* §. 10. sicque usu, & praxi receptum est. Parirer cursus causæ antiquitus suspendebatur usquedum ab allegante exceptionum fori, expensæ solutæ fuissent; at hodie quinque diebus elapsis causæ cursus prosequitur coram Cancellario, nec aliæ expensæ solvuntur, quàm illæ, quæ ab Arbitris, vel Cancellario solvi jubentur condemnatione mediante; tradit
124 Domenech. *ibid.* §. 9. Demum coram Arbitris processus ordinarius conficiebatur, testésque examinabantur in materia principali objectiva, & corroborativa, ut Domenech infr. §. 11. sed postea praxi receptum, ut juxta observantiam Cataloniæ procedatur, reservata testium productione ad judicium Cancellarii. Denique partes compellebantur salaria solvere Arbitris, & aliis quamplurimis Officialibus munera illorum sequentibus ratione dietarum, in quibus vacabant ad conveniendum in loco communi, si jurisdictiones contendentes in diversis locis aderant, quod ut plurimum eveniebat ratione competentiarum cum Ordinariis Dertusensi, Segobricensi, & Orcelensi; sed cursu quinque dierum peremptorio effecto, nisi ex instantia expressa alicujus partis, in loco communi non concurrunt, sed causa absque conferentia, & votis, ad Cancellarium devolvitur, quod partibus, quam utile sit nemo est qui nesciat; & tradit Domenech §. 12. sicque nequaquam prorogatio aliqua fit, sed intra quinque dies, Arbitrorum, functio peremptoriè finitur.
125 Elapso quinque dierum termino, ad fisci Procuratorem Curiæ suscitantis attinet, processum Arbitrorum coram Cancellario producere; nam cùm dilatio triginta dierum currere incipiat, statim atque quinque dies elabuntur, ne absque illius notitia evanescat, hoc facere tenetur. Computatur itaque dicta dilatio triginta dierum à lapsu quinque dierum Arbitrorum præcisè, & peremptoriè, ita ut si ea finiatur, absque declaratione, contentio expiret, & declarata censeatur ad favorem jurisdictionis Ecclesiasticæ, ut in *textu* apparet, & pluribus adductis Cortiada *decis.* 17. *à n.* 30. *& decis.* 21. *n.* 1. *cum seqq.* Præsul. Vrrutigoyti *d. qu.* 2. *n.* 9. (qui ait ex nova dispositione, alios quinque dies datos fuisse ad pronunciandum, *q.* 5. *n.* 4. *cum seqq.*) & ex constitutione Cataloniæ, tradunt Doctores laudati *n.* 8. quæ apud nos disponunt ex *for.* 11. *hoc tod. tit.* Et quamquam olim coram Cancellario processus non efformabatur, sed ex processu Arbitrorum judicabat, hodie, ut dixi, processus ab ipso Cancellario conficitur, & instruitur, quod necessarium visum fuit; & quia coram Arbitris non ita exactè, atque sedarè
126 perficiebatur; & quia quinque dierum dilatio sufficiens terminus non erat ad processum instruendum ritè, & rectè; imò & non semel (vel potius ferè semper) illa dilatio triginta dierum sufficiens non est ad instruendum processum, & sic prorogari solet per Cancellarium ex vi *dicti fori* 9. quod sit de consensu Curiarum; quo pacto explicanda sunt verba *dicti fori* 9. nam licet dicat, Curias contendentes posse prorogare, hoc est præstare consensum, nam Curiæ tunc sustinent vices partium contendentium, & ad partes non potest pertinere potestas prorogandi dilationem, Gloss. *in l.* 2. §. *sed etsi judex ff de jud. verb. inhibita, l. properandum, C. de jud.* Romanus *in l.* 2. *ff. de re jud.* Alexander. *in d. l. properandum*, plurimis relatis Don Acatius Ripoll. *variar. cap.* 5. *num.* 18. *cum duobus seqq.* Cortiada *d. decis.* 21. *n.* 25. sed in Aragonia prorogatio non procedit, Præsul Vrrutigoyti *quæst.* 19. *n.* 6. *&* 11. sed ad Judicem, cujus est concessio dilationum, & ejus partes sustinet Cancellarius, & ita definitum per eundem Carolum Domenech in causa oppidi de Almusafes, *anno*, ni fallor, 1565. quæ sententia est *in lib. sentent. ejusdem, fol.* 30. *pag.* 2.

Quando autem terminanda est contentio diffinitivè, 127
una ex Aulis civilibus nostri sacri Senatus convocatur per Cancellarium mediante epistola, quam conscribit Domino Regenti, & mittit horâ celebrationis Concilii, ne si die illo reperiantur, Senatores impediti, tempus deficiat ad prorogationem faciendam. De praxi Cataloniæ vide Cortiadam *decis.* 24. *ex num.* 3. & Aragoniæ, Præsulem Vrrutigoyti *q.* 2. *num.* 10. *& q.* 63. *nu.* 15. qui diversam habent: Sed apud nos solent alternativè convocari Senatores unius, vel alterius ex civilibus Aulis, & in domo Cancellarii congregantur, ibique sententia ferenda dis- 128
curitur; qua de causa omnes illius Aulæ ire tenentur, nisi qui Regentis officium eo impedito gerit; nam propter officii præstantiam, rationi consonum est, ut ab hoc abstineatur, signanter cùm omnibus prærogativis illius fungatur, ut dixi *tom. 1. cap. 2. §. 2. num.* 11. sicque ab hac functione abstinetur. Si autem numerus Senatorum deficiat, suppleri per Dominum Proregem solet, sicut quoàd Aulas Senatus, dixi *dict. capite* 1. *num.* 6. sicque pluries observatum vidi, & non semel interfui cum Dominis alterius Aulæ. Senatores verò suffragia consultiva eo tunc obtinent, nam juxta Concordiam, jurisdictio ad Tertium attinet, qui ut dixi, Cancellarius est; docet Peguera *in praxi cap.* 16. Cortiad. *d. decis.* 25. *n.* 35. *&* 48. Vrrutigoyti *q.* 13. *n.* 7. apud quos plures reperies, & maximè apud *Pegner.* post formulam sententiæ *vers. Isti.* In Aragonia non solum Senatores, sed totidem Doctores Ecclesiastici convocari solent, ut Doctores Aragonenses laudati *n.* 8. & Vrrutigoyti *ubi prox.* testantur; quod apud nos nunquam adhibitum fuit; & quamquam forma superiùs dicta, immutanda proponeretur in Curia anni 1585. *for.* 28. 129
nequaquam concessum fuit. Et licet suffragia consultiva sint, Cancellarii majoris partis liberationem sequi solent, non ex vi alicujus legis, vel statuti, aut fori, sed ex vi rationis, quæ potior semper est: imò data paritate sententiarum, Senatores alterius Aulæ vocare solet, ut à majori suffragantium parte, semper res definiatur, ut tradit Abbas Domenech *in ordinat.* §. 16. quod observari nostris temporibus vidi: si enim Cancellarius absens fuerit, vel valetudine, aut aliter impediatur, tunc alius in Ecclesiastica dignitate constitutus per Dominum Proregem nominatur, ut quotidie fit, & tradit Peguera *in praxi, cap.* 26. *num.* 7. *vers. Ulterius*, & cum eo plures ex superius laudatis. Si Aulæ civiles impediantur ex propalatione sententiæ, veluti, quando opposita jam fuit declinatoria fori, & super eam decretum latum per utramque, tunc Aulæ criminali Senatores convocari solent, ut observatum vidimus in causa contentionis ortæ inter Regiam Audientiam, & Don Ianuarium de 130
Perellòs ex una, & Ordinarium Ecclesiasticum, atque Capitulum almæ Sedis, administratorio nomine, bonorum Doctoris Gasparis Tapia, quondam Archidiaconi majoris ex altera, in qua declinatoria fori ab una Aula civili repulsa, reperiebatur ab alia confirmata. Impedie-

batur etiam Cancellarius, eo quod obtinebat dignitatem in eadem Sede, ſicque cum Senatoribus Aulæ criminalis definivit hanc contentionem Doctor Joſephus Auzina Canonicus Doctoralis Sedis Segobricenſis tunc, nunc verò meritiſſimus Decanus Collegiatæ Gandiæ, & mihi familiaritate jucundus, & toto literaturæ fulgore
131 conſpicuus, *ſententia lata die* 10. *Septembris. anni* 1641. Hæc enim omnia obſervantur in declaratione principalis contentionis, ſed cum non ſemel articuli, & intermedia ſuſcitentur, dilationes novæ poſtulentur, vel aliquid magni momenti declarandum veniat; poteſt, & ſolet Cancellarius vocare Aulam ad quam contentionis diffinitio ſpectat, ut articulus, meritis diſpunctis, atque juribus examinatis, terminari valeat. Quod aliquando obſervari vidi, ſed non frequenter.

132 Ac cum declaratio principalis cujuſvis contentionis vere interlocutoria ſit, nempe ſuper competentia juriſdictionis: nam ut teſtatur Fontanel. *deciſ.* 318. *numero* 11. juxta Concordiam, Cancellarius ſolum poteſt declarare, cujus eſt juriſdictio; quod comprobat dictis aliorum Doctorum; in promulgatione ipſius, neque Evangelia ſactoſancta proponuntur, neque cæteræ ſolemnitates
133 diſſinitivæ obſervantur, ſed ea manu ipſius Cancellarii exarata, & à Senatoribus ſubſcripta, ſtatim promulgatur, & eodem die injungitur, ut tradit Peguera *ubi proxim.* Quæ quidem praxis, ut plurimum congruit cum praxi Cataloniæ, ut patet ex Doctoribus laudatis *ſupra. num.* 8. quam, ut dixi, juxta *dictum for.* 11. ſequi tenemur. Sed quia quotidie dubia aliqua emergunt ſuper his, non abs re erit, ut aliqua diſſeramus ex uſu frequentioribus.

134 Primò quæro, an à ſententia Cancellarii conceſſa ſit appellatio? & neutiquam appellari poſſe eſt tenendum. Tradunt eruditè Fontanel. *de pact. claus.* 4. *gloſ.* 13. *p.* 3 *n.* 7. *& deciſ.* 314. *num.* 1. *& ſeqq. & deciſ.* 319. *num.* 11. Portol. ad Molin. *in tit. de compet. jur. num.* 42. *cum ſeqq.* Seſſe *de Inhibit. cap.* 9. §. 2. *num.* 25. *& ſeqq. & deciſ.* 113. *per tot. tom.* 2. dominus Vico *ad prag. Sardin. tit.* 51. *num.* 12. *&* 13. Tonduti *de prævention. p.* 2. *c.* 38. *n.* 3. *& ſeqq.* Sicque definitum per ſummum Pontificem Pium V. in bulla ſuperius memorata, quam ad literam tradunt Seſſe *ad fin. d. deciſ.* 113. & Dominus Vico *n.* 13.

135 Secundò quæro, an Arbitri nominandi per juriſdictiones eſſe debeant Eccleſiaſtici, vel poſſint eſſe laici? & licet de jure communi, valde controverſum ſit, ex traditis per Fontanellam, *d. gloſſ.* 13. *p.* 3. *num.* 6. *deciſ.* 324. *num.* 1. *& ſeqq. tom.* 2. P. Fragoſo *de Repub. p.* 1. *lib.* 5. *diſp.* 14. *num.* 34. apud nos uſu, & conſuetudine receptum eſt, ut pro parte Eccleſiaſticæ juriſdictionis Vicarius generalis nominetur, licet aliquando viſum ſit, Laicum nominari, ut de facto fuit nominatus dominus Don Gaſpar Tarraga in cauſa contentionis Don Vincentii Carroz, Equeſtris Ordinis Divi Joannis Hieroſolymitani, quæ definita fuit per Arbitros, *die* 20. *Februarii ann.* 1612. Quæ obſervantia comprobatur ex traditis per Fragoſo *ubi prox.* Quod fieri probant Fontanella *deciſ.* 324. *num* 16. Præſul Vrrutigoyti *queſt.* 25. *n.* 6. Cortiada *deciſ.* 13. *num.* 28. Pro Regia juriſdictione Fiſci Patronus nominatur; de Aragonia idem teſtatur Præſul Urrutigoyti *d. queſt.* 2. *n.* 8. in Catalonia, Sardinia, & Majoricæ civitate aliter; ut teſtatur Cortiada *dict. deciſ.* 13. *num.* 26. Et licet nomen ipſius Advocati Fiſcalis exprimatur in literis contentionis, ratione officii ei attributum videtur, & ſic deciſum per Senatum, quando ad hoc munus fuit promotus, nam quædam contentio pende-
136 bat, in cujus literis nominatus fuit. Mag. dominus D. Nicolaus Monllor prædeceſſor, & cum dies declarationis inſtaret, hoc dubium ſuſcitavit una ex partibus contendentibus, privatim me interrogando, & cùm tres Aulas Senatus conſulerem adſtante eodem domino Monllor, concordi ſuffragio fuit definitum, nominationem ſeri ratione Officii, non verò intuitu Perſonæ, ac per conſequens ſequitur Officium & pertinet ad ſucceſſorem, ex pluribus congeſtis per Larream *deciſ. Granat.* 31. *num.* 20. *cum ſeqq.* plura ad rem ex deductis per Don Joannem Solorçano *de jure Indiar. lib.* 2. *cap.* 21. *num.* 7. *& ſeq. tom.* 1. ſicque contentionem arbitratus fui; de qua deciſione nil in ſcriptis permanet, præter declarationem à me hujus deciſionis confectam.

Contentione pendente nil innovandum eſt, textus *in* 137
cap. ſi judex laicus, in fin. ibi: *Contra eum tamen quivis proceſſus conquieſcat*, ubi Gloſſ. *verb. interim, de ſententia excommun.* plures relati per Barboſ. *in collect. ad hunc textum, verb. contra eum,* de quo in noſtro text. *in fin.* Ferrer. *obſervan. dict. lib.* 3. *cap.* 180. Peguera *in prax. dict. cap.* 26. *verſ. Item quæro.* Portol. ad Molin. *ubi proxim. n.* 6. Cancer. *variar. lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 61. Dominus Vico. *dict. tit.* 51. *num.* 38. Præſul Vrrutigoyti *de compet. quæſt.* 38. *ex num.* 1. Cortiada *deciſ.* 22. *num.* 1. *cum ſeqq.* qui cunctos congerit. Ex quo inſurgit dubitatio, an pendente contentione ſuper repetitione Clerici, recipi poſſint per Curias informationes ſummariæ ad inſtructionem Curiæ de delicto? Et licet regula videatur obſtare, & ur- 138
geat diſtinctio Jacobi Cancer. & Don Ludovici Peguera ab eo relati, *ibid.* nempe an pendeat contentio ſuper immunitate, vel ſuper privilegio fori; ita ut de immunitate affirment, de privilegio negent; ſicque deciſum videatur per Carolum Domenech. *ſententia diei* 10. *Junii* 1569. *in cauſa Didaci Machuca*; tamen contrarium verius arbitror, nam faciendo id, quod utrique juriſdictioni prodeſt, nemo dicitur attentare: Lancellot. *de attentat. cap.* 12. *limit.* 4. Ferr. *dict. cap.* 180. *& cap.* 262. Cum 139
autem probationes perirent, ſi circa hoc nihil innovandum eſſet, in damnum utriuſque juriſdictionis cederet; ſicut è contra utrique conſulitur, ſi informationes de delicto capiantur, taliter, quòd ſi in favorem Regiæ juriſdictionis poſtea contentio decidatur, jam Judex Regius habet inquiſitionem inſtructam; ſi autem ad favorem Eccleſiaſticæ contentio terminetur, pariter ad eum pu- 140
niendum habebit Eccleſia proceſſum inſtructum per ſe, & ſi velit teſtes à laico examinatos, poterit iterum examinare. Neque contentionis cauſa inſtrui valet, quin juriſdictiones informatæ ſint de delicti qualitate, à quo utplurimum declaratio contentionis deſumitur. Curia enim 141
aliàs inſtrui nequit, niſi mediante ſummaria informatione; alioquin cum contentiones in ipſo negotii initio ſuſcitari ſoleant, neque contentionis proceſſus inſtrui valeret à Curia contendente, neque juriſdictionibus conquieſcentibus, probationes maleficii ſubſiſterent, niſquedum contentio finem obtineret, præſertim caſu diſcordiæ in ea firmanda, vel terminanda, ex quo dilatantur cauſarum exitus.

Conducit eleganter (ut ſolet) Antonius Faber *in ſuo* 142
Codice, lib. 4. *tit.* 14. *diffin.* 37. ibi: *Inquirere tamen de crimine, nihil obſtante appellatione, & poteſt, & debet: nec idcirco attentare videbitur in ſpretum appellationis; nam quod traditum eſt, ſi ab interlocutione judicis, qui ſe competentem pronunciavit, appellatum ſit, non debere eum pendente appellatione cognoſcere, ſed ad eum qui ipſius vice fungitur devolvi cognitionem, in civilibus tantum cauſis obtinet, non in criminalibus, quod pertinet ad inquiſitionem. Nempe ne aliter poſſit juri eveniat, ut peſſimo cuique aperiatur via eludendi Magiſtratus, & faciendi, ut pereant probationes, quæ omnium ſunt favorabiliſſimæ.* Et hoc duplici ex ratione, primam proponit *num.* 3. *in notis*, ibi: *Quia non tam videtur fraudem facere, quam fraudem excludere.* Secundam explicat *ibidem num.* 5. ibi: *Inquiſitio enim facta, facilius haberi poteſt pro infecta, quam infecta pro facta.* Quæ omnia quàm propriè noſtræ quæſtioni adaptari poſſint facillimè percipi valet, cum propoſita appellatione pariter attentare dicatur, ſicuti quando contentio pendet. Quibus additur, quòd informatio Curiæ nullatenus eſt actus indicialis, cum extra, & ante judicium fiat, nam 143
adhuc lis inchoata non eſt, ut dicam infra; ita ut teſtes

recepti

ꝛccepti pro informatione Curiæ reum non afficiant, neque eorum dicta depositiones dicantur, aut probationem faciant de jure, ut tradit Caballus *cas. 55. num. 1.* Ergo dici non potest procedere, aut attentare, qui informationem Curiæ instruit pendente contentione. Quare non obest doctrina Fontanellæ *decis. 256. num. 5. & seq.* nam in casu *illius decisionis* agitur de executione sententiæ.

144 Quod dubium cum in Senatu proponeretur in quadam contentione pendente cum Inquisitoribus, ex trium Aularum resolutione desumpta, *die 2. Junii 1632.* posse informationem instruere Regiam jurisdictionem, definitum fuit; & cum super hoc consuleretur Regia Majestas, rescripto *diei 7. Augusti subsequentis*, confirmatum fuit decretum Senatus & idem fuit rescriptum Inquisitoribus per illorum Superiores, ut tradit Dominus Avunculus Don Petrus Sanz *in suis observat. lit. C. observ. 38.* Ex his desumpsit materiam Dominus Crespi ad scribendum *observationem 68.* in qua nihil addidit præter verba rescripti concordati: sed clarè hanc sententiam tuetur. Eam impugnant Præsul Vrrutigoyti *d. q. 38. num. 4.* & Cortiada *d. decis. 22. ex n. 19.* sed nihilominus persistoniam verba Concordiæ allegata per Cortiadam *n. 23.* intelligenda sunt de processu in propria significatione, ut late probavi *de re criminal. Contr. 25. n. 5. cum seqq.* & informatio summaria non est verus processus, quæ in Regno Valentiæ non probat in judicio contentionis; sed testes repetuntur parte citata coram Cancellario: si enim informationi standum esset, quoad plenum præjudicium, cum eis calculum ponerem.

145 Item quæro, an reus confugiens ad Ecclesiam possit per Judicem sæcularem vinculis, catenis, aut compedibus detineri, etiam ante motam contentionem? Et non posse videtur, *ex l. præsenti, C. de his qui ad Eccles. confug. cap. definivit. 17. quæst. 4.* P. Suarez *de Relig. tom. 2. lib. 3. c. 12. num. 12.* Farinac. *q. 28. in prax. num. 9. & de Immunit. cap. 19. num. 297.* Guazin. *ad defens. vener. defens. 1. cap. 32. numero 2.*

146 Sed in casibus, in quibus confuga gaudere non debet Ecclesiæ immunitate (quos doctissimè cumulat eruditus, atque doctissimus Siculus Don Marius Curtelli Comes Villarosatæ *de Immunitat. part. 1. ferè per tot.*) voluerunt aliqui, quod custodiatur per Ecclesiæ Rectorem, qui si confuga aufugerit, tenebitur de culpa, juxta doctrinam Alberici, Ancarran. Oldrad. Deciam, & aliorum, quos re-

147 fert Farin. *de Immunit. dict. cap. 19. num. 298.* sicque dum disceptatur quæstio immunitatis, an gaudeant, nec ne? poni potest in compedibus, vel custodibus detineri, donec cognitum fuerit, Covarruv. *variar. capit. 20. numer. 17. verf. Trigesimo*, Anastas. Germon. *de sacror. immun. lib. 3. cap. 16. numero 93.* plures relati per Farin. *dict. numero 298. & dict. quæst. 28 numero 10.* quo in casu de licentia Judicis Ecclesiastici posse detineri videtur, ex traditis per Bellugam *in specul. rub. 10 §. sed quia quotidie, numero 21.* Covarruv. Germon. & alii *ubi proxim.* Mart. *de Jurisdict. 2. par. quæst. 50. numer. 19.* Gambacurt. *de Immunit. lib. 6. c. 8. num. 3.*

148 Nec desunt gravissimi Doctores, qui tradidere, posse Judicem, laicum confugam vinculis, & compedibus alligare, etiamsi Judex Ecclesiasticus in hoc consentire recusaverit. Bobadilla *in polit. lib. 2. cap. 14. num. 91. & in not. lit. F.* Julius Clarus *in prax. §. fin. quæst. 30. nu. 10. vers. Quero modo*, Farinac. *dict. quæst. 28. num. 10. & de Immunit. dict. cap. 19. num. 298.* Tuscus *verb. Ecclesia, conclus. 10. num. 13. & 14.* Joannes de Acunna Bolanos *in Cur. Philip. 1. tom. 5. par. §. 12. de los retraidos, num. 52.* Villalobos *in summa 2. part. tract. 19. difficult. 7. num. 24.* Don Franciscus Ant. de Costa, *consil. 1. vol. 1 per tot.* optimè, & eruditè Collega dominus Victorianus Calahorra, *in allegatione pro Iurisdictione Regia, in causa Vincentii Fortuny, edita anno 1634.* quæ viginti quatuor Theologorum doctissimorum subscriptionibus, ex gravissimis hujus Regni, comprobata, ac munita reperitur; pluribus Fontanella *decis. 200. numero 17. & seqq. & decis. 201. per tot.*

Horum gravissimorum Doctorum opinio recepta est 149 in nostro Regno; nam Regia jurisdictione immemoriali possessione præscriptam habet facultarem custodiendi, atque alligandi vinculis, & compedibus reos ad Ecclesiam confugientes, etiam ante motam contentionem, absque licentia, vel consensu Judicis Ecclesiastici; & ita sæpissimè definitum extitit per Cancellarios, ad quos, ut dixi, pertinet terminare has jurisdictionum contentiones. Adest sententia anni 1620. in favorem Regiæ jurisdictionis, in causa Hiacinthi Pujades famuli Excellentissimi domini Marchionis de Tavare, tunc Proregis, qui ad Sedem Valentinam confugerat propter homicidium nequiter patratum in personam Gregorii Arahujo 150 consamuli, declarando posse Regios Officiales præfatum Hiacinthum, catenis, & vinculis alligare, mota jàm contentione: cujus intuitu, Regia jurisdictio dubium suscitavit in abstracto, an ante motam contentionem, sicut & post, id ei permissum esset? In qua causa, sententia publicata per Augustinum Palau Not. *die 30. Junii 1623.* fuit decisum per cancellarium ad favorem Regiæ jurisdictionis, declarando illam existere in possessione immemoriali legitimè præscripta, tam ante, quàm post motam contentionem, reos ad Ecclesiam confugientes alligare vinculis, & compedibus, & custodiam apponere, nullo expectato consensu judicis Ecclesiastici. Idem etiam fuit postea decisum per eundem Cancellarium, sententia publicata per Ludovicum Beuman Munnoz Not. *die 28. Septembris, anni 1627. in causa Marcelli Sala*, his verbis: *Bene tamen jure permittente, dictum Regium Officialem potuisse illum intra Ecclesiam oppidi de Vinaros, ad quam confugit dictus Marcellus Sala, vinculis, & catenis alligare, etiam ante motam contentionem: & hoc pariter præstare posse Regios Officiales in omnibus casibus occurrentibus.* Et etiam ibi: *Perpenso ulterius, quòd de jure, ac ratione naturali scripta, licitum, & permissum est Regiis Officialibus, dum contenditur, an hi qui ad Ecclesias confugiunt, illorum immunitate potiantur, illos, ut fecisti permanent, & ne judicium reddatur illusorium, & sic in quemcumque eventum consultum sit utrique jurisdictioni, custodibus, catenis, & compedibus coërcere: potissimum cum in hac possessione ex stat Regia jurisdictio. ac reperiatur diffinitum variis in casibus consimilibus, per nos, & prædecessores nostros.* Idem sententia publicata per eundem, die 3. Julii 1631. ibi: *Attento, quod super dubio, si aliquod adesse poterat, an confugientes ad Ecclesiam, ante, vel post motam contentionem possent in compedibus, & sub custodia detineri, adsunt plures Regii Cancellarii declarationes, & etiam cum ipsomet Episcopo Dertusæ facta, & obtenta in favorem Regiæ jurisdictionis, & ejus Officialium, quibus decisum extat licere Regiis Officialibus, etiam ante motam contentionem, confugientes ad Ecclesiam in vincula conjicere, & custodes apponere; unde dicendum est, nullum relictum esse locum dubitationi, & esse in casu notorii juris Regiæ jurisdictionis.* Ita etiam in causa Vincentii Fortuny, de qua *suprà, num. 148.* non solum sic definitum *die 20. Novembris 1634.* sed pronuntiatum, nulliter censuras promulgatas fuisse; quod subscripserunt gravissimi Theologi, ut dixi; notat Dominus Avunculus Don Petrus Sanz *in suis observationibus, lit. E. observation. 17.* Nec obstat opinio nostri Trullench, & aliorum, quos sequitur *lib. 1. Decalog. cap. 11. dub. 4. num. 4.* asserentis, sine sacrilegio fieri non posse; nàm in fine omnia reducit ad consuetudinem, quæ uberrimè probata remanent ex superius dictis.

Quod etiam comprobatur ex eo; nam casu quo no- 151 torium est, confugam commisisse crimen, ob quod immunitate frui non potest, absque licentia Episcopi extrahi potest, ut probat Currell. *de immunit. lib. 1. quæst. 14. numero 1. usque ad fin.* & novissimè noster doctissimus Theologus P. Martinus Perez ab Unanoa *de pœnitent. disput. 30. sect. 4. num. 1.* quod declaratum reperio per Cancellarium Domenech, die 11. Julii 1561. in causa Genesii

Roſell ſartoris (de quo articulo ſtatim:) à fortiori ergo ubi tantum tuitivè proceditur, reum detinendo ſub cuſtodia, ne judicium reddatur eluſorium, abſque cenſura rum labe fieri poſſe infertur; quò reſpicere videtur decretum *for. 31 de jur. omn. jud.*

152 Sed nunquid, ſi confuga detineatur in Eccleſia alicujus oppidi, quæ ratione qualitatis ipſius minimè apta eſt ad cuſtodiam rei, vel ſcandalum timetur in ea permanendo, eo quòd graſſatores factionis, quam ſequebatur, ut eum à manibus cuſtodum eripere poſſint, violenter extrahere conantur; poſſit ad aliam Eccleſiam, in qua ſecuriùs detineatur, vel ad urbem transferri, ibique detineri in loco, ſive carcere, deſtinato ad ſervandos confugas, qui ad Sedem Valentinam tanquam ad aſilum confugiunt, pro utraque juriſdictione, quæ conſtructa

153 eſt in ædc (quam *Eleemoſinæ*, ſive *de la Almoyna* appellamus) abſque ſpolii, vel attentati periculo? Et quamvis regulariter reus ab Eccleſia extractus ante omnia ſit reſtituendus ratione ſpolii, *l. præſenti*, *C. qui ad Eccleſiam confug. c inter alia*, *de immunit. Eccleſ. cum ſimil.* Farin. *de immunit. numero* 48. *& quæſt.* 28 *num.* 2. Guazin. *defenſ.* 1. *cap.* 30. *numero* 7. cum pluribus aliis relatis *infrà num.* 158. id ceſſante cauſa intelligendum eſt: ſed ea exante, contrarium eſt verius; una enim Eccleſia eſt, unum Baptiſma, & uno regitur divino Spiritu, *extravag. unam ſanctam*, *de major. & obedient.* plurib. Barboſ. *de jur. Eccleſiaſt. lib.* 2. *c. apit.* 3. *numero* 110. noſter Trullench *lib.* 1. *Decalog. capit.* 11. *dub.* 1. *num.* 15. Caſtro Palao *tom.* 2. *tract.* 11. *diſp. unic. punct.* 9. *num* 9. *& punct.* 11. *num.* 13. Curtell. *dict. lib.* 1.

154 *de Immunit. quæſt.* 3. *num. fin.* Sicque delinquens in una Eccleſia poterit capi in alia, ad quam ſpe immunitatis confugit, etiamſi in ea non deliquerit, ut probat Barboſ. *ibid.* Farin. *dict. quæſt.* 28 *numero* 39. Covarruv. *variar. lib.* 2. *cap.* 20. *numero* 15. *verſ.* 24. Clar. *in praxi quæſt.* 50 *num.* 15. aliis relatis Guazin. *ad defenſ. recr. defenſ.* 1 *cap.* 38 *num.* 17. Nam non venit conſiderauda materia ædis, ſed forma Eccleſiæ, quæ ubique eſt una, atque adeo reo reſtituto ad unam Eccleſiam, ſive ædem, Eccleſiæ verè reſtitutus eſt: Bobadilla *in politic. lib.* 2. *cap.* 14. *num.* 97. Fontanella *deciſ.* 340. *numero* 36. *tom.* 2. *& deciſ.* 201. *numer.* 6. *tom.* 1.

155 ob quod ceſſat ſpoliuni, neque ab una Eccleſia ad aliam ſpolium dari poteſt, etiamſi in diverſis Diœceſibus ſitæ ſint, dum adſit cauſa; ut aliis relatis probat Sanfelicius *deciſ.* 219. *numero* 9. *in fin.* & ſic definitum per Cancellarium, *ſententia dici* 17. *Auguſti* 1577. quæ eſt *in* 2. *tom. libror. Cancellar pag.* 20. in cauſa Petri Maſquefa abſtracti

156 ab Eccleſia Sancti Salvatoris villæ de Elig, quem juſſit reſtitui ad Sedem Valentinam in loco aſſueto, & ſententia publicata per Gurream, *die* 31. *Julii anno* 1637. in cauſa Joannis Bonanat villæ de Alcoy, qui ad Eccle-

157 ſiam Turbis *de les Mançanes* confugit; tradit Dominus Avunculus Don Petrus Sanz *in ſuis obſervat. lit. E*, *obſerv.* 15. & ſententia *diei* 4. *Maii.* 1652 in cauſa Philippi, & Franciſci Gonçales villæ de Cocentayna, qui à Cœnobio Minimorum oppidi de Muchamel, Oriol. Diœceſis, extracti fuerunt, & ad Sedem Valentinam loco aſſueto reſtituti.

158 Sed hæc concluſio, quòd ante omnia eſt reſtituendus extractus per Judicem ſæcularem, limitanda videtur, quando poſt extractionem fuit ſuſcitata contentio ſuper privilegio fori, & declaratum non gaudere ob criminis qualitatem; nam licet ab Eccleſia allegari ſoleat prædicta regula, ex *dict. præſenti*, *C. qui ad Eccleſ. confug. cap. inter alia de immunit. Eccleſ. capit. minor. cap. frater*: 17. *quæſt.* 4. pluribus Barboſ. *in collect. ad hos textus*, *& dict. cap. num.* 50. Belluga *in ſpecul. rub.* 11. *§. ſed quia leguimus*, *numero* 6. *verſ. Scias tamen*, *& numero* 25. Farin. *dict quæſt.* 28. *numero* 3. *& de immunit. num.* 48. *& conſil.* 76. *numero.* 16. Maſtril. *deciſ.* 169. *num.* 11. Guazin. *ad defenſ. recr.* 1. *part defenſ.* 1 *cap.* 29. *in princip. & cap.* 30. *numero* 7. Mar. Ital. *de immunit. lib.* 1 *cap.* 6. *§.* 1. *num.* 25. Ambroſm. *de immunit. cap.* 1. *num* 5. Giurba *conſil.* 20. *num.* 23. *& conſil*, 100. *num.* 22. Gratian. *diſcept. Forenſ.* 3. *tom. cap.* 596. *numer.* 10. Filuſ. 1. *tom. tract* 15. *capit.* 6. *numer.* 1, 6. Genuel. *in prax. Archiepiſ. capit.* 17. *numero* 5. Riccius *collect.* 1792. *part.* 5. Gomez *variar. lib.*, *capit.* 10 *numero* 2. *ad fin. verſ. Unum tamen eſt*, Paz *in praxi* 1. *part tom. cap.* 3. §. 3. *numero* 16. Gregor Lopez *in l.* 4. *gloſſ.* 3 *in fin. tit.* 11. *part.* 1. Bolano *in Cur. Philippica* 3. *p.* §. 12. *numero* 54. *&* 55. Decian. *conſil.* 8. *numero* 5 *tom.* 2. *& lib.* 6 *tract crim. capit.* 25. P. Diana *reſol. moral. tract.* 1. *de immunit. Eccleſ.* 1. *part. reſolut.* 14. *&* 16. Curtel. *de Immunit. quæſt.* 14. *num.* 1. *d. lib.* 1.

Cæterum, quod reus per Judices ſæculares abſque li- 159
centia Epiſcopi ab Eccleſia extrahi poſſit licitè, quando notoriè gaudere non debet immunitate illius, tenuerunt plures graviſſimi Doctores, ut ſunt Julius Clarus *§. fin. quæſt.* 30. *num.* 20. qui de communi teſtatur, Covarruv. *variar. lib.* 2. *cap.* 20. *num.* 10. *verſ.* 34. qui ait ita obſervari in praxi totius Chriſtiani Orbis. Guido Papæ *deciſ.* 121. *numero* 1. qui de obſervatione Parlamenti teſtatur, Boerius *deciſ.* 109. *numero* 2. qui affirmat ita de facto obſervari, Guillelmus Benedict. *in cap. Raimuncius*, *verſ. Et uxorem*, *num.* 444. Bobadilla *in polit. lib.* 2. *cap.* 14. *nu.* 94. Paz. *d. par.* 5. *tom.* 1. *cap.*, §. 5. *mem.* 1. *in fin.* Anton. Faber. *in Cod. lib.* 1 *tit.* 4. *diffin.* 1. Gambacurt. *de Immunit. Eccleſ.* 4. *relect. part.* 3 *numero.* 10. *verſ. Si verò fol mihi* 225. Curtel. *d. lib.* 1. *quæſt.* 1 *numero* 49. *verſ. Ad quod diximus*, *& quæſt.* 14. *num.* 4. qui Gregorianam doctiſſimè expendit, & de obſervantia Regnorum Hiſpaniæ diſtinctè, & eruditè teſtatur noſter Martinus Perez *d. diſp.* 30. *ſection.* 4. 160
num. 2. Cui opinioni adhæſit Cancellarius in cauſa Geneſij Ripoll. Oriolenſis, anno 1561. eſt *in prim. lib. ſententi. fol.* 3. *pag.* 2. & in cauſa Petri Lopez Pharmacopolæ, oppidi de Chelva, ſententia *diei* 22. *Maii.* 1634. in qua concurrebat, quod probationes factæ fuerant inter eaſdem partes in alio judicio contentionis, ſuper privilegio fori, & conſtabat de delicto, & ejus qualitate notoriè, & ob id ſententia lata per eundem, virtute bullæ Julii III. de qua §. *ſequenti*, definitum erat non gaudere, eo quod pacem frangendo, Vincentium Alberola, deliberatè, & proditoriè occiderat, ſclopeti reprobatæ menſuræ ictu; quæ quidem ſententia in rem judicata tranſacta, notorium faciebat delictum, cum qualita- 161
te, ob quam immunitate potiri nequibat, juxta tradita per Rotam *in recentioribus*, 2. *part. deciſ.* 435. *in fin. numero.* 4. pluribus Scaccia *de ſentent. & re jud. cap.* 1. *gloſſ.* 14. *quæſt.* 19. *numero.* 11. 0. & probationes factæ inter eaſdem partes, licet in diverſo judicio, fidem faciunt, ex traditis ab Alexand. Trentacinq. *variar. reſol. lib.* 2. *tit. de probat. reſol.* 1. Giurba *deciſ.* 14. *numero* 1. domino Monter. *deciſione* 30. *numero* 16. Si autem dubitaretur de qualitate cri- 162
minis, extrahi non poſſet abſque licentia Epiſcopi, ex *d. for* 31. Belluga *ubi proxim. n.* 21. Barboſ. *d. cap.* 3 *nu.* 155. Dominus Don Petrus Sanz *in ſuis obſerv. lit. E*, *obſerv.* 16. Quomodo verò dicatur conſtare notoriè de crimine, & quæ licentia requiratur Epiſcopi, benè tradit Curtel. *d. q.* 14. *num.* 5 *uſque ad fin.*

An autem dum in Eccleſia inimicus eſt, ipſum à loco 163
remoto ab ipſa Eccleſia aliquis vulneravit, ut putà tormentum explodendo, vel telum volatile mittendo, vel ita occiderit, dicatur nè in Eccleſia occidiſſe, vel vulneraſſe? vel è contra, dum aggreſſor in Eccleſia eſt, ab ipſa necaverit, vel vulneraverit exiſtentem in loco remoto ſimilibus armis? vide tradita per Bobadillam *lib.* 2. *capit.* 14. *num.* 30. Caſtr. Palaum *tom.* 2. *tract.* 11. *diſput unic. num.* 15. qui plures laudat, noſtras Trullench *lib.* 1. *Decalog. cap.* 11. *dub.* 3. *num.* 7. Guazin. *dict. cap.* 38. *numero* 20. *&* 21. Curtell. *de Immunit dict. lib.* 1. *quæſt.* 9. *per tot.* qui affirmativè concludunt in Eccleſia occidiſſe, vel vulneraſſe videri, ne immunitate uti valeat; & ſic cenſuit Senatus *in cauſa contentionis Franciſci Garrigues*, qui è janua Eccleſiæ parochialis de Cogullada, tormenta manualia pluries explodit in Regios commiſſarios in loco remo-

to

to existentes : literæ enim contentionis decretæ fuerunt mense Septembris 1647. sed contentio deserta, ob fugam ipsius; quæ conclusio tanquam certa est tenenda, quidquid dicat Diana *part. 1. tract. 1. resol. 9.*

164 Sed apud nos observandum est, per *forum 4. de his qui ad Eccles. confug.* restrictam esse immunitatem ad certas ædes, sive Ecclesias ; nam in Urbe solum concessum est privilegium asyli, & immunitatis almæ Sedi, & Ecclesiæ Divi Vincentii Ordinis, Ordinis Cistercienſis, extra mœnia constructæ. In Urbibus, & oppidis Archiepiscopatus, tantùm conceditur Ecclesiæ Parochiali primariæ ut ex *dicto foro* patet, de quo Belluga *dict. rub. 11. ferè per tot.* Et licet de jure non pertineat ad Principem sæcularem de immunitate Ecclesiæ statuere, ut probat Farin. *de Immunit. c. 2. n. 25. & 26.* Diana *p. 1. tr. 2. resol. 2.* & post eos Hieron. Salcedo, plura de Asylis tradendo *in D. Thom. opusc. de regim. Princ. lib. 2. dissert. 31. nu. 172. & 191.* & Andr. Mendo *de jur. Academ. lib. 3. quæst. 1.* & passim Doctores tradunt, cū *fori* Domini Regis Jacobi I. qualis est
165 *dictus forus* 4. conditi fuissent cum interventu Prælatorum Coronæ Aragonum, & interveniente Nuntio Apostolico, ut dixi *cap. 1. §. 2. numero 30.* habent vim Canonis Provincialis, sicque restrictio immunitatis tenet, quod intelligendum est, dempta Oriolensi Diœceſi ; nam ea Regni pars, tempore quo conditus *forus* fuit, nondum erat à manibus Sarracenorum vindicata, ut colligitur non obscurè ex traditis *tom. 1. cap. 1. §. 1. numer. 11. & c. 2. §. 1. nu. 6.* ideòque sub ejus dispositione non comprehenditur.

166 Quæ probatio requiratur in qualitate circumferente jurisdictionem, ad hoc ut in judicio contentionis Fisci Regii Procurator Fondatam habere suam intentionem dicatur? quæstio est usu frequentissima, nam ab ipso probandam esse hanc qualitatem, docet textus *in l. 2. §. sed si dubites, ff. de jurisdiction.* Andreas Gail *lib. 1. de pace, cap. 13. num. 12. & seqq.* Farinac. *quæst. 8. num. 86.* Carol. de Graf. *de effectib. Clericat. effect. 1. numero 12. & seq.* Don Alfons. Narbona *ad Concor. Famil. sanct. Officii Inquisit. gloss. 19. num. 4.* & plenam requiri probationem tradunt Farinac. *consil. 76. lib. 1. & consil. 168. lib. 2.* Ambrosin. *de immunitat. Eccles. cap. 11. numero 4.* Gama *decis. 179. & 169. numero 1.* Gregor. Lopez *in l. 4. tit. 11. gloss. 3. part. 5.* Avendanno *de exequend. mandat. capit. 2. numero 4.* Bobadilla *in politic. lib. 2. capit. 14. numero 94.* Riccius *in praxi variar. resol. 38.* Castillo *decis. 156. num. 2.* Giurb. *obser. 36. num. 10.* qui alios laudant.

167 Sed contrarium est verius apud nos, nempe, ut semiplena sufficiat, ut testatur Carolus Domenech. *in suis ordinat. §. 33.* & docent Gama *decis. 281.* Portol. ad Molin. *tital. de competent. jurisdiction. quæst. 9.* Cancer *variar. lib. 3. dict. cap. 10. numero 124.* Gratian. *disceptat. forens. cap. 396. num. 22. lib. 3.* Giurba *consil. 30. numero 10. & consil. 80. n. 28.* Sanfelicius *decis. 137. num. 2. & seqq. tom. 1.* Martin. Quar. *resolut. lib. 1. cap. 51. num. 8. & 9.* Merlin. *controvers. forens. c. 69.* Præsul Vrrutigoyti *in Pastor. Regul. p. 3. vot. 1. n. 11. & vot. 7. n. 4.* omnio videndus ; *& de competent. Jurisd. q. 1. n. 33. & 34.* & plurimis congestis Cortiada *decis. 21. n. 75. cum seqq.* & hic pluries decisum per Cancellarios, præsertim sententiâ *diei 12. Octobris 1620. in causa Hiacinthi Pujades*, & sententia *diei 4. Februarii 1643. in causa Vincentii Ribelles*, oppidi de Cocentayna, & in aliis plurimis, tam antiquis, quàm novissimis.

168 Ex quibus videbatur dicendum, in causa contentionis Baptistæ Cabreta, Josephi Cabreta, & Francisci Bodi villæ de Cullera, ipsos non gaudere immunitate Ecclesiæ ad quam confugerant, ratione necium Simeonis Ferrando, & Armengolis Prats Justitiæ ejusdem villæ, selopetorum, atque pugionum ictibus patratarum in Cœmeterio contiguo ipsi Ecclesiæ : si enim ut dixi, semiplena probatio sufficit ad hoc, ut reus privilegio immunitatis exuatur, in hoc casu plusquam semiplene probatum crimen, saltem quoad necem dicti Ferrando videbatur. Apparebat siquidem coram Cancellario de capitali inimicitia cum dicto Ferrando contracta ob causas gravissimas, nempe adulterium cujusdam fœminæ, & homicidium adulteri patratum per virum, & inimicitia capitalis sufficiens indicium est ad torturam ; pluribus Farin. *quæst. 49. num. 98.* & licet *num. 102.* asserat veriorem opinionem esse, quòd inimicitia sola non sufficiat ad torquendum, *num. 108.* mirabiliter hoc declarat dicendo, limitationem non procedere, quando sumus in casu, in quo certum est unum ex pluribus occidisse, sed incertum est quis ex illis occiderit, nam tunc inimicus præsumitur occisor, & ex hac sola inimicitiæ præsumptione poterit sine dubio torqueri : quod firmat auctoritate plurimorum Doctorum, addens, quod hæc distinctio nullum continet dubium, quia non adest sola inimicitia, sed concurrit assistentia in rixa, quæ etiam de se facit indicium, ut ipse probat *quæst. 96. num. 80. & seqq.* Cùm autem Ferrando interemptus esset pluribus vulneribus diversis instrumentis illatis, & assistentia in rixa trium inimicorum negari non posset, videbatur dicendum, in eos semiplenam resultare, cum idem in jure sit, posse torqueri. Quibus addi poterat, quòd ex actis resultabat contra inquisitos diffamatio delicti, ex probabili causa, nempe inimicitia, Farinac. *quæst. 47. num. 58.* accessus ad locum delicti contra Judicis præceptum, quod arguit dolum, Farinac. *quæst. 89. num. 126.* qui plures laudat : præparatio armorum in loco confugii proximo loco delicti, eodem die, Farinac. *quæst. 126. num. 173. & seqq.* fuga ad Ecclesiam immediatè post neces dictorum Prats, & Ferrando : arma ignea parando, Farinac. *quæst. 24. num. 3. cum seqq.* & confessio extrajudicialis explosionis geminatæ, quæ omnia simul juncta, plusquam semiplenè concludebant sine dubio contra ipsos inquisitos ; signanter, nam explosio, delictum de per se est in hoc Regno, ex *pragmatica anni 1613.* quod per confessionem extrajudicialem semiprobatum manere est certum, ex plurimis per me congestis *infrà, cap. 8. §. 8.* Et licet plures Doctores tenuerint, quod delicta patrata in Ecclesia non operantur amissione immunitatis, nisi homicidium, vel mutilatio sequatur, post *Gregorianam*, ut tenent Bonacina *tom. 2. disput. 3. quæst. 7. §. 4. num. 12. & tom. 3. de censur. disput. 2. quæst. 3. punct. 6. §. 7. num 11.* P. Antonin. Diana *resol. moral. 1. p. tr. 1. resol. 4.* P. Castro Palao *tom. 1. tract. 11. disp. unic. punct 9. num. 9.* qui plures alios adducunt : Contrarium est verius, ut probant Doctores *in cap. inter alia, de immunit. Eccles.* Navarro *in sum. c. 25 num. 20* Covarruv. *2. variar. cap. 10. num. 1.* Guttirrez *in pract. lib. 3 quæst. 1 numero 17.* Bobadilla *in politic. lib. 2. capit. 4. num. 24.* P. Suarez *de reverent. debit loc. sa. cap. 11. num. 6.* Farinac. *quæst. 27. nu. 3.* Gambacurt. *de immunitat. Eccles. lib. 5. cap. 18. num. 3.* Duardus *in bulla in Cœn. Domini lib. 2. Canon. 15. quæst. 16. num. 15.* Augustin. Barbos. *de jur. Ecclesiast. lib. 2. capit. 3. numero 10.* noster peritissimus Trullench *lib. 2. Decal eg. cap. 11. dub. 4. numero 13.* Guazin. *deff. 1. capit. 38. num. 14.* Curtell. *de Immunitat. lib. 1. quæst. 2 per tot.* Mendo *de jur. Academ. lib. 3. q. 31. num. 33.* Præsul Urrutigoyti *de comp. quæst. 75. nu. 25 & q. 90. n. 30.* & Cortiada *decis 113. per tot.* qui declarant quod delinquens in una Ecclesia ab immunitate cunctarum exclusus est ; præsertim in Hispania ubi *Gregoriana* recepta non est, P. Diana *dict. tractat. 1 resol. 5. & 39* Sed hoc intelligendum est, quoad delicta atrocia, atque gravia, ut omnes isti *Doctores* tenent. Quod autem crimen ad hunc effectum grave dicatur ? explicant Farin. *quæst 28. numero 66.* Pater Castro Palao *dict. punct. 9 numero 10.* Guazin. *deff. 1. capit. 38. numero vigesimo sexto* cum aliis, dicendo, quod maleficium grave intelligendum est illud, quod habet annexam pœnam capitalem : cùm autem explosiones hac pœna puniantur in Regno, ex *dict. pragmat. anni 1613.* de qua *infrà, cap. 8. §. 2.* idèo dicendum videbatur, quod ratione illius delicti frui immunitate non poterant. Quod non solum decisum reperie-

batur

batur in his terminis, sed in delictis levioris pœnæ, ut patet ex pluribus sententiis contentis in libris Cancellarii, signanter *anno* 1562. *in causa Comitis de Cocentaina*, qui dedit alapam in Ecclesia, adest *in lib* 1. *fol.* 15. & in *causa Gaspari Belluca*, qui adversarium insequendo, illum percussit intra Ecclesiam, non tamen vulneravit: anno 1580. *in lib. Ægydii Roda*, *fol.* 76. *pag.* 2. Neque in nostra specie subintrare poterat dubium, an sub spe immunitatis hoc factum fuisset, tum quia non est necessaria ea qualitas, ut immunitas amittatur, quando delictum patratur in loco immuni, Barbosa *dict. cap.* 3. *numero* 140. Castro Palao *dict. punct.* 9. *numero* 12. cum relatis ab ipsis: tum etiam, quia ex præparatione armorum in loco confugii ante delictum, & receptatione cum armis statim atque patrarum fuit, satis animus, & spes confugiendi ad immunitatem percipiebatur, juxta tradita per Mar. Curtel. *d.q.* 3. *num.* 15. Quoad hæc omnia concordes reperiebamur, & nihilominus fuit decisum præfatos inquisitos immunitate gaudere; nam licet verum sit, quod ex actis resultabat diffamatio, inimicitia, assistentia in loco delicti, & cætera superiùs perpensa; hoc evenit (cum hac qualitate resultante ex dispositionibus trium testium ex productis per Fiscum Regiæ jurisdictionis die 23. Ianuarii anni 1653.) hora nona vespertina explosum fuit quoddam sclopetum prope cœmeterium prædictum (nec liquidè adhuc per famam apparebat, an in Simeonem Ferrando, an verò per ipsum explosum fuisset) accessit illico Armengol Prats Iustitia, aliis associantibus, qui ut munus impleret, ad locum delicti properaverat. Apparuerunt illico & inquisiti cum armis igneis, quibus Iustitia geminatè jussit ad domos, proprias abire. Dum hæc dicebantur, publicè assertum fuit (nec apparebat à quo) in Cœmeterio virum quendam latitare, properare statuit Iustitia, inquisitis, & cæteris comitantibus, dum jam ad januam cœmeterii appropinquassent, antequam aliquis ex illis ingredi posset, duo sclopeta ab intus explosa fuerunt in Justitiam, & cæteros comites. Quo audito omnes tumultuatim cœmeterium ingressi fuerunt, tormenta plura ibi explodi auditum, & visum fuit, varia acclamando vox Simeonis Ferrando cognita, & ex conflictu præfati Ferrando, & Iustitia pluribus tam sclopetorum, quàm pugionum ictibus vulnerati ceciderunt, è quibus brevissima temporis periodo interierunt. Ex his deprehendebatur, crimina hæc homicidiorum, & explosionum, ex parte inquisitorum casu, & fortuito, non autem ex proposito secuta fuisse in loco immuni, & in hac specie immunitas non amittitur, probat Guttierrez *practicar. qq. civil. lib.* 3. *quæst.* 1. *numero* 8. Azor. 1. *part. instit. moral. lib.* 9. *cap.* 9. *quæst.* 9. Farin. *de Immun. cap.* 16. *num.* 14. Azevedo *in c.* 3. *num.* 25. *lib.* 1. *tit.* 25. Bobadilla *in politic. lib.* 1. *c.* 14. *n.* 14. Castro Palao *d. punct.* 9. *numero* 13 Diana 4. *p. tr.* 1. *resol.* 97. neque in culpa inquisiti reperiebantur, nam licet inimici dicti Ferrando fuissent, supposita explosione in eos, & Iustitiam (prout plene apparebat ex tribus contestibus contra producentem deponentibus) licita videbatur defensio cum eodem genere armorum, imò, & fortiori, ut probant plurimis Petrus Caballus *resolut. crim.* 1. *tom. cas.* 88. *num.* 7. Marius Giurba *cons.* 17. *num.* 24. Sebastian Guazin. *defens.* 19. *c.* 4. *num.* 24. & nos dicemus *infrà*, *c.* 8. §. 8. *num.* 113. cum cuique, licet privato, permissum sit in subitaneis casibus, nam scloporum effectus violentissimi sunt, & non solum post adversarii explosionem, sed ex eo, quod videatur sistere ad offendendum arma præparando, quia nemo expectare cogitur, ut percutiatur, Caballus *d. c.* 88. *num.* 5. Guazin. *d. c.* 4. *n.* 20. sicque decisum fuit ad favorem reorum, mea Aula consulente, *die* 12. *Octobris* 1654 quam decisionem nota, nam patronus gloriabatur de victoria, & neque factum proposuit, neque jura deduxit, ex quibus ratio decidendi desumpta fuit.

170 In causis mixti fori dubitari poterat, an jurisdictio Ecclesiastica posset procedere in laicum, pœnam pecuniariam imponendo, & exequendo, aut per capturam, & districtionem corporalem? Et quamvis aliqui teneant, quod sic; Abbas *in cap. de causis, numero* 12. *de offic. legat. & in cap. licet, num.* 8. *de pœnis*, Felin. *in cap. irrefragabili, num.* 5. *de offic. Ordinar.* Ioan. Francis. Leon *in thesaur. for. Eccles. c.* 16. *num.* 17. *p.* 2. Marta *de jurisdict.* 1. *p. c.* 50. *nu.* 17. *& 2 p. c.* 9. *num* 12. Barbos. aliis relatis, *vero* 92. *n.* 8. *tom.* 2. Diana 1. *p. tract.* 2. *resol.* 89. contrarium tenendum est, ut docent Joan. And. *in addit. ad Speculator. in rub. de offic. Ordin. in* 6. Baldus *in cap. significasti, num.* 2. *de offic. Legat.* Imola *in dict. c. cum Episcopus*, Decianus *in tract. crimin.* 1. *part. lib.* 4. *cap.* 11. *num.* 4. *& cap.* 26. *num.* 15. Clar. *quæst.* 37. *num.* 8. Boërius *decis.* 227. *num.* 11. Anfred. *de potestat. Eccles. super laicos, numero* 1. *& in Clement.* 1. *num.* 93. *de offic. Ordin.* Rebuf. *ad leg. Regias, tit. de literis requisitor. in præfat. num.* 19. *&* 20. Guid. Pap. *decis.* 437. *num.* 6. Oldrad. *cons.* 86. *in fin.* Palat. *in repet. cum per vestras, not.* 2. §. *sed est pulchra dubitatio, numero* 18. *&* 25. *de donat. in fi.* Aviles *in cap. Prator. vers. Usurpem, numero* 14. Oliban. *in usatico, alium namque, de jur. fisc. cap.* 15. *nu.* 50. Jacob. Berret. *consil.* 4 *cum trib. seqq.* Avendanno *de exeq. mand. punct.* 1. *cap.* 1. *numero* 22. Decian. *in tract. crim. lib.* 4. *cap.* 20. *num.* 15. *& lib.* 8. *cap.* 3. *num.* 47. *in fin.* Paz *in praxi, tom.* 2. *pralud.* 2. *num.* 54. Cenedo *Canonicar. qu.* 39. Amat. Roderic. *de execut. cap.* 2. *num.* 10. Menchaca *de succes. creat. lib.* 3. §. 22. *numero* 18. Covarruv. *practicar. c.* 10. *n.* 1. Salcedo ad Bernard. Diaz *regul.* 397. *vers. Sed novum dubium*, Garcia *de nobil. gloss.* 9. *num.* 53. Azevedo *in l.* 14. *tit.* 1. *lib.* 4. *recopil.* Guttier. *practicar. quæst.* 45. *lib.* 1. Bobadilla *in politic. lib.* 2. *c.* 17. *n.* 167. *& in not. lit. B.* Cevallos *de via violentia, qu.* 1. *numero* 18. *cum seqq. lib.* 2. *& communi. contra communi. quæst.* 897. Salgado *de Reg. protect. part.* 2. *cap.* 4. *num.* 36. Anguian. *de leg. lib.* 3. *contr.* 30. *num.* 12. Parlador. *rer. quotid. differ.* 9. §. 2. *numero* 17. Don Joan. Baptist. Larrea *decis. Granat.* 1. *num.* 20. Don Francis. Amaya *in l.* 2. *numero* 3. *Cod. de exact. lib.* 10. ex nostratibus Belluga *in specul. rub.* 12. §. *quædam, in fin.* & sic pluries decisum per Cancellarios, nempe sententia *diei* 4. *Iunii* 1578. *&* 171 *diei* 13. *&* 20. *ejusdem*, & sententia 9. *Februar.* 1583. & sententia *diei* 20. *Aprilis* 1585. & sententia *diei* 15. *Novemb.* 1597. & sententia *diei* 6. *Novemb.* 1613. & sententia *diei* 6. *Novembris* 1619. & *diei* 14. *Februar.* 1621. & 31. *Ianuarii* 1622. Quæ omnia cumulantur, ut appareat de auctoritate hujus opinionis; nam nihilominus frequenter Ecclesiasticus eundem lapidem revolvere intentat. Quo posito clarè resultat ratio, ob quam Episcopus non potest procedere contra laicos concubinarios, quin præcedat trina monitio, de qua in Concil. Trident. *cap.* 8. *sess.* 24. *de reformat. matr.* ubi Barbos. *in collect.* nam cum ad imponendam pœnam excommunicationis requiratur trina monitio, ut probat textus Concilii, & docent Avendanno *de exeq. mandat. part.* 1. *cap.* 22. *numero* 14. Gabriel Pereyra *de manu Regia*, *part.* 2. *cap.* 34. *num.* 12. Barbos. *in dict. collect. numero* 3. eo quod crimen concubinatus in laicis, solum ad correctionem defertur ad judicium Ecclesiæ, inde est, quòd cum Episcopi procedere nequeant in nostro Regno per alias pœnas in laicos, necessaria semper sit trina monitio, & sic decisum fuit per Cancellarium Ægydium Roda, in causa Lucæ Oriola *anno* 1582. extat hæc sententia *in lib. ejusdem. fol.* 102.

Sed quoniam Belluga *ubi proximè* tradit, quòd si Ju- 172 dex Ecclesiasticus solitus sit exercere jurisdictionem carceris in laico, non debet turbari; quæ ratio pariter procedit quoad pœnam pecuniariam; idem quoad eam tenendum est, alioquin deficiente possessione, non est recedendum à dicta sententia, quod quidem expressius docet Belluga *rub.* 13. §. *restat, num.* 4. *& vers. Et potest, de jure, numero* 3. ob quod investiganda est consuetudo in nostro Regno. Quoad exercitium jurisdictionis carceris, certum est, neminem ex Episcopis reperiri in quasi pos-

sessione

ſeſſione, ob quod ſi aliquando id intentavere, ſuſcitata fuit contentio, & definitum favore Regiæ juriſdictionis, & deciſiones ſuperius traditæ, quoad omnes Epiſcopos diſponunt: nam cum omnibus controverſum, & deciſum reperitur. Quoad impoſitionem pœnæ pecuniariæ, ſolus Epiſcopus Dertuſenſis habet probatam conſuetudinem imponendi ſimiles pœnas laicis in ſua Diœceſi, ſed ad facti executionem deveniendo, tam in bonis, quàm in perſona laici, Judex laicus competens eſt: Docent Peguera *deciſ.* 92. *numero* 25. Orban. *dict. cap.* 11. *numero* 10. & *cap.* 15. *n.* 49. Fontanella *de pactis claus.* 4. *gloſſ.* 11. *nu.* 88. & *ſeq.* Sicut è contra quando Judex laicus cognoſcit de cauſa pecuniaria Clerici, coërcitio perſonæ ad Eccleſiaſticum ſpectat, ut mox dicetur. Epiſcopus Orcelenſis etiam credit, conſuetudinem imponendi has pœnas obtinuiſſe, ſed uſque adhuc eam non probavit, ob quod nequaquam ei permittendum eſt, quin doceat de legitima conſuetudine.

173 Clericus primæ Tonſuræ habens requiſita Concilii Tridentini gaudet privilegio fori, tam in civilibus, quàm criminalibus, ſi non eſt conjugatus: Covarruv. *practicar. capit.* 3. Farin. *quæſt.* 8. *numero* 3. Petr. Barboſ. *in l. Titia, in princ. ff. ſolut. matrim.* Tuſcus *tom.* 1. *lit. C. concluſ.* 285. Gaubacurt. *de Immunit. Eccleſ. lib.* 7. *cap.* 6. Graſ. *de effectib. Cleric. 2. effect.* 1. *num.* 53. *verſ. Subampliatur*, Auguſt. Barboſ. *de poteſt. Epiſcop. allegat.* 2. *n.* 1. & 3. plures relati per Don Franciſc. Torreblanca *de jur. ſpiritual. lib.* 15. *c.* 15. *n.* 23. Diana 1. *p. tr.* 2. *reſol.* 29. Quod noſtro jure probatur, ex *for. 6. de jur. omn. jud. for.* 15. *de rebus non alienand privil.* 17. *R. Petr. I & privil.* 32. *cum ſeqq. Reg. Petri II.* Quod procedit etiamſi Clericatus obtineatur poſt contractam irregularitatem, nam licet per eam incapax Ordinis efficiatur, *c fin. de tempor. ordin. c. de cætero, de homicid.* Concil. Trident. *cap.* 7. *ſeſſ.* 14. *de reformat.* cum pluribus adductis per Auguſtin. Barboſ. *in collectan. ad hunc text.* tamen ſi de facto ordinetur, Ordo non irritatur, cùm non ſit impedimentum irritans, ſed prohibens; Innocent. *in c.* 1. *de ſchiſmaticis*, Abbas *in cap eum non ab homine, num.* 5. *de jud. & in cap. cum illorum, de ſentent. excomm.* Majol. *in Regular. lib.* 4. *cap.* 33. *n.* 1. Graſſis *dict. effect.* 1. *nu.* 526. Filliucius 1. *tom. oper. moral. tract.* 19. *cap.* 3. *n.* 59. Barboſ. *de jur. Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 49. §. 2. *nu.* 15. qui alios laudat, & mirabiliter Pater Suarez *de cenſur. diſput.* 40. *de Irregularit. in gener. ſect.* 2. *num.* 1. ſecus ſi in fraudem juriſdictionis Regiæ poſt commiſſum crimen ſumatur nam cognitio ad Judicem laicum ſpectat quod infertur ex tex. *in l. cum quædam puella in prin. & §.* 1. *ff. de juriſdict.* ut pluribus relatis probat Julius Clarus *q.* 36. *n.* 4. Cenedo *in collect.* 23. *ad Decretal. n.* 1. P. Caſtro Palao *tom.* 2. *diſput. unic. tract.* 12. *punct.* 3. *num.* 3. Barboſ. *ad Concil. dict. cap.* 6. *ſeſſ.* 23. *nu.* 27. noſter Trullench. *lib.* 8. *Decalog. cap* 1. *dub.* 8. *n.* 7. & *lib.* 7. *cap.* 15. *dub.* 5. *n.* 11 & *de Sacram. lib.* 6 *cap. unic. dub.* 5. *n.* 1. & *in expoſit. Bullæ Cruciat. lib.* 3. *dub.* 10. *num.* 4. Farin. *q.* 8. *num.* 109. Tonduti *de content. juriſdict.* ſive *prax. judic.* 2. *part. cap.* 53. *num* 4 *cum ſeqq.* Curtell. *de Immunit. lib.* 2. *q.* 2. *per tot.* pluribus Larrea *deciſ. Granat.* 11. *n.* 9. Mendo *d. lib.* 3. *q.* 32. *n.* 333. pluribus etiam Cortiada *deciſione* 11. *n.* 27. Quod intelligendum eſt, quoad minores Ordines, tam reſpectu perſonæ, quàm bonorum; quoad characterem verò, quoad bona tantum; nam diſtrictio perſonæ ad Eccleſiaſticum ſpectat, ut iſti *Doctores* unanimes tradunt, & ſic deciſum per Cancellariam *die* 5. *Junii* 1568. *in cauſa Guillelmi March*, & poſtea *anno* 1567. *in cauſa Don Ludovici Sanz*, eſt *in* 2. *lib. fol.* 88. niſi ſimus in delictis exceptis, de quibus poſtea.

174 Qualiter autem Clericatus probetur ad effectum privilegii fori, tradunt Covarruvias *pract. cap.* 23. *num.* 3. & *ſeqq.* Clarus *dict. queſt.* 36. & ibi Baiard. Cabal. *reſolut. crimin. tom* 1. *caſ.* 60. *num.* 10. Farin. *in prax. quæſt.* 8. *num.* 40. Joſephus Maſcardus *de probat. concluſ.* 102. *cum duob. ſeqq.* Pacianus *de probat. lib.* 2. *cap.* 34. noſter Ludovicus Gomez *in regul. de annal. poſſeſſ. quæſt.* 59. Fontanell. *de pact. claus. 4. gloſſ.* 13. *part.* 2. *num.* 38. & *ſeqq.* Seſſe *deciſ.* 162. *numero* 43. *tom.* 2. Marius Giurba *conſil.* 74. *numero* 11. Joan. Baptiſt. de Toro *in compend. deciſ. tom.* 1. *verb. Clericatus probatio*, Novar. *ad prag. Neapol. rub. de Cleric. collect.* 3. *numero* 4. Teſtay *allegat.* 4. *num.* 8. Sigiſmundus Scaccia *de judiciis, lib.* 1. *cap.* 11. *numero* 70. & *ſeqq.* Carol. de Graſ. *de effect. Clericat. effect.* 1. *numero* 197. *cum ſeqq.* Riccius *in prax. for. Eccleſiaſt. reſolut.* 327. P. Caſtro Palao *tom.* 2. *tract.* 12. *diſput. unic. punct.* 2. *per tot.* Guazin. *ad defenſ. reor. defenſ.* 1. *c.* 3. *nu.* 9. Barboſ. *in collect. ad Concil. Trident. ſeſſ.* 23. *cap.* 6. *de reform. & de jur. Eccleſ. dict. lib.* 1. *capit.* 49. §. 2. *nu.* 12. *cum plurib. ſeqq.* Diana *d. tom.* 1. *tract.* 2. *reſol.* 29. Regens Joan. Fran. Sanfelicius *deciſ.* 7. *per tot. tom.* 1. & *deciſ.* 260. *tom.* 2. Marius Curtell. *de Immunit. lib.* 2. *q.* 33. Solorç. *de jur. Indiar. lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 19. *tom.* 2. Tonduti *dict. part.* 2. *c.* 53. *numero* 4. Trullench. *lib.* 8. *Decalog. c.* 1. *dub* 8. *num.* 7. Qui omnes tenent, quod licèt ante Concilium quilibet Clericali tonſura inſignitus frueretur privilegio fori: poſt Concilium, ultra Tonſuram requiritur, quòd habeat qualitates, de quibus *in dict. cap.* 6. *ſeſſ.* 23. *de reformat.* ut communiter receptum eſt (licet perperam contrarium firmare cupiat Torreblanca *de jur. ſpiritual. lib.* 15. *c.* 5. *n.* 24. & *ſeqq.* quem meritò reprobat Diana *d. reſolut.* 29) nempe quod beneficium obtineat, vel de mandato Epiſcopi ſerviat alicui Eccleſiæ, aut in ſchola literarum ſtudia profiteatur, cum habitu, & tonſura incedendo.

Séd pro uberiori enucleatione, notandum eſt, quod in Beneficiato tria copulativè requirantur probanda, ut privilegio fori fruatur, ſicuti omnes ferè tenent: nempe Tonſura, per quam quis Clericus efficitur, quæ probanda eſt per literas originales, vel per réales, ut docent *Farinacius, Guazin. Sanfelicius*, & cæteri ſuperius adducti. Et hoc intelligendum, ita ut unius teſtis dictum non ſufficiat ad effectum obtinendi privilegium fori in judicio contentionis, cum hoc ſolum procedat ad effectum remittendi, & ad alios parvi præjudicii: judicium enim contentionis non habetur ad effectum remittendi Clericum Judici Eccleſiaſtico, ut plenariè cognoſcat de quæſtione Clericatus, ſed in eo plenariè de titulo Clericatus cognoſcitur auctoritate Pontificia: Deinde requiritur probatio tituli, ſive collationis beneficii, quod obtinetur per inſtrumentum, ſive bullam ipſius collationis, ut omnes ſuperius adducti conteſtantur; & denique requiritur probatio poſſeſſionis, vel quaſi ipſius beneficii, Clarus *dict. quæſt.* 35. *num* 21. & ibi Bajar. *num.* 14. Menoch. *conſil.* 450. *num.* 6. Maſcard, *dict. concluſ.* 302. *numero* 6. & 11. Maſtril. *de. if. Si il.* 113. *per tot.* Scaccia *dict. lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 81. Farin. *dict. quæſt.* 8. *numero* 45. & 70. Graſſis *dict. effect.* 1. *n.* 187. Pacian. *dict. cap.* 34 *n.* 41. Maſcard. *dict. concluſ.* 304. Capiblanc. *de Baron prag.* 8. *part.* 3. *numero* 47. Sanfelicius *dict. deciſ.* 7. *numero* 9. & *de if.* 160. *num.* 1. *verſ. Tertiò* Guazin. *dict. cap.* 3. *num.* 9. *ad fin.* Riccius *dict. reſol.* 327. *num.* 1. & 2. Curtel. *dict. quæſt.* 0. *per tot.* à qua ſententia non eſt recedendum, licet contrarium teneant adducti per Torreblanca *dict. cap.* 6 *num.* 4. quos ſequitur Diana *d. tract.* 2. *reſolut.* 30. & Caſtro Palao *d. punct.* 12. *numero* 1. nam ſequeretur inde, quod plures ratione ejuſdem beneficii privilegio fori fruerentur, ut idem Caſtro Palao conſiderat *ibid.* dum noſtram ſen- 175
tentiam proponit; & noſtram ſententiam Romæ receptam eſſe teſtatur Farinac. *ubi proxim.* & ab omnibus ferè communiter recepta eſt, ſicque pronunciatum ſæpius in Curia Cancellarii, ſignanter *die* 1. *Decembris anni* 1653. *in cauſa Ioannis Vives Galli*, qui condemnatus reperiebatur ad pœnam capitalem, ob magnum furtum, & dum ad patibulum parabatur Clericatum allegavit. Admiſſa contentione, & Arbitris vota ſua intra terminum non ferentibus, res delata fuit ad Cancellarium, & poſtquam duplex dilatio conceſſa fuit, ſufficiens ad reportandos titulos à Gallia, ex actis apparebat de titulo Tonſuræ per literas Ordinis collati

per

per Gilbertum Episcopum Convenarum, attestantes collatam fuisse Tonsuram *die 29. Septembris anni millesimi quadragesimi octavi* (nota, quòd licet supplearur hæc dictio, *sexcentesimi*, die 29. Septembris collatio tribuitur) scriptio, & sigillum sufficienter probata apparebant: & licet Fiscus dubitabat dicendo, quòd de reo loqui non poterant istæ literæ, nam sexcentis annis antea collata videbatur Tonsura, & sic impossibile esse, quod non esset titulus alterius ejusdem nominis; Cancellarius id potius errori calami, quàm falsitati irrogabat. De quasi possessione Clericatus constabat per depositiones plurium testium, de collatione verò, sive titulo beneficii nequaquam, nam in actis exhibitæ primum fuere literæ quædam, quarum initium hoc erat, *Petrus Anciondo in Ecclesia Cathedrali sancti Bertrandi Diœcesis Convenarum, major. Archidiaconus, & Vicarius generalis.* Attestabantur collationem Beneficii, *dat. Sancti Bertrandi die 8. Novembris 1649.* Cum autem literæ istæ verificatæ sufficienter non fuissent, productæ postea fuerunt aliæ literæ, sub nomine ejusdem Vicarii generalis, quibus exordium tale aderat, *Nos petrus Anciondo Canonicus major in Ecclesia Cathedrali Convenarum, nec non Vicarius generalis, &c.* quibus habebatur, Tonsuram reo collatam fuisse *die 19. Septembris anni 1649.* collatúmque fuisse Beneficium, & traditam possessionem illius, *dat. Sancti Bertrandi die 8. Julii 1653.* & ultra quod istæ literæ non erant titulus originalis collationis, & possessionis, sed Vicarii illius quædam attestatio, quæ minime probat, ex traditis per Sanfelicium *dict. decis. 7. num. 4.* Tor. *dict. part. 1. vers. Clericatus probatio, ad medium*, reperiebatur ingens dissonantia, dum conferebantur cum literis, tam Episcopi, quàm ipsius Vicarii generalis. Cum literis Episcopi, nam die diverso collatam esse Tonsuram asserebant. Cum aliis ipsius, nam subscriptiones erant diversissimæ, stylus, scripturæ, forma sigilli, & ipsa cera omnino distincta, Vt hæc obnubilaret reus, probare curavit duos Petros Anciondos fratres reperiri in eadem Sede Præbendatos, & ejusdem Episcopi eodem tempore Vicarios generales. Aliqui testes de hoc deponebant, sed omnes (uno dempto) de mendacio, & periurio ex eodem processu clarè convincebantur, ob quod nulla eis fides adhibenda erat, Farinac. *quæst. 56. numero 186. cum seqq. & quæst. 66. 320.* His accessit, quòd penes unum ex testibus repertæ fuerunt literæ originales Tonsuræ sibi collatæ, expeditæ per Petrum Anciondo, qui sic intitulabatur. *Petrus Anciondo Presbyter, Jurium Doctor, major Canonicus, & Archidiaconus Ecclesiæ Convenarum, nec non Vicarius generalis, &c.* expeditæ anno 1645. istæ literæ productæ per Fiscum, & verificata illarum legalitas fuerunt, ex quo clarissimè apparebat subscriptiones, & sigilla in quibuslibet ex istis literis sub nomine Petri Anciondo exhibitis, & subscriptis, diversificari omnino, de quo deponebant plures testes idonei, & periti, & quamvis literæ Parlamenti Burdegalensis etiam exhibitæ reperiebantur, cum non verificarentur, improbatam collationem, & titulum, pronuntiatum fuit intervenientibus duobus Aulis civilibus, & consequenter reum minimè frui posse privilegio fori. Interfuimus Nobiles, & Magnifici Don Franciscus Bono, Don Cosmas Gombau, Doctor Joannes Arques Jover, Victorianus de Calahorra, Don Ant. Ferrer, & Ego; nam ob gravitatem materiæ convocata fuit mea Aula.

174 Qui verò non sunt Beneficiati, debent Ecclesiæ servire de mandato Episcopi, pluribus Barbos. *in collect. ad Concil. dict. cap. 6. sess. 23. de refor. num. 31.* & Curtell. *lib. 2. quæst. 35.* qui bene probat, servitium præstandum esse in Ecclesia sibi destinata. Et cum hoc sit quid jurisdictionis, etiam spectat ad Capitulum Sede vacante; nam post dispositionem Concilii jure speciali spectat ad Episcopos, nam in his omnibus succedit Episcopis, *c. si Episcopus, de suppl. negl. Prælator.* Federic. de Senis *cons. 3. & 4.* plur. Barb. *de pot. Epis. p. 2. alleg. 36. num. 9.* Ric. *in prax. quotid. resol. 6. num. 1. & resol. 85. n. 4.* Mart. Perez *de sacr. Pœn. disp. 41. sect. 1. n. 7.* Novar *in opus. nov. jur. Pontifex. concl. 1. n. 4. rub. de const. prim. instan.* & Diana *com. 8. tr. 4. resol. 51.* qui loquuntur de Clericis Salvaticis. Sed contrarium tenet Dominus Vico *ad prag. Sard. p. 1. tit. 7. c. 13. n. 8.* qui probat hoc commissum fuisse auctoritati, & industriæ Episcopi, sicque ejus personam non egredi, juxta *Tridentinum.* Quæ sententia valdè fulcitur, eo quod destinatio facienda per Episcopum, debet fieri in ipsa promotione Tonsuræ, ita ut non sufficiat antea, vel post; ut definivit S. Congreg. Card. Concil. ut tradunt Garcia *de benef. p. 2. c. 5. n. 101.* Barbos. *in sum. Apost. decis. collect. 45. n. 3.* Urrutigoyti *in pastor. regul. p. 3. tract. 3. n. 15.* sed Capitulum Sede vacante neminem promovet ad Ordines, sed remittit alii Episcopo promovendum: ergo non poterit destinationem concedere utilem ad fori privilegium. Et si dicas, ea quæ Ordinis sunt posse geri per idoneam personam, cui cõmittuntur ordinandi: fatear; sed inde sequitur non posse fieri designationem per Vicarium Capituli, neque per ipsum Capitulum, quod indubitanter tenendum est. Et adhuc casu quo posset, necessariò 175
requireretur speciale mandatum, cùm in generale hæc non veniant, *c. qui generaliter, de procuratorib. in 6.* & ibi Barbos. *in collect. & de potest. Episcop. alleg. 44. n. 59. & clauss. 35. n. 16. & seqq.* quod decisum fuit per Cancellarium, *die 6 April. 1648. in causa Doct. Jacobi Güer.* in qua non fuit pronuntiatum, an Capitulum posset, sed ex defectu mandati specialis Fiscus Regius obtinuit.

Delatio habitus, & Tonsuræ, necessaria est, ut tenent 176
relati *n.* 173. Qualis habitus esse debeat, ex usu regiónis dignoscendum est, pluribus Covarruv. *pract. c. 3. num. 7.* Sanchez *de matr. lib. 7. disp. 46. n. 5.* Barbos. *de potest. Episc. alleg. 9. n. 2.* Suar. *de leg. lib. 10. c. 4. n. 15.* Diana *p. 3. tract. 1. resol. 63.* Trullench. *de Sacram. lib. 6. c. 10. n. 1.* Curtel. *de Immun. lib. 2. q. 28. n. 3.* Gibalinus *de Sacra Jurisdict. in synops. verb. Habitus, n. 1.* At quis habitus præscriptus sit in hoc Regno, tradit Trullench *ibid. num. 2.* Et quamvis aliqui aliter teneant, veritas est, ut docent Castro Palao *d. punct. 2. n. 9.* & Diana *ubi prox.* quod habitus talis sit, quod statim quis ex eo Clericus cognoscatur; & sic si in aliquo à laicis non differt, minimè obtinuisse qualitates Concilii credo. Sed Clerici conjugati licet in criminalibus gaudeant privilegio fori, in civilibus nequaquam, *for. 8. de jur. com. judic.* Sanchez *d. disp. 46. num. 22.* Covar. *d. c. 31. n. 7.* Bobadilla *in polit. lib. 2. c. 18. n. 110.* Farin. *d. q. 8. n. 7.* Gambac. *de Immun. lib. 7. c. 11. n. 7.* Anastas. Germ. *de sacr. Immunit. lib. 5. cap. 15. num. 66.* Barbos. *de po-* 177
test. Episc. p. 2. alleg. 12 n. 25. & alleg. 18. n. 25. & in collect. ad Concil. c. 6. sess. 13. de refor. n. 44. Giurb. *consil. 15. n. 7.* Novar. *ad pract. Regn. Neapol. rub. de Cler. collat. 2. n. 6.* P. Castro Palao *d. tract. 12. disp. unic. punct. 5. n. 2.* quamquam contrarium probare contendant Riccius *in prax. quotid. resol. 113.* Diana *p. 1. tract. 2. resol. 51.* Nam contra ipsos adest communis opinio, & juxta eam pronuntiatum fuit per Cancellarium *die 27. Februarii 1628. in causa Francisci Simancas Not. & Clerici*, qui citatus fuit ad Regiam Audientiam verbalem pro debito civili. Sed nota, quòd si ea de causa Clericus veniat carcerandus, hoc exequendum est per Judicem Ecclesiasticum, qui debet ipsum detinere in vinculis ad nutum Judicis sæcularis, probant Covarruvias *d. c. 31. num. 5.* Ancarranus, Ripa, & alii adducti per Riccium *d. resol. 113. n. 17.* Farin. *q. 8. n. 7.* Cevallos *comm. contr. comm. q. 593. n. unic.* aliis relatis Sanchez *de matrim. d. disp. 46. n. 23.* & quamquam contrarium teneri possit, ex deductis per Castro Palao *d. punct. 5. num. fin.* juxta primam sententiam definitum fuit per Cancellarium *die 5. Maii 1574. in causa Philippi de la Torre*, & postea pluries, tam in hoc casu, quàm in casu quo Judex sæcularis alia de causa, potest de Clerico jus dicere, sicque ab hac opinione non est recedendum tanquam admissa in hac Curia.

Æditui,

178 Æditui, Cantores, Tibicines, Scopiarii, Sceptriferi (sive, ut vulgò dicitur *Pertiguer*) & alii servitores Ecclesiæ laici, fori privilegio non gaudent, Archidiaconus *in cap. Clericum*, 11. *q.* 1. Abbas *in cap.* 2. *defor. compet. nu.* 6. & *in cap. nominatus*, *de immunit. Eccles. num.* 14. Præpositi *in c. Clericum*, 11. *quæst.* 1. *num.* 5. Felin. *in dict. cap.* 2. *defor. compet. num.* 2. *vers. Generaliter* Aloys. de Leon. *in authem. cassa*, *C. de sacrosanct. Eccles. num.* 23. Grammat. *consil.* 102. *num.* 15. Clar. *quæst.* 55 *num.* 12. *vers. Quare nunquid familiares*, Vulpel. *de libert. Ecclesiast. p.* 3. *num.* 24. Aufred. *de potest. Jud. facul. reg.* 2. *num.* 56. Capicius *decis.* 12. *numer.* 2.

179 Thesaur. *decis.* 22. *num.* 1. & 4. *vers. Verum*, Farin. *d. q.* 8. *nu.* 46. Bobadilla *in polit. lib.* 2. *c.* 7. *n.* 17. Scacc. *de Jud. lib.* 1. *cap.* 11. *n.* 22. Barbos. *de jur. Ecclesiast. lib.* 1. *cap.* 39. §. 12. *num.* 57. & *seq.* Pater Suarez *lib.* 4. *contra Reg. Angliæ*, *cap.* 29. *num.* 10. Cenedo *Canonicar. quæst.* 4 *num.* 16. Castro Palao *dict. punct.* 2. *num.* 10. *vers. Nono privilegium*, ex nostratibus dominus Leon *decis.* 101. *num.* 13. & 14. *tom.* 1. Trullench. *lib.* 7. *Decalog. cap.* 12. *dub.* 5. *num.* 13. & *dub.* 6. *num.* 12. Et licet aliqui aliter sentiant de consuetudine, apud nos non solum consuetudo adest pro sententia superiùs firmata, Verùm expressè sic cautum reperitur

180 *in dict. for.* 8. *de jur. omn. Jud.* ibi: *Les comparyes dels homens, dels Clergues, è de tots los Religiosos, dels Cavallers del terme de la Ciutat. son tenguts de pledejar en poder de la Cort del loch, dintre el terme del qual loch habitaran*; sicque domestici Clericorum, atque Religiosorum fori privilegio non utuntur. Et nota generalitatem fori, nam ait, *è. de tots. los Religiosos*, sub qua comprehenduntur famuli Episcopi, tum quia à jure nullum habent privilegium post Concilium Tridentinum, sed ex consuetudine, P. Castro Palao *dict. punct.* 2. *num.* 10. tum quia agitur de eis ad differentiam laicorum, ob quod omnes omnino comprehendit, Barbos. *de jur. Eccles. lib.* 1. *cap.* 29. *in princip. num.* 10. & sic fuit definitum per Cancellarium Roda anno 1578. in causa Joannis Ruvio, adest *in lib.* 3. *sentent. fol.* 7. *pag.* 2. & in causa Cosmæ Pico nuntii Episcopi Oriolensis, est *in eodem lib. fol.* 64.

181 *pag.* 2. Qui autem Domestici dicantur, & sub nomine *familiæ* comprehendi sunt? explicat *for.* 14. *de servis fugitivis*, ibi: *Domestiques personas son apelades mullers, servus, homens que estavan a loguer, nebots, deixebles, escolans, è tots homens, è fembres qui son de la comparya de algu.* Hoc est: *Domestica persona dicuntur uxores, servi, famuli salaria obtinentes, nepotes ex fratribus, discipuli, aditui, & omnes viri, vel fœminæ, qua cum aliquo commorantur.*

182 Qua forali dispositione omne dubium sublatum est, etiamsi adesset, nam dubium juris Canonici tollitur per Statutum, docent Baldus *in l.* 1. *C. de cess. bonor.* Abbas *in cap. licet*, *de for competent.* Palacius Rubeus *de donat. int. num.* 15. & *seq.* Didacus Perez *ad leges Ordinament. in quæst.* 3. *proœmii*, Parladorius *rerum quotid. in sesquicentur. differ.* 9. §. 4. *num.* 11. Marant. *dispus.* 8. *num.* 47. Quam conclusionem etiam consuetudine immemoriali firmatam

183 habemus, de qua testatur Bellnga *dict. rub.* 11. §. *videndum*, *num.* 7 & *seqq.* Cui standum est, Salgado *de Reg. protect. part.* 1. *cap.* 1. *prælud* 3. *ex num.* 127. Castillo *de Tertiis cap.* 12. *n.* 34. ad rem in terminis Castro Palao *dict. punct.* 2. *n.* 2. *vers. Nono.*

184 Ex quibus infertur, nullatenus tales famulos, sive servitores exemptos, atque immunes esse à præstatione vectigalium, & assisiarum Vrbis; nam immunitas, quoad hæc, introducta est intuitu personarum Ecclesiasticarum, propter excellentiam, & dignitatem, ut tenent communiter Doctores, Abbas, Decius, Felin. & alli *in cap. Ecclesiæ Sanctæ Mariæ*, *de constitut.* & *in cap. quæ in Ecclesiarum*, *eodem titul.* Baldus *in l.* 2. *C. de episcop.* &

185 *Cler.* Pater Suarez *dict. lib.* 4. *cap.* 25. *num.* 4. sed privilegium non extenditur de persona ad personam, *l. qui tali, ff. solut. matrimon. c. porro*, *cap. fame*, *de privileg.* igitur isti laici, quantumvis serviant Ecclesiæ, ea immunitate non utuntur. Quod confirmatur ex eo, nam Clerici simpliciter tonsurati, etiamsi Ecclesiastici sint, non gaudent privilegio fori, nisi habeant qualitates Tridentini, ut dixi; & licet habentes talia requisita fori privilegio fruantur, non tamen fruuntur immunitate à tributis, 186
& gabellis, ex generali consuetudine Hispaniæ, si non sint beneficiati; probant pluribus Barbosa *de potestat. Episcop. tom.* 2. *allegat.* 13. *num.* 4. Molin *de justitia*, & *jure*, *tractat.* 2. *disput.* 671. *in fin.* Castro Palao *dict. tractat.* 12. *dispu. unic. punct.* 9. *num.* 13. & 14. Trullench. *lib.* 7. *Decalog. cap.* 13. *dub.* 5. *num.* 11. *cum seqq.* neque Clerici conjugati, tam de jure, quàm consuetudine, Castro Palao, & Trullench *ibidem*, Pater Diana *tom.* 1. *tractat.* 2. *de immunitat. Ecclesiast. resolut.* 36. ergo multò minus infervientes Ecclesiæ, qui neque Ecclesiastici sunt, neque Ecclesiæ dicati reperiuntur per Episcopum. De- 187
mum Oblati apud nos appellati *Donats*, nisi perpetuò, & irrevocabiliter se transferant in Religionem, his privilegiis non fruuntur, ut ex sacra Cardinalium Congregatione docet Barbosa *de jur. Ecclesiast. lib.* 1. *cap.* 39. §. 2. *num.* 45. Castro Palao *dict. punct.* 2. *num.* 10. *vers. Tertio*, & pariter Tertiarii, & Eremitæ, nisi tria vota substantialia emiserint, & vivant sub Superioris legitimi obedientia: Belluga *rub.* 11. §. *videndum*, *num.* 7. Panormitan. *in cap. nullus*, *de for. competent. num.* 11. Federicus de Senis *consil.* 145. aliis relatis Giurba *ad statut. Messan. cap.* 3. *glos.* 14. *num.* 21. Larrea *decis.* 10 *num* 6. Pater Castro Palao *dict. punct.* 2. *num.* 10. Trullench. *dict. lib.* 7. *Decalog. cap.* 12. *dub.* 5. *num.* 16. & sic definitum per Cancellarium *anno* 1590. *in causa Sororum collis Edetanæ*, vulgò *Beatas de Liria*, *fol.* 74. & fol. 106. *in causa Elisabethæ Reg.* possidentis locum de Coix, est in eodem libro *fol.* 144. *pag.* 2. Quare quoad servitores qui laici omnino sunt, à fortiori ratio procedit.

Et licet plures contrarium tenuerint, quos referunt 188
Grassis *de effect. Clericatus*, *effect.* 1. *num.* 149. Marta *de jurisdict. p.* 4. *cap.* 111. *num.* 6. Diana 1. *p. tract.* 2. *resol.* 85. Trullench. *dict. lib.* 7. *cap.* 12. *dub.* 6. *num.* 15 *cum seqq.* ratio ab eis adducta omnino corruit; nam licet Ecclesia regi commodè nequit sine istis servitoribus, inde non sequitur, quod immunes sint, cum necessitas Ecclesiæ non consistat in servitio laicorum immunium à præstationibus, sed in facto, & servitio reali; sicque cùm ex eo quod impendant jura, non sequatur, quod Ecclesiæ deficiat servitium debitum, inde est, quod privilegium immunitatis jurium concessum Ecclesiasticis personis non extendi debeat ad laicos servientes. Quare nostram sententiam tenent Anonymus *consil.* 31. *num.* 11. relatus per Trullench *dict. num.* 15. Vulpel. *de libert. Eccles. part* 2. *num.* 24. cum cæteris laudatis *suprà*, *num.* 179. quos sequitur Barbos. *dict. cap.* 39. § 2. *num.* 57. & 58. qui ait: *Nulla autem apparet ardua ratio, seu necessitas, quæ suadeat, ne generaliter, & indifferenter respecta omnium civilium, & criminalium, atque tributorum, omnes famuli, inferiores Ecclesiis, & Clericis ea exemptionis gaudeant privilegio, sed potius, & maximum redundare Principum secularium detrimentum; & ideo verius est, & bene fundata jurisprudentiæ convenientius, summos Pontifices ea privilegia generaliter concedere non consuevisse, ut advertit. Thesaurus dict. decis.* 22. *n.* 7.

Quibus positis, quæstio solutionis Gabellæ, seu im- 189
munitatis ab ipsa in similibus famulis, quamvis respectu Ecclesiasticorum ad judicem Ecclesiasticum spectet, ut pluribus probant relati per Trullench. *dict. cap.* 12. *punct.* 6. *num.* 31. (quod intellige, quando non debeant solvere, vel dubitatur de obligatione, secus si exploratum sit ad solutionem teneri ob aliquam rationem, nam tunc compelli possunt Judicem per sæcularem, pluribus Salgado *de Regia protect. part.* 4. *cap.* 14. *num.* 104. Curtell. *de Immunit. lib.* 2. *quæst.* 47 *per tot.* dummodo compulsio respiciat bona, non verò personam, Boerius *decis.* 246. *num.* 4. Guttierez *de Gabellis*, *cap.* 19. *num.* 89. Curtelli *d. quæst.* 47. *num.* 7. & sic decisum per Cancellarium Domenech

nech in causa Francisci Hervas *anno* 1564. est hæc sententia *in* 2. *lib. fol.* 45. & per Cancellarium Roda *anno* 1580. in causa Syndici Urbis, est *in* 3. *lib. fol.* 132.) & ad Judices laicos spectat, nam secluſa illa quæstione, an immunitas sit de jure divino, vel positivo, quam latissimè pertractant Cenedo, Grassis, Diana, Castillo, & alii relati §. *sequent. num.* 2. retenta distinctione Garciæ *de Nobilitat. gloss.* 9. *num.* 14. & 15. *atque* 27. nempe respectu rerum spiritualium provenire à jure divino; respectu verò rerum temporalium, à jure positivo, & humano, ut pluribus congestis probant Castillo *de Tertiis*, *cap.* 9.
190 *num.* 16. Thomas Carleval. *de Judiciis, disp.* 2. *quæst.* 6. *sect.* 3. *vers. Tertia sententia verior*, & *communior*. P. Castro Palao *dict. tract.* 12. *disp. unic. punct.* 2. *num.* 4. Trullench. *lib.* 7. *Decalog. cap.* 3. *num.* 4. Cum autem materia gabellarum, & tributorum temporalis sit, potest cognoscere Jurisdictio sæcularis, ut apud Hispanos testantur plures laudati per Castillo, *dict. num.* 16. ex nostratibus Dominus Morlà *in emporio* 1. *part. tit. de jur. omn. jud. n.* 140. Dominus Leon *decis.* 208. *num.* 1. & *seqq.* cum pluribus aliis congestis per eruditissimum Senatorem, carissimumque Collegam dominum Don Michaëlem Hieronymum Querol *in allegatione prælo tradita anno* 1637. *pro jurisdictione Ecclesiastica*, & *Syndico Urbis*, *in Tibicines*, & *cæteros servitores almæ Sedis, per tot.* & sic decisum in ea causa sententia *diei* 28. *Martii* 1637.

191 Ex dictis apparere potest, quo pacto hæc apud nos pertractentur, quidve circa quæstiones ratione immunitatis Ecclesiasticæ emergentes observari soleat: ex professo agere *de Immunitate* mei instituti non est, cùm solum explicare susceperim formam expediendarum contentionum jurisdictionis. Cætera verò quæ hîc traduntur circa quæstiones usu frequentes, ideo attingere curavi, ut faciliùs perciperetur fundamentum harum observantiarum; nam qui audire possunt querelas partium contendentium, quando succumbunt, necessarium duxi, ut audiant jura, quibus illæ nituntur. Præstantia muneris Cancellarii satis ex dictis apparet, cum sit Tertius inter Curias Ordinariorum, & medius ad jurisdictionales controversias definiendas, ob quod peritissimis Viris concedi solet: qui hodie hoc officium moderatur, est.

Don Carolus Giner Canonicus almæ Sedis.

SECTIO QUINTA.

SUMMARIA.

192 *Delegati Judices Ecclesiastici citantur ad bancum Regium.*
193 *Modus procedendi per Concordiam, non procedit cum Judicibus delegatis.*
194 *Valentini sequi tenentur constitutiones Cataloniæ quoad contentiones juxta forum.*
195 *Observantia nostri Senatus.*
196 *Citatio ad bancum Regium procedit quoties delegatus jurisdictionem Regiam pulsat, vel Regalium ladit.*
197 *Secundò, quando vim, & violentiam exequitur in subditos.*
198 *Tertiò, quando literas exequi vult in perniciem, & turbationem Reipublicæ temporalis.*
199 *Circumspectio Senatus in concedenda simili citatione.*
200 *Judices Conservatores in Regno non admittuntur ratione Exemptorum.*
201 *Rex Aragoniæ est Judex Ecclesiasticorum exemptorum à jurisdictione ordinaria.*
202 *Doctores hanc Regaliam comprobantes.*
203 *Diversus usus hujus Regaliæ in Regnis nostræ Coronæ.*
204 *Cognitio in Exemptos extenditur apud nos usque ad pœnam corporalem.*
205 *Observantia quoad cognitionem Exemptorum.*
206 *Decisio Cancellarii quoad causas civiles.*
207 *Gubernator, vel Gerens vices illius, etiam cognoscere solet de Exemptis.*
208 *Cognitio Exemptorum bulla Pontificia confirmata.*
209 *Praxis procedendi cum Ecclesiastico dum monitionibus utriusque viæ non acquiescit.*
210 *Comminatio occupationis temporalitatem, quo pacto exequatur.*
211 *Tertia admonitio pœnalis quo pacto fieri debet.*
212 *Exempla proponuntur.*
213 *Doctores hanc praxim comprobantes.*
214 *Sedis Apostolicæ explicito consensu apud nos hæc observantur.*
215 *Præteria remedia quæ sint.*
216 *Ordinarii inferiores possunt contentiones suscitare cum decisione Cancellarii, cum nu. seq.*
218 *Ordinarii non possunt procedere ad occupationem temporalitatum.*
219 *Compulsio est de reservatis supremo Tribunali.*
220 *Senatus jurisdictione abdicatur, Gubernator poterit compellere.*
Gerens vices est superior Judex in Regno, cessante Regia Audientia, ibid.
221 *Gerens vices ultra Sexenium, an possit hæc facere.*
222 *Pœnæ istæ sunt effectus contumaciæ.*
223 *Monitiones injungendæ sunt Judicibus personaliter.*
224 *Procurator ex mandato quantumvis generali non subjicit delictio, aut pœnæ principalem.*
225 *Observantia ex resolutione Senatus.*

ADhuc superest, ut videamus quomodo agendum sit 192
cum Judicibus delegatis. Dixi superius *num.* 2. quod quoties aliquid agendum est cum Ecclesiastico delegato, proceditur per citationem ad bancum Regium; nam cùm antiquitus cum omnibus Ecclesiasticis hac via procederetur, ut probavi *num.* 14. & 15. & dicta Concordia solum comprehendat Ordinarios; inde est, quòd cum Delegatis forma vetustior observanda sit, sicuti notant dñs Leon *dict. decis.* 2. *num* 14. *tom.* 1. Oliban. *dict. cap.* 11. *num.* 20. & 21. Michael Ferrer *observantiar. par.* 3. *c.* 272. & 273. Don Ludovic. Peguer. *in praxi c.* 24. & 26. & *dict. decis.* 92. *num.* 2. Fontanell. *dict. gloss.* 13. *part.* 3. *nu.* 8. & *dict. decis.* 324. *num.* 24. Cancer. *variar. resolut.* 3. *part. cap.* 10. *num.* 45. Don Acasius Ripoll. *Regaliar. cap.* 11. *num.* 61. & *seqq.* Sed hæc citatio, nec apparenter continet citationem judicialem, ut bene explicat dominus Vico *dict. tit.* 51. *in fin. vers. Dictum est*, neque explenda est in loco communi prout Doctores Aragonenses explicant; nam id procedit in suo Regno. Apud nos verò, & Catalaunos (quos sequi ex *foro* tenemur, ut dixi,) citatio fit ad Regiam Audientiam.

Nec obstant tradita à Sesse *de Inhibitionibus, cap.* 9 §. 1. 193
num. 39. & à domino Vico *d. tit.* 51. *num.* 46. quibus docent viam contentionis procedere, tam respectu Ordinarii, quàm Delegati, ad quod allegat Sesse Olibanum *dict. cap.* 11. *num.* 16. nam quidquid sit de observantia Aragoniæ, & Sardiniæ, Olibanus talia non tradit; imò contrarium docet *num.* 20. & 21. & Concordia in *textu* contenta, clarè, de Ordinariis loquitur: nam cùm sit contractus, in quo solum Ordinarii provinciæ Tarraconen- 194
sis interfuerunt, non egreditur suos auctores: & hanc conclusionem tenent Doctores Catalauni, nemine dempto, congesti per Cortiadam *decis.* 7. *per totam*, quos nos sequi debemus ex *for.* 11. *de jur. omn. jud.* ibi: *E encara volem que sien servades les declaracions fetes en Cathalunia sobre les dites coses.* Sicque cavetur in Regio rescripto, de quo *suprà*, *num.* 18. & 19.

Quoad observantiâ subsecutâ firmarum habemus, ut 195
quotidie prospicitur, nostris temporibus in causa præcedentiæ Fratrum Discalceatorum sancti Francisci villæ de Vinaros cum Fratribus Conventus Divi Elmi ordinis

nis Eremitarum ſancti Auguſtini, quæ vertebatur in Senatu coram Domino Calahorra, quæ deciſa fuit cum votis ſacri ſupremi Aragonum Concilii, in qua Delegatus Apoſtolicus erat Ordinarius Dertuſenſis, in cauſa Doctoris Antonii Menor, Decani Collegiatæ Setabis, cum Doctore Joſepho Sanchis ſuper impetratione Decanatus, ſub examine domini Regentis Don Antonii Juan de Cantellas, in qua ventum fuit ad occupationem temporalitatum; in cauſa Doctoris Joſephi Auzina, cum Martino Tobies ſuper Canonicatu Doctorali Segobricenſis Sedis, in qua etiam occupatæ temporalitates fuerunt uſque dum Judex ſubexecutor à Curia Romana literas abſolutorias reportavit, quas vidi in proceſſu exhibitas, & in pluribus aliis quæ frequenter ad Senatum adducuntur.

196 Sed non abs re erit, ut breviter videamus genericè, quibus in caſibus juriſdictio Regia procedat hoc pacto cum Judicibus delegatis? & triplici caſu procedere poſſe dicendum eſt. Primus eſt quotieſcumque juriſdictio Regia pulſatur, vel quia delegatus Judex cognoſcere vult de laico, aut re profana, vel de cauſa ad Dominum Regem de conſuetudine, vel de jure pertinente, vel aliquam Regaliam lædit, aut patronatus jura frangere intendit: in his enim caſibus, cùm unicuique liceat tueri propriam juriſdictionem, jure optimo Dominus Rex cum eo agere debet, ut à procedimentis deſiſtat, tradunt ex noſtris Belluga *rub.* 18. *nu.* 6. *&* 7. Marta *de juriſdictione*, 2. *par. per tot.* Oliban. *dict. c.* 11. *per tot.* Ferrer. Cancer. Fontanella, Seſſe, & cæteri laudati *ſuprà*, *ubi proximè*, Salgado *de Reg. protect. part.* 1. *cap.* 1. *nu.* 3. & hic caſus eſt, in quo omnes Theologi, & Canoniſtæ conveniunt; nam Rex jura propria tuendo poteſt, ac debet contendere cum Eccleſiaſticis.

197 Secundus caſus eſt quando Eccleſiaſticus notoriè vim infert, tam Clerico, quam laico; nam tunc cum Regium officium ſit, violentias propulſare, afflictos conſolari, atque oppreſſis ſubvenire; inde eſt, quod charitativè monendo poſſit ſe intromittere in cauſas Eccleſiaſticas, non ut eas judicet, ſed ut vim expellat per modum naturalis defenſionis extra ordinem, & cognitionem, ut latiùs dixi *ſuprà*, *ſect.* 3. *à numer.* 57. *uſque ad numer.* 113.

198 Tertius caſus eſt, quando literæ Superiorum Eccleſiaſticorum per obreptionem, vel ſubreptionem impetrantur, ut gravati poſſint ad ſummum Pontificem recurrere, & ab ipſo audiri, ne contra concedentis intentionem alicui inaudito injuriam inferant, & in damnum, atque perniciem Reipublicæ temporalis, Eccleſiaſticæ, aut ſpiritualis, ſcandalum patientis vertantur, ut de remedio opportuno providere dignetur, literæ apprehenduntur, & in Senatu examinantur, & ſi quid ſimile contineant, retineantur, quouſque audita parte, vel melius informatus, quid juſtum, æquumque ſit, imperet. De quo latiſſimè per Salgado *de retent. bullar. par.* 1. *cap.* 1. *&* *cap.* 2. *à num.* 19. quò loci Doctores ſuam ſententiam probantes laudat, Salcedo *de leg. politica*, *l.* 2. *cap.* 3. *per tot.* *&* *plurib. ſeqq.* ſignanter *dict. cap.* 3. *numer.* 34. ubi Auctores tam noſtri Juris, quàm Theologiæ moralis copioſiſſimè enumerat Eminentiſſimus ſcriptor noſtri ævi Marius Cartel. *de immunit. Eccleſ. lib.* 2. *quæſt.* 3. *per tot.* qui eruditè *num.* 3. optimè declarat quo pacto id Regia Tribunalia in uſu habeant. Hi enim Doctores quidquid in his dubitari contingat, mirabili eruditione pertractant, omnia ferè cumulando, & inter Auctores quos laudant, noſtrum dominum Morlà *in emporio*, *tit.* 1. *quæſt.* 14. *n.* 11. enumerat, omiſſo Belluga, qui *rub.* 11. §. *videndum*, *n.* 12. memorabile exemplum retentionis enarrat.

199 Attamen apud nos, ſicut de cognitione per viam violentiæ dixi, ſic de retentione bullarum non frequenter in Senatu noſtro agitur, ſed omni diligentia adhibita, ut decernatur, an verè gravamen adſit, vel læſio Regii juris, aut periculum perturbationis Status, & pacis, adeo ut aliter ſubveniri non poſſit remedio ordinario: his enim bene perpenſis, remedium retentionis conceditur. Sed quoniam omnia ad hæc pertinentia tradere, noſtri inſtituti non ſit, & à Doctoribus laudatis perfectius tradantur, ideo ad eos lectorem remittimus.

Sed quoniam ſpecialiter in noſtro Regno Conſerva- 200
tores Judices non admittantur, ideo declaratione eget juriſdictionis in exemptos Regalia, per noſtros ſereniſſimos Reges adquiſita in Regnis iſtius Coronæ. Eccleſiaſticorum plures ſunt, qui exempti reperiuntur à juriſdictione Ordinarii, quorum aliqui Judicem competentem in Regno non habent: ne enim Judice careant in provincia, qui de iſtis jus dicat, Dominus Rex cognoſcit, tanquam Judex exemptorum, ex longiſſimo uſu, & conſuetudine, cujus initii memoria non extat; ut latè probat noſter doctiſſimus Belluga *in ſpecul. dict. rub.* 11. §. *videndum*, *num.* 12. qui licet *forum*, dicat, fa- 201
ctum fuiſſe, eum non deſignat, ſed adſunt aliqui, quibus hæc comprobantur, nempe *for.* 9. *&* 10. *de jur. omn. jud. & for.* 8. *de decim.* quæ conſuetudo comprobatur ex Regio reſcripto *dat. Matriti die* 27. *Julii* 1579. ibi: *En lo que ha reſpeto a los Cavalleros de Abito, teneis razon, en lo que eſcrivis, ſeriadadamente no aviendo en eſſe Reino Concejo de Ordenes a quien poderſe remitir, ſino coſtumbre uſada, y guardada, de conocer las Juſticias Reales de qualquier exempto, haſta cortar la cabeça, como ſe ha hecho en eſſos Tribunales.* Et regio reſcripto, *dat. ibid. die* 16. *Maii* 1583. ibi: *Y eſſa Real Audiencia es Iuez de exemptos que no tienen ſuperior en el Reyno.* Conſuetudo enim ſatis ab antiquo comprobata reperitur, nam Petrus Belluga teſtatur de immemoriali; ſcriplit enim 1458. ut in *fi-* 202
ne operis docet. Principes noſtri hanc eandem conſuetudinem ſuis reſcriptis à graviſſimis Senatoribus ſubſcriptis, affirmant, & adhuc apud nos eadem conſuetudo ſervatur, ut ex dicendis apparebit, ſicque minimè de ea hæſitandum eſt. Hanc eandem Regaliam docent ex Aragonenſibus Molinus *in Repertor. verb. Juſtitia Aragonum*, *verſ. Item Juſtitia eſt Judex Exemptorum*, & verſ. *Die vigeſimo Decembris*, & Portol. *in ſcholiis*, *numer.* 16. Bardaxi *tit. de offic. Juſt Aragon. num.* 5. *verſ. Etiam*, *fol. mihi* 107. Cenedo *practicar. quæſt.* 45. *num.* 10. Seſſe *de Inhibit. cap.* 8. §. 3. *numer.* 136. Blancas *in comment. Aragon. pag.* 347. ex Catalaunis Mieres *ad conſt. Catal. in Curia Barc. Petr. II. cap.* 11. Oliban. *in uſat. alium namque*, *cap.* 14. *num.* 3. Cancer. *variar. lib.* 3. *cap.* 5. *numer.* 119. *cum ſeqq.* Fontanel. *deciſ.* 316. *num.* 17. Don Acaſius Ripoll. *Regal. cap.* 11. *numer.* 49. ex alienigenis Pereyra *de man. Reg. tit.* 2. *cap.* 22. *effect.* 1. *num.* 963. Soloçan. *de jur. Indiar. lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 79. Salgado *de retention. Bullar.* 2. *p. cap.* 11. *num.* 88. qui alios laudant, tradit etiam ex noſtratibus dominus Polo *in adverſar. tom.* 8. *adverſ.* 245. *in princ.* licet contrarium teneat Diana *p.* 4. *tr.* 1. *reſol.* 73.

Et licèt Oliban. Molin. & Seſſe *ubi proximè*, limitent 203
ad cauſas civiles, vel criminales in temporalibus tantum, & non in perſonis; cùm hoc ex immemoriali conſuetudine reguletur, diverſa conſuetudine poſita in unoquoque ex iſtis Regnis, diverſam juris diſpoſitionem inducere liquidum eſt. Apud nos conſuetudine immemoriali firmatum eſt, ut Rex cognoſcat uſque ad pœnam capitalem, ut ex dictis conſtat, ſicque obſervandum eſſe ſequitur. In Principatu Cataloniæ conſuetudo viget, ut Rex ſolùm cognoſcat in civilibus, ideo extendi non poterit ad judicia criminalia. In Regno Ara- 204
goniæ tantum de criminalibus cognoſcit in temporalibus coërcendo, ac per conſequens cognitio in perſonam ceſſavit. Cum autem hæc ita ſe habeant, licet exempti virtute ſuorum privilegiorum Conſervatorem Judicem nominent, tamen non admittitur nominatio, eo quod Rex eſt Judex Exempti illius ex privilegio Se-

dis Apoſtolicæ, reſultante ex conſuetudine immemo-
205 riali tot annorum; ſicque praxi receptum fuit *in cauſa Don Joſephi Eſcrivá, Ordinis Divi Jacobi*, inquiſiti de homicidio; & *in cauſa egregii affinis Comitis de Sinarcas*, qui quidem virtute literarum Judicis Conſervatoris nequaquam ad ſuos Judices remiſſi fuere, ſed virtute literarum ſacri ſupremi Aragonum Conſilii. Actu cognoſcit Senatus de quæſtione Don Jacobi Muñoz de Cordona Ordinis Divi Jacobi Luſitaniæ, ſicque pluries obſervatum, adeo ut *anno* 1647. in quendam exemptum pœnam capitalem executam viderimus. Dubium, quod apud nos controverſum non parum fuit, eſt an cognitio hæc extendatur ad ſacris initiatos, Dominus Polo *ubi proxim.* aliquantulum hæſitat, licet ſubjungat conſuetudinem indiſtinctè quoad omnes uſu receptam. Belluga de omnibus teſtatur; nam poſtquam enumeravit Eccleſiaſticos privilegio fori fruentes, & inter eos ſacris initiatos, conſuetudinem cognoſcendi de Exemptis à jurisdictione ordinaria tradit, & ſic de omnibus loquitur. Quoad capturam uſu recepta fuit hæc ſententia noſtris temporibus *in cauſa Lucæ Gilban Presbyteri, Ordinis Divi Antonii*, tuncque de hoc diſceptatum, res delata ad Principem fuit, & adhuc indecisa eſt; ille verò fuit à carceribus liberatus ob defectum probationis: quod contigit *anno* 1648.

206 In cauſis civilibus non ſolum adeſt obſervantia inconcuſsè ſervata, ſed ſententiæ in contradictorio judicio obtentæ in cauſa Don Martini de Herrera Caſtellani de Ampoſta, Ordinis Divi Joannis Hieroſolymitani, *die* 7. *Septembris* 1606. & in cauſa Joſephi Ponti Presbyteri, Ordinis Sancti Spiritus, *die* 14. *Septembris* 1649. cum autem, *ut dixi ſupra, num.* 79. adeſt cauſa univerſalis, per uſum partis conſervatur jus in toto, & conſuetudo in una ſpecie extenditur ad alios caſus ejuſdem generis, & cauſa cognoſcendi de Exemptis univerſalis ſit, tam quoad bona, quàm quoad perſonas, nempe ne Judice careant in Regno, & per privilegium Sedis Apoſtolicæ in aliquos Clericos, etiam ſacris initiatos laici cognoſcere poſſint, ut §. *ſequenti, n.* 3. tradimus; inde eſt, quòd quoad omnes Regaliæ uſus extendatur.

207 Nec te moveat ſententia *diei* 20. *Februarii* 1612. per Arbitros lata, in cauſa D. Vincentii Carroz Ordinis Divi Joannis Hieroſolymitani: nam inſpectis proceſſus meritis, nulla notoriè eſt; tum quia nulla ipſius Ordinis conſtitutione, vel privilegio, cautum reperitur, quòd ad antiquiorem pertineat jurisdictio, vel facultas aliqua in Religioſum delinquentem, tum quia uſus probatus non fuit, cùm teſtes ſint ejuſdem Ordinis, & ſui dicti rationem non reddant, ob quod ſic per Senatum diffinitum ex reſolutione trium Aularum *die* 8. *Februarii* 1654. maximè cum de conſuetudine appareat, eo quod Don Marcus Antonius Julia ejuſdem Ordinis, & in carcere Regio, & in Arce Setabis fuit detentus per Proregem anno 1639. Don Joannes Vincentius Vives de Cannamas, & Don Jacobus Pertuſa ejuſdem Religionis Milites, pariter fuerunt carcerati anno 1640. & inſtrumentum pacis & treugæ in caſu Don Auguſtini Sanz, penes Michaelem Angelum Marti confectum, die 9. Decembris 1650. (quod allegari ſolet ab ipſis Militibus) pro noſtra ſententia eſt, cum pœna Regi Domino applicata, ac ipſius jurisdictioni ſubmiſſus reperiatur. Quæ reſolutio approbata fuit per Principem, & ſacrum ſupremum Aragonum Conſilium Regio reſcripto *diei* 31. *Julii dicti*
208 *anni* 1654. Neque ſolus Rex, vel ejus ſuprema Tribunalia, hanc cognitionem Exemptorum conſuetudine immemoriali cómprobatam habent in Regno, ſed etiam in Curia Gubernationis, eo quod Gerens vices Gubernatoris de Exemptis jus dicere ſolet, & ad ejus favorem lata fuit ſententia Cancellarii, *diei* 7. *Septembris* 1606. de qua *num. precedenti*, & vulgariter appellatur Judex Exemptorum, ut probat Belluga *d.* §. *videndum. num.* 17. *in fin.* ibi: *Et vidi bullam à Sede Apoſtolica emanatam dicentem quod Gubernator Regni, qui ex more antiquo ſolet Exemptos in ſua jurisdictione protegere.* Quæ verba notanda ſunt, nam, ut dixi, continent approbationem Sedis Apoſtolicæ, de qua teſtatur iſte celebris Auctor.

Quoties verò Regia jurisdictio cum Eccleſiaſtico Ju- 209
dice agit, vel ut propriam jurisdictionem tueatur, vel ut oppreſſum liberet, vel ſcandalum vitet, incipit charitativè admonendo, abſque inhibitione, præcepto, vel pœnali comminatione, ut ex Rota voluit Farin. *d. deciſ.* 10. *n.* 28. *p.* 2. *in poſthum.* nam juxta Concordiam procedendo, in primis literis admonet, ut procedimenta revocet, reumvè tradat, & caſu hæſitationis Arbitrum nominet juxta eandem Concordiam, & hoc verbis exhortativis, ut dixi. Extra Concordiam autem, hortantur Judices delegati, quod à violentia deſiſtant, appellationi deferendo, reum abſolvendo, vel aliter à gravamine liberando, & caſu dubitationis adeant Regium Senatum, bancum Regium informaturi: ſi enim ad Senatum accedere velint, decenti loco admittuntur, juxta perſonæ, ac dignitatis, quam obtinent, qualitatem; ſin minus privatim ad informationem admittuntur, vel in ſcriptis, extra judicium, & proceſſum. Sed caſu quo neu- 210
trum facere deliberant, tunc comminatio intrat, quæ fit per ſecundas literas, quibus terminus arbitrarius aſſignatur (licet in primis aſſignari ſoleat) & monentur iterum, ut primæ monitioni pareant ſub comminatione occupationis temporalitatum, & aliarum pœnarum, jure & praxi receptarum. Si adhuc pertinaces ſunt, tertiò literis exhortantur, ut intra terminum in eis præfixum pareant, ſub pœna occupationis prædictæ, tuncque jam Regia Curia verbis præceptivis utitur, eo quod contumaces ſunt, ut dixi *n.* 118. eo enim termino elapſo, vi- 211
ſiſque monitionibus in Senatu, citari ſolent ad declarationem incurſus, quæ citatio ter prorogari ſolet arbitrariè, & in die ultimæ prorogationis impoſitio pœnarum publicatur ad inſtantiam Fiſci. Hanc praxim docent ex noſtratibus Belluga *dict. rub.* 18. *per tot.* ex Aragonenſibus Eſſe *de Inhibitionibus, dict. cap.* 8. §. 3. *n.* 102. Cenedo *dict. q.* 45. *n.* 26. & 61. Calixtus Ramirez *de leg. Rex.* §. 27. *nu.* 11. ex Catalaunis Olibanus *in uſatic. aliam namque, c.* 12. *num.* 4. Don Ludovicus Peguera *d. deciſ.* 92. *n.* 22. *& in prax. cap.* 24. Cancier. *variar. dict. lib.* 3. *cap.* 10. *num.* 45. Fontanella *dict. gloſſ.* 13. *p.* 3. *num.* 8. ex Sardis dominus Vico *ad pragmat. dict. tit.* 51. *num.* 16. *& ſeqq.* ex aliis Pereyra *de manu Regia, cap.* 12. *nu.* 12. Cevallos *de via violent. gloſſ.* 16. *num.* 10. *par.* 1. *& part.* 2. *quæſt.* 77. pluribus Salgado *de Reg. protect. part.* 1. *num.* 274. *cum ſeqq. & de retent. Bullar. part.* 2. *c.* 24. *nu.* 58. *& ſeqq.* Torreblanca *de jur. ſpiritual. lib.* 15. *cap.* 10. *n.* 6. Salcedo *de lege Politic. lib.* 1. *cap.* 10. *n.* 32. Quam obſervat ſemper Se- 212
natus, ut videri poteſt in occupatione temporalitatum *anni* 1620. de qua adſunt duæ declarationes, prima publicata per don Joannem Daça, loco Franciſci Pauli Alreus *die* 21. *Julii*; & ſecunda per eundem Alreus *die* 3. *Auguſti*, quæ cum Ordinario Eccleſiaſtico ad executionem deducta fuerunt. Alia extat declaratio cum Delegato *anni* 1633. in cauſa Doctoris Joſephi Auzina, & Martini Tobies; & alia *anni* 1645. in Ordinarium Oriolenſem, in unaquaque termini aſſignatio diverſa; & in hac, quartò literæ expeditæ, eo quod de ſubſiſtentia primarum literarum dubitabatur.

Hæc pro tyronibus adnotata, videamus an iſtæ pœ- 213
næ juſtè irrogari poſſint Eccleſiaſticis, cùm tot jura prima frontè obſtare videantur, quæ cumulantur per Dianam. 1. *part. tract.* 2. *reſolut.* 18. Sed quia Doctores ſuperius relati, ſignanter Peguera *dict. deciſ.* 92. *& in prax. cap.* 24. Oliban. *dict. cap.* 12. Eſſe *dict. cap.* 8. §. 3. *num.* 98. *& ſeqq.* Cancer. *dict. cap.* 10. *n.* 50. *& 51.* Solorçano *de jur. Indiar. lib.* 3. *cap.* 27. *num.* 19. *& 66. & in politica, lib.* 4. *cap.* 27. verſ. *En favor deſte parecer*, Torreblanca *dict. cap.* 10. *n.* 6. Salcedo *lib.* 1. *cap.* 10. *per tot.* præcipuè *n.* 27. Curtelli *de Immunit. lib.* 2. *qu.* 55. *n.* 21. qui plures laudant,

laudant, ad omnia reſpondent pleniſſimè, ideo non immoramur.

214 Solùm addere poſſumus, quod apud nos horum remediorum uſus approbatur expreſsè à Sede Apoſtolica, quo omnia in contrarium adducta corruunt. In Concordia in *textu* exarata, dum verbum inſtituitur de occupatione temporalitatum, banno, & aliis pœnis aſſuetis in Eccleſiaſticos imponendis, hæc verba habentur: *Ubi verò evidenter, vel notoriè, juriſdictio Regia per Prælatos impeditur: qui per proceſſus ſuos juriſdictionem impediunt, vel occupant temporalem: tunc non debent mirari Prælati, ſi per exercitium ſuæ ſuperioritatis, quam univerſaliter habet, in univerſis temporalitatibus Regni ſui, ad defenſionem ſui juris notorii, adhibet remedia à ſuis anteceſſoribus aſſueta.* Hîc clariſſimè Legatus Sedis Apoſtolicæ obſervantiam, & uſum imponendi has pœnas approbavit, conſuetudinem fatendo. Quæ omnia confirmata per ſummos Pontifices Julium III. Pium V. & Gregorium XIII. expreſsè ſunt; ſicque quater à Sede Apoſtolica confirmata reperitur harum pœnarum impoſitio, in Eccleſiaſticos jura Regia perturbantes, & hoc ſine dubio, hæſitatione, aut ambage; nam in duobus decretis Julii Tertii, tenor Concordiæ exprimitur, & verba prædicta tranſcripta reperiuntur, ac per conſequens pœnarum impoſitio expreſsè confirmata. Nec te moveat traditum Patris Antonini Diana *par.* 3. *tract.* 1. *reſol.* 27. *verſ. Audiant*; nam licet doctiſſimus ille vir eruditè omnia pertractet, in hoc articulo deceptum fuiſſe eſt fatendum, dum verba Concordiæ ſolum habuit, quæ loquuntur de proceſſibus legitimè factis per Eccleſiaſticos, non verò illa quæ reſpiciunt quæſtiones ſuſcitatas, & ſuſcitandas, ut expoſuimus *ſupra num.* 28. *& ſeqq.* ſicque licet in noſtra Concordia dictum ſit, quod *ſi illud unquam factum eſt, malefactum eſt, cum ſit contra libertatem Eccleſiaſticam*; etiam dicitur, quod *ſi juriſdictio Regia per Prælatos impeditur, non debent mirari ſi adhibet Rex remedia à ſuis anteceſſoribus aſſueta*; quo in caſu nequaquam eſt evidenter contra libertatem Eccleſiaſticam, ſed juſta defenſio omni jure permiſſa, quam ipſe Pater Diana *dict. par.* 1. *tract.* 2. *reſol.* 16. *ad finem*, non auder negare. Has pœnas reſpicere videtur *privil.* 74. *Reg. Jacob. II.* dum omnibus remediis aſſuetis uti jubet in Epiſcopum jura Regia turbantem.

215 Quæ autem aliæ pœnæ ſint ultra occupationem temporalitatum, & bannum, bene explicat Oliban. *dict. cap.* 10. *per tot.* Sed quædam differentia notanda eſt in-
216 ter modum procedendi cum Ordinariis Eccleſiaſticis juxta Concordiam, & modum procedendi cum Delegatis per citationem ad bancum Regium, vel cum ipſis Ordinariis quando deveniendum eſt ad pœnarum impoſitionem, ſive, ut verius dicam, ad uſum remediorum juris, & conſuetudinis [illegible] id quod eſt contentionem
217 ſuſcitare, fieri poteſt à quocunque Judice habente merum imperium ex juriſdictione Regia, nempe Gubernatoribus, & Juſtitiis villarum Regiarum totius Regni, probat Olibanus *dict. cap.* 13. *num.* 22. & poſt eum omnes Catalauni ſuperius laudati, & deciſum eſt per Cancellarium, ſententiâ *diei* 6. *Septembris* 1647. in cauſa Jacobi Giner villæ Caſtillionis Planitici. At verò ſi aliquis citandus eſt ad bancum Regium, vel compellendus per remedia Prætoria, ſolum coram Domino Rege, vel eo abſente, Prorege fieri poteſt; quia hæc ſunt de reſerva-
218 tis Principi, ut tradunt Olibanus *ibid. num.* 23. Fontanella *deciſ.* 316. *num.* 2. *& 20. & deciſ.* 317. *num. fin. tom.* 2. Sicque quoties Ordinarius recuſat contentionem admittere, ut procedatur ritè ad occupationem temporalitatum, poſt ſecundas literas, cauſa ad Senatum evocatur, eo quod compulſio, & declaratio quæ poſtea fit, ſolum in Regio Senatu fieri debet, Olibanus *num.* 28.
219 Fontanella *deciſ.* 314. *num.* 6. *tom.* 2. Sed ſi Dominus Rex, & Prorex abeſſent, cum Regiæ Audientiæ juriſdictio obdormiat, tuncque Gerens vices Gubernatoris ſit ſupremus Judex ex his, qui remanent in Regno, poterit abſentia durante compellere Prælatos, & alios Eccle- 220
ſiaſticos Judices per remedia aſſueta, & procedere ad occupationem temporalitatum, quia non remanet alius qui Regiam juriſdictionem tueatur, & oppreſſos adjuvet; ut tradunt Olibanus *num.* 29. Cancer. *dict. cap.* 10. *num.* 91: ob quod Gerens vices Gubernatoris ultra Sexonam in ſuo diſtrictu ea facere debet, ut in ſimili tradit Olibanus *num.* 30. Locum tenentes verò ultra Uxonem, 221
& Sucronem, in noſtra Gubernatione, & localis Oriolenſis ea facere nequibunt, cum hæc ad ſuperiorem Judicem ſemper pertineant, qui quidem tunc eſt Gerens vices, unuſquiſque in ſuo diſtrictu, & territorio.

Pœnæ iſtæ, effectus ſunt contumaciæ Judicis, qui te- 222
naciter monitionibus reſiſtendo Regia jura perturbat, atque tranquillitatem publicam devaſtat, ob quod perſonaliter injungendæ ſunt literæ, quibus prælibatæ moniciones, & exhortationes continentur; alioquin declaratio incurſus nullius momenti eſt: nam licet omnia hæc extrajudicialiter, ac per modum naturalis defenſio- 223
nis peragantur, tamen pœna, quæ per contumaciam imponenda eſt, ſuum auctorem ſequi debet: Roman. *conſil.* 11. *&* 15. Ponte *de poteſtat. Proregis, tit. de diverſ. proviſ.* §. *Solent etiam*, Maſtril. *de Magiſtratib. tom.* 1. *cap.* 29. *num.* 41. Rovit. *conſil.* 87 Pereyra *de manu Regia, tom.* 1. *lib.* 1. *tit.* 8. §. 4. *num.* 6. Montanus *de Regalibus*, 224
cap. de officiis, *num.* 76. nec factum procuratoris pœnæ ſubjicere principalem debet; nam mandatum quantumcunque generale, non extenditur ad ea, per quæ dominus cadat in delictum, vel pœnam, *l. creditor*, §. *Lucius ff. mandat.* Surdus *de aliment. tit.* 9. *queſt.* 26. *num.* 112. Caldas Pereyra *de emption. cap.* 15. *num.* 12. Barboſ. *de clauſ. uſufreq. clauſ.* 35. *num.* 43. ſicque perſonaliter omnia injunguntur: quod obſervatum in Senatu vidi *anno* 1647. dum epidemialis morbus Urbem affligebat, pro parte Fratrum Diſcalceatorum ſancti Franciſci villæ de Vinaros (quorum plures ab Ordinario Eccleſiaſtico Dertuſenſi, tanquam ſub executore literarum excommunicati erant, & Cœnobium ipſum interdictum) inſtare- 225
tur vehementer, quod incurſus pœnarum declararetur in dictum ſubexecutorem, contendendo fieri poſſe media injunctione facta procuratori ejuſdem, Senatus inſtantiam non procedere decrevit. Et cum prætextu morbi epidemialis in urbe Dertuſæ, nullus ex hoc Regno admitteretur, ſicque literæ comminatoriæ injungi non poterant, declaratio ſuſpenſa fuit uſque dum literæ perſonaliter injunctæ fuerunt, ſed declaratio incurſus neceſſaria non fuit, quia abſolutio ſubſecuta injunctis comminationibus. Hæc quoad modum procedendi cum Eccleſiaſticis Judicibus apud nos obſervantur: cætera in jure ſcripta, per Doctores laudatos *in hoc* §. tradita accuratè ſunt, atque adeo apud eos inveniri poteſt quidquid in his deficiat; nam, ut ſæpius dixi, ſpecialitates tantum tradere, noſtri inſtituti eſt.

§. II.

De Clerico immiſcente ſe enormibus, ad interpretationem Bullæ Julii Tertii fœlicis recordationis in Valentinorum Regum favorem conceſſa ſpecialiter.

TEXTUS.

JUlius Papa Tertius, Venerabilibus Fratribus Archiepiſcopo Valentin. & Dertuſen. Segobricen. & Cartaginen. Epiſcopis, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Exponi nobis nuper fecit dilectus filius, nobilis vir, Philippus Princeps Hiſpaniarum, quòd cum omnes ferè incolæ Civitatis, & Regni Valentiæ, in octavo, vel alio ulteriori ſuæ ætatis anno ſe faciunt Clericali charactere inſignirl, & exinde cum aliquod atrociſſimum cri-

men committunt, si per Judices sæculares, & Regios incarcerentur, petant se, ut Clericos ad judices Ecclesiasticos eorum Ordinarios remitti; ipsique judices Ecclesiastici eosdem Clericos, sic incarceratos, tanquam suæ, & non ipsorum Judicum sæcularium jurisdictioni subjectos reperant, ac eisdem judicibus sæcularibus, & Regiis, ne contra præfatos Clericos procedant, sub censuris Ecclesiasticis inhibeant, & ut eos ad se remittant, sub eisdem censuris mandent, nec tamen eos corporali, aut aliàs debita pœna puniant, crimina, & delicta eorundem Clericorum remaneant impunita: & sic Clerici videntes se per sæculares Judices coërceri non posse, & propterea eorum atrocia delicta impunita relinqui, ad quæcunque, & atrocissima delicta perpetranda procliviores fiant, sicque in Civitate & Regno prædictis, gravia, & enormia in dies crimina, & delicta per eosdem Clericos passim perpetrentur; in magnam perpetrantium animarum perniciem & Christi fidelium illarum partium scandalum, & illius Regni perturbationem: Quare idem Philipus Princeps nobis humiliter supplicari fecit, ut cum abutentes privilegio, privilegium amittere mereantur, vobis qui ordinariam jurisdictionem in eodem Regno exercetis, seu obtinetis, ne de cætero Clericos simpliciter tonsuratos, quos in dicta Civitate, vel aliquo loco ipsius Regni, ordinariæ jurisdictioni alicujus vestrum subjecto crimen *læsæ Majestatis* incurrisse, aut *peccatum*, propter quod ira Dei in filios diffidentiæ venit, seu ex proposito *deliberato homicidium*, vel *proditionem*, aut *assasinium*, seu *incendium* fecisse; vel ex ira, aut aliàs aliquem *ad duellum provocasse*, & illud commisisse, quod *plagio* in illis partibus vulgò dicitur, seu aliquam honestam mulierem, virginem, vel conjugatam, vel viduam *rapuisse*, seu aliquem *in ejus facie*, hujusmodi amphoram, aut aliud vas sordidum projecisse, seu *moncas*, vel publicas, vel privatas *scripturas* falsificasse, seu publicos *foris*, vel in stratis, aut viis publicis *latrones* fuisse, seu aliquem *archibusio*, vel *sclopeto*, aliàs *ascopia*, aut *ballista* occidere procurasse, *quamvis eum non vulneraverint, nec tetigerint*, seu prædicta, vel aliquod eorum *mandasse*, vel fieri *consensisse*, vobis legitimè constiterit, ne per vos, vel Officiales vestros à Judicibus sæcularibus repetere positis interdicere, & quod eosdem Clericos simpliciter tonsuratos, quos aliquod ex criminibus hujusmodi commisisse vobis, ut præfertur, constiterit, si per vos, aut Officiales vestros, vel de vestro, aut eorum mandato incarcerati fuerint, ad ipsos Judices sæculares secundum eorum leges puniendos remittere debeatis, mandare, & injungere, aliisque præmissis opportunè providere de benegnitate Apostolica dignaremur: Nos igitur criminosos quoslibet, & delinquentes debitis pœnis puniri, & exinde alios à similibus absterreri volentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, vobis ne de cætero ullo unquam tempore, aliquem Clericum simpliciter tonsuratum, quem in eadem Civitate, vel aliquo loco ipsius Regni, ordinariæ alicujus vestrûm jurisdictioni subjecto aliquod ex dictis criminibus commisisse coram vobis legitimè constiterit, per vos, vel Officiales vestros à Judicibus sæcularibus repetere possitis, Apostolica auctoritate per præsentes interdicimus: & quod eosdem Clericos simpliciter tonsuratos, quos aliquod ex eisdem criminibus commisisse vobis, ut præfertur, constiterit, si per vos, aut Officiales vestros, vel de vestro, aut eorum mandato incarcerati fuerint, ad ipsos Judices sæculares, secundùm eorum leges puniendos remittere debeatis, auctoritate, & tenore prædictis, & in virtute sanctæ obedientiæ injungimus. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, & cæteris contrariis quibuscumque. Et quia difficile foret præsentes literas ad singula quæque loca, in quibus de eis fides facienda erit, deferri; Volumus, & dicta auctoritate decernimus, quod earum transumptis, manu alicujus Notarii subscriptis, & sigillo alicujus personæ in Dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides in judicio, & extra habeatur, quæ eisdem præsentibus adhiberetur; si præsentialiter forent exhibitæ, vel ostensæ. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum sub annullo Piscatoris, die 24. Novembris 1553. Pontificatus nostri anno 4.

SUMMARIA.

1 *Jurisdictio in Clericos concessa fuit Judicibus laicis per hoc breve.*
2 *Exemptio Clericorum, an de jure divino, vel positivo proveniat? remissivè.*
3 *Papa laicis concedere potest jurisdictionem in Clericos limitativè ad certos Clericos, crimina, vel loca.*
4 *Concessio hæc limitata est.*
5 *Clerici beneficiati sacris nondum initiati, an continentur sub hac concessione.*
6 *In Ecclesia tres gradus sunt per quos homines ab hominibus separantur.*
7 *Primus gradus est Baptismi.*
8 *Secundus gradus est electionis, sive Clericatus.*
9 *Clericalis Tonsura constituit quemcunque in hoc secundo gradu.*
Tonsura an sit Ordo, & characterem imprimat? ibid.
10 *Canonistæ tenent Tonsuram, Ordinem esse.*
Per Tonsuram fit transitus de statu ad statum, ibid.
11 *Formula qua utitur Episcopus dum Tonsuram confert, explicatur.*
12 *Clerici prima Tonsura à jure gaudebant privilegio fori.*
13 *Privilegium fori est effectus Clericatus.*
14 *Requisita* Tridentini, *juris dispositionem non immutarunt.*
16 *Tertius gradus est signi, sive characteris.*
16 *Ratio disparitatis inter sacris initiatum, & Clericum*
17 *Differentia privilegii nunquam desumitur ex Tonsura ad aliud, præter quam ad Ordines sacros.*
18 *In concessione nostra comprehendantur omnes secundi gradus.*
19 *Dictio*, tantùm, *explicatur.*
20 *Acolyti, Exorcista, Beneficiati, nuptias contrahere possunt.*
21 *Nomine Lectorum omnes minores Ordines significantur.*
22 *Clericatui nil addi potest, ut privilegium fori firmetur, nisi character Ordinis.*
23 *Per beneficii collationem privilegium fori non corroboratur.*
24 *Per Concilium Tridentinum, non requiritur beneficium, tanquam causa privilegii fori, sed tanquam requisitum ad effectum.*
25 *Ordo sacer, privilegii fori naturam non mutat, sed irrevocabilem constituit.*
Beneficium non immutat naturam privilegii fori, ibid.
Beneficium facilius amittitur quàm Tonsura, ibid.
26 *Clericatus renuntiari non potest.*
Clericatus nunquid amittitur, ibid.
Beneficium verbis, & facto amittitur, ibid.
27 *Beneficium amittitur pluribus in casibus.*
Beneficium semel amissum nunquam recuperatur, ibidem.
28 *Tridentinum in beneficiato non requirit delationem habitus, & tonsuræ.*
29 *Beneficii Ecclesiastici spiritualitas in quo consistat.*
30 *Beneficium supponit personam sacram per Clericatum, ideoque ipsam non sacrat.*
31 *Beneficium datur propter officium.*
32 *Officium legationis in quo consistat, explicatur.*
33 *Laudes impendere Deo recitando Horas canonicas, ad quos spectet.*
34 *Obligatio recitandi Horas Canonicas non constituit quendam in tertio gradu.*
35 *Omnes secundi gradus tenentur à jure recitare Horas Canonicas.*

Clerices

Clericos minorum Ordinum, non teneri ad recitandas Horas Canonicas, ex consuetudine provenit, ibid.

36 Cap. fin. 92. distinct. *expenditur.*

37 *Clericus ex vi sui status, ad laudes Deo persolvendas deputatus est.*

38 *Clericus ubique tenetur Horas Canonicas recitare.*

39 *Beneficiati, & sacris initiati, quare recitare Horas Canonicas teneantur.*

40 *Ordinati sacris ordinibus, tenentur virtute religionis; Beneficiati ratione justitiæ.*

41 *Beneficiatus non reportans fructus ad mediocrem substentationem, non tenetur quotidie recitare.*

42 *Ratio disparitatis inter Beneficiatum, & sacris initiatum.*

43 *Subdiaconatus Ordo, à principio, inter majores, & sacros Ordines non numerabatur.*

44 *Ordo Sacer factus fuit ex irrevocabili dicatione status Ecclesiæ per votum.*

45 *Jura difficillima inter se pugnantia ad concordiam reducuntur.*

46 *Clerici jure naturali obstringuntur ad referendum Deo majores gratias, quàm laici.*

47 *Obligatio recitandi in sacris initiatis, ad consuetudinem reducitur.*

48 *Concessio nostra post Tridentinum, interpretari debet ut effectum producat.*

49 *Privilegio fori quis fruatur ex Concilio Tridentino.*

50 *Beneficii causa efficiens quæ.*

51 *Beneficii causa finalis quæ.*
Beneficii causa materialis, ibid.
Beneficii causa formalis, ibid.

52 *Beneficium, & officium in plurimis æquiparantur.*

53 *Spiritualitas beneficii à quo proveniat.*
Servientes Ecclesiæ de mandato Episcopi habent officium, ibid.

54 *Serviens Ecclesiæ de mandato Episcopi habet quid spirituale.*

55 *Beneficiatus comprehenditur sub hac dispositione bullæ Julii Tertii, ex identitate rationis.*

56 *Clericus immiscens se enormibus, etiamsi Sacerdos sit, amittit privilegium fori.*

57 *Julius Tertius non tam novam dispositionem statuisse videtur, quam delicta enormia declarasse.*

58 *Julius Tertius dubia quæ à Doctoribus disceptantur, ut videatur quæ delicta enormia sint, removere hoc decreto voluit.*

59 *Dispensatio stricte interpretanda est.*

60 *Dispensatio ex defectu natalium non restringitur ad primam Tonsuram.*

61 *Sed extenditur ad omnes minores Ordines, & ad obtinendum beneficium simplex.*

62 *Judices laici, in his sunt delegati à Sede Apostolica.*

63 *Judices laici, non propria potestate, sed Ecclesiastici, tanquam per instrumentum, jus dicunt.*

64 *Bulla Clementis Octavi expenditur.*

65 *Sententia nostra, observantia interpretativa juvatur.*

66 *Exemplaria, & decisiones hanc sententiam comprobantes, & n. 67. 68. 69. & 70.*

1 PEr hoc decretum Pontificium concessa fuit jurisdictio judicibus Regiis, & laicis hujus Regni ad cognoscendum in criminibus hîc expressis, de Clericis primæ tonsuræ talia crimina patrantibus; nam omissa ardua illa, ac continuè agitata quæstione, tam à Doctoribus Theologiæ, quam sacrorum Canonum, an exemptio Clericorum à jurisdictione sæculari, sit jure positivo introducta, vel à jure divino proveniat, quam
2 latissimè pertractant Doctores laudati per Cenedum *Canonic. quæst. 4. in princ.* Gras. *de effect. clericat. eff. 1. num. 1. & seqq.* Don joan. del Castillo *de Tertiis, cap. 9. num. 12.* Bianam *tom. 5. tract. 1. resol. 21. & tom. 2. tract. 1. reso. 1. cum seqq.* præcipuè *resol. 5.* qui omnes Scribentes cunctulant: certum utique est, summum Pontificem posse in certo loco, vel respectu certorum Clericorum, vel criminum, ex causa alicui sæculari, vel Principi, concedere potestatem judicandi de Clericis, ut testantur Clarus 3
§. fin. quæst. 91. num. 9. Felin. *in cap. 2. num. 3. de major. & obed.* Scaccia *de judic. caus. civil. & crimin. lib. 1. cap. 11. num. 43. & 92.* Farin. *in prax. quæst. 8. num. 4.* Marta *de jurisdict. part. 2. cap. 6. num. 31.* Solorçano *de jur. Indiar. lib. 3. cap. 27. num. 60. tom. 2.* Selle *de Inhibitionibus, cap. 9. §. 3. num. 131.* Cenedo *dict. quæst. 4. num. 4 & seqq.* Grassis *dict. effect. 1. num 24. & seqq.* Ripoll. *Regaliar. cap. 6. num. 42. & cap. 11. num. 12.* cum autem in hoc decreto summus Pontifex concedat potestatem judicandi in certo loco, nempe in nostro Regno, & de certis Clericis, nempe primæ Tonsuræ, committentibus crimina in eo- 4
dem decreto contenta; mirum non est, quod dispositio teneat, etiamsi privilegium fori à jure divino dimanaret: nam hoc limitare, & interpretari summus Pontifex potest, ut testantur prædicti *Doctores*; nec novum est, cum id diversis Pricipibus concessum reperiatur, ut asserunt Grassis *dict. num. 28* Farin. *dict. quæst. 8. num. 9.* Curtell. *de Immunit. lib. 2. q. 24. num. 8. vers. Ultimo fundatur.*

Sed dubitari potest, qui Clerici comprehendantur 5
sub hac dispositione? nam de Clericis simpliciter tonsuratis apertè loquitur. Et comprehendi omnes qui sacris initiari non sunt, etiamsi simplex beneficium obtineant, & mihi videtur, & observantiâ ipsius decreti Juliani interpretativâ comprobatum est.

Ratio, ob quam in hanc moveor sententiam, ea ni- 6
mirum est; nam tres tantum sunt in Ecclesia gradus, per quos homines ab hominibus segregantur, ac in statu diverso constituuntur, qui explicandi sunt, ut facilius res percipi possit. Primus gradus est separationis à toto, 7
dum per Baptismum Dominus hominem ab hominibus separat, ita ut eum suo populo aggreget, non secutus ac olim per Circumcisionem, ut docet Divus Thomas *3. p. q. 70. art. 1. in corpore*, ubi: *Et per Baptismum aggregatur homo congregationi fidelium.*

Secundus gradus est electionis, dum ex ita separatis 8
delegit aliquos, ut sibi omni alia deposita cura famulentur, qui Clerici sunt, ut Divus Hieronymus tradit *in c. duo sunt, 12. q. 1.* & eos vocat mancipatos divino officio, unde Abbas *in c. solita, num. 4. de major. & obed.* dixit: *Eo enim ipso, quod ordinatur in Clericum, efficitur res sacra, & transfertur in sortem Domini.* Marta *de jurisd. p. 2. cap. 6.* 9
num. 1. vers. Abbas. Ad hunc enim gradum evehitur quis per primam clericalem Tonsuram: nam licet Theologi teneant Tonsuram, Ordinem minimè esse, eo quod characterem non designet, ut patet ex congestis per Carolum de Grassis *de effect. Clericat, in prælud. num. 182. cum plurib. seqq.* Barbos. *de jur. Eccles. univers. lib. 1. cap. 38. num. 41.* Lotter. *de re benef. lib. 3. quæst. 35. num. 20.* nostrum Trullench *de Sacram. lib. 6. cap. unic. dub. 1. n. 7.* Tamen Canonistæ tenent Ordinem esse, dum intelli- 10
gunt Ordinem pro simplici dispositione graduum, ut in *c. ad hoc, distinct. 89.* latè Lotterius *ibid. num. 22. & & seqq.* Torreblanca *dict. lib. 15 c. 5. num. 13. & seqq.* & sic per Tonsuram fit transitus de statu ad statum (sicut per ingressum Religionis, cui assimilatur) id est, in ordinem, & numerum Clericorum transfertur, ut efficiatur capax beneficii Ecclesiastici, aliorumque Ordinum, & privilegiorum, Fornar. *de Ordin. cap. - num. 1.* Quod cla- 11
rè percipitur ex formula, qua utitur Episcopus, quando Tonsuram confert, juxta Rituale Romanum: monet enim initiatum, ex tunc effectum esse de foro Ecclesiæ, & sortitum esse privilegia Clericorum, ut ex Rota tradit Lotterius *lib. 1. quæst. 40. num. 161. & dict. lib. 3. quæst. 3. n. 30.* Præsul Vrrutigoyti, *in Pastor. Regul. parte 3. vot. 3. n. 7. cum seqq.* & sic Clerici primæ Tonsuræ, à jure gaudent privilegio fori & omnibus aliis privilegiis Clericalibus, sicut constituti in Sacris, Barbos. *de potest. Episc. p. 2. alleg. 12. num. 1.* Farin. *in prax. quæst. 8. num. 9.* pluribus relatis, Grassis *eff. 1. num. 77.* & *in prælud. num. 300.* 12

& Torreblanca *dict. cap. 5. num. 18. & seq.* Diana *p. 4. tract. 1. de im. mun. Eccles. resol. 10. & 20.* Privilegium enim fori, est effectus Clericatus; sive primæ Tonsuræ, *cap. Clerici, c. cum non ab homine, de jud. cap. 2. de for. competen.* Gloss. *in cap. 11. vers. Clericus, de Cler. conjugat. in*
13 6. & ibi communiter Doctores, Felinus *in cap. Ecclesia, sanctæ Mariæ, de constit. num. 100.* Covarruvias *practicar. cap. 32. num. 1.* Garcia *de benef. p. 2. cap. 2 num. 1. & p. 7. c. 1. num. 6.* Cenedo *Canonicar. quæst. 4.* Grassis *dict. effect. 1. per tot.* Lotter. *dict. lib. 1. quæst. 40. num. 161. & d. quæst. 35. num. 21. & quæst. 36. per tot. lib. 3.* congesti à Barbos. *de alleg. 12 num. 1. & in collect. dict cap. cum non*
14 *ab homine, num. 2.* Sigismundus Scaccia *de jud. d. cap. 11. n. 13. & seqq.* Farin. *dict. quæst. 8. n. 5. & seqq.* qui alios laudant. Nec requisita inducta à Concilio Triden. *sess. 23. c. 6. de reformat.* hoc jus immutarunt, ut infra dicetur.

15 Posterior gradus est, signi, sive characteris, dum ex ipsis manciparis divino officio aliquos spirituali stigmate notat, ut ex Divo Joan. Chrysost. bene notavit Sayrus *de Sacram. lib. 4. cap. 1. quæst. 1. art. 2. num. 1.* Unde duo officia emergunt, unum officium Clericatus, de quo *in cap. defensionis 2. distinct. 87.* ex illo secundo gradu, sive sortitione: alterum legationis ex injecto onere recitandi Horas Canonicas. Quam graduum differentiam optimè explicat Lotterius *dict. quæst. 36. num. 2. 9.*
16 *& 78.* Ex quo deducitur differentia privilegii fori, inter illud, quo utitur Clericus primæ Tonsuræ, & spectans ad sacris initiatum; nam cum à jure pariter privilegium abutroque consequatur, & character Ordinis sacri indelebilis sit, privilegium fori amitti non potest à sacris initiato, quin præcedat degradatio actualis propter vim *characteris* indelebilis: at in Clerico primæ Tonsuræ, cùm deficiat character indelebilis (quidquid dicat Torreblanca *dict. cap. 5. num. 16. & seqq.* nam dictum non probat, & textus Concilii, aut Doctores quos allegat, characteris impressionem minimè concludunt: imò juxta Divi Thomæ, & communis Theologorum scholæ sententiam, Tonsura, neque Ordo est, neque characterem imprimit, pluribus Carleval. *de jud. lib 1. disput. 2. quæst. 8. num. 1087. cum seqq.* noster Trullench. *de Sacrament. lib. 6. cap. unic dub. 1. num. 7.*) ex pluribus contingentibus auferri potest, ut Lotterius tradit *ibidem, n. 42.* (licet omnino non explicet) sed nihilominus Clericus primæ Tonsuræ, quod omnia Clericus est, ut idem Lotterius firmat *d. q. 40. n. 161.* & Carlevalius *ubi prox.*

17 Hinc est, quod Doctores minimè arguere soleant, seu differentiam constituant quoad amissionem privilegii fori à Tonsurato, ad Acolytum, vel ad beneficium obtinentem, sed tantum ad Ordines sacros, distinguendo hos tantum casus ad difficultates emergentes expediendas, ut videre est apud Diaz *in praxi, cap. 90. prope finem*, Plaça *in epitom. delictor. cap. 22. num. 43.* Foller. *in prax. Canon. verb. Audiantur, num. 45.* Farinac. *d. quæst. 8. num. 81. in fin.* Scaccia *d. cap. 11. num. 79.* (qui arguit à minoribus ad majores ordines) Clarum *§. final. quæst. 36. num. 23. ad medium*, Grassis *d. effect. 1. num. 891. & 919.* Guid. Pap. *decis. 8. vers. Quæ præmissa*, Bobadilla *in politic. tom. 1. lib. 2. cap. 18. num. 92.* Joan Baptist. del Toro *in compend. decision. lib. 1. verb. Clericus in minoribus*, Don Marium Curtel *de immunitat. lib. 2. quæst. 24. in princip.* Patrem Diana *tom. 7. tract. 1. resolut. 11.* Præsulem Verrutigoyti, *d. p. ante 3. vot. 5. num. 7. & seqq.* qui plures aliis cumulant: eo quod nulla reperitur differentia inter Ordines minores, vel beneficium obtinentem, à jure, respectu dicti privilegii.

Quibus suppositis, clarè sequitur, quod in nostra conconstitutione Apostolica comprehenduntur omnes qui ex secundo gradu sunt; nam nomine *Clericorum*, primæ Tonsuræ comprehensi videntur quicunque characterem indelebilem non obtinent. Quod probatur ex *Canone* Apostolorum 25. junct. *cap. lex continentia, 31. distin. & Novell. Justinian. 22. de nupt. is, coll.* 4. dum in dicto Canone cavetur: *Quòd ex his qui celibes in Clerum pervenerunt,* 19
jubemus Lectores tantum, & Cantores si velint, nuptias contrahant; quo taxativa *tantum* includit expressum, & reliqua excludit, habètque negativam implicitam; ita quod aliter fieri nequeat, sicque limitat, restringit, & excludit: pluribus Barbos. *d. collectan. 401. num. 2. & seqq.* idem habetur *in dict. Novella, & in dict. cap. lex continentia.* Sed non ex hoc colligi potest, Acolytum, Exorcistam, Ostia- 20
rium, aut Beneficiatum, nuptias contrahere non posse; imò ex contractu illo nullam culpam incurrere certum est, ut probat idem Barbosa *de jure Eccles. lib. 1. c. 38. n. 54. & seqq.* Sed jura hæc ita intelligenda sunt, ut dicendo *Cantores, & Lectores tantum*, prout in *dicto Canone* dicitur, aut *Clericos ultra Lectorem*, ut in dicta Novella, intelligendum est tantum exclusos Subdiaconum, & Diaconum, ut locum *Gratiani* declerat additio Gregoriana *in cap. sane, §. cum autem, 5. quæst. 3.* & rationem reddit, ibi: *Nomine lectorum omnes minores Ordines significavit.* Explicant Henriquez *lib. de matrimon. cap. 5. §. 9.* 21
lit. O. Axor. *institut. moral. part. 1. lib. 13. quæst. 4. vers. Si quæras*, Pater Sanchez *de matrimon. lib. 7. disput. 31. n. 2. & 6.* Barbos. *dict. c. 38. n. 56. & in collect. ad cap. si verò, 32. distinct.* Et ratio est, nam Clericatui nihil superaddi potest ad hoc ut privilegium amplius radicetur, aut indelebile fiat, nisi character Ordinis sacri, cùm non detur 22
aliùs gradus medius inter Tonsuram, & characterem. Nec ab aliquo ex sacris Canonibus, aut Doctoribus traditur similis differentia, sicque omnes comprehendi credendum est.

Confirmatur, nam si aliquid superaddi posset, ut pri- 23
vilegium fori firmaretur, esset beneficium: sed ex hoc privilegium fori indelebile minimè fit, nec in aliquo corroboratur: ergo habentes beneficia in primo gradu permanent; nam origo, & causa privilegii, semper provenit à Tonsura, ut superius dictum est; neque aliud spectabatur ante Concilii Tridentini decretum: ab ipso ve- 24
rò, non tanquam causa privilegii beneficium requiritur, sed tanquam requisitum, & sic à Doctoribus communiter appellatur, ac per consequens naturam privilegii non mutat. Demum ordo Sacer minimè naturam mutat privilegii, sed illud indelebile reddit, eo quod inseparabile sit, ut ex Lotterio, & aliis dixi: igitur multò minus 25
natura privilegii immutabitur à beneficio, cum non solum facilius amittatur, quàm ordo Sacer qui amitti nequit; sed quam ipse Clericatus: Clericatus enim nullatenus renuntiari valet, nisi facto omnino contrario; Farin. *d. q. 8. n. 14.* Graf. *d. effect. 1. n. 35.* pluribus relatis Curtel. *de Immunit. lib. 2. q. 19 n. 19.* imò nunquam amittitur, ut voluit Torreblanca, qui characterem imprimere tenuit. *d. c. 5. n. 16.* sed tantum effectus ejus per discessum 26
ab statu; quare pluribus in casibus reassumi valet, seu reintegratur, qui effectum Clericatus amisit, Gloss. *in Clement. 1. vers. Quandiu, de vit. honest. clericor.* Mart. *de jurisdict. part. 4. centur. 2. cas. 135. num. 16.* Sanchez *de matrim. lib. 7. disput. 49. n. 29.* Grassis *de effect. Cler. effect. 1. n. 9.* Præsul Verrutigoyti *d. vot. 3. n. 31. & de Compet. q. 9. n. 5. cum seq.* & cum eis omnes Doctores. Beneficium verò, & verbis, & facto amittitur, ut *tot. tit. de renuntiation.* late Garcia *de benefic. part. 10. c. 3. n. 1. & seqq.* Item Cle- 27
ricatus per contractum matrimonii non amittitur, nec effectus ejus, nisi corrupta, aut secunda ducatur; at beneficium ex matrimonii validi contractu, ipso jure amittitur, aliis pluribus adductis P. Sanchez *de matrim. lib. 7. disput. 42. num. 4. & seqq.* Cenedo *Canonic. quæst. 30. numer. 27.* Riccius *in prax. rerum quotidianar. resolut. 454. numer. 1.* Barbos. *in voc. decisivis lib. 3. vot. 107 num. 29.* Castro Palao *tom. 2. tract. 13. disp. 4. punct. 8. num. 2. & seqq.* noster Trullench. *de Sacram. lib. 7. dub. 13. num. 13.* & sunt quadraginta tres casus, in quibus amittitur beneficium ipso jure, quos refert Gonsalez *ad Regul. de Mensibus 8. gloss. 15. ex num. 1. usque ad n. 134.* nec semel amissum recuperari potest absque nova collatione, ut pluribus

bus relatis probat ipse Pater Sanchez *ubi proxim. num. 6.* & Ricc. *num. 2.* sicque apparet, nullatenus naturam privilegii immutari, neque firmius ipsum privilegium reddi, cum à beneficio ejus amissio difficilior non reddatur.

Neque ex Concilio Tridentino hoc immutatum reperitur, quia licet Julius Clarus *de quæst. 36. num. 19. in*
28 *fin. vers. Caterum*, de Clerico incedente armato, tanquam Militem, declaratum à Senatu referat: in contrarium bene explicat Scaccia, *dict. cap. 11. num. 82. vers. Item Clericus beneficiatus*, cum non quoad delictum enorme, sed quoad amissionem habitus, & Tonsuræ procedat ob delictum leve: Tridentinum in Beneficiato non requirit delationem habitus, & Tonsuræ, sicut in aliis, Barbos. *in collect. ad c. 6. sess. 23. de refor. n. 1. & de jur. Eccles. iust. lib. 1. c. 89. n. 13.* qui plures refert, pluribus Torreblanca *de jur. spiritual. lib. 15. c. 6. n. 1. cum. seqq.*

29 Amplius comprobatur ex eo, nam si ob aliquam rationem natura privilegii, assecutione beneficii, immutanda erat, ea potissimum consideranda venire, scilicet spiritualitas ipsius beneficii, cum sit jus spirituale; nam proventus, & temporalitates id efficere nequeunt: sed spiritualitas beneficii provenit ex eo, quòd emergat ex legitima temporalium dedicatione Deo facta, per quam effectum est quid sacrum, & spirituale, ut ex *Navarro*, & aliis probat Lotterius *de re beneficiar. lib. 1. quæst. 5. num. 43. & seqq.* quod respicit bona, & jura Deo dicata,
30 non autem personam Beneficiati, cum ipsam supponat sacram à Clericatu, ut capax fiat ipsius benficii; sicut probavi superius, *num. 8. & seqq.* ergo personæ, quæ est principalis, nihil superaddi potest ex spiritualitate beneficii, sive bonorum, & jurium (quæ respectu personæ accessoria sunt) ad hoc, ut natura privilegii immutetur, maximè cum ex collatione beneficii, nequaquam persona Deo dedicetur, vel sacra amplius fiat.

31 Nec obstabat si dicas, beneficium dari propter officium, *cap. ultim. de rescriptis*, ex quo resultare videbatur, Beneficiatum officium Legationis impendere Deo teneri, ut aliis relatis probant Lotterius *d. lib. 1. c. 6. num. 28. & lib. 2. cap. 50. num. 4.* Noster Trullench. *lib. 1. Decalog. cap. 7. dub. 12. §. 3. num. 1. & seqq. & cap. 24. numero 1.* nam officium Legationis, vel consistit in celebratione
32 sacrificii Missæ, aut in divinarum laudum cantatione, & recitatione Horarum Canonicarum, ut ex Lotterio, Trullench, & congestis ab ipsis hîc *dict. §. 3. & cap. 24.* & ille *dict. c. 6. n. 25.* infert quòd Sacrificii celebratio non pendet, nec pendere potest à beneficio, sed ab Ordine sacro, qui charactere indelebili sacrat personam, atque adeo sine ordine Presbyteratus impedi nequit. Laudes
33 Domino impendere, recitando Horas Canonicas incumbit tribus hominum generibus, nempe sacris initiatis, Religiosis, & Beneficia Ecclesiastica obtinentibus, ut aliis relatis probat noster doctissimus Josephus de Rocafull Præpositus almæ sedis dignissimus, ac inter Theologos nemini secundus *in prax. Theolog. mor. 2. par. libro tertio capit. 4. in princip. & sequentibus.* ex quo resultat, Beneficiatum ex secundo gradu non esse, sed ex tertio.

34 Sed respondeti potest cum Trullench. *dict. cap. 24. numer. 1.* quod beneficium non datur simpliciter propter officium Horarum Canonicarum, & celebrationem, aut administrationem Sacramenti, sed ut cantet in choro, serviat Ecclesiæ, & aliis quamplurimis; & si daretur; quod non ex eo, quod quis recitare teneatur Horas Canonicas, sequitur esse tertii gradus, cum imò onus hoc injunctum sit à jure omnibus secundi gradus, Textus expressis *in cap fin. 92. distinct.* & ibi Gloss. *cap. dolentes,*
35 *de celebrat. Miss.* Innocent *in c. 1. eod. tit.* Panormit. *ibid. num. 6.* bene ad rem Grassis, *de effect. Clericat. effect. 17. n. 1.* qui quamvis *n. 33.* teneat, non teneri Clericos minorum Ordinum, hoc ex consuetudine provenire affirmat, ex Doctrina *Abbatis*, *Navarri*, & aliorum plurimorum, nempe omnium quos laudat *in princ.* atque adeo constitutivum tertii gradus non est onus recitandi, sed vis characteris indelebilis, quo signantur Sacris insigniti, & sic deficiente charactere deficit transitus ad tertium gradum.

Et licet P. Suarez. *de Religion. tom. 2. lib. 4 cap. 16. n. 7.* 36
& Pater Castro Palao *in oper. mor. tom. 2. tract. 7. disput. 2. punct. 1. §. 2. num. 2.* & noster Trullench. *lib. 1. Decalog c. 7. dub. 12. §. 2. num. 1.* textum expendant in contrarium *in d. cap. fin. 92. distinct.* dicentes non loqui de Clerico, *ut Clerico*, sed ut *Ecclesiæ deputato*, quod ex eodem *textu* promunt: quare tenent cum multis, loqui *textum* de Beneficiatis. In nostræ sententiæ favorem urget sequens ratio; nam si loqueretur *textus* de deputatione speciali, quæ fieri solet per beneficium, non subjungeret hæc verba: *Si intra Civitatem fuerit, aut in quolibet loco in quo Ecclesia est*; nam ratione specialis deputationis, tantum beneficiatus teneretur ad specialem Ecclesiam, in qua beneficium fundatum est accedere, sed *textus* Clericum obligat ad quamcunque Ecclesiam accedere sub pœna depositionis: ergo loquitur *textus* de generali deputatione, quam per Clericatum sortitur cùm Ecclesiæ in commu- 37
ni dicetur, quia Clericus, ex vi sui status ad laudes Dei deputatus est, ut superius probavimus, & docent Divus Thomas *quodlib. 6. art. 8.* Sotus *de justit. & jur. quæst. 5. artic. 3. in solut. ad 3.* atque adeo tenetur in quolibet loco, in quo Ecclesia est, convenire, vel privatim recitare, ut ex consuetudine totius Ecclesiæ inductum est; quam inter- 38
pretationem insinuat, Gloss. *verb. Deputatus*, dicens, quod quilibet Clericus tenetur ab hoc, licet non teneatur specialiter ad hanc, vel illam Ecclesiam.

Quæ confirmantur, nam ratio ob quam Sacerdotes, 39
& cæteri sacris insigniti, tenentur Horas Canonicas recitare, est quia constituuntur in statu irrevocabili Ecclasiastico, ut probat noster Rocafull *d. lib. 3. c. 6. in princ. vers. Prima assertio.* (Nec dissentit Castro Palao, nam licet *d. disput. 2. punct. 1. §. 1.* rationem non adferat, tamen *§. 3. n. 3.* ait Religiosos, & Clericos in Sacris ex eadem causa teneri; & illicò subjungit Religiosos teneri, eo quod statum habeant Choro deputatum:) Beneficiati autem ideo tenentur, nam beneficium datur propter officium, ut diximus, & sicut qui Altari servit, de illo edere debet, *cap. cum secundum Apostolum, de prabendis*, ita qui de Altari comedit, Altari debet inservire. Garcia *d par. 3. c. 1. n. 1.* Rocafull. *ubi prox. c. 4. 2. part. vers. Dico primò*, unde licet ordinati in Sacris obligentur, ex virtute Religionis ad recitandum Horas Canonicas, Beneficiati 40
obligantur ratione justitiæ, ita Sanchez *de matrim. lib. 9. disput. 15. n. 6.* Rocafull. *ibid. vers. Secundum dubium*, Castro Palao *d. disput. 2. punct. 7. per tot.* Trullench. *d. c. 7. dub. 24. per tot.* qui plures laudant (quamvis contrarium teneat Garcia *d. c. 1. n. 13.*) & sic tenentur ad restitutionem fructuum, ut docent omnes Doctores, quorum plures adducunt Barbos. *in collect. ad d. cap. dolentes, n. 20. de celebrat. Miss.* Graf. *de effect. 17 n. 7.* Lotter. *d. lib. 1. c. 6. n. 19. & seqq.* Imò plures sunt qui tenent, non reportantem 41
fructus ad mediocrem sustentationem, non teneri saltem quotidie recitare, quos cumulant Barbos. *ind. collect. n. 4. in fin.* Castro Palao *d. disput. 2. punct. 3. n. 8.* Trullench *d. c. 7. dub. 12. §. 3. n. 13.* Diana *tom. 10. tract. 16. resol. 47. vers. Et tandem.*

Sed ipsi tenent contrariam sententiam, quæ communis est, quam etiam sequuntur Rocafull, & Grassis, eo quod non tam ratione fructuum, quàm tituli ad id Beneficiatum teneri affirmant. Sed nihilominus ratio disparitatis, vel diversitatis graduum adest in ipsa ratione, ob quam tenentur, nempe Sacris insigniti, eo quod constituuntur in statu Ecclesiastico irrevocabili per cha- 42
racterem indelebilem; Beneficiati verò propter officium, ob quod beneficium datur, & sic revocabiliter tenentur, eo quod pluribus de causis potest ab ipsis auferri; quæ est eadem ratio, cum ea, quam suprà adduximus,

per

per quam ſecundus gradus à primo dividitur ; officium enim Legationis ex injecto onere recitandi Horas Canonicas , irrevocabiliter , oritur ex perpetua dedicatione
43 Eccleſiæ , ſicque per tranſitum ad tertium. Quod amplius compobatur , eo quod Subdiaconatus ordo à principio Eccleſiæ inter ſacros , & majores Ordines non computabatur , *cap. nullus , 60. diſtinct.* Barboſ. *de jure Eccleſiaſt. lib. 1. c. 27. n. 12* P. Suarez *d. c. 16. n. 2.* nam ordo Sacer dicitur ille , qui habet annexum votum Caſtitatis , ut ex Turrecrem. Petr. Gregor. & aliis probat idem Barboſ. *n. 16. & ſeqq.* & ſic Subdiaconatus ordo ſacer eſſe cœpit , non ratione officii , ſibi incumbentis , recitandi Epiſtolam , & miniſtrandi Diacono , ſed ex irrevocabili dicatione ſta-
44 tui Eccleſiaſtico , quæ contrahitur per votum ; & eo tempore cœpit conferri per manus impoſitionem , quo votum caſtitatis contineri inductum fuit ; quomodo concordant jura (alioquin difficillima) *in cap. Subdiaconus , 23. diſtinct. & c. 1. de ſacram. non iterand.* Campanillus *in diverſ. jur. Canonic. rub. 2. n. 11. in princ.* & Barboſ *d. cap. 37.*
45 *n. 11.* & licet Navarrus *de orat. c. 7. n. 2.* reddat rationem quoad Clericos Sacris inſignitos , eo quod jure naturali obligantur ad referendum Deo majores gratias , quàm laici : hæc eadem ratio , ut ipſe fatetur *n. 12.* militat in
46 Clericis minorum Ordinum , qui ratione perfectioris ſtatus ad idem obligati reperiuntur , ut Navarrus ait ibi : *Nam etſi utrique ratione doni Ordinum à Deo accepti , majores quàm laici obligantur gratias Deo agere* : quod etiam probant *Suarez , Soto* , & alii : verior ratio adducta per
47 *Rocafull.* videtur ? Et quamquam *Suarez , Caſtro Palao , Trullench* , & alii obligationem recitandi in Clericis majorum Ordinum ad conſuetudinem referant , cum ea rationabilis eſſe debeat , ex hac ratione dicationis perpetuæ dimanare videtur ; quæ etiam militat quoad Religioſos profeſſos , ut dixi , ſicque Novitios minimè teneri omnes tradunt.

48 Demum ampliùs noſtra ſententia firmatur , eo quod poſt Concilium Tridentinum , decretum noſtrum *Juliani Pontificis* , interpretari debemus , ita ut procedat in Clericis qui juxta ipſum Concilium fori privilegio fruuntur ; aliàs enim nullius effectus eſſet , quod dicendum non eſt ; *cap. ſi Papa , de privileg. in 6.* aliis relatis Barboſ. *in collect. ad hunc text. nu. 11.* juxta Concilium autem is utitur privilegio fori , qui vel beneficium obtinet , aut officium ,
49 hoc eſt , de mandato Epiſcopi alicui Eccleſiæ ſervit , &c. ut docent plures adducti per Torreblanca *dict. capit. 5. num. 23* , licet ille contrarium teneat contra omnes. Sed æqualiter de utroque loquitur ſancta Synodus , nec verba aliqua *in dict. capit. 6. ſeſſ. 23. de reformat.* repertuntur , ex quibus differentiæ ratio colligatur : ergo æqualiter quoque debet. intélligi de utroque *conſtitutio Juliana* , nam omnes ſub nomine ſimpliciter *Tonſurati* comprehenduntur.

50 Nam omiſſa temporalitate proventuum , ſive fructuum beneficiorum , cauſa efficiens ipſius beneficii eſt juriſdictio , & auctoritas Pontificia ipſum conſtituens , ut probat Lotter. *dict. lib. 1. queſt. 5 num. 45. & ſeqq.* Cauſa verò finalis eſt augmentum cultus divini nominis , ut ipſe Lotterius *dict. cap. 6. num. 21. & ſeqq.* Cauſa materialis eſt of-
51 ficium , quod beneficio annectitur. Cauſa denique formalis , eſt reductio profanæ materiæ ad jus ſpirituale , mediante annexione officii ſpiritualis , ut probat Lotterius *queſt. 7. num. 8. & 9.* quibus conſonant tradita per
52 Caſtr. Palaum *tom. 2. tract. 13. diſput. 1. punct. 1. n. 2.* Sed cauſæ iſtæ quoad ſpiritualitatem ferè eædem ſunt cum cauſis officii , ſeu ſervitii Eccleſiæ , quod impenditis , qui de mandato Epiſcopi inſervit , juxta Concilium : ergo eadem diſpoſitio juris ſtatuenda eſt.

53 Omnis enim ſpiritualitas harum cauſarum provenit ab annexione officii , propter quod beneficium datur : ſed qui ſervit Eccleſiæ de mandato , & auctoritate Epiſcopi , habet ipſum officium , quod conſiſtit in ſervitio Eccleſiæ , & cultus divini Numinis , extra ſacrificium Miſſæ (de quo non diſputo :) habet etiam auctoritatem Pontificiam , cum de mandato Epiſcopi ſerviat , quæ eſt cauſa efficiens ; augetur cultus divini Numinis , actualiter ſerviendo Eccleſiæ , quæ eſt cauſa finalis ; reperitur officium , quod impenditur Eccleſiæ , ita ut ſi adeſſent proventus , facilis eſſet annexio ad conſtituendam cauſam materialem denique cauſa formalis , nam corporale ſervitium , quod impeditur , reducitur ad ſpiritualitatem mediante officio à Prælato ſibi impoſito ; ergo ita pariter habet quid ſpiritualitatis , qui ea de cauſa utitur privilegio fori : ac per conſequens ſicut poſt Tridentinum intelligitur noſtra diſpoſitio communiter de Clerico officium obtinente , ita pariter intelligenda 54
eſt de beneficiato ex identitate rationis. Sic in terminis conſideravit Doctor Matthæus Rejaule , hujus Vrbis , doctiſſimus , ac celebris Advocatus (cujus doctrinam his verbis commendavit Joſephus Ramon. *conſil. 24. numer. 30. In legali ſcientia nemini ſecundus , & fama celebritate , etiam abſentibus cognitus*) in reſolutione , quam de hac materia ſcriptam reliquit , & habetur in *codicibus adverſariorum* Domini Polo *adverſ. 187.* ibi : *Attamen* 55
cum in ea ſint præſupponendi termini habiles , dandaque materia capax amiſſionis privilegii , quo alias Clericus gaudere poteſt : ne eorum effectus omnino irritus fiat , ita interpretari debemus , poſt Concilium , ut procedat in Clerico , qui fori privilegio alias gaudere poſſit , atque hujuſmodi eſt ſecundum dictum cap. 6. ſeſſ. 23. de reformat. qui vel officium , vel beneficium habet ; vel in utroque ; quemadmodum æqualiter loquitur Concilium æqualiter quoque ſervabitur , & practicabitur bulla Julii Tertii , & cum hac praxis in Clerico officium habente , jamdudum involeviſſet , & in beneficiario aliquoties admiſſa fuit , in cauſa occurrenti quoque probata fuit. Et ratio eſt , quia quando duo caſus ſunt æquiparati à lege antiqua , ſi lex noviter ſuperveniens aliquid in uno diſponat , cenſetur & in alio diſpoſuiſſe : Gloſ. *in l. ſiquis ſervo , ff. de fund. & in l. quod vero Contra , ff. de legib.* Cæſar. Argel. *d. adquir. poſſeſſ. q. 4. art. 5. n. 15.*

Neque obſtabit ſi dicas , Julii Tertii decretum exor- 56
bitans eſſe à jure , ideóque interpretatione , vel extenſione minimè adjuvandum ; Nam reſpondeo primò , minimè deviare ; quoniam Clericus immiſcens ſe enormibus , etiamſi Sacerdos ſit , fori privilegio exuitur , ut plura , & plures congerens probant Torreblanca *dict. cap. 5. n. 33.* & Curtell. *de Immunit. lib. 2. q. 24. n. 4.* nec diſſentit Diana *tom. 7. tract. 1. reſol. 11.* Sicque Julius Tertius non 57
tam novam diſpoſitionem ſanxit , quàm delicta in noſtro *textu* contenta , enormia declaravit , ad inducendam juris diſpoſitionem. Quod apertè colligitur ex verbis ipſius bullæ , ibi : *Cum aliquod atrociſſimum crimen committunt.* Et ibi : *Eorum atrocia delicta impunita relinqui , ad quemcunque , & atrociſſima delicta perpetranda fiant.* Et ibi : *Gravia , & enormia in dies crimina , & delicta per eoſdem Clericos paſſim perpetrantur.* Et ibi : *Aliquod ex dictis criminibus coram vobis legitimè conſiteris.* Et ibi : *Nos igitur criminoſos quoslibet , & delinquentes debitis pœnis puniri , & exinde alios à ſimilibus abſterrere volentes.* & ſic mens ſanctiſſimi Præſulis ea fuit , ut dubia , quæ à Doctoribus 58
evolvuntur , removerentur omnino : & appareat quæ delicta enormia ſint ; & an ad amiſſionem privilegii requiratur , quod in ipſa enormitate apprehendatur , vel inveteratus fiat in delinquendo , & ſimilia , de quibus latè Diana *tom. 1. tract. 2. reſol. 24. & tom. 7. tr. 1. reſol. 11.* Et ſic , eo ipſo quòd conſtiterit , Clericum aliquod ex criminibus in bulla contentis commiſiſſe , conſtituit , quod privilegium fori amiſiſſe cenſebitur. Quæ quidem ratio ſic urget tam reſpectu ſimpliciter Tonſurati , quàm beneficium obtinentis , ut ex dictis patet : & ubi eadem urget ratio , extenſio non ſit : Giurb. *ad conſuet. Meſſan. c. 6. gloſ. 1. n. 13. & gloſ. 8 & 9. num. 3.* DñsCreſpi *obſer. 1. n. 67. cum ſeqq.*

Secundo reſpondeo , quod dato , ſed non conceſſo , 59
quod ſtrictè interpretanda ſit (nam favor publicæ pa-

cis ,

cis, & tranquillitatis in eisdem literis expressus, ibi: *In illam perpetrantium animarum perniciem, & Christi fidelium illarum partium scandalum, & illius Regni perturbationem*; sufficiens est, ut lata interpretatio fieri possit:) nihilhominus comprehendere videtur omnes, non sacris insignitos Clericos, etiam si beneficium obtinuerint. Et ratio est, nam concessio ipsius decreti, dispensatio juris, quoad contenta in eo verè, & propriè est, quæ strictè interpretanda venit: ita ut si aliquid operetur, extendenda amplius non sit *c. 1. §. ille verò, de filiis Presbyterer. in 6.* pluribus Barbos. *in collect. ad eum*, & Diana *tom. 8. tract. 3. resol. 32. & 36.* Attamen dispensationes
60 concessæ ex defectu natalium, ut Clerici fiant, non de sola prima Tonsura, sed de omnibus minoribus Ordinibus intelligi debent, etiamsi beneficium obtineant. Quod probatur, nam hæc dispensatio non restringitur ad primam Tonsuram, in qua jam operabatur aliquid, sed ad omnes Ordines minores extenditur, Gloss. *in cap. fin. verb. ad omnes, de fil. Presbyt. in 6.* & Archidiaconus *ibid.* aliis relatis P. Sanch. *demar. lib. 8. disput. 1. n. 26.* Diana
61 *d. resol. 36. & p. 10. tract. 13. resol. 30. vers. Sed quia*, imò & ad obtinendum beneficium simplex, Ant. *in cap. postulasti, n. 10. de rescript.* & ibi Imol. *n. 4.* Felin. *n. 10. & in c. fin. n. 5. de simon.* Ancarran. *in c. fin. n. unic. not. 1. de fil. Presbyter. in 6.* Milis. *in repertor. verb. dispensatio, n. 23. verb. dispensatus ad ordinem*, Borgius *de Irregularitate 2. par. tit. de interpret. dispensat. n. 7.* Emmanuel. Sà *in sum. verb. dispensatio, n. 14.* Sayrus *in thesauro casuum, tit. 1. l. 6. c 11. n. 22.* licèt contrarium sentiant Rebuffus *tit. de dispens. super. def. natal. n. 48.* & P. Sanchez *ibid. nu. 27.* Diana *d. tom 8. tract. 3. resol. 37. & d. tom. 10. d. resol. vers. Sed quia*; ergo nostra decisio, licet tanquam dispensatio strictè interpretari debeat, omnes Sacris non insignitos comprehendit.

62 Neque id in odium Clericalis status, vel jurisdictionis Ecclesiasticæ diminutionem redundat; quia si tanquam dispensatio sumenda est hæc concessio, Judices laici, ut delegati à Sede Apostolica procedunt, ut pluribus relatis, probant Cenedo *d. q. 4. n. 13.* Grassis *d. effect. 1. n. 28.* atque adeo non tam ex propria, vel participata potestate
63 sed Ecclesiasticus ipse per laicum, tanquam per instrumentum, & organum suum, intelligitur jus dicere; ut in terminis ex *Abbate*, & aliis tradit Lotterius *tib. praxim. n. 35.* Quod declarasse Pontificem, apparet in ipso *decreto*, dum jubet Ordinariis ad laicos causas horum delictorum remittere. Quia à jure, licet laicus possit cognoscere de Clerico in aliquibus casibus, non per hoc tollitur potestas Ordinarii, ut de Clericis non habentibus requisita Tridentini, tradunt relati à Barbosa *in collect. ad d. c. 6. sess. 23. n. 38.* & sic interpretatione juvari potest, extante, & urgente publica utilitate, quam Romanum Pontificem considerasse in ipsa concessione dixi.

64 Neque obstat bulla Clementis VIII. cujus meminit Giurba *consil. 49. in fin.* qua jubetur, nullum Clericum assassinum puniri posse per laicum, quin præcedat Ecclesiastici declaratio, ex qua à fortiori in aliis delictis, non ita à jure privilegiatis argui valet. Quia declaratio Cancellarii Judicis Ecclesiastici est, & præsupponit judicium Arbitrorum, quorum unus esse solet Ordinarius Ecclesiasticus, & sic semper adest solemnitas requisita à Clemente VIII. & inducta à Julio III. in nostro decreto, ibi: *Coram vobis legitimè constiterit*, eo quòd coram Ordinario constare dicitur, id quod constat coram Ar-
65 bitro Ecclesiastico. Denique ea omnia, observantia interpretativa plurium annorum comprobata sunt, nam præter notoriam praxim respectu obtinentiam officia, juxta Tridentinum, de quo nemini dubium est, respectu beneficiarii, præcedens, & subsequens ipsum Tridentinum resultat ex decisionibus sequentibus: Tridentinum enim finitum fuit die 4. Decembris 1563. ut est notum, & die 30. Julii 1562. sic diffinitum fuit per Carolum Domenech sequenti sententia.

Christi nomine invocato.

Carolus Domenech. juriscon. Doctor, Regius Cancellarius Valentiæ. In facto contentionis orta inter Curias Ecclesiasticam Reverendissimi Archiepiscopi, & secularem Regiæ Audientiæ Valentiæ, super repetitione facta de persona Gaspatis Ioannis Aparici, Clerici beneficiati in Regiis carceribus detenti, & de crimine homicidii inculpati, quæ repetitio fuit facta ecclesiasticæ firmæ juris positæ die 13. Januarii 1562. viso processu coram Arbitris actitato, visis processibus Regiæ Curiæ, visis actis coram nobis, visis videndis, attentis attendendis, pronuntiamus, sententiamus, & declaramus, dictum Gasparem Joannem Aparici non gaudere privilegio Clericali

Domenech Cancellarius

Vt. Ferrer.	*Vt. Arrufat.*
Vt. Roca.	*Vt. Debas.*

Hujus contentionis processum vidi, & votum Arbitri Regiæ jurisdictionis unico motivo nitebatur, ibi: *ratione novi decreti.* Homicidium, de quo imputabatur reus, deliberatum, & proditorium fuit. Ita pariter judicatum per Cancellarium Enriquez sententia diei 22. Octobris 1577.

Christi nomine invocato.

Alfonsus Enriquez à Navarra juriscon. Doctor, Cancellarius Regius in Regno Valentiæ, in facto contentionis orta inter Curias Reverendissimi Archiepiscopi, & secularem Regiæ Audientiæ super firma juris posita die 11. Septembris proximè præteriti per Christophorum Hieronymum Ximeno Clericum, & Beneficiatum in Ecclesia Parochiali villæ Algeziræ in carceribus Regiis detentum, & accusatum pro pluribus criminibus, viso processu Arbitrorum, viso processu Regiæ Curiæ, visis actis, & deductis coram nobis, visis videndis, & attentis attendendis, Pronuntiamus, sententiamus, & declaramus dictum Christophorum Ximeno non gaudere privilegio Clericali. 67

Alfonsus Enriquez.

Vt. Arrufat.	*Vt. Roca.*
Vt. Bañuos.	

Processus hujus contentionis non apparet, quare nequaquam tradere possum qualitatem delictorum, sed in notis domini Don Raymundi Mora hanc decisionem cum tali inscriptione habui *De præstante auxilium his qui suffocarunt quemdam.* Idem declaratum per Cancellarium Roda, sententia diei 11. Septembris 1591. Verba ad rem sunt hæc.

Super repetitione personæ Petri Sancho Clerici cum uni- 68
ca, & virgine conjugati, & in quatuor minoribus Ordinibus, & sacro Subdiaconatus ordine post contractum matrimonium constituti, ratione firmæ juris per eum in dicta Curia Ecclesiastica positæ die 7. Augusti proximè lapsi, occasione detentionis per Regios Officiales, in carceribus secularibus, sub prætextu quod sponsam Christi corruperit, & certa prætensa instrumenta falsificaverit; viso &c. declaramus dictum Petrum Sancho non gaudere privilegio Clericali.

Roda Cancellarius.

Vt. Covarrubias.	*Vt. Auzina.*
Vt. Don Petrus Sanz.	*Vt. Vives.*

Processum vidi, in eo constabat possidere beneficium in alma Sede Valentina sub invocatione Deiparæ *del Alva:* sed in rei veritate injustus detentor erat, eo quod per conjugium ipso facto amisit beneficium; vivente uxore sacrum Subdiaconatus ordinem sumpsit, in quo licet deliquerit, verè charactere indelebili fuit effectus, ut tradit Ledesma *de matrimon. quæst. 53. art. 4. vers. Hujus rei*, & cum eo Canonistæ, & Theologi omnes, imò licet suspensio contrahatur, Episcopum posse dispensare Docent Banacina, & Barbosa *in collect. ad c. 6. sess. 24. de reform. n. 16.*

Idem

69 Idem declaravit ipse Roda sententia diei 11. Decembris ejusdem anni, in causa Joannis Michaelis Casanova Clerici in minoribus Ordinibus constituti, & Beneficiati in Ecclesia villæ de Ontinient, quæ sententia subscripta est ab eisdem Senatoribus; causa amissionis non fuit crimen, sed quia pro laico se gerebat, ut ex processu apparet.

70 Denique per Cancellarium Guardiola in causa cujusdam Beneficiati, sententia diei 3. Januarii 1629. qui viduam deliberare, proditorie, & insidiosè in propria illius domo noctu necavit, ut eam expoliaret, sicut de facto expoliavit: ibi: *Que in casu quamquam legitimè constitisset, esse Clericum simpliciter tonsuratum, & beneficiatum, non potest. gaudere fori Ecclesiastici privilegio; & sic pluries fuit pronuntiatum per Cancellarios Regios predecessores nostros, &c.*

Doctor Guardiola Cancellarius.

Ut. Don Gaspar Tarrega.	*Ut Don Melch. Sifter.*
Ut. Don Cosmas Fenollet.	*Ut. Don Balt. Sanz.*

Sententiam capitalem in hunc reum exequi vidimus, & in hoc casu scripta resolutio Doctoris Matthæi Rejaule, de qua *supra n.* 55.

71 Quanta enim sit vis hujus consuetudinis, & observantiæ interpretativæ exploratum in jure est, multa cumulat Cortell. *de Immunit. lib.* 2. *quæst.* 20. *num.* 1. Sed hæc omnia (tam in hoc, quàm in §. *precedenti*, & in *toto opere*) sanctæ Matris Ecclesiæ correctioni libenter submitto, ac melius sentienti censuræ; cùm animus non sit, jurisdictioni Ecclesiasticæ aliquid detrahere, sed judicium meum exiguum proponere, & observantiam nostrorum Cancellariorum demonstrare. Sed hæc omnia cum grano salis capienda sunt; nam in istis decisionibus juxta processus quos vidi, semper sufficienter resultavit de crimine enormi, & sævo, & de aliis, atque de incorrigibilitate, & inveteratione, per diffamationem, sicque de mente Senatus consulentis, in judicio Cancellarii, hoc supponendum est, non indistinctè sumendum.

---

§. III.

De contentione jurisdictionis inter Regios Judices, & Inquisitores Apostolicos contra hæreticam pravitatem, ad for. 24. Curiæ. anni 1585.

TEXTUS.

PHILIPPUS SECUNDUS REX
Anno 1585. Montisoni.

ITem que los Inquisidors en totes le causes civils, y criminals peculiars del Tribunal del sant Ofici, fora de les causes de la Fè, y dependents de aquelles, hajen de procehir, provehir, y declarar conforme als furs, y privilegis del Regne de Valencia, ab consell de hu dels Consultors del dit sant Ofici, que sia persona perita en drets, practica, è intelligent en los dits furs, y privilegis, è que no guardant se dit orde, tots los procehiments, y provisions, y declaracions sien nulles, y de ningun effecte. *Plau a Sa Magestat ques guarde la concordia, y encarregarà al Inquisidor general, que done orde, que entre los naturals, y fora de les causes de la Fé guarden los furs, y privilegis del Regne.*

SECTIO PRIMA.

SUMMARIA.

1 *Sancti Officii Inquisitionis commendatio.*
2 *Reipublicæ columna basi Religionis pura, & intacta, niti debent.*
3 *Origo nostra Inquisitionis.*
4 *Inquisitores nostra Inquisitionis.*
5 *Jurisdictio Inquisitorum in rebus ad fidem spectantibus versatur.*
6 *Fidei causa ad Inquisitores spectat, absque dubii propositione.*
7 *Reus apud Regios carceres detentus ob causam fidei, illico Inquisitoribus tradendus est.*
8 *Causa spectantes ad Inquisitores eis relinquuntur, ita ut nec per viam violentiæ aliquis audiatur.*
9 *Jurisdictio Inquisitorum in causis Familiarium, & aliorum laicorum, Regia est.*
10 *Inquisitores in causis laicorum extra fidem, sunt delegati a Rege.*
11 *Ad has causas contentiones suscitantur.*
12 *Concordia inter Regiam jurisdictionem, & Inquisitores sunt in omnibus Regnis, in quibus Inquisitio habetur.*
Concordiæ nostræ verba exarantur, ad contentiones spectantia, ibid.
13 *Concordia extenditur ad Diœcesim Orcelis, quæ pertinet ad Inquisitionem Murciæ.*
14 *Praxis suscitandi contentionem.*
15 *Contentio suscitari debet medio Regii Scribæ mandati.*
16 *Contentio quæ suscitatur per Inquisitores, medio Notarii à secretis.*
17 *Relationi Scribæ mandati standum est.*
18 *Verbaliter conferentiæ proponuntur, & acceptantur, sed quando opus est, etiam in scriptis suscitari solent, sed non per formam literarum.*
19 *Conferentiæ habentur in domo sancti Officii.*
20 *A jure Domino Regenti prælatio debebatur, ideòque habenda erat conferentia in domo ipsius.*
Consuetudine receptum est, ut Regens ad domum Inquisitionis accedat, ibidem.
21 *Ratio hujus consuetudinis.*
22 *Dum habenda est conferentia, Dominus Regens, & Inquisitor antiquior incedunt prout unusquisque in suo Consilio.*
23 *Forma compellendi Judicem retinentem conferentiam admittere ex Regio rescripto concordato ab utraque jurisdictione.*
24 *Inquisitores nequeunt procedere per censurarum promulgationem ex vi dicti rescripti.*
25 *Forma procedendi cum Inquisitore jura Regia perturbante.*
26 *Observantia recens nostri Senatus.*
27 *Dubium notorietatis etiam suscitatur, & comprobatur ex Regio rescripto.*
28 *Concordia etiam extenditur ad causas Officialium titularium.*
29 *Pendente conferentia nihil est innovandum.*
30 *Informationes ex officio instrui valent, usque ad diem conferentiæ.*
31 *Discordantibus in conferentia, si crimen grave sit, reus in carcere manet; sin leve, fidejussoribus relaxandus.*
32 *Remissio Familiaris fori debet expensis ipsius.*
33 *Familiares pluribus in Regnis solum gaudent privilegio fori, quoad judicia criminalia.*
34 *Apud nos etiam ad judicia causarum civilium.*
35 *Familiares actores, forum rei sequi debent.*
36 *Privilegium Familiarium renuntiabile est.*
37 *Crimina excepta in concordia remissive.*
38 *Familiares sancti Officii privilegio fori non gaudent in criminibus delationis tormentorum mutualium.*
39 *Regium rescriptum concordatum id comprobans.*
40 *Familiares sanctæ Inquisitionis quales esse debeant.*
41 *Tunlai, Barones, & Potentes non possunt admitti ad Familiares sanctæ Inquisitionis.*
42 *Familiares non utuntur privilegio fori, in crimine præcedenti.*
43 *Familiares compellantur testimonium ferre coram judicibus Regiis.*

44 *Familiares*

44 *Familiares tenentur ſervare Regias pragmaticas circa delationem armorum.*

45 *Socius criminis Familiaris non habet privilegio fori, & num. 46.*

1 QUantum ad ſalutem Reipublicæ conducat puritas fidei, tetigi *tom. 1. cap. 2. §. 2. num. 76. & ſeqq.* cujus cura ſpectat ad ſanctum Officium Inquiſitionis adverſus hæreticam pravitatem, & apoſtaſiam, quod ad ſuffocandam hæreſim, ſanctum ferrum eſt, abſciſſione membri putridi, corpus ſervans. Per hoc enim puritas fidei in noſtris Hiſpaniæ ampliſſimis Regnis intacta, & illæſa ſervatur de quo plura tradunt P. Mariana *de reb. Hiſpan. lib. 24. cap. 17.* Zurita *in indicib. Latin. anno* 1484. Jacob. Simancas *de cathol. inſt. cap. 34. & de Republ. lib. 3. c. 8.* Eymericus *in director. Inquiſit. 3. p. n. 37. in fin.* Pegn. *comm. 10. verſ. In prædictis omnibus*, Paramus *de origin. & progreſ. ſanct. Inquiſ. lib. 2. tit. 2. c. 2. cum ſeq.* Marin. Sicul. Alvarus Gomez & alii plures laudati per Solorçanum *de jur. Indiar. tom. 2 lib. 3. cap. 24. num. 4. cum ſeqq. & in politic. lib. 4. cap. 24. in princ. & in not. lit. C. cum duob. ſeqq.* Selle *de in Inhibition. cap. 30. per tot.* Calixtus Ramirez *de leg. Reg. §. 8. num. 20. & in not. lit. N.* doctiſſimus Præſul Don Didacus Frances Urrugoyti *in paſtor. inter. tom. 1. part. 1. tract. 4. quæſt. 3. & tract. 5. quæſt. 2. num. 16. & par. 3. vot. 10. num. 42.* Joſephus Ramon. *conſil. 3. num. 24. & 116.* pluribus Barboſ. *in collect. ad tit. de hæreticis, lib. 6. & in ſumma Apoſtol. deciſ. collect. 421. & 422.* Cæſar Carena *in tract. de off. ſanct. Inquiſit. p. 1. per tot.* præcipuè *tit. 3. & 5. §. 1.* Joan. Franciſ. Tondut. *de content. juriſdict. p. 1. cap. 2. num. 6. & p. 20. cap. 10. num. 27. 28. & 59.* Pater Caſtro Palao *oper. mor. tom. 1 tract. 4. diſp. 8 punct. 12. §. 2. per tot.* P. Diana *reſol. mor. par. 4. tract. 8. per tot.* Franciſc. Bordonus *in Tribunal. ſacro in cauſis fidei, cap. 40.* Ex noſtratibus dominus Cerdan *in arbor. juriſdict. verb. Inquiſidores, & in verſiq. cap. 6. in fin. & in viſis. carcer. cap. 13. num. 6.* P. Joan. Mandariaga *de Senat. & Princip. cap. 4. §. 7. verſ. Aſiento*, dominus Leon *deciſ. 2. tom. 1. per tot.* P. Joan. Valero *differen. utri. for. verb. Hæreſis, differ. 3. & 5.* Trullench *lib. 1. Decalog. cap. 3. dub. 5. per tot.* præcipuè *num. 2.* & noviſſimè doctiſſimus Valentinus P. Sebaſtianus Salelles, qui aliena Regna luſtrando, patriam ſummo ſplendore illuſtrat, *in tract. de mat. Tribun. ſanct. Inquiſit.* pluribus in locis, ſignanter *proleg. 3. & ſeqq.*

2 Ab initio, jure Canonico attento, juriſdictio in cauſis fidei ad Epiſcopos ſpectabat, & ipſis munus Inquiſitorum ſolum concedebatur; ſed tempore procedente, ob ingentia negotia, quibus Prælati occupabantur, ſummi Pontifices Inquiſitores ſpecialiter conſtituerunt, ut omnes ferè Doctores ſuperius laudati tradunt, ſed clarius Trullench *dict. dub. 5. num. 2.* At primus generalis Inquiſitor proculdubio fuit Hiſpanus, ille, Albigenſium fulmen, Beatus Dominicus Parriarcha Prædicatorum, ut docent Azor. *inſtit. moral. tom. 1. lib. 8. cap. 18.* Paramus *lib. 2. cap. 1. num. 13. & ſeqq.* Pegn. *in director. 3. p. comment. 32.* Souſa *in aphoriſ. Inquiſitor. lib. 1. cap. 1 n. 1.* Flavius Cherub. *in compend. tom. 2. bullar. ad conſtit. 1. Pii. V. ſchol. 1. fol. mihi 34.* Sigiſmundus Scaccia *de judic lib. 1. cap. 64. num. 4.* Carena *dict. part. 1. titul. 1. §. 1. num. 1.* Salelles *dict. prolegom. 3. num. 8.* quidquid dicant Torreblanca, & alii ab ipſo adducti *num. 7.* nam eis accuratiſſimè reſpondit. A tempore Innocentii IV. ut omnes iſti tenent, cœperunt Pontifices concedere facultatem Generalibus, & Provincialibus Ordinum Divi Dominici, & Divi Franciſci eligendi Inquiſitores per ſuas Provincias, Pegna *in direct. 3. part. quæſt. 3. comment. 52.* Azor. *1. part. lib. 8. cap. 18. quæſt. 15.* Farin. *quæſt. 186. n. 30.* Caſtro Palao *d. punct. 12. §. 2. n. 3.* Salelles *d. proleg. 3.* Quorum Inquiſitorum munus ſemper in hoc Regno proſequutum fuit ab expugnatione ipſius, ſimul cum cæteris Regnis Coronæ Aragonum. Sed independenter ab alio Regno, ex conceſſione ſummi Antiſtitis Martin. V. ab anno 1420. ut tradunt P. Mandariaga *ubi prox.* & P. Salelles *proleg. 5. n. 5.*

Hujuſmodi Inquiſitionis forma jamdiu antiquata 3
fuit in Hiſpania, & in Italia commutata, nam in ea ad Cardinales Eminentiſſimos totius orbis Inquiſitores res delata fuit tempore Pauli Tertii Rom. Pontificis, quod confirmatum poſtea reperitur per Sixtum Quintum, ut docet Bordonus *dict. cap. 40. num. 2.* Qui ex Dominicanis, vel Franciſcanis Religioſis, Inquiſitores nominant ſpeciales, ad Provincias, vel Urbes Bordon. *ibid. verſ. Subſecundo.* In Hiſpania verò ſpecialiter Inquiſitor generalis inſtitutus reperitur ab anno 1479. precibus Regum Catholicorum Ferdinandi, & Eliſabeth, Illeſcas *in hiſtor. Pontific. tom. 2. lib. 6. pag. mihi* 101. pluribus relatis doctiſſimus Solorçano *d. cap. 24. num. 3. & ſeqq.* vel anno 1483. Salelles *prolegom. 4. nu. 2.* Caren. *part. 1. tit. 3. §. unic. num. 1. & ſeqq.* Torat. Turſilin. *in epitom. hiſtoriar. lib. 10. pag. mihi* 347. vel poſt annum 1492. ut placuit Joan. de Buſſieres *in floſcul. Hiſtoriar. part. 2. cap. 5. pag. mihi* 199. cujus error in hac computatione eſt certiſſimus, ut ex Solorçano, & Salelles abundè convincitur. Iſte Generalis Inquiſitor à Rege noſtro electus, & à Sede Apoſtolica confirmatus, obtinet Pontificiam juriſdictionem in cauſis fidei immediatè à Sanctiſſimo delegatam, & ab eo in cæteros Inquiſitores dimanat, ut omnes tradunt. Habet in Curia Principi noſtri Catholici, Senatum ſupremæ Inquiſitionis, in quo præſidet, & poteſtatem eligendi Inquiſitores ad cæteras omnium Regnorum Inquiſitiones, ut probant Doctores ſuperius relati, ſignanter Paramus *lib. 2. tit. 2. cap. 4.* Didacus Morillo *in fundat. Capellæ Deiparæ Peller. tract. 2. pag. 2.* Caſtro Palao *dict. §. 2. num. 3.* Salelles *dict. prolegom. 4. nu. 2.* & Carena *d. tit. 3. n. 1. cum ſeqq.* Per Inquiſitores quos eligit, moderatur Inquiſitiones per totam Hiſpaniam, ac ejus Regna ampliſſima, atque Inſulas adjacentes, tam in Oceano, quàm in Mediterraneo. In noſtra Gente, ejuſque diſtrictu, inſtitutum fuit Tribunal ſub hac forma anno 1482. juxta tradita per eos qui dicunt Inquiſitionem generalem Hiſpaniæ creatam fuiſſe anno 1479. quos ſequi videtur Rodericus Mendez Silva *in poblac. general. Hiſpan. in deſcript. Regn. Valent. cap. 2.* laudans Benter, Viciana, Eſcolan. & Diago. Sed Pater Salelles tradit, inſtitutum fuiſſe [illegible]o 1483. die 27. Novembris *in dict. proleg. 5. n. 5. & 6.* Ex quibus clarè convincitur lapſus Patris Joannis Manda[illegible]aga aſſerentis *ubi ſupra*, formam datam fuiſſe ſancto Officio Inquiſitionis anno 1525. Nam contrarium eſt certum, ut teſtantur prædicti Auctores, & realis demonſtratio; eo quod ante Communitates, (quæ initium habuerunt anno 1519. ut ſcribit Martinus Viciana *tom. 4. chronic. Valent. per tot.*) Inquiſitio in ipſa Regia domo, quam noſtrates vocant *la Real*, fovebatur. Quod continuatum fuit uſque ad nuptias Reginæ Germanæ cum Duce Calabriæ, nam ex tunc conceſſa fuit habitatio Regiæ dictis conjugibus, & demum conceſſa cæteris Pro regibus: & tranſlatum fuit Tribunal Inquiſitionis ad ædes, in quibus nunc habetur juxta Templum Divi Laurentii, quod factum fuit anno 1527. ut tetigi de Proregibus verba inſtituens *tom. 1. c. 2. §. 1. n. 19.* Antea enim Proreges in Urbe commorabantur, & Didacus Hurtado de Mendoça Comes de Melito Prorex anno 1520. lares conſtituit in domibus Ducis de Villahermoſa, in vico appellato *dels Cavallers*, ad cujus ædes, remanent veſtigia cruentæ ſeditionis. Quod enim poſſibile credo eſt, quòd anno 1525. facta fuit hæc materialis Inquiſitionis tranſlatio, ſed ex eo non ſequitur, quod forma data tunc fuiſſet, neque ad perfectionem redacta Inquiſitio erecta ab anno 1420. & renovata anno 1483. juxta tradita per Salelles *d. proleg. 5. nu. 5.*

In hac noſtra Inquiſitione, ſedes implerunt viri unde- 4
quaque celeberrimi, quorum nomina cumulat Pater Salelles *d. num. 6.* uſque ad annum 1584. Cæteros nomi-

nare facillimum esset, si ad institutum conduceret, sed hæc Historiographis relinquantur: sufficiat adnotare, quod hodie tres Inquisitores habemus (licet aliquando, & quartus creatus esset (quibus jungendus Fiscalis Promotor. Qui enim in albo scribuntur hi sunt,

Licenciatus Don Hermenegildus Xuarez Navarro.
Licenciatus Don Thomas Cossio Rubin de Zelis.
Licenciatus Don Ludovicus Alvarez de Arauzo.
Licenciatus Don Andreas de Angulo Fiscalis, mihi charissimus, de sumptus meos è Collegio Majori Sanctæ Crucis Pinciani Lycæi.

Viri certè gravissimi, prudentia, literis, atque experientia conspicui, morum suavitate, & honesto venerandi sanguinis splendore illustres, ac cunctis virtutibus celeberrimi.

5 Jurisdictio Inquisitorum in rebus ad fidem spectantibus tota versatur, ut omnes Doctores laudati *num.* 1. tenent, & quamquam in dubium revocetur à nonnullis, an ordinaria sit, vel delegata? delegatam esse tenendum est cum Eymerico, Pegn. Vmbert. Locat. Zechio, Farin. Molin. & aliis laudatis per P. Castro. Palaum *dict.* §. 2. *num.* 4. Spino, Valle, & aliis laudatis per Barbosam *in collect. ad c. ne aliqui* 11. *de hæreticis in* 6. Carter. Diana, & aliis citatis per Tonduti *dict. cap.* 1. *num.* 7. (licet P. Diana 4. *p. tract.* 8 *resol.* 1. neque in hanc, neque, in aliam sententiam inclinare videatur) Mar. Curtell. *in discurs. pro concor. Siciliæ, cap.* 2. *per tot.* Don Didacus Frances Vrtuigoyti *in tem.* 1. *Pastor. inter. par.* 1. *tract.* 5. *quæst.* 2. *n.* 16. Torreblanca *de jur. spiritual. lib.* 15 *cap.* 3. *nu.* 6. Carena 1. *part. tit.* 5. *n.* 60. Salelles *lib.* 1. *cap.* 3. *regul.* 25. *per tot.* præcipiè *n.* 47. quamquam Bordonus aliter sentire videatur *dict. cap.* 40. *nu.* 2. *vers. Sub secundo*, qui non loquitur de Inquisitoribus Hispaniæ, & nititur eo fundamento, nempe ex universalitate causarum fidei. Sed per hoc non immutatur natura jurisdictionis quoad esse, sed quoad effectus potestatis delegandi, quæ etiam provenire potest ex delegatione Summi Pontificis, quæ quidem procedunt in Inquisitore generali, non verò in aliis Inquisitoribus ab ipso electis, nam hi subdelegati Sedis Apostolicæ sunt, ut bene perpendit Pater Castro Palao, *ubi proximè.*

6 Quare posito, quòd delegata jurisdictione utantur; certissimum est, omnes causas fidei cum annexis, & connexis ad ipsos privativè spectare, ita ut omnino eis reliquenda cognitio, sit absque contentionis suscitatione, dubiive propositione, etiamsi reus præventus realiter fuerit per Judicem laicum, pro quocumque enormissimo crimine, ut cum omnibus laudatis *suprà*, docet Selle *dict. cap.* 30. *num.* 80. *& seqq.* de quo habemus legem inductam per Regium rescriptum *dat. die* 17. *Julii* 1633. quo jussum, & cautum est, quòd si quilibet reus
7 carceribus manciparis, vel acta processus ab Inquisitoribus petantur ob causam fidei, illico tradantur, prout quotiescumque casus evenit, tradi solet, vel reus, vel processus, etiamsi originale registrum postuletur. Et ratio est, nam cum Judices laici omnino incapaces sint cognitionis rei spiritualis, qualis est quælibet ad fidem pertinens: inde fit quòd Inquisitoribus, ad quos spectat, omnino relinqui debeat. Tradunt, pluribus relatis, Solorçano *dict. cap.* 24. *ex n.* 16. Carena *de offic. sanct. Inquisit.* 2. *p. tit.* 12. §. 18. *n.* 66. & eo relato, eruditissimus Don Gabriel Pareja *in plenissimo tractat. de univers. instrument. edit. p.* 2. *tit.* 10. *resolut.* 4. *n.* 41. Imò nec quando rei relaxantur, & Brachio sæculari traduntur, sæcularis Judex adhibere potest cognitionem, vel aliquid facere, nisi pœnam capitalem imponere, & exequi; tradunt P. Fragoso *de Repub. tom.* 1 *lib.* . *disput.* 4. §. 4. *numb.* 12. *n.* 370. *vers. Probatur. cum seqq.* Castro Palao *d. disput.* 8. *punct.* 14. *n.* 6. Diana *part.* 1 *tract.* 2. *resol.* 134. *& part.* 4. *tract.* 1. *resol* 59. *& tract.* 8. *resol.* 26. Tor. *in compend. decis.* 4. *p. verb. Pœna quamvis sit contra Laicum*, Carena *p.* 2. *tit.* 11. §. 6. *n.* 26. qui alios laudant.

Sed hæc conclusio privativæ jurisdictionis Inquisitorum, non est intelligenda respectu Episcoporum, ita ut omnino eis impediatur cognitio causæ hæreticalis, nam, ut pluribus docet Solorçano *d. c.* 24. *ex nu.* 34. hoc procedit, ita ut Episcopi soli sine Inquisitoribus cognoscere nequeant; at verò cum ipsis cognoscere possunt & debent; nam Inquisitores dati sunt tanquam coadjutores, Episcoporum, Galganetus, Don Josephus Vela, & alii adducti per Solorçanum *ubi prox. n.* 35. Castro Palao *d. disput.* 8. *punct.* 13. *per tot.* Caren. *p.* 1. *tit.* 4. §. 2, *per tot.* videndus etiam Salelles *in proleg.* 2. 3. *&* 10.

Et quod magis est, quæcumque causa etiam extra fi- 8
dem ad Inquisitores spectans, ita eis relinquitur, ut neque prætextu vitæ violentiæ vel alterius urgentissimæ causæ ad Regios Judices deferatur, Simancas *de cathol. instit. tit.* 36. *n.* 2. dominus Leon *d. decis.* 2. *n.* 30. *& seqq.* Cevallos *com. contr. com. q* 897. *num.* 282. *& de via violent. gloss.* 15. *n.* 16. *p.* 1. Narbona *in l.* 20. *gloss* 1. *n.* 6. Solorçano *d. cap.* 24 *num.* 31. Carena 2. *p. tit.* 5. §. 16. *num.* 84. cum aliis adductis *supr. hoc cap.* §. 1. *num.* 102. *& seqq.* sed ad supremum Inquisitionis Senatum res deferenda est, ut ibidem dixi, ex voluntate Principis sic jubentis. In nostro Regno (sicut in cæteris Coronæ Aragonum) Inquisitores non solum de causis fidei, ejúsque annexis jus dicunt, verùm etiam de crimine nefando sodomiæ, & bestialitatis, probant P. Castro Palao *dict.* §. 2. *num.* 11. Emmanuel Moura *de incæmat. opus.* 1. *sect.* 3. *cap.* 1. *n.* 16. Barbos. *de potest. Episcop. p.* 2. *allegat.* 40. *num.* 45. Henriquez *lib.* 15. *cap.* 24. *num.* 2. Narbona *d gloss* 8. *n.* 3. Salcedo ad Bernard. Diaz *cap.* 80. Diana 4. *p. tract.* 7 *resol.* 10. Carena 2. *p. tit.* 5. §. 10. *n.* 84. quod constitutum fuit per bullam Clementis VII. & in Regno Lusitaniæ, per Pium IV. & Gregor. XIII. ut cum iis Doctoribus docet noster Salelles *d. lib.* 1. *c.* 20 *regul.* 150. *n.* 144. *& seqq.* sed in hac cognitione adhibendus est Regius Officialis, & sic apud nos ad has causas judicandas vocantur Dominus Regens, ut quotidie in praxi conspicitur.

Sed quoniam jurisdictio, quam habent Inquisitores in 9
Officiales, & Familiares laicos, Ecclesiastica non est, neque spiritualis, sed temporalis, & Regia, & in ea procedunt tanquam delegati Principis, ut docent Basilius Ponce de Leon *in tr de matr. lib.* 5. *c.* 12. *n.* 15. *& seqq.* Paramus *de orig. sanct. Inquisit. lib.* 3. *q.* 2. *n.* 114. *&* 121. D. Leon *d. decis.* 2. *n.* 29. Solorçano *d. c.* 24. *nu.* 67. *& in polit. d. c.* 24. *vers. Porque no me conf vmo*, Mar. Curtel. *in discurs. c.* 4. 10
per tot. (qui omnia ad materiam Concordiarum, & conferentiæ de more disserit, & doctissimè explicat; ex quibus facilè responderi potest adducta per P. Diana *tom.* 1. *tract.* 2. *resol.* 136. *& tom.* 4. *tract.* 1. *resol.* 82. *& tract.* 8. *resol.* 55. & per Salelles *proleg.* 7. *num.* 16. contrarium affirmantes) inde Carena *d. p.* 1. *tit.* 14. §. 5. *num.* 21. postquam de jurisdictione Inquisitorum in causis Familiarium in Hispania egit, extra Hispaniam omnia reducit ad consuetudinem; signum evidens, quod à jure minimè privilegio fori gaudent; & sic ratione harum causarum plurima dubia suscitari solent, Præsertim in hoc Regno (in quo Familiares fori privilegio potiuntur, 11
etiam in causis civilibus, ut *infrà* dicetur) ut diffiniri valeant, & discerni quæ causæ ad eos spectant, & quæ ad Regios Judices, cum simile privilegium Officialibus, & Familiaribus non in omni causa, & lite, vel crimine concessum sit, in cunctis ferè Provinciis foelicissimi Imperii nostri Monarchæ Catholici, habentur concordata quædam, mediis quibus, sine altercatione, vel status publici perturbatione, quæstiones istæ jurisdictionales terminantur. De quibus concordatis tractant Simancas *de Cathol. instit. cap.* 41. *num.* 19. Villadiego *in polit. cap.* 5. §. 10. *n.* 147. Carlevalius *de judiciis, lib.* 1 *tit.* 1. *disp.* 2. *q.* 6. *sect.* 6. *num.* 108. *& seqq.* Caren. *d. tit.* 14. §. 3. *num.* 17. 12
Narbona *in d. l.* 20. *per tot.* Selle *de Inhibit. d. cap.* 30. Don

Mar.

Mar. Curtel. *in d. discurs.* Solorçano *de jur. Indiar. d. cap. 24. & in polit. d. cap. 24.* Dian. *de resol. 136.* quorum plures, concordata Provinciarum, de quibus sermo institutus est, tradunt ad literam. Nos autem cùm solum agamus de explicatione formæ expediendi contentiones, pro regimine Regni percipiendo, solum *cap. ult. secund. Concord.* tradere debemus: in eo enim forma conferentiæ habendæ expeditur his verbis.

13 *Item por escusar toda manera de competencia, y contencion entre los dichos Inquisidores, y el Lugarteniente de su Magestad, y Juezes del Concejo, y Audiencia Real, y otros Officiales seglares, sobre el conocimiento de las causas civiles, ò criminales de les Familiares, fuera de los causas de heregia, ò dependientes della, y que se conserve entre ellos toda buena paz, y correspondencia: ordenamos que de aqui adelante, cada y quando se ofreciere en las dichas causas la dicha competencia, el Regente de la Audiencia Real del dicho Reyno se junte con el Inquisidor mas antiguo de la dicha Inquisicion, y ambos juntos confieran, y traten del dicho negocio sobre que huviere la dicha competencia, y procuren de concordarle por la via, y orden que mejor les pareciere, y no se concordando los dichos Inquisidor, y Regente sobre seberan en proceder en la dicha causa sobre que fuere la dicha competencia, dexandolo todo en el punto, y estado en que estuviere quando la dicha competencia començò, y los Inquisidores embiaran el processo al Concejo de la general Inquisicion, y el Regente al de Aragon, para que venidos los dichos processos à la Corte, su Magestad mandarà dar, y Nos daremos orden como se vea la dicha competencia, y se provea, y declare a quien de los dichos Juezes pertenecerà la dicha causa.*

14 Hæc enim concordia non solum tenet, quoad Inquisitores nostræ Inquisitionis, sed etiam Inquisitionis Murciæ; eo quod Diœcesis Orcelen. pertinet ad eam: sic cautum est in rescripto concordato, *dat. Vallisoleti die 27. Junii* 1607. quare res peragitur, mediis Inquisitoribus hujus Inquisitionis, cum literis ab Inquisitoribus Murciæ sibi remissis. Modus verò exequendi disposita in hoc capite Concordiæ; talis est, ut quoties Fiscus, vel privatus intendit causam ad Inquisitores non pertinere, ob unam suscitanda est controversia per Regiam jurisdictionem, Dominum Regentem adit, de negotii qualitate ipsum informando, & casu quoad Regiam jurisdictionem causam pertinere dignoscit, mediante aliquo ex Regiis Scribis mandati (qui ut dixi *cap. 2.*
15 *§. 4. num. 102.* à secretis nostri Senatus sunt) Inquisitori antiquiori negotii qualitatem proponit, ut partes, & causam Regiæ jurisdictioni relinquat, vel conferentia, modo solito statuatur, juxta *Concordiam.* Et quamvis olim quidam Inquisitor tentasset, id non mediante Scriba mandati, sed personaliter per ipsum Dominum Regentem faciendum esse, ex Regio rescripto concordato, *dat. Vallisoleti, die 17. Julii* 1603. ita cautum est, ibi: *Ha parecido de comun acuerdo, que se devia mandar, que de oy mas las contenciones que se ofrecieren se hayan de firmar, y firmen, imbiando el dicho Regente por muestra Real Jurisdic-*
16 *cion un Escrivano de mandamiento.* Si autem contentio suscitanda venit ab Inquisitoribus, id fieri debet mediante uno ex Notariis à secretis, ut in ipso rescripto habetur ibi: *Y el Inquisidor mas antiguo por la suya un Secretario*, quo jure utimur inconcusse.

17 Sed aliquando in dubium revocatum fuit, an relationi istorum standum sit; & cùm ipsi attestentur in rebus pertinentibus ad officium, sintque personæ publicæ cum auctoritate ad res coram se gestas attestandas, plena fides eis adhibenda est, docet Mastrillus *decis. 259. num. 52.* Curtell. *ad cap. 26. Concord. anni* 1633. *vers. Sus-*
18 *pendidos ipso facto sus oficios, pag. mihi 515.* ob quod facta fide per unum ex Secretariis Senatus, vel Inquisitionis de admissione conferentiæ, pro admissa omnino habenda est. Et licet à communiter contingentibus verbaliter conferentiæ proponantur, quando negotii qualitas exigit, in scriptis jussa, mediantibus ipsis Secretariis, mitti solent; sed non literas in forma expediendo, atque injungendo, verùm cum privato chirographo, pro memoria tantum jussionis (quam *recado* appellant) conscripto.

Istæ conferentiæ haberi solent in domo Tribunalis 19
sancti Officii; nam licet in puncto juris, Domini Regentis officium, secundum in Regno sit, atque adeo præstans, ita ut omnibus præferatur, dempto Prorege, ut dixi *d. cap. 2. §. 2. num. 170. cum seqq.* & in concordia non exprimatur locus, quo conveniri debent, sicque in domo Regentis conferentia habenda erat, ut à fortiori colligitur ex traditis per Solorçan. *d. c. 24. n. 64. & in politic. d.* 20
c. 24. vers. El cumplimiento, aut saltem in loco communi; tamen consuetudine introductum est, quod Dominus Regens ad domum Inquisitionis accedat, ad has contentiones terminandas: cujus rei ratio ea meo judicio esse 21
potest, quæ traditur à Solorçano *in polit. d. c. 24.* vers. *Y no parece que despues*, nempe, semper curandum, ut quidquid ad sanctum Inquisitionis Officium pertineat, favoribus prosequatur ob causam fidei, quam puram conservare nitimur. Cura enim ejus, inter Catholicos, semper præcipua est, licet diversitatis ratio adsit in casu nostro, & Solorçani, eo quod Regens est caput nostri Senatus, & in Indiarum Provinciis, hæ contentiones, non per Præsidem, sed per Antiquiorem de Senatu peraguntur. Quare dicendum puto, quod cum in causis nefandi criminis, Inquisitores cognoscant, simul cum Regio Officiali, ut Castro Palao tradit *ubi sup. n. 8.* & vocetur ad hæc D. Regens, & in istis causis conveniens visum non fuit, quod extra secretum Inquisitionis tractarentur, inde inductum fuit, quod Regens ad Inquisitionem accederet, & aperta via hoc in casu, facilis fuit transitus ad casum con-
tentionis: alias enim irrationabile videretur, nam Inquisi- 22
tores particulares, inferioris ordinis sunt, eo quod propriè Subdelegati Sedis Apostolicæ sunt, ut docet Castro Palao *dict. §. 2. num. 3.* & cæteri laudati *supr. n. 5.* nec Concilium, aut Senatum constituunt, ut bene perpendit Solorçano *d. num. 64.* sed ut dixi consuetudine receptum est, & Regio decreto firmatum, cum rescripto diei 12. Maii 1633. in quo cavetur, quod in conferentia incedant, eo ipso modo quo quilibet in suo Tribunali, hoc est, Regens cum roga, & capitio oloserico, vulgò *gavacha, y gorra*, & Inquisitor cum pallio, & birreto nempe *manteo, y bonete.*

Modus autem compellendi jurisdictiones, ad hoc ut 23
conferentia admittatur, traditur in rescripto concordato, *dat. Matriti die 6. Martii* 1631. nempe, ut pro prima vice renitens incurrat pœnam quingentorum ducatorum, exigendorum ex propriis, à jurisdictione conferentiam proponente. Pro secunda, ultra dictam pœnam suspensionis officii, ad nutum suæ Majestatis quoad Regios Judices, & quoad Inquisitores ad nutum Inquisitoris generalis. Quæ forma compellendi est eadem ac inducta in Regno Siciliæ, de qua Curteli. *dict. cap. 26. fol. 515.* 24
sed casu quo Inquisitores præter, vel contra *Concordata* procedunt, publicando in Regios Judices censuras, & alias Ecclesiasticas pœnas, observatum est in Senatu, quod literis moneantur cessare, atque revocare procedimenta, sub pœna occupationis temporalitatum, exilii, & aliorum remediorum usu comprobatorum in Ecclesiasticos Regia jura, & publicam pacem perturbantes: nam æquum non est, ut frangenti fidem fides servetur; nam in dicto rescripto clarè cavetur competentiam admittendam esse in quocunque casu, etiamsi indubitatus videatur. Sic observatum reperio, tam ante, quàm post rescri- 25
ptum, nempe cum literis *diei 24. Martii anni* 1553. registratis *in lib. Cur. 10.* cum literis *diei 22. Februarii anni 1560. in Cur. 2.* cum literis *diei 6. Maii anni 1564. in Cur. 5.* cum literis *21. Octobris ejusdem anni in Cur. 4.* cum literis *4. Decembris* 1588. *in Cur. 14.* cum literis *4. Decembris* 1584. *in Cur. 17.* & cum literis *25. Augusti* 1592. quæ praxis fundabatur in Regio rescripto *diei 13. Junii* 1554.

quo Regia Majestas jusserat, quod versus Inquisitores, & alios Prælatos Regalias Domini Regis perturbantes procederetur juxta praxim Cataloniæ, quæ ut dixi hæc est. Post præfatum rescriptum *anni* 1631. id ipsum ob-
26 servavit Senatus *die* 29. *Octobris* 1635. sub examine Illustrissimi Domini Vicecancellarii Don Christophori Crespi, *in causa repetitionis Gaspar is Bonet ad Regias triremes damnati.* & dum Fisci patronum munus obtinui, idem resolutum fuit ex deliberatione trium Aularum, sub examine Magnifici Doctoris Francisci Aguirre *de* 1c. *Maii* 1647. licet ad executionem non fuit perven-
27 tum, & ex Regio rescripto, *dat. Matriti die* 17. *Julii ejusdem anni*, jussum fuit, ut conferentia admitteretur super dubio notorietatis, quod aliquando suscitari solet modo ipso, quo de Ordinario Ecclesiastico dixi §. 1. *hujus capitis*, *n.* 51. *& seqq.*

28 Sed cum verba prædicti capitis Concordiæ de causis Familiarum loquantur, dubitari potest, an casu quo de Officiali laico ipsius Inquisitionis agatur, admitti conferentia eodem pacto debeat? Et admitti tenendum est, ut cavetur *in cap.* 1. *secund. Concor.* & aliis plurib us, in quibus promiscuè de omnibus loquitur, & latè probat Narbona *in dict.* 20. *gloss.* 23. *num.* 20. quo de communi consuetudine testatur. Curtell. *controvers.* 1. *n.* 17. & ratio, præter adductas per eosdem, ea nimirum est, nam in *concordiis*, pluribus in causis cavetur, quod Officiales privilegio fori non fruantur; sed hæc forma inducta est, ut omnis controversiæ causa eradicetur, ut claris verbis in *eodem capite* habetur: ergo semper medium in eo contentum subintrat.

29 Admissa conferentia supersedendum est in omni procedimento, ut *in dict. ap. ultim.* clarè habetur, & pluribus Regiis rescriptis concordatis confirmatur, eo quod contentione pendente, nihil innovandum est, ut dixi *supra* §. 1. *hoc capite*, *num.* 119. *& seqq.* & latè probat Fontanell. *decis.* 13. *num.* 10. *tom.* 2. sed in processu informativo ad instructionem Curiæ procedi potest, usquedum prima conferentia habeatur. Ita definitum habemus in Regio
30 rescripto Concordato *die* 6. *Augusti* 1632. his verbis: *En lo que toca al segundo punto, sobre si movida la conferencia se puede passar adelante, ò no, en las diligencias del processo informativo, ha parecido que se puede passar adelante en el dicho processo informativo, hasta que se llegue a tener la conferencia.*

31 Regente, & Inquisitore discordantibus, res ad Senatus supremos delata est, & interim in delictis atrocibus, aut gravibus rei per jurisdictionem prævenientem detinentur in carcere, in levioribus verò fideijussoribus relaxantur, ut definitum extat in rescripto concordato *die* 17. *Septembris* 1626. ut in simili tradit Don Marius Curtelli *in* 3. *con. ord. cap.* 26. *fol.* 515. quod intellige cum de delicto constat, ut ipse explicat *in gloss. verb por delitos.*

32 Et casu quo conveniant in remissione, quia Familiaris non amisit privilegium fori, remissio fieri debet expensis ipsius, ut pluribus relatis probat Narbona *d. gloss.* 23. *n.* 24. *& seqq.*

33 Et licet in pluribus Hispaniæ Regnis privilegium fori Familiaribus concessum, tantum ad causas criminales passivas sit, apud nos ad causas civiles extenditur, dum rei conventi sunt *cap.* 4. *Concordiæ primæ*, Joan. de Rojas *de privileg. Inquisition. num* 422. Narbona *dict. l.* 20. *gloss.* 6. *num.* 2. Solorçan. *de jur. Indiar. dict. lib.* 3. *cap.* 24. *n.* 59. *& in polit. dict. lib.* 4. *cap.* 24. *vers. Y por tal*, Carleval *de judic. lib.* 1. *tit.* 1. *disputat.* 2. 9. 4. *sect.* 2. *num.* 513. qui etiam lo-
34 quuntur de Regnis Aragonum, Cataloniæ, & Majoricarum. Sed apud Aragonenses limitatum fuit in Curiis *anni* 1646. ad causas criminales. Sed quando actores sunt, forum rei sequi tenentur, ut *in dict cap.* 4. *primæ Concord.* cavetur, docent Narbona, & alii superius relati. Et hoc in casu Inquisitores tenentur judicare secundum foros Regni, ut in *textu* habetur, & cautum reperitur *in cap.* 2. *Con. ordiæ secundæ.* Respectu autem causarum civilium aliquæ limitationes in capitibus ejusdem Concordiæ reperiuntur, nempe extra Vrbem, in causis exiguis, duodecim librarum valorem non excedentibus *capite.* 3. *ejusd. Concor.* in Vrbe, & reliquo Regni in fraudibus 35
commissis per artifices mechanicos in suo artificio, pondere, & mensura, aut in venditione eduliorum, aut juribus Generalitatis Regni, Vrbis, vel oppidi, & Regiis *cap.* 4. *d se. und. Concord. & cap.* 13. *prim. Concord.* aliisque pluribus in *ipsis Con ordiis* expressus, signanter quoties adest renuntiatio privilegii, nam renuntiabile est *cap.* 4. *prim. Concord.* Curtel. *d. c.* 4. *nu.* 19. *& contr.* 10. *per tot.* quod 36
non solum procedit in renuntiatione expressa, sed etiam in tacita, nempe quando consensum præbuit judicio sæcularis Judicis, jurisdictionem ipsius prorogando, ut expresse cautum reperitur *in c.* 35. *secund. Concord.* Quæ ampliatio etiam extenditur ad Ordinarium Ecclesiasticum, respectu Familiarium, vel Officialium obtinentium Clericatum.

In criminalibus sunt etiam plures casus excepti, in 37
ipsis Concordiis, qui quia clarè traduntur, ideo in eis explicandis non immoramur: signanter quia Narbona, Curtelli, & Solorçano, cum aliis ab ipsis laudatis Vberrimè docent, quidquid in hoc dubitari possit. Vnum tamen tradere decrevi, nempe quod Officiales, & Fami- 38
liares sancti Officii minimè privilegio fori gaudent in delictis dilationis tormentorum manualium filicis, juxta *Regiam pragmaticam anni* 1613. ut in simili probat Curtel. *contr.* 5. 6. & 14 & in *Concord.* 2. *capit.* 14. *in gloss. fol.* 499. & in *Concord.* 3. *cap.* 5. *& in gloss. fol.* 504. nam licet à die publicationis *dictæ pragmaticæ* exceptio concordata cum Consilio Inquisitionis non esset, tamen ex rescripto concordato, *dat. Matriti die* 30. *Septembris* 163 . ita cautum reperitur: & licet suspensus effectus fuisset alio rescripto *diei* 8. *Novembris ejusdem anni*, ex rescripto *diei* 27. *Decembris* executioni mandari primum jussum habemus, & Inquisitoribus injunctum per Senatum supremæ Inquisitionis his verbis.

Sin embargo de la replica hecha a su Majestad por este 39
Concejo, a la resolucion que fue servido tomar sobre el negocio de las armas, que se dio aviso por el de Aragon al Virrey desse Reyno en carta de 30. *de Setiembre deste año, ha tenido por bien mandar se guarde la prematica del año* 1613. *y que se passe adelante en los procedimientos, que se hazian por la Real Audiencia, y otros Tribunales Reales, contra Familiares, por delitos de las armas prohibidas, en la dicha prematica, y que la execucion sea con toda igualdad, de manera, que si en ello huviere exceso, mandará hazer la demonstracion que conviniere, dexando la mano libre a essa Inquisicion, para que proceda en ellos, como lo vereis por la copia de la carta de su Magestad que se os remite con esta, para que por vuestra parte hagais se guarde, cumpla, y execute, segun su tenor, y del recibo nos aviscreis.*

Et sic usu receptum est, nam pluries vidi pœnas exe- 40
qui in Familiares, ob delationem tormentorum manualium, & exequi jussi, dum Officia criminalia gessi: & quod magis est, licet Inquisitor antiquior discordasset anno 1647. in conferentia *super causa Onofrii Vinader*, qui condemnatus erat ad ultimum supplicium, ob necem cujusdam cum tormenti manualis explosione, sive ictu sclopi patratam, contumacialiter, & postea ad manus Regias perveniisset, decisum fuit ad favorem Regiæ jurisdictionis, per utrosque supremos, *anno* 1652. & quod per contumaciam censetur renuntiatum privilegium, de quo *infrà* Deo dante.

Familiares ultra puritatem sanguinis, bonis moribus 41
fungi debent, ita ut sint mites, atque sedati animi, ex mediocri conditione, non verò parentes, quales sunt Comites, Barones, ac vasallorum Domini, *cap.* 7. & 10. *secundæ Concord.* & licet aliquando Titulati, in Familiarium numero admittantur, tamen id fit de facto, contra expressa *in dict. cap.* 1c. ob quod cum Marchio del Rafal Don Gaspar Rocamora per me adductus fuisset à ci-

vitate Orcelis in carcerem præsentis Urbis *mense Septembris anni* 1652. & privilegium allegasset, proposita conferentia, & in ea deducta dispositio *præfati capituli*, Inquisitor cognitionem causæ reliquit Regiæ Audientiæ, & antiquitus sic diffinitum fuit *in causa domini D. Francisci Mila.*

42 Sed hoc privilegium fori, solum Familiaribus tribuitur, quoad delicta patrata post adepram familiaturam, non autem ad præterita; ut expressè cautum reperitur *in dict. cap.* 10. *ad finem.* Et ratio est clara, nam etiam in Clericatu eadem dispositio procedit, cum privilegium non censeatur concessum in præjudicium Judicis, cujus forum fortitus fuit delinquens, ratione ipsius delicti, ut pluribus adductis probavi *sup. §. 1. n.* 173. *ad med.*

43 Limitatur etiam præfatum privilegium, dum Familiares non evocantur, tanquam rei, sed ad testimonium ferendum in causa criminali; nam compelli possunt per remedia juridica ad testimonium ferendum; sic cautum habemus *in cap. 16. dict. secund. Concord.* quod in praxim deduxi *anno* 1641. dum munus Assessoris Justitiæ in criminalibus Urbis gerebam. Quidam in foro visus fuit cum tormento manuali, dum ipsum apprehendere conabantur Satellites, aufugit, in domum Francisci Alcalà Familiaris se conferendo, & in ea tormentum in puteum dejecit; ipsum Alcalà ad hoc factum probandum examinavi, qui fori privilegium deduxit, testimonium ferre recusando, quare ad carcerem missi; Inquisitores inhibitionem providere tentarunt, sed Dominum Regentem informavi, & suspensa fuit inhibitio, & ipse Alcalà testimonium tulit: postea verò pluries practicavi, & practicari vidi, licet non sine hæsitatione; nam postea suscitata fuit contentio Claudii Boladè, quæ adhuc pendet.

44 Quod ab aliquibus dubitari solet, est, an Familiares teneantur observare Regias pragmaticas circa delationem armorum, eo quod privilegium deferendi arma prohibita habere dicunt. Sed hoc non procedit quoad mensuram ipsorum, nam *in cap. 19. secund. Concord.* sic cautum est: *Que los Familiares en el trayr de las armas, acerca de la medida, guarden las pragmaticas del Reyno, y los Inquisidores, contra esto no los amparen; salvo quando fueren en execucion del santo Oficio, que entonces llevarán las que por los Inquisidores se les ordenaren.* Cujus rei rationem pluribus relatis tradit Bobadilla *in politica lib. 1. cap. 13. n.* 75.

45 *& lib. 2. cap. 17. num.* 88. *cum seqq.* & quamquam respectu Familiaris in criminibus non exceptis, absque difficultate regula procedat, attamen ita strictè interpretanda est, ut socius criminis, ipsius Familiaris privilegio fori minimè fruatur, ut expressè cautum reperitur *in d. secund. Concord. c.* 38.

46 Plura alia tradere possem, sed quia instituti mei non sunt peritiori relinquuntur. Solum hìc adnotare est necesse, seu verius perpendere, quanta sit Inquisitorum nostrorum modestia, quanta ipsorum prudentia, quanta suorum operationum justificatio, ut quamquam cum cæteris Ecclesiasticis semper agendum sit, ex hac vel illa causa, ipsi ita quietè, ita justè, ita pacificè, procedere solent, ut rarò cum eis contendatur, & si, & ubi contendendum sit, juxta *Concordias* procedunt mitissimè, atque pacificè, sine scandalo, censuris, aut similibus perturbationibus.

SECTIO SECUNDA.

SUMMARIA.

47 *Causa Fidei ad jurisdictionem Inquisitorum sine dubio spectant.*

48 *Religionem nec cogi, nec imperari posse, hæreticorum assertio.*

49 *Astrologia judiciaria tractatio instituitur.*

50 *Astrologia usus ab antiquo reprobatus.*

51 *Sacra pagina loca in Astrologos proponuntur. Pontificum decreta in eosdem, ibidem.*

52 *Jus civilis textus, adversus ipsos.*

53 *Sanctorum Patrum in eos testimonia.*

54 *Doctores totius literaturæ Astrologiam reprobantes.*

55 *Mathematicus quis sit, ex propria nominis significatione.*

56 *Mathema quid Græcè significet.*

57 *Loca hac explicantia.*

58 *Textus Mathematicos proferentes intelligendi sunt de superstitiosis, non de veris.*

59 *Mathematica disciplina nequaquam prohibita reperiuntur.*

60 *Astrologia naturalis à nemine reprobatur.*

61 *Astrologia superstitioni immixta, tam à Catholicis, quàm ab Ethnicis damnata est.*

62 *Utriusque Astrologiæ comprobatio.*

63 *Superstitio quid? remissivè.*

64 *Idololatriæ præcipua species superstitionis.*

65 *Idololatria potest reperiri in Astrologia, & quando. Tota Ethnicorum Theologia in Astris aderat, ibid.*

66 *Necessitas operandi Astris attributa: Fati potestatem concedendo, hæreticale dictum. Stoici, Bardesani, atque Priscillianistæ hunc errorem secuti fuere, ibid.*

67 *Sixti V. summi Præsulis decretum.*

68 *Divinatio quid sit.*

69 *Futurorum cognitio soli Deo reservatur.*

70 *Cognitio scientifica futurorum, minimè per Astrologiam adipisci potest.*

71 *Ex Astris solum adquiri potest aliqua conjecturalis præsumptio media inter necessarium, & possibile.*

72 *Astrologia naturalis solum differit de his quæ ex causalitate naturali provenire possunt.*

73 *Influxus vis ex Divo Dionysio Areopagita.*

74 *Ejusdem vis ex Divo Thoma.*

75 *Aristotelis doctrina circa hæc.*

76 *Astra licet directè animam rationalem non moveant, tamen mediatè, & dispositivè effectus eorum in anima resultant.*

77 *Exempla in potentiis proponuntur.*

78 *Comprobatur auctoritate Divi Thomæ.*

79 *Liberum arbitrium nunquam læditur ab influxu.*

80 *Ratio ob quam Astrologi verum dicent, sine liberi arbitrii læsione.*

81 *Liberum arbitrium, etiam posito Astrorum influxu, operatur quod eligit, ex Divo Thom. & Aristotele.*

82 *Inspirationes, & auxilia Dei, & Angelorum illuminationes distinguntur à naturali inclinatione; & sic una qualibet in diversa agit.*

83 *De vitæ duratione agere possunt Astrologi.*

84 *Quidquid ex supernaturali causa procedit, ab astris dignosci nequit.*

85 *Nativitatis Christi Domini thema, non debet ab Astrologis inspici, ut ex ea eventus vitæ ipsius percipiantur. Christus ut homo subjiciebatur miseriis naturam humanam consequentibus, ibidem.*

86 *Modus assumendi naturam humanam in Christo, fuit mirabilis, excedens omnem naturalem cursum, & cognitionem.*

87 *Thema cœleste ad tale punctum erigi potest, ad radicem motuum Planetarum, & siderum capiendum.*

88 *Nativitas Beatæ Mariæ inquiri non debet ad percipiendos eventus vitæ ipsius, quia licet fuit pura creatura, formatio corporis illius fuit miraculosa.*

89 *Quidquid in Maria agebatur, totum gratia magis, quàm natura erat.*

90 Divi Pauli ad Galatas 4. *locus explicatur.*

91 *Astrologia non potest judicare de futuris excedentibus causalitatem physicam, & naturalem.*

92 *Interrogationes futurorum, vel præteritorum contingentium omnino reprobantur.*
93 *Dæmonis ope dici aliqua solent per interrogationes.*
94 *Interrogans, minimè astri alicujus vi, vel influxu moveri potest, ad interrogata facienda.*
95 *Ad dicta Poetarum in Astrologos, responsum proponitur.*
96 *Dum rei serie materia instituitur, non sunt immiscenda turpiter dicta vel gesta.*
97 *Vana observantia quid.*
98 *Astrologus quando vitium vanæ observantiæ incurrat.*
99 *Auctores Astrologiam naturalem approbantes, & defendentes.*
100 *Objectio prima in Astrologos, & Astrologiam.*
101 *Influxus efficacia in rebus materialibus innegabilis est.*
102 *Astra operantur inferioribus motu, & lumine.*
103 *Astra in animantibus operantur sensibiliter.*
104 *Argumentum a quolibet animali ad hominem, procedit in rebus corporalibus.*
105 *Sidera quomodo causa sint in sublunaribus.*
106 *Sidera an sint signa ad placitum, vel naturalia.*
107 *Quo pacto Astrologus possit prædicere aliquid de actibus ad arbitrium spectantibus.*
108 *Voluntas imperat appetitui sensitivo, medio intellectu, & quomodo.*
109 *Organa corporalia, quo pacto deserviant voluntati, ex Divo Thoma.*
110 *Modus loquendi Astrologi Christiani, ne in prognosticando voluntatis actum determines.*
111 *Exempla in concupiscibili.*
112 *Exempla in irascibili.*
113 *Qualitatum divisio, ad prognostica ferenda.*
114 *Astrologus actum voluntatis determinans in suis prædictionibus, non solum errat contra Theologiam, sed contra omne Philosophiæ præceptum.*
115 *Futurum contingens quod adest in corpore inspecto, tam quam in causa naturali, prognosticare est licitum.*
116 *Futuri contingentis, si est in re inspecta, sicut in signo naturaliter conjuncto, etiam judicium est licitum.*
117 *Futuri, si adest in corpore inspecto tanquam in signo separato, naturali tamen, prænotio est licita.*
118 *Futura quæ in rebus inspectis nullo modo ex his reperiuntur, prognosticari nequeunt.*
119 *Stellæ, signa naturalia esse probantur.*
120 *Deus corporibus cœlestibus utitur ad significandas res ingentes.*
121 *Signa mirabiliter facta, & fienda in cœlo.*
122 *Signum Ezechiæ non fuit apparenter in horologio factum, sed realiter in Sole.*
123 *Ante lapsum Adæ Sol eclipsatus fuit.*
124 *Astra non sunt signa necessaria, sed possibilia.*
125 *Astra an sint signa ad placitum Dei.*
126 *Stellæ sunt in cœlo tanquam characteres in libro, annuntiantes divinæ providentiæ dispositiones.*
127 *Astrologi, an possint aliquid dicere de morte violenta, percussionibus, & his similibus, & quare? juxta Divum Thomam.*
128 *Astrologi verum conjecturari possunt.*
129 *Secunda objectio in Astrologos.*
130 *Scientia omnes imperfectæ ab hominibus percipiuntur.*
131 *Ignorantia in homine est effectus peccati.*
132 *Angeli perfectè cognoscunt intelligibilem veritatem, homines imperfectè, & per ratiocinationem.*
133 *Quamvis stellæ omnes non cognoscantur, non sequitur cognitionem aliquarum inanem esse.*
134 *Paritas quædam, hæc explicans, proponitur.*
135 *Circularis motus primi mobilis, quomodo percipi possit.*
136 *Astronomiæ præcepta quoad motus stellarum, necessario computantur, & colliguntur.*
137 *Incertitudo horæ nativitatis, non est imperfectio artis, sed artificis.*
138 *Hora incertitudo faciliter corrigi valet.*
139 *Primum principium physicum hominis est generatio.*
140 *Fœtus dum est in utero matris, pars viscerum ejus est, potius quam ens perfectum.*
141 *Stoicorum sententia dicentium, quod fœtus, dum in utero est, non est animal, rejicitur.*
142 *Fœtus, naturam & qualitates, quoad corpus, parentum sequitur, dum non immutatur, per ambientem, inspirationem, vel alimentum.*
143 *Sidera per aërem tanquam per vehiculum mittunt influxus.*
144 *Fœtus dum in utero est, non per se alitur, aut spirat, sed per umbilicum, a matre respirationem, & alimentum sumit.*
145 *Fœtus mutationes aëris recipere non potest, eo quod influxus impressi prius sunt in corpore matris.*
146 *Influxus siderum imprimuntur in corpore nascentis, dum primum extra uterum matris spirat.*
147 *Tempus primæ respirationis est quod consideratur in nascente, non autem materialis egressio corporis.*
148 *Fœtus ex materia seminali parentum efformatur, sed pater principium motus est, mater materiam præstat.*
149 *Mater solum concurrit passivè in generatione, materiam ministrando.*
150 *Ex nutritione corpora nostra moventur.*
151 *Fœtus ex quo alimento in utero foveatur.*
152 *Spiratio in omnibus animalibus necessaria, & quomodo.*
153 *Terra, aqua, & aër, corruptione alterantur. Astra sunt ignea natura, ibid.*
154 *Putredo aëris in corporibus viventium per spirationem recipitur.*
155 *Spiratio fœtus in utero quomodo fiat.*
156 *Mater mortua statim dissecanda est, ne fœtus pereat defectu spirationis.*
157 *Fœtus spirans aërem, a visceribus matris depromptum non eum simpliciter, sed secundum dispositionem corporis matris dum in utero est, recipit.*
158 *Principium esse hominis primum, quod est hora generationis, respicit accidentia ab ea hora usque ad horam nativitatis tantum.*
159 *Principium secundum esse hominis est a nativitate, & hoc respicit accidentia usque ad finem vitæ.*
160 *Ratio ob quam solum accidentia nati referenda sunt ad horam nativitatis.*
161 *Gemelli nasci non possunt sub eodem instanti.*
162 *Responsio ad objectum gemellorum.*
163 *Exemplum Jacob, & Esaü non urget, quia plena mysteriis fuerunt vitæ eorum, & hæc non subsunt influxui astrorum.*
164 *Gemelli a communiter contingentibus symbolizant in temperamento, & inclinationibus.*
165 *Exemplum additum per Tullium.*
166 *Exempla nostri ævi.*
167 *Exemplum observatum in vire, & fœmina, qui nati sub eadem hora symbolizantes reperti sunt in pluribus.*
168 *Horologii error, vel alei nebulosi objectio diluitur.*
169 *Qui in navi submersione perierunt, vel in acie ferro, aut igne in domo combusta, non inde nati censendi sunt sub eadem siderum positione.*
170 *Generales constellationes vincunt particulares.*
171 *Omnes talia accidentia patientes, sub diversa siderum constitutione natos esse probatur.*
172 *Tertia objectio in Astrologos.*
173 *Astrologi quamquam inter se non conveniant, inde ars non afficitur.*
174 *Exempla varietatum opinionum in aliis scientiis adducuntur.*
175 *Astrologi quamvis errare solent, non tamen scientiam reddunt.*
176 *Medici sæpe fallantur, & ex hoc non condemnatur ars medendi.*
177 *Discordantes Astrologorum sententias, quoad erigendam figuram astrorum, quo pacto ad concordiam sapientes redigunt.*

178 *Circulorum*

178 *Circulorum descriptio, distantiarum mensura, motus calculatio, & cætera similia, Astronomia, non Astrologia præcepta sunt.*
179 *Zodiacus qualis sit.*
Ecliptica quid, ibid.
180 *Divisio Zodiaci in signa, & gradus ad temporis mutationes dimetiendas facta est.*
181 *Armi dimensio ex Solis motu, mensium vero ex motu Lunæ percipitur.*
182 *Divisio in signis, & gradibus, qua de causa facta fuit.*
183 *Zodiaci nona sphæra constituendi ratio, & num. 184.*
185 *Zodiacus verus est nona sphæra, non octava, nec primi mobilis.*
186 *Æquinoctiorum vera supputatio congruit Zodiaco nonæ sphæræ tantùm.*
187 *Approbatio Sedis Apostolicæ hujus rationis supputandi.*
188 *Signa non mutuarum nomina à constellationibus octavæ sphæræ sub Zodiaco illius existentibus.*
189 *Signa per se nil significant, sed planetæ in eis.*
190 *Circulorum reliquorum ratio realiter comprobata.*
191 *Sol auctor omnium motuum est.*
192 *Æquinoctialis circuli ratio.*
193 *Colurí quo pacto constituantur, & Solstitia, sive Tropica.*
194 *Polares circuli quomodo considerentur.*
195 *Zonarum distributio.*
196 *Orizontis constitutio.*
197 *Meridiani constituendi ratio.*
198 *Duodecim domorum distributio, & ratio.*
199 *Effectus reales divisionis Cardinum, sive Angulorum.*
200 *Divisio domorum est radix constituendorum horologiorum.*
201 *Alia ratio divisionis domorum.*
202 *Æquatoris, sive Æquinoctialis effectus, & officia.*
203 *Primum officium Æquatoris est, quod regulat motum primi Mobilis.*
204 *Æquator pandit æqualitatem dierum, & noctium.*
Æquator denotat dierum artificialium quantitatem, ibid.
Æquator denotat stellas septentrionales, & meridionales, ibid.
Æquator designat declinationes, ibid.
Æquator denotat regionum situm, ibid.
205 *Æquator denotat zonarum sive parallelorum differentiã.*
Per Æquatorem fit universæ terræ descriptio, ibid.
206 *Nautica ars in Æquatoris existentia tota versatur.*
Indiarum Regna, hominibus hujus mundi ignota, per has observationes explorata fuere, ibid.
Cosmographia ex his circulorum distributionibus componitur, ibid.
207 *Astrorum nomina licet ab Ethnicis ipsis imposita sint, hoc non obest.*
208 *Siderum nomina in sacra Pagina comprobata.*
209 *Dierum nomina, sub falsorum Deorum appellatione contenta, nil nocumenti inducunt in orthodoxa fide.*
210 *Constellationum Firmamenti nomina à quo?*
211 *Constellationum nomina in usu apud sacram Paginam.*
212 *Philosophia præcepta antiquitus sub fabulis tradebantur.*
213 *Tria in fabulis reperiuntur, historia, dogma, & fictio.*
214 *Fabularum usus apud Orthodoxos omnì umbra idololatriæ caret.*
215 *Astra, & constellationes nominibus Catholicis ab aliquibus illustrata sunt.*
216 *Nomina Catholica septem planetarum.*
217 *Nomina Catholica signorum Zodiaci.*
218 *Characteres sidera, signavè denotantia, immutati sunt.*
219 *Nomina Catholica cæterarum constellationum.*
220 *Ratio ob quam hæc nomina non sunt hucusque usu recepta*
221 *Aspectuum planetarum observatio, realibus effectibus comprobatur.*
222 *Judicium dierum criticorum, desumitur ex aspectibus luminarium.*
223 *Difficultas consequendi scientiam astrorum.*
224 *Homo potentiam habet ad intelligibilia*
225 *Astrorum natura, motus, & virtutes, quomodo ab hominibus percipi possint?*
226 *Ratiocinationis ad arcana naturæ intelligenda, exempla aliqua proponuntur.*
227 *Magnetis mirabilis virtus, demonstrans motus cælestes.*
228 *Philosophi antiqui constituti fuerunt à Deo Præceptores omnium gentium ad res naturales, & morales.*
229 *Quarta objectio in Astrologos.*
230 *Christus Dominus Astrologiæ scientiam humanam, & creatam habuit.*
231 *Primus parens Adam, Noë, Abraham, Moyses, & Salomon, Astrologi fuere.*
232 *Sancti Reges Magi, S. Dionysius, S. Albertus Magnus, S. Thomas Aquinatis, & S. Gregorius Nazianzenus Astrologi fuerunt.*
233 *Plures Philosophi Astrologi extiterunt.*
234 *Imperatores, & Reges Astrologi.*
235 *Astrologi nominantur plures, qui nequaquam hanc artem profitentur.*
236 *Exemplum hujus rei, memorabiliter observandum.*
237 *Astrologiæ usus, non debet permitti palam, ne multitudo decipiatur.*
238 *Theologis, & Medicis necessaria est cognitio Astrologiæ.*
239 *Nautæ, & Agricolæ plures utilitates ab Astrologia captare possunt.*
240 *Astrologia purgata ab erroribus, utilis est, quemadmodum Philosophia, quæ licet origo omnium hæresum esset, hodie purgata, utilis censetur.*
241 *In dubio, præsumendum est Astrologum prædixisse ex causa naturali.*
242 *Astrologus non potest prædicere particularia.*
243 *Necessitatem influxus asserens suspectus est de hæresi.*
244 *Prædicens actus per voluntatem determinatos, puniendus est.*
245 *Futura contingentia, quæ nullam habent connexionem cum causis naturalibus prædici non possunt.*
246 *Prædicens actus liberos, vel futura contingentia, non necessario, nec probabiliter, sed conjecturaliter, puniri non potest, ex bulla Sixti Quinti.*
247 *Qui tenentur libris prohibitis, etiam ad res permissas in Astrologia, puniri debent.*
248 *Qui utitur libris ab Inquisitoribus expurgatis, puniri non debet.*
249 *Prædicens aliquid de statu Sedis Apostolicæ, vel Reipublicæ Christianæ, sive de vita, vel morte Romani Pontificis, puniendus est, ex decreto Urbani Octavi.*
250 *Qui figuram cælestem constituit contra præcepta vera, & approbata Astronomiæ, utitur scientia divinatoria.*
251 *Regula ad cognoscendum, an juxta Astronomiæ regulas thema cæleste constituatur.*
252 *Uterus electionibus ad omnes actus humanos, suspectus de superstitione est.*
253 *Adhibens principia non physica ad judicium proferendum, superstitiosus est.*
254 *Asserens se posse cognoscere, ea quæ in mente hominis recondita sunt, puniendus est tanquam divinator superstitiosus*
255 *Utens ad vitandos influxus rebus naturaliter non connexis, superstitiosus censetur.*
256 *Utens instrumentis incognitis, characteribus exquisitis, numeris paribus, vel imparibus, nominibus parentum, nati, vel rebus ex corpore, alimento, vel veste illius, superstitiosus, & maleficus est.*

DIximus superiori sectione, ad jurisdictionem Inquisitorum spectare cognitionem omnium causarum fidei: quæ conclusio nullum habere potest contradictorem Catholicum. Quamquam enim perfidi Hæretici procaciter dicant, cætera legibus subjici, solam verò Religionem, nec cogi, nec imperari posse: hæc est hæreticalis blasphemia, sacrilega propositio, atque impiissimum dictum, sicque tanquam rationi omnino opposi- 48

tum, minimè audiendum. Et quamvis non abs re esset attingere aliqua de materia fidei, cum in nostro Regno, post Sarracenorum expulsionem, Deo dante, integra, & illæsa permaneat, & tot, tantique Viri eruditionis eximiæ quotidie de his tractent, nobis solum superest ali-
49 qua dicere de Astrologiæ judiciariæ usu, tum quia reprobatus videtur per *privileg. 34. §. Item no sia algun, R. Ferdinand. II.* tum quia Doctores de eo differentes, non distinctè omnino, quæ circa hæc dispositiva sint meo, judicio, tradere videantur.

50 Ab antiquo reprobatus est Astrologiæ judiciariæ usus, Mathematicorum nomen damnatum, atque astrologorum Schola pœnis persecuta, non solum ex sacræ Paginæ, Canonum, legum, atque sanctorum Patrum doctrina, verùm etiam ex scriptis Doctorum Theologiæ, Jurisprudentiæ, Philosophiæ, Medicinæ, Politiæ, atque totius literaturæ. Ex sacra Pagina expendi solent plures textus, signanter Jremiæ 10. *Dicit Dominus juxta vias gentium nolite discere; a signis cæli nolite metuere, quæ ti-*
51 *ment gentes, quia leges populorum vanæ sunt.* Isaiæ cap. 44. *Ego sum Dominus faciens omnia, extendens cœlos solus; stabiliens, terram & nullus mecum; irrita faciens signa divinorum, & Arioles in furorem vertens; convertens sapientes retrorsum, & scientiam eorum stultam faciens.* Et cap. 47. *Defecisti in multitudine consiliorum tuorum, stent, & salvent te augures cæli, qui contemplabantur sidera, & supputabant menses, ut ex eis annuntiarent ventura tibi.* Deuteronom. 18. *Gentes istæ divinos audiunt, tu autem aliter institutus es a Domino Deo tuo.* Eccles. 8 *Multa hominis afflictio, quia ignorat præterita, & futura nullo potest scire nuntio.* Et c. 10. *Ignorat homo quid ante se fuerit, & quid futurum sit, quis ei poterit indicare?* B. Paulus ad Galatas 4. *Dies observatis, menses, tempora, & annos: timeo ne forte sine causa laboraverim in vos.* Job cap. 38. *Nunquid nosti ordinem cœli? aut rationem ejus pones in terra?* Et actor. 19. *Multi autem ex his qui fuerant curiosa sectati, contulerunt libros, & combusserunt coram omnibus.* Et hos libros S. Augustin. *super Psal.* 61. ait fuisse de rebus pertinentibus ad Astrologiam judiciariam. Ex quibus locis inferunt plures, Astrologiæ usum omnino reprobatum, esse.

52 Ex sacris Canonibus allegantur *cap. 2. de sortil. c. illud. 26. quæst. 2. c. igitur. 6. q. 3. & c. non licet. 26. q. 5.* ex decretis summorum Pontificum Bulla *Cœli, & terræ*, edita à summo Antistite Sixto V. *anno* 1585. apud Laërt. Cherub. *tom. 2. Bullar. pag.* 510. & Bulla *Inscrutabilis*, Vrbani VIII edita *anno* 1641. Apud Angel Mar. Cherub. *tom. 4. Bullar. pag.* 119. quas etiam adducit Pat. Diana 4. *part. resolution. moral. ad fin. pag.* 306. *& seqq.* Ex conciliis, in Anchyritano sive Ancyrano *cap.* 26. *quæst. 5.* Bracharens. 1. *cap.* 9. & 10. Toletano 1. *cap. si quis*, & in Concil. Trident. *de libris prohibitis, regul.* 9. Ex jure civili. *item apud Labeonem, §. si quis Astrologus, ff. de injuriis, l. nemo, l. etsi, C. de malef. & Mathem. & l. Mathematicos, C. de Episcopal. Audi* Ex sanctis Patribus, & Scriptoribus Ecclesiasticis, S. Augustinus pluribus in locis, præcipuè *lib. 5. de Civit. Dei*, & ibi noster Ludovicus Vives, atque Leonat. Coqueus, & *lib. 4. confess. cap.* 3. S. Isidor. *etymol. cap.* 30. Divus Basilius *homil. 6. in Genes. & sermon. in princip. Proverbior.* S. Joan. Chrysost. *homil. 6. in Matthæum*, S. Hieronym: *super Sophoniam, cap.* 1. & *super Isaiam c.* 47. D. Ambros. *in Exameron, lib. 4. cap. 4.* S. Gregor. Magnus *in homil. Epiphan.* S. Thom. 2. 2. *quæst. 95. art. 5.* Tertullian. *in Apologet. c. 43. num.* 559. & latius *de idololatria, cap. 9. nu. 45. cum seqq.* & ibi Pamelius: Beda *de ration. tempor. cap. 4.* Lactantius Firmian. *de origin. error. lib. 2 cap.* 17. Eusebius *de præpar. Evangel. lib. 6. cap. 2 &*
53 6. Ex Philosophis Ethnicis, Phavorinus apud Aulum Gellium *lib.* 14. *noct. Attic. cap.* 1. Plinius *lib.* 30. *histor. natural. c.* 1. Cicero *de nat. deor. lib. 1. num.* 39. *& seqq.* Pithagoras, & Porphyrius & alii adducti per Tiraquel. *de Nobil. cap.* 11. *num.* 4. Ex Theologis, Sebastianus Medices *in summa omn. hæres. in epileg. oper. vers. Astrologorum superstitio tollitur, pag. mihi* 718. plures adducti per Patrem Suarez *de Relig. tom. 1. lib. 2. c. 11. nu. 31.* Alexander ab Angelis *in libris contra Astrologos*, præcipuè *lib. 4.* Valentia *in 2. 2. disput. 6. quæst. 12. part. 3. vers. Hujusmodi*, Martin. del Rio *lib. 4. disquisit. magicar. cap. 2. quæst. 3.* P. Sanchez *lib. 2. Decalog. c.* 38. *num.* 3. Lessius *lib. 2. de just. & jur. c. 43. dub. 6. n. 42.* Alfons. de Leon *de offic. & potest. Confessar. p. 1. recollect. 22. num. 15. casu* 30. P. Diana *dict. p. 4. tract. 7. resol. 17.* Castro Palao *tom. 3. oper. mor. tract. 17. disp. 1. punct. 4.* noster doctissimus Trullench. *lib. 2. Decalog. c. 10. dub. 4.* Francis. Bordonus *in tract. de Tribunal. Judi. in caus. fidei, c. 21.* noster Salelles *de materia Tribunal. sanct. Inquisition. lib. 1. cap. 14. regul.* 115. & novissimè erud tus P. Christophor. Vega *in Theolog. Mariana, palestr. 6. certam. 8. per tot.* qui plures alios cumulant. Ex Jurisconsultis Paulus Grillandus *lib. 2. de sortileg. quæst. 11. nu. 24.* Tiraquellus *dict. cap. 11. n. 4.* Farinac. *de hæresi, quæst. 18. num. 9.* pluribus Augustin. Barbos. *in collectan. ad cap. non observetis, 26 quæst. 7. num. 2. & in collect. ad cap. 2. de sortil. & in rub. num. 7. & in summ. decis. Apostolicar. collect.* 48. Don Francis. Torreblanca *de Mag. lib. 1. cap. 6. ex nu.* 51. *& de jur. spiritual. lib. 1. cap. 3. per tot.* Cæsar Carena *de offic. sanct. Inquisit. part. 2. tit. 12. §. 11. per tot. cum § seqq.* noviter Don Didacus Narbona *in hexagraphia jur. hor. 1. num. 145. in fin.* ex Politicis, P. Marquez *in Gubern. Christian. lib. 2. c. 26. §. 1.* Joan. Barclarius *in Argenid. lib. 2. pag. mihi* 392. *& seqq.* Petrus Gregor. *de Repub. lib. 21. cap. 9. in princ.* Christophor. Besoldi *politicor. lib. 2. cap. 9. nu* 4. P. Fragoso *de Republ. tom. 1. lib. 2. disput. 4. §. 7. num. 51.* Adamus Contzen *politicor. lib. 1. c. 5. §. 3.* Just. Lipsius *civilis doctrin. lib. 1. cap. 4.* Don Didacus Saavedra *symb. polit. 4. in fin.* & novissimè totius Hispaniæ decus, eruditissimus Solorçano *in emblem. Reg. politic. 26. num 53. & seqq.* Ex Medicis Francis. Valeriola *ad lib. de locis com. cap. 2.* Fran. Vallesius *de sacr. Philosop. cap. 31.* Levinus Lemnius *epistol. ad Politian. lib. 12.* Joan. Langius *epist. 35.* Ex variis Scriptoribus, Joannes Picus Mirandul. *in duodecim. libr. in Astrolog.* Francis. Picus Mirandul. *lib. 5. prænotion. cap. 8.* Sextus Empiricus adversus Mathematicos *cap. 11.* Alciatus *lib. 1. emblemat. 54.* Gabriel. Faerno *in fabellis, fabul. Vates, & fabul. Astrologus*, Julius Cæsar. Bulenger. *de divin. lib. 2 cap. 2. cum seqq.* Vincentius Turturetus *in parallelis Ethnicis, & Jurid. dissert. 1. num.* 10. Honorat. Nicquetus *de physiogn. hum. lib. 3. cap. 4.* cum aliis pluribus ab ipsis adductis, qui tradunt Astrologiam vanam, sacrilegam, superstitiosam, ac omnino exsibilandam esse, atque à Republica Christiana exterminandam, Mathematicos, & Astrologos, cum Ægyptiis, Caldæis, Auguribus, & Ariolis adæquando, & pœnis severissimis subiiciendo: Quæ quidem, ut percipiantur, declaratione non modica egent.

In primis enim præmittendum est, variè nomina 55
hæc, *Mathematicus*, & *Astrologus*, intelligi posse. Siquidem Mathematicus ex propria, & rigorosa significatione non denotat Divinatores, Aruspices, Ariolos, vel alicujus artis suspectæ professores nam, Græcum nomen est μαθηματικὸς à μάθημα desumptum, quod est idem, ac *disciplina*, & significat professores disciplinarum, sive scientiarum, quæ per demonstrationem adipiscuntur, ut tradunt Ambros. Calepinus *in dictionar. verb. Mathematicus*. Didacus Ximenes Arias *in dictionar. Eccles. eodem verb.* Petrus Ciruelus *in cursus Mathemat. art. lib. 1. cap. 1.* 56
Sextus Empiricus *in tract. adversus Mathematicos* (qui sub hoc nomine non solum Astrologos, verùm Grammaticos, & cæteros disciplinarum professores persequi conatus fuit) Chassaneus *in Catalog. glor. mundi, par.* 10. *consid.* 46. Pamelius *in notis ad Tertullianum, lib. de idololatria, num.* 50. late Hieron. Salcedo *ad D. Thomam, opuscul. de regim. Princip. lib. 1. cap. 3. differt. 6. ex num.* 85. *usque ad num.* 116. Andr. mendo *de jur. Academic. lib. 2. quæst. 30. num.* 338. cujus dictum modo prælibato intelligendum

ligendum est. Et quamvis aspiratione superaddita Mathematicus *Divinator* dicatur, eo quod Græcè Mathæsis, seu μαθησις divinare sit, dum penultima producitur, ut notat Accursius *in gloss. l. Mathematicus, C. de Episcopali Audient.* in quo sensu sunt plures auctores linguæ Latinæ, qui ita interpretentur: Tertul. *in apologet. c.* 43. *num.* 559. & ibi Pomel. *& de idololatr. cap.* 9. *num.* 51. Cicero *lib.* 1. *de natur. deorum*, Tacitus *lib.* 2. *& lib.* 12. Joan. Bussieres *in flosc. historiar. p.* 2. *cap.* 3. ibi: *Sed Vitalini classem excessit, Procli arte Mathematici, vel Magi*, & plures alii. Tamen prima significatio est vera, & genuina, ut colligitur ex eisdem locis Tertulliani, & Pameli.

57 Cicer. *lib.* 1. *de orat. num.* 3. ibi: *Quis ignorat, ii qui Mathematici vocantur, quanta in obscuritate rerum, & quam recondita in arte, & multiplici, subtilique versentur? quo tamen in genere, ita multi perfecti homines extiterint, ut nemo fere studuisse ei scientiæ vehementius videatur, quin quod voluerit consecutus sit. Quis Musicis, quis huic studio literarum.* Et Academicar. quæst. lib. 4. num. 116. *Geometræ provideant qui se profitentur non persuadere, sed cogere: & qui omnia vobis quæ describunt probant. Non quæro ex his illa initia Mathematicorum; quibus non concessis digitum progredi non possunt. Punctum esse, quod magnitudinem nullam habeat.* Quibus in locis aperte loquitur de professoribus disciplinas, ut Musicam, Geometriam, & alias similes. Et clarius Mathematicos à superstitiosis distinguit *lib.* 2. *de divin. num.* 10. ibi: *Nec hæc qui divini habentur, profitentur se esse dicturos: nec eorum quæ in Geometria describuntur, quæ vera, quæ falsa sint. Sunt enim ea Mathematicarum, non Ariolorum.* In eodem sensu de Mathematicis loquitur Joannes Caramuel vel eximiæ eruditionis, & mirabilis ingenii acuminis, *in Theolog. fundamentali, in proœm. lector. divin. numer.* 27. dum ait: *Clauso oculo Mathematico*, hominis *physicum cæligare*; nam binos oculos habere docet, *Mathematicum, & physicum.* Vnde abundantissimè resultat, quod omnes textus, tam sacræ Paginæ, quàm Juris Canonici, & Civilis, omnesque Doctores Mathematicos condemnantes, non de veris disciplinarum professoribus, sed de subdolis, & abusivè in secundo significato appellatis, intelligendos: quod ex ipsis deprehenditur evidenter, nam de Ariolis, Incantatoribus, atque Magis loquuntur, semper superstitionem damnando; nam loca sacræ Scripturæ expressè mentionem faciunt de hoc vitio, ut ex verbis superius adductis percipitur, & ex *infrà* tradendis. *Cap. illud* 6. 26. *q.* 2. ita pariter ibi: *Ab hoc genere superstitionis perniciosæ.* Et ibi: *Vendunt imperitis hominibus miserabilem servitutem.* Ita ut superstitionem exercentes, vel necessi-

58 tatem imponentes sint qui damnentur. In *c. igitur* 26. *q.* 5. ibi: *Hi sunt qui Mathematici vulgo vocantur, cujus superstitionis genus.* Et ibi: *Et quem effectum habeat vita qui nascitur*; quod est idem, ac in *d. c. illo. Cap. non liceat.* 3. 26 *q.* 5. ibi: *Non liceat Christianis tenere traditiones gentilium, & observare, vel colere.* Demumque in eisdem textibus, tot genera divinantium, idololarrarum, atque superstitionum genera, specificantur; sicque non veri Mathematici, sed qui artes illas vanas profitentur, & vulgò Mathematici vocantur, sunt condemnati. *In cap.* 2. *de sortil.* Clericus de furto quærebat per interrogationem, quod superstitiosum est, ut infra patebit. Pariter *in l. nemo. C. de malef. & Mathemat.* ibi: *Nemo aruspicem consulat, aut Mathematicum, nemo ariolum.* Et in *d. l. Mathematicos*, pariter, ut ex Glossa probavi. In *d. l. apud Labeonem*, §. *si quis Astrologus*, de furto detegendo agebatur, & de illi-

59 cita divinatione. Atque adeo clarè sequitur, quod id quod prohibitum est, non potest dici disciplina, sive ars aliqua naturalis; quales sunt Geometria, Aritmethica, Musica, Astronomia, Perspectiva, vel Gnomica, aut cæteræ; nam istæ permissæ omni jure sunt: sed quidquid superstitiosum est, & sub nomine, vel involucro harum disciplinarum reconditum reperitur: sicut enim *concubitum libido non conditio fœdavit*, ut ait Tertullianus *in lib. de anima, n.* 352. sic Mathematicas disciplinas, superstitio, non professio damnavit.

Quoad Astrologiam idem dicendum est, nam Astro- 60
logia naturalis quæ contemplatur siderum motus, luminarium Eclipses, lunationum effectus, temporum mutationes, aëris intemperies; atque omnium rerum corporalium vicissitudines, à nemine improbata reperitur. Quæ autem aliquid superstitiosum sapit, hæc à Deo reprobata, à sacris Canonibus interdicta, à sanctis Patribus confutata, à Doctoribus, tam Catholicis, quàm Ethnicis rejecta, pœnisque prosequuta reperitur. Neque dubitari 61
potest, dupliciter Astrologiæ nomen sæpissimè sumi, nam de vera, naturalique Astrologia, quæ licita, & utilis est tanquam Philosophiæ pars, Lactantius loquitur *lib.* 3. *de fals. sapient. c.* 25. ibi: *Geometria quoque, ac Musica, & Astrologia necessaria est; quod hæ artes cum Philosophia habent aliquam societatem.* Cicero de orator. lib. 1. *In Geometria lineamenta, forma, intervalla, magnitudines, in Astrologia cœli conversio, ortus, obitus, motusque siderum.* Et 2. 62
de divinar. n. 146. *Astrologi motus errantium stellarum notarunt.* De Astrologia superstitiosa, vana, & diabolica, idem Lactantius *lib.* 2. *de orig. error. cap.* 17. *in princip.* dum de dœmonibus loquitur ait: *Eorum inventa, sunt Astrologia, & aruspicina, & auguratio.* Sic de sideribus loquitur Cicer. *lib.* 1. *de natur. deor. n.* 39. *& seqq.* Notat hanc differentiam Pamelius *d. num.* 50. quem sequuntur plures. Ob quod non absolutè dici potest, Astrologiam damnatam, & ab hominibus exterminandam, sed antequam exterminetur, animadvertendum est, in qua specie superstitionis peccare possit.

Ad quod percipiendum cum plura superstitionis ge- 63
nera sint, inspici debet, qua ex parte Astrologiæ usus in hanc labem incidere possit. Prima, & præcipua superstitionis species omissa quæstione de nomine, de qua bene P. Suarez *tom.* 1. *de Religion lib.* 2. *cap.* 2. *n.* 2. Lessius *de quatu. virtut. Cardin lib.* 2. *cap.* 43. *dub.* 1. *num.* 1. Bonacin. *tom* 2. *disput.* 3. *quæst.* 1. *punct.* 1. *num.* 1. & noster Trullench *lib.* 1. *Decalog. cap.* 10. *dub.* 1. *n.* 1. atque Castro Palao *tom.* 4. *tract.* 17. *disp.* 1. *punct.* 13. *n.* 1. & 2. est idololatria, dum honor divinitatis creaturis tribuitur, Divus Thomas 2. 2. *q.* 94. *art.* 1 latè Tertullian. *lib. de ido-* 64
lolatria, P. Castr. Palao *d. disp.* 1. *punct.* 2. *nu.* 1. Trullench *lib.* 1. *Decalog. cap.* 10. *dub. per tot.* Carena *de offic. S. Inquis. p.* 2. *tit.* 12. *n.* 56. Salelles *lib.* 1. *cap.* 14. *reg.* 112. *n.* 19. *& seqq.* Bordon. *cap.* 17. *num.* 31. qui plures laudant. Hæc superstitionis species reperiri potest in Astrologia, si sidera ut numina colantur, quod quidem fuit error Ægyptiorum, & Chaldæorum, de quibus tot loca sacræ Scripturæ loquuntur adducta superiùs *n.* 50. nam Gentes, & Ethnici omnes, in hunc errorem lapsi fuerunt. Vnde Cicero *lib.* 1. *de nat. deor. n.* 39. ait: *Atque hæc mundi divinitate perspecta, tribuenda est sideribus eadem divinitas.* Et n. 42. *Ex quo efficitur in deorum numero astra esse dicenda.* Imò tota eorum Theologia in astris reperiebatur, ut testantur plures ex Auctoribus superius relatis Hæc 65
de causa in primitiva Ecclesia summa cum ratione à mente, & memoria Neophiticorum astrorum vestigia sancti Patres abolere curarunt, nam cum recenter ad orthodoxam fidem conversi essent, necessarium fuit ab oculis eorum avellere quidquid idololatriæ memoriam revocare posset; nam ut ait D. Aug. *in c.* 1. 26. *q.* 2. *Ne sub hac specie divinationis ad antiquos idololatriæ cultus redirent.* Et ibi: *Sic Astronomia, vel Astrologia apud Catholicos in desuetudinem abiit, quia dum propria curiositate his nimis erant intenti, minus vacabant his quæ saluti animarum erant accommodata.* Ob quod usum Astrologiæ omnino vitaverunt. Hodie autem in orbe Christiano nemo est, qui in hanc superstitionis speciem decidat, nam fidei orthodoxæ dognata, quoad veri Dei cognitionem radicata in cordibus fidelium est, atque adeo nemo est qui nesciat sidera creaturas esse: & si aliquis in eam inciderit, pœnis severissimis luet quidquid in ea erroris erogavetit.

Istius

66 Istius superstitionis speciei pars, est illa quæ astris necessitatem operandi concedit, tribuendo eis supremam potestatem, Fati errorem incurrendo, cujus lapsus auctores apud Ethnicos Stoici fuere, ut tradit Lipsius *in Physiolog. Stoicor. lib. 2. cap. 14.* Cicer. *in Topicis*, ibi: *Ex hoc genere sanorum ex æternitate pendentium Fatum ab Stoicis nectitur*, quos sequuti fuere Democritus, Heraclitus, Empedocles, Aristides, & plures alii Philosophi ejus sectæ, & ex Astrologis Frenetius Possidonius, & Firmicus, tradunt Divus August. *lib. 4. de Civit. Dei, capit. 11.* D. Thomas 2. *sement. distinct. 15 quæst. 2. & lib. de Cathol. verit. cap. 85.* doctissimus in Apollinis arte Valentinus Doctor Emmanuel de Ledesma *in Apolog. & defens. Astrologiæ, edit. ann. 1599.* & Theologus noster eruditus Marcus Antonius Palau *in discurs apologet. edit. Valent. ann. 1613.* Nec illi soli in hunc errorem collapsi fuerunt, sed & Bardesani, atque Priscillianistæ hæretici, ut scribit Sebastianus Medices *in summa omn. hæres. verb. fatum* 55. Ad hunc errorem corrigendum, sacrorum Conciliorum plura decre-
67 ta edita sunt, omnia de Fato ab eis tradita extirpando, & tandem Sixtus V. ne ex necessitate influxus occasio detur ad hanc maniam fovendam, in Bulla superius memorata, non solum necessitatem extirpavit influxus, sed adhuc sub probabilitate assertionem prohibuit in rebus ad liberum arbitrium, atque futura contingentia spectantia, sontes judicio Inquisitorum subiiciendo. Quamobrem quicunque necessarium influxum siderum dixerit, vel fati vim crediderit, hæreticè in fidem peccabit, sacrilegè decreta sacra transgrediendo, nam astra nullam vim habent ad cogendum arbitrium humanum, nec ad significanda ea quæ contingenter accidunt, absque physica, & naturali causalitate rerum corporalium, quatuor elementariis qualitatibus connexa

68 Secunda species superstitionis est divinatio, quæ definitur, Futurorum contingentium prædictio modo indebito, ut colligitur ex S. Thoma 2. 2. *quæst. 95. artic. 1.* tradunt Sanchez *lib. 2. Decalog. cap. 38. num. 1.* Suarez *tom. 1. de Relig. lib. 2. de superst. capit. 7. numer. 1. & seq.* Lessius *de justit. & jur. lib. 2. cap. 43. dub. 5. num. 21.* Castro Palao *dict. tom. 3. tract. 17. disput. 1. punct. 3.* Trullench *cap. 10. dub. 3. num. 2.* Bordonus *cap. 22. num. 2.* Salelles *dict. lib. 1. cap 14. regul. 114. num. 54. & seqq.* Nam cognitio futurorum soli Deo reservata est, juxta illud Isaiæ 41. ibi: *Annuntiate nobis quæ futura sunt, & dicemus,*
69 *quod. Dii estis vos.* Si enim quis sibi certam cognitionem sponderet futurorum, superstitiosè ageret, atque sacrilegè arrogaret speciem divinitatis. Ob quod tam in prædicta bulia Sixti V. quam apud omnes scribentes, quicunque ausus fuerit affirmare, cognitionem scienti-
70 ficam futurorum per Astrologiam adquiri posse, meritò tanquam superstitiosus, & de hæresi suspectus damnaretur; nam astris solum potest adquiri aliqua conjecturalis præsumptio media inter necessarium, & possibile, quod nequaquam prohibitum est in præfata bul-
71 la Sixti V. ut docet Caietanus 2. 2. *quæst. 95. artic. 5.* Valent. *disput. 6. quæst. 12. part. 1. in fin.* doctissimus Suarez *dict. lib. 2. cap. 11. num. 30.* Martin. del Rio *disquisition. magicar. lib. 4. cap. 2. quæst. 3. & cap. 3. quæst. 2.* Castro Palao *dict. disput. 1. punct. 4. num. 8.* Carena *parte 2. tit. 12. num. 71. 82. & seqq.* Bordon. *dict. cap. 20. num 14.*
72 Salelles *dict. lib. 1. cap. 14. regul. 115. num. 102.* Sed adhuc hoc non absolutè est sumendum, sed tantum in his quæ ex causalitate naturali proveniunt, nempe temperamentum, vitæ dispositiones, salutis, aut ægritudinis accidentia, inclinationes naturales, & cætera quæ ab illis quatuor qualitatibus dimanant; nam cum corpora nostra ex eis qualitatibus constent, subiiciuntur omnibus mutationibus, atque alterationibus, quæ ex sideribus
73 in elementa efficiuntur. Vide Divus Dionysius Areopagita *lib. de divin. nomin. cap. 4.* infit: *Sed & ad ipsam quoque generationem sensibilium corporum confert, ipsaque ad vitam movet, & nutrit, & auget, & perficit, purgatque, & renovat, mensuraque, & numerus est horarum, dierum, totiusque labentis temporis lux.* S. Thomas lib. 3. contr. gent. cap. 82. *Corpora cælestia causa sunt omnis alterationis, & omnis motus in hoc infimo mundo.* Et opuscul. 26. 74
adfr. Reginaldum, ibi: *Quia petisti, ut tibi describerem, an liceret judiciis Astrorum uti, petitioni tuæ satisfacere volens, ea, quæ à sacris Doctoribus super hoc traduntur scribere curavi. In primis ergo oportet. te scire, quod virtus cælestium corporum ad immutanda corpora inferiora se extendit. Dixit enim Augustinus 5. de Civitate Dei: Non usquequaque absurde dici potest, ad solas corporum differentias afflatus sidereos pervenire, & ideo si aliquis judiciis Astrorum uatur ad prænoscendum corporales effectus, puta tempestatem, & serenitatem aëris, sanitatem, vel infirmitatem corporis, vel ubertatem, aut sterilitatem frugum, & familia, quæ ex corporalibus & naturalibus causis dependent, nullum videtur esse peccatum; nam homines circa tales effectus observatione utuntur corporum cælestium.* Idem tenuit subtilissimus Scotus 2. sentent. distinct. 14. quæst. 3. ibi, *Stella* 75
actionem habent, atque dominium in elementis, in mixtis, in animatis, in inanimatis, in sensitivis &c. Quod, & docuerat Aristoteles *Meteor. 1.* ibi: *Ut omnis ejus virtus inde gubernetur.* Et l.b. 2. de generat. *Principales causæ corporeæ generationum, & corruptionum, & aliarum mutationum, quæ in mundo fiunt, probantur esse motus, & virtutes corporum cælestium, nam illa cæleſti periodo mensuratur omne tempus, & alia cujuslibet rei naturalis.* Quare inanis, falsa, & non exaudienda est sententia illorum, qui vim Astrorum negant in his inferioribus.

Hinc profluit, quòd licet astra minimè dominari 76
possint directè in anima hominis quia spiritualis est, cum per naturam operentur in corporibus humanis, dispositivè influxus aliquando in anima operantur, quorum effectus in illa resultant mediatè, & secundariò, non illam regendo, movendo, aut cogendo, sed tantum instrumenta disponendo, ad bene, vel malè operandum. Quod in intellectu, & ratione patet; nam si læsum reperiatur organum sensitivum, malè disponitur sensus, 77
ex improportionata virtute phantastica, cujus in ordinatio resultat in intellectu ipso, & suis operationibus, ut demonstrat experientia in phreneticis, stolidis, furiolis, & frequentius in ebriis, quorum anima eadem est, ac erat quando sanæ mentis reperiebantur, sed ex organorum effectione anima operari non potest, sicuti operabatur ante eam; & per oppositum conferre plurimùm solet ad bonas operationes intellectus, sensuum optima dispositio, organorum sana ordinatio, nam ex illa provenit, quod quidam prudentior evadat, quidam ingenii acumine præcellat, quidam rusticitate offuscetur, quidam pertinacitate obduretur, & quidam docilitate flectatur; ac denique in quolibet humano individuo diversa genii capacitas, ex distincta organorum dispositione, resultet.

Quod enim quoad potentiam intelligendi comprobatur, etiam quoad memoriam experimur; unus faciliter discit, alius sine assiduo labore nil captat; hic leviter apprehensa dimittit, ille ferè indelebiliter intellecta retinet; iste etiamsi non intelligat lecta, aut dicta recordatur, alter etiamsi subtilissimè percipiat, meminisse nunquam potest. In voluntate, quæ libera est perturbationes animi quotidie ex corporis agritudine resultantes experimur; nam aut lætitia, atque jucunditate distrahimur, aut mœrore conficimur; odio commovemur, vel dilectione serenamur, & sic de reliquis. Hæc omnia à dispositione 78
corporea excitantur, quæ cum moveatur ab Astris secundariò, & mediatè astra sunt dispositivæ causæ harum animi mutationum. Vide D. Thomas 3. *contr. gent. c 84.* ait; *Sic stellæ possunt esse causæ, nostræ, vel bonæ, vel malæ voluntatis: nam cum sensus bene ordinatus sit, voluntas flectitur ad bene eligendum: sed si inordinatus, male procedit propter talem inclinationem in operatione sua: &*

ideo

ideo ab Astrologis fiunt conjectura, & bonorum, & malorum morum, fortuniorum, ac infortuniorum. Sed diversimodè se habent intellectus, & voluntas; nam intellectus ex necessitate accipit ab inferioribus viribus aprehensivis, unde turbata vi imaginativa, vel cogitativa, vel memorativa, ex necessitate turbatur actio intellectus, sed voluntas numquam ex necessitate sequitur inclinationes appetitus inferioris, licet enim passiones quæ sunt in irascibili, & concupiscibili habeant quandam vim ad inclinandam voluntatem, tamen in potestate voluntatis remanet, sequi passiones, vel eas refutare, ut docet Divus Thomas 1.
79 *p. quæst. 115. art. 4.* Neque ex hoc liberum arbitrium in aliquo læditur, quia licet integra maneat, cum stultorum infinitus sit numerus, in plurimis ratio moderatrix affectus sequitur, & ideo idem Angelicus Doctor *dict. 1. p. quæst. 115. artic. 4.* ait: *Plerumque Astrologi verum dicunt in prædicendis hominum moribus: pauci enim sunt qui resi-*
80 *stunt sensui.* Et 2. part. quæst 9. art. 5. ad 3. *Astrologi ex consideratione astrorum frequenter vera pronuntiant, quia ex complexione naturali plures homines sequuntur passiones, quibus soli Sapientes resistunt.* Quæ quidem, ut dixi minimè cum libertate arbitrii pugnant, nam ut ait Aristoteles 3. de anima, & 1. Ethicor. *Nulla necessitas ex hoc libero arbitrio imponitur, sed contra inclinationem cœlestium cor-*
81 *porum, homo potest per rationem operari.* Ita etiam Divus Thomas 2. 2. quæst. 95. artic. 5 *Subrahuntur causalitate cœlestium corporum actus liberi arbitrii, quod est facultas voluntatis, & rationis: intellectus enim, sive ratio, non est corporeus, nec actus organi corporei, & per consequens, nec voluntas, quæ est in ratione.* Neque ex hoc sequi potest, quòd
82 inspirationes, & auxilia Dei excludantur, aut Angeli custodis illuminationes postponantur; aliud enim est inspiratio divina, illuminatio Angelica, & naturalis inclinatio; quælibet itaque afficit diversa, & diverso modo, ob quod, una non impedit, nec excludit aliam, nam Deus inspirat animam, Angelus illuminat mentem, inclinatio autem tota in materia corporali versatur directè &, solum voluntatem incitat secundariò. Et ita dixit Divus Thomas dict. lib. 3. contr. gent cap. 92. *Licet Deus voluntatem nostram moveat, & Angelus illuminet, & cœlum ad bene, vel malè operandum inclinet: tamen cum aliquis fœlix est, quoad Deum dicitur bene rectus, quoad Angelum bene custoditus, quoad cœlum bene natus.* Divus Damascenus *lib. 2. cap. 7.* hæc omnia confirmat dicens: *Alii, & alii planeta diversas complexiones & habitus, & dispositiones in nobis constituunt*, prosequitur eo citato S. Thomas 3. contr. gent. cap. 84. *unde Ptolemeus in centiloquio Aphor. 38. dicit: cum Mercurius fuerit in nativitate alicujus in aliqua domorum Saturni, & ipse fortis in esse suo, dat bonitatem intelligentiæ medullitus in rebus.*

83 De vitæ duratione idem dicendum est, nam licet hæc à divina voluntate largiatur, tamen ex providentia ipsius, sidera quæ ei famulantur, portendere solent durationem ipsius in quantum attinet ad esse naturale, S. Thomas *lib. 2. de generat. Cum planeta in periodiali circulo erunt fortiores, plures dabunt annos, cum debiliores, pauciores, unde si signorum, & stellarum in illis positarum virtutem aliquis posset scire: quanta esset cœli influentia, certe cognosceret, & de tota nascentis vita prognosticari posset, quamvis nullam illarum rerum necessitatem imponat.* Quod adeo verum est, ut doctissimus P. Hurtado *de cœlo, & mundo, disput. 2. sect. 6. §. 10. n. 3.* doceat, Astrologos certò posse scire diem ultra quem quis vivere non possit; nam data perfecta cognitione artis, cum vita ex causalitate naturali procedat, vera est prædicta propositio.

84 Ex dictis colligitur non obscurè quòd judicia astrorum solum procedunt quoad causalitates naturales; & sic quidquid ex supernaturali causa provenit, ab stellis dignosci nequit, ac per consequens superstitiosum erit de illis rebus differere. Vnde ea quæ ex voluntate Dei dependent, ex astris prædicere non potest, ut cum P. Suarez, Filliucio, & Villalobos, docet noster Trullench *dict. capit. 10. dub. 4. numer. 7.* Hanc fatuitatem damnavit Divus Ambrosius *in Examer. lib. 4. capit. 4.* dum dixit: *Redempti sunt Apostoli, & congregati expectatoribus, non enim nativitatis sua hora, sed Christi sanctificavit adventus.* Et demum ibidem: *Latro in Cruce damnatus, ille cum Domino crucifixus, non beneficio sua nativitati[s] sed fidei confessione ad Paradisi transivit gaudia. Jonam non vis nativitatis, sed divinæ præceptionis offensa præcipitavit in mare: & Petrum da carcere imminente morte perimendum, Angelus Christi, non stellarum series liberavit.* Sic enim sanctorum Patrum scrutatis doctrinis, apparet, Astrologos Christianos eas sequi; nam supposita arte circa causas naturales differente fatuum esset intentare res supernaturales per eam percipere. Vnde colligitur, quod nativi- 85
tatis Christi Domini thema non debet ab astrologis considerari, ut ex ea eventus vitæ illius, vel inclinationes percipiantur; nam licet Christus ex parte naturæ humanæ subjectus fuisset accidentibus, & miseriis humanis, nempe calori, frigori, humiditati, siccitati dolori, & sic frigebatur, Joann. 4. *Fatigatus ex itinere sedebat sic supra fontem*; fami, & siti, Matthæi 4. *Et cum jejunasset quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, postea esuriit*, Isaiæ 53. *Desideravimus eum despectum, & novissimum virorum, virum dolorum, & scientem infirmitatem.* Vnde Divus Thomas 3. *part. quæst. 14. art. 1.* dixit: *Conveniens fuisse corpus assumptum à filio Dei, humanis infirmitatibus, & defectibus subjacere.* Quamquam enim filius Dei erat, erat etiam verus homo, & hac de causa hos affectus patiebatur. S. Augustin. *super Psalm. 63. vers. 7. Accessit ergo homo ad illas omnes passiones, quæ in illo nihil valerent, nisi esset homo.* Ex quo dici poterat, nullam repugnantiam reperiri, quod tanquam homo, subjectus esset causis naturalibus, qui patiebatur effectus: tamen quia modus, medio quo, natu- 86
ram humanam assumpsit, supernaturalis, mirabilis, atque excedens omnem naturalem cognitionem fuit; inde sequitur, quod per causas naturales non debent, nec possunt eventus vitæ Christi scrutari. Cæterum, ex eo quod aliqui thema cœleste ad punctum nativitatis Dominicæ supputare conantur, non inde damnandi sunt, dum non fiat ad inquirendos eventus vitæ ipsius, sed ad radicem
(quam vocant Astronomi supputatores *motuum Incar-* 87
nationis) omnium motuum percipiendam, ex qua supputatio temporum pender. Ad hoc enim necesse investiganda est, tam ad historias Ecclesiasticas discendas, quàm ad omnem artem supputandi tempora, atque siderum cursus, orbiumque motus: nam certior radix est Incarnationis, quia ante Christum designantur radices Diluvii Nabucodonosor, Philippi, Alexandri Magni, & Cæsaris: post Christum, Diocletiani, Arabum, & Persarum. In accipienda qualibet ex his radicibus, Auctores varia dixere, in radice verò nativitatis Christi certissimum computum habemus, atque adeo supputatio necessaria est ad illam horam, ob quod plures de ea computanda curarunt, ut scribit Junctius *in Sphæram Joan. à Sacrobos. cap. 4.* enumerans inter eos Cardinalem Cameracensem, Dyonisium Abbatem Romanum, Petrum de Aliaco, Nicolaum Cusanum, & Rogerium Bacchon Astrologos, & Theologos in Christiana Religione approbatos; nec oblivisci tur nostri Regis Hispani Alphonsi, qui inter alios, ad radicem Incarnationis omnes suas tabulas adaptavit. Videndus Jacobus Gordonus *in Chronol. 2. p. cap. 1.* qui in admonitione ad lectorem de re Chronologica, sic ait: *Ego hanc quæstionem scitu non inutilem sic explico. Ex observatione anni naturalis, & verorum motuum, colligunt rectè Mathematici, & componunt annum civilem, aut artificialem, constantem certo dierum, & mensium numero, cum suis embolismis, epactis, menomenis, & universi computi Ecclesiastici methodo, ad hunc annum artificialem explicandum inventa, & ad eum denique usum, quem prolixè aperiam, capit. 19. in anno Gregoriano.* Quò loci dum de correctione Gregoriana agit (de qua infra) omnia ad annos nativitatis Christi reducit, ob quod

non

non cum modica utilitate, & ferè necessariò investigari potest, & debet, siderum situs, ad horam nativitatis Dominicæ.

88 Ex eadem ratione dimanat, quod nativitas intemeratæ Deiparæ Virginis Matris Mariæ investigari non debet ad venturandas inclinationes, vel eventus vitæ ipsius; nam licet certissimum sit, ipsam subjectam fuisse omnibus passionibus, vel propassionibus, humanam naturam consequentibus, demptо fomite (quod ex gratia ligarum habuit, ut docet Divus Thomas 3. *p. quæst.* 27. *art.* 3. vel impeditum, virtute perfectissimæ contemplationis divinarum rerum, & externæ protectionis divinæ, ut cum P. Vasquez, voluit P. Vega *Palæstr.* 9. *art.* 1. *n.* 896.) quod fatetur ipse P. Vega *dict. Palæstr.* 6. *certam.* 9. attamen, quia formatio corporis Beatæ Virginis Matris, fuit miraculosa, ut ex Gersone *sermon. de*
89 *Nativitat. Virg.* & Balthasar, Sorio *sermone* 5. *de Concept.* docet *certam* 8. *num.* 675. minimè per astra colligi potest aliquid respectu vitæ ipsius: nam ut ait Gerson *ubi proxim. Quidquid agebatur, hoc totum gratia magis erat, quam natura.* Et ratio superaddi potest desumpta ex Angelico Præceptore *dict. art.* 3. *ad* 1. ibi: *Etiam in Beata Virgine, ut filio conformaretur, de cujus plenitudine gratiam accipiebat.* Sicque conclusio hæc generaliter est tenenda, quoad omnia quæ ex causa supernaturali proveniunt. Quo pacto interpretandus est locus Divi Pauli 4. *ad Galatas*, nam ultra, quod Doctor gentium, expressè
90 loquitur de convertentibus sed ad idola, ibi: *Nunc autem cum cognoveritis Deum, imò, & cogniti sitis à Deo, quomodo convertimini iterum ad infirma, & egena elementa, quibus denuo servire vultis? dies, &c.* Sicque non de observatione naturali, sed de idololatra loquitur: quod reprobat Apostolus, est observatio horarum circa Sacramenta suscipienda, & orationes faciendas, hæc enim supernaturalia sunt, atque adeo spiritualis dispositio requiritur, non à causis naturalibus dependens,

91 Sub eadem superstitionis specie peccabit quisquis Astrologiæ naturalis terminos egrediendo, futura scire voluerit, aut scientiam perfectam adquirere futurorum tentans, aut sub nomine Astrologiæ aliqua prædicendo, quæ non à causalitate physica, & naturali procedere possunt. Interrogationes omnes sub hac divinationis superstitione comprehendi credo; nam nullum principium physicum invenio, ad hoc ut constitutio
92 cœlestium corporum observata ad horam interrogationis, causa esse possit istius, vel illius accidentis; nam si de re præterita agitur, causa non potest esse posterior suo effectu: si de futuris nulla connexitas ex interrogatione oritur cum re de qua quæritur: & sic cum sidera causæ esse non possint illorum eventuum, sequitur, quod prædictio ex interrogationibus provenit ab auxilio dæmonis in his se immiscentis, ut homines decipiat, atque subvertat; nam revelatio credenda non est.
93 Demum hæc prædicendi forma inventa est ab Arabibus, qui incantatores, malefici, & dæmoniaci sunt: ergo discipuli damnari debent in eo, in quo Præceptores damnantur. Nec te moveat assertio aliquorum aientium, astrorum vi commoveri interrogantem ad Astro-
94 logum quærendum, & illum de re quam cupit scire interrogandum: nam supposito libero arbitrio, quod inter Catholicos nemo negabit, nullam vim concedere debemus, nec possumus in astris ad movendam effectivè voluntatem, cùm circa illam solum se habeant dispositivè, & indirectè: operando in corpore. Corpus verò quo pacto ex vi impulsùs illius commovebitur ad disponendam voluntatem, ita ut statim quærat Astrologum, ut sibi responsum præbeat? poterit ne instantaneè alterari complexio, & ejus alteratione moveri appetitus, & iste disponere voluntatem? Contra Philosophiæ doctrinam videtur, & sic indistinctè est tenendum, quòd quilibet utens hac parte Astrologiæ, artem divinatricem, atque superstitiosam profitetur; ac per consequens, quod incurrere debet pœnas in similes statutas, tam per sacros Canones, quàm per bullam Sixti V. ut docent Valencia, Del Rio, Suarez Sanchez, Lessius relati per Castro Palao *dict. punct.* 4. *num.* 5. *in fin.* & Trullench. *c.* 10. *dub.* 4. *n.* 4. & Astrologi Christiani docent, ut Juntinus, & Ciruelo *ubi supr.* sub qua prohibitione, & superstitionis specie comprehenduntur omnes Augures, somniorum vani Expositores, sortilegi, & similes contenti *in l.* 1. *C. de Paganis* videndus Amaya *in l.* 1. *n.* 11. *C de Thesaur. lib.* 10. de quibus non disputo tanquam notoriè superstitiosis.

His positis, clarè sequitur, minimè Astrologiam na- 95
turalem affici anularum nugis, Poetarum commentis, dum Astrologum narrat aspicientem cœlum, & in foveam incidentem, sicut Gabriel. Faerno *in fabella, Astrologus*, ibi:

Obscura Astrologus graditur dum noctis in umbras,
Intentus cœlo, & tacitè labentibus Astris
Decidit in puteum.

Alciatus *lib.* 1. *emblemat.* 53.

Astrologus caveat nunquam prædicere præceps,
Nam cadet impostor, dum super astra volat.

Vel in foro vaticinia ferentem, dum fures supellectilem domus devastant, Idem Faerno *in fabella, Vates.*

In populi cœtu medio privata canebat,
Vates fata foro, & qua quemquem eventa manerent.
Ecce superveniens fevero nuntius ille,
Expositi fures per apertas fortè fenestras,
illius penetrasse domum, quaque intus erat rem,
Asportasse omnem, & vacuos liquisse penates,
Ille gemens, missoque ciens suspiria fletu,
Visurus sua damna, gradu sese inde citato
Proripuit, cui tunc media de plebe facetus,
Cum tu aliis, inquit, prædicere fata professus,
Non hæc ipse tibi cecinisti instantia damna?

Hec enim non relevant, nam innuunt, Astrologum omnia futura tanquam Vatem, vel Numen semper scire posse, quod est contra ea quæ dicta sunt; nam cum Astrologia sit ars, vel disciplina, nil operari poterit, nisi adhibito artificio secundùm regulas artis. Et adhuc Vates quædam ignorasse dicitur aliquando in sacra pagina, ut *lib.* 4. *Regum, cap.* 4. *vers.* 28. ibi: *& Dominus celavit à me & non indicavit mihi.* Omitto nugas aniles, & præsertim de rebus fœtidis compilatas: hæc enim dedecent viros graves, de re tam excelsa agentes, ut est formatio perfectioris corporis puræ creaturæ, nam præceptum firmissimum Oratorum observare debemus, quod tradidit 96
Tullius *in lib. de Orat. perfect. ad Brutum, num.* 14. ibi: *Semperque in omni parte orationis, ut vita, quid deceat, est considerandum: quod, & in re, de qua agitur, positum est, & in personis, & eorum qui dicunt, & eorum qui audiunt.*

Tertia species superstitionis est vana observantia, de 97
qua P. Castro Palao *dict. disput.* 1. *punct.* 9. *per tot.* Trullench. *dict. cap.* 10. *dub.* 10. Bordonus *cap.* 18. & Salelles *dict. cap.* 14. *regul.* 119. *num.* 269. quæ secundùm Divum Thomam 2. 2. *quæst.* 96. *art.* 1. & 2. est illa, *qua media inutilia adhibentur ad consequendum finem, ad quem illa media neque à natura, neque a Deo habent vim.* Et quanquam hæc præcipuè ad operationes magicas, & maleficia peragenda, referatur, bene potest in Astrologia hujus superstitionis vitium reperiri, dum siderum constitutio eligitur ad eam rem consequendam, respectu cujus astra nihil possunt, vel quia causas naturales excedunt; ut dixi *n* 84. *& seqq.* vel quia ita separatæ sunt ab effectu, ut nullam connexionem naturalem cum illo habeant; tunc que minimè adhiberi possunt, ut infra patebit: vel quia nimiè utitur, sive abutitur parte electiva, tam vim omnem electionibus tribuendo, quam in rebus etiam minimis his electionibus fungendo. Si enim vim astris, vel ele- 98
ctionibus tribuat necessariam, excedit metas vanæ observantiæ, & est de hæreti suspectus, tanquam Fatum agnoscens, quod est error Priscillianistarum: si vero in

omnibus

omnibus rebus electionibus uratur, magis fatuitatem incurrere, quam superstitionem dici poterat, dummodo non excedat res naturales. In hoc peccare solent suspremas sedes occupantes, si huic arti operam dederint, ut perpendunt Saavedra, & Solorçano in locis superius adductis, & cum eis omnes politici qui hac de causa Astrologiæ usum in Principibus condemnant; nam licet *divinatio in labiis Regis, in judicio non errabit os ejus*, ut in *Proverb.* 16. 10. quod Solorçano mirabiliter exponit, non de divinatoriis ex magia, & ariolatione, sed de lumine supernaturali, quod justis Regibus Deus impendere solet, intelligendum est; & de cautis naturalibus quas solent inquirere mediis prudentia, & vigilantia, de quibus locutum fuisse Cassiodorum credo *lib.* 5. *variar. Epistol.* 9. ibi: *Quia neme potest Principem fallere, qui etiam rerum naturalium causas, in nobis optimè probatur inquirere.*

99 Quare cætera quæ ab Astrologis traduntur, ab his superstitionis speciebus remota, licitè quidem atque, juxta artis approbatæ metas profitentur, neque à Deo per sacram Paginam reprobata sunt, neque per Canones, aut leges interdicta, neque sub nostro privilegio prohibita, neque à sanctis Patribus, Doctoribusve totius literaturæ impugnata, demptis Sexto Empirico, utroque Mirandulo, Alexandr. ab Angelis, Nicqueto, & Barclaio (ad quos statim respondemus) imò Astrologia in hunc modum approbata est, ultra Doctores superius relatos per sacram Paginam, *Sapientia* 7. *Genesis* 1. *Job.* 9. & 27. *Matthæi* 16. & *Luca* 12. modo infra expendendo. Ex sacris Pontificum Decretis, omnia ad institutionem Academiarum edita, in quibus Cathedræ erectæ, de Astronomia, atque Astrologia lecturas instituentia, ut probat Petrus Ciruelo Theologus *in prologum. apologet. lib. Apotelesmat. Astr. Christian.* ex sacris Conciliis plura relata per Gregor. de Valent. *tom.* 2. *disput.* 2. *quæst.* 4. *punct.* 3. *conclus.* 4. dum probat cœlum movere voluntatem quoad specificationem, non verò quoad exercitium. Ex jure Civili, *l.* 1. *in princip. ff. de variar. & extraordin. cognition. l.* 1. *C. de decretis Decurion. lib.* 10 *l.* 4 *C. de profess. & medic. lib.* 10. dum præmia professoribus liberalium artium statuuntur, & destinantur; nam Astrologia una ex liberalibus est, ut perspicuè ab omnibus noscitur. Ex Patribus S. Dionysius Areopagita *lib. de divin. nomin. capit.* 4. & 5. S. Augustin. *lib.* 5. *de Civitat. Dei, capit.* 6. & 3. *de Trinitat. capit.* 4. S. Joannes Damascenus *lib.* 2. *capit.* 7. 21. & 28. Divus Gregorius Nazianzenus *orat.* 4. *de Juliano apostata*, juxta versionem Bilii, S. Ambros. *in Examer. libro quarto capit.* 4. S. Bonaventura 2. *sentent. distinct.* 7. S. Hieronym, S. Basilius, & S. Athanasius cum aliis adductis per nostrum Marcum Antonium Palau *in discurs. apologet. ad fin.* S. Albertus Magnus pluribus in locis, præcipuè *in specul. scientiarum, capit. de elect. & de mineralib. tractat.* 3. *capit.* 3. 4. & 7. & 2. *physicor. & 2. sentent. distinct.* 7. Divus Thomas 3. *contra gent. cap.* 84. & *seq.* & 1. *p. quæst.* 115. *art* 3. & 1. 2. *quæst.* 9. & 2. *sentent. distinct.* 15 *quæst.* 1. *artic.* 4. & in pluribus opusculis, præsertim *opusc.* 26. *ad Frat. Reginaldum*, Ex Scriptoribus Ecclesiasticis Eusebius *lib.* 6. *de præpar. Evangelica capit.* 9. Lactant. Firmian. *lib.* 3. *de fals. sapien. capit.* 25. Origenes *in Genesim. capit.* 1 Beda *in loco superius citato*, Genebrardus *de Trinit. lib.* 3. *numer.* 39. *vers. Quatenus*, Possevinus *in Bibliotheca lib.* 15. *capit.* 11. Jacob. Pomelius *in not. ad Tertullian lib. de idololatria, numer.* 30. Ex Theologis subtilissimus Scotus 2. *sentent. distinct.* 14. *quæst.* 3. Caietanus 2. 2. *quæst.* 95. *artic.* 5. & 6. Ricardus à Mediavilla 2. *sentent. distinct.* 7. Fr. Hieronymus à Ferraria, Lucius Bellante, & Fr. Michael à Petra Sancta, qui respondent ad argumenta Joannis Pici Mirandulani, ut tradit Junt. *in defens. Astrologor.* Petrus Ciruelo Darocensis (quem sub hac nota qualificat Martin. del Rio *lib.* 4. *disquis. magicar. capit.* 3. *quæst.* 1. *Theologus Philosophus, & Mathematicus bonus*) *in prol.* 1. *apolog. dict. lib. Apotelesm. Astr. Christ. & in proleg.* 2. *respons. ad argut.* Mirandulæ Francis. Junt. *in dict. defens. Astrolog. ad initium tom* 1. *specul. astror.* Suarez *de Relig. lib.* 2. *capit.* 11. *numer.* 30. Valentia *disput.* 6 *quæst.* 12. *p. art.* 1. Castro Palao *tom.* 3. *tract.* 17. *disput.* 1. *punct.* 4. *numer.* 6. & 8. Martin. del Rio *dict. lib.* 4. *capit.* 2 *quæst.* 5. Fr. Bartholom. Fumi *in summa Armilla*, §. *Astrologia*, noster Marc. Anton. Palao *in dict. discurs. apolog.* noster doctissimus Rocasull. *in praxi part.* 2. *tractat.* 2. *lib.* 1. *capit.* 3. & novissimè Caramuel pluribus in locis cursus. Mathematici, *& in Theolog. fundamental fundament.* 10. Ex juris Scriptoribus Gloss. *in capit. non licet.* 26. *quæst.* 5. Abbas Panormit. *in capit.* 2. *de sortileg.* Archidiacon. *in dict. capit. illud, & cap. non licet*, 26. *quæst.* 5. Josephus Marscardus *de probation. conclus* 669. *numer.* 8. *tom.* 2. Petrus Gregor. *syntagmat. jur. tom.* 2. *lib.* 4. *capit.* 37. Joan. Berbetius *in viator. jur. rub.* 8. *numer.* 8. Joseph. Ludovic. *decis. Lucensi* 4. Arisminus Tepatus *lib.* 1. *tit. de malef. & mathemat. vers. Astrologia*, Lotterius *de re beneficiar. lib.* 3. *quæst.* 30. *numer.* 69. *cum seqq.* Riccius *in praxi rer. quotid. Eccles. for. tit. de cas. reservat. resolut.* 85. *numer.* 15. Ex Philosophis, Plato, Aristoteles, Tales Milesius & plures inf. a recensendi. Ex Politicis Julius Cæsar, qui post Bellum civile Romæ adduxit ab Ægypto Mathematicos, Cicero *de Orator. lib.* 1. Petrus Gregor. *de Republic. dict lib.* 11. *cap.* 9. *ex numer.* 21. Matthæus Timpii *in speculo boni Magistratus. fig.* 75. *numer.* 9. *part.* 2. Hippol. à Collibus *in Consiliario, pag. mihi* 14. Ex Medicis Hippocrates *in libello, de significat. mort. & vit. secund. mot. lum* Galen. *lib.* 3. *de diebus decretor.* noster Emmanuel Ledesma *in dict. apologet. Astror.* Hieronymus Tortella perdoctissimus in Apollinis arte, & Mathematicis, Doctor Valentinus *in tractat. de imaginib. Astrolog.* Regibus Catholicis dicato, edito Valent. *anno* 1496. & pariter præstantissimus Episcopus S. Juliæ, Gaspar Tortella Valentinus, domesticus summi Præsulis Alexandri Sixti *in judicio generali*, quem scripsit Romæ *de portentis, prodigiis, & ostentis*, ad Cæsarem Borgiam, Ducem Valentinum *anno* 1507. quod ad communem utilitatem, ut rem mirabilem edidit Romæ Joannes Gozadinus sedente Julio II. anno 4. sui pontificatus, Ex historicis, variisque Scriptoribus Josephus *lib.* 1. *antiquit. capit.* 4. & *seq.* Nemesius *lib. de natur. hominis, capit.* 29. *cum duabus seqq.* Ælianus *variar. histor. lib.* 10. *capit.* 7, Alex. ab Alex. *dier. geni. lib.* 2. *capit.* 21. & *libro sexto capit.* 5. Octavius Branchi fortius *de animi perturbat. lib.* 1. *sect.* 6. qui pluribus aliis laudatis, naturalem Astrologiam approbant modo, & forma superius explicatis.

Sed quia nihilominus quotidie in eam aliqui insur- 100
gunt, argutias Criticorum repetendo, atque noviter Mathematicos improperando, respondere conabor pro viribus, ad ea, quæ proponuntur. Reduci quidem possunt argumenta noviter revoluta, ad quatuor: quorum primum est, astra minimè operari in inferioribus, atque adeo per astra nil percipi posse ab Astrologis, ex quo concludunt vanam omnino esse professionem, non scientiam, nec artem. Hanc sententiam secutus fuit Averroes & eum Sextus Empiricus adversus Mathematicos *cap.* 21. Joannes Picus *lib.* 1. *advers. Astrolog.* Vega, & Nicquetus in locis superius allatis. Sed hæc propositio, sententia, vel opinatio clarè convincitur, ex eo quod innegabilis est efficacia influxus in rebus materialibus, tam animatis, quàm inanimatis. Poterit negare aliquis 101
mutationes, temporum astrorum moribus conformes? aëris varietates aspectibus siderum ferè semper æquales? fluxus, & refluxus maris evidentiam, ad Lunæ mutationes uniformem? viventium alterationes ad agentis naturalis virtutes æquatas? si hæc enim sensibus percipimus, oculis intuemur, manibus tangimus, quare vis astrorum neganda in corporalibus est, tot rerum experimentis comprobata? Esto quòd plures sint Doctores qui negent; sed in rebus quæ ab experientia pendent, frustra consuluntur Doctores, nam potius credendum est

oculis, & experientiæ, quàm Doctoribus, ut perbellè probat Caramuel *in Theolog. fundamental. fundam.* 10.

102 Sed dices: sidera solum operantur motu, & lumine, quod libenter fateor, sed ex luce, & motu, calor, vel frigus, humiditas, vel siccitas in sublunaribus resultat, intemperiem in compositis harum qualitatum gignendo, ab ea enim provenit omnium rerum naturalium immutatio. Neque hæc solummodo in elementis, sed in omnibus rebus corporeis; etiam viventibus, nam sen-

103 sibiliter percipitur in aquatilibus, præsertim testaneis, veluti Echinis, Ostreis, & cæteris hujus generis concharum, carnibus repleri aut evacuari juxta lunares vicissitudines, ut perpendit Branchisortius *dict. sect. 6.* Si enim ex sideribus corpus augetur, & diminuitur in his animantibus, quare in cæteris correspectiva immutatio negabitur? potest ne negari communis ratio, quoad esse corporeum in homine, & lo-

104 custa? Bene Aristoteles *Ethicor. 1. capit. 7. Vivere enim homini cum plantis commune est. Opus autem proprium ipsius hominis queritur. Segregandæ est ergo nutriendi, augendique vita. Hanc sentiendi sequitur vita: atque ipsam etiam homini cum equo, ac bove omnique animali constat esse communem.* Hoc à nemine ex Philosophis, vel Theologis negatur, sicque clarè resultat innegabilis probatio vis stellarum in corporibus animalium, & consequenter hominum, qui cum illis, ratione viventis, & sentientis, communem vitam habent.

105 Remanet ut videamus quo pacto causæ sint corpora cœlestia mutationis in his inferioribus, nam aliqui sunt qui negant causalitatem, superaddendo, quòd sidera esse non possunt signa alicujus mutationis in homine; nam, ut ajunt, signa naturalia non sunt, cum non sint causæ, neque effectus, nullamque habeant connexionem: ad placitum verò, aut à Deo, aut à creatura constituuntur;

106 à Deo, nulla est ratio, quæ hoc suadeat, neque revelatio ex qua probetur: à creatura esse non possunt, nam deficit potentia imponendi talia signa in cœlo: ergo nihil ex eis cognosci potest per modum causæ, vel per modum signi. Sed hoc argumentum non valet quoad effectus corporales, nam ut dixi, sidera veræ causæ sunt mutationum illarum quatuor qualitatum elementarium, ex quibus corpora coalescunt, & cum eis connexæ reperiuntur evidenter, ut dixi. Quoad actus animæ solum possunt sidera esse causæ dispositivæ, nempe dum disponunt organa corporalia ad benè, vel malè operandum: ob quod solum in his mediate agunt, inclinationes excitando naturales, non autem voluntatem movendo, directè, vel indirectè, sed tantum occasionaliter. Voluntas enim, & liberum arbitrium, moderatur, & determinat inclinationes, vel appetitus motiones: & sic Astrologi poterunt

107 multa licitè prædicere, quantum ad actus exteriores à libero arbitrio imperatos, non quidem prognosticando aliquid de facto sed de potentia, quia organa sensuum, & passiones appetitus sensitivi, de quibus directè, & per se potest Astrologus agere, per tales actus subservient libero arbitrio, benè vel malè, secundum dispositionem naturalem organi, à quo procedunt: sicut enim Medici ex complexione signisque exterioribus corporis, sæpiùs inclinationes, vel alios affectus internos conjectare solent, ita pariter Mathematici ex astris id facere possunt

Ad quod rectè percipiendum explicari debet, quo pacto, inter se potentiæ operentur, & quomodo utantur orga-

108 nis corporeis. Voluntas enim sensibili appetitui per se non imperat, sed medio intellectu, neque hic, nisi præmota phantasia, dirigere appetitum valet; nam intellectus noster, quod sibi objectum est, altius penetrando, imaginativè illud facultati proponit, ostendens in eo sibi proposito objecto, majorem inesse rationem boni, vel mali, quam ipsa phantasia cogitarat, & sic suadet aliud de illo judicium denuò esse ferendum. Quo peracto judicio, acquiescens intellectui phantasia, movet appetitum, ut à sua perturbatione discedat, aut in ea firmiùs persistat. Sicque voluntas libera, adhibito intellectu, imaginativæ proponit rationes, & consilia, per quæ appetitus placatur. Ira ratiocinatur Branchisfor *lib. 4. sect. 1.* Ad hæc omnia, organa corporalia deserviunt, & sic cum 109
in eis, tanquam materialia, sidera operentur, dispositivè in voluntate, intellectu, & memoria operari est dicendum. Quæ quidem expressè comprobantur à Divo Thoma *dict. q. 115. art. 5. in corp.* ibi: *Unde corpora cœlestia non possunt esse per se causa operationum liberi arbitrii, possunt tamen ad hoc dispositivè inclinare, in quantum imprimunt in corpus humanum, & per consequens in vires sensitivas, quæ sunt actus corporalium organorum, qua inclinat ad humanos actus.* Sed quia in regulis judiciorum, Astrologi utuntur 110
vocibus actuum vel habituum, aut artium ad liberum arbitrium attinentium, præcavendum est, ne decipiantur, determinatè loquendo, ad actum voluntatis. Ad quod distinguendæ sunt voces, per quas actus, vel habitus supponentes determinationem liberi arbitrii prognosticari possunt, à vocibus, quæ significant inclinationes in abstracto, ante determinationem voluntatis: utpote dum in
aliqua genitura inspicienda est complexio nati, quoad 111
concupiscibilem, nam Astrologus bene poterit dicere, hunc esse naturæ salacis, vel frigidæ, libidinosæ, vel temperatæ, & similia, non autem adulterum, vel cinœdum abhorrentem conjugia, vel coitum, nam primæ voces denotant inclinationes provenientes à complexione nati, quarum efficacia non pendet à libero arbitrio, secundæ verò supponunt actum determinatum liberi arbitrii, nam adulterium patrari nequit sine actu voluntatis unius, vel alterius, aut amborum coëuntium, cinœdum esse, supponit habitum patiendi muliebria, quod nequit 112
fieri sine actuali voluntate. Quoad passiones irascibilis, eadem ratio procedit; nam si natus bile redundat, bene sequitur iracundæ naturæ evasurum, contentiosum, aut injuriarum impatientem, non verò, quod erit assassinus, homicida, vel proditor, aut mutilator, nam licet hæc aliquando involuntariè accidere possint, ex communiter contingentibus ferè nemo hominem necat sine aliquo actu voluntatis, ad necem, vel mutilationem tendente, quæ determinari non possunt à natura, & sic per astra minimè cognosci Utuntur etiam Astrologi his vocibus, 113
Jurisconsultus, Orator, Auriga, Poëta, Sutor, & similibus spectantibus ad prædicamentum qualitatis: & his aliis *Rex, Vassallus, Magister, Discipulus, Judex, Litigator, Amicus, Inimicus, Pater, Filius*, & aliis relativis, quæ sunt prædicamenti relationis ratione qualitatis. Quæ quidem, verbi æquivocè, & bifariam accipi possunt, & solent; nam quandoque significant actum, vel habitum ex libero arbitrio causatum: aliquando verò significant inclinationes naturales ad exercendos illos actus, vel habitus inde causatos. Primo enim modo, cum sint de prima specie qualitatis, nequaquam uti potest illis Astrologus, nam, ut dixi, actus à libero arbitrio, jam determinati, non possunt cognosci ab astris. Secundo verò modo, cum solum denotent naturalem potentiam, vel impotentiam, 114
bene Astrologus eis uti potest. Sicque debent intelligi regulæ artis apud probos viros; nempe, ut cum dicitur ex hac, vel illa constellatione denotari natum futurum esse Poëtam, intelligatur habilem evasurum ad poësim exercendam, si illi vacare voluerit, & similiter, de Medico, Oratore, Fabro, Sartore, & sic similibus, nam à natura datur industria potior in hac, quàm in illa arte, scientia, vel habitu; similiter quoad divitias, nam cum unusquisque sit faber suæ fortunæ, ut alibi dixi, qui inclinationem habet ad servandas pecunias, dives efficietur, juxta illius qualitatem, nam stellæ operantur secundum subjectam materiam. Et si Astrologus ex imperitia (multi enim imperiti in his immiscere solent, quod non modicum perniciei arti affert) regulas aliter accipiat, profectò aberrabit, nedum in Theologiam, & fidem, bullæ Sixti V. decretum transgrediendo: sed

contra

contra omnem Philosophiæ doctrinam, ut cum D. Thoma, & aliis probat Petrus Ciruelo *dict. proœm 1. concluſ. 7.*

115 Quoad futura contingentia pariter distinguendum est cum D. Bonaventura 2. *sentent. distinct.* 7. & post eum cum Ricardo de Mediavilla *in eadem distinct.* 7. si enim futurum contingens fuerit in corpore illo, cujus motus inspicitur, sicut in causa propria, & per se naturali, prognosticatio est licita, & non prohibita; veluti ex inspectione astrorum, & motuum illorum judicare, quod tali die fiet Eclipsis Solis, vel Lunæ, quod erit pluviosus, talis dies, ventis turbulentus, calore ardens, vel frigore austerus; & pariter in homine, quod tali ætate ex redundantia phlegmatis, vel bilis talem patietur ægritudinem, in oculo damnum ex humoris fluxione, vel in crure, aut brachio imbecillitatem, aut tumorem. Sed dices quomodo id fiat, nam simile accidens in cœlo, usque ad talem ætatem, ut causa servari nequit, cum in continuo motu sit, in corpore verò nati pariter cum non possit comparari modus, corpore continuò crescente, aut decrescente, ita ut cum pervenit tempus, ferè in eo remaneat nihil ex eo, quod ab alvo matris extraxit. Sed respondeo, quod sicut teste Aristotele, in semine arboris adsunt radices, rami, frondes, flores, & fructus, quæ non statim, sed tempore statuto producuntur, sic similiter in fœtu producto retinetur virtus, & dispositio ad augendam hanc, vel illam qualitatem, tempore opportuno, juxta insitum à natura ordinem, & vim à cœlo impressam, in eo individuo: quare cum causæ naturales hoc significent juxta aspectuum distantias, inde Astrologus media computatione directionum, consequitur tempus (moraliter, non physicè) 116 ad quod effectus isti significantur. Si verò tale futurum sit in re inspecta, non sicut in causa, sed sicut in signo naturaliter conjuncto, etiam judicium erit licitum, verbi gratia, ex bona corporis habitudine, & temperata complexione, solent judicare Medici, & Physici bonam qualitatem mentis, & quòd natus erit inclinatus ad hanc, vel illam virtutem ex naturalibus, & è contra, ex mala complexione, quòd homo erit inclinatus ad tale vitium, vel studium: sic similiter ex causis hoc temperamentum, sive corporis habitudinem constituentibus, Astrologi valent conjecturare bonam, aut malam dispositionem mentis, quoad affectus, & inclinationes naturales, dummodo liberi arbitrii actus non determinentur; nam si semel determinantur, jam illicitum est judicium. Si 117 denique futurum illud sit in illo corpore tanquam in signo separato, naturali tamen, etiam prognosticatio erit licita, veluti in animalibus, & plantis, quæ à ratione non prohibentur sequi naturalem inclinationem, videmus aliquando motus quosdam, quibus sentiunt futuras mutationes temporum, quæ procedunt à corporibus cœlestibus, & nos inde arguimus futuram pluviam in terra, vel tempestatem in mari, imò & in nominibus experimur aliquando excitari dolores, ex quibus futuram temporis mutationem prænoscimus; quare rectè arguimus, quid inde sperandum sit. Ex quibus resultat, quod condemnari minimè potest, si aliquando conjecturaliter inferatur aliquod accidens, quod extra corpus nascentis in eum inducitur, dum naturaliter contingat à liberi arbitrii determinatione remotum, nam ea omnia corpora cœlestia inspiciendo conjectari possunt, ut tenet Angelicus Præceptor 3. *contr. gent. cap.* 91. ibi: *Quæ verò ad corporalia pertinent, sive exteriora, sive interiora sint, in usum hominis venientia, à Deo me-*
118 *diantibus Angelis, & corporibus cœlestibus dispensantur.* Cætera autem contingentia futura, quæ in rebus inspectis nullo ex his modis intueri, seu inspici possunt, nequaquam prognosticari valent, quia judicare de his futuris, quæ per accidens se habent, divinatio superstitiosa est; sicque meritò interdicta per constitutionem Sixti Quinti, & similia audentes justissimè pœnis plectuntur.

Sed quia diximus stellas esse signa naturaliter connexa cum rebus, in quas influunt, & arguentes hoc negant, probatio ad nos attinet. Quod enim sidera signa sint, clarè percipitur ex sacræ Paginæ testimoniis, Genes. 1. *Vt sint in signa, & tempora, & dies, & annos.* Matthæi 16. 2. *Facto vespere dicitis, serenum erit, rubicundum est enim cœlum: & mane, hodie tempestas, rutilat enim triste cœlum. Faciem ergo cœli dijudicare nostis, signa autem temporum non potestis scire.* Lucæ 12. 54. *Cum videritis nubem orientem ab occasu, statim dicitis: Nimbus venit, & ita fit, & cum austrum flantem, dicitis: quia æstus erit, & fit.* Genes. 9. 12. *Hoc est signum fœderis, quod do inter me, & vos.* Et demum: *Arcum meum ponam in nubibus, & erit signum fœderis.* Sicque innegabile est, quod corpora cœlestia creata sunt in signa, & ministerium providentiæ divinæ, ut dicitur Deuteronom. 4 19. *Ne forte elevatis oculis ad cœlum, videas Solem, & Lunam, & omnia astra cœli, & errore deceptus adores ea, & colas quæ creavit Dominus Deus tuus in ministerium cunctis gentibus,* (quo loci solùm idololatria damnatur, ibi, *adores,* 120 *& colas*, & *ministerium* approbatur) ob quod sæpissimè supremus Artifex his creaturis utitur ad designandas res ingentes, tam via naturali, & ordinaria, quàm miraculosa. Quando natus fuit Christus Dominus, stella magna apparuit, *Matthæi, cap.* 2. Dum passus fuit pro nobis: Sol defectum etiam patiebatur, Lucæ 23. 44. *Et tenebræ factæ sunt in universam terram usque in horam nonam, & obscuratus est Sol.* De quo Luminaris portento- 121 so deliquio hæc Divus Dionys. Areopag. *in epistol. ad Polycarp. Episcop.* ibi: *Quid de illo qui tempore Crucis Dominicæ factus est Solis defectu, dicturus es? Eramus tunc ambo apud Heliopolim, amboque simul insidentem mirabiliter Soli Lunæ globum notabamus (non enim ejusce conjunctionis, tunc aderat tempus) ipsamque rursus ab hora nona ad vesperam ad Solis diametrum supra naturæ vires restitutam. In memoriam autem illius revoca, & aliud quiddam; neque enim (ut ipse non ignoras) eam Lunæ incidentiam ab Oriente cœpisse, & usque ad solaris corporis finem pervenisse: ac tum demum restitisse novimus.* Ad vesperam dici judicii universalis, astra cœli testimonium dicent, Lucæ 21. 25. *Et erunt signa in Sole, & Luna, & stellis*, Matthæi. 24. 29. *Sol obscurabitur, & Luna non dabit lumen, & stellæ cadent de cœlo.* Sanitatem Ezechiæ testabatur Sol, *Re-* 122 *gum* 4. 20. retrorsum decem lineas reverendo, quod non apparenter in horologio, sed realiter in Luminari factum fuit. Divus Dionysius Astrologorum Orthodoxæ fidei Antesignanus, *ubi prox. Et cum item alia quædam dies perpetuo lumine, triplo ferme quam solet, major effecta est, & cœlum intra viginti horas, quem jam exegerat cursum retrogrediens, repetit, dignissimisque miraculo contrariis orbitis tanta mora temporis remeat Sol, miro, atque insolito cursu, motum illum annum varia temporum dimensione constantem, intra decem horarum spatium contrahit, ipsumque totum rursus intra decem alias novem quandam tenens semitam conficit. Hoc profectò miraculum Babylonios tunc meritò terruit.* Hæc signa supernaturalia fuere, inter quæ annumeratur ab aliquibus sidus illud in constellatione Cassiopeæ animadversum, quinto idus Novembris anno 1572. Jovem magnitudine superans, & illi simillimum in candore, quod existimarunt non fuisse phasma in regione elementari, sed in æthereâ: nam nullum motum habebat, nullam parallaxim, & subitò absque incremento apparuit sine crine, & duravit sexdecim menses, & paulatim evanuit, de quo Juntinus, & P. Clavius *in sphær. Joan. de Sacrobosc. capite* 1. Sed hucusque significatio illius certa, à nemine tradita est. An- 123 te lapsum primi Parentis Solem deliquium habuisse testatur Alphonsus de Maldonado Ordinis Prædicatorum *in revolut. chronolog. edit. Matriti anno* 1603. *revol.* 2. Ante omnes ferè memorabiles res gestas in orbe præcesserunt similia signa, ut ex pluribus compilavit Episcopus Gaspar Torrella *in dict. judi. universf. de portent.* & 124

quotidie similia signa in cœlo inspiciuntur. Sed hæc non sunt capienda, ut signa necessaria ex astris, & corporibus cœlestibus, sed tanquam possibilia, & contingentia, quæ licet aliquando vera sint, solvi possunt, vel ex liberæ voluntatis effectu, vel ex divini decreti vi, vel ex contraria materiæ dispositione. Sicut enim si quis diceret quendam febricitare, quia crebro respirat, solubile est significatum, etiamsi signum verum reperiatur, possibile namque est etiam sine febri crebro respirare, & sic licet celeriter anhelet, non inde necessario febris denotatur, quamvis omnis qui febrim habeat ita se gerat, ut probat Aristoteles *de posterior. resol. lib. 2. cap. 27. & Rhetor. ad Theod. lib. 1. c. 2.* ita pariter quamvis signa aliqua vera reperiantur in his corporibus, non inde necessariò effectus sequi debent.

125 Nec repugnantia, meo quidem judicio, reperiri potest ad hoc ut cœli signa sint ad placitum Dei opera manuum ejus enarrantia, imò juxta sacram Paginam hoc clarè percipi potest, ajente David *Psalm. 18. Cœli enarrant gloriam Dei, & opera manuum ejus annuntiat Firmamentum.* Et Psalm. 103. *Extendens cœlum sicut pellem.* Et Isaiæ 3. *Cœli sicut libri complicabuntur.* Et Apocalypsis 6. 14. *Cœlum recessit sicut liber involutus.* Quos textus licet aliter expendere conatus esset Martinus del Rio *lib. 4. cap. 3. quæst. 1.* in effectu non concludit, nam denique fatetur cœlos esse signa temporum, & libris assimilari: unde rectè dici potest, quod sicut characteres in libro, sidera in cœlo reperiuntur portendentia divinæ providentiæ dispositiones circa res corporeas, & naturales,
126 quibus summa pietas supremi Artificis comprobatur; nam antequam futura naturaliter connexa cum illis eveniant, in cœlo, tanquam in libro significantur. Quod innuerant Marcus Malinius *lib. 1. cap. 19.* Origenes, Eusebius, & Divus Augustinus, ut probat Julius, Sirenius, *cap. 36. & 37.* ob quod Astrologi per Regulas artis poterunt omnia superius dicta investigare, non ut quid certum aut probabile reperiatur, sed possibiliter in rebus à libero arbitrio pendentibus, & contingenter eventuris. Sicque violentam mortem nati, percussionem, jacturam ex ruina, periculum ex ferro, vel igne, & sic similia innuendo. Quod ex D. Thoma comprobatur, *opusc. 28. art. 4.* nam postquam proposuit constellationem capitis Algol, capitis amputationem significare ait ibi: *Ad*
127 *illud quod objicitur de capite Gorgonis dicendum, quod illa stella funerea fuit & monstruosam indicans vitæ terminationem: propter quod ipse etiam Perseus caput averso vultu abscissum tenet: sed hoc sicut diximus, non imponit in rebus necessitatem.*
128 Neque ex eo superius tradita diluuntur, nam signa hæc complicata, & unita naturaliter reperiuntur cum corpore, de quo agitur; nam cum Astrologus rerum conjectura uti debeat, ut docet Ptolemeus *in centiloq. regul. 1.* & homines ratiocinando de uno ad aliud procedant, ut alibi dixi, suppositâ vi siderum quoad inclinationes, & mores, modo superius explicato, rectè conjectare quilibet potest proclivem ad arma, & res militares, jacturam in corpore pati posse ex telo, ense, vel tormento: & pronum ad jurgia contentiones, & facinora, pœnas sustinere posse condignas, & ad ædificationes, vel mineralia tractanda aptum, ex ruina mortem sequi esse possibile, & pariter aptum ad regimen Reipublicæ, Respublicas prosequentem, honorem, & dignitatem adepturum. & similiter de cæteris. Ob quod apparet, sidera causas naturales, & signa naturalia esse ad significandam possibilitatem horum effectuum, non necessario, ut dixi, nec probabiliter, sed conjecturaliter, & possibiliter.

129 Secundo arguitur, quod etiamsi hæc virtus concedatur, Astrologi nequaquam eam perfectè adipiscuntur, nam inter se in pluribus differunt, sæpiùs fallunt, plura ignorant, sidera omnia nequaquam cognoscunt, motum rapidissimum percipere nequeunt, atque horam certam Natalis cujuslibet supputare habent impossibile. Sed hoc argumentum, quoad primam partem asserentem Astrologos perfectè non posse consequi scientiam astrorum, verum est, non solum in Astrologia, sed in omni scientia: cum nemo sit qui humanis viribus perfectè aliquam scientiam sit consequutus. Bene Tullius *lib. 4. Academic. quæst numero 116. Est ne quis-* 130
quam tanto inflatus errore, ut sibi se illa scire persuaserit? Est ne quisquam qui audeat proferre se consequutum fuisse perfectè totius Theologiæ arcana? Jurisprudentiæ cuncta præcepta? Philosophiæ omnimodam cognitionem? Medendi generalem notitiam? Nemo equidem. Si hoc ita se habet, quare Astrologia tantum interitum pati debet, cum ægritudo, qua laborat, non resideat in ea, sed in limitata capacitate humana, quæ imperfectè percipere potest cognoscibilem veritatem? 131
Absit itaque hæc rigida de Astrologia censura, nam per peccatum ignorantia in homine ingressa fuit, Divus Thomas 1. 2. *quæst. 109. artic. 1.* & sic *cunctas res difficiles: non potest eas homo explicare sermone.* Eccles. 1. 8. in hoc enim ab Angelis distinguitur, nam Angeli perfectè percipiunt intelligibilem veritatem, homines verò imperfectè, & per ratiocinationem, ut cum Sancto Dionysio, & Sancto Thoma, dixi *tom. 1. cap. 1. §. 2. num. 17.* 132
Undè non rectè infertur, ex eo quod homines perfectam scientiam non habeant totius Astrologiæ, quod scientia est vana, vel imperfecta. Demum, licet negari non possit mille viginti duas stellas ab Astrologis tantum cognosci, cæteras verò ignorari, inde sequi non potest, quod Astrologia in se deficiat, sed tantum id, quod diximus nos imperfectè adquirere artem: & tamen non inde ea, quæ percipiuntur vana fiunt, quia 133
hæc ars infusa à Deo, Adamo (& per Enoch Noë participata, atque Abrahamo, & per eum ab Ægyptiis adquisita, & ad Moysen derivata) & Salomoni, docet naturam, motum, & influxum stellarum præcipuarum, eo pacto quo ab homine cognosci possunt, quoad actus naturales dirigendos, & ex eis significationes desumendas, in genere, vel in specie, non verò particulariter, vel in individuo, nam ut ait Ptolemæus *in centiloq. 1. reg. 1. Soli autem homine affati prædicent particularia.* Et
sicut ex eo quod aliquis peritus ignoret dispositiones 134
magni Concilii Status apud Principem nostrum residentis, non sequitur, quod vana efficiatur scientia, quam habet dispositionum potestatis, atque jurisdictionis, & styli Curiarum inferiorum in hoc, vel illo Regno jus dicentium, vel è contra; ita pariter licet Astrologi ignorent virtutes aliquarum stellarum Firmamenti, possunt dicere plura circa motus, aspectus, & influxus stellarum ab eis cognitarum, quæ quia exploratæ sunt à Sapientibus, percipiuntur. Ex quo fit, quod quamquam rapidissimè cœlum moveatur, ejus notitia non ita ignota est, ut percipi non valeat; nam primum mobile à quo violenter (ut ita dicam) cæteri circumferuntur, quotidie motum circularem perficit, & sic facilior est observatio motus illius, à quo desumitur differentia 135
motus cæterorum. Sed hæc non spectant ad partem Astrologiæ, de qua nos disserimus, sed ad Astronomiam, cujus cognitio non solum est perceptibilis, ve- 136
rùm necessariò scientia illius adquiritur, ut divus Thomas docet 2. 2. *quæst. 95. artic. 1.* ibi: *Et de his quidem quæ ex necessitate eveniunt, manifestum est, quod per considerationem stellarum possunt præcognosci, sicut Astrologi prænuntiant eclypses futuras.* Atque adeo quidquid dicant Mirandulani, Bulengerus, Nicquetus, Torreblanca, & Vega *ubi suprà*, argumentum ex hac parte procedere non potest.

Incertitudo horæ observandæ ad judicium desumen- 137
dum, non provenit ex imperfectione artis, sed artificis, cum artis præcepta quoad se rata maneant, suppositâ notitia horæ nativitatis, quæ qualis esse possit, inferius explicabitur. Et licet aliquando fateamur in hoc Astrologos errare, non inde vana operatio evadit, nam plures sunt modi in ipsa arte, per quos ratificatio horarum

rarum consequi valet, nempe per trutinam Hermetis, quæ contemplando harmoniam, & concordiam naturæ, ex hora cogitata desumit notitiam horæ conceptus,
138 & ab utraque horam veram docet per præcepta explorare, *Animodar* Ptolemæi, nam ex conjunctione, vel oppositione Luminarium præcedente nativitatem, demonstrat modum notificandi horam ipsius nativitatis: quæ quidem licet ab aliquibus impugnentur, ex ipsa impugnatione cognoscitur illos non percepisse præcepta harum rerum, ad hoc ut legitimè impugnata esse possint. Sed si nihilominus ista reiiciantur, physica demonstratio eventuum in rebus naturalibus, horam designat veram: nam si ab hora excogitata significatio desumatur, quod anno tertio ætatis, alteratio valetudinis subsequenda erat ob intemperiem caloris, hoc subsequuto anno quinto, vel sexto, faciliter correctio horæ fit, cum unicuique anno gradus Æquatoris in directione, promissoris ad significatorem correspondeat, ut peri-
139 riti demonstrant.

Sed quia in hoc puncto non pauci sunt qui dubitent, dicendo, quòd potentior est siderum vis in conceptu hominis, quàm in ortu, adducentes locum Ptolemæi *in Almagest. lib.* 3. amplius explicari debet. Non enim relevat dubitatio; nam licet primum principium physicum hominis sit generatio, quæ ab infuso semine initium sumit, ut cum Alciato, Mandosio, & aliis pluribus probat Narbona *de ætate, anno* 1. *quæst.* 1. *numero* 3. *& seqq.* hoc est quoddam esse imperfectum, ita ut dum in
140 utero materno clauditur, potius pars viscerum matris, quàm perfectum ens distinctum reputetur, *c. si quidquid, de consecrat. distin.* 3. *l.* 1. §. 1. *ff. de ventr. inspiciendo. l. partum* 10. *l. respondit* 14. *ff. de usuris, l. si quis* 7. §. *si ancillam, ff. de except. rei jud. l. pragnans* 66. *ff. de aquir. rer. domin. l. ancillarum* 27. *ff. de petit. hared.* cum aliis adductis per Connanum *lib.* 3. *comment. cap.* 13. Hotomanum 7. *observat. cap.* 18. Donellum *lib.* 5. *comment. cap.* 25. & ibi Oldaldi Illigerum *lit. B.* & sic non rectè homo dici potest, quin nascatur, *l. in lege falcidia* 9. *ff. ad leg. falcid.* ibi: *Quia partus nondum editus, homo non rectè fuisse dicitur. l.* 2. *ff. de mortuo infer.* ibi: *Negat lex Regia, mulierem, quæ pragnans mortua sit, humari antequam partus ei excidatur: qui contra fecerit, spem animantis cum gravida peremisse videtur. l. cum inter* 14. *C. de fideicom. libert.* ib: *Qui adhuc in ventre portaretur, & homo fieri speraretur.* Cum pluribus aliis adductis per Tiraquellum *in l. si unquam, verb. susceperit liberos, num.* 148. *C. de revoc. donat.* & Narbona *de ætat. anno* 1. *quæst.* 2. *numero* 17. *& sequent.* Giurba *ad consuet. Messan. cap.* 1. *glos.* 4. *numero* 71. Quod quidem intelligendum est, non ut Stoici docebant, nempe, fœtum non esse animal, dum in utero est, ut cum Plutarco, Seneca, & aliis scribit Lipsius *in physiolog. Stoicor. lib.* 3. *cap.* 7. nam tenebant, in utero nil, nisi carnem compingi, animam extrinsecus imprimi, idque jam effuso partu, & sicut fructus arboris partes dicimus, videmúsque maturos decidere: sic, & fœtum; quod de anima
141 rationali probabiliter dixisse Joannem Marcum Medicum Pragensem *in lib. ideor. operat. ideam*, docet Caramuel *in Theologia fundament. fundament.* 55. *numero* 1163. attestans Archiepiscopali auctoritate hanc opinionem examinatam, & approbatam fuisse. Quod intelligi adhuc debet de generatione ordinaria, non verò de illa quæ ex speciali Dei ordinatione disponitur: non, inquam, ita sumendum; cùm hoc contra communiter receptam sententiam sit, sed quoad corporalem partem, & corporis efformationem, de qua disputamus; nam licet supponamus animam rationalem imprimi in utero, prout certum habeo, homo perfectus non dicitur, dum non constat corpore perfecto, & à viscеribus maternis separato, ut Narbona ostendit *dicta quæst.* 2. *numero* 20. Quæ quidem ratio, quoad influxus recipiendos, ex quibus complexio, vel temperamentum mutuatur, clarissi-
142 ma probatione suadetur; quia fœtus ex semine paterno, & sanguine materno efformatur, & eorum naturam sequitur, dum immutationem extrinsecam non recipit, quæ provenire potest ex ambientis aëris alteratione, ex nutritione diversæ qualitatis superaddita, vel ex hiantis spiritus receptione. Sidera enim ad hæc corpora inferiora per aërem, tanquam per vehiculum, suos mittunt influxus, nósque in corpore mutationes aëris recipimus per ambientem, & respirationem: unde apparet, quod 143
dum fœtus in utero est, non potest immutari, nisi quatenus mater immutetur, nam non ipse separatim alitur, aut respirat, sed per umbilicum à matre recipit nutrimentum, & anhelitum, ad instar arboris per radices: sicque cum mutationes aëris, vel nutritionis à matre receptæ in eo resultent, licet tenerrimum illud corpusculum faciliùs disponatur ad suscipiendas alterationes, cum 144
jam concoctæ, & correctæ per artus matris ad eum deriventur, nihil in temperamento fœtus immutant, quod 145
conforme non sit matris complexioni. Unde alteratio quam recipit fœtus, fit, dum primum extra uterum effunditur, quia tunc tanquam tabula rasa, in qua nihil 146
depictum cernitur, cœlestes virtutes imprimuntur, & temperamentum constituunt, diversam à temperamento materno, corpusculum qualitatibus imbuendo diversis. Et 147
sic licet, ex partus duratione incertum sit, quo tempore fœtus nascatur, nam distantia non exigua adest ab initio ad finem, cum ad harum rerum observationem tantum considerandum sit tempus primæ inspirationis; inde fit, quod hora illius unica est, quæ faciliter dignosci potest, & observari: & si ad excogitatam horam error aliquis experiatur, per modos superius dictos correctio adhiberi potest.

Sed quoniam non sufficit dicere, sed probare, ne de 148
hac philosophandi ratione dubitatio aliqua insurgat, omnia Philosophorum dictis comprobanda sunt. Quòd fœtus ex materia seminali parentum efformetur, probavimus ex Narbona *dict. num.* 3. quod à nemine negari potest. Sed quod non æquè à parentibus hoc fiat, dubitari solet, & ad hoc expendo ad rem textum Aristotel. *lib.* 1. *de gener. animal. cap.* 20. *Patet igitur ex iis, nec omni ex parte semen secedere, neque fœminam, ita ut marem conferre ad generationem, sed marem principium motus, fœminam materiam præstare.* Ex quo Divus Thomas 3. *part.* 149
quæst. 32. *art.* 4. concludit, fœminam passivè tantum, & non activè concurrere: & licet ex Hippocrat. Galen. & aliis impugnet Hurtad. *de caus. gener. disputatio* 2. *sect.* 5. quem sequitur Vega *palæst.* 26. *certam.* 3. *num.* 145. neque opinionem concludunt, neque tanti Philosophi, atque sapientissimi Doctoris sententiam infirmant. Experientia enim docet, matres minimè cognoscere, se aliquid emittere, dum ingravescunt, quod non eveniret si concursus activus seminis in eis requireretur, imò dum ipsæ prurientes humidam materiam ejaculant, extra matricem fit, & minimè concipiunt, quod enim Medici dicunt in vasibus semen asservantibus reperiri humorem album, & spermosum, dum fœminæ dissecantur, hoc est materia ex qua efformatur fœtus, quæ patitur motum à semine virili. Sed istis altercationibus omissis, nam ut ait Caramuel *fundament.* 2. *numero* 45. istæ duæ scholæ non sententiarum, sed linguarum varietate, & difficultate laborant, sive mater concurrat activè, sive passivè, fœtus ex sanguine illius tanquam ex materia efformatur, qui qualitates ministrantis sequitur, eo quod in ipso redundant, ut tenuit Hippocrat. 1. *de gener.* ex nutritione movetur, & alteratur, Aristotel. 5. *de gener. animal. cap.* 6. *Variationes magis sunt, quia varie magis ci-* 150
bo vescuntur. Fœtus enim dum in utero est ex alimento matris jam decocto per umbilicum foverur. Aristotel. 2. *de gener. animal. cap.* 4. *Incrementum igitur fœtui per umbilicum contingit eadem quo plantis modo per radices.* Et *cap.* 5. 151
Augentur fœtus, qui forma animalis nascuntur, per umbilici annexum, ut ante diximus. Cum enim vis quoque nutriendi in animalibus insit, umbilicum statim quasi radicem agunt in uterum.

Per ſpirationem, quæ per os ſimul, & per nares animalia obeunt ex circumfuſo aëre, vel aqua (ne piſcibus deficiat) refrigerationem quærunt, & ea deficiente, juxta modum caloris uniuſcujuſque, vita perimitur, ut docet Ariſtoteles *lib. de ſpirat.* & cum aër vehiculum ſit luminis, & influxus aſtrorum, ad modum alterationis ipſius, qualitates corporum alterari, & immutari ſolent: aër enim mutationibus ſubeſt, Ariſtotel. *lib. 4. Meteor. c. 1. Terra enim, & aqua, & aër putreſcunt, eo quòd omnia igni*
153 *ſubſternuntur.* Aſtra enim ſunt igneæ naturæ. Cicer. *de nat. Deor. Sunt autem ſtellæ naturâ flammeæ*, ob quod medio calore aër alteratur, ut putrefiat, & putredo in corporibus per ſpirationem recipitur, quare ex aëris infectione peſtis, atque viventium interitus reſultat, non in
154 plantis, aut arboribus, ſed in reſpirantibus, ut ſunt animalia: & e contra ſi aër aromatibus, & rebus bene olentibus repleatur, per reſpirationem corpora confortantur, vel ad libidinem commoventur, ut quotidiana experientia demonſtrat juxta qualitatem in aëre circum-
155 cumfuſam. Quo poſito cum fœtus in utero minimè per os, aut nares ſpiret (quamquam animatum eum ſupponamus à primo, ſecundo, vel tertio die, ut probare contendit Thomas Fieni Medicus Lovanienſis *in lib. de vi formatrice fœtus, quæſt. 8 concluſ. 11.* relatus à Caramuel *dict. fœtiam. 55. num. 1142.*) ſed per umbilicum arteriæ dilatationem, & contractionem ſuſcipiat, in alvo materno concluſus, & membranis involutus, ut docet Ambro-
156 ſius Pareus *lib. 23. de gener. cap. 31.* Ex quo evenit, quòd matri defunctæ non ſufficit, ut os apertum ſervetur, ſed ſtatim diſſecanda eſt, ut aperto utero fœtus incolumnis extrahatur, ut idem Pareus *ibid.* probat. Si enim aërem haurit à viſceribus maternis, non aliam mutationem
157 recipiet, quam ad eum ex corpore matris dirivatam. Ob quod propria, & vera iſtius animalis prima inſpiratio, per quam qualitates ab aëris in aëre impreſſas haurire, ſeu verius recipere poteſt, directè, immediatè, & cum efficacia, eſt quando ab utero educitur, atque extra ipſum ſpirare incipit, ut docuit poſt plures antiquiores Franciſcus Junrinus *in defenſ. Aſtrologor. verſ. in exemplo*: & ſic cum Joanne Marco ſentias, primum principium hominis erit nativitas, nam homo non eſſe poteſt antea. Unde Aſtrologi poſſunt hanc horam deſumere, ut eventus naturales percipiant, & bene dicunt duo eſſe
158 principia eſſe hominis, ſcilicet caſus ſeminis in matricem, ex quo non ſubitò, ſed in tempore generatur fœtus, & iſtud dicitur primum principium: quod reſpicit accidentia concepti ab hora caſus ſpermatis uſque ad horam nativitatis, & in ipſa hora expirat dispoſitio ejus. Secundum principium reſpicit accidentia nati ab hora nativita-
159 tis illius uſque in finem vitæ, idem Junrinus *in ſpecul. tom. 1. cap. 1. in principio*, ſicque nativitas præcipuè eſt inſpicienda. Quod ratione irrefragabili, meo quidem animo, ſuadetur. Deus creavit, ut dixi, corpora cœleſtia ad cauſandos hos effectus naturales in corporibus noſtris, &
160 conſtituit hæc ſigna naturalia, ut ſignificata per ea percipiantur: ergo dandum eſt ex providentia illa inerrabili, principium aliquod cognoſcibile ad influxuum impreſſiones cognoſcendas, ne per impoſſibilitatem cognitionis hujus principii, fruſtra creaſſe ea ſigna dicatur: ſi enim ab hora generationis hoc deſumendum eſſet, impoſſibile moraliter foret principium phyſicè probabiliter nec contingenter adnotare: cum impoſſibile ſit hominibus dignoſcere, qua hora fœtus genitus ſit, ſicque juxta terminos habiles percipiendi illud principium, tenendum eſt, Deum vim aſtris dediſſe ad cauſandos effectus, & deſignandos ipſos, quod eſt hora nativitatis modo prædicto.

161 Ex quo reſultat reſponſio ad plurimas argutias, quæ fieri ſolent ab his, qui cæci hujus artis judicare de coloribus audent; nam hoc ita ſuppoſito jam gemelli naſci non poſſunt ſub eodem inſtanti, nam per os matricis minimè poſſunt edi duo gemelli eodem tempore, ita ut ſimul incipiant reſpirare extra uterum, ſed neceſſe eſt, quod hoc fiat ſucceſſivè naſcendo unus poſt alium, & ut contingere ſolet, diſtantia eſt talis, quod ſenſibilis differentia ab ortu unius ad alterius ortum percipiatur; & ſi per ſuppoſitionem concedamus id fieri poſſe tenui temporis portione interveniente, in illa, differentia talis conſtituti poteſt, ut diverſis temperamentis imbuti evadant, cum primus naſci poſſit ad finem aſcenſionis per Horoſcopum unius ſigni, & alius ad principium ſigni ſubſequentis. Sed eſto quod ſub eodem ſigno, non ta- 162
men editi erunt ſub eodem gradu; & ſi demus quod eodem temperamento imbuti ſint, non ex eo, quod diſſimilibus moribus vixerint, ſequi poteſt, vanam Aſtrologiam eſſe. Quod enim ſequitur, eſt, influxus non efficaciter in hominibus verificari; quod jam ſuperius conceſſum eſt, dum diximus ex Divo Thoma, & Ariſtotele, nullam neceſſitatem ex hoc reſultare; & diſſonum videtur à ratione hoc argumentum, nam inter Catholicos *maxima* indubitata eſt, quod cœleſtia corpora neceſſario in nobis non influunt quoad mores, ſicque qui ex diſſonantia morum in naris ſub eodem puncto arguit, antecedenter ſupponit neceſſitatem; nam dato quod influxus vis non conſiſtat in effectu, nullius roboris remanet argumentum.
Exemplum Jacob, & Eſaü non adſtringit, nam licet Eſaü 163
natus fuiſſet, & Jacob *protinus* egrediens plantam fratris tenebat, ut dicitur *Geneſ. 25. 26.* hæc dictio *protinus* quamvis ſit idem, quod *ſtatim*, ut probat Barboſa *in dict. juſtſr. dict. 295. numero 1.* aliquando deſumitur pro *deinceps*, aliquando pro *immediatè*, aliquando pro *continuo*, ut probant Nonius Marcellius, Ambroſius Calepinus, & Didacus Ximenez Arias, Surdus *conſil. 550. num. 6.* Giurba *ad conſuet. Meſſan. cap. 2. gloſſ. 15. numero 4.* plura congeſſi *tractat. de re criminal. controver. 29 numero 27. cum ſeqq.* itaque ſalva litera ſacræ Paginæ, *protinus* pro *deinceps* ſumi poteſt, licet non *ſtatim*, ſic enim uſus fuit hac dictione Virgilius 4. *Georgicor.*

Protinus aërei mellis cœleſtia dona.
Exequar, hanc etiam Mecœnas adſpice partem.

Alciatus *lib. 1. emblem. 68.*

Cui pinus, nimium brevis eſt hæc gloria, nonte
Protinus advenict quæ male perdat hyems.

Et ſic dictio *protinus* ſumenda eſt juxta materiam ſubjectam. Quare editum fuiſſe *protinus* Jacob, intelligi poteſt *deinceps*, ac natus fuiſſet Eſaü, & ex eo, quod manu plantam fratris teneret, non colligitur eodem tempore reſpirraſſe, ſed intermediante aſſueta temporis portione, ut juxta ordinem naturæ progredi ab utero poſſent. Hoc quoad naturalem horum gemellorum editionem: quoad mirificam eorum educationem nil dicendum eſt, nam ea quæ ex ſpeciali providentia à Deo ordinantur, ab influxu aſtrorum minimè pendent; narivitas enim horum gemellorum tota plena myſteriis fuit, quare ab aſtris non dependebat: & ſi nihilominus contenderis, dicendo Deum ordinaſſe, ut natura eorum conformaretur cum re ſignificata per ipſam, dicamin illa periodo (licet breviſſima) quæ interceſſit inter utriuſque nativitatem, ſive primam reſpirationem, aſcenſionem unius ſigni finiviſſe, & ſuccedentis inchoaſſe. Quod effectui adaptari poteſt, nam finis cujuſvis ſigni mali, influxus reputatur, & principium, ut plurimum boni: Eſaü enim primo editus fuit, qui ruſus, & agricola evaſit, tuncque finis unius ſigni aſcendebat, quod malignam ejus naturam portendere potuit; & Jacob deinceps qui ſimplex erat, & habitavit in tabernaculis, ad initium ſigni ſubſequentis quod benignam illius indolem ſignificaſſe dici poteſt. Sed, ut dixi, hæc mira gemellorum nativitas non poteſt in conſequentiam trahi, nec ab ea argumentum deſumi debet. A communiter contingentibus, cum gemelli gi- 164
gnuntur, & naſcuntur in tempore proximo, frequenter ſymbolizant in complexione, corporis habitu, & inclinationibus. Exemplum hujus rei adducit Cicero *de natura Deor.* dicens, duos fratres ſimul natos eſſe, qui poſtea

ſimul

simul ægrotare cœperunt, & eorum morbus pariformiter cœpit ingravescere, & eodem medicamine sanati fuerunt, quod ex illo, & Possidonio Astrologo, tradit Chassaneus *in Catalog. glor. mund. par.* 10. *consid.* 52. Ex antiquis plura alia exempla tradi poterant memorata à Valerio Maximo *lib.* 1. *cap.* 8. & Petro Gassendi *tom.* 5. *trac. de vita*
165 *& moribus Epicur. libr.* 1. *c.* 7. sed ad nostra deveniamus. In hac urbe duos condiscipulos habuit gemellos, filios Doctoris Carbonell Medici, qui ita assimilabantur, ut sæpius viderim Præceptores Lycei nostri, vel Scholares decipi unum alloquendo, dum alium putabant: ambo
166 Philosophiæ operam dabant anno 1632. & quoad naturales inclinationes non parum symbolizabant. Eodem ferè tempore ad classes linguæ Latinæ concurrebant in hac urbe alii duo gemelli, qui habitum fratrum Carmelitarum Discalceatorum gestabant, & ita similes erant in omnibus, ut tanquam res admiranda ab omnibus notarentur: demum, ut audivi, ambo illam Religionem ingressi fuere eodem die. A viro gravissimo in Theologia perito, atque Ecclesiastica Prælatura insignito, habuit, quòd in hac urbe duæ puellæ geminæ natæ fuerunt simillimæ in habitu corporis, & facieispecie, notaveruntque non semel cognati illarum quòd dum una ægrotasset, alia etiam ægrotabat: denique una ex illis ultimum diem clausit, & brevissimè alia eam sequuta fuit. Post primam editionem Reverendus Pater Francisc. de Montemayor societatis Jesu, vir prudentia atque virtute eximius, mihi retulit se habuisse fratrem gemellum sibi simillimum, qui eodem die ingressus fuit ipsam societatem, is decessit, tempore quo ille periclitabatur eodem fermè morbo, à quo mirabiliter evasit. Idem asserebat
167 se cognovisse duas puellas specie similes, & eodem die vita functas, quæ gemellæ erant. Et quod magis est, dum in Salmantina Academia operam Jurisprudentiæ dabam, apud quendam Astrologum (nomina consultò omitto, quia necessarium non est ea exprimere) vidi thema cœleste computatum ad horam nativitatis cujusdam Scholaris ex generosa familia nati, in Curia Matritensi, & aliud sub eadem hora, nativitatis cujusdam puellæ in in eadem Salmantina urbe ex nobili familia ortæ. Singularitas speciei in causa fuit, ut accidentia amborum non cum modica cura à me observarentur. Ambo pacifici, atque sedati genii repericbantur, proportionaliter in statura, & habitu corporis conveniebant, pro modo sexus decens frontis aspectus in unoquoque aspiciebatur. Puella nupsit cum adolescente æqualis qualitatis, sed cum ad venerem ille proclivis esset, & morbo Gallico non parum laborasset, puellam ipsam breviter eodem morbo vexatam vidi. Scholaris eodem ferè tempore cum pellice societatem contraxit, ex quo contubernio in eandem infirmitatem illico incidentem observaveram. Demumque post aliquos annos ambos occubuisse percepi. Hæc à me observata fuerunt, non prædicta, sed notaveram, quòd unusquisque libero arbitrio utendo, quæ dependebant à voluntate, diversimode exequebatur, sed eventus non dissimiles, quoad hæc quæ ex materiali causa procedebant, caprabat.

168 Quæ de horario errante dici à pluribus solent, vel de die nebuloso, ne sidera aspici possint ad horam natalis, & sic similis, imperitorum nugæ sunt; nam siderum motus, non aspectu, vel visu, sed calculatione diligenti adquiruntur. Hora verò certa per trutinam, *Animodar*, vel per eventus adipiscitur; nam horam præcisè observare, usque ad minimam sectionem, phyficè, & demonstrativè ferè impossibile est ob instrumentorum imperfectionem; ut exactissimè probat Caramuel *d. fundam* 10. *per tot. præcip. num.* 242. quare responsio omittitur, nam ut ait Aristoteles *lib.* 4. *de part. animal. c.* 3. *Stultas opiniones admodum fervari, stultum fortasse est.*

169 Neque bene infertur à Phavorino, Barclayo, Nicqueto, & aliis quod ex eo quod plures cum navi pereant in undis, vel in acie interimantur ferro, aut ex ruina in æde delapsa necati evadant, omnes sub eadem cœli positione natos fuisse. Non, inquam, bene sequitur; nam ad similes effectus significandos non est necesse recurrere ad constellationes particulares in hora nativitatum 170
illorum observatas, sed ad generales universitati illi plurimorum corporum similes miserias portendentes; nam eventus generales per generales constellationes regulari debent, & possunt, ut dixit Divus Thomas 2. 2. *quæst.* 95. *artic.* 5. *ad* 2. ibi: *Et ideo Astrologi in multis vera præmuntiant, & præcipuè ex communibus eventibus, quæ dependent ex multitudine.* Quod ita capiendum est, ut non specialiter de individuis accidentium differatur, ut explicat Petrus Ciruelus *in apolog. proœm.* 1. *conclus.* 8. & noster Ledesma *in dict. apolog. vers. La quarta conclusion.* Imò ex 171
eo quod cœlum non una tantum siderum positione potest eundem effectum significare, non sequitur quod unusquisque habuit diversam siderum positionem ad horam Natalis; nam si omnes ex eodem aspectu hanc mortem significatam habuissent, omnes utique perirent sub eodem die respectu horæ Natalis, & sic cuncti haberent eandem ætatem; sed sic est, quod unusquisque ex necaris in bello, à communiter contingentibus, perit diversæ ætatis, & diverso die, respectu diei, & horæ sui ortus: ergo clarè convincitur quod quilibet natus fuit diverso die, diversa hora, & sub diversa siderum positione.

Tertiò dici solet, Astrologos inter se non convenire, 172
nihil certi quoad astrorum naturam habere, situm, dignitates, distantias, atque motus non posse percipere, terminos artis fictitios esse, circulos imaginarios, constellationes, sive imagines stellarum fabulosas, ab idololatris inventas, significationes suppositirias, ipsamque cunctam artem ex idololatria natam, superstitioni affinem, & artium prohibitarum adjutricem; ob quod non solum aliquando errare Astrologi solent, sed sæpius decipi, & decipere. Quæ quidem latius cumulantur ab utroque Pico, Alexandro ab Angelis, Sexto Empirico, Torreblanca, Carena, Vega, & Nicqueto *ubi supr.* Sed ut feliciùs diluamus, in partes hæc objectio secanda est.

Astrologos inter se non convenire, artem minimè af- 173
ficit, quamquam concedatur, nam nulla scientia reperiri potest, quæ ob libertatem sentiendi huic objectioni non subiiciatur. Sacra enim Theologia sic se habet, nam dempris his, quæ ad fidem pertinent, *omnia fere opinionum fluctibus* huc illucque traduntur: unde scholæ 174
Thomistarum, & Neoticorum insurrexerunt. Doctissimi illi viri Suarez, & Vasquez varios Theologiæ libros ediderunt, & ita varios, vel inter se pugnantes, ut dictum unius ab alio semper impugnetur, neque per hoc harum scholarum doctrina inanis, futilis vel exibilanda redditur. In nostra Jurisprudentia tot variæ sententiæ sunt, ut opinionum communium contra communes plura volumina compilentur, quod satis demonstratur in opere illo, nunquam satis laudato, doctissimi Hispani Hieronymi Zevallos, qui quatuor tomos de hoc argumento eruditissimè edidit. In Philosophia, Medicina, cæterisque scientiis hoc ipsum cernimus, sine harum vitio, discrimine, vel impugnatione. Aristoteles, *Philosophus*, per 175
antonomasiam vocitatur, & nihilominus edita noviter est *Philosophia Basonii Medici, contra Aristotelem.* Seneca Antesignanus politicæ Philosophiæ censetur, & novissimè *Seneca impugnatus à Seneca* per eruditum Alfonsum Nuñez de Castro reperitur. Quare igitur Astrologia interitum pati debet, dum aliæ scientiæ ipsa de causa, neque intereunt, nec adhuc morbo laborant? Absit à viris literatis hujusce condemnationis vestigium, nam licet in aliquibus unus, vel alius à sententia alterius discrepare soleat, in substantialibus principiis omnes conveniunt; & si aliquando noviter aliquid exploratum edatur, non inde mirari debent; nam vastissima Indiarum Regna aliquando pro fabula habebantur, & postea

176 orbi addita fuere cum ingenti gloria Hiſpanorum Mathematicorum. Neque ex eo quod aliqui erient, omnes condemnandi ſunt: ſicut enim Medici ſæpe fallantur, ſuntque multa quæ Medicinam fallant, nam non omnes ægroti convaleſcunt, non ideo minùs ars Medicina putanda eſt, quia ut Ovidius cecinit de ponto *eleg.* 3.

Non eſt in Medico ſemper relevetur, ut æger.
Interdum docta plus valet arte malum.

Proſequitur erudite Langleus *ſemeſtr. lib.* 8. *c.* 2. *ad medium*, ſic licet aliquando Aſtrologia fallat, non inde minus habenda eſt.

177 Differentia præcipua ab iſtis Auctoribus perpenſa eſt, quoad modum erigendi thema cœleſte, vel ſupputandi figuram orbium ſtellarum, in deſignandis terminorum dominis, & ſic ſimilibus, in quo Ægyptii ab Arabibus, & iſti à Prolemæo, & Latinis diſconveniunt. Sed ſi de modo rationali conſtituendorum ſignorum loquamur (effugio, quantum materia patitur, terminos aſtrologicos, ut ab omnibus hæc percipiantur) ſententia quælibet modum alterius non excludit, ſed varie conſiderat obliquitatem Zodiaci, immutato termino ad quem; ſi autem de terminis ſignorum, differentia ſenſibilis eſt, ſed non immodica. At hæc diſſenſio ſic temperari à perito debet, ut quoties judicium ſumendum ſit juxta Ægyptiorum ſcripta (ſic de reliquis eſt obſervandum) thema conſtitui debet, juxta eorum præcepta: nam obſervationes Ægyptiorum, ſecundùm illum modum ſupputandi notatæ reperiuntur. Et ratio eſt, quia cùm judicium ſit quædam conſequentia ex illis principiis conjecturaliter deducta, in vanum laboraverit, qui ex principiis contrariæ opinionis, illud deducere intentat, ſicque & certa natura aſtrorum ab Aſtrologis notatur, & in rebus opinabilibus periti ſecurius diſcurrere ſolent.

178 Circulos imaginarios, diſtantias excogitatas ad libitum, motus non bene perceptos eſſe ſubjungitur: quod quidem argumentum nequaquam adſtringit, nam hæc omnia ſpectant ad Aſtronomiam, quam nemo auſus fuit impugnare, vel in totum negare, ut fatetur Carena *part.* 2. *tit.* 12. §. 12. *num.* 69. & cum eo omnes. Sed ne diffugium adhibere videamur, documenta Aſtronomiæ, quoad hæc cum fundamento in re comprobanda ſunt. Excogitatio illa de Zodiaco nonæ ſphæræ, quam adducit, & reprobat idem Carena *dict.* §. 12. *numero* 115. *cum ſeqq.* à parte rei comprobatur, ex eo quod Zodiacus non eſt pars cœli, conſtans illis duodecim conſtellationibus octavæ, quæ nomina ſignorum ſortita fuerunt, ſed via per quam ſidera errantia continuò, & obliquè moventur habito reſpectu ad polos mundi. Hæc enim via, ſive ſu-
179 perficies, tribus circulis deſcribitur, ſive lineis circularibus. Media linea eſt illa, per quam Sol continuò ſuos curſus peragit, vocaturque Ecliptica, quia dum in ea Luminarium conjunctio, vel oppoſitio celebratur, eclypſim fieri neceſſario ſequitur. Cum autem cæteræ ſtellæ errantes (quas *Planetas* vocamus non per eandem lineam moveantur, ſed flectendo jam ad Aquilonem, jam ad Auſtrum, & diſtantia ab Ecliptica (quæ *latitudo* dicitur) obſervata ſit utplurimum ſex graduum: inde ad eam diſtantiam, ab utroque latere, conſideranda venit linea quædam, terminum Zonæ conſtituens, quam Zonam, *Zodiacum* Græci appellarunt, Latini *Signiferum*. Hanc enim viam, Luminaria continuò perluſtrant, & cum ab ipſis temporum varietas percipiatur, dividendam eſſe,
180 prout obſervatio divitionis temporum expoſcebat, Aſtrologi neceſſe habuerunt. A Sole anni quantitas metitur, ille autem trecentis ſexaginta quinque diebus, quinque horis, & quadraginta ſeptem minutis conſtat: Luna verò menſium interſectionem componit, eo quod duodecim vicibus Zonam iſtam perluſtrat, dum Sol ipſam ſemel deambulat: inde annus in duodecim menſes diviſus fuit, & Zona ipſa, in duodecim partes æquales,
181 quæ *Signa* vocantur, eo quod deſignant portionem, quàm Sol decurrit, dum Luna totum circulum luſtrat. Hæ partes (ſive Signa) ſubdiviſæ ſunt in triginta gradus; qui numerus eſt proportionabiliter conformis cum numero dierum; anni, & menſium; nam licet hos inæquales habeamus, quia unus conſtat triginta diebus, alius tringinta, & unomotus Luminarium ferè æquales 182
computantur, & ad facilioris computi rationem, ne per ſectiones gradus dividerentur, quoad menſes in trecentum ſexaginta gradus totus Zodiacus diviſus fuit, & cuique menſi, triginta gradus deſtinati, ſive unum Signum, his gradibus conſtans. Neque hoc genus dividendi ad faciliorem ſupputandi rationem, ſic excogitatum fuit, ut non alibi reperiatur: nam id ipſum feciſſe Regem ſapientiſſimum Alfonſum, dum ſuas mirabiles tabulas componeret, eſt compertum, quia ut idem numerus deſervire poſſet, & revolutionibus, & ſignis, & gradibus, & minutis, omnia ſub ſexagenario numero diſpoſuit, ex duobus ſignis unum conficiendo conſtans ſexaginta gradibus, & ex decem revolutionibus unam componendo, continentem ſexaginta ſigna, ſexaginta gradus, ut perito in computo patet.

Quo poſito jam apparet, quòd ſumma cum ratione, 183
& cum fundamento reali, Zona illa conſiderata fuit, & in tot gradus diviſa, quorum unuſquiſque eſſet portio, quam proportionaliter decurrit Sol in unoquoque die, ſive dum primum Mobile motum circularem complet, & in duodecim Signis, quæ ſunt portiones, quas deambulat Sol, dum Luna circulum perficit: ob quod non imaginaria, ficta, vel tanquam, chimæra cenſenda eſt, ſed phyſico fundamento comprobata, atque recta cum ratione conſtituta. Quod ex dictis noſtrorum Doctorum comprobatur: nam *Alciatus*, *Menochius*, *Burſatus*, *Peregrinus*, & alii congeſti per Giurbam *ad conſuet. Meſſan. cap.* 1. *gloſ.* 4. *numero* 33. tenent, quod in materialibus, qualis eſt geſtatio fœtus, computandi ſunt menſes ſecundum dies lunares: & aliis pluribus congeſtis, *cap.* 2. *gloſ.* 15. *ex num.* 13. latiùs idem Giurba proſequitur. Et 184
cum Zona iſta in conſiderationem veniat, ad veram anni quantitatem habendam, & omnes ſtellarum motus ſupputandos, & cæteri orbes proprio motu continuo agitentur; ut detur regula certa ad cognoſcendas eorum differentias, dari debet aliqua ſphæra immobilis, ex qua terminus à quo omnium motuum deſumatur. Quæ quidem eſt *nona Sphæra*, ut docet Georgius Purbachius *in* 185
theorica octavæ ſphær. & ibi Franciſcus Capuanus, Franciſcus Juntinus, & cæteri Commentatores, Joannes de Sacroboſco *in ſphær. cap.* 2. & ibi idem Junctinus, Clavius, & cæteri ſcribentes, cum omnibus computiſtis: unde neceſſariò ſequitur, quod Zodiacus verus, non eſt illa portio octavæ ſphæræ, in qua imagines cœleſtes animalia duodecim repræſentantes, obſervantur; ſed portio quædam alterius orbis, diverſi ab illo octavo, & primo Mobili, qui mutationem nullam habet propriam verſus Orientem, vel Occidentem; nam cum ex motu 186
Luminaris majoris anni qualitates, & quantitas ſpecificentur, & dies cum noctibus componantur, Æquinoctiorumque, & Solſtitiorum ratio obſervetur, regulando omnia ad Zodiacum nonæ, & non octavæ, vel primi Mobilis: inde ſequitur, quod verus Zodiacus in Nona exiſtat. Quæ quidem propoſitio auctoritate Pontificia approbata eſt. quia quando anni, & Kalendarii error correctus fuit per Gegorium Decimumtertium, cum bulla, de qua Laert. Cherubin. *in Bullar. tom.* 2. *pag.* 456. & tradunt Jacobus Gordonus *in quæſt. Chronolog. cap.* 19. Franciſc. Junctin. *in tract. de reſt. kalendar. tom.* 2. *ſpecul. Aſtron. pag.* 518. & meminit Caramuel. *in Theolog. fundament. fundam.* 10. *num.* 238. & alii plures: obſervatum fuit in celebratione Paſchatis, plurimum à vera anni collocatione errare, nam feſta quæ celebrari debebant in Vere, ad Hyemem accedebant, & ſic de cæteris; inde peritiſſimis Aſtronomis adhibitis vera Æquinochi ſedes quæſita fuit, juxta Zodiacum nonæ ſphæræ 187

ad

ad annum 1583. & cum incidiſſet *in die* 21. *Martii*, ſtatuta vera anni quantitate, cum in Eccleſia non in quo libet anno ſupputanda eſſet Æquinoctii dies, definitum per Romanum Pontificem fuit, quòd in illa die, ad quam moraliter magis accedit, Æquinoctium reputetur, ſicut Lunationes, quibus utitur Eccleſia, ad ſuum computum In Kalenda, non in die veræ Lunationis, ſed in excogitata, ſtatutas habet, regulando eas in communi, per computum Aſtronomorum, & in particulari per Epactam, à qua Lunationes ſupputantur cum minimo diſcrimine. Ex quo fit, quòd dum mater Eccleſia, reprobata computatione Æquinoctii per reditum Solis ad principium Arietis octavæ ſphæræ, & pariter Lunationibus per Zodiacum illius, & approbata per Zodiacum Nonæ, hunc ut verum confirmavit, atque Zodiacum Nonæ non imaginarium, fictitium, vel chimæricè excogitatum, ſed ſumma cum ratione, atque maximo fundamento, ut verum approbavit; & ſic evidens eſt, quod non eſt habenda ratio ſignorum octavæ, ſed Nonæ, 188 Quare non rectè dicunt, quòd ſigna nomina mutuarunt à conſtellationibus Zodiaci Octavæ, nam ut probat Junctinus *in Sacroboſc. ſpher. cap.* 2. Signa, non ſunt illæ conſtellationes, neque unaquæque triginta gradibus conſtat, cum una minus, alia magis habeat in latitudi- 189 ne, longitudinevè; ſed portiones iſtæ Zodiaci Nonæ, quæ per ſe nullum influxum mittunt, & ſub eis, influxus planetarum immutatur, ut evidenter apparet in Sole, qui ſub quolibet ſigno, ſenſibiliter temporis qualitatem mutat.

190 Sic ſimiliter cæteri circuli, ſive majores, ſive minores, ab Aſtrologis conſiderati, reale fundamentum obtinent; nam negari non poteſt, quòd quando Sol (ad cujus motum omnia dimentiuntur, teſte Ariſtotel. *problemat. ſection. 26. num.* 35. ibi: *Sol enim auctor, & pa-* 191 *rens motuum eſt.* Cicero de natur. Deor. *Sol Dux, & Princeps eſt moderator luminum reliquorum.* Quod Macrob. interpreratur *Moderatorem, quod curſus eorum, & recurſus certa diſſinitioni ſpatii moderetur*) Ad initium Arietis, vel Libræ pervenit, quando rapitur à primo mobili, & cœlum univerſum volitat, circulum quendam deſcribit perfectum, æqualiter diſtantem à mundi polis. Hic 192 *Æquinoctialis* vocatur, ſive *Æquator*, eo quod quoties ipſum deambulat Sol, realiter evenit æquatio diei cum nocte. Dum autem ad principium Cancri, vel Capricornii deducitur, duos circulos minores perficit, unum deſignantem diem majorem, alterum verò noctem, qui *Tropici* vocantur: & ut Solſtitia, & Æquinoctia percipiantur, duo item circuli majores concipiuntur, quos *Coluros* vocitarunt, hos alios interſecantes ad angulos rectos: quorum unus, diſtinguit Solſtitia ab eis per po- 193 los, mundi, & Zodiaci, circunſcribitur, maximas Solis declinationes denotans, & alius per polos mundi, & Æquinoctia, per quem *Æquinoctii* regulantur viciſſitudines. Poli enim mundi, ſub quibus primum Mobile movetur, cæteros orbes ſecum trahendo, diverſi ſunt à polis Zodiaci, per quos ſidera errantia revolvuntur peculiaribus motibus: dum enim primum Mobile, viginti quatuor horarum ſpatio, circumducitur ſub polis mundi, certiſſimum eſt polos Zodiaci circumferri, efformando circulos perfectos, licet minimos, quos 194 vocamus *Polares*. Quæ enim repugnantia reperiri poteſt in natura, ad hoc ut mente ea concipiantur, ad motuum differentias conſtruendas neceſſaria, ad noctis, & diei quantitates ſcrutandas, ad Zonas diſtinguendas, & cætera intelligenda, ex quibus tot naturales effectus gignuntur: Ex his enim obſervationibus innegabilis eſt differentia ſituum ratione propinquitatis, vel remotionis à via Solis, unde Zonæ diſtributæ ſunt, juxta portiones terræ ſubjacentes illis ſpatiis, quæ ſubſunt portionibus cœli, inter hos circulos clauſis: qui quidem quinque ſunt, paralleli inter ſe, nempe Æquator, Tropici & Polares, ita ut illa portio quæ ſub Æquatore intra ſpatium Tropicorum Cancri, & Capricornii adeſt, cum 195 directè radiis Solis illuſtretur, calidior evaſerit, & *Torridæ* nomen mutuaverit. Duæ autem inter Tropicos, & Polares adiacentes, *temperatæ Zonæ* nuncupatæ ſunt, nam neque directè ſolares radios recipiunt, neque ita reflexè, ut ardor illorum inefficax maximopere fiat: illæ verò quæ ſub Polaribus circulis conſtituuntur, ex abſententia Solis, intemperatæ, frigoris abundantiâ, efficiuntur, ſicque *frigidæ* nominantur, ut *Sacroboſco*, & cum eo 196 omnes Aſtronomi, & Coſmographi docent. Demum innegabilis eſt *Orizontis* conſtitutio, nam terminus verus adeſt *in cœlo*, quoad radios viſuales aſpicientis, ſecans portionem hemiſpherii ſuperioris, per realem apparentiam, ab hemiſpherio inferiori, oculis abſcondito intuentis. *Meridianus* circulus etiam reali connexitate conſtituitur; Sol enim dum pervenit ad medietatem curſus in noſtro hemiſpherio, conſtituit meridiem; ſed cum quotidie ab Æquinoctio removeatur, vel appropinquet, obſervatur circulus tranſiens per polos mundi, & *Verti-* 197 *cem*, cujus libet, ſive *Zenith*, ad quem cum pervenit Sol, meridiem fieri eſt neceſſe, in quacunque anni ſtatione, & eum attingente in inferiori hemiſpherio, media nox coaleſcit, & conſtituitur terminus ab Eccleſia ſtatutus ſequentis diei, ad jejunia, tam Eccleſiaſtica, quàm naturalia, perpetuò deſerviens. Hæc enim quanto cum fundamento phyſico excogitata ſint, nemo eſt qui neſciat, niſi obdurato corde principia hæc clariſſima auſus fuerit negare. Unde licet Imaginariæ lineæ iſtæ dici poſſint, eo quod in corpore æthereo non reperiuntur ſimiles lineæ aratro, vel ſtylo confectæ: tamen cum effectus naturales experiamur, vera ratiocinatio (quod eſt modus humanæ intelligentiæ) comprobatur perſpicuè, ac per conſequens non inanis, vel fictitia inſtitutio hæc eſt.

Eodem pacto diviſio duodecim *domorum* ratiocinata 198 eſt; nam ipſi Doctores arguentes negare non audent Cardinum, ſive Angulorum realem exiſtentiam, ajente Job. 22. *Et circa cardines cœli perambulat.* Hi enim ſunt angulus *Orientis*, per quem ſidera nobis, & cuilibet oriuntur. Angulus *Medii cœli*, ad quem cum perveniunt, ad verticem appropinquant, ſive ad *Zenith*, directè radios emittunt, & *Meridianum* circulum tranſgrediuntur. Angulus *Occaſus*, ſive *Occidentis*, cum quo ad aliud hemiſpherium tranſferuntur, quoad nos occumbendo: & Angulus *Imi cœli*, in quo *Meridianum* iterum- 199 ſecant, juxta *Nadir*, ſive oppoſitum verticis reſidendo. Hujus diviſionis reales effectus apparent in calore & frigore, luce, vel tenebris, fluxu, & refluxu aquæ maris (ut clarè demonſtrat Joannes Taiſnerius *in tract. de flux. & reflux.*) in humoribus, & habitudine corporis cujuſvis viventis, atque in aliis rebus quæ experimento comprobantur quotidie. Subdiviſio verò horum Cardinum, in *Angulos ſuccedentes*, & *cadentes*, ex eodem principio dimanat; nam nulla quantitas eſſe poteſt, quin per principium, medium, & finem dimetiri queat; effectus etiam correſponder, atque univerſali- 200 ter ab omnibus recipitur, in quantum diviſio illa neceſſaria eſt ad horarum æqualium, vel inæqualium diſtinctionem; nam ſi diviſio ſumatur in Zodiaco, horæ inæquales reſultant, ratione obliquitatis; ſi verò in Æquatore; horæ æquales coaleſcunt. Ad horologia ſolaria conficienda (de quibus hæc Caſſiodor. *lib. 1. epiſtol. 46. Ordo vitæ confuſus agitur, ſi talis diſcretio ſub veritate neſcitur. Belluarum quippe ritus eſt, ex ventris eſurie horas ſentire, & non habere certum, quod conſtat humanis artibus attributum.*) ad tempora dimetienda, atque ad omnes fere actus humanos regulandos hæc diviſio deſervit. Dum enim ſolare horologium conficiendum eſt, licet illud *verticale* dicatur, vel *orizontale*, quod primum quærendum venit, eſt linea meridiana, circulum Meridianum repræſentans (Eccleſia enim cœlum reſpicit cum diem à die diſtinguit, Caramuel *fundam. 16. n. 241.*) deinde linea orientalis meridianam ſecans ad angulos rectos,

rectos, duas portiones æquidistantes à meridie, & media nocte denotans, nempe sextas, matutinam, & vespertinam, denique reliquæ lineæ horas denotantes juxta portionem Æquatoris ascendentis pro obliquitate regionis, & secundum declinationem superficiei, describuntur correspectivæ ad ipsum Æquatorem, ita ut quindecim gradus illius, unam horam æqualem constituant, & duæ integram domum. Deinceps Zodiacus distributus est in duodecim Signa, & ut hemisphærii utriusque distributio possit regulari, & regulare Zodiacum in tot partes dividenda figura cœlestis erat, ne signo domus, aut domui signum deficere posset. Quæ constitutio, respectu obliquitatis Zodiaci, eo quod non sit parallelus Æquatoris, aliquando deficere solet, ut peritis notum est. 201

Harum observationum effectus reales, Auctores de sphæra scribentes latissimè tradunt: sed ne videamur ab his discedere fugiendo demonstrationem, unius circuli effectus tradere decrevi; nam qui de uno tradit, de cæteris tradere poterit, si & ubi necessarium sit. Æquatoris officia, & effectus expendo, ex quibus facilè erit percipere, quomodo aliorum circulorum ministeria concipiantur. Primum officium illius est, quod est regula motus primi Mobilis, nam quindecim gradus ipsius per Orizontem ascendendo, constituunt unam horam exæqualibus, & si totus ascenderit, diem resultare consequitur, & sic ratiocinando omnes motus primi Mobilis cognoscuntur. Secundum est, quod pandit æqualitatem, vel inæqualitatem dierum, & noctium; nam si Sol Æquatorem obtinet, diem cum nocte æqualem esse scrutamur; sin autem extra illum reperiatur, inæqualitas resultat eorum, juxta distantiam ab ipso, & plagam versùs quam vagatur. Tertium, quod per ipsum percipitur longitudo diei artificialis, pari ratione commensurando. Quartum, quod per ipsum discimus quæ stellæ sint Septentrionales, quæ verò Australes. Quintum, quod ab ipso dimetiuntur declinationes eorum. Sextum, quod obtinemus declinationem cujuslibet gradus Zodiaci. Septimum, cujusque regionis situm secundùm longitudinem, & latitudinem exploramus. Octavum, Zonarum, & parallelorum distantias nanciscimur. Nonum terræ universæ descriptionem delineamus, nam sine eo absolvi nequit. Decimum, ad judicia stellarum in plurimis deservit, ut hæc & alia plura ad rem doctè tradunt Joan. de Sacrobosc. *in sphær. c.* 2. & ibi Juntinus, & Clavius: Joannes Stopheri *in sphær. Procli, c. de Circulis*; & cum eis, omnes de sphæra tractantes. Hæc enim omnia realia, & physica sunt, per harum rerum usum, nautica ars clarissimè exercetur, Indiarum vastissima Regna nondum cognita, ad cognitionem hominum devenerunt, ultra spem totius nostri orbis, ut perspicuè aliis relatis tradit Solorçano *de jur. Indiar. tom.* 1. *lib.* 1. *c* 5. & tandem, Cosmographia, Geographia, & cæteræ similes disciplinæ fundamenta desumunt. 202 203 204 205 206

Hæc ita de reali fundamento observationis circulorum percepta, videamus quæ dici solent in Astrorum nomina, & stellarum imagines: dicunt in primis ab Ethnicis nomina mutuata fuisse, quod meo quidem animo nil obest. Qui enim Luminare majus vocavit *Solem*, & luminare minus *Lunam*, Vespero *Veneris* nomen imposuit, & sic de cæteris sideribus. Sed *Solis* nomen licet ab idololatris veneratum ut numen, non reiicitur: ergo nec cætera reiicienda. Quod enim Sol, ut Deus coleretur à Gentibus, clarè percipitur. Aurelian. *in Vopisc. Dei facient*, & *Deus certus Sol*. Trismegistus *capit.* 5. *Sol Deus maximus eorum qui in cælo sunt, cui cedunt omnes cœlites tanquam Principi, & Regi.* Plato, & alii adducti per Lipsium *in Physiolog. Stoicor. lib.* 2. *cap.* 13. Tertul. *de spectacul. cap.* 8. Natalis Comes, *Mithalog. lib.* 1. *cap.* 7. latè Victoria *in Theatr. Deor. tom.* 1. *lib.* 5. *cap.* 2. sed non inde nomen rejectum, imò in sacra Pagina sæpissimè 207 208

utitur hoc nomine Sanctus Spiritus, Job. 9. *Qui præcipit Soli, & non oritur.* Psalm. 148. *Laudate eum Sol, & Luna: laudate eum omnes stellæ, & lumen.* Paul. 1. ad Corint. *c.* 5. *Alia claritas Solis, alia claritas Lunæ, & alia claritas stellarum,* & sic passim: ergo reliqua siderum nomina, quamvis ad Deos Ethnicorum aliquando relata fuerint, non inde improbanda. Sin aliter, assignetur quæso ratio disparitatis? Antiquitus dies hebdomadis distributi inter Planetas, ab ipsis denominati fuerunt, ita ut dies Dominica *Solis* nominaretur, feria secunda *Lunæ*, & sic de reliquis, S. Isidorus *lib.* 5. *Etymolog. cap.* 3. Tertullianus *in Apologet. cap.* 16 *numero* 248. *& de Idololatria numero* 46. & ubique *Pamel.* Sapit nè superstitionis umbram, usus communis loquendi, per quem, demptis Dominica, & Sabbatho, cæteri dies his nominibus vocitantur? Si enim Astrologia condemnanda est, quia unam stellam appellat *Jovem*, aliam *Mercurium*, & aliam *Venerem*, condemnemus etiam kalendarium, eo quod unam diem nominat *Iovis*, aliam *Veneris*, quod quidem esset absurdum. In ipsa sacra Pagina hic usus loquendi receptus est, dum *Proverbior.* 26. dicitur: *Sicut qui mittit lapidem in acervum Mercurii.* Hoc idem judicium fieri debet de quadraginta illis conscriptionibus, nam licet à fabulosis Ethnicorum fictionibus nomina sumpsere, tamen apud nos nil illius erroris remanet, ob quod superstitionis suspicionem inducere crederdum sit. Sicut enim nomina Planetarum ex usu sacræ Paginæ approbata remanent, sic similiter cæterarum constellationum, nam in usu apud eam sunt: Job cap. 9. *Qui Arcturum, & Oriona, & Hyadas, & interiora Austri.* Et cap. 38. *Nunquid conjungere valebis micantes Pleyadas, & gyrum Arcturi poteris dissipare?* Amos. *c.* 5. *vers.* 8. ibi: *Facientem Arcturum, & Orionem.* Josue *c.* 15. ver. 3. ibi: *Egrediturque contra Ascensum Scorpionis.* Plura de re congerit Don Laurentius Ramirez de Prado *in schidiasm. numero* 54. *cum seq.* Ex quibus patens fit, minimè hac de causa Astrologiam condemnandam esse, vel errori proximam adscribendam. Antiqui enim Philosophi universa Philosophiæ præcepta sub fabulis tradebant; nam Græci, qui ab Ægyptiis philosophandi rationem didicerunt, ne res mirabiles in vulgus ederentur, quod, illis malè perceptis, à Religione, & probitate plerumque facilè desciscat, ut tradit Natal. Comes *lib.* 1. *Mythalog. cap.* 1. omnia sub fabulis tradebant; sic quod in eis reperitur est *primum*, historia quædam, à qua occasio fabulandi desumpta fuit: *secundum*, dogma illud, quod Philosophi antiqui sub involucris tradidere; & *denique* fictio, ex utroque resultans, ne dogma omnibus notum fieret, & hac de arte fabulas omnes expendit accuratissimè ipse Natal. Comes *in tot. tract. Mythalog. in decem libros distributo*: & sic de figuris, sive constellationibus scripsit Alexan. Picolomineus *in compend. de stellis fixis cognoscendis*, Joanne Nicolao Stupano interprete, Ethnici multa, vel ferè omnia, superstitiosè sumendo, ea quæ conficta erant, pro veris credebant, unde implicatio fabularum cum idololatria resultavit. At cum nos ex orthodoxa fide, quæ vana sint clarè percipiamus, nam relictis figmentis fabulosis, altissima, & occultissima fabularum secreta denudamus, & Philosophiæ dogmata, ex obscuris illis tenebris in lucem edentes, ad vires, actionesque naturæ patefaciendas pertinentia, illis aut ad mores informandos, vitamque rectè instituendam, aut ad vires, motusque astrorum intelligendos utimur, ut idem Picolom. explicat *in dict. compend. in figur.* 1. *Vrsæ minoris.* Quare nequaquam vitio adscribi poterit in Astrologia usus horum nominum, & fabularum; eo quod sub eis præcepta vera, & naturalia reperiuntur. Nec desunt qui ea nomina excludere conati sint, nominibus Catholicis astra, & constellationes illustrando. Primus fuit Julius Schillerius Augustæ Vindelicorum Jurisconsultus eminentissimus *in lib. de permut. nomin. stellar.* & eo laudato, Petrus Cortesius Medicus Siculus *in curs. astronom. edit. Panormi. ann.* 1642. *in cap. de novit. permut.* 209 210 211 212 213 214 215

permut. imagin cœlest. in eo enim, ad transmutationem septem Planetarum hæc carmina traduntur.

Est Saturnus Adam, primus pater, atque colonus.
Iupiter est Moyses legum dator, atque Genua.
Mars est Iosue Israëlis populi Dux.
Est Sol Iustitia Christus mediator, Jesus.
Præcursor Christi Ioannes, Venus, Lucifer almus.
Mercurius dubius, cœlo venturus Elias.
Luna Dei genitrix Virgo Beata Maria.

217 De signorum cœlestium permutatione hæc carmina adducuntur.

Est Aries *Petrus gemina cum clave notandus.*
Andreas Taurus *signat majorque decussis.*
Jacobus major Geminos, *baculoque refulget.*
Joannes aquila Canerum, *cratoque repellit.*
Transformat Didimus Thomas, atque hasta Leonem.
Jacobus minor est fullone pectine Virgo.
Cum Cruce vexillum designat Libra *Philippi.*
Bartholomæus cum cultro Scorpius *ipse.*
Architonantem *abigit Matthæi sacra bipennis.*
Zelotes Simon cum serra cornua Capri.
Urnigerum *Judas Thadæus fuste repellit.*
Denique Mathias, Pisces *dant, atque securis.*

218 Eodem pacto characteres sidera errantia, atque signa denotantes, immutatos tradunt, & cœlestes imagines constellationum ad Christiana simulachra reducere conati fuere; *Ursam minorem*, S. Michaeli Archangelo tribuendo; *Ursam majorem*, Naviculæ S. Petri; *Draconem*, Sanctis Innocentibus; *Cepheum*, S. Protomartyri Stephano; *Bootes*, S. Sylvestro Pontifici; *Coronam Ariadnæ*, vel *Boream*, seu *Comam Berenices*, flagellis Christi Domini; *Herculem*, Regibus
219 Magis; *Lirain*, sive *Vulturem cadentem*, præsepio Salvatoris; *Cignum*, Cruci cum Inventrice S. Helena; *Cassiopeam*, Sanctæ Mariæ Magdelenæ; *Perseum*, S. Paulo; *Aurigam*, sive *Erichtonium*, S. Hieronymo; *Serpentarium cum serpente*, S. Patri Benedicto; *Sagittam*, sanctis clavis, & lanceæ Christi; *Aquilam*, seu *Vulturem volantem*, S. Catharinæ Martyri; *Delphinum*, Hidriæ Cana Galilææ; *Equum*, Rosæ mysticæ; *Pegasum*, Archangelo Gabrieli; *Andromedam*, sepulchro Christi; *duodecim signa Zodiaci* Apostolis, ut dixi; *Cetum* SS. Joachimo, & Annæ; *Eridanum*, transitui Israël per mare rubrum; *Orionem*, S. Patriarchæ Ioseph; *Leporem*, columbæ Noë; *Canem majorem*, Regi Prophetæ David; *Canem minorem*, Paschali agno; *Argo navem*, Jordani fluvio; *Corvum junctum cum cratere*, Arcæ fœderis; *Centaurum*, Patri Abrahamo, & Isaaco; *Lupum*, S. Israeli; *Altare*, sive *thuribulum*, altari thimiamatis; *Coronam australem*, Diademati Salomonis; *Piscem australem*, Hidræ farinæ viduæ Sarephtanæ, *Gruem*, Sacerdoti Aaron; *Indum*, Job; *Apem*, Evæ matri; *Triangulum*, mystico Tau; *Piscem volantem*, Justo
220 Abel; *& Taucan*, S. Raphaeli Archangelo. Hæc illi, de commutatione constellationum piè tradidere; sed ratio adaptationis non facilis est, nec faciliter recipi potest, ob confusionem terminorum, quæ translationem hanc consequitur. Sicut enim permutatio nominum dierum hebdomadis à S. Sylvestro Pontifice facta, recepta adhuc per vulgum non est, nisi in diebus Dominica, & Sabbatho; ita pariter hæc nominum conversio difficilis est quoad usum.

221 Pari passu aspectuum theorica, & observatio naturalibus effectibus comprobatur; nam conjunctiones, & oppositiones realiter fiunt, & ex illis Luminaria sensibiliter afficiuntur, evidenter mutationes in regione aëris experimur, in qua alterationes conspicimus, in pluribus rebus, præsertim humidis, corruptiones intuemur: ergo vis earum nota remanet in rebus istis in quas influunt. Quadrantes Lunaris motus in aspectu illius ad Solem quadrato fiunt, sicque non imaginaria quadam fictione, sed physica, & reali causalitate hæc nitun-
221 tur. Quid certius in arte medendi, quam judicium criticum, sive dierum decretoriorum? Hos enim ad motum Lunæ, & secundum illius aspectus fieri, & computari est necesse, ut lato calamo scripsit Hippocrates *in libello de significatione mortis, & vita secundum motum Lunæ, & aspectus planetarum*, quem adducit Junctinus *tom. 2. specul. astror. pag. mihi* 1035. ita etiam Galenus *lib. 3. de dieb. critic. cap. 3.* ibi: *Mutationes agritudinum a Luna proveniunt, ut si quis in morbum inciderit Luna in Tauro existente, mutationem patietur dum in Leone erit, Scorpione, vel Aquario: hæc enim signa quadrato aspectu, vel oppositio Taurum aspiciunt*, & cum eis, omnes Commentatores, petiti. Hæc per Sedem Apostolicam permissa sunt; quare ergo exaudiendus Martin. del Rio, qui *lib. 1. cap. 3. quæst. 1. vers. Obiiciunt, de diebus criticis*, ita de hoc differit, ut rem minimè degustasse appareat? Quare audiendus Parladorius *in sesquicenturia, differ.* 106. §. 2. qui nec rem percipit, nec rationem impugnat? Quare & exaudiendi cæteri aspectuum veram efficaciam damnantes? Medici enim qui ob ignorantiam hæc negligere solent, errore luunt quod inscitia peccarunt, veram criticum rationem non adipiscendo. Sed proh dolor! miseri ægroti patiuntur ignorantiæ Medicorum effectus. Pari passu comprobari possunt dignitatum planetarum effectiva existentia, non (ut quidam putant) generaliter, & indistinctè, sed respectivè ad clima, vel plagam cujusvis, nam domus Solis Septentrionalibus assignatur *Leo*, eo quod dum adest in ea portione signiferi, potentiori calore agat in his partibus, unde Australibus erit domus ipsius *Aquarius*, quia contrariorum eadem est disciplina. Septentrionalibus Sol exaltatur in *Ariete*, quia quoad illos dies noctibus incipiunt anteponi, calor frigorem vincit, Verisque effectus experimur. Quoad Australes vero hgnum *Libræ* ex eadem ratione erit Solis exaltatio, & sic de reliquis (ut doctè disserit Pater Campanella) distantiarum observata efficacia (nam si in nemore deperdito, vel in mari naviganti, hæc demonstrant plagam in qua vagatur, certissimè resultavit evidentia principii, ex quo consequentia demonstrativa resultat) & plura alia, quæ consultò omittuntur, ne opus hoc Astronomicam aliquibus videatur.

Nec valebit si dicas, hæc adipisci ab hominibus non 223
posse, cum difficilis sit rerum occultarum notitia, & ut
cecinit Poëta.

Præsertim rebus in illis.
Quæ supra capita, athercis cernuntur in oris.

Nam respondemus cum Philosopho, & D. Thoma *part. 3. quæst. 9. art. 1.* quod *anima secundum se considerata, est in potentia ad intelligibilia cognoscenda: est enim sicut tabula, in qua nihil est scriptum, & carmen possibile est in ea scribi, propter intellectum possibilem, in quo est omnia fieri, ut dicitur in 3. de anima. Quod enim est in potentia, est imperfectum, nisi reducatur ad actum.* Si enim anima nostra intel- 224
ligere valet omnia intelligibilia, sequitur necesse, quod potest intelligere naturam materialium cœlorum, motus, influxus, sidera, & quidquid in eis est. Concessa potentia intelligendi, facilis resultat probatio actus; nam licet ratione distantiæ, difficilis sit, non inde sequitur nunquam adipisci: sicut enim naturæ arcana scrutata sunt in herbis, plantis, animalibus, & cæteris rebus corporeis à Philosophis, qui mirabiliter hæc omnia investigarunt; ita pariter quoad corpora cœlestia observari posse est tenendum, nam neque ex distantia magis occulta fiunt, neque ex eo, quod oculos fugiant, inscrutabilia evadunt. Quis quæso, modum operandi animæ 225
per organa sensitiva intelligere potest, etiam inspectis instrumentis corporeis, nisi adhibita ratiocinatione, resultante ex continua observatione inquirentium? Quis fœminam concipientem secasse dixerit, ad efformationem fœtus, vel embrionis perspiciendam, & etiamsi secasset, affirmabit, se ea inspexisse, cum ex interitu illius facultates jam officium deseruerint, & solum materialia inspici possint, nisi per effectus discursus omnia requi-

rat ? Quis aspidis naturam ferramentis per insidias fuit, ad tentiacæ imaginæ confectionem, nisi in proprio effectu letali, colligere valuit per rationem, quod minutia qualitate subtilitatis velocitas remanet ad conformandum, & moderandum ? Quis magnetis qualitates inquisivit
227 ad cognoscendam vim illam, per omnia simpathiam cum cœlestibus corporibus demonstrat, ita ut pars qualibet illius, pari cœlestis sphæræ ita correspondeat, ut si liberè se gerere posset, motu naturali circumferatur cum motibus cœlestibus conformis, nisi ratiocinando de parte ad partem ? Quæ accuratè traduntur per Taisnerium in libello de effectibus, & natur. magnetis, his verbis : *Reducamus lapidem in formam sphæricam, inveniemusque polos per jam expositam viam, deinde super duobus punctis, & eorum oppositis, donec ex omni parte æque sit gravis, quod facile tentando facile experiri potest : quamcumque enim partem inclinet, ea gravior est. Quo facto eximas circulum meridionalem cum Orizonte, cui duos fixi, supra quibus quamcumque illorum mobiles ; ipsosque polos lapidis ad polos mundi, eam pars erectissima dirige. Quæ si recte facta erit, gaudeas te invenisse maximum fere totius naturalium miraculum : videbis enim per eam totam Algebram, locum Solis, horam & singula quæ is numen.* Licet sine
228 veritate, de hoc dicat Pater Nicolaus Cabeus *in Philosophia Magnet. lib. 1. cap. 6.* Sed quid moror cum tot naturæ arcana ab hominibus per discursum, & ratiocinationem sine revelatione quotidie scrutentur, Providentia illa infinita, sicut ad spiritualiter instruendos homines Apostolos misit, & Prophetas, ita ut neque filio proprio pepercerit ; sic ad erudiendum genus humanum in temporalibus, & naturæ secretis, moralibusque præceptis, Philosophos creavit, qui tot scientiarum secreta lumine naturali adepti fuerunt. Ex quo resultat, quòd licet nulla revelatio adesset Astrologiæ, certitudo illius experimenti, atque observantia diuturna comprobata sequeretur : hujus rei rationem tradit accuratè Josephus *lib. 1. antiq. cap. 4. ad fin.* dum de longissima vita primorum hominum verbum infuit, ibi : *Illi enim Deo chari quam essent, ipsiusque recens etiam tum opificium, & commotione victu ad diuturnitatem uterentur, merito per tam multos annos vivebant. Præterea tum propter studium virtutis, tum propter utilitatem inveniendarum artium, ut Astronomiæ, & Geometriæ, Deus illis, prolixiorem largitus est vitam : quarum certitudinem assequi non poterant, si minus sexcentis annis vixissent, ex tot enim magnus annus constat.* Quod firmat auctoritate Manethi, Berosi, & aliorum, quos secutus fuit Joann. Annius Viterbiensis in Berosum, *de tempor. ante diluvium lib. 1.* Sed nec revelatio deficit, nam pluribus infusa fuit Astronomiæ, & Astrologiæ scientia, ut Adamo, Salomoni, & aliis, de quibus statim.

229 Quarto arguitur in Astrologos, dicendo, omnes esse viros deperditos, egestate oppressos vilitate despectos, atque vanitate professionis indecoros, ipsamque Astrologiam superstitionum omnium famulam, & auxiliatricem. Sed meo judicio in hoc plus criticæ acrimoniæ, quam ratio operatur, ne dicam ignorantia labi qui talia affirmare solent, tam in humanis, quàm in divina lectione. Detrahit ne Philosophiæ aliquid modesta illa Philosophorum vita, qua omnia præter sapientiam despiciebant ? Nequaquam certè : Quare igitur Astrologia impugnari debet, cum æqualiter ratio utrique conveniat ? Sed ne fallax assertum eorundem remaneat sub dubio probabile, tradere est necesse, qui, quantique viri ex celebrioribus totius ævi, huic scien-
230 tiæ operam dederunt. In primis Christus Dominus habuit omnem scientiam creatam practicam, & speculativam, ut docet Divus Thomas *3. par. quæst. 9. art. 1. & quæst. 13. articul. 1. ad 3.* Unde clarissimè infertur Christum Astrologiæ scientiam creatam habuisse. *Adamo* patri, sicut Theologia docet, infusæ fuerunt cunctæ scientiæ, à quo in cæteros homines derivarentur, docet Lactantius *de origin. error. lib. 7. c. 5.* & cum eo omnes Expositores sacræ Paginæ, & Historiographi. *Noë* etiam hujus artis peritus fuit, Berosus, *dict. lib. 1. de tempor. ante diluvium*, & ibi Annius Viterbiens. *Abraham* Astrologiæ peritus, & Præceptor fuit, nam eam docuit Ægyptios, Josephus *dict. lib. 1. cap. 15. & 16.* Iacobus Berosum, & ad eum Annius *ead. lib. 1.* Moyses eruditus fuit in omni scientia Ægyptiorum, *Act. 7.* hicque Astrologa etiam fuit imbutus. *Salomon* pariter, Sapient. 7. *Ipse enim dedit mihi horum quæ sunt scientiam veram, ut sciam compositionem orbis terrarum, & virtutes elementorum, initium, & finem, & medietates temporum, mutationes, & excessus, & fastorum dispositiones.* Sancti Reges *Magi* Indicam scientiam profitebantur, Beatus 232
Darius Hystaspis magnus Astrologus fuit, ut apparet ex epistola ad Pericarpum ; nec inutiliter hanc scientiam profitebantur, nam ex eclipsi mortis Dominicæ, lumine naturali adeptus fuit quod postea ex fide confirmavit, dicens : *Aut Deus naturæ patitur, aut machina ista dissolvitur*, ut refertur S. Mater Ecclesia *in Lect. 4. Matutin. sua festivitatis.* Beatus *Albertus Magnus*, Divus *Thomas Aquinatis* Astrologi fuere, ut eorum scripta uberrime demonstrant. Etiam Divus *Gregorius Nazianzenus*, ut testatur Elias Cretensis *in commentariis*, Eloquentissimus *Aurelius Cassiodorus* Astrologus fuit, ut 233
apparet ex libro per eum de Astrologia scripto. Ex Ethnicis Philosophis, Thales Milesius, ut tradit Aristoteles *politicor. 1. cap. 7.* Averroes *de substr. orbis cap. 2.* Aristoteles ipse plura de Astrologia tradidit *in libris de cœlo, & de Meteoris, in problemat. & 12. Metaphysicæ cap. 8.* Plato etiam de Astrologia asserit plura, ut ex locis Joannis Caramuel probatum manet, Herodotus etiam ut deprehenditur *in lib. 1.* Cicero *in libris de divin.* Anaxagoras, ut tradit Plinius *lib. 1. cap. 12.* Publius Nigidius Figulus, & plures alii, de quibus Chassanens *dict. consil. 52.* Stoici cuncti, ut testatur Lipsius *in Physiol. Stoicor. dict. lib. 3. cap. 10. & seqq* Unde clarissimum fit, Sapientes hujus artis non parum impendisse. Ex Principibus, & Imperatoribus Augustus Astrologæ deditus fuit, testatur Suetonius *in ipsius* descens, suæ nativitatis thema vul- 234
gasse, & numinos subsidere horoscopi illius. De Tiberio idem asserit in vita illius, ibi : *Quippe addictus Mathematicæ.* Adrianus Imperator etiam, ut Ælius Lampridius *in vita ejus* scribit. Severus pariter, ut idem scribit *in vita ejusdem.* Alphonsus Hispaniæ Rex, qui tabulas Astronomicas compilavit, atque motum trepidationis ingenii gloria primus cognovit. Hodie verò quis præclarus in militia reperitur Dux, quin huic facultati maximam gloriæ partem non debeat ? nemo ferme, sicque non ut ars vilibus solum delata, sed ut una ex præcipuis habenda semper erit : licet enim qui eam profitentur venaliter, pauperes, segnes, aut despecti sint ; non provenit hoc à professione, sed ab ipsis, qui utplurimum, 235
quamquam Astrologi, & professores scientiarum Mathematicarum dicantur, nulli minus vacant, quàm his artibus, cum sæpius nugatores sint, qui sub nomine Astrologiæ fortilegia vendunt, auguria, & maleficia operantur, atque multitudinem decipiunt, ut miseram vitam prosequi valeant. Hoc quam certum sit, experientia docet, res ipsa testatur, nam Astrologus perfectus nemo esse potest, quin Philosophiam primitus didicerit, & isti, de quibus verba facimus, nec Philosophiam, nec adhuc linguam Latinam didicerunt : unde licet rudimenta Astrologiæ permissæ degustaverint, hoc solum illis deservit, ad palliandam iniquitatem, quam profitentur. Quod aliquando expertus fui. Quidam ex 236
istis apud Inquisitores detinebatur in carceribus, inquisitus de istis maleficiis, Advocatus à secretis (vir quidem in Theologia, & Jurisprudentia doctus, atque Astrologiæ non ignarus) postulavit à me, quòd ad defensionem illius, coram Inquisitoribus testimonium dicerem, usum artis licitum asserendo, atque totius superstitionis alienum asserendo. Annueram equidem, sed an-

tequam produceret, quæsivi ab Advocato, ut mihi ostenderet figuras cœlestes, per quas reus responsa dare solitus erat, ne fortè dum defensionem quærebat, crimen detegeretur; ostendit aliquas, & ex ipsis clarissimè agnovi non Astrologiæ naturalis operationes esse, sed damnatæ Geomantiæ (quam *minorem Astrologiam* vocant) nam ex punctis nequiter immissis, figuram Geomanticam sibi secretò conficiebat, & ex ea aliam edebat, ita Astrologiæ figuris similem, ut nisi à peritis in theorica Astrologiæ, discerni nequiret, an Astrologiæ veræ essent, nec ne, quo per Advocatum agnito, neque de productione mei testimonii curavit, nec de hac re amplius mecum egit. Ad hunc modum plerumque evenit,
237 ut hi vafri, atque venales Arioli, frequenter delinquant, & plurimos decipiant. Quare lapsus eorum non debet Astrologiæ naturali irrogari, cum in omnibus ferè professionibus, lupi rapaces, sub pelle ovis degant. Nec adhuc ipsa permissa Astrologia in usu esse debet inter mulierculas, & multitudines populi, quia cum plures ignorantes in eo reperiantur, non responsa accipiunt prout ex causis naturalibus desumi possunt, sed tanquam numinis vaticinia reputant, quidquid ab Astrologo dici solet. Inter Sapientes enim nihil nocumenti adferre valet, imò plures eminentissimos Viros quotidie cernimus eam prosequentes artem. Non enim unus, sed plures, in sacra Theologia doctissimos, agnovi, huic scientiæ operam navantes, & à me requirentes plura, ad computi Ecclesiastici difficultates percipiendas, & ut eis elementa artis docerem, quoniam valde necessariam agnoscebant ad sacræ Paginæ expositionem, & Kalendarii Romani intelligentiam, temporum supputationem, & historias Ecclesiasticas intelligendas. Unde Ludovicus Vives *de perfect. Eccles. Dei, perfect.* 10. & eo laudato Chassaneus *in catalog. glor. mund.*
238 *p.* 10. *consid.* 52. & Caramuel *dict. cap.* 1. *num.* 27. *& fundam* 10. *num.* 233. & alibi pluries, docent, quòd Theologus debet scire Astrologiam, quia in sacra Scriptura multis, variisque modis de cœlis, de cursu Solis, Lunæ, & astrorum tractatur. Quoad Medicos idem dici potest, nam ut testatur Hippocrates *lib. de aër. & aqua. Qui rectè tenent, & credunt, nos sunt Astronomiam non minimam partem esse Medicinæ: quod si ex astris rimatus fuerit Medicus, noveritque temporum occasiones, maximè de singulis sciet, & ut plurimum sanitatem assequetur non minima artis gloria.* Galen. 1. de morb. vulgar. comment. 2. *Qui Astronomiæ imperitus, hunc celeuma nolim, ipsum haud quamquam obsequi Hippocrati, ad illam ob prædictorum usum cohortanti.* Late noster Ledesma *in dict. apologet. ad med.* Quantum conferat nautis, & Agricolis nemo est,
239 qui nesciat, & ex ipsa Bulla Sixti Quinti clarè colligitur, dum ad cætera limitativè conceditur, ad navigationem, medicinam, & agriculturam sine dubio, hæsitatione, vel restrictione permittitur.

240 Quòd Astrologia aliquos decipiat negari potest, & debet, nam ab illa, purgata ab erroribus Ethnicorum, & Agarenorum, nemo deceptus reperitur, quamvis nonnulli deliberatè in rebus superstitiosis aspiciantur immixti: hoc enim non ex malitia professionis, sed profitentis resultat; nam ita aliena est à superstitionibus, ut per eam quid superstitiosum sit, quoad artes divinatorias, facilius agnoscatur: & licet concedamus olim plures deceptos fuisse, non inde condemnanda est: sicut enim Philosophia omnium hæresum origo fuit, Tertullian. *lib. adversus hæreticos, capit.* 7. *numero trigesimo octavo* ibi: *Ipsæ denique hæreses à Philosophia subornantur:* & nihilominus purgata ab erroribus, utilissima remanet, & ab omnibus discitur tanquam principium, saltem secundum quid, necessarium ad alias scientias: ita pariter Astrologia quæ olim erroribus maculabatur, purgata, & pura, valde confert ad omnia prædicta, & alia plura.

241 Sed ne inanis ad praxim hæc disputatio reddatur, aliquæ regulæ constituendæ sunt, ut vera Astrologia, & naturalis, à suppositicia, & superstitiosa discerni valeat. Prima regula sit, quod in dubio præsumendum est, Astrologum prædixisse ex causis, & arte naturalibus, ut tenent Martinus del Rio *disquisit. magicar. lib.* 1. *cap.* 2. *&* 3. Sanchez *lib.* 1. *mor. cap.* 40. *num.* 43. Sousa *in aphoris. inquisit. lib.* 1. *cap.* 54. *num.* 6. Trullench. *lib.* 1. *Decalog. cap.* 10. *dub.* 10. *n.* 5. qui omnes dum de Magia & artibus prohibitis loquuntur, à fortiori de Astrologia docuisse certissimum est. Unde ad hoc ut pœnam quis dicatur incurrisse, probanda est qualitas usus rei prohibitæ, vel transgressionis legis. Qui enim Astrologiæ judiciariæ principia noverit, facile cognoscet an arti superstitiosæ operam det: sed cum rarò Jurisprudentiæ, & hujus scientiæ peritia in eodem subjecto reperiatur, inferioribus regulis aperienda via est, ut facilè lapsus intelligatur.

Secunda regula sit; quòd superstitiosè agit Astrolo- 242
gus, qui res particulares detegit, prædixit, respondit, individualiter pronuntiando; nam ut docet Ptolemæus *in centiloq. regula* 1. *Arte, & scientia, fieri enim nequit ut qui sciens est, particulares rerum formas pronuntiet, sicuti nec sensus particularem, sed generalem quandam suscipit sensibilis rei formam; oportetque tractantem hæc, rerum conjectura uti, soli autem numine afflati, prædicent particularia.* Cum enim scientia dari non possit rerum particularium, & astra sint causæ generales, inde fit, quòd per astrorum scientiam, solum generalia pronuntiari possunt: unde si quis res particulares pronuntiaverit assertivè, cum revelatio Dei non sit concedenda faciliter, remanet, ut dum specialia prædicit, spirituum immundorum ope hæc perfecit, quod punibile est.

Tertia regula sit, quòd quicunque necessitatem influ- 243
xus affirmaverit, hæresis suspectus sit, eo quod fati potentiam asserit, & ut talis puniendus est. Quod non debet intelligi de prædicente res, necessario à causis naturalibus provenientes, utpura eclipsim, conjunctionem luminarium, & sic similia, nisi accedat omnipotentiæ divinæ implicita negatio: in aliis autem quæ contingenter à causis naturalibus dependent, quoties necessitas asseritur influxus, fati error subintrat. Idem dicendum erit de prædicente absolutè res per voluntatis actum jam determinatas, etiamsi dicat hæc non certò affirmari; nam licet ante constitutionem Sixti V. hoc li- 244
citum esset, & post eam in foro interno, ut Suarez docet *tom.* 1. *de Religion. lib.* 2. *de superst. cap.* 11. *num.* 30. *&* *tom.* 2. *tract. de irreligios. cap.* 11. *num.* 34. & cum eo Valent. 2. 2. *disput.* 6. *quæst.* 12 *part.* 1. *in fin. & part.* 3. *colum.* 3. *vers. Si autem*, Molfesius *in Theolog. moral. tract.* 11 *capit.* 7. *num.* 120. Nald. *in sum. verb. Astrologus, numer.* 4. Martin. del Rio *dict. lib.* 4. *cap.* 2. *quæst.* 3. *& cap.* 3. *quæst.* 1. Castro Palao *dict. punct.* 4. *num.* 8. refert etiam Barbos. (licet non sequatur) *in sum. decis. dict. collect.* 48 *num.* 5. in foro externo talia patrantes, ex vi illius decreti, remanent subjecti judicio Inquisitorum, ut omnes Doctores tenent. Quoad futura contingentia dicendum est, quòd ex vi illius bul- 245
læ, cum solum prohibeatur prognosticatio futurorum contingentium, quæ nullam habent connexionem cum causis naturalibus, ut expresse à Summo Pontifice dicitur his verbis, ibi: *Futuris eventibus ex naturalibus causis necessario, vel frequenter provenientibus, quæ ad divinationem non pertinent, duntaxat exceptis.* Quicunque de his futuris eventibus judicium protulerit, minimè sub prohibitione comprehendi dicendum est. Cætera verò fu- 246
tura prædicentes, nisi ea dicant, & pronuntient, non probabiliter, sed conjecturaliter (sicut & res ad liberum arbitrium spectantes) tantum juxta conjecturam tenuem, quæ inclinationem ab astris impressam non excedit, vel connexionem effectus futuri cum causa naturali non transgreditur, aliàs sine dubio tenebitur, ex doctrina P. Castro Palao *dict. punct.* 4. *num.* 6.

Quarta regula est, quòd qui utuntur libris prohibitis 247

per Catalogos expurgationum librorum, juxta Concilium Tridentinum, & alios editos per Inquisitores, etiamsi ad res licitas eis fruantur, pœnas subibunt juxta dictam Bullam Sixti Quinti, nam in ea §. 4. hæc verba habentur : *Ei nihilominus eadem auctoritate statuimus, & mandamus, ut contra scienter legentes libros, & scripta hujusmodi, seu in quibus talia continentur, similiter iidem Inquisitores liberè, & licitè procedant, ac procedere, & pœnis condignis punire, & coërcere possint.* Vnde secluſa pœna imposita in eisdem catalogis, virtute hujus decreti pœnis subiiciuntur libros habentes, vel legentes, de Astrologia, non expurgatos, & correctos; & è contra
248 qui utuntur libris Astrologiæ expurgatis, & correctis juxta dictos catalogos modo superius relato, minimè puniri possint, dum aliunde superstitionis macula non proveniat : & sic cum *de Interrogationibus* nullus liber permittatur. quidquid de illis perficietur, pœnis subjectum redderur.

249 Quinta regula sit, quòd qui de statu Reipublicæ Christianæ : vel Sedis Apostolicæ, sive de vita, aut, morte Summi Pontificis, ejusque consanguineorum usque ad tertium gradum, prognostica ediderit, fecerivè, sub judicio Inquisitorum sons reperietur ex vi decreti Vrbani VIII. & secundum pœnas in eo appositas puniri poterit; nam cum Sedis Apostolicæ, & Reipublicæ Christianæ status speciali Dei providentia gubernetur, astra minimè in his operari aliquid possint, ac per consequens, nec ab eis judicium aliqnod desumi. Demum, nam ex his prædictionibus ingentia mala oriri solent, quia plures sub vana spe successionis, tranquillitatem status Christiani perturbant, nova moliuntur, ac Principes ipsos contemnunt; quare causa hujus ingentis malt eradicari debet; quæ quidem ratio in eadem bulla satis, abundéque perpenditur.

250 Sexta sit regula, quod quicunque ad hæc judicia ferenda, thema cœleste confecerit, vel descripserit, signa contra eorum successionem exarando, planetas extra vera loca, juxta naturalem, & exploratum motum constituendo, ac partes cœli dislocando, ut putà orientem angulum, in meridie apponendo, & sic similia, hic arte divinatoria utitur, & ad effugiendas debitas pœnas, sub involucro Astrologiæ occultare curat artem superstitiosam, quare tanquam verus sortilegus, & de hæresi suspectus puniendus est. Sed quo pacto hæc percipi possunt ab illis qui Astrologiæ elementa non degustarunt; Facillimum erit modica speculatione adhibita, nempe si signa succedentia ab ortu, in occasum per
251 Astrologum apponantur contra veram illorum constitutionem, nempe Ariete existente in Oriente, si Taurus ad partem meridionalem apponatur; nam sic se habente figura denotat Taurum præcedere Arieti, quod est contra naturalem ordinem sphæræ; si thema erectum sit ad horam diurnam, & Sol sub terra reperiatur; si distantia Mercurii à Sole ultra viginti septem gradus, vel Veneris ultra quadraginta & octo sit; si Luna dum plena lumine cernitur in æthere, in figura proxima Soli describatur; si Mercurii, vel Veneris aspectus quadratus, trigonus, aut oppositus Soli asseratur. Hæc, & alia sunt contra naturalem motum astrorum, & veræ calculationis doctrinam.

252 Septima sit regula, quòd quilibet utens electionibus ad omnes actus humanos, superstitiosus est, nam licet Verum sit electiones permissas esse ad res naturales, & præcipuè ad Agriculturam, Medicinam, & Navigationem, cum excessus in hoc ab hominibns arceatur, ne nimia curiositate intenti, in superstitionem facilè deveniant, inde fit, quòd usus continuus electionum sapiat superstitionem, & punibilis censeatur; nam ut dixi ex *cap. 1. 26. q. 1. Dum propria curiositate his nimis erant intenti, minus vacabant his quæ saluti animarum erant accommodata.*

253 Octava regula sit, quòd hi qui ad prædictiones fumendas adhibent principia non physica, cum quibus influxus minimè conformari possunt alterando materialia, superstitione utuntur, licèt in artificio nihil aliud commisceant : vel dicunt horam nativitatis alicujus percipere nequeunt, erigunt thema cœleste ad horam accepti lavacri Baptismatis, vel ignorata hora decubitus ægroti, observant horam susceptionis Eucharistiæ Viatici, & similia : hæc omnia evidenter substrahuntur à causalitate naturali, sicque & vana observantia est, & neque per astra de eis judicium ferri debet, aut potest.

Nona regula sit, quòd quis ausus fuerit affirmare se 254
in cognitionem venire posse earum rerum, quæ ab aliquo in mente retinentur, divinationis vitium incurrit; nam harum rerum cognitio soli Deo reservata est, ac per consequens nulla potest dari ratio, vel causa naturalis, ob quam cognosci valeant.

Decima regula sit, quod ille, qui ad vitandos stellarum influxus adhibet res, quæ naturaliter operari non possunt similes effectus, veluti si ad intemperiem influxus choleræ non adhibeantur res frigidæ naturæ, & sic similes, sed certæ candelæ, vel lampades accendantur intra cubiculum undique clausum, similia patrentur, hic nullatenus scientiam naturalem, sed superstitiosam profitetur; nam hujusmodi causæ non possunt adaptari cum effectu quæsito, atque adeo puniendus est tanquam Magus, & vanam observantiam profitens. 255

Denique qui utuntur instrumentis incognitis, charac- 256
teribus exquisitis; numeris paribus, vel imparibus; nomina parentum, & nati suscitantur; & aliquid ex corpore, indumento vel alimento, aut excremento nati, sumtulant; hi Magi, Arioli, Malefici, non Astrologi sunt; nam hæc omnia nil commune habent cum Astrologia naturali, sicque licet Astrologi nominentur, minimè hac utuntur arte.

Sed dices, hæc omnia clarissimè damnata sunt, & fa- 257
teor, nam solum hîc proponuntur, ut scisciari facilè possit modus operationis cujusvis, sicque percipiatur, an verus Astrologus, sit an verò Arioius, & Maleficus. Sed de his satis, ne à regimine Vrbis maximopere recedamus.

---

§. IV.

De forma, & praxi expediendi contentiones, quæ suscitantur inter Regiam jurisdictionem, & Ecclesiasticam inclita Militia B. Mariæ de Montesa, ac Divi Gregorii de Alfama, ad for. 87. de jurisdict. junct. ali. jur.

TEXTUS.

CAROLUS IMPERATOR REX
Hispaniæ, anno 1534. Montisoni.

ITem lo Mestre de Montesa es Prælat, y superior dels Comanadors, è Frares de la dita Religio, è aixi com à Superior, è Prælat de aquells, es à justitia, y raho conforme que aquell haja de conexer de les causes dels dits seus Comanadors, è que aquells no vajen, ne hajen de anar placitant davant altres Officials : majorment essent com son persones Religioses. Suplica per ço lo dit Braç à vostra Majestat ab acte de la present Cort, provehir, è ordenar que lo dit Mestre conega, é haja de conexer de les causes de dit Comanadors, aixi civils, cò criminals, ques porten entre aquells *ad invicem*, & *viciſſim*, com *contra*, aquells, ò algu de aquells, ne conega, è haja de conexer lo dit Mestre. E que les dites causes no puixen esser tretes de la conexença de aquell, per via de evocacio, ò *alias*, aixi per Loctinents generals, com altres Officials : provehint no res menis, que en les causes ques portaran entre los dits Comanadors, è Mestre *ad invicem*, lo dit Mestre haja de delegar un Jurge, lo

lo qual a consell de un Assessor a les parts no sospitos haja de conexer de dites causes, aixi principals, com de apelacions, é que les dites causes no puixen esser evocades a la Real Audiencia, ni *aliàs* per altres officials. *Plau a Sa Magestat que es serve lo que ses acostumat, y sia de justicia.*

SUMMARIA.

1 *Auctoris necessitudo erga militiam Beatæ Mariæ de Montesa.*
2 *Don Franciscus Sanz undecimus Magister Montesiæ Advocatus Auctoris ex matre fuit.*
3 *Templariorum Ordo celebris, sed extinctus sub Clemente V. in Concilio Viennensi.*
4 *Montesiana Militia origo sub auspiciis D. Regis Jacobi II. cognomento Justi.*
5 *Montesia Militia filiatio est Calatravæ, ordinis Cisterciensis, instituta per Joannem XXII. summum Pontificem.*
6 *Montesia Militia dotata fuit ex bonis Militum Templariorum, & Sancti Joannis Hierosolymitani, sitis in Regno Valentiæ.*
7 *Montesia Militia communicata fuerunt ab initio privilegia Militiæ de Calatrava.*
8 *Doctores scribentes de Ordine, & Militia Montesiæ.*
9 *Sancti Georgii de Alfama Militia, & ejus origo.*
10 *S. Georgii Militia approbatio Pontificia.*
11 *Unio Ordinum Montesiæ, & S. Georgii de Alfama.*
12 *Sternma quando immutatum, & quare.*
13 *Privilegia concessa, & concedenda Militiæ de Calatrava comprehendunt Militiam Montesiæ.*
14 *Montesia verum Monasterium Calatravæ institutum fuit, sub speciali Magistro gubernandum.*
15 *Magister Montesiæ omnia gubernabat, & in omnibus jurisdictionem exercebat, quousque Summus Pontifex administrationem perpetuam Regi Aragonum concessit.*
16 *Magistri Montesiæ enumerantur.*
17 *Doctoris Fratris Hippolyti semper error manifestus notatur.*
18 *Magistratus, prima totius Ordinis dignitas, & cætera describuntur.*
19 *Monasterium Montesiæ quoad omnia gubernabatur per Magistrum.*
20 *Prior Monasterii desumebatur per Magistrum & Monachis Cisterciensibus, nunc ex Fratribus Clericis ejusdem Ordinis.*
21 *Magistro absente, Præceptor major, Monasterium gubernabat; & eo impedito, Claviger: Prior spiritualia exercet, & eo impedito, Frater ex Presbyteris antiquior Subcommendatoris, atque Subclavigeri officia ad quæ fuerint instituta? ibid.*
22 *Unionis vi, Jurisdictionalia Ordinis administrare Rex tenetur per personas idoneas Ordinis.*
23 *Locum tenentis Generalis vera origo: refutatâ illâ, quæ traditur per Dolorem Samper.*
24 *Assessores ad res Ordinis administrandas, desumuntur ex Regia Audientia.*
Cætera officia uberiùs instituta ibid.
25 *Qui hæc officia obtinent.*
26 *Dignitates spectantes ad Fratres Clericos ejusdem Ordinis: remissivè*
27 *Duæ excellentiæ vestrum Ordinem præ cæteris illustrantes.*
28 *Jurisdictionis species, ad Ordinem spectantes explicantur.*
29 *Jurisdictio Castrorum, villarum, & oppidorum cum vassallis spectans ad Ordinem, merè profana est, ac legibus laicæ jurisdictionis explicari debet.*
30 *Prælatus in feudis à Principe habitis, tractandus sicut cæteri Barones.*
Appellatio à sententia lata per Prælatum tanquam Baronem, non defertur ad Superiores Ecclesiasticos, sed ad Principem, ibid.
31 *Processus horum Causarum regulari debent secundum* foros.
32 *Jurisdictio contentiosa in personas Ordinis, est Ecclesiastica, concessa Magistro, qua expedienda est per statuta & diffinitiones ipsius Ordinis; eisque deficientibus, per jus Canonicum.*
33 *Judicia civilia qualiter exercebantur, & hodie exercentur.*
34 *In civilibus causis personarum Ordinis non admittitur provocatio ad Supremum, ibid.*
Causarum criminalium in personas Ordinis ritus.
35 *Seniores Ordinis, ad judicandam causam criminalem, desumi possunt tam ex Fratribus Militibus, quàm ex Clericis: licet Reus Clericus sit Sacris initiatus.*
36 *Seniores ad nutum Magistri, vel Locum tenentis generalis desumuntur, ad instar conjudicum.*
Vicarius Generalis Episcopi, etiam sacris non initiatus, judicat ritè causas Presbyterorum, dum Clericus sit, ibidem.
37 *Simplex dispositio arbitrium tribuit.*
38 *Milites Montesiæ verè & simpliciter Religiosi sunt, & ipsa Militia vera Religio.*
39 *Doctores hanc sententiam tenentes.*
40 *Militare debito modo, potest esse opus insignis Charitatis, & Religionis.*
Militare pro exaltatione fidei, est optimus finis, ibid.
41 *Essentia Religionis consistit in emissione, & observantia trium votorum substantialium.*
42 *Approbatio sola Pontificis, non dat esse Religioni.*
43 *De ratione status Religiosi sunt vota substantialia, adeo ut per summum Pontificem talis status non immutetur.*
44 *Doctores tenentes quod Milites non sunt verè Religiosi: remissivè.*
Verba Divi Thomæ, quibus nituntur, ibid.
Reverendissimus Pater Magister Frater Joannes Martinez, ordinis Fratrum Prædicatorum, acerrimus defensor contraria opinionis, ibid.
45 *Controversia hæc similis est illi, an prima Tonsura sit Ordo Ecclesiasticus? quæ potius consistit in perceptione terminorum.*
46 *Theologia moralis disputationes, æqualiter spectant ad Theologos, & Canonum Professores.*
Ea quæ sunt fori exterioris, ad solos Canonistas pertinent, ibidem.
47 *Pristinus vigor observantiæ Monasticæ in pluribus mitigatus est, auctoritate Sedis Pontificiæ.*
Differentia observantiæ paupertatis circa materiam, in veris Religionibus, ibid.
48 *Incapacitas succedendi in majoratibus, & fideicommissis perpetuis, non habentibus annexam dignitatem Regalem, ut plurimùm provenit ex prohibitione statutorum.*
Text. in l. 14. titul. 5. lib. 3. recopil. *explicatur, ibid.*
Praxis exercendi jurisdictionem Regiam per Ecclesiasticas, & Religiosas personas, ibid.
49 *veri Religiosi, obtinent Dignitates, & beneficia, cum pinguibus redditibus, & veri Religiosi manent.*
Isti Religiosi habent liberam administrationem reditnum suarum dignitatum, & beneficiorum, ibid.
50 *Beatus Bernardus descripsit Milites Templarios, quales esse debebant, sed non semper tales remanserunt.*
Text. in cap. cum plantare, §. 1. de privil. *expenditur, ibidem.*
51 *Bulla Romanorum Pontificum adducuntur, in quibus Milites Calatravæ dicuntur verè Religiosi.*
Cistercienses Monachi, vere Religiosi sunt, ibid.
52 *Similia Doctoris Burgos de Paz, defenditur quoad differentiam inter Ordines Militares.*
Bullæ Cruciatæ *textus ad id ipsum expenditur, ibid.*
53 Bulla Pauli III. *id comprobans addscitur.*

Pontifex non præsumitur tacitè velle destruere, hoc quod expressè dicit velle conservare, ibid.
Bulla Sixti V. *ad hoc confirmandum perpenditur, ibid.*
54 *Unaquæque Religio, modum sibi determinat in materia votorum, ad perfectionem obtinendam.*
Finis determinat actiones morales, ibid.
Essentia Religionis in quo consistat, ibid.
55 *Militum vita, non est vita communis secularium.*
Duo sunt genera hominum, unum mancipatum divino officio, aliud merè laicorum, vacans omnino negotiis secularibus, ibid.
Ex Regula cujusque Ordinis cognoscitur qui sint veri Religiosi, ibid.
56 *Regula Militiæ Montesiæ, est Cisterciensis, sicut est Calatravæ.*
Bullæ fundationis *expeditæ per summum Pontificem adducuntur, ibid.*
57 *Calatravæ Militiæ Ordinis Cisterciensis est, secundum Bullas Pontificias.*
Reverendissimus Prior M. Fr. Joannes Martinez fatetur Militiam Calatravæ veram Religionem fuisse, ibidem.
58 Monasterii Monachorum, *ac* Fratrum *nominibus, veri Religiosi, & eorum domus comprehenduntur.*
Regulares *etiam dicuntur Milites, ibid.*
59 Bulla Leonis X. *expenditur.*
60 *Votum Castitatis non recipit magis vel minus, sicut Obedientiæ, & Paupertatis.*
Quæ voventur sub nomine Castitatis conjugalis; non sunt de materia Consilii, sed præcepti, ibid.
Sed contrarium tenent gravissimi Doctores, quia in voto Castitatis conjugalis, plura de materia consilii comprehenduntur, ibid.
61 *Divi Thomæ doctrina explicatur.*
Castitas conjugalis, in sententiam Divi Thomæ, non habet incompatibilitatem cum perfectione, ibid.
Ad statum Religionis non spectat, omnia perfectiora facere, vel profiteri; sed ea quæ determinata sunt tanquam perfecta, ab ipsa Regula, ex Divo Thoma, ibid.
62 *Requisita Tridentini observantur in Ordine Montesiæ, ad emittendam professionem.*
Milites S. Joannis non teneri ad observantiam Tridentini, quoad emittendam professionem aliqui tenent, sed non inde sequitur non esse veros Religiosos, ibid.
Milites Montesiæ, sicut Milites sancti Joannis, ex speciali statuto, observant requisita Tridentini in emissione professionis, ibid.
63 Fori *decretum datum fuit ante incorporationem; & sic non obest quominus dicantur veri Religiosi Milites Montesiæ; quid Rex in pluribus cognoscit de causis Ecclesiasticorum, & qui sint.*
Regalia cognoscendi de causis Exemptorum non extenditur ad Milites Montesiæ, ibid.
Regia rescripta diffinitionem præbentia in his quæ in foro *desunt, ibid.*
Decisiones Congregationis Cardinalium de immunitate & Rota Romana, id comprobantes, ibid.
64 *Milites Montesiæ Privilegiis fori, & Canonis gaudent. Etiam si novitii sint, ibid.*
65 *Decisio supremi, favore Novitii Militis Montesiæ.*
66 Doctrina Castilli de Bobadilla *impugnatur, qui dixit privilegia Militum nostri Ordinis esse localia.*
Sesse, & Thoro *decipiuntur, dum dicunt privilegia hæc esse renunciabilia, ibid.*
67 *Milites Ordinum approbatorum gaudent privilegio immunitatis à vectigalibus.*
Decisio Regiæ Audientiæ, ibid.
68 *Privilegiis concessis Ordini non potest renunciari per singulares.*
69 *Limitatio privilegii fori, in Regnis Castellæ auctoritate Pontificia nititur.*
70 *Effectus privilegii fori visibilet, in Regno Castellæ.*
71 *Pensiones obtentas per Milites Regulares ante ingressum Religionis, & beneficia secularia amittuntur ipso facto emissionis professionis, nisi adsit dispensatio Pontificis.*
72 *Privilegia fori & immunitatis à præstatione gabellarum communicantur uxoribus Militum Regularium.*
Decisio Supremi refertur, ibid.
Communicatio hæc, provenit ex unitate conjugum, ibidem.
73 *Text. in l.* feminæ, ff. de Senator. *cum aliis jurib. expenditur.*
Text in l. 2. §. ult. C. de Episcop. & Cleric. cum aliis jurib. expenditur, ibid.
74 *In Ecclesia, quæ antiquitùs in usu essent quoad Clericos, & Monachos Conjugatos? remissivè.*
75 *Uxores Clericorum omnino incapaces sunt Ordinis, sed uxores Militum Religiosorum, non sunt incapaces omnino status Religiosi.*
Gabriel Pareja contrariam sententiam proposuit, sed vim juris non dixit, ibid.
Privilegia per Milites Regulares uxoribus communicata, conservantur in viduis, ibid.
76 *Jurisdictio spiritualis Ordinis apud quem residet.*
77 *Nominatio seu electio Primi Magistri Montesiæ reservata Sedi Apostolicæ, in Bulla erectionis commissa fuit Abbati sanctarum Crucium.*
78 *Abbas asserit ad se spectare jus visitandi Ordinem Montesiæ.*
79 *Montesia Ordo unitus, atque incorporatus dicitur Ordini Cisterciensi.*
80 *Magister, & Milites, quia nullo Ordinis Charactere insigniti sunt, reputantur incapaces potestatis Clavium.*
81 *Jurisdictio spiritualis, quid distinctum est à potestate Clavium.*
Sacerdotes, qui administrare Sacramenta possunt, ex defectu jurisdictionis plura sunt quæ peragere nequeunt, ibidem.
82 *Habentes jurisdictionem spiritualem, plura ejus exercere nequeunt defectu Ordinis.*
Ex defectu Ordinis, non valet argumentum ad jurisdictionem, ibid.
83 *Jurisdictio spiritualis spectat ad proprium Sacerdotem.*
Summus Pontifex, est fons à quo profluit tota jurisdictio spiritualis, ibid.
Pontifex est Pastor omnium fidelium, ibid.
84 *Episcopus habet jurisdictionem ordinariam in omni Diœcesi, ex vi sui muneris, sed non immediatè à Christo Domino, sed per summum Pontificem.*
Parochi habent jurisdictionem Ordinariam, tanquam Coadjutores Episcoporum, in Parochia sibi commissa, ibid.
85 *Regulares antea sub jurisdictione Episcoporum vivebant.*
Regulares, exempti postea effecti sunt à jurisdictione Episcoporum, ibid.
86 *Ordo Cisterciensis exemptus fuit à jurisdictione Episcoporum per Innocentium VIII.*
Calatravæ Militia, Ordinis Cisterciensis est, ibid.
87 *Montesia Militia filiatio Calatravæ, & Ordinis Cisterciensis est, quorum privilegia ei communicata sunt.*
Montesia Religio exempta est à jurisdictione Ordinaria ibidem.
88 *Prælati Regularium habent potestatem, & jurisdictionem in eos.*
89 *Religio qualibet constituit quandam Rempublicam separatam.*
Modus gubernationis, & regiminis Regularium, ibid.
Religio Montesiæ, sub regimine Monarchico ut primùm erecta est, sic perseverat, ibid.
90 *Prælati generales habent in suis Religionibus jurisdictionem quasi Episcopalem.*

91 *Generalis*

91 *Generalis cujuscque Religionis habet jurisdictionem independenter ab alio sui Ordinis : Provincialis à Generali ; & locales Prælati , à Provinciali.*

92 *In Ordine Montesiæ , quia Provinciales non sunt , Prælatus localis habet jurisdictionem dependentem à Magistro.*

93 *Jurisdictio spiritualis in Ordine Montesiæ , pertinet ad Magistrum.*

94 *Bulla erectionis ad litteram ponitur.*

95 *Cura animarum Ordinis habitualiter commissa Magistro fuit.*

96 *Generales Ordinum accipiunt jurisdictionem mediante Religione , qua conclusio procedit in Ordine Montesiæ.*

97 *Jus eligendi Magistrum spectat ad Fratres Milites Ordinis.*

98 Bulla Sixti V. *quam vocamus* , Incorporationis , *explicatur ad rem.*

99 *Jurisdictio spiritualis Ordinis Calatravæ spectat ad Administratorem generalem ejusdem.*

100 *Diffinitiones probantes exercitium jurisdictionis spiritualis in pluribus.*

Magister Montesiæ confert beneficia Ordinis , ibid.

101 *Licentiam concedit non assistendi in Choro , dum officia divina celebrantur , & dispensationem non accedendi ad refectorium in diebus specialis abstinentiæ.*

102 *Habitum tribuit , & ex illius commissione per alios conferitur.*

103 *Dispensare potest , quoad residentiam Novitiorum.*

104 *Professiones suscipit , & in ejus posse , vel Commissarii ab eo dati ; vota substantialia emittuntur.*

105 *Ex vi voti ipsi debetur obedientia ab omnibus Militibus Religiosis , atque Clericis.*

Pœna imposita per Magistrum adimplere omnes istius Ordinis tenentur , ibid.

106 *Exercet potestatem deponendi à prebendis , & beneficiis*

107 *Jurisdictionis quasi possessio quomodo probetur.*

108 *Prior habet exercitium jurisdictionis , derivatum à Magistro.*

109 *Jurisdictionis spiritualis exercitium , quod habet Prior , per statuta specialia hujus Ordinis , & non Cistercienſis , constitutum est.*

110 *Statuere de spectantibus ad jurisdictionem spiritualem , est usus ipsius.*

111 *Prior Montesiæ , minorem auctoritatem obtinet , ac Priores Abbatiarum Cisterciensium.*

112 *Religiones Militares , omnes habent jurisdictionem spiritualem in suos.*

113 *Ordo sancti Joannis Hierosolymitani , Priores exteros rejecit.*

114 *Ordo Divi Jacobi quid circa hoc observet.*

115 *Ordo Alcantara quid nunc obtineat.*

116 *Ordo Calatravæ quomodo in his se gerat.*

117 *Magister Montesiæ nullo jure , neque consuetudine , tenetur ad desumendum Priorem ex Monasterio Cisterciensi.*

118 *Verba adducta per Abbatem sanctarum Crucium , commissionis nominandi primum Magistrum , traduntur , & impugnantur.*

119 *Commissio ista in dubium revocatur.*

120 *Ex pura nominatione jurisdictio non queritur.*

121 *Exemptus quilibet habet concessum nudum factum nominandi Conservatorem , & ex hoc non queritur ipsi jurisdictio , neque in eum , neque in judicem opprimentem.*

122 *Abbas , ut plurimum jure delegati nominavit primum Magistrum.*

123 *Delegatio strictè interpretatur.*

124 *Jurisdictio limitata ad certum actum , eo perfecto , extincta remanet.*

125 *Religio Montesiæ concessum habuit jus nominandi Prælatum , jure proprio , ut effectivè pluries nominavit ; sicque obtinuit jurisdictionem.*

Visitandi actus est jurisdictionalis , ibid.

126 *Jus visitandi ordinem Montesiæ nunquam concessum fuit Abbatibus Cisterciensibus , sed Ordini Calatravæ.*

127 *Verba Bullæ de visitatione tractantia , perpendantur.*

128 *Abbates Cistercienſes , ex interventu in visitatione , solum obtinuerunt officium Assessoris , sive Consiliarii.*

129 *Assessores de jure , non habent jurisdictionem , sed nudum ministerium consulendi.*

130 *Assessores per consuetudinem habent jurisdictionem , sed non propriam , cum sit ejus cui assident.*

131 *Superioritas Ordinis Calatravæ limitata est per Pontificem , ad jus visitandi tantum.*

132 *Archiepiscopus est superior Suffraganeorum sui Metropolis.*

133 *Archiepiscopus de jure potest visitare Provinciam , etiam hodie , servata forma Tridentini.*

134 *Archiepiscopus dum visitat , jurisdictionem exercet in Diœcesi suffraganea ; sed ex hoc nulla queritur ei jurisdictio ad primas instantias post visitationem.*

135 *Ex jure visitandi solum inferri potest jurisdictio ad actum ipsum visitandi.*

136 *Per unionem allegatam ab Abbatibus Cisterciensibus ; non queritur illis aliqua jurisdictio.*

137 *Unio extinctiva quæ sit.*

138 *Unio extinctiva facta non fuit inter Ordinem Montesiæ , & Cisterciensem.*

139 *Unio æque principaliter quomodo fiat.*

140 *Unio æquè principaliter minimè facta fuit : nam utraque Ordo remansit sub Rectore.*

141 *Unio accessoriè quomodo fiat.*

142 *Unio accessoriè nequaquam facta fuit , nam titulus utriusque permanet inextinctus.*

143 *Ad unionem requiritur Auctoritas Pontificis expressa.*

144 *In unione , de qua agimus , non interfuit auctoritas Papæ.*

145 *Ad unionem requiritur Consensus eorum quorum interest*

146 *Consensus Ordinis Montesiæ , nunquam datus fuit ad hanc unionem.*

147 *Ad unionem Ecclesiarum earum , quæ sunt de jure patronatus , requiritur consensus Patroni.*

148 *Unio per quam aliqua Ecclesia erigitur in Cathedralem , alteri unita , non spectat ad nos.*

149 *Unio quæ sit ad communicationem spiritualium non extenditur ad aliud.*

150 *Eligendus , ex juris dispositione , debet regulam Ordinis , ad quem eligitur , profiteri.*

151 *Qualitas Ordinis sacerdotalis , vel alterius cujuslibet , neque jure naturali , neque Divino requisita est ad Prælaturam Regularium.*

152 *In Prælatura exercenda sufficit habere ea quæ sunt Ordinis Religiosi absque charactere sacerdotali.*

153 *Exempla plurium Prælatorum Regularium.*

154 *In Ordine Cisterciensium Fratres laici verè Religiosi sunt , & capaces jurisdictionis Ecclesiasticæ ejusdem.*

155 *Clerici Conjugati , incapaces sunt exercitii jurisdictionis spiritualis.*

156 Cap. unic. de Cler. conjugat. in 6. *expenditur.*

157 *Verba* Indulti Sixti V. *expenduntur.*

158 *Prælati Regularium , etiamsi laici sint , ex concessione Pontificis , possunt obtinere jurisdictionem spiritualem in habitu , & eam gerere in actu , per idoneum Presbyterum.*

159 *Incapacitas Ordinis Sacerdotalis non importat incapacitatem jurisdictionis spiritualis.*

160 *Jurisdictio spiritualis in Ordinibus Regularium , residet penes ipsam Religionem.*

161 *Fœmina capaces sunt jurisdictionis spiritualis.*

162 Cap. delicta , de major. & obed. *expenditur.*

163 *Abbatissa , & Prioriſſa , ex vi officii possunt habere collationem beneficiorum.*

164 *Prior Monteſiæ ſubordinatur Adminiſtratori perpetuo, & ejus locum tenenti generali.*

165 *Locum tenens generalis Magiſtri, eſt Vicarius generalis ipſius, in ſpiritualibus, & temporalibus. Et qui ea muneris adminiſtraverint, ibid.*

166 *Bulla incorporationis Magiſtratus ad literam ponitur.*

167 *Qui Doctores eandem tradant.*

168 *Juriſdictionem temporalem ſupremam habet Ordo in pluribus Caſtris, & oppidis Regni.*

169 *In aliis juriſdictionem Alphenſinam tantum, ſive mixtum imperium.*

In aliis fructuum perceptionem tantum, ibid.

170 *Cauſa appellationum vaſſallorum ordinis, quomodo tractanda ſint tam in prima, quàm in ſecunda? remiſſivè.*

171 *Cauſa viduarum, pupillorum, atque ceterarum miſerabilium perſonarum, quomodo tractanda? remiſſivè.*

172 *Crimina reſervata Regiæ juriſdictioni, in oppidis, Caſtris, ac villis Ordinis: remiſſivè.*

173 *Cauſa perſonarum Nobilium degentium in oppidis, Caſtris, atque villis Ordinis, qui non ſunt de ipſo Ordine, reſervatæ ſunt Regi, ſicut in cæteris locis Baronalibus.*

Secus ſi Milites ejuſdem Religionis ſint: quia tunc non ex juriſdictione temporali, ſed ex juriſdictione Eccleſiaſtica pertinent ad Ordinem, ibid.

174 *Crimen fractionis itineris, quomodo ſpectet ad juriſdictionem Ordinis*

175 *Quid procedit poſt ferum anni 1604.*

176 *Viſitatio Univerſitatum ipſius Ordinis ad quem ſpectet.*

177 *Erigere Univerſitatem ad quem ſpectet.*

178 *Contentiones juriſdictionis quomodo tractanda ſunt.*

179 *Caſu diſcordiæ quid faciendum ſit.*

180 *Dum agitur de re Ordinis in Regia Audientia, interventum habere debet unus ex Aſſeſſoribus ejuſdem.*

181 *Contentione emergente cum aliquo Judice, ex delegatis Principis, cum ipſo, ac Aſſeſſore conferentia habetur.*

1 DE inclyta Militia Beatæ Mariæ de Monteſa, & Divi Georgii de Alfama ſermonem inſtituo: hujus illuſtriſſimæ familiæ alumnum eſſe meritò gloriari debeo, hincque neceſſitudo erga ipſam dimanat; nam quidquid ſplendoris matri tribui poteſt, id ipſum in filios redundare contemplor; ob quod mirum non erit, ſi ipſius privilegia exarare ſuſcipiam, inſtitutionem, originem, ac progreſſum (latius aliquantulum, quam res poſtulabat) tradendo. Cogit me quidem telleræ ipſius ſuſceptio, ſed non ex eo ſolum, defenſio Ordinis incumbit; nam antiquior impulſus in eandem obligationem conducit. Undecimus Magiſter Monteſiæ, Illuſtriſſimus Don Franciſcus Sanz, Adavus fuit è matre, nam ipſe, Galcerandum Sanz procreavit, qui Petrum, & Georgium genuit; è Georgio Joannes natus fuit, qui matris cognomine ſumpto, & Villarragut appellatus, Prorex in Regno Majoricarum fuit, Ildephonſum Comitem de Olocau natum habuit, & iſte Georgium, Marchionem de Laneres, qui Præceptorias ejuldem Ordinis, de Barriana, & Villafamès actu moderatur. Ex Petro Laurentius natus fuit, qui matrem chariſſimam procreavit Eliſabetham, & Petrum, ac Joannem ejuſdem Ordinis Stemmate inſignitos. Quare undique ſplendor maternæ ſtirpis, decus & honor antiquiſſimus ab eodem Ordine illuſtratus reperitur.

3 Templariorum Militaris Ordo, quantum à principio emicuerit in Eccleſia militanti, nemo eſt qui neſciat; cum ab Hiſtoricis Eccleſiaſticis, & laicis, paſſim tradatur. Poſtea verò variis, & diverſis non tam nefandis (ut verbis ſummi Antiſtitis utar) quam infandis obſcœnitatibus, errorum & ſcelerum pravitatibus, atque maculis reſperſus, ſub Clemente V. Pontifice maximo, indictum fuit Concilium Viennenſe, ut patet, ex *Bulla ipſius* 2. *idus Auguſti* 1307. apud Cherubin. *tom.* 1. *bullar. pag.* 147. & in ipſo Concilio Ordo damnatus fuit, ac penitus extinctus, bonaque Templariorum Ordini Hoſpitalis Divi Joannis Hieroſolymitani applicata fuerunt, exceptis bonis conſiſtentibus in Regnis Caſtellæ, Aragonum, & Portugalliæ; quæ ſub Apoſtolicæ Sedis diſpoſitione, & ordinatione reſervata fuere, ut patet ex *Bulla ipſius Clementis V. dat. Vienna* 6. *nonas Maii anni* 1311. apud eundem Cherubinum *dict. tom.* 1. *pag.* 150. tradunt Carbonell. *in Chron. de Eſpaña, cap. del Rey Enjaume Segon*, Zurita *Annal. lib.* 3. *cap.* 73. Baron. *in annal. d. ann.* 1307. & 1311. Viciana *par.* 3. *Chron. Val. fol.* 38. Pined. 3. *p. Monarch. Eccleſ. lib.* 22. *cap.* 21. §. 4. Illeſcas *in hiſtor. Pontific. lib.* 6. *cap.* . *p.* 2. Silverius Bernat. 1. *p. reſponſ.* §. 16. *n.* 25. & *ſeqq.* Horat. Turſellin. *in epit. hiſtor. lib.* 9. *anno* 1290. Joan. de Buſſieres *in floſculis hiſtor. p.* 2. *c.* 5.

Glorioſiſſimus Rex Jacobus II. Ordinem ex his ad 4
ſua Regna ſpecialem fundare conatus eſt, & ad preces ipſius ſummus Pontifex Joannes XXII. Cœnobium Monteſiæ inſtituit, ſub invocatione Beatæ Mariæ, ex Militia de Calatrava, Ordinis Ciſtercienſis, cum bulla dat. Avenioni 4. *idus Junii anni* 1316. quæ habetur *in initio noſtrarum diffinitionum, editarum Valentiæ anno* 1589. quæ infra tranſcribitur, ſed nunc tantum verba ad rem expenduntur, ibi: *Nos eiſdem Regi, Regno, atque fidelibus* 5
adverſus hujuſmodi hoſtiles incurſus proſpici capientes, dicti Regis ſupplicationibus inclinati, Monaſterium in Caſtro de Monteſa, Valentinenſis Diœceſis, infra dictum Regnum Valentiæ conſtituto, de prædictorum fratrum noſtrorum conſilio, & Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis, ordinamus de novo, ad honorem Dei, & exaltationem Catholicæ Fidei, ac depreſſionem ipſorum infidelium conſtrui: in quo Fratres Ordinis Calatravenſis (ad quos Rex ipſe non parum aſſici dicitur, & de quorum ſtrenuitate confidit, ut fertur) pro defenſione dicti Regni Valentiæ, ac fidelium incolarum ipſius, ab hoſtium dictæ fidei, ejuſdem vicinantium, periculoſis inſultibus debeant collocari, & ſic idem Regnum, & fideles eo ferventius dictis hoſtibus reſiſtere valeant, quo plurium virium conflatio in unum, majori potentia fulcietur. Ipſum Monaſterium idem ſummus Pontifex dotavit omnibus bonis, quæ Ordinis Templariorum, tempore captionis, & ex- 6
tinctionis, in Regno exiſtebant, nec non quæ tunc poſſidebantur ab Ordine divi Joannis Hieroſolymitani, dempta domo cum Eccleſia, & redditibus, ab ipſo Ordine Divi Joannis poſſeſſis in Urbe, & ejus territorio, cum Caſtro, & villa de Torrent, ac ſuis pertinentiis: concedendo Magiſtro, & Fratribus Ordinis Divi Joannis ea quæ à Templariis poſſidebantur in reliquis Coronæ Aragonum Regnis. Noſtris autem Magiſtro, ac Fratribus indulſit, omnia, & ſingula privilegia, immunitates, & libertates, quibus fruebantur, ex auctoritate Pontificia, Magiſter, ac Fratres Ordinis de Calatrava, in Caſtel- 7
læ Regnis, ut ex *eadem bulla* apparet, & pluribus aliis infra expendendis. Inſigne autem iſtius Ordinis à principio fuit ſcapulare, ac cingulum, ex panno, byrrho, cum cuculla, ſeu capucio exiguo, atque pallium candidum, cum Cruce liliata, nigri coloris, ejuſdem formæ, ac purpurea Calatravenſis. Tractant de hac fundatione, præter bullam prædictam, & inſtrumenta antiquiſſima in Archivio arcis Monteſiæ reſervata, noſter Martinus Viciana 8
in 3. *p Chronica Valentiæ, in cap. de la fondacion de la Orden de Monteſa, fol mihi* 42. Chaſſaneus *in Catalog. glor mund. p.* 9 *conſil.* 9 Polid. Virgil. *de invent. rer. lib.* 7. *c.* 5. Sylveſter Marul *in Oceani. Relig. lib.* 3. Paulus Morigia *de orig. Relig. lib.* 4. *c.* 4. Argote de Molina *lib.* 1. *ſue hiſtoria, c.* 31. Illeſcas *in hiſtor. Pontific. part.* 1. *lib.* 2. *c.* 2. Zurita *lib.* 6. *Annal. Aragon. cap.* 26. Blancas *in com. fol.* 181. Garibay *in compend. hiſtor. lib.* 32. *cap.* 11. Rades de Andrada *in Chronic. Calatrav. cap.* 16. Lobera *in vita ſancti Fraylani, cap.* 19. Barnabas Montalvo *in Chronic. Ciſtercienſ.*

tom. 1.

tom. 1. lib. 2. cap. 17. Noſter Gaſpar Eſcolano *in hiſtor. Valent. decad. 1. lib. 5. cap. 13. nu. 4. & lib. 9. cap. 7.* Beuter *lib. 2. Chron. Hiſpan. cap. 22.* Llamas *in methodo, p. 1. cap. 11. §. 10.* Carol. Tapia *in authent. ingreſſi, C. de ſacroſanct. Eccleſ. verb. Monaſteria, cap. 15* Silverius Bernat. *in juris reſponſ. part. 2. §. 1. a num. 1.* dominus Leon *deciſ. 89. num. 25. tom. 1.* P. Mariana *de rebus Hiſpan. lib. 15 cap. 15.* Joſephus Michaëli *in theſaur. militar. Cavall. fol. 72.* P. Azor. *inſtit. moral. p. 1. lib. 13. cap. 5. quæſt. 3. verſ. Porro in Valentin.* Tamburin. *de jur. Abbat. tom. 2. diſp. 34. quæſt. 5 num. 82.* Rodrig. *in compend. quæſt. Regul. fol. 115. nu. 48.* Joann. de Carvalho *de una, & altera Quarta, ad cap. Raynaldus p. 1. quæſt. 314.* Machado *in perfect. jur animar. tom. 2. lib. 5. part. 4. tract. 3. docum. 4.* Barboſ. *in collect. Apoſtolicar. deciſionum, collect. 310. per tot.* & recenter Dominus Greſpi *obſervat. 54. cum duob. ſeqq.* & Doctor frater Hippolytus Samper, Presbyter ejuſdem Ordinis *in duobus voluminibus, Monteſia illuſtrate.*

9 Erat ab anno 1201. alius militaris, Ordo inſtitutus in Regnis Aragonum à domino Rege Petro Secundo, patre Jacobi Primi, ad Arcem de Alfama ſitam in litore maris Balearici, in Cataloniæ Principatu, Diœceſis Dertuſenſis, inter oſtium Iberi fluminis, & collem urbis Balaguer, ſub invocatione Divi Georgii, & regula ſancti Auguſtini, qui fuit creatus, ut Chriſtianos defenderet in itinere piratis expoſito, Sed nullatenus reperitur approbatus à Sede Apoſtolica, uſque ad ſequentia tempora. Viciana *dict. 3. p. fol. 43.* tenet quòd fuit approbatus à
10 Gregorio XI. cum bulla dat. Avenioni *die 14. Maii 1373.* cum quibus conſonat noſtrarum diffinitionum atteſtatio. Sub hac eadem bulla juſſum fuiſſe comperimus ut fratres, ac Milites Inſigni Crucis rubræ ſuper veſte candida uterentur. At Auguſtinus Barboſa *dict. collect. 310. num. 4.* ait approbatum fuiſſe à Benedicto XIII. *anno 1363.* (ſed impoſſibile eſt, quod Benedictus electus fuit anno 1394. ut omnes hiſtorici tenent) & quòd unio horum Ordinum facta fuit per eundem Benedictum anno 1369. quod pari ratione impoſſibile eſt. Noſtræ definitiones tradunt, unionem factam fuiſſe ab ipſo
11 Benedicto anno 1399. Viciana autem anno 1410. Sed ſalva pace horum virorum, cum diffinitiones Ordinis plus auctoritatis habeant, eo quòd ſolemniter, in viſitatione, factæ reperiuntur, per Prælatos viſitatores: certiſſimum eſt, ipſos ſeries bullarum inveſtigaſſe accuratiùs, quàm Hiſtoricus ille, & iſte alius Doctor, quorum non intererat hæc ita inquirere, nec poteſtatem habeant archivi; arcana ſcrutandi. Sicque diffinitionum traditione retenta, ab anno 1359. immutatam eſſe telleram noſtrorum Militum affirmandum eſt, relicto Crucis liliatæ
12 nigri coloris Inſigni, & aſſumpto purpureo, ſimplici, & plano, quo nunc utimur, *dimiſſo etiam ſcapulari tanquam minus apto ad exercitium militare, & uſum armorum*, ut Viciana notat. verba Martini Viciana *parte 3. chronic. valen. pag. 43. colum. 2. ad fin.* ſic ſe habent: *Benedicto Decimotertio pretenſo Papa in corpore Laorden de Monteſa con lade ſan Jorge de Alfama, y mando que ſe nombren de Monteſa y ſant Jorge, y que lleven ropa blanca, y una Crux colorada en el pecho izquierdo, y dexenel eſcapulario.* Frater Samper *parte 1. Monteſ. illuſtr. nu. 377.* mihi errorem irrogat: ſed an ita ſit, ex verbis Vicianæ adductis inferri valet. Malo cum Viciana, doctiſſimo Hiſtoriographo, errare, quàm hunc ſequi; dum ſcapulare externum cum capucio ex panno bruno, minus aptum ad uſum armorum, confundit cum Candido, cruce inſignito, & interno. Hæc unio confirmata fuit in ſynodo Conſtantienſi. Hinc eſt, quòd Ordo noſter, inter filios Benedicti Patriarchæ annumerandus eſt, nam conſervata fuit regula Divi Benedicti; & licet Divi Auguſtini regula profiteretur à Militibus Divi Georgii, dimiſſa fuit tempore prædictæ unionis.

13 Demum cum conceſſio Apoſtolica de privilegiis Calatravæ loquatur, aliqui dubitarunt, an extenderetur ad futura; nam bulla de conceſſis loquitur, ſicque non comprehenſa concedenda videntur, tam in bulla fundationis, quàm confirmationis Clementis V. Martini V. Julii II. & aliorum Romanorum Pontificum. Sed ut dubium tolleretur, Papa Leo Decimus cum Bulla 5. Kalendas Maii 1515. conceſſit noſtro Ordini, quòd fruatur omnibus, & ſingulis privilegiis, immunitatibus, gratiis, exemptionibus, & libertatibus, inclytæ Militiæ de Calatrava conceſſis, & concedendis, eorumque uſibus, ſta-
14 bilimentis, & natura, uti, potiri, & gaudere nobis conceſſit. Quod ſumma ratione nititur; nam Conventus Monteſiæ filiatio præfatæ Militiæ de Calatrava eſt, & cum regularibus inſtitutis ipſius conformatur, quod comprobatur ex traditis per Auctores ſuperius laudatos, *num. 8.* ſignanter per Marianam *dict. lib. 15. c. 16. in princ.* ibi; *Proximo anno 1317. repetitis antea legationibus, ſupremáque Aragonii Regis contentione, ex bonis, quæ Templarii in Valentino tractu obtinere ſoliti erant, nova tuti militia conſtitueretur, impetratum, Calatravæ quidem contributa, proprio tamen Magiſtro, in veſte candida, Cruce rubra inſigni, ſimplici, planaque, Ciſtercienſium inſtituo, legibuſque vivere, mandatum eſt.*

Sub Magiſtri ſpecialis juriſdictione, & poteſtate in- 15
ſtituta fuit noſtra Militaris Religio, quod obſervatum uſque ad annum 1587. quo ſummus Pontifex adminiſtrationem conceſſit Aragonum Regiæ Majeſtati, atque adeo quatuordecim Magiſtratum habuiſſe eſt certum, quos tradere decrevi.

Guillelmus Erill Ordinis Sancti Joannis Hieroſoly- 16
mitani die 22. Julii 1319. tranſivit ad Militiam de Calatrava, ſumpſitque habitum in Cœnobio ſanctæ Crucis Ordinis Ciſtercienſis, ſito in Principatu Cataloniæ, per manus Præcentoris de Alcañiz; quod auctoritate Apoſtolica confectum fuit, & Abbas ejuſdem Cœnobii, titulum Magiſtri noſtri Ordinis condonavit, deceſſit die 27. Septembris ejuſdem anni in villa Peniſulæ, dum patrimonium Ordinis viſitabat. D. Fr. Hippolyt. Samper *in Monteſia illuſtrata, parte 1. n. 135.* Mihi & Martina de Viciana increpat dixiſſe, quod hoc factum fuit interveniente Nuntio Apoſtolico: labitur enim, ut ex ipſis ſcriptis demonſtratur. Nec relevat dicere, ſic nos explicaſſe Anonymum: nam id prodeſſet ad impugnandum eum, non autem ad aſſerendum me illuſum fuiſſe, ut aſſerit *in Judice generali.* Si enim *in nota ad d. n. 135.* qui dicimus faretur; quare in Judice increpationem apponit? ſed mihi ſatius eſt; id lapſui calami tribuere.

Succeſſor datus fuit Arnaldus Soler, die 16. Octobris ejuſdem anni, ex eadem Religione Divi Joannis deſumptus, Prælaturam geſſit per octo annos, & ultimum clauſit diem in villa Sancti Matthæi 6. Novembris 1327.

Frater Petrus Tous die 17. Novembris fuit conventualiter electus, rexitque Ordinem per quadraginta & ſeptem annos, deceſſit in villa Sancti Matthæi die 5. Auguſti 1374.

Frater Ambertus Tous conventualiter electus die 18. Auguſti ejuſdem anni, obtinuit munus octo annos, & deceſſit in eadem villa die 13. Julii anni 1382.

Frater Berengarius March, conventualiter electus, die 25. Julii ejuſdem anni, in preſentia Domini Regis Petri Secundi, ſub hoc Magiſtro, unio Ordinis Divi Georgii fuit facta, deceſſit in eadem villa die 8. Martii anno 1409.

Frater Romeus de Corbera, fuit electus à ſummo Pontifice, eo quòd conventuales in diſcordia verſabantur, an eligendus eſſet Frater Nicolaus de Proxita, an verò Fr. Raymundus Alamany de Cervellon. Poſſeſſionem Prælatiæ obtinuit die 10. Octobris 1411. & Magiſtratum, per annos quinque & triginta, deceſſit Valentiæ die 5. Septembris, anno 1445.

Frater Gilabertus de Monſoriu, fuit conventualiter

electus die 14. Septembris ipsius anni: præsedit per octo annos, & decessit Valentiæ die 3. Decembris 1413.

Frater Ludovicus Despuig, cognomento *El buen Maestre* conventualiter electus fuit, die 12. eorundem obtinuit Magistratum annos viginti & novem, decessit Valentiæ die 4. Octobris 1482.

Frater Philipus ab Aragonia, ex concessione Pontificia obtinuit Magistratum: electus conventualiter fuerat Frater Philipus Boil, die decimo Octobris anni 1582. sed Pontificis electio prævaluit. Decessit in expeditione versus Agarenos, dum Baca urbs obsideretur, ex vulneribus sibi dimicando illatis, die 10. Julii 1488.

Frater Philipus Boil iterum electus die 30. eorundem, decessit in villa sancti Mathæi die 18. Julii 1492.

Illustrissimus Dominus Frater Don Franciscus Sanz Adavus colendissimus, electus fuit conventualiter die 12. Januarii anni 1493. Sed non sine jurgio, eo quod Frater Don Garcia de Marsilla Claviger, ei opponebatur; at per viam Compromissi, electio in sui favorem perfecta fuit. Hunc inter optimos Magistros connumerat Viciana *ubi prox.* ibi *Este fue buen Maestre.* Decessit Valentiæ die 4. Januarii 1506.

Frater Don Bernardus Puig conventualiter electus fuit die 15. eorundem. Hujus eximia virtus maximopere commendatur. Decessit ad finem anni 1536. (D. Samper assignat diem 3. Julii 1537.) jussit suum corpus humari ad limina Templi, ita ut ab ingredientibus, & egredientibus conculcaretur.

Frater Don Franciscus Lansol de Romani fuit conventualiter electus, sed discordia non modica præcedente, cum Don Henrico à Borgia, die 18. Julii 1537. decessit Valentiæ 12. die Martii anni 1544.

Frater Don Petrus Ludovicus Galcerandus à Borgia fuit electus casu discordiæ, & litè coram Pontifice suscitata inter ipsum & Fratrem Don Gueraum Bon, iste cessit liti: quare confirmata fuit electio Petri, sive ipse electus per Pontificem dispensatione concessa propter minorem ætatem: nam decimum septimum annum tantum attigerat. Ordinem gubernavit usque ad incorporationem factam anno 1587. & post eam, ex speciali Pontificis jussione, sub eodem titulo *Magistri* usque ad ultimum diem vitæ 20. Martii 1592. Barchinonæ Prorogis Cataloniæ munus adimplens.

16 Prima totius Ordinis dignitas, & Prælatura fuit ab origine Magistratus; apud quem universa jurisdictio atque potestas residebat; cujus proventus duodecim millium librarum argenti (ex decem Regalibus argenteis unaquæque constat) summam superabant. Secunda commendatoris Majoris ad trium millium librarum numerum redditus attingentes: cui jurisdictio deferebatur absente, impedito, vel defuncto Magistro. Tertia Clavigeri qui custodiam Arcis curabat, & in censu habebat
17 proventus oppidorum de Silla, & Montroy bis mille librarum summam excedentes: sed postea segregata ea fuerunt, & ex quolibet oppido Præceptoria specialis erecta fuit, remanente dignitate honorifica, cui adhuc hanc prærogativam detrahere conatur Samper: sed iniquè, meo quidem judicio. Denum Præceptoriæ de Perpugent, de Onda, de Alcala, de Xibeut, de Benicarlo & Vinaroz, de Adzanera, de Benesal, de Villafames, de Ares, de Castellfabid & Ademas, & de Borriana. Quæ quidem per suos Præceptores sive Commendatarios administrantur, & possidentur. Sed quia in
18 Magistratu antiquo, Gubernatoris officium multis ab hinc annis institutum fuerat, etiam hodie permanet hoc officium, cum Insigni jurisdictionis, assueto geri per Gerentes vices generalis Gubernatoris totius Regni, Scipione nempe parvulo; cujus possessio continuari jussa fuit per *actum Curiæ Brac. Eccles. c. 32. anni 1616.* cui annexa fuit ab initio administratio jurisdictionis temporalis ipsius Magistratus. Proventus oppidi de Sueca applicati erant ad sumptus monasterii, licet in mensa Magistrali comprehenderetur; sed administrabatur per Clavigerum, cum onere præbendi necessaria ad Monasterium. Hodie miles ex Ordine desumitur, qui nomine Gubernatoris de fructibus ipsius oppidi Curat. In oppido de Moncada cum accessoriis, nempe Carpessa & Borbotor, adest miles sub titulo *Bajuli*, sive *Baylio*: etiam ab Ordine desumptus.

Monasterium ipsum quoad omnia gubernabatur per 19
Magistrum, & ad ea, ad quæ necessarius erat ordo Sacerdotalis, eligebatur Prior, qui exerceret: è Monasterio sanctarum Crucium, Ordinis Cistercienses, Monachus doctrina, & virtute probatus desumi solebat, de quo latè disserit Samper *in Mon. sia illustrata, part. 4. articul. 1. ex n. 1.* Nunc jam ex Fratribus Clericis ipsius Ordinis Montesiæ eligitur. Quod fieri debere pluribus comprobare conatur Samper *ibi.* sed omisit præcipuum fundamentum, quo non solùm fieri posse, verum etiam faciendum præcisè probatur; nempe quæ constitutiones diversorum Pontificum. Prima est *Bulla Gregorii VIII. dat. 4. Novembris anni* 1187 quæ continet secundam confirmationem Ordinis Calatravæ, & ad literam tradidit Illustrissimus Don Hieron. Mascareñas Episco- 20
pus Segontinus *in diffin. illius Ordinis, editis anno* 1660. *pag.* 29. Secunda est, *Bulla Innocentii III. dat. die* 28. *Maii, anni* 1199. quæ continet tertiam ejusdem Ordinis confirmationem, quam ad literam ponunt ipse Mascareñas *ibid. pag.* 45. & Ascanius Tamburinus *tract. de jur. Abbatum, tom. 2. disput. 24. quæst. 5. num. 75. pag. mihi* 430. verba expressa sunt hæc: *Clerici quoque Ordinis vestri Clericum Priorem habeant, cui professionem faciant, reverentiam ac subjectionem impendant.* In utraque Bulla ipsa verba reperiuntur, quæ dubitatione carent, 21
neque quæstionem admittunt. Ex eisdem clarè deducitur, quod Fratres Milites priori non subiiciuntur, cùm solùm de Fratribus Clericis constitutiones loquantur. Ob quod, Magistro absente, Commendator major præsidebat, & eo impedito, Claviger. Spectantia ad Priorem, eo impedito, vel absente, ad Fratrem Clericum antiquiorem sacro Presbyteratus Ordine insignitum, sub nomine, *Præsidentis*, deferebantur: sed quia Commendator Major, & Claviger frequenter aberant, fuerunt institura officia *Subcommendatoris*; & *Subclavigeri*, qui eorum munia implerent, & duobus militibus Conferuntur, ut *ex nostris diffinitionibus* resultat, & ex latè traditis per Samper *p. 1. n. 144. in not. lit. H. part. 3. art. 4. per tot. & p. 4. d. art. 1.*

Per unionem, atque, incorporationem Magistratus 22
cum Regio diademate Aragonum, aliqua immutata sunt: sed præcipuum cum caveatur in Bulla incorporationis, quam tradimus *infra nu.* 366. quod jurisdictio Ordinis administranda sit per Personas idoneas ejusdem, hinc necessarium fuit quod Vicarius generalis Magistri nominaretur ex Militibus ipsius Ordinis, cui datum fuit nomen *Locumtenentis Generalis Magistri*, quod idem importat; Concesso attributo dominationis per *act. Cur. Brach. Eccles. c. 31. d. anni* 1626. Cæterisque prærogativis traditis per Samper *dict. p. 5. divis. 3. ex n.* 670. superaddita Cruce magna in medio pectoris: ipse originem Officii, sicut & nominis, re- 23
fert ad Locumtenentes speciales per ipsos Magistros nonnunquam destinatos, sed perperam: imo potius originem habuisse ab observatis per prudentissimum Ferdinandum II. Regem, cognomento *Catholicum*, qui dum Regna Castellæ gubernabat, obtinuit à Sede Apostolica administrationem Ordinum Militarium sancti Jacobi, Calatravæ, & Alcantaræ: & cum adhuc instituras non fuisset Regius Senatus Ordinum, in uno quoque eorum Generalem Vicarium constituit in spiritualibus, & temporalibus. Hujus historiæ à paucis perceptæ, & à pauciissimis prælo datæ extat irrefragabile testimonium in *Bulla Julii II. expedita Romæ Kalendis Aprilis anno* 1508. quæ est *constitutio* 16. *ejusdem* Apud Laërtium Cherubi-

num

num *in Bullario tom. 1. pag. mihi* 431. cujus verba ſunt hæc. *Sanè pro parte Charissimi in Christo Filii noſtri Ferdinandi Aragonum, & Sicilia Regis Illuſtris, qui Militiæ de Calatrava Ciſtertienſis Ordinis Toletana diœceſis per Sedem Apoſtolicam perpetuus Adminiſtrator deputatus exiſtit, nobis ſuper exhibita petitio continebat: quod alias dilectus filius Gutterius de Padilla Major nuncupatus ac dicti Ferdinandi Regis Adminiſtratoris etiam in ſpiritualibus Vicarius Generalis.* Hic Gutterius fuit Commendator Major Calatravæ, & nomine Regis Catholici Ordines Calatravæ & Alcantaræ laudabiliter gubernavit, ut conſtat ex diffinitionibus per eum latis, quas adducit Miſcareñas *ubi ſupr. tit. 2. poſt. c. 2. pag.* 269. in quibus ſic intitulatur: *Yo don frey Gutierre de Padilla Commendador mayor de la Orden y Cavalleria de Calatrava, Preſidente, y Teniente general de ella. Otro ſi de la Orden y Cavalleria de Alcantara por el Rey de Aragon, de las dos Sicilias de Geruſalem &c. Adminiſtrador perpetuo por autoridad Apoſtolica, dellas nueſtro Señor, conſiderandoque las Coſas temporales no pueden Durar mucho ſin ayuda de la eſpirituales.* Quæ quidem diffinitiones concernunt regimen ſpirituale ſacri Conventus, ut in epigrapha dicitur, & ex eiſdem reſultat: de his mentionem *Samper* non fecit; quare tribuit originem locumtenentis Generalis, Locatenentibus in temporalibus aliquando nominatis per Magiſtros, Sed conſequentius deducitur ab obſervatis per Regem Catholicum; nam Rex Philippus, qui adminiſtrationem Monteſiæ obtinuit, inſequendo veſtigia prædeceſſoris, quæ ab eo geſta fuerunt obſervaſſe credere debemus, potius quam ea quæ per Magiſtros facta reperiuntur, quorum notitia ad eum pervenire tunc temporis faciliter non poterat. Quod amplius ſuadetur ex eo, quod poteſtas conceſſa per Magiſtros ſuis Locatenentibus, temporalem non egrediebatur. At conceſſa per Regem Catholicum, ſub nomine *Vicarii generalis* ad ſpiritualia extendebatur, ut *in Bulla* dicitur quod magis adaptatur poteſtati conceſſæ Locumtenenti generali. Nec nominis differentia ſenſibilis adeſt; nam quod in *Bulla* dicitur Latinè *Vicarius generalis*, in diffinitionibus dictum fuit, *Preſidente, y Teniente general.*

24 Huic Locumtenenti generali conceſſus eſt uſus univerſæ juriſdictionis ad Magiſtrum ſpectantis olim, & nunc ad Adminiſtratorem Magiſtratus; & dati illi fuerunt duo Aſſeſſores Togati delumpti ex Regia Audientia Civili, ut hæc, & alia in titulo Locumtenentis tranſcripto per Samper *d. p. 3 n.* 577. exarantur. Datur. ei etiam Advocatus fiſcalis, cum hac differentia, quòd Aſſeſſor ex vi nominationis conceſſum habet ingreſſum Ordinis, ſi voluerit. Nam licet de omnibus mentio fiat *in act. Cur. Brach. Eccleſ. c. 30. anni* 1626. omnibus Aſſeſſoribus perentibus hoc conceſſum fuit, & nulli fiſcalium. Per eos cuncta juriſdictionalia adminiſtrantur; demptis cauſis criminalibus perſonarum Ordinis, contra quas proceditur ſecundum formam traditam *in c. 70. diffin.* ut ſtatim dicam. Ea verò quæ pertinent ad ærarium menſe Magiſtralis, exiguntur per Receptorem, ex eodem Ordine deſtinatum. In hoc Supremo adeſt Aſſeſſor Generalis Ordinis, per quem omnia, quæ ipſam Religionem concernunt, expediuntur. Deſumitur ex eodem Supremo, cùm Ordinis ipſius ſit; quod neceſſarium eſt juxta tenorem conceſſionis. Et licet in omnibus quæ gubernationem, & gratiam concernunt univerſum conſilium proponat, ut Adminiſtrator perpetuus deliberet ſuper Reſcripta, Privilegia, & Commiſſiones, per ſolum Aſſeſſorem generalem ſubſcribuntur ſeu ſignantur, Nuper ingens controverſia præſedentiæ ſuſcitata fuit inter Nobiles, & Magnificos Don Petrum Villacampa, & Pueyo Aſſeſſorem Generalem, & Don Antonium Ferrer. Clavigerum, quæ per obitum illius indeciſa remanſit: ſed facilis exitus videbatur; in his enim quæ juriſdictionem ſapiunt, vel regimen, Aſſeſſor præcedere debet, ſicut Præſes & Conciliarii Ordinem præcedunt cæteras dignitates eorundem: in his quæ ſpectant ad Actus Religionis conventuales Clavigerum præcedere eſt neceſſe. Qui officia Ordinis obtinent, ſunt ſequentes.

Nobilis Frater Don Joannes Creſpi & Brizuela Præceptor de Ademuz, & Caſtell-fabib Locumtenens generalis Magiſtri. 25

Nobilis Frater Don Carolus Valterra, & Blanes de Regio Conſilio Civili, Aſſeſſor.

Magnificus Doctor Marcus Roig, Miles, de eodem Regio Conſilio. Aſſeſſor.

Doctor Frater Petrus Rodrigo Presbyter, Prior ſacri Conventus

Frater Don Joannes Pertuſa Bonaſtre, Receptor Generalis.

Frater Don Hieronymus Vives, & Joan, Procurator Generalis

Frater Don Philippus Vives Canamas. Præceptor de Montroy Subclaviger,

Frater Don Bernardus Sanz, Dominus oppidi de Valles, Subcommendator.

Frater Don Andreas Monſerrat, & Siurana, Gubernator Magiſtratus, & ſancti Mathei.

Frater Don Joſephus Borja Lançol, Gubernator de Zuera.

Frater Don Hieronymus Brizuela Bayllus de Moncada.

Doctor Eleuterius Torres Advocatus Fiſcalis.

Habent Fratres Clerici Prioratus, & Beneficia curata pinguia, ad quæ promoventur. Prioratus quinque antiquitus erant, nunc ſex: nempe Sacri Conventus, domus Regiæ del Temple, Collegii divi Georgii in urbe, ſanctæ Mariæ de Cervera, Sancti Joannis de Borriana, & Sancti Georgii de Alfama: de quibus tractat Samper *part. 4. art. 2. & 3. ex n. 162.* ſed *n. 306. cum ſeqq.* alios duos Prioratus ponit, hi ſunt Prior *Magiſtri*, & Prior *de Vallada*: ſolum ad honores hoc titulo fruebantur. De beneficiis curatis, ſive ut nos dicimus, Rectoriis Eccleſiarum Parochialum plura congerunt Silverius Bernat *in juris reſponſo edito Barchinonæ, anno* 1613. *p. 2. §. 4. & 5.* & Samper *d. par. 4. articul. 4. ex numer. 210.* quæ non tranſcribuntur, quia ad nos non ſpectant. 26

Et quod magis noſtræ inclitæ Religionis dignitatem demonſtrant, ſunt quæ prærogativæ, à nullo ex cunctis Militaribus Ordinibus conſecutæ. *Prima*, eſt Regiæ munificentiæ origo; eo quod fundator immediatus fuit inclitus Rex Jacobus II. cujus precibus Pontifex ſummus Joannes XXII. Ordinem inſtituit, & ipſe Caſtrum Monteſiæ cum pluribus aliis liberaliter donavit. *Secunda*, quod Religionem noſtram illuſtravit Primogenitus ipſius, Princeps Jacobus, habitu ſolemniter ſumpto, ut teſtantur Viciana *d. 3. part. Coron. Val. pag.* 43. Blancas *in comm. pag.* 181. Zurita *An. Annal. lib. 6. c. 32.* & Dominus Creſpi *obſ. 55. n. 4.* 27

His breviter dictis de origine, & progreſſu noſtræ Religionis, ut jam ad juriſdictionalia deveniamus; tenendum eſt, quod triplex juriſdictio conſiderari in eo poteſt. Prima ſpectat ad ſuperiores ipſius, Magiſtrum nempe, & Præceptores, ſive Commendatarios, in Caſtris, Villis, & oppidis Magiſtratus, & Præceptoriarum, per quam cognoſcunt de cauſis mere profanis, & ſecularibus, laicorum in eis degentium, tam civilibus, quam criminalibus. Secunda eſt juriſdictio Eccleſiaſtica penes Magiſtrum reſidens, in omnes Præceptores, Priores, & Fratres, tam Milites, quam Clericos ejuſdem; quæ licet ſpiritualis ſit ab extrinſeco, eo quod verſatur circa perſonas Religioſas, & Deo dicatas, ab extrinſeco temporalis eſt, quia tractat de rebus temporalibus, ad Ordinem, vel ad perſonas ejuſdem, earumque bona, & crimina ſpectantibus. Tertia eſt ſpiritualis juriſdictio, attinens ad forum internum, curam animarum, cæteraſque res merè ſpirituales. De omnibus breviter agendum eſt, ut appareat quo pacto tractari debent negotia Ordinis Monteſiæ, ne ex defectu juriſdictionis nulliter procedatur, vel judicium reddatur illuſorium. 28

Prima, ut dixi, merè profana eſt, in Caſtris, Villis, oppidis, atque Vaſallis per Reges conceſſis: quia ipſi 29

loci

laici sunt, & bona profana, ex Regia liberalitate procedentia, de quo dubitari nequit; nam etiamsi bona, & possessiones, Ecclesiasticæ factæ sint, quoad dominium; respectu tamen jurisdictionis profanæ remanserunt: Tum quia sunt bona de *Realengo*, quæ adquiri per Ecclesiasticos non potuerunt absque hac qualitate, ut latè dictum remanet *sup. cap.* 2. §. 5. *ex numer.* 44. Tum etiam quia Prælatus Ecclesiasticus, in jurisdictione temporali, quam obtinet in feudo, à Principe ipsi concesso, judicatur tanquam laicus Baro, sive feudatarius Principis; & ideo, in omnibus se gerere debet tanquam laicus. Neque ab eo ad Ecclesiasticum Superiorem provocatio conceditur, sed ad Principem, vel Superiorem laicum, qui judicat causas provocationum à sententiis latis per alios Barones, & feudatarios: ut docent Abbas *in cap. solita, de major. & obed. n. quarto*, ubi *etiam* Felini Andreas Gail. *lib.* 1. *observat* 30. *nu.* 4. Mynsinger. *Centur.* 5. *observat.* 5. Franc. Marcus *decision.* 454. *num.* 10. *part.* 1. Marta *de jurisd. part.* 4. *casu* 198. *num.* 1. Bobadilla *lib.* 2. *politic. cap.* 17. *num.* 196. Cancer. *Var. lib.* 3. *capit.* 1. *num.* 345. Oliban. *in resp. alium namque, cap.* 26 *numero* 5. Carol. de Graff. *de effect. Clericat. effect.* 1. *num.* 513. Mastrill. *de Magistr. lib.* 2. *cap* 8. *n.* 14. August. Barbos. *de jur. Eccleſiast. lib.* 1. *cap.* 39. *Paragr.* 2. *n.* 120. *cum sequentib.* Honor. Montan. *de Regalib. tract. de Offic. n.* 76. Ascan. Tambur. *de jur. Abbat. tom.* 3. *disput.* 12. *quæst.* 1. *num.* 7. Neque aliud ostendit Samper; diligens indagator præeminentiarum nostri Ordinis, *dict. part.* 3. *ex n.* 761. ut obiter
31 dixi *sup. cap.* 2. *Paragr.* 5. *n.* 50. Et sic processus similium causarum juxta foros, leges, consuetudines, & stylos laicorum ordinandi, atque judicandi sunt; & Assessores, Tabelliones, Actuarii, & cæteri Ministri, laici esse debent. Neque in eis Magister, vel alius Prælatus uti potest censuris, aliisve pœnis Ecclesiasticis, ut testantur Doctores superiùs congesti; & alii adducti per Solorzanum *de jur. Indiar. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 25. *n.* 29 *cum. seq.* Quibus non repugnant deducta per Samper *dict. part.* 3. *n.* 764. asserentem appellationes harum causarum deferri ad Gubernationem sancti Matthæi; & posse evocari ad cognitionem Locumtenentis generalis pro ut *in titulo ipsius* concessum extat: quæ non nego, cum in titulo per ipsum adducto expressa sint: sed dico quod in Regno valentiæ, jurisdictio Baronalis generaliter habet concessas primam, & ulteriores appellationes; & ipsi Barones possunt evocari ad se causas pendentes coram suis Officialibus, ut dixi *sup. c.* 6. *Paragr.* 1. *n.* 36. *& n.* 86

32 Quoad secundam jurisdictionem Ecclesiasticam nempe, & contentiosam in Præceptores, & cæteros Fratres, ac personas Ordinis, cum omnes Religiosi sint, ut illico ostendam, fruendo privilegiis fori & Canonis, subiacent jurisdictioni superioris Ordinis, suo in tempore Magistri, nunc verè Administratoris generalissimè Locumtenentis, cum ipsa jurisdictio ab ipso Ordinis exordio concessa fuerit Magistro privativè, per summos pontifices ad judicandas omnes causas eorum, ut in Bulla erectionis quam reperies *infr. num.* 94. dicitur & habetur in *nostro textu*, atque aliis *foris*, infra expendendis, de quo latè disserit Samper *dict. part.* 3. *ex num.* 356. lites civiles judicabat Magister summariè, & de plano tam in prima, quam in ulterioribus instantiis mutando assessores, juxta *cap.* 71. *diffinit. impressar.* Nunc autem Locumtenens generalis, desu-
33 mendo unum ex assessoribus togatis ad primam instantiam, alium ad secundam, & si tertia, vel ulterior provocatio, ex varietate sententiarum resultet, Regens Cancellariam, vel alius de Regio Senatu desumitur, quousque tres conformes, constituentes rem judicatam, insurgant: ita ut nunquam visum sit, causam personæ Ordinis tractari extra Tribunal ipsius Ordinis, ut in *Rescripto anni* 1613. habetur, & recenter observatum fuit in hoc supremo, *in causa Gasparis Centelles, sive Bacet*, pro alimentis suscitata in Marchionem de Quirra Militem Perceptorem, & clavigerum, cujus filium esse contendebat: is primum per viam recursus evocari supplicavit hanc causam ad supremum; & me referente repulsa fuit instantia, cùm nihil de oppressione ostendisset: deinde appellationem, apud Regiam Majestatem, tanquam Administratorem perpetuum, mediante Assessore generali introducere tentavit; res ad consilium delata fuit, atque introductio denegata, jubendo quod adiret locumtenentem, generalem: & quamquam in consilio deliberatio sumpta fuisset, jussiones expeditæ fuerunt secundum stylum Ordinis: quæ nota; cùm non passim hæc contingant: in hoc enim noster Ordo cæteros Militares antecellit; nam ipsi in Civilibus privilegio fori non gaudent, nos verò gaudemus, ut cunctis patet.

Si autem causa sit criminalis, licet instructio pro- 34
cessus informativi committatur uni ex dictis Assessoribus Togatis, perfecta summaria informatione, tam ordinatoria quàm decisoria facienda sunt per Locumtenentem, adhibitis quatuor ex Senioribus ipsius Ordinis: qui vices Conjudicum gerunt: ut *in dict. cap.* 70. *diffinit.* expressè dicitur: & consonat cum *diffinit. Calatravæ*, ut constat apud Mascareñas *tit.* 16. *c.* 6. & cum antiquioribus ex nostris, ut habetur *in c.* 33. *diffin. visit. anni* 1552. *& c.* 41. *visit. anni* 1556. & sic in aliis. Et quamquam ut dixi per Bullam Sixti V. de qua *infrà*, *nu.* 166. Magistratus per viam administrationis incorporatus à sede Apostolica, cum Regio Aragonum diademate fuit, nihil ex hac observantia immutatum reperitur. Imo licet in causa criminali fulminata contra 35
unum ex fratribus Clericis, prætensum fuisset, seniores istos eligendos fore ex ipsis fratribus clericis, vel saltem partim ex Militibus, & partim ex Clericis, non autem, ut factum fuerat, omnes ex Militibus desumendo; & Actuarium ex ipsomet Ordine creandum esse: cum *in diffinitionibus* hæc statuta non sint: & in Ordine nemo reperiatur cui collata sit auctoritas Notarii, vel conficiendi acta processus? imo indecens statui tam Militum quàm Clericorum exercitium videatur: & per jus Canonicum reperiatur cautum, quod actuarii causarum Ecclesiasticarum non debeant esse Clerici, sed quod Episcopus possit uti Actuario laico civitatis, vel oppidi in quo versatur, ut probat Barbosa *de jure Eccles. lib.* 1. *c.* 11. *Paragr.* 1. *n.* 78. inde decisum fuit, dictam electionem Seniorum Militum ratam fuisse, & acta confici posse per Actuarium laicum, quem ordo habet ad similia perageuda, ut semper in usu fuit.

Quoad nominationem Seniorum amplius probatur 36
ex eo, quod vices Adjunctorum sustinent, & sic fieri debet ad nutum Superioris, pro ut ad saniorem expeditionem causæ convenire arbitratus fuerit; & sic reperiebatur observatum, quòd aliquando ex senioribus clericis aliqui assumantur, aliquando unus, aliquando nullus, non diffinitio aliud requirit quàm desumi ex senioribus Ordinis; quæ qualitas verificatur tam in Milite, quàm in Clerico, ut observantia subsecuta demonstrat. Et summa cum ratione; quia ad Superiorem attinet decernere sibi Adjunctos, & Consiliarios idoneos ad rem de qua agitur, cum sæpius ex circumstantiis, & adhærentiis, plures in judicando suspecti reddantur. Neque ex eo quòd reus Clericus fuisset sacris initiatus differentia aliqua considerari potest: nam ad procedendum in similes, non est necessarius Ordo sacer, sufficit in causis Clericorum secularium quod judex capax sit jurisdictionis Ecclesiasticæ, mediante Clericatu sive prima Tonsura; & in Regularibus, quod professus sit ipsam Regulam, ut infra dicam *num.* 151. *cum seqq.* Per professionem enim fiunt capaces exercitii jurisdictionis Ecclesiasticæ ipsius Religionis: Tum quia ex concessione Pontificia hoc dimanat; dum Administratori mandat quod hæc jurisdictio per personas ipsius Ordinis idoneas administretur: & si Pontifex causas certorum Clericorum possit

ſit committere Judicibus laicis, ut probavi *ſup. c.* 7. §. 2. *num.* 1. *cum ſeqq.* multo magis poterit eas committere Religioſis, atque Eccleſiaſticis perſonis. Et quemadmodum, ut Vicarius Generalis Epiſcopi judicare ritè poſſit cauſas Presbyterorum, non requiritur quod ſit in Sacris conſtitutus, cum ſufficiat ſimpliciter Tonſuratum eſſe: tex. *in c. duo ſunt* 12. *q.* 3. ubi Doctores; & pluribus adductis Barboſa *de jur. Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 38. *num.* 49. *cum ſeqq.* Sic, ad hoc ut nominati per Superiorem poſſint judicare cauſas Religioſorum ſacris initiatorum, non requiritur quod ipſi in Sacris conſtituti ſint, cum ſufficiat quod verè Religioſi profeſſi ſint in ipſo Ordine.

37 Neque ex eo quod in aliqua ex *diffinitionibus antiquatis* dicatur, quod Seniores deſumantur ex Militibus, & Clericis, neceſſitas inducitur ad nominandos Seniores ex unis, & aliis æqualiter; nam per ſimplicem diſpoſitionem, non aufertur arbitrium Superioris, ad aſſumendos quos magis crediderit, expedire; nec ſine cauſa rejecta fuit diſpoſitio ſic loquens: & noviter inductum eſt, quod ipſe eligat, cùm vulgariſſimum ſit, novioribus legibus abrogari priores: tex. *in l. non eſt novum, ff. de legib. l. ult. ff. de conſtit. Princip.* cum *ſimil.* Et ſic interpretativa conſuetudo diffinitum habet, quæ mutanda non eſt, cùm certam habuerit ſemper interpretationem: *l. minimè* 23. *ff. de legib.* Denique ſi diffinitiones requirerent pro forma quod duo ex Militibus, & duo ex Clericis deſumerentur, in eis apertè dictum fuiſſe, ſicut reſpectu commiſſionis ad informationes deſumendas, pro Nobilitate, & puritate ſanguinis probanda cautum reperitur *in c.* 3. *diffin.* ibi, *a un Comendador, o Cavallero anciano, y de confianza, y aun freile.* Sed ſic eſt, quod reſpectu Seniorum ad judicandam cauſam criminalem perſonæ Ordinis non exprimitur diſcretivè, ſed ſolum dicitur in *dict. capit.* 70. ibi: *dentro de ſeiſdias le haga proceſſo por ante quatro Ancianos de la Orden temoroſos de Dios.* Ergo mens ſtatuti fuit, hoc conſcientiæ, & arbitrio Superioris relinquere.

38 Sed, ut pergamus, certiſſimum eſt Milites noſtri inclyti Ordinis, ſicut & cæteros Religionum Militarium approbatarum, verè, ſimpliciter, & propriè, Religioſos eſſe, & perſonas Eccleſiaſticas Regulares, diſtinctas à mere laicis: ipſàſque Militias veras Religiones approbatas eſſe per Sedem Apoſtolicam. Hanc ſententiam ſecutus fui *in prima editione:* ſed poſt eam, editi ſunt tractatus ipſam impugnantes: quibus neceſſarium duxi ſatisfactionem pro viribus præbere. Tenent in primis noſtram, ſententiam doctiſſimi ac probatiſſimi viri, quales ſunt Petrus Belluga *in ſpeculo Princip. rubr.* 7. *num.* 7. ubi Camil. Borrel. *in addit. lit. F.* Martinus Navarro *tract. de reddit. Eccleſ. quæſt.* 1. *monit.* 55. & 56. & *quæſt.* 27. *cum ſeq. & de Regular. lib.* 3. *conſil.* 10. & 11. Don Ferdinandus Pizarro *in apolog. pro Ordin. Militar. poſt hiſtor. Ordinum, num.* 79. Alvarus Valaſcus *conſult.* 131. *num.* 5. Bobadilla *lib.* 2. *politic. cap.* 19. *num.* 11. Gabriel Pereyra *deciſ. Luſit.* 58. *ex num.* 2. doctiſſimus Baſilius Ponce *de impedim. matrim. cauſa* 27. *quæſt.* 1. §. 4. Thomas Sanchez *in ſumm. tom.* 1. *lib.* 4. *cap.* 16. *num.* 11. Fabius Cherubinus *in compend. Bullar. ad conſtit.* 5. *Alexan. III. ſcol.* 2. *fol.* 7. *tom.* 1. & *ad conſtit. Paul. V. ſcol.* 2. *fol.* 50. *tom.* 3. Maſtrillus *de Magiſtratib. lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 36. & *deciſ.* 299. *num.* 31. Melchior Phebus *deciſ.* 85. *num.* 20. Cenedo *Canonic. qua.* 4. *numer.* 39. Graſſis *de effectib. Clericat. effect.* 1. *numer.* 109. noſter Joannes Valero *de differ. utri. for. verb. munera, num.* 22. & 23. Mota *de confirmat. Ordin. S. Jacob lib.* 2. *per tot.* Barboſa (licet ſibi contrarius) *de poteſt. Epiſcop. par.* 2. *alleg.* 12. *numer* 45. Franciſcus Suarez *de Religion. tom.* 4. 39 *tract.* 9. *lib.* 1. *c.* 4. *per tot.* Noſter Ægidius Trullench. *lib.* 7. *Decalog. c.* 12. *dub.* 5. *num.* 27. Joannes Sanchez *in ſelectis Moralibus, diſput.* 49. *n.* 15. Oldradus (de noſtro Ordine Monteſiæ ſpecialiter tractans) *conſil.* 300. *per tot.* Diana *reſol. moral. p.* 1. *tit. de immunit. Eccleſ. reſol.* 49. Rodericus Acuña *in comment. part.* 1. *decreti, diſtinct.* 54. *nu.* 103. Hos in *prima editione* allegaveram; addo nunc Avendañum *de execut. mandat. lib.* 2. *c.* 16. *n.* 11. Doctiſſimum Preſulem ac Præſidem Didacum Covarruvias *de matrimon. p.* 2. *c.* 3. §. 1. *n.* 28. eundem Martinum Navarro *d. tract. de redd. Eccleſ. q.* 3. *monit.* 27. *ex n.* 1. & *monit.* 28. *ex n.* 1. & *conſil.* 23. *de Regular.* Joannem Baptiſtam de Thoro *in compend. deciſ. verb. Montales, circa med.* Eundem Valaſcum *conſultat.* 14. *n.* 8. Didacum Perez *in l.* 10. *tit.* 11. *lib.* 4. *Ordin.* Ojedam *de incompatibil. beneficior. p.* 1. *c.* 24. *num.* 105. Emmanuelem Rodriguez *quæſtion. Regular. tom.* 1. *q.* 13. *art.* 1. *verſ. ex qua bulla.* Thomam Carvalium *tom.* 1. *de judic. diſput.* 2. *ex num.* 315. Joannem Gutierrez *de gabell. q.* 95. *n.* 17. & *practicar. c.* 111. *n.* 2. Menchacam *controverſ. illuſtr. c.* 105. *num.* 45. Sebaſtian. Guazin. *de defenſ. reor. de defenſ.* 20. *c.* 9. *n.* 16. Burgos de Paz *conſ.* 17. *ex n.* 1. Nicolaum Garciam *de Benefic. tom.* 1. *p.* 1. *c.* 4. *n.* 16. Joannem Henrichez *in compend. cauſar. moral. c.* 20. *n.* 70. Dominicum Soto *de juſt. & jur. lib.* 6. *q.* 5. *art.* 30. *col. penult.* Cavalcan. *par.* 1. *deciſ.* 3. *n.* 26. D. Leo *deciſ.* 89. *n.* 15. Blaſium Flores Diaz de Mena *var. lib.* 2. *q.* 21 *p.* 1 §. 1. *n.* 204. Paulinum Berti, *in explicat. Bullæ Clement. VIII. de largit. numer. p.* 2. *in princ.* Eundem Antonium Diana *d. par.* 1. *tract.* 6. *reſol.* 2. Novarium *quæſt. for. tom.* 1. *c.* 42. & *de elect. for. ſect.* 2. *q.* 66. *n.* 29. Riccium *in praxi tom.* 4. *reſol.* 46. *n.* 3. & *reſol.* 181. *n.* 2. Præſulem Valenzuelam *conſil.* 95. *num.* 53. Rovitum *conſ.* 96. *per tot.* Petr. Barboſa *in not. ad ordinat. Luſitan. lib.* 2. *tit.* 12 §. 1. *n.* 2. Bonacinam *de cenſib. diſput.* 2. *q.* 4. *punct.* 3. *n.* 9. & *in bulla Can. dom. tom.* 3. *diſput.* 1. *n.* 16. *punc.* 3. *n.* 16. Vivianum *tract. de jur. Patronat. p.* 1. *lib.* 6. *c.* 2. *num.* 19 Machinum *in reſolut. pro novit. Ordin. Militar. ad fin.* Marium Antoninum *lib.* 2. *reſol.* 112. *caſ.* 6 Squillantem *de privil. Clericor. c.* 7. *n.* 46. Bellecum *di quæſt. Clerical. p.* 1. *tit.* 3. §. 1. *n.* 16. Petrum Caballum *reſol. criminal. Caſu* 64. *per tot.* ſed melius *caſ.* 225. *n.* 14. Lorterium *de rebeneficiar. lib.* 1. *q.* 36. *n.* 37. Hieronymum Garcia *in politic. Regular. tom.* 1. *tract.* 2. *diffin.* 1. *dub.* 6. *p.* 1. *n.* 9. Thomam Delbene *tract. de immunit. p.* 1. *cap.* 1. *dub.* 11. *n.* 2. & *c.* 2. *dub.* 4. *ſect.* 3. *nu.* 10. & *c.* 4. *dub.* 13. *n.* 8. Don Michaelem de Luna *in orat. juridic. pro Ordin. milit. per tot.* Præſulem Fernoſinum *tract. de Judic. tom.* 2. *ad tex. in cap.* 2. *de for. compet. quæſt.* 16 *num.* Mar. Curtel. *de immunit. lib.* 2. *q.* 50. *n.* 3. Don Fran. Amaya *in l. ſtn. num.* 5. *C. de incol. lib.* 6. Larream *allegat. fiſcal.* 64. *n.* 2. Suelves *conſil.* 9. *num.* 4. *lib.* 1. Gambarcurt. *de immunit. lib.* 7. *c.* 10. *num.* 2. Cortiadam *deciſ.* 8 *num* 88. Lezanam *quæſtion. Regular. tom.* 1. *part.* 2. *cap.* 5. *ex num.* 6. Epiſcopum Amantiſſimum Tirazonenſem Don Didacum Frances Vrrutigoyti *in erudit. tract. de compet. juriſdict. q.* 75. *ex num.* 1. Epiſcopum Thomam Zerolam *in prax. Epiſcopor. p.* 2. *verb. commendatarii,* §. 1. Epiſcopum Acaſium March de Velaſco doctiſſimum Valentinum, atque Dominicanum *lib.* 1. *reſol. moral. verb.* Cavalleros, *reſol* 161. Archiepiſcopum Ambroſium Marchin. *in reſol. pro Don Petro de Rabaneda.* Prudentiſſimum Joannem Marquez *in tract. Didaci de la Mota, ubi ſupr.* Gabrielem Galeſtegui, *in apolog. pro Fratrib. Tertii Ordinis S. Franciſ.* §. 5. *ex num.* 1. Joannem Ramirez *ad Regul. Milit. ſanct. Jacob. fol.* 20. Patrem Tragoſo *de regim. Reipubl. p.* 1. *lib.* 3. *diſput.* 8 *n.* 62. Patrem Molinam *de Tributis, diſput* 663. *num.* 6. Don Joſeph. Pellicer. *in not. ad Gonzal. fol.* 15. Jacobum Menochium *de arbitr. caſ.* 231. *num.* 11. Solorz. *de jur. Indiar. tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 17. & *cap.* 17. *nu.* 70. Carol. de Tap. *in ath ingreſſi, verb. ſua, c.* 24. *n.* 19. 20. & 42. Doctiſſimum Præſulem Caramuel *in Theolog. Regul. tom.* 2. *epiſtul.* 11. *nu.* 2602. *per plures ſeqq.* noſtrum Samper, *d. p.* 3. *ex n.* 611. & Dominum Creſpi *obſ.* 55. *ex n.* 19. Horum Doctiſſimorum virorum calculis noſtra ſententia roboratur: inter quos, ſeptem inſignes Prælatos tum doctrina tum virtute conſpicuos enumerabis.

Ratio hujus ſententiæ eſt, nam militare debito modo, poteſt eſſe opus inſignis charitatis, & Religionis; ut puta ſtrenuè pugnando pro defenſione Catholicæ Religionis, exaltatione ſanctæ Matris Eccleſiæ Romanæ, & proximorum fidelium tutamine: ut docet ſanctus Tho- 40

mas

mas 2. 2. *quæst.* 188. *articul.* 3. quem sequuntur Suarez, Sanchez, Covarr. Mastril. cum pluribus ex laudatis *supra, num. præced.* Et sic plures Religiones instituræ reperiuntur in Ecclesia Dei, ad religiosè militandum pro fidei exaltatione, qui optimus finis est, valdéque perfectus, ordinatus ad Dei cultum, & gloriam: Sed ad hunc finem sunt optima media ea quæ constituunt statum Religionis: ergo accedente debita potestate, sive Apostolicæ sedis auctoritate, nihil deest ad verum statum Religionis constituendum. Argumentum ipsum concludit; sed qui aliter sentiunt asserunt media deficere, ex eo
41 quod essentia Religionis consistit in emissione trium votorum substantialium, castitatis, paupertatis, & obedientiæ, ita statui Religioso annexorum, ut aliquo deficiente, aut incomplete, imperfectéve emisso, Religio subsistere nequeat, saltem propriè, rigorosè, & simpliciter: sed solum lato modo, vel secundum quid; ut aliis relatis dixit Suarez *tom. 3. de Relig. lib. 2. cap. 2. n. 3. & 13.* Sed clarius *cap. 16. nu. 21.* ibi. *Quando institutum, & modus vivendi alicujus Congregationis, non includit tria vota integra & de per se perpetua, prout sunt de essentia veri Status Religiosi, quamvis approbetur in ratione modi vivendi honesti, & aliquo modo Religiosi, & Pontifex multa privilegia, & immunitates illi concedat, imo, & communicationem Indulgentiarum, & omnium privilegiorum cum omnibus Religionibus illi tribuat: nihilominus talis approbatio non sufficit, ut illa sit vera Religio, seu verus status Reli-*
42 *giosus.* Nam approbatio sola Pontificis non dat esse Religioni, neque est de essentia illius: sed tantum se habet tanquam solemnitas extrinseca, & conditio sine qua non, quatenus integrum est Pontifici, ne hæc, vel illa tanquam vera Religio habeatur. Quod inductum fuit per tex. *in cap. ult. de relig. Domib.* & tradit Barbosa *in collect. ad eund. text.* Sed non ex eo inductum fuit, tanquam essentia: nam antea Religiones erant ut tradunt Cardinal Bellarm. *lib. 2. de Monach. cap. 4.* & Asor. *instit. moral. lib. 11. quæst. 5.* Suarez *d. tom. 3. lib. 2. cap. 15. numer. 13.* Sanchez *de matrim. lib. 7. disput. 75 num. 10.* Atqui in Religionibus militaribus, de quibus agimus, non emittitur votum castitatis absolutum, sed *conjugalis* tantùm; nec paupertatis integrum, cùm propria bona Milites retineant; ac de eis liberè disponant; nec obedientiæ omnimodæ, cum in Monasteriis subjecti Prælatis non vivant: ac per consequens, nequit dici quod vovent ea
43 quæ requiruntur ad statum veræ Religionis. Nam de ratione hujus status est votum castitatis, & paupertatis; adeo ut hoc possit minimè summus Pontifex immutare, tex. in *cap. cum ad Monasterium, in fin. de stat. Monachor.* ibi: *Quia abdicatio proprietatis, sicut & custodia Castitatis adeo est annexa regulæ Monachali, ut contra eam nec summus Pontifex possit licentiam indulgere.* Quod explicat Barbosa *in collect. ad hunc textum*; ita ut intelligendum sit, in statu Monachali permanendo; aliàs bene poterit, ita dixit *ibid. num. 13. & 14.* multis congestis. Ergo cùm incompletè vota hæc emittantur, secundùm quid Religiosi erunt. Ob quam rationem plures relati per Suarez *tom. 4. de Relig. tract. 9. lib. 1. c. 4.*
44 *num. 43.* & Barbos. *dict. collect. in fin.* Carleval. *dict. disput. 2. num. 413.* Delbene *d. dub. 11. num. 3.* tenent Milites, verè Religiosos non esse. Quorum præcipuum fundamentum est, Doctrina D. Thomæ 2. 2. *q. 186. art. 4.* dicentis, *Et ideo continentia perpetua requiritur ad perfectionem Religionis, sicut & voluntaria paupertas.* Quæ & alia latius & eruditè deduxit Dominus Lambertus Ortiz, dum munus Regii Fisci Advocati in Regia Audientia Valentina obtinebat, (qui postea promotus ad hunc Supremum, habitum nostræ Militiæ suscepit) *in allegat. pro Regio Fisco edita anno 1633. in causa Don Hieronymi Mismarte ejusdem Militiæ Novitii.* Quorum aliqua tetigit Don Michael Frances de Urrutigoiti Archidiaconus Cæsaraugustanus, *in doctissimo tractatu de Eccles. Cathedral. par. 1. cap. 5. num. 350.* Sed acerrimè Reverendissimus Pater Magister Frater Joannes Martinez, Ordinis Prædicatorum, atque Confessarius nostri Regis Philippi Quarti; de consilio supremæ inquisitionis, *in discurs. Theologicis & Politic. editis anno 1164. discurs. 9. per tot.* qui §. 9 plures Theologos pro confirmatione suæ opinionis congerit, §. 10. aliquos ex Theologia, nostræ sententiæ adducit eorum dicta explicando, vel impugnando; & *in duob. seqq.* Jurisperitorum dicta cumulat, & contra sentientes diluere tentat. Cui, licet Episcopus Caramuel *loco citato* adæquatè respondeat, solutionem offerre debemus, explicando ea, quæ per me tradita fuerunt *in prima editione*, ne taciturnitas approbationem inducat.

Sed antequam ad formalem explicationem deveniamus, supponendum in primis est, quod controversia ista quæ inter Theologos, & Sacrorum Canonum Professores versatur, est ejusdem generis ac illa, *An prima-Tonsura connumeranda sit inter Ecclesiasticos Ordines?* de qua late Barbosa *de jur. Ecclesiast. lib. 1. cap. 38. numero 45.* qui utriusque scholæ fundamentis adductis *numero 47.* fœdere distinctionis componit. Quod re vera non est nisi detegere veritatem terminorum, quibus unaquæque schola suam opinionem exprimit, cùm in substantia omnes fermè idem concludant. Et in præsenti controversia idem fermè evenire ex dicendis resultabit. 45

Secundò suppono, quod status Militum de quibus tracto, considerari potest, vel ad effectus fori interni, conscientiæ scilicet, verbi gratia ad sciendum ad quid teneantur ex vi votorum, quæ onera subeant, & recitandi aliquid quotidiè, adimplendi constitutiones Regulæ, & cætera similia eis per diffinitiones injuncta; quæ licèt ab hoc Auctore dicantur peculiariter pertinere ad professores Sacræ Theologiæ, ut asserit *dict. tract. 9. §. 1. num 6.* Difficultate non caret; nam ea quæ ad forum conscientiæ spectant, non sunt Theologiæ scholasticæ, sed moralis. Quare perperam ad diffiniendam hanc quæstionem Theologos scholasticos congerit, ut *in epigraphe §. 9.* legitur ibi: *Doctores Theologos Escolasticos, que en semman que estos cavalleros Militares, no son propia, verdadera, ni essencialmente Religiosos.* Theologiam namque moralem, Canonum Sacrorum Professores profitentur, adeo ut sine peritia Canonum, parum, aut nihil in Moralibus discernatur; Canonum scientia absque principiis Jurisprudentiæ non percipitur, quia tota Moralis Philosophia in jurisprudentia imbibita est. Ob quod clarè convincitur, quod in Moralibus æqualem auctoritatem obtinent Theologi, & Canonistæ, si quæstio agitetur. prout in præsenti agitatur, ad effectus juris in foro exteriori, nempe ad sciendum an hi Milites fori privilegio gaudeant? an immunes sint præstatione gabellarum? an capaces sint beneficiorum sæcularium? vel in eis possint habere pensiones reservatas, vel eas amittant ex emissione professionis? & similes, quæ pertinent indubitatè ad Canonistas, & jurisperitos. 46

Tertiò suppono, quod superfluum videtur differere in his tractatibus, de perfectione Religionum, neque de rigida observantia in exordio uniuscujusque: in quo statu de eis loquuti fuere sancti Patres, congesti per Patrem Martinez §. 3. *cum seqq.* de eis intelligendus est tex. *in d. cap. cum in Monasterio, de statu Monachor.* nec dubium est, verificari tunc perfectionem evangelicam, de qua S. Matthæus *cap* 19. dum nomine Apostolorum dicit *Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te.* Hanc Apostolicam sive Evangelicam paupertatem profitebantur Clerici ab incunabulis Ecclesiæ, ut ex *act. Apostol. c. 2. & 4.* & ex S. Augustin. relato *in c. nolo, & c. cum dicatis & c. cæte: 12. q. 1.* Urbano Papa *in c. videntes, 12. q. 1. & c. præter hæc, 32. distinction.* probat Tamburinus *de jur. Abbat. tom. 2. disput. 5. quæst. 1. n. 34.* Postea labente tempore, Clerici seculares hanc regulam non observando, à pristino rigore discesserunt, Clericatus prærogativam 47

ex

ex tolerantia Pontificum retinendo, ut notat ipſe Tamburinus, *d quæſt. 1. n. 115.* his verbis: *Prout etiam idem videmus in ipſis Clericis ſecularibus, qui cum nec tacitè, nec expreſsè profitearentur, nec etiam quid minimum Regula antiquorum Clericorum obſervent, cum ab illis in ſubſtantialibus, in vivendi modo, & in ipſo etiam nomine declinaverint, retinent eorum prærogativam Clericatus, licet ex tolerantia Pontificum quanto magis ipſi Clerici Regulares eorum prærogativam perdere non debent.* Similiter Monachorum antiquorum vitam ſi inſpicias, reperies quod victui neceſſaria quærebant, manibus propriis elaborando, & ipſarum Religionum fundatores paupertatem Evangelicam voto firmatam ſuos Religioſos docuerunt. Verum hæc ſeveritas in obſervantia paupertatis in ſummo gradu perfectionis declinare jam cœperat tempore Joannis Tritemii Abbatis, ut ipſe deplorat *in pluribus Epiſtolis, & in Chronic. Monaſter. Hirſangienſis anno 988. cum ſeqq.* Et annuente Sede Apoſtolica, & neceſſitate exigente, temperata fuit, ita ut quædam Religiones neque in communi, neque in particulari aliquid adquirant, vel poſſideant, incapaces omnino remanentes jure ſucceſſionis; Aliæ verò in communi bona poſſident, & capaces ſuccedendi remanent. Exemplum ponit Tamburinus in militantibus ſub Regula ſancti Franciſci, quorum omnes qui *Obſervantes* dicuntur, nec poſſident proprium in communi, neque in privato: juxta tex. *in Clemen. Exivi. de verb. ſignif.* Clauſtrales tamen poſſident ex permiſſione Apoſtolica, & nihilominus ſunt, & dicuntur de eodem Ordine: quod ait *d. quæſt. 1. n. 119.* ſubjungens, quod idem licet intueri in Regula ſanctorum Dominici, Benedicti, & Auguſtini. Unde provenit, quod Religiones poſſideant in communi bona pretioſa, prædia pinguiſſima, redditus ingentes, caſtra etiam, & oppida, cum vaſallis, & juriſdictione, abſque eo quod vorum paupertatis nocumentum patiatur. Et quamvis dici non poſſit, quod Monaſteria ex ſe habeant jus ſuccedendi ex teſtamento, vel ab inteſtato, aut jure fideicommiſſi, vel majoratus; cum ipſi Monachi non amittant jura ſanguinis, ſuitatis vel majoriæ; Monaſteria ex perſonis Monachorum ſuccedunt, eorum Patribus, vel conſanguineis, quoties caſus evenit; niſi in
48 caſu Majoratus aut fideicommiſſi habentis *annexam dignitatem incompatibilem cum eorum ſtatu, vel expreſſam prohibitionem ne in eo ſuccedant Monachi. Et hoc eſt quod docuit Molina *de Hiſpanor. Primog. lib. 1. cap. 13. numer. 70. uſq. ad fin.* Ubi addentes plura de re cumulant. Hujus doctiſſimi viri auctoritas adducitur ad probandum, Milites, Religioſos non eſſe; quia dicit capaces fieri ſuccedendi. Sed nihil concludens ex eo inferri valet, cum excluſio Monachorum de qua ille *d. c. 13. numer. 99.* procedat, vel ex incompatibilitate ſtatus cum dignitate Ducis, Marchionis, vel Comitis; vel cum exercitio juriſdictionis in caſtris; vel ex tacita, aut expreſſa voluntate inſtitutoris, qui Monachos, & Clericos, aut alios quos vult excludit à ſucceſſione. Quæ rationes ſi verificentur in Militibus, de quibus tracto, æqualiter eos excludunt, ut ipſe Molina innuit ibi, *niſi expreſsè Religioſi Militarium excludantur*, & clariùs Addentes *d. num. 99.* ibi *ubi Religioſi à majoratus ſucceſſione excluſi ſunt, aliqua qualitate qua his Militibus conveniret.* Perperam igitur adducuntur auctoritates Doctorum de his ſucceſſionibus loquentium, nam ſi excluſio expreſſa eſt, voluntatis effectus adeſt, ſicut quando apertè invitati ſunt ad ſucceſſionem: ſi utraque qualitas deeſt, noſtri Milites conſervant jura ſanguinis, ſuitatis, & majoriæ, & capaces reperiuntur exercitii juriſdictionis ſecularis, non minus quàm Abbates, & cæteri Prælati Ordinum oppida poſſidentium: neque adeſt alia differentia, quam poteſtatis exercendi per ſe judicia criminalia abſque timore irregularitatis, quæ per Sacris initiatos exercere non valent, niſi per alios. Milites enim capaces ſunt exercitii juriſdictionis Regiæ, ac merè ſecularis, quam quotidie exercent, uti tales, in ipſis commendis ſibi tanquam Religioſis collatis: in quo etiam comprehenduntur Milites ſancti Joannis Hieroſolymitani, qui etiam commendas cum juriſdictione poſſident. Neque ex text. *in l. 14. tit. 5. lib. 3. recopil.* aliquid in contrarium inferri valet, tum quia Milites ſancti Joannis eo non obſtante, admittuntur ad munera publica, ut de fortiſſimo Duce Valentino Don Baltaſare Marradas teſtatur Julius Bellus *in Laurea Auſtriaca, lib. 5.* de Priore Ferdinando Toletano Pro rege in Catalonia, Filio magni Ducis Albani, noſtræ hiſtoriæ referunt: & dum ego in Senatu novi Orbis aderam, quidam Frater Ducis de Medina Sidonia geſtans habitum ſancti Joannis, juramentum ſolemniter præſtitit de bene adminiſtranda Provincia ſibi commiſſa in Regno Peruano. Tum etiam quia prohibitio obtinendi hæc munera æqualiter comprehendit Milites ſancti Joannis, ſicut ſancti Jacobi, Calatravæ, Alcantaræ, & Monteſiæ, ut probant plures congeſti per Giurbam *conſil. 21. nu. 8.* & *d. l. 14.* dum exceptionem ponit, probat regulam in contrarium: *l. quæſitum, §. denique. ff. de fund. inſtruct.* cum vulgatis congeſtis per Barbol. *axiom. 85. num. 4.* Tum denique quia plures Fratres Clerici harum Militiarum, promotos vidimus ad Senatoriam dignitatem, eamque gerere in Regiis Senatibus, & Audientiis, nulla adhibita diſpenſatione niſi ad res criminales: Et hodie Doctor Frater Hippolytus Samper Presbyter noſtri Ordinis, dignitatem Regalem exercet in Regno Valentiæ annexam habens judicaturam in rebus Patrimonialibus, & de his Fatribus Clericis nemo dubitat quin veri Religioſi ſint.

Aliæ Religiones habent inſtitutas dignitates cum 49
amplis redditibus, quæ veris Religioſis conceduntur; ut de Monachis clauſtralibus Benedictinis, Præmonſtratenſibus, Canonicis Regularibus ſancti Auguſtini, experientia demonſtrat: quorum Abbatiæ, Prioratus, Præpoſituræ, & aliæ dignitates atque præbendæ ipſis conferuntur, de præſentatione noſtri Regis plures per ſummum Pontificem; quare non manualia beneficia, ſed perpetua ſunt, & in eorum redditibus liberam adminiſtrationem habent: ut doctè probat Paulus Layman *in oper. moral. lib. 4. tract. 2. cap. 3. nu. fin.* Et nihilominus temerarium eſſet aſſerere, quod aliquis ex iſtis non ſit verus Religioſus, & quod non permaneat in vera obſervantia paupertatis, cùm proprium non habeat independenter ab alio; dependet enim à voluntate Prælati, qui ei adimere valet proventus beneficii præbendæ, vel dignitatis; quod ſufficit in ſententia omnium Doctorum utriuſque Scholæ. Et quanquam paupertatem non obſervent in illo gradu perfectionis quo Apoſtoli profitebantur, & illi Monachi, de quibus ſancti Patres loquuntur, eam ſervant in gradu ſufficienti ad conſervandum ſtatum Religionis, quia Sedes Apoſtolica conformando leges Eccleſiaſticas tempori, & loco, atque perſonarum qualitati, plura permittit, quæ rigorem obſervantiæ primevæ leniunt, ut patet, inſpecta rigida obſervantia antiquorum, qui pene nudi incedebant, fame laborabant & victum laborando quærebant; & ut uno verbo dicam, collata ſeveritas diſpoſitionis *d. c. cum Monaſterio*, cum his quæ in reformatis Monaſteriis obſervantur, temperamentum evidens percipietur.

Quartò ſuppono, quod epiſtola Patris noſtri ſancti 50
Bernardi *ad Hugonem Magiſtrum Templariorum Militum* quam adducit Pater Martinez *diſt. diſc. 9. §. 5. ex numer. 61.* eam paraphrati exponendo, ſummum gradum perfectionis religioſæ continet, depingendo quales Milites eſſe debebant. Sed an eo pacto ſe geſſerint, hoc opus, hic labor eſt probare. Nam ſummus Pontifex Alexander III. *in c. cum & plantare, de privileg.* deſumpto ex concilio Lateranenſi, valde diverſos hos Milites ſignificat ibi: *qui & ſcandalum faciunt, & græve pariunt periculum animarum.* Divus namque Bernardus floruit uſque *ad annum* 1153. quo ad Superos tranſlatus fuit; & Alexander ad ſummum Pontificatum ſublimatus fuit *anno* 1159. ut

Baronius enarrat *in his annis* : & sic cœtanei fermè fuerunt. Nec omittere valeo reflexionem ex eo, quod viri docti hunc textum *in* §. 1. allegare non vereantur, ad probandum quod Milites horum Ordinum, Religiosi nō sunt, quia non commorantur continuò in Monasteriis: O bone Deus! quantum opinionis propriæ violentia judicium fallit! Verba textus sunt hæc: *De Confratribus hoc statuimus, ut si non se prædictis Fratribus omnino reddiderint: sed in proprietatibus suis omnino duxerint remanendum, propter hoc ab Episcoporum suorum sententia nullatenus eximantur.* Loquitur Concilium Lateranense de Confratribus ingressis Confraternitates erectas in Ecclesiis Exemptorum, qui eximi à jurisdictione Episcoporum intendebant: & statuit, quod nisi oblati, vel conversi fiant per adjudicationem in Monasteriis, à jurisdictione Episcoporum non eximantur, & protrahitur ad veros Fratres Milites, qui ex vi professionis perpetuo addicti sunt Religioni. Hæc enim est vera intelligentia textus, ut tenent Butrius *ibid. n.* 11. Ancarran. *num.* 7. Abbas *n.* 4. Henriq. *in c. ut privilegia, eod. tit.* Socin. *in c. 2. de for. compet.* Barbos. *in collect. d. text. num.* 41. A communiter contingentibus verum est, quod Milites non commorantur in Monasteriis, commorarentur plures si eis necessaria ad victum præstarentur, ut præstabantur tempore Magistrorum: & tunc in nihilò à Clericis Fratribus distinguerentur, in subeundis oneribus conventualibus, quæ Ordinis Clericalis non sunt, sicut quoties residentiæ æqualiter cum eis munia subeunt, ut sæpiùs evenire solet: vel quia ante professionem tempus *a Definitionibus* statutum in Monasteriis implent, vel alia de causa, Superioribus imperantibus, in Monasteriis versantur.

51 Quintò suppono, quod tota controversia suscitata per P. Martinez consistit in hoc, quod in nulla ex Bullis concessis his Religionibus Militaribus, ut asserit, apertè scribitur, quod sint veri Religiosi: sic argumentatur §. 10. *n.* 118. *ad fin.* his verbis: *Pero en ninguna de las Bullas que refieren el licenciado Mota, ni en quantas se han concedido a estas Ordines Militares, no se hallara, que hablando de los Cavalleros se diga jamas que son vere, & perfecte Religiosos.* Hoc suppositum non est verum, & ut evidenter concludam. Nemo dubitat quòd Abbates, & Fratres Cistercienses sunt verè, propriè, ac perfectè Religiosi: quod innumeris juribus atque auctoritatibus probari potest; sufficiant in re tam clara, congesta per Barbosam *de jur. Ecclesiast. lib.* 1. *cap.* 41. *num.* 50. quod nemo negabit, sed in *Bulla Gregorii VIII* adducta per Episcopum Mascareñas *in diffin. Calatrava: pagin.* 39. dicitur *in primis si quidem statuentes ut institutio quam Abbas, & Fratres Cistercienses vobis in eodem loco morantibus, non ut familiaribus, sed UT VERIS FRATRIBVS, fecisse dicantur, perpetuis temporibus inviolabiliter observetur: videlicet, ut militaribus armis accincti, contra Sarracenos pro tuitione Christiani populi fideliter dimicetis.* Eadem verba expressa reperiuntur in *Bulla Innocentii III.* adducta per eundem Præsulem Mascareñas *ibid. pag.* 41. & per Tamburinum *d. tom.* 2. *de jur. Abb. disput.* 24. *quæst.* 5. *numer.* 73. *pag.* 430. in quibus verbis clarissimè, & patenter, hi summi Pontifices de Militibus Ordinis Calatravæ loquentes, eos *veros Fratres* cum Cistercien sibus, dispositivè loquendo, institutos esse fatentur, & perpetuis temporibus inviolabiliter has constitutiones observari mandant. Ergo dum revocatio hujus juris non exhibeatur, Calatravenses Milites, tam propriè, perfectè, ac verè Religiosi sunt, ac Cistertienses Fratres, & Abbates: & non solum revocatio exhiberi nequit, verum confirmatio specifica adest in *Bulla Julii II. dat. Rom. Kal. April. ann.* 1508. apud Laërtium Cherubin. *in Bullar. tom.* 1. *pag.* 481. cujus meminit Barbosa *in summa decis. Apostol. collect.* 306. *numer.* 4. Destructo protsus fundamento præcipuo contrariæ opinationis, destructa pariter ipsa remanet.

Hinc deducitur, quanta cum ratione Burgos de Paz 52
cons. 17. *n.* 2. distinguat inter Milites Calatravæ, & Milites sancti Jacobi; nec ipse solus est, idem renuerunt Oldradus *cons.* 300. *in princ.* Gregor. Lopez *in l.* 1. *tit.* 7. *glos.* 1. *vers. de aliis verò Ordinibus, part.* 1. Gutierrez *lib.* 2. *pract. q.* 111. *n.* 2. Azevedo, *in d. l.* 14. *tit.* 5. *n.* 3 *lib.* 3. *Recop.* Rota Romana apud Peñam *tom.* 1. *decis.* 537. *n.* 5. Et licet P. Martinez *d. discur.* 9. §. 11. *n.* 19. hanc distinctionem impugnet, tamen §. 12. *n.* 19. 21. & 26. eam concedit, & clarius *n.* 80. dum asserit Milites sancti Jacobi nunquam Religiosos fuisse, & Calatravenses verè Religionem observasse quandiu dispensationem ducendi uxores non obtinuerunt: sed dispensatione interveniente, nulla status mutatio esse potest, ut in terminis tenuerunt Gregor. Lopez *in d. l.* 1. *glos.* 1. *vers. pro parte vero contraria.* Maria *de jurisdictione, p.* 2. *c.* 32. *n.* 18. Gabriel. Pereyra *decis.* 58. *n.* 1. & clarissimè Rota Romana apud Peñam *d. decis.* 537. *n.* 5. ibi: *quia indultum Apostolicum, cujus vigore in Hispania isti Milites de Calatrava, de Alcantara, & de Montesa, ante non multos annos matrimonia contrahere ceperunt, nec mutavit, nec sustulit substantiam Religionis istarum Militiarum, ut fuit dictum in una Cauriensi jurisdictionis.* Quæ ut notat ipse Peñia, est *decis.* 266. *n.* 1. & 6. *par.* 2. *divers.* intercedente namque dispensatione Pontificis, quis dici potest quoad plura verè Religiosus, licet in aliquibus dispensatus existat, ut accuratè notat Cultel. *de immunit. d. lib.* 2. *q.* 50. *n.* 3. Ex quibus jam clarè resultat optimè dixisse Basilium Ponze *de matrim. lib.* 9. *c.* 7. *n.* 6. hæc verba: *dictos equites esse verè & substantialiter Religiosos, adeo certum existimo; ne opposuum judicem nimis licentiose dictum; ne dicam aliquid gravius: cum plene ore litera Pontificia illos appellent Religiosos, & etiam cum castitate conjugali verè Religio constare possit, eo quod sicut in paupertate latitudo est, ita etiam in castitate qua est materia voti.* Hanc clausulam impugnare aggreditur P. Martinez *d.* § 10. *n.* 12. sed cùm Bullas *Gregorii VIII.* & *Innocentii III.* non viderit, cuncta quæ congerit corruunt. Confirmatur id ipsum ex *Bulla Cruciatæ* originali, cujus textum tradit & exponit Trullench. *tract. speciali*, in quo *lib.* 1. §. 4. verba ad rem ponit, ibi: *Et sub hoc indulto vescendi carnibus, ovis, & lacticiniis, comprehenduntur omnes cujusvis Militiæ Regulares: Patriarchis verò, Archiepiscopis, aliisque inferioribus Prælatis, nec non aliis personis Regularibus, & qui in Ordine presbyteratus fuerint, secularibus, id minime conceditur, nisi sexagenarii fuerint.* In isto textu clarè exprimit Pontifex, quod sub dictione, *Regulares*, veri Religiosi significantur, dum eis denegat indultum vescendi lacticiniis: & sub nomine *Regularium cujusvis Militiæ* veros religiosos comprehendit, nam indultum extenditur ad Fratres Clericos earundem Militiarum dum presbyteratus apicem adepti non sint: ut docent idem Basilius Ponce, Viverius, & alii adducti per P. Andream Mendo *in expos. d. Bullæ, disp.* 18. *c.* 3. *n.* 16. *cum seqq.* & dixerat ipse Trullench. *in d.* §. 4. *dub.* 4. *n.* 2. Ergo sequitur quod Pontifex, dum sub dictione *Regulares* significat tam veros Religiosos, quam Milites; omnes ejusdem qualitatis reputare. *Bulla Pauli III.* adducta per eundem Episcopum 53
Mascareñas *in d. diffinition. pag.* 194. sic incipit: *Romanus Pontifex Christi in terris Vicarius, præcipuum à Domino super gentes ac Regna obtinens principatum, circa statum, directionem, & conservationem Religiosarum personarum quarumlibet, præsertim sub Regularibus Militiis, pro fidei Catholicæ defensione, & infidelium depressione continuè insudantium, diligenter intendens.* Dubitari nequit hic loqui Pontificem de Militibus Calatravæ, quos dicit *Religiosas personas*: & dum eos dispensat super voto castitatis absoluto, asserit *de conservatione status* tractare; & inter pretari debemus, quod dispensando regulam, destruere facto intendit, quod affirmat intendere, & conservare? Minimè. De nam privilegia, immunitates, exemptiones, gratias, libertates, prærogativas, favores, & indulta confirmat, non de novo concedit; signum evidens quod non

fuit

fuit intentionis ſummi Pontificis ſtatum immutare ipſarum Religionum Calatravæ, & Alcantaræ. Sixtus V. *in Bulla* adducta per Motam *in dict. tract. de confirm. Ordin. S. Jacob. lib. 1. c. 4. §. 1. for. 129.* & per Samper, *d. p. 3. n. 529.* ſic ait: *Romanum decet Pontificem, cui divina Majeſtas militantis Eccleſiæ regimen commiſit, ita cunctarum Eccleſiaſtici Ordinis perſonarum curam gerere, ut etiam Militias quæ ſub regula alicujus Ordinis ad fidei Catholicæ defenſionem, ejuſque hoſtium depreſſionem Canonicè inſtituæ ſunt.* Et ibi: *ſatis ſit eos caſtitatem conjugalem voviſſe, & vovere; perinde ac ſi primæva ſtatuta, & ſtabilimenta dictæ Militiæ de Monteſia id permitterent.* Quibus verbis apertè dicitur Monteſianos Milites, Eccleſiaſtici Ordinis perſonas eſſe, ſub Regula approbata canonicè vivere, & ad conſervationem ſtatus priſtini ſatis eſſe vovere caſtitatem conjugalem. Idem reſultat ex aliis conſtitutionibus Apoſtolicis expendendis *infrà, num. 56. & 57.* Quibus manifeſtè fundatur: plures Bullas ſummorum Pontificum allegari, in quibus de Militibus tractatur, tanquam de veræ, propriè, & ſimpliciter Religioſis.

54 His fundamentis jactis, ad argumentum ſupra appoſitum reſpondendum eſt, cum Præſule Covarruvia, Navarro, Baſilio Pontio, Franciſco Suarez, Thoma Sanchez, Epiſcopo Caramuele, Domino Creſpi, & aliis pluribus ex laudatis *ſupra, num. 38. & 39.* Non eſſe de ratione ſtatus Religioſi in abſtracto, quod ſumma paupertas, vel ſumma abedientia profiteatur; alioquin plures ex Religionibus deficerent in ſubſtantialibus; ſed unaquæque determinat ſibi certum modum vivendi, cùm menſura circa materiam votorum neceſſaria ad inſtitutum. Plus enim paupertatis votum, quoad materiam, obſervant fratres Minores ſancti Franciſci, *de Obſervantia* dicti, quam Clauſtrales vel Conventuales; aut aliarum Congregationum Fratres; ſed in ſubſtantia, quæ eſt non habere proprium independenter à Superiore, omnes paupertatem obſervant. Milites Regulares bona retinent, ſed ex vi voti tenentur quotannis à ſe abdicare proprietatem bonorum, & impetrare licentiam utendi à Superiore, ad cujus diſpoſitionem relinquuntur: ſic in noſtris diffinitionibus jubetur ſub reatu Lethalis culpæ; & in conſequentiam paupertatem obſervamus, juxta modum vivendi per Pontifices approbatum, tanquam verè religioſum: Et licet Superior nunquam auferat bona, hoc per accidens ſe habet, ſicut reſpectu reditnum Præbendarum Regularium omnes Scribentes tenent. Quod hoc ſufficiens ſit, dignoſcitur ex fine cujuſque Religionis, quia omnes res morales ex fine eligunt media, & ſortiuntur formam. Vota enim media ſunt ad perfectionem in Religione neceſſariò obtinendam. Vnde ſicut perfectio in tali Religione, quæritur determinatè in hac vel illa actione, ſive activæ, ſive contemplativæ vitæ, & eſt ſcopus præcipuus inſtituti; ita etiam vota, & eorum materia debent illi accommodari, & cognitio hujus diſpoſitionis ſpectat ad ſedem Apoſtolicam, quæ tempore approbationis cuncta prudenter rimatur, atque determinat, & poſtea ſucceſſu temporis corrigit, vel temperat ea quæ neceſſaria diſcernit. Cum ergo Religiones Militares, etiam quoad Milites, hæc vota uſurpent cum debita menſura, & congruo modo, reſpectu ſui finis; & finis ſit ſufficiens ad perfectionem, ut dixi *ſupra, num. 40.* & omnia hæc approbata ſint per ſummos Pontifices, ut ex dictis patet; probatum remanet, quod nihil deeſt ad realitatem Religionis, ut docet Suarez *d. cap. 4. num. 1.* & cum eo plures ex congeſtis *d. num. 38. & ſeqq.* Non enim noſtræ inſpectionis eſt penſare unjuſcujuſque Religionis perfectionem, cùm odioſum nimis ſit, unam cum altera comparare: eſſentia enim Religionis diffinitur, vel ſi mavis, deſcribitur à doctiſſimo Thoma Sanchez *tract. de matrim. diſt. lib. 7. diſput. 25. num. 15.* ibi: *certa vitæ conditio, qua vivitur in paupertate, caſtitate, & obedientia, votis firmatis, cum quadam immobilitate, & externa cerimonia, perquam res patet Eccleſia, ſub vivendi inſtituto, approbato tanquam verè Religioſo, per Sedem Apoſtolicam:* Cum autem in Militaribus Ordinibus vivantur in paupertate, caſtitate, & obedientia voto firmatis, juxta inſtitutum approbarum à Sede Apoſtolica, tanquam verè Religioſum; ut de noſtro Ordine oſtendit Dominus Creſpi *d. obſ. 55. n. 11. cum tribus ſeqq.* Inde ſequitur, quod verè Religiones ſunt, atque veram eſſentiam, ſubſtantiam, & naturam habent Religionum, ut tot Doctores firmant.

Demum doctiſſimus Baſilius Ponce *loco citato*, accu- 55
ratè perpendit; quod vita Militum horum Ordinum, non eſt vita communis ſecularium, ſive laicorum; cum circa materiam votorum ad plura teneantur ad quæ non tenentur merè laici; quod negari poteſt: quare licet non obſervent tria vota completè, & in illo gradu perfectionis in quo obſervantur à Regularibus, qui in Monaſteriis continuò commorantur; tamen quoad obſervantiam eorum, ſecundum noſtrum inſtitutum adſtringimur, quod ex ſe perfectionem reſpectivè conſtituit. Et cum tantum duo ſint genera hominum; unum mancipatum divino ſervitio, & aliud vacans omnino ſæcularibus negotiis, ut probat B. Hieron. relatus *inc. duo ſunt genera 7. 12. q. 7.* eo ipſo quòd Milites horum Ordinum adſtringuntur regula approbata, & obſervant inſtitutum eis datum ad perfectè vivendum, ex mancipatis divino ſervitio remanent, & à merè laicis realiter diſtinguntur; ob quod verè, & realiter Religioſi manent, tranſlati in ſortem Domini. Neque ex eo quod cæteri Religioſi in eminentiori gradu perfectionis reperiantur, hi milites deſinunt eſſe perfecti, & verè Religioſi; quemadmodum enim Preſbyter in perfectiori gradu Clericatus exiſtit, non tamen deſinunt eſſe verè Clerici, Diaconi, Subdiaconi, & cæteri minoribus Ordinbus inſigniti, ita ut ſimpliciter Tonſuratus verè Clericus ſit, ſic ſimiliter ex eo quod Religioſi ſtrictioris obſervantiæ in Eccleſia reperiantur, non deſinunt noſtri Milites eſſe verè Religioſi. Et in hoc ſenſu loquuntur Doctores pro noſtra ſententia adducti, & nos loquimur: ſed cum in hac diſputatione morali, ſubtiliter terminos Metaphyſicos Scholaſtici immiſceant, Doctores in varia diſtracti, dum explicare ſuam ſententiam intendunt, in apicibus præcindendis diſtrahuntur; quare aliqui videntur ſibi repugnare, aliqui ab utraque parte allegantur, & aliqui ſic confuſè, aut complicatè loquuntur, quod intelligi nequeat in quam opinionem inclinent. Doctiſſimus Franciſcus Sarmiento *in defenſ. tractat. de redd. Eccleſ. morit. 55.* aſſerit, *quod nullus Catholicus unquam dixit, quod Commendatores ſint perſonæ Eccleſiaſtica.* In quo hoc aſſerto, hoc animadverſione dignum eſt; quod ipſe *in ſuis operibus* plerumque allegat *Covarruviam*, qui apertè tenuit Milites Religioſos eſſe quare ſi non vidit locum in quo hoc Covarruvias dixit, temerariè illud aſſerit: Idem reſpectu Petri Belluga, & aliorum dici poſſet: quòd ſi vidit hæc loca, doloſè procedit, & in hac parte minimè audiendus, Eodem modo philoſophari poterit de illo qui nullam bullam Pontificiam dicit reperiri, in qua Milites dicantur Religioſi; quandoquidem plures exhibentur, in quibus id clarè habetur. Rectè Auguſtinus Barboſa *d. par. 3. allegat. 12. ad* 56
fin. inquit; *ex cujuſque Ordinis Regulis, & Apoſtolicis confirmationibus dignoſcere facile eſt, qui ſint veri religioſi.* Si interrogaveris Doctores contrariæ opinionis an ſcrutati ſint Regulam, vel viderint Apoſtolicas confirmationes Monteſianæ Militiæ? Reſpondebunt minimè; quod ſenſibiliter colligitur ex eorum ſcriptis: ſi ergo ex Regula, atque Apoſtolicis confirmationibus reſultat, quod tanquam veri Religioſi tractantur, extra opinionum conflictum res remanebit; atqui exhibetur Regula inclytæ Militiæ Monteſiæ Ciſtercienſis Ordinis, ut probatur ex ſequentibus. In *Bulla erectionis* ſummi Antiſtitis Joannis XXII. (de qua *infrà, n. 4.*) apparet evidenter Monaſte-

rium Monteſiæ erectum eſſe Ordinis Calatravæ, ibi: *Monaſterium in Caſtro Monteſiæ Valentinæ diœceſis, infra dictum Regnum Valentiæ conſtituto, de præditorum Fratrum veſtrorum conſilio & Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis, Ordinamus de novo ad honorem Dei, & exaltationem Catholicæ fidei, ac depreſſionem ipſorum infidelium conſtrui: In quo Fratres Ordinis Calatravenſis (ad quos ipſe Rex non parum affici dicitur, & de quorum ſtrenuitate confidit, ut fertur) pro defenſione dicti Regni Valentiæ ac fidelium incolarum ipſius, ab hoſtium fidei ejuſdem vicinantium periculoſis inſultibus debeant collocari.* Idem Pontifex *in Bulla directa Magiſtro, & Fratribus Calatravæ, data eodem die*, quam ad literam tradit Samper *p. 1. n. 59.* ſic ait; *dicunt Ordinis veſtri SACRA RELIGIO, quam in domo domini perlucere conſpicimus.* & ibi: *Monaſterio in Caſtro Monteſiæ Valentinæ diœceſis infra Regnum ſuum Valentiæ conſtituto, conſtruendo de novo, in quo Fratres veſtri Ordinis locarentur*, & rurſus; *Magiſtro, & Fratribus Monaſterii ſupradicti, qui fuerint pro tempore, inter alia concedentes, quod omnibus privilegiis, immunitatibus, & libertatibus gaudeant, quæ vobis, & Ordini veſtro ſunt ab Apoſtolica ſede conceſſa.* In alia, *Bulla ejuſdem diei*, directa ſoli Magiſtro Calatravæ apud Samper *d. p. 1. n. 67.* Sic dixit: *Inter cætera, quæ nuper circa ſtatum Monaſterii in Caſtro de Monteſia Valentinæ diœceſis infra Regnum Valentiæ conſtituto, conſtruendo de novo, in quo Fratres tui Ordinis locarentur.* Et ſic in aliis quamplurimis; quare nemo dubitare valet nos Calatravenſes, origine, inſtituto, & effectu eſſe: Quòd ordo Calatravæ ſit Ciſtercienſis Religionis, patet per
57 Bullas *Gregorii VIII. & Innocentii III.* quarum verba tradidimus *ſup. n.* 31. & per aliam bullam *Alexandri III. dici 25. Septembris anni* 1164. qua continetur prima Ordinis Calatravæ confirmatio apud Maſcareñas *ibid. pag.* 37. ibi: *Dilectis filiis ſuis Garcia Magiſtro, & Fratribus de Calatrava tam preſentibus quàm futuris; ſecundum ordinem ciſtercienſium Fratrum vivemibus in perpetuum*, Et ſic in aliis multis apud ipſos Maſcareñas & Samper, per *Bullam Julii II.* de qua *ſuprà n.* 23. ibi; *qui Militiæ de Calatrava Ciſtercienſis Ordinis.* Et utrumque complectitur Bulla Leonis X. *diei 15. Aprilis, anni* 1515. apud Samper *de part. 3. n. 96.* de noſtra Monteſiana Militia loquendo, ibi: *ſane pro parte dilectorum filiorum moderni Magiſtri, & Fratrum domus Beatæ Mariæ de Monteſa, Militiæ ejuſdem Beatæ Mariæ de Monteſa, & Sancti Georgii Ciſtercienſis Ordinis valentinæ Diœceſis, exhibita nobis petitio continebat: quod olim felicis recordationis Benedictus Papa duodecimus prædeceſſor noſter tunc Magiſtro, & Fratribus dictæ domus, ut tam ipſi, & domus prædicta, quàm alia quæcumque loca ab eadem domo dependentia, omnibus, & ſingulis privilegiis, libertatibus, immunitatibus Militiæ de Calatrava dicti Ordinis, & eidem Ordini Apoſtolica auctoritate ſpecialiter, vel generaliter conceſſis, perpetuò uti, potiri, & gaudere liberè, & licitè poſſint, conceſſit: & deinde pia memoriæ Clemens quintus, & Martinus etiam quintus, ac Julius ſecundus & nonnulli alii Romani Pontifices, etiam prædeceſſores noſtri, conceſſas hujuſmodi, & ſuper eis confectas literas approbarunt.* Ex qua Conſtitutione clarè reſultat Militiam Monteſiæ eſſe eandem cum Militia de Calatrava, & Ordinis Ciſtercienſis. Nec *P. Martinez* potuit negare Milites Calatravæ fuiſſe veros Religioſos, dum eis permiſſum non fuit uxores ducere, ut patet *in eod. diſcurſ. 9. §. 12. num.* 21. dum loquendo de Militibus Calatravæ, & Alcantaræ dixit *y ſi vivieron, y profeſſaron eſtas dos Ordenes de Cavalleria en verdadero, y eſencial eſtado de verdaderos Religioſos con toda propiedad, profeſſando los tres votos ſolemnes.* Et idem affirmaret de Monteſianis, ſi de eis mentionem feciſſet. Ex quibus clarè ſequitur, quod tam ex Regula, quam ex confirmationibus Apoſtolicis veri Religioſi habiti fuerunt in illo ſtatu; & cùm nihil reſpectu votorum paupertatis, & obedientiæ immutatum ſit, tota difficultas verſatur reſpectu voti caſtitatis, de quo diſpenſationes loquuntur.

Quibus additur, quod in tot tantiſque Pontificiis 58
conſtitutionibus domus Monteſiæ *Monaſterium*, dicitur & ipſi Milites, vocantur *Fratres*, Monaſterium à *Manacho* derivatur, ut ſignificet domum Monachorum, atque Religioſorum, ut ex *Dictionariis* Calvini, Alberici, & aliorum patet, & probatur ex tex. *in cap. 1. & 2. 16. q. 1. c. 1. in princip. de Regular. in 6. l. generali 15.* ubi gloſ. & Gotofr. *C. de ſacroſ. Eccleſ.* aliique Doctores congeſti per Barboſam *de jur. Eccleſiaſt. lib. 1. c. 43 n. 13. & 14.* Tambur. *de jur. Abbat. tom. 1. diſput. 7. quæſt. 2. n. 3.* ſed *Fratres* alicujus Ordinis cenſentur veri Religioſi ejuſdem, *Clement. dudum, de ſepultur. Clement. exiit, de verbor. ſignificat. d. c. ſicut. plantare, de privil. c. 2. & 3. de ſtat. Monachor.* in bullis *ſuprà* relatis, *Fratres* dicuntur Ciſtercienſes, Milites Calatravæ, Alcantaræ, & Monteſiæ, ſed ſub eodem nomine *Fratrum* continentur Dominicani *in conſt. Sixti V. 21. §. 1. apud. Lærtium Cherub. tom. 2. pag. 13. in conſtit. 36. Pii V pag. 225. & in conſtit. 71. ejuſd. pag. 467.* Franciſcani *in conſtit. 103. Pii IV. apud eundem, pag. 164. conſt. 40. Sixti V. pag. 542. in conſtit. 67. ejuſdem pag. 596. in conſtit. 13. Gregor. XIII. pag. 374.* Auguſtiniani *in conſt. 51. Sixti V. pag. 564. in conſt. Gregor. XIII. pag. 394. tom. 1. Julii II. conſt. 18. tom. 1. pag. 433.* Carmelitæ *in conſtit. 8. Honor. III. tom. 1. pag. 50. in conſtit. 31. Clem. VII. pag. 599. tom. 3. & Clem. VIII. conſtit. 23. cum duab. ſeq. d. tom. 3.* Mercenarii *in conſti ut. 8. Clementis VIII. p. 3. d. tom. 3. & conſt. 30. pag. 44.* de Trinitariis *in conſtit. 40. Pauli V. ibid. pag. 228.* de Minimis *in conſt. 45. Pii V. d. tom. 2. pag. 141. & in conſt. 10. Julii II. tom. 1. pag. 411.* de Capucinis *in conſt. 21. Clementis VII. d. tom. 1. pag. 589. & in d. conſt. 45. Pii V.* De Hieronymianis *in conſt. 56. Clementis VII. tom. 1. pag. 604. in conſtit. 50. Pii V. tom. 2. pag. 145 & conſt. 125. ejuſd pag. 337.* De Servitis *in conſt. 103. ejuſdem Pii V. pag. 307.* & ſic in aliis plurimis, & omnes iſti verè, & propriè Religioſi ſunt: cur igitur tam variè unum, & idem nomen interpretari debemus? ſi nominibus *Ordinis, Fraternitatis*, atque *Religionis* ſummi Pontifices utuntur tam quoad hos, quàm quoad illos; & per hæc nomina ſignificantur veri Religioſi, & veræ Religiones, *c. non eſt, de Regular. c. ex literarum, qui Cleric. vel vovent. c. ſingulis, de ſtat. Monachor. cap. quorundam, de elect. in 6.* Bonus etiam textus *in d. c. cum & plantare, in princ. de privil.* ibi: *Quod Fratres Templi, & Hoſpitalis, & alii Religioſi.* quomodò dici poteſt, quòd non eſt conſtitutio Pontificia, per quam Milites *Religioſi* dicuntur? Idem evenit reſpectu nominis *Regulares*; ut ſuprà, *nu. 52. in fin.* ex bulla *Cruciatæ* probavi: & notat Diana *Reſol. moral. p. 11. tract. 2. Reſol. 83.* quem ſequuntur Trullench & Mendo *locis citatis.*

Vlterius perpendendæ ſunt duæ conſtitutiones Pon- 59
tificiæ quas adducit Pizarro ubi *ſupr. num. 73.* una *Gregorii XII.* & alia *Sixti V.* quibus id ipſum probatur, & aliæ aliorum Pontificum, *ut conſt. 44. Leonis X.* de Alcantarenſibus Militibus tractans apud Lærtium Cherub. *tom. 1. pag. 541. conſtit. 1. Adriani VI.* apud eundem *ibid. pag. 536.* de tribus Militiis ſcilicet ſancti Jacobi, Calatravæ & Alcantaræ loquens; ſed clarius in *citata conſtit. Leonis X.* cujus verba retulimus *num. 57.* cujus initium ita ſe habet: *Solet nonnunquam Romanus Pontifex ea, quæ à prædeceſſoribus ſuis in Religioſorum locorum, & perſonarum in illis ſub Regularibus vitæ ſtudio domino famulantium, commoda, & favorem conceſſa eſſe dicuntur, ut eo firmius incenſſa remaneant, quò ſapiùs fuerit Apoſtolico ſtabilitatis præſidio, cum ab ea petitur ſua approbationis patrocinium communi jure, & aliis eiſdem perſonis, & locis de novo concedere, prout rerum, & temporum qualitatibus bene penſanis conſpicit expedire; ſane pro parte dilectorum filiorum Magiſtri, & Fratrum domus B. Mariæ de Monteſa, Militiæ ejuſdem B. Mariæ de Monteſa, & ſancti Georgii Ciſtercienſis Ordinis.* Negari nequit quòd tractat de

Militibus

Militibus Monteſiæ, eos expreſsè *Religioſas perſonas* dicit, & *ſub Regulari vita Domino famulantes*; & clauſula hæc, *in Religioſarum locorum & perſonarum*, cum illa, *Ordinis Ciſtercienſis*, copulat præcedentia cum ſubſequentibus; ita ut qualitatem ipſam tribuat cunctis, reperendo præcedentem qualitatem ut docet Barboſa *dict. 103. numer. 3.* Hæc omnia veræ Religionis ſunt; & velle impropriare tot tantaſque Pontificias conſtitutiones, potius ſcholaſticæ ſubtilitatis eſt quærendo diffugia, quàm gravitatis Moralis doctrinæ, cujus præcepta explicare maturè tenemur.

60 Nec relevat dicere ſolutionem huc uſque datam *ex n. 54.* procedere quoad materiam votorum paupertatis, & obedientiæ, quarum vota recipere poſſunt magis vel minus; non autem quoad votum caſtitatis, nam ea quæ voventur ſub nomine *Caſtitatis conjugalis*, non ſunt de materia conſilii, ſed præcepti; atque adeo continentiam ab uſu matrimonii ſub conſilio caſtitatis comprehendi: ſed ad ſtatum perfectionis neceſſarium eſt vovere caſtitatem quæ eſt in conſilio: ergo vovendo caſtitatem conjugalem; non amplectitur conſilium caſtitatis, neceſſarium ad ſtatum perfectum Religionis; ac per conſequens materia hujus voti dividi nequit, ita ut ad perfectionem non ſufficiat niſi abſolutum fiat. Huic argumento ſatisfacere eſt facile, ſupponendo quòd in matrimonio Caſtitas ſervatur: ſic probat Concilium Gangrenſe relatum in *c. hæc autem ſcripſimus 16. diſtinct. 30.* ibi: *& nuptiarum vinculum quod ſecundum caſtitatem perduxit, honoramus.* idem habetur *in c. Nicæna Synodus 12. diſtinct. 31.* ibi: *ſurgens autem in medio Paphnutius Confeſſor contradixit, honorabiles Confeſſus nuptias, & caſtitatem eſſe dicens cum propria conjuge concubitum*: eleganter S. Auguſtinus relatus *in c. Deus 12. 32. quæſt. 1.* dicens: *Deus maſculum, & fœminam propagandi generis cauſa nuptiali caſtitate conjunxit*, & licèt veriſſimum ſit omnimodam continentiam, etiam à nuptiis, requiri ad ſtatum vitæ contemplativæ, & activæ de ſpiritualibus curantem, ad vitam tamen activam, quæ de temporalibus curat, ſufficit caſtitatis conjugalis, ut doctiſſimè probat Pater Suarez *dict. cap. 4. num. 16.* quem ſequuntur Navarrus, Rodriguez, Baſilius Ponce, Caramuel, & plures ex relatis *ſup. num. 39.* oſtendendo quod Milites horum Ordinum vovendo caſtitatem conjugalem, triplici ex ratione conſilium caſtitatis amplectuntur. *Prima*, quando relictis uxoribus, Militiam ſequi jubentur: *Secunda* quando cœlibes reperiuntur, & ad ducendam uxorem impetrare licentiam renentur, quæ non ſemel eis denegatur; & ſi ſecus fecerint, puniuntur. *Tertia*, quando à conjugis communicatione certis diebus ſecundum Ordinis diffinitiones abſtinere debent. Quibus *quartam* addere poſſumus, nempe quando eis imperatur reſidere in Monaſterio, in quo ingredi fœminas fas non eſt, imo neque in Eccleſia, cum aditus ad eam non ſit niſi per clauſuram ad inſtar Monaſteriorum Carthuſienſium. Hæc omnia non ſunt materia præcepti, ſed conſilii; ac per conſequens conſilium caſtitatis amplectuntur Milites; ſed quia Pater Suarez clariſſimè explicat, ad eum lectorem remittimus.

61 Neque obſtat doctrina Angelici Præceptoris 2. 2. *quæſt. 186. art. 4. in corp.* quæ eſt baſis opinionis quam impugno. Nam ſanctus Thomas *in ea quæſtione* tractat de Religione in genere, quæ comprehendit Religionem vitæ activæ, & vitæ contemplativæ, & *in d. artic. 4.* de vitæ contemplativæ Religione tractare videtur, quod percipitur ex illis verbis: *& inde eſt quod ujus veneratorum retrahit animum ab illa perfecta intentione tendendi in Deum.* Quæ ratio etiam militat reſpectu Religionis vitæ activæ, cujus inſtitutum curat de merè ſpiritualibus. At verò ipſe ſanctus Doctor *quæſt. 188. art. 3.* tractat de Religionibus Militaribus, quarum inſtitutum eſt defendere fidem ab infidelibus, & docet Religionem ordinari poſſe ad militandum, in quantum militia pertinet ad ſubventionem proximorum fidelium, & defenſionem Reipublicæ Chriſtianæ. Quæ reſpiciens divus Thomas *dict. quæſt. 186. art. 4.* non ſolum noſtræ ſententiæ favet, verum eam explicando, ut clarè appareat intellexiſſe caſtitatem conjugalem, cum perfectione non habere incompatibilitatem, ſic ait: *Et ne aliqui ſpes perveniendi ad perfectionem tolleretur, aſſumpſit ad perfectionis ſtatum etiam illos, quos invenit matrimonio junctos. Non autem poterat abſque injuria fieri, quod viri uxores deſererent, ſicut abſque injuria fiebat, quod omnes divitias relinquerent; & ideo Petrum quem invenit matrimonio junctum, non ſeparavit ab uxore: Joannem vero volentem nubere, à nuptiis revocavit.* Perpendantur ſincero animo hæc verba, in quibus de Chriſto Domino, & Apoſtolis. S. Thomas loquitur, & reſultabit noſtræ ſententiæ fundamentum: nam licet perfectior ſtatus ſit continentiæ quam conjugii, ad rationem Religionis non ſpectat cuncta perfectiora facere, aut profiteri; ſufficit quod profiteatur id quod ex ſe perfectum eſt, & tanquam perfectum determinatum reperitur in ipſa Regula, quam Religioſi profeſſi ſunt. Id ipſum S. Thomas amplectitur *dict. quæſt. 186. art. 2.* ibi: *ſimiliter etiam non tenetur ad omnia exercitia, quibus ad perfectionem pervenitur, ſed ad illa quæ determinata ſunt, & taxata ſecundum Regulam quam profeſſus eſt.* Quare cum Regula noſtri Ordinis poſt diſpenſationem *Sixti V.* conjugalem caſtitatem expoſtulet, & non vitæ contemplativæ, ſed activæ ſit, & in ea non ordinentur actiones militares ad exercitia merè ſpiritualia, ſed ad pugnandum cum infidelibus pro fidei exaltatione, conſervatione divini cultus, atque proximorum ſubventione, mediantibus exercitiis corporalibus; inde eſt, quod Milites Religioſi verè ſint, obſervando Regulam ordinatam ad hunc finem. Quibus explicata manet auctoritas divi Thomæ ex doctrina ipſius, quam ab incunabulis veneratus ſum. Nec divus Thomas reverentius explicari valet, quam per Doctrinam ab ipſo traditam. Pariter ſatisfactio reſultat ad tex. in *dict. c. cum ad Monaſterium* de quo *ſupr. n. 43.* nam interpretandus venit, ita ut dicamus quòd Papa non poteſt licentiam indulgere non obſervandi caſtitatem abſolutè, illi qui Religioſus manet, ſicut *ibi* dicitur; at verò poteſt commutare votum caſtitatis abſolutæ cum conjugali, ut ex *Rotæ Deciſionibus*, patet.

Denique non obſtat argumentum deſumptum ex 62
Concil. Trid. c. 15. ſeſſ. 25. de reformat. ſecundum explicationem Seraphini *deciſ. 121.* dicentis, Religiones Militares non teneri ad obſervantiam requiſitorum Tridentini pro emittenda profeſſione. Nam quid commune hoc cum eſſentia Religionis? ſed pro abundanti dico, quod in noſtro Ordine iſta requiſita ad unguem obſervantur, & obſervari jubentur *in cap. 35. & 36. noſtrarum diffinitionum*, tam quoad annum approbationis, quàm quoad ætatem profitentis. Plures Doctores congerit Barboſa *in collect. ad hunc textum, conſil. num. 2.* & Didacus Narbona *tract. de ætat. anno 16. quæſt. unic. n. 10.* tenentes Religiones Militares non comprehendi ſub hac diſpoſitione *Tridentini*: inter quas enumerant Militiam ſancti Joannis Hieroſolymitani. Et ipſe Barboſa ſubjungit *num. 5.* cum Flamin. Pariſ. Armendar. Tamburin. Ricc. Gratian. & Alphonſ. Narbon. quod ex peculiari ſtatuto diſpoſitionem Tridentini Obſervant. De his Militibus nullus fermè dubitat quod veri Religioſi ſint: & nihilominus aſſerunt non teneri ad obſervantiam hujus diſpoſitionis, ſi eis non obſtat hæc exceptio, ne veri Religioſi dicantur; quare nobis obſtare urgebis? ſi ex eo quod peculiari ſtatuto obſervent affirmes; quare Monteſianis, qui ſimile ſtatutum habent, obſtabit? Hinc conſequitur quod aſſerentes hæc, & ſimilia, voluntatis quæſtionem fovent, non ratione moventur.

Sed ſpecialiter in noſtro Regno argui poteſt, ex de- 63
creto *noſtri textus*, in quo Princeps non ſimpliciter con-

ceſſit ea quæ proponebantur ; ſed cum limitatione ad id quod conſuetudine vel jure firmatum eſt. Ex quo inferri poſſet non pertinuiſſe omnino ad noſtrum Magiſtrum juriſdictionem perſonarum Ordinis. Cui objectoni dicendum eſt , quod licet decretum ita ſe habeat , non inde infertur quod Milites Ordinis non ſint omnino ſub juriſdictione Magiſtri , & Veri Rligioſi : ſed quod Princeps noluit eis concedere majora privilegia quàm obtinebant, & cum tempore conceſſionis hujus *fori*, nondum adminiſtratio Magiſtratus conceſſa fuiſſet Regiæ Aragonum Coronæ , Rex in Regalibus poterat in pluribus cognoſcere de cauſis Militum noſtrorum , ſicut hodie cognoſcit de cauſis Militum S. Joannis, S. Jacobi, Calatravæ , & Alcantaræ , aliiſque cauſis Religioſorum exemptorum, ut dixi *ſupr. hoc cap.* §. 1. *ex nu.* 101. quod ad bona *de Realengo* ut tradidi *c.* 2. §. 5. *ex num* 44. quoad cauſas merè poſſeſſorias , *ut infr. c.* 10. §. 2. *numer.* 57. per viam recurſus ex violentia illata, ut *hoc eod. c.* 8. 1. *ex n.* 57. notatum remanet , ſimilibus , quæ forſan comprehenderentur in diſpoſitione , ſi Rex ſimpliciter poſtulata conceſſiſſet. Ne autem Regalibus jacturam inferret , reſtrinxit decretum ad ea quæ Conſueta erant , & de jure procedunt. Sed noſtri *fori* de Militibus Monteſiæ , ſemper tanquam de veris Religioſis locuti ſunt , ut patet *in for.* 19. *de reb. non alien. in for.* 20. *eod. tit. in extravag. qualiter vaſſal. Magiſtr. Monteſ. in omnibus capit. in for.* 166. *Cur. anni* 1585. & in pluribus aliis. Et quamvis Regalia cognoſcendi de exemptis indubitata ſit. Dum procedit in eos , qui non habent indicem in Regno , non comprehendit Milites noſtri Ordinis , ut expreſsè deciſum fuit in Regio reſcripto *diei* 16. *Maii* 1595. ibi *Teſſa Real Audiencia es juez de Exemptos , que no tienen ſuperior en el Reyno , y no de la Orden de Monteſa , que ſoy yo ſu ſuperior , y tengo lugarteniente de la Orden in eſſe Reyno.* Clarius omne genus cauſarum complectendo habetur *in Regio reſcripto diei* 16. *Maii* 1613. ibi *y que no he de permitir , ni dar lugar , que las cauſas de los Cavalleros , y Freyles de la Orden . ſe traten ante otros Tribunales , que en el de ella , por preheminentes que ſean , ni ſe hagan novedades : pues haſta oy no ſe ha tenido noticia de que en otro ningun tribunal Eccleſiaſtico , ni ſecular , ſe aya tratado cauſa alguna de Freyles de la Orden.* Et cum in contentioſa juriſdictione hæc deducerentur , deciſum fuit in hoc Supremo ad favorem Ordinis, ut tradit D. Creſpi *obſerv.* 55. *num.* 55. *cum duobus ſeqq.* Nec deſunt deciſiones ſacræ Congregationis Cardinalium, quas memorant Sperellus *in deciſ. for. Eccleſ. deciſ.* 2. *numer.* 97. & 120. Riccius *in præx. tom.* 4. *reſol.* 18. Barboſa *in ſum. deciſ. Apoſtolicar. collect.* 303. *num.* 4. qui etiam referunt deciſiones Rotæ Romanæ : & eſt celebris *deciſ.* 266. *num.* 1. & 6. *p.* 2. *diverſor.* loquens de Militibus Alcantaræ , & concludens *d. nu.* 6. poſt mentionem plurimarum Bullarum , ibi : *Nec obſtat. quod ducant uxores : qui hoc privilegium poſt bullam Leonis emanavit : & commutatio voti continentiæ in caſtitatem conjugalem , non mutat regulæ ſubſtantiam.* Idem judicavit Rota apud Peñam *part.* 1. *deciſ.* 423. *deciſ.* 487. *deciſ.* 537. *num.* 5. *deciſ.* 538. *n.* 3. & *deciſ.* 619. Et licet Duran. *deciſ.* 93. *n.* 2. & *deciſ.* 308. *n.* 6. dicat, Rotam ſequi contrarium: hoc intelligendum eſt ſecundum id de quo loquitur , nempe de Militia Divi Jabobi , circa quos major verſatur difficultas , ex eo quod nunquam Milites profeſſi fuerunt tria vota ſubſtantialia , Calatravæ verò , Alcantaræ , & Monteſiæ profitebantus tria vota , quæ profeſſio conſtituit eos in ſtatu veræ Religionis , quem ſtatum diſpenſatio non immutavit ; ut Rota reſpectu Militum Alcantaræ dixit in *d. deciſ.* 266. *num.* 6. & Reſpectu omnium *in d. deciſ.* 537. *n.* 5. quod Peñam ibi. *Quia indultum Apoſtolicum , cujus vigore in Hiſpania Milites de Calatrava , de Alcantara , & de Monteſa , ante non multos annos matrimonium contrahere ceperunt , nec mutavit , nec ſuſtulit ſubſtantiam Religionis iſtarum Militiarum : ut ſuit dictum in una Cauriensium juriſdictionis die* 22. *Junii* 1581. Quæ eſt *d. deciſ.* 266. *p.* 2. *diverſor.*

Effectu juris ad ipſum comprobatur in plurimis. Primò quia Milites Monteſiæ privilegio fori , & Canonis gaudent , ſicut cæteri Ordinum Militarium , etiam ſi novitii ſint , ut pluribus relatis tradunt Barboſa *de appellat. verbor , uſufreq. appellat.* 239. *num.* 16. & *in ſumm. deciſ. Apoſtol. dict. collect.* 303. *numer.* 4. & *in collect. ad text. in cap. beneficium* , 4. *de Regular. in* 6. *num* 12. Cenedo *Canonicar. queſt.* 4. *num.* 41. Graſſ. *de effect. Cleric. dict effect.* 1. *num.* 78. Diana *dict. part.* 1 *tract.* 2. *de immunit. reſolut.* 50. & *reſol.* 73. & *part.* 4. *tract.* 1. *reſol.* 36. & *reſol.* 86. & *part.* 5. *tract.* 1. *reſol.* 18. & *part.* 11 *tract.* 4. *reſol.* 6. Cabal. *reſol. criminal. Caſ.* 108. *num.* 20. *ad fin.* Gratian. *deciſ.* 35. *nu.* 10. *cum ſequentib.* Scaccia *de judic. lib.* 1. *cap* 11. *num.* 21. Dominus Leo *deciſ.* 89 *numer.* 15. Thomas Hurtado *var. tom.* 2. *tract.* 12. *capit.* 1. *reſol.* 33. *num.* 1454. Carleval. *dict. diſput.* 2. *num.* 418. & *num.* 440. *cum ſeqq.* Delbene *d. dubio* 11. *num.* 2. Rota *in d. dec.* 266. *p.* 2. *diverſ.* & apud Peñam *d. deciſion.* 537 *cum ſeq.* Batil. *de poteſt. leg. Municipal. diſq.* 1. § 5. *num.* 10. Dominus Creſpi *d. obſer.* 55. *ex num.* 1. Quod reſpectu profeſſorum difficultate caret. Quoad Novitios, verò , inde ſequitur, quod appellatione Religioſorum in favoralibus Novitii veniunt ; ut in terminis Ordinum Militarium probant Gambacurte *de immunit. Eccleſ. lib.* 7. *cap.* 12. *n.* 13. Novar. *d. queſt.* 92. *num.* 5. Barbol. *d. allegat.* 12. *num.* 45. Brito *de locat. & conduct. cap.* 2. *part.* 3. *n.* 59. plures apud Pizarr. *ubi ſup. num.* 95. ex noſtris Magnifici Gulielmus Bartholomæus Sanchez , & Hyacinthes Ortin de Zaydia Doctiſſimi Senatores , & Nobilis Don Braulius Eſteve , etiam Senator , & noſtræ Militiæ : illi *in juris reſponſo pro Don Hieronymo Minuarte Monteſiano Novitio* , & hic *pro Don Joſepho Eſcriva , etiam Novitio Ordinis S. Jacobi* editis primum *anno* 1633. & ſecundum *anno* 1638. Et ſic diffinitum fuit per noſtrum Supremum , Regióque reſcripto munitum , *die* 23. *Maii . anni* 1634. cujus verba ſunt hæc : *Haviendo mandado reconocer y mirar en el mi conſejo ſupremo de Aragon , con particular atencion , y cuidado , todas los papeles que ſe remitieron de ai ſobre las dos contenciones , y diſcordias dellas , entre mi juriſdicion Real , y de la Orden de Monteſa ; la una por haver hallado a Don Geronimo Minuarte Cavallero novicio della con dos piſtolas ; y la otra haver ſido inculpado eſtando en las Carceles de ſu Religion , que por ſu Orden antes de tomar el habito habrian muerto à Layne Lorenz ; reſuelto que en quanto eſte ultimo delito de la muerte que ſe acumula , goza la perſona del dicho Don Geronimo Minuarte , del Privilegio del fuero de ſu Religion tan ſolamente , y que como atal debe ſer remitida , como por eſta mando ſe remita al lugarteniente general de la Orden para que conoſca della.* Neque quoad privilegium Canonis remanet in ſola auctoritate Doctorum , nam in Bullis *Gregorii VIII. & Innocentii III* de quibus ſupra , & aliis per Maſcareñas adductis , Calatravenſibus expreſsè conceſſum eſt ; ac per conſequens ad Monteſianos extenditur ; ut ex dictis reſultat. Quoad Milites ſancti Jacobi , ex conceſſione *Alexandri IV. Vrbani IV.* & aliorum de quibus mentio habetur *in Statutis ejuſdem Ordinis , editis anno* 1655. *capite* 6. 64

Ex his infertur lapſus Caſtilli de Bobadilla *lib.* 2. *polit.* *cap.* 19. *nu.* 18. & Villadiego *in polit. cap.* 5. *num.* 116. dum dicunt , privilegia Monteſiæ eſſe localia , ſaltem quoad ſolutionem Gabellarum , de quibus aliqua attingunt Joſephus Seſſe *deciſ.* 435. *num.* 11. & Joan. Bap. de Thoro *in Compend. deciſ. tom.* 4. *verb. Miles ſancti Jacobi* : aſſerentes quod privilegii Ordinis renunciari poteſt. Si enim ſumus veri Religioſi , & privilegia Ordini conceſſa ſunt , quomodo illis poterimus renunciare reſpectu immunitatis à Vecticalibus ? quod eſt alius effectus juris eis conceſſi ; ut probant Diana *d. p.* 1. *tract.* 2. *reſol.* 5. Joann. Sanchez , Baſilius Ponce , Ludovicus Molina 66

Theol.

Theol. Trulleneh, Bene Episcopus March, & plures alii ex relatis *supra*, *num.* 38. & 39. Fateor pluribus in Regnis admissum non esse, sed hoc procedit, quia resistere potentiæ exactorum Milites non valent. In Regno Valentiæ omnibus immunitas conceditur & observatur, & sic decisum reperitur per Regiam Audientiam *sententia publicata per Alreus die 16. Julii anni 1631.* sub examine Don Petri Sanz ad favorem Don Ludovici Zaydia Ordinis S. Jacobi contra Syndicum oppidi de Alaquas; & sic in toto Regno observatur. Quoad renunciationem, dico quod hæc privilegia non sunt concessa personis, sed Ordinibus, quare renunciabilia non 68 sunt, juxta *text. in cap significasti, cap. si diligenti, de for. compet.* cum *vulgatis* congestis per Barbosam *in collect. ad hos text.* Graff. *de effect. Clericat. effect. 1. ex nu.* 42. Caball. *d. cas.* 225. *ex num* 4. Quod adeo verum est, ut indignum credam horum Doctorum talia asserere, cum sit in hac materia unum ex primis principiis. Nec relevat dicere quod in Regno Castellæ Milites horum Ordinum non gaudent privilegio fori in Civilibus, & in delictis exceptis: nam præterquam quod idem procedit respectu Clericorum Conjugatorum, id factum fuit annuente sede Apostolica, ex Concordatis inter Regem & Pontificem; ut fatetur P. Martinez *d. §. 11. num.* 12. de quo adhuc conqueruntur Ordines Militares, & Consilium Reginm eorundem; licet in observantia sit regulariter: sed in Criminalibus, non solum privativè dictum Consilium cognoscit de Militibus cum adjectis senioribus, cujusque ordinis, verum appellationes conceduntur via recta ad ipsum summum Pontificem, qui judices Ecclesiasticos dat in partibus, & frequentiùs unum ex ipso Ordinum Consilio eligit[1], qui de causa in prima instantia non judicaverit: si enim necessaria fuit auctoritas summi Pontificis ad sic constituendum, ut aliis relatis innuit, Dominus Crespi *dict. obs. 55. num* 9. clarè sequitur, quod privilegium fori obtinebant. Vnde consequitur, quod judices criminaliter procedentes contra Milites horum 70 Ordinum, excommunicationis gladio feriuntur usque dum eos remittant ad suos judices, absque eo quod per viam violentiæ excommunicatis ex tali causa subveniatur, ut testantur Bobadilla *dict. lib. 2. politic. cap. 19. n. 12.* Valenzuela *dict. cons. 95. per tot.* Farin. *consil. 210. lib. 3.* Carleval *disput. 2. nu.* 434. mentionem facientes de Regio Administro excommunicato per Sedem Apostolicam, ob pœnam capitalem executioni deductam contra quendam Militem Calatravensem: & licet recursum emisit ad Regia Prætoria, dictum fuit vim non fieri: & ipse miserè extinctus fuit. Aliud exemplum adducit Barbosa *in sum. decis. Apostol. dict. collect.* 304. ex Superello, allegans duas decisiones Sacræ Congregationis Cardinalium, *in causa Placidi Bentii Equitis Militiæ Christi.* Aliud quod esset ad rem, refert Samper *d. part. 3. n. 714.* Sed in facto deficit, nam Aula suprema criminum non processerat contra Militem Montesianum ibi memoratum; quidquid in eo casu factum fuit, periculi prævenienti causa, per œconomicam potestatem, Aula suprema consilii Castellæ quæ *de Gobierno* dicitur, ordinabat me exequente tanquam Præfecto antiquiore Regiæ domus & Curiæ: & mihi nihil per Judicem Conservatorem injunctum fuit; neque ex his, quæ per viam œconomicæ potestatis geruntur, nocumentum subsequitur jurisdictioni Ecclesiasticæ.

71 Alter effectus juris, est vacatio beneficiorum, clericis laicis conferri solitorum, & extinctionis pensionum ex eis reservatarum per emissionem professionis, *text. in c. beneficium, de Regular. lib. 6.* docent Gigas *de pensi. quæst. 57.* Hieron. Gabriel *cons. 187. num. 11. lib. 2.* Cardinalis Mantica *decis. 140. num. 7.* Gratian. *discept. for. c. 253. n. 82.* Garcias *de Benefic. part. 5. cap. 1. ex numer. 114.* Sanchez *in decalog. tom. 2. lib. 7. cap. 4. nu. 13.* Molfes. *in summ. Theol. moral. tract. 6. cap. 3. numer. 511.* Squillant. *de privil. Cleric. cap. 5. num.* 48. Barbos. *in collect. ad dict. c. beneficium, in 6. ex numer. 2. & de jur. Eccles. lib. 3. c. 11. num.* 39. Lotter. *de re benefic. lib. 1. quæst. 36. num.* 27. Sed Milites horum Ordinum amittunt beneficia & pensiones per emissionem professionis, nisi obtinuerint dispensationem Pontificis, ut quotidie experientia demonstrat, de qua testatur D. Crespi *obser. 57. num.* 18. conferunt tradita *cap. 8. §. 9. num* 133. igitur reputantur veri Religiosi. Similiter veri Religiosi promoveri ad Ordines per Episcopos nequeunt, nisi de licentia Prælati per literas testimoniales, seu dimissorias, quas vulgus Regularium *Reverendas* appellat, de quo tractat *Constit. 75. Pii V. apud Laertium, tom. 2. pag.* 272. docent Barbosa *de jure Eccles. lib. 1. cap. 33. num.* 8. & ad Trident. *sess. 23. de reformat. cap.* 10. *mon.* 10. Tambur. *de jur. Abbat. tom. 1. disp. 2. qu. 25.* Samper *dict. p. 3. n.* 216. Neque ordinantur sub titulo alicujus Beneficii, aut Patrimonii, sed titulo paupertatis. Tamburin. *dict. disput. 2. quæst. 30. num.* 4. Barbos. *in Trid. cap. 2. sess. 21. de refor. ex num.* 3. sed Milites ordinantur ex dimissoris Administratoris generalis Ordinis, & titulo paupertatis; sic nostris diebus factum fuit cum Don Ludovico Escrivæ Zapata, Don Monserrato Cruiles, & Don Didaco Roca: quod refert Samper *d. p. 3. n.* 220. ergo re tam seria pro veris Religiosis Milites Montesiæ reputantur. Exemptio à potestate Ordinarii Ecclesiastici, & illius jurisdictione, provenit ab eodem principio, & Milites exempti verè sunt, ut omnibus patet; & sic in aliis quam plurimis: quare praxis ipsa demonstrat, quod verè Religiosi reputantur in Ecclesia Catholica à suismet Prælatis.

Horum privilegiorum aliqua communicantur uxo- 72
ribus ipsorum Militum, nempe privilegium fori, & privilegium immunitatis à præstatione vectigalium, per text. *in l. femina 8. ff. de Senator. l. fin. C. de incol. lib.* 10. *l. mulieres, C. de dignit. lib.* 12. Docent Belluga in specul. *rub.* 20. *Paragr. quia post num.* 20. Georg. Acaccius *de privil. jur. civil. lib. . cap. 4. num.* 1. Rovit. *ad pragm. 15. de Milit. num.* 20. *& ad pragm. 16. num.* 4. Tiraquel. *post tract. de legib. connubial. gloss. 2. num.* 54. Aviles *in cap. prætor; in præam glos. 1 num.* 18. Ant Cucc. *lib. 1. instit. moral. tit. 9. num.* 10. Milanensis *decis. 9 tom. 2.* Novarius *in prax. elect. for. quæst.* 47. Amayna *in l. unic. C. de incol. lib.* 10. Pichard. *tract. de communic. nobil. inter vir. & uxor. num.* 1. Graf. *dict. effect. Cleric. 1. num.* 155 Escacciol. *de privil. reccior. quæst.* 14. Olaseus *decis.* 30. *num.* 14. Diana *resol. mor. part. 3. tract. 1. de immunit resol.* 45. *& part. 4. tract. 1. resol.* 41. Giurba *obser.* 90. *num.* 20. Mendo *de jur. Acad. lib. 4. quæst. 4. num.* 27. *cum seqq.* Carleval. *d. disp. 2. num.* 402. Dominus Crespi *dict. obser. 55 num.* 55. *cum seqq.* qui *num.* 59. decisionem hujus Supremi ponit. Et licet contrarium quoad privilegium immunitatis à præstatione tributorum asserant Trullench *dict. dub. 5. num.* 16. & Castro Palao *tom. 1. tract. 3. disp. 4. punct. 2. num. 2. vers. ad secundum, & tom. 2. tract. 12. disput. unic. punct. 2. num.* 10. Sanchez *de matrim. d. disput. 47. num. 2.* Nituntur in eo, quod privilegium nobilitatis extendi- 73
tur ad uxorem non vi Privilegii mariti, sed ex alia speciali dispositione: Sed perperam, nam ut bene dixit Dominus Crespi *d. num.* 55. id provenit ex unitate viri & uxoris resultante ex matrimonio, per quod fiunt *duo in carne una.* Sed demus quod ita procederet; si tamen ut ipsi fatentur, privilegium fori extenditur ad uxorem, quare privilegium immunitatis à solutione vectigalium non erit extendendum, dum utrumque dimanat ab eodem principio? Quoad forum est tex. expressus *in d. l. femina, & in d. l. fin.* bonus etiam text. *in l. cum quidam 19. ff. de jurisd.* cum aliis congestis per Amayam *ubi prax.* Quoad immunitatem à tributis est etiam expressus textus *in l. 2. Paragr. fin. C. de Episcop. & Cler.* ibi: *omnibus Clericis hujusmodi prærogativa succurat, ut & conjugia clericorum ac liberi eorum quique, & ministeria, mares, ac fœmine,*

mina, eorúmque etiam filii, & filiæ, immunes semper ab hujusmodi muneribus perseverent. Clarius ad rem *in l. 10. in fin. C. Theodos. eod. tit.* his verbis: *quod & conjugibus & liberis eorum, & ministeriis majoribus, pariter ac fœminis indulgemus.* tex. *in l. omnis 14. eod. Cod. & tit.* Et si breviter scire velis, an in Ecclesia prisci temporibus Clerici, & Monachi conjugati admitterentur; & an post Clericatum de licentia Episcopi, etiam Diaconi uxoribus copularentur, neque ex eo cessarent à Ministerio? Vide *consil. Neapolit. cap. 1. & 8. Gangrens. cap. 4.* Athanas. *in Epistol. ad Dracontium.* Euseb. *lib. 1 demonstr. Evangel. c. 9.* Concil. Ancyran. *can. 10.* Chalcedonens. *cap. 3.* & alia congesta per Jacob. Gotofred. *in comm. ad l. curialibus 9. l. cum quid 44. C. Theodos. de Episc. & Cler.* Et nota ad rem specialiter rex. *in l. unic. C. Theodos. de bon. Cleric.* Quæ non adducuntur ad suadendum, quod hodie in Ecclesia toleretur Clerici sacris initiati, vel Monachi cum uxoribus cohabitantes; sed an judicandum quod non ita repugnat, ut à Pontifice dispensari non possit cum Militibus, qui ab origine veri Religiosi erant, prout fuit dispensatum; per quod substantia Religionis immutata non fuit, ut dixit Rota *in decisionibus allegatis.*

74

75 Nec obstat alia ratio adducta per Suarez & cæteros, nempe uxores Clericorum omnino inhabiles, seu incapaces esse Ordinis; ergo & effectus Ordinis. Quæ non adstringit quoad Religiones, nam fœminæ incapaces non sunt status Religiosi. Et sic Trullench. *ubi prox. vers. quod si dicas:* nostram sententiam in Regno servari fatetur, quam improbare non fuit ausus. Nec obstant tradita per Parezam *de instr. edit. tit. 2. resol. 6. spec. 6. per tot.* Quia licet suam opinionem fundare curavit, responsionem legitimam non dedit juribus allegatis, nempe *l. fœmina, ff. de Senator. l. fin. C. de incol. lib. 10. l. mulieres, C. de dignit. lib. 12.* nam verba textus adaptari nequeunt incolatui; conditio nempe mariti nequit referri ad locum habitationis, ex *tex. in l. & eadem 14. ff. de excep. rei judic. & in §. fin. Instit. de jur. person.* cum simil.

Quod majori difficultati subiicitur, est, an viduæ Militum hæc privilegia conservent? P. Sanchez *dict. disput. 47. num 4.* Castro Palao *dict. num. 10.* cum *Baldo* & aliis, quos sequitur Trullench *ubi sup.* constanter negativam tenent; eo quod quoties privilegium conceditur aliquibus, quia inest in uno tanquam principali, morte ipsius extinguitur privilegium. Sed contrarium verius credo, cum favores semper ampliandi sint, & Doctores supra relati sic tenent, dum viduæ familiam, & nomen mariti privilegiati non mutant, ut *in d. l. fin.* clarè dicitur: & sic pluries diffinitum reperio per Nobiles, ac Mgnificos Regentes Cancellariam, & Assessores togatos Ordinis; signanter in causa competentiæ, sive contentionis suscitatæ per Domnam Josepham Salvador, viduam illustrissimi Domini Don Andreæ Roig, quondam Vicecancellarii meritissimi, qui nostræ Militiæ Montesiæ Eques fuit.

76 Quoad tertiam verò, sunt qui existiment, jurisdictionem spiritualem Ordinis nostri, residere penes Priorem Conventus Montesiæ, qui desumi solebat ex Monachis Cœnobii sanctarum Crucum Ordinis Cisterciensis, dimanaréque ab Abbate illius, & Capitulo generali Cisterciensis Religionis, quod affirmant supponendo, quòd jurisdictio spiritualis Militiæ Montesiæ ipsi Cisterciensi Religioni fuit concessa *Primò*, quia electio

77 primi Magistri, reservata Sedi Apostolicæ in *bulla erectionis*, commissa fuit Abbati sanctarum Crucum, ex quo inferunt, & concessam jurisdictionem. *Secundò*, quia

78 ad ipsum Abbatem spectat jus visitandi Ordinem Montesiæ, ut tradit P. Chrysostomus Enriquez *in Menolog. Cisterciensi, pag. 21. lit. B. pag. 38. lit. H. & seqq. pag 91. lit. B. & pag. 276. vers. Ordo de Montesia, & in privil. pòst. 2. pag. 530.* quem sequitur Ascanius Tamburin. *de*

79 *jur. Abbat. 2. p. disput. 24. quæst. 5. num. 83. Tertiò*, quia Ordo noster unitus, & incorporatus fuit in Capitulo generali Ordinis Cisterciensis, ad instantiam inclyti Regis conditoris, Jacobi I. I. à quo Capitulo prior Conventus potestatem absolvendi à casibus reservatis mutuavit. *Quartò*, quod Magister, & cæteri Prælati, vel Dignitates nostræ Militiæ, sunt Milites, nullo Ordinis charactere insigniti, incapaces potestatis Clavium, atque adeo minimè ad eos jurisdictionem spiritualem pertinere posse, signanter quoad ea, ad quæ peragenda Ordo sacerdotalis requiritur, plura ad hunc effectum cumulando. Quæ quidem quæstio magni momenti est, ut inferri potest ex his, quæ post primam editionem hujus voluminis, scripserunt Nobilis Don Cosmas Gombau *in allegatione typis data anno* 1658. quæ licet illicò per sancti Officii Inquisitionis edicto interdicta fuit, postea cum expurgatione permissa restituta præ manibus habetur, & Doctor Frater Hippol. Samper *in Memesia illustrata, tom. 2. part. 3. divisione 2. ex num. 245.* uterque nostra scripta, quæ præcesserunt, retinere affectat, tamquam si ea, quæ publicam lucem obtinent, sub silentio involvere facile esset. Sed quia durum esset nobis concedere, nostrum Ordinem per mendicata suffragia, jurisdictionem ab exteris in spiritualibus obtinere: sicque, ut certa ab incertis facilius segregari possint, aliqua prælibanda sunt, quibus positis, vera conclusio inferri, atque probari valeat.

Jurisdictio spiritualis, juxta commune placitum, à 81
nemine hucusque in dubium revocatum, quid distinctum est à potestate Clavium, concessa per Ordinem presbyteralem, ita ut licet quilibet Sacerdos potestatem habeat administrandi Sacramenta, plura ex defectu jurisdictionis perficere nequit, ut putà baptizare pueros, vel catechumenos (secluså imminentis periculi instantia) absolvere à peccatis, absque licentia Episcopi, & commissione Parochi, interesse in contractibus matrimonii, & alia similia, ad quæ non solum requiritur potestas Clavium, verùm etiam jurisdictio spiritualis, per quam ille in quem hæc exercentur, subliacet Sacerdotis ministrantis jurisdictioni, & potestati. Et per con- 82
trarium, plures sunt, quibus attributa est jurisdictio spiritualis, & carent potestate Clavium, & Ordinum, ut electus Episcopus, & confirmatus, nondum consecratus; Capitulum Sede vacante; electus in Parochum ante susceptos Ordines; qui committunt aliis ea quæ sunt jurisdictionis, & extendenda sunt per obtinentem potestatem Clavium, ut putà ordinare Clericos, absolvere à peccatis, vel censuris subditos suos, interesse in contractu matrimonii (licet & Parochi nominati, juxta magis receptam sententiam, interesse, etiam Ordinibus non susceptis, possint, P. Sanchez *de matrim. lib. 3. disput. 20. num. 3.*) atque alia, ad curam animarum spectantia. Unde fit, quòd non ex eo, quòd aliquis careat potestate Clavium, inde reddatur incapax jurisdictionis spiritualis, nam ipsam habitualiter obtinere potest in his ad quæ necessaria est potestas Clavium, & exercere medio Presbytero, similem potestatem obtinente; & per contrarium, non ex eo quòd aliquis exerceat actualiter potestatem Clavium, infertur necessariò, jure proprio habere in eos subditos jurisdictionem spiritualem, cum possit hoc fieri, quia commissum ei est exercitium jurisdictionis, per illum, ad quem spectat. Norant hanc differentiam Doctores *in can. 7. sess. 14. Trident.* & ibi Barbos. *in collect. & de potestat. Episcop. lib. 1. tit. 1. c. 1. n. 9. cum seqq.* Medina *in cap. de pœnis, tract. 2. quæst. 15. consil. 3.* Soto *in 4. distinct. quæst. 4.* Suarez *de censur. disput. 16. sect. 2. num. 7.* Coninch. *de censur. tom. 2. disp. 4. dub. 2. num. 7. & 8.* noster Valer. *de ver. for. verb. jurisdictio, diff. 3. & seqq.* Trullench. *in prax. sacrament. lib. 1. c. 9. dub. 1. num. 1.* Don Francisc. Torreblanca *de jur. spirituali. lib. 14. c. 1. n. 12. & seqq.* qui plures refert, *& c. 2. à num. 20.*

Hæc enim jurisdictio defertur ad proprium Sacerdo- 83
tem, ex *cap. omnis de pœnitent.* qui quidem communiter

est,

est, eminenter, & tanquam fons perennis, atque indeficiens totius jurisdictionis spiritualis, summus Pontifex, à quo ad inferiores profluit; Episcopus, & Parochus, ut tenent communiter Doctores *dict. cap. omnis*, Thomas Trevis. *decis.* 23. *lib.* 1. Jacob. Menoch. *de præsumpt. lib.* 6. *præsump.* 88. Enriquez *in summa lib.* 11. *cap.* 3. *num.* 5. Petr. Ledesma *de matrim. quæst.* 47. *art.* 5. *dub.* 3. & 4. Gratian. *disceptat. forens. cap.* 70. *num.* 19. late Cenedo *practicar. quæst.* 30. *num.* 45. *& seqq.* Molinus *de rit. nuptiar. lib.* 2. *different.* 11. *num.* 88. Guttierrez *de matrim. lib.* 3. *dispu.* 28. *&* 29. noster Trullench *de jure Paroch. cap.* 3. *num.* 4. *& cap. seqq.* & noster doctissimus Martinus Perez *de sacrament. Pœnit. disp.* 41. *sect.* 1. *per tot. &* 84 *sect.* 2. *num.* 4. qui in *d. sect.* 1. *num.* 2. accurate de more docet summum Pontificem habere jurisdictionem omnium perfectissimam immediatè à Christo Domino, independentem ab alio, & universalissimam, quia est Pastor omnium fidelium; & *num.* 3. Episcopum habere jurisdictionem ordinariam in omnes suos subditos, ex vi sui muneris, quia ex vi officii est Pastor animarum, & gubernator in spiritualibus: quam jurisdictionem obtinet, non immediatè à Christo Domino, sed per summum Pontificem, eo quod non pertinet ad eum, ex vi consecrationis, sed ex vi muneris, ut colligitur ex Tridentin. *d. sess.* 14. *cap.* 8. Caietanus *tract.* 1. *de auctorit. Papæ, c.* 2. Trullench *in praxi sacrament. d. lib.* 4. *cap.* 9. *dub. num.* 4. Fragos. *de Repub. tom.* 2. *lib.* 1 *disp.* 1. §. 11. *n.* 238. Parochos verò jurisdictionem ordinariam habere ex vi muneris sibi dilati, in districti parochiæ, ita ut sit proprius pastor illorum, qui in illa Parochia degunt tantum, ut ipse *Martin. Perez* explicat *sect.* 5. sed hoc ita intelligendum, ut potius coadjutores sint Episcoporum, quàm pastores, ut bene notat Barbosa *de jure Ecclesiast. lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 68.

85 Hæc quoad sæculares; quoad Regulares verò, licèt à principio jurisdictioni Episcoporum subessent, ut probat textus *in cap. Monasteria, ex. Abbates*, 18. *quæst.* 2. *c quà verè, c. quidam*, 16. *quæst.* 1. Emmanuel Rodriguez *tom.* 2. *quæst.* 1. *art.* 6. Tamburin. *de jur. Abbat. tom.* 1. *quæst.* 1. *num.* 2. Lezana *tom.* 3. *verb. exemp. Regular. num.* 13. Barbos. *de jur. Eccles. lib.* 2. *cap.* 12. *num.* 2. Sanchez *consil. mor. lib.* 6. *cap.* 9 *dub.* 1 *num.* 8. Hieron. Garcia *in politic. Regul. tom.* 1 *tract.* 8. *difficul.* 3. *dub.* 1. Tamen postea omnes ferè Regulares exempti facti fuerunt à potestate, & jurisdictione Ordinariorum; de quibus latè per Doctores relatos per Tamburin. *de jur. Abbat. tom.* 1. *dispu.* 1. *q.* 1. *& sequentib.* Rodriguez, Lezana, Garcia, & cæteri *ubi proxim.* adeo ut licet allegans exemptionem teneatur ostendere, hodie ex notorietate, Religiosi minimè oster-86 dere exemptionem tenentur. Quomodo hæc pertineat ad Ordinem Cistercienfem, probant ipse Tamburinus *dict. dispu.* 5. *quæst.* 4. *num.* 7. & Barbos. *de jur. Eccles. lib.* 1. *c.* 41. *num.* 52. & patet ex bulla Innocentii VIII. quæ incipit *ad Romani, dat. Romæ die* 30. *Augusti* 1486. & est 9. apud Laertium Cherub. *tom.* 1 *bullar. pag.* 381. Cum autem nos ex Ordine Cistercienfi simus, quoad Regulam, & privilegia, sicut Ordo Calatravenfis, cui omnia privilegia, exemptiones, & immunitates Cistercienfium concessa fuerunt per Julium II. cum bulla *dat. Romæ die* 1. *Aprilis* 1508. quæ incipit, *Romæ*, & est 16. apud Cherub. *dict. tom.* 1 *pag.* 431. & tradit Barbos *in summ. Apostolicar. de is. collect.* 306. *num.* 8. Quæ omnia nobis communicata, & concessa fuerunt per plures fumnos Antistites, & fignanter per Leon. X. cum bulla *dat. Romæ die* 14. *Februar.* 87 1515. incipit: *Solet nonnunquam*, edita *in initio nostrar. diffin.* docet Barbos. *in summa decis. Apostol. collect.* 31 *n.* 16. sic clarè resultat, nos ea exemptione frui, sicut cæteri Regulares potiuntur. Cum autem Regulares exempti reperiantur à jurisdictione Ordinariorum, necessariò subiici debent Prælatis earundem Religionum, quibus concessa est jurisdictio quasi Episcopalis, per quos regantur, non solum quoad dominium, seu potestatem, quodammodo patriam, sed quoad jurisdictionem. Latè P. Suarez *tom.* 3. *de Religion. lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 5. *& lib.* 6. *cap.* 3. *& lib.* 10. *cap.* 5. Sanchez *tom.* 2. *Decalog. lib.* 3. *cap.* 1. Pelliciarius *tract.* 9 *cap.* 3. *sect.* 1. *quæst.* 2. Tamburin. *de jur. Abbat. tom.* 1. *dispu.* 3. *quæst.* 2. *num.* 1. Hieron. Garcia *in politic. regul. tom.* 1. *tract.* 3. *difficult.* 1. *dub.* 5. *punct.* 5. *num.* 14. *& seqq. & tom.* 2 *tract.* 1. *difficult.* 1. *dub.* 1. *num.* 4. Ob quod 88 habent jurisdictionem ordinariam spiritualem in subditos omnes, Reginald. *tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 5. Suarez *de leg. lib.* 5 *cap.* 15. *num.* 1. *& tom.* 4. *de Relig. tract.* 8. *lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 15. Sanchez *de matrim. lib.* 2 *disp.* 40. *num.* 14. Rodriguez *de Regul. quæst.* 17. *art.* 6 *tom.* 1. Hieron. Rodrig. *resolut.* 68. *num.* 2. Peyrinis *tom.* 1. *const. Pirri.* §. 5. *& tom. de Prælat. quæst.* 1. *cap.* 4 §. 4. Lezana *tom.* 1 *cap.* 18. *num.* 1. *&* 2. *& tom.* 2. *cap.* 13. *num.* 12. Pelliciar. *tract.* 9. *cap.* 3. *sect.* 1. *q.* 7. Marchin. *tract.* 1. *part.* 9. *cap.* 1. *definit.* 1. *num.* 8. Roman: Hay *in Astro inextinct. quæst.* 7. *num.* 6. Tamburinus *ubi proximè*, & Hieron. Garcia *dict. dub.* 1. *num.* 9. qui omnes loquuntur, tam de jurisdictione spirituali ab extrinseco, quàm ab intrinseco, tam in foro interno, quàm ab externo, & ut *Tamburinus* bene explicat, Generales sunt veluti Episcopi; locales verò Prælati, tanquam Parochi.

Regulares igitur constituunt in unaquaque Religio- 89 ne Rempublicam quandam, quæ gubernatur per modum mixtum, compositum ex Monarchia, Aristocratia, & Democratia, nam unaquæque habet Magistrum generalem, apud quem residet omnis potestas, & jurisdictio, demptis aliquibus casibus specialiter prohibitis per Regulam, vel statuta cujuslibet, quod sapit Monarchicum modum Regiminis. Habent etiam Diffinitores, & Assistentes ejusdem Generalis, ex cunctis Provinciis, & in qualibet earum Ministrum Provincialem, quod Aristocraticum modum respicit, & in quolibet Cœnobio Priorem, Guardianum, vel rectorem; quod attinet ad Democratiam, ut bene probat Hieronymus Garcia *in polit. Regul. tract.* 1. *difficul.* 6. *dub.* 2. *tom.* 1. Sed semper propiùs accedit ad Monarchicum modum, eo quòd Corpus universum totius Religionis, sub uno Capite regitur, in quo residet potestas, & cui omnes subordinantur, nam Assistentes, & Diffinitores propriè sunt Consiliarii; Provinciales verò, & Priores, ei in omnibus subsunt. Nostra autem Religio Montesiæ, cum adhuc conservet pristinam naturam, & reducatur ad unicam Provinciam, conservat modum Monarchicum, nam omnia pertinuerunt ad Magistrum, & nunc ad Dominum Regem Aragonum Administratorem generalem, ex vi *bullæ Sixti V.* neque illius potestas reperitur limitata per nostras diffinitiones, nisi quoad modum cognoscendi in causis criminalibus, per *dict. cap.* 70. ut dixi; dempto etiam jure visitandi, quod concessum fuit Magistro Ca- 90 latravenfi, ut latiùs inferiùs dicam; unde licut in cæteris Religionibus Generalis habet jurisdictionem quasi episcopalem, ut tradunt Valerius Reginaldus *tom.* 1 *lib.* 1. *c.* 5. Suarez *de leg. lib.* 6. *cap.* 15. *numer.* 1. *& tom.* 4. *de Religion. tract.* 8. *lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 15. Sanchez *de matrimon. dict. dispu.* 40. *num.* 14. Rodriguez *de Regul. tom.* 1. *quæst.* 17. *artic.* 6. Hieronymus Rodriguez *resolut.* 68. *num.* 2. Peyrinis *tom.* 1. *suar. constitut. Pirri.* §. 3. *& tom. de Prælat. quæst.* 1. *cap.* 4. *&* §. 4. Lezana *tom.* 1. *cap.* 18. *num.* 1. *&* 2. *& tom.* 2. *cap.* 13. *num.* 12. Pelliciar. *tractat.* 9. *cap.* 3. *sect.* 1. *quæst.* 3. Romanus Hay *in Astro inextinct. quæst.* 7. *num.* 6. Hieron. Garcia *in polit. tom.* 2. *tract.* 10. *diffin.* 1. *dub.* 1. *num.* 9. ita apud nos. Sed hoc ita ordinatè, ut Generalis habeat jurisdictionem quasi Episcopalem in toto Ordine, & in 91 omni casu independenter ab alio ejusdem Religionis. Provincialis verò in sua Provincia dependenter à Generali; Priores, & Rectores, vel Guardiani, in speciali Cœnobio, dependenter à Provinciali; docent Suarez *d. tom.* 4. *de Religion. tract.* 8. *lib.* 2. *cap.* 2. *& cap.* 15. *numer.* 13. Tamburinus omnino videndus *dict. dispu.* 3. *quæst.* 3 *nn.* 2. Garcia *dict. dub.* 1. *num.* 16. Quæ si sic procedunt in cæteris

ris Religionibus, in quibus Priores sunt conventuales, & habent vices Provincialium, vel Abbatum, eis absentibus; multò magis in nostro Ordine, in quo non absunt
92 Provinciales, nec unquam Prior habet vices Magistri, cùm eo absente omnia pertineant ad Præceptorem majorem, quia tantum spectat ad Priorem cura animarum cum aliquibus rebus specialiter per nostras diffinitiones dispositis, & sic nec adhuc iste Prior in omnibus dici potest Claustralis, & etiamsi esset, teneretur parère Magistro, qui est caput Monasterii, ex pluribus adductis per Farinac. *in postum. decis.* 112. *num.* 3. Patrem Fragoso
93 *de regimin. Reipubl. tom. 2. lib.* 11 *disput.* 24. §. 8. *n.* 4. Ex quo clarissimè infertur, quòd attento jure communi Regularium exemptorum à potestate Ordinarii, Prior Conventus Montesiæ, quidquid habet jurisdictionis spiritualis, obtinet dependenter, & subordinatè à Magistro, aut ejus vices gerente, nisi aliter ex dispositione spirituali cautum reperiatur.

94 Quibus fundamentis jactis, ut ex visceribus constitutionis Apostolicæ, per quam Ordo noster conditus fuit, vera resolutio depromatur, literam ipsius tradere est necesse, & sic se habet.

BULLA ERECTIONIS ORDINIS Inclytæ Militiæ Beatæ Mariæ de Montesa, à Joanne XXII. Pontifice Maximo fœlicis recordationis indulta.

JOannes Episcopus servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Pia matris Ecclesiæ cura, de fidelium salute solicita, sicut in palmitibus fidei Catholicæ dilatantis accensa, charitatis ardoribus delectatur, solerter invigilat, & fructuosi operis prosecutione laborat; sic vias, & modos diligenter exquirit, quibus hostium ipsius fidei conatibus obviet, vires reprimat, & hi præsertim fidei Catholicæ cultores, quos loci vicinitas eisdem hostibus appropinquat, opportuna tuitionis munimi præsidiis, ab eorum impugnationum incursibus, juvante Domino, præserventur. Dudum siquidem fœlicis recordationis Clemens Papa Quintus, prædecessor noster, quondam Ordinem Militiæ Templi Hierosolymitani, propter nefandos errores, & scelera varia, & diversa, quibus erant dicti Ordinis personæ respersæ, ipsiusque statum, habitum, atque nomen in Concilio Viennensi, eodem approbante Concilio, irrefragabili, & perpetuò valitura subsistuli sanctione, illum prohibitionis perpetuæ supponendo, ac inhibendo districtius, ne quis ex tunc dictum Ordinem, vel habitum ejus susciperet, seu deferre, vel pro Templario se gerere quomodolibet attentaret, bonis omnibus dicti Ordinis Apostolicæ Sedis ordinatione, cum inhibitione, ac decreto, auctoritati Apostolicæ reservatis. Demum verò idem prædecessor attentè considerans, quod fratres Ordinis Hospitalis sancti Joannis Hierosolymitani, pro recuperatione maximè ipsius terræ sanctæ ducebant, sicut & ducunt pericula quælibet in contemptum, post deliberationem super hoc cum fratribus suis sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, nec non Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, ac Prælatis Aliis, & nonnullis Principibus, & illustribus Viris, ac Prælatorum absentium, Capitulorum quoque, atque Conventuum, Ecclesiarum, & Monasteriorum procuratoribus, tunc in dicto Concilio constitutis præhabitam diligentem, omnia bona dicti quondam Ordinis Templariorum, quæ idem Ordo eo tempore, quo Magister, & nonnulli ex fratribus dicti Ordinis in Regno Franciæ, communiter capti fuerunt, videlicet anno Domini millesimo trecentesimo octavo, in mense Octobris, per se, vel per quoscunque alios habebat, tenebat, & possidebat ubilibet, vel ab ipsum Ordinem, & prædictos Magistrum, & fratres ipsius Ordinis pertinere poterant, & debebant, præfato Ordini Hospitalis & ipsi Hospitali, donavit, concessit, univit, incorporavit, applicavit, & annexuit in perpetuum, de Apostolicæ plenitudine potestatis; bonis illis quæ idem Ordo Templariorum in Regnis, & terris charissimorum in Christo filiorum nostrorum Castellæ, Aragonum, Portugalliæ, & Majoricarum Regum illustrium extra Regnum Franciæ, habebat, seu possidebat, & ad eum debitè poterant quomodolibet pertinere, decimas exceptis, quæ dictus prædecessor nonnullis ex causis, quæ tunc pro parte Regum ipsorum pretensa fuerunt à donatione, concessione, unione, incorporatione, applicatione, & annexione prædictis excepit specialiter, & exclusit: eis nihilominus Apostolicæ dispositioni, & ordinationi reservatis. Postmodum autem, ne propter pretensionem causarum hujusmodi ordinatio prædictorum bonorum in prædictis Regnis, & terris existentium teneretur diutius in suspenso, prædecessor ipse certum peremptorium terminum dictis Regibus per Apostolicas literas assignavit, in quo per Procuratores, seu Nuntios idoneos, plenum, & speciale mandatum habentes, ab eis cum omnibus rationibus, & munimentis ad causas pertinentibus memoratas, Apostolicæ se consperti præsentarent, informaturi eum de causarum veritate, & essentia prædictarum, suaque super illis ordinationis, beneplacitum audituri. Cumque dictus Rex Aragonum propter hoc ad prædecessoris ejusdem (& subsequenter ad nostram, postquam fuimus, Domino permittente, ad statum Apostolicæ dignitatis assumpti) præsentiam Nuntios suos diversis vicibus destinasset, qui causas, & rationes varias allegarent, propter quas bona ipsa in Regno suo sistentia uniri, & incorporari non posse memorato Ordini Hospitalis, absque ipsorum Regis, & Regni evidenti præjudicio, & dispendioso periculo asserebant. Tandem post longam, & diutinam altercationem super hoc habitam cum dilecto filio nobili viro Vitali de Villanova, Nuntio, & Procuratore dicti Regis Aragonum, ad has sufficiens, plenum, & speciale mandatum habente (cujus quidem mandati copiam præsentibus inseri jussimus ad cautelam) ipsiusque Regis nomine consentiente, præsentibus quoque, atque consentientibus, in quantum tangi poterant dilectis filiis fratribus Leonardo de Liberiis, Priore Venetiarum, generali Visitatore, & generali Procuratore, ac multis ex Prioribus, & Fratribus dicti Ordinis: Hospitalis ejusdem Ordinis nomine, de fratrum nostrorum consilio in modum, qui sequitur, duximus ordinandum. Cum enim illa fœda Sarracenorum natio, & impia Christiani nominis inimica, in fromaria Regni Valentiæ (quod est ipsius Regis Aragonum) constituta, Regnum ipsum, ejusque fideles in summi Regis offensam, per successus ab olim temporum diversorum angustiis multarum tribulationum afflixerit, discriminibus subjecerit variis, & crudeliter propriam impietatem armaverit, sicut & adhuc armare conatur in exterminium eorumdem. Nos eisdem Regi, Regno, atque fidelibus adversus hujusmodi hostiles incursus prospici cupientes, dicti Regis supplicationibus inclinati, Monasterium in castro de Montesia, Valentinensis Diœcesis infra dictum Regnum Valentiæ, constituto, de prædictorum fratrum nostrorum consilio, & Apostolicæ plenitudine potestatis, ordinamus de novo ad honorem Dei, & exaltationem Catholicæ Fidei, ac depressionem ipsorum infidelium, construi: in quo fratres Ordinis Calatravensis (ad quos Rex ipse non parum affici dicitur, & de quorum strenuitate confidit, ut fertur,) pro defensione dicti Regni Valentiæ, ac fidelium incolarum ipsius ab hostium dicta fidei eisdem vicinantium periculosis insultibus debeant collocari, ut sic idem Regnum, & fideles eo fervencius dictis hostibus resistere valeant, quo plurium virium constatis in unum majori potentiâ fulciemur. Cui quidem Monasterio, plena super hoc cum eisdem fratribus nostris deliberatione prehabita, & de ipsorum consilio, ac ejusdem plenitudine potestatis dicti, præsertim dicti Regis instantia, ex nunc ex causa præmissa omnia, & singula bona immobilia quæcunque, & in quibuscunque sistentia, nomina, actiones, jura, jurisdictiones, & honores, homines, & vasalles quoslibet, & alia quæcunque, quæ dictus quondam Ordo Templi tempore captionis prædicta habebat, & habere debebat, & quidquid etiam idem Ordo Hospitalis ad præsens, & ad eum pertinere potest, & debet quacunque ratione, vel causa in eodem Regno Valentiæ: nec non Parochialem Ecclesiam dicti Castri de Montesia auctoritate Apostolica damus, incorporamus, applicamus, annectimus in perpetuum, & unimus: domo tamen cum Ecclesia, censibus, & redditibus, quos idem Ordo Hospitalis sancti Joannis habet in civitate Valentiæ, & ejus territorio per medium leucam

circum

circum circa, & Castro etiam, loco, seu villa de Torrent, dicta Valentinensis Diœcesis, cum juribus, & pertinentiis suis ab hujusmodi donatione, unione, incorporatione, & applicatione, duntaxat exceptis, qua hospitali prædicto volumus remanere, decernentes irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate sciemer, vel ignoranter contigerit attentari. Et nihilominus concedentes Magistro, & fratribus Ordinis supradicti, qui pro tempore fuerint, quod omnibus, & singulis privilegiis, immunitatibus, & libertatibus gaudeant, qua Magistro, & fratribus ejusdem Ordinis in dicto Regno Castellæ consistentibus sunt ab Apostolica Sede concessa. Quodque ipsi Magistri, & fratres ejusdem Ecclesiæ de Montesia curam gerere valeant per idoneum Presbyterum ipsius Ordinis professorem. Volumus autem, quod Magister, & fratres ejusdem Monasterii construendi, qui pro tempore fuerint, pro dictis bonis, ut prædicitur, concessis eisdem, ea qua dicti Hospitalis, & quondam Templariorum fratres facere habebant, cum bona tenebant prædicta, facere teneantur. Quodque dictus Rex Aragonum omnia servitia, & jura Regalia, quæ tam ipse, quàm sui ab Hospitalis, & quondam Ordinis Templi prædictorum fratribus, dum Ordo ipse Templariorum subsistebat, nec non & hominibus, atque bonis ipsorum habebant, & habere consueverant, temporibus retroactis habere valeant, à Magistro, & fratribus prædicti Monasterii construendi: sibique, & suis ejusdem hominibus, & bonis, salva & illibata serventur, & integra jura, & servitia supradicta, nec super ipsis eidem Regi, vel suis aliquod præjudicium generetur. Statuimus insuper, & etiam ordinamus, quod præfatum Monasterium taliter construendum, eidem Ordini de Calatrava, hoc sit modo subjectum, videlicet, quod Magister ipsius Ordinis de Calatrava, qui est, & pro tempore fuerit, possit per se, vel per alium, seu alios, dictum Monasterium semel in anno, vel pluries, si necesse fuerit, visitare, & in eodem corrigere, qua fuerint corrigenda. Ita tamen, quod ipse Magister de Calatrava, cum voluerit in eodem novo Monasterio hujusmodi visitationis officium exercere, diem adventus ejus, dilecto filio Abbati Monasterii Sanctarum Crucum Ordinis Cisterciensis, Tarraconensis Diœcesis, per tantum tempus ante ipsius Magistri, vel illius, quem ipse Magister ad ipsius visitationis officium destinabit, debeat nuntiare, quod idem Abbas Sanctarum Crucum ipso die adventus prafati Magistri, vel illius, quem ad hoc idem Magister, ut prædicitur, destinabit pro visitatione prædicta, possit esse paratus, vel si forsan ipse vacare non posset, dilectus filius Abbas Monasterii Sanctæ Mariæ de Valdigna, ejusdem Cisterciensis Ordinis dictæ Valentinensis Diœcesis, valeant in dicta visitatione, cum dicto Magistro, vel alio pro visitatione hujusmodi destinando, suam præsentiam exhibere. Nec Magister ipse in eodem Monasterio noviter construendo, absque consilio, & consensu alterius Abbatum prædictorum correctionem, vel ordinationem possit aliquam exercere. Quod si forte neuter Abbatum ipsorum ad præfatum Monasterium novum, die visitationis hujusmodi posset accedere, dicto Magistro visitationem exercere liceat supradictam. Volumus autem, quod Administratores novi Monasterii supradicti Abbati, & Magistro de Calatrava prafatis, pro personis, & equis eorum, dicta visitatione durante, teneantur in victualibus providere. Caterum provisionem de primo Magistro dicto novo Monasterio faciendam, dispositioni nostræ, & Sedis Apostolicæ reservamus. Qui cum creatus exiterit, recipiendi fratres ibidem, quos voluerit, & viderit expedire, plenam, & liberam habeat potestatem. Ad quorum informationem idem Magister, & Abbas ejusdem Monasterii Sanctarum Crucum decem fratres ejusdem Ordinis de Calatrava, in eodem Ordine approbatos, de quibus eis visum fuerit, commodabunt. Statuimus etiam auctoritate prædicta, quòd Magistro ipsius novi Monasterii, qui pro tempore fuerit, cedente, vel etiam decedente, Conventus, seu fratres ejusdem Monasterii, eligendi sibi, & eidem Monasterio Magistrum aliquem de ipso Ordine Calatravensi, liberam infra trium mensium spatium, ad tardius, habeant facultatem. Qui eo ipso, quod electus exiterit, pro confirmato (si in pleno concordia electus fuerit) habeatur, & sine confirmatione alia liberè administret. Quod si forte idem Conventus, & fratres infra dictum tempus Magistrum non elegerint ante dictum, prafatus Magister de Calatrava, cum consilio, & assensu alterius Abbatum prædictorum, possit de Magistro dicto novo Monasterio providere. Cætera verò bona omnia & singula, quæ dictus quondam Ordo Militiæ Templi, tempore captionis prædictæ in eodem Regno Aragonum, & terris aliis Regi prædicto subjectis habebat, possidebat, & habere poterat, & debebat, & quæ ad illum poterant rationabiliter pertinere, quæve per dictum Regem Aragonum, vel alium quemlibet detinebantur, & detinentur in Regno, & terris eisdem, assentiente prædicto Vitali, nomine dicti Regis, Ordini, & Hospitali prædictis donanda, concedenda, jungenda, incorporanda, annectenda duximus, & perpetuò applicanda certis modis adjectis, quos pro plena securitate ipsorum Regis, & Regni Aragonum, & ad propellanda imminentia sibi quæ pericula vitamus expedire, prout in nostris certis tenoris literis super hoc confectis (quas in suo volumus robore permanere) plenius continetur. Quæ omnia, & singula idem Vitalis nomine Procuratorio dicti Regis Aragonum, nec non Visitator, Procurator, Priores, & alii fratres dicti Ordinis Hospitalis, præsentes inibi, ejusdem Ordinis nomine, in quantum videlicet quilibet pro eisdem tangebatur, & tangi poterat, & debebat, acceptaverunt, & approbaverunt, expressa, rata habuerunt, & grata. Nihilominus promittentes, se bona fide effecturos, & curaturos, quod Rex, & Ordo prædicti ea omnia, & singula, prout ad unumquemque pertinebat, pertinere poterit, & debebit, acceptabunt, & approbabunt, rata habebunt, & grata, eáque servare, & adimplere curabunt, illo nequam tempore in contrarium non venturi. Tenor autem procurationis dicti Vitalis talis est.

Nos Jacobus, &c.

Ex hac constitutione clarè probatur, quòd ad Magistrum nostri Ordinis spectat jurisdictio spiritualis ordinaria, & quasi Episcopalis, actualiter in his, ad quæ non requiritur potestas Clavium, & habitualiter in exteris. Quæ probantur, *Primò*, nam in *dicta bulla* summus Pontifex condidit Magistrum in Prælatum totiès Militaris Ordinis, & per hanc electionem, sive institutionem concessa fuit ei jurisdictio omnimoda ad officium ipsum, Magistratum, & Prælaturam gerendum, cum similis concessio facta videatur cum omnibus prærogativis, præeminentiis, & jurisdictionibus illius, *c. cum ab Ecclesiarum, de offic. Ordin.* Innocent. *in cap. cum accessissent, de constit.* Alexander. *in l. 1. ad fin. ff de jurisdict.* Jaso omnino videndus, *in l. 2. num. 11. vers. Tertio inita eod. tit.* Natta *consil. 636. num. 37.* Peregrin. *variet. tit. 1. num. 43.* Marius Giurba *consil. 97. num. 3.* Mantil. *de Magistrat. lib. 4. c. 16. num. 2.* Larrea *allegat. fiscal. 64. num. 9.* Barbos. *in collect. ad cap. præterea, de offic. & potest. Judic. delegat. num. 1. & in addit. ad collect. jur. Canon. tom. 6. in collect. d. c. cum. ab Ecclesiarum, n. 1.* Unde innegabilis est jurisdictio contentiosa in Magistro, quam semper exercuit, & nunc exercet Dominus Rex, medio Locumtenente generali, & sic ambigi nequit, jurisdictionem spiritualem etiam obtinuisse ad ferendas censuras; nam hæc concessa est omnibus Prælatis obtinentibus jurisdictionem contentiosam, tanquam quid necessarium ad regimen subditorum, ut probant Sotus *in 4. distinct. 22. quæst. 2. artic. 1. vers. Non est*, Covarruv. *in cap. alma, §. 11. par. 1. num. 1. vers. Primum*, Ugolin. *de censur. tab. 1. c. 2. §. 10.* Lessius Zechius *de repub. Eccles. cap. 1. num. 6. vers. 6. & 16.* Berojus *in rub. de offic. delegat. num. 15.* Suarez *4. de Relig. lib. 2. cap. 9.* Fragoso *dict. part. 2. lib. 12. § 2. num. 5.* Barbos. *in collect. dict. cap. cum ab Ecclesiarum, num. 2.* P. Garcia *in politic. Regul. par. 2. tract. 10. difficult. 3.*

95

difficult. 3. dub. 1. num. 1. Gibalin. *de jur. jurisdict. disquis. 3. quæst. 2. num. 1. & 5.* etiamsi nulla mentio censurarum fiat in nominatione, vel delegatione, text. *in cap. 1.* & ibi Doctor. *de offic. & potest. Jud. deleg.* Felin. *ibid.* & Decius *num. 5.* Abbas *in cap. quærenti, num. 4. de verbor. sign.* Beroius *in cap. significasti, num. 25. de offic. delegat.* Navar. *in cap. cum contingat, eodem*, Barbos. *in collect. ad dict. cap. 1. numer. 12.* Et ratio est, nam jure communi attento, cuncti Prælati Regularium secluso privilegio, sunt Judices ordinarii in causis omnium Religiosorum, & præter superius adductos probat cum aliis Fragoso *dict. part. 2. lib. 12. §. 2. num. 2.* & sic excommunicare, & cæteras censuras subditis imponere possunt, ut isti Doctores tenent, asserentes hanc potestatem extendi ad omnes illos in quos jurisdictionem contentiosam habent Prælati cum sine illa minimè gerere prælatiam valerent, nec rebelles, aut contumaces compescere, remaneretque potestas imperfecta, & diminuta. Sed Magister ab incunabulis Ordinis, jurisdictionem contentiosam habet in omnes Præceptores, Priores, Milites, & Fratres illius, sine exceptione alicujus: ergo pariter obtinet potestatem ferendi censuras, in eosdem, quam sæpius exercuit, ut ex infra dicendis patebit. Nec refert si dicas, incapacem reperiri hujus jurisdictionis ob defectum Ordinis, ad tradita per Doctores *in cap. tuam, de ordin. cognit.* cum *vulgat.* nam præterquam quòd inferius traditur à *num. 380.* dum fiet satis argumentis contrariæ opinationis, etiamsi Magister incapax fieret, concesso officio, sive prælatia, concessa ei jurisdictio censetur ad res spirituales, necessariò connexas cum eadem prælatia, officio, seu causa ut in specie probant Jason *in dict. l. 2. num. 11.* & Larrea *dict. allegat. 64. num. 19.* cum aliis per ipsos relatis, ob necessitatem quæ urget ad rectam Ordinis administrationem sibi commissam; nam in nostra Militari Religione, gubernario Monarchica viget, ut dixi *num. 318.* quod consonum est sacris Canonibus, *c. in apibus, 7. q. 1.* quo eleganter D. Hieron. hæc verba profert: *in apibus Princeps unus est, grues unum sequuntur ordine literario: Imperator unus, Judex unus Provinciæ; Roma, ut condita est, duos fratres simul habere Reges non potuit, & parricidio dedicatur. In Rebecca utero Esau, & Jacob, bella gesserunt: singuli Ecclesiarum Episcopi, singuli Archipresbyteri, singuli Archidiaconi, & omnis Ordo Ecclesiasticus suis Rectoribus nititur.* pluribus Barbosa *in dict. cap. in apibus, numero tertio.* Et quod optima inter omnes gubernationes hæc est, plures relati per Patrem Marquez *in Gobern. Christ. lib. 2. capit. 21. §. 4.* quibus addendi Just. Lipsius *lib. 2. civil. doctr. cap. 2.* Barclaius *in Argenide lib. 1. ad fin. pag. mihi 140.* & cum multis elegantissimè de more, dominus Don Joannes Solorçano *emblem. Regio politic. 20. per tot.* Et sic in *bulla* nostra de alio Prælato mentio aliqua non habetur, præterquam ea quæ de Magistro dicuntur, & dum ipsi committitur gubernatio expressè, omnia sine quibus Ordo gubernari nequit, commissa ei sunt, & non alteri, dequo, nec adhuc enuntiativè in *bulla* aliquid habetur. Cæterum monstruosum foret unico Corpori duo Capita præponi, optimus ad rem textus *in c. quoniam in pleriſque, vers. Prohibemus, de offic. Ordin.* ibi: *Prohibemus autem omnino, ne una eademque Civitas, sive Diœcesis, diversos Pontifices habeat, tanquam unum corpus diversa capita quasi monstrum.* Mirabiliter ad rem, noster dominus Cerdam *in veriloquio, cap. 14. §. 1.* plura etiam gravissimè perpendit Don Didacus Saavedra *in symbolis polit. symbol. 70. per tot.* & aliqua nos diximus *lib. 1. cap. 2. §. 1.* Quare ne dicere cogamur, absurdum hoc monstruosum in nostro Ordine foveri, tenendumest firmiter Pontificem concessisse Magistro quidquid potuit, ad rectum regimen ipsius Ordinis, cujus Prælatum ipsum effecerat; atque adeo quidquid potest exercere sine Ordine sacro, id concessum habet, & quoad ea quæ sunt Ordinis, superioritatem, & superintendentiam, ne ex defectu directionis absurdum sequatur. Demum eidem Magistro indulsit potestatem *recipiendi fratres quos voluerit, & viderit expedire:* sed hoc spectat ad potestatem, & spiritualem jurisdictionem, ut probatur ex deductis per P. Castro Palaum, Suarez, & alios, de quibus Garcia *in politic. Regul. tom. 1. tract. 2. difficult. 3. dub. 3. per tot.* Ergo illam concessit summus Pontifex Magistro 97

Vlterius, nam hæc verba subsequuntur: *Quodque ipsi Magistri, & fratres ejusdem Ecclesiæ de Montesia curam gerere valeant per idoneum Presbyterum, ipsius Ordinis professorem.* Quæ quidem verba apertè disponunt, quoad curam formalem Ecclesiæ, hoc est animarum, eo quod exercitium regendum est per Presbyterum idoneum: ergo jam Cura animarum concessa fuit Magistro Ordinis, eo modo quo concedi potuit, nempe per Presbyterum Ordinis. Neque ex eo, quod subjungitur, *& fratribus.* hæc dispositio, vel illatio cessat; nam cùm Magister eligendus erat, juxta tenorem ipsius *bullæ*, per fratres ipsos accipiebat jurisdictionem mediante Religione, prout in aliis Prælatis efficitur, ut docent Suarez *dict. tom. 4. de Relig. tract. 10. lib. 10. c. 4.* Lezana *tom. 2. c. 13. num. 12.* Griago *part. 3. dub. 24. num. 168.* Fagundez *in præcept. Eccles. lib. 8. cap. 4.* Hieron. Garcia *in polit. regul. tract. 10. difficult. 1. dub. 3. n. 4. & seqq.* Quod in nostro Ordine comprobatur, nam ut omnes isti Doctores tenent, apud Religionem adesse potestatem corrigendi, & derogandi ea quæ à Prælato supremo gesta sunt, patet ex *cap. 65. definit.* nam loquendo de Capitulo generali hæc verba habentur: *Y pues uno de los importantes negocios para que se junta Capitulo, es para que cada uno de los Comendadores, Priores, Cavalleros, Rectores, y Freyles pueda proponer lo que le pareciere, y cuexarse de los agravios que entiende aver recibido, assi del señor Maestre, como de qualquier otra persona, y pedir enmienda, y satisfacion dellos.* Cum autem jus eligendi Magistrum, juxta eandem *bullam*, & corrigendi ea, quæ ab ipso gesta erant, pertinuisset ad fratres Ordinis, modo prædicto, satis verificantur, quòd cura animarum Magistro, & fratribus concessa diceretur: nempe Magistro postquam electus est, fratribus verò, dum ipsi eligebant Prælatum, & Magistrum, atque in Capitulo gesta per eum moderabantur. Nec valebit etiamsi dicas, summum Pontificem in clausula superius adducta, loquutum fuisse de Ecclesia oppidi de Montesa, & sic de Cura animarum Parochiæ illius, non autem ipsius Conventus, vel Religionis; nam etiamsi concedatur, ex ipsa *bulla* apparet, dictam Ecclesiam unitam, & incorporatam fuisse cum Monasterio, & Ordine; sicque sortita fuit naturam illius: ob quod concessa cura animarum Ecclesiæ oppidi de Montesa Magistro illius, à fortiori & in ipso Ordine concessam esse firmiter tenendum est. 98 99

Secundò, nam in *bulla Sixti V.* quam vocamus, *Incorporationis*, inferius adducta, dum loquitur summus Pontifex cum inclyto Rege Aragonum, hæc verba profert: *Cum eo, quòd tam Philippus, quam successores prædicti Coronæ Aragonum Reges, pro tempore existentes, ea quæ spiritualia concernunt, per personas dictæ Militiæ de Montesia Regulares per ipsos Reges pro tempore existentes, ad eorum nutum amovibiles deputandas, probè, & laudabiliter exercere facere debeant, & teneantur.* In qua clausula Romanus Pontifex supponit in Magistri dignitate, quam uniebat, & incorporabat cum Reiga Corona Aragonum per administrationem, potestatem exercendi spiritualia: atque adeo dum loquitur cum nostro Catholico Principe, statuit quod teneatur facere exercere spiritualia per personas ejusdem Ordinis ad nutum amovibiles, & per eum eligendas, quod utique ad executionem deduxit Dominus Rex Philippus Secundus nominando Superiorem Conventus Montesiæ, ex fratribus ejusdem, & Dominus Rex Philippus Tertius pariter 100

Suppriorem

Suppriorem nominando, ut patet ex *libr. rerum Ordinis reservato in sacr. supr. Aragon. Concil. c.* 110. *ad fin.* Ex quo clarè resultat, non solum quod ipsi Administratori perpetuò concessit jurisdictionem spiritualem in habitu, verùm etiam, quòd hi qui eam actu exercere debent, sunt eligendi ad hoc per ipsum Regem ad nutum illius, ex professoribus Regularibus ipsius Militiæ; sed sic est quod Prior desumptus ex Cœnobio sanctarum Crucum non est ex professoribus ipsius Militiæ: igitur juxta mentem Pontificis, non pertinet ad eum jurisdictio spiritualis, nempe ad Cœnobium ex quo desumitur.

101 *Tertiò*, nam ut dixi, omnia privilegia, concessiones, & immunitates obtentas per Ordinem de Calatrava, nobis concessæ sunt ex *bulla erectionis Ordinis*, & ex pluribus aliis, imò nos sumus verè Calatravenses Milites, ut in *ipsa bulla erectionis* apparet. In eo enim Ordine Calatravensi, jurisdictio spiritualis spectat ad Administratorem generalem, qui etiam est Dominus Rex, quod probat bulla Julii II. superius relata *num.* 86. quæ in §. 1. sic habet: *Quod alias dilectus filius Guterrius de Padilla, Major. nuncupatus, ac dicti Ferdinandi Regis Administratoris, etiam in spiritualibus Vicarius generalis.* Et Clarius *in constitut. Pauli III. dat. apud sanctum Marcum die* 4. *Augusti* 1540. de qua meminit Barbosa *in sum. Apostolicar. decis. collect.* 306. *num.* 5. & fuit edita *in nostr. definit. pag.* 19. ibi: *Pro parte carissimi filii Caroli Imperatoris Romanorum, semper Augusti, Regis Castellæ, & Legionis, Administrator perpetuus in spiritualibus, & temporalibus à Sede Apostolica, & c.* quod confirmatur ex *cap.* 8. *definit. ipsius Ordinis Calatravæ, tit. de los Maestres*, ibi: *Por muerte del sancto Abad Raymundo, sucedio Don Garcia con titulo de Magistre, en el governo espiritual, y temporal, que sin orden Clerical se puede exercer.* Tradunt Radas *in Chronol. Calatrav. cap.* 7. *in princip. & cap.* 8. *in fin.* Rodriguez 1. *tom. quæst. regular. q.* 36. *artic.* 4. Sicque summi Pontifices affirmant spiritualem potestatem, & jurisdictionem in ipso Administratore, qui Vicarium in spiritualibus habet, ut ait Julius II. & qui Administrator est in spiritualibus, ut ait Paulus III.

Quartò comprobatur ex nostris Statutis, & diffinitionibus; nam *in cap.* 3. *&* 49. collatio præbendarum, & beneficiorum Ordinis, tam spectantium ad Milites, quàm ad fratres Clericos, Magistro tribuitur. *In cap.* 8. jus concedendi facultatem non adstandi in Choro, dum Officia divina celebrantur, & dispensandi quoad necessitatem edendi in triclinio, diebus specialis abstinentiæ, conceditur Priori, dum Magister, vel Præceptor major non adsunt in Cœnobio, sed illis adstantibus, ad eos, & non ad alium, juxta dignitatis prærogativam spectare apertè dicitur, quæ quidem statuta fuerunt, primùm per *cap.* 8. *visitat.* Magistri Calatravæ Don Joannis Nuñez anno 1353. & per *cap.* 11. *visitationis*, Don Petri Goñi anno 556. In *cap.* 32. expressè dicitur, quòd ad Magistrum spectat tanquam ad Prælatum istius Ordinis, habitum concedere, & quòd ipse committere debet jus armandi Milites, uni ex Militibus, & jus conferendi habitum, uni ex fratribus Sacerdotibus Ordinis. In *cap.* 33. habetur, quòd Magister potest dispensare, justa causa existente, quoad residentiam novitio
102 rum. Quæ confirmatur *in capit.* 36. *&* 37. quò clarè dicitur, quòd professio emitti debet in posse Magistri, aut personæ, cui hæc per ipsum commissa sunt, & in manibus istius Commissarii emittuntur vota substan-
103 tialia Religionis, quæ nunquam ad Priorem spectarunt; nam semper habitum confert, & professio emittitur in posse Commissarii; & quamquam aliquando, (licet raro) hoc commissum fuisset Priori, postea jussum expressè, quod amplius ei non committatur. In *cap.* 29. expressè dicitur, quòd Præceptores, Priores, Mili-
104 tes, Rectores, & Fratres tenentur, ex vi voti, ad obedientiam Magistro, & successoribus. In *cap.* 40. quod tenentur adimplere pœnitentiam à Magistro impositam, In *cap.* 41. Fratribus Clericis imponitur pœna privationis Officii, & Beneficii, vel alia ad arbitrium Magistri (quam jurisdictionem pluries Magistros exercuisse constat, ex processibus asservatis in Archivio Ordinis) & in pluribus aliis multa caventur, & statuuntur, 105
ad jurisdictionem spiritualem spectantia, peregenda, & administranda per Magistrum, sine dependentia Ordinis Cisterciensis, neque intervention Prioris; imò in aliquibus quæ juxta Statuta Ordinis Cistercienſis, absente Abbate spectant ad Priorem, apud nos absente Magistro, & Præceptore majori, non solum ei non conceduntur, sed expressè Prior excluditur, ut in ipsis definitionibus patet: ergo absque dubio jurisdictio spiritualis residet omnino penes Magistrum; nam ad pro- 106
bandam jurisdictionem, non est necessarium, quòd omnes actus jurisdictionales probentur, sed aliqui specificè in actu, & cæteri habitudine, & potentia, ut probavi cum Salgado, & Castillo *cap.* 7. §. 1. *n.* 70. *& n.* 206. & docent in specie relati per Tamburinum *d. tom.* 1. *disp.* 15. *q.* 9. *n.* 20.

Quintò, nam exercitium jurisdictionis, quam exer- 107
cet Prior in Monasterio Montesiæ, accipit à Magistro: vel Administratore generali, per quem nominatur, non autem ab Abbate, ad quem nunquam pertinuit jus eligendi Priorem, neque ex titulo nominationis Abbatis unquam fuit admissus: quod patet ex ipsa *bulla Sixti V.* cujus verba superius relata sunt, & probat text. *in dict. authent de defens. civit.* §. *jusjurandum vero*, Molina, Fontanella, & alii relati inferius *num.* 355. ergo jurisdictio habitualis residet penes Magistrum eligentem; à quo ipse Prior accipit delegationem, vel nominationem cum jurisdictione. Quod confirmatur amplius ex 108
eo, quòd ea quæ spectant ad ipsum Priorem Monasterii Montesiæ, & definita sunt per Statuta facta in Ordine ipso Montesiæ, nunc sunt ex definitionibus visitationum; nunc verò ex Capitulis generalibus, non verò ex Capitulis generalibus Cistercienſis, ut patet ex *c.* 1. *nostr. defin. c.* 4. *c.* 7. *c.* 9. & expressè dicitur *in dict. c.* 10. *libri rerum ord. sacr. supr. Senatus Aragon.* Sed statuere in his quæ spectant ad jurisdictionem spiritualem, est usus ipsius jurisdictionis derivatæ à summo Pontifice, 109
& potestatis resultantis ex vi voti obedientiæ, *cap. bene quidem*, 96. *distinct. cap. ex singulis*, *de statut. Monachor.* Suarez *de legib. lib.* 4. *cap.* 6. *num.* 21. Salas *eod. tract. disput.* 8. *sect.* 18. Bonacina *disput.* 1. *quæst.* 1. *punct.* 3. *n.* 31. Castro Palao *tract.* 3. *disput.* 1. *punct.* 3. *num.* 7. *tom.* 1. Lezana *tom.* 1. *cap.* 8. *num.* 3. Gregor. Martinez 1. 2. *quæst.* 96. *art.* 3. *dub.* 2. *conclus.* 10. Hieron. Garcia *in* 110
politic. Regul. tract. 7. *difficult.* 1. *dub.* 2. *cum* 1. Tamburin. *de jur. Abb. tom.* 3. *disput.* 3. *quæst.* 1. *num.* 1. plura ad rem diximus *tom.* 1. *cap.* 3. §. 1. *num.* 125. *cum seqq.* Ergo in Ordine residet jurisdictio superiori legislativa, per quam dirigatur exercitium attributum Priori, quæ spectat ad Magistrum, & suo in casu ad Capitulum generale. Demum Prior iste non habet facultates, jurisdictionem, atque auctoritatem, quam obtinent, Priores in Cœnobio sanctarum Crucum, neque in reliquis Ordinis Cistercienſis, nam ibi Prior est Vicarius Abbatis, ut dixi superius *num.* 320. *ad fin.* apud nos verò Prior non est Vicarius Magistri, habétque plura limitata, ut ex dictis patet, & nunquam in locum Prælati sufficitur: ergo non ex jurisdictione residente penes Abbatem, sed ex jurisdictione propria nostri Ordinis, exercitium obtinebit. Nec obstabit si dicas, Dominum Regem non posse ipsum nominare, cùm non sit ex professoribus nostræ Militiæ, & juxta *bullam incorporationis*, teneatur administrare per professores illius, inferendo ex hoc, quòd aliunde obtinet jurisdictionem. Nam facilis est responsio, eo quòd ex Communicatione privilegiorum nostri Ordinis, cum Ordine Cistercienſi, capax sit exercitii hujus potestatis quilibet Monachus Cistercienſis, ut infra patebit.

111 Sextò juxta obſervantiam cæterarum Religionum Militarium, quæ omnes per ſe, quoad ſpiritualia gubernantur, relictis Prioribus quos ab initio habuerunt, ſtatuendo, ne de cætero exteri eligantur. Sic traditur factum fuiſſe in Ordine ſancti Joannis Hieroſolymitani *in Chronica illius, lib. 3. cap. 13.* dum enarratur,
112 quòd in Capitulo generali celebrato anno 1459. exiſtente Magiſtro fratre Jacobo Melli, cum vacaret Prioratus Eccleſiæ, ſtatutum fuit, quod per Magiſtrum, & Concilium ordinarium eligeretur Prior ex fratribus
113 Clericis probatæ vitæ, & doctrinæ. In Ordine Divi Jacobi, qui unitus, & incorporatus eſt cum Ordine Divi Auguſtini, cujus regulam profitetur, ut probat Barboſa *in ſum. decif. Apoſtolicar. collect. 316. num. 2.* poſtquam plures Priores habuit in Cœnobio de Veles, ex Canonicis Regularibus S. Auguſtini, eis omiſſis, per
114 Priorem fratrem ejuſdem Ordinis ſancti Jacobi hodie gubernatur. Ordo Alcantaræ primùm appellatus, Sancti Juliani de Pereyro, quamvis unitus, & incorporatus cum Ordine Ciſtercienſi, cujus Regula utitur, ut refert Barboſa *in dict. ſumm. collect. 308. num. 2.* & ſit
115 filiario Calatravæ, ſicut noſter Ordo; cum plena juriſdictione gubernatur per ſe ipſum, ut patet ex *cap. 17. ſtatutum definitionum*, Et denique eadem Militaris Religio Calatravenſis, poſtquam per plures annos gubernata fuit per Priores Monachos Ciſtercienſes, ab illius incunabulis, ad annum 1600. prævia matura deliberatione, & cenſura graviſſimorum Virorum (qui cenſue-
116 runt, abſque auctoritate Apoſtolica noviter impetrata, ſed virtute conceſſionum antiquarum id fieri poſſe (factum fuit decretum Capitulare, de quo *in definitionib. tit. 2. cap. 3 fol. 116.* ibi: *Ordenamos, y definimos, que de aqui adelante ſe haga eleccion Canonica de Prior trienal de dicho Convento en uno de los Religioſos de abito profeſſo del.*
117 Ex quo clariſſimè patet, quòd neque ex vi legis, conſuetudinis, aut alterius juris, Magiſter tenetur ad neceſſariam electionem ex illo Monaſterio ſanctarum Crucum, ſicuti neque Magiſtri cæterorum Ordinum tenebantur, ſed omnino facultativum eſſe, & apud eundem Magiſtrum reſidere omnem poteſtatem ſpiritualem, quam ſummus Pontifex potuit ei concedere, ſine eo quod ordinatus, in Sacris ſit; quia eam expreſsè conceſſit, nempe quoad hæc, quæ ſine ordine gerere poteſt, in actu; quoad illa ad quæ Ordo ſacerdotalis requiritur in habitu, ut per Presbyterum Ordinis adminiſtrentur; & adhuc in eis obtinet ſuperintendentiam in quantum materia adminiſtranda paritur. Sicque à Domino Rege nominari poteſt Prior, meo judicio, ex fratribus Clericis noſtri Ordinis, in quo plures reperiuntur capaces hujus officii, tam meritorum diſpoſitione, quàm etiam doctrinæ capacitate. An autem expediat? noſtri inſtituti non eſt: cum hoc reſideat in arbitrio ipſius Principis, de quo nefas eſt ſententiam proponere inconſultò. Sed quæres, quo pacto Monachi Sanctarum Crucum admiſſi fuere ad hunc Prioratum? Et facilis eſt reſponſio, animadverſo quod in eadem bulla erectionis cautum reperitur, quòd decem fratres Ordinis Calatravæ admittendi erant in noſtro Monaſterio ad inſtructionem novorum fratrum; Calatravenſes variis de cauſis ad noſtrum Regnum & Ordinem transferri recuſarunt; cum autem Dominus Rex Jacobus Secundus, tunc in Cœnobio Sanctarum Crucum degeret, facilior via inſtruendi novos fratres ei viſa fuit, emittendo duos Monachos, prout miſit, ut expreſsè habetur *in dict. cap. 10. lib. rerum Ordinis, aſſervato in ſupremo Aragonum Senatu*: quod inſequendo Magiſtri, & Reges Adminiſtratores conſueverunt nominare Monachum ipſius Monaſterii, titulo *Prioris* ſuperaddito, cui per noſtras diffinitiones aliqua commiſſa extiterunt,

118 Ex quibus reſultat clara reſponſio ad rationes oppoſitionis adverſæ; nam licet ſupponamus (eo quod dubitatione non caret) ſummum Antiſtitem Joannem XXII. delegaſſe Abbati ſanctarum Crucum nominationem primi Magiſtri, cujus electio reſervata Sedi Apoſtolicæ fuit in *bulla Erectionis*; cum factam fuiſſe tradant, his verbis: *Verùm nos conſiderantes hactenus; quod tu de perſona eundem Ordinem Calatravenſem profeſſa, qua utiliter dicto Monaſterio præeſſe valeat, & prodeſſe, facilius in partibus ipſis notitiam habere poteris, plenam tibi providendi hac vice, auctoritate noſtra dicto novo Monaſterio de Magiſtro concedimus tenore præſentium facultatem*, (omitto difficultatem quæ primum occurrit, quoad conceſſionem hujuſmodi, ex eo, quod juxta illius tenorem, nominanda erat perſona *eundem Ordinem Calatravenſem profeſſa*, quod cum effectu compati nequit, quia nominatus fuit Guillelmus Erill Ordinis ſancti Joannis Hieroſolymitani, & non eſt poſſibile Abbatem nominaſſe contra formam conceſſionis ipſius, & licet dicatur quòd *die 22. Julii* 1319. tranſlatus fuit ad Ordinem Calatravæ; veriſimile eſſe non poteſt quod ſic peragereretur, ex tanta voluntate expreſſa Pontificis deſumendi Magiſtrum ex Calatravenſi Militia, nam hoc pacto fraus faciliter fieri poſſet cuicunque diſpoſitioni: Credendum nè eſt electum fuiſſe in Prælatum, ante admiſſionem, habitus Calatravenſis? qua auctoritate in eo admittendus erat? nonne ipſius Ordinis Calatravæ? maximè: quis igitur auſus fuerit firmare, Religionem aliquam, ex qua Pontifex juſſiſſet, quendam promoveri ad ſimilem dignitatem, exterum admiſſuram, ut promotionem obtineret? demum profeſſus eſſe debebat Ordinem Calatravenſem, quod verificari non poterat in eo qui eodem die ex alio Ordine ad Calatravenſem tranſlatus fuit, ut ſibi Magiſterium ſtatim conferretur; nam licet (omiſſa illa quæſtione, an tranſlatus de uno Ordine ad alium teneatur iterum profiteri) tranſlatio fieri poſſet, & fateamur neceſſariam non fuiſſe emiſſionem profeſſionis; nihilominus qualitas requiſita à Pontifice minimè verificabatur: & ſic ex eo, quod, ut dixi cum Viciana, & aliis *dict. §. 4. num. 15.* Guillelmus de Erill. deſumptus fuit ex Ordine Divi Joannis, hoc factum fuiſſe immediatè ab ipſa Sede Apoſtolica firmiter credo) ex commiſſione puræ electionis, ſive nominationis, nequaquam juriſdictio conceditur, ut probant Molina *de Hiſpanor. primog. lib. 1. cap. 25. num. 10.* & aliis relatis, Fontanell. *de pact. claus. 4. gloſſ. 10. part. 1. n. 137.* neque ſpiritualis, neque temporalis, ſicut apparet in quocunque Regulari exempto, cui per Sedem Apoſtolicam conceſſum reperitur jus nominandi Judicem conſervatorem, qui eum tueatur ab oppreſſione Ordinarii: ſed ſic eſt, quòd ex hac facultate nominandi Conſervatorem, nequaquam reſultat juriſdictio in favorem Exempti contra Epiſcopum, vel Ordinarium: igitur pari modo ex nominatione nuda conceſſa Abbati, nequaquam adquiſita fuit juriſdictio aliqua in Ordinem noſtrum.

Demum poteſtas nominandi primum Magiſtrum, non fuit conceſſa Abbati jure proprio, & ordinario, ſed precario, & delegato, ut clarè ſupponunt verba conceſſionis ab ipſis adducta, ibi: *Hac vice auctoritate noſtra.* Sed delegatio eſt ſtricti juris, ob quod minimè poteſt extendi ultra expreſſa, *cap. cum olim. 32. de offic. jud. delegat. cap. ſuper eo, de appellat.* & ibi communiter Doctores, plures relati per Barboſam *in collect. dict. cap. cum olim, num. 1. & in cap. Rodulfus, num. 3. de reſcript.* Salgado *de reg. protect. part. 4. cap. 3, num. 121.* nam mandatum ad litem, & juriſdictionis æquiparantur, *l. & quia, ff. de jur. omn. jud.* ubi Angel. Bart. & Paul. Caſtrenſ. *c. grat. m, cap. relatum, dict. cap cum olim, de offic. delegat.* Everardus *in locis legalib. de mandato ad lites, ad mandatum ju riſdictionis:* Salgado *dict. cap. 3. num. 120. & de retent. bulla. part. 2 cap. 3. §. 1. num. 2.* idem Barboſ. *in add. ad collect. in c. P. & C. de offic. Ordin. tom. 6.* Anthent. *de defenſ. civit. §. juſjurandum, collat. 3.* Bart. & alii, *in l. nulli,*

119 120 121 122 123 124

nulli, *C. de defens. civit.* Molina *de Hispanor. primogen. lib. 1. cap. 25. n. 10.* Fontanella *de pactis dotal. claus. 4. gloss. 10. part. 1. n. 137.* Ergo ex illa limitata delegatione inferri nequit jus ad aliud, quàm ad nominationem pro illa vice faciendam. Quod confirmatur ex eo, quòd ad nominationem faciendam Abbas opus non habuit jurisdictione, cum nudum factum nominandi pro illa vice ei committi esset, & casu quo concedamus ad nominationem opus esse jurisdictione, illa fuit delegata, non ordinaria, *cap. decernimus 2. de Prabend.* Gloss. *in cap. fin. de jure Trin.* Rodrig. *tom. 1. quæst. 17. art. 2.* Suarez *tom. 4. de Relig. tract. 8. lib. 2. cap. 1. n. 6. & cap. 2. n. 7. & cap. 15. n. 2.*

124 Radas *in Chronic. Calatr. c. 7.* & cum esset limitata ad illum actum nominandi, evanuit eo perfecto; nam omnis jurisdictio delegata finitur, finito negotio ad quod conceditur, *cap. in literis 9.* & ibi Doctores *de Offic. & potest. jud. delegat.* pluribus Barbos. *in collect. ad hunc text. n. 1.* Rota apud Farinac. *in select. part. 4. decis. 631. num. 8.* & novissimè apud penam *in recollectis per Præsidem Barbastrensem*, Don Didac. Frances *part. 1. decis. 224. num. 6. & decis. 320. num. 2.* ac per consequens, ex illa facultate nominandi minimè quæsita fuit Abbati sanctarum Crucum, jurisdictio aliqua ordinaria, & quasi Episcopalis in nostrum Ordinem, nec potuit extendi ad aliud, quam

125 ad actum nominandi peragendum utiliter. Imò ex hoc retorqueri argumentum nemo negaverit; nam præterquam quod à jure nostro Ordini competabat jus eligendi Magistrum, expresse ei fuit concessum in *bulla Erectionis*, ut dixi; atque adeò si ex prima illa, & unica nominatione inferri posset adquisito jurisdictionis spiritualis, ex tot nominationibus, & electionibus canonicè factis cæterorum Magistrorum jure ordinario, & proprio, urgentius sequeretur jurisdictionem quæsitam esse nostro Ordini.

126 Minus obstat secundum, nam licèt visitationis actus sit jurisdictionalis, *cap. 1. §. cum autem, de censib. cap. conquerente*, ubi Gloss. & Doctores, præcipuè Abbas *num. 2. ff. de offic. Ordin.* Seraphin. *decis. 475. num. 1. & decis. 615. num. 1. & decis. 1008. num 4.* Pavin. *de visitat. p. 1. quæst. 1. num. 8.* Mantica *decis. 322. num. 14.* Gregor. XV. *decis. 4. num. 4.* Burat. *decis. 504. num. 1.* Barbos. *in collect. ad cap. conquerente, num. 10.* Tamburin. *de jur. Abbat. tom. 1. disput. 15. quæst. 9. num. 17.* Tonduti *de content. jurisd. p. 2. cap. 45. num. 15.* dominus Leon *decis. 10. num. 7. & seqq. tom. 1.* Non inde sequitur, Abbatem sanctarum Crucum habere jurisdictionem aliquam in Ordine nostro Montesiæ, nam ad ipsum non attinet jus visitandi, sed ad Magistrum Ordinis Calatravensis,

127 ut in bulla Joannis XXII. §. *Insuper*, quo loci expresè committitur jus visitandi nostrum Ordinem Magistro Ordinis Calatravæ, cum interventione, & consilio Abbatis sanctarum Crucum, & eo impedito, Abbatis, Vallisdignæ, & utroque nolente per se solum, ut *ibidem* cernere licet. En quomodò ipsi Monachi sanctarum Crucum decipiuntur, dum putant jus visitandi ad suum Abbatem pertinere. En qualiter captus fuit Pater Chrysostomus Enriquez, in locis superius adductis, & eum sequendo Ascanius Tamburinus. Tria enim per Patrem Enriquez (vir alioquin sapientissimus) de Ordine scripta sunt, & in omnibus deceptum esse convincitur. Quoad jus visitandi, innegabile est, extante constitutione Apostolica; & licet in *Menologio pag. 39.* adducat bullam Pii II. ex ipsa tamen resultat non fuisse concessum Ordini Cistercienfi, jus visitandi, sed illi Abbati Monasterii de Morimundo specialiter commissum per Sedem Apostolicam; quod non obest, neque quod ait *in privileg. pag. 530.* nam loquutus fuit non inspecta bulla erectionis Ordinis, si eam exaraffet, ficut in cæteris, absque dubio convinceretur. Quoad assertum de

128 Principe Jacobo, filio Regis domini Jacobi Secundi, quem ait annumerari inter nostros Magistros, pariter deceptus est; nam ut dixi *cap. 7. §. 4. num. 15.* nequaquam fuit Magister, quod certissimum est, ut patet ex actis Capitularibus, & ex serie Magistrorum, cum eorum electionibus adductis per Martinum Viciana *3. par. Chronic. Val. fol. 43. pag. 2.* Escolano *in histor. Val. tom. 2. lib. 9. cap. 7. num. 9.* Blancas *in commentar. Aragon. rer. pag. 181.* & contentis *in initio nostrarum dissinitionum.* Quoad jurisdictionem verò, ex dictis non absurdè colligitur: & dato, quòd in controversiam reducatur, male poterit ex dicto illius simile traditum corroborari; nam quantum fidei ei attribuendum sit, cætera dicta de nostro Ordine demonstrant. Visitandi itaque jus nunquam pertinuit ad Abbatem prædictum, neque unquam admissus fuit Abbas aliquis ex Ordine Cistercienfi ad hoc munus, præterquam juxta formam hujus constitutionis. Bene verum est, quòd anno 1444. Abbas Morisinundi visitavit nostrum Ordinem, sed fuit ex commissione Don Alfonsi Aragon Magistri de Calatrava, & assidente Abbate Vallisdignæ, juxta formam dictæ constitutionis.

Hæc quoad visitationes ordinarias. Quoad extraordi- 129
narias, duæ reperiuntur factæ per Abbates, ex speciali commissione summi Pontificis, ut apud acta patet. Sicque, si ex jure visitandi aliqua jurisdictio quærenda erat, hæc pertineret ad Magistrum Ordinis Calatravensis, qui hodie est idem ac noster: nam interventio Abbatum, ut plurimum eos constituit Assessores, vel Consiliarios Magistri de Calatrava, & ad Assessores à jure non pertinet jurisdictio; & quamvis ex consuetudine Assessores aliquam obtineant, hæc non est jure proprio, sed cujus assident, Sanchez *de matrimon. lib. 7. disput. 48.* 130
num. 14. & nos diximus *tom. 1. cap. 6. §. 5. num. 27. & 66.* (ex quo dimanat, quod Judex Ecclesiasticus uti potest Assessore laico) nec adhuc illorum consilium necessarium est simpliciter; nam casu quo uterque Abbas impediatur, visitatio per Magistrum de Calatrava fieri potest. Ob quod clarè resultat, ad Dominum Regem pertinere jurisdictionem hanc, quam Abbas sanctarum Crucum deducit; nam cum hodie Princeps noster reperiatur Administrator perpetuus Ordinis Calatravensis, quidquid Magistro illius Ordinis deferebatur, competit nostro Principi ex vi concessionis Pontificiæ.

Neque ex eo quòd jus visitandi pertineret ad Abba- 131
tes prædictos, vel pertineat ad Magistrum Calatravensem, ut dixi, dicendum erit eidem competere jurisdictionem aliquam, præterquam eo in casu; nam verba Pontificis clarè limitant superioritatem prædictam ad actum visitandi, ibi: *Statuimus, quod præfatum Monasterium eidem Ordini de Calatrava, hoc sit modo subjectum.* Itaque 132
præscripsit summus Pontifex formam, subjectionis, eam reducendo, ad actum visitandi, sicque nefas erit eam egredi, *ser. in cap. 1. actor. Cur. Brachior. Eccles. & Regalis anni 1552. fol. 9. pag. 2.* & sicut à jure Archiepiscopus est superior Ordinariorum suffraganeorum, *cap. Pastoralis, in princ. de offic. Ordin.* Gonzalez *ad regul. 8. Cancellar. gloss. 24. num. 18.* Marc. Ant. Genuens. *cap. 79.*
num. 7. aliis adductis Barbos. *in collect. ad dictum textum,* 133
num. 4. & potest visitare Provinciam, *c. fin. de censib. in 6.* Vivian. *in Rational. lib. 3. pag. 409.* Alagon. *in compend. visitand. pag. 526.* Barbos. *in collect. ad hunc text.* (licet hodie restricta sit hæc potestas per *cap. 3. sess. 24. de reform. in Concil. Trident.* de quo Barbos. *de potestat. Episc. par. 1. tit. 4. num. 10. & de jure Ecclesiast. lib. 1. c. 7. num. 91.* Sanchez *in præcept. Decalog. tom. 1. lib. 2. cap. 11. num. 6.*) dum visitat, jurisdictionem exercet in Diœcesi suffraganei, Suarez *tom. 4. de pœnit. disput. 15. sect. 1. n. 14.* noster Joannes Valero *de utroque foro, verb. jurisdict. differ. 4.* Barbos. *d. c. 7. n. 90. & in d. collect. cap. ult. de censib. in 6. num. 3.* Tamen finita visitatione, non habet jurisdictionem præterquam in causis per appellationem legitimè ad eum devolutis, ita Suarez *d. tom. 4. disput. 31.* 134
sect. 1. Enriquez *lib. 11. de matrim. cap. 3. n. 4.* Petrus Ledesma *de matrimon. quæst. 45. art. 5. punct. 3.* Spino *de testam. gloss. 15. n. 39. & 40.* Segura *in director. Judic. 2. part. 15.*

n. 50. Sanchez *de matrim. lib.* 3. *disp.* 28. *n.* 4. Trullench. *de Sacrament. d lib.* 4. *c.* 9. *dub.* 3. *n.* 3. ac per conſequens,
135 non ex jure viſitandi reſultare poteſt juriſdictio ſpiritualis, præterquam quod ad actum viſitandi : ſicque, ſive ſpecter ad Magiſtrum de Calatrava, ſive ad Abbates (modo tamen prædicto) extra actum viſitationis nullam obtinent juriſdictionem. Neque ex eo quòd Abbas Ciſterii in ſuis titulis aſſueſcat ponere ſe Viſitatorem quatuor inclytorum Ordinum Militarium, Calatravæ, Alcantaræ, Monteſiæ, & Chriſti, ut tradit Pater Enriquez *in Menolog. pag.* 91. *in fin.* aliquid obeſt, cum hoc ſufficiens non ſit ad tribuendum juriſdictionem, & poteſtatem, quam aliàs non habet. Irrationabile enim videtur, quod ibidem aſſeritur, nempe Abbatem Ciſterii non eſſe immediatum ſuperiorem Militiarum, quia Abbati Moriſmundi ſubſunt ; nam procederetur in infinitum, cùm nunc Abbas ſanctarum Crucum interponatur inter nos, & Abbatem Moriſmundi, quod equidem minimè tolerandum.

136 Ad tertium reſpondendum eſt, quòd unio, & incorporatio, de qua per dictum Abbatem, non poteſt tribuere juriſdictionem ſpiritualem in noſtrum Ordinem ; nam à jure multipliciter unio, & incorporatio deſumitur. Primo modo vocatur extinctivè, quando ex duabus
137 bus Eccleſiis, vel ex duobus Ordinibus unus Ordo, vel una Eccleſia fit, *c. decimas*, *§. ſicut enim*, 16. *quæſt.* 1. & tunc jura, conſuetudines, & privilegia uni conceſſa, competunt & alteri, & quando ſunt plura, & contraria, meliora, & favorabiliora conſervantur. Docent Gloſſa, Hoſtienſ. & Panormit. *in d. cap.* 1. *verb. mniendo, ne Sede vacante.* Rebuf, *in prax. beneficior. tit. de union. benefic. num.* 11. Gonzal. *ad regul. de menſ. gloſſ.* 5. §. 7. *num.* 27.
138 & 55. Garcia *de beneficiis, part.* 12. *cap.* 2. *num.* 10. Tamburin. *de jur. Abbat. tom.* 3. *diſp.* 15. *quæſt.* 5. *num.* 2. Unio enim hoc modo minimè facta fuit, nam neque Ordo Ciſtercienſis, neque Monteſiæ uſque adhuc extinctus fuit, neque ex duobus unus Ordo effectus : licèt enim Ordinis Ciſtercienſis dicatur, hoc eſt quoad regulam, non verò quoad ſpecialia Statuta, poteſtatem, & juriſdictionem. Sicut enim Ordo Capucinorum eſt Ordinis Divi Franciſci, & non ſubeſt Generali illius Ordinis, ſed habet diſtinctum Generalem, qui Patres Capucinos moderatur, ſic ſimiliter nos, quamvis ſimus ex Ordine Ciſtercienſi, non ſubmiſſi ſumus juriſdictioni, poteſtati, aut Ordinationibus Capituli generalis ejuſdem, ſed noſtri Capituli generalis.

139 Secundo modo fit unio, quando duo Ordines, vel duæ Eccleſiæ ita conjunguntur, ut unuſquiſque remaneat, ſicut priùs erat ; quæ unio dicitur æquè principaliter facta, & uterque Ordo, vel Eccleſia, dicitur æquè principalis, ac quilibet in proprio ſtatu, & honore remanet, ac ſuos redditus agnoſcit, propriiſque privilegiis
140 gaudet ; ſed unus tantum remanet utriuſque Rector : Gloſſ. *in cap. temporis*, 16. *quæſt.* 1. & *in dict. cap.* 1. & *in Clement. per literas, de Prebendis*, Rebuffus *d. tit. de union. n.* 15. & *tit. de Vicar. perpetuo*, *n.* 3. & tunc nominatio debet fieri à digniori, *c. ex literis* ; *de jur. Patron.* Tamburin. *d. quæſt.* 5. *n.* 3. Hoc pacto nequaquam unio facta fuit, nam Ordo quiſque remanet ſub diverſo Rectore, Ciſtercienſis ſub ſuo Generali, & ſuis Abbatibus, noſter verò ſub Magiſtro ſpeciali, ut ſuperius dictum eſt.

141 Tertio modo fit unio acceſſoriè, cum una Eccleſia alteri ſubjicitur ; & tunc Eccleſia, cui fit unio, erit ſuperior & principalis, unita verò inferior, & ſubjecta : quæ unio operatur, ut Eccleſia quæ alteri incorporatur, remaneat ſuppreſſa, extinguatur illius titulus, & fiat, ac judicetur prædium illius, cui incorporatur : Felin. *in cap. in noſtra, de reſcript. corollar.* 33. Selva *de beneficiis, part.* 3 *quæſt.* 12. *qual.* 14. *n.* 10 Rebuf. *in prax. tit. de form. nova proviſ. verb. Cum annexis*, Garcia *de Beneficiis, dict. cap.* 2. *n.* 11. Tamburin. *d quæſt.* 5. *n.* 4. Hoc pacto fuit
142 incorporatus Ordo Divi Georgii de Alfama cum noſtro Ordine Monteſiæ, ut dixi *d.* §. 4. ſed nequaquam noſter incorporatus ſic fuit cum Ordine Ciſtercienſi, nam minimè titulus extinctus remanſit, nec ſuppreſſus reperitur, adhuc enim remanet unuſquiſque æquè principaliter ſub ſuo titulo ; ſicque nequaquam ex unione, vel incorporatione juriſdictio quæſita fuit.

Quæ confirmantur ex eo, quòd ad hoc ut unio, quo- 143
cunque ex his modis fiat, requiritur auctoritas Pontificia, *cap. unire, de exceſſib. Prælator.* Lancellot. *de unionib. §. non tamen.* Barboſ. *de poteſtat. Epiſcop. allegat.* 66. *num.* 11. quam, in unione, de qua agimus, minimè interveniſſe eſt certum : nam licet eam referant Monachi ſanctarum Crucum, aſſerendo per Joannem XXII. interpoſitam fuiſſe, vel ea deſumitur ex bulla erectionis Ordinis, vel 144
ex alia : Ex bulla erectionis minimè ſimilis auctoritas reſultat, ſicque aliunde eveniſſe eſt dicendum : ſed neque hoc modo per Monaſterium probatur, vel oſtenditur, nec adhuc enuntiativè : ergo eam nequaquam habet. Demum unio fieri debet de conſenſu eorum, quorum poteſt intereſſe, *Clement. ſi qua, de reb. Eccleſ. non alienand. Clement. unica*, *§. ſi ad hæc de ſtat. Monachor.* Trident. *ſeſſ.* 7. *cap.* 6. *de reformat.* Rebuf. *in prax. tit. de* 145
union. num. 43. Garcia *de beneficiis, dict. cap.* 2. *num.* 203. Riccius *in prax. form. Eccleſiaſt. deciſ.* 486. & *reſolut.* 371. *num.* 3. Tamburin. *dict. diſput.* 15. *quæſt.* 3. *nu.* 1. & *ſeqq.* aliàs, uniones ipſo jure irritæ ſunt, Azor. *inſtitut. moral. part.* 2. *lib.* 6. *cap.* 28. *quæſt.* 14. Tamburin. *ubi proxi-* 146
mè ; ſed non intervenit conſenſus noſtri Ordinis ; licet enim ad inſtantiam Domini Regis Jacobi Secundi facta unio dicatur, hoc reſpicit Jus patronatus, quod tunc Dominus Rex habebat ; nam in his quæ ſunt de jure patronatus, requiritur conſenſus Patroni, *c. ſuggeſtum, de jur. patronat. cap. Monaſterium*, 16. *q.* 7. latè Tambu- 147
rin. *d. diſput.* 15. *quæſt.* 1. *num.* 8. & *quæſt.* 3. *num.* 4. ergo ſi facta fuit talis unio, irrita ipſo jure erat, ex defectu conſenſus & citationis noſtri Ordinis, cujus præcipuè intererat.

Ulterius alia reperitur unio, quando aliqua Eccleſia 148
alteri unita erigitur in Cathedralem, de qua Garcia *d. cap.* 2. *num.* 6. ſed hæc ſpecies unionis ad nos non attinet, quia non eſt applicabilis noſtro Ordini : alia verò quando ſolum communicantur privilegia ſpiritualium rerum ; hæc licèt facta dicatur, non afficit ; nam 149
minimè ex ea reſultare poteſt jus aliquod ſuperioritatis, ob quod juriſdictio aliqua quæratur : neque ab hoc neceſſaria erat, cum ex conceſſionibus Apoſtolicis, privilegia Ordinis Ciſtercienſis nobis communicata fuiſſent, ſicque, vel dicendum non inveniſſe legitimè, vel ſi interfuit ; hoc ultimo modo, quo minimè juriſdictio adquiſita Ciſtercienſi fuit : Quod enim certum habemus, eſt quòd, ut ex *bulla erectionis* patet, decem Fratres Ordinis Calatravenſis deſumendi erant ad inſtructionem novi Monaſterii, qui ad noſtrum Regnum migrare recuſabant, tuncque deſumpti fuerunt duo Monachi Ciſtercienſes, ut Regulari obſervantia novos Fratres Monteſiæ imbuerent ; hi enim, ut aiunt, impetrarunt facultatem à Capitulo generali abſolvendi à caſibus reſervatis, & ex hoc facto proprio, intendunt juriſdictionem radicatam fuiſſe : quod nequaquam verum eſt, nam, ut dixi, Prior Conventus accepit poteſtatem ab Statutis iſtius Ordinis, ut expreſsè dicitur *in dict. cap.* 10. *lib. R. S. Senatus*, in quo hæc omnia habentur.

Ad quartum deveniendo, certiſſimum eſt, quemlibet 150
ex Ordine, Religioſum verè, & propriè eſſe, ut abundè probarum remanet *cap.* 7. §. 4. *num.* 21. *cum ſeqq.* & noviſſimè plurimis Doctorum placitis probat Pater Diana *reſol. crim. par.* 10. *tract.* 12. *reſol.* . quare dicendum eſt, Magiſtros noſtri Ordinis minimè incapaces fuiſſe juriſdictionis Eccleſiaſticæ, & ſpiritualis : nam ſi reſpicianus, quid requiratur, jure attento, vel hoc ut aliquis ex Regulatibus eligi poſſit Prælatus Ordinis,

quem

quem profitetur ; ſolùm requiritur profeſſio illius Ordinis ; ad quem eligitur , *c. nullus , de elect. in 6. Clement.* 1. *de elect.* & ubique Barboſ. *in collect.* Sanchez *in præcep. Decalog. lib.* 7. *cap.* 29. *n.* 29. *&* 30. latè Tamburin. *de jur. Abb. tom.* 1. *diſput.* 5. *queſt.* 10. *&* 11. Hieron. Garcia *in pulit. tom.* 2. *tract.* 9. *difficul.* 4. *dub* 4. *n.* 1. *&* 151 *ſeqq.* qui plures cumulant , & qualitas Ordinis ſacri , neque à jure divino , neque naturali requiſita eſt , Suarez *tom.* 4. *de Relig. tract.* 8. *lib.* 2. *c.* 3. *nu.* 20. Garcia *d. dub.* 4. *num.* 6. licet perperam teneat contrarium Tamburin. *d. diſp.* 5. *q.* 12. *n.* 2. nam procedit dictum in Prælatis actualiter exercentibus poteſtatem Clavium ,) & ſic videmus B. Franciſcum Generalem fuiſſe ſui Ordinis ſine ſacerdotio , ut idem Garcia notat *dict. num.* 6. Bea- 152 tus etiam Franciſcus de Paula Generalis Corrector fuit Ordinis Minimorum , & ipſi , & cæteris Correctoribus commiſſa fuit cura animarum illius Ordinis , ut expreſsè habetur in bulla Julii II. quæ incipit : *Virtute conſpicuus* 11. apud Cherub. *tom.* 1. *Bullar. pag.* 417. & tamen ipſe laicus permanſit uſque ad finem vitæ , ut Chronicæ ſui Ordinis narrant. Congregatio fratrum B. Joannis Dei , vera Religio declarata fuit per Paulum V. in bulla *dat. die* 13. *Februarii* 1617. incipit : *Romanus Pontifex* à juriſdictione tamen Ordinariorum exempta prorſus eſt, 153 ex conſtit. Vrban. VIII. *dat.* 9. *Julii* 1638. dempta computorum reviſione in hoſpitiis , in quibus minus quam duodecim Religioſi degunt , Barboſa *in dict. ſum. deciſ. Apoſtolic. collect.* 385. *num.* 8. 14. ſicque juriſdictionem ſpiritualem habet , & tamen omnes Prælatias , & officia obtinentes laici ſunt ; nam duo Sacerdotes , qui in quolibet Cœnobio ordinari valent , poſt certum numerum annorum profeſſionis , à Prælatia , & officiis omnino excluduntur per Paulum Quintum , in bulla quæ incipit: *Inter alias* 55. aliàs 36. §. 4. apud Cherubin. *tom.* 3. *bullar. pag.* 244. de qua barboſa *dict. collect.* 385. *num.* 9. in 154 omnibus Ordinibus Militaribus Prælati ſemper fuerunt laici : ergo non repugnat , quòd ſimilis juriſdictio eis tribuatur Magiſtris , in ſpiritualibus , ad quæ neceſſarius Ordo ſacer non eſt ; & quoad ea quæ ſunt poteſtatis Clavium in actu , habitualiter , cum eo quod actuale exercitium committatur idoneo Presbytero ejuſdem Ordinis , præcipuè apud nos, qui fruimur omnibus prærogativis Ordinis Ciſtercienſis; nam ſicut diffinivit Capitulum generale illius Ordinis , *in diffinit.* incipiente : *Frater Hernaldus de Ciſterio* , quæ confirmata reperitur per Gregor. VIII. cum bulla quæ incipit : *Quoties ſe nobis.* Fratres laici , eo quod Religioſi ſunt , capaces cenſentur juriſdictionis Eccleſiaſticæ,

155 Nec valebit ſi dicas , hoc procedere , dum Milites Ordinum Militarium in cælibatu permanebant , non verò poſtquam eis conceſſa fuit facultas contrahendi matrimonium , cum modificatione voti caſtitatis conjugalis ; nam poſtquam conjugati ſunt , quantumvis Religioſi remaneant , incapaces fiunt juriſdictionis ſpiritualis , eodem pacto quo Clerici , qui ex eo ipſo quòd matrimonio conjunguntur , licet ſit cum unica , & virgine , incapaces fiunt hujus juriſdictionis , *cap. unic. de* 156 *Cler. conjugat. in* 6. Covaruv. *practicar. cap.* 31. *num.* 9. Farin. *quæſt.* 8. *num.* 9. pluribus Barboſ. *in collect. ad hunc text. num. & ſeqq.* optimè Pater Sanchez *de matrimon. lib.* 7. *diſput.* 46. *num.* 14. qui plures refert , & poſt eos Graſſis *de effect. Clericat. dict. effect.* 1. *num.* 91. Non inquam obeſt ; nam ratio ob quam Clerici conjugati non poſſunt uti juriſdictione ſpirituali , ea eſt , nam in *dict. cap. unic.* poſtquam cavetur , quòd iſti Clerici conjugati fruantur privilegio fori , & Canonis , hæc verba ſubjiciuntur : *In cæteris autem eos gaudere nolumus privilegio clericali.* Atque adeo recta cum ratione excluduntur ab exercitio , & uſu juriſdictionis ſpiritualis , tam in actu quàm in habitu : non verò à capacitate , nam ſoluto matrimonio unius , & virginis , reaſſumunt omnia privilegia , ut cum Covarruvia , Belluga , Borrello , aliis probat Graſſis *dict. effect.* 1. *nu.* 90. At verò Religioſi Militares non ita , nam in bulla conceſſionis conjugii hujus Ordinis , quæ eſt Sixti Quinti , hæc verba haben- 157 tur : *Dictique Magiſtri , Præceptores , Fratres Milites de Monteſia , nunc , & pro tempore exiſtentes , etiam poſt matrimonium , quibuſcunque privilegiis , gratiis , libertatibus , prærogativis , favoribus , & indultis , antequam matrimonia contrahere liceret , ratione ejuſdem Militiæ de Monteſia conceſſis , vel ante contracta matrimonia , de jure , vel conſuetudine eis competentibus , ut prius uti , potiri , & gaudere , liberè , & licitè debuerint , & debeant , in omnibus , & per omnia , perinde ac ſi matrimonia nunquam contraxiſſent : nec non quicunque Magiſtratus , munera , Præceptorias , dignitates , officia , & beneficia quæcunque dicta Militiæ de Monteſia , ſibi aliàs Canonice collata , aut conferenda , recipere , & etiam recepta , & obtenta , aut obtinenda poſſint retinere.* Quibus verbis uberrimis , & ampliſſimis , quidquid ſpiritualitatis , de quo eſt capax non obtinens poteſtatem Clavium, conceſſum fuit per ſummum Pontificem , ſicque non ſicut in Clericis conjugatis limitata conceſſio eſt , ad fori , & Canonis privilegia , ſed expreſſa generaliter ad ea omnia, quæ ante conjugium obtinebant.

Vnde cum Prælati, ut dictum eſt, non à jure divino,& 158 naturali debeant eſſe Sacerdotes , ex conceſſione Pontificis poſſumus Milites obtinere Prælatias noſtri Ordinis , & cum eis juriſdictionem ſpiritualem in habitu , & eam exerceri facere actualiter per Presbyterum idoneum ejuſdem Ordinis. Neque ex eo , quòd Dominus Rex, qui hodie Ordinem adminiſtrat ,non ſit Miles profeſſus in eo , hæc impugnari poſſunt ; nam Sixtus V. id ipſum Catholicæ Majeſtati indulſit verbis ſuperiùs re- 159 latis , quod poſſe fieri per ſummum Pontificem eſt certiſſimum ; nam non ex eo quod quis ſit expers , vel incapax Ordinis Sacerdotalis , incapax etiam remanet juriſdictionis ſpiritualis : Exemplum enim , quod primum occurrit , eſt communis Doctorum traditio , per quam firmiſſimum eſt juriſdictionem ſpiritualem in 160 omnibus Ordinibus Regularium reſidere penes ipſas Religiones , ita ut Prælati ab eis capiant omnem poteſtatem : ſed Religio quælibet non eſt capax Ordinis ſacerdotalis , nec poteſtatis Clavium , quia eſt corpus myſticum ; in quo non poteſt cadere Ordo ſacerdotalis, nec imprimi character ; ergo ad juriſdictionem ſpiritualem in habitu non eſt neceſſarius Ordo ſacerdotalis , aut capacitas ipſum obtinendi. Præterea incapax de jure ad officium exercendum , non eſt incapax facti ad nominandum capacem , ut illum exerceat : Cinus *in l. quod quis , C. de procurat.* Bartol: *in l.* 1, §. *item adquirimus , ff. de adquir. poſſeſſ.* Caldas *de nomin. lib.* 2. *q.* 15. *n.* 50. Rovit. *conſ.* 63. *n.* 2. Giurba *obſer.* 110. *nu.* 15. Igitur licet Magiſter Monteſiæ ex defectu Ordinis eſſet incapax exercendi ſpiritualia, atque poteſtatis Clavium, non erat incapax facti nominandi idoneum , per quem ea exercerentur. Quod hodie Adminiſtratori perpetuo conceſſum eſt. 161

Demum fœminæ incapaces ſunt cujuſcunque Ordinis, ita ut licet cum eis cæremoniæ fiant, nil prorſus agatur , neque ex diſpenſatione Pontificis ad aliquem Ordinem promoveri poſſunt , *cap. nova , de puerit. & remiſ.* S. Thomas *in ſupplement.* 3. *part queſt.* 39 *artic.* 1. pluribus relatis Barboſa *de jure Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 33. *num.* 84. Tambu- 162 rin. *de jur. Abbatiſſ. diſp.* 21. *queſt.* 1. *num.* 1. & nihilominus juriſdictionem ſpiritualem habitualiter fœminæ habere poſſunt quoad ea , quæ ſunt Ordinis , *cap. dilecta , de major. & obedient.* Lambertin. *de jur. patronat. part.* 1. *lib.* 2. *q.* 1. *princi. artic.* 5. *n.* 4. Azor. *inſtit. moral. part* 1. *lib.* 13. *c.* 10. *q.* 5. Bellerus *diſquiſ. Clerical. part.* 1. *tit. de diſciplin. Clerical.* §. 8. *num.* 19. Jodoc. Damod. *in enchirid. ſtatil. lit. A. verſ. abbatiſſa* , S. Antonius *in tract. de ſuſpenſ. num.* 3. Marc. Ant. Martil. *de reddit. Eccleſ. cap.* 15. *num.* S. Flores de Mena *variar. queſt.* 10. *num.* 4. *& ſeqq.* Emmanuel Rodriguez *queſt. Regular. tom.* 1. *q.* 17. *n.* 12. Covarruvias *in cap. cum*

mater, p. 1. §. 11. *num.* 2. Navar. *tit. de sent excomm. consil.* 1. *num.* 1. Vgolin *de censur. tab.* 1. *cap.* 2. §. 7. *num.* 5. Fr. Ludovicus Miranda *in tract. de sacr. Monial. quæst.* 6. *artic.* 5. *conclus.* 1. Tamburin. *de jur. Abbatiss. disp.* 22. *quæst.* 1. *n.* 1. Barbos. *in collect. ad dict. cap. dilecta, num.* 2. & 3. Unde poterit fœmina ratione dignitatis Abbatissæ, vel Prioratus habere beneficiorum collationem, & curam animarum, ex Abbat. *in dict. cap. dilecta, num.* 5. Felin. *n.* 1. Tiraquel. *de primog. quæst.* 10. *num.* 13. *cum seqq.* Bellet. *ubi proxim. num.* 17. Rebuffus *nominat. quæst.* 8. *num.* 9. Gonzalez *ad regul.* 8. *Cancellar. glos.* 22. *num.* 12. Marc. Ant. *variar. resolut. lib.* 1. *resolut.* 63. *num.* 15. Flores de Mena *dict. q.* 10. *n.* 4. & ex privilegio Apostolico, *d. cap. dilecta*, & ibi Innocent. Hostiens. Joannes Andr. Butrius, & Abbas *n.* 1. Felin. *num.* 1. Boer. *decis.* 32. *num.* 10. Rota Romana *decis.* 3. *de con es. præbend. in antiquis* : Barbos. *in dict. collectan. num.* 3. *& seqq.* imo ex delegatione Pontificis possunt etiam obtinere potestatem ferendi censuras, ut tenent Castro Palao *tom.* 1. *tract.* 3. *disput.* 1. *punct.* 24. *num.* 31. Bonacina *disput.* 1. *q.* 1. *punct.* 3. *n.* 3. Gibalin. *disquis.* 3. *q.* 2. *n.* 5. *conclus.* 3. aliis relatis, Diana *p.* 11. *tract.* 3. *resol.* 15. Et cum Nicolao Baldello, & aliis, quod ex delegatione Pontificis Fœmina potest obtinere jurisdictionem Ecclesiasticam ad ferendas leges, quæ obligent per se ad mortale, & ad præcipiendum directè in virtute sanctæ obedientiæ: quanto magis poterit habere ex concessione Pontificis, quilibet vir, qui quamvis conjugatus, non inde est incapax characteris, vel Ordinis, nam etiamsi ex conjugio impediatur, tamen si ordinatus fuerit, Ordo tenebit, ut fatentur omnes. Et ratio est, nam Pontifex potest concedere, & committere laico jurisdictionem spiritualem ad conferenda beneficia, excommunicandum, à vinculo excommunicationis absolvendum, & sic similia, ut notant Gloss. *in cap. propter hoc, §. verum, in verb. durius, & in cap. Adrianus* 63. Hostiensis, Abbas, Joann. Andr. Speculator, Butr. Ancarr. & alii plures adducti per Anguianum *de legib. lib.* 1. *controv.* 14. *à num.* 12. Camill. Borrel. *de præst. Reg. Cathol. cap.* 71. *num.* 2. Grassis *de effect. Clericat. effect.* 1. *num.* 30. Cenedo *Canonicar. quæst.* 4. *num.* 4. Don Joannes Castillo *de Tertiis, cap.* 9. *n.* 12. Ergo multo magis Magistro Ordinis, qui erat Religiosus, hæc facultas concedi potuit, sicut concessa fuit, & ea usi fuerunt Magistri, ut apparet ex libro *Rerum Ordinis* apud sacrum Sup-mum Aragonum Concilium recondito, qui *dict. c.* 10. dum loquitur de potestate Prioris, hæc verba habet: *Pero hase de advertir, que quando el señor Maestre estava en el Convento, suspendia las excommuniones puestas por el Prior, Como en las celdas de dicho Convento, y siempre que le parecia daua licencia para ordenarse qualquiera Religioso, y nunca ningun Prior que ha avido ha pretendido en presencia del Maestre ninguna jurisdiccion, ni preeminencia, &c.* Quæ omnia virtute *Incorporationis* spectant ad suam Majestatem: ut per Locumtenentem generalem administrentur.

163

164 Ex quibus clarè refulgat, jurisdictionem spectasse olim ad Magistrum, qui ea utendo pluribus in rebus exercebat; & nunc ad Dominum Regem Catholicum, qui exercet eam medio Locumtenente generali, qui est Vicarius illius in spiritualibus, & temporalibus, cui subordinatur Prior, qui ea, quæ sunt potestatis Clavium, exercet in Monasterio Montesiæ, in quantum materia paritur, ut ex titulo nominationis eorumdem expressè deprehenditur. Et sic censuerunt gravissimi Viri, ex Theologis nostri Ordinis, Frater Franciscus Calef, in alma Valentina Academia Professor, postèaque Rector Parochialis de Benircaló, Doctor Fr. Michael Insa, Regius Capellanus, & Rector Parochialis de Moncada, Doctor Fr. Joachimus Climent, Cathedraticus ejusdem Academiæ, & Rector Parochialis de Carpesa, Priórque de Borriana, qui ingenti plausu Commentariorum in universam Aristotelis Philosophiam duos tomos Valentiæ in lucem edidit anno 1624. fidei censura insignitus, & Fr. Paulus Ferriz, Prior, ac Rector Regii Collegii Sancti Georgii in hac Vrbe, in doctissimis discursibus editis, hac de causa, & Doctores Frater Thomas Insa electus Rector de Moncada, & Fr. Petrus Roig, Capellanus Regiæ Majestatis, qui juris Canonici professores fuerunt, & novissimè Magnificus Frater Hippolytus Samper de consilio Regiæ Majestatis Assessor Bajuliæ generalis nostri Regni *in Montesia illustrata, locis citatis.* Ex nostris Senatoribus, dominus Doctor Vincentius Planes *in allegatione edita anno* 1627. dominus Don Michael Hieronymus Querol *in allegatione edita anno* 1641. Et dominus Don Braulius Esteve *in allegatione edita anno* 1645. Quare non est hæsitandum in hoc, nec audiendi Monachi Cœnobii sanctarum Crucum, qui absque fundamento, & ratione alienam jurisdictionem sibi arrogare contendunt.

Sed ne alibi quæras, potestatem Locumtenentis describere non inutile erit; cum enim juxta bullam *Incorporationis* Dominus Rex suffectus sit loco Magistri, & concessam habeat omnem jurisdictionem, potestatem, atque præeminentias, quæ omnia gerere debet per Professorem ipsius Militiæ, Locumtenentem generalem Magistri Montesiæ creavit, cui expressè in titulum Officii conceditur potestas, jurisdictio, & auctoritas administrandi Conventum, Magistratum, & gubernandi cunctos Præceptores, Priores, Milites, Rectores, & Fratres, & omnes Officiales laicos, & Religiosos totius Ordinis, cum jurisdictione civili, & criminali, atque censibus, redditibus, & proventibus illius. Et expressè cum superintendentia, & superioritate in gubernatione Monasterii, tam in spiritualibus, quam temporalibus, & in Priore, cæterisque totius Ordinis, sine exceptione Præceptoris majoris, Subpræceptoris, Clavigeri, aut Subclavigeri, etiamsi resideant in ipso Monasterio, & cum facultate condonandi, atque remittendi poenas impositas ratione quorumcunque criminum, sine limitatione, & nominandi Regentes officia vacantia, dum à Domino Rege proprietariè concedantur, ad concedendum, in emphyteusim, & directi dominii jura exercendum, nominare Notarios, intervenire in congregatione patrimoniali quoties de patrimonio Ordinis agitur, cum aliis plenissimis, atque uberrimis clausulis, per quas locum Magistri obtinent ferè in omnibus, In quo valde distat auctoritas, ac potestas concessa nostro Locumtenenti, ab illa, quam Dominus Rex, tanquam Administrator perpetuus Ordinum Divi Jacobi, Calatravæ, & Alcantaræ, concedit Præsidi Regii Senatus Ordinum, nam in titulo solum dicitur, quòd durante voluntate Principis, sit Præses illius Concilii, & faciat, atque provideat in omnibus ea quæ ad dictum officium spectant, sicuti antecessores in eo idem facere consueverunt; sicque ampliorem potestatem obtinet, respectu nostri Ordinis, Locumtenens generalis, quàm Præses ille; nam licet generalis videatur clausula illa, tamen non veniunt ea, quæ speciale mandatum desiderant, *cap. qui generaliter de procurator. in* 6. & ibi Barbos. *in collect.* & sic nunquam obtinebit ea quæ nostro Locumtenenti concessa sunt; eo quod nunquam sufficitur Magistri cujuslibet earum Ordinum, neque obtinet specialitates, quas noster Locumtenens, ut ex dictis apparet. Per electionem dicti Præsidis non censetur derogata potestas Præceptoris majoris, qui loco Magistri sufficitur: at apud nos virtute dictæ electionis, Locumtenens adquirit omnem jurisdictionem spiritualem, & temporalem, quam obtinebat Magister sine exceptione Præceptoris, majoris, quod ad executionem deductum fuit, dum dominus Don Ferdinandus à Borgia Præceptor major nostri Ordinis, aderat in Regno, officium Proregis moderando; nam nihil quoad Ordinem ex dignitate Præceptoriæ exercuit, dum vixit Don Christophorus Despuig, tunc Locumtenens Ordinis; at eo defuncto, quia in Provincia reperiebatur, ex vi muneris gubernationem Ordinis suscepit, quousque successor Locùtenenti datus fuit. Sed quia in exercitio

165

tio muneris Proregis occupabatur, ſubſtituit antiquiorem Ordinis, cui gubernatio incumberet ſi ille in Regno non adeſſet. Demum ſicut dixit *tom. 1 cap. 3. num. 43.* Magiſter Monteſiæ obtinet ſecundum locum in Brachio Eccleſiaſtico, tam ad Curias, quàm quoad cætera domus Deputationis Regni, & Locum tenens tanquam vices illius obtinens eundem locum implet, tam in Curia generali, ut ſtatim dicam, quàm in officiis Deputationis; & ſic quoad honorifica, & juriſdictionalia ferè idem eſt, ac ſi Magiſter adeſſet; hoc ſuperaddito, quòd Magiſter jure proprio ea omnia obtinebat, Locumtenens verò ex delegatione Principis, uti Adminiſtratoris generalis Ordinis. Qui enim officium hoc moderati fuerunt, poſtquam adminiſtratio perpetua per Sedem Apoſtolicam conceſſa fuit noſtris Regibus, ſunt ſequentes.

Fr. Jacobus Joannes Falcò, Præceptor de Perpunchent, Poëſis, atque Mathematicarum doctrina celebris; electus Locumtenens die 24. Julii anni 1593.

Fr. Don Joannes Ferret de Calatayù, Præceptor de Adzaneta, fuit nominatus die 8. Decembris anni 1594.

Fr. Don Petrus de Rojas, deſtinatus die 6. Auguſti 1599.

Fr. Don Franciſcus Creſpi, & Borja, qui interfuit in Curia generali anni 1604. & primus, poſt incorporationem, obtinuit ſecundum locum in Curia generali, in Brachio Eccleſiæ, promotus fuit die 27. Januarii anni 1603.

Fr. Don Cæſar Tallada, Theſauratius Ordinis, fuit ad Locumtenentiam evectus die 24. Julii anni 1610.

Fr. Don Guifredus de Blanes, qui interfuit in Curia generali anni 1626. eundem locum obtinendo, Locumtenentiam obtinuerat die 12. Octobris 1624.

Fr. Don Chriſtophorus Deſpuig, Dominus Baroniarum de Alcantara; Benexides, & Rafol, ſucceſſor datus die 4. Martii 1634.

Fr. Don Gaſpar Juan, Præceptor de Alcalà de Chibert, qui interfuit in Curia anni 1645. eandem Sedem implendo, ſucceſſit virtute nominationis factæ die 31. Januarii 1642. quam impleverat per triennium officio Vacante, virtute nominationis in ſui favorem factæ, dum proprietariè eligebatur.

Fr. Don Joannes Creſpi de Briſuela, qui hodie Ordinem moderatur, electus fuit die 10. Februarii 1646.

166 Et ut omnia completè tradantur, Bulla *Incorporationis* eſt tenoris ſequentis.

BULLA INCORPORATIONIS MAGISTRATUS Monteſiæ in Regia Aragonum Corona.

Sixtus Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, ad perpetuam rei memoriam, ſuperni diſpoſitione conſilii, in eminenti Apoſtolicæ dignitatis ſpecula, meritis licet inſufficientibus, conſtituti, circa Militiarum quarumlibet, pro fidei Catholicæ defenſione inſtitutarum, ſalubrem directarum, &c. Sanè cum Magiſtratus Militiæ B. Mariæ de Monteſia, Ciſtercienſium Ordinis, Valentinen. Dioceſis per liberam reſignationem, ſeu dimiſſionem dilecti filii Petri Ludovici Galceran de Borja, ſuper ipſius Militiæ Magiſtri, de illo quem tunc obtinebat, ſeu miniſtrabat, in manibus noſtris ſponte factam, & per nos admiſſam, vacaverit, & vacet ad præſens. Et ſicut exhibita nobis nuper, pro parte chariſſimi in Chriſto filii noſtri Philippi Hiſpaniarum Regis Catholici, petitio continebat. Ipſe Philippus Rex provide conſideratus Militiam ipſam, pro defenſione Regni Valentiæ, ac illius incolarum ab impiorum Sarracenorum incurſibus, & periculoſis inſultibus, quibus Regnum ipſum frequenter turbare, & affligere non ceſſabant, ad inſtantiam claræ memoriæ Jacobi Regis Aragonum, auctoritate Apoſtolica inſtitutam fuiſſe; ac pro pace, quiete, majorique ipſius Regni tranquillitate, ac totius Chriſtianæ Reipublicæ utilitate, ipſiuſque Militiæ augmento, & auctoritate plurimum expedire illis, Magiſtratum hujuſmodi, non per Nobiles privatos, neceſſariis juribus carentes, prout hactenus fieri conſueverat, ſed per Regiam perſonam gubernari, & adminiſtrari, cujus potentia, & auctoritate fratres conjunctis Regis viribus, contra fidei hoſtes ſe opponerent, & militarent; prout experientia comprobatum eſt, ex unione, & incorporatione Magiſtratuum Militiarum de Calatrava, cujus ipſa de Monteſia filia, & quoad viſitationem, & correctionem, obedientialis exiſtit, ac de Alcantara Sancti Jacobi de Spata, ac ejuſdem S. Jacobi, Jeſu Chriſti, & de Avis, in Caſtella Legionis, & Portugallia Regnis reſpective inſtitutarum, Coronis Regiis dictorum Regnorum, Apoſtolica auctoritate factis, plurimum utilitatis, & commoditatis, tam eiſdem, Regnis, & univerſæ Chriſtianæ Reipublicæ, quàm etiam Militiis ipſis acceſſiſſe; ac propterea ſi dictus Magiſtratus Monteſia, Corona Regia Regni Aragonum perpetuo uniretur, & incorporaretur, ac concederetur: ex hoc profectò Magiſtratus ipſe, per Regem Aragonum multò melius, & utilius regi, & gubernari poſſet; curarétque Rex ipſe, ut dictæ Militiæ fratres, in dies adeò idonei, & in arte militari periti, atque experti reciperentur, ut ab illis meritò ſperari poſſet, quod non ſolum Regnum Valentiæ ab Infidelium injuriis, & oppreſſionibus fortiter defenderent; ſed & ipſum Regem, contra alios Chriſtiani nominis hoſtes, & hæreticos, mari, terráque, plurimum juvarent; ſcandaliſque, periculis, & damnis, quæ ex diſcordiis, & diſſenſionibus inter Præceptores, & Fratres ipſius Militiæ de Monteſia ſuper electionibus Magiſtrorum, & aſſequutione dignitatum, & Præceptoriarum, quibus publica ipſius Regni quies, & tranquillitas, non modicum turbari valeret, exoriri, variiſque diſcriminibus, in quibus Magiſtratus, & militia hujuſmodi incidere poſſent, prorſus obviaretur, & nedum Valentiæ, Aragonum, & Hiſpaniarum Regnis, ac Dominiis, verùm & univerſæ Chriſtianæ Reipublicæ, ipſius Militiæ, ac illius Fratribus Militibus, ea ferè commoda omnia, & utilitates acceſſerent, quæ ex unionibus, & incorporationibus, aliarum Militiarum prædictarum, Regnis prædictis, ut præfertur factis, accreverunt. Ipſique fratres Milites, ſub Regia obedientia, & diſciplina degentes, in majori honore, & æſtimatione haberentur, eorumque, & dictæ Militiæ jura, juriſdictiones privilegia, libertates, gratia, & indulta illis conceſſa, melius, & efficacius ſervarentur. Quarè prædictus Philippus, qui & ipſius Regni Aragonum Rex exiſtit, nobis humiliter ſupplicare fecit, quatenus Magiſtratum hujuſmodi, dictæ Coronæ Regni Aragonum perpetuo unire, annectere, & incorporare, ac concedere, aliáſque in præmiſſis opportunè providere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, qui dudum inter alia voluimus, quod ſemper in unionibus commiſſo fieret ad partes, vocatis quorum intereſt, quíque plurimum ſperamus atque confidimus, quòd Militia de Monteſia hujuſmodi, ipſius Philippi Regis, ob ejus eximiam in fide conſtantiam, ex antiqua ſuorum progenitorum, quaſi hereditate acceptam, qui inter alios Reges Chriſtiani nominis defenſores, ſplendore dignoſcitur, ejuſque ſucceſſorum illius exempla ſequentium, operâ, ac pervigili induſtria, nedum in viribus ſuis conſervabitur, ſed tanti Regis, & ſucceſſorum prædictorum præſidio adjuta, Deo favente, proſperabitur, ac majora in dies ſuſcipiet incrementa: Philippum Regem præfatum à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, à jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus, quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, earum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes; hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, Magiſtratum de Monteſia prædictum, cujus Magiſtri pro tempore exiſtentis, per fratres Milites, & Præceptores ipſius Militiæ de Monteſia, eligi, & etiam abſque confirmatione Apoſtolica, Magiſtratum, & Militiam hujuſmodi regere, & adminiſtrare conſueverunt, ac cujus, & illi ſurſan annexarum fructus, reddit. & proventus, decem millia ducatorum auri de Camera, ſecundum communem æſtimationem, valorem annuum, ut dictus Philippus Rex aſſerit, non excedunt, ſive ut præmittitur, ſive alias quovis modo; quem etiamſi ex illo quavis generalis reſervatio, etiam in corpore

juris clausa resultet, præsentibus haberi volumus pro expressa, aut ex alterius cujuscumque persona, seu per similem resignationem, aut dimissionem dicti Petri Ludovici, vel cujusvis alterius de illo, extra Romanam Curiam, etiam coram Notario publico, & testibus spontè factam, aut constitutionem fœlicis recordationis, Joannis Papæ Vigesimi secundi, prædecessoris nostri, quæ incipit, Execrabilis, vel assequutionem alterius beneficii Ecclesiastici, quavis auctoritate collocati, vacet, etiamsi tanto tempore vacaverit, quod ejus provisio, juxta Lateranensis statuta Concilii, ad Sedem Apostolicam legitimè devoluta, ipsæque Magistratus de Montesia, dispositioni Apostolicæ specialiter, vel generaliter reservatus existat: Et ad illum consueverit quivis per electionem assumi, eique curæ jurisdictionales immineant, super eo quoque inter aliquos lis, cujus status præsentibus fieri volumus pro expresso, pendeat indecisa, dummodo tempore Dat. præsentium, non sit in eo aliquis specialiter jus quæsitum, cum omnibus, & singulis dicti Magistratus, ac illius mensæ Magistralis fructibus, redditibus, & proventibus, juribus, & pertinentiis suis universis, nec non præeminentiis, jurisdictionibus, facultatibus, & indultis, ac aliis eisdem modo, & forma, quibus prædicti Magistratus de Calatrava, Alcantara, Sancti Jacobi, Jesu Christi, & de Avis, Castellæ, Legionis, & Portugalliæ Coronis prædictis, ut præfertur uniti, incorporati, & concessi fuerunt, Corona Regia dicti Regni Aragonum, dicta Apostolica auctoritate, tenore præsentium perpetuo unimus, connectimus, & incorporamus, atque concedimus, itaque liceat eidem Philippo, ejusque successoribus Regni Aragonum, Regibus pro tempore existentibus, per se, vel alium, seu alios ejus, ac etiam successorum in Corona Regni Aragonum, hujusmodi nomine, corporalem, realem, & actualem possessionem Magistratus, & Magistralis dignitatis, & Militiæ de Montesia, illiusque mensæ magistralis hujusmodi fructuum, reddituum, proventuum, jurium, jurisdictionum, & pertinentiarum, aliarumque præmissarum propria auctoritate liberè apprehendere, & perpetuo retinere, ipsosque fructus, reddituum, & proventus, in suos, ac Magistratus de Montesia hujusmodi usus, ad quos designati fuerint, militatem convertere, Diœcesani loci, vel cujusvis alterius licentia minimè requisita, ac omnia, & singula, quæ Magistri dictæ Militiæ de Montesia, qui pro tempore bellorum fuerunt, & de jure, consuetudine, aut privilegio, seu alias quomodolibet, facere, gerere, & exercere potuerunt, vel debuerunt facere, gerere, & exercere, eaque omnia administrare; necnon Præceptorias, sive Comandas, aliaque dictæ Militiæ beneficia, & officia, quas, & quæ pro tempore quomodolibet vacare contigerit, personis idoneis conferre valeant. Cum eo quòd tam Philippus, quàm successores prædicti Coronæ Aragonum Reges, pro tempore existentes, ea, quæ spiritualia concernunt, per personas dictæ Militiæ de Montesia Regulares, per ipsos Reges pro tempore existentes, ad eorum nutum amovibiles deputandas, probè, & laudabiliter exercerifacere debeant, & teneantur, quibus sic deputatis personis, omnia, & singula quæ dictæ Militiæ de Montesia Magistri pro tempore existentes in eisdem spiritualibus de jure, consuetudine, aut aliàs quomodolibet facere, gerere, exercere, mandare, disponere, ordinare, & exequi poterant, & consueverant, faciendi, gerendi, mandandi, ordinandi, exercendi, & exequendi omnimodam facultatem, & potestatem Apostolica auctoritate, & tenore prædictis, etiam perpetuo tribuimus; districtiùs inhibentes dilectis filiis Prioribus, Præceptoribus, & Fratribus Militibus, & Clericis, & Professoribus, aliisque personis Conventus Castri de Montesia, in quo Militia ipsa instituta esse dicitur, ac aliàs, ubilibet nunc, & pro tempore existentibus sub excommunicationis, quoad singulares personas, quoad universas verò suspensionis, ac interdicti ingressus Ecclesiæ, nec non privationis Præceptoriarum, aliarumque beneficiorum Ecclesiasticorum, per eos, & eorum quemlibet obtentorum, ac inhabilitatis ad illa, & alia in posterum assequenda, & obtinenda, eo ipso incurrendis pœnis, quarum absolutionem, & relaxationem Nobis, & pro tempore existenti Romano Pontifice specialiter reservamus, ne dicto Philippo, aut quocumque alio post eum Corona prædicta Aragonum Rege pro tempore existente, cedente, vel decedente, ad electionem, vel postulationem, seu quamvis aliam dispositionem dicti Magistratus, seu Magistralis dignitatis de Montesia, procedere, aut in præjudicium unionis, annexionis, & incorporationis, & concessionis per præsentes factarum hujusmodi, quidquam attentare audeant, vel præsumant; & nihilominus Prioribus, Præceptoribus, Fratribus Militibus, & aliis prædictis eligendi, postulandi, aut aliàs de Magistratu, & seu Magistrali dignitate hujusmodi disponendi potestatem, eisdem auctoritate, & tenore, similiter perpetuo omnino tollimus, & auferimus, decernentes, unionem, annexionem, incorporationem, & concessionem prædictas, aliàque præmissa, ac eadem præsentes literas de surreptionis, obreptionis, nullitatis, aut quopiam alio vitio, seu intentionis nostræ, vel alio quantumcumque gravi, & urgenti defectu, & ex eo, quod interesse habentes non citati, nec auditi, sed nominatim fuerint, de eisdem præmissis non consenserint, vel quod in Consistorio nostro secreto, & de fratrum nostrorum sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium consilio, non emanaverint, notari, vel impugnari, seu ad terminos, & viam juris reduci non posse, sed semper validas, & efficaces existere, ac Philippo, & pro tempore existentibus, Corona Aragonum Regibus, præsentes suffragari debere, nec eos, aut eorum aliquem ad verificandum causas, propter quas præmissa facta fuerunt teneri, vel ad id quavis etiam Apostolica auctoritate cogi, aut compelli posse, sicque & non aliter per quoscunque Judices, quavis auctoritate fungentes, etiam ejusdem Romanæ Ecclesiæ Cardinales, & causarum Palatii Apostolici Auditores, sublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, irritum quoque, & inane, quidquid secus super his à quocunque, quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quocirca venerabilibus Fratribus nostris Cæsaraugust. Tarraconen. & Valen. Archiepiscopis per Apostolica scripta mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum per se, vel per alium, seu alios præsentes literas, & in eis contenta quæcunque, ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte dictorum Philippi, & dictorum Coronæ Aragonum Regum, pro tempore existentium, seu alicujus eorum, fuerint requisiti solemniter publicantes, eisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant auctoritate nostra præmissa omnia inviolabiliter observari, ac eidem Philippo, & pro tempore existentibus dicto Coronæ Aragonum Regibus, à dilectis filiis Conventus Prioribus, Præceptoribus, Fratribus Militibus dictæ Militiæ de Montesia, obedientiam & reverentiam debitas, ac devotas, necnon à vasallis, & aliis subditis Militiæ de Montesia hujusmodi consueta servitia, & jura, sibi ab eis debita integrè exhiberi, ipsumque Philippum, & pro tempore existentes dicta Coronæ Aragonum Reges, ac Magistratum de Montesia hujusmodi, illiusque Magistratum dignitatem, ut est moris admitti, sibique de illius, jurisque & pertinentiarum, ac membrorum suorum omnium fructibus, redditibus, proventibus, juribus, & obventionibus universis integrè respondeti, necnon præfatum Philippum, & pro tempore existentes dictæ Coronæ Aragonum Reges, præsentibus, & in eis contentis, quibuscumque pacificè frui, & gaudere non permittentes, quemquam eorum per quascumque desuper quomodolibet molestari, perturbari, aut impediri contradictores quoslibet, & rebelles, ac præmissis non parentes per sententias, censuras, & pœnas Ecclesiasticas, aliaque omnia opportuna juris, & facti remedia, appellatione postposita compescendo, ac legitimis super his habendis, servatis processibus per sententias ipsas, censuras, & pœnas etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam adhoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis, non obstantibus voluntate nostra prædicta, ac piæ memoriæ Bonifacii Papæ VIII. & prædecessoris nostri etiam, quæ cavent, ne quis extra suam Civitatem, aut Diœcesim, nisi in certis, tunc expressis casibus, & in illis, ultra unam dietam à fine suæ Diœc. ad judicium evocetur, seu ne judices à Sede prædicta deputati, alii, vel aliis vices suas committere audeant, vel præsumant, ac de duabus dictis in Concilio generali editis, dummodo ultra tres dietas aliquis auctoritate præsentium ad judicium non trahatur, aliisque constitutionib. & ordinationib. Apostolicis,

eis, nec non Ord. & Militia de Montesia hujusmodi, etiam juramento confirmatione Apost. vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, ac stabilimentis, usibus, & naturis, privilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis Magistratui, & Militia de Montesia hujusmodi, illiusque conventui, Praeceptoribus, Fratribus Militibus, & personis quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis, illis praesertim, quibus caveri dicitur expresse, quod dictus Magistratus per Regulares personas Cisterciensis, vel alterius Ordinis expresse professas, & non conjugatas, ac aliàs certo modo qualificatas, dumtaxat obtineri possit, quibus omnibus, & si pro illarum sufficienti derogatione de illis, eorum totis concessis confirmatis, & innovatis illis praesertim tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, non autem per clausulas generales, idem importantes, mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma, ad hoc servanda foret, illorum omnium, & singulorum tenoris, ac si de verbo, ad verbum nihil penitus omisso & forma in illis tradita observata exprimerentur, & inserirentur praesentibus pro sufficienter expressis, & insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat, harum serie specialiter, & expresse derogamus, & derogatum esse volumus, contrariis quibuscunque aut si aliqui super provisionibus, seu concessionibus, sibi faciendis de Magistratibus hujusmodi spirituales, vel aliis beneficiis Ecclesiasticis in illis partibus generales dicta Sedis, aut Legatorum ejus literas impetrarint, etiamsi per eas ad inhibitionem, & reservationem, & decretum, vel alias quomodolibet sit processum; quas quidem literas, ac processus habitos per easdem ad Magistratum de Montesia hujusmodi volumus non extendi, sed nullum per hoc eis, quoad assecutionem Magistratuum, aut beneficiorum aliorum praejudicium generari, seu si Conventui, Prioribus, Praeceptoribus, Fratribus Militibus, vasallis, subditis praedictis, vel quibusvis aliis communiter, aut divisim ab eadem sit Sede indultum, quod receptionem, vel provisionem alicujus, minimè teneantur, & ad id compelli, aut quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint, quodque de Magistratibus hujusmodi, vel aliis beneficiis Ecclesiasticis ad eorum collationem, provisionem, praesentationem, electionem, seu quamvis aliam dispositionem, conjunctim, vel separatim specialibus nulli valeat provideri, seu concessio fieri per literas Apostolicas, non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum, de indulto hujusmodi mentionem, & quibuslibet aliis privilegiis, indulgentiis, & literis Apostolicis, generalibus, vel specialibus quorumcunque tenorum existant, per quae praesentibus non expressa, vel totaliter non inserta effectus earum impediri valeat, quomodolibet, vel differri, & de quibus, quorumque totis tenoribus habenda sit in eisdem literis mentio specialis; volumus autem, quòd propter unionem, annexionem, incorporationem, & concessionem praedictas, dictus Magistratus de Montesia, debitis non fraudetur obsequiis, sed illius congruè supportentur onera consueta. Quodque praedictus Philippus, & pro tempore existentes Aragonum Reges ab alienatione quorumcunque bonorum immobilium, ac pretiosorum mobilium dicti Magistratus de Montesia, illiusque mensa Magistralis penitus abstineant, ac antequam in dicto Regno successores praedictum Magistratum de Montesia administrare possint, Camerae Apostolicae omnia jura, quae ipsius Magistratus de Montesia Magistri, qui pro tempore fuerint, solvere consueverunt solvere teneantur, quibus solutis ex tunc confirmatis, & licentia ad exercendum liberè ejusdem Magistratus de Montesia administrationem concessa sint, & esse censeantur, quodque ille ex Philippo, & pro tempore existentibus Aragonum Regibus, qui ullo unquam tempore, quod absit, à Romano Pontifice pro tempore existente, & Romanae Ecclesiae obedientia, & devotione, se subtraxerit vel contra eum, vel eam bellum susceperit, aut in ejus honoris seu rerum detrimentum, per se, vel alium, seu alios directè, vel indirectè machinatus fuerit, hujusmodi gratia eo ipso privatus existat, praesentesque literae nullius sint roboris, vel momenti; ac unio, annexio, incorporatio, & concessio hujusmodi, eo ipso dissolutae sint, & Magistratus de Montesia hujusmodi per dissolutionem praedictam vacare censeatur, eo ipso, ita ut de illo per Sedem praedictam dumtaxat liberè disponi possit; decernentes irritum, & inane, si secus super his à quoque, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter, contigerit attentari. Nulli ergo liceat omnino hominum hanc paginam nostrae absolutionis, unionis, annexionis & incorporationis, concessionis, tributionis, inhibitionis, ablationis, decretorum, voluntatum, & derogationum infringere, vel ei temerario ausu contraire: Si quis autem hoc attentare praesumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Dat. Rom. apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicae M. D. LXXXVII. idus Martii Pontificatus nostri anno tertio.

Pro. Reverendiss. D. Sum. a Justus.

Thom. Thom. Gualterutius.

Hanc Bullam adducunt nostrae diffinitionis, Silverius Bernat *d.p.2.§.4.n.1.* & Samper *d.p.3. Montes. illustrat. n.* 481. 167

Sed ut jam ad competentias juritdictioni revertamur, jurisdictio profana cum mero, & mixto imperio quam habet Ordo in omnibus oppidis, & castris magistratus antiquioris, & novi de Praeceptoriarum, exercetur eo pacto quo caeteri Barones in Regno exercent, & sic privativè pertinet ad Magistrum, vel Praeceptores respectivè, ut dixi *c.6.§.1.n.16.* & probatur *in cap. 1. Regiae Pragmdiei 2. Novemb. 1590.* & *in extravag. qualit. vassal. Magistr. Montes. c.1. cum seqq. fol.19.* dempto casu recursus ob manifestum gravamen, & oppressionem. Sed exceptis oppidis *de Onda, & Villafames, Silla, Zucca*, & contentis sub Bajulia *de Moncada, Beniarbo, & Vinaroz*, in quibus Ordo exercet mixtum imperium, sive jurisdictionem Alphonsinam; & haec adhuc alienata recenter est in oppidis *de Onda, & Villafames*, propter inconvenientia resultantia ex divisione: In oppidis verò *de Ademus Castell. Fabio, & Burriana*, solùm spectat ad Ordinem fructus, & perceptio, ut *in d.c.1. ejusd. Pragm.* habetur. Quae quidem causae modo praedicto ad Ordinem spectant, tam in prima, quam ulteriore appellatione, vel recursu, ut habetur *in d. Extravag. & c.2. & 3. ejusd. Prag.* de quibus extractavi *d.c.6. n.56. & §.2.n.15 cum seqq.* Quod etiam procedit in causis miserabilium personarum, ut expressè dicitur *in c.4. ejusd. Pragm.* licet enim istae personae privilegium electionis fori obtineant, tamen haec est una ex Regalibus communicabilibus, ut *ibid.* dicitur de quo aliqua tradidi *c.2.§.2.n.51. & seq.* Sed haec regula limitationem recipit in crimibus Majestatis, Plagii, ac falsae monetae: *c.5. ejusdem Prag.* ut tenui *d.c.6.§.1.n.64.* & in Causis Militum, qui non sunt de Ordine, sed in oppidis ipsius degunt *c.6. ejud. prag. & d.§.1.n.67.* nisi causa sit feudalis, vel emphyteuticalis, sicut *in d.c.6.* explicatur. In crimine verò fractionis itineris, seu stratae publicae terminorum oppidorum Ordinis, si reus vasallus fuerit ejusdem, ad eum spectat: *c.7. ejusd. Prag.* si alienigena sit, cumulativè cum Regia Audientia de eo cognoscit ad praeventionem, ut tradidi *d.c.6.§.1.num.65.* Et in hoc melior est conditio Ordinis, eo quod caeteri Barones in criminibus vasallorum cumulativam tantum habent cognitionem; Ordo verò privativam, ut dixi, quoad suos subditos. In oppidis autem in quibus mixtum imperium tantummodo habet Ordo, ad ipsum spectat visitatio propriorum; sed ea quae sunt administrationis, ad Regios Officiales privativè; sed respectu Castrorum, in quibus habet merum imperium ad ipsum Ordinem privativè spectat jus visitandi omnia, ut explicatur *in c.8.d. Pragm.* & ego dixi *d.c.6.§.2.n.17.* Quoad erectionem, vel dismembrationem universitatum, cùm creatio Magistratus, & Officialium, sit de Regalibus, ad Regem spectat; sed Ordo creditur ad se spectare, sub lite nondum decisa res est: Ordo nititur possessione immemorabili, cujus vires modicae non sunt, ut dixi *c.4.§.4.n.18.* & *c.6.§.1.* Regius Fiscalis in eo, quod de supremis Regalibus est, per tex. *in l. unic. ff. de offic. Pref. Praet.* ut probant Castillo *de Tertiis. c.41. n.7.* Ripoll. *Regal. c.35.n.48.* Montan. *de Regal. tit. de potest. creand. Magistr. n.1. cum seqq.* conducunt plura ex congestis 168 169 170 171 172 173 174 175 176 177

congestis per Dominum Casanate *cons.* 43. & 44. in quibus tractatur de dismembratione *Aldearum villæ de Alcañiz*, cujus Dominium pertinet ad Ordinem Calatravæ; Et quod *anno* 1673. observatum fuit in Supremo, super dismembratione *Aldearum à villa de Castillote*, quæ spectat ad Ordinem sancti Joannis Hierosolymitani, supponebatur facta dismembratio auctoritate illius Ordinis; revocata in contradictorio judicio per Regiam Audientiam, eo quod de Regalibus esset. Et D. Rex noviter dismembrationem concessit.

178 Sed jam ad contentiones deveniendo; *in c.* 10. *ejusdem Pragmaticæ* cautum est, quòd quocumque dubio emergente super jurisdictionibus Regia, & Ordinis; Nobilis Regens cum Nobili vel Magnifico Assessore Ordinis conferant inter se, dubiúmque discutiant, & infra quinque dies decidant, qui non amplius quàm ad alios quinque prorogari valent, & si concordes fuerint, id executioni deducatur; si autem discordes, Regens votum mittere teneatur Illustrissimo Vicecancellario, Assessor

179 Ordinis Assessori generali ejusdem, unà cum actis ad rem spectantibus respectivè; ut per eos diffiniatur; sicut decisa competentia fuit, de qua *sup. numer.* 64. post quam de persona Ordinis neque Advocati audent contendere, cum omni probabilitate carere cognoscant: ut asserit D. Crespi *d. observ.* 55. *n.* 1. Hæc enim forma expediendi competentias sive contentiones simillima est descriptæ §. *precedenti, num.* 13. *cum seqq.* succedant, quæ ibi dicta sunt, ne reiterandi unum, & idem vitium incurramus.

180 Respectu oppidorum, atque vasallorum Ordinis, aliqua dubia emergere solent; & tunc medio prædicto decidantur pacificè: ad quod obtinendum non parum conducunt referipta superiùs memorata *annorum* 1593. & 1613. cum *act. Cur.* 26. *Brach. Eccles. an* 1626. ubi cautum est quod in Regia Audientia nequaquam de causa, Ordinem quomodolibet spectante, tractetur, quin interveniat unus ex Assessoribus Togatis, & sic omnia quietè, pacificè, atque sine partium molestia, vel gravamine expe-

181 diri solent. Quæ procedendi forma observanda erit cum Delegato Regis, qui loco Regentis suffectus, conferre cum Assessore seniore debebit, quoties casus emerserit. Sed hæc de Ordine dicta sufficiant; ne in re propria plusquam opus paritur differamus.

§. V.

De competentia jurisdictionis inter Regios Judices: ad explicationem for. 112. *de jurisd. omn. jud. & aliorum jurium.*

TEXTUS.

CAROLUS IMPERATOR REX Hispaniæ anno 1537. Montisoni.

ITem senyor, com segons fur de Valencia la Avocat fiscal de V. M. sia Jurge en les contencions que sobre la jurisdiccio naixen entre los vostres Oficials Reals, e aixi se observe en la ciutat de Valencia, en la Governacio della Xucar: his posta dubte per alguns Oficials si la dita disposicio ha lloch en la llochtinença de la Governacio della lo Riu de Uxo. Supliquen per co los tres Braços sia merce de V. M. declarar la disposicio del dit fur, aver loch è deures observar en la lochtinença de la Governacio della lo Riu de Uxo. *Plau ala Magestat.*

SUMMARIA.

1 *Contentio quotuplex sit, vel esse possit, inter Judices Laicos.*
2 *Contentiones inter Aulas Senatus, vel Regios Senatores sive Civiles, sive Criminales. sine strepitu judicii expediuntur.*
3 *Collatio inter Regios Senatores quomodo fieri debet, & solet.*
4 *Regens, Tertius est ad declarandum ad quem causa cognitio spectat.*
5 *Regula generalis ad has causas declarandas.*
6 *Contentionis forma inter Aulas Civilem, & Criminalem.*
7 *Praxis harum contentionum traditur.*
8 *Causa jurisdictionis criminalis in abstracto ad Civilem Aulam spectat, in concreto ad Criminalem.*
9 *Advocatus fiscalis est Judex contentionum inter R. Officiales ex foro.*
10 *Bajulus, non comprehendi se sub hac dispositione* fori, *contendit.*
11 Privileg. 7. Dñi. R. Ferdinandi II. *expenditur, ibid. & num.* 11.
12 *Dictio*, dictorum, *relativa est, & refertur ad personas contentas in instrumento.*
13 *Dictio*, alius quivis, *ad quos comprehendendos extenditur.*
14 *Privilegia stricti juris sunt, & sic extensione adjuvari nequeunt.*
15 *Dispositio loquens de Ordinariis, non extenditur ad Delegatos.*
16 *For.* 111. *de jurisd. omn. jud. expenditur.*
17 *Decisio ab Auditore facta contra Bajulum, confirmata in Sacro Supremum Aragonum Concilio.*
18 *Observantia antiquior traditur pro hac sententia.*
19 *Doctores de materia contentionum tractantes, & num.* 20.
21 *A sententia lata per Advocatum fiscalem in causa contentionis appellatio non datur, secundum aliquos,*
22 *Contraria sententia tanquam verior tenenda est.*
23 *Appellatio est de genere permissorum.*
24 *Appellatio semel permittitur in causa competentia jurisdictionis.*
25 *Sententia Advocati fiscalis in competentia jurisdictionis, est simplex pronuntiatio super competentia Judicis, vel jurisdictionis.*
26 *Causæ ex mutatione personæ pronunciantis, non mutatis naturâ.*
27 *Decisiones Senatus, & observantia antiquissima.*
28 *Sententia admissa in provincia, quamvis contraria communis sit, sequenda erit.*
29 *Contentiones inter Regios Officiales, & Barones, vel inter ipsos Barones, aut inter aliquem ex eis, & Senatum, ad Senatum spectant.*
30 *Doctores de materia contentionum tractantes.*

DIxi in principio hujus capitis, quòd competentiæ jurisdictionis inter Judices laicos in triplici differentia emergunt; nempe, inter Officiales Regios inferiores, vel inter Regium Officialem, & aliquem ex his qui habent jurisdictionem in dominium concessam; vel inter ipsos, aut aliquem ex his, & Senatum; nam dubia quæ aliquando suscitantur in ipso Senatu, nempe an cognitio pertineat ad hanc, vel illam Aulam, ex Civilibus, vel ad hunc, vel 2 illum Senatorem, facillimè expediuntur, sine strepitu, vel figura judicii summarissimè, ac de plano, juxta pragmaticas sanctiones, institutiones Senatus, & ordinationes ejusdem. Quando enim dubitatur, an aliqua causa pertineat ad unam, vel ad alteram Aulam ex civilibus (de 3 quarum distributione dixi *capit.* 1. §. 2. *num.* 12. & 62.) res expediri debet media collatione, habenda inter Auditores, quibus commissa est, quod judicium appellatur, *Conferam*, ut cavetur *in c.* 7. *prag. R. erectionis duar. Aular. anni* 1607. Pars enim dubium suscitans, libellum proponit, in quo narrat causam commissam fuisse uni ex Senatoribus talis Aulæ, & adversarium, consortem in lite, vel ipsum obtinuisse commissionem, qua alius Senator, vel Aula destinatur (quæ contingere solent, quando utraque pars appellat à sententia lata in Curia Judicis inferioris, aut unaquæque evocationem exoptat, & sic similiter,) ob quod supplicat, quòd conferant inter se Auditores, & causa remaneat penes illum, ad quem spectat, juxta *Pragmaticam*. Dominus Regens decretum, de conferendo providet, 4 & habita collatione, si concordes sint (ut ferè semper accidit) id executioni deducitur: sin autem discordes essent, Dominus Regens declarare debet summarissimè, ad quem cognitio causæ pertineat, tuncque alteri commissionem causæ abrogat. Qua via facillimè dubia hæc 5 expediuntur,

expediuntur, hac unica regula obſervata, nempe cauſam relinqui apud illum, cui cauſa priùs commiſſa fuit, habito reſpectu ad injunctionem commiſſionis, eo quod decretum ex tunc vires capit. Sin autem commiſſio facta, & injuncta eſſet eodem die, tunc antiquiori ex Senatoribus conferentibus cauſæ relinquerentur, ſicque de facto obſervarunt domini D. Franciſcus Bono, & Don Coſmas Gombau, ille Decanus totius Senatus, & antiquior in mea Aula, iſte antiquior in ſua Aula, cauſa enim quæ ducitur inter Juraros Urbis, & Concilium generale ipſius ſuper nominatione Advocati, media collatione ad dominum Decanum ſpectavit ob antiquitatem, ut in Aula retulit, & ſic cauſæ in ea expediuntur.

6 Quando verò dubium eſt, an cauſa pertineat ad Aulam civilem, vel criminalem? decidenda eſt quæſtio juxta *capit.* 3. *Reg. prag. dict.* 25. *Aprilis* 1564. quo cavetur, quòd Dominus Prorex nominet Judices ad ſimile dubium definiendum, ex utraque Aula, ita ut pares ſint Auditores cujuslibet, & juxta eorum ſententiam res decidatur, intra terminum octo dierum præcisè, & peremptoriè. Quam formam etiam obſervari in Catalonia, teſtatur Jacobus Cancer. *variar. lib.* 3. *cap.* 10. *numer.* 67. *& ſeqq.* nec diſſimilis eſt forma tradita per *l.* 20. *tit.* 5. *in fin. lib.* 2. *Recopil.* de qua Solorçano *de jur. Indiar. lib.* 4. *cap.* 5. *num.* 16. Praxis autem ea eſt, ut propoſito libello, in quo facti ſpecies, ac contentionis origo narratur, Dominus
7 Prorex nominat unum ex Senatoribus Aulæ civilis, & alium Aulæ criminalis, quibus res definienda defertur; ſi teſtes examinandi, & recipiendi ſunt, non per Actuarios cauſarum, ſed per Scribam mandati, intra terminum præfatum recipiuntur, & abſque ulla ſolemnitate judiciali mediante ſententia promulgatur, manu ipſius Pro-
8 regis ſubſcripta, & ab utroque Senatore ſignata. Iſta dubia ratò contingunt, nam ex criminis, vel pœnæ qualitate, faciliter cognoſcitur, an civilis, vel criminalis cauſa ſit; ad tradita per *Bald. Clar. Tuſcum, Menochium, Farin.* & alios laudatos per Solorçanum *dict. numer.* 16. quibus addendi Scaccia *de jud. lib.* 1. *capit.* 4. *&* 5. Carleval. *de jud. tom.* 2. *lib.* 1 *tract.* 2. *diſput.* 6. *per tot.* Dum agitur de jurisdictione, aliquando evenit, & hoc in caſu, ſi agitur de jurisdictione criminali in abſtracto, cauſa civilis eſt, & ad Judicem civilem ſpectat; ſi verò in concreto, nempe an talis Baro cognoſcere poſſit de crimine necis Sempronii à Mevio patratæ, cum agatur de impoſitione pœnæ criminalis, ad Judicem criminalem pertinere, eſt dicendum; & hoc jure utimur.

9 Si enim de jurisdictione dubitetur inter Regios Officiales inferiores, Advocatus Fiſcalis Judex eſt, juxta *forum*, ſimilium contentionum, *for.* 111. *cum ſeqq. de jurisd. omn. jud.* Neque in hoc unquam dubitari vidi ab aliquo ex eis, niſi per Bajulum generalem, qui contendit de ſua jurisdictione *forum* non loqui, quod probare nititur *pri-*
10 *vil.* 7. *Dñi R. Ferdin. II.* ibi: *De noſtra certa ſcientia concedimus, quòd à modo Gubernator Valentiæ, vel ejus Gerens vices, præſens vel qui pro tempore fuerit, ſeu eorum Locatenentes, vel alius quivis judex ſuper Bajulo ipſo præſenti, vel aliis qui pro tempore ipſi Bajuliæ officio præſidebunt, aut eorum Locatenentibus, guardianis, ſcriptoribus, nuntiis, paſſuum cuſtodibus, ſeu aliis Bajulis, vel Bajuliæ ſervitoribus, & miniſtris, non poſſint cognoſcere, nec ſuper eis jurisdictionem aliquam, vel ſuperioritatem habere, nec etiam de dicto Bajuliæ officio, aut aliquibus actibus ad ipſum de foro vel conſuetudine ſpectantibus, nec de contentione aliqua, vel controverſia, ſeu debato, quæ ratione jurisdictionis, vel aliàs eſſe poteſt inter ipſum Bajulum, vel Officiales, ſeu Judicem alium dictorum, Civitatis, vel Regni, ſe poſſit intromittere.*

11 Sed nihilominus contrarium eſt verius, nempe Bajulum comprehendi ſub hac diſpoſitione noſtri *textus.* Primò, nam privilegium hoc, licet clarè loquatur de contentione ratione jurisdictionis, nullatenus loquitur de declaratione, ſive jurisdictione ad Fiſcalem ſpectante, tum quia verba illa *in fin.* ibi: *ſeu judicem alium dictorum*, relativa ſunt ad ſuperius nominatos, de quibus in proviſione in *eodem privilegio* memorata, verba ſiunt: & cum dirigatur Gubernatori, Gerenti vices, & Locatenen- 12
tibus, de ipſis tantum loqui dicendum eſt. Dictio enim *dictorum* relativa eſt ad præcedentes, & refertur tantum ad perſonas, quæ legi poſſunt in inſtrumento, vel privilegio, ut bene probat Barboſ. *diction.* 87. *n.* 5. & licet à principio dixiſſet, *vel alius quivis judex*, dictio *alius quivis* 13
in odioſis, ut eſt jurisdictionis privatio, ad ſimilia tantum comprehendenda extenditur, non autem majora, ut eſt Advocatus fiſcalis, quoad hoc, (nam de ipſius Gubernatoris jurisdictione cognoſcit,) aliis relatis Barboſ. *diction.* 26. *n.* 6. maximè cum privilegia ſtricti juris ſint, ac per conſequens extenſione minimè adjuvanda, *c. porro, de privil. l. beneficium, ff. de conſtit. Principum*, cum *vulgar.* 14
Tum etiam, quia loquendo de Judicibus ordinariam jurisdictionem exercentibus, generaliter ad plures cauſas, ut ſunt Gubernator, Gerens vices, & Locumtenens, non debet intelligi diſpoſitio de Advocato fiſcali, cui ſpecialiter cognitio contentionum commiſſa à *foro* eſt. Nec rationi 15
conſentaneum videtur quòd Bajulus, dum ſecundum locũ obtinet poſt Gubernatorem, remaneret ſine Judice, qui in Regno declarare poſſet, an ad ipſum jurisdictio pertineat.

Secundò nam *in for.* 111. *de jurisd. omn. jud.* expreſsè 16
cautum de Bajulo reperitur, ibi: *entre lo Governador, ò Balle*; & in decreto *fori* ſubſequitur, ib: *Lo Advocat fiſcal, qui es Jutge de ſemblants contencions.* Ob quod hæſitari nequit de Bajulo jura noſtra loqui. Quare dato, ſed non conceſſo, quod *in d. p ivil.* 7. Advocatus Fiſcalis comprehendatur ſub illa generali *alius quivis Judex*, per *forum* derogata fuit diſpoſitio privilegii, nam *forus* poſterior eſt ipſo privilegio. Proviſio ſiquidem, de qua *in dicto privilegio* 7. eſt diei 15. Februarii 1386. *Privilegium* diei 11. Decembris 1482. *Forus* autem 11. Cur. anni 1510. & *textus noſter* anni 1537. & ſic per hanc poſteriorem diſ- 17
poſitionem derogatum fuit illi primæ, nam poſteriora derogant prioribus ſi ſint incompatibilia: *l. pacto noviſſima, C. de pactis, l. licet, §. divus, ff. de jur. codicill.* pluribus Cancer. *variar. lib.* 3. *cap.* 3. *n.* 311. Solorçan. *de jur. Indiar. lib* 2 *cap.* 9. *n.* 2. *tom.* 2. Quare cum Excellentiſſimus Dominus Comes Oropeſius, Judicem cujuſdam contentionis me nominaſſet, Loco Fiſci Advocati urbis Alonenſis, eo quod impeditus reperiebatur, quæ vertebatur inter Bajulum generalem illius Urbis, & Juſtitiam ejuſdem, 18
ſuper cognitione Thomæ de Arenes cuſtodis jurium Regiorum, qui tormentum manuale exploderat in quendam nautam, extra ſui muneris exercitium, & in ea inter alia Bajulus deduxiſſet propoſitam queſtionem', privilegium prædictum ſtrenuè perpendendo: tamen pronuntiavi cognitionem harum contentionum, juxta *forum*, ad Advocatum fiſcalem ſpectare, ſententia publicata per Honoratum Gozalves Not. *die* 23. *Maii* 1610. quæ po- 19
ſtea fuit confirmata in Sacro Supremo Aragonum Concilio. In hac cauſa productæ fuerunt aliquæ declarationes, obſervantiam interpretativam *fori* comprobantes, cognoſcendi Advocatum fiſcalem de contentionibus inter Bajulos Regni, & alios Judices Regios, & ſignanter quædam declaratio facta per Nobilem dominum Don Raymundum Mora, dum Fiſci Advocati munus obti- 20
nuit, inter Bajulum generalem Urbis, & Regni, & Juſtitiam in criminalibus Urbis: alia extat, de qua in ſententia Regia, publicata per Franciſcum Paulum Alreus, *die* 4. *Novembris* 1605. inter Bajulum civitatis Setabis, & Juſtitiam ejuſdem: de alia meminit dominus Polo, firmata inter Bajulum, & Gerentem vices Gubernatoris *in ſuis adverſar. adverſar.* 200. *in fin.* de qua ſtatim: & alia antiquior reperitur regiſtrata *in lib.* 5. *epiſtol. Urbis fol.* 158. publicata per Gaſparem Micò Not. *die* 12. *Septembris* 1581. lata per dominum Thomam Cerdan Fiſci Advocatum, inter Bajulum generalem, & Juſtitiam criminalem Urbis, in cauſa Matthæi Gazet.

Sed dubitari poteſt, an à ſententia, ſive declaratione 21
facta

facta per Advocatum fiscalem, in causa contentionis jurisdictionis inter Officiales Regios suscitata appellari possit? Et videtur quod non, ex doctrina Angeli *in l. 2. n. 8 ff. qu. si in jus vocat.* aliis relatis, Ruginell. *de appell. §. 2. cap. 3. num. 188.* Saccia *de appellat. quæst. 17. limit. 49. n. 5.* Caravit. *super ritib. mag. Cur. rit. 258. num. 2.* Sicque judicasse Senatum sub examine domini Don Marci antonii Silvestres, decreto, sive provisione diei 10. Februarii 1608. observat dominus Polo *in suis adversar. adversar. 200.*

22 Contrarium tamen est verius, nam appellatio permissa est à sententia, vel interlocutoria terminante inter medium, nisi eo casu, quo à jure interdictum reperitur; quia appellationis edictum permissorium est, Gloss. *in l. qui constituere, ff. de rei vindicat.* quam singularem observat, & sequitur Covarruvias *practicar. cap. 23. n. 4. vers.*

23 *Secto est communis.* Cum autem neque à *foro* neque à *Jure* expressè decisum reperiatur, quod à sententia Judicis contentionis, appellatio non admittatur, inde est, quod permissa censeri debet. Neque obstat contraria opinio *Angeli*, & *Ruginelli*, cum contra ipsos communis sententia adsit (*Saccia* verò, & *Caravita* in alio casu à proposito loquuntur, nempe casu quo Judex pronuntiavit in causa criminali remittendum esse reum ad Judicem domicilii, nam tunc Fiscum non posse appellare tenent, ut tradit Tondut. *de contest. seu prævent. judic. part. 2. c. 38. num. 10.*) ex *cap. ab arbitris, de Offic. Legat.* Abbas, Imola, Bellamera, & Decius, cum aliis adductis per Portoles ad Molin. *verb. competentia, num. 25.* Paul. Ant. Delbene *singul. 15.* Sanfelicius *decis. 5 num. 6.* Tondut. *prima part. cap. 12. n. 7. & 2. part. dict. cap. 38. pertot.* signanter *n. 7. & 9.*

24 Neque ratione celeritatis terminandarum litium, fulciri opinio contraria debet: quia non ex eo auferri potest facultas appellandi, quoties à jure remedium hoc non denegatur; imò potius pro admissione stant *fori* nostri, dum à declaratoria Judicis, qui se competentem pronuntiavit, semel appellationem concedunt, *for. 9. de appellat.* Declarario autem Fisci Advocati in contentio-

25 ne jurisdictionis inter Regios Officiales, pronuntiatio est super competentia Judicis, vel jurisdictionis, & solum differt à pronuntiatione ipsius Judicis, in persona pronuntiantis, non in natura articuli: unde concessa Advocato fiscali, per *foros* Regni, potestatem ad jus dicendum in declaratoria fori, causæ remanent ejusdem naturæ; cùm ex mutatione personæ pronuntiantis non possint

26 qualitatem mutare, aut naturam appellabilem amittere, & inappellabilem adquirere. Quæ traditio confirmatur ex traditis per Georgium Cabedo *decis. 52. part. 2.* & Fontanellam *de pact. dot. al. clausul. 4. gloss. 10. part. 1. nu. 45.* qui tenent, causas transire ad alios Judices cum suis qualitatibus; sicque pluries definitum, & observatum per Senatum nostrum habemus, nempe Regia sententia publicata per Franciscum Deona Reg. mendati Scribam *die 10.*

27 *Decembris 1585.* inter Syndicos Setabis, & oppidi de la Olleria. & Regia sententia publicata per Franciscum Paulum Alreus *die 4. Novembris 1605.* inter Bajulum urbis Setabis, & Justitiam ejusdem. Tradunt dominus Cerdan *in Arbore juris, verb. El Abogado fiscal,* & sapientissimus dominus Gerardus Sola, nostri Senatus decus (cujus scripta luce publica carent, & tamen doctrinæ splendore coruscant) *in indice sentent. verb. Appellatio admittitur, n. 42.* Quare cum hæc sit opinio recepta in

28 Provincia, ab ea non est recedendum, juxta tradita per Seraphinum *decis. 162. tom. 1.* & ita declarasse testatur dominus Polo *dict. adversar. 200.* ex deliberatione Senatus *die 21. Martii 1630* inter Gerentem vices Urbis, & Regni, & Bajulum generalem in causa contentionis ortæ ratione cognitionis N. Lazer Virgarii ejusdem Bajuli, ad cujus decisionis articulum disceptavit *d. adversar. 200.* quam doctrinam insequendo appellationem non denegavi in causa memorata *supr. n. 19.*

29 Cæteræ autem contentiones, nempe inter Officialem Regium, & Baronem, & Regiam Audientiam, & quemcunque alium, ad ipsam Regiam Audientiam, tanquam ad superiorem deferuntur, per textum *in l. de jure municipalem,* Angel. *in l. 2. num. 7. ff. si quis in jus vocat.* Felin. *in cap. super literis, num. 35. de rescript.* Portoles ad Molin. *tit. de compet. jurisdict. numer. 3.* Michael Ferrer. 3. *part. observant. cap. 116.* Cancer. *variar. lib. 3. capit. 10. numer. 2. & seqq.* Sesse *de Inhibition. capit. 5. & 6. num. 54. cum seqq.* dominum Vico *ad prag. Reg. Sardiniæ, tit. 4. cap. 3. n. 4.* Ripoll. *Regaliar. cap. 25. n. 42.* Tonduti 1. *part. cap. 12. num. 7.* Cum autem Senatus noster superior sit, illi deferenda est quæcunque cognitio, & declaratio. Cætera qui cupit de competentia jurisdictionis, adeat Doctores de hoc tractantes, quorum plures laudati superius manent, signanter Cancer. Carlevalium, & Scacciam *ubi supr.* & Tonduti *per totum tract. de contentione, & prævent. jurisdictionis:* regulæ verò, per quas causæ ad unumquemque pertineant, abundè traditæ sunt *in nostro lib. 1.*

CAPUT VIII.

DE JUDICIIS CAUSARUM criminalium.

QUAMVIS nostri instituti non sit praxim tradere criminalem, cùm tamen earum causarum decisio ad regimen nostri Regni non parum conducat; summariè adnotanda sunt, quæ per *foros* specialiter inducta reperiuntur, & ex inveterato Curiæ stylo comprobata quotidie videntur. Praxis criminalium causarum summa, reperitur *in for. 105. de Curia, & Bajulo,* cujus tenor est ut sequitur.

JACOBUS PRIMUS REX.

EN fer inquisicions contra los criminosos, ò encolpats en aquells crims, sobre los quals la Cort deu fer inquisicio, segons que en lo costum de Valencia es contengut. La Cort, enant en aquesta guisa, que denunciacio primerament feita, è clamosa insinuacio, co es a saber, demonstrament cridant, ò dien per fama publica, per raho de aquells crims, dels quals algu es incriminat, ò encolpat, la Cort apell, è deman aquell, contra lo qual deu esser feta inquisicio, è do a ella los capitols scrits: sobre los quals deu esser feta inquisicio contra ell, les quals tores les damunt dites coses fetes, la Cort reba sagrament, è confessio daquell encolpat, è si ell negara aquelles coses sobre les quals deu esser feta inquisicio contra ell, la Cort apell, & deman testimonis: los quals testimonis sien de bona fama, è no enemichs, è juren que diran veritat, veent, è oent aquell qui serà colpat, è puix sien rebudes los dits de aquells. E quant los dits de aquells testimonis serant reburs, sient publicats en presencia de aquell que serà encolpat. Et aixi com seran publicats, ò publicament lests, sien nomenats los noms dels testimonis, è sia dat translat dels dits dels testimonis a aquell qui serà encolpat, è sobre aquells sia donat leer de defendre, a ell per si, ò per son Advocat. Si empero lo Jutge serà sospitos à aquell contra lo qual la inquisicio deu esser feta, si serà provada la sospita, la Cort do a ell altre Jutge no sospitos. E si la Cort, ò el Jutge el commençament no era sospitos, è mentre quel pleyt de la inquisicio se menarà, sera feyt sospitos per alguna novella raho, ladonc la Cort do a ell altre Jutge no sospitos, aixi com dit es

In hoc textu tradita est forma procedendi ex officio, sed quia ampliſſimam materiam sub se comprehendit, pluribus aliis foris explicatam, ut clariùs procedamus, de more in paragraphos divisa, explicanda venit in modum sequentem.

§. I.

§. I.

De criminibus quæ per inquisitionem ex mero officio Judicis persequi possunt ad explicat. dict. for. 105. ibi: En aquells crims sobre els quals la Cort den fer inquisicio, *junct. for. 99. eod. titul. & aliis juribus.*

TEXTUS.

JACOBUS PRIMUS REX.

LA Cort pot fer inquisicio contra aquells qui son publicament infamats d'omicidi, è de vici sodomitich, è de ladronici, è desvahiment de cases, é de furt, é de rapina, é de trencament de camins, é de tala de camps, é de vinyes, é dorts, è de foch a metre, é de crim de lesa Magestat, é de falsadors de moneda, si a ell denunciacio sera feyta, é no en altres coses. E feta la inquisicio, é els dits dels testimonis rebuts, é publicats, sia feta copia de aquells, è donat tresllat a aquells, contra los quals aquells testimonis seran donats, é dada la copia, ô el tresllat, si poran dir contra los dits testimonis que fien ohits, é fino sia terminat lo pleyt.

SUMMARIA.

1 *Inquisitio quid sit, & quomodo ex remedio extraordinario, factum sit ordinarium.*
2 *Inquisitionis remedium, apud nos indultum est à lege, sive* foro.
3 *Crimina omnia, an possint persequi per Inquisitionem.*
4 For. 11. de criminibus, *expenditur.*
5 *Textus explicatur, ibi:* é no en altres coses.
6 *Judex non tenetur officium impartiri, nisi petentibus.*
7 *Accusatore deficiente, condemnatio sequi non potest.*
8 *Inquisitioni locus est, quoties pœna corporalis irroganda venit.*
9 *Petri Belluga doctrina explicatur.*
10 *Vera explicatio textus traditur.*
11 Inquisitionis *verbum quomodo in* textu *sumatur.*
12 *Judici nunquam interdicta est veritatis perceptio, mediante informatione.*
13 *Inquisitio transmissa quid sit.*
14 For. 104. de Curia, & Bajulo *expenditur.*
15 For. 105. *verba explicantur, ibi:* ò dien per fama publica.
16 For. 100. de Cur. & Bajul. *expenditur.*
17 For. 6. & 9. de usuris, & for. 7. de adulteriis *expenduntur.*
18 Fori 12. & 14. de quart. & pœnis cur. *explicantur.*
19 *In crimina privata, si corporalis pœna debeatur, per Fiscum prosequi potest.*
20 *Joan. Petr. Fontanella* decis. 556. n. 4. *explicatur.*
21 *Accusationem non interveniisse, vel ab ea desitisse, idem in jure est.*
22 *Inquisitione, apud nos, non procedit sine accusatore.*
23 *Denuntiatio apud nos quomodo fiat.*
24 *Procurator fisci vices accusatoris induit.*
25 *Denuntiatio est nulla, si non subscribatur per Advocatum fisci.*
26 *Praxis admittendi denuntiationem, sive transmittendi inquisitionem.*
27 *Praxis hæc, Doctorum dictis comprobatur.*
28 *Praxis nostra similis est cum praxi procedendi in simplici Officio Inquisitionis.*
29 *Denuntiationis libellus, qua caruisse debet.*
30 *Provisio de instruendo amplius processum quomodo fiat.*
31 *Praxis nostra utilitates plurimas remissive expenduntur. Judex per se debet testes examinare, ibid.*
32 *Transmissio inquisitionis non pendet à Judice inquirente. Prorex non potest jubere fisci Patrono, quod aliquem accuset, ibid.*
33 *Fisci Patronus non debet accusare ex deliberatione Senatus. Jussu Principis inquisitio transmitti non debet, ibid.*
34 *Fisci Patronus non potest accusare, quin per informationes de crimine constet.*
35 For. 16. de accusat. *explicatur.*
36 *Ad Fiscalem qua spectent.*
37 *Principes justi, omnes odio habent.*
38 *Principum præcipua cura, injurias propulsare.*
39 *Accusationis remedium ab Aula recessit.*
40 For. 111. de Cur. & Bajul. *cum aliis juribus explicatur.*
41 *Crimina omnia, ob quæ pœna corporalis irrogari potest, per inquisitionem persequi possunt ex* for.
42 *Explica, nisi expressè per* forum *prohibeatur.*
43 *Pragmatica fieri possunt, quibus pœna ex mero officio persequi valeat.*
44 *Observantia gravissimorum virorum, quoad transmittendam inquisitionem.*

INquisitio est desumptio informationis super aliquo crimine, ut pluribus relatis probant Farin. *in prax. quæst.* 1. *n.* 2. & Sigismund. Scaccia *de jud. civil. & crim. libro* 1. *cap.* 86. *num.* 1. & quoniam hi plures, & plura referunt de natura, divisione, & effectu Inquisitionis, ideo hîc non immoramur. Sed quod magis urget, est illa communis Doctorum traditio, qua docent Inquisitionis remedium, quòd à Jure extra ordinem introductum fuit, ex communi consuetudine factum fuisse ordinarium, ut præter laudatos per ipsos Farin. & Scacciam, *ubi proximè*, probant Don Ludovic. Peguera *in praxi, cap.* 12. *de proces. via ordin. in prin. num.* 1. & Caball. *resolut. crim. cas.* 5. *num.* 3. Sed apud nos, Inquisitionis remedium, etiamsi communis & universalis consuetudo excludatur, ordinarium est, cùm sit inductum à lege, hoc est, *dict. for.* 105. *de Cur. & Bajul.* sed cum ibi hæc verba habeantur: *En aquells crims, sobre els quals la Cort den fer inquisicio.* Id est: *In illis criminibus, super quibus Curia debet inquirere.* Explicare debemus, quæ crimina ista sint; nam quotidie conqueruntur Contraforistæ, an crimen de quo agitur, sit inquisitioni suppositum, vulgò *si es cas fiscal.*

Nec id sine ratione dubitatur, cum in textu nostro, postquam cautum fuit, ex mero officio persequi posse crimina, homicidii, nefandi, latrocinii, aggressionis domus, furti, rapinæ, stratæ, sive itineris publici violationis, depopulationis agrorum, & vinearum, incendii, læsæ Majestatis, & fabricationis monetæ; subjungitur, *è no en altres coses*, id est, *& non in aliis rebus*; sicque limitata videtur potestas Judicum erga inquisitionem; ut de Aragonis testatur Josephus Selle *de inhibit. cap.* 1. §. 2. *num.* 84. *& c.* 4. §. 7. *n.* 35 *vers. Sed difficultas*, & passim. Quæ dispositio confirmata, & corroborata reperitur per *for.* 111. *eod. tit. & cap.* 22. *gravam. Curiar. ann.* 1626. *fol.* 6. quibus cautum est, ne de officio procedatur in aliis criminibus præter expressos *in dict. for.* 99.

Quæ dispositio à jure communi comprobata reperitur, nam Judex non debet officium suum impartiri, nisi petentibus, argum. *l.* 1. & ibi Alexand. *C. ut quæ desunt Advocat.* & text. *in l.* 4. §. *hoc autem judicium, ff. de dam. infect. l. rescripto*, §. *si quis, ff. de muner. & honor.* cum aliis relatis à Sigismund. Scaccia *ubi supr. num.* 2. & Farinac. *ibid. num.* 7. & in terminis nostri *fori*, Petrus Belluga *in specul. rub.* 33. §. *rem miram.* 28. Et non solum de jure Cæsareo, & Pontificio, hoc procedere scribunt, sed etiam de jure divino, ex *Joan. cap.* 8. ibi: *Mulier ubi sunt qui te accusabant? nemo te condemnavit? Quæ dixit: nemo Domine; dixit autem Jesus: Nec ego te condemnabo.* Cum autem in inquisitione deficiat accusator, nullatenus inquisitioni locum esse affirmabimus, nisi in criminibus per *forum* descriptis.

Sed his non obstantibus, ex *forum* dispositione, quoties delictum publicum, vel privatum patratur, ex quo pœna corporalis irroganda est, inquisitioni locus erit, etiamsi crimen sit privatum; quod clarissimè probatur ex *for.* 107. *eod. tit.* ibi: *En algun pleyts civils no*

sia feta inquisicio mas tansolament en los criminals. Id est : *In quibuscunque causis civilibus nequaquam fiat inquisitio, sed tantum in criminibus.* For. 11. de crimin. ibi : *Empero la Cort prene, ab consell dels Prohomens, aquel qui fera cridar, quant que quant aquell trobarà, é daquell faça justicia segons la costum de la Ciutat, jatsia ço que nengun clam contra aquell absent mill hom no face* : Id est : *Sed Curia de consilio proborum hominum capiat illum, quem per pro clama vocarit, quotiescumque eum invenerit, & de illo justitiam faciat, etiamsi nulla querela versus absentem ab aliquo proposita fuerit.* Quo jure notandum est, non solum loqui de criminibus publicis, sed de privatis, ut in principio textus patet, ibi : *aquell que per crim, ò per injuria*, injuria enim privatum crimen est.

9 Neque hæc traditio mea, & novissima est (licet textum istum à nemine sic expensum viderim) sed eminentissimi Jurisconsulti Petri Belluga, qui tot sæculis ante me sententiam hanc scripsit, & edocuit *in dict. §.*

10 *rem novam, num.* 28. *cum duobus seqq*, & id optima ratione; nam in *dict. for.* 99. qui est nolter textus, non prohibetur, quin ex officio procedatur in aliis criminibus; sed quod transmittatur inquisitio, ex sola diffamatione, nisi in crimine homicidii, & aliorum ibi exaratorum, ut

11 clarè deprehenditur ex verbis ejusdem textus, ibi : *La Cort pot fer inquisicio contra aquells qui son publicament infamats de homicidi, &c.* ita ut verbum *inquisitio*, sit impropriè sumendum, non pro actu inquirendi veritatem criminis patrati; absurdum enim videretur, quòd lex interdiceret judici veritatis adquisitionem, mediante

12 informatione : sed propriè intelligendum est pro inquisitionis transmissione, quæ vim accusationis obtinet, in quo sensu loquuntur plures Doctores de causis criminum scribentes, signanter Caballus cum ab eo relatis *dict. cas. 5. numero trigesimo* Scaccia *de judic. dict.*

13 *libr. 1. capit. 86. numer. 16. & sequentibus* quod apparet ex *dict. for. 105. juncto for. precedenti, de Cur. & Bajul.* nam in *for. 104.* dum Judici ordinario prohibetur, ne per inquisitionem procedat in crimine falsi, nisi præmbula relatione Peritorum, ac Juratorum Vrbis, vel oppidi de diffamatione inquisiti, non intelligendum est, neque

14 praxi receptum, quod ea fiant ante informationem Curiæ, sed ante transmissionem inquisitionis & sic pas-

15 sim in *foris* de inquisitione loquitur. Quare sensus *dict. fori 99.* is est, quòd inquisitio possit fieri, hoc est, transmitti in publicè diffamatos de homicidio, furto, &c. ita ut ad transmittendam inquisitionem, in his criminibus, sufficiat diffamatio publica, quod satis declarant verba illa, *for. 105.* ibi: *ò dien per fama publica*, id est, *aut dicendo per publicam famam.* In aliis autem criminibus, quæ in *hoc foro* non recensetur, inquisitio transmitti non potest, nisi constito per indicia, vel alias urgentiores probationes. Tradit Belluga *dict. §. rem novam, n. 28. & seqq.*

16 Quæ probantur clarius ex eo, quòd plurimi *fori* reperiuntur, quibus in specialibus delictis, interdicitur ex officio procedere, ut in *for. 100. eod. tit.* qui de crimine incestus loquitur, *in for. 6. & 9.* de usuris, eo quod usuræ antiquitus ad instantiam Fisci, & ex mero officio persequi nequibant (quod immutatum fuit per *for. 96. Curiar.*

17 *ann. 1626.*) *in for. 7.* de adulteriis, & in aliis, ut tradit Tarragona *instit. foral. lib. 4. tit. 1. §. no fia feta.* Ad quid enim necessaria erat hæc prohibitio? nisi regula urgeret in contrarium, nempe quod ex fororum dispositione inquisitio permissa est; at in delictis expressis in textu, privilegiata remanet transmissio.

18 Quibus additur, quod juxta *for. 12. & 14. de quart. & pan. Cur.* in quacumque querela, sive civiliter, sive criminaliter intentata, si partes transigant, ante accusationem, vel intra decem dies post eam, querela prosequi à Fisco non potest, licet in ea se opposuerit, nisi

19 pro crimine probato, corporalis pœna debeatur. Ex cujus textus decisione clarè percipitur, Fiscum prosequi posse quascumque causas criminum, ratione quorum pœna corporalis debetur. Et perpendenda ad rem sunt verba illa *crim. probat*, id est, *crimen probatum*, *in fin. dict. for. 14.* quibus apertè declaratur, mentem nostrorum fororum respexisse in his probationem, & sic ratio prosequendi crimina, generaliter versatur in omnibus delictis, ex quibus corporalis pœna infligenda est. Nec obstabit si dicas, valde diversam esse oppositionem Fisci, extante jam querela privati, ab inquisitione, ex traditis à Fontanella *decis. 556. num. 4. tom. 2.* Ex Doctrina Mieres ab eo laudati, & ex decisione trium Aularium, 20
de qua *num. 16.* nam casus illius decisionis valdè diversus est à nostro; & ipsius Fontanellæ sententia pro nobis est urgentissimis argumentis comprobata, & resolutio trium Aularum, de qua *num. 16.* ex difformibus votis desumpta fuit, atque consuetudine potius, quàm juris ratione fundata, ut in eodem *num. 16.* tradit. Quibus 21
adderem ego, quòd à jure idem est accusationem non interveniisse, ac ab ea destitisse, *dict. l. rescripto, §. si quis, ff. de muner. & honor.* ib : *Si quis accusatorem non habeat, ab honoribus prohiberi non debet : quemadmodum nec is, cujus accusator destiterit.* Latè Mastril. *de Magistrat. lib. 6. c. 9. n. 11 &c.* 2. Fontanell. *decis. 50. 1. n. 8. & seqq. d. to. 2.* sicque dum in *foris* in crimine cui imponi debet pœna corporalis, permissa est persecutio, quando privatus destitit ab accusatione, Fiscus poterit persequi, etiamsi accusator nunquam adsit.

Vlterius, nam in Regno non proceditur in aquisi- 22
tione criminum, modo, & forma quibus in aliis provinciis fine accusatore, nec accusatione, ut testatur Clarus *in praxim. §. fin. quæst. 11. num. 2 quæst. 45 num. 13. & quæst. 50. num. 4.* Fontanella *decis. 129. num. 8. tom. 1.* Alfarus *de offic. Fiscal. gloss. 17. num. 4. & seqq.* latissimè Scaccia *dict. cap. 86. num. 16. & seqq. ad defens. reor. defens. 20. cap. 18. num. 2.* nam licet accusator privatus non adsit, postquam Judex ex officio informa- 23
tiones de crimine patrato recepit, & confessiones à reo exegit, si captus est, vel si absens, sit, constito de fuga, Regii Fisci Advocato informatio traditur, qui constito de necessariis ad transmittendam, ut *in for. 11. cum dub. seqq. de accusat.* cavetur, vices accusatoris inquit; / 24
& reum solemniter accusat, propositio accusationis libello, quem subscribere manu propria tenetur, sub nullitatis decreto, nec aliter à procuratore Fisci proponi potest, *dict. for. 13. de accusat.* (quæ dispositio etiam in Catalonia cauta reperitur, Xamar. *de offic. Jud. & Advocat. part. 2. quæst. 6. num. 88.*) Hunc Dominus Regens 25
decrerat, causam ad Senatum evocando, si in eo proponitur, & uni ex Regiis Senatoribus committendo, quem offert Fisci Procurator, ut dixi *cap. 2. §. 2. n. 206.* & Senator cui committitur, providet admissionem, ac cætera, necessaria ad causæ expeditionem, & statim confessiones à reo exigit, ac dilationum termini forales conceduntur, confessionibus super accusatione publi- 26
catis. Hæc procedendi forma aliquantulum differt à proposita per Don Ludovicum Peguera *dict. cap. 12.* & Fontanell. *decis. 129. n. 1 tom. 1.* & Clarum *dict. §. ult. quæst. 31. per tot.* licet in plurimis assimiletur. At magis consonat cum ea quæ traditur per Sigismundum Scacciam 27
dict lib. 1. cap. 52. num. 8. & quamquam Caravit. *ad rit. mag. Cur. tit. 20. num. 4.* Clar. *§. fin. quæst. 10 in fin.* Farin. *dict. quæst. 1. num. 2.* videatur specialis ad crimen hæresis, sicque procedi in officio sanctæ Inquisitionis Hispaniarum testantur Pegna *in direct. Inquisitor. com. 14.* P. Castro Palao *in oper. moral. tom 1. tract. 4. disput. 8. punct. 1.* 28
num. 1. Param. *de origin. Inquisit. lib. 3. quæst. 9.* Carena *de offic. sanct. Inquisition. p. 2. q. 1. §. 1. n. 11.* apud nos generaliter ad omnes causas criminales in viridi observantia est, & practicantur, proponendo accusationem modo 29
prædicto, ac eo ipso quo Scaccia tradit *dict. lib. 1. c. 87. num. 27.* scilicet narrata facti substantia cum omnibus qualitatibus ex informatione resultantibus, reum accu-

sando

ſando de eo crimine, & ſupplicando quòd capiatur (ſi captus nondum eſt) confeſſiones ab eo exigantur, ſuper negatis teſtes recipiantur, & ad condignas pœnas reus
30 condemnetur. Si autem ex informatione non reſultat ſufficiens probatio ad tranſmittendam, Fiſci Patronus providere debet, quòd amplius inſtruatur cauſa: ſi enim amplius inſtrui non valet, ut plerumque accidit (nam Advocato fiſcali informatio traditur, cum nil ſupereſt agendum) reus fidejuſſoribus relaxatur: quod decretum licet abſolutio non ſit, habetur pro abſolutione, eò quòd rarò, aut numquam amplius informatio inſtruitur, & ſine labore, expenſis, aut longa carceris detentione, libertatem conſequitur.

31 Hæc procedendi praxis utiliſſima eſt, nam per eam excluduntur plures corruptelæ, ex his quæ à Doctoribus in his criminum judiciis reprehendi ſolent, quarum aliquas adducit Fontanella *dict. deciſ.* 129. *num.* 10. Alfar. *dict. gloſſ.* 17. *nu.* 12. In hoc enim Regno, ipſe Judex tenetur teſtes examinare, ex *for.* 44. *de Cur. & Bajul.* ut infra dicetur,
32 quo Actuarii abuſus evitantur; non pendet à Judice inquiſitionis tranſmiſſio, cum id pertineat ad fiſci Patronum, quo ceſſat ſuſpicio, an Judex calore inquiſitionis rapiatur ad tranſmiſſionem ſine ſufficienti probatione; ipſe fiſci Patronus per ſe, & non per alium deliberat an accuſandus ſit reus, ita ut neque juſſu Proregis, aut ex delibe-
33 ratione Senatus accuſare debeat. *for.* 39. *Curiar.* 1604. quod jure cautum erat, nam neque juſſu Principis inquiſitionem tranſmittere poteſt aliquis abſque legitimis indiciis, ut tradit Guazin. *ad defenſ. reor. defenſ.* 9. *cap.* 1. *n.* 8. qui alios refert quod intellige, ut explicat *nu. ſeqq.* nunquam accuſat, nec accuſare poteſt, quin de crimine conſtet per informationem *for.* 11. *& ſeqq. de accuſat.* ſuſtinetque Procurator fiſci
34 vices accuſatoris, quo judicii partes adimplentur, & nullatenus deficit actor, aut accuſator.

35 Sed, ut ad inſtitutum redeamus, *in for.* 16. *de accuſation.* cavetur, quod Dominus Rex neminem accuſet de crimine, maleficio, aut injuria, ne duplici officio fungatur: hoc eſt, Judicis, & accuſatoris; ſed in fine excipiuntur negotia, & geſta propria. Ex hoc enim textu evidenter appareret, quod in quocumque crimine, in quo Rex habet pœnam pecuniariam applicatam, Larrea *allegat. fiſcal.* 1. *num.* 1. qui plures refert; aut in aliquo læditur, ipſe potèrit nomine ipſius accuſare Fiſcus, qui Principem repræſentat, & omnia negotia Principis defendit, ex latè traditis per Alfa-
36 rum *de offic. Fiſcal. gloſſ.* 9. *per tot. præcip. numero* 5. *&* 24. ad ipſum enim ſpectat delictorum inquiſitionem inſtare, inquiſita perſequi, & verificata puniri procuratore, ut aliis relatis probat idem Alfaro *gloſſ.* 10. *numero* 1. & dixi *cap.* 2. §. 2. *numero* 165. *cum duob. ſeqq.* videnda etiam quæ dixi *cap.* 7. §. 5. *per tot.* Repræſentat enim Principem, ut latè probat Larrea *dict. allegat.* 1. *per tot.* præcipuè *numero* 8. *&* 26. Alfaro *gloſſ.* 51. *numero* 8. Don. Franciſc. Amaya *in l. fin. cap.* 3. *numero* 33. *C. de Decur. lib.* 10. Negotium enim Principis eſt delicta punire, ut ſubditi tranquilliter vivant.

Hæc una Reges olim ſum creati,
Dicere jus populis, injuſtáque tollere facta.

Cum ex vi muneris ſpectet ad ipſos, fontes perſequi, maleficia punire, atque maleficos odio habere. Quò reſpi-
37 cere videtur illud Davidis *Pſalm.* 44. *Dilexiſti juſtitiam, & odiſti iniquitatem.* Loquitur hic Prophera de Rege Regum; & de ſe *Pſalm.* 100. ibi: *Facientes prævaricationes odivi.* Et *Pſalm.* 118. ibi: *Iniquos odio habui.* Nam ratione criminis non ſolum læditur offenſus ille privatus, ſed Reſpublica, cui Princeps præeſt. D. Thomas 2. 2. *queſt.* 59. *art.* 3. *ad* 2. *& queſt.* 64. *artic.* 5. Ariſtot. 5. *Ethicor. cap. ultim.* ob quod David dum Princeps Iſrael erat, iniquos odio habuit, fa-
38 cientes prævaricationes odivit, nam Principis ſcopus præcipuus eſt, delicta propulſare, injurias tollere. Adeo ut Moyſes ex nece Ægyptii Hebræum injuriantis, de qua *Exod.* 2. Principis optimi futuri indolem demonſtravit: Divus Baſil. *homil.* 1. *in Examer.* ibi: *Sic erat Moyſes natura ſuapte compoſitus, ut ſummo ſemper amore juſti, & æqui fuerit obſervans, ac tenax: quando vel prius, quam principatus populi ipſi eſſet concreditus, jam ad totius improbitatis odium natura propendebat, ut ad necem uſque de his ultionem expetiverit, qui injuriam proximo priores intulerant.* Proſequitur Marquez *in Gubernat. Chriſt. lib.* 1. *cap.* 6. P. Fragoſ. *de Repub. lib.* 1. *diſput.* 1. §. 2. *numero* 14. *& ſeqq.* P. Velazquez *de optim. Princip. in expoſit. liter dict. Pſalm.* 100. *verſ.* 3. *lect.* 10. *&* 11. *& verſ.* 8. *per tot.* Con Didacus Saavedra *ſymbol.* 21. *in princ. & ſymbol.* 22. Don Io. Solorçan. *emblem.* 70. *per tot.* ubi plura (quæ quomodo intelligenda ſunt, dixi *cap.* 2. §. 2. *numero* 84. *& ſeq.*) atque adeo delictorum perſecutio, dum negotium Principis ſit, ex diſpoſitione *dict. for.* 16. excipitur à regula.

Neque incongruum videri poteſt, cum tot tantâque in 39
Jure diſpoſita reperiantur, ne delicta remaneant impunita; *l. ita vulneratus* 52. *ff. ad l. Aquil.* ſi enim accuſationis remedium omnino ab Aula receſſit, quomodo publicæ tranquillitati conſulere Princeps poterit, ſi Fiſci delatio in omnibus criminibus à *foro* noſtro non memoratis denegetur? Quis enim, vel ſit ex propinquis offenſi, vel offenſoris, ſeclusis affectibus, non laudabilem morem credit, dum malefactor quiſquis ſit inquiritur, accuſatur, punitur? Præſertim ſub Principibus piis, apud quos Fiſci conditio peior eſt ſemper? Creſcit indies deliquentium audacia, augetur malefactorum aſtutia, & juſtitiæ vires extenuantur in publicam perniciem; Abſit hic error, ſeu verius horror, præſertim cum *fori* non ſit clara deciſio, & tot aliorum *fororum* deciſionibus noſtra ſententia juvetur.

Neque obſtant *dict. for.* 111. *& cap.* 22. *gravam. anu.* 40
1604. cum ſimilibus. Semper enim decreta huic ſententiæ correſpondere experti ſumus, nempe ne inquiſitio fiat contra *fororum* diſpoſitiones, ſicque reducitur ad prædicta. Nec deeſt qui dicat, quòd ſimilia ſtatuta nullatenus ſervari debent de conſuetudine, ut teſtatur Blaſius Flor. de Mena *in addit. ad Gramm.* *deciſ.* 170. *in fin.*

Ex quibus firma manet concluſio, quod de *foro* pro- 41
cedi poteſt, ex mero officio in quocunque crimine, ob quod pœna imponenda ſit corporis afflictiva, dummodo per *forum* non ſit expreſsè interdictum, ut in caſu *dict. for.* 100. *de Cur. & Bajul.* & in caſu *dict for.* 7. *de adult.* quem expendit Joſephus Ramon *con.* 23. *numero* 30. &
in ſimilibus. Quo poſito clarè ſequitur, quòd in pragma- 42
ticis ſanctionibus caveri poteſt, quòd ad inſtantiam Fiſci pro earum executione procedatur; nam in criminibus,
quibus pœna corporalis irrogatur, ex dictis clarè proba- 43
tum remanet; in aliis verò imponitur pœna pecuniaria Principi applicanda, ex *dict. for.* 16. *de accuſat.* Quæ om-
nia praxi recepta ſunt, & obſervata per graviſſimos Vi- 44
ros, qui munus Patroni Fiſci geſſerunt, quorum primus eſt Illuſtriſſimus Dominus, mihi ſemper colendus, Don Chriſtophorus Creſpi de Valldaura, meritiſſimus Vicecancellarius noſtræ Coronæ, & alii plures, quorum nomina non recenſentur, nam unum pro cunctis laudare ad hoc, ſatis.

§. II.

De corporis delicti probatione, & de examine teſtium inquiſitionis ſummaria, ex mero officio in offenſam recepto-rum; ad for. 9. de accuſat. in princip.

TEXTUS.

FERDINANDUS PRIMUS REX.
Anno 1488. Oriolæ.

QUant lo Fiſch per ſon ofici voldrà algun denunciar, no ſia admeſſa la denunciacio, ſins que primerament

sobre lo dit crim, ò delicte de que voldrà denunciar per lo Official, ò Iutge à qui pertanyga, ò per son ordinari Assessor, personalment no sia rebuda informacio sobre lo dit crim, è aquella rebuda la done al Advocat Fiscal, è segons aquella dellibere lo dit Advocat del Fisch si denuntiará, ò no.

SUMMARIA.

1 *Denuntiatio apud nos quid sit.*
2 *Via ad inquirendum quomodo apud Valentinos aperiatur.*
3 *Inquisitio incipit à probatione corporis delicti.*
4 *Delictum est scopus Iudicis inquirentis.*
5 *Pœna sine delicto nunquam infligitur.*
6 *Delictum ante omnia debet apparere; & ratio.*
7 *Informatio an incipi possit ante probationem corporis delicti.*
8 *Solennitates iuris non debent attendi, quando adest periculum, quòd crimen remaneat improbatum.*
9 *Corpus delicti quomodo probetur.*
10 *Mandati criminis inquisitio, an fieri possit quin constet de Mandatario.*
11 *Negativa sententia proponitur.*
12 *Farinacius tenet de consuetudine non requiri plenam probationem.*
13 *Adversus Mandantem procedi nequit, quin Mandatarius nominetur.*
14 *Decisiones nostri Senatus pro hac sententia.*
15 *Consuetudo iudicandi sequenda est.*
16 *Veneni propinati in crimine, liquidè de corpore delicti constare debet.*
17 *Decisio Senatus Valentini in crimine propinati veneni.*
18 *Deponentes de veneno, periti omnino esse debent.*
19 *Ex veneni propinatione, licet corpus criminis non sit plene probatum, condemnari quis potest extraordinem.*
20 *Stupri criminis corpus probatur per Obstatrices.*
21 *Contrarium aliqui tenent, eo quod sæpè fallantur Obstetrices.*
22 *Virginitatis signum, an in puellis reperiatur.*
23 *Falsum deponens in uno, in omnibus censetur falsum deposuisse.*
24 *Ratio ob quam corpus criminis in stupro per obstetrices probetur.*
25 *Deponentes in substantialibus verum, licet in accessoriis mendacium dicant, non diminutam fidem obtinent.*
26 *Virginitatis signum adesse in puellis plures credebant.*
Opinio sufficit, ut mendacium evitetur, ibid.
27 *Decisio Senatus in causa stupri.*
28 *Corpus delicti, facti permanentis, constare debet per inspectionem, nec testibus suppleri potest.*
29 Farinacii, & Scacciæ *in hoc sententia pugnant inter se.*
30 *Senatus pro sententia* Farinacii *inclinat.*
31 *Fiscus restituitur in integrum, etiam contra factum Iudicis.*
32 *Corpore delicti non probato, condemnatio sequi non potest, nisi in criminibus difficilis probationis.*
33 *Corpore delicti non plene probato, reus venit relaxandus fidejussoribus.*
34 *Decisiones Senatus explicantur.*
35 *Iudex tenetur personaliter examinare testes, in causis criminalibus.*
36 *Extenditur tam in offensam, quàm ad defensionem.*
37 *Examen testium committi nequit Actuario in crimine, ob quod pœna corporalis imponi potest, iuxta* Foros.
38 *Egregia persona in causa ardua cogitur venire coram Iudice; secus si ardua non sit.*
39 *Gerens vices Gubernatoris, tenetur accedere ad domum Senatoris quoties vocatur ob causam arduam.*
40 Authent. de testib. §. & quoniam, *expenditur.*
41 *Iuramenti delatio, an præcedere debeat examen testis.*
42 *Iudex tenetur in scriptis apponere quidquid dicat testis, etiamsi contra Fiscum deponat.*
43 *Iuramenti delatio præcedere debet in examine formali testis*
44 For. 21. Cur. anni 1064. *explicatur.*
45 For. 19. de judiciis, *expenditur.*
46 *Fori interpretandi sunt ita, ut absurdum minimè inducatur.*
47 *Iuramentum quare ante formale examen deferatur testi.*
48 *Fisci Procurator non potest intervenire in examine testium.*
49 *Actuarius causæ criminalis non potest testimonium dicere, aut relationem facere in ea, ex* foro.
De examine testium, remissivè, ibid.
50 *Testes torqueri possunt ad eruendam veritatem, ex* foro.
51 *Testi torquendo, an danda sit copia indiciorum.*
52 *Testi convicto ex dicto ipsius, non est danda copia indiciorum.*
Testi convicto, extra dictum ipsius, concedenda est copia, ibidem.
53 *Doctori distinguenti credendum est.*
54 *Observantia Senatus indistinctè copiam testi denegat.*
Senatus decisio pro sententia negante copiam, ibid.
55 *Minor decem & octo annis torqueri non potest: ex* foro.
56 *Minor quatuor decim annorum à jure torqueri nequit.*
57 *Minores quatuor decim annorum, & majores septem annorum, fertula cædi possunt ad eruendam veritatem.*
58 *Hæc limitatio an procedat in* foro nostro.
59 Fori *interpretationem intrinsecam admittunt.*
60 *Testis, juris ordine servato, de crimine interrogatus, tenetur dicere quidquid scierit.*
61 *In crimine quietem publicam perturbante, ultro, & non vocati tenentur testimonium ferre omnes.*
62 *Testes teneantur subscribere depositionem.*
63 *Testis nesciens scribere, Crucis signum facere debet coram duobus scribere scientibus, qui Crucem attestantes subscribunt, ex* for.
64 *Limita ex consuetudine in causis civilibus, nam* forus *nunquam usu receptus fuit.*

LIcet in *textu* mentio non fiat de probatione corporis delicti, tamen eam supponit, cum dicatur ibi: *Sobre lo dit crim, ò delicte, de que voldrà denuntiar*, hoc est: *Super crimine, aut maleficio, de quo denuntiare vult.* Ad hoc enim, ut de crimine Fiscus denuntiare aliquem possit, naturalis ratio suadet crimen verum præcessisse debere: & notandum est loqui textum de *denuntiatione*, prout vulgariter apud nos intelligitur, quæ idem est ac accusatio judicialis: nam denuntiare est *aliquem ad pœnam deferre*, ut ait Vital. *in tract. de malefic. rub. de denunt. nu.* 1. & 5. Jacob. Simancas *de cathol. instit. tit.* 19. *num.* 1. & *tit.* 64. *num.* 55. quos laudat Scaccia *de Iudic. conf. civil. & crim. lib.* 1. *cap.* 71. *num.* 1. & sic de speciali denuntiatione, cum loquatur de actu accusandi reum, qui apud nos successit loco transmissionis, ut §. *superiori* adnotavimus; & per consequens ea quæ ex mero officio per Judicem fiunt necessariò supponit. 1

De jure Inquisitio incipit à probatione corporis delicti; nam postquam Judici aperta est via ad inquirendum quæ apud nos aperitur potius modo, quo de causis civilibus, tradit idem Scaccia *dict. lib.* 1. *cap.* 68. *numero* 6. *in fin.* quàm de criminalibus: quia statimatque ad Judicis aures pervenit delictum esse patratum, ex hac notitia, ad eum quoque modo deducta, aperitur via ad inquirendum generaliter de crimine, & perceptis indiciis specialiter, ut cavetur *in cap.* 82. *Reg. Pragmat.* vulgò nuncupatæ, *del be comu*, ficque observari in Catalonia testantur Don Ludovicus Peguera *in prax.* §. 1. *num.* 3. & Fontanell. *decis.* 129. *num.* 1. *tom.* 1. (licet apud nos supplicatio, vel instantia Fisci nunquam expectetur, cum semper per generalem inquisitionem incipiamus) initium enim ipsius Inquisitionis à corporis delicti probatione oritur ut omnes Doctores criminalis Iurisprudentiæ tradunt, quos cumulant Farin. *in prax. crimin. q.* 1. *numero* 6. Scaccia *dict. cap.* 71. *num.* 3. Sebastian. Guazin. *ad defens. rcor. defens.* 4. *c.* 1. *n.* 1. Fontanell. *de pact. dotal. tom.* 2. *claus.* 2

5. *gloss. 5. part. 2. n. 56.* Petrus Caballus *resol, crim. cas.* 255. *tom.* 1. Carena *de offic. sanct. Inquisit. part. 2 tit. 1. §. 4. n. 23.* Idque duplici, & eleganti ratione tradita ab Scaccia *ibid.*

4 Primum, quia delictum est cardo, ad quem vertitur totum officium Judicis: siquidem ejus scopus est, malefacientes debitis pœnis tradere, & quamvis aliquando reperiatur delictum sine pœna, nunquam tamen pœna
5 sine delicto infligitur, §. *sed nos, Inst. ad Senat. Consult. Tertul.* etiamsi reus confessus sit, optimus ad rem exitus *in l. 4. ff. de confessis*, Bartol. & cæteri Scribentes *in l. ubi pactum, C. de transact.* Hippolyt. Riminal. *consil.* 327. *n.* 29. *lib.* 3. Farin. *q.* 17. *n.* 1. qui alios laudat. Ergo cum delictum sit totius operis fundamentum, atque scopus totius judicii criminalis, sequitur clarè, quòd de eo ante omnia constare est necesse.

6 Demum, quia si procedi debet contra sontem ratione criminis, necessariò ante processum debet de crimine apparere; quoniam ubicunque lex disponit aliquid respectu certæ rei, prius constare debet de illa re, *l. divus, ff. de testam. milit.* Gloss. *in c. ad dissolvendum, verb. accusari, de despons. impuber.* Jason *in l. si quando, num.* 12. *C. unde vi.* Bossius *in tract. crimin. de delict. num.* 26. & quoties quis nititur probare qualitatem, prius debet apparere substantia, cui qualitas tribuatur, juxta Philosophorum placita; & probat Gloss. *in. l. si arbiter. ff. de probat.*
7 Bald. *consil.* 463. *num.* 7. *lib.* 4. Farin. *q.* 1. *n.* 1. *vers. Ratio.* Sed hoc intelligendum est respectu transmissionis, non autem receptionis ipsius informationis summariæ, quia ad hoc non est necessarium, sed congruum; ut tradit Scaccia *ibid. vers. Quid ergo dicendum.* Quod licet ab aliquibus limiterur ad delicta, quorum vestigia non remanent: in
8 omnibus procedit, ut docet Jul. Clar. *in prax. §. fin. quæst.* 4. *num.* 1. qui *num.* 4. ait, sic vidisse aliquando observari: nam Judices non debent multum ponderare juris solemnitates accidentales, ne delicta remaneant improbata, & impunita; Bajardus ad Jul. Clar. §. *fin. q.* 66. *n.* 7. Guazin. *d. defens.* 4. *c.* 1. *n.* 22. Quod licet verum sit, semper monerem Judicem, ut si probationis consecutio moram patiatur, à corporis delicti perceptione principium inquisitionis desumatur.

9 Quomodo autem corpus delicti probandum sit, tradunt Farin. Scaccia, Caball. Guazin. & Caren. *ubi prox.* quæ quia ibi exactè traduntur, non immoramur in transcribendis eorum dictis. Sed quia Farin. *quæst.* 3. controversiam ingentem proposuit, nempe an contra mandantem possit inquiri, non constito de mandatario, & sic de principali delinquente; quæ valde anceps est, & quotidie in praxi agitatur, quamvis non sit probatio corporis delicti, cùm ei in aliquibus assimiletur, ut colligitur ex tra-
10 ditis per Giurbam *consil.* 97. *num.* 7. cum ab eo relatis; quæ Senatus observare solet, non abs re tradam.

11 Licet ipse Farin. *d. quæst.* 3. *n.* 1. fateatur, communem esse sententiam negativam, nempe contra mandantem inquiri non posse de mandato, nisi constito de mandatario, vel principali delinquente, ut pluribus relatis probat, ampliando hanc conclusionem in quocumque auxiliatore, asserendo, quòd ita procedit, ut plenè de principali debeat constare, Giurb. *d. cons.* 97. *n.* 7. Tamen in *vers. Ego autem*, à communi opinione recedit, non solum respectu inquisitionis, sed capturæ, torturæ, & condemnationis, testando de consuetudine omnium Tribunalium Vrbis Romanæ, etiamsi de mandatario, vel principali delin-
12 quente non ita concludenter constaret, cùm adsint indicia sufficientia ad inquirendum, & transmittendam inquisitionem in eum, posse contra mandantem, vel auxiliatorem procedere; & sic in urbe Mediolanensi observari testatur Clarus *in §. fin. q. 90. vers. Scias etiam & vers. Nam pro declaratione Doctorum*, & tradita declarat, ita ut
13 intelligatur, quòd non possit contra mandantem, seu auxiliatorem procedi, quin sibi nominetur persona principalis delinquentis, ne reo tollatur defensio: quod & firmat Giurb. *d. cons.* 97 *numero* 17. Si autem nominari possit

persona principalis delinquentis, tunc contra mandatarium procedatur, usque ad condemnationem. Quam distinctionem amplectitur, & veriorem affirmat. Et quamvis Bursat. *cons.* 146. *num.* 10. & Cartar. *de execut. sent. c. p. bannit. c.* 1. *n.* 139. *in fin.* dicat similes consuetudines non esse attendendas, investigare est necesse, quid consuetudine apud nos receptum sit. Hoc dubium incidit in Senatum, in causa quæ vertebatur coram Nobili domino Don Braulio Eiteve contra Joannem Alcocer, & alios villæ de Ayora, & consuetudine quæsita repertum fuit, observasse Senatum Farinacii, & Julii Clari sententiam in causa Josephi Molina, aliàs Covarro, qui anno 1632. fuit morti 14
traditus; & in causa necis Balthasaris Armunia Generosi in quibus contra mandantes prosecuta causa fuit usque ad condemnationem capitalem, & executionem, non constito plenè de principalibus delinquentibus: quæ judicandi consuetudo sequenda omnino est, ex traditis à Belluga *in specul. rub.* 22. §. *quia quotidie, num.* 3. Vincentio de Franq. *decis.* 238. Camil. Borrel. *in sum. decis. lib.* 1. *tit.* 14. *num.* 20. *& seqq.* Riccio *collect. decis.* 1009. *limit.* 7. *p.* 4. sicque judicavit Senatus sententia publicata per Gas- 15
parem Mascarò R. M. S. *die* 2.. *Martii* 1650. adversus dictum Alcocer, & alios & postea in causa necis Mariæ Cano, sententia publicata per Vincentium Ferrera Militem R. M. S. *die* 8. *Maii* 1650. & in causa Hiacynthi Moranti *anno* 1651. & in aliis.

In crimine autem propinati veneni, licet difficilis pro- 16
bationis sit, ut pluribus relatis probant Farin. *q.* 2. *num.* 30. *& seq. & quæst.* 122. *n.* 35. Guazin. *d. defens.* 4. *q.* 5. *num.* 1. de illius corpore liquidè constare debet, ita ut appareat quem propinato veneno interemptum fuisse, ut explicant Guazin *ibid. n.* 4. Farinac. *d. q.* 2. *n.* 30 Caball. *cas.* 180. *num.* 8. Scaccia, *d. c.* 83. *n.* 3. Carena *d. tit.* 1. 9. 4. *num.* 33. qui alios laudant. Sed dubitatum fuit in Regio Senatu, in 17
causa appellationis, quæ coram me ducebatur adversus Joannem Garcia Agricolam, oppidi de Onda, inquisitum de propinatione veneni, parrata in personas socrus, leviri, & uxoris ipsius; an de corpore delicti constaret per depositiones plurium testium, quorum unus Medicus erat, deponentium de nece leviri eodem die subsecuta, de vomitu omnium eo ipso quo carnes ollæ degustarunt, ac de morte canis ipsasmet carnes edentis, & quod magis erat, vidisse in olla materiæ cujusdam copiam, quam venenum credebant, & apparebat, signanter Medi- 18
co? Sed quoniam testes de hoc deponentes periti esse debent in arte medendi, ut probant Guazin. *ibi d. num.* 9. *& seqq.* Scaccia *dict. cap.* 83. *n.* 16. Farin. *dict. quæst.* 2. *num.* 30. Cabal. *dict. cap.* 180. *num.* 6. *&* 10. & tantum unius Medici dictum reperebatur, & hoc non factum in modum periti ad id ipsum adhibiti, sed ad instar simplicis testis (quod vitium in judicio appellationis irreparabile fuit: nà principio enim Judex ordinarius illius opoidi per incuriam, ut 19
creditur, peritos adhibere non curavit, Senatus post annù quandò causa delata fuit in judicio appellationis, adhire non potuit) & licet alia concurrebant, censuit Senatus minimè condemnari posse in pœnam ordinariam, sed extra ordinem plectendum, ex traditis per Farin. *dict. quæst.* 2. *in fin.* Cabal. *dict. cas.* 108. *numero* 3. *in fin.* Guazin. *dict. cap.* 4. *numero* 19. Carena *ibi praxim. numero* 37. sicque decisum sententia publicata per Gasparem Mascarò R. M. S. dei 24. Novembris anni 1649.

In causa stupri dubitari non potest, probationem cor- 20
poris delicti Obstetricibus committi, quæ inspectis, & tactis puellæ pudendis, eo quod non solum oculis, sed etiam tactu percipitur, relationem faciant, ut pluribus relatis tradunt Guazin. *dict. defens.* 4. *cap.* 6. *num.* 1. *&* 3. *cum seqq.* Fontanell. *ubi sup. numero* 59. *&* 68. *cum seqq.* Scaccia *dict. cap.* 83. *num.* 15. cui relationi standum est, licet aliqui contrarium teneant, eo quod sæpè fallit manus Obstetricis, ut referunt Guazin. *num* 4. & Fontanell. *num.* 60. *&* 21
seqq. Sed in causa Vincentiæ Bernaben villæ de Sexona, quæ per appellationem vertebatur in Senatu, coram

domino Don Braulio Eſteve, dubium hoc augebatur, eo quod Obſtetrices adhibitæ per Juſtitiam illius Villæ, in prima inſtantia ad corporis delicti probationem, poſtquam de more puellam recognoverunt, dum relationem faciebant in uno ex interrogatoriis à reo propoſitis, quo de ſignis virginitatis interrogabantur, affirmarunt ſignum
22 virginitatis permanens reperiri in puellis, nempe membranam, ſive hymenem apud omnes virgines repertum. Ex qua relatione deducebatur à reo, nullatenus adhibendam eſſe fidem relationibus earundem; nam ſi ex ignorantia id dictum eſſet, fides deficiebat, eo quod tanquam peritæ ad id adhibentur, ut omnes Doctores tradunt; ſi non ex ignorantia, ſed dolo id affirmarunt, cum communiter pro fabuloſo mendacio habeatur, ſicut in hoc mentiebantur, in omnibus mentiri credendum erat. Farin. *quæſt.* 76. §. 4. *numero* 111. *& ſeqq.* clarè docet falſum aſſerentem in uno, in omnibus falſum credendum. Quod autem traditio illius ſigni virginitatis fabula ſit, probant P. Sanchez *de*
23 *matrimonio lib.* 7. *diſputat.* 14. *num.* 1. *& diſput.* 113. *num.* 10. *tom.* 2. Fontanel. *ubi ſupr. num.* 62.

24 Sed Nihilominus Senatus cenſuit ſtandum eſſe huic relationi; quia licet certum ſit, fallax eſſe judicium Obſtetricum, ut ex Fontanella, Guazin, & aliis probatur, non propterea ab illo recedendum, poſtquam cognitum habemus, alium non habere modum, quo huic negotio provideamus, ut Fontanella tradit *num.* 68. Impudicum enim, & indecorum erit, fœminas nudas conſpici, imò & viros. *l. vlt. C. quando tutor. & curator eſſe deſin.* plura ad rem Tiraquell. *in l.* 4. *connubial. num.* 23. & ſic ſi aliquando nudas fœminas conſpici oportet, Leges ipſæ, & Canones à mulieribus honeſtis, & probatæ fidei inſpici eas voluerunt, non à viris, *l.* 1. *in princ. ff. de ventr. inſpiciend.* Tiraquel. *dict. numero* 23. ob quam rationem Obſtetricum judicium introductum: quomodo enim in villa Sexonæ probandum erat corpus delicti, niſi per idem probatio-
25 nis genus fallaciæ expoſitum, ſicut in civitatibus populoſis? Deinde in ſubſtantialibus relationem, ſive judicium exhibuerunt verum, ita ut ex ipſo apparebat, nil deeſſe in ſubſtantialibus, juxta relationem à peritioribus fieri aſſuetam; nam affirmarunt clauſtra matricis aperta, ſed minimè ex frequentia copulæ dilatata, & ſi teſtis in ſubſtantialibus verum deponat, in acceſſoriis mendacium, non diminuit fidem, Farinac. *quæſt.* 67. *num.* 154. quo affirmat temerarium eſſe in judicando ab hoc recedere.
26 Denique, non ita fabuloſa eſt aſſertio de pellicula, ſive membrana, aut hymene, ut ex eo falſitas relationis inducatur: cum non deſint qui affirment membranam, ſive hymenem reperiri in puellis, quod eſt ſignum virginitatis, ut ex Veſalio, & aliis tradit P. Sanchez *ubi proxim.* & ex loco *Ann. Rober.* adducto per Fontanellam *d. n.* 62. deprehenditur non obſcurè, antiquos Medicos eadem credulitate lapſos fuiſſe; ſicque licet poſtea expertum ſit ex mille puellis, vix unam aut alteram hoc ſignaculum virginitatis habere, jam aſſertio Obſtetricum vera reperiebatur, vel ſaltem opinabilis, quod ſufficit, ut à mendacio
27 libera cenſeatur. Si enim ita Græcis hoc certum fuit, ut nomine non caruerit, ſicut præfati Doctores tradunt, quid mirum, quod Obſtetrices id ſentiant, quod viros graviſſimos ſenſiſſe experti ſumus? Et ſic diffinivit Senatus, reum condemnando, ſententia publicata per Vincentium Ferrera, die 13. Martii 1651.

28 In criminibus facti permanentis, ita corpus delicti probari debet, ut inſpectio realis requiratur, ut probant Farin. *dict. quæſt.* 2. *numero* 6. *in fin.* Scaccia *dict. cap.* 83. *numero* 17. ſed dubitari poteſt, an teſtium depoſitionibus inſpectio ſuppleri poſſit? Dubium hoc ingens eſt, eo quòd difficultate aliqua non intercedente reſpectu corporis delicti, non eſt validior probatio inſpectionis quàm depoſitionis teſtium, ob quod alternativè loquutus fuit Farin. *dict. num.* 6. *verſ. Liquidè, in prin.* ibi: *Vel*
29 *per teſtes, vel per evidentiam facti.* Scaccia verò ſubtiliſſima ratione contrarium tenet; ſed neque Doctoris, neque legis alicujus fundamento comprobat. Sicut Farinacius, qui præter vulgata, (quibus teſtium fides ex jure divino, & humano canonizatur) ex Gandini, Brunonis à Sole, & aliorum auctoritatibus comprobat, quibus addendus Guazin. *dict. defenſ.* 4. *cap.* 2. *numero* 17. Cavalcan. *de Brach. Regio, part.* 3. *num.* 10. & de jure noſtro procedit juxta *forum* 48. *aliàs* 50. *de teſtib.* quo cautum eſt, omnia duorum, aut trium teſtium depoſitionibus comprobari: ob quod verior opinio Farinacii eſt, & in praxi ſecurior. Hoc dubium deductum fuit ad Senatum, in cauſa homicidii Bajuli de Relleu patrati per Babtiſtam Ramos, coram domino Don Antonio Ferrer, nam corpus 30
delicti non per inſpectionem, ſed per teſtes probatum reperiebatur. Senatus pro ſententia Farinacii ſtabat, nam præter Doctorum ab ipſo allegatorum auctoritatem, durum videbatur, quòd per negligentiam inſpiciendi, aut per incuriam inquirentis, delictum remaneret impunitum, conſtito per aliud medium de vera illius exiſtentia plenè, & cùm obſervantia Senatus requireretur, repertum fuit, receptam fuiſſe ab antiquo ſententiam probandi per teſtes: & adhuc retenta opinione Scacciæ, pœna imponi poterat, cum ipſe de inſpectione loquatur, dum poſſibilis eſt, ibi: *Si poſſibile eſt, adhuc inſpici debet.* Sicque fuit condemnatus, ſententia, publicata per eundem Ferrera *anno* 1650. Pariter obſervatum in cauſa Joannis Monteſinos, & aliorum, ſignanter quando fuit captus Joſephus Villalva, nam hoc dubium ſuſcitatum fuit, & deciſum pro hac ſententia R. proviſione *diei* 15. *Julii* 1654. Scriba Miravet. Extante verò dubio ſuper qualitate corporis delicti, non ſolum Curia inſpicere debet, ſed periti adhibendi ſunt, ut dixi de propinatione veneni.

Et contra doctrinam *Scaccia* alia urget ratio in cauſis 31
fiſcalibus; nam certum eſt, Fiſco beneficium reſtitutionis competere, ut pluribus relatis probat Alfaro *de offic. Fiſcal. gloſſ.* 16. *privil.* 56. *num.* 191. *& ſeqq.* Larrea *allegat. fiſcal.* 71. *num.* 8. *tom.* 2. quoties jus ipſius lædatur in omiſſione inſpectionis à Judice facienda: nam etiam contra factum Judicis reſtitui debet, Alfar. *gloſſ.* 18. *privil.* 16. *n.* 26. ſi enim poſtquam annullata ſit prima inquiſitio, nihil obeſt quominus Fiſcus reſtituatur, & iterum jus ſuum fovendo inquiſitio inſtituatur, cum tunc inſpectio poſſibilis non ſit, probatio ſupplenda eſt per teſtes, juxta doctrinam ipſius Scacciæ, ibi: *Si poſſibile eſt.* Quare igitur inutilis hic circuitus inducendus liquida probatione corporis delicti extante? Ex quo patet minimè neceſſariam eſſe inſpectione, ſed congruam, quoties commodè fieri poteſt.

Dictum eſt *ſupr. num.* 18. condemnari poſſe reum ex- 32
tra ordinem, non conſtito plenè de corpore delicti: quod intelligendum eſt, quoties probatio ipſius difficilis eſt, in his enim loquuntur terminis Farin. *dict. quæſt.* 2. *in fin.* Cabal. *dict. caſ.* 180. *numero* 7. *in fin.* Guazin. *dict. cap.* 4. *num.* 19. Et ſic quando probatio corporis delicti difficilis non eſt, vel natura, vel qualitate, minimè condemnari 33
poſſe exiſtimo; nam non conſtito plenè de delicto, reus venit relaxandus fidejuſſoribus, ut tradunt Bald. *de quæſt. præct. quæſt.* 4. *numero* 43. *& de judic. quæſt.* 2. *numero* 3. Maurus Burgius *de modo proced. ex abrupt. qu.* 23. *n.* 285. quos allegat, & ſequitur Guazin. *dict. defenſ.* 4. *cap.* 1. *num. fin.* Imò, nec procedi poteſt ad captorum torturam, vel alium actum; aliàs proceſſus erit nullus, pluribus relatis Marius Giurba *conſ.* 43. *num.* 6. videndus Antonius Matthæus *de crimin. lib.* 48 *ff. tit.* 6. *cap.* 1. *num.* 2. Nec contrarium deciſum fuit in dicta ſententia, de qua *numero* 18. cum eſſet in crimine, cujus corpus erat difficilis probationis, nempe veneni propinacio, & ſic in terminis tradunt Doctores *ibi* allegati. Nec alia deciſio Joannis Alcocer, & aliorum de Ayora, de qua *numero* 13. nam in ea, ultra famam publicam, aderat teſtis, qui de corpore delicti per ſenſum viſus deponebat, & erat patratum 34
in nemore extra Regnum, aderatque confeſſio facta,

cum

sum sententia contumacialis esset quoad condemnatos, ideóque imposita fuit pœna extraordinaria, nempe dimidium pœnæ pecuniariæ ratione criminis, cujus corpus non fuit plenè probatum. Et licet corporalis ordinaria reperiatur in eadem sententia, ex aliis delictis, quorum corpora plenè probata fuerunt, quæ quidem pœna excedebat quamcunque aliam corporalem, ut notum est in jure. In delictis verò, quorum vestigia remaneant, & sunt facilis probationis, non esse recedendum à communi arbitror; nam *Farin. Cabal.* & *Guazin.* non generaliter tradunt, sed in specie, de qua *suprà*.

35 Sed jam ad informationem summariæ inquisitionis deveniendo, dixi §. 1. *hujus cap. num.* 31. Judicem teneri testes personaliter examinare, juxta textum, junct. *for.* 44. *de Cur. & Bajul for.* 67. *Curiæ ann.* 1564. *for.* 21. *Cur. ann.* 1604. *for.* 105. *Cur. ann.* 1626. quod procedit in testibus omnibus in quacunque causa criminali, tam in offensam, quam in defensam, tam quando proceditur per inquisitionem ex mero officio, vel ad instantiam Fisci, quàm ad
36 instantiam partis privatæ, & per accusationem illius, quod à jure cautum erat, *l.* 3. §. *divus, ff. de testib. l. solum*, & ibi Gloss. *C. de testib.* Paz. *in prax. tom.* 1. *part.* 1. *temp.* 4. *num.* 98. Don Ludovic. Peguera *in prax. dict. cap.* 12. §. 2. *num.* 1. Jarè Farin. *qu.* 77. *numero* 175. & 196. Scaccia *de jud. caus. civil. & crim. lib.* 2. *cap.* 8. *num.* 605. & *seqq.* Guazin. *defens.* 14. *cap.* 1. *numero* 2. Xamar. *de offic. Jud. & Advocat. part.* 1. *quæst.* 24. *num.* 15.

37 Et quoniam Farin. *ibid. num.* 198. & Guazin. *numero* 3. sublimitant conclusionem, quando adest justa causa; nam tunc posse Judicem committere Actuario examen testium tenent: tam juxta nostros *foros*, sublimitatio non procedit, nec usu recepta est, in causis, ex quibus pœna corporis afflictiva irroganda venit; nam arduæ causæ istæ, & magni præjudicii reputantur: in aliis verò cum levis præjudicii sint, causa justa interveniente, veluti si egre-
38 giæ personæ examinandæ sint, vel testis valetudine detineatur, non coguntur venire coram Judice, ut infit Farinac. *dict. quæst.* 77. *numero* 202. In causa verò ardua compelluntur comparere coram Judice, ut ipse docet *num.* 236. *& seqq.* adeo ut Prætor urbanus, sive Gerens vices generalis Gubernatoris Urbis, & Regni (de cujus officio dixi *cap.* 2. §. 3. *per tot.*) comparere debet coram Regio Se-
39 natore inquirente, quoties necessariò requiritur ejus relatio, ut cautum est in Regio rescripto *diei* 19. *Januarii* 1584. (licet in eo commendetur, quòd id fine urgentia necessitatis non fiat) cujus praxis ratio desumitur ex text. *in Authent. de testib.* §. *& quoniam scimus*, ibi: *Hæc omnia in pecuniariis quæstionibus intelligentes: in criminalibus enim in quibus de magnis est periculum, omnibus modis apud Judices præsentari testes, & quæ sunt eis cognita edocere.* Quæ
40 verba refert, & sequitur Xamar *ubi proxim. numero* 138, quòd adeò Romanis necessarium visum fuit, ut Virgines Vestales, quibus nil religiosius habebant, in judicio comparerent, Tacit. 2. *annalium*, ibi: *Cum Virgines vestales in foro & judicio audiri quoties testimonium dicerent, vetus mos fuerit.*

41 In *for.* 21. *Cur. anni.* 1604. subjungitur, quod Judex quoties vult testem examinare ex officio, non possit eum interrogare absque delatione juramenti (quod jam cautum reperiebatur per *for.* 16. *de testib.*) & quod teneatur in scriptis redigi mandare, quidquid testis dicat, etiamsi ad defensionem inquisiti tenderent plura, quòd à jure communi non deviat, ex traditis à Farin. *qu.* 74. *num.* 31. Guazin. *defens.* 14. *num.* 4. qui plures alios laudant. Sed
42 hæc dispositio non ita intelligenda est, ut Judex nihil loquatur cum teste ante delationem juramenti; nam quando ex officio proceditur, vocantur ad informationes capiendas omnes, qui viciniores loci delicti quoquo modo aderant, tuncque Judex antequam juramentum deferat extrajudicialiter (ut ita dicamus) vel extra inquisitionem, ab ipso teste quærere debet, an interfuisset facto, vel ne, aut aliàs criminis notitiam habeat; postquam enim de hoc informatus est Judex, incipit formale exa- 43
men, & interrogatio directa. In examine formali, & interrogatione directa, quæ in actis redigitur, vel in forma communi, quæ continuari solet, ita, *fonch interrogat, &c.* vel formato speciali interrogatorio (ut aliquando evenit, quando ex depositionibus aliorum resultat ipsum interfuisse) dubitari non potest, quòd juramentum præcedere debet, cum *fororum* decreta clara sint: sed in præambulo illo ad formale examen, nullatenus sacramenti delatio est necessaria; nam verba fori, ibi: *no puixa interrogarlo*, de formali, & vero interrogatorio intelligenda sunt, sicut observantia communis, quæ est optima legum interpres edocuit. Nec id novum est, cum in testibus receptis à Judice pro informatione sui tantum, ju- 44
ramentum non requiratur, aliis relatis Mascard. *de probat. lib.* 3. *concluf.* 1363. *numero* 14. Farinac. *dict. quæst.* 74. *numero* 106. & conducunt dicta per ipsum *q.* 73. *n.* 132. *& 135.*

Quæ praxis nequaquam in fraudem dispositionis fora- 45
lis, aut perniciem jurium reorum inducta fuit; imò juxta *foros* nam *in for.* 29. *de Judiciis* cavetur, ibi: *E quando quam al luoge serà vist, segons egualtat, face interrogacions.* Id est: *Et quotiescumque Judici videbitur, juxta æquitatem interrogationes faciat.* Et rationi consonum est; nam dictum testis omnino impertinens recipiendum non est, & sic necessariò præambulum illud præcedere debet interrogationem formalem, ut appareat an dictum omnino impertinens sit, alioqui plurium testium depositiones quotidie in actis redigerentur (quod non semel à tyronibus factum vidi) quæ de crimine nil habent, idque nil aliud operabitur, quàm multiplicationem scripturæ, & gravamen rei, qui in expensas condemnandus venit, & plus solvere tenebitur sequuta condemnatione, ex eo, ob quod neque ipse, nec Fiscus commodum reportare potuit. Demum si Judex testis illius in quo timor subornationis, vel alterius pravi affectus adest, recipere dictum non tenetur, quomodo dignoscere poterit, si statim juramentum deferat, & omnia in actis continuare faciat? Quo pacto, an facto interfuisset, percipere potest, & ante perjurii vitium (quod insanabile est) si verisimiliter informatum credit, quæstioni subjacet, ut veritas eruatur? ad quid in carcerem detrusionis remedium, & alia prætoria inventa fuere, si omnia hæc, uno ictu removeantur inquisitionis medium frustrando? Si enim testes falsum affirmare decreverit, quod aliquando Judici non occultatur, & ob id quæstioni, seu torturæ ipse incautè se subiiciat, nequaquam Judex poterit eum ab imminenti periculo liberare, delato ab initio juramento, dicendum ne erit eam mentem *fororum* esse, ut miseri testes illaqueati maneant, aut perirrio (quod nutritivum peccati erit) à principio contracto, aut in mendacio permanendo, & 46
veritatem facti minimè explicando, in ipsorum animarum perniciem? Nequaquam enim, quia licet *fori* ad li-
teram intelligendi sint, non per hoc excluſa est intrinseca interpretatio, præsertim dum agitur de absurdo vitando, ut cum domino Leon, & aliis dixit latius *cap.* 1. §. 2. *num.* 14. *& seqq.* Ratio ob quam testibus juramentum defertur ante depositiones, ea est, ne cum primum deponant, postea verò jurent, timore infamiæ, vel erubescentiæ à veritate discedant, ut ex *Balbo, Cino, Innocen. Abbate, Felin.* tradit Mascard. *dict. concluf.* 1363. *num.* 10. (non semel vidi juramentum contemni, & postea ob timorem detecti perjurii in falsitate permansisse) quotiescumque hoc absit, nullatenus *fori* mens transgressa est, nec à juris tra- 47
mite deviatur. Deficiente ratione legis, lex ipsa deficit, ut dixi *cap.* 3. §. 1. *num.* 99. *cum seqq.* igitur dum veritas haberi curatur, & ea in actis redigitur, sive in offensam, sive in defensam inquisiti redundet, legi parùm dicendum est, eleganter Scaccia omnino videndus *dict. cap.* 86. *numero* 9. quo mirabiliter sententiam nostram comprobat.

48 Cætera autem, quæ ad legitimum examen teſtium requiruntur, tradunt Peguer. *in prax. d. cap.* 12.§.2.Farin. *in prax. 2. p. per tot.* Guazin.*dict. defenſ.* 14.Ant.Matthæus *de crimin. lib.* 48.*ff. tit.* 15. *per tot.* præcipuè *cap.* 4. ubi
49 plura, & plures. Solum apud nos ſpecialiter diſpoſitum reperio, Fiſci Procuratorem nullatenus poſſe intervenire in examine teſtium inquiſitionis, *for.* 19. *de teſtib.* Et ratio eſt, nam ipſe non poteſt agere, quin per informationem de crimine conſtet, ut in *textu* apparet; ergo legitima perſona non eſt, ut interventum habeat.Sed huic diſpoſitioni maximopere obeſt doctrina Anton. Matthæi *dict. cap.*4.*num.*9. quo elegantiſſimè probat jure veteri,& noviori cautum reperiri, utraque parte adſtante teſtes interrogandos eſſe, ſed communis Doctorum Schola contrarium tenet, ut ipſe fatetur, ex Farin. *quæſt.*72.*cap.* 1.*num.* 85. *& quæſt.* 80.*num.* 92. *& ſeq.* ubi plures refert, Zaſio *in l. minimè,ff. de legib.n.*3. Hotoman.*in l.* 12.*C. de poteſt.*Donel.*lib.*25.*comment.cap.vlt.ſeu de teſtib.cap.*10.Quę communis opinio apud nos prævalere debet, nam ſecluſa una parte, & aliam ſecluſam eſſe credendum eſt,ne ad imparia judicentur. Demum per *for.* 30. *Cur. ann.*1604.cautum reperitur, quòd Actuarius cauſæ criminalis teſtimonium dicere, aut relationem facere non poſſit in ea,quod inconcuſsè obſervatur,, ne duplici muniere fungatur:cui rationi addi poteſt; nam ipſe intereſſe habet in cauſa ob expenſas, quas lucrari poteſt,ſi reus condemnetur,ſicque ſuſpectus redditur; quare indiſtinctè in Senatu obſervari vidi, ut relatio actuarii denegetur: quod intelligerem, dum agitur de oneratione, vel exoneratione reiſſed ſi in rebus ad officium ſpectantibus neceſſaria eſſet relatio, nempe ad comprobationem ſcripturæ, vel ad declarationem actus, cùm alioqui id fieri nequeat, relationi locum eſſe credo.

50 Cum enim teſtes ex pluribus cauſis torqueri poſſint, ut veritas eruatur, probant latè Farin. *quæſt.* 79. *per tot.* Guazin. *defenſ.* 19.*cap.* 1. & apud nos adeſt *for.* 4.*de quæſtionib.* videndum eſt, an teſtibus danda ſit copia indiciorum:quam quæſtionem controverſam habemus apud Fa-
51 rin. *quæſt.* 39.*num.* 116.*& ſeqq.*Scacciam *dict.lib.*1.*cap.*1ϕo. *num.* 16.Guazin.*dict defenſ.* 19. *cap.* 1. *per tot.* & noviter Gabriel Pareja *de univerſ.inſtrum.edit.part.*2. *tit.*6. *reſol.* 8. *num.* 48. *& ſeqq.* qui bene diſtinguunt,nempe,vel convin-
52 citur teſtis ex dicto ipſius, & tunc denegari debet copia indiciorum, & procedere Judex ad torturam: vel convincitur ex aliorum teſtium depoſitionibus,& tunc danda indiciorum copia eſt, & concedenda defenſio. Quæ ſententia omnino tenenda videbatur,nam adhuc in conflictu opinionum Doctori diſtinguenti credendum eſt,ut docent
53 aliis relatis Giurba *conſ.* 75.*num.*11. & Anſald. *conſil.* 142. *numero* 107. Sed Sigiſmundus Scaccia *ubi proxim.* & Ant. Matthæus *de crimin lib.*48.*ff.tit.*16.*de qu.c.*4.*num.*5.omnino tenent denegandam eſſe: & licet ad fundamenta iſtius opinionis reſponderi videatur per Farin.*dict.quæſt.*39.*num.* 148. *verſ. Et licet contra*, tamen rationes ab ipſo *Scaccia* perpenſæ mirum in modum urgent, & præſertim illa, quòd hæc omnia fiunt ante publicationem proceſſus;& ſi copia concedenda eſſet teſti torquendo, per indirectum inquiſitionis probationes panderentur; & præberetur occaſio, ut teſtes ſubornari poſſent, & probatio criminis impediretur; quod jura non patiuntur; & ſic conſuetudine receptum eſt, quòd in quacunque cauſa teſtis tor-
54 queatur, abſque conceſſione copiæ.Cum enim articulus iſte diſceptandus veniret in Regio Senatu, in cauſa Joannis Baptiſtæ Martinez, inquiſiti de vulnere ictu ſclopi illato Jacobo Eſpert, Regio Alguazello, antiquiores Senatores arreſtati concordes fuerunt, de inveterata conſuetudine Senatus, cui ſtandum eſſe non dubitatur, in puncto opinabili, ut iſtud eſt; ſicque Joſephus Santamaria fuit quæſtioni ſuppoſitus ex Regia proviſione *dicì* 24. *Maii* 1647. ſub examine Nobilis domini Don Braulii Eſteve, actuario Conca, & poſtea pluries obſervatum fuit.

Et cum in *for.* 2. *de quæſtionibus* caveatur, ne minor de- 55
tem & octo annorum torqueri poſſit;videndum eſt,quomodo deciſio hujus textus intelligenda ſit: à jure enim cautum reperitur, idem in minore quatuordecim annorum,*l. de minore ff. de quæſtion.*ibi: *De minore quatuordecim annis quæſtio habenda non eſt*, *l. libero* 15. *ff. eod. l.* 1. §.*im-* 56
puberi,ff. ad Senat.Conſult.Sylanian. pluribus relatis Farin. *quæſt.*41. *num.*16. Berlichius *part.* 5. *concluſ.* 46.*numero* 6. *verſ. Tum (3) quia*, Ant. Matth.*dict. tit.* 16. *cap.*2.*num.*9. Narbona *de æt. anno* 14. *quæſt.*42.*num.*1.*& ſeq.* qui *num.* 3. *&* 4. pulchram rationem tradit.

Nihilominus, quamvis de jure ita cautum reperiatur, 57
quòd majores ſeptem annis habenis terreri, aut ferula cædi poſſunt, *dict.l.* 1. §. *impuberi*, *in fin.ad Sylanian.*ibi: *Et magis eſt, ut de impubere nec quæſtio habeatur,& alias ſolet hoc in uſu obſervari, ut impuberes non torqueantur, terreri tamen ſolent, & habena, vel ferula cædi.* Docent Farin. *ibid.numero* 17. & Narbona *numero* 5. Matthæus *ubi proxim.dict.num.* 9. apud quos plures Doctores id ipſum atteſtantes reperies. Hæc diſpoſitio, ſive limitatio regulæ, 58
locum habet in noſtro *foro* 2.] nam licet *fori* intelligendi ſint ad literam, *ex for.* 4. *in proœm. foror.* nec ullam interpretationem admittant à legibus Romanorum; tamen ex hoc non tollitur juſta,& legitima interpretatio ex mente, & ratione proveniens, nam diſpoſitio *dict. for.* 4. ſolum excludit interpretationem extrinſecam, ut latius probavi *cap.* 1. §. 2. *num.* 13. *per plur. ſeqq.* Sicque praxi receptum eſt in noſtro Senatu, & pluries obſervatum: me 59
enim referente fuit ex deliberatione Senatus, quidam minor quatuordecim annos habens in cauſa Joannis Beltran, decreto *dicì* 4. *Novembris anni* 1649. ferula cæſus, ut veritatem aperiret, Actuario Petro Guichart Not.Nec inanis remanet diſpoſitio *fori.* 2. tum quia, quòd ex ratione contenta in jure civili diſpoſitum erat, in vim legis cavetur; tum etiam, quia, privilegium hoc impuberibus competens, virtute *fori*, extenditur uſque ad annum decimum octavum.

Nec ſilentio prætermitti debet obligatio cujuſque in- 60
terrogati per Judicem, medio juramento; nam ſi Judex juris ordine ſervato procedat, veritatem omnino detegere debet, Divus Thomas 2. 2.*quæſt.* 7. *art.* 1. P. Salon. *de juſt. & jur. tom.* 1. *quæſt.* 70. *per tot.* Trullench. *lib.* 8. *Decalogi*, *cap.*3. *dub.* 1. *&* 2. Peguer.*in prax. dict cap.* 12. *§* 2 *num.*3. *& ſeqq.* omnino videndus; in quo plurimi labuntur, vel vano timore perterriti, vel vanitatis afflatu commoti: credunt ſiquidem indignum honeſtis perſonis reputari, ſi reus ſuo dicto gravetur, & fiſci pars fovea-
tur: veritas enim, virtus eſt propria Nobilium, menda- 61
cium verò viles etiam viliores facit. Perjurii crimen infamiam irrogat, pœnaque infami punitur: hinc Ferdinandus Secundus Rex noſter, nil unquam, tantum deteſtabatur, quanium perjurium: crebris ſermonibus jactabat malle ſe mori, quàm fœdari; ut cum Æneа Sylvio ſcripſit. Matth. Timpii *in ſpecul. bon. Magiſt. part.*2. *ſign.*93. *numero* 8. Perpendatur quæſo,quid honeſtius erit periurii vitium, mendacii infamia, an veritatis probatio, ex qua delinquens pœnæ debitæ ſubmittatur; Certum enim eſt, quòd teſtis qui notabile damnum in vita,fama, vel bonis veretur, ſi periculum imminens ſit, non tenetur teſtimonium dicere, Sed hoc non abſolutè accipiendum, nam ratio Theologorum eſt: quia gravi privatis, nemo tenetur cum eo in damno:quare ſi bonum publicum poſtulet,etiam cum vitæ,famæ,vel bonorum periculo,quicumque tenetur; ut aliis relatis Trullench. *dict. dub.* 1. *num.*7. Vlterius, timor ille non debet eſſe quilibet, ſed probabiliter in virum conſtantem cadens, ſed hæc Theologis relinquamus; quorum eſt, præcepta moralia tradere.

Pro coronide tradere debemus, teſtes teneri ſubſcri- 62
bere dictum, vel ſi neſciant, ſigno Crucis loco ſubſcriptionis ſignare, *cap. poſt. ceſſionem*, ubi Abbas *num.* 5.*de probat.* Calan. *conſil.* 44.*num.*20. *deciſ. Avenion.*53.*num.*17.

dominus

dominus Monter *decis. Aragon.* 12. *n.* 39. *cum seqq.* Guazin. *defens.* 33 *cap.* 14. *n.* 4. quibus addendi cumulati à Barbos. 63 *in collect. dict. cap. post. cessionem, num.* 7. Et quamquam Guazin. *ubi proxim.* dicat hoc in jure cautum non reperiri, & ideo si fuerit subscriptio omissa, non vitiari depositionem; hoc in Regno nostro non præcedit, nam subscriptio necessaria est; vel loco illius, Crucis appositio, manu ipsius testis, quam attestari debent duo viri testem cognoscentes suis subscriptionibus, ut cavetur *infor.* 105. 64 *Cur. ann.* 1626. quod in cautis criminalibus usu receptum est, ita út defectu subscriptionis, vel appositionis Crucis, aut attestationis prædictæ, dictum testis infirmetur, adeo ut nulla fides ei adhibeatur: quod observari in Senatu pluries vidi, & in omnibus Curiis Urbis. Sed hoc tantum in criminalibus est, non autem in civilibus judiciis; nam solùm subscribuntur, vel cruce signantur, absque illa attestatione; licèt dispositio de utroque loquatur. Sed quæri potest, an necessaria sit attestatio Actuarii, dicentis signum Crucis propriæ manus talis testis esse? & in simili mentionem Notarii requiri, tradit Galterius *in prax. crim. instruct.* 1. *p.* 1. *rub.* 2. *num.* 27. *in fin.*

§. III.

De captura reorum, ad forum 6. quæ persona capi possint.

TEXTUS.

JACOBUS PRIMUS REX.

NEnguna fembra no sia mesa, ni enclosa en carçre, ne quels homens la guarden per alguna demanda que li sia feyta pecunialment per lo Fisch: ço es, per lo official del Princep, ó per algun altre hom privat, ó per demanda que li sia feyta per algu crim. Mes si serà demanda per deute fiscal, ò privat, respona per si, ò per son marit, ó per altre sufficient procurador. Empero si serà tal crim per ques convinga quella do fermança, donla si la ha: è si no la darà, è jurarà que no pot haver fermança que do, jur quella estará á manament del Jutge, é a conexança, é que observará lo que jutgarà per dret. Mes si l crim, ò malefici de que ella serà demanada serà aixi greu, que pena de mort aportàs, ò donas, la donchs, deu esser guardada curosament per la Cort: en aixi que no sia mesclada ab los altres homens presos de la Cort. Enadeix lo Senyor Rey que tota fèbra que haurà feyra, ò dita injuria, ò malefici, é no portá donar fermança, ò caplevador de dret, que sia tenguda presa, mas no estia entre los homens mesclada.

SUMMARIA.

1 *Captura reorum quomodo facienda est.*
Doctores de captura reorum tractantes, ibid.
2 For. 18. de accusat. *junct.* for. seq. & for. 105. de Cur. & Bajul. *vers.* La Cort apell, *expenditur.*
3 *Indicia quæ requiruntur ad capturam, non sunt à foro prascripta, & sic remanet in dispositione juris.*
4 *Praxis Senatus quoad capturam reorum traditur.*
5 *Decretum de capiendo, an fieri debeat.*
6 *Citatio in criminalibus, esset explorator instructrees ad fugã.*
7 *Captura quomodo fieri jubeatur in casis accusationis privatæ.*
Accusatio in Regno non admittitur, quin præcedat submissio ad pœnam Talionis, & obligatio de solvendis expensis.
9 *Decisio Senatus quoad capturam.*
10 *Decretum ordinarium accusationis continet decretum de capiendo reo.*
11 *Privilegiata persona non comprehenditur sub decreto de capiendis reis.*
12 *Fœminæ honestæ capi non possunt, ex* foro.
13 *Limita in gravissimo crimine nam fœmina nobilis capi potest.*
14 *Decisio Senatus quoad capturam fœminæ hujus conditionis.*
15 *Limita in criminalibus ex* eodem foro in fine.
16 *Captura indebite fit ratione loci.*
17 *Captura intra Ecclesiam fieri nequit ratione immunitatis.*
18 *Limita in criminibus exceptis, ratione quorum immunitatis privilegium amittitur.*
19 *Quæ crimina sint hæc tremissivè.*
20 *Palatia Principum refugia delinquentium sunt.*
Don Iosephus Exea laudatur, ibid.

DE jure statutum est, neminem capi posse, nisi quibusdam indiciis suspectus criminis reperiatur, *l. sicut falsi* 17. *C. ad leg. Cornel. de falsi. l. divus, ff. de cust. reor. l.* 1. *de custod. reor.* Quid autem requiratur in criminalibus ad capturam decernendam, tradunt Peguera *dict. cap.* 12. § 3. *per tot.* Farin. *in prax quæst.* 27. *num.* 12. *cum pluribus sequentibus* Scaccia *de judiciis, lib.* 1. *capit.* 42. *per tot.* Guazin *ad defens. reor. defens.* 5 *per tot.* præcipuè *capit.* 3. Carena *dict. part.* 2. *tit.* 2. §. 5. *per tot.* Ant. Matthæus *de criminib. lib.* 48. *ff. tit.* 4. *de cust. reor cap.* 1. *num.* 6. qui plures, & plura tradunt. Ex quibus solum observandum venit, decretum de capiendo fieri non posse, quin informatio aliqualis præcedat, & indicia prudentis Judicis arbitrio exploranda, qui ab uno latere perpendat, ne ob nimiam deliberationis moram fuga reorum sequatur, & ab altero respicere debet, ne nimia capturæ celeritate sequatur indebita detrusio, famæ læsio, ac corporis afflictio, ut expressis ferè verbis docent Scaccia *dict. capit.* 42. *numero* 7. & Matthæus *dict. num.* 6. & 8. qui doctissimè, uti solent, hæc omnia explicant. 1

Cum his consonat dispositio *for.* 105. *de cur. & Bajul.* ibi: *La cort apell, è deman aquell contra lo qual deu ser feta inquisicio* Id est: *Curia vocet, & quærat illum, adversus quem debet fieri inquisitio.* Ex quibus verbis clarè colligitur ante inquisitionem capiendum esse: sed non ante informationem; nam præsumptiones, & judicia præcedere debent, juxta *for.* 18. *cum seqq. de crimin.* ibi: *Si donchs no será aparexent præsuncio. ó manifesta suspicio contra ell quel homicidi haja feyt, ó altre malefici.* Id est: *Nisi tamen adsit probabilis præsumptio, aut manifesta suspicio adversus ipsum homicidium patrasse, aut aliud maleficium:* Nam, ut dixi, *hoc eod. cap.* §. 1. *n.* 12. *& seqq.* inquisitio sumitur in eo *textu*, pro transmissione ipsius. Sed cum nihil aliud specialiter dispositum in *foris* reperiatur circa capturam, nempe quæ sint indicia requisita ad eam, omnia remanent in dispositione juris, ad quam ex vi rationis recurrendum est, ut probat dominus Leon *decis.* 29. *n* 17. *tom.* 1. ex *for.* 4. *vers.* E en aquelles coses, *in proœm. foror.* ut diximus latiùs *tom.* 1. *c.* 1. §. 2. *n.* 11. *&* 12. Sed ut observantiam nostri Senatus, & Curiarum Regni tradamus, supponendum duxi, quòd nemini ex peritis ignotum est, nempe apud nos minimè usu receptum esse decretum formale de capiendo. Et ratio est, nam cùm indicia ad capturam levia sufficiant, & hoc Judicis arbitrio relinquatur, ut ex dictis paret, licet sæpius, vel semper juris ordine servato in capiendis reis procedatur, nunquam in processibus ex mero officio confectis, decretum de capiendo reo factum fuit, quamvis plurimos antiquissimos processus ab anno 506. hæc & alia explorando viderim. Sed Judex juxta qualitatem facti, juris ordine servato, procedit; ita ut nunquam à captura incipiatur, nisi in flagrantia, vel delictis gravioribus concurrente fugæ suspicione, atque indiciorum scientia, saltem extra informationem: Bene Antonius Matthæus *de criminib. lib.* 48. *ff. tit.* 20. *cap.* 2. *num.* 9. Ego enim dum officia criminalia duxi, quoties in facto veniebat, nisi adesset flagrantia, si possibile erat saltem in scriptis unius testis dictum redigi jubebam, & si fugæ suspicio moram hanc non patiebatur, testem unum cum juramento recipiebam & scriptura, impositum dilata, ad capiendum reum procedebam, quod ob aliis Senatoribus gravissimis observatum videram, & hodie observatur: quæ praxis consona est cum Doctorum placitis *ubi proxim.* signanter juxta tradita per Scacciam *dict. l. b.* 1. *cap.* 59. *numero* 13. qui 6 ait,

ait, citationem apud criminalistas non admodum esse in usu, præterquam in levibus, ne aliàs citatio esset exploratoria, qui reos instrueret ad fugam: in casu enim timoris fugæ ita omnes tradunt, etiam in crimine hæresis, quamvis ex captura ob illud gravissima famæ jactura inferatur; tradit Carena *dict.* §. 5. *num.* 10. Nec id novum est, nam antiquo jure inspecto, etiam ad causas civiles quicunque in jus vocabatur, si sequi nolebat, attestationis medio ducebatur, & reluctans rapiebatur obtorto collo; nec semper opus erat attestatione, nam si reus improbus erat, ut sunt lenones, fures, & hujusmodi, sine attestatione ad Prætorem ducebantur; tradunt Duarenus, *de in jus vocando, cap. vlt. & disput. anniversar. lib.* 1. *cap.* 2. Carolus Sigonius *de judiciis, lib.* 1. *c.* 18. dominus Gaspar Ægydius Polo *ad tit. ad municip. & de incolis, in l. incola* 19. *vers. Nam intelligendum*, Jacob. Revar. *ad leg.* 12. *tab. cap.* 5. *& ad leg.* 108. *de reg. jur.* Jacob. Cuia. *lib.* 7. *observat. cap.* 10. *& ad leg.* 8. *de verb. sign.* Doncl. *lib.* 23. *comment. cap.* 2. latissimè, aliis relatis, Osuald. Illig. *ibid. lit. O.* Quare in criminalibus necessum fuit, uti hoc medio, ne judicium per fugam illusorium redderetur.

7 Hæc dum ex mero officio proceditur: in accusationibus verò, quæ ad instantiam privatorum proponuntur, si accusator persona honesta sit, & accusatus humilis conditionis, in quo vero similiter crimen præsumi potest, & adsit fugæ timor, accusatione proposita, vel adhuc querela tantum in codice Actuarii deposita (apud nos *Clam*) reum capi mandari solet, quod nititur in dispositione *for.* 19. *de crimin.* ibi enim supponitur captura, etiam in crimine, ob quod pœna pecuniaria irrogatur. Et amplius patet, nam de jure ad querelam injuriati mandatum de capiendo tradi solet: Farinac. *quæst.* 27. *num.* 120. Scaccia *dict. cap.* 42. *numero* 5. Guazin. *dict. cap.* 3. *numero* 32. saltem præcedente obligatione de reficiendis expensis. Cum
8 autem in Regno accusatio non admittatur, quin accusator ad pœnam Talionis subjiciatur, & obligationem præstet de solvendis expensis, ut dixi *cap.* 4. §. 4. *numero* 12. *& seqq.* nec querela admittatur absque hac obligatione, si convictus fuerit de calumnia, quod per *foros* requiritur, ut dixi: Ant. Matth. *de crimin. tit. de accusat. cap.* 6. *numero* 3. *& cap.* 8. *num.* 3. Ideo accusatoris persona inspecta, si honesta sit, & accusatus suspectus, verbo tenus captura decernitur; si autem accusatus sit honesta persona, aut aliqualiter de crimine dubitetur, recipi informationem super articulis accusationis Judex mandat, & constito per eam de indiciis, capi accusatus jubetur; & quamvis decretum speciale in Senatu non fiat, ex deliberatio-
9 ne ipsius captura mandatur. Sic passim observat Senatus, & me referente observavit in causa accusationis institutæ per Jacobum Gazò Notarium, certo nomine, adversus Natalem Rico Justitiam villæ de Elig, anno 1650. Bene verum est, quod cum in accusationis libello, tam à Fisco proposito, quàm à privatis, inter alia petatur decre-
10 tum de capiendis reis, eo ipso quo accusatio admittitur in forma ordinaria, provisio in calce facta, de fiendis supplicatis, comprehendit decretum capturæ, quod exequitur, casu quo antea executioni deductum non sit.

11 Et quoniam unum ex requisitis justificantibus capturam, hoc est, ut persona carceranda privilegiata non sit, ut tradunt Clarus *quæst.* 28. *numero* 2. Farin. *quæst.* 23. *numero* 4. *& seqq.* Scaccia *dict. c.* 42. *n.* 11. Guazin. *dict. c.* 3. *num.* 3. Ant. Matthæus *dict. tit. de cap. reor.* 14. *cap.* 2. *num.* 3. inter quas enumerantur fœminæ, ut probant Clar. *ibid.* Farin. *num.* 52. Guazin. *numero* 8. Ant. Matth. *dict. cap.* 2.
12 *numero.* 5. *ex numero* 134. *cap* 9. Scaccia *dict. lib.* 1. *cap.* 40. *num.* 25. etiam in gravissimis delictis, quod solum est intelligendum de honestis, vel nobilibus fœminis; tamen de consuetudine, in gravissimo crimine, fœmina etiam nobilis, vel honesta, in carcere seperato servari debet,
13 ut omnes docent, & caurum erat ante dictam Novellam, *in l.* 3. *C. de cust. reor.* Ant. Matth. *dict. numero* 3. & probatur ex nostro textu, ibi: *Mas si el crim, ô malefici de que ella serà demanada, serà aixi greu que pœna de mort aportàs, ô donas, la donchs deu esser guardada.* Id est. *Sed si crimen sit adeo grave, ut mortis pœna debeatur, tunc detineri debet:* quem textum correctorium esse juris communis, tenet dominus Cerdan. *in visitation. Carcer. cap.* 5. *numero* 9. 14
lit. F. Et cum de facto evenisset in fœmina hujus qualitatis anno 1650. ex deliberatione Senatus in carcerem detrusa fuit, loco separato, & convenienti, juxta ipsius statum.

At ne dicti *for.* 6. decisione decipiamur, notandum 15
est, quòd quidquid sit in Civilibus, in Criminalibus fœminæ honestæ capi possint indistinctè, ut ex *textu* percipitur, ibi: *Enadeix lo Senyor Rey que tota fembra que haura feyta, ò dita injuria, ó malefici, é no porà donar fermança, ó caplevador de dret, que sia detenguda presa.* Id Est: *Et addit Dominus Rex, quòd omnis fœmina quæ injuriam paulerit, vel maleficium paraverit, & fidejussores non habuerit, detineatur.* Quod intelligendum est, ita ut in gravioribus delictis omnino detineatur capta in carcere separato; in levibus, fidejussoribus relaxetur; & si fidejussores non habuerit, detineatur etiam: ad cujus *fori* declarationes, & ampliationes, & quoad alias personas, quibus specialiter concessum est, ut capi minimè possint, videndi sunt, Hippol. de Marsil. *in prax.* §. *attingam, numero* 63. Doctores Castellani *in l.* 62. *Taur.* Grammatic. *decis.* 33. *n.* 8 Boer. *quæst.* 215. Fontanella *de pactis dotal. claus.* 3. *glos.* 3. *num.* 24. *& seqq.* Farin. Clarus, Scaccia, Guazin. Ant. Matt. & cæteri *ubi sup.*

Demum captura indebitè fit ratione loci, ut pluribus 16
probat Farin. *quæst.* 28. *per tot.* ubi rem ex professo tractat, Scaccia *dict. cap.* 42. *num.* 11. *& cap.* 46. *num.* 4. *&* 21. quæ regula in Ecclesia dubitationem non admittit, ob immunitatem quam obtinet, ex decisione *for.* 31. *de jurisd.* 17
omn. jud. cum similibus: quod intelligendum est dummodo crimen non sit exceptum; nam si est ex his, ratione quorum immunitate gaudere non potest, licèt extrahi non 18
debeat, poterit compedibus detineri, dum suo tramite cognoscatur de quæstione immunitatis, ut dixi latiùs *cap.* 7. §. 1. *num.* 145. *& seqq.* Quæ autem crimina ista sint, ex
19 quibus immunitate Rei non fruuntur, tradunt Doctores passim, quorum dicta cumulant Farinac. *in tract. de Immunit.* & don Marius Curtell. Comes Villarosæ, *in eruditissimo tractatu de Immunitate, part.* 1. *per tot.* quò loci quidquid desiderabis invenies, junctis iis quæ diximus *dict.* §. 1. *ex n.* 145. nam ibi plura, & plures recensentur. In Regia verò 20
selectissimè rem totam esse, probat Don Josephus ab Exea, & Descartim, *in erudita recitatione ad l. unicam, C. de Palatiis & dom. Domin. lib.* 11. *prope finem, vers. Pertinet,* qui doctrinam, nobilitatem, & eruditionem, ex genitoris fonte hauriens, Cæsaraugustanam Urbem, & orbem in admirationem juvenis trahit. Quod quidem asylum solum durat, quantum voluntas Principis eum extrahere nolentis, ut probat *ibid. vers. seqq.*

§. IV.

De confessione exigenda à Reo ad explicationem fori 68. *Curiar. anni* 1564. *& aliorum jurium.*

TEXTUS.

PHILIPPUS SECUNDUS REX
Anno 1564. Montisoni.

ITem Senyor, com los juraments que fan, è prestenlos que son inculpats de alguns crim, y delictes, al temps que son confessats, *tam ex officio, quàm super denuntiatione*, sien perillosos, é nutritios de pecat: perque es cert, que los mes que prestèn dit jurament se perjuren, è illaqueen les animes, è conciencies. Per ço los

dits

dits tres Braços, per escusar dits inconvenients, supliquen a V. M. sia servit de provehir, y manar, que de huy avant los qui seran inculpats, y confessats, com dit es, sobre alguns crims, è delictes, no facen, ni presten jurament: sino que aquells sien interrogats lisament, è sens precehir jurament. E que les dites confessions aixi fetes sien de tanta força, valor, y eficacia, com si foren fetes mijançant jurament. *Plau a Sa Magestat*, que in facto proprio *respongues*, sine juramento, in alieno cum juramento.

SUMMARIA.

1 *Confessio bis exigenda à reo, nempe ex officio, & super accusatione.*
2 *Confessio exigi potest in processu informativo.*
3 *Confessio exigi debet personaliter per Judicem.*
4 *Juramentum non requiritur à jure in confessione secundum* Marsilium.
5 *Contraria sententia Bartoli communior, & verior.*
6 *Sententia* Marsilii *apud nos qualificata* textu.
7 *Juramenti delationis praxis juxta fori formam.*
Ratio dispositionis hujus assignatur, ibid.
8 *Reus negans delictum, de quo legitimè interrogatur, licet excusetur à periurio, non excusatur à peccato.*
9 *Reus si non legitimè interrogetur, potest celare veritatem.*
10 *Advocatus peccat si consultat reo legitimè interrogato veritatem negare.*
Advocati, & Procuratores consulentes reo veritatem negare, puniri possunt, ibid.
11 *Observantia Theologorum in consulendis reis traditur.*
12 *Memorabile exemplum cujusdam pessimi consilii.*
13 *Reus non respondens torqueri potest.*
14 *Tortura hæc non ad eruendam veritatem, sed ad habendam responsionem affirmativam, vel negativam.*
15 *Tortura hæc solum infligi potest in delictis atrocibus.*
16 *In levioribus pœna pecuniaria constringi debet.*
17 *Reus recusans respondere dicitè, apud nos trina monitione comminatur.*
18 *Quod procedit etiam in criminalibus sub pœna convicti, & confessi.*
19 *Decisio Senatus.*
20 *Praxis nostri Senatus fundatur auctoritate Doctorum.*
21 *In gravioribus criminibus condemnatio ex hac confessione sequi non debet.*
22 *Tortura via tutior est ad condemnationem.*
23 *Rei quo pacto interrogandi sunt? remissive.*
24 *Confessio ex officio exacta in processu informativo probat.*
25 *Confessio judicialis ex legitima causa revocari potest.*
26 *Confessio qualificata dividi non potest ad pœnam ordinariam imponendam.*
27 *Confitentes delicta cum qualitate modificante, seu diminuente delicta, pœna extraordinaria plectendi sunt.*
28 *Decisio Senatus.*
29 *Confrontatio, & recognitio quo pacto facienda sunt.*
30 *Recognitionis praxis exaratur juxta observantiam Senatus.*
31 *Confrontatio, ad Convincendum reum, licet sit, non tamen est necessaria.*
32 *Confrontatio aliquando periculosa est.*
33 *Confrontatio fieri etiam solet, loco repetitionis.*
34 *Testes confrontandi ad repetitionem dicti, interrogari possunt.*
35 *Reus quomodo intorrogandus sit, ut suggestio vitetur,*
36 *Reo fugiente, instrumentum fugæ conficitur, apud nos* acte de fuga *nuncupatum.*

1 IN nostro Regno bis confessio exigitur à reo, ex mero officio inquisito, scilicet ex officio Judicis in processu informativo, quem nostrates *impresia* vocant, quæ exigitur ad litis præparationem; & super denuntiatione; sive accusatione à Fisco proposita, ad litis contestationem, Ant. Matthæus *d. lib.* 48 *tit.* 20. *c.* 2. *nu.* 17. quod clarè dicit textus, ibi: *Tam ex officio, quam super denuntiatione.* Licet enim Sebastianus Guazinus *in tract. ad defens. reor. defens.* 20. *c.* 18. *n.* 2. dubitet, quo modo possit dari confessio, absque accusatione, vel inquisitione, quæ in ejus locum subrogatur, animadversa praxi hujus Regni, circa inquisitionem formandam, quæ diversa est à tradita per ipsum, ut dixi *hoc c.* §. 1. *n.* 22. *& seqq.* inde est, quòd in processu informativo confessio exigi possit, & debeat, factum totius criminis ad capitula necessaria reducendo, & separatim reum interrogando super unoquoque, & si opus est, & responsio ipsius ansam præbeat, nova capitula formando, sicut prudenti Judici convenire videbitur, ut veritas ab ipso eruatur. 2

Quæ confessio exigenda est per Judicem personaliter, ut cavetur in textu, *junct. for.* 103. *Curiæ anni* 1626. quod à jure definitum probant Gloss. *in l. jubemus, verb. aliud judicium, C. de liber. caus.* Peguer *in praxi, c.* 12. §. 5. *nu.* 2. qui alios refert, Scaccia *de Judic. caus. civil. & crim. lib.* 1. *c.* 86. Farin. *tot. titul. de reo convicto, & confesso,* & Guazin. *d. defens.* 20. *per tot.* Ant. Matthæus *d. lib.* 48 *tit.* 16. *c.* 1. *n.* 4. quibus in locis plura ad materiam reperies, ultra tradita per Cartarium *in tractatu de Theorica, & praxi interrogandorum reorum*, ad quod perficiendum Judex tenetur accedere ad carceres, non autem reum adduci facere ad propriam domum, ut cautum reperitur *in c.* 37. *ordin. Reg. Aud. anni* 1566. neq; Notario id committendo, ex traditis per Ant. Matthæum *dict. num.* 4. præstertim ab illis Judicibus, quibus non est datum imperium mandandi, ut ipse notat. 3

Sed quoniam *in for.* 105. *de Cur. & Bajul.* dicitur, ibi: *La Cort reba sacrament*, id est: *Judex deferat juramentum*, videndum est, an juramentum de jure requiratur in confessione à reo exigenda? Juramenti delationem necessariam non esse tenuit Marsil. *in l. penult. n.* 72. *ff de qu.* quod firmat *in praxi, §. postquam, n.* 4. & hanc opinionem dicit communem Salicetus *in l. principalis, §. quod observari, n.* 21. *C. de jurejurand.* Decian. *in tract. crim. lib.* 2. *c.* 21. *n.* 23. Scaccia *d. lib.* 1. *c.* 12. *n.* 8. *& d. c.* 86. *n.* 27. Don Ludovicus Peguera *in praxi, c.* 12. §. 5. *nu.* 6. Ant. Matth. *de criminibus, tit. de Inquisition.* 20. *c.* 2. *n.* 14. Cæterùm communior opinio est affirmativa, quam tenuit Bartol. *in l. Marcellus, ff rer. annotarum*, communem fatetur ipse Marsil. *in d. l. penult. num.* 72. (quamvis practicandam non esse asserat) Bernar. Diaz *in prax. crim. c.* 126. Julius Clarus *in prax. §. fin. qu.* 45. Ant. Gomez. *variar. tom.* 3. *c.* 12. *n.* 15. Didacus Covarruvias *variar. lib.* 1. *cap.* 2. *nu.* 2. pluribus aliis relatis Guazin. *d. defens.* 20. *c.* 1. *n.* 2. & 3. Sed licet hoc verum sit, apud nos prima opinio tenenda est, quoties reus de facto proprio interrogatur, ut clarè dicitur in *textu*, ne rei juramento illaqueati, in perjurii crimen incidere cogantur, dum fugiunt alterius criminis confessionem: quam rationem perpenderat Ant. Matth. *d. n.* 14. Quod, ut dixi, quoad factum proprium procedit: quoad alienum factum (quod intellige quando diversum est à facto proprio, ita ut per confessionem, crimen proprium fateri non cogantur) juramento constricti interrogantur, quo pacto citra *fori* nostri decisionem, rem hanc fiendam proposuit Peguera *ubi proximè*. Ex quo resultat, correctam esse hodie dispositionem *d. for.* 105. in hac parte, cum posteriora prioribus derogent. Atque adeo quoties exigenda ab aliquo reo confessio est, ita praxis communis observat, ut juramentum juxta istius *fori* formam deferatur, explicando, quod in quantum ad se, religione juramenti non astringitur, sed tantum quoad alios, & confessio emanata, hac praxi observata, idem operatur, ac si cum juramento facta fuisset, ut in textu diffinitum habemus, ibi: *E que les dites confessions aixi fetes, sien de tanta força, valor, y eficacia com si fossen fetes mijançant jurament*, id est: *Et quod confessi mei ita exacta sint ejusdem valoris, firmitatis, & efficacia, ac si facta fuissent medio juramento.* 4 5 6 7

Sed quamquam periurii labes vitetur in reo negante, interrogato absque juramento, peccatum non excusatur si negat delictum, de quo legitimè interrogatur; imò mortaliter 8

mortaliter peccat, ut docent Villagut. *in prax. crim. lib. 1. c. 5. concluſ. 4. in princip.* Divus Thomas 2. 2. *q.* 69. *artic.* 1. & probatur ex *c.* 2. *de majorit. & obedient.* Navarrus *in manual. c.* 18. *ſub. præcept.* 8. *n.* 37. Peguer. *dec.* 5. *n.* 24. *& in praxi dict. cap.* 12. §. 5. *num. & ſeqq.* Guazin. *dict. defenſ.* 20. *cap.* 1. *num* 3. *& cap.* 8. *num.* 1. Ex noſtratibus P. Salon. *de juſt. & jur. ſive in* 2. 2. *quæſt.* 62. *artic.* 2. *controverſ.* 10. *concluſ.* 2. & Trullench. *lib.* 8. *Decalog. cap.* 4. *dub.* 2. *num.* 4. Quomodo autem intelligendum ſit, reum legitimè interrogari, dicendum venit, quod legitimis præcedentibus judiciis juxta juris formam, de quibus latè per Doctores prædictos *in eiſdem locis* Secus autem ſi reus non legitimè interrogetur, nam eo in caſu poteſt celare veritatem ſine peccato, ut docent Caietanus, Adrianus, Navarr. & alii relati per Covarruviam *variar. dict. lib.* 1. *cap.* 1. *numero ſecundo*, Soto *lib.* 5. *de juſt. & jur. quæſt.* 6. *artic.* 2. *colum. penult.* latè Scaccia *dict. cap.* 86. *numero quintageſimo primo*, Guazin. *dict. cap.* 8. *numero primo*, quæ omnia procedunt juxta probabiliorem opinionem: nam non ignoro plures docuiſſe reum non teneri reſpondere in criminibus, ratione quorum pœna gravis imponenda eſt, vel magnum dedecus, aut jactura ſequi poteſt, ſi adeſt ſpes evadendi, ita Joannes Sanctius *in ſuis ſelectis, diſput.* 43. *numer.* 29. qui plures alios refert, Pater Diana *tom.* 1. *tract.* 15. *ſive miſcel. reſolution.* 27. & poſt eos noſtras Trullench. *dict. dub.* 2. *numer.* 7. *& ſeqq.* juxta quam ſententiam conſulere Confeſſarium ipſi reo poſſe, tra-
10 dit *numero* 16. etiamſi aliam ſequatur. Sed Advocatus etiam peccatum mortale incurrit ſi conſulat reo legitimè interrogato veritatem negare, latè Peregrinus *de jur. Fiſc. cap.* 2. *numer.* 155. *& ſeq. lib.* 2. quo plures tam Theologos, quàm Canoniſtas laudat, & ſubdit, quòd tenetur conſulere clienti reſtituere, quod indebitè tenet; & Bartandus *in prax. crimin. regul.* 12. *numer.* 17. docet, quod Advocati, & Procuratores puniri poſſunt, ſi inſtruant reum ad ita dicendum, Guazin. *dict. cap.* 1. *num.* 3. ſed hæc noſtro ævo minimè proſunt: olim enim aliqui rei qui torturam intrepidè paſſi fuere negando, ſpontaneè Judicem vocabant, & pro exoneratione conſcientiæ veritatem detegebant; eo quod
11 ſpes evadendi jam non aderat, à peritiſſimis Theologis inſtructi, ut videre eſt in cauſa necis Balthaſaris Armunia Generoſi, & in cauſa de qua dominus Polo *adverſar.* 187. & aliqua diximus *cap.* 7. §. 2. *numer.* 55. *&* 70. & in aliis quamplurimis: & noviſſimè in cauſa Joſephi Jſaulle, qui ob plura latrocinia ad mortem damnatus erat; & quamquam in tortura negavit, poſtquam Confeſſarium conſuluit, delicta faſſus fuit: In aliis enim patenter viſum fuit mendacium ex aliorum conſilio affirmaſſe in articulo mortis, quod quam pernicioſum ſit, non ſolum animarum ſaluti (quod præcipuum eſt) ſed etiam corporum, ex ſequenti ſpecie deprehenditur, quam tradere decrevi, quia me-
12 moria digna eſt. Dum dominus Dux de Arcos Regnum iſtud moderebatur, quædam fœmina oppidi de Payporta ictu ſclopi interempta fuit, indicia reſultabant in quemdam adoleſcentem, & alium virum non probatæ opinionis; ſed adverſus iſtum urgentiora reperiebantur, ambo carceribus mancipati erant, adoleſcens rixa contracta, lethaliter vulneratus fuit pugionis lignei ictibus in ipſis carceribus. Dum jam in agone videbatur, ſacramento Extremæ unctionis percepto, de conſilio cujuſdam, ut ſocium à pœna excuſaret, faſſus fuit ſe illud crimen patraſſe, aliumque minimè opem, aut auxilium præſtitiſſe, quod in actis Judex inſinuari juſſit; vulneratus ipſe ſalutem poſtmodum conſequutus fuit, & ex illa confeſſione ultimo ſupplicio damnatus, & quamquam errorem confeſſionis allegabat, probare minimè potuit, ſicque in eum ſententia capitalis executa fuit: & Socius ad triremes miſſus; ac demum famoſus quidam Bannitus captus, & in patibulo faſſus fuit ſe crimen illud perpetraſſe, abſque interventione alicujus ex condemnatis,

Sed ſi reus reſpondere noluerit, vel ita reſpondere 13
intentaverit, ut dicat ea, quæ ad negotium ſpectare minimè poſſunt, quid agendum eſt, dubitari ſolet; De jure hoc in caſu torqueri poteſt non ad eruendam veritatem, ſed ad habendam præciſam reſponſionem affirmativam, vel negativam. Blanc. *de judic. n.* 273. Foller. 14
in prax. crim. verb. Et ſi confitebuntur, num. 4. Julius Clarus *dict. quæſt.* 45. *num.* 6. Farin. *quæſt.* 37. *num.* 136. Vulpell. *reſponſ.* 34. *num.* 7. Menochius *de præſumpt. lib.* 1. *quæſt.* 89. *num.* 142. Bajard. ad Clar. *dict. quæſt.* 45. *num.* 4. Scaccia *dict. c.* 86. *n.* 46. Guazin. *d. defenſ.* 20. *c.* 16. *num.* 1. *& ſeqq. & c.* 17. *n.* 1. Matthæus *dict. tit.* 16. *c.* 1. *n.* 10.

Quod intelligendum eſt in delictis atrocibus, pro 15
quibus pœna corporis afflictiva, acerbior ipſa tortura, imponi debet, vel poteſt; ut iſti Doctores tradunt. In levioribus autem, pro quibus pœna levior irroganda venit, pecuniaria coërcitione compellendus reus eſt. 16
Scaccia *dict. c.* 86. *num.* 49. *in prin.* pluribus relatis Guazin. *dict. c.* 17. *num.* 1. At caſu quo tortura infligenda eſt, cum hæc non ad eruendam veritatem inferatur, ſed ad habendam certam reſponſionem, non requiruntur indicia aliàs ſufficientia ad torturam; nam ſufficit quod reſpondere negando, aut affirmando recuſet, Cartarius, Scaccia, Ambroſinus, Clarus, & alii relati à Guazino *dict. defenſ.* 20. *c.* 17. *in prin.* ubi de qualitate, & modo hujus torturæ doctè diſputat.

Sed apud nos recuſantes reſpondere, comminari ſo- 17
lent tribus monitionibus, quas vocamus, *Mandata*, primum ſimplex, ſecundum pœnale, & tertium expreſsè ſub pœna convicti, & confeſſi. Quæ obſervantia in civilibus minimè in dubium revocari poteſt, tum ex traditis per Thomam Treviſanum *deciſ.* 38. *numero primo lib.* 1. & Ant. Matthæum *dict. cap.* 1. *numer.* 9. *&* 10. Tum etiam ex inveterato Curiæ ſtylo, à quo recedendum non eſt, ut alibi dixi; & probat Fontanella *deciſ.* 415. 18
numer. 14. In criminalibus verò, aliquando vidi obſervari, & ex deliberatione Senatus obſervavi, in cauſa Coſinæ Vendrell Generoſi, accuſati de ſtupro; nam interrogatus ſuper Capitulis accuſationis, reſpondebat non ſolum omnino impertinentia ad cauſam, ſed plura, quæ paci, ac tranquillitati publicæ nociva videbantur, ſi in actis redigerentur. Quo percepto, confeſſiones diſtuli, uſque ad ſequentem diem, & ſaho verbo in Regio Senatu, ex illius deliberatione examen proſequutus fui, minimè permittendo, quòd in actis reſponſiones modo prædicto redigerentur; & cum reſpondere ad interrogata noluiſſet, per Mandata prædicta ipſum comminatus ſum. Idem obſervaverat Mag. dominus Ja- 19
cobus Garcia in cauſa Petri Font, qui ut credebantur, inſaniam fingebat, & juxta hanc praxim condemnatus fuit Petrus Torner ad pœnam fuſtigationis, ob furta per ipſum patrata, ſententia publicata per D. Fran. Daca *die* 14. *Auguſti* 1640. ſub examine Nobil. Don Petri Villacampa. Licet verum ſit, quod ex hac ſola confeſſione ficta, nunquam deventum ſit ad condemnationem capitalem; & quamvis in aliquibus cauſis ad declarationem convicti, & confeſſi deventum ſit, condemnatio ex hac confeſſione nunquam fuit ſecuta, Sed tamen caſu quo 20
opus fuerit, fundamento juridico ſimilis praxis nequaquam caret, nam aliqui Doctores tenuerunt, quod recuſantes reſpondere, vel non præciſè reſpondentes, poſſunt damnari tanquam confeſſi, Caſon. *in prax. crim. tit. de torment. cap.* 3. *num.* 2. Mileſ. *in pract. crim. fol.* 88. *num.* 7. Foller. *in præct. verb. Si comparent ante contumaciam, num.* 3. Farin. *quæſt.* 37 *num.* 191. quod procedit ratione pœnæ contumaciæ. Sed cum in Regno ex contumacia confeſſio judicatur, ut infra apparebit; inde eſt, quod tanquam confeſſi damnari poſſint tenuentes reſpondere, vel directè reſpondere recuſantes. Conducunt eleganter verba Aſconii 2. *in Verrem*, ibi: *Cum*

jus

jus venirem esset, diceba accusator apud Prætorem reo: Aio te Siculos spoliasse, si tacuisset, lis ei æstimabatur, ut victo; si negasset, petebatur à Magistratu dies inquirendorum ejus criminum.

21 Sed nihilominus valde dubitarem in gravioribus delictis, ex hac confessione aliquem condemnare capitaliter; nam omnes Doctores nemine dempto, in hoc conveniunt, quod in gravioribus minimè concludo procedat: & adhuc in levibus eam improbant Scaccia *ubi prox.* & Guazin. *d. c.* 17. *n.* 6. acriter impugnando: quare non miror, quod Senatus noster nunquam ex hac sola confessione aliquem condemnaverit ad pœnam acerbam. Quibus ad-
22 ditur, quòd juxta *fores* nemo pro confesso haberi potest, nisi præcedentibus requisitis ad veram contumaciam necessariis, & præscriptis; de quibus infrà, dum de contumaciali processu agemus. Sicque quoties tortura intervenire potest, tanquam tutior via amplectenda meo judicio est, ubi autem tortura intervenire non potest, vel ex qualitate rei, vel causæ, usquedum decisio Senatus adsit, judicium suspendere nefas non erit in capitalibus.

23 Modus autem interrogandorum reorum accuratè à Doctoribus superiùs laudatis traditur, ob quod in his non immoramur; cum suppositis legitimis indiciis ad interrogandum, modus interrogatoriorum formandorum relinquatur arbitrio prudentis Judicis, ut docent Scaccia *d. c.* 86. *num.* 45. quem ad materiam omnino vide; nam *toto illo capite* doctissimè de more tradit quæcunque exoptari possint.

24 Quando autem proceditur ad instantiam privati per accusationem, hæc necessaria non sunt; nam tunc solum confessiones exiguntur super capitulis accusationis ipsius, nec ante eam reus interrogari potest, sicut quando ex officio proceditur; imò post denuntiationem fisci, reus solum interrogatur super contentis in accusationis libello, eo sibi lecto, ut ex communi observantia omnibus notum est. Confessio autem ex officio exacta, an
25 probet, dubitari nequit: nam eo ipso quo judicialis sit, uberior probatio desiderari nequit, præsertim à Fisco semel accepta, ut frequenter acceptari solet in denuntiationis libello; & per hoc non tollitur, quod ex legitima causa confessio revocari possit, non solum post denuntiationem, vel acceptationem, sed etiam post conclusionem causæ constito de errore, ut probat Farin. *q.* 81. *c.* 9. *per tot.* videndus Ant. Matth. *de crim. tit. de quæstionibus* 16. *c.* 1. *n.* 1. *& seqq.* Argel. *de adquir. poss. q.* 2. *art.* 12. *per tot.*

26 Sed si fiat cum qualitate diminuente delictum, dividi qualitas non potest ad imponendam pœnam ordinariam: sed eo modo, & cum illa qualitate accipi debet, si Judex confessione opus habet ad condemnationem, Ant. Gomez *variar. lib.* 3. *c.* 3. *n.* 25. Ant. Thesaur. *decis.* 13. *n.* 7. Farin. *d. q.* 81. *n.* 116. Grivel. *decis. Delan.* 12. *n.* 18. Argel. *de adquir. poss. q.* 3. *art.* 10. *n.* 143. *& seq.* Mastril. *decis.* 146.
27 *per tot.* præcipuè *n.* 26. 40. *& 46. to.* 3. Emmanuel Mendez de Castro *in prax. Lusit. lib.* 1. *cap.* 1. *n.* 46. unde de pœna arbitraria puniendi veniunt fatentes delicta cum qualitate modificante, seu diminuante, ut tenent Doctores superius relati *ibid.* & sequuntur Maceratens. *variar. resolut. lib.* 3. *resol.* 44. *vers. Tertio, quia confessio*, Torreblanca *in epitom.*
28 *delictor. lib.* 13. *c.* 19. *n.* 15. *& seqq.* Thomas Sanchez *consil. mor. tom.* 1. *lib.* 3. *c. unic. dubit.* 13. *in fin.* & ita fuit judicatum in Senatu, sententia publicata per Don Franciscum Alreus, *die* 23. *Octobris* 1630. sub examine Nobilis domini Don Petri Sanz, in causa necis Don Ludovici de Rocafull, quæ per appellationem ducebatur, revocando pœnam capitalem, qua rei condemnati reperiebantur per Gerentem vices Gubernatoris, ultra Sexonam, *sententia dati* 30. *Augusti ejusdem anni*, quos Senatus damnavit in pœnam remigii per quadriennium, exilii perpetui à Regno, & solvendi ducentos morabatinos: in cujus causæ decisione, ob gravitatem rationis personæ interemptæ, interfuerunt, præter Senatores Aulæ criminalis, quatuor Adjuncti ex peritioribus, & antiquioribus totius Senatus, ut testatur idem dominus Don Petrus Sanz *in observat. lit. C. observat.* 46. quam decisionem insequendo pluries in Regio Concilio sic judicari vidi, judiciis interfui, & judicavi non semel. Quamvis post hæc scripta Antonium Matthæum legerim *de crimin. tit. de quæstionibus* 16. *c.* 1. *n.* 20. qui aliter ratione non improbabili, imò urgente, docet, nempe aliter qualitatem probandam; sin minus, ex conjecturis elici, ne reus ad extraordinariam pœnam condemnetur; sed vel absolvatur, vel ad pœnam ordinariam exponatur, quod adhuc intelligi debet, quando qualitas adjecta omnino excusat, non autem quando solum detrahit de gravitate pœnæ.

Solet in exigendis his confessionibus, opus esse reco- 29
gnitionis rei, vel confrontationis ejusdem, cum testibus: quod contingere solet, casu quo testes dicunt notum sibi esse reum de visu, & nomen ipsius ignoratum, vel reum per signa, vestesque describunt: si talis descriptio conveniret alicui ex carceratis, in quem caderet suspicio criminis, vel aliàs indicia adversus ipsum resultant, antequam ab ipso confessiones exigantur, recognitio fieri debet, ut tradunt Scaccia *d. c.* 86. *n.* 53. *& 62.* Caball. *resolut. crimin. tom.* 2. *cas.* 270. *n.* 4. Farinac. *q.* 11. *n.* 25. Guazin. *d. defens.* 20. *c.* 21. *n.* 9. & est omnino necessaria quæ in praxi apud nos recepta est, eodem modo, quo ab ipsis Scaccia, & Guazino proponitur *in eisdem locis*, observando omnia requisita ab ipsis tradita præsertim à Guaz- 30
zin. *d. defens.* 20. *c.* 20. nam constituto Judice in loco carceris, destinato ad confessiones exigendas, ipse jubet Commentariensi, quòd reus apponatur cum tribus, vel quatuor ex carceratis reo similibus, quantum fieri potest, in ætate, aspectu, statura, & indumentis. Re ita præparata singuli testes separatim introducuntur in carcerem, & ab ipso Judice, delato prius juramento, interrogantur sigillatim, an inter præsentes reperiatur ille, de quo loquuti fuere in suis dictis, & si respondent, quod sic, jubentur reum apprehendere, & coram Judice adducere, quo facto reus interrogatur de nomine, & cognomine. Sin autem dicant ibi non adesse, & id verisimile videtur, testes admittuntur: si verò in verosimile præsumitur, vel adsit præsumptio subornationis, timoris, vel affectus, compelluntur per remedia præmissa, & omnia in actis rediguntur. Si verò errent aliud designando, vel aprehendendo, eorum dicta rei non afficiunt (quod non semel contingere vidi) ut Guazin. *d. c.* 20. *n.* 3. docet, imò ex hoc resultat rei exculpatio.

Si autem agitur de convincendo reo, qui testibus co- 31
gnitus est, licet confrontatio utilissima sit, non tamen est necessaria, ut tradit Scaccia *dict. cap.* 86. *num.* 59. & Guazin. *dict. defens.* 20. *cap.* 19. *num.* 1. in ea enim nil aliud desideratur, quàm quod testis de facie ad faciem facti veritatem affirmet cum juramento: Scaccia *ibid. numer.* 59. Caballus *casu* 35. *numer.* 8. *& casu* 185. *num.* 4. & quamquam validius medium est ad reum convincendum, periculosum Fisco esse solet, præsertim quando confrontatio facienda est cum his, quibus reverentiam 32
testes debent, vel potentiam eorundem testes timere possunt, ut Guazin dixit *dict. cap.* 19. *num.* 23. Ego enim non semel vidi testes variantes, & sic quamvis officia criminalia per septem annos, & amplius obtinui, semel ad hunc effectum confrontationem practicavi, nempe in causa Michaelis Puig oppidi de Cocentayna, qui fuit apprehensus tempore grassantis pestis, cum concubina, & plusquam mille ducatis aureis furto ab ausi. In primo examine dixit nominari Don Didacum Vives, & esse oriundum ab urbe Cordubæ, properasseque Valentiam cum uxore, causa emendi ornamenta ad recentes nuptias. In secundo verò variavit, fatendo concubinam apprehensam esse, non uxorem, ut ante dixerat, supervenerunt judicia, ex quibus resultabat, ipsius surrogam fuisse Don Francisci Delpuig, Equestris Ordinis Beatæ Mariæ de Montesa, & hero surripuisse plusquam duo millia aureorum furto, cum aliquibus subaculis,

& aliis indumentis, à vehiculo, quod ducebat in hanc Urbem: facta prius recognitione, ad confrontationem transivi, & unus, ut convinceret ipsum, dixit, in tantum verum esse ipsum Michaelem Puig nominari, in quantum si brachium sinistrum ipsius denudaretur, in eo cicatrix reperiretur, ex vulnere illato per filium ipsius testis. Denudari brachium jussi, & non solum cicatrix vulneris reperta fuit, ut testis asserebat, sed & subucula, qua reus induebatur, reperta fuit esse ex furatis, quibus, & aliis convictus, fassus fuit crimen, & pœnas in patibulo tulit. Sed in aliis causis quæ ad relationem aliorum Senatorum ducebantur, non ita fœliciter evenit, nam, ut dixi, testes variarunt.

33 Solet etiam fieri ejusmodi confrontatio ad fugiendam repetitionem testium, ut docent Scaccia *dict. cap. 86. num. 53.* Farin. *quæst. 72. num. 139.* Caballus *casu 268. num. 14. & seqq.* & Guazin. *dict. cap. 21. num. 4. cum seqq.* (licet similis praxis displiceat Eliseo Dança *in pug. Doctor. tit. de testium depositione. cap. 2.* Novar. *in collect. ad prag.* 34 *Neapoll. in prag. 10. de offic. Jud. num. 232. & seqq.*) & hæc apud nos frequentior est, præsertim quando testes de proximo recessuri sunt, ne amplius venire coram Judice compellantur, in præjudicium ipsorum, qui ægrè ferre solent, quod à patria, vel domicilio ad Urbem revocentur: & damnum ipsarum partium, nam impensis non modicis gravantur; sicque quotidie simili confrontatione Senatus utitur, & hoc in casu certum est, reum posse similes testes interrogare, ut Doctores omnes tradunt *ubi proximè*. De modo autem interrogandi reos, tam in confessionibus exigendis, quàm in recognitione, 35 & confrontatione, ita ut suggestio effugiatur, & de effectibus suggestionis, tam in examine rei, quàm testis; Videndi sunt præter adductos superius, Cartar. *in theor. & prax. interrogan. rèor. lib. 2. cap. 1.* Scaccia *dict. cap. 86. num. 7. & seqq.* Farin. *quæst. 83. num. 84.* Guazin. *defens. 20. cap. 13. lib. 2. per tot.* Ant. Matth. *de crim. lib. 84. ff. tit. 15. de probat. cap. 4. num. 9. 10. & 11.* Sed hodie mos interrogandi testes per infinita partium iterrogatoria, plus confusionis, & damni, quàm utilitatis adfert, ut accuratè perpendit Joannes Oldendorpius *in tract. de jur. & aquit. tit. 10. vers. Eademratione*, quod probat ex Calistrati responso *in l. 3. in princ. ff. de testibus.*

36 Hæc omnia procedunt, reis carceribus mancipatis; sed si capi non possunt, instrumentum de fuga conficitur, quòd à nostratibus appellatur, *Acte de fuga*, & fit dum accedit Judex, vel alius ex ministris deservientibus ad capiendos reos, ad domum inquisiti, & si, eâ scrutatâ, minimè reperiatur, adstantes interrogantur de inquisito, & quod respondent in actis adnotatur, & bona mobilia adnotantur, & sufficienti commendatario servanda relinquuntur, eo quod juxta *foros* bona inquisiti, vel rei distrahi nequeunt, nec adhuc ad expensas, ante condemnationem: sed hæc ad fugam pertinentia, latiùs *infrà* traduntur §. 7. in quo de processu contumaciali, juxta *foros*, & *pragmaticam*, ex professo tractatur. Quare autem adnotatio bonorum fiat, tradit eruditè de more Ant. Matth. *lib. 48. ff. c. 10. de inquisit. n. 19.* videndus etiam Hermanus Vultejus *de Judiciis lib. 2. cap. 5. n. 306.*

§. V.

De speciali solemnitate requisita, per for. 104. de Curia, & Bajul. in crimine falsi, ad inquisitionem transmittendam, sive ad denuntiandum.

TEXTUS.

MARTINUS REX ANNO 1403. Valentiæ.

LO Justicia in lo criminal de le ciutat de Valencia, è qualsevol altres Justicies de les Ciutats, Viles, é Lochs del Regne de Valencia, puixen çascuns en lurs jurisdiccions per mer offici, ab, ò sens instancia de Procurador Fiscal, ò part privada fer inquisicio contra qualsevol persones fahents, ò fer fahents, carta, ó cartes; ò altres qualsevol scripturas falses: les quals *aliàs* de lur natura dejen esser publiques, ò autentiques. Si empero per los Jurats de qualsevol de les Ciutats, Viles, ò Lochs, hon la dita falsia comessa serà; ó per la major part de aquells è per los majorals dels Notaris de aquelles Ciutats, Viles, ó Lochs, si nihaurà, aliàs per los Jurats tots sols, primerament, é ans, è no en altra manera seran dits, declarats, è nomenats als dits Justicies esser colpables, é difamats de les dites coses, ò dalguna daquelles. Les sentencies pero en, é per les dites rahons promugadores, deixen esser donades à consell de prohomens, segons fur de Valencia. Nos empero, ò nostre primogenit, è no algun altre Jutge, Oficial, ò Commissari, salvat lo dit Justicia, nos puixan entrametre de les dites coses, en la forma sobredita, en nostres Ciutats, ó Viles Reals: é los havents mer imperi en lur propria persona, en lurs Viles, è lochs.

SUMMARIA.

1 *Dispositionis seralis tenor.*
2 *Sub hac dispositione, verbis* fori *nudè perceptis, tantum Judices ordinarii comprehenduntur.*
3 *Ex observantia subsequuta, extensa dispositio est ad omnes Curias, & Tribunalia Regni.*
4 *Praxis hujus dispositionis traditur latè.*
5 *Jurati Urbis quo pacto sedent in Regio Senatu, quando ad id convocantur.*
Majorales artis Notaria, in quo loco sedeant, ibid.
6 *Proceres Tabellionum nominantur, ut cum Majoralibus relationem faciant.*
7 *Sedendi modus, & locus convocationis, ad hoc peragendum in Curia Gubernationis.*
8 *Sedendi modus, & locus convocationis in Curia, Justitiæ in criminalibus traditur, quamvis memoria non adsit hujus rei peragendæ.*
9 *Ratio hujus dispositionis traditur.*
10 *Judex ordinarius Urbis judicare debet de consilio Juratorum, & proborum hominum.*
11 *Per imputationem criminis falsi, fama lethaliter vulneratur.*
12 *Qui per se rem aliquam consequi non potest, tenetur consulere peritiores.*
13 *Relatio Majoralium artis Notaria, peritorum in arte censenda est.*
14 *Majorales artis Notaria non possunt quæstiones juris terminare in sua relatione.*
15 *Falsi crimen licet sit difficilis probationis respectu reorum, non verò respectu corporis delicti.*
16 *Jurati, & Majorales jurisdictionem ab officio non habent in crimine falsi.*
17 *In textu jurisdictio nequaquam eis concessa est.*
Judicis officium quod sit, ibidem.
19 *Testes non possunt judicare, neque de quæstione juris quid probant.*
20 *Decisio Senatus.*
21 *Periti, testes reputantur.*
22 *Peritorum relationem, indicio assimulari plures tenent.*
23 *Peritorum relatio est species probationis.*
24 *Majorales, & Proceres Notariorum, tantum deponere, sive relationem facere possunt, de pertinentibus ad artem Notaria.*
25 *Periti deponentes de spectantibus ad artem, quam profitentur, plenè probant.*
26 *Majoralibus injustam relationem facientibus, Fiscus per viam recursus correctionem petere potest.*
27 *Judex dicta peritorum corrigere potest, & debet.*
28 *Praxis corrigendi relationem Majoralium, & Procerum, artis Notaria.*
29 *Notorietas facit, quod peritorum judicium omitti possit, quamvis statutum prohibeat judicare, sine peritis.*
30 *Jurisdictione etiam concessa Majoralibus ex hoc foro, non*

auferitur

auferatur jus provocandi, nec eſt excluſa jurisdictio Ordinariorum.

31 *Deciſio ſacri ſupremi Senatus.*

32 *Sententia ſacri ſupremi Aragonum Senatus, vim legis habent.*

33 *Reus citari ſolet in articulo Recurſus, à relatione Majoralium, quamquam ad ipſum non citetur.*

34 *Defenſio deneganda non eſt in quacumque parte litis.*

35 *Terminus ad probandum denegari reo debet, in articulo hujus Recurſus.*

36 *Copia indiciorum denegatur reo in proceſſu informativo.*

37 *Leges ſive ſtatuta diſponentia, quod reus audiatur, proceduntur lite jam conteſtata, & poſt libelli accuſationis oblationem.*

38 *Copia indiciorum denegatur teſtibus requirendis, ne deſtruantur proceſſus informativi, quæ ratio militat in inquiſito.*

39 *Proceſſu informativo nondum perfecto, adhuc non datur lis in criminalibus.*

40 *Inquiſitus inter reos non enumeratur ante accuſationem.*

41 *Teſtes examinati pro informatione Curiæ, reum non afficiunt, quin repetantur.*

42 *Validitas relationis ex eiſdem actis juſtificari debet.*

43 *Origo hujus ſolemnitatis, ex* privilegio 7. Domini Regis Martini *deducitur.*

44 Privilegium 7. Regis Martini *expenditur.*

45 *Inquiſitus quo pacto audiri debet à peritis, & in cauſa Recurſus.*

46 *Quod non eſt diſcuſſum, non eſt deciſum.*

47 *Deciſio Senatus in favorem Fiſci, ne inquiſito terminus ad probandum concedatur in articulo Recurſus.*

1 IN hoc *textu* cavetur, quod Judices ordinarii poſſint ex mero officio, tam inſtantia fiſcali interveniente, quàm ſine ea, vel Partis privatæ, inquirere contra fabricatores; ſive mandantes fabricari ſcripturas, aut inſtrumenta ejus naturæ, ut publicæ in ſuo genere ſint, cum hoc, quod per Juratos cujuſvis Urbis, Villæ, vel oppidi, & Majorales artis Notariæ, ſi ibi adſint, inquiſiti primitus declarentur ſuſpecti de falſo.

2 Sub hac diſpoſitione, ad literam ſumpta, minimè comprehenduntur alii Judices, præterquam ordinarii locorum, nam de eis cautum loquitur textus, ibi: *Lo Juſticia en lo criminal de la ciutat de Valencia, é qualſevols altres Juſticies de les Ciutats, Viles, é Locks del Regne.* Diſpoſita enim quoad inferiores nullatenus comprehendunt ſuperiores, quia diſpoſitio limitata, limitatum producit effectum; pluribus Barboſ. *axiom.* 73. *n.* 13. *& ſeqq.* & quia conſtitutiones locales ſunt ſtrictè interpretandæ, Berlich, *part.* 2. *concluſ.* 29. *n.* 47. Don Bernard. Barilis *de poteſt. leg. municipal. in Advenas, diſquiſit.* 2. *n.* 1. *in fin.*

3 Sed quoniam ex obſervantia ſubſecuta in omni tribunali, & Curia, uſu recepta hæc diſpoſitio eſt; inde eſt, quòd ubicumque de crimine falſi, pro ſcriptura in ſuo genere authentica, agatur inquiſitionem præcedere debet ſolemnitas à noſtro *foro* introducta; nam illa eſt optima legum interpres, & debet ante omnia obſervari, Berlichius *d. part.* 2. *concluſ.* 36. *n.* 31.

4 Praxis hujus ſolemnitatis in Urbe ea eſt. Informatione Curiæ perfecta, Reique confeſſione ex officio exacta, Jurati Urbis, de quibus *ſupra c.* 4. §. 3. & Majorales artis Notariæ (qui quatuor ſunt, & eliguntur ex inſaculatis ab ipſo Collegio Tabellionum, de quibus latiùs *infrà* dicemus) vocantur ad Senatum, ibique Præſidente Domino Prorege, ſub periſtromate, & ſedentibus Dominis Regente, & Senatoribus in dextero latere, Jurati ad ſiniſtrum ſedent; Majorales autem in humiliori loco,

5 Advocatis informantibus deſtinato. Senator qui crimen inquirit, ea quæ ex informativo reſultant refert, & Majoralibus tradit informationem ipſam, ut accuratè inſpecta, relationem faciant: quo peracto dimittuntur. Ex ipſi ſimul cum Juratis, & quatuor Proceribus artis Notariæ ab ipſis Majoralibus nominandis, juxta *privilegium* 7. *Domini R. Martini*, ſine formali citatione inquiſiti, neque alicujus actus publicatione, neque die, neque Conſule, relationem faciunt, & ſubſcriptam ab omnibus, abſque publicatione, vel alia ſolemnitate tradunt Senatori inquirenti, qui in informatione inſeri jubet. Si 6 autem inquiſitio fiat in Curia Gubernationis, congregantur in Archivio ipſius Curiæ, & præſidente Gerente vices, ad latus dexterum ſedent Aſſeſſores, & Fiſci Patronus, ad ſiniſtrum verò Jurati Urbis, omnes in ſedilibus æqualibus, & in ſedilibus exiguis, & humilioribus. 7 Majorales præfati: ſic practicari vidi *die* 2. *Octobris* 1648. (eo quod fiſci Patroni munus gerebam) in cauſa Hieronymi Molina Notarii, quæ vertebatur in eadem Curia. Si autem fiat inquiſitio in Curia Judicis Ordinarii, 8 ſive Juſtitiæ in criminalibus, cum ipſe Curiam ad audientias, conſtructam habeat in domo Civitatis, credo, quòd in Aulam Juratorum aſcendit, ibique, eo præſidente cum Juratis, hæc peraguntur: ſed quid certi affirmare nequeo, eo quòd noſtris temporibus inquiſitio de hoc crimine, ea in Curia facta non fuit, nec reperire potui, qui de hoc memoriam retineret.

Ratio hujus diſpoſitionis, ea meo judicio aſſignari 9 poteſt; nam ſicut dixi *cap.* 4. §. 2. *num.* 11. Juſtitiæ Civitatum, & oppidorum Regni, cauſas graviores non à ſe tantum, ſed de conſilio Proborum hominum judicare debent, hoc eſt, Juratis & Concilio generali Urbis, vel oppidi conſulentibus *for.* 19. *de crimin.* cum aliis à me adductis *dict. num.* 11. *& ſequentibus.* Itaque enixa voluntas noſtrorum Regum, à quibus Juſtitiæ juriſdictionem habent in officium conceſſam, ea fuit, ut in rebus magni momenti Juſtitiæ à ſe ſoli non judicent, ut ſæpe ſæpius in foris cavetur, & in noſtro textu exprimitur, ibi: *Les* 10 *ſentencies pero, en, é per les dites rahons promulgadores dejen eſſer donades à conſell dels prohomens.* Id eſt: *Sententiæ autem ratione prædictarum rerum ferri debent de conſilio proborum hominum.* Et non eſt mirum, nam juriſdictio ordinaria conceditur *unico civi*, un ſol vehi, *for.* 18. *de Cur. & Bajul.* huic à ſe omnia rectè peragere non eſt facile: in crimine falſi agitur de re gravi, nempe de inquiſitione facienda ratione criminis, cujus imputatio famam lethaliter vulnerat. Conſonum igitur rationi viſum fuit, 11 Juſtitiis ſolis minimè relinqui: ſicque ad inquiſitionem tranſmittendam, ultra Juratos, ei dantur periti in arte, ſi adſint, qui Majorales, & Proceres Tabellionum ſunt, ut ipſi dicant, referant, & declarent, an inquiſitus, ſuſpectus, vel diffamatus de falſo reperiatur; nam cum falſitas deprehendatur ex his quæ pertinent ad artem Tabellionum, qui ſcripturam profitentur, ſtylum in- 12 ſtrumentorum norunt, atque naturam actorum notam habent, Juſtitiæ per ſe id adquirere nequibant; & qui per ſe aliquam rem conſequi non poteſt, conſulere peritiores debet, ut pluribus relatis probat de more Solorçano *de jure Indiarum, lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 4. Quæ omnia depromuntur ex noſtro *textu*, ut ex verbis ipſius patet.

Ex quibus infertur, relationem ipſorum requiri tan- 13 quam peritorum in arte, ut de delicto, & vitio viſibili dicant; non verò ad juris aliquid ex informatione reſultans, terminandum, vel declarandum; nam quoties juris quæſtio terminanda eſt, juriſdictio requiritur, quam ad crimen falſi, neque Jurati, neque Majorales ab officiis, quæ moderantur, habent: *dict. privileg.* 7. non loquitur de inquiſitione, ſive cauſa criminali; auctoritas denique per noſtrum *textum* ipſis attributa tan- 14 tum extenditur ad dictam, declarationem, & aſſertionem diffamationis, ibi: *Seran dits, declarats, é nomenats eſſer culpables, é diffamats de les dites coſes.* Sicque res ipſas, & diffamationem, aut ſuſpicionem, ex ipſarum qualibet reſultante, ſibi ſubjectam habent, ut appareat de ipſa falſitate, tanquam de corpore delicti, & de diffamatione, aut ſuſpicione inquiſiti: nam licet fal-

si crimen inter difficilis probationis delicta enumeretur, ut ex *Julio Claro*, *Farinac.* & aliis probat Guazin. *defens.* 4. *cap.* 9. *n.* 1. tamen *n.* 2. subdit hoc intelligendum respectu delinquentium, non verò corporis delicti, quia ex ipsa falsitate remanent vestigia, & instrumentum suspectum de falso, est factum permanens, ex quo resultare potest & solet vitium visibile, apparens, & patens.

16 Nec aliter res se habere potest, nam Jurati, & Majorales, ut dixi, jurisdictionem ab officiis non habent, & in textu eis neque judicium tribuitur, neque jurisdictio mandatur, sicut in ipso patet ob quod judicare minimè debent, nec possunt; nam judicis officium est controversias legibus definire, *prin. Instit. de offic. Judic.* latè Pichar. *in rub. & prin. hujus tit.* & Doctores passim. Jurati enim,
17 & Majorales legum scientiam non profitentur, ad hoc ut eis litem definiant, & sic, vel testes censendi sunt, deponentes de diffamatione; vel periti à *foro* adhibiti: nam eis assertio, nominisque declaratio tribuitur, ibi: *Seran dits declarats, é nomenats, als dits Justicies esser culpables, é diffamats.* Id est: *Erunt dicti, declarati, & nominati dictis Justi, iis reperiri culpabiles, & diffamati.*

18 Si enim testes sunt, nullatenus judicare, nec de quæstione juris deponere possunt, cum id testibus omnino interdicatur; imò etiamsi actu deponant res juris, minimè probant, ex latè traditis per Jacobum Cancer.
19 *variarum lib.* 1. *cap* 4. *num.* 120. & *seqq.* Xamar. *de officio Judicis, & Advocati, part.* 3. *quæst.* 5. *num.* 25. & sic obtinui in Senatu ad relationem Nobilis domini Don Francisci Bono, in causa Joannis Aranda Agricolæ lo-
20 ci de Quart, contra Petrum Capella, qui testes in re ad quæstionem juris produxerat, & jussum fuit dicta eorum deleri, *anno* 1645. Actuarius earum causarum erat Franciscus Maçana.

21 Cæterùm, ut dixi, magis periti in arte videntur, licet periti testes etiam sint, ut pluribus relatis probat Don Franciscus Amaya *in l.* 2. *n.* 12. 28. & 34. *C. de jur. fisci, lib.* 10. & quamquam plures teneant testes non esse, & eorum declarationes judicium sapere, ut idem Amaya tradit *ibid. num.* 25. Fulvius Pacian. & alii adducti per Fontanellam *decis.* 381. *num.* 18. & *seqq.* Contrariam tamen
22 sententiam probat ipse Amaya *num.* 28. & 34. Sed Pater Sanchez *de matrim. lib.* 7. *disput.* 113. *num.* 7. cum Garcia, & aliis ab ipso relatis, pugnantes ad concordiam reducit, dicens; peritos vices testium obtinere, quatenus deponunt, non litem dirimendo, sed speciem Probationis constituendo; & vices Judicum, quatenus officio juris, vel Judicis, creantur, & per judicium intellectus, rationem dicti adferunt, non verò sensus corporei. Quid-
23 quid enim ex his sit, nemini dubium est, relationem peritorum, speciem depositionis esse, vel speciem probationis constituere, in quo omnes Doctores de probationibus tractantes conveniunt, ut Fontanella probant *dict. decis.* 381. *numero* 21. Amaya *ubi proximè n.* 12. & *seqq.* omnino videndi, & sic solum standum est dictis eorum, in his quæ ad peritiam ipsorum spectant, & ad artem, quam profitentur, ut omnes Doctores tradunt; & videndi sunt præter relatos Farinac. *q.* 74. *n.* 95. & *seqq.* Merlin. *decis.* 70. *num.* 9.

24 Ex quibus resultat, quòd Majorales, & Proceres artis Notariæ, cùm solum hanc artem profiteantur, de pertinentibus ad ipsam relationem facere possint; ut omnes Doctores tradunt, & Farinac. latè *in repertor. judicial. quæst.* 93. *per tot.* Merlin. *ubi proxim.* sicque de vitio visibili, de forma scripturæ, de clausulis solitis, vel insolitis instrumenti, de signaturæ varietate, de matricis immutatio-
25 ne, & sic similibus, quæ ad eorum peritiam pertinent, & ex quibus resultare solet concludens falsitatis probatio, Farin. *quæst.* 152. *num.* 14. Non autem de meritis causæ, cum ea ad Judicem pertineant, & si de facto deponant, eis standum non est, ex dictis superiùs *n.* 18.

26 Quare quotiescunque notoriè deponunt injustè, Fiscus per viam Recursus correctionem relationis petere potest: Tum quia Judex nunquam impeditur dicta peritorum corrigere, interrogando peritiores, Barthol. *in l. ab arbitrio, ad med. nu.* 4. *vers. Committitur nonnunquam, ff. qui satisdare cogantur*, Felin. *in cap. proposuisti, in fin. vers. Facit quod notat, de probation.* latè Stephanus Gratian. *discept. tom.* 2. *c.* 263. *num.* 14. & *seqq. usque ad fin.* P. Sanchez *dict. disput.* 113. *n.* 12. Berlichius *concluf.* 27
practicab. p. 1. *concluf.* 49. *n.* 5. Rota apud Merlin. *dec.* 39. 1
n. 10. Michael Frances Vrrutigoyti *var. resol. c.* 18. *ex n.* 6. Tum etiam, quia per *forum* remedium hoc non est sublatum. Quibus fundamentis fulcitur praxis nostri Se- 28
natus, qua Fisci per viam Recursus provocantis à relatione Juratorum, & Majoralium instantia admittitur, & in ea cognoscitur de relationis validitate, & substantia (& ita notorium esse potest vitium instrumenti, ut solemnitas hæc omitti possit; nam ratione notorii omitti potest judicium peritorum, quamvis lex, statutum prohibeat judicari, quin adhibiti periti sint: Baldus *in l.* 1. *op-* 29
pos. 4. *vers. Ex hoc pono duas conclusiones, C ut qua def. Advocat.* Felin. *in dict. cap. proposuisti, num.* 4. *in fin. vers. Ultimo in hac materia*, Gratian. *dict. cap.* 263. *n. fin.* (& quamvis per suppositionem concedatur per nostrum *textum* concessam esse jurisdictionem Majoralibus, ad hoc ut de 30
diffamatione in omnibus causis criminis falsi cognoscant; non per hoc exclusa censenda est jurisdictio Ordinariorum, ut in terminis probat Marta *de jurisdict. p.* 4. *cap.* 247. *n.* 10. & sic dum Fisci Patroni munus obtinui, practicavi, Recursum emittendo in Senatu ob relationem iniquam factam in causa Vincentii Manuel, quod à pe- 31
ritissimis viris, qui antecessores in eo munere fuerunt, practicatum inveneram. Quod ægrè ferebant Majorales ipsius artis, adeo ut in causa Onufrii Fumat, & aliorum, provocarunt, sive supplicarunt à decreto evocationis Re- 32
cursus, causamque supplicationis introduxerunt in S. Supremo Aragonum Concilio, sed ibi diffinitum, decretum evocationis confirmando, sententia publicata per Joannem Franciscum de Haro Regii Mandati Scribam, *die* 10. *Martii* 1649. qua omnis controversia quievit, cùm sententiæ Supremi legis habeant vigorem, ut dixi, ex domino Leon *dec.* 81. *nu.* 12. *tom.* 1.

Et quoniam in articulo Recursus emissi per Fiscalem 33
citari solet inquisitus, ad cujus favorem relatio peritorum facta fuit, solet inquisitus articulos proponere, ad probandum, quod sibi convenire credit, ut relatio confirmetur, & de innocentia appareat. Dubitari hoc in casu vidi, an concedendus sit terminus inquisito ad probandum? Et videtur, quod sic; nam defensio denegari non debet in quacunque parte litis. Farin. *quæst.* 39. *per tot.* præcipuè *numer.* 30. Guazin. *defens.* 28. *cap* 2. *nu-* 34
mer. 3. & *seqq.* Don Francis. Amaya *in l. defensionis facultas, n.* 1. *C. de jur. fisci, lib.* 10. Demum testes ad perpetuam rei memoriam pro rei defensione in criminalibus recipiendi sunt, ut probat Ant. Matthæus *de crimin. lib.* 48. *ff. tit.* 15. *de probat. c.* 4. *n.* 4. & sic definitur videbatur in Senatu provisione facta in calce supplicationis articulorum positæ per dictum Fumat, & socios, *die* 16. *Octobris* 1646.

Sed contrarium definitum fuit in Senatu, nam licet 35
verum sit, quòd defensio deneganda non est in quacunque parte litis; tamen isto in casu denegari terminum visum fuit rationibus sequentibus.

Prima, nam relatio fit in processu informativo, & 36
est pars illius, & Recursus emissus est ejusdem naturæ, & in his terminis deneganda est copia judiciorum, atque defensio, ut tenent Follerius *in prax. c im. verb. recipiantur defensiones, num.* 22. Bajardus ad Clarum §. *fin. quæst.* 49. *num.* 7. Cartar. *in prax. interrogandor. rer. lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 56. & *seqq.* Guazin. *defens.* 25. *cap.* 1. *num.* 3. nam copia danda non est, nec defensio concedenda, nisi prius fuerit completus, atque legitimatus processus informativus, & testes pro informatione Curiæ, reperiti, aut confrontati cum reo reperiantur: sed sic est,

quod

quod processus informativus non est completus, nec compleri potest, quin hæc solemnitas procedat: ergo denegandæ copia indiciorum est, & minimè concedenda defen-
37 sio. Quod expressè docuisse Scaccia videtur *dict. lib. 1. c. 34. n. 38. & lib. 2. c. 3. n.* , signanter *dict. n. 38.* ibi: *Quandoque vidi ignaros Judices in hoc errasse, & nuperrimè in una jactationum pro Rocho de Gadino, contra Luxium Mazzam, quidam pragmaticus in foro Capitolino patrocinans diffamatum, curavit, non aliter dicto in summario judicio de diffamationibus, præfigi diffamato terminum, statutaque dilationes, ad probandum etiam per omne genus probationis; item eidem diffamato minus præfixo termino ad agendum, hoc est ad proponendum libellum, instituendamve actionem. Quare suborta difficultate, an hujusmodi processus posset sustineri in Assetamento Capitolii die 19. Februarii 1591. in actis Piroti, fuit resolutum non posse sustineri. Neque diffamato suffragabatur statutum, quod allegabat de præfigendis dilationibus: quia facile respondebatur illud statutum procedere post libelli oblationem, litisque contestationem, & calumniæ juramentum. Non enim prius recipiuntur probationes, & in necessarium antecedens, minus datur terminus ad probandum, prout bene tradit Jason in l. admonendi 77. repetit. ult. ff. de jurejurando.*

38 Secunda, nam ideo denegatur copia indiciorum, & defensio testibus torquendis, ne destruatur processus informativus, ut docent Clarus §. *fin. quæst. 25. vers. Solet dubitari*, Scaccia *dict. lib. 1. cap. 100. num. 16. vers. Secundo, & est ratio nostra*, ut diximus *hoc cap.* §. 2. n. 55. sed eadem ratio militat hoc in casu; nam si inquisito antequam accusetur, defensio concedenda esset, processus informativus destrueretur: ergo eadem juris dispositio admittenda est.

39 Tertia, nam omnes Doctores pro contraria adducti docent, quòd in quacunque parte litis admittenda est defensio, prout jura ab ipsis allegata cavent; sed processu informativo nondum perfecto, adhuc non est lis, nam in criminalibus ea non contestatur per confessionem Rei, ex officio exactam, neque per responsionem in processu informativo, sed post accusationem, vel transmissionem inquisitionis, ut tradit Farinac. *quæst. 10. n. 55.* Ant. Matthæus *lib. 48. ff. tit. 13. de Accusationib. c. 7. n. 4. & titul. 20. de Inquisit. n. 17.* quod procedit in nostro Regno, non obstante senten-
40 tia Guazini *defens. 20. c. 18. n. 2.* nam in eo, ut dixi, §. 1. *hujus capitis*, Fiscus vices accusatoris induit, & reos formaliter accusat, neque inquisitus inter reos enumeratur, antequam accusetur: ergo non est locus receptioni testium, & respondeat, ut isti Doctores tenent, Farin. *quæst. 76. n. 1. & seqq.* qui licet *num. 62.* probet, testes recipi posse ad perpetuam rei memoriam, limitat *num. 66.* ante litis contestationem, loquendo inchoata jam lite: sicque in nostro casu, cum lis adhuc contestata non sit, nec ad perpetuam rei memoriam recipi debent, ut expressè in terminis tenet Ant. Faber. *in C. lib. 4. tit. 15. defin. 25. in princip.*

41 Quarta, nam ad imparia judicarentur Fiscus, & inquisitus, eo quod testes examinari pro informatione Curiæ, uti recepti parte non citata, & ante litem contestatam, ac ad finem præparandæ inquisitionis, inquisitum non afficiunt, ut aliis relatis probat Caballus *resol. crim. part. 1. casu 55. n. 1.* & cum eo omnes Criminalistæ: testes verò inquisiti Fiscum afficerent: ergo probatio admittenda non est, nam jus non patitur, quod aliqui ad imparia judicentur: Text. *in l. fin. C. de fruct. & lit. expens.* Franq. *decis. 420.* & *ibi* Addit. Joann. Francis. Leonard. *in praxi Official. cap. 13. n. 47.* Joan. Paul. Galterii *in praxi crim. 2. p. ultim. partis principalis, rub. 1. n. 15.* Neque obstat doctrina Ant. Matthæi *d. n. 4* nam etsi verum sit, reum absolvendum, etsi nihil præstiterit, actore non probante; ex hoc non sequitur probationes Rei sine illius injunctione, vel aliàs nulliter factas, conquassare probationes actoris legitimè subministratas.

42 Quinta, quia in articulo Recursus agitur de validitate, aut invaliditate, justitia, vel injustitia relationis peritorum; sed hæc justificanda, vel improbanda est ex eisdem actis; ergo probationes extrinsecæ admittendæ non sunt; nam sicut ad hoc ut relatio fiat, processus informativus tantùm inspicitur, ad confirmandam, vel revocandam relationem, nil aliud inspiciendum est.

Sexta, nam licet solemnitas hujus *fori* specialiter in- 43
ducta sit ad causas criminales falcitatis, desumpta fuit à simili solemnitate introducta per *d. privileg. 7. Domini R. Martini*, quod de privatione officii Tabellionis civiliter intentata loquitur; nam privilegium fuit conditum à Rege Martino *anno* 1401. forus autem ab eodem Rege *anno* 1403. & praxis id ipsum comprobat, nam in *foro*, nec verbum ullum de quatuor illis proceribus Tabellionum nominandis, ut simul cum Majoralibus relatio- 44
nem faciant; & nihilominus in omnibus relationibus, quæ fiunt pro observatione *fori*, quatuor illi Proceres nominantur, & concurrunt cum Majoribus ad relationem faciendam, & eam subscribunt. Sed in *dicto privilegio* cavetur, quod inquisitus verbo tenus audiatur: ergo pariter dicendum est, in articulo Recursus: nam secunda instantia sequitur naturam primæ, tam in judiciis quàm in aliis rebus veluti peritorum inspectione, & similibus: atque adeo sicut in relatione nullatenus usque adhuc admissa fuit probatio, pariter in articulo Recursus admittenda non est.

Nec ex hoc dici valet, quòd inquisito defensio de- 45
negatur, nam auditur eo modo quo natura articuli patitur, juxta consuetudinem inconcussè observatam in relatione ipsa, & juxta tenorem præfati *privileg. 7.* Nec decisio Senatus obstabit, de qua *supr. n. 34.* nam provisio illa, decisio non est, cum decretum de recipiendis testibus provisum fuisset in calce articulorum, sine causæ 46
cognitione, nec fiscus aliquid in contrarium deduxit, ob quod minimè quæstio discussa fuit, & quæ non sunt discussa, decisa esse non possunt. Quibus, & aliis attentis, réque maturè discussa, decisum fuit in Senatu, non esse concedendum terminum, neque probationem testium admittendam, in causa Dimæ Lorent, & Cosmæ Estana- 47
ga junioris, de hoc crimine inquisitorum, Regia interlocutoria *diei 26. Februarii 1651.* sub examine Mobilis domini Don Antonii Ferrer, tunc Regii Concilii criminalis Senatoris, cujus causæ Actuarius fuit Onufrius Salelles: cætera quia clara sunt in *textu*, consultò omittuntur,

---

§. VI.

De denuntiatione, publicatione processus, & dilationum concessione, ad for. 33. Curiar. anni 1604. junctis aliis juribus.

TEXTUS.

PHILIPPUS TERTIUS REX
Anno 1604. Valentiæ.

ITem per resacar los danys que en algunes occasions se han seguit à persones inculpades en alguns delictes, per no haverlos concedit competent dilacio, fino *momentanea*: supliquen per ço los dits Braços à V. Mt. qui de aci avant en les causes criminals nos puixa abreviar, ne abreviar la dilacio pera les defenses del reos, fino que haja de ser la ordinaria de deu dies en materia principal, y cinch en objectiva: y que per atroz que sia lo delicte, nos puixa abreviar dita dilacio menys de tres dies en materia principal, y dos in materia objectiva: *Plau a Sa Magestat.*

SUMMARIA.

1 *Denuntiatio apud nos quid sit.*
2 *Nuntiare quid sit.*
Denuntiatio, & accusatio apud nos promiscuè sumuntur, ibidem.
3 *Denuntiationis, seu fiscalis accusationis forma.*
4 *Indicia quæ sufficiunt ad accusandum, remissivè.*
5 *Inquisitio debet esse certa, & clara continens criminis qualitates.*

6 *Explica, ut ſufficiat eo modo quo reo defenſio non tollatur.*
7 *Qualitas aggravans delictum, & augens pœnam, licet non enarretur in denuntiatione, ſi probata eſt in proceſſu, ex clauſula generali ſequi poteſt condemnatio.*
In ſic nominalibus quis poteſt condemnari ad aliud, quàm ad id de quo actum fuit, ibid.
8 *Sententia conformis eſſe debet libello.*
Judex non arctatur per libellum actoris in ſuo arbitrio exercendo, ibidem.
9 *In noſtro Regno procedi tur ſola facti veritate inſpecta.*
10 *Ubi procedi tur ſola facti veritate inſpecta, ſententia non debet eſſe conformis libello.*
11 *In Regno omnis proceſſus habetur pro libello, ex foro Deciſio Senatus, ibid.*
12 *Defenſio non tollitur, quando qualitas relativè ad acta proceſſus comprehenditur in accuſatione.*
13 *Accuſato reo, confeſſo ipſius exigitur ſuper denuntiatione, ex foro.*
14 *Praxis publicationis proceſſus, poſt confeſſiones ſuper denuntiatione.*
Si in cauſa accuſati ſint abſentes, & præſentes, quomodo procedatur, ibid.
15 *Dilatio ordinaria in cauſis criminalibus, juxta foros eſt quindecim dierum.*
16 *Dilatio brevior juxta forum eſt quinque dierum.*
17 *Dilatio probatoria currit actori à die conceſſionis, reo à die traditæ copiæ.*
Dies termini non computatur in termino, ibid.
18 *Die ipſius conceſſionis dilationum, repeti poſſunt.*
19 Forus 19. de criminibus *expenditur.*
20 *Deciſio Senatus.*
21 *Dilationes forales, ad favorem rei, dilatari poſſunt.*
22 *Poſt ſententiam Judex ex officio debet inquirere innocentiam rei.*
23 *Salvitas dilationis, ex cauſa legitima, concedi debet actori, ſi petat intra dilationem.*
Deciſio Senatus, ibidem.
24 *Salvitas dilationis, ſive prorogatio, denegatur actori, finita forali dilatione.*
25 *Reſtitutio in integrum adverſus lapſam dilationem, non facile concedenda eſt actori in cauſa criminali, quia reſpectu ejus odioſa eſt.*
26 *Deciſio Senatus.*
27 *Dilatio prorogatur Fiſco, ſi intra dilationem foralem ſalvitatem petat.*
28 *Poſt lapſam dilationem, reſtitutionis in integrum beneficium conceditur Fiſco.*
29 *Explicatione proceſſus judicium incheatur.*
30 *Proceſſus informativus confici poteſt diebus feriatis.*
Acta proceſſus poſt publicationem fieri debent diebus utilibus, ibid.
31 *Limita in atrociſſimo, cauſa urgente.*
32 *Nulla pinguior victima Deo offerri poteſt, quàm reus iniquus.*
33 *Deciſio Senatus.*
34 *Morbus Rei diem differre ſolet.*
35 L. quæ ſi tunc, ff. de re judic. *expenditur.*
36 *Reo capto, licet morbo ſuperveniente, dies judicii non debet differri.*
37 *Reus infirmus relaxandus eſt fideiuſſoribus.*
38 *Ægroto tortura inferri non debet.*
39 *Impedimentum perpetuum diem differre non debet.*
40 *Celeritatem deſiderans cauſa, non admittit dilationem ob morbum.*
41 *Stylus Curiarum Regni.*
42 *Deciſio Senatus, & n. 43.*
44 *Cauſa Fiſci, & partis privatæ, poſt publicationem proceſſus, in ritu non differunt.*
45 *Teſtium repetitio quomodo facienda remiſſivè.*
46 *Concluſio cauſæ, quomodo fiat,*

1 Ex diffinitionibus denuntiationis quas tradit Scaccia *de judiciis, lib. 1. cap. 71. num. 1.* Ea denuntiationi uſu receptæ apud nos congruit, quam deſumpſit à Vital. *in tract. de malef. rub. de denuntiat. nu. 1. & 5.* dicens: *Eſſe denuntiationem, alicujus criminis delationem: unde denuntiare eſt ratione alicujus criminis aliquem ad pœnam deferre.* Nam prepoſitio *de*, auget ſignificatum nuntiationis, argument. text. *in l. 1. ff. de poſtul.* Et nuntiare, *nil aliud eſt, quam notificare eſſe commiſſum maleficium.* Sed ne in quæſtione no- 2
minis immoremur, ut dixi §. 1. *num.* 23. denuntiare eſt formaliter accuſare de maleficio, ſive crimine. Nec apud nos diverſimode nuncupatur accuſatio partis privatæ, aut Fiſci, nam promiſcuè denuntiatio ſumitur pro accuſatione; & ſic ſolum in eo differunt, quòd accuſatio Fiſci ſuſtinetur per informationem Curiæ præcedentem, ut dixi *d.* §. 1 *num.* 14. *& ſeqq.* at verò accuſatio partis privatæ per ſubſcriptionem ad pœnam Talionis, ut tradidi *c.* 4. §. 4. *n.* 12. *& ſeqq.*

Ex quo infertur, ut dixi, *d.* §. 1. quòd noſtra praxis in 3
plurimis differt à propoſita per Farinacium *q.* 11. *nu.* 40. Scacciam *cap.* 86. *num.* 16. *lib.* 1. *de Jud.* Guaz. *ad defenſ. recor. defenſ.* 20 *cap.* 18. *num.* 2. Ant. Matthæum *d. tit.* 20. *lib.* 48. *tit.* 1. *& ſeqq.* & in aliquibus à tradita per Clarum *receptar. ſentent.* §. *ult. quæſt.* 31. *per tot.* Peguer. *in prax. cap.* 12. §. 6. *num.* 7. ſed ut ibidem dictum eſt *num.* 24. *& ſeqq.* conſtito de legitimis indiciis ad tranſmittendam, Fiſcus vices accuſatoris induit, & propoſito libello, quo delicti factum narratur, cum omnibus qualitatibus reſultantibus ex informatione, reum defert, denuntiat, & accuſat, petendo à Judice, quod capi ipſum mandet, confeſſiones ab ipſo exigat, teſtes recipiat, & ſi capi nequit, contumacialiter procedatur, juxta *fori*, & *pragmatica* formam, & bona mobilia adnotentur, ac ſedentia in mala voce conſtituatur, & denique condemnetur in debitas pœnas, & expenſas cauſæ, Quæ quidem praxis eadem eſt ac tradita per Scacciam, & alios ibi relatos. Accuſatio Fiſci ita proponitur; partis autem privatæ in ſubſtantialibus idem continet, hoc uno dempto, quòd Fiſcus factum ex informatione reſultans in proſa narrat; pars autem privata per capitula diſtribuit factum, quod probare intendit.

Quæ autem indicia ſufficiant ad hanc denuntiationem 4
per Fiſcum proponendam, cum præter notata *d.* §. 1. *n.* 24. *& ſeqq.* nihil ſpecialiter per *foros* deciſum reperiatur, ideo addendi ſunt Doctores, quos ad materiam cumulat Sebaſtianus Guazin. *defenſ.* 9. *c.* 2. *per tot.* qui omnes fere adducit.

Sed pro tyronibus notandum eſt, quòd utiliſſima eſt 5
appoſitio hujus clauſulæ: *Cum omnibus qualitatibus, delictis, & circumſtantiis reſultantibus ex informatione, ad quam relatio habeatur.* Nam præterquam quod per appoſitionem ipſius, adimpletur diſpoſitio *fori* 11. *& 12. de accuſation.* alius effectus obtinetur, nempe quod licet inquiſitio debeat eſſe certa, ſpecifica, & clara, continens in ſe omnes delicti qualitates, & circumſtantias, ut bene probat Farin. *in prax. quæſt.* 1. *num.* 11. *& ſeqq.* id intelligendum eſt, ita ut reo defenſio in aliquo non tollatur, ut ipſe *Farinac.* declarat. Et ſic quamquam qualitas aggravans delictum, & augens pœnam, non ſit narrata in accuſatione, dummodo probata reperiatur in informatione, poſtea reperitis teſtibus ſequi condemnatio debet. Et 7
ratio eſt, nam in criminalibus quis poteſt condemnari ad aliud, quam ad id, de quo actum eſt, ut notat Baldus *in l. quid ergo, §. pœna gravior, in prim. lectura*, & quamvis ſententia conformis eſſe debeat libello, *l. ut fundus, ff. comm. dividund. l. fin. Cod. de fideicomm. libert.* & libellus 8
habeat concluſionem annexam, non tamen ea arctat Judicem, quin poſſit extendere ſuum arbitrium, cum id poſſit facere, etiam invito actore, ex cauſa, ut pluribus probat Caballus *reſol. crim. caſ.* 173. *per tot.* qui *num.* 2. teſtatur de communi obſervantia; dicens ſe millies ſervaſſe. Quæ in Regno Valentiæ abſque dubio procedunt; cùm in eo procedatur abſque ulla figura judicii, ſola fa- 9
cti veritate attenta, *fur.* 5. *& 6. de clam. non mut. Clement. ſæpè, de verb. ſignif.* dominus Leon. *deciſ.* 125. *n.* 54. dominus

minus Morlà *in empor. part. 1. tit. 9. quæst. 22. num. 5. & 6.* & ubi ita proceditur, poteſt ferri ſententia non conformis
10 libello, & ſic ſuper cauſa probata, licet non deducta: Cacher. *deciſ. Pedem. 1. nu. 21.* Menoch. *de arbitr. lib. 1. q. 31. num. 5.* Maranta *de ordin. judiciar. 4. part. diſtinct. 9. n. 33.* Grammat. *deciſ. 62. n. 29* Et apud nos non adeſt formalitas libelli, imò ex ejus oblationi s omiſſione judicium nullum reddi non poteſt, *dict. for. 5. & 6. de clam. non mut. for. 7. & 10. de Cur. & Bajulo.* Et ſic definivit Senatus in
11 cauſa Joannis Alcocer, & aliorum de Ayora in ſententia contumaciali, publicata per Gaſparem Maſcarò *die* 21. *Martii anni* 1650. in qua, licet in accuſatione narrabatur reorum divagatio per villam de Ayora tantum, ex informatione reſultabat de divagatione per alia loca Regni, quæ neceſſaria erat ad pœnam ordinariam, in ea ſententia reis abſentibus impoſita, ut *infra* dicetur Ne-
12 que obſtare viſa fuit *Facinacii* ſententia, nam cùm reo non tollatur defenſio, recedendum non eſt à ſententia Caballi, & non tolli apparet ex eo, quod in caſu defenſionis, copia totius informativi proceſſus poſt illius publicationem conceditur, & in illio conſtat de qualitate aggravante delictum, & pœnam augente, quæ virtualiter ineſt in accuſatione, mediante illa generali clauſula relativa ad ipſam informationem. Neque obſtat doctrina domini Leon *deciſ.* 198. *numer.* 8. nam diverſa ſpecies eſt, eo quod diverſa erat res petita, in noſtro verò caſu, jam relativè ad acta petitur condemnatio, ratione omnium delictorum ex informatione reſultantium.

13 Reo ſic accuſato confeſſio ipſius exigitur ſuper denuntiatione, quæ confeſſio formaliter requiſita eſt per *for. 105. de Cur. & Bajul.* ibi: *La cort reba ſacrament, è confeſſio daquell encolpat*, Id eſt: *Curia juramentum deferat, & confeſſionem exigat ab imputato*, ſed juramentum juxta *fori* formam, ut dixi §. 3. *n.* 7. & cum tunc lis conteſtata dicatur; nam interrogatio, & reſponſio, quæ in inquiſitione ſummaria fit, non facit litis conteſtationem, ſed litis præparandæ gratia exigitur; Ant. Matthæus *de delict. d. lib.* 48.
14 *tit.* 20. *cap.* 2. *nu.* 17. *& tit.* 13. *cap.* 7. *num.* 4. ſtatim Judex providet, quod confeſſiones Rei publicentur, & inſerantur, concedendo copiam parti petenti, & dilationes communes, tam actori, quàm reo ad probandum, & probatum habendum, & tam in materia principali, quàm objectiva; quibus elapſis, proceſſus, ſive cauſa, concluſa remaneat, ita ut abſque alia ſolemnitate, ſit in puncto ferendæ ſententiæ; quæ omnia per Actuarium nota fiunt reo, & in actis ſtatim rediguntur. Sed quoniam plerumque evenit, quod in eodem proceſſu accuſati ſint aliqui abſentes, ſimul cum præſente, quamvis, de jure in cunctos procedi poſſit ſimul, ex *l. non idcirco* 44. *ff. de Judiciis*, ita ut expeditio cauſæ in præſentes, non retardet proceſſum contumacialem, quando Fiſcus cognoſcit, quod ex defenſionibus præſentium, reſultare poteſt defenſio abſentium, inſtare ſolet, quod ſuperſedatur in cauſa præſentium, & ita fit uſquedum cauſa contumacialis per ſententiam terminetur. Tradit Dominus Leon *deciſ.* 1. 6. *numer.* 17. *tom.* 1. Sin autem probatio clara ſit, & Fiſcus non veretur abſentes defendi poſſe, contra omnes procedere inſtat. Et caſu quo præſentium cauſa ſuſpenditur, iſti in criminibus levibus, ſidejuſſoribus relaxantur.

15 Circa quam praxim in primis quæro, quæ dilatio juxta *foros* concedenda eſt? Et dico, quod dilatio ordinaria in criminalibus, eſt quindecim dierum, decem ad materiam principalem, & quinque ad objectivam, ut in *textu* habetur, & communis praxis obſervat in toto Regno. Et licet à jure in arbitrio Judicis ſit, ut eruditè probant Ant. Matthæus *lib.* 48. *ff. tit.* 13. *de accuſat. cap.* 9. *per tot.* præcipuè *num.* 4. *in fin* quo dilationes temporis antiquiſſimi explorat, atque quid comperendinatio ſit, docte demon-
16 ſtrat, apud nos etiam in graviſſimis delictis, coarctari dilatio amplius non poteſt, quàm ad tres dies in materia principali, & duos in materia objectiva, ut expreſsè in textu cautum eſt: quæ quidem dilationes currunt actori à die conceſſionis, & reo à die traditæ copiæ, ut vulgò habetur. Sed nota, quod licet dies termini non compu- 17
tetur in termino, *l. ubi lex, ff. de regul jur.* cum vulgat. adductis à Barboſ. *axiomat. 71. num. 5.* & poſt eum à Mathia Berlichio *concluſ. pract. par. 1. concluſ. 74. num. 120. & ſeqq.* & noſtro Petr. Siria *forenſ. queſtion. 33. num. 4. & ſeqq.* apud nos ipſo die conceſſionis dilationum repeti poſſunt teſtes: quæ praxis fundatur in diſpoſitione, *for. 19. de criminibus*, in quo, dum de dilatione verbum fit, hæc habentur ibi: *Los dits cinch dies volem que correguen del dia en avant que ſerà confeſſat lo delat, è correguen ipſo facto fetes les confeſſions ſens ſeri proviſſio.* Hoc eſt: *Præfati quinque dies volumus quòd currant à die confeſſionis rei, & currant ipſo facto, confeſſionibus exactis ſine aliqua proviſione.* Vide reſultat, quòd terminus non eſt dies confeſſionis, ſed factum ipſius confeſ- 18
ſionis, & de facto currere debet dilatio, eo ipſo quo con- 19
feſſio exacta eſt, ut in terminis pluribus relatis probat Don Joſephus Vela *diſcert. 18. num.* 17. Demum, quia in dubio dies termini computatur in termino, quia tempus currit de momento ad momentum, niſi in caſibus, in quibus à jure expreſſum contrarium reperitur, *l. 3. §. minore, ff. de minor.* pluribus Scaccia *de appellat. quæſt. 12. n. 49.* Surdus *deciſ. 189. num.* 1. Fontanella *deciſ. 408. num.* 18. qui licet *deciſ. ſequenti* contrarium teneat, ex ſtylo eſt, ut ibi apparet. Et cum hoc dubium ſuſcitatum fuiſſet in Senatu, in cauſa Joſephi Sugaſte, & aliorum, examinatus fuit Curiæ ſtylus, ſive ipſius Senatus, & ex plurium annorum obſervantia comprobatus fuit, repetendi teſtes eodem die confeſſionis, & ſic judicavit Senatus optimè pro- 20
ductum fuiſſe Gabrielem Caſtells ſocium criminis, depo-
nentem, ſententia publicata per Euſebium de Bonavides R. M. Scribam *die* 14. *Martii* 1652. ſub examine Nobilis domini Don Braulii Eſteve.

Quæro ſecundò, an hæ dilationes prorogari per Ju- 21
dicem poſſint? & quoad rem dubitatione caret, nam favore defenſionis ipſius, uſque ad ſententiam admittendi ſunt teſtes; & poſt eam tenetur Judex ex officio inquirere Rei innocentiam, ut pluribus relatis probat Guazin. *defenſ. 28. cap. 2. num. 5. & ſeqq.* Ant. Matth. *dict. tit. 15. de probat. cap. 4. num. 6.* Quoad actorem diſtingue, an ſit Fiſ- 22
cus, vel privatus. Si privatus ſit, ex cauſa, ſalvitas ei in dilatione conceditur, per modicum tempus, arbitrio Judicis terminandum, juxta ſancti circunſtantias, ſi id petat intra dilationem, ex traditis per Sigiſmund. Scacciam *de judic. lib. 2. cap. 3. n. 5.* nam durante prima dilatione, non dicitur adhuc jus parti quæſitum; & ideo Judex poteſt prorogare, 23
Scaccia *ibid. num. 52.* & ſic me referente fuit per Senatum deciſum in cauſa cujuſdam Alonenſis *anno* 1651. revocando ſententiam Judicis à quo prorogationem intra dilationem denegantis. Et ratio eſt, nam ſi ob impedimentum, majori reſtitutio conceditur finita dilatione, ut probat Farin. *q. 75. n. 433. & ſeqq.* à fortiori, cauſa exiſtente, antequam prima dilatio finiatur, ipſa prorogari debet.

Poſt dilationem autem denegatur, niſi beneficium re- 24
ſtitutionis interveniat; neque hoc facilè conceditur in criminalibus, ex clauſula generali; ex traditis per ipſum Farinac. *dict. q. 75. num. 424. & ſeqq.* nam cum dilatio probatoria ſit de ſui natura peremptoria, ut pluribus relatis docet Scaccia *dict. lib. 2. cap. 3. num. 21.* ſine cauſa clara 25
ſecunda dilatio aſſignari non poteſt, præſertim actori majori; in criminalibus, cujus cauſa odioſa cenſetur. Et ſi de facto concedantur non tenet, ſed geſta mediante illa ſunt nulla ipſo jure, ut probat idem Scaccia *ibid. num. 44.* etſi diverſa capitula proponantur, niſi ſint omnino diſtincta à primis, & conſtet verisimiliter de ignorantia 26
actoris, *for. 56. Curiar. anni* 1564 Dominus Leon *deciſ. 96. n. 2. & 6.* & ſic me referente fuit deciſum in cauſa Joſephæ Vilata actricis, pro ſtupri crimine *anno* 1650. Actuario Policrino Miravet.

Si autem Fiſcus ſit, qui prorogationem dilationis pe- 27
tit, ſi intra terminum primæ ſolet ipſi prorogari, ſive ut vulgò dicitur ſalvitas concedi, uſque ad ſententiam, ex

28 traditis per Scacciam *d. c. 3. n. 51 cum seqq.* Si autem post lapsum dilationem, restitutionis in integrum beneficio implorato, conceditur Fisco nova dilatio, ex traditis per Farin. *d. q. 75. n. 471.* qui plures laudat, & quotidie practicatur in Senatu.

29 Sed cum ex publicatione processus, jam causa judicialiter tractetur, imò ex ipsa accusationis confessione, sive responsione, judicium perficiatur; quamvis omnia præcedentia pro informatione Curiæ gesta, diebus feriatis, etiam in honorem dei fieri possint, ut docet Scaccia *dict. lib. 2. cap. 6. n. 13.* denuntiatio ipsa, & cætera quæ eam sequuntur, nullatenus diebus feriatis geruntur, ut

30 idem Scaccia probat *d. c. 6. n. 1.* sed diebus utilibus; quod probatur ex *for. 9. & 10. de dilation.* Sed an hæc dispositio limitari possit in atrocissimo delicto, ita ut causa legitima existente habilitari possint dies feriati, etiamsi in honorem Dei feriæ instituræ sint, vel dies sacri effecti, & ex contentis in *foro*, dubitatum fuit in Regio Senatu in causa Petri Robles, coram me vertente, qui accusa-

31 tus erat de insultu per ipsum, & alios patrato in via publica, per quam tenditur à præsenti Urbe in villam Matriti Curiam Domini Regis, in personam Nobilis Don Gabriels de Lupian Equestris Ordinis Divi Jacobi, & Gerentis vices generalis Gubernatoris Principatus Cataloniæ, quem insultarunt dum ad Catholicam Majestatem progrediebatur, ut ipsum spoliarent, & occiderent, cum vulnerando sclopi ictu, sed ipse strenue vim propulsando præfatum Petrum Robles lethaliter vulneravit ensis ictu. Accusatione adversus ipsum Robles instituta, testibusque repertis, occurrebant tres feriæ, nempe Dominica ultimi diei Octobris anni 1649. festum omnium Sanctorum, & commemoratio defunctorum, & ex concordi voto resolutum fuit per Senatum, quòd sic, ex *l. provinciarum, C. de feriis*, Illiger. ad Donel. *lib. 24. com. c. 7. lit. Z.* Scaccia *de jud. dict. lib. 2. c. 6. n. 10.* Don Ludovic Peguer. *decis. 53 num. 8.* Bobadilla *in politic lib. 2. c. 21. num. 212.* Petrus Cabal. *resol. crim. cas. 217.* Fontanell. *decis. 170. num. 8. tom. 1.* & doctissimè cum Caietano, Bonacina, Castro Palao, & aliis, noster Ægydius Trullench. *lib. 3. Decalog. cap. 1. dub. 9. n. 3. & 5.* Et ratio est, nam in istis delictis nullum majus sacrificium fieri Deo potest, quam eos qui in suam, & aliorum perniciem divagantur, competenti rigore compesci. Vnde Seneca *in tragœd.* ait, nullam pinguiorem victimam Deo mactari posse, quam reum iniquum, Castrens. *in dict. l. provinciarum, & in l. nemo, num. 4. C. de Episcop. Audient.* cui congruit illud Evangelii: *Beati qui faciunt justitiam omni die*, sicut notat Franc. Mar. *decis. 409. n. 2.* atque sic complices, alii delinquentes, viso, seu, audito celeri supplicio, magis de-

33 terrentur, & examinantur. Quod procedit non solum quoad nullitatem resultantem, ex *c. 1. de feriis*, sed quoad necessitatem præcepti colendi dies festivos; nam præcepta hæc non obligant contra bonum commune justitiæ, vel Reipublicæ, ut cum Bonacina, Sayro, Sanchez, & Castro Palao, tradit Trullench. *d. n. 5.* sicque me referente fuit decisum per Senatum Regia interlocutoria *diei 30. Octobris dicti anni 1649. in præfata causa*; Actuarius illius erat Policrinus Miravet, licet effectum sortita non fuit; nam die quo sententia diffinitiva publicanda erat, è vita reus migravit ex vulnere prædicto. Ad justificationem causæ, quæ aderat, adhibiti fuerunt periti in arte medendi, & Chirurgiæ, & per depositiones, sive relationes ipsorum, constitit in actis de evidente periculo Rei, prout factum comprobavit.

34 Sed in eodem articulo aliud dubium suscitatum fuit, nempe an infirmitas Rei diem differat in causa criminali, & acta processus reddat nulla morbo durante gesta? nam per peritorum relationes apud acta constabat, dictum Petrum Robles lethali vulnere, & gravi febre laborare, ad *l. quæsitum, ff. de re jud. l. 2. §. 3. ff. si quis caution.* & communiter tradita per Doctores in eo textu, *l. quæsitum*. Et videbatur, quod sic, ex traditis per Guazin. *ad defens. reor. defens. 35. cap. 27. n. 1. in fin.* Fontanell. *decis. 550. num. 12. & seqq.* Revard *add. 12 tab. cap. 5.* Sed contrarium fuit decisum; nam textus *in dict. l. quæsitum*, clarè loquitur in absente morbo fontico laborante, ibi: *Cum alter ex litigatoribus febricitans discessisset, & Judex absente eo pronunciasset.* Et sic eum explicant omnes Doctores *ibidem*, 35
& post ordinarios Clarus *dict. §. fin. quæst. 34.* & ibi Bajard. Farin. *q. 11. n. 53.* qui plures refert, Galterius *in pract. crimin. scriptur. 3. part. principal. rub. 4. num. 4.* & sic decisio textus non debet extendi ad reum ad captum, cum eadem ratio perpendi nequeat; nam licet febre, vel alio 36
fontico morbo laboret, dummodo compos mentis sit ad instruendum procuratorem qui eum defendat, non impeditur quoad defensionem amplius quàm cæteri carcerati. At verò absens cùm non audiatur per procuratorem, ut infra explicabo, & venire impediatur, defensionem proponere non potest.

Secundò, quia Doctores criminalis doctrinæ passim 37
quærunt, an reus infirmus relaxandus sit fidejussoribus, ut videre est apud Bajardum ad Clar. *ubi proxim.* Farin. *q. 33. num. 78.* vel an carceribus mancipari possit, dum morbus durat, Farin. *quæst. 27. nu. 83.* non autem quod judicium criminale suspendatur: ergo dispositio *textus* in capto non procedit: aliàs enim sequeretur, quod tot tantique viri hanc difficultatem, seu textus decisionem ignorarint, vel prætermiserint; quod credendum non est.

Tertiò, nam apud omnes dubitatur, an ægroto tortura 38
inferri possit, Francisc. Marcus *decis. 790. par. 2.* Farin. *quæst. 41. n. 93.* Guazin. *defens. 30. cap. 16. per tot.* doctissimus Marius Giurba *cons. 8. n. 5. & seqq.* Si enim morbus fonticus diem differret, supervacanea erat quæstio de tortura ægroto non inferenda, cum ex dilatione diei, decisa quæstio ad ipsius favorem reperiretur, quæ non ita ab omnibus decisa est; nam ut plurimùm dicunt, quod Judex debet adhibere peritos, ut videant, an ipsi reo tortura inferri possit, ut Guazin. refert *dict. cap. 16. n. 2.* Ergo infirmitas non differt diem in reo capto, & torquendo.

Quartò, nam quando adest periculum in mora, & im- 39
pedimentum est perpetuum, infirmitas non suspendit causam, ne justitia partis pereat; nam adhuc in terminis *dict. l. quæsitum*, id probat Scaccia *dict. lib. 2. cap. 9. n. 1904.* & pariter quando causa celeritatem desiderat, ut testatur 40
ipse *n. 1897.* sed infirmitas hujus rei erat ad mortem, & sic perpetua, sicut ex relatione peritorum resultabat, & causa celeritatem exposcebat, ne tantum facinus sine exemplari, & condigna pœna remaneret; ergo dilatio non erat concedenda ob morbum.

Quintò, quia usu, & stylo comprobatum fuit, contra 41
ægrotos gravi morbo laborantes causas prosequutas fuisse, usque ad executionem sententiæ in Senatu nostro, Relatum fuit ab Actuariis antiquioribus, sententiam capitalem latam, & executam fuisse in Andream Daroqui, qui gravi febre laborabat anno 1620. Anno 1633. similem sententiam ferri, & exequi vidimus in N. Palacin, qui unum crus recenter obtruncatum habebat. Causa criminalis prosecuta fuit contra Josephum Sanso villæ de Villamarchant vulnere lethali affecto, anno 1646. Me referente fuit prosecuta causa capitalis versus Joannem Nadal villæ de Benaguazil, lethaliter vulnerarum; 42
sicque pluries observatum reperiebatur, atque adeo juxta hanc consuetudinem procedendi observandum omnino esse sequebatur. Ex quibus omnibus eodem die concordi omnium Senatorum voto fuit decisum, causam prosequendam esse usque ad sententiam diffinitivam, & ejus Realem executionem; hoc addito, quod casu quo reus torquendus esset tanquam cadaver, ut de complicibus diceret, adhibirentur periti, juxta tradita per Guazin. & Giurbam *ubi proximè*. Sed quia dubium dilationis 43
diei non fuit suscitatum per partes, sed inter Senatores dum de primo dubio ageretur, quamvis decisum fuit, non extat declaratio in actis.

Sed ne id etiam prætermittatur, observandum est, 44
quòd

quòd licèt causa Fisci, & causa partis privatæ, ante admissionem accusationis differantur, ut dixi; post admissionem accusationis nullatenus differunt, quoad usum, juxta ea quæ ordinariè emergunt; nam in eis tantum, quæ vel adnotavimus, vel juxta jus commune privilegium Fisco quæsitum est, differri solent. Repetitionis testium materiam attigimus *suprà*, §. 4. & latius probationis in §. 8. trademus.

46 Et licèt superius dictum sit, quòd lapsis dilationibus, processus remanet absque alia solemnitate in puncto ferendæ sententiæ, de stylo clausula hæc apponitur in ipsa publicatione; nam licet effectum sortiri posset, juxta nostrum *textum* tamen nunquam vidi causam terminari absque conclusione, & multum dubitarem causam aliquam definire, quin conclusio præcederet. Bene verum est, quòd cum arbitrarius sit terminus conclusionis, nec à *foro* determinatus reperiatur, juxta factorum qualitatem breviores, aut longiores concedi solent; sed tamen, aut brevis sit, aut ordinarius unius diei, semper Senatus terminum conclusionis causæ designat.

§. VII.

De contumaciali processus ritu, juxta forum 11. *de criminibus cum sequentibus.*

TEXTUS.

JACOBUS PRIMUS REX.

AQuell qui per crim, ò per injuria, ó per malefici se absentarà os desfarà de la Ciutat, ò del Regne, si dins trenta dies de puys que serà cridat nos presentarà à fer dret devant la Cort, sia pres, é haut per confes, é per vençut. Empero la Cort prene ab concell dels Prohomens aquell qui sera cridat, quant que quant aquell trobarà, é daquell faça justicia segons la costum de la Ciutat, jat sia ço que nengun clam contra aquell absent null hom no face, ne perseguesque els bens daquell. Jat sia ço quell vinga, ò no vinga, ans, ò apres del sobre dit terme a nos, ne als nostres, ne a la Cort, ò a algun altre en nenguna manera no sien confiscats, ni encorreguts, ans pusque de tots sos bens fer testament, è totes ses altres voluntats. E qualque hom vulla aquell defendre, sol que Chrestià sia quell que defendrel volra, pus qual defendre ans que sia condemnat. E si en pecunia, ò en aver per aquell haura soferta la injuria, ò el dan serà demanat que sentancia sia donada contra aytal absent, aixi com contra confes, é contumac, sia donada, feyt primerament per lo clamant sagrament sobre la injuria que li serà feyta, ò sobre lo malefici, è sobre la quantitat de la condemnacio. E day tal sentencia nos pusque apelar, enans en les coses, é en los bens daquell qui serà condemnat la sententia jua çosament sia menada à execucio. E si la Cort, ni aquell a qui serà feyta, ò dita la injuria no porran haver ço que serà jutjat, aquell qui sera condemnat stie tan longament fora la Ciutat, ò la Vila entro que a aquell a qui serà feyta, ò dita la injuria, é a la Cort serà satisfeyt, è pagat. Pero sil acusador, ol denunciador demanarà que aquell qui ell denuncia, ò acusa, sia criminalment condemnat, è la qualitat del crim, ço es, la granea del malefici monstrarà que deu esser condemnat criminalment, sia condemnat à conexença, é arbitre de la Cort, é del Prohomens, è aquell condemnat sia bandejat en aixi que si alcu li fatà mal pus sera condemnat, no sia tengut à nos, ne a la Cort. Declara lo senyor Rey, que la hom diu que tot hom la pusca defendre, que sia entes enans quels trenta dies sien passats.

SUMMARIA.

1 *Procedendi adversus absentem varia forma est in unaquaque provincia.*
2 *Citatio necessaria est, adhoc ut legitimè versus quemcumque procedatur.*
Citatio est de jure naturali, ibid.
3 *Citationis materia latè à Doctoribus tractatur.*
4 *Praxis citandi reum absentem explicatur.*
5 *Citatio linearum quomodo, & ubi facienda est.*
6 *Non habens habitaculum in Regno, citatur in loco delicti patrati.*
7 *Citatio literarum subsidiariarum in Regno non est admissa.*
8 *Citatio fienda in loco Curiæ, fieri debet per licitorem.*
9 *Contumacia citationum linearum, quomodo accusari debent.*
10 *Citatio fienda in loco distante à Curia per unam leucam, requirit commissionem per Judicem licitori tribuendam.*
11 *Commissio in Curia Judicis ordinarii Urbis fieri solet verbaliter.*
12 *Contumacia accusatio necessaria est, etiamsi ex officio procedatur.*
13 *Citatio unica pro tribus, quando fieri possit.*
14 *Commissio Judicis requiritur ad citationem secundum juris dispositionem.*
15 *Licitori, sive Nuntio referenti, se citasse de commissione Judicis, credendum non est, & quare.*
16 *In commissione, quæ exprimantur.*
17 *Citatio unica pro tribus, æquipollet trinæ citationi, si contineat terminum trium.*
18 *Citatio per edictum, sive proclama, quomodo fit juxta forum.*
19 *Contumacia citationis per edictum, quomodo accusanda sint.*
20 *Contumacia citationis edicti, accusari debent, etiam diebus feriatis, & festivis.*
21 *Contumacia accusata diebus feriatis, repetenda sunt diebus utilibus.*
22 *Conclusio processus contumacialis, quo pacto fiat.*
23 *Citatio una sufficit jure naturali attento.*
24 *Citatio per edictum, est requisitum necessarium, ad hoc ut reus habeatur pro confesso.*
25 *Nomen actoris, rei, Judicis, continetur, ac causa ad quam citatur saltem implicitè cum termino.*
26 *Examinatio vitus fit in Senatu, antequam ad condemnationem deveniatur.*
27 *Si ex informatione resultat defensio rei, juxta eam judicandum est.*
28 *Absentes de jure condemnari nequeunt.*
29 *Absens de jure non potest haberi pro convicto, & confesso.*
30 *Contrarium procedit de communi consuetudine, & apud nos de foro.*
Declaratio contumacia apud nos fit in eadem sententia condemnatoria, ibid.
31 *Confessio ficta admittit probationem in contrarium.*
Reus absens audiendus non est, ibid.
32 *Causa legitima absentiæ, sive impedimenti comparendi, non est exclusa juxta forum.*
33 *Processu contumaciali in aliquo, respectu ritus, peccante, reus audiendus est.*
34 *Solemnitates processus contumacialis, sub nullitatis decreto requiruntur.*
35 *Defectus formæ, etiam in superfluis vitiat actum.*
36 *Reus sponte comparens intra annum à die publicationis sententiæ contumacialis, audiendus est.*
37 *Reus captus in Regnis Castellæ, & remissus juxta concordiam Regnorum, audiri debet.*
38 *Sed audiri debet eadem pacto, quo rei contumaces audiuntur in illis Regnis.*
39 *Processus contumacialis, reo capto in Regnis Castellæ, validus remanet, extrium Ahlarum decisione.*
40 *Reus audiri debet in hoc casu, eadem pacto, quo rei in Castella Regnis audiri solent.*
41 *Reo probante validas defensiones, sententia contumacialis regulatur sin minus executioni deducitur.*
42 *Quæ dilatio concedatur reo, hoc in casu admisso ad defensiones probandas.*
43 *Sententia contumacialis lata contra minorem annullatur.*
44 *Minori absenti curator decerni potest, & tunc sententia contumacialis rata manebit.*

45 *Recognitio*

45 *Recognitio Rei, debet fieri ante executionem sententiæ, ut constet de identitate.*

46 *Si domus habitationis delinquentis diruta sit tempore citationis, fieri debet citatio in solo.*

47 *Aliter servari in Regno Neapolis tradit Joannes Baptista del Toro.*

48 *Observantia Senatus.*

49 *Citatio facta ampliori termino concesso, an processum contumacialem reddat nullum.*

50 *Solemnitas observata in specie ulteriori reo utiliori non vitiat actum.*

51 *Excessus forma si utilior est parti, non vitiat actum.*

52 *Citatio facta ampliori termino, quam statuto per Pragmaticam, est nulla & ratio.*

53 *In processu contumaciali, qui cadit à syllaba cadit à causa.*

54 *Dilationes legales augeri, vel minui nequeunt.*

55 *Judex non debet esse clementior lege.*

56 *Non quid reo utilius, facturus est Judex, sed quid æquius, & conveniens.*

57 Fabri *opinio defenditur contra* Fontanellam *eam impugnantem, & n.* 58.

59 *In contumacialiprocessu forma mutatur, ex concessione ampliori termini.*

60 *Decisio Senatus.*

61 *Citatio facta per literas citatorias in alio loco, si fiat die feriata, in quocumque ex eis, licet in alio dies utilis sit, contumacia erit nulla.*

62 *Qualitas criminis oppositæ in citatione non verificata in causa, an vitiet contumaciam.*

1 COndemnatio in absentes qui metu accusationis fugiunt, cognita fuit jure Romanorum, ut colligitur ex *l. si in libertate* 28. §. 1. *ff. de bon. libert.* explicat eruditè ex T. Livio, & aliis Revardus *lib.* 1. *conjectan. cap.* 19. tradens modum citationis ad certum diem, ad quam nisi respondisset absens, damnaretur, ejusque bona publicarentur. Licet Ant. Matthæus *de crimin. lib.* 48. *ff. tit. de Inquisit.* 20. *cap.* 2. *num.* 23. teneat, jure Civili neminem condemnari posse, nisi post litem contestatam aufugerit, *l.* 1. *& 2. ff. de req. vel abs. l.* 5. *ff. de pœnis, l. inter accusatorem* 10. *ff. de publicis judiciis*, quæ opinio mihi verior videtur, & eam sequuntur Farin, *quæst.* 11. *num.* 1. & plures ab eo relati, si loquamur de pœna corporali gravi; sed vigore statutorum contrarium servatur. Citatio enim, seu forma procedendi adversus absentem, in criminalibus, varia est, pro cujuscunque regionis, seu populi statutis, & legibus, vel consuetudinibus; & sic quamvis plura per Doctores tradantur, nihil ferè ex his quæ ab uno scribuntur, consonat cum his quæ ab alio tradita sunt, nisi cum de eadem provincia, vel gente verba faciunt. Ex quo resultat, quòd quamvis ratione, forma procedendi apud nos inducta nitatur, minimè alia reddi potest adæquata, quàm sic Legislatori placuisse. Sed ne
2 sine lege, vel Doctore loquentes erubescamus, præmittendum est necessariam esse aliquam procedendi formam contra reos absentes, nam contra ipsos ferri sententia non debet, neque sequi condemnatio absque legitima citatione. Docent Julius Clarus *receptar. sentent. lib.* 5 §. *ult. quæst.* 31. *vers. Et hoc*, latè Don Ludovicus Peguer. *in prax. crimin. cap.* 12. §. 4. *num.* 1. *&* 2. Guazin. *ad defens. reor. defens.* 10. *cap.* 1. *num.* 1. *& seqq.* qui plures referunt. Et ratio est, nam citatio Rei est de jure naturali, ut pluribus probat Socin. *in tract. de libell. seu lit.* Vantius *de nullitat. vub. de nul. ex defect. citat. per tot.* Ful. Pacian. *de probat. lib.* 2. *cap.* 84. Peregrin. Jannin. *de citatio, real.* Ant. Gabriel. *in suis conclus. conclus.* 1. *lib.* 2. *tit. de citat.*

3 Forma autem citationis scribitur communiter à Doctoribus lato calamo, ut docent Donell. *lib.* 23. *comment. cap.* 2. & ibi Illiger. Farin. *in prax. quæst.* 11. *num.* 40. *& seqq.* Clar. *dict. quæst.* 31. *a num.* 15 Scaccia *de judic. lib.* 1. *cap.* 39. *per tot. & cap.* 41. *num.* 1 *& cap.* 91, *& seqq.* Sebastian. Guazin. *dict. defens.* 10. *cap.* 1. *&* 2. Joan. Paulus Galterii *in prax. crimin.* 3. *p. principal. vub.* 2. *per tot.* Ant. Matthæus *dict. tit.* 20. *cap.* 2. *num.* 18. qui plures, & plura cumulant. Sed ut ad formam per textum nostrum, praximque communem hujus Regni Valentiæ inductam deveniamus, animadvertendum est, quòd si imputatus citatus per edictum, vel proclama, non comparuerit intra dilationem *fori*, quæ est triginta dierum, habetur pro convicto, & confesso ratione criminis, ob quod citatio fit. Quæ foralis dispositio, non ita praxi recepta 4
fuit, ut statim per proclama citetur, sed prius trina linearum citatione præmissa (quod desumptum videtur ex edicto Theodorici Regis *articul.* 3. ibi: *Sententia non præsentibus partibus dicta, nullius momenti sit, nisi adversus eum prolata doceatur, qui tertiò convenus, & edictis solemniter inclamatus, adesse contempserit*, quod habetur inter opera Cassiodor. *pag. mihi* 653. (ut clarius habetur in pragmatica sanctione publica *die* 15. *Januarii ann.* 1624. repetita *die* 28. *Februarii anni* 1654. quâ forma hujus citationis ad longum præscribitur: sed ne alibi quæras, in hunc modum faciendam curabis.

Proposita accusatione, & constito de fuga Rei, ut di- 5
xi §. 4. *hujus capitis, num.* 34. citandus est reus ter, per citationem linearum faciendam in domo, quam reus habitabat tempore patrati delicti, *l.* 4. §. *Prætor ait., ff. de damn. infect.* Donell. *lib.* 23. *comment. c.* 2. & ibi Osvald. Illiger. plura congerens *lit. E.* Ita ut Lictor, seu Nuntius, cui hoc committitur, accedat ad domicilium accusati, & ipsum scrutetur, eoque non adinvento, citet ipsum ad respondendum accusationi propositæ, & in signum citationis, lineam faciat ad januam ipsius domus. Et si habitationis domus ignoratur, vel ipsam non habuerit in Regno, constito de hoc in processu informativo, citetur eodem pacto in loco delicti. Quæ omnia juris ratione nituntur; nam in primis nemo citari ob crimen debet, quin præcedant indicia, ut probat Scaccia *dict. cap.* 39. *num.* 1. *& cap.* 84. *num.* 6. *&* 7. & cum accusationem, vel denuntiationem præcedat informatio Curiæ; ideo ad citationem deveniendum non est, usquedum accusatio, vel denuntiatio fiat, & proponatur: quæ ut dixi, proponi nequit, quin resultet probatio sufficiens ad transmittendam inquisitionem. Linearum usus 6
ideo in praxi receptus fuit, ut adsit signum ipsius citationis, loco scripturæ, sine qua non fieri contumacem tenuit Marant *de ord. jud. tit. de in jus vocando*, Illiger. *ubi proxim.* quod longissima consuetudine, & lege approbante, introductum fuit; sicque est verè signum legis ad ipsam citationem, quod fieri debet ad januam accusati, si domicilium in Regno habet, Scaccia *dict. cap.* 40. *num.* 11. Farin. *dict. quæst.* 11. *num.* 41. Guazin. *dict. defens.* 10. *cap.* 2. *num.* 30. Si autem vagabundus sit, vel domicilium communiter ignoretur, constito de hoc in processu informativo, (quamquam Guazinus dicat citandum esse in janua Curiæ, ut ait *num.* 31.) apud nos citandus 7
est in loco patrati delicti, quemadmodum quicumque alius non habens domicilium in Regno, nam literarum subsidiariarum citatio, de quibus idem Guazin *num.* 29. excluſa est respectu degentium extra Regnum. Quæ omnia caventur *in c.* 1. *dicta pragmatica sanctionis*, quæ antiquissima est, licet ejus publicatio renovata fuerit dictis annis 1624. & 1654. Hæc adeo in viridi observantia sunt, ut quamquam reo capto, contendatur habitaculum in Regno habuisse, si per informationem constat ipsum reputarum esse pro vagabundo, vel testes oppidi, in quo degebat dixerint, domicilium certum non habuisse, postea non auditur, nec probatio in contrarium admittitur, ut censuit Senatus in causa Petri Girona oppidi de Almenzafes, qui me referente, dum Judicis Curiæ munus gerebam condemnatus fuit ad pœnam ultimi supplicii, & captus anno 1654. & cum intentaret probare se domicilium habuisse, eo quod per depositiones plurium testium in processu constabat domicilium certum non habere, auditus non fuit, imò sententia in eum executa.

Quæ

8 Quæ quidem citatio non absolutè per Nuntium, seu Lictorem facienda est, nam si fiat in loco ubi Curia Judicis procedentis foveatur, vel in suburbiis, aut aliquo loco ex vicinioribus, tunc Nuntius, jussu Judicis, accedit ad domum, vel locum delicti, & citationem modo prædicto facit, reum ad diem sequentem, feria non exstante, vel si feriata sit, ad subsequentem citando, ut compareat coram Judice ad respondendum accusationi adversus ipsum propositæ per Fiscum tali die, vel per privatum ipsum nominando. Et sic die citationi præfixo non
9 comparuerit, Fiscus, vel actor, accusat contumaciam primæ citationis; & eodem die, secundò citatur eodem modo, hoc uno dempto, quod domus non lustratur; sicut ad primam; & si in die ad secundam citationem præfixo non compareat, accusata secunda contumacia, tertiò citatur eodem die ad sequentem, modo prædicto; & si quarto die designato in tertia citatione, non compareat, tertia contumacia accusatur; quæ quidem contumaciæ per Judicem respectivè admittuntur, & per Actuarium in actis adnotantur, & tertia accusata, atque admissa, Judex providet, quod fiat præconium, quæ quidem caventur *in cap. 2. dicta Regia pragmatica.*

10 Si autem domus accusati, vel locus delicti, in quo citandus est, distat per spatium trium milliarium, vulgò *una legua*, à loco Curiæ Judicis procedentis, vel amplius, tunc expeditur commissio Nuntio, vel Lictori; & si fiat per Judices inferiores, & locus citationis reperiatur extra territorium (intra Regnum tamen) tunc expediuntur literæ requisitoriæ, sive subsidiariæ, ad Ordinarium ipsius districtus, ut in juris subsidium ea
11 exequatur; & hoc in casu, non fit citatio ad diem sequentem, sed assignantur duo, tres, aut plures dies, secundùm distantiam loci citationis à loco Curiæ, ut congruè possit comparere, quæ omnia in arbitrio Judicis sunt, juxta *for. 21. de sententt. & act. l. consuetudinem 8. C. quomod. & quando Judex, l. contumacia 53. §. 1. ff. de re judicat. c. vocatis, 5. qu. 2.* Galterius *in pract. crimin. 3. p. principal. rub. 3. num. 33. & 34.* Nec ter citatur, sed semel pro tribus, faciendo tres lineas, & assignando terminum in commissione per Judicem præfixum, ad quamlibet citationem, & contumaciæ accusantur in illis diebus, ad quos citationes factæ sunt; quod necessarium est, nam contumacia non punitur, nisi accusetur, ut probat Berlichius *par. 1. concl. 17. num. 72. & 73.* Galterius *dict. part. 3. rub. 3. num. 2. & 3.* Herman. Vultejus *de judiciis, lib. 2. cap. 6. num. 145. & seqq.* tunc que sufficit una citatio pro
12 tribus, semper eadem formula servata; ut ex *dict. for. 21.* cum aliis superiùs adductis probatur, Galterius *dict. rub. 2. num. 35.* quod si dies assignatus feria inhabilis reperiatur, citatio fit ad diem utilem proximiorem post ipsam, ut cavetur *in cap. 3. dict. pragmat.* aliàs erit citatio nulla, *l. 1. & ult. C. de feriis*, ad quod attenditur locus citationis, non verò expeditionis, Galter. *dict. rub. 2. num. 49.* Bene verum est, quòd Judex ordinarius Urbis, ex consuetudine, non in scriptis, sed verbaliter commissionem tribuit Lictori ad has citationes peragendas, quæ consuetudo à Senatu causa cognita fuit approbata, non semel: in cæteris verò Tribunalibus
13 commissio in debita forma expeditur, Nec inanis est contumaciarum accusatio, nam ut dixi, juxta veriorem & receptiorem sententiam necessaria est, etiamsi procedatur ex officio, ut pluribus relatis probat Farin. *in repertor. judicial. in fragment. verb. Contumacia, n. 20.* Berlichius *dict. n. 22. & 23.* & Galter. *n. 2. & 3.*

14 Sed ea quæ dicta sunt de commissione expedienda Nuntio, vel Lictori citandi, ea ratione niruntur, nam de jure commissio Judicis requiritur ad citationem faciendam, ut probant Scaccia *dict. cap. 39. num. 3.* Guaz *dict. defens. 10. cap. 2. n. 1. & seqq.* cum subscriptione Judicis, & nomine jurisdictionali illius, ut ipsi probant. Et quamquam juxta communem sententiam, de qua refertur Guazin. *num. 3.* Nuntio se citasse de commissione Judicis referenti credatur, hoc per pragmaticam tantum probatum est, in his quæ fiunt in ipso loco Curiæ: at in longinquis, de commissione apparere debet. Exprimendum etiam est nomen accusatoris; vel Fisci, & causa, ob quam citatur (saltem implicitè per relationem ad accusationem) quod probat Scaccia *dict. cap. 39. numero septimo*, nam in rigore juris, hæc neces- 16
saria non sunt, ut tradit Ant. Matthæus *dict. tit. 20. cap. 2. num. 24.* Et quamquam juxta juris regulas tres citationes requirantur, ut innuit Pichard. *in manuduction. ad prax. in caus. crimin. part. 3. §. 3. in fin.* de consuetudine in longinquis, æquipollet una pro tribus, etiam esset peremptoria, ut probat Guazin. *d. defens. 10. c. 1. n. 11. & 12.* & cum de consuetudine, apud nos lege approbata, non dubitetur, nam ab immemoriali viget, quod unica citatio 17
peremptoria fiat; valebit absque dubio, eo quod continet terminum ipsum assignari assuetum in tribus linearum citationibus, sicque idem est, ac si ter citaretur eodem die, ad comparendum diebus diversis, Guazin. *ibid. d. num. 12.*

Hæc omnia à principio inducta fuerunt per consuetu- 18
dinem rationi juris non repugnantem, imò ab ipsa comprobatam, & postea lege, sive pragmatica sanctione prædicta confirmata fuerunt, & peraguntur antequam ad citationem foralem proclamatis deveniatur. Proclama enim præmissa trina citatione linearum, & accusatis contumaciis earundem, suis in terminis, publicatur, die sequenti, vel ulteriori, ita ut si eadem die ultimæ contumaciæ publicaretur, ritus corrueret, sicuti ex *pragmatica* constat: & non semel in Senatu sic diffinitum vidi. Publicari enim debet per Præconem Curiæ de juridica, in eo- 19
dem loco in quo fieri citationes linearum dixi: In eo enim reus jubetur comparere infra triginta dies forales, ad respondendum super accusatione adversus eum propositæ per N. vel Fiscum coram N. Judice, die N. mensis N. ipsum certiorem faciendo: quod si comparuerit, jus, & justitia sibi servabuntur; sin minus, reputabitur pro convicto, & confesso. Si enim in ipso loco Curiæ publicandum edictum est, verbaliter jubetur Præconi; sin autem in loco longinquo, commissio expeditur in forma, juxta observantiam Senatus: si verò Judex inferior extra territorium procedat, intra Regnum tamen, ut dixi, per literas subsidiarias id exequi curat.

Edicto sic publicato, & constito per relationem Præ- 20
conis publici, quæ in actis adnotatur, die 28. præfati termini, prima contumacia, hora audientiæ, per actorem, vel Fiscum accusatur coram Judice, die 29. secunda; die 30. tertia; & die 31. quarta, ex superabundanti, sive ut apud nos dicitur, magis ex indulgentia, & gratia, quam ex rigore justitiæ: istæ enim contumaciæ si incidunt accusandæ in diebus festivis, vel feriatis, in 21
ipsis accusantur, nam juxta *pragmaticam* continuis diebus accusari debent; sed diebus juridicis immediatè sequentibus, post accusationem ultimæ, repetuntur contumaciarum accusationes sub debito ordine, putà si dies feriati incidant eo tempore, quo secunda; & quarta contumacia accusari debent, & fiunt verbi gratia die 4. & 6. Augusti, quæ feriæ solent esse, die septimo, & octavo juridicis existentibus, die 7. repetitur accusatio secundæ contumaciæ, & die octava repetitur accusatio quartæ, 22
in quibus peragendis exprimendi sunt dies, non solum mensis, numeris adnotatis, sed etiam nominibus uniuscujusque, juxta hebdomadis distributionem (cujus rei omissio nullitatem non inducet, dum adsit mensis numerus) in ultima autem contumacia, vel repetitione jussu Judicis Actuarius tenetur continuare in actis hæc verba: *Quibus omnibus admissis acort*, &c. quæ omnia disposita sunt per *capitula 4. 5. 6. 7. & 8. dicta pragmatica.*

Hæc citandi praxis omnes solemnitates habet à jure 23
requisitas, & nostri Majores prudentissimè excogitarunt formam exequendi foralem dispositionem, quominus rei per ipsam lædantur: nam licet verum sit, quod dura videatur dispositio *juris*, eo quod reo semel condemnato,

condemnato, amplius audiri nequit; durior videretur, si simpliciter proclama publicaretur, sicut *fori* verba, nudè percepta, promunt: sicque lenior via est introducta per praxim, quàm illa, quæ in *foro* præscribitur. Habet, inquam, omnes solemnitates à jure requisitas; nam licet jure naturali attento, sufficiat unica citatio, ut tradit Guazin. *dict. cap.* 1. *num.* 5. (quod sequi
24 forum videtur) praxis communis, & pragmatica sanctio, post eam, introduxit, quod per tres linearum citationes, ac demum per edictum in *foro* contentum, cum competenti termino triginta dierum unusquisque citetur. Quod quidem est requisitum necessarium extante statuto, constitutione, sive lege, quod contumax habeatur pro confesso, sicut apud nos extant. Probant Scaccia *dict. cap.* 91. *num.* 34. *& cap.* 92. *num.* 4. Guazin. *d. cap.* 1. *n.* 13. saltem respectu trium citationum, Farin. *quæst.* 11. *num.* 38. & quamvis reo non amittatur copia, prout vo-
25 luit Farin. *num.* 39. in edicto publicato, continetur Judicis nomen, cum nomine actoris, vel Fisci Curiæ accusantis, & causa, ob quam citatur implicitè, quod est sufficiens, ad hoc ut juxta communem Orbis consuetudinem sustineatur, Scaccia *dict. cap.* 39. *num.* 7. Farin. *dict. quæst.* 11. *nu.* 44. Ant. Matthæus *dict. numer.* 24. assignatúrque terminus foralis: quæ quidem omnia requisita sunt, ut tradunt Farin. *dict. numer.* 40. *& seqq.* Scaccia *dict. cap.* 39. *per tot. & cap.* 4. *num.* 11. 91. *&* 92. Guazin. *dict. cap.* 2. *per tot.* signantet *n.* 10. videndus etiam Vultejus *de judiciis*, *dict. cap.* 6. *à num.* 142.

26 Quibus observatis, Senatus, qui accuratissimè examinat ritum cujusvis processus contumacialis, si in minimo deficere conspicit, iterum inchoare à primo, usque ad ultimum mandat. Si autem perfectè ritus observatus adest, sequitur sententia, qua reus convictus, & confessus declaratur, & consequenter condemnatur ad pœnam ordinariam criminis contenti in accusatione, nisi
27 resultet ex informatione ipsa, qualitas diminuens pœnam; nam eo in casu mitiori pœna damnatur, quia in criminalibus Judex quærere tenetur defensiones Rei, *l.* 1. *§. fin. de quæst. l. si non defendatur, ff. de pœnis*, Ruin. *cons.* 68. *n.* 6. *colum* 4. *post princ. vers. Et potest esse, lib.* 5. Gratian. *discept. forens. lib.* 2. *cap.* 266. *n.* 11.

28 Ratio autem, ob quam condemnatio subsequitur, ea est, nam licet in criminalibus jure Civili attento absentes condemnari non possunt, *l. absentem* 5. *ff. de panis*, *l. absentem* 6. *C. de accusat. l.* 1. *ff. de requir. reis*, ubi Gothofred. Azevedo *in l.* 1. *n.* 1. *tit.* 10. *lib.* 4. *recopil.* Farin. *dict. quæst.* 11. *num.* 1. Pichard. *in §. in summa*, *instit. de Interdict. in tract de prim. & secundo decret.* Don Francisc.
29 Amaya *in l.* 2. *num.* 33. *C. de exactor. trib. lib.* 10. Neque pro convictis, & confessis haberi possunt, *l. pauperan. dum*, 6. *siquidem, C. de Judic.* cum aliis adductis à Farinac. *dict. qu.* 11. *n.* 2. & Don Francisco Torreblanca *de jur. spiritual lib.* 15. *cap.* 11. *num.* 1. & dixi *supr. num.* 1. Ant. Matthæus *dict. tit.* 20. *cap.* 2 *num.* 23. Tamen de consuetudine generali, ut testantur Farin. Torreblanca, & Matthæus *ibid.* pœna hæc contumaciæ imponitur, & apud nos in nostro *textu* cavetur, sicque disputationi locus non est, & de jure fieri posse tenuit Revardus *dict. lib.* 1. *conjectan. cap.* 19. *ex l. si in libertatem* 28. *§.* 1. *ff. de bonis libertor.* (licet communior contraria opinio sit) quòd necessariam fuit ad comprimendas fontium astutias, nam aliqui ita cautè delicta patrare solent, ut prius de disponenda fuga cogitent, quàm de facinore exequendo; & si per absentiam, & contumaciam, causæ exitus suspenderetur, tarò, aut nunquam ad condemnationem devenire Judices possent; cum ex dilatione considerabili, etiamsi postea caperetur, probationes perirent, testium plures decederent, aut ad exteras gentes, vel regiones progrederentur, sicque impossibilis remaneret
30 eorum repetitio, cum citatione, & injunctione Rei. Et quamvis supposita generali consuetudine citandi reos absentes, dubitari solet, an ante sententiam condemnatoriam declarari debeat articulus contumaciæ, ut lato calamo scripsit Scaccia *dict. c.* 97. apud nos ita consuetudine receptum est, ut in diffinitiva sententia, ante condemnationem reus convictus, & confessus declaretur, & immediatè condemnatio sequatur, quod docuit Caballus *resol. criminal. tom.* 1. *cas.* 110. *numer.* 9. si enim declaratio contumaciæ deficeret, condemnatio pœnæ principalis nulla erit, ut pluries judicavit Senatus; nam deficeret probatio fictæ confessionis, quæ pœna contumaciæ est, & quamvis incurratur, non tenet, quin sequatur declaratio incursus, ut in cæteris pœnis notum est.

Secuta condemnatione, reus amplius audiendus non 31
est, nam licet confessio ficta admittat probationem in contrarium, ut pluribus docet Farin. *dict. quæst.* 11. *numer.* 6. *& seqq.* & Torreblanca *dict. cap.* 11. *num.* 7. *&* 26. *cum seqq.* quam sententiam communiorem, & veriorem affirmat; apud nos, cum defensio omnis exclusa sit, post lapsum triginta dierum, per nostrum textum *in for.* 11. *de crimin.* & etiam ante triginta dies, juxta *for.* 15. *de criminibus*, *in fine*, ibi: *Que defendor a aquells absents per lo* 32
Juge no sia rebut, à defendre aquells en colpats dels crims damunt dits: ans prisca enantar lo Juge contra los dits encolpats, segons que porrà, é deurà per fur. Salvant que defendor a allegar, é mostrar justa raho de absencia, sia rebut, segons que serà fahedor. Hoc est: *Quod defensor illorum absentium per Judicem, ut ipsos defendat, ratione dictarum criminum non admittatur: imo possit Judex procedere contra inquisitos, sicut potest, & debet, juxta forum. Sed defensor, ut allegret, & ostendat justam absentiæ causam admittatur, sicut videbitur expedire. For.* 16. *eod. tit.* (quo præscribitur forma allegandi, & admittendi probationem justæ causæ absentiæ) nequaquam audiri potest; quod licet durissimum videatur, ita tamen jura sanxerunt, Text. *in l. prospexit. §.* 1. *ff. qui, & à quibus*, ibi: *Quod quidem perquamdurum est, sed ita lex scripta est.* Vt in simili dixit Galterius *in prax. crim. in* 2. *p. principal. rub. unic. numer.* 29. sicque regula generalis constituta, quòd nequaquam audiendus est absens, vel condemnatus in processu contumaciali, quatuor in casibus limitanda venit.

Primò, quando solemnitas, sive ritus in aliquo pec- 35
cat; nam tunc nullius momenti est processus, & pariter condemnatio, & sententia. Latè Farinac. *quæst.* 11. *numero trigesimo quarto, & seqq.* quòd expresè cavetur in *eadem pragmatica*, *cap.* 10. quo sub nullitatis decreto omnes solemnitates requiruntur, ibi: *Sots decret de nullitat de* 34
les tals sentencies que en los dits processos se publicaran no-fetes, ni guardades les dites solemnitats, o qualsevol de aquelles. Sicque pluries decisum in Senatu, signanter sententia publicata per don Franciscum Alreus, *die* 5. *Novembris* 1640. *in causa Francisci, & Joannis Pardo*, Audit. Nobil. domino Don Petro Villacampa, qua expressa mentio fit de iteratione processus ob defectum ritus. Quare cum in causa cujusdam contumacialiter condemnati, eo capto repertum fuisset, quod deficiebat hæc clausula in fine ultimæ repetitionis contumaciæ edicti, *quibus admissis acord*, quod conclusioni causæ æquipollere videtur, quamvis constitit de instantia Fiscalis, & mandato Judicis, ad id ipsum faciendum, eo 35
quod non reperiebatur in actis, junctis tribus Aulis major Senatorum pars inclinabat pro nullitate processus; nam licet clausula hæc non esset de substantialibus, cum pro forma requiratur ab ipsa *pragmatica* scriptura hujus clausulæ, ut patet *in cap.* 9. ibi: *Item acabades de acusar, y repetir les dites contumacies de la crida, de orde, y provisio del Juge diga, é continue lo Escrivà*, quibus omnibus admissis *acord*, *&c.* Id est: *Item finitis accusationibus, & repetitionibus dictarum contumaciarum edicti, de ordine, & provisione Judicis dicatur, & in actis redigatur per Scribam, quibus omnibus admissis acord, &c.* Inde Senatus sentiebat nullam condemnationem fore. Declaratio sequuta non fuit, nam reus in carcere decessit, dum causa disceptabatur, sed resolutio trium Aularum

larum hæc erat (licet aliquibus aliter ſentientibus :) & ratio eſt , nam quamvis forma requiſita ab ſtatuto,quando finis eſt , quod legitimè citetur, eo perfecto per æquipollens valebit actus , juxta tradita per Don Franciſcum Amaya *in l. certa forma , numero* 41. *C. de jur. Fiſci , lib.* 10. Tamen cum ſtatutum procedat ulteriùs annullando actum qui peccat in forma præſcripta , ut patet ex *cap. ultim. dict. pragmatica,*& dixi *num.precedent.* omnia debent ad unguem obſervari,etiam in ſuperfluo, quale hoc judicabatur,ut docet idem Amaya *ibid. num.* 39. & 40.

36 Secundus caſus eſt, quando reus intra annum à die publicationis edicti ſponte in carceribus comparet,& defendere ſe vult ; nam hoc in caſu ſpecialiter cautum eſt , quod audiatur , & contumacialis proceſſus evaneſcat, ipſo facto ſpontaneæ præſentationis , cum hoc quòd teſtes proceſſus informativi repetiti cenſeantur,*for.* 113. *Curiar. anni* 1626. quod ea ratione conſtitutum fuit , ut rigor procedendi contumacialiter aliquo temperamento leniretur , ſicut in ipſo *foro* dicitur, ibi:*Item Senyor ab deſig de ques modere algun tant lo rigor dels proceſſos de abſencia, ques prætiquen en lo preſent Regne.* Quæ quidem diſpoſitio conceſſa fuit , ita ut reus teneatur comparere ſponte in carceribus Regiis,ut in textus decreto ibi : *Ab ques hajen de preſentar en les preſons Reals :* ſicque ſi alio modo compareat , privilegio annullandi proceſſum non gaudebit; ſicuti ſi intra annum capiatur , nam hoc indultum eſt ſponte comparentibus , ut *forus* habet ibi : *ſe preſentarà voluntariament* , per quam diſpoſitionem noſtra praxis,& jura corrigunt quæ ab aliis Provinciis obſervantur , ut colligitur ex traditis per Anton.Matthæum *dict. lib.* 48. *ff. tit.* 13. *de accuſation. c.* 7. *n.* 2.Quare pluries per Senatum captis aliquibus reis per familiam intra annum , & hanc ſanctionem allegantibus , denegatum fuit remedium. Sponte verò neminem vidi ad effectum remedii conſequendi comparere.

37 Tertius eſt caſus , quando juxta concordiam Regnorum Caſtellæ , & Valentiæ , reus remittitur à Caſtellæ Regno : nam in ipſa concordia contenta in *pragmatica* publicata *die* 11. *Januarii* 1625. expreſſis verbis cavetur, quod ſententiæ contumaciales nullatenus exequantur in reos remiſſos , quin audiantur eodem pacto , quo in Caſtellæ Regno audiri debent , & hoc non obſtantibus *foris*; quod in viridi obſervantia eſt , quoties caſus evenit. Sed
38 dubitatum fuit in Regio Concilio,an iſto in caſu proceſſus contumacialis validus remaneat , nec ne, taliter quod Fiſcus habeat ſuam intentionem fundatam in eo proceſſu , & non egeat novis probationibus:Et trium Aularum reſolutione capta *die* 28. *Maii* 1632. deciſum fuit , contumaciam operari , quòd teſtes habeantur pro repetitis, ſicuti ſi in plenario judicio , cum rei citatione producti
39 fuiſſent , proceſſusque validus remaneat , licet reus audiendus ſit , & admittendus ad defenſiones. Ita enim de jure procedere tenent Flamin. Cartar. *de execut. ſentent. capto Rannuo , cap. final numero* 175. Julius Clarus *recept. ſentent. lib.* 5. §. *fin quæſt.* 45. *numero* 13. & ibi Bajardus, Farin. *dict. quæſt.* 11. *numero* 105. Gaballus *caſ.* 110. *numero* 27. Guazin *ad defenſ. reor. defenſ.* 24. *numero* 14. & *de-*
40 *fenſ.* 25. *numero* 17. Quod comprobatur ex eo , nam in concordia habetur audiendum eſſe , ſicuti in Regno Caſtellæ Rei poſt contumaciam capti audiuntur,ibi : *Declaramos que en los delinquentes que fueren remitidos , no puedan ſer executadas las pœnas que contra ellas ſe impuſieren en rebeldia, ſino que preciſamente han de ſer bueltos en nueſtro Regno de Valencia a oir de nuevo , como en Caſtilla ſe haze , ſin embargo de los dichos fueros, y con eſta calidad , y no de otra manera ſe hagan las remiſſiones.* In Regno enim Caſtellæ ſic audiuntur, teſtibus non repetitis , Anton. Gomez *in l* 76. *taur. numero* 14.Paz *in praxi,tom.* 1. *par.* 5 *capit.* 4. *numero* 17. Curia Philippica *part.* 3. §. 18. *numero* 7. Si enim reus validas defenſiones allegaverit , & probaverit , contumaci-
41 cialis ſententia modificatur , vel regulatur juxta menſuram defenſionis reſultantis ex probationibus ; ſin minus,

ſententia executioni deducitur , abſque nova declaratione:quòd obſervatum fuiſſe ab antiquo notatum habemus, ex reſolutione trium Aularum in cauſa Joſephi Molina, aliàs Lobarrò , manu Illuſtriſſimi domini , ac ſemper domini mei Don Chriſtophori Creſpi de Valdaura , digniſſimi noſtræ Coronæ Vicecancellarii , doctiſſimè hæc , & alia pro poſteritatis inſtructione in libris Regii Concilii adnotantis , dum munus fiſci obtinebat Patroni.

Sicque juxta illius notæ obſervationem , quoties caſus evenit , praxi recipitur , ut viſum fuit in cauſa Balthaſaris Pineda, Joſephi Romero, Jacobi Martorell , Joſephi Villalva , qui quidem , me referente , ultimo ſupplicio damnatus , & à Regnis Caſtellæ remiſſus fuit anno 1654. & conceſſa dilatione ad defenſam , copiam proceſſus formaliter poſtulavit ; & ei conceſſa fuit ex deliberatione Senatus , nam eo ipſo quo defenſio conceditur , & copia concedenda eſt , ut dixi , reſpectu teſtium torquendorum §. 2. *hujus capitis, numero* 52. Sed dilatio quæ concedi debet ad proponendas, & probandas defenſiones , dubitari poteſt qualis eſſe debet ? Et licet meo judicio , arbitrarium hoc eſſe credam , eo quod , ut dixi, reus admittendus eſt,eodem pacto,quo in Regnis Caſtellæ admittitur , ut dixi,ibi enim dilationes arbitrariæ ſunt Judici , Pichardus *in manudict. ad prax. part.* 3. §. 3. *de cauſ. crimin. numero* 21. & in hoc caſu *fori* non diſponant, cum imò ſimilis defenſio ſit exceptio regulæ *forum*, defenſam hoc in caſu denegantis : tamen obſervantia conformis ab initio promulgationis pragmaticæ ea fuit , ut concedatur terminus quinque dierum contentus *in for.* 53. *Curiar. anni* 604. ſed hoc intellecto , quod non tres ad materiam principalem , & duo ad objectivam concedantur, ſed abſolutè ad defenſionem dilatio quinque dierum conceditur , nam ſalva manere debet , ut dixi, Fiſci probatio. Et cùm de facto Actuarius quidam ſtylum conceſſionis ordinariæ ſequendo , continuaſſet in actis conceſſam fuiſſe dilationem modo prædicto , ego qui Fiſci Patronus aderam , nullitates allegavi , & obtinui.

Quartus eſt caſus , quando contra minorem viginti 43
annis lata eſt ſententia contumacialis. Tunc enim ſi adverſus eam reſtitutionis in integrum remedium imploraverit , concedi debet adverſus confeſſionem reſultantem ex contumacia : (nam ut ſupra dictum eſt , minores ratione ætatis non excuſantur à pœna , *for.* 6. *de minor.* dixi *capit.* 1. §. 2. *numero* 20.) Probat Farin. *dict. quæſt.* 11. *numero* 32. *& ſe q.* Ant. Matthæus *de criminibus, lib.* 48. *ff. tit.* 16. *de quæſtionib. capit.* 1. *numero* 12. (qui licet conſtanter teneat ad reſtitutionem hanc , requiri quod de errore , vel circumventione appareat;tamen ſatis circumventio ætatis probatur , dum ex actis reſultat ficta confeſſio :) & ita deciſum pluries in Senatu , & ſignanter ſub examine Nob. domini Don Petri Villacampa , in cauſa Thomæ Angreſola Generoſi , ſententia publicata per don Fran. Daça , *die* 19. *Julii* 1639. & poſtea in cauſa Petri Joannis Alapont , in cauſa Joſephi Cardona , & aliis plurimis. Quod intelligendum 44
credo , caſu quo abſque curatoris decretatione ad cauſam ipſam adverſus minorem procedatur , prout ordinariè contingit , eo quod reo abſente , nemo eſt qui poſſit exceptionem minoris ætatis opponere , & probare. Si verò ex informatione ipſa , vel aliunde reſultaret, reum minorem eſſe , cum eo in caſu notum fuiſſet Fiſco ,& Judici , quod cum minore agitur , decretandus eſſet curator , ne judicium redderetur illuſorium,text. expreſſus *in l. in univerſi , C. qui dar. tutor poſſint* , junct. *l.* 4 *C. de auct. præſtand. & l. propter* 7. *C. ad l. Jul. de adulter.* docet Anton. Matthæus *lib.* 48. *ff. dict. titul* 16. *capit.* 1. *numero* 11. *& ſeq.* & ſententia lata cum eo curatore in proceſſu contumaciali , firma maneret , nec beneficium concedendum foret , cum curator ad effectum dumtaxat decretaretur , ut reum à contumacia arceret , niſi

aliàs de errore, vel læsione appareret : & nota, quòd si plures in eadem sententia condemnati sunt, & unus sit minor, nullitas hæc non afficit sententiam quoad alios; nam licet una scriptura concepta reperiantur, tot tamen sententiæ reputantur, quot sunt condemnati, & ita in sententia proximè adducta anni 1639. condemnatio in don Simonem Petrum Loris non fuit commutata.

45 Extra hos casus, reo capto, sententia exequi debet, facta ipsius recognitione, ut Farinacius, Clarus, Scaccia, & Guazinus cum ab eis relatis docent *ubi proximè*, ut statim constito de identitate, ad executionem sententiæ deveniendum sit. Sed circa praxim hujusmodi procedendi aliqua quæri solent.

46 Primo quæritur, si domus in qua reus habitabat tempore patrati criminis, diruta reperiatur tempore citationis, ubi fieri citatio debet per lineas, & edictum? nam habens domicilium tempore delicti, in Regno, citari debet in ipso domicilio juxta *pragmaticam* : citatio enim in loco delicti subsidiaria est, casu quo vagabundus sit, vel domicilium in Regno eo in tempore non habuerit, ut dicitur *cap.* 1. ibi: *Si lo reo te domicili dins lo Regne se han de fer a les portes de la casa a* 47 *hon habitava al temps que comete lo delicte.* Joannes Baptista de Toro *in comped. decis. tom.* 1. *verbo, Citatio ad for. judicandum*, ait, observatum fuisse in Regno Neapolis fieri edictum in locis frequentatis illius loci Apud nos observantia est, quòd citatio linearum, & edicti, fiat in solo domus diruta. Sic enim observatum fuisse in Senatu vidi in causa Jacobi Matthei Bajuli loci de Aldaya, cui domus demolita fuit ob receptationem Vincentii Monreal famosi 48 Banniti, & citationibus factis in solo domus diruta, secuta fuit condemnatio sub examine Magnifici domini Hieronymi Sanz. Quod etiam observatum fuit in causa Don Jacobi Ruiz de Castellblanch Domini oppidi de la Torrebaxa, cui pariter domus demolita fuit, & factis citationibus in solo, condemnatio secuta fuit, sub auditione Nobilis domini Don Brauli Esteve, actuario Petro Joanne Guichart, & quod amplius est, condemnatio executa quoad pœnam pecuniariam.

49 Secundo quæritur, *in cap.* 2. *dicta pragmatica* cavetur, quòd si reus habeat domicilium in loco Curiæ, in qua processus contumacialis instituitur, aut in aliquo ex proximioribus, Nuntius accedat ad locum domicilii, & reum citet, lineam ad januam ipsius faciendo, ad diem sequentem, feria non existente; & ea extante, ad immediatum diem utilem subsequentem, ut superius dictum est; si citatio fiat ampliori termino concesso, utilis ne erit, vel quasi contra formam 50 *pragmaticæ* processus contumacialis nullus? Et prima fronte videbatur utilem citationem esse, eo quod licet forma statuti debeat adimpleri specificè, & non per æquipollens, tamen quando solemnitas observatur in specie ubertiori, quæ quidem utilior est reo contra quem proceditur, videtur in ea inesse formam specificam ab statuto inductam, cum non sit inhærendum verbis, sed menti statuentium, aliis relatis Alderam. Mascard. *de gener. statutor. interpretat. conclus.* 76. ibi : *Quod licet in citatione certa forma requiratur a statuto, satis erit, si illa tacitè in citatione includatur.* Tradunt etiam Signorolus de Homod. *consil.* 17. Tuscus *liter. F. conclusione* 419. *numero* 6. Giurb. *obser.* 98. *numero* 14. Petrus Fontanella *decis.* 440. *num.* 18. *& seqq.* ubi probat excessum formæ non vitiare actum, quando major terminus assignatur, & utilior est reo : eo quod major terminus ad comparendum concessus, in ejus utilitatem cedit : ergo non vitiabitur actus eodem pacto, quo si ab statuto requiratur æstimatio facienda per quatuor, & fiat per octo. Quod quidem receptum est, in tempore subhastationis rei, quæ judicialiter distrahenda est; nam per *for.* 10. *& 13. de evictionibus*, licitari debet per triginta dies res distrahenda, si immobilis sit; si verò mobilis, per decem, & si subhastatio fiat per plures dies, non vitiatur distractio judicialis : in quam sententiam videtur inclinasse Scaccia *lib.* 1. *de Judic. cap.* 97 *num.* 39. ibi : *De consuetudine tamen vidi quandoque contrarium; quia cum actio tendat ad favorem rei, ut non audietur opponens.* Quæ allegabantur in causa Augustini Jordà oppidi de Nules, per Doctorem Claudium Bertina hujus Urbis Advocatum disertum, pro Fisco Illustris Marchionis de Quirra. Quibus addendus Ant. Matthæus *de Auctionibus lib.* 1. *c.* 8. *n.* 10. dicens, executorem tametsi non rectè fecisse augendo promulgationum dies, fecit tamen rem, neque debitori, neque interessoribus, & creditoribus inutilem.

Sed contrarium est verius, nam si in causa contuma- 52
ciali non fuerit servata forma, nec servati termini à jure, stylo statuto, vel consuetudine introducti, & præfiniti, sententia, & processus nullius roboris sunt, ut pluribus relatis probant Iul. Clar. *in* §. *fin. quæst.* 31. *post. vers. Quæro modo*, Farin *quæst.* 11. *num.* 36. *& seqq.* Scac- 53
cia *dict. numero* 39. Ant. Faber *in C. lib* 8. *tit.* 17. *diffin.* 3. (ubi eleganter docet, quòd non obstat utiliorem esse reo) Guazin. *defens.* 10. *cap.* 2. *num.* 22. nam ut ait Farin. *ibid.* in banno, qui cadit à syllaba, cadit à causa; quod apud nos maximoperè est receptum, cum pragmatica clausula irritante munita sit, & dilationes per eam statutæ, sint legales, nempe per ipsam *pragmaticam* diffinitæ; 54
& dilationes statuti augeri, vel minui nequeunt, maximè ubi per dilationem pœna inducta est, (ut in nostro casu, quæ est contumaciæ) pluribus Francisc Marcus *decis.* 37. *n.* 3. Joan. Baptist. de Toro *in compend. decis. tom.* 3. *verb. Citatio ad informandum.*

Nec ex ea ratione, nempe utiliorem esse reo assigna- 55
tionem ampliori termini, tenenda prima sententia est; nam ut ait Scaccia *ubi proximè : Judex non debet esse liberalior, seu clementior lege,* §. *oportet, in Authent. de jud.* aliis relatis Gana Verro *decis. Neap.* 56. *n.* 44. & ut firmat Faber *ibid. Non quid reo utilius futurum sit, est inspiciendum, sed quid æquius & convenientius.* Quando enim solemnitas à lege statuta requiritur in aliquo actu, utilitas alicujus non debet attendi, nisi simul solemnitas requisita per legem interveniat : Glossa *in c.* 1. *verb. præsertim, de reb. Eccles. non alien. & in C.* 1. *verb sedem, ne sed. vacant.* Barbosa *in l.* 1. *part.* 5. *num.* 9. *ff. solut. matrim.* Giurb. *ad consuet. Messan. c.* 14. *gloss.* 7. *numero* 1.

Ex quo infero, *Fontanellam* non vidisse doctrinam *Fa-* 56
bri, de qua in ea diffinitione; si eam inspexisset, utique contrarium firmaret, cum *Faber* apertè dicat, non quid utilius, sed quid æquius inspiciendum. Neque consuetudo de qua *Scaccia*, sequi seu admitti potest in Regno, cum non extendatur de loco ad locum: paritates autè adductæ 57
non faciunt ad rem, cum illa æstimationis rei distrahendæ, de qua *Fontanella*, non mutet formam, eo quòd majori numero, minor continetur, pluribus Barbosa *axiom.* 215. *n.* 1. in nostri facti specie forma mutatur, nam eo ipso quo, citatio fieri cavetur ad diem sequentem, eodem die sequenti geri secunda jubetur, & sic de tertia, & 58
omnes inter se æquales esse debent, quoad terminum, atque adeo mutato termino primæ, sicut in specie proposita mutabatur, cum reus citatus fuisset die 12. Junij ad diem 22. & hoc eodem die secundo ad diem 23. & eodem die ad 24. secunda citatio non reperiebatur facta in die ab statuto præfixo, neque contumacia primæ legitimè accusata, modo quo per *pragmaticam* cautum reperitur, neque termini citationum æquales erant; ac per consequens peccabat in forma : illa alia termini subhastationis, consuetudine apud nos est introducta, & si in nostra specie de simili consuetudine constaret, res esset extra dubium: sed cum de tali consuetudine non pos- 59
sit constare, inde est, quod forma *pragmatica* servanda sit : & secluſa consuetudine, ego crederem, terminum subhastationis prorogari non posse, ex deductis per Fabrum *ubi suprà*, signanter quando ab statuto pro forma præfigeretur cum clausula irritante, ut nostra Pragmatica concepta reperitur. Ant. Matthæus *dict. num.* 10

non

non loquitur de ſtatutario termino, ſed de aſſignato per Judicem executori, quod non inducit formam. Quibus omnibus attentis, Senatus nullum proceſſum contumacialem pronuntiavit, me referente, in cauſa Recurſus interpoſiti per Auguſtinum Jordà, à ſententiis capitalibus in eum latis per Aſſeſſorem dicti Marchionis, interlocutoria *diei 15. Aprilis anni 1652.* cujus cauſæ Actuarii erant Jacobus Almenara, & Policrinus Miravet. Satis enim favorabile fuit reo conceſſio amplioris termini, nam annullato contumaciali proceſſu, & deficiente confeſſione ficta, fœlicem exitum in cauſa habuit.

60

61 Citationes expeditæ in uno loco pro citando reo degente in alio, ſi in iſto dies citationi præfixus ſacer, vel feria ſit, etiamſi locus expeditionis ſimile feſtum non colat (quod contingere ſolet, quando loca ſunt in diverſis Diœceſibus) nullam eſſe citationem concludunt Joannes Baptiſta de Toro *in compend. deciſ. tom. 1. verb. Citatio*, Gualter. *part. principal. rub. 2. n. 49.* nam attenditur locus factæ citationis, non verò judicii: ſed Innocentius, & alii *in cap. fin. de feriis*, tenent contrarium. Caſus ad Senatum non fuit meo tempore delatus in cauſa criminali, bene verò in civili; & deciſum, nullam eſſe citationem, me referente: ſed communiter obſervatur, quòd citationes ubique fiant diebus utilibus. An verò qualitas criminis appoſita in ci-

62 tatione, quæ non verificata eſt in cauſa, vitiet citationem, ut putà ſi in ea dicatur, homicidium commiſſum ex inſidiis, & in actis de inſidiis non conſtet, negat Guizzarel. *deciſ. 16. n. 11.* Joan. Baptiſt. de Toro *tom. 2. verb. Citatio.* Quando autem citatio eſt facienda, unica linea pro tribus, in locis longinquis an debeat expreſſari, *quod ſit una pro tribus*, ut in noſtra *pragmatica* cavetur; an verò ſufficiat, quod per æquipollens exprimatur: explicat idem Torro *verb. Citatio ad informandum, tom. 3.* Cætera tradunt Doctores Criminaliſtæ, quæ quia inſtituti noſtri non ſunt, conſultò omittuntur: ſed qui cupit habere, adeat Julium Clarum, Bajardum, Farinac. Scacciam, Caballum, Guazin. Ant. Matthæum, Berlichium, & alios per eos relatos, in locis ſuperius adductis *hoc eodem §.* qui plura, & plures tradunt.

§. VIII.

De probationibus; delictis & pœnis, ad forum 101. de Cur. & Bajul. junctis aliis pluribus juribus.

TEXTUS.

ALFONSUS PRIMUS REX. Anno 1329. Valentiæ.

SI de paraula ſerà algu denunciat de furt, è la coſa furtada ſerà atrobada en ſon poder, è ſerà perſona ſoſpitoſa, è de mala fama, lo Juſticia permer offici, ſens part, puixa fer inquiſicio contra aquell. Salvades empero a ell totes juſtes, è legitimes excepcions, è defenſes. E ſi per les dites excepcions, è defenſes no moſtrarà juſta cauſa, per la qual la coſa furtada ſia venguda en ſon poder, que puixa eſſer condemnat ſens altra prova. Volem empero, que ſi turments haurant loch en lo dit cas, lo Juſticia aixi en los turments, com en acordar, é donar la ſentencia, haja haver concell, é acort ab los Jurats, é Concellers, é ſeguir lur concell. Nos empero no puixam ay tal inquiſicio de mer offici comanar à alguna altra perſona ſino al dit Juſticia.

SECTIO PRIMA.

SUMMARIA.

1 *Probationes in criminalibus meridiana luce clariores eſſe debent.*

2 *Indicierum violentorum probatio, plena efficitur ad condemnandum, ad pœnam ordinariam in ſupremis Tribunalibus.*

3 *Inventio rei furtæ de jure facit indicium ad torquendum.*

4 *Inventio rei furtæ* de foro *habetur pro plena probatione.*

5 *Explica* forum, *ſi rem ſolitus ſit malè facere.*

6 *Mala fama requiſita à* foro, *debet eſſe in eodem genere mali.*

7 *Semel malus ſemper præſumitur malus in eodem genere.*

8 *Deciſio Senatus.*

9 *Res furtiva apud aliquem inventa, non probat furtum ſi doceat de auctore.*

10 *Sed hoc probandum per reum.*

11 *Inventio partis rei furtæ, ſeu magni furti, penes aliquem, non ſufficit ut condemnetur ad pœnam totius furti.*

12 *Interpretatio extenſiva non admittitur in* foris, *neque in diſpoſitionibus pœnalibus.*

13 *Pœna ſimplicis furti ex* foro *eſt verberum, ſed magni furti eſt capitalis.*

14 *Deciſio Senatus.*

15 *Reus, apud quem inventa eſt pars magni furti, quamvis non condemnetur pœnâ ordinariâ, condemnatur extraordinariâ pœnâ, majori, quàm illâ quæ correſpondet parti.*

16 *Deciſio Senatus.*

17 *Pœna magni furti per quos* foros *imponatur.*

18 *Accuſatus ratione unius furti, ſecuta confeſſione aliorum, punitur ratione omnium.*

19 *Limita ſi pars furti reperiatur apud aliquem, quando factum fuit cum qualitate, quod pœna ordinaria ex minima parte debeatur.*

20 *Deciſio Senatus.*

21 *Reo condemnato ad pœnam extraordinariam defectu probationis, condemnari nequit ad intereſſe rei furtæ.*

22 *Deciſio Senatus.*

23 *Birrorarii, qui dum reos perſequi fingunt, merces ſine ſolutione gabellarum extractas apprehendunt, & pretio corrupti, merces ipſas, defraudantibus reſtituunt, an fures ſint.*

24 *Peculatum ſapit ſimile crimen.*

25 *Peculatus crimen gravius eſt furto.*

26 *Concuſſionis, Baratariæ, & de reſiduis crimen eſſe videtur.*

27 *Crimina hæc patrantur, non ſolum per Judices, ſed per inferiores ſuæ familiæ, ſeu apparitores & executores latius.*

28 *Pluralitas criminum aggravat pœnam.*

29 *Deciſio Senatus.*

30 *Artifex retinens rem ſibi traditam ad operandum in ſuo artificio tenetur de furto.*

31 *Utens alienare ad alium uſum, quàm deſtinatum à Domino, committit furtum.*

For. 8 de crimin. falſi *expenditur, ibid.*

32 *Falſitas non nociva, punibilis non eſt.*

33 *Falſitas apparere, licet non nocuerit, punibilis eſt, præſertim in Notario.*

For. 5. de crim. falſi *expenditur, ibid.*

34 *Falſi pœna imponenda eſt, etiam non ſecuto effectu, quando lex conſiderat ſolum factum.*

35 *Deciſio Senatus.*

36 *Conficiens inſtrumentum publicum, tanquam Notarius, cum Notarius non ſit, punitur extra ordinem.*

37 *Homicidium regulariter pœna capitali punitur.*

38 For. 42 de crimin. *expendendus deſumitur.*

39 *Homicidium in rixa commiſſum, qua pœna puniatur.*

40 *Homicidium voluntarium æquiparatur deliberato, ratione dali.*

41 *Homicidium ad defenſionem propriam, qua pœna puniatur.*

For. 35. de crimin. *expenditur, ibid.*

42 *Homicidii pœna imponenda eſt juxta qualitatem reſultantem ex probationibus.*

43 *Homicidii qualitas, diminuens pœnam, probanda eſt per allegantem.*

44 *Contrarium eſt verius.*

45 *Homicidii qualitas, deliberati, vel voluntarii, requiritur à lege, & ſic probanda eſt per Fiſcum.*

46 *Qualitates iſtæ cum in animo reſideant, conjecturis, & præſumptionibus tantum probari poſſunt.*

47 *Defensionis qualitas probanda est per reum.*
48 *Pœna rixosi homicidii imponi debet juxta juris regulas.*
49 *Provocator, & aggressor quis dicatur.*
50 *Provocator, vel aggressor tenetur pœna ordinaria.*
51 *Auctor rixæ in dolo præsumitur.*
52 *Decisio Senatus.*
53 *Pœna pecuniaria homicidii, applicãda hæredibus occisi, pertinet ad hæredes, ex sanguine, non ad scriptos extraneos.*
54 *Pœna pecuniaria applicata hæredibus occisi, non est pecunia hæreditaria, sed satisfactio læsionis.*
55 *Jus vindictæ proximioribus occisi, & non extraneis defertur.*
56 For. 2. & 3. solut. matrimonio, *expenduntur.*
57 *Clerico occiso, ultra pœnas forales, reus condemnandus est ad solvendum quingentos aureos.*
58 Privileg. 23. in extravagant. §. idem dicimus, *explicatur, & exornatur.*
59 *Qualitas Clericatus in occiso, probanda est concludenter, ut dicta pœna subintret.*
60 *Aureus quid importet, traditur.*
61 *Decisio Senatus.*
62 *Maritus uxorem adulteram necans, statim ac in adulterio deprehendit, excusatur à pœna homicidii.*
63 *Secus si ex intervallo ipsam interimat.*
64 *Senatus observantia quoad hæc.*
65 *Uxor deprehensa in adulterio, incedens more meretricio, an possit occidi per maritum.*
66 *Pœna ordinaria, ut subintret, præterita injuria esse debet.*
67 *Maritus plus offenditur per vitam meretriciam uxoris, quàm per simplex adulterium.*
68 *Deprehensa in adulterio dicitur, quæ de eo convincitur, ut maritus excusetur à pœna ordinaria.*
Discessus à domo mariti sufficiens est, ut dos amittatur per uxorem, ibid.
69 *Divagatio, fœminam castam, meretricem reddit.*
70 *Decisio Senatus.*
71 *Plures concurrentes in homicidio deliberatè patrato, omnes tenentur.*
72 For. 65. de criminib. *expenditur.*
73 *Plures concurrentes in homicidio rixosè patrato, non tenentur eadem pœna.*
Plures concurrentes in homicidio voluntariè patrato, an teneantur omnes pœna ordinaria, ibid.
74 *Facti species de pluribus necantibus enarratur.*
75 *In repentinis non præmeditatis, unusquisque tenetur de eo, quod facit tantum, non de toto delicto.*
76 *Homicidium patratum ex improvisa causa, non potest dici præmeditatum.*
77 *Etiam quod adsit præsumptio multitudinis illatarum vulnerum.*
78 *Inimicus inimicum necans, deliberatè occidisse præsumendus est.*
79 *Prava qualitas homicidæ, præsumptio est animi deliberati ad occidendum.*
80 *Ex armorum qualitate, & vulnerum illatorum numero, & modo animus deliberatus occidendi præsumitur.*
81 *Affectata rixæ præsumptio est deliberati homicidii.*
Affectatio rixæ est clara, quando is cum quo rixa habita est, reperitur vinctus, & inermis, ibid.
82 *Mandatum sine causa apparente, & executio instantanea, præsumptio est animi deliberati, & tractatus inter mandantes, & mandatarios.*
83 *Mandantes, & mandatarii in atrocioribus, omnes eadem pœna plectuntur.*
84 *In mandatario non requiritur ad dolum probandum, quod constet de prævia deliberatione.*
85 *Agentes, & consentientes cooperativè, pari pœna puniuntur.*
86 *In eodem delicto ad invicem unus alteri opem non præstat, sed complices sunt quando cooperantur, tendentes ad eundem finem.*
87 *Nemo præsumitur delinquere sine causa.*
88 *Absurdum sequeretur si ob incertitudinem mitius plectendi essent plures mandatarii.*
89 *Affectata excusatio, dolum comprobat.*
90 *Decisio Senatus.*
91 *Auxilium ante delictum, vel in ipso delicto, pari pœna punitur.*
92 *Auxilium post delictum mitiori pœna plectitur.*
93 *Limita in auxiliante ante delictum in auxilio cooperativo, proximo; nam auxilium remotum mitiori pœna punitur.*
94 *Auxiliatores delinquentium, qui in delicto non cooperati fuerunt, mitius puniuntur.*
95 *Officialis opem præstans delinquenti post delictum, qua pœna puniatur.*
96 *Eximentes carceratum è manibus familiæ, pœna legis Julia Majestatis tenentur.*
97 *Officialis eximens delinquentem, gravius peccare videtur.*
98 *Auxiliator homicidæ, vel alterius delinquentis, cui pœna capitalis imponenda est, punitur pœna ducentarum librarum, & remigii per sexennium.*
Quæ pœna arbitrariè extendi potest usque ad mortem naturalem inclusivè, ibid.
99 *Officialis graviter peccat, delinquentes associando, ut crimen occultetur, & ejus probationes pereant.*
100 *Officiales pretio corrupti crimine sum liberando, vel negligentes in ipso capiendo, arbitrariè puniendi sunt.*
101 *Officialis in Regno, si opem præstat Bannitis pœna privatis imposita duplicata tenetur.*
102 *Arbitrium regulandum est juxta leges in simili disponentes.*
103 *Delictum Bannitorum perniciosius est cæteris.*
104 *Eximentes carceratum, ut teneantur ad pœnam l. Julia Majestatis, requiritur, quod exemptus sit convictus, confessus, & condemnatus.*
105 *Decisio Senatus.*
106 Forus 79. de criminibus, *interpretandus desumitur.*
107 *Fœmina regulariter in omni crimine mitius punitur.*
108 *Fœmina ad veneni propinationem proclivieres esse solent, & sic graviori pœna plectuntur.*
109 *Punitio non ad pœnam, sed ad medicinam inventa est, & sic quò magis malum creverit, tanto majori pœna opus est.*
110 *Defensionis propriæ necessitas.*
111 *Facti species narratur homicidii ad defensionem patrati.*
112 *Clericum aggressorem occidens, neque in pœnam Canonis, neque in pœnam legis incurrere videtur.*
113 *Moderamen inculpatæ tutelæ, non excluditur ex genere armorum, etiamsi utatur validioribus armis.*
114 *Signanter in repentinis, dum utitur armis cum quibus reperitur.*
115 For. 35. de criminibus *explicatur.*
116 *Familia resistens atrociter, necari potest.*
Maximè quando censetur necessaria defensio, ibid.
117 *Decisio Senatus.*

NE de quocunque crimine, probatione, aut pœna specialiter agendum sit, colligere decrevi *in hoc* §. plura specialiter inducta per nostros *foros* circa probationes, delicta, & pœnas. Et cum primum de speciali probatione à *foro* inducta in crimine furti agendum esset, inde operæpretium duxi *for.* 101. *de Cur. & Bajul.* propotere tanquam textum, nam cæteri *fori*, qui in hoc discursu explicantur, præ manibus à nostratibus habentur, & ab exteris non requiritur uti necessaria eorum traditio, substantia dispositionis concepta. 1

Quamvis probationes in criminalibus meridiana luce clariores esse debeant, ut concordi calamo omnes Doctores tradunt, ex *l. ultim. C. de probat.* & docet Berlichius *practicab. conclus. part. 4. conclus. 14. numero 16.* & in 2

for. 52. *de crim.* cavetur : non tamen per hoc excluditur probatio per indicia violenta , & indubitata , ad condemnandum etiam ad pœnam ordinariam , in Senatu, cæterisque supremis Curiis, & Tribunalibus , ex *d. l. fin. C. de probat.* ut pluribus relatis probat don Ludovic. Peguer. *decis.* 17. *per tot.* dominus Leon. *decis.* 125. *per tot. tom.* 2. Don Franciscus Sarmiento *selectar. interpretat. lib.* 1 *cap.* 1. *per tot.* Barbos. *in l.* 2. *ff. solut. matrim.* 1. *part. numero* 87. Prosperus Farin. *in prax. crimin. quæst.* 36. *numero* 36. *& quæst.* 86 *numero* 111. Zevallos *commun. contr. commun. q.* 37. *in prin.* Petrus Caballus *resolut. crimin. cas.* 288. *numero* 13. *tom.* 2. Marius Giurba *consil.* 43. *numero* 23. P. Joannes Marquez *in Gubernat. Christ. lib.* 2. *cap.* 17. Novar. *ad pragmat. Neapol. pragmat.* 37. *de offic. Mag. Iust. collect.* 12. *numero* 10. Hieron Laur. *decis. Rotæ Avenion.* 15. *num.* 18. Don Joannes Baptist. Larrea *allegat. Fisc.* 66. *num.* 2. *& seqq.* Franciscus Ansald. *consil.* 128. *num.* 185. Rovit. *decis.* 63. *per tot.* Joannes Baptist. de Thoro *in compend. decis. tom.* 3. *verb. Indicio indubitata.* Ant. Matthæus *de crimin lib.* 48 *ff. tit.* 14. *cap.* 1 *numero* 7. *& tit.* 15 *cap.* 6. *num.* 1. *& seq.* Unus pro cunctis sapientissimus quondam collega dominus Victorianus Calahorra, Senator meritissimus *in allegatione falsitatis pro Fisco, edita anno* 1646 *num.* 221. *& seqq.* Qui praxim nostri Senatus quoad hæc mirificè tradit, *d. for.* 52. accuratissimè de more explicando.

3 Quæ quidem procedunt regulariter, nam quando à lege aliquod indicium pro plena probatione qualificatur, tunc non solum in supremis Senatibus , verùm Judices inferiores possunt ex illo indicio pœnam ordinariam imponere , nam tunc probatio sui natura imperfecta , ministerio legis perfecta facta fuit. Talis est dispositio nostri *textus* , quo cavetur , quòd si res furata penes aliquem reperta fuerit , & hic suspectus , & malæ famæ erit , nisi monstraverit auctorem à quo rem ipsam habuit , absque alia probatione condemnari possit. Qua in decisione notandum est , quòd inventio rei furatæ penes aliquem , quæ de jure tantum facit indicium ad torturam , Marsil. *consil.* 72. *numero* 21. *& seqq. & in l. qui falsam , numero* 12. *ff. ad l. Cornel. de falsi.* cum aliis 4 adductis per Farin. *quæst.* 177. *part.* 1. *numero* 2. etiamsi esset malæ famæ , ut probat *ibid numero* 5. apud nos habetur pro plena , & liquida probatione , ut docet dominus Leon *d. decis.* 125 , *numero* 2. Nec novum est, cum adhuc secluso forali dispositione , sufficere ad condemnandum, juncta mala fama illius , penes quem reperta fuit, probat Jodochius *in praxi , cap.* 117. *de furt. empt. numero* 5. Ant. Matthæus *dict. tit.* 15. *cap.* 6. *numero* 1. (licet sibi contrarius *tit.* 16. *cap.* 3. *numero* 1. dicat , duo indicia esse , nec tamen multum urgentia , eáque inter illa , quæ necessariam consequentiam pariunt , enumeraverat) etiam ad pœnam ordinariam criminis : Menoch. *de præsumption. lib.* 5. *præsumpt.* 29 *numero* 7. *& seqq.* Quod aliis 5 concurrentibus indiciis, absque dubio procedit, quidquid dicat Farin. *dict. quæst.* 117. *numero* 15. nam, ut dixi, ex indiciis urgentioribus sequi potest condemnatio ad pœnam ordinariam.

6 Sed suspicio per textum nostrum requisita , & mala fama illius, penes quem reperitur , debet probari in eodem genere mali , ut in simili tradunt Carter. *in prax. crimin. fol.* 49 *num.* 5. *& fol.* 61. *nu.* 1. Menoch. *dict. lib.* 5. *præsumpt.* 3. domin. Leon. *dict. decis.* 125. *nu.* 12. Dominus Calahorra *in allegat. predicta num.* 177. nam semel malus, solùm præsumitur malus in eodem genere mali, pluribus Barbosa *axiomat.* 142. *numero* 1. *&* 4. Quod judicavit Senatus in causa furti patrati in domo Jacobi Nicolau Sartoris , nam reus apud quem res furatæ repertæ fuerunt , licet malus probaretur , eo quòd homicida fuerat , & in comitivam inciderat (de quibus criminibus absolutus reperiebatur , virtute Indulti generalis comitivarum anni 1643.) cum in eodem genere suspectus non esset , inde non fuit condemnatus virtute hujus *fori* ; sed aliis concurrentibus indiciis , nempe , ex quo simul cum re furata , apud eum repertum fuit mallei hastile fractum , & pars hastilis remansit in domo patrati furti , & pars parti ita conveniebat, ut ad sensum pateret integrum totum conficere , & fractura ejus generis esset, ut impossibile per peritos judicatum fuit , quòd humana arte fabricari possit , ex quo apparebat , quòd 8 dum arcæ domus disrobatæ frangerentur , mallei hastile fractum fuit , remanendo in eodem loco juxta arcas ; in persona ipsius rei repertæ fuerunt undecim claves, quarum aliquæ erant adulterinæ , & duæ ipsarum. januas ipsius domus libenter aperiebant , quibus & aliis condemnatus fuit , me referente , sentent. pub. per Vincentium Ferrera 3. die Martii 1648. actuario Onufrio Salelles.

Quæ dispositio limitatur , si causam legitimam ostende- 9 rit reus , ob quam ad eum res furto subtracta pervenit , ut in *textu* habetur. Quod concludenter ab ipso probandum est , ut habet text. ibi : *E si per dites excepcions , é defenses mostrarà justa causa* , hoc est : *Et si per dictas exceptiones, vel defensiones demonstraverit justam causam.* 10 Atque adeo non sufficit , quod auctorem verbo ostendat, aut dicat ab ignota persona habuisse , vel non recordari; nam imò ex hoc oritur suspicio contra ipsum , saltem ad credendum scienter rem furatam emisse , *l. inciville, C. de furtis*, Farin. *q.* 177. *num.* 6. & 13. & cum lex , vel forus reum onere probandi afficiat , si non probaverit , pœna foralis imponenda erit.

Sed si pars magni furti penes aliquem reperta fuerit, 11 non poterit condemnari ad pœnam totius furti : nam licet in textu *l. qua de tota , ff. de rei vindic.* cum aliis adductis per Barbos. *axg.* 82. *&* 114. argui possit de toto ad partem , & è contra , imò Ulpianus *in l. vulgaris* , 21. *in principio* , *ff. de furt.* ait : *Qui ex acervo frumenti modium sustulerit , vel armarium aperuit , unam rem auferendo, totius fur est* ; tamen non potest condemnari in pœnam totius furti , nam Angelus *in l. item veniunt* , §. *petitam,* 12 *ff. de pet. haredit. in fin. & in* §. *ait Senatus* , asserit , quod provisum in parte , extenditur ad totum , & è converso; procedit per interpretationem extensivam , quam *fori* nostri non admittunt , ut dixi *tom.* 1. *c.* 1. §. 2. *num.* 29. nec in pœnalibus habet locum , ut omnes testantur , & Ulpianus *ibid.* clarè dicat solum teneri in quantum abstulerit , ut benè explicat Ant. Matthæus *de crim. lib.* 47. *ff. tit.* 1 *cap.* 1 *numero* 3 *& seqq.* maximè cum in hoc *textu* denotetur personalitas , ibi : *será atrobada en son poder* , hoc est : *erit reperta in posse ipsius* : ut per Aretinum *in l.* 1. §. 13 *adipiscimur , ff. de adquirend. possess.* (quæ notatu valde digna sunt , eo quod juxta quantitatem furti commensuranda sit pœna ; nam simplex furtum punitur à *foro* verberibus , & exilio ; furtum verò magnum pœna capitali , *for.* 45. *&* 46. *de crimin.* junct. *for.* 85 *Curiar. anni* 1585.) & sic judicavit Senatus sub examine sapientissimi domini Don Petri Villacampa : Regia sententia publicata per don Franciscum Daça , *die* 19. *Januarii* 14 1943. in causa Joannis Royo , & Dominici Costa , & postea in causa Joannis Bonastre , sententia publicata per dictum Ferrera R. M. S. *die* 28. *mensis Aprilis anni* 1649. apud quem pars magni furti reperta fuit ; sed dictus Bonastre non inde pœna capitali punitus , sed quia constabat de aliis duobus furtis ab ipso commissis. Ar- 15 tamen verum est , quòd licet pœna ordinaria totius furti non puniatur in specie proposita , punitur tamen pœna extraordinaria majori , quàm illa quæ correspondet parti apud eum repertæ , & sic pluries judicavit Senatus imponendo , non pœnam ordinariam totius furti , sed extraordinariam , quia ex inventione partis magni furti, juncta mala fama , sequitur plusquam semiplena probatio totius , & sic subintrat pœnæ extraordinariæ impo- 16 sitio , quod decisum fuit in causa dictorum Royo , & Costa , & in causa Josephi Sugaste , sententia publicata per Eusebium de Benavides R. M. S. *die* 14. *Martii* 1652. Et nota , quòd punctus difficultus non fuit ratione furti

principalis, de quo in illa causa, sed aliorum furtorum, quorum pars apud ipsum Sugaste reperta fuit.

17 Sed quod dictum est de pœna magni furti, explicatione eget. In *for.* 46. *de crimin.* pœna capitalis imponitur pro primo furto, si quantitas ipsius expostulat, ibi: *O la gravetat del fort primer, ò segon, ò requerien, sia punit pus gruement tro a mort inclusive*, hoc est: *Aut gravitas primi, vel secundi furti expostularet, puniatur gravius usque ad mortem inclusivè.* Hoc dubium remanebat, & in *for.* 85. *Cur. ann.* 1585. prædictus *forus* 46. *de criminibus* explicatus fuit, ita ut subtrahens furto rem, aut quantitatem, valorem centum librarum attingentem, pœnam capitalem incurrat (licet vim harum legum improbare pluribus conetur contra Doctorum commune placitum,

18 Ant. Matthæus *lib.* 47. *ff. tit.* 1. *cap.* 2. *numero* 6. quod fatetur *cap.* 3. *numero* 1.) Et sic de mente Senatus, quoties valor rei furatæ excedit summam quinquaginta librarum, non pœna ordinaria simplicis furti, sed extraordinaria major illa, & minor pœna magni furti, imponenda est: ita ut gravior sit, quò magis appropinquat summæ, seu valori centum librarum; & hic diffinivit Senatus in causa Christophori Granell, sententia, de qua *suprà num.* 7. nam valor rei subtractæ à domo non liquide probabatur, sicque pœna regulata fuit juxta valorem rei repertæ. Et obiter notandum est, quòd specialiter in crimine furti cautum reperitur, quòd si qui ratione unius accusatus est, fateatur alia furta, possit sine accusatione, de omnibus puniri, ut expressè cavetur *in for.* 47. *de crimin.* An autem ad hoc ut pœna secundi, vel tertii furti subiniret, requiratur quòd primum, vel secundum punitum sit, an solum probatum? anceps quæstio est; in qua Doctores plura dixere: in praxi, solum probationem requiri, est receptum: sed urget doctrina Montani *de Regalib. in cap. de officiis, num.* 54. *vers. Et adverte*, ex notabili text. *in l. capitalium*, §. *solent. ff. de pœnis*, sed Farin. *q.* 123. *n.* 9. *& de furtis q.* 167. *n.* 69. cum pluribus, tenet contrarium, quod ut dixi, praxi receptum est; sed temperandum, si omnia furta sint exiguissima, ut decrevit Senatus anno 1655. reum condemnando ad pœnam ducentorum verberum, & remigii per decennium. At quomodo computanda sint furta, vide optimè differentem Matthæum *d. cap.* 3. *numero* 11.

19 Quando autem qualitas furti ea est, ut minima etiam pars capitali pœna puniatur, tunc enim, parte reperta apud aliquem, cæteris circumlantiis *fori* concurrentibus, condemnandus est, ut putà si furtum commissum fuerit in via publica, cujus fractores capitali pœna plectuntur, *Privileg.* 88. *Domini Reg. Jacobi. I. l. capitalium*, §. *famosos. ff. de pœnis.* Ant. Matthæus *dict. lib.* 47 *ff. tit.* 1. *c.* 3. *n.* 9. *& tit.* 2 *cap* 1. *n.* 1. eleganter congestis pluribus, Matthias Berlichius *tom.* 4. *conclus. practicab. conclus.* 20. *n.* 6. *&* 7. nam cum ex inventione rei furatæ, furtum probatum sit, & tunc minimè possit separari à qualitate illa pœnam capitalem inducente, extentiva interpretatio non fit, nec augetur dispositio foralis; quia etiamsi illa pars tantum furata esset pœna capitalis deberetur, eo quod non attenditur quantitas rei furatæ, sed qualitas loci ubi furtum factum fuit.

20 Et sic parvitas furti non imminuit pœnam; quod fuisse observatum in Senatu, in causa Michaëlis Esquadre Neopliti, notarum habeo, manu domini Don Petri Sanz, ad hunc *forum*, apud quem pars exigua furti in via publica patrati reperta fuit, nempe galerum, & indumentum rusticum, fagum fortè dictum, vulgò apud nos *Capot*, & morti fuit traditus, diem publicationis sententiæ non apposuit in nota, sicque ipsam non vidi, attamen auctoritas tanti Senatoris sufficit ad decisionem comprobandam.

21 Sed casu quo reus de furto inquisitus, vel accusatus, veniat condemnandus in pœnam extraordinariam ob defectum probationis, an condemnari possit ad solvendum, vel restituendum interesse, vel valorem rei ablatæ, domino furti, dubitari vidi in Senatu, & quod minimè condemnetur tradunt Petr. Caball. *resol. crim. cas.* 82. *num.* 15. Don. Franc. Merlin. *controvers. forens. tom.* 1. *cap.* 19. *n.* 6. Hector Capicius Latro *decis.* 75. *per tot.* nam hoc in casu non condemnatur tanquam reus, sed tanquam de delicto suspectus, ut probat Caballus *casu.* 93. sed non inde condemnari debet ad interesse partis, cum suspicio respectu 22 illius non habeatur pro veritate, sicque definitum fuit per Senatum, referente Magnifico domino Jacobo Garcia, in causa Thomæ Arnau de Ribaroja, qui extorserat centum libras à quodam agricultore oppidi de Buñol, sententia publicata per Vincentium Ferrera Militem R. M. Scribam, *die* 15. *Maii* 1647. & postea in causa Josephi Sugaste, de qua *suprà*, & in aliis.

Et quia de extorsione verbum feci, quæri potest, an 23 Birrorarii, Satellites, vel Lictores, qui prætextu persequendi criminosos, ac delinquentes, & arma prohibita deferentes, merces extrahentes à Regno, non solutis gabellis apprehendunt, & pretio corrupti, absque Judicis ad quem pertinet decreto, extrahentes dimittunt, mercibus restitutis, vel certa pecuniæ summa redemptis, fur- 24 tum committant? Quod dubium suscitatum fuit in causa coram me vertenti in Josephum Faxardo, & aliis Birrorarios Gubernationis Vrbis, & Regni, qui à pluribus diversas pecuniæ summas, per concussionem hac de causa extorserunt. Et quamvis ad crimen peculatus delictum hoc accedere videretur, ex text. *in l.* 4. §. *sed, & qui publicam pecuniam. ff. ad leg. Iul. Peculatus*, nam ex hoc crimine 25 non tantum pecunia domini mercium retinetur, quantum publica jurium Regis, Regni, vel Vrbis, quibus defraudantur gabellæ, & res confiscandæ veniunt, & peculatus furtum fit imò gravius furto: Farin. *q.* 171. *num.* 19. 26 Petr. Caball. *resolut. crimin. casu* 96. *num.* 40 *& seqq.* ob quod condemnari posse in pœnam capitalem dictus Faxardo videbatur; tum quia ex tertio furto pœna capitis imponitur à *foro*, ut dixi, & quinque extorsiones probatæ plenè reperiebantur in actis: tum etiam, quia duæ excedebant summam centum librarum pro qualibet, quod, ut dixi, pœna capitali punitur. Sed tamen decisum fuit non esse crimen furti, sed potius Barataríæ, vel concussionis, & extorsionis, cum hæc committantur, capto colore, vel intuitu officii premendo, & ab ipsis pecuniam extorquendo, *l.* 2. *ff. de concuss.* ibi: *Qui vel ob accusandum, vel non accusandum, denuntiandum, vel non denuntiandum, testimonium pecuniam acceperit*, ut latè probat Farin. *q.* 111. *numero* 43. Caputus *de Reg. Reipub. cap.* 7. §. 9. *n.* 35. Horat. Montanus *de* 27 *Regal cap. de officiis, num.* 70. Ant. Matthæus *lib.* 47 *ff. tit.* 7. *cap.* 2. *numero* 2. quæ non solum committuntur per Judices, atque Magistratus, sed etiam per quemcunque inferiorem de familia, imò, & per quemcunque privatum, ut idem Farinac. probat *numero* 45. *&* 46. Matthæus *ibid. n.* 3. quæ quidem crimina, pœna extraordinaria plectuntur, ut idem Farinac. docet *numero* 40, Matthæus *dict. tit.* 7. *cap.* 2. 28 *num.* 1. ubi plures, & plura. Sed quoniam pluralitas aggravat delictum, & pœnam auget, ut probat Petr. Cabal. *resolut. crim. dict. cas.* 99. *num.* 51. *&* 52. Monachus *decis. Rotæ Lucens.* 14. *numero* 8. Novar. *in collect. ad pragm. Reg. Neapol. pragm.* 2. *de abolit. collect.* 3. *numero* 11. ita ut ex hoc crimine aliquando pœna capitalis imponatur, Matthæus *dict. cap.* 2. *numero* 1. & quia in officii perniciem, & reliquorum ministrorum familiæ dedecus, quod etiam delictum aggravat, Cabal. *ibid. numero* 56. *& seqq.* nam ex circumstantiis gravitas ejus augetur. Merlin. *controvers. forens.* 66. Zucar. *decis Lucens. crim.* 12. Novar. *ad pragm.* 3. *de carcerat. collect.* 3. *num.* 2. condemnatus ex his, & aliis fuit, ita 29 pœnam ducentorum verberum, & remigii perpetui, sententia me referente, publicata per Fœlicem Monçò R. M. Scribam *die* 9. *Septembris anni* 1651. Sed de hac materia vide plura apud Don Joannem Baptistam Larrea *al eg. fiscal.* 47. qui *num.* 5. *&* 6. plures laudat, & Don Francisc. Amaya *in l. eorum* 10. *num* 20. *C. de jur. fisc. lib* 10. & nota, quod condemnatus fuit ad restituendam pecuniam extortam, sed applicata fuit Fisco, quia aderat turpitudo ex parte dantium, quo in casu Fisco applicanda est; juxta

tradita

tradita per eundem Farin. *dict. quæst.* 111. *num.* 62. & 63.

30 Et antequam à crimine furti discedamus, notandum est, quod ex *for.* 8. *de crimin. falsi*, quilibet artifex retinens, occultans, seu distrahens rem sibi traditam ad operandum in suo artificio, ut putà aurifex, aurum vel argentum sartor indumenta, faber ferrarius ferrum, & sic similia, tenentur de furto: & ratio est, nam utens re aliena ad alium usum, quàm destinatum per dominum, furtum committit; textus *in* §. *furtum, Instit. de obligat. quæ ex delict.* ibi: *Sive is qui rem utendam accepit, in alium usum eam transferat, quam cujus gratia ei data est, furtum committit.* Et ibi Gloss. & Doctores, *l. si pignore*, §. 1. ibi: *Si quis usum alienæ rei in suum lucrum convertat. ff. de furtis, l fullo, & sarcinator, ff. rod.* ib: *Fullo, & sarcinator, qui polienda, vel sarcienda vestimenta accepit, si forte iis utatur, ex contrectatione eorum furtum fecisse videtur; quia non in eam causam ab eo videntur accepta*, plurib. relat. Farin. *q.* 169. *num.* 1. & 8. Anton. Matthæus *de crimin. dict. tit.* 47 *ff tit.* 1. *cap.* 1. *num.* 8. & sic observavi dum Assessoris Iudicis ordinarii Urbis munus gessi anno 1641. admittendo accusationem propositam adversus quendam sericum Tortorem, qui sericum sibi traditum ad operandum vendiderat. Et dum fui Assessor Gubernationis quendam consorem ad pœnam furti simplicis condemnavi, hac de causa, cui ex gratia pœna condonata fuit.

31

32 Ratione criminis falsi aliqua diximus, §. 5. & omnia ferè attingit dominus Calahorra *in præfata allegat. falsi, tatis*: sed quia pulchra aliqua, ea breviter attingenda sunt. De jure, si falsitas non est nociva, punibilis non est, latè Farin. *quæst.* 150. *nn.* 251. sed si apta sit nocere, punibilis est, quod juxta aliquos intellige de pœna extraordinaria, ut idem docet *num.* 364. Centonil. *in addit. ad consil.* 11. *ipsius Farin. lit. A. & ad consil.* 60. *lit. N.* Osasc. *decis.* 19. *numer.* 3. Joseph. Ludovic *decis.* 15. *ex numer.* 6. Thesaur. *decis.* 171. *numer.* 2. Afflict. *decis.* 21. Peguer. *decis.* 80. *num.* 16. Mastril *decis.* 250. *num.* 68. cum aliis adductis per dominum Calahorra *in dict. allegat. num.* 147. Attamen quando est apta nocere, communior sententia

33 est, quòd pœna ordinaria puniatur, *l. si falsos codicillos, C. ad l. Jul. de falsi.* ibi: *Qui autem compositis per scelus codicillis, in fevoritatem legis Corneliæ inciderint: non possunt defensiones ejus, recusando crimen evitare.* Et ibi Bald. Farin. *dict. quæst.* 150. *num.* 355. *cum seqq. & consil.* 108. *num.* 7. Muscatel. *in prax crimin. de cogn. seu prob. delict. tit. de falsi. numero* 42. Afflict. *decis.* 404. *numero* 13. Rovit. *decis.* 2. Novar. *in rub. prag. ad tit. de falsi. collect.* 1. *num.* 14. Dominus Calahorra *dict. allegat. falsit. num.* 148 *& seqq.* præcipuè in Notario, ut Farinacius docet *dict. quæst.* 150. *num.* 364. Bajard. ad Clarum, §. *falsum*, *num.* 46. *&* 172.

34 cum aliis adductis per dominum Calahorra *ibid. n.* 250. præsertim quando lex pœnam imponens solum respicit factum, non verò effectum, ut *in for.* 5. *de crimin. falsi*, ibi: *Ferà, ô fer farà*, id est: *faciet, aut fieri faciet*; nam hoc in casu pœna ordinaria imponenda est, etiamsi tantum in bastardello instrumentum perfectum sit, nam quando dispositio considerat factum tantum, pœna ordinaria imponenda est, etiam non secuto effectu. Afflict. *in consuetud. Sicil. lib.* 3. *tit. de falsi rub.* 39 *num.* 1. Felin. *in cap. tua nos, num* 7. *& seqq. de jurejurand. & in cap. nobis* 27. *num.* 2. *de simon.* Marsil. *in l, qui falsam monetam, n.* 2. *ff. ad leg. Cornel. de falsi.* Ant. Gabriel *lib.* 7. *conclus.* 5. *num.* 11. Farin. *quæst.* 150. *num.* 302. pulchrè dominus Calahorra *in dict. allegat. num.* 249. & sic diffinitum in Senatu, sententia publicata per Gasparem Mascaró R. M, Scribam, *die* 22. *Maii* 1647. in causa Joannis Baptistæ Ivañez Not. sub examine domini Don Braulii Esteve, actuario Onufrio Salelles.

35 Qua verò pœna puniendus sit conficiens instrumentum publicum, tanquam Notarius, & publica persona, cum Notarius non sit, dubitatum fuit in Senatu? Et videbatur pœna mortis puniendus esse, tum ex traditis per Farin. *q.* 115. *numero decimo tertio in princ.* tum etiam, quia pœna hujus criminis falsi, quæ in jure, extraordinaria est, apud nos est capitalis, ex *for.* 5. *de criminibus falsi.* sed mitior sententia ipsius Farin. *in vers. Sed verius,* 36 admissa fuit. Et ratio est, nam *forus* prædictus aperte loquitur Notario conficiente instrumenta falsa; quæ dispositio extendenda non est, quando qui Notarius non est, de gestis verè, & realiter: tanquam si Notarius esset, instrumenta conficit: atque adeo remanet pœna falsi arbitraria à jure statuta, & sic diffinitum fuit in Senatu sub examine Magnifici domini Joannis Chrysostomi Berenguer, sententia publicata per Eusebium de Bonavides R. M. S. *die* 12. 1652. in causa Vincentii Perez de Argança, qui condemnatus fuit in pœnam remigii per decennium.

Homicidium regulariter pœna capitis punitur, *privileg.* 88. *Domini Reg. Jacob. I.* ibi: *Quod qui occiderit moriatur.* Farin. *quæst.* 119. *numero* 16. Caballus *in erudito tract. de omni gener. homicid. post.* 2. *tom. resolut. crim.* videndus ad rem Revardus *lib.* 1. *conjectaneor. cap.* 16. Anton. Matthæus *de crimin. dict. lib.* 48. *tit.* 5. *de sicar. per tot.* Et cum plures sint causæ eæ quibus pœna ordinaria mitigatur, ut, plurimis relatis, tradit Berlichius *tom.* 4. *conclus.* 18. *numero* 50. ea quæ per nostros *foros* inducta sunt explicare debemus. Et ad specialia eorum deveniendo in 37
for. 42. *de criminibus*, distinguitur homicidium in rixa 38
commissum, ab homicidio appensatè, & deliberato animo patrato, de quo etiam tractat Argel. *de adquir. poss. quæst.* 2. *art.* 16. *ex numero* 1. in hoc enim capitalis pœna imponitur: in rixoso verò exilii perpetui; & casu contraventionis quòd consanguinei occisi intra quartum gradum impunè homicidam necare possint, vel insidiare, ut suspendatur, *for.* 43. *de crimin.* Sed hæc dispositio nunquam in praxi recepta fuit nostris temporibus; nam 39
non semel homicidam transgrediendo exilium captum vidi, sed neque pœna suspensionis executa fuit, nec instantia ad hoc per aliquem facta: & in utroque casu imponitur etiam pœna ducentorum Morabatinorum (quorum valorem tradidi *cap.* 1. §. 1. *numero* 9.) dimid. in pœnæ Fisco applicando, & dimidium hæredibus occisi. Quam pœnam si non solverit intra tres menses, à die condemnationis, pœna capitis sublidiariè imponebatur olim in rixosis homicidiis, sed demum regulata fuit ad remigii pœnam per decennium, *for.* 65. *Curiar. anni* 1585. 40
At homicidium voluntarium æquiparatur deliberato, *for.* 4. *de his qui ad Eccles. confug.* ibi: *ó hom que occix aixi com occir nos deu.* Sed hoc non ita capiendum, ut intelligatur homicidium voluntarium simplex, sive purum, modo descripto à Caballo *de homicidio numero* 104. nam ibi loquitur de homicidio patrato præcedente provocatione, licet illa sufficiens non sit ad occidendum; & tunc quia culpa adest, & non dolus, pœna extraordinaria subintrat, ut idem Caballus docet *numeris sequentibus*, Farin. *quæst.* 119. *numero* 7. *& quæst.* 126. *numero & seqq.* Ant. Matthæus *de crimin. lib.* 48. *ff. tit.* 5. *cap.* 3. *numero* 5. Sed quando cessante provocatione aliqua, & sine causa præcedente, voluntariè quis occidit, tunc cùm dolus adsit, intrat pœna ordinaria legis Corneliæ, *l. prospiciendum* 11. §. *delinquitur, ff. de pœnis*, cum *simil.* docent Farin. *d. quæst.* 126. *numero* 3. *& seqq* Cabal. *de homicid. num.* 113. *& seqq.* præcipuè *num.* 128. *& num.* 175. *cum seqq.* Ant. Matthæus *ubi proximè, & tit. de pœnis* 48. *cap.* 4. *numero* 8. & ita decisum in Senatu, sententia publicata per D. Franciscum Alreus, *die* 17. *Decembris* 1639. in causa Simeonis Garcia Lanionis, sub examine Nob. Domini Don Petri Villacampa. Imò delinquens, vel occidens, sine causa, non solum appensatè occidisse præsumitur, sed fecisse per assassinium, vel mandatum alterius; quare torqueri posse, docent plures relati per Farin. 37. *numero* 154. *cum seqq.* ad indicandum mandantem, licet de aliis indiciis non constet; nam talis legitimum indicium reputatur, eo quod nemo præsumatur delinquere, sine causa, & si causam propriam occidendi non habet, verisimili-

ter (nisi stultus esset) ad alicujus instantiam id feciſſe credendum est ; quod ita communiter receptum esse tradit Farin *n.* 155. ita ut contradictorem non invenerit , & quamquam Gregor. Ganaverro *conſ.* 4. *n.* 36. ponat inter judicia innocentiæ defectum causæ delinquendi, procedit dum non apparet quòd reus crimen patrarit ; secùs si liquidè probatum sit nam hoc casu non resultat præsumptio innocentiæ, quæ excluſa est per probationem; sed imò quod ad instantiam alterius fecit. Et hæc communis sententia in nostro Senatu servatur , & secundum illam plu-
41 ries fuit judicatum. Quod quidem procedit , si nulla præcesserit causa inimicitiæ, inter necatum, & necantem: nam ea extante, maximè capitali, cum inimicus inimicum odio prosequatur, & continuò mortem illius desideret, ut quotidiana experientia docet, etiamsi non præcedat provocatio, semper præsumitur occidisse animo malo, & doloſa intentione ; pulchrè Caballus *de homicid. num.* 119. *& seqq & num.* 290. Farin. *dict. quæst.* 129. *num.* 3. *& seqq.* Argel. *dict. art.* 16. *num.* 1. *& seqq.* Necessitate autem committitur homicidium præterquam in rixa , pro defensione ipsius, quod apud nos punitur pœna exilii per annum *for.* 35. *de crim. in.* quod intelligendum est dummodo modus inculpatæ tutelæ non excedatur, Farin. *q.* 123. *num.* 330. *& seqq.* Cabal. *de homicid. numero* 29. *& seqq.* Ant. Matthæus *dict. cap.* 3. *numero* 5.

42 His ita breviter notatis videamus , quomodo sit intelligendum , & breviter dico , quòd si ex probationibus resultat de qualitate homicidii , dubium non est , quòd juxta qualitatem imponenda est pœna in quolibet crimine statuta. Sin autem non constat de qualitate , vel de ea dubitatur , cum regula sit quod homicida capitaliter puniatur, ex *dict. privileg.* 88. qualitas diminuens pœnam
43 videtur probanda ab eo qui allegat , & excipiendo opponit , ne pœna legis subintret ; cum fundamentum sit suæ intentionis , sicuti qualitas aggravans delictum , & augens pœnam , probanda est à Fisco *l.* 1. *l.* 5. *C. ad leg. Cornel. de ſicar. l.* 5. *C. de injur.* Ant. Matthæus *dict. tit.* 5. *cap.* 3. *num.* 15. Sed contrarium est verius : nam licet *in d. privil.* 88. regula generalis constituta sit , tamen postea regulæ speciales factæ fuerunt per *foros* superiùs allegatos , atque adeo ad hoc , ut dispositio cujusvis *fori* subintret , constare debet de crimine , cum qualitate à *foro*
44 requisita , ut pœna illius imponatur ; sicque probanda est per accusatorem , vel Fiscum *l. Prætor.* §. *docere, ff. de vi bonor. raptor. l.* 1. §. *ait Prætor,* & ibi Bartol. *ff. ne quid in*
45 *flum. publi.* Cabal. *de homicid. n.* 520. Farin. *q.* 96. *n.* 55. *& seqq.* Clarus *in* §. *homicidium , verſ. Etiam est alia defensio,* Giurba *consil.* 10. *n.* 24. quæ sententia admissa est in Senatu tanquam verior , & æquior.

46 Benè verum est , quod istæ qualitates deliberati , insidioſi , vel rixoſi , doloſi , aut voluntarii delicti , cùm in animo sint reconditæ , indiciis , & conjecturis tantum probati possunt, pluribus relatis Farin. *quæst.* 116. *num.* 92. *& seqq.* Cabal. *de homicid. numero* 308. *&* 379. Montan. *de Regalib & de vectigal. numero* 2. *in fin.* Giurba plures congerens *observ.* 46. *num.* 4. non autem testibus , ut Caballus ait *dict. numero.* 308. cum id quod in corde latet, à solo Deo
47 cognoscatur , qui corda hominum penetrat , pluribus, ut solet; Giurba *conſ.* 2. *numero* 46. *&* 8. *cum seqq.* Sed tamen qualitas necessitatis, & defensionis , probanda est à reo , nam hominem occidisse , necessitate urgente , nunquam præsumitur, nisi probetur; latè Farin. *quæst.* 125. *num.* 419. *cum seqq.* Caball. *dict. numero* 92. qui qualitates legitimæ defensionis , ut homicidium necessarium dicatur , doctissimè tradit , Berlichius *dict. p.* 4. *concluſ.* 12. *per tot.*

48 Pœna autem imposita per *for.* 42. *de crimin.* ratione homicidii rixoſi , dubitari potest , an absolutè intelligendum sit , ut quoties rixæ qualitas adsit, ea pœna subintret , an commensuranda sit juxta regulas juris ? Et cum juxta tradita *cap.* 1. §. 2. *numero* 14. *& seqq. & hoc cap.* §. 2. *numero* 59. fori nostri admittant interpretationem intrinsecam provenientem ex ratione , & mente , & ratio *hujus* dispositionis sit , ut homicidæ indulgeatur , quia magis casu , quàm voluntate cædem hominis patravit, *l.* 1. §. *divus , in fin. ff. ad leg. Cornel. de ſicar.* ibi : *Leniendum ejus pœnam , qui in rixa casu magis, quam voluntate admiſerit* , latè Farinac. *quæst.* 126. *num.* 48. *& seqq.* Cabal. *de homicid. numero* 144. *cum pluribus seqq.* Anton. Matthæus *dict. num.* 3. inde est , quòd quoties voluntas adsit , vel casus excludatur , dispositio temperanda est , & juxta jus interpretanda , à quo desumpta fuit. Ex quo profluit ratio decidendi in causa homicidii , cujusdam Militis , de quo erat inquisitus Franciſcus Silvera. Species facti talis fuit , dum occisus incedebat per vicum Urbis , Franciſ- 49
cus , qui sequebatur , visus fuit pallido vultu , arma ad rixam præparando , & cum occisum assequeretur nudando ensem dixit : *Lanſe ma a la eſpaſa , que es un gallina.* Hoc audito occisus exposit in eum tormentum manuale , sed Franciscus fugientem insequendo , usque ad domum proximam , duplici ensis ictu vulneratum necavit. Hoc in casu , clarè conspicitur, Franciſcum aggressorem fuisse , & provocatorem, cum provocator dicatur , qui facto , vel verbis , ad iram incitat, Farin. *dict. quæst.* 125. *num.* 503. *& seqq.* Giurba *conſil.* 17. *numero* 24. *& conſil.* 63. *numero* 6. & quamvis de causa præcedente non apparuit, nec aliæ præsumptiones concurrebant ad concludendum animo occidendi provocasse , præter resultantes ex 50
ipso facto ; tamen quando excedens est auctor rixæ , & initium facti voluntariè tendit re ipsa ad id , quod postea sequitur , aggressor tenetur pœna ordinaria ; ita pulchrè Caballus , aliis relatis, *de homicid. numero* 112. *& seqq.* Farinac. *quæst.* 96. *numero* 63. *& quæst.* 126. *num.* 47. 49. *&* 65. Neque hîc deficiebant conjecturæ animi occidendi : aderat enim aggressio , nulla causa præcedente: Farinac. *dict. quæst.* 126 *num.* 216. Giurba *dict. conſil.* 17. *numero* 24. verbum injuriosum in eum prolatum ante initium rixæ, Farin. *ibidem numero* 158. præparatio armorum eum insequendo, Farinac. *numero* 174. duplicitas vulneris, Farin. *ibid. numero* 186. Cabal. *de homicid. numero* 221. pars corporis læsa , Farin. *numero* 193. Cabal. *de homicid. n.* 206. & fugientis insecutio , Farin. *ibid. numero* 209. Neque excusari potuit ex explosione tormenti manualis, nam nemo 51
expectare debet ut percutiatur, Clar. *in §. homicidium,* Hondedeus *conſil.* 99. *num.* 19. *&* 25. *tom.* 1. Mascard. *de probat. concluſ.* 490. *n.* 12. Caball. *caſ* 88. *nu.* 4 Giurba *d. conſil.* 17. *n.* 10. & quamvis occisus dicatur excessisse moderamen inculpatæ tutelæ , author rixæ semper tenetur, nam in dolo præsumitur , eo quòd nulla causa urgente appensatè dedit operam rei illicitæ, Cabal. *de homicid. num.* 14. *cum seqq.* Farin. *dict. quæst.* 125. *numero* 18. Guazin. *de ſens.* 29. *cap* 4. *numer.* 34. qui alios plures laudant. Et ita judicavit Senatus , condemnando reum in graviorem pœnam , ac pœnam rixæ, nempe remigii per decennium, me referente , sententia , publicata per Felicem Monço R. M. Scribam *die* 18. *Junii.* 1649. quæ quidem decisio perpendenda est , eo quod punctus discussus fuit, an pœna commensuranda sit juxta juris dispositiones , *forum* 52
interpretando ; similiter fuit judicatum in causa Petri Serrano , villæ de Xerica , sententia publicata per eumdem Monço *die* 17. *Martii* 1651. me etiam referente, quæ crimina in substantialibus eadem ferè fuere, sed istæ sententiæ non de concordi voto latæ fuerunt , quia non defuit in Senatu qui crederet pœnam *fori* imponendam esse.

In eodem *foro* 42. habetur , quòd dimidium pœnæ 53
pecuniariæ applicetur Fisco ; dimidium verò hæredibus occisi : & dubitari potest , an hoc intelligendum sit de propinquis , & hæredibus ex sanguine ; an verò de hæredibus scriptis , licet extraneis ? & quod hæredibus extraneis minimè debeatur , docet eleganter Joannes Baptista de Thoro *in compend. decis. 2. tom. verb. Pecunia perventa ex pace* , ubi latissimè differit , an debeatur filiis , ut filiis , vel ut hæredibus , ad exclusionem creditorum

rum occisi, & bene probat, hoc non jure hæreditario, sed jure sanguinis ad filios pertinere; tradens plura ad comprobationem cum decisionibus illius Senatus, &
54 ratio est, nam hoc non datur tanquam quid hæreditarium, sed tanquam satisfactio læsionis resultantis ab homicidio, & sic filiis, vel proximioribus consanguineis debetur, quibus competit jus vindictæ: & quamquam in principio *dict. for. 42. de hæredib.* loquatur; tamen dum agit de potestate occidendi homicidam, frangentem exilium impunè, id hæredibus propinquioribus
55 tribuit dominus Rex Jacobus I. istius juris conditor (quod limitatum postea fuit ad proximiores, usque ad quartum gradum per *for. 43. eod. tit.*) sicque jus vindictæ proximioribus tantum tribuitur; atque adeo pars pœnæ
56 eis tantum debetur; nam verbum illud *hereus*, de hæredibus sanguinis intelligi debet, sicut intelligitur in *for. 2. & 3. solut. matrim.* ut doctè docet dominus Leon *decis. 12. numero 18. & seqq tom. 1.* quia secundùm subiectam materiam sumi debet, & in ultima sententia per ipsum allegata explicatur: nec diversa ratio considerari potest inter vindictam limitatam proximioribus in *dict. for. 43* & applicationem pœnæ, de qua in *d. for. 42.* sicque tenendum, tam in judicando, quàm in consulendo: quæ observanda sunt, quia hæc in sententiis non explicantur, sed pœna applicatur de communi Curiarum stylo juxta *forum* distribuenda.

57 Si occisus fuerit Clericus, ultra præfatas pœnas, reus condemnatur ad solvendum quingentos aureos *Privil. 23. §. idem dicimus, in extravag.* & cum qualitas Clericatus sit aggravans delictum, & augens pœnam, probanda est concludenter per accusatorem, vel Fiscum; nam Clericatus non præsumitur, nisi probetur: de modo probandi tradunt Mascardos *de probat. lib. 1 conclus. 502.*
58 *& seqq.* Farinac *quæst. 8. numero 38. & seqq.* Joan. Baptist. de Thoro *in compend. decis. tom. 1. verb Clericatus probatio.* Pat. Castro Palao *in 2. tom. tract. 11. disput. unic. punct. 4. num. 2. & seqq.* Regens Sanfelicius *decis. 7. par. 1. & decis. 260. par. 2.* cum aliis à nobis traditis *c. 7. §. 1. n. 174.* Sicque decisum fuit per Senatum, me referente in causa appellationis Dionysii Villanova, qui condemnatus fuerat in Curia Judicis ordinarii Urbis, ad pœnam capitis, ducentorum Morabatinorum, & quingentorum aureorum, ob necem cujusdam advenæ, qui habitu Clericali incedebat mendicando ostiatim, & asserendo se Sacerdotem:
59 & cum aliunde non constaret de Clericatu, vel Sacerdotio, quàm per habitum, & assertionem ipsius, sententia fuit in eo capite quingentorum aureorum revocata, R. sententia publicata per Gasparem Mascaro R. M. S. *die 7. mensis Februarii anni 1650.* Quid autem unusquisque aureus importet, dubitatum fuit in Regio Senatu, in causa Gasparis
60 Sarrio Militis Alonensis, qui Josephum Sancho Presbyterum casualiter sclopeti ictu necavit; nam aurei valor, varius est, ut percipitur ex traditis per Fontanellam *decis. 417. numero 13. & seqq.* Et cum quæcunque dispositio pœnalis interpretanda sit ad favorem rei, & sic minuenda; regulandi aurei videbantur juxta valorem monetæ aureæ minoris ponderis, & æstimationis, & cum hujus generis sint apud nos Floreni, vel morabatini (isti decem solidos valent, ut dixi, ille autem sexdecim) inde est, quòd juxta horum valorem pendenda pœna videretur. Sed contrarium est verius, nam à jure quid aureus importet? in comperto est, ex traditis per Orhaloram, Covarruv. & alios, quos sequitur Don
61 Francisc. Amaya *in l. unic. C. de cellar. aris: lib. 10. numero 5.* nempe *escudos*, Parlador. *rerum quotid. in sesquicent. differ. 142. per tot.* Et ratio est, nam hæc impositio pœnæ, desumpta fuit ex *cap. qui Subdiaconum 27. 17. quæst. 4.* in quo occidenti Subdiaconum pœna trecentorum solidorum imponitur, Diaconum, vel Monachum quadringentorum Presbyterum sexcentorum, Episcopum verò nongentorum solidorum, & solidi idem sunt, ac aurei, hoc est, *escudos*, ut Doctores præfati docent, & sic computandam esse pœnam decrevit Senatus interlocutoria *diei 15. Septembris 1651.* me referente, actuario Onufrio Salelles.

Maritus uxorem adulteram necans, si in flagranti 62
turpitudine deprehensam occidit, communiter receptum est, ut mitiùs puniatur: Farin. *q. 121. num. 68.* Clar. *in §. homicidium, num. 49.* Gomez *in l. 80. Tauri, num. 51.* Caballus *casu 300. num. 5. & seqq.* Ant. Matthæus *dict. cap. 3. num. 4. & tit. 3. cap. 3. numero 19.* imò licere scribunt plures relati per Berlichium *part. 4. conclus. 27. numero 152.* Si autem ex intervallo, appensatè, vel deliberatè, pœna ordinaria 63
teneri, docent Gomez *ibid. num. 58. vers. Sed his non obstantibus*, in quam sententiam inclinare videtur Farin. *dict. quæst. 121. n. 113. & seqq.* licet aliqui contrarium teneant, quos refert, & sequitur Caballus *dict. cas. 300. numero 16.* 64
dicens, ita vidisse observari. Sed apud nostrum Senatum pluries judicatum fuit, non excusari maritum, ex adulterio legitimè probato, si ex intervallo occidat: nam justus dolor, & offensa præterita non excusat, nisi in continenti sequatur vindicta, ut Gomez, & Farinac. considerant *ubi prox.* Et ratio est, nam licet olim ex lege Romuli, maritus uxorem occidere potuit, tamen lex hæc tantum permittit occidere adulterum vilem, ut probat Ant. Matthæus *dict. tit. 3. de adulteriis, cap. 3. num 13.* sed cum qui impetu occidunt ex justo dolore, mitius puniendi sunt; inde maritus adulteram uxorem occidens justo dolore commotus, mitius punitur, *l. marito 29. l. adulterium 38. §. imponatur, ff. ad l. Iul. de adulter.* cum aliis congestis per Ant. Matthæum *dict. tit. 5. de sicariis, cap. 3. num. 4.* ex intervallo verò occidens non impetu doloris commotus, occidisse dicendum est, sed ex dolo, & præmeditatè, sicque pœnæ diminutio subintrare non debet, & sic decisum pluries per Senatum, signanter sub examine Nobilis domini Don Petri Villacampa, & Pueyo, nostræ Montesianæ Militiæ strenui Equitis, Valentini Senatus olim eximii Quæstoris criminum, atque nunc in S. S. A. Concilio meritissimi Regentis, de quo dixisse Cassiodorus videtur *lib. 8. variar. epist. 19. Quæstura autem verè mater Senatoris est, quoniam ex prudentia venit. Quid enim dignius, quàm Curiæ participem fieri, qui adhæsit consilio principali?* Quid autem dicendum sit, casu quo mulier à domo mariti voluntariè aufugit, cum malis hominibus, seu Bannitis, & postquam cum eis per plures menses divagata fuit, artem ludicram exercuit in Urbe? Si 65
enim ea reperiatur, inhoneſto habitu induta, vel profanis indumentis ornata, more meretricio incedendo, & ita, ut eam cognoscit, illicò occiderit, condemnabitur nè pœna ordinaria, aut extra ordinem plectetur? Quod in facti contingentia dubitatum fuit per Regium Senatum, in causa coram me vertente in facto Margaritæ Monte, ictibus pugionis necatæ per Josephum Navales Sandalarium, virum ipsius, loci de Benafer; nam licet constaret de adulterio, ut verè constabat, ex intervallo occidisse videbatur, quia aliquot anni elapsi erant à die recessus uxoris cum Bannitis, quorum alter adulter erat; & sic pœna ordinaria plectendus prima fronte videbatur. Sed 66
contrarium decrevit Senatus, quia de mente omnium Doctorum opinionis receptæ in Senatu, ideo pœna ordinaria plectendus est, quia ex intervallo occidendo, prærerita jam injuria censetur, & omnis ratio mitigandæ pœnæ cessat, quando justi doloris commotione sedata, ex animi deliberati resolutione occidit. At in casu nostro non poterat dici prærerita injuria, cum adhuc fuisset præsens; nam plus offenditur maritus per vitam meretriciam, quam uxor exercet, ac si simplex adulterium patraſſet, ob quod dici non poterat offensa prærerita, quando actu reperiebatur virum offendendo: & justus 67
dolor qui nascitur, ex tam atroci injuria, sufficiens causa est, ut à pœna ordinaria liberetur. Et quamquam isti Doctores teneant, quòd debet in ipsa turpitudine apprehendi, ut maritus excusetur; tamen satis ad hunc effectum,

ctum, deprehensa in adulterio credebatur, nam ut tradit Bajardus ad Clarum *in dict. §. homicidium, num.* 183. non est necesse, ut in flagranti reperiatur, sed quòd de adulterio convicta remaneat, & in nostro casu convincebatur ex discessu a domo mariti, quod per se sufficiens est
68 ad amissionem dotis : Pater Sanchez *de matrim. lib.* 10. *disput. 4. num.* 13. Farin. *quæst.* 141. *numero* 28. ex divagatione cum Bannitis, in quorum societate vivere honestè incredibile erat, cum ex sola divagatione, etiamsi casta antea esset, meretrix effecta fuisset, pluribus Tiraquel. *in l.* 10. *connub. num.* 34. Ant. Matthæus *tit. de adulter. cap.* 3. *num.* 13. ac denique per vitam mereticiam, quam in Urbe palam ducebat. Nec dici poterat quòd à marito non fuisset reperta in flagranti, nam cum alia fœmina similis
69 vitæ, & habitus, fuit per ipsum reperta per Urbem incedens; & sic ei indulgendum videbatur, nam ingenti dolore commotum fuisse Senatus censuit, quando illico, ac vidit necavit. Eleganter Theodoricus apud Cassiodorum *lib.* 1. *variar. epist.* 37. ibi : *Quis enim ferat hominem ad leges trahere, qui matrimonii nisus est jura violare ? Feris insitum est, copulam suam extrema concertatione defendere, dum omnibus est animantibus inimicum, quod naturali lege damnatur. Videmus tauros, fœminas suas cornuali concertatione defendere : arietes pro suis ovibus, capitaliter insevire : equos adjunctas sibi fœminas colaphis, ac morsibus vindicare, ita pro copulatis sibi animas ponunt, qui verecundia non moventur. Homo autem quemadmodum patiatur adulterium inultum relinquere, quod ad æternum suum dedecus cognoscitur commisisse ? Et ideo si oblatæ petitionis minimè veritate fraudaris, & genialis thori maculam deprehensi adulterii sanguine diluisti, nec sub prætextu cruentæ mentis, sed causa pudoris intendis, ab exilio quod tibi constat inflictum, te præcipimus alienum. Quoniam pro amore pudicitiæ porrigere ferrum maritis non est*
70 *leges calcare, sed condere*, optimè ad rem Don Joannes Dexart *decis.* 5. *numero* 9. *& seq.* Quibus addebatur, quòd tempore discessus à domo tres liberos reliquerat parvulos, ac maritum optimè merentem despexit, sic judicavit Senatus, ipsum ad pœnam extraordinariam condemnando, sententia publicata per Benavides R. M. Scrib. *die* 13. *Aprilis* 1652. quæ est pœna *l. si adulterium cum incestu, §. Imperatores, ff. ad l. Juliam de adulteriis*, & quod amplius est, cum ipse gratiam à Domino Prorege postularet, Senatus censuit dignum esse indultus, & sic de facto obtinuit.

71 Plures concurrentes ad homicidium patrandum, si animo deliberato fiat, omnes insolidum teneri certissimum est, etiamsi non constet quis occiderit, vel vulneraverit, dummodo certum sit ipsos vulnerasse, vel occidisse, & hoc ad pœnam ordinariam. Docent Julius Clarus *in §. homicidium, vers. Aut verò sunt plura vulnera, in fin.* Covarruv. *in Clement. 1. par. 2. num. 5 de homicid.* Farin. *quæst.* 96. *num.* 8. *& seqq.* qui plures refert, *& consil.* 138. *num.* 27. *tom.* Cabal. *cas.* 191. *num.* 1. *& seqq.* quod apud nos dubitatione caret; nam per *for.* 56. *de crimin.* ita cautum reperitur, ibi : *Si molts acordadament feran a matar-*
72 *alcu, e la mort será seguida, que tots aquells sien punits en la persona, axi com a matadors, encara que sia cert per les nafres de qual de aquells será mort.* Id est : *Si plures deliberatè adsint ad occidendum aliquem, & mors illa sequatur, plectentur in eorum personis, omnes tanquam occisores : quamquam sit certum ratione vulnerum, ex quo homicidium sequutum fuit.* Si verò non deliberatè, non tenentur pœna ordinaria, sed extraordinaria, ut docent plures relati per Farinac. *ibidem*, ut explicat *num.* 40. & Cabal *num.* 4. quod in *dicto for* 56. cautum expressè non reperitur, nisi casu quo appareat de vulnerante, nam tunc illum tantum teneri de eo, quod fecit, caveturin *ipso foro*, sed quando incertum est, remanet in dispositione juris. In crimine autem voluntario, de quo dixi *supra*, cum tunc non appareat de animo, & voluntate occidendi, idem procedit, ut illi Doctores tenent.

73 Sed pone pulchram speciem, quæ delata fuit ad Senatum, me referente, in causa necis Rochi Garcia, & trium sociorum, patratæ per Joannem Montesinos, & socios ipsius, die 6. Decembris anno 1647. quæ talis est, Joannes Montesinos, & socii erant inimici capitales prædicti Rochi Garcia, & sociorum, & ut eos apprehenderent, obtinuit Montesinos commissionem à domino Comite Oropesiæ : optatum ad executionem deduxit, Rochum capiendo cum tribus sociis in oppido de Andilla ; ut ipsos duceret ad Urbem, progressus fuit cum quadraginta, aut quinquaginta Bannitis ad oppidum de Bexis, in quo pernoctarunt ; manè cum progredi voluissent cum prædictis captis, compedibus ferreis detentis, ac inermibus, & manibus inimicorum suppositis, Franciscus Garcia frater Rochi, dixit Joanni Montesinos, quòd fratri pallium præberet, quia frigore peribat ; respondit Joannes nequaquam se daturum, nam bene sine eo erat, & quod solarentur, eo quòd ut ipsos caperent, majus frigus passus fuerat ; replicavit Garcia, quòd si ita tractandi erant, melius foret, ut ipsos necassent, tuncque Montesinos instrumentum manuale, vulgò *Tercerola*, à balteo extrahendo, ipsum necare conatus fuit; adstantes prædictum Montesinos manibus apprehenderunt, ne facinus patraret, sed ille immani crudelitate commotus, dixit : *Amigas mataldes ziraldes* ; quo audito omnes socii dicti Montesinos in vinctos irruerunt, ac pluribus sclopetis explosis statim necarunt, ita ut corpora cribrata manserint tot sclopetorum ictibus confossa. Montesinos in generali Bannitorum persecutione, ac alii ex sociis capti fuerunt, qui pœnas in patibulo sustulerunt. Adversus cæteros processus contumacialis fuit conclusus, & sententia subsecuta publicata, me referente, per Gasparem Mascarò R. M. Scrib. *die* 26. *Junii* 1652. qua condemnati fuerunt ad pœnam ordinariam homicidiorum ; nam ut infra dicam, pœna pecuniaria in plurium facinore, debetur insolidum, ita ut uno solvente cæteri liberentur, ex *d. for.* 56. sicque, ultra pœnam ultimi supplicii, condemnati fuerunt ad solvendum octingentos morabatinos, ex quo apparebat omnes condemnatos fuisse pro omnibus homicidiis. Anno 1654. captus fuit in villa Matriti Josephus Villalva, unus ex sociis Montesinos, & condemnatus in dicta sententia : remissus fait, juxta pragmaticæ formam ; sicque ei concessus fuit terminus ad innocentiam probandam, ut dixi *§. precedent. num.* 37. *& seqq.* & in hoc articulo suscitatum fuit dubium, an facinus deliberatum videretur, ut sententia posset sustineri, nam si 75
deliberatum non esset, sed mere voluntarium, ut primo aspectu videbatur, nulliter condemnati omnes erant pro omnibus homicidiis, nam in repentinis, & non præmeditatis unusquisque tenetur de eo, quod fecit, & quamvis in actis constabat quis explodisset, nequaquam quis vul- 76
neravisset, vel necasset ; sicque non teneri ad pœnam ordinariam videbatur ex traditis per Farinac. *d. q.* 66. *n.* 40. *& seqq.* & non animo deliberato fecisse apparebat, ex traditis per eundem *q.* 126. *n.* 211. ubi probat, quòd homicidium non dicitur deliberatè commissum, quando illud nascitur ex improviso, & in subitanea rixa, prout dicunt Doctores, dum distingunt homicidium simplex à deli 77
berato, nam animus deliberatus non adest, quando id quod fit, non erat cogitatum tempore actus, sed processit ex verbis, vel factis tunc ortis, etiam quod in contrarium adsit præsumptio multitudinis illatorum vulnerum ; quæ quidem in hac specie militare videbantur, cum ex postulatione pallii orta fuisset dissensio, & causa homicidiorum.

Sed contrarium fuit decisum, nam cum animus sit 78
quid latens, & à Deo solo cognosci possit, conjecturis, & præsumptionibus probandum est, an deliberatus sit, & præcedente tractatu doloso præmeditatus, ut dixi *supra num.* 46. & in hoc casu satis deliberatus apparebat, ex præcedente odio, & inimicitia, qua ad invicem persequebantur factiones inter se : Farin. *quæst.* 126. *num.* 177. Cabal. Jus *de homicid. n.* 115. *& n.* 190. Non nè illi ex illis grassatoribus,

satoribus, quibus immanitas nulla abhorret? equidem benè Juvenal. *satyr.* 15.

quorum non sufficit ira.
Occidisse aliquem, sed pectora, brachia, vultum,
Crediderim genus esse cibi.

Quod in eodem crimine comprobabatur, nam necato Rocho, Villalva, cultro auriculam amputavit, ac secum
79 gestans dixit *ad me quoque pars pertinebat.* Secundo considerabatur prava qualitas delinquentium, cum criminosi, facinorosi, crudeles, Banniti, essent, Farin. *d. q.* 126. *numero* 161. Caballus *de homicid. num.* 291. Tertiò, ex qualitate sine genere armorum, nam omnes onusti scloperis irruerunt in vinctos, & inermes. Farin *num.* 119 Caballus
80 *num.* 291. Giurba *consil.* 81. *num.* 14. Quartò, ex pluralitate vulnerum, Farin *num.* 86. Caball. *num.* 293. Quintò, ex affectata rixa, cum his qui rixari non poterant, nam ut Casonius Bossius, & cæteri adducti per Farin. *dict. q.* 126.
81 *num.* 213. ajunt, etiamsi homicidium patratum sit in rixa; si fuerit affectata, præsumitur dolus, & malus animus quanto magis in eis, qui rixam affectarunt in eos quos vinctos habebant, atque rixari minimè poterant? Sexto, ex mandato, tunc, sine causa, improvisè dato, & statim
82 executo, nam hoc spontaneam, atque pronam voluntatem significabat occidendi, procedentem ex alia causa, & si in dubio homicidio secuto, animus occidendi præsumitur, Farin. *d. q.* 126. *n.* 103. quando adest causa odii, atque inimicitiæ capitalis iteratæ, atque continuatæ, animus deliberatus præsumendus est. Septimò, nam generalis conclusio, non omnes teneri ex homicidio in tumultu, & rixa patrato; limitatur quando in rixa clamaverint, *occidite, interficite.* Jodoc. *in praxi c.* 76 *n.* 27. Berlichius *tom.* 4. *conclus.* 11. *num.* 55.

83 Demum, nam in hoc casu, clarè apparebat de mandato, mandante, & de mandatariis, statim exequentibus mandatum, nam ita ut dixit, *tiraldes amigos, mataldes*, statim quatuor illos detentos, ac sub fide publica vinctos, necarunt; & in istis atrocioribus delictis, mandans, & mandatarius, mandantes, vel mandatarii, sive sint plures, sive unus, omnes tenentur, & eadem pœna puniuntur, latè Farin. *q.* 135. *num.* 10. Cabal. *de homicid. num.* 264. Et ratio est, nam unum, & idem crimen est, Caballus *cas.* 80. *per tot. & cas.* 98 *numero* 28. Giurba *cons.* 82. *num.* 42. quia ad eundem finem tendebant, nempe ad exequendum mandatum (sicut proiicientes trabem, ex qua plures interempti sint, unum tantum crimen patrabunt) æque principaliter patratum ab omnibus, nempe mandatariis verè, & mandantibus interpretativè, ut tradit idem Farin. *ibid. num.* 4. Nec ad imponendam pœnam mandata-
84 rio, requiritur præmeditatio, vel tractatus præcedens, sed eo ipso quòd sibi mandatur, & mandatum exequitur, tenetur ad pœnam criminis, *l.* 3. §. *item cujus, l. nihil interest* 15. *ff. ad leg. Cornel. de sicar. l.* 6. *C. de his quib. ut in dignis, l.* 5. *C. de accusat. l. definitis* 3. *C. si reus, vel accus. mor. fuer.* cum aliis adductis per Ant. Matthæum. *de crimin. in prologem. cap.* 1. *num.* 12. *& tit. de pœnis* 18. *cap.* 4. *num.* 8. *&* 15. Et ratio est, nam omnino deficit justa causa, vel probabilis, ex qua impetus concitatus dici possit ut pœna mitigetur: nam quid postulare pallium ad necem? Quid excandescentia mandantium ad excusationem exequentium? Cum autem hoc in casu statim atque mandatum audierunt, omnes cooperati sunt in quatuor illis necibus, tormenta manualia illico explodendo, omnes teneri certum est, nam quatuor illæ neces fuerunt unum delictum, in quo omnes explodentes cooperati sunt.

85 Iterum, nam etiamsi non tenerentur ex vi mandati, tenebantur, eo quod opem mutuò sibi præstiterunt ad homicidia illa committenda, æque principaliter cooperando in id, quod æqualiter tenebat ad eundem finem; & si supponamus delictum voluntarium, certum est, ut dixi, homicidam teneri ad pœnam ordinariam, sed agentes, & consentientes eadem pœna puniuntur, dum cooperativè agunt, & scienter, sine eo quod actus deliberatus requiratur, ut colligitur ex doctrina magistrali Bartol. *in l. qui servo, §. si duo. ff. de furtis*, Mascard. *de probat. tom.* 3. *conclus.* 1139. *numero* 11. Farin. *quæst.* 129. *numero* 32. *&* 43. Giurb *consil.* 4. *numero* 20. Guazin. *defens.* 33. *cap.* 10. *numero* 1. *&* 4. *vers. Exempla*, pluribus Berlichius *dict. tom.* 5. *conclus.* 55. *num.* 5. Ant. Matthæus *dict. tit.* 18. *de pœnis, capit.* 4. *numero* 17. 18. *&* 19. ergo in hac specie omnes eadem pœna plectendi erant. Quod 86
quidem sit dictum ad probandum, quòd etsi voluntarium crimen esset, tamen omnes tenerentur, quia mutuo sibi opem præstiterunt cooperativè, licèt, si verum fatear, cum per omnes commissum sit unum delictum continens quatuor homicidia, nempe executio mandati Joannis Montesinos, non possunt dici opem mutuo sibi præstitisse, sed omnes fuisse complices, & puniendos principaliter esse, ad tradita per Caballum, *dict. cas.* 198. *num.* 27. cum adductis per Farin. *q.* 107. *num.* 370. *&* *d. q.* 129. *num.* 43. *&* 44.

Nec obstant in contrarium deducta; nam crimen hoc 87
non fuit voluntarium, sed deliberatum, & dolosum, ut deprehenditur ex perpensis superius; cùm nemo præsumatur delinquere sine causa, ut in ore cordonum est, & affectata illa causa postulationis pallii non fuit sufficiens ad commovendam iracundiam, ut à dolo possent excusari, & si delinquens sine causa torquendus est, ut de mandante dicat, quia præsumitur ex causa, & mandato alieno deliquisse, ut dixi *num.* 40. juxta mentem, & observationem Senatus: multò magis in specie proposita, in qua aderat mandatum, & inimicitia capitalis, præsumendus 88
est animus deliberatus occidendi inimicum. Et, quod est amplius, sequeretur maximum absurdum, si ratione incertitudinis vulnerum excusarentur omnes à pœna ordinaria (quod ferendum non erat in atrocitate simili) nam præterquam quòd occisi capti reperiebantur, & compedibus vincti, delinquentes vicem familiæ, ac ministrorum Justitiæ gerebant, virtute commissionis sibi concessæ, & nihil tam fœdum, tam immane credendum est, quantum, concessione commissionis abutendo, inimicum necare proditorie, & appensatè. Nec unquam in delictis plurimorum cum sclopis patratis, deveniri posset ad pœnam ordinariam, cum regulariter impossibile sit percipere sensu, cujus ictus lethalis est, nam glandes plumbeæ minimè videntur, & daretur occasio delinquendi; nam si ratione incertitudinis omnes à pœna ordinaria excusarentur, quando quis vellet inimicum occidere, occasionem rixæ affectaret, ac socios quæreret, ut incertum maneret, quis esset occisor. Minus urgebat ratio quædam accuratè per- 89
pensa, nempe quòd si animus præmeditatus adesset, posset exequi in eremo, dum à villa de Andilla, ad oppidum de Bexis transferebantur, runcque securior fuisset factio; nam nullatenus posset constare de modo, & causa criminis, & fingi poterat quæ sibi utilior esset, & cum hoc non fecissent, credendum erat occidisse voluntariè: Nam respondebatur, quòd ipsi quærebant affectatam causam, ob quam excusarentur à crimine, & si in eremo patrassent, cùm nemo adesset qui de causa illa affectata deponeret, optatum non consequeretur excusationis: quæ quidem comprobabantur ex eo, quod quidem Montesinos statim ac crimen patravit, informationes confici curaverat, quibus exaratum erat, occisos familiæ resistentiam fecisse dum præparabantur ad viam; quod quantum inverisimile erat, ab exitu resultabat: qui enim armati resistere non poterant, quomodo credendum erat, quod inermes, ac compedibus ferreis detenti, resistere intentassent: Ex his, & 90
aliis resolutum fuit in Senatu, sententiam prædictam executioni mandandam, quia dictus Villalva innocentiam minimè probavit, provisione Regia publicata per Eusebium de Benavides Reg. Mandat Scrib. *die* 17. *Julii.* 1654. sub examine Magnifici domini Caroli del Mor, qui Sedem à me relictam in Senatu criminali adimplevit: interfuimus præter Senatores illius Aulæ dominus Regens, Magnificus dominus Nicolaus Monl-

lor,

lor, & ego, qui assóciati, sive conjudices nominati fuimus, & quamquam non nemo in hac sententia non concordabat, ex alio capite pœnam exequendam judicavit, sicque provisio de exequendo ex concordi voto fuit facta.

91 Auxiliatores ante delictum, vel in ipso, pari pœna puniendos esse tradit Farinacius *quæst.* 130. *per tot. & quæst.* 131. *par.* 1. *per tot.* ubi plura; quod intelligendum, si auxilium ante delictum, sit proximum, & cum consensu expresso ipsius delicti, Farinacius *dict. quæst.* 130. *num.* 1. Ant. Matthæus *dict. tit.* 18. *de pœn. cap.* 4. *numero* 19. Secus verò si sit remotum, nam tunc mitiori pœna puniendos esse testatur Farinac. *numero* 42. *& sequentibus* nam simul cum auxilio debet causam præbere delicto, ut plurí-

92 bus comprobat, & decisum sic habemus in Senatu, sub examine Nobilis domini Don Petri Villacampa, sententia publicata per Don Franciſc. Alreus *die* 16. *Maii* 1641. in causa Petri Ariet, & Joannis Saval; & me referente, in causa insultus facti contra Nobilem Don Gabrielem de Lupian, occasione expoliandi ipsum in via publica: in ea enim accusatus fuit Josephus Sacares oppidi del Grau, ex eo quod locaverat equos delinquentibus ad patrandum crimen, & licet ex sententia Socini, & aliorum de quibus

93 Farin. *dict. quæst.* 130. *numero* 8. Ant. Matthæus *dict. tit.* 18. *de pœnis cap.* 4. *numero* 19. accommodans equum videatur opem, & auxilium delicto præstare, & sic eadem pœna puniendus: tamen Senatus sequendo doctrinam Blanch. & Bonifacii, de qua idem Farin. *numero* 10. & 14. Matthæus *dict. numero* 19. quia non inducit talis locatio causam proximam, sed remotam delicti, sicut mutuatio pecuniæ, vel equi accommodatio: inde non fuit pœna ordinaria punitus, sed extra ordinem, nempe relegationis ad triremes per sexennium, sententia publicata per dictum Ferrera R. M. S. die 14. mensis Martii, anno 1650.

94 Post delictum verò, non eadem pœna auxiliator tenetur, sed mitiori, ut ipse Farin. testatur *quæst.* 132. *per tot.* nam tunc non tam auxilium delicto præstat, quàm delinquenti, quod valde diversum est. Sed in Regno habemus legem *in pragm. dici* 19. *Septembris* 1650. quâ imponitur pœna cuicunque auxiliatori delinquentis, levior pœnâ

95 delicti, ut in ea est videre. Sed dubitatum fuit in Regio Senatu, quia pœna veniat puniendus Birrorarius, vel alius quivis Officialis opem præstans delinquenti post crimen patratum? quod dubium suscitatum fuit in causa Josephi Martinez Birrorarii, sive ut dicimus *Cap. de guayta*, Justitiæ in criminalibus Urbis, qui postquam Michaël Secretarii, & alii, proditoriè necarunt Magistrum Joannem Batavum postliminio reversum, ut ipsum expoliarent, auxilium præstitit delinquentibus ad occultandum

96 cadaver: & cum ipsi patefactum crimen fuisset ab ipsis sontibus; videbatur condemnandus in pœnam delicti principalis, nam eximentes carceratum à manibus familiæ, vel carcere, tenentur pœna legis Juliæ Majestatis, latè Farinac. *q.* 30. *numero* 101. *& seqq. & q.* 32. *numero* 2. quæ mortis est; & cum gravius sit crimen in ipso Officia-

97 li eximente delinquentem, seu negligendo capere ipsum, multò magis procedit in eum hæc dispositio: ut in simili tradit Farinac. *d. q.* 32. *numero* 17.

98 Demum in Regno nostro per dictam Pragmaticam, imponitur pœna ducentarum librarum, & remigii per sexennium cuicunque auxiliatori delinquenti, cui pœna capitalis imposita sit, vel imponenda veniat, quæ ad arbitrium extendi potest usque ad mortem inclusivè, juxta qualitatem personæ, aut facti; & cum in hac specie qualitas personæ auxiliantis augeat malitiam auxilii, eo quod

99 homicidas affociavit in occultando cadavere, ne delictum appareret (nam corpore illius sublato à pœnis liberabantur) præbátque dum ipsi cadaver deferebant, ue in alterius Officialis manus incideren; quod tendebat directè ad occultandum delictum, nulla urgente, quoad ipsum, necessitate, cum sine periculo, vel minis ad id ipsum vocatus fuisset; & si, & ubi homicidas in ipso actu permetueret, postea potuit Magistratibus detegere crimen, quod non fecit; imò eo detecto iste adfuit cum Justitia, quando criminosos ad carcerem duxit, semper silendo: ob quod videbatur dicendum, arbitrium extendi posse usque ad pœnam capitalem.

Sed contrarium judicavit Senatorum major pars, eo 100a
quod Birrorarii, & executores, qui negligentes sunt in capiendo delinquente, aut ex malitia, precibus, vel præmio, aut ipsius spe corrupti, captum dimittunt, seu liberum, vel capiendum conniventer fugere faciunt, & permittunt, pœna arbitraria puniendi sunt, Farin. *dict. quæst.* 32. *numero* 17. sicque non pœna eadem delicti, sed extraordinaria, & mitiori puniendus erat. Et quamvis in 101
Regno expressè cautum non reperiatur, qua pœna veniat puniendus justitiæ administer, qui delinquentibus opem præstat, tamen cùm in *eadem pragmatica* in terminis auxilii præstiti Bannitis, non capitalis pœna imponatur, sed pœna privatis imposita duplicatur, regula videtur in Regno statuta, ut familiæ Officialibus pœna privatorum duplicetur, & arbitrium eo pacto regulandum esse, ipsa Pragmatica, & aliæ similes sanctiones 102
antiquiores suadebant. Et ratio ea est, nam (præterquam quod una lex ab alia interpretationem capit, & caput statuti ab alio capite ejusdem, *l. non est novum, ff. de legib.* Alder. Mascardus *de gener. statutor. interpretatione, conclus.* 1. *numero.* 109. Fontanella *decis.* 245. *num.* 6. *tom.* 1.) plus in perniciem Reipublicæ tendit crimen Bannitorum divagantium per campaneam in comitivis, pacem publicam perturbando, quam delictum privatum homicidii, expoliationis, & similium; cùm hoc in perniciem 103
vitæ, aut bonorum privati immediatè tendat, illud verò in perturbationem status Reipublicæ, atque justitiæ hostilitatem: si ergo in majori crimine pœna privatorum duplicatur, in minori à fortiori idem procedere dicendum erit.

Neque obstat, quòd eximentes carceratum teneantur 104
pœna legis Juliæ Majestatis; nam procedit, reo convicto, confesso, & condemnato, ut Farin. *ibid.* probat, & in nostra specie, neque convictus, neque condemnatus aliquis erat. Arbitrium verò minimè extendi poterat, ex qualitatibus expoliationis, assasinii, & proditionis, nam non constabat de scientia, sicque solum aggravabat auxilium qualitas officii, quæ satis puniebatur pœna duplicata. Sic decrevit 105
Senatus condemnando dictum Martinez in pœnam quatuorcentum librarum, & remigii per duodecim annos, sententia publicata per Vincentium Ferrera R. M. S. die 1. Februarii 1652. sub examine domini Don Braulii Esteve.

In *fer.* 79. *de criminibus*, imponitur pœna propinantibus 106
venena, nempe viris pœna furcæ, sive suspendii, fœminis autem combustionis, ibi: *Sia penjat aquell qui ço farà, è si es fembra sia cremada.* Quæro igitur qua de causa gravior pœna imponatur fœminæ, quam viro? nam pœna ignis gravior est suspendii pœna, *l. capitalium, in princ. ff. de pœn.* Farin. *quæst.* 19. *num.* 2. cum aliud suadere ratio videatur, eo quòd fœminæ ob fragilitatem sexus, & imbecillitatem naturæ, mitius puniendæ sunt. Optimus ad 107
rem textus *in l. quisquis* 5. §. *ad filias, C. ad l. Jul. majestat.* ibi: *Mitior enim circa eas debet esse sententia, quas pro infirmitate sexus minus ausuras esse constat.* Tradunt Bartol. *in rub. C. de rer. permut. vers. Quære donatio*, Tiraquel. *in l. 9. connubial. n.* 177. Farin. *q.* 98. *cauf.* 10. *num.* 1. Ant. Matthæus *dict. tit. de pœnis, c.* 4. *num.* 21. nam ut ait Virgil. 2. *Æneidos.*

—— Nullum memorabile nomen,
Fœminea in pœna est. ——

Sed nihilominus in hoc crimine multò gravius acerbiúsque puniendæ fœminæ sunt, nam pœna non tantum imponitur ad vindictam, quantum ad exemplum; Aul. Gellius *noctium Atticar. lib.* 10. *cap.* 8. *Ut non tam pœna,* 108
quàm modi ira videretur. Unde quò magis criminis assiduitas

duitas ſuſpicatur, tanto pœnæ acerbitas creſcit, *l. ac facta in fin.* & ibi Doctores *ff. de pœnis*, & cum fœminæ ſint ſuapte natura procliviores viris ad maleficium veneni, Quintil. *lib. 5 orator. inſtit. tit. de argum.* imò fœminæ hoc maleficii genus primæ excogitarunt, ut refert Diodor. *lib. 5. antiquior. geſtor.* qui Hecatem fœminam omnium primam mortifera inveniſſe, & ad ea conficienda ſummum ſtudium, operámque impendiſſe aſſerit, quæ etiam
109 tradit Natal. Comes *lib. 6. Mitol. cap. 6.* Unde apud Romanos eadem pœna ignis impoſita fuit, ut tradit Titus Livius *lib. 8.* Valer. Max. *lib. 2. tit. de inſtitutis antiqu.* Divus Auguſtinus *lib. 3. de Civit. Dei cap.* 17. Plin. *natur. hiſtor. lib. 35. cap.* 12. Tiraquel. *in l. 8. num.* 19. *ex connubial.* de cujus criminis gravitate plura per Farin. *quæſt.* 122. *per tot.* Cabal. *de homicid. num.* 549. *cum ſeqq.* Novar. *ad Pragm. Neapol. tit. de abolit. pragm. 2. collect. 3. num.* 45. Guazin. *defenſ. 4. cap. 5.* Ant. Matthæus *dict. tit. 5. de ſicariis, cap. 5.* qui plures, & plura; & quamquam de communi obſervantia firment regulam, quòd affectus non puniatur pœna ordinaria, niſi effectu ſecuto; hoc in Regno non procedit: nam ſi gravis corporis læſio ſequatur, pœna ordinaria ſubintrat, ut in *dict. for.* 79. expreſsè cavetur, & in terminis tenet Ant. Matthæus *dict. cap. 5. num. 5.*

110 Propria defenſio adeò neceſſaria cauſa reputatur, ut ad tutamen propriæ vitæ poſſit quis aggreſſorem occidere impunè, *l. ut vim, ff. de juſt. & jur.* pluribus relatis Farin. *quæſt.* 125. *numer. 3. & ſeqq.* Gabal. *de homicid. num.* 67. Guazin. *ad defenſ. reor. defenſ. 29. capit. 4. per tot.* præcipuè *numer.* 11. noſter Trullench *lib. 5. Decalog. dub. 4. numer. 1. & ſeqq.* Berlichius *dict. part. 4. concluſ. 12. numer. 16. cum ſeqq.* qui ampliant etiamſi Clericus aggreſſor ſit. Sed
111 cum in Senatu hæc facti ſpecies propone retur, N. Presbyter villæ de Quarteronda, Nicolaum de Benavent Juratum, quem ex levi cauſa odio proſequebatur, intra domicilium proprium fuſte percuſſit, eo reclamante, Didacus Gil Birrorarius acceſſit, auxilium nomine Regio implorando, Joannes Baptiſta Ferrer vicinus cum ſclopero properavit, ut Birrorario auxiliaretur, viſus fuit aggreſſor, qui fugiens è domo offenſi egrediebatur, arma manibus ferens, & eo ignoto, quia ſine habitu Clericali incedebat, & nox erat, perſequi cœperunt, nomen Regium acclamando. Aggreſſor, ut ſequentium manus effugeret, oppidum reliquit, ſed paululum è fuga ſiſtendo, in eos irruit, ſclopetum, quod gerebat, explodendo: ſtatim Ferrer in aggreſſorem explodit, eumque lethaliter vulneravit, ex quo ſequenti die deceſſit. Dubi-
112 tabatur qua pœna occiſor eſſet plectendus? Et quamvis, ut dixi, Presbyter occiſus erat, cum probabiliter qualitas hæc ignoraretur juxta reſultantia ex actis, & etiamſi ſcienter in eum exploſerit, cum Clericus aggreſſor eſſet, neque incidiſſe in pœnam Canonis, neque irregularitatis, tenent plures relati per Guazin. *dict. capit. 4. numer.* 14. Trullench. *dict. lib. 5 dub. 4 numer. 1.* & defenſio non ſolum eſt permiſſa contra Sacerdotem, ſed contra Epiſcopum, vel Cardinalem, Guazin. *ibid. num.* 16. Berlichius *numer.* 27. & 28. Neque ex eo, quod ſclopeto ſe defendit, exceſſiſſe moderamen inculpatæ tutelæ, dici poterat; tum quia cum armis ejuſdem qualitatis aggreſſor reſiſtentiam fecit, tum etiam quia quilibet poteſt ſe defendere adverſus aggreſſorem diverſo armorum genere, etiam fortiori, probant Caballus *caſu* 88. *numer.* 7. Giurba *conſil.* 17. *numer.* 24. & *ſeqq.* Guazin. *dict. capit. 4. n.* 28. Berlichius *concluſ. 12 n.* 56. ob quod attenta juris
113 diſpoſitione, abſolvendum fore in comperto erat. Sed cum extante *for.* 35 *de criminib.* quo, ut dixi, cavetur, quòd occidens ad ſui defenſionem per annum ad exilium condemnetur, in eam pœnam condemnandum eſſe videbatur; attamen omnino abſolvendum judicavit Senatus, nam ipſe clamore Birrorarii audito, qui auxilium nomine Regio implorabat, ipſi Birrorario auxiliatus eſt, quod non ſolum fieri eſt permiſſum, ſed neceſſarium, eo quod ſub pœna cautum reperitur *in pragmat. dici 27. Januarii, anni* 1623. *cap.* 76. & pluribus aliis. Et cum de-
114 linquentem verum perſequerentur in flagrantia criminis, & ipſe delinquens reſiſteret familiæ ſclopum explodendo, amplius per ipſos expectandum non erat, cum non ſolum familiæ, ſed cuicunque privato permiſſum ſit, ex eo, quod aggreſſor ſiſtit ad offendendum, vel præparat ſe ad offenſam.: in unoquoque enim ex his caſibus permiſſum eſt homicidium, quia nemo expectare debet ut percutiatur, vel interimatur ab adverſario, ut bene probant Petrus Caballus *reſolution. crimin. caſ.* 88. *numer.* 5. Guazin. *dict. cap.* 4. *num.* 20. Berlichius *dict. p.* 4. *concluſ.* 12. *num.* 6. & 7. Argel. *dict. art.* 16. *ex num.* 1. Ant. Matthæus *de ſicariis, cap.* 2. *num.* 10: quanto magis in eo, qui non ſolum cum armis ſiſtit, ſed explodit familiæ reſiſtendo. Quare non ſolum abſolutus fuit à pœna prædi- 115
cti *fori*, ſed etiam ab impenſis; nam *forus* neqnequam loquitur de occidente reſiſtentem familiæ. Sic pronuntiatum me referente, ſententia publicata per Vincentium Ferrera Militem, *die* 24. *Januarii* 1652. quæ quidem ſententia notabilis eſt, eo quod in proceſſu contumaciali, in quo reus non auditur, fuit lata. Sed hæc de homicidio ſufficiant, ne Tractatus ex dictis coaleſcat.

SECTIO SECUNDA.

SUMMARIA.

116 *For.* 9. de malefactoribus *explicandus deſinitur.*
117 *Aggreſſores domus alienæ animo damnificandi, capite plectuntur.*
Ampliat in aſſociantibus, ibid.
Domus tutiſſimum aſſ. debet eſſugium, ibid.
118 *Diſpoſitio hac Militaris Brachii conſenſu, non fuit admiſſa, & ſic Militares, & eorum vaſſallos non ligat.*
119 *Pœna capitalis debetur, etiam ex levi damno.*
120 *Deciſio Senatus.*
121 *Diſpoſitio hæc non eſt intelligenda de domino domus, ſed de quocunque habitatorum in ea habente.*
122 *Diſpoſitio hæc habet locum, quoties quis intra domum habitaculi proprii offendatur, etiamſi a vico aliquid projiciatur.*
123 *Deciſio Senatus.*
124 *Divagationis per campaneam, morem Bannitti gerendo, pœna.*
125 *Quæ qualitates requirantur ad hoc crimen probandum.*
126 *Divagatio requiſita ad pœnam ordinariam qualis probanda eſt.*
127 *Numerus coadunatorum, quomodo probandus.*
128 *Probatio delictorum patratorum per comitivam, qualis requiratur, juxta Pragmaticam.*
129 *Divagatio an probari poſſit per teſtes ſingulares.*
130 *Ad probandum quid in genere teſtes ſingulares ſufficiunt.*
131 *Probatæ res in genere, quando dicatur.*
132 *Deciſio Senatus.*
133 *Receptatores, & auxiliatores Bannitorum, qua pœna puniantur.*
134 *Receptatio an probetur per unicum actum.*
135 *Qualitates augentes pœnam in receptatoribus.*
136 *Deciſio Senatus.*
137 *Qualitas augens pœnam, quia inhæret [illegible] mandatario, an augeatur in mandatario, vel è contra.*
138 *Qualitas quæ ineſt ab initio delicti in [illegible] in mandatarium.*
139 *Deciſio Senatus.*
140 *Exploſionis tormenti manualis crimen qua pœna plectatur in Regno.*
141 *Exploſionis pœna an incurratur effectu non ſecuto.*
142 *Exploſio apud nos, factum fuit delictum ſpeciale.*
143 *Exploſionis pœna, ut debeatur, debet fieri actioneratè.*
144 *Deciſio Senatus.*
145 *Homicidium ex eo ſolo quod ſclopeti ictu patretur, dolo-ſum eſt.*

146 *Pœna pecuniaria non est imposita in Pragmatica, ratione explosionis sed delationis ad malos usus, & numer.* 147.
148 *Pœna corporalis delationis absorbetur à pœna explosionis, quæ major est.*
149 *Associantes delinquentem, sine delatione, licet ipse deferat, hac arma non tenentur ad pœnam Pragmatica, nisi constet de auxilio in ipsa delatione.*
150 *Decisio Senatus.*
151 *Pluribus deferentibus sclopeta, si unus deliberatè occidat, vel explodat, omnes tenentur pœna capitali, & unusquisque pœna pecuniaria.*
152 *Si aliquis explodat casu, vel voluntariè, tenetur ad pœnam delationis simplicis.*
153 *Decisio Senatus.*
154 *Pluribus mandantibus, & uno exequente, quomodo teneantur.*
155 *De jure omnes tenentur.*
156 *De foro contrarium est cautum.*
157 *Exempla fororum hanc sententiam comprehantia.*
158 Forus 56. de criminib. in fin. *explicatur.*
159 *Decisiones Senatus traduntur.*
160 For. 3. de adulter.
161 *Famuli cognoscentes dominam, filiam, vel sororem, consobrinam, aut conjunctam domini, capite puniuntur.*
162 *Amplia in rapiente, etiamsi invitus contrahendi nuptias cum ea patretur.*
Amplia intra annum à die discessus à famulatu, ibid.
163 *Extende ad omnem illum qui servare fidelitatem debet.*
164 *Pedagogus filii patris familias, an sub hac dispositione comprehendatur.*
Privigna patris familias, an sub hac dispositione comprehendatur, ibid.
165 *Famuli proprie qui sint.*
166 Serviendi *verbum latitudinem habet in suo genere.*
167 *Filia domine comprehenditur sub nomine filie domini.*
168 *Decisio Senatus.*
169 *Raptores virginum, viduarum, ac aliarum honestarum fœminarum, qua pœna afficiantur.*
170 For. 14. de adulteriis *elucidatur, & n. seqq.*
171 *Rapiens nuptam pari pœna punitur.*
Rapiens Monialem qua pœna afficiatur, ibid.
172 *Nuptiarum qualitas delictum aggravat.*
173 *Bona confiscata cui applicanda sint.*
174 *Confiscare quid sit.*
175 *Decisio Senatus.*
176 *Confiscationis pœna an possit imponi, quando ob defectum probationis, pœna extraordinaria vens plectendus est.*
177 *Corporalis pœna levior, major est qualibet pœna pecuniaria.*
178 *Pœna duplex ab statuto imposita copulative, equaliter debet imponi.*
179 *Pœna corporali non imposita, confiscationis pariter imponi non debet.*
180 *Decisio Senatus.*
181 *Barones, an habeant jus confiscandi? remissivè.*
Assertio mulieris rapte dicentis de consensu ipsius raptum fuisse patratum, gravat, ibid.
Fœmina cujus pudicitia patitur, faciliter præstat consensum adulterio, ibid.
182 For[illegible] *prohibens nuptias inter rapientem, & [illegible] nullius roboris est.*
183 Forus *noster imponens pœnam, etiamsi matrimonium sequatur, subsistit.*
184 *Accessus soluti ad solutam punibilis non est.*
185 *Observantia Senatus.*
186 *Contus damnati qui?*
187 *Adulterium ex mero officio persequi non potest.*
Incestus etiam, ibid.
188 *Maritus solus accusare potest uxorem adulteram; secus in incestu.*
189 For. 7. de adulter. *explicatur.*
190 *Uxor accusare non potest, nec debet, maritum adulterum.*
191 *Adulterium maritorum uxores exasperat.*
192 *Ratio diversitatis traditur.*
193 *Ridiculus reputatur maritus accusans uxorem adulteram*
194 *Limita, si uxor palam, & publicè se prostituat.*
195 *Pœna viri permittentis adulterium uxoris.*
Pœna Adulterii in marito, ibid.
196 *Accessus viri conjugati ad solutam punibilis est.*
197 *Concubinatus pœna.*
198 *Luxuria plurimi pernicioſi effectus.*
199 *Concubinatus an permissibilis ob majora mala vitanda.*
200 *Pulchrius est vitare malum, quam punire.*

AGgressio domicilii alieni, grave crimen est. Per. *for.* 9. *de malefactoribus* cautum reperitur, quòd is qui armatus domum alienam aggressus fuerit, animo damnificandi aliquem ex habitatoribus ejusdem, vel astantem in janua ipsius domicilii invaserit; aut domum insultaverit, aggressor ipse, & omnes associantes pœna capitali puniantur, Et hoc summa cum ratione; nam cum domus tutissimum unicuique refugium esse debeat, *l.* 117 *plerique ff. de in jus vocand. l. nemo* 103. *ff. de regul. jur. l. si cum servum* 28. §. *ult. ff. de fideicom. libertat. l.* 1. *C. d. prator. & honor. prætura: lib.* 11. Farinac. *in fragment. part.* 1. *vers. Domus mea.* 130. Clarus *in praxi, §. fin. quæst. status.* 16. & ibi Bajard. Petr. Cabal. *resol. crim. cas.* 13. *num.* 10. exornat Erasmus *in Adagiis, verb. Domi vivere*, benè Ant. Matthæus *de criminib. tit. de vi publ. & privata*, 4. *cap.* 4. *num.* 3. inde est, quod durissima pœna puniantur transgressores hujus asyli, optimus ad rem textus *in l. hi qui ædes* 11. *ff. ad leg. Jul. de vi pub.* ibi: *Hi qui ædes alienas, aut villas explicaverint, effregerint expugnaverint, si quidem in turba cum telo fecerint, capite puniuntur.* Hæc disposi 118 tio à principio Pragmatica sanctio fuit promulgata *die* 27. *Junii* 1398. sed postea rogatione Brachiorum Ecclesiastici, & Regalis, actus Curiæ naturam obtinuit *anno* 1403. & publicata fuit *die* 9. *Julii anni* 1408. sicque non ligat militares in vim *fori*, sed ex dispositione *juris*, dici non absurdè potest, etiam dispositionem procedere in vim *rationis*. Sed circa hujus juris decisionem, aliqua notanda sunt.

Primò, quod cùm ibi imponatur pœna aggressoribus 119 alicujus domicilii, animo damnificandi habitatores illius, vel adstantes ad ostium, ut textus ait ibi: *Si algu entrarà ab armes en alberch de altre per damnificarsa ell, ò algu, ò alguns daquells, ò estant a la porta, ò dins daquella, les cometrà, ò son alberch li combatrà, que aquell aytal, è tots quants ab aquell sien, ò seran, mueyrensens tot remey.* Hoc est: *Si aliquis aggressus fuerit armatus habitaculum alienum ad damnificandum ipsum, aut aliquem, vel aliquos ipsorum, aut adstantem ad januam invaserit, aut habitaculum insultaverit, quod ipse, & omnes illi qui cum eo sunt, vel fuerint, moriantur absque ullo remedio.* Licet damnum leve sit, vel 120 nullum inferatur, dummodo de animo damnificandi constet; pœna imponenda est; nam licet regulariter affectus non puniatur non sequuto effectu, nisi extra ordinem, licet deventum sit ad actum proximum, Farin. *quæst.* 30. *num.* 31. Ant. Matthæus *de sicariis tit.* 5. *cap.* 1. *num.* 11. cum *aliis*; tamen quia in *hoc foro* effectus est aggressio domus cum armis animo damnificandi, delictum perfectum censetur, licet damnum nullum sequatur, vel leve inferatur: quæ dispositio assimilatur constitutioni Omlandorum, qui irrumpentem morte plectunt, etsi domesticorum nulli vulnus intulerit, *part.* 7. §. 18. de qua Ant. Matthæus *dict. tit.* 4. *cap.* 4. *num.* 6. *vers. Quæri ad finem.* Sic decrevit Senatus in causa Francisci Belenguer, qui Vrsulam de la Lansa amasiam, levitèr vulneraverat in domo propriæ habitationis, sententia lata sub examine Magnifici domini Jacobi Garcia, publicata per Gasparem Mascarò *die* 29. *Augusti anni* 1647.

Secundò, quòd cùm ratio hujus dispositionis ad ha- 121
biraculum

bitaculum, & domicilium referatur, ut in *textu* habetur, ibi: *En alberch de altre*, hoc est: *In alieno habitaculo*, non requiritur, quod offensus sit dominus, aut conductor domus aggressæ, sed tantum, quod in ipsa habitaculum proprium habeat, ut probant textus *in l. 5. §. domum, ff. de injuriis*, Caballus *dict. cas. 13. num. 3.* Farin. *d. vers. Domus, num. 235.* Ant. Matthæus *d. tit. 4. cap. 4. n. 3.* non enim domus natura constat, vel pretio, sed hominum destinatione, *l. quod in rerum 24. §. quod si post, ff. de legat. 1.* & sic quamquam in causa superius dicta deductum, & probatum fuit, ipsam Vrsulam non habuisse conductam domum in qua fuit aggressa, eo quod constabat habitaculum ipsius esse, fuit secuta condemnatio ad pœnam ordinariam.

122 Tertiò, quòd si ex vico, vel via, aliquid proiiciatur, ut putà telum volatile, vel sagitta, aut tormentum explodatur, ad hoc ut habitans in proprio domicilio offendatur, pœna hujus *fori* subintrat. Jacob. Novel. *in prax. crimin. can. interest reipublica, num. 12.* tenet, quòd non; quia in delictis inspicitur initium, & non finis Sed contrarium est verius, ut tenent Baldus *in l. unic. ubi de possession. num. 12.* dicens, quod magis inspicitur qualitas loci, ubi maleficium consummatur. Bobadilla *in politic. lib. 2. cap. 14. num. 30.* Bajard. ad Clarum *dict. § fin. q. 81.*

123 *fiæ 10. num. 112.* & ita censuit Senatus, referente domino Jacobo Garcia, in causa Francisci Lobregat, qui ex vico necavit Joannem Mançano, intra domum proprii habitaculi sententia publicata per Gasparem Mascarò, *die* 10. *Octobris* 1646. In hac sententia non interfui, sed anno 1648. dum jam in Senatu sederem, gratiam delicti postulavit, & tunc dubium hoc subortum, eo quod ut dixi *cap. 2. §. 1. n. 96.* crimen hoc irremissibile est, & ex superius traditis, ex concordi voto sic fuit pronunciatum. Quæ omnia intelligenda sunt, si ex proposito domus aggrediatur, non autem ex dolore repentino, iracundiæ impetu, vel alio quovis affectu, ex quibus pœnæ temperari solent. Ant. Matthæus *dict. tit. 4. cap. 4. n. 5.* & sic decrevit Senatus in causa cujusdam veredi qui libidinis causa domum meretricis aggressus fuit, & ibi iracundia commotus scortum colaphis percussit, non extat, ni fallor, sententia, quia fuit fiedejussoribus relaxatus,

124 In hoc Regno frequens esse solebat crimen divagationis per campaneam, more grassatorum, & bannitorum, delicta patrando, factiones fovendo, ac pacem publicam perturbando, & quamquam exiguæ reliquiæ tantum permaneant, non absre erit tradere ea, quæ necessaria sunt, ut percipiatur qualis sit observantia Senatus. Licet crimen istud variis pœnis juxta temporum qualitates, & exigentiam coërceretur, tandem juxta Pragmaticam sanctionem publicatam *die* 13. *Aprilis* 1646. *in cap. ult.* coadunatio quatuor hominum reprobata est; ea punitur pœna remigii per sexennium in plebeis, in Militaribus, pœna relegationis in Arce Orani per per sexennium, quæ pœnæ extendi possunt, usque ad pœnam mortis naturalis inclusivè. Si verò coadunatio excedat numerum quintum, punitur pœna capitali, *l. capitalium, §. famosos*, & ibi Gloss. *verb. Grassati sunt, ff. de pœnis.* Quæ confirmata reperiuntur per *cap. ultim. pragmat. sanction. diei 19. Septembris, anni* 1650. hoc addito, quod pœna coadunationis excedens numerum tertium. plectatur pœna relegationis ad triremes, vel ad Arcem Orani per decennium, & quod arbitrariù, sit Regio Senatui, an qualitates resultantes probent coadunationem, & divagationem. Tractant de istis Bannitis Joann. Grand. *tractat. de bell. exul.* Curavit. *ad pragmat. de exul.* Regens Rovit. *ad easdem pragmat.* Elisæus Dança *in tractat. pugn. Doctor. tom. 2. tit. de armat per campan. 1. per totum*, Giurba *consil. 28. in principio.*

125 Et quia juxta tradita per Doctores relatos per Elisæum Dança *in pugnæ. Doctor. tom. 2. tit. de armat. per campan. cap. 1. num. 1. & seqq.* plures qualitates requiruntur ad probandam divagationem, videndum est, quæ requirantur apud nos, juxta dictarum Pragmaticarum sanctiones? In primis probanda est divagatio per loca aliena, nam licet aliqui coadunentur in loco propriæ habitationis, & numerum Pragmaticarum excedant nihilominus non censetur coadunatio reprobata per dictas Pragmaticas, quod expressè habetur in *ipsis pragmaticis.*; nam causa dispositionis ea fuit: nempe frequentia Comitivarum divagantium per varia Regni loca, quod verificari nequit in coadunatis in eodem loco, ubi degunt, ad hoc ut pœna ordinaria imponatur, argumento *l. quis sit fugitivus, §. erronem, ff. de edil. edict. l. 3. §. levius, ff. de re militari*, quod subintrat loco contumaciæ, de qua Dança *dict. cap. 1. numer. 5.* & quamquam nostri Bannii, latrones, atque grassatores viarum non fiant, sed ad invicem hostiliter se persequantur comitivæ, & alia delicta patrare soleant; quæ de illis dicta sunt per Giurbam *consil. 90. numer. 11.* Istis respectivè conveniunt. Secundò requiri- 127
tur, quòd numerus probetur, juxta *pragmaticarum* dispositionem, nam aliàs non erit coadunatio reprobata, Dança *dict. cap. 1. numer. 8.* Tertiò, quòd armati incedant tranquillitatem publicam perturbando, & delicta patrando; nam eo ipso quòd armati incedunt, quocunque armorum prohibitorum genere, timorem inferunt, tam privatis, quàm ministris familiæ oppidorum exiguorum. *l. armatos 9. l. hi qui edes 11. §. 1. ff. ad leg. Jul. de vi pub.* Dança *dict. cap. 1. num. 19. vers. Et si attendamus.* Et satis pacem publicam perturbare dicuntur, quando sic coadunati errant huc, & illuc, inimicos persequendo, & alia delicta patrando, *l. 1. & 3. ff. dict. tit.* Dança *dict. c. 1. n. 18.* & notandum est, quod hæc delicta patrata per Comitivam, non debent concludenter probari adversus inquisitum de divagatione, nam cùm ordinariè ea sint homicidia, explosiones, hostilitates, grassationes, & similia, si concludenter adversus singulos 128
probarentur, non erat necessaria, imò omnino inutilis, dispositio *Pragmaticæ*, quidquid in contrarium dicant relati per Dança *dict. cap. 1. numer. 10. & sequentibus* sed sufficit, quod constet Comitivam delicta patrasse, & ipsum in ea Comitiva divagasse, & ita praxi receptæ Pragmaticæ sunt, & quotidie tempore factionum judicabat Senatus, jura hæc hoc pacto interpretando.

Sed cum actus reiterabilis sit divagatio, quærendum 129
est, an probari possit per testes singulares; & videbatur, quod sic per tradita ab omnibus Doctoribus in terminis adulterii, nam ex eo, quod est crimen reiterabile, quando agitur de probando in genere, per testes singulares probari tradunt. Ita Farinac. *quæst. 64. n. 150.* Plurib. relat. Cabal. *cas. 293. num. 28.* Sed contrarium 130
est verius, nam licet ad probandum quid in genere, testes singulares sufficiant, id intelligitur quando aliquid probatur non ad pœnam inferendam, sed ad alium finem, putà ad privationem dotis, vel ad diminuendam fidem testis, & sic similia. At quando tractatur de 131
punitione criminali pro aliquo delicto, licet illud reiterabile sit, in specie omnino probari debet, & sic non per testes singulares, nam horum depositiones non sufficiunt ad pœnam ordinariam, Farinac. *dict. quæst. 64. numer. 156.* Cabal. *dict. cas. 293. numer. 30. & seqq.* Giurba *consil. 37. num. 25.* & sic judicavit Senatus, me referente propter absentiam Nobilis domini Don Ant. Ferrer, in causa Hieronymi Tevar, & Gasparis Vidal, 132
sententia publicata per Gasparem Mascarò *die* 31. *Martii anni* 1650. Quæ quidem intellige, dum divagatio sit dolosa, & animo deliberato coadunatio fiat, nam si colore iracundiæ quis coadunetur cum aliis, etiamsi in Comitiva reprobata sit. non inde sequeretur teneri pœna divagantis, Elisæus Dança *dict. cap. 1. num. 16.* & sic pronuntiavit Senatus, me referente in locum dicti Nobilis Collegæ, in causa Rochi Alcocer oppidi de Montesa, qui colore iracundiæ ductus, ob vulnus illatum filio, cum Comitiva Antonii Espinòs ad domum patris vulnerantis

vulnerantis acceſſit, qui quidem fuit abſolutus, eo quod inſtantanea illa coadunatio, potius impetu iracundiæ, quàm dolo facta videbatur, ſententia publicata per Vincentium Ferrera *die 9. Februarii anni* 1650.

133 Receptores, & auxiliatores horum Bannitorum peſſimæ conditionis ſunt, nam eis deficientibus, & Banniti deficiunt, *l. 1. ff. de receptator.* ibi: *Peſſimum genus eſt receptatorum, ſine quibus nemo latère diu poteſt*; à jure enim pari pœna puniuntur, *l. 1. C. de receptator. l. 3. §. ſi quis 12. ff. ad Silanian.* cum aliis adductis per Caballum *caſ. 287. num. 2.* Aponte *de poteſtat. Prærog. tit. de provid. fier. ſolit. §. 3. numero primo, & ſequentibus.* Quod intellige, ſi participes criminis fuerint, ſin autem ſimpliciter receptaverint, pœna diverſa plectuntur. *dict. l. 1. in fin. Cod. de receptator. l. ultim. §. ultim. ff. de Abig. l. vim paſſam 39. §. mulierum, ff. ad leg. Jul. de adulter.* cum aliis adductis per Anton. Matthæum *de delictis, titul. 10. de receptator. cap. 2.* Sed ab eiſdem *Pragmaticis* puniuntur plebeii pœna remigii per ſexennium, & ducentarum librarum, ac demolitionis domus: Militares verò, deportationis per idem tempus ad Arcem Oranis, & quingentarum librarum: & ſi officia adminiſtrationis juſtitiæ receptatores obtinuerint, pœna duplicatur, quæ in omnibus extendi poteſt uſque ad mortem naturalem incluſivè, cujus criminis probatio privilegiata manet, ut latius habetur in capitibus dictarum Pragmaticarum. Tractant de receptatoribus plures relati per Petrum Caballo *reſolut. crimin. cap. 287. per tot.* Aponte *dict. §. 3. per tot.* Peguera *deciſ. 36.* Maſtril. *deciſion. 216.* Giurba *conſil. 28. per tot.* Eliſæus Dança *impug. Doctor. titul. de receptator. capit. 1. & ſequentibus* Farin. *quæſtion. 133. cap. 1. & ſequentibus.* Novar. *in collect. ad prag. Neapol. tit. de receptator. per tot.* præcipuè *collect. 2. pragm. 1.* Joann. Baptiſt. de Thoro *in compend. deciſ. tom. 1. & 2. verb. Receptator*, & Anton. Matthæus *d. tit. 10. lib. 48. ff.*

134 Sed dubitari poteſt, an receptatio probetur per unum actum, nam verbum *receptare*, propriè ſumptum, requirit frequentiam actuum, & temporis longitudinem, ut probat Farinac. *dict. quæſt. 133. num. 22. & 23.* Maſtril. *dict. deciſ. 216. num. 84.* Novar. *dict. collect. 2. num. 9.* qui dicunt, receptatorem, quoad ſimplicem potum, vel cibum tranſeuntibus bannitis præſtitum, non eſſe punibilem: ſed contrarium eſt verius, eo quod in *dictis pragmaticis*, non ſolum punitur receptatio bannitorum, ſed quoquo modo eis tribuat aliquis opem, auxilium, conſi-

135 lium, ut in verbis illarum habetur, quo in caſu tradit Farin. *ibid. num. 22. & 24.* quod unicus actus eſt punibilis. Nec obſtant tradita per *Maſtrillum, & Novarium*; nam loquuntur de ſimplici cibo, & potu tranſeuntibus præſtito, caſu magis, quàm voluntate, & ex propoſito; nos verò de actu deliberato receptandi, vel auxiliandi ſine vi, & violentia, doloſè; quo in caſu Senatus ſolet pœnam ordinariam imponere, ut pluries imponi vidi. Si autem vis, vel violentia interveniat, putà eo quod reſultat ex actis, vel præſumitur, quia receptans degit in prædio ruſtico, aut aliis locis, in quibus Comitivæ prædominantur, tunc ex unico actu non imponitur pœna, quia præſumitur coactè obedire imperantibus, ita docent Caballus *dict. caſ. 287. num. 79.* Dança *ubi proximè, num. 29. & 30.* Thoro *dict. tom. 1. verb. Receptatores*, Novar. *dict. collect. 2. num. 5. & 6.* ſecus ſi continuaverit; nam ſi coactè receptantur, bis, aut ſemel, credibile eſt, ſed non frequenter: & generaliter ex

136 frequentia actuum pœna augetur, ſignanter in hoc crimine; nam ſi ea ſit immoderata, juxta qualitatem auxilii, & auxiliatoris, augetur pœna uſque ad mortem, ut deciſum habemus in Senatu in cauſa Hippolyti Gomez, qui condemnatus fuit, me referente, ad pœnam remigii per decennium, ſententia publicata per Felicem Monço R. M. S. *die 3. Novembris* 1648. in cauſa Bajuli del Grau, qui etiam condemnatus fuit ad pœnam relegationis in Arce Oranis per decennium, ſententia publicata per Maſcarò *die 27. Martii* 1649. & in cauſa Coſmæ Soriano, qui ultimo ſupplicio condemnatus fuit, ſententia publicata per eundem Maſcarò, *die 1. Auguſti* 1646. Hæ deciſiones factæ quoad extenſionem pœnæ propter frequentiam, & qualitatem receptationis; at verò quoad receptantes frequenter in prædio ruſtico, me referente in cauſa Gaſparis Alborç, ſententia publicata per Monçon *die 24. Januarii* 1650.

Sed obiter quæro, an qualitas augens pœnam, quia 137
inhæret perſonæ mandantis, augeatur in mandatario, vel è contra: ut putà ſi mandans receptare ſit militaris, qui pecuniariter punitur pœna quingentarum librarum, & mandatarius ſit plebejus, qui tantum condemnatur ad ſolvendum ducentas libras, vel è contra, qualitas inhærens perſonæ mandatarii influat in mandantem? & reſolutivè dico, quod ſic, in utroque caſu; nam quali- 138
tas quæ ineſt ab initio delicti in mandante, influit in mandatarium delictum exequentem, *l. 1. ff. ad leg. Pomp. de parricid.* Bartol. *in l. qui ſervo, ff. de furtis*, Petrus Gaball. *reſolut. crimin. caſ. 56. numer. 108.* Et è converſo, ſi mandans eſt plebejus, & mandatarius Militaris, mandans punitur pœna pluris impoſita mandatario, ſeu exequenti propter qualitatem inhærentem perſonæ principalis, *l. utrum ff. ad leg. Pompei. de parric.* Bartol. *in l. his qui opem, num. 5. ff. de furtis*, Caball. *dict. caſ. 56. num. 105.* & ſic definivit Senatus in cauſa Joannis Alco- 139
cer, & aliorum, de qua *ſuprà*, nam omnes condemnavit in pœnam pluris ob necem Dom Franciſci de la Portilla, licet non in terminis receptationis, ſed in ſimili, nam delatio ſclopeti ad malos uſus punitur pœna pluris in Militibus, ut illico dicam.

Circa diſpoſitionem Pragmaticæ ſanctionis publica- 140
tæ *die 26. Aprilis* 1613. & renovatæ *die 31. Auguſti* 1652. aliqua adnotanda ſunt. In primis enim explosio cujuſcunque ſclopeti, crimen ſpeciale conſtituitur, ita ut tam in mandante, quàm in exequente, tam in occidente, quàm non occidente, tam in vulnerante, quàm in non vulnerante, pœna mortis naturalis puniatur, etiamſi pulvis fulfureus non accendatur, dummodo probetur, quod inſtrumentum explodit, ut expreſſis verbis in eadem Pragmatica habetur, ibi: *Que ſi deſpues de la publicacion deſta Pragmatica, alguno tirare a otro con perdernal, eſcopeta, ò arcabuz de qualquier medida que ſea, ò lo hiziere tirar, aſſi el que le huviere tirado, como el que le huviere hecho tirar, incurran en pena de muerte natural, aunque con el tal tiro no aya muerto, ni herido à nadie, y aunque el cañon no aya tomado fuego, ni ſalido el tiro, ſino que el tal delinquente aya tan ſolamente deſcerrajado el pedernal, ò cerraja, aunque ſea de mecha.* Tradunt de ſimi- 141
li diſpoſitione Gamma *deciſ. 170.* & ibi Addent. Maſtril. *deciſ. 155. tom. 2.* Riccius *collect. 1363. 4. part.* & licet ipſe *in fine*, & Guizzarel. *deciſ. Neapol.* Grammaticus *deciſ. 2.* Theſaurus *deciſ. 243.* Ludoviſ. *deciſ. 8.* Gaſpar Theſaur. *quæſt. 24. part. 2.* Maſtril. *dict. deciſ. 293. tom. 3.* Riccius *deciſ. 70. p. 1.* & Novar. *in collect. ad pragmat. Neapol. de ictu ſclopet. collection. 1. num. 3.* tradant, pœnam non poſſe imponi, quin ſequatur effectus: contrarium apud nos eſt verius, nam cum explosio, juxta mentem Pragmaticæ, fiat delictum ſpeciale, ut dixi, ſatis effectus ſecutus eſt, eo ipſo quòd explosio perficitur, & ita tradere videtur Marius Curtel. *in Cod. legum Sicul. in diſcurſ. concord. inquiſit. controverſ. 5. 6. & 14.* quibus in locis de ſimili ſtatuto loquitur, & ſic obſervat Senatus ab ipſa promulgatione. Sed intelligen- 142
dum eſt, dum fiat animo deliberato, & doloſo, ut tradunt Maſtril. *dict. deciſ. 155. numer. 2.* Novar. *dict. collect. 1. n. 6. & 7.* Guizzarel. *dict. deciſ. 25.* & conſequenter, ſi caſu magis, quàm dolo, ut in rixa, explosio fiat, Pragmaticæ diſpoſitio ſubintrare non poteſt, ſicut quoad pœnam aliorum criminum latiùs *ſuprà* dixi, & 143
pluries definivit Senatus, ſignanter me referente in

cauſa

causa Vincentii Barò sententia publicata per Vincent.
144 Ferrera R. M. S. *die 9. Julii anno* 1650. Quamvis si homicidium sequatur, non desint, qui contrarium teneant; nam plurimi tradunt, quod ex eo tantùm, quod homicidium ictu sclopeti patretur, per insidias commissum credatur, Plaça *de delict. lib. 1. c. 21.* Covarruvias *variar. lib. 5. c. 20.* Menochius *de arbitrar. cas. 361. n. 29.* Giurba *consil. 69. num. 21.* Farin. *quæst. 18. mon. 75.* Ca-
145 bal. *dict. controvers. 5. mm. 4.* Quam sententiam ita Senatus amplexa fuit, ut si appensatè, & non casualiter, vel calore iracundiæ patretur, tunc etiam alio non concurrente homicidium insidiosum reputetur, & ita notatum habemus in eadem Pragmatica anni 1613. manu Illustrissimi domini Vicecancellarii, & inconcussè observatum quoad pœnam ordinariam ex deliberata explosione, quotidie, quoad pœnam verò extraordinariam, sententia publicata per Don Francisc. Alreus, *die 39. Maii* 1639. in causa Vincentii Portoles, referente Nobil. domino Don Petr. Villacampa, & in pluribus aliis. Quod procedit dum glandes plumbeæ in sclopeto impositæ sint; nam si tantum pulvis sulfureus imponatur, cum non sit aptus ad nocendum, pœna *Pragmatica* cessat, ut probant Rovit. *ad pragm. 1. de ictu sclop.* Guizzarel. *decis. 25. n. 12.* Mastril. *dict. decis. 153. n. 13.* Joan. Baptist. de Thoro *in compend. decis. tom. 2. verbo Pœna mortis imposita, ad medium,* Novar. *ubi proximè n. 7.* mirabiliter hæc omnia comprobans Mar. Giurba *observat. 32. per tot.* quare quando ictus sclopeti non nocuit, effectus glandium in actis adnotatur ad instar corporis delicti.
146 Secundò adnotandum est, quod pœna pecuniaria quingentarum librarum in plebeiis, & mille in Militibus, non imponitur ratione explosionis; sed ratione delationis ad malos usus, ut in ipsa dicitur *in princ.* sed quoniam quoties exploditur appensatè, mali usus qualitas verificatur; inde est, quod pœna pecuniaria delationis subintret, absorpta pœna corporali ipsius de-
147 lationis (quæ mitior est) in pœna capitali, quæ ratione explosionis imponenda venit, nam duo delicta effecta per Pragmaticam fuerunt, unum delationis, aliud explosionis, & sic pœnæ incomparibiles absorberi debent, ita ut major conquassetet minorem; sed pecuniaria imposita ratione delationis, non est incomparibilis cum corporali imposita ratione explosionis, nam ex eodem facto duplex delictum resultare potest, ut ex coitu cum consanguinea nupta, adulterium, & incestus; ex subtractione alicujus rei ex sepulchro, sepulchri violati, & furti, *l. si adulterium cum incestu 38. §. 1. ff. ad l. Jul. de adulter. l. qui sepulchra 4. C. de sepulchro violat.* cum aliis plurimis doctissimè congestis per Larream *decis. Granat. 50. num. 11. & seqq.* & post eum per Ant. Matthæum *de crimin. tit. 3. de incestu, cap. 6 num. 5. vers. Caterum*, optimè Herman. Vultejus *de judiciis lib. 2 cap. 4. num. 323. & seqq.* nam ut ipse probat ex *l. 1. ff. de probat. delict. & §. fin. Institut. si quad. pauper.* delictum nunquam derrahit aliquid pœnæ alterius; & quamvis asserat de contraria consuetudine, hoc apud nos procedit in pœna corporali, vel incompatibili, non autem quoad pœnas pecuniarias.

Ex dictis clarè infertur, quòd quoties qualitas mali usus aliàs, quàm ex ipsa explosione verificetur, impositio pœnæ subintrat; veluti si quis ad grassandum in via publica sclopeto usus fuerit, vel ad raptum fœmi-
148 næ honestæ patrandum, delinquentes à manibus familiæ eximendum, domum insultandam, & sic similia, & ita observat Senatus, pœnam his de causis imponendo ratione delationis ad malos usus, verificatæ in executione aliorum delictorum; quod temperandum, dum magis casu, vel impetu fit, quàm ex proposito, vel quando delictum de per se leve est, ut fuit decisum referente Nobili domino Don Petro Villacampa, sententia publicata per Don Francisc. Daça *die 17. Octobris* 1640. in causa Didaci de Ichazo, famuli Don Joannis Vives de Cañamas.

Infertur etiam, quòd associantes delinquentem principalem, si ipsi sclopeta non deferant, sed tantum principalis delinquens, ut putà sex interveniunt in homicidio, Titius illud exequitur aliis scientibus, sed ipse tantum sclopetum defert, iste enim tantum tenetur ad pœnam delationis ad malos usus, nisi specificè probetur, auxilium vel mandatum in ipsa delatione; nam cum delatio crimen distinctum sit à principali delicto, vel qualitas accessoria ipsius, inhærens personæ deferenti, non debet egredi suum auctorem quin constet de voluntate, & animo deliberato sociorum, cooperativè in ipsa dela-
tione. Quod cum pluries in Senatu dubitaretur, ut ob- 149
servantia interpretativa comprobaretur, pluribus rerum judicatarum exemplaribus recognitis, sic resolutum fuit, post longam disceptationem, *die 19. Februarii anni 1649.* interfuimus, Nobilis dominus Don Joannes Hieronymus Blasco, Equestris Ordinis Beatæ Mariæ de Montesa, vir doctrina, rectitudine, atque experientia eximius Reg. Cancel. Nobiles Dñi. Don Cosmas Gombau, & D. Michael Hieronymus Querol, literatissimi Senatores Civilium causarum, Magnificus Jacobus Garcia, & Nobilis Don Braulius Elteve, Senatores aulæ criminalis, & Ego qui munus Fisci patroni tunc gerebam, & sic pronuntiatum in causa Don Ludovici Loqui, & aliorum, sententia publicata eisdem diebus, sub examine domini Don Braulii Elteve, auctuario Roselló.

Tertiò adnotandum est, quòd casu, quo omnes defe- 150
runt sclopeta, & ipsis consentientibus unus deliberatè explodit, vel omnes explodunt, tunc unusquisque tenetur ad pœnam explosionis, ob auxilium in ipso delicto explosionis præstitum, & ad pœnam pecuniariam delationis; quia cum ratio istius pœnæ imponendæ, sit ipsa delatio, unusquisque de sua delatione tenetur, & malus usus verificatur in explosione unius, & complicitate cæterorum: ita pronunciatum referente Nobili domino Don Petro Villacampa, sententia publicata per Don Franciscum Alreus *die 11. Julii anni* 1639. contra Michaelem Cervera, & Vincentium Taberner, qui condemnati fuere ad pœnam extraordinariam, ibi: *pro unoquoque illorum*, & in causa Caroli Garrigòs, & Joannis Sanz, sententia publicata per eundem eodem die sub eodem examine, ibi: *pro unoquoque.*

Sed quamvis pœna explosionis non debeatur, si casu 151
magis, quàm deliberatè fiat, etiam si mors sequatur, dubitari potest, an tunc debeatur pœna delationis simplicis, vel mali usus? & distinguendum arbitror, si enim quis obiter invenerit arma prohibita, rixa jam orta, & eis usus fuerit, tunc non tenetur, quia nec adhuc simplex delatio facta fuit deliberatè. Si autem deliberatè arma deferendo, contigerit, quod ad sui defensionem, vel ad rixam, ipsarum opus habeat, non tenebitur ratione explosionis, neque delationis ad malos usus: tum quia qualitas ista non videtur satis verificata in explosione rixosa, ut dixi: tum etiam, quia casu magis, quàm dolo feciſſe videtur, ut respectu aliorum criminum dixi; sed cum ani- 152
mus deliberatus negari non possit, quoad dilationem simplicem, ea pœna subintrat, ut explicando Giurbam *consil. 84. num. 17.* Tradit Joan. Baptist. de Thoro *in compend. decision. verb. Pœna asportationis sclopi, ad medium tom. 4.* & sic definivit Senatus, sub examine Magnifici domini Joannis Chrysostomi Berenguer, in causa necis Don Petri Mercader, in qua decisione interfui anno 1652. licet sententia non fuit publicata usque ad annum 1653.

Si autem plures mandantes fuit, & unus mandatarius, 152
qui tantum sclopetum asportavit, & explodit, dubitari non immeritò potest, an omnes insolidum teneantur, ita ut uno solvente, cæteri liberentur, an verò quilibet de per se, ita ut solutione unius alter non liberetur? De jure enim dubium non est, unumquemque reorum ita principaliter teneri, ut solutione unius cæteri non liberentur; nam principaliter unusquisque delinquit, & ideo principaliter condemnari debet: Textus *in l. penult. §. hoc judi-*

cium, l. ult. ff. ne quis in jus vocat. vi exim. Item Mela, §. sed si plures, ff. ad leg. Aquil. l. nunquam 60. *ff. de obligat. & action.* licet enim in causis civilibus, uno ex correis solvente alter liberetur : in criminalibus secùs procedit, cum solutio detur ad pœnam, quæ omnes delicti auctores sequi debet, tradunt Farinac. *q.* 30. *n.* 93. Cabal. *casu* 8. *& casu* 198. Hieronym. Bucaron. *de differen. inter judicia civil. & crim. diff. rem.* 137. Berlichius *tom.* 4. *conclus.* 11. *num.* 22.

155 Sed *fororum* dispositione perpensa, contrarium apud nos procedit ; nam omnes juris dispositiones superius adductæ expressè correctæ reperiuntur per nostros *foros*. Plures enim concurrentes ad homicidium patrandum à jure principaliter, & per se tenentur ad pœnam pecuniariam, nec solutione unius alter liberatur, *dict. l. item Mela, §. sed si plures*, Cabal, *dict. cas.* 198. *numer.* 8. quæ juris dispositio correcta manet per *for.* 56. *de criminibus*, in quo expressè cavetur, quod uno solvente cæteri liberentur, & si in homicidio hæc juris correctio videtur,

156 idem erit dicendum in aliis delictis, ut arguit Caballus *dict. cas.* 198 *numer.* 34. *vers. Tamen si*, & comprobatur evidenter ex eo, quod omnes ferè leges superius adductæ in diversis criminibus disponentes, correctæ sunt per nostros *foros*, nam ut dixi, text. *in dict. Item Mela, §. sed si plures, ff. ad leg. Aquil.* corrigitur per *for.* 54. *& 56. de crimin.* idem textus *in l item Mela, § si plures trahem*, text. *in l.* 1. *§. fin.* text. *in l. fin. de his qui dejecer. vel effud.* quibus cavetur, quòd si plures trahem ejecerint, & hominem necaverint, omnes teneantur pœna legis Aquiliæ: corriguntur per *for.* 49. *eod tit.* in quo contrarium sancitur: de jure plures furantes ad pœnam dupli omnes tenentur, nec solutione unius alii liberantur, Cabal. *dict. cas.* 198. *num.* 7. de foro verò juxta *forum* 1. *de condict. furtiva*, solutione unius ex latronibus cæteri à pœna dupli liberantur. Unde licet mandatarius eadem pœna pecuniaria dilationis re-

157 neatur, simul cum mandato : semper tamen observatum fuit in Senatu, quod altero ex dictis hanc pœnam solvente, alius liberetur, & sic diffinitum fuit Auditore domino Don Petro Villacampa & Pueyo, sententia publicata per Don Franciscum Daça, *die* 24. *Januarii* 1641. in causa Josephi Miralles, & Jacobi Borras, & sub examine Nobilis Avunculi Don Petri Sanz *anno* 1632. in causa homicidii Philippi Arazil oppidi de Sexona, sententia publicata per Don Franciscum Alreus, *die* 5. *Septembris* 1631. & ita antiquitùs observatum fuisse testatur *in suis observationibus, lit. E, observat.* 20.

158 Sed videamus quæ sit dilationis simplicis pœna ? & distinguendum est tormentum approbatæ mensuræ, vel reprobatæ ; nam illius quinquaginta libræ sunt à die delationis commissæ, si instrumentum sulfureo pulvere, silice, arque glandibus plumbeis paratum reperiatur intra oppidum, vel urbem, & noctu eadem pœna pecuniaria, & trium annorum remigii, quæ extendi potest usque ad mortem, etiamsi sine silice, pulvere, sulfureo, & glandibus reperiatur, *ex cap. ult. pragmat. sanctio, dici* 11. *Januarii* 1627. in aliis Pragmaticis repetitæ. Et nota, quòd in eadem Pragmatica noctis terminus designatur, nempe pulsatio campanæ hora vespertina pro oratione Angelica, usque ad pulsationem, quæ ad auroram fit. Sed quid dicendum de die Veneris, vel Sabbathi sancti, quibus campanæ non pulsantur ? & videtur quod pœna imponi non potest, ut in simili tradunt Albericus *in 2. p. statutorum, quæst.* 7. *vers. Item quæro retentis*, Julius Clarus *quæst.* 82. *vers. Pone in statuis, in praxi*, Caputus *de regim. Reipub. cap.* 7. *§.* 2. *num.* 27. nam licet apprehendi quis possit in ea hora, qua indubitatè à communiter contingentibus, pulsata jam campana est hora vespertina, vel pulsari non potuit hora matutina, cum hæc dispositio pœnalis sit, & quilibet causa, etiam bestialis, sufficiens sit ad excludendam pœnam, dispositio restringenda est, & pœna vitanda. Quam conclusionem pariter probat Don Didacus Narbona *in horogr. jur. hora* 10. *numer.* 10. *& seqq.* qui *numer.* 13. pulchrè probat, quod deferenti arma post campanæ pullum relinquendum est congruum tempus, arbitrio Judicis, quo possit rutò se collocare. At reprobatæ mensuræ est pœna ducentarum librarum, & corporalis arbitraria usque ad mortem, juxta *forum* 29 *anni* 1626. nam ante ipsum pœna ultimi supplicii asportantes afficiebantur. Cujus *fori* dispositio sic usu recepta est, ut ab homine bonæ famæ, ducentæ libræ exigantur, & condemnetur ad triremes per triennium, in homine verò malæ qualitatis pœna augetur, ita ut ex sola delatione pluries pœna capitalis imponatur. In minoribus autem, dimidium pœnæ arbitrari solet Senatus, ita ut centum libræ exigantur, & ad exilium per triennium mittatur. Quæ autem qualitates probandæ sunt, ad hanc delationem, tradunt Elisæus Dança *in pugn. Doctor. tit. de armæ. per campan. capit.* 1. *numer.* 19. *vers. Et sine.* Farin. *quæst.* 108. *numer.* 54. Cabal. *cas.* 158. & 230. An autem Peregrini ea lege teneantur ? affirmativè respondendum, cum Claro, Deciano, Grammatico, & aliis adductis per Ant. Matthæum *dict. titul.* 4. *capit.* 4. *numer.* 2. licet mitiùs, si recenter advenerint.

Et licet regulariter delationis armorum prohibitorum pœna non imponatur legitimè convicto, nisi apprehensus reperiatur cum ipsis armis prohibitis, ex pluribus congestis per Farin. *quæstion.* 108. *numer.* 132. (quod intellige quoad pœnam ordinariam) & in sclopis reprobatæ mensuræ videtur de mente *for.* 29. *Cur. ann.* 1626 tamen si aliquis reperiatur per Judicem, vel quemlibet alium de familia, cum sclopo parvo, & antequam apprehendatur projecerit in terram ; nihilominus apprehensus verè dicitur, & pœna, ordinaria locum habet, ex textu *in l. si quis in servitute* 7. §. 2. *de furt.* ibi: *Sed Celsus deprenhensioni hoc etiam adjicit: Si cum vidisses eum furipientem, & ad comprehendendum, eum accurrisses, objecto furto effugit : furem manifestum esse.* Docet mirabiliter de more Marius Giurba plura congerens *observ.* 45. *nu.* 4. *& seq. & num.* 26. asserit sic decisum in Senatu Siciliæ: & nota, quòd tantum de quo Giurba *dict. observ.* 45. punit pœna capitali inventum cum hoc instrumento in flagranti, quod fere est idem, ac dispositum per nostrum *forum*, ibi: *Sem atrobat algun plebeyo portant dites pistoles, y no de altra manera.* Vere enim reperitur asportans, etiamsi ex post facto projecerit : & quod amplius est *nu.* 27. tradit, quòd si ad pedes alicujus sclopum reprobatæ mensuræ reperiatur, dummodo contrarium non probetur, absque alio puniendus venit. Juxta quam sententiam pronuntiatum fuit in Senatu *anno* 1653. dum Antonius Auger, & Joannes Feliu, Banniti, capti fuerunt in oppido de Torrent districtus Vrbis Setabis, & reperti in cubiculo clauso cujusdam domus, dormientes in eodem lecto : unusquisque repertus fuit cum sclopo, sive arcabucio permissæ mensuræ contiguo pulvinari, & in eo pendebant é balteo duo instrumenta manualia ex appellatis *Tercerolas*, cum bursa glandium plumbearum, & theca pulveraria, & pugione in cingulo, proximiora cuilibet quàm Indumenta ; illico enim ut apprehensores senserunt, hæc arma capere conati fuere. In hac enim specie repertos fuisse deferendo arma prædicta pronuntiatum fuit ; nam idem erat, ac si unusquisque secum deferret, nam hoc non est commensurandum habito respectu ad personam, sed ad aptitudinem utendi his armis: sicut enim deferens arma alligata, vel eo modo appositа, ut minimè cum illis offendere possit, non tenetur, ut cum Plaça, Barbat. & aliis tenet Farinac. *dict. quæst.* 108. *n.* 83. *& seq.* Sic licet personaliter non deferat, si potest faciliter offendere cum eis, sine dubio tenetur ; quemadmodum si quis dum equitat, deferat sclopa reprobatæ mensuræ in summo ephippio, quamquam in persona dici nequeat quod apprehensus sit ; ita pariter jacens, & retinens simul cum vestibus prope eorum hæc arma, absque dubio apprehensum fuisse deferendo dicendum est. Neque quia duo erant, neminem puniri posse est tenendum,

ut de instrumento reperto ad pedes multorum, tradit Giurba *dict. nu.*27.quia in nostro casu duo tantum erant, & unusquisque inter vestes proprias habebat arma modo prædicto, easque statim agnoscendo, reliqua etiam agnovisse videbatur. Sicque ad pœnam debitam unusquisque condemnatus fuit juxta qualitatem personæ, nempe Antonius Auger ad crucem, & Joannes Felix ad triremes per decennium, utendo Senatus arbitrio contento *in eodem foro* 29. & sic pronuntiatum me interveniente, tanquam allociato, sententia publicata per Felicem Monço R. M. Scribam *die* 27. *Augusti anni* 1653.

159 Per *for.* 5. *de adulteriis* pœna capitalis imponitur famulo cognoscenti carnaliter uxorem, filiam, sororem, aut consobrinam, vel conjunctam domini, sive patris familias, aut raptum in eisdem patranti, etiamsi intuitu contrahendi cum ea feciſſe appareat, vel patretur postquam discessit à famulatu, dummodo fiat intra annum
160 à die discessus. Quæ quidem dispositio congruit cum dispositione juris communis, nam licet ex *l. unic. C. de mulierib. quæ se propr. ser.* servus præcipuè comprehendatur in ea dispositione, Julius Clar. *in §. fornicatio, n.* 20. Gomez *ad leg.* 80. *Tauri, numer.* 2., Farinac. *quæst* 147. *numer.* 18. Berlichius *part.* 3. *conclus.* 38. *numer.* 106. An-
161 ton. Marthæus *dict. titul.* 3. *de adulter. & stupr. capit.* 7. *numer.* 9 id tamen extenditur ad omnem alium, qui servare fidelitatem debet, Joan. Faber *in §. item lex Julia, de adulteriis, Institut. de public. judiciis*, & aliis relatis à Farinac. *dict. quæst.* 147. *numero* 18. *& seqq.* licet quoad pœnam ordinariam dissentiant Berlichius, & alii ab eo lau-
162 dati *numer.* 107. Sed noster *forus* clarè loquitur in omnibus famulis, & ita tenet Ant. Matthæus *ubi proxim.* & sic pariter observari in Senatu Parisiensi testatur Joan. Papon, *Arrestor. lib.* 22. *titul* 9. *arrest.*4.Riccius *collectan.* 1866. ad cujus fori explicationem, præter relatos, videndi sunt Azevedo, *lib.* 4. *recopil tit. de los lacayos, l.*4. Melchior. Febo *decis. Lusit* 49. *per tot. tom.* 1. At circa ipsius intelligentiam, dubitatum fuit in Regio Corci-
163 lio, an sub hac dispositione comprehenderetur Pædagogus filii familias, sive scholaris qui recipitur in domo ad erudiendos liberos patris familias, eo quod non videbatur famulari? Et etiam dubitatum fuit, an comprehendatur sub hac dispositione, cognoscens filiam matris familiæ, provignam domini domus? Nam cum *forus*, lex pœnalis sit, strictè interpretandus est; & de
164 filia domini tantum loqui videtur, ibi: *Si algu estava ab senyor, è jauta ab sa muller, ò ab sa filla.* Sed comprehendi judicatum fuit, nam famulus propriè dicitur, qui alicui famulatur, & vivit expensis alicujus, *capit. fin. de verb. signific in* 6. Guido Papæ *singular.* 321. Azeved. *in rub. tit. de los lacayos, dict. lib.* 4. Febo *dict. decisione* 49. ibi: *Qui actu servium, & continuò in domo domini ejus expensis vescuntur*, quæ qualitates probatæ erant in nostro casu. Nec dubitari poterat quòd actu serviebat in domo, filium erudiendo, nam *serviendi* verbum, latitudinem ha-
165 bet, *hoc in textu*, cum propriè ad servos referatur, de quibus non loquitur tantum, & erudire filium, non erat dominari, vel imperare, sed honestiori ministerio, famulari; ultra quòd, verba ampliſſima *fori* significant, ibi: *Si algu estava ab algun Senyor, è menjava son pa, ò pendrà soldada, ò son benifet.* Id est: *Si aliquis Domino famulatus fuerit, & pane illius vescatur, vel salarium capiat, vel ipsius beneficium.* Quibus verbis manifestè com-
166 prehensum esse pædagogum filii apparet. Filiam matris familias contineri ideo videbatur, nam nomine *Domini*, & Domina continetur, quia masculinum concipit etiam fœmininum, *l. qui duos* 60. *in fine, ff. de legat.* 3. *l. inter stuprum* 101. *de verb. sig.* & dispositio juris, de qua apud *Farin.* & ab eo relatis *dict. numero* 18. tam in stuprante filiam *domini* quam *domina* procedit; & ut superius dictum est *hoc capit.* §. 2 *numer.* 59. *& tom.* 1. *capit.* 1. §. 1. *numer.* 14. dispositiones forales concordantes cum jure communi, vel ab eo desumptæ, recipiunt omnes juris interpretationes, & ut Ant. Matthæus docet *dict. numer.* 9. hoc procedit duplici ex ratione, nempe, quia *famuli*, & quia *domestici*; unde extendit ad omnes domesticos. Sicque conclusum fuit in Senatu contra Joannem Escuder, accusatum de stupro Vincentiæ Miral- 167
les, filiæ dominæ domus, in qua famulabatur, sub dispositione forali contineri: sed quia crimen non plene probatum fuit, ipse ponitus in pœnam extraordinariam nempe ultra dotandum stupratam, remigii per sexennium, sententia ime referente publicata per Gasparem Mascarò R.M.S. die 3. Augusti 1651. de qua pœna fuit indultatus per Dominum proregem, & miser Theologus ad triremes perpetuas se dicavit, stupratam ducendo.

In *for.* 14. *de adulter.* rapienti virginem, viduam, vel 168
aliam fœminam honestam, pœna mortis, & confiscationis bonorum imponitur; quam vitare, nequit, etiamsi dicat, de consensu raptæ crimen patratum fuisse, vel si rapta fateatur, ipsam consentientem rapuisse, vel si postea ducat uxorem. Quæ dispositio, quoad pœnam capitalem, & amissionis bonorum, eadem est cum dispositione juris, *l. unic. C. de rapt. virgin.* Farin. *quæst.* 145. *num* 7. & 8. & Berlichius *p.* 5. *conclus.* 41. *numer.* 15. Ant. Matthæus *de crimin. lib.* 48. *ff. tit.* 4. *de vi pub. & privat. c.* 2. *num.* 2. *& seqq.* ubi diffusè materiam pertractant. Sed an sub hac dispositione comprehendatur rap ens fœminam 169
nuptam, dubitari non valet; nam licet expressis verbis in *foro* non nominetur, satis de ea locutum fuisse appareret, dum loquitur de quacumque fœmina honestæ vitæ, ibi: *è altres honestes dones*; nam eis in verbis nupta solum cavisse *forum* apparet, nam virginem, & viduam expresse nominavit, de Moniali non loquitur, quia de ea est specialis dispositio *for.* 15. *eodem. tit.* sicque à sufficienti partium enumeratione, solum nupta reperitur apta ad hoc, ut sub illa clausula contineatur, nam fœmina, quæ neque Monialis, neque virgo, neque vidua, neque nupta est, honesta esse non potest: Trevis. *decis.* 33. *num.* 1. *lib.* 2. Giurba *consil.* 37. *num.* 1. & si de meretrice quæ à vita quæstuaria discessit, hoc intelligendum sit, ut aliqui tenent, Farin. *q.* 145. *n.* 153. *& seqq.* præsertim *num.* 176. qualitas nuptiarum delictum aggravat ob injuriam viro factam, Farin. *dict. q.* 145 *nu.* 59 & 176. (quò loci tradit, quòd si meretrix nupta, jam honestè viveus, rapiatur, etiamsi à rapiente dum meretrix erat, fuisset cognita, pœna raptus subintrat:) imò in ea de plex delictum patratur, nempe 170
raptus, & adulterii, *dict. l unica, vers. Quæ multo magis*, Ant. Matthæus *d. c.* 2. *n.*6. & in simili, Larrea *decis* 50. *à n.* 11. sicque practicavi, & practicari vidi: cum enim hæc dispositio sumatur à jure in *d. l. unic. C. de rapt. virgin.* qui textus de ea loquitur in *vers. Quæ multo magis*, etiam de nupta forum loquutum fuisse non est ambigendum, optimè Sesse *decis.* 94. *n.* 31. *& seqq lib.* 1.

E confiscacio de bens, meritò dubitari potest, cui bona 171
hæc applicanda sint, nam à jure fœminæ raptæ applicantur, ex *dict. l. unic.* probat Farin. *d. l. quæst.* 145. *n.* 10. qui plures laudat, & in terminis similis statuti, Chassaneus *ad consuetud. Burgund. rub. de confiscat. in text. qui confisque le corps*, §. 1 *numer.* 26. *for. mihi* 368. sed jure nostro, attento applicanda Fisco est pœna, nam confiscare propriè *est in jus publici erarii bona delinquentis redigere*, *l. si tutor* 9. §. *sed etsi*, & ibi Doctores, *ff. de tut. & ration. distrah.* tradit doctè Grivell. *decis. Dolan.* 7. *num.* 14. Don 172
Francis. Amaya *in l.* 1 *& 4 num.* 55. *C. de bon. vacant. lib.* 10. aliis de more adductis Giurba *obs.* 90. *num.* 20. sicque in terminis nostri *fori*, qui non de amissione bonorum, sed de confiscatione expressè loquitur, confiscata bona Fisco applicari debent. Quod suadetur etiam ex eo, nam quoties à *foro* imponitur confiscationis pœna, Fisco applicata intelligitur, ut in *for.* 37. *de malefactoribus*, & quando lex imponit pœnam, & pro eo facto inducit accusationem, pœna in dubio applicatur Fisco, *l* 1. *C. de mod. mulctar.* Peregrin. *de jur. Fisc. lib.* 4. *tit.* 8. *num* 7. & 8. imò jus confiscandi, nemini concessum censetur, cum ii pro-

prium ſupremi Principis, in ſignum ſummæ dignitatis, optimè Amaya *ubi proximè*. Neque argui poteſt ex *dict. l. unic.* tanquam ſi *fori* diſpoſitio deſumpta ab eo fuiſſet; nam quoad hoc, non procedit hæc ratio, nam *in foro* 11. 12. *& 13. ejuſdem tituli*, derogata diſpoſitio illius legis reperitur, quatenus diverſa pœna impoſita partim Fiſco
173 applicata delictum antiquitùs puniebatur, ſicque applicatio pœnæ non poteſt dici caſus omiſſus, cum *forus* de Fiſco loquatur ſub verbo *confiſcació de bens*, non raptis bona applicando, ut in *d. l. unic.* ibi: *Ad dominium raptarum.* Et confirmatur ex eo, quòd *forus* iſte *in fine* diſponit, quòd raptor pœnas non evadat, etiamſi rapta fateatur de ipſius conſenſu raptam fuiſſe: ex quo infertur non ei bona applicari, nam fatendo raptam eſſe ex conſenſu ipſius, facilius ceſſuram eſſe ſuſpicabimur juri applicationis bonorum, ſicque indirectè raptor vitabit pœnam confiſcationis, quod à *foro* excluditur. Sic deciſum per Senatum habemus ſub examine domini Avunculi Don Petri Sanz, ſententia publicata per Don Franciſc. Alreus R. M. S. *die* 11. *Aprilis* 1631. contra Barnabam Gines, & de la Xara, & ad favorem Fiſci.

174 Sed an confiſcationis pœna poſſit imponi, cum indicta eſt pœna ultimi ſupplicii, & confiſcationis, prout *in dict. for.* 14. quando ex defectu probationum, non pœna ordinaria delicti, ſed mitior imponenda reo eſt? Et videbatur quod ſic, nam confiſcationis pœna reducitur ad pecuniariam, & quælibet corporalis major eſt ea, *l. in ſervorum, ff. de pœnis*, unde ſi condemnandus venit reus in
175 pœnam remigii, verbi gratia, quæ eſt major, poterit & in minorem condemnari; & huic opinioni adhæſit Senatus, ſententia Regia publicata per Albrizu R. M. S. *die* 13. *Junii* 1579. contra Joſephum Nares Notarium, qui ob crimen falſi condemnatus fuit ad triremes per decennium, & in confiſcationem bonorum.

176 Sed contraria ſententia eſt verior, nam quando à lege, vel ſtatuto duplex pœna copulativè imponitur, tunc utraque æqualiter debet imponi, *l. nemo* 20. *in fin. C. de Epiſcopal. Audien.* Surdus *conſ.* 313. *num.* 46. Unde quando in ſtatuto continetur pœna ultimi ſupplicii, & confiſcationis copulativè, ſi ob defectum probationis imponi non poteſt pœna capitalis, neque confiſcationis irrogari poterit, Bald. *in l. 1. C. ne fin. juſſ. Pri.* Bajard. ad Clar. §.
177 *fin. quæſt.* 64. *numer.* 125. *& quæſt.* 85. *num.* 4. Farin. *quæſt.* 6. *num.* 35. *& quæſt.* 17. *num.* 19. Caball. *reſolut. crimin. caſ.* 8. *num.* 42. *& caſ.* 22. *num.* 9. Anton. de Nigris *in cap. frequens, num.* 68. *verſ. Sed pone, de teſt. publ.* & ita judicatum fuiſſe in Senatu Siciliæ, teſtatur Don Garcia Maſtrillus *deciſ.* 271. *tom.* 3. docet etiam Guazin. *in tract. de confiſcat. bonor. concluſ.* 13. *lin.* 3. *cum duob. ſeqq. pag* 83. ubi docet, confiſcationem bonorum non intrare, ubi delinquens puniri non poteſt pœna delicti ordinaria, ſed mi-
178 tiori, & ita pronuntiavit Senatus die 14. Maii 1630. referente Nobili domino Don Raymundo Mora, contra Joannem Monaig, villæ de Algemeſi, accuſatum de crimine fabricationis falſæ monetæ argenteæ, teſtatur dominus Avunculus *in ſuis obſervat. lit. C. obſervat.* 40. quam ſententiam uti veriorem, & æquiorem ſequutus fuit Senatus, me interveniente in cauſa Dimæ Lorent, & in aliis,

179 An autem Barones habeant jus confiſcandi in locis ſuæ juriſdictionis reſpectu delictorum ad eos ſpectantium, ex quibus à *foro* confiſcationis pœna imponenda eſt, videndi Belluga *in ſpecul. rub.* 23. §. *dicamus, verſ. Scias tamen*, Aviles *in cap. Prætor. cap.* 2. *verb.* La merca, *numer.* 5. Peregrin. *de jur. fiſc. cap.* 2. *num.* 72. *& ſeqq.* amaya *in dict. l.* 1. *& 4. C. de bonis vacant. dict. num.* 55. *& ſeqq. lib.* 10. quæ notanda ſunt, nam juxta forum 150. *Curiar. ann.* 1604. de delictis ſimilibus cognoſcere poſſunt. An autem confiſcatis bonis delinquentis confiſcatio referenda ſit ad bona poſſeſſa in territorio Judicis confiſcantis, an verò extendatur ad bona ſita in alieno? vide optimè diſtinguentem Horat. Montan. *de Reg. l. cap. bona contrahent. inceſtas nuptias, &c. num.* 16. & poſt eum Ant. Matthæum *dict. lib.* 48. *ff. tit.* 20. *de Inquiſit. capit.* 4. *num.* 17.

Sed verba illa ipſius fori, ibi: *Encara que diga ab con-* 180
ſentiment de aquella la ſen ha emportada, é la dona que ſerà rapta ho confeſſe. Id eſt: *Quamquam dicat de conſenſu ipſius eam rapuiſſe, & rapta id ipſum fateatur*; intelligenda ſint, ita, ut quamvis de voluntate ſpontanea raptæ conſtiterit, pœna *fori* ſubintret, vel tantum quando rapta eſt circumventa ſuaſionibus, & fraudibus, ita ut non denegata defenſio ſit, ſed ſpecies probationis, tanquam ſuſpecta condemnata? & hoc tantum cautum his verbis te-
nendum credo, ex pulchrè traditis per Regentem Seſſe 181
dict. deciſ. 94. *à num.* 14. *cum ſeqq.* (qui doctè articulum differit, & reſolvit, ſicut materiam raptus explicat *dict. deciſ.* 94. *cum duobus ſeqq.*) quibus additur, quòd ex ipſo *foro* deducitur eadem ſententia: nam *in fine* tradit rationem, nempe quia fœmina, cujus pudicitia patitur, poſt congreſſum facilius inducitur ad præſtandum conſenſum ad nuptias, etiamſi antea renuiſſet, & confitendum ſponte cum ipſo raptore migraſſe, ne viro, ſicut virginitate careat; ſicque ſolùm ejus confeſſio ſuſpecta redditur, & ob hanc cauſam à *foro* improbatur: at quando aliunde liquidè conſtat de ſpontanea voluntate ipſius raptæ, defenſio reo auferenda non eſt. Bene verum eſt, quòd hoc procedit in fœmina ſui juris, ſecus in puella exiſtente ſub poteſtate parentis, tutoris, vel cognatorum ut innuit Berlichius *part.* 5. *concluſ.* 41. *num.* 5. Cujus rei rationem optimam tradit Joann. Baptiſt. del Thoro *in compend. deciſ. tom.* 5. *verb. raptor qui pretextu, verſ. Reſpectu*, ibi: *Quod ſatis perniciioſum exiſtimatur ex eo, quod maximè clades inferretur Reipublicæ, hujus pretextu via aperiretur ſeductionibus, ac ſubornationibus omnium virginum, ſub ſpe contrahendi cum eis, inſciis parentibus, aut tutoribus, & poſt raptum ad excuſationem, criminis reponeretur earum conſenſus, qui facile dolo, & ſubornatione extorqueri poſſet, à filia deceptioni obnoxia.*

Sed notanda eſt differentia inter *forum Aragoniæ*, de 182
quo Seſſe *dict. deciſ.* 94. *in fin.* & noſtrum *forum* 14. nam forus Aragoniæ prohibens matrimonium, inter raptorem, & raptam nullius roboris eſt, cum hæc ad Eccleſiam pertineant, nam agitur de Sacramento, ac per conſequens de re ſpirituali; ſic à jure diſpoſitum reperitur, *dict. l. unic. §. 1. verſ. Nec ſit facultas, in fin. C. de rap. virg.* Berlichius *dict. concluſ.* 41. *num.* 16. Ant. Matthæus *dict. cap.* 2. *num.* 16. Sed hæc omnia antiquata ſunt per Canonicas ſanctiones, ut ſtatim dicam. Noſter autem *forus* non prohibet contractum matrimonii, ſed tantum diſponit, quòd per ſubſequentiam matrimonii nemo excuſetur à pœna, ibi: *Y encara que contracte de matrimoni ab aquella.* Quod utique valet, nam cùm atro- 183
citas criminis petat, ut omnino vitari cupiatur, hac ratione utique pœna tenebit, etiamſi ducat raptam, in uxorem, tum ne crimen remaneat impunitum, tum etiam ne præbeatur occaſio contrahendi matrimonium, invitis mulieribus, & eorum parentibus; nam ut dixi, poſt quam theſaurum pudicitiæ puella amiſit, conſenſum faciliter præſtat, quem aliàs non præſtaret. Quæ quidem diſpoſitio canonizata manet per ſacroſanctum Tridentinum Concilium *ſeſſ.* 24. *cap.* 6. *de refor. mat. matr.* ibi: *Et nihilominus raptor ipſe, ac omnes illi ei filium, auxilium, & favorem præbentes, ſint ipſo jure excommunicati, & perpetuò infames.* Quod bene explicat P. Thomas Sanchez *de matrim. lib.* 7. *diſput.* 15. *n.* 1. *verſ. Ab hoc autem.*

Sed ne à delictis carnis abeamus, quin omnia attin- 184
gantur, aliqua ex obſervatis apud nos dicere eſt neceſſe. Simplex acceſſus ſoluti ad ſolutam, quamvis peccatum mortale ſit, non tamen eſt delictum in foro externo punibile: Franquis *deciſ.* 140. *num.* 17. Farin. *quæſt.* 137. *num.* 37. Cabal. *reſolut. crim. caſ.* 100. *num.* 85. Giurb. *conſ.* 37. *num.* 2. pluribus Berlichius *part.* 5. *concluſ.* 39. Sicque injuſtè procedunt Judices inferiores, qui accelſum ad meretricem punire ſolent, pecuniam nequiter extorquendo; quare Senatus ſemper jubet extorta reſtituere, nam 185

coitus

coitus non punibilis in foro exteriori, nequaquam subjacet pœnæ criminali, etiamsi leviter puniendus est; ob quod in his, quod primum inspici debet, est, an coitus sit damnatus; & casu quo damnatus sit, an juxta *fores* Judex possit criminaliter ex officio procedere. Qui coitus damnati sint? explicant Clarus *in §. fornicatio, nu. 5. vers. Et frequenter.* Et clarius Farin. *dict. quæst. 137. num. 3.* 186 reducendo eos ad fornicationem, concubinatum, stuprum, adulterium, sodomiam, incestum, sacrilegium, & raptum. De fornicatione, & raptu diximus, quæ juxta *foros* adnotanda videbantur, de cæteris verò nunc dicendum est.

187 Adulterium, & incestus, ex speciali *fororum* dispositione, non possunt ex mero Judicis officio prosequi, *for. 100. de Cur. & Bajul. for. 7. de adult. junct. for. 87. Curiar. anni 1585.* tradunt Belluga *in specul. rub. 33. num. 28.* Josephus Ramon. *cons. 23. num. 30.* Cabal. *casu 114. num. 7. cum seqq.* Farin. *141. nu. 41. & seqq.* Larrea *dict. decis. 50. nu. 7.* videndus Ant. Matthæus *dict. lib. 48. tit. 3. de adulter. cap. 4. num. 10. & seqq.* De incestus detestatione plura Hier. Salcedo *in D. Thom. de regim. Princip. lib. 4. c. 5. nu. 38.* Sed nota differentiam, nam ideo incestus accusari per Fiscum non potest, ex *dict. for. 100. de Cur. &* 188 *Bajul.* ne faciliter fœdari possint cognati, & affines pollutæ, quibus injuria fit, ut bene considerat Larrea *dict. decis. 50. num. 19.* Ex quo inferri potest, ipsos tantum ac cusare posse juxta *foros*. Adulterium verò solum per maritum, ut in *dict. foro 7.* habetur; & ratio est, nam adulterium non ex officio inquiritur ob reverentiam mariti cui offensa præcipuè fit, sicque illi soli relinquitur jus accusandi, ne eo inscio dehonestetur simili accusatione; nam cùm ignominia resultans ex adulterio uxoris, ad ipsum solum pertineat, nam abs re illi conceditur tantum, ne dum alius accusare posset, ex levitate, famam mariti lethaliter vulneraret. Unde clarè sequitur, dictum *forum 7. de adulteriis, juncto for. 87. Curiar. anni 1585.* loqui de adulterio uxoris, non verò de adulterio mariti, (licet hoc non sit propriè adulterium, si fœmina, cum qua maritus coit, soluta reperiatur, sed stuprum, ut rectè distinguit Berlichius *part. 4. conclus. 27. num. 46. & seqq.* quod de jure Civili procedit, non Canonico, ut ipse testatur,) sicque si maritus adulter sit, puniri potest pœna *foralis*, vel *pragmaticarum* puniente viros conjugatos, qui pellicem prosequuntur; nam cùm *forus* de uxore adultera loquatur, permittendo marito accusationem, ob causam superiùs dictam, non comprehenditur sub hac dispositione adulterium mariti. Sed quare (replicabis) uxori non permittitur virum accu- 190 sare, cùm offendatur pariter ex adulterio viri, ac vir ex adulterio illius? *l. 1. C. ad l. Juliam de adulter.* Tiraquel. *in l. 13. connub. num. 18. & seqq.* Berlichius *d. conclus. 27. n. 52.* Ant. Matthæus *dict. cap. 4. nu 1.* Respondeo, quòd offensa non est æqualis: verum enim est quòd nihil uxores, præsertim castas, tam exasperat, quàm virorum congressus cum exteris, impudicisque mulieribus, *l. consensu, post princip.* & ibi Bald. & Angel. *C. de repud.* Ti- 191 raquel. *d. cap. 13. num. 17. in fin.* Berlichius *dict. n. 52.* & si ex hac parte æqualis offensa consideretur: quoad ignominiam longe verius; nam cùm ex adulterio viri, prolis incerti tudo non oriatur, inde est, quòd in effectu multò minus uxor lædatur ex eo adulterio; at ex adulterio uxoris, incertitudo prolis resultat, & nihil gravius, molestius, aut intolerabilius, quàm alienam prolem, ut propriâ educare: bene Ganaverro plura in ejus detestatione congerens, *d. consil. 4. ex n. 14.* unde ab Apolline instantia fœminini sexus, qua pœnam infamiæ ex adulterio 192 resultantem, ad viros protrahi curabat, repulsa fuit; ut Trajanus Bocalini *lib. 1. reggiagl. 70.* scripsit, his verbis ad finem lepidè supperadditis, ibi: *Per che la feriva delle impudicicia de mariti alle mogli, solo forava la pelle, ma che le maritate con gli Adulterii loro, col pugnale di una crudel infamia recidevano i mariti, e vituperavano i proprii figliuoli.* Leges providè huic damno succurrebant accusationem marito concedendo, sed malitia humana effectum elusit, nam vilissimum, ridiculum, & infamem virum reputare assuefacta est, quem non se propriis manibus de adultero, & uxore vindicantem, sed apud Judices conquerentem aspicit, ut ex Paulo Castrensi, Socino, & aliis probat Tiraquellus *in dict. l. 13. num. 25.* 193 unde textus *in l. mariti 29. ff. ad l. Juliam de adulteriis*, punit in marito tolerantiam adulterii, ut bene perpendit Don Joannes Dexart *decis. Sardin. 5. num. 10. & 13.* Ex quo infero, quòd per legem medulla adhiberi debet, eo quòd justus dolor in marito ab omni jure ut certissimus supponitur, ex adulterio uxoris: ipsam necare, sive vindictam sumere propriis manibus impunè non potest, cum saltem extra ordinem puniatur necans adulteros deprehensos in ipsa turpitudine, neque expedit ob abusum similis potestatis, accusare apud Judices ignominiam auget, libido effrænata fœminarum, procax turpitudo adolescentium, fœminas conjugatas incitando, quotidie incrementum impunè consequitur; ergo lenienda pœna maritis, aut pœna gravior irroganda, non solum adulteris, verùm simile crimen attentantibus, ne remedio careat gravissimum scelus, per quod sacra, divinaque jura læsa conspiciuntur.

Sed ut redeamus ad institutum, foralis dispositio li- 194 mitanda est, ut bene explicat in terminis ipsius fori Josephus Ramon. *dict. consil. 23. num. 18.* quando mulier vulgaris fit, vitam meretriciam palam ducendo, tunc enim mariti scientia præsumitur, & cessat ratio reverentiæ, ac puniri potest simul cum uxore tanquam leno ipsius, Ramon. *dict. num. 30.* Farin. *quæst. 143. numer. 27.* sed qua pœna plectantur per jura nostra? Dic quòd am- 195 bo fustigandi sunt, sed maritus dum fustigatur incedit coronatus, cum insigni ignominiæ, nempe cornibus capiti impositis, tintinnabulis plenis, juxta *pragmat. Dñi Reg. Ferdinandi II.* contentam *in privil. 34. ejusdem*, circa cujus materiam videndus Berlichius *part. 5. conclus. 40. num. 24. & seqq.* probans virum, uxorem propriam prostituentem, pœna adulterii teneri, & sic capitali; 196 quæ quidem quoad probos, & honestos viros levior est illa ignominiosa, sed apud lenones conjugum, qui æquo animo turpitudinem ferunt, non pœna, sed gloria facinoris dici debet. Pœna autem adulterii qualis à jure sit? tradit latissimè omnia congerens Berlichius *dict. part. 4. conclus. 27. num. 8. cum seqq.* & Ant. Matthæus *dict. tit. 3. cap. 2. per tot.* apud nos verò imponitur pœna fustigationis ex *dict. for. 7.* sed in hoc Regno recessit ab Aula mos accusandi fœminam adulteram, per inquisitionem prosequi hæc crimina nequeunt ex *foro*, & sic impunita remanent, quod deplorandum, tum ob criminis gravitatem, tum ob ingentia mala, quæ inde oriuntur. At verò adulteria maritorum, hoc est, dum conjugatus ad scortum accedit, & in concubinatu reperitur, puniri debet pœna centum librarum, & si solvere nequit, centum verberum juxta *pragmaticam diei 24. Decembris 1647.* (quæ foràli dispositione comprobantur, quoad pœnam fustigationis:) & ratio est, nam adulterium pœna fustigationis plectitur, ut dixi; & hoc in casu, si fœmina ad quam conju- 196 gatus accedit, nupta minimè est, ad instantiam Fisci crimen prosequitur (nam concubinatus cum conjugato adeo punibilis in fœminis est, ut Atalaricus Rex Gothorum severissima pœna eum puniri jusserit, ut refert Cassiodorus *lib. 9. epist. 18.* ibi: *Si quis autem superflua, turpique cupidine, conjugali honestate despecta, ad concubinas elegerit venire complexus: si ingenua fuerit, jugo servitutis cum filiis suis omnino addicatur uxori, ut illi se per honesta judicia sentiat subdi, cui per illicitam libidinem credidit posse præponi. Quod si ad tale flagitium ancilla pervenerit, excepta pœna sanguinis, matronali subjiciatur ultioni, ut illam pati tur judicem, quam formidare debuisset absentem*) quo modo concordantur apud nos opiniones diversæ

de

de quibus Farin. *dict. q.* 141. *n.* 41. *& seqq.* Sed nota, quod pœna hæc imposita est conjugato concubinarum foventi, sicque minimè subintrare potest ex simplici accessu: sed cum juxta juris regulas adulterium patratum per conjugatum, vel stuprum, punibile sit in marito, aliam cognoscente, vel semel; ex hoc simplici accessu pœna irrogari potest, licet attenta *Pragmatica* observantia, leviori pœna veniat plectendus, quam ille qui concubinatum fovet. De incestu plura cumulant Doctores criminalistæ, & præcipuè Berlichius *dict. part.* 4. *concluſ.* 32. 33. *& seqq.* & Ant. Matthæus *dict. tit.* 3. *cap.* 4. Don Joan. Baptist. Larrea *decis. Granat.* 50. *per tot.* At cum apud nos nihil per *fores* specialiter inductum sit, præter ea quæ dicta sunt, omnia remanent in dispositione juris. Sed si verum fatear, sub impunitatis regmine, nam secluſa per *forum* inquisitione, impunitus incestus patratur, quanta cum pernicie Reipublicæ? Dicat eruditior inter eruditos, Don Joannes Solorçano *emblem. Reg. polit.* 72. *num.* 7.

197 Concubinatus autem in solutis punitur per eandem Pragmaticam pœna decem librarum, vir enim ad serviendum per annum in Regiis exercitibus, fœmina recluſionis in carcere per tres menses. Sed hæc rarò exequi solent, ex defectu probationis, sed proceditur per mandata pœnalia; ita ut simul apprehensi, si de concubinatu appareat præsumptivè, pœna imponi per Judicem solet, ne sub eodem tecto concurrant, vel in alio loco apto ad coitum, quod mandatum si transgrediatur, executioni deducitur, cum tunc jam adsit crimen. & nota differentiam, quòd ad hoc ut mandatum teneat in Curia inferiori, debet de concubinatu aliquo modo in actis apparere, sin minus, & mandatum revocatur, & pœna minimè exequitur; in Senatu verò, sufficit informatio ad aurem, quam Senatores recipiunt, & virtute ejus mandata imponunt, nomine Regio, eo quod tunc Dominus Prorex utitur potestate œconomica, quam habet, ut dixi *rom.* 1. *cap.* 2. §. 1. *n.* 65. & sic observatur ex inveterato Curiæ stylo. Bene verum est, quod juxta *forum* pœnæ corporales imponi non possunt, nisi præcedente processu, & sententia, ut de pœna fustigationis cavetur *in for.* 82. *Cur. anni* 1585. & de aliis *in privil.* 1. *Reg. Ferdinand. II.* ideo in praxi receptum est, ut pœnæ horum mandatorum pecuniariæ sint; sed per hoc, non excluditur, meo judicio, quod post transgressionem in sententia condemnatoria pœna corporalis in subsidium imponatur, ex regula juris *in l. fin. ff. de in jus vocand. l.* 1. §. *fin. ff. de pœn.* cum pluribus adductis per Farin. *quæst.* 26. *num.* 1. *& seqq.* nostris repetita in *for.* 1. *&* 5. *de injuriis*, *for.* 1. 17. 29. *& aliis pluribus de criminibus*, in quibus cavetur, quod ex defectu pecuniæ, luat quis in corpore pœnis acerbis. At, ut dixi, accessus simplex soluti ad solutam minimè punitur, nam licet peccatum sit, non est crimen; & ob majora mala vitanda tolerari hæc solent, ut dixit Divus Thomas 2. 2. *quæst.* 10. *art.* 11. Alexand. ab Alexand. *dier. genial. lib.* 4. *cap.* 1. Petr. Gregor. Tolosan. *de Repub. lib* 14. *cap.* 1. *num.* 5. Sed non ita, ut publicè, & palam hæc permittatur, sed in prostibulis, aut lupanaribus, ob quod meretrices degentes per Vrbem expelli possunt, & solent, etiamsi in domo propria habitaverint, latissimè Doctores cumulat Barbos. *in cap. propter sterilitatem*, §. *verum, num.* 37. *&* 39. *de locat. & conduct. in collect.* præsertim si circa cœnobia lares constituerint, quare nostri Majores sanctissimis Pragmaticis caurum reliquerunt, ut scorta à similibus locis arceantur

198 Sed quoad tolerantiam hujus lapsus, paululum subsisto, eo quod, ut ait Juvenal. *Satir.* 6.

—— Sævior armis,
Luxuria incubuit, victumque ulciscitur orbem.

Hæc enim origo plurium majorum est, bene Contzen Politicor. *lib.* 3. *cap.* 12. *per tot. præcip.* §. 5. *ad fin. Hæ igitur de causa magnas clades, ac conspirationes exurgere necesse est Non modo si à potentibus ea in re peccetur, sed à privatis, aut infimis, si pœna culpæ, vel nulla, vel levis irrogetur, multo magis si dissimuletur.* Plura enim exempla adduci poterant, sufficiant aliqua. Raptus Paridis Troiæ exitium fuit, Virgil. 1. *Æne.* Adulterium Davidis quot mala Judæis peperit? Regum 2. *cap.* 11. Tarquinis Regnum Romanum abstulit libido Superbi. Livius *lib.* 1. Decemviris facinus Appii Claudii ingenuam Virginiam rapientis in stuprum, potestatem derogavit, Livius *lib.* 3. *dec. ead.* 1. Hispaniam Sarracenis tradidit violentia Roderici in filiam Comitis Juliani, *Florindæ* nomine, *Cavæ* à Mauris appellata, plures congerens Don Didacus Saàvedrà in Historia Gothica *part.* 1. *cap.* 30. *num.* 16. *& seqq.* Hæc de potentibus. De privatis. Tribus Benjamini ob procax Gabaonitarum crimen, deleta penè fuit, *Judicium* 199
19. *&* 20. Decii Manlii procax amor in Paulinam, sub Tiberio, Fana Isidis Romæ delevit, Josephus *lib.* 18. *antiquit. capit.* 4. sicque passim in historia strages luxuriæ recitantur? plura cumulat Hier. Salcedo *dict. lib.* 4. *c.* 14. *dissert.* 49. Si expertis est danda fides, & inter hos annumerari possum post novem annos numerum criminalium, nullum penè delictum reperitur, quin ex voluptate originem ducat: licet enim luxuria, ex se, ob majora mala vitanda permissibilis esset (quod dictum intelligerem in eodem genere mali, & non absque contradictione, ut probant pluribus Langlæus *Semestr. lib.* 8. *cap.* 8. *per tot.* Marquez *in Gubern. Christian lib.* 1. *cap.* 29. §. 3. Fr. Joan. Ximeno *in discur. f. contra lupanar. edito, anno* 1629. §. 2. nam ut infit Contzen *ubi proxim.* §. 10. *Legibus permissa licentia, non satietatem adfert, sed excitamentum*) ob mala alterius generis, quæ ab ea causativè procedunt, persequi omnino debet à Magistratibus, Judicibus, Regibus, nam sublata causa, sublati & effectus essent. Benè ad rem nostri Falcò *lib.* 1. *epigr.* 120.

Pulchrius est sano prohibere è corpore morbum. 200
Ægrotum medica quam recreare manu.

Si enim Reipublicæ rector curare debet, quòd radices criminum extirpentur omnino: hoc certù credat, sublato fomite libidinis, vel ea, quantù fas erit, depressa, plurima mala in Republica virabuntur. aliqua ad rem congessit Ant. Matth. *tot. tract. de crimin.* præcipuè quoad adulteria *in proleg. cap.* 4. *num.* 4. saniora quidem, nisi commisisset, eo in assumptu, impietatem sententiæ: rigidè quidem in hæc scelera excandescit, sed turpiter, ac irreverenter sacra decreta probris persequitur, & mirum admodum videtur, quòd iste Doctor ignoret rationem, ob quam Canones adulterium minus crimen homicidio pronuntient; hoc quippe dolo ut plurimum committitur, illud fragilitate; & gravitas criminis, ex animi pernicie, non ex effectu deducitur.

SECTIO TERTIA.

SUMMARIA.

201 *Fama, ac vocis publica probatio, quas qualitates requirat.*
202 *Fama publica quomodo apud nos probetur.*
203 *Decisio Senatus.*
204 *Testes falsi nocturni, quam rationem reddere debent.*
205 *Testes nocturni falsi utrum probent, relinquitur arbitrio Judicis.*
206 *Decisio Senatus.*
207 *Testes majores omni exceptione, habere debent in Regno viginti annos completos.*
208 *Dubium favore Rei interpretari debet.*
209 For. 6. de Testibus, *expenditur.*
210 *Majores* 14. *annorum admittuntur in testes ad causas criminales.*
Testes majores 14. *annorum an sint integræ fidei? ibid.*
211 L. in testimonium 20. de testib. *declaratur.*
212 *Minor* 20. *annorum juxta foros non est integræ fidei.*
213 *Sententia, vel opinio in Provincia recepta, sequi omnino debet.*
214 *Decisio Senatus.*

215 *Sæpè*

215 *Socii criminis de jure non probant.*
216 *Socii criminis juxta* foros *probant.*
217 For. 11. de teſtibus *interpretatur.*
218 *Paupertas an diminuat fidem, & verum per ſe ſolam, ſufficiens ſit, ut fidei teſtibus detrahatur aliquid.*
219 *Pauper, ex ſola paupertate, non reiicitur à teſtificando. Pauperis fides integra eſt, ibid.*
220 *Jeſus Chriſtus Dominus paupertatem elegit ad perhibendum teſtimonium veritatis.*
221 *Apoſtolos, quos elegit, pauperes eſſe juſſit.*
222 *Paupertas potius reperitur apud bonos, quàm apud pravos.*
223 *Paupertatis miſerabilis conditio, ſed nihilominus à prudentioribus colitur.*
224 *Divitiæ malorum omnium cauſa, & origo.*
225 *Salomon, qui latrocinium, & periurium ex paupertate ſuſpicabatur, negationem ipſius Dei à divitiis verebatur.*
226 *Paupertas ſola, non eſt ſufficiens ad diminuendam fidem teſtium.*
227 *Pauperes deponentes pro Fiſco, integra fidei ſunt, quia in Fiſco non cadit periculum ſubornationis.*
228 *Obſervantia Senatus quoad teſtes pauperes.*
229 *Birrorarii, Apparitores, & cæteri de familia non ſunt teſtes integræ fidei.*
230 *Limita in criminibus levioribus.*
231 *In gravioribus faciunt judicium ad torquendum. Birrorarii, Apparitores, & Satellites ob militatem, quam captare poſſunt, non ſunt integra fidei, ibid.*
232 *Alguazelli inter viles non annumerantur. Alguazelli dictum quam probationem faciat? ibid.*
233 *Alguazellus non ſuſtinet vices accuſatoris, ſed informatoris. Birrorarii probant in criminibus difficilis probationis, ibid.*
234 *Explica, ſi alio vitio non corrumpantur.*
235 *Plures ex his deponentes plenè probant.*
236 *Banniti acriter in perſecutores irruere ſolent.*
237 *Abſurdum ex omnimoda excluſione probationis familiæ.*
238 *Senatus deciſio quoad pœnam extra ordinem.*
239 *Apprehenſores non Birrorarii, ſed auxiliatores particulares, probant cum deciſione Senatus.*
240 *Inimicus inquiſiti repellitur à teſtificando.*
241 *Conſanguinei, affines, domeſtici, & amici, vel inimici alicujus repelluntur à teſtimonio in cauſa illius.*
242 *Affines inimici, non veri, ſed præſumpti, probant.*
243 *Præſumptio ex præſumptione orta non eſt attendenda.*
244 *Domeſticus domeſtici inimici, non repellitur, neque aliquid fidei ei detrahitur.*
245 *Deciſio Senatus.*
246 For. 7. de Teſtibus *expenditur. Mulier nequit teſtimonium dicere in criminalibus, ibid.*
247 *Fœmina mutabiles, inconſtantes, & variabiles ſunt.*
248 *Fœmina à jure Civili non excluduntur à teſtimonio in criminalibus.*
249 *Fœmina non probat in cauſa criminali, dum cauſa ducitur ad inſtantiam accuſatoris, ſecus ſi per inquiſitionem.*
250 For. 7. de teſtibus *deſumitur à jure Civili.*
251 *Fœmina, ſecundum jus Canonicum, admittuntur in cauſis quæ per inquiſitionem ducuntur.*
252 *Obſervantia Senatus*
253 *Fœmina non ſemper inconſtantes reperiuntur.*
254 *Limita dum alio vitio non laborant.*
255 *Fœmina licet admittantur, non tamen plenè probant.*
256 *Confeſſio incidenter emanata, an ſufficiat ad condemnandum.*
257 *Reſolve negativè, ſi crimen confeſſum non ſit illud, de quo agebatur, vel ſi opponatur per viam exceptionis.*
258 *Secus quando confeſſio emanaret circa negotium, de quo agitur.*
259 *Quadam falſi ſpecies proponitur.*
260 *Deciſio Senatus pro ſententia affirmativa, in caſu propoſito.*
261 *Confeſſio emanata in judicio generaliter ordinato ad punitionem criminis confeſſi, ſufficit ad condemnandum.*
262 *In cauſa formata in capite, & membris alicujus multitudinis, ſi teſtis incidenter confitens, eſt de membris, condemnari debet.*
263 *Confeſſus incidenter coram Judice incompetente, puniri poteſt in eodem judicio, ſaltem quando crimen eſt annexum cum eo, de quo principaliter agitur.*
264 *Principis nomine ſequi poteſt condemnatio ex confeſſione incidenter emanata, quia judicatur facti veritate attenta.*
265 *Deciſio Senatus.*
266 *Confeſſio emanata coram Judice incompetente an probet.*
267 *Confeſſio validat nullitatem proceſſus in Civilibus, non in Criminalibus, præſertim quando nullitas provenit ex defectu juriſdictionis.*
268 *In Criminalibus an detur prorogatio Juriſdictionis, judicis, vel judicii.*
269 *In Regno Valentiæ juriſdictio in Criminalibus prorogari poteſt.*
270 *Obſervantia Senatus.*
271 *Limita in Judicem, qui juriſdictione ſufficienti non fruitur.*
272 *Partis conſenſus non tribuit juriſdictionem aliunde non habenti.*
273 *Confeſſio emanata coram Judice incompetente ob limitatam juriſdictionem, indicium facit ad torturam, etiam ſi revocetur.*
274 *Deciſio Senatus.*
275 *Confeſſio Rei habet vim condemnationis.*
276 *Fiſcus militatem reportare poteſt ex publicatione, vel inſertione actorum per Judicem incompetentem geſtorum.*
277 *Acta omnia inferi debent, licet nulliter geſta.*

PUblicæ vocis ac famæ probatio, plures requirit qualitates à jure, ut latè probatur ex congeſtis per Farin. *q.* 47. *nu.* 208. *& ſeq.* Cæſar Carena *de off. S. Inquiſ. p.* 3. *tit.* 10. §. 10. Saleiles *de mat. Tribun. ſanct. Inquiſit. tom* 1. *lib.* 2. *cap.* 5. *regul.* 181. *& tom.* 2. *lib.* 4. *c.* 4. *regul.* 346. ratione quarum controverſa ſatis à Doctoribus fuit opinio *Bartoli*, quam improbat *Baldus*, ut *Farin.* & *Carena* docent. Sed apud nos indiſtinctè amplexa opinio *Baldi* fuit, quam etiam tenent Clarus *in pravi*, §. *fin. quæſt.* 6. *num.* 14. *in fin.* Farin. *dict. q* 47. *n.* 257. *&* 259. Sigiſmundus Scaccia *de judic. lib.* 1. *cap.* 84. *n.* 30. ſicque teſtibus deponentibus de voce, & fama publica, dicti rationem reddendo, nempe, ſe publicè audiviſſe, deferendum eſt quoad plenam famæ probationem: ſi verò rationem ſcientiæ non reddiderint, minimè in Criminalibus probant, Farin. *quæſt.* 70. *n.* 14. Gomez *variar. lib.* 1. *c.* 12. *num.* 10. Maſcardus *de probat. tom.* 1. *quæſt.* 5. *n.* 123. Guazin. *defenſ.* 33. *cap.* 14. *n.* 3. imò nec in Civilibus, Ant. Matthæus *de crimin. dict. lib.* 48. *ff. tit.* 15. *de probat. c.* 4. *num.* 14. qui plures adducunt. Et ita deciſum fuit per Senatum in cauſa Joſephi Ribera Segobricenſis, qui condemnatus in contumaciali proceſſu reperiebatur ad pœnam ultimi ſupplicii, ob necem Bajuli ejuſdem Urbis, & quando captus fuit, atque in Senatu proceſſus examinatus, ut ſententia executioni mandaretur, dubitatum fuit an accuſatio ſuſtineri poſſet, eo quòd de crimine ſolum conſtabat per teſtes de fama deponentes, dicendo vocem, & famam publicam fuiſſe, ipſum, Bajulum occidiſſe, ſine eo quòd ratio dicti ſubjungeretur: & licet dici poterat, rationem imbibitam fuiſſe cum illo dicto, nihilominus Senatus diſtulit executionem; nam ſatis acerba eſt diſpoſitio *fororum*, quoad proceſſus contumaciales, ſicque extenſione non indiget in caſu dubio,

201 202 203

bio, & ſatis de[illegible]tum ex ſolemnitatibus à jure requiſitis, quoad probationem famæ publicæ, per Doctores ſuperiùs relatos, ut amplius detrahenda non ſit ratio dicti teſtium: & quamquam decretum factum formaliter non fuit, ſuſpenſa executione (quæ frequenter celeriter peragi ſolet) reus indultum obtinuit, ratione fœliciſſimi adventus Sereniſſimæ Dominæ Reginæ Mariæ Annæ ab Auſtria anno 1649. & poſtea pluribus in cauſis ſic reſolutum, famam eo modo probatam, pro nihilo reputando. Quam autem probationem fama, modo relato probata, faciat, ſive quod indicium ex ea reſultet? tradunt Doctores ſuperiùs relati, præſertim Clarus §. *fin. quæſt.* 21. *verſ. Fama*, Farin. *quæſt.* 47. *numer.* 11. *ſeqq.* Menoch. *de præſumpt. lib.* 1. *quæſt.* 89. *numer.* 51. *& conſil.* 788. *numer.* 27. Pegna *in director. Inquiſ.* 3. *part. comment.* 110. Miranda *de ord. judiciar. tom.* 2. *qu.* 26 *art.* 5. *concluſ.* 1. Martin. del Rio *diſquiſ. Magicar. lib.* 5. *in* 2. *appendic. q.* 7. Caſtro Palao *tom.* 1 *tract.* 4. *diſput.* 8. *punct.* 9. Salelles 2. *tom. lib.* 4. *cap.* 4. *regul.* 346. qui concordant in eo, quod adminiculata facit indicium ad torturam, quod nos ſequimur: nam adminiculatæ cum fuga apud nos ſufficit ad tranſmittendam, & legitimam contumaciam formandam.

204 Teſtes facti nocturni rationem reddere tenentur, quando de viſu deponunt, nempe, vel ex luna lucente, lumine artificiali, & ſimilibus, docent Gloſſ. *in l. ſi cum exceptione*, §. *in hac*, *ff. de eo quod metus cauſa*, Ripa *de noct. tempor. cap.* 57. *num.* 1. Clar. §. *fin. quæſt.* 21. Menoch. *de arbitr. caſ.* 279. *num.* 3. *caſ.* 289. *num.* 35. *& caſ.* 525. *num.* 13. pluribus Farinac. *quæſt.* 62. *num.* 37. Giurba *conſ.* 17. *num.* 18. Præſul Vrrutigoyti *in Paſtor. Regular. part.* 3. *var.* 6. *num.* 7. Quæ concluſio limitatur per Doctores in loco longiquo, & remoto, non verò in proximo, ut Fa-
205 rin. tenet *ibidem num.* 41. *&* 43. longinquitatem, vel propinquitatem in materia ſubjecta, arbitrio Judicis relinquendo: ad quod conſiderandum venit, an etiamſi Luna luceret, eſſet tamen nox tenebroſa, vel lucida, & cæteræ circunſtantiæ juxta qualitatem rationis redditæ per teſtem. Ob quod cum in cauſa appellationis interpoſitæ per Vincentium Gombau agricolam villæ Peninſulæ, quæ coram me vertebatur, à ſententia adverſus eum lata per Judicem ordinarium illius Villæ, qua condemnatus reperiebatur ad pœnam ultimi ſupplicii, ob necem ſclopi ictu patratam in perſonam Vincentii Cano, militis arcis ejuſdem Villæ, dubitaretur, an duo teſtes deponentes de viſu, plenam fidem facerent, & rationem concludentem redderent, eo quod dicebant, noctem lucidam fuiſſe, ita ut ex diſtantia decem paſſuum quicunque cognoſci valeret, & tempore pa-
206 trati criminis, diſtare teſtes ab aggreſſore, per quinq; tantum paſſus? decrevit Senatus optimam rationem ſcientiæ reddidiſſe; nam quatuor concurrebant, nempe claritas noctis atteſtata per ipſos, præſumpta familiaritas perſonæ, quam deliquiſſe attendabantur, cum in locis exiguis, qualis Peninſula ad hoc reputabatur, à communiter contingentibus omnes incolæ noti, & familiares interſe ſunt, propinquitas loci, ut dixi, ac denique cognitio per vocem, eo quòd in ipſo ferè actu allocuti cum eo fuerunt, quibus omnibus concurrentibus dubitari non poterat de concludenti ratione, juxta tradita per eundem Farinacium *ibid. n.* 45.

207 Sed quoad plenam fidem, aliud dubium ſuſcitatum fuit, nempe, prædictos teſtes non videri integræ fidei, eo quòd non apparebat in actis majores eſſe viginti annis, nam tempore depoſitionis, ambo affirmarunt eſſe ætatis viginti annorum, parum plus, aut minus: & dubium hoc, nempe an plus, vel minus viginti annis haberent, ad favorem Rei intelligendum; atque inter-
208 pretandum erat, ad late tradita per Sebaſtianum Guazin. *de defenſ. reor. defenſ.* 29. *cap.* 1. *num.* 1. *& ſeqq.* Et quamvis Fiſcus contrarium probare conabatur ex diſpoſitione textus *in for.* 6. *de teſtibus*, ibi: *Menor de catorze anys no puſque fer teſtimoni en fet civil, ne criminal.* Hoc eſt: *Minor quatuor decim annorum non poſſit facere teſtimonium in facto civili, vel criminali*: ob quod diſpoſitio juris *in l. teſtimonium* 20. *ff. de teſtib.* correcta- 209
videbatur apud nos, ſicut in Regno Caſtellæ correctam eſſe tradunt Avendaño, Alfonſus Narbona, & alii quos laudat, & ſequitur Don Didacus Narbona *in erudito tractatu de ætate*, *anno* 20. *quæſt.* 6. *num.* 10. nam in illis Regnis, minor ſexdecim annis non admittitur in teſtem, 210
ſed ab ea ætate, & admittitur, & plenàm probationem facit: ſic pariter dicendum videbatur apud nos, eo quòd juxta *forum*, ante annum decimumquartum admitti non debet, ſed ex eo quod ab ea ætate admittatur, integram fidem, plenámque probationem facere debet, Quod confirmatur ex eo, nam diſpoſitio foralis non concipitur per affirmativam, ſed per negativam, ibi: *Menor de catorze anys no puſque fer teſtimoni*, ſicut in 211
dict. l. in teſtimonium, ibi: *In teſtimonium accuſator citare non debet eum qui judicio publico reus erit, aut qui minor, viginti annis erit.* Ergo ſicut in terminis hujus textus, major viginti annis integræ fidei reputatur, ut latè probant Marbona *dict. c.* 6 *n.* 1. *&* 5. & Farin. *dict. quæſt.* 58. *n.* 9. *& ſeqq.* ita pariter juxta forum, major quatuordecim annis, & admittendus erit, & reputandus tanquam integræ fidei.

Sed contrarium credebat Senatus, eo quòd diſpoſi- 212
tiones correctoriæ interpretandæ ſtrictè ſunt, quo minùs lædant jus commune, & ſatis operatum eſſe *forum* videbatur, ſi majores quatuordecim annis admittantur, quantumvis integræ fidei non reputentur. Quæ quidem ſententia approbata reperiebatur per Senatum ab antiquo, à qua tanquam tutiori, & benigniori, non erat recedendum: tum quia obſervantia interpretativa eſt optimà legum interpres, ut alibi dixi; tum etiam, 213
quia ſententia recepta in Provincia ſequenda eſt: pluribus Cenedo *Canonicar. quæſt.* 8. *num.* 12. *&* 13. quod ampliat etiamſi contraria ſit communis, Fiſcus in noſtra ſpecie ſententiam ferri non expectavit, ſed ut ſua jura tueretur, compulſoriam ætatis teſtium poſtulavit, decretum de compulſando obtinuit cum injunctione rei, & unus ex teſtibus per librum Baptiſmatis inventus fuit 214
major viginti annis, alius verò per aliquot dies minor, ſicque deciſum pœnam ultimi ſupplicii revocandam, reo ad Regias triremes per decennium condemnato, ſententia publicata per Gaſparem Maſcarò Regii mandati Scribam die 22. Martii anni 1652. me referente, & actuario Policrino Miravet Not.

Socii criminis de jure minimè probant, *l. repeti* 16. 215
§. 1. *ff. de quæſtion. l. ult.* §. *nemo tamen ſibi blandiatur*, *C. de accuſationibus*, *l. quoniam liberi*, *C. de teſtibus*, cum aliis adductis per Farinacium *dicta quæſt.* 45. *per tot.* Don Ludovicus Peguera *deciſ.* 5. *numer.* 37. Treviſan. *deciſ.* 14. *numer.* 2. Ciaz. *diſceptat. criminal.* 8. *per tot.* Narbona *in l.* 2. *gloſſ.* 5. *nu.* 3 *titul.* 21 *lib.* 8. *nova recopil.* Caball. *reſolution. criminal. caſ.* 185. *num.* 1. Guazin. *defenſ.* 32. *cap.* 8. *num.* 5. Pater Caſtro Palao *tom.* 1. *tract.* 4. *diſput.* 8. *punct.* 9. *numer.* 6. Martin. del Rio *diſquiſition. magicar. lib.* 5. *capit.* 2. Matth. Berlichius *part.* 4. *concluſ. practicabil.* 4. *numer.* 104. Anton. Matthæus *dict. titul.* 15 *cap.* 1. *num.* 4. noviſſimè noſter Salelles *dict. tom.* 2. *lib.* 4. *capit.* 1. *reg.* 343 *ex num.* 83. qui benè differit. Sed in noſtro Reg- 219
no contrarium cautum reperitur per *for.* 11. *de teſtibus*, quem rectum eruditè interpretatus eſt dominus Calahorra *in allegat. falſitatis*, *num.* 3. *cum pluribus ſeqq.* quod probat ad favore n Fiſci, ex Farin. *quæſt.* 10. *num.* 46. Maſtril. *de Magiſtrat. lib.* 6. *cap.* 9. *num.* 17. Cabal. *caſ.* 5. *num.* 5. ut patet in *dict. allegat num.* 17. 18. *&* 21. & ex doctrina Petri bellugæ *in ſpeculo*, *rub.* 33. §. *rem novam n.* 30. *& ſeqq.* & etiam ad plenè probandum, *ex numer.* 33. *& ſeqq.* Sed hoc intelligendum eſt, dummodo aliàs inha- 217
biles non reddantur, nam per *dictum for.* 11. ſolum qualitas ſocietatis criminis purgatur, quoad illud delictum, de quo agitur, ut ex Farinac. *dict. quæſt.* 43. *n.* 121. Guazin.

dict.

dict. cap. 8. *num.* 4. Giurb. *cons.* 91. *num.* 45. domino Merlà *in empor. tit.* 11. *in præsul. n.* 79. probat ipse dominus Cahorra *num.* 56. *& seqq.* sicque in praxi receptum reperitur, ut omnibus paret.

218 At paupertas, an diminuat fidem, non semel dubitari vidi; & quod diminuat, videtur ex text. *in l.* 3. *in princip. ff. de testibus, cap. si testes, § testium fides, 4. quæst.* 3. latè Farinac. *q.* 57. *n.* 2. *& seqq.* Ant. Matthæus *d. c.* 2. *n.* 10. Quod bene comprobat Juvenal. *Satyr.* 3. ibi:

Quantum quisque sua nummorum servat in arca.
Tantum habet & fidei: jures licet, & Samothracum,
Et nostrorum aras, contemnere fulmina pauper
Creditur, atque Deos, diis ignoscentibus ipsis.

& melius Salomon *Proverb. cap.* 30. *vers.* 9. ibi: *Ait egestate compulsus furer, & periurem nomen Dei mei.* Eo quod facilis est in egeno præsumptio subornationis; & quamquam contrarium probare intendat ipse Farinac. *ibidem, num.* 9. *& sequentibus*, denique teneat, semper de fide aliquid detrahi testibus ob paupertatem. Sed salva pa-
219 ce tanti viri, & cæterorum Doctorum, primam sententiam communiter firmantium, contrariam veriorem puto, dum loquimur de sola paupertate: nam ipsa verè virtus est, tendens ad perfectionem, imò sine illa perfectio integra reperiri non potest. Quare dominus Jesus Christus in hoc mundo paupertatem elegit, ut ex Concilio Ephesino probat Divus Thomas, 3. *part. quæst.* 40. *artic.* 3. ibi: *Pauperculam elegit matrem, pauperiorem patriam, egens fuit pecuniis.* Et hoc ut veritas in ore ipsius magis cole-
220 retur, & crederetur. Marc. 1. *Eamus in proximos vicos, & civitates, ut & ibi prædicem: ad hoc enim veni.* Et Joan. 18. 37. *Ad hoc veni in hunc mundum, ut testimonium perhibeam veritati.* Apostolos, quos elegit ad ipsam veritatem prædicandam, pauperes esse jussit. Matth. 10. *Nolite possidere aurum, neque argentum.* Ethnici enim hujus virtutis
221 sublimitatem non ignorabant. Aristot. *problemat. sect.* 29. *quæst.* 4. ibi: *Cur paupertas apud homines bonos potius esse quam apud pravos soleat? An quia omnibus odio habetur, atque expellitur, ad probos perfugi, rata maximè apud eos salutem, permanendique locum se posse assequi; è contrario, si ad pravos venerit, nunquam eos fortunæ ista fore contentos, sed vel furta, vel latrocinia additaros: quibus rebus futurum, ut ipsa amplius manere nequeat.* Quæ eleganter explicantur per Erasmum *adag. paupertatis*, *adag. Paupertas sapien-*
222 *tiam fortita est.* Et quamquam malum ab omnibus undique fateatur, ut Innocentius Tertius *in lib. de contempt. mund.* 1. *cap.* 14. ait: *O miserabilis mendicantis conditio! & si perit, pudore confunditur; & si non perit, egestate consumitur.* Tamen à prudentioribus colitur; cum sanioribus
223 consortium perpetuum contrahit, Volaterranus *in philologia lib.* 22. *de paupertate*, sic ait: *Paupertas tribus de causis amplectenda: quod curas remittat: quod philosophandum aptior: quod meliores viros reddat.* Optimè Apuleius *in apolog.* ibi: *Paupertas philosophiæ vernacula est, frugi sobria, parvo potens, amula laudis, habitu severa, consilio bene fundata, cultu simplex neminem unquam superbia inflavit: neminem in pecunia depravavit. Civitatum est conciliatrix, omnium artium repertrix. Eadem in Aristide justa, in Phocione benigna, in Epaminonda strenua, in Socrate sapiens, in Homero diserta. Eadem Populi Romani Imperium ab initio fundavit, C. Fabricii, Cn. Scipionis, Manii Curii filiæ de publico dotatæ ad maritos ierunt, portantes gloriam domesticam. Publicola Regum exactor & Agrippa populi reconciliator, collatis sextantibus à Populo Romano funerati sunt. Atilii Reguli agellus ob similem penuriam cultus.* Latè Divus Augustinus *de Civitat. Dei, lib.* 5. *cap.* 18. & ibi Coqueus, & noster, eruditione clarissimus, Ludovicus Vives. Quid amplius? Sanctorum Patrum scripta revolve, apud quos, plura de paupertatis laudibus, quam votum quærit, habebis: adde Hier. Salcedus *lib.* 2. *de regim. Princ.* 7. *dissert.* 24. *n.* 61

Per contrarium divitiæ malorum omnium causæ re- 224
putantur, Juvenal. *Satyr.* 5.

Prima peregrinos obscœna pecunia mores
Intulit, & turpi fregerunt sæcula luxu
Divitiæ molles: quid enim Venus ebria curat?
Inguinis, & capitis, quæ sint discrimina nescit.

Tibullus *lib.* 1. *elegia* 9.

Sæpe solent auro multa subesse mala.

Fœlices, & divites, Fortunati appellantur, & ipsa fœlicitas Fortuna, quæ quidem, neque ad veritatem proclivis, neque ad constantiam prona reperitur. Benè Boëtius *de consol. Philos. lib.* 2. *prof.* 1. ibi: *Servavit circa te propriam potius, in ipsa sui mutabilitate, constantiam.* De paupertate 225
Salomon latrocinium, & perjurium suspicabatur: ex abundantia, & divitiis perfidiam, negationem summi Opificis: *Mendicitatem*, (ait) *& divitias ne dederis mihi: tribue tantum victui meo necessaria: ne forte satiatus illiciar ad negandum, & dicam: quis est Deus? aut egestate compulsus, &c.* Si enim divitiæ ad peius impellunt, quare paupertas post haberi debet, & abundantia anteponi? Pauperes enim duplici in genere reperiuntur: quidam qui paupertatem, & virtutem amplectendo, non solum sustinent ipsam, sed colunt; qui quidem hac de causa omni exceptione majores censendi sunt; alteri verò qui vitiis immixti substantiam amiserunt, & in egestate inviti manent, de quibus Salomon ubi proximè, ut bene explicat 226
D. Thomas *dict. art.* 3. *ad* 1. ibi: *Neque tamen qualibet mendicitas est jurandi, & peierandi occasio, ut ibidem Salomon subdere videtur: sed solum illa quæ est contraria voluntati; ad quam vitandam homo furatur, & periurat.* Videndus etiam Salcedo *d. lib.* 4. *c.* 15. *n.* 84. Quo pacto interpretandi etiam sunt textus *in dict. l.* 3. *de testib. & in dict. cap. si testes § testium*, Farinacius enim, & cæteri, dicant quidquid velint, sed minimè dictum probabunt; quare tenendum puto, quòd ex sola paupertate fides diminuenda non est, quia est verè virtus, & per se ab bonum tendit: Fariu. *quæst.* 12. *num.* 48. Maceratens. *variar resol.* 28. *n.* 8. *& lib.* 3. *resolut.* 27. *num.* 8. Ciaz. *discept. crim.* 37. *num.* 11. 227
dominus Leon *decis.* 205. *num.* 51. *& seqq.* dominus Calahorra *in dict. allegat. num.* 71. Ant. Matthæus *dict. cap.* 2. *num.* 10. maximè in teste deponente pro Fisco, nam unica ratio ob quam testes pauperes non sunt integræ fidei, juxta opinionem superius impugnatam, ea est, nempe ob periculum, sive suspicionem subornationis, quæ nasci- 228
tur ab egestate: sed quoad Fiscum nequaquam subornatio præsumi valet: ergo causa objectionis corruit omnino, & remanebunt integræ fidei, si aliunde non improbentur. Quare sic observari in Senatu testatur dominus Calahorra *ubi proximè*, & sic observari vidi in eo indistinctè.

Birrorarii, Apparitores, & cæteri de familia Curia- 229
rum, testes integræ fidei non sunt, ut plures teneat, Farin. *quæst.* 21. *num.* 137. *& quæst.* 108. *num.* 105. Petr. Caballus *resol. criminal. cas.* 126. *per tot.* Bajard. ad Clar. *§. fin. quæst.* 8. *num.* 2. *&* 8. Guazin. *ad defens. reor. defens.* 5. *cap.* 9. *num.* 8. Marius Giurba *obser.* 45. *num.* 5. *& cons.* 98. *numer.* 10. qui hos, & alios laudat. Sed Giurba cum aliis limitat *ibid. num* 11. si deponant de levioribus, spectantibus ad eorum officia, nam tunc omnes tenent quòd plenè probant: at verò in gravioribus minimè: nam quoties pœna corporalis imponenda est, ut plurimum faciunt indicium ad torturam; cujus reiterationem reddunt, nempe ob utilitatem Birrorariorum, qui solent 230
pleraque committere, ut cum Claro, Bajardo, Bursato, & aliis probat Guazin. *dict. cap.* 9. *num.* 8. *vers. Ac etiam deducat quod assertio*, quæ ratio quoad infimos Birrorarios, Apparitores, & Satellites, quos nos *Verguetes*, 231
Verguers, *Porters*, *Cap. de guaites*, *y ministres*, vocamus, verè est: sed quoad Alguazellos, qui superioris ordinis sunt; similis ratio non procedit, signanter quoad illos,

qui ex privilegio Regio nominari sunt. Melior itaque
232 ratio videtur tradita per *Caballum*, nempe, quia sunt loco accusatorum, & videntur deponere in causam suam, ut probat *dict. cas.* 126. *num.* 2. & novissimè sequitur Don Petrus Gonzales de Salcedo in brevi quidem, sed aureo tractatu *de contrabando*, *cap.* 20. *num.* 13. Quod meo judicio explicatione eget: si enim Alguazellus deponat in crimine, ex quo debeatur pœna pecuniaria, cujus pars ipsi applicari debet, vel deponat in crimine restitutiæ sibi factæ, tunc non erit integræ fidei, cum deponat in causam suam: Caball. *cas.* 127. *num.* 15. *ad medium*. At verò si deponat de crimine, ex quo nullum
233 lucrum expectare potest, ut putâ, quia vidit Titium necantem Cajum, vel similia, tunc probare plenè videtur, nam accusatoris vices non sustinet, sed informatoris, cujus non interest, Caball, *dict. cas.* 126. *nu.* 3. & 4. Quæ omnia procedunt in criminibus ordinariis, non autem in eis quæ sunt difficilis probationis, nam tunc etiam Birrorarii viles probant, Cabal. *dict. cas.* 126. *numer.* 6. ibi: *Tamen ex quo delictum est perpetratum de nocte, & verisimiliter non interverunt alia personæ, debent admitti, & probant plene, vel saltem faciunt judicium ad torturam*. Quod comprobat auctoritatibus Claud. Foller.
234 Afflict. Grat., & aliorum, & eum sequitur Salcedo *de contrabando*, *dict. cap.* 20. *num.* 16. & *seqq.* dum alio vitio non laborent; sed hæc omnia arbitrio Judicis relinquntur. Quam declarationem amplectandam esse credo, quando plures sunt, etiam ad pœnam ordinariam, maximè concurrente aliquo adminiculo, ut tenet Carena *de offic. sanct. Inquisit. par.* 3. *tit.* 5. *num.* 33. & 34. confirmat hæc omnia Caball. *cas.* 127. *numero quarto*, & *seqq.* ubi de resistentia facta ipsis Birrorariis expressè loquitur. Quare dicebam in causa Petri Ferrer ipsum con-
235 demnari debere, eo quod repertus fuit in domo Martini Pons oppidi de Miflata, ad quam die 9. Augusti 1650. hora decima vespertina properaveram, ad capiendum Jacobum Ferrer illius fratrem, & Josephum Artus Bannitos, quo statim atque Satellites ingressi fuere, validè resistendo, plures sclopetorum ictus in Alguazellos, & Birrorarios intulerunt, è quibus unus Apparitorum brachio mutilus remansit, Petrus fuit ibi captus, & quatuor ex familia deponebant vidisse ipsum sclopum explodisse, quorum duo erant Alguazelli, unus ex ordinariis (qui ut dixi *tom.* 1. *cap.* 2. §. 2. *n.* 205. ex militibus eligi solent) alter ex commissariis,
236 & duo Apparitores Curiæ Gubernatoris: perpendebam siquidem, factum fuisse nocturnum, & sic difficilis probationis, actu, & habitu; nam ad capiendos reos, præsertim Bannitos (qui acriter in persequentes irruere solent, sclopos explodendo, ac plures frequenter necando, vel vulnerando) rarò, vel nunquam accedit aliquis, qui non sit de familia, eo quod unusquisque periculum vitare procurat, nec in conflictu remanet, etiamsi pœnis ad auxilium præstandum compellatur; & si per familiam hæc delicta non possent pro-
237 bari, sequeretur, quod improbata remanerent omnino, ac per consequens impunita: & si hoc perciperetur ab ipsis, crescerent in dies audacia eorum; quod absurdum esset. Nihilominus Senatorum plures inclinabant ad imponendam pœnam extraordinariam, sed decisio subsecuta non fuit, quia indultum obtinuit simul cum fratre, impositio gravamine serviendi in aliqua ex ar-
238 cibus Italiæ per certum tempus, sicque adhuc in Senatu diffinitum firmiter non est. Sed tu perpende quæ so, an exante doctrina *Petri Caballi*, & utilitate publica urgente, pœna abitraria imponenda sit, gravior, an levior. At si apprehensores non sint Birrorarii, vel de familia, sed aliæ personæ privatæ, tunc plenè probant, si duo sint, sin autem unus, sufficit ut tortura
239 inferatur. Ita docent Scaccia *de Judic. lib.* 1. *cap.* 78. *numer.* 23. Guazin. *dict. c.* 9. *n.* 9. *vers. Si apprehensores*. Quæ sententia recepta est in nostro Senatu, & sic pluries definitum vidi, ad pœnam capitalem resistentes condemnando, & sententiam executioni deducendo, ut sub examine domini Don Petri Villacampa & Pueyo in causa Josephi Benedicto oppidi de Sueca, & aliorum, ob necem proditoriè illatam, sclopi ictu, Jacobo Pi, oppidi de Almuzafes, quam inquisieram anno 1641. & postea in causa Antonii Quiles, & Josephi Espert de Alginet, sententia publicata per Vincentium Ferrera *die* 25. *Septembris anni* 1646. & in aliis plurimis.

Inimicus inquisiti repellitur à testificando, si inimi- 240
citia sit capitalis, *for.* 3. *de testib.* Farin. *quæst.* 53. *per tot.* quod adeo procedit, ut non solum inimicus meus à testimonio contra me repellatur, verùm consanguineus, affinis, domesticus, amicus, & familiaris inimici mei, repelluntur à testimonio, ut probat idem *Farin.* cum 241
aliis pluribus *dict. quæst.* 53. *numer.* 34. & *seqq.* nam omnes isti præsumptione juris, quodammodo inimici mei reputantur. Quæ doctrina licet verissima sit, explicatione eget; nam nimis generaliter allegari in defensione reorum solet, & non semper absolutè est sumenda. Si enim reus, contra quem proceditur, habeat inimicum capitalem, consanguinei, affines, domestici, & conjuncti ipsius non sunt integræ fidei, ut *Farinac.* probat 241
dict. quæst. 53. *ex num.* 34. per plures sequentes. At si testis non est verè inimicus capitalis rei, vel inquisiti, sed præsumptivè, ut putà, quia est alicujus consanguinei illius inimicus; tunc licet talis inimicus præsumptivus improbetur in testem, affines, & domestici illius non repelluntur, neque eis aliquid de fide detrahitur: nam tunc concurrunt duæ specialitates, vel ut ita dicam, præsumptio oritur ex præsumptione, quod jus non patitur; quia, ut dixi, inimicus consanguinei mei, inimicus 243
meus præsumitur; at amicus, vel domesticus inimici, consanguinei mei, præsumitur inimicus consanguinei mei, non autem meus inimicus; quod utique probare videtur Farin. *dict. quæst.* 53. *numer.* 41. dum aliis relatis, docet, quòd conjuncti amici mei bene probant pro me, & quod licet domesticus inimici mei repellatur, non autem repellitur domesticus domestici inimici mei; nam utroque in casu præsumptio ex præsumptione 244
eruenda est, & duæ suppletiones fierent, quod jus non patitur, latè Jacob. Menoch. *consil.* 327. *nu.* 38. Cephal. *consil* 514. *num* 25. neque duo defectus suppleri possunt, Serafin *de privil. juramen. privil.* 83. *numero quadragesimo quarto*, *cum sequentibus*, Jacob. Cancer. *variar.* 1. *p. cap.* 14. *num.* 78. Ganaverro *decis.* 36. *num.* 10. 31. & *seqq.* neque duæ specialitates in jure admittuntur circa eandem rem, bene Berlichius 1. *part. conclus.* 81. *nu.* 197. aliàs enim procederetur in infinitum, & non reperiretur penè testis aliquis integræ fidei. Quare in causa Baptistæ Martinez, inquisiti de vulnere illato Jacobo Espert, Regio Alguazello, sclopi ictu, apponebatur, quòd testis erat levis, cujusdam occisi per fratrem inquisiti, & cum tunc Fisci patroni munus gererè, allegaveram 245
appositionem hanc triplici de causa, ex trina inductione affectari: nam inimicitia capitalis interfuit inter occidentem, & occisum, hæc per juris præsumptionem extensa fuit ad sororem occisi, in occidentem; demum alia extensione communicabatur viro sororis occisi qui testis erat: & tertia in fratrem homicidæ, qui erat inquisitus, quæ cum allegarem pro Fisco, Senatus censuit à testimonio non esse repellendum, neque aliquid de fide detrahendum, si alia causa non concurrerer. Concurrebat enim inverisimilitudo dicti, comprobata sensibili experientia per Senatum, ob quod non fuit habitus pro omni exceptione majore, & reus ad triremes perpetuò damnatus, sententia publicata per Vincentium Ferrera *die* 10. *Maii* 1647.

In *for.* 7. *de testibus* cautum habemus, quòd mulier ne- 246
queat testimonium facere in testamento, neque in lite criminali, quæ dispositio à jure canonizata reperitur per text. *in cap. mulierem*, 33. *quæst.* 5. *cap. forus, in fin. de verbor. signif.*

signif. quare juxta jus Canonicum, fœminam excludi à teſtimonio in criminalibus, probat Clarus *in §. fin. quæſt.* 24. *num.* 2. & 3. Franciſcus Marcus *deciſ.* 890. *& deciſ.* 900. *part.* 1. dominus Morlà *in empor. p.* 1 *tit.* 11. *num.* 78. Maſcard. *de probat. concluſ.* 792. *num.* 1. *& concluſ.* 1358. *num.* 30. Menoch. *de præſumpt. lib.* 3. *præſumpt.* 37 *num.* 46. Martin. del Rio *diſquiſit. magicar. lib.* 5 *quæſt.* 12. Farin. *in prax quæſt.* 59. *in princ.* Barboſ. *in collect. dict. cap. forus num.* 9. Fragoſ. *de Repub. lib.* 5. *diſput.* 13. *num.* 10. *tom.* 1. Novar. *in collect. ad pragmat. Neapol. rub. de teſtib. refren. collect.* 1. *num.* 30. *&* 47. Caren. *de offic. ſanct. Inquiſit. part.* 3. *tit.* 5. *nu.* 14. Berlichius *practicab. concluſ. part.* 3. *concluſ.* 5.

247 *num.* 27. Et ratio eſt, nam fœminæ mutabiles, inconſtantes, variabiléque ſunt, bene Propertius *lib.* 2. ad amicam ſcribens:

Sed vobis facile eſt verba, & componere fraudes,
Hoc unum didicit fœmina ſemper opus.

Nec impropriè Codrus:

Sydera non tot habet cœlum, nec flumina piſces.
Quot ſcelerata gerit fœmina mente dolos.

Ob quod earum conſilium invalidum, fragile, infirmum, Probat Tiraquel. *in l.* 1. *connub. part.* 1. *gloſſ.* 1. *num.* 7. *& in l.* 9. *gloſ* 1. *p.* 9. *nu.* 129. cum aliis adductis per Barboſa n, Farinacium, & alios ſuperius laudatos, quos etiam ſequitur Ginrba *conſil.* 43. *n.* 5. Salcedo *d. lib.* 4. *capit.* 4. *n.* 59.

248 Sed jure Civili attento, quoad cauſas criminales fœminæ indiſtinctè admittuntur, dummodo non ſint infames, *l. ex eo, ff. de teſtib. cap. ex eo*, 15 *quæſt.* 3. Ant. Gomez *variar. tom.* 3. *cap.* 12. *num.* 15. Ant. Faber. *in Codice, lib.* 4. *tit.* 15. *defin.* 58. Clar. *dict. quæſt.* 24. *num.* 1. *& ſeqq.* dominus Morlà *dict. num.* 78. *verſ. Tamen ſecus*, Farin. *d. quæſt.* 59. *numer.* 2. Giurb. *dict. conſil.* 43. *num.* 27. Caballus *caſ.* 79. *numer.* 6. *& caſu* 288. *numer.* 64. Guazin. *defenſ.* 14. *cap.* 10. *numer.* 5. *& cap.* 11. *numer.* 12. Ant. Matth. *de crimin. lib.* 48. *ff. tit.* 15. *de probation. cap.* 2. *num.* 7. qui plures, & plura tradunt. Et licet dominus Morlà *ubi proxim.* teneat, quòd in hoc Regno prima opinio procedit, ex deciſio-

249 ne *dict. for.* 7. hoc non indiſtinctè ſumendum eſt, nam in praxi communiter receptum habemus, quòd diſpoſitio *fori* procedat, quando cauſa criminalis ducitur ad inſtantiam accuſatoris ſpecialis; ſecus ſi per viam inquiſitionis, ex mero Judicis officio; nam licet *forus* abſolutè loquatur, cum deſumptus reperiatur à jure

250 Canonico, recipit, ut ſæpeſæpius dixi, omnes ampliationes, diſtinctiones, & interpretationes juris: atque adeo cum ex jure Canonico hæc diſtinctio procedat, ut probat Gloſſ. *in cap. tam literis*, *verb.* Fœmina, *verſ. Sicut in denuntiatione*, *& in dict. cap. forus*, *verb. non fœmina*,

251 *verſ. In inquiſitione*, textus *in cap. quoniam aliqua* 3. ibi: *Et ſeu mulieres cum quibus peregiſſe dicitur*, ubi Gloſ. *lit. H, & in cap. tam literis* 33. ibi: *Mandamus quatenus teſtes ſive laicos, ſive fœminas (dummodo idoneos) qui ad hoc fuerint probandum inducti, de teſtib.* pluribus Herrin. Borchin. *in dict. capit. quoniam*, *numer* 2. *&* 5. Maſcard. *dict. concluſ.* 762. *numer.* 21. Farinac. *dict. quæſt.* 59. *numer.* 9. ſicque interpretati ſunt noſtrum *forum*, antiqui *fororum*

252 Expoſitores, & poſt eos dominus Chriſtophorus Monterde *in Allegation. cujuſdam cauſa criminalis graviſſimæ*, & dominus Calahorra *in dict. allegat. falſitat.* atque adeo quotidie obſervatur per Senatum; licet enim fœminæ teſtes integræ fidei non ſint, eo quòd fragilitas ſexus innegabilis eſt, ut bene tradit Caballus *dict. caſ.* 288. *numer.* 64. Farin. *dict. quæſt.* 59. *numer.* 37. Joan. Baptiſt de Thoro *in addit. ad deciſ.* 53. *Annali Salernitan.*

253 *numer.* 15. Carena *de offic. ſanct. Inquiſit. part.* 3. *titul.* 5. *numer.* 14. Faber. *dict. defin.* 58. *numer.* 3. *in not.* tamen non ſemper in eis adeſt inconſtantia conſilii, vel infirmitas mentis, ut pluribus exemplaribus comprobant Petr. Gregor. *de Republ. lib.* 7. *capit.* 11. *numer.* 29. *& ſeqq.* P. Marquez *in Gubernator. Chriſt. lib.* 1. *capit.* 30. Don Joſephus Vela *diſſertat.* 4. *numer.* 93. *& ſeqq.* bene Tullius 3. *de Orator. Facilius* (inquit) *mulieres incorruptam, antiquitatem conſervant, quod multarum ſermonum expertes, ea tenent ſemper quæ primò didicerunt.* Dummodo aliunde, 254 ex alio vitio non improbentur, admitti debent in inquiſitione, & faciunt probationem ad puniendum extra ordinem, juxta qualitatem criminis, & numeri, nam in delicto difficilis probationis, etiam ſecluſa præfata diſtinctione, admittendæ ſunt, ut docent Alexander Tren- 255 tacinquius *variar. lib.* 2. *tit. de teſtib. reſol.* 11. *n.* 3. Barboſ. *in d. collect. n.* 3. Farin. *d. q.* 59. *n.* 8. Giurb. *dict. conſil.* 43. *n.* 8. Berlichius *d. concluſ.* 5. *n.* 28.

Confeſſio incidenter emanata, coram Judice compe- 256 tenti, non ſufficit ad condemnandum, ut tradunt plures relati per Maſcard. *de probat. concluſ.* 145. *numer.* 21. *& concluſ.* 383. *numer.* 1. *volum.* 1. Farin. *quæſt.* 81. *n.* 219. Guazin. *defenſ.* 32. *capit.* 4. *num.* 1. Scaccia *de judiciis lib.* 257 1. *cap.* 75. *num.* 3. Joan. Baptiſt. de Toro *in compend. deciſ. tom.* 1. *verſ. Confeſſio facta incidenter.* Quod intelligendum, ſi ſit de crimine, ad quod probandum *non* agebatur, vel crimen apponatur per viam exceptionis; in his enim terminis loquuntur Auctores laudati, ſecus quando confeſſio emanaret circa negotium, de quo agitur *capit.* 1. *de exceptionib.* Ex hoc deſumpta fuit ratio decidendi in 258 cauſa Mathiæ Pons (de qua latius *infrà*, *§. ult. part.* 2. (qui ſub *ſalvoconductu* repericbatur, tempore perſecutionis generalis Bannitorum, anno 1648 cum quibus ſæpius divagatus erat: interrogatus enim in generali inquiſitione diverſorum delictorum, per Comitivam ſuæ factionis patratorum, depoſuit ipſe de pluribus enormibus, complicitatem fatendo. Ob ſcelus patratum in impetra- 259 tione ſalviconductus, pronunciatum fuit eo non fruí; dubitabatur ſub examine Nobilis Don Braulii Eſteve, an condemnari poſſet ad pœnam ordinariam ex illis delictis? & deciſum per Senatum quod ſic.

Primò, nam quando judicium generaliter ordinatum 260 fuit ad punitionem illius criminis, de quo per confeſſionem incidenter emanatam conſtat? tunc talis confeſſio- ſufficit ad condemnandum, *dict. capit. de exceptionib. capit. per Inquiſitionem*, *de elect.* & ibi Hoſtienſ. bellamera, Butrius, Imola, Zabarella, Abbas, & Felinus, idem Butrius *in capit.* 2. §. *verum n.* 50. *de ord. cog.* & etiam Abbas *num.* 261 29. Romanus *in l cum mulier. n.* 27. *concluſ.* 1. *ff. ſolut. matrim.* Aretin. *in princip. Inſtit. de exception. num.* 41. Barboſ. *in l.* 2. §. *ſi publico*, *n.* 2. *ff. ad leg. Iul. de adulter.* Farin. *dict. quæſt.* 81. *n.* 237. aſſerens cum Aretin, quòd hoc in caſu imponenda eſt pœna ordinaria, Barboſa *in collect. dict. cap. per inquiſitionem*, *n.* 1. *& in collect. ad cap.* 1. *de except. num.* 5. Guazin. *defenſ.* 32. *cap.* 4. *num.* 2, Carena *de offic. ſanct. Inquiſit. dict. tit.* 8. §. 4. *n.* 24.

Secundò, nam informationes illæ, non erant reſtrictæ 262 ad hunc, vel alium ex Bannitis, ſed formatæ in capite Comitivæ, & in membris illius, quorum unum erat dictus Pons, & in hoc caſu, quando teſtis eſt de membris, puniri poteſt, ut tenet Gloſſ. *in c.* 2. *de ordin. cognit.* & ibi communiter Doctores, Hoſtienſis *in c.* 2. *n.* 8. *de confeſſis*, Speculator *in tit. de teſtib.* §. *jam de interrogatoriis*, *ad fin. verſ. Sed nunquid*, Farinac. *d. c.* 7. *n.* 239. ergo & ipſe condemnari poterat.

Tertiò quia confeſſus incidenter delictum, puniri po- 263 teſt in eodem judicio, Judice inquirente, quando inquirere poteſt; ſaltem dum crimen confeſſum, eſt annexum cum eo, de quo agitur principaliter; boſſius *in titul. quomod. proced. per ex. epion. num.* 3. Hoſtienſ. *in cap.* 2. *n.* 9. *de confeſſ.* Butr. *ibid. n.* 9. *verſ. Primo poteſt.* Farinac. *quæſt.* 81. *n.* 246. Guazin. *dict. cap.* 4. *n.* 2. *& cap.* 5. *n.* 3. Sed hoc in caſu crimen erat idem, ac illud quod principaliter perſequebatur; ergo puniri poterat. Quod eſt juxta ſententiam plurium Doctorum, de quibus Farin. *ibid. n.* 151. & Caren. *dict. n.* 24.

Quartò, quando condemnatio venit ex manu Prin- 264 cipis, qui facti veritate inſpecta, dum ſibi de crimine conſtet, poteſt punire, ex *cap. Eccleſia*, 23. *quæſt.* 3. pluribus Farin. *dict. quæſt.* 81. *num.* 284. Guazin *dict. cap.* 4.

num. 2. *verſ. Tertio limita.* Et denique, nam difficultas in eo verſatur, ni fallor, an quis productus in teſtem, fatens aliquod crimen in eodem judicio, inauditus condamnari poſſit: non verò quando deponens in aquiſitione poſtea, adverſus ipſum proceditur, ſpecialiter
265 inquiſitionem tranſmittendo, & auditur, atque allegandi defenſiones terminus conceditur: nam tunc condemnari poſſe cenſuit Senatus, ipſúmque condemnavit ad pœnam ordinariam, ſententia publicata per Gaſparem Maſcarò *die* 14. *Martii* 1650.

266 Confeſſio verò emanata coram Judice incompetente, non probat ad condemnandum, ſed ut plurimum facit judicium ad torturam; nam regula illa, quod confeſſio validat nullitatem proceſſus, de qua *in cap. Piſcanis, de reſtit. ſpoliator.* latè Giurba *conſil.* 16. *num.* 3.
267 non admittitur, quando nullitas provenit ex defectu juriſdictionis, *cap. at ſi Clerici, de judiciis*, & ibi Baldus, Abbas, & communiter Doctores, Anton. Gomez *variar. lib.* 3. *cap.* 12. *num.* 8. Olar. *in praxi*, §. *fin. quæſt.* 55. latiſſimè plura, & plures congerens Farinac. *quæſt.* 81. *cap.* 6. *num.* 188. *cum ſeqq.* Petr. Caballus *caſu* 81. *num.* 8. Giurba *dict. conſil.* 16. *num.* 3 Guazin. *dict. defenſ.* 32. *cap.* 26. *num.* 1. Carena *de Offic. S. Inquiſit. titul.* 8. §. 5. *num.* 22. noviſſimè Anton. Matthæus *de crimin. lib.* 48. *ff. tit.* 16. *de quæſtionibus, cap.* 1.
268 *num.* 5. *&* 7. Nec in hoc ſubintrare poteſt diſtinctio illa, an Judex incapax ſit, an verò incompetens; nam cum agatur de judicio criminali, & in eo prorogatio juriſdictionis non fiat, ex adductis per Boroum *in dict. cap. at ſi Clerici, num.* 38. *verſ. Tertia concluſio, de judiciis*, cum aliis adductis per Farinac. *dict. quæſt.* 81. *n.* 190. Barboſ. *in collectan. ad dict. cap. etſi Clerici*, Guazin. *dict. cap.* 26. *numero* 1. inde nunquam de jure ſimilem
269 confeſſionem probare tenent. Sed in Regno noſtro dubitatione non caret, eo quòd apud nos recepta eſt opinio Romani *in l. Magiſtratibus, num.* 4. *verſ. Tu dicas*, & ibidem Ripa *num.* 7. *ff. de jur. omn. judicum*, Gardin. Zabarella *in dict. cap. at ſi Clerici, num.* 2. *col.* 2. *verſ. aut eſt prorogabilis*, & ibidem Decius *num.* 24. *& ſeqq. de judiciis*, idem Decius *in dict. cap. at ſi Clerici, num.* 3. *& in dict. cap. Magiſtratibus, num.* 7. Valaſcus *deciſ.* 65. *ad fin.* Giurba *dict. conſil.* 16. *num.* 3. *in fin.* Clar. §. *fin. quæſt.* 42. Gregor. Lopez *in l.* 15. *verb.* Reſpondiſſe, *tit.* 1. *part.* 7. Bonacoſa *tom.* 1. *com. opinion. lib.* 3. *tit.* 11. *num.* 104. Perez *in l.* 1. *verſ. Sed contrariam, lib.* 3. *Ordinament.* Barboſ. *in collect. cap. de cauſis* 4. *mon.* 4. *de offic. & poteſtat. Judic. delegati.* Quia prorogatio juriſdictionis in criminalibus admittitur, ita ut ſiquis obtinens privilegium fori, ut putà, quia eſt Familiaris
270 ſancti Officii, vel ex Collegio monetariorum, conſenſerit judicio Regiæ Audientiæ, Curiæ Gubernationis, vel Judicis ordinarii Urbis, judicium illud validum eſt ex vi prorogationis, & hoc jure utimur, ſicque obſervari vidi in Senatu anno 1647. in cauſa Petri Comachella, qui ſignifer erat cujuſdam Militum centuriæ, & cum forum declinaſſet poſtquam judicium Regiæ Audientiæ ſubierat, juriſdictionem Magiſtri Militum allegando, denegatum remedium fuit, & ad triremes miſſus.

271 Bene verum eſt, quod hoc eſt ita capiendum, ut prorogatio fiat in Judicem ſufficienti juriſdictione fruentem, ut putà ſi ille qui eſt ex foro Magiſtri Militum, conſentiat in juriſdictione Gubernatoris, Regiæ Audientiæ, vel alterius Judicis merum, & mixtum imperium obtinentis; ut explicat Giurba *eod. num.* 1. ſecus ſi quis in cauſa ad merum imperium ſpectante, conſentiat in judicio coram habente mixtum imperium, vel ſimplicem juriſdictionem tantum, vel delinquens in territorio
272 Regis, conſentiat in judicio Baronis, cui non ſubeſt ratione originis; nam cum in iſtis caſibus partis conſenſus non poſſit tribuere juriſdictionem ſupremam non habenti, neque extendere limitatam ad certum territorium, & certas perſonas, Felinus *in cap. cæterum, num.* 21. *de reſcript.* Gabriel. *de execut. rei judic. concluſ.* 3. *num.* 3. Salgado *de retent. bullar. part.* 2. *cap.* 26. *num.* 91. Rota apud Farin. *in ſelectis, tom.* 3. *deciſ.* 451. *num. fin.* conſenſus illius inefficax eſt, atque judicii acta irrita manent: in his enim terminis cenſuit Senatus procedere doctrinam Farinacii, & aliorum, de quibus *ſuprà*; nam data capacitate Judicis, & voluntas rei, ex prorogata juriſdictione, judicium tenebit, juxta doctrinam *Giurbæ*, & aliorum. Et adhuc eo in caſu, quando confeſſio emanata ſit coram Judice incompetente ratione limitatæ juriſdictionis, confeſſio illa, quantumvis revocata fuerit, facit judicium ad torturam, ſicut quælibet extrajudicialis confeſſio, ex pluribus traditis per Fatinacium *dict. quæſt.* 81. *num.* 216. Guazin. *dict. cap.* 26. *num.* 1. *&* 3. Carena *dict.* §. 3. *num.* 23. P. Diana 4. *part. reſolut. moral. tract.* 6. *reſolut.* 12. *verſ. Et ex miranda*. noviſſimè noſtrum Salelles *tom.* 2. *lib.* 4. *regul.* 344. *num.* 121. *&* 141. & Farinacius teſtatur veriorem, & magis communem ſententiam eſſe, quam ſecutus fuit Senatus in cauſa Annæ Sanchiz, viduæ oppidi de Sueca, ſententia publicata per Gaſparem Maſcarò *die* 23. *Martii* 1654. ſub examine domini Joannis Chryſoſtomi Berenguer, quæ coram Judice ordinario illius oppidi, qui ſolum exercet Alfonſinam juriſdi- 274
ctionem, falſa fuit, propriam prolem ſuffocaſſe, ne lapſus pudicitiæ detegeretur. Extra ordinem fuit punita; licet ſi verum fatear, in hac cauſa concurrebant ſuſpicio ſuggeſtionis ad extorquendam ſimilem confeſſionem, ſicque potius crederem, hac de cauſa inclinaſſe Senatum, & non ex incompetentia Judicis; nam in Regno judicare debemus facti veritate inſpecta, abſque figura, & ſtrepitu judicii, ut ex *for.* 5. *&* 6. *de cland. non mutan.* dixi, cum dominis Leon, & Morlà, *hoc eodem cap.* §. 6. *num.* 6 ſicque, extante confeſſione reæ, in crimine truculento, quod ipſi Naturæ vim & horrorem inferre videbatur, repertóque cadavere puellæ, quæ è gremio matris ad funus tranſlata fuit immuniter ab ipſa ſuffocata, brachiis confractis atque dorſo ditè villicato, quid amplius expectandum erat? Dicat ne aliquis commiſeratione dignam parricidam, quæ prolem nefaria crudelitate, non ſolum vita privavit temporali, ſed etiam æterna, ſacri Baptiſmatis lavacro ei denegaro? Nam confeſſio habet vim condemnationis, *l.* 1. *&* 3. *C. de confeſſis*, Faber. *in C. lib.* 7. *defin.* 2. 275
numer. 8. *in tot.* & relevat onus probandi, atque diluit quidquid in contrarium dicatur, etiamſi in alio judicio ſit, ut perſpicuè cum aliis docet doctiſſimus dominus Don Didacus Frances de Vrrutigoyti, Epiſcopus Barbaſtrenſis, *in Paſtoral. regular. noviſſimè edito, part.* 3. *vot.* 4. *num.* 13. *cum duabus ſequentibus*, Nec obſtat ratio adducta per Anton. Matthæum *dict. numer.* 7. eo quod in criminalibus cavendum, ne innocens condemnetur; nam ut ipſe, cum Saluſtio, probat *dict. cap.* 1. ibi: *De confeſſis more majorum, ſicut de manifeſtis rerum capitalium judicium ſumendum.* Atque adeo conſtito, prout apparebat, de nece filiæ recenter natæ, & repertæ ſub lectulo ipſius laquenn adhuc retinentis, quo necata fuerat, condemnandam eſſe crediderim, niſi aliud vitium in confeſſione reperiretur. Sed ut dixi, aderat vitium ſuggeſtionis, quare juſtiſſimè fuit leviori pœna punita, nempe recluſionis in carcere per ſexennium, & exilii perpetui à Regno, & caſu contraventionis recluſionis perpetuæ.

Ex quibus reſultat, quòd nunquam inanis erit pro- 276
ductio actorum, coram Judice incompetente geſtorum, prout Senatus inconcuſsè obſervat, & faciendum neceſſariò probat bene Fontanella *deciſ.* 129. *tom.* 1. nam ſi ex illis reſultat aliquid ad favorem rei, hoc Judex tenetur inquirere, ut alibi dixi; ac per conſequens, nequaquam poteſt acta quoquo modo geſta celare, aut omittere, cum in ejus poteſtate non ſit, quòd ea quæ geſta 277
ſunt,

sunt, non appareant; si autem ad favorem Fisci acta tendunt, semper aliquid operantur, vel probata legitimè adminiculando, vel in suo genere aliquid superaddendo. Et sic omnia à principio inseruntur, tam gesta per Judicem competentem, quàm per incompetentem; si enim per illum facta fuerint, media evocatione causæ, cuncta deferuntur ad judicium Senatus, in quo proceditur juris ordine servato: si verò ab isto, apparet in actis, quid per incompetentem gestum sit cum sua qualitate.

§. IX.

De sententiis, earúmque executione, appellatione, & nullitate, ad for. 2. de sentent. & act. junct. aliis juribus.

TEXTUS.

JACOBUS PRIMUS REX.

LOs Jutges, en romanç diguen les sentencies que donarán, é donen aquelles sentencies escrites a les parts que les demanaran.

SUMMARIA.

1 *Sententia communi idiomate ferri debent.*
2 *Lingua per Tubalem advecta Hispanis, incerta est.*
3 *Cantabria lingua, juxta plurium traditionem, est illa, quam Tubal addixit.*
4 *Plures linguæ ab antiquo in Hispania exitere.*
5 *Valentina lingua, qua nunc utimur, an sit eadem cum illa, de qua Strabo, & Lutprandus?*
6 *Valentini idiomatis præstantia.*
7 *Rimarum usus originem habuit in Valentina lingua.*
8 *Valentini aptiores sunt ad alias linguas discendas.*
9 *Verbum*, Romanç *quid significet.*
10 *Lingua Castellana an sit derivata à Latina.*
11 *Linguæ omnes resultantes ex Latina, & vernacula aliarum Provinciarum, sub verbo*, Romanç, *comprehendantur.*
12 For. 2. *loquitur de lingua vernacula Valentinorum. Sententia juxta juris regulas ferri debent lingua communi, ibidem.*
13 *Sententiæ Curiarum inferiorum feruntur lingua vernacula, & quare?*
14 *Sententia in Senatu latino sermone feruntur.*
15 *Verbum*, Romanç, *comprehendit linguam Latinam.*
16 *Judex tenetur sententiam verbo dicere personaliter.*
17 *Mutus Judex esse non potest, quia nequit pronuntiare sententiam.*
18 *Ex necessitate scripturæ, jure novo inducta, non fuit sublata necessitas pronuntiandi.*
19 *Sententia necessariò ex jure novo in scriptis ferri debent; jure verò antiquo ad mutum respondentium pronuntiabantur.*
20 *De* Foro *non videtur necessaria scriptura.*
21 *Pronuntiatio personalis Judicis non est necessaria juxta* foros.
22 *Scriptura necessaria est in sententia juxta* foros.
23 *Sententia Judicis inferioris scribi potest à quocunque actuario, dum fiat jussu Judicis.*
24 *Sententiæ Senatus scribi debent per Scribam mandati, vel Judicem necessariò.*
25 *Sententia post publicationem an corrigi, vel immutari queat.*
26 *Sententia subscripta, & subsignata, & apud officium deposita, nefas est, minui aliquid, vel addi ex ea.*
27 *Sententia apud officium deposita, perinde est, ac si recitata fuisset.*
28 *Sententia eadem die publicationis corrigi valet quoad qualitatem, etiamsi respiciat substantiam.*
29 *Observantia Senatus.*
30 *Sententia recitatio, sive publicatio, differri nequit, postquam in posse Scribæ est deposita.*
31 *Differentia inter productionem instrumentorum, & impetrationem rescripti. Decisio Senatus, ibid.*
32 *Restitutionis in integrum beneficium imploratum, postquam sententia est in posse scribæ, an differat recitationem.*
33 *Sententia affirmativè amplectenda est, si beneficium non appareat calumniosè implorarum.*
34 *Allegationes novæ admittendæ sunt post positionem sententiæ in posse scribæ, sine retardatione publicationis.*
35 *Nova jura, vel allegationes admissa absque clausula illa,* sine retardatione publicationis, *derogare videntur citationem ad recitandum.*
36 *Sententia recitari debet in loco assueto.*
37 *Loca assueta apud nos ad pronuntiandum quæ sint,*
38 *Gerens vices Gubernationis non habet certam sedem ad jus dicendum.*
39 *Gerens vices dum jus dicit in Urbe, tenetur pronuntiare in Curia propria.*
40 *Sententia Regiæ Audientiæ quo in loco publicari debent.*
41 *Exempla recensentur.*
42 *In Areopago noctu jus dicebatur.*
43 *Ex lege 12. Tabularum ante meridiem pronuntiare Judices tenebantur.*
44 *Observantia Senatus, legi duodecim Tabularum congruit.*
45 *Jure noviſſimo quid cautum sit.*
46 *Noctu an judicia exerceri valeant?*
47 *Sententia noctu prolata est nulla, quin adsit solemnitas trium luminum.*
48 *Præsentia litigatorum necessaria est ad pronuntiationem.*
49 *Sententia ferri nequit utroque litigatore absente. Citatio ad pronuntiationem faciendam extra locum assuetum, specialis esse debet, ibid.*
50 *Sententia in criminalibus reo præsente, non requirunt citationem, quia pronuntiantur instante actore, & præsente reo.*
51 For. 19. & 28. de criminibus, *expendantur.*
52 *Causæ criminales, quorum pœna pecuniaria est, infra biduum expendi debent.*
53 *Si pœna corporalis correspondeat, infra 40. dies.*
54 *Hæc in usu non sunt, & quære.*
55 Fori 19. & 28. de criminibus, *non loquuntur de inquisitione, sed de accusatione.*
56 *Dilatio aliter statuta reperitur in Curiis anni* 1604.
57 *Quadraginta illi dies currebant peremptoriè, nulla causa existente: sed prorogari possunt juxta* forum 32. de sagionibus.
58 *Reus quando relaxandus sit fidejussoribus.*
59 *Militari privilegio fruentes, quo in loco detinendi sunt.*
60 *Ex defectu judiciorum reus relaxandus fidejussoribus venit, etiam in causa ob quam pœna corporalis debeatur.*
61 *Relaxatio an habeatur pro absolutione.*
62 *Reo ægrotante non est locus relaxationi in capitalibus.*
63 *Solemnitates forales ad validitatem sententiæ observari debent.*
64 *Limita primò, quando carceratus aufugit à carceribus.*
65 *Fractor carceris fatetur crimen, ob quod detinebatur.*
66 *Decisiones Senatus.*
67 *Fractores carcerum, quo pacto apud nos absque processu condemnentur.*
68 *Hæc dispositio solum ligat Brachium Regale, quia est actus Curiæ illius, non verò Militares.*
69 *An dictus actus Curiæ liget Milites, eo quod non appareat de dissensu.*
70 *Concessio limitata ad certum Brachium non potest extendi ad aliud ex vi consensus præsumpti. Vasallus alicujus Militis ausus in carceribus Urbis ad mutuum sui Baronis, carcerem fragendo comprehendi-*

tur ſub hac diſpoſitione, ibid.
71 *Limita ſecundò, in relaxato per Judicem Eccleſiaſticum, nam pœna ordinaria criminis exequitur celeriter viſo proceſſu illius Judicis.*
72 *Limita tertiò, quando quis coram Iudice officium exercente delinquit.*
73 *Limita quartò, in criminibus patratis feria ſexta in Paraſceve, ſive die Veneris ſancti.*
74 Privil. 48. Reg. Petri II. *expenditur.*
75 *Limita quintò, in aleatoribus.*
76 *Limita ſextò, in exiguis.*
77 *Crimina levia qua dicantur.*
78 *Fuſtigationis pœna, abſque ſententia irrogari nequit ex* foro.
79 *Quando ſine proceſſu ad executionem procedatur.*
80 *Sententia lata contra feminam fori, nulla ita eſt, ut non egeat revocatione.*
81 *Deciſio Senatus.*
82 *Nullitates ſententia in criminalibus, quo pacto proponendæ ſunt.*
Nullitatum propoſitio efficium ſuſpenſivum operatur, ibid.
83 *Deciſio Senatus ex deliberatione trium Auliarum, quoad admiſſionem nullitatum in criminalibus.*
84 *Quid de reviſionibus.*
85 *Appellatio in criminalibus non ſolum eſt permiſſa condemnato, ſed cuilibet pro eo appellanti.*
86 *Fœminæ licèt poſtulare non poſſint, pro condemnato criminaliter poſſunt appellare.*
87 *Secus eſt de conſuetudine.*
Appellatio in criminalibus admittenda eſt juxta forum, *ibidem.*
88 *Appellationis admiſſio, vel denegatio, apud nos non eſt in uſu.*
89 *Supplicatio in criminalibus apud nos non eſt admittenda.*
90 *Pœna capitalis impoſita viro Militari non exequitur, quin conſulatur Regia Majeſtas cum tranſmiſſione proceſſus.*
91 *Limita in criminibus exceptis, & in cauſis communiacibus.*
92 *Conſultatio cum tranſmiſſione proceſſus quo pacto fiat.*
93 *Tortura quibus de cauſis inferatur.*
94 *Tortura in capua proprium apud nos parum in uſu eſt.*
Tortura acerbitas, & dubia fides, ibid.
95 *Tortura genera apud nos innovari nequeunt ex* foro.
96 *Tortura genera apud nos quæ?*
97 *Tortura poſt condemnationem apud nos quo pacto inferatur.*
Tortura reo condemnato duplici de cauſa infertur, vel ut dicat de complicibus, vel tanquam famoſo, ibid.
98 *Tortura illata diffamato de pluribus delictis debet eſſe moderata.*
99 *Tortura tanquam cadaveri, cui imponatur.*
100 *Reus condemnatus tanquam cadaver ad torturam, non torquetur acerbius.*
101 *Tortus tanquam cadaver, ideo dicitur, quia non interrogatur de crimine, ſed de complicibus.*
102 *Qualitas tortura inferenda condemnato tanquam cadaveri.*
103 *Tortura gradus quo pacto inferantur juxta praxim Senatus.*
104 *Militari privilegio fruentes torqueri juxta* forum *nequeunt.*
105 *Limita in criminibus exceptis.*
106 *Sententia capitalis quo pacto exequenda.*
107 *Dilatio trium dierum concedenda reo condemnato ultimo ſupplicio, an ſit neceſſaria.*
108 *Indecentia an ſubſequatur ex eo, quod reus mortis tradatur, eodem die quo ſacram Euchariſtiam ſumpſit.*
109 *Conſuetudo concedendi terminum reo ad patibulum damnato, ut præparetur, rationabilis eſt.*
110 *Executio ſententia criminalis peragi poteſt diebus feriatis.*
111 *Cadavera damnatorum ſepelirinequeunt inconſulto Principe.*
112 *Cadaver damnati an gaudeat immunitate Eccleſiæ.*
113 *Executio pœna pecuniaria quo pacto fiat.*
114 *Favore Fiſci in diſtractione bonorum immobilium non ſunt ſervanda ſolemnitates* fori.
115 *A jure licet haſtæ ſolemnitas requiratur in venditione fiſcali, non eſt ſtatutum tempus ſubhaſtationis.*
116 For. 10. de evictionib. *expenditur.*
117 *Pœna pecuniaria, an exequi poſſint contra hæredes rei defuncti.*
118 *Fiſcus in pœnalibus, an præferendus ſit creditoribus, vel habeat hypothecam.*
119 *Bonorum publicatio, an comprehendat bona ſita in alio territorio, & n.* 120.
Pœna pecuniaria, an exigi poſſit ex bonis ſuis extra territorium, ibid.
121 *Bona allodialia non adquiruntur Fiſco ex publicatione, ſed domino directo juxta* forum.
122 *Confiſcatio facta per Judicem inferiorem, an comprehendat bona ſita in tota Provincia, extra territorium tamen.*
123 *Barones, quamvis conceſſam habeant cognitionem criminum, quibus annexa eſt pœna publicationis, non tamen bona confiſcata eis adquiruntur.*
124 *Confiſcatio facta ratione criminis Deum offendentis, omnia bona comprehendit.*
125 *Bona condemnati ob crimen offendens homines, quibus querantur extra judicantis territorium.*
126 *Condemnationis pœnalis executio, quomodo peragenda.*
127 *Decreta Senatus Caſtella in Aragonum Regnis exequi nequunt, & quare.*
128 *Decreta exequenda in Regno expediri debent per Cancellariam S. S. Aragonum Concilii, & ſignari per dominum Vicecancellarium.*
129 *Qua diſpoſitio extenditur ad Senatum Ordinum Militarium.*
130 *Limita, caſu quo literæ ſubſidiariæ ſint, ſed tunc adhibetur Cauſæ cognitio.*
131 *Species proponitur harum literarum, & n.* 134. & 135.
132 *Præceptoriæ ſunt beneficia regularia.*
133 *Incapax beneficii regularis, eſt incapax penſionis illius.*
Deciſio Senatus, ibid.
136 *Emens rem fiſcalem ſecurus remanet, ſecus ſi rem confiſcatam, vel debitoris fiſci.*
137 *Ementi rem litigioſam præjudicatur ex ſententia lata ſine citatione illius, cum eo quem principaliter negotium tangit, & num. ſequenti.*
139 *Deciſio Senatus.*

QUamquam præcipua tractatio de ſententiis, & re judicata, pertineat ad partem tertiam noſtri regiminis, ad quam reſervata manet diſputatio cauſarum civilium; tamen quia in criminalibus ſententiæ proferuntur, quæ ſpecialibus diſpoſitionibus niti ſolent, aliqua nunc tradere non omnino extra rem erit: imò neceſſarium, ne mutila regiminis explanatio, quoad hanc partem remaneat. Caveatur in *textu*, quòd ſententiæ proferuntur ſermone communi ibi: *Los Juzges, en Romanç diguen les ſentencies*, conſonat *privileg. 65. Reg. Jacob. I.* ibi: *Et ea omnia ponantur, & ſcribantur in romantio, in libro Curiæ, & ita fiant deinde perpetuò omnes actus, & ſententiæ in romantio.* Sed primum occurrit dubium, quid intelligendum ſit pro verbo, *Romanç*. Ad cujus explicationem aliqua prænotanda ſunt, circa uſum linguarum noſtræ Hiſpaniæ. 1

Diximus *tom. 1. cap. 4. §. 3. num. 5. & ſeqq.* Tubalem Hiſpaniam gentibus impleviſſe; ſed quo idiomate, ex illis per ſuperbiam multiplicatis ad turrem Babylonis, uteretur, exploratum ſatis non eſt; eo quòd non ſolus ad Hiſpaniam properavit. Et licèt credendum ſit ipſum unica lingua locutum fuiſſe, ut refert Ildefonſus Toſtatus Abulenſis Præſul. 1. *Paralipom. cap. 1. quæſt. 5.* 2

cum

cum à principio in hac regione usus plurimarum linguarum invalnerit, sicut & nunc, quæ per gentes illius adductæ fuere, quid certum affirmari nequit, licèt aliqui non sine ratione teneant, apud Cantabros primam illam linguam illibatam conservari. Tradunt Vasæus *in Chron. Hispan. cap.* 10. Lucius Marin. Sicul. *de reb. Hispan. lib.* 1. Joannes Mariana *lib.* 1. *cap.* 5. Abulensis *ubi proximè*, Didacus Covarruvias *de collat. veter. numismat. num.* 4. noster Ludovicus Vives eruditionis fons perennis *in commentariis D. August. de Civit. Dei, lib.* 8. *cap.* 9. Martin. Viciana *in tract. de linguis Hebraica, Græca, Latina, Castellana, & Valentina, edito Valentiæ anno* 1574. Gaspar Escolano 1. *p. histor. Valentiæ, lib.* 1. *cap.* 14. Don Thomas Tamajo de Vargas *in not. ad Luitprand. chronicon, pag. mihi* 88. *& seqq.* eruditissimus dominus Don Laurentius Ramirez de Prado, sapientiæ Hispaniæ sidus nunquam deficiens, *in* 4 *notis ad Luitprandum, not.* 153. Don Didacus Saavedra *in Coron. Gothica, cap.* 9. Quare non est mirum, quòd tempore Strabonis jam plures Hispaniæ loquendi species annumerentur, ut patet in ejus Geograph. *lib.* 3. tradit etiam Luitprandus *in Chronicon, anno* 1690. reperiri in Hispania linguas, veterem propriam, Cantabricam, Græcam, Latinam, Arabicam, Chaldeam, Hebraicam, Celtiberam, Valentinam, Catalaunam; quem laudavit ad rem Tamajo, Don Laurentius Ramirez, Viciana Escolano, & Saavedra.

5 Et sic inter has linguas jam Valentina annumerabatur, sed non ipsa, qua nunc utimur; nam illa extincta, & sopita remansit per adventum Agarenorum. Hæc enim in suo origine coaluit, ex Latina, Gallica, & Hispana in Vrbe Limogenis, à qua Lemosinæ nomen mutuavit. At traducta ad Catalaunos, & nobis communicata per nostros Majores, successivè ita perpolita, & elegantia imbuta fuit, ut hodie ab ea distinguatur, speciem distinctam constituendo: sicut enim Castellana differt ab Araconensi elegantia, & splendore, sic similiter Valentina à Catalau-
6 na. De præstantia igitur nostræ linguæ Valentinæ plura dixere Viciana, & Escolano *ubi supra*, eo quod brevis, significativa, propria, elegans, abundans, atque dulcissima pronuntiatio sit. Brevis, nam inter cæteras hujus sæculi brevitates, summam obtinet; cujus rei probatio desumi potest ex lepidissimis carminibus Jacobi Roig, ita ut eo in metro nulla lingua reperiri possit, per quam ita continuatè aliquid componatur. Exemplum sit his carminibus desumptis ex 1. *par. proœmii*, dum de fœminis loquitur, ibi:

Mes molt besoñen
vicis amats,
è los pecats
de altri especulen,
è sen tribulen
com se confessen,
de aquells expressen
les circunstancies,
de aquells han ancies,
dels seu nos dolen,
nostrem que volen
lo que nols plau;
miren lo blanc,
compren de grana,
volen magrana,
raim demanen:
mas no sen ganen
may en lo pendre,
prodich despendre
bufone jar,
pus alt pujar
es lur plaer.

Quæ quidem Castellano idiomate hæc significant:

Mas bien escusan
vicios amados
y los pecados
de otro especulan
y se atribulan
quando confiessan
dellos expressan
las circunstancias
con grandes ansias:
proprios no lloran
dizen que adoran
lo que desprecian,
lo azul aprecian
si compran grana,
quieren mançana
racimos piden,
no se comiden
jamas tomando:
mucho gustando,
bufonizar,
ventronizar,
es suplacer.

Latinè verò his Hendecasyllabis continetur.

Excusant proprios, teguntque lapsus;
At peccata aliena perspicaci
Cernunt lumine. Quando confitentur
Angi plus nimio videbis illas.
Sed cur; Num scelerum pudet suorum?
Imò nil minus, explicare ad unguem
Errata alterius, minuta lòsque
Defectus satagunt, licet latentes
Si quid displiceat, sibi placere
Mentiæ simulant, volumque credi,
Putes cæruleas amare vestes,
Et regale tamen probatur ostrum.
Volunt pun ca mæla, dumra emos
Poscunt, ne videantur illa velle.
Captandis tamen undequaque donis
Nec falli poterunt, nec arte vinci.
Opes prodigere, alta comparare,
Hæc una omnibus insita est voluptas.

Factique rigorosa computatione, invenies carmina Valentini sermonis centum tribus syllabis contineri. Castellani quatuor excedunt præter alias quæ vi compositæ orationis omittere est necesse. Latini autem centum octoginta Significativa, nam ea quæ apud cæteros pluribus syllabis continentur, apud nos simplici syllaba significantur, ita ut fetè omnes syllabæ nominis, vel verbi officium sortiantur; adeo ut non semel plurima carmina conscripta viderim, heroicum assumptum modulantia, quæ solum constabant dictionibus monosyllabis. Demum, quia ex mutatione accentus significatio sæpesæpius variatur, ut pura *dèu*, si epsilon pronuntietur decem denotat, *Deu*, eta pronuntiata Deum, *Deù*, debet; *Barbera*, fœmina hujus nominis, *Barbéra*, uxor tonsoris, *Barberà*, cujusdam familiæ cognomen; & sic passim. Propria, eo quòd voces habet speciales ad significandas res, quæ in cæteris linguis per unicam vocem significari nequeunt, verbi gratia: ad significandum infantem defunctum, *Albat*, nomine utitur, ad denotandum vicum cui exitus non adest, in Castella *calle sin salida*; *Azucach.* & plura alia hujus generis. Elegans, ob affinitatem, quam habet cum Hebraica, ex eo quòd eadem dictio plura significet; cum Græca, quia utitur vocalibus duplicibus, nempe *eta*, *& epsilon*, *omicron*, *& omega*, & pariter in aliis; cum Latina, quia eam plerumque sequitur, ita ut periodi integrè communes utriusque fiant, atque literarum consonantium usus in fine vocabuli sæpissimè reperiatur. Abundans, quia nihil est quod propriè dici non possit per varios locutionis modos. Et denique dulcissima, ut in effectu apparet, præsertim in fœminis, quarum loquela quid venustatis præsefert; fuit etiam mater Rimarum, nam in nostra 7 vernacula lingua inventa fuit jucunda hæc Hispanorum carminum consonantia, ut testantur Petrarca *in epistol. ad Socratem suum*, Petr. Anton. Beuter. *in epistol. proœmial. suæ Chronicæ*, & Escolano *dict. cap.* 14. ex nostris ad Italos delata fuit, & denique ab istis ad Beticos, sive Castellanos translata. Sed quod magis eam illustrat, ni fallor, est aptitudo, quam præsefert ad cunctas linguas discendas, & pronuntiandas, ita ut Valentini sic exteris linguis imbuantur, ut inter professores, vel nari- 8

vos earum difficillimè cognoſci tanquam exteri queant. Et quod eſt amplius, aliquo tempore fuit idioma commune omnibus Europeis nationibus, miraculi permanentis inſtrumentum, verbi divini tuba, atque fidei Catholicæ herminia, dum Valentinus ille Prophetа, Apoſtolus, Confeſſor, atque prodigiorum patrator, Divus Vincentius Ferrer, ſacram oratoriam profitebatur nativo ſermone, & à cunctis exteris nationibus intelligebatur, eo pacto, ac ſi vernacula lingua unicuique loqueretur.

9 His poſitis, ut jam videamus, quid noſter Legiſlator intellexerit per verbum illud, *Romanç*, inſpici in primis debet, quid ſub eo comprehendatur: Lucius Marineus Siculus, quem plures ſequuti fuere, *de reb. Hiſpan. lib. 5.* ait: *Sermo verò, quo nunc utuntur Hiſpani, Latinus eſt, quem a Romanis acceperunt, ideoque* Romantium *vocant, qui propter adventum Barbarorum aliquantulum degeneravit a lingua Latina.* Sequitur etiam Didacus Covarruvias *dict. cap. 6. num. 4.* verſ. *Aeſta declaracion*, ibi: *En aquel Romance antiguo que entonces ſe uſava, poco diferente del que al preſente uſamos.* Mariana *de rebus Hiſpan. lib. 1. c. 5. in prin.* Saavedra *in hiſtor. Got. dict. cap. 9. numero 66.* Aldrete *in lib. de orig. ling. Hiſpan.* & Solorçano *de jur. Indiar. tom. 2.*
10 *lib. 1. cap. 25. num. 56.* qui plures refert. Sed hæc interpretatio valde dubia redditur; nam lingua, quam *Romance* vocamus, minimè eſſe poteſt lingua Caſtellana, vel Betica, quia Abulenſis *in comment. Chron. Euſebii editis lingua vulgari Caſtella tom. 2. cap. 25.* probat, linguam illam eſſe ipſam, quam adduxit Tubal, his verbis: *Es de conſiderar, que como los Autores ciertos dizen, Eſpanna fue poblada de Tubal, hijo quinto de Jafet, el qual en el derramiento de las gentes quando las lenguas ſe partieron, vino con mucha gente de ſu lengua, que es agora la nueſtra, aunque mucho limada, é alterada de aquella primera condicion.* Tradit etiam Tamajo *ubi ſupra, verb. Vetus Hiſpania*, cum aliis ab eo adductis, atque adeo minimè eſſe poteſt deſumpta à Romanis, vel ex lingua Latina reſultans. Demum non eſt credendum, Regem noſtrum caviſſe, ut ſententiæ quæ cum *foris*, & *legibus* congruere debent, idiomate Caſtellano compingerentur, dum *fori* vernaculo ſermone Lemoſino lati reperiebantur ab ipſo; ſignanter animadverſo, quod in ipſa Caſtella uſque ad annum 1260. geſta judicialia lingua Latina exarabantur, & eo in tempore ſapientiſſimus Alfonſus Rex ſanxit, quòd actus judiciales Hiſpanè conficerentur, tradit Mariana *lib. 13. cap. 11.* & *forus* noſter fuit factus anno 1299. ut ſæpius dixi. Quare cum Sebaſtiano Co-
11 varruvias, quem plures in hoc ſequuntur, *in Theſauro Lingua Caſtell. verb. Romance*, tenendum eſt, hoc nomen *Romanç*, commune eſſe omnibus illis linguis, quæ ex Latino, & vernaculis Nationum, quas Romani dominati fuere, reſultarunt, ut Gallicæ, Catalaunæ, Toſcanæ, Valentinæ, ſicque linguam noſtram Valentinam ſub eo nomine generico comprehendit, quia verè Hiſpanica eſt; nam ego non auderem negare aſſertum *Abulenſis*, viri literatiſſimi, ac in indagandis antiquitatibus cunctis ſuperior, ut tribuerem linguæ Caſtellanæ prærogativam derivationis à lingua Latina, ſed tantum correctionis noviſſimæ.

12 Ex quibus reſultat, *forum* noſtrum loqui de ſermone vernaculo, eo quòd à jure cautum reperitur, quòd communi idiomate ſententiæ dicantur, *l. decreta 48. ff. de re judicat. l. 12. C de ſentent. & interlocut.* explicant Revard. *lib. 4. variar. cap. 2.* Guido Pancirol. *in theſaur. variar. lect. jur. lib. 3. cap. 15.* Donellus *in dict. l. decreta, & lib. 18. com. cap. 3.* & ibi Ofvald. *lit. k.* Cujacius *lib. 14. obſervat. cap. ult.* Petr. Faber *ſemeſtr. lib. 1. cap. 23. pag. 156* plurib. Solorçano *dict. cap. 25. numero 49. & ſeqq.* quoad concordiam reducit, *dict. l. decreta 48.* cum *l. Judices 11. C. de ſentent. & interlocut.* Et ratio eſt, nam licet neceſſitas impoſita fuiſſet Judicibus, ut in omnibus
13 provinciis decreta Latinè interponerent, ob majeſtatem populi Romani; poſtquam Imperium tranſlatum fuit ad Vrbem Conſtantinopolitanam, jam perniciosum viſum fuerat, quòd ea Græcè non interponerentur, & ſic ob neceſſitatem intelligentiæ, quæ in judiciis maximopere deſideratur, permiſſum fuit, ut Græcè jus diceretur. Quare in noſtro Regno ſententiæ in lingua vernacula ferendæ ſunt. Sed quæret aliquis, quomodo in Senatu ſententiæ Latino ſermone dicuntur? Et facilis eſt reſponſio: nam in Senatu ſententiæ feruntur nomine
14 Principis; & cum Reges Coronæ Aragonum dominabantur ab antiquo, ut nunc Dominus Rex fœliciter moderatur plures Provincias variis linguis utentes, nempe Araconenſem, Catalaunam, Valentinam, Navarram, Siculam, Neapolitanam, & alias; neceſſarium fuit, quod ſententiæ, privilegia, & cætera, quæ in Cancellaria expediebantur, communi aliquo idiomate exararentur; ſicque admiſſa fuit conſuetudo in Senatu ſupremo, & nobis communicata, eo quod Cancellaria noſtra, filia eſt illius, & imitata fuit ſtylos, & formulas, quibus illa utitur; neque hæc obeſſe poſſunt claritati, nam cætera acta fiunt ſub lingua vernacula; & cum in Senatu non de minimis, ſed de rebus gravioribus tractetur, ob
15 defectum intelligentiæ, nil inconveniens viſum, aut ſuſpicatum fuit. Quod auctoritate Regia confirmatum habemus *in cap. 7. ordin.* Regiæ Audientiæ, contentarum in *Pragmat. anni* 1566. dum jubetur Scribis *mandati*, quòd exemplaria ſententiarum congrua latinitate exarentur. Neque hoc repugnat verbis *fori*, nam cum ſub generico nomine *Romanç* loquatur, quod eſt aptum comprehendere linguam Latinam, inde fit, quod *forum* ſequendo, in Senatu ſententiæ Latinè pronuntiantur. Demum, nam *privilegium 63. Reg. Jacob. I.* loquitur de Curia Judicis ordinarii, & antea dum loquitur de Curia Regia ait, *in Latino, vel in Romancio*, & ſic ſupponit in Regia Curia utroque ſermone loqui, & ſcribi poſſe, & per hoc privilegium interpretandus eſt *forus*, ne ſine cauſa correctio inducenda ſit; nam quando per aliquam diſtinctionem, vel limitationem jura concordari poſſunt, correctio non eſt ponenda, Bart. *in extravag. ad reprim. qualiter in crimin. Majeſt. verb. non obſtantibus, in princip. collect.* 1. dominus Morlà *in empor. par. 1. tit. 2. quæſt. 8. num. 6.* Neque correctio præſumi debet inducta, quando verba aliter interpretari poſſunt, tex. *in l. ſancimus C. de teſtam.* cum aliis congeſtis per Argel. *de adquir. poſſ. q. 27. art. 8. num. 20.*

16 Sed magis urgent verba illa, *los Juzges digan les ſentencies*, ex quibus inferri poterat, Judicem teneri ſententiam ore proprio recitare, non autem per Tabellionem, vel Scribam, quod in jure ſic ſancitum reperiebatur; nam ſententia, *pronunciatio* dicitur, hac de cauſa, *l. 1. §. quorum 4. & §. ult. ff. ad Turpilian. l. qui teſtamento 37. ff. de exercitor. action l. 2. C. de ſentenc. ex pericul. recit.* unde mutus Judex eſſe non poteſt, quia neque pronuntiare, *l. cum prætor, l. 2. §. natura*, ubi poſt Caſtrenſem
17 Barboſa *numero 16. ff. de judiciis.* Pronuntiare verò, eſt voce palam exprimere, *l. ex empto 11. §. qui autem 18 ff. de action. empt. l. 1. §. 1. l. quod ſi nolit. 31. §. 1. ff. de edilit. edict.* Ob quod jure *Digeſtorum*, etiamſi nulla neceſſitas foret Judicibus, ſcriptas in libello, ſive ex periculo recitare ſententias, tamen jure noviori, licèt eas ſcribere teneantur, non per hoc pronuntiationem, ſive recitationem ex periculo vitant, ut *in dict. l. 2. ult. §. penult. C. de mod. multar c. ult. de ſent. & re judic.* expreſsè ha-
18 betur, & colligunt Doctores *in dict. l. 2.* Budæus *in l. ult. ff. de Senator.* Muretus *lib. 6. variar. lect. cap. 2.* Savaro in Sidonium *lib. 3. epiſt. 12. pag. 204.* Cerdà, & alii ad Tertul. *in apologet. cap. 2. in fin.* Illiger. ad Donell. *lib. 28. comment. cap. 3. lit. H.* latè Langlæus *ſemeſtrium lib. 1. c. 5. per tot.* Azevedo *in l. 10. num. 47. tit. 17. lib. 4. recopil.* Menoch. *de arbitrar. caſu 66.* Gama *deciſ. Luſit. 57. num. 1.* Auguſt. Barboſ. *in collect. dict. cap. fin. de ſentenc. & re jud. in 6. num. 5.* Gibalin. *de ſacra juriſd. diſquiſ. 6. q. 1. propoſ. 3. in expoſ. num. 22.* Colendiſſimus Præceptor,

erudi

eruditionis fax inextinguibilis, atque Juris ſcientiæ inter Hiſpanos ſui ævi Antelignanus, Don Franciſcus Ramos del Mançano *ad d. tit. de re judicat. c. 1. n. 14.*

19 Ex quo clarè ſequitur, quòd jure noviſſimo neceſſe ſcribi debent, ut *in dict. l. 2.* clarè habetur, *dict. cap. fin. de ſentent. & re jud. in 6.* Bartol. *in l. 1. §. fin. num. 2. ff. de hæred. inſtit.* Petr. Barboſ. *in l. ſi debitor, num. 139. ff. de judic.* Alexand. Trentacinq. *variar. lib. 2. tit. de ſentent. reſolut. 2. num. 1.* Auguſt. Barboſ. *in collect. ad dict. cap. fin. num. 2.* Antiquitus enim nulla neceſſitas aderat, nam ſententiæ ad nutum reſpondentium dicebantur, vel viva voce, vel tabellis conſcriptæ, ut eruditè probat Langlæus *d. c. 5.* & adhuc noviſſimo jure id ipſum fieri poſſe affirmat Imperator *in l. quotiens 3. §. quotiens autem, C. de privil. ſcholar.* ibi: *Quotiens autem ex verbis, & ſine ulla ſcripturæ prolatæ ſententia.* In noſtro *textu* dicitur, quòd Judices dicant ſententias, & quod teneantur tribuere eas ſcripras parti petenti: igitur dum pars non petit, nulla neceſſitas eſt ſcripturæ, ac per conſequens, neque ſubſcriptionis; & ſimiliter perperam apud nos receptum eſt, quòd ſufficiat recitatio ſcribæ coram Judice, nam ipſe Judex dicere ſententiam debet.

21 Sed nihilominus iſtæ illationes non procedunt: nam quoad recitationem expreſsè cautum habemus per *for. . . de ſentem. & act.* quod ſententia, tam diffinitiva, quàm interlocutoria recitata per Actuarium nomine Judicis, ex præcepto illius valeat, ac ſi per eundem Judicem pronuntiata foret; & ſic verbum illud noſtri textus, *diga*, perinde eſt, ac ſi diceret, *tribuat*, *ferat*, nam aptum eſt comprehendere, tam pronuntiationem, quàm ſcriptu-
22 ram. Quod autem ſcriptura, & ſubſignatio requiratur, clarè etiam colligitur, nam ex eo, quod in textu cavetur, quod Judex tribuat parti petenti ſententiam in ſcriptis ſupponit neceſſitatem ſcripturæ, quod pariter cavetur *in for. 4. eodem*, quoad cauſas centum ſolidos excedentes. Sicque in ſcriptis debet ſententia ferri; quod quidem intelligendum de definitiva; nam interlocutiones ver-
23 bo per Judicem recitantur, & per actuarium in ſcriptis rediguntur. In Curiis Judicum inferiorum ſententia poteſt ſcribi per quemcunque Notarium, dum fiat juſſu Judicis, ut in *dict. for. 4.* habetur. At in Regia Audientia, publicatio ſententiæ diffinitivæ, vel interlocutoriæ habentis vim illius, apud nos *proviſio Real*, fit per Scribam *mandati*, ut dixi *tom. 1. cap. 2. §. 2. num. 204.* in præſentia Domini Regentis, ut adnotavi eodem §. 2. *num. 182.* quod intellige de ſententiis; nam interlocutiones in officiis eorum publicantur. Sed ſententiarum diſpoſitivæ ſcribi
24 debent per Judicem, juxta *cap. 5. ordinationum anni 1543.* quod intelligendum eſt, ut *breviculum*, quod apud nos vocatur *concluſio*, ſcriptum ſit per Judicem, & ſententia per Scribam *mandati*, vel è contra. Sed caſu quo ex cauſa ſpeciali, putà quia Judex ſenectute impediatur, vel ſententia contineat plurimum ſcripturæ, & ſimilibus, omnia ſcribi poſſunt per *mandati* Scribam, ut juxta longævam conſuetudinem, & obſervantiam diffinitum fuit, ex reſolutione trium Aularum *die 9. Januarii 1655.* Et ratio eſt, nam cùm hoc non reſpiciat formalitatem ſententiæ, nam ſolum eſt de eſſentia validitatis, ut per Judices ſubſcribatur, juxta *c. 9. ejuſdem pragmat. ordinat. anni 1543.* ſed obſervantiam ſecreti, ad quod tenentur Scribæ *mandati*, inde eſt, quod nequaquam *pragmatica* diſpoſitionem tranſgrediantur.

25 Sed quia *in dict. l. 2.* cavetur, quòd in ſententia, poſtquam recitata eſt, nefas ſit aliquid immutari, vel corrigi; videamus, an in Regio Concilio hæc diſpoſitio procedat? Janus Langlæus *ſemeſtrium dict. lib. 5. cap. 5. verſ. Sanè quod diximus, pag. 245.* tenet expreſsè, quod non ſo-
26 lum corrigi ſententia nequeat, lata, & publicata (quod antea probaverat ex Seneca, Apuleio, & aliis) ſed poſtquam ſcripta, & ſubſignata, atque apud officium depoſita, quidquam addere, vel minuere nefas ſit, eo quod cum jam ſcripta ſit, enarratoriſque chirographo, & ejus, qui judicio præeſt connotata, officióque commendata; fere perinde ſit, atque ſi nulla interpoſita mora, recitata eſſet. Sicque judicaſſe Senatum Pariſienſem docet ex Rebuf-
for. *in proœm. conſtit. Galliæ, num. 89. & in repetition. l. quod* 27
juſſit, ff. de re judicat. ſed meo judicio Rebuffus loquitur in diverſa ſpecie à propoſita: nam expreſsè diſſerit de revocatione ſententiæ diffinitivæ, quam judicem revocare non poſſe, probat textus *in dict. l. quod juſſit*; at nos loquimur de ſupplemento alicujus qualitatis, etiamſi ſubſtantialia ſententiæ reſpiciat, quod fieri poſſe eadem
die, docuit Conſultus *in l. Paulus 42. ff. de re judicat.* atque 28
adeo ſuppleri ſententia poterit. Demum, nam *in dict. l. 2.* excipiuntur omnes Judices illuſtres, & Præfectus Prætorio, ſub qua exceptione, abſque dubio Regius Senatus continetur; tum quia ſententiæ, in eo latæ, nomine Principis ſunt, per Præfectum Prætorio, nam Prorex ejus officio fungitur, ut dixi *dict. cap. 2. §. 1. numer. 11. & §. 1. num. 116.* Tum etiam ob magnam auctoritatem Senatus, 29
ſi ob lapſum calami aliquid omittatur, vel aliter, quàm res ſe habet exaretur, ſuppleri, & corrigi poſſe eſt tenendum. Sicque ex deliberatione Senatus factum aliquando fuiſſe, in quadam ſententia criminali retulit non ſemel dominus Don Michael Hieronymus Querol, egregius quondam, atque literatiſſimus Senator. Me quidem interveniente, dubium hoc occurrebat in cauſa cujuſdam receptoris Bannitorum, cui per ſententiam impoſitæ fuerant pœnæ omnes per *pragmaticas* receptatoribus impoſitæ; ſed omiſſa demolitionis domus pœna, dubium remanſit indeciſum, quia dominus Comes Oropeſius, ob plures demolitiones, quæ oppida Regni deformabant, hanc pœnam minimè exequendam decreverat.

Sed nota ſpecialem diſpoſitionem, quàm per *foros*, & 30
pragmaticas ordinationes habemus ſancitam, nempe ſententiarum recitationem differri non poſſe, etiamſi partes aliquid ſuperaddant, inſtrumenta producendo, vel reſcriptum Principis edendo, poſtquam ſententia apud officium eſt depoſita, ut expreſsè habetur *in for. 19. & 20. de ſentent. & actis, & in cap. 11. ordinat. pragmatic. anni 1577.* At cum hæc differentia inter edendum reſcri- 31
ptum, & producentem inſtrumenta; nam licet prohibeatur dilatio recitationis ſententiæ, ex cauſa productionis documentorum, hoc fit ſub pœna ſpeciali, & ſic non obeſt, quominus ſi inſtrumenta relevent, ſententia mutari poſſit, ſeu corrigi, & publicario differri, quod ſæpius fit, ne inaudita parte reſpectu inſtrumentorum, quæ de novo producuntur, ſententia immuterur, quod reſpicit neceſſitatem defenſionis, quæ per ſtatutum tolli nequit: & ſic me referente fuit executum ex deliberatione Senatus in cauſa Hermenegildæ Sanchiz, & don Ferdinandi Maſparrota Juris Doctoris, hoc anno 1655. nam per dictum *cap. 11.* non eſt ſublata facultas producendi inſtrumenta relevantia, ut probat dominus Leon *deciſ. 112. num. 3. part. 2.* & aliis relatis, Giurba *obſer. 92. num. 26.* ſicut neque excluſa probatio per confeſſionem partis, ut D. Leon *ibidem* docet. At verò in edendis reſcriptis Principis, per quæ, cauſa aliis Judicibus committitur, cum per *forum* expreſsè cautum reperiatur, quòd non per hoc ſententiæ recitatio differri poſſit, & illud non afficiat jus naturale, nil admitti ſoleat, ſed ſententia publicatur, eo ipſo quòd aliqua partium ad publicationem inſtat.

Sed dubitari poterat, an ſi reſtitutionis in integrum 32
beneficium imploretur, poſtquam eſt penes Scribam, cui beneficium conceſſum eſt ad novas probationes faciendas, vel Judex recuſetur, concedendum beneficium ſit, & publicatio ſententiæ differenda? Et reſpondendum videbatur, quod non; ex traditis per Matthæum de Afflictis *in conſtit. lib. 2. rubr. 40. num. 14.* Oddo *de reſtitut. part. 2. quæſt. 66. art. 2. num. 86.* Vincentium de Franq. *deciſ. 261. num. 1. & 9.* Covarruvias *practicar. quæſt. cap. 36. num. 3. verſ. Ceterum.* Sed valde dubito, eo quod iſti Do- 33
ctores non tradunt, quo pacto intelligendum ſit, ſuppoſito quod minori, verbi gratia, conceditur reſtitutio ad-

verſus

versus conclusionem in causa, ut docent Iutriglio *decis. Sicil.* 25. Novar. *ad prag. Reg. Neapol. tit. de Minor. collect.* 1. *num.* 20. & ad versus defensiones omissas, Capella Tolosana *decis.* 33. Joachim. Mynsinger. *observat.* 84. *centur.* 3. Movar. *dict. collect.* 1. *num.* 17. sicque cum domino Leon *dict. decis.* 212. *num.* 6. dicendo credo, quod quamvis sententia esset in posse Scribæ, si restitutio calumniosa non appareat, & articuli propositi per minorem, vel alium, cui competit privilegium, relevarent, concedendam restitutionem. Covarruvias enim *loco proximo* loquitur de recusatione, quæ statutum habet tempus circumscriptum; Franchis verò de Tertio veniente ad causam, nos verò de ipso minore, qui unus ex litigatoribus principalibus est, & omisit probationes; si enim sententia in eum lata, nulla est, ex eo solum, quod indefensus remaneat, quanto magis restitui debet antequam ad prolationem sententiæ deveniatur? Decisio Senatus meo tempore facta non est, neque ex antiquioribus facilis est quæsitu; nam positio sententiæ in posse Scribæ in actis adnotari non solet; post conclusionem in causa plures vidi ope restitutionis minorem admitti ad novas
34 probationes. Quando autem impertinentes allegationes, vel instrumentorum productiones, vel capitula proposita apparent, tunc Judex admittere nova jura solet sine præjudicio publicationis sententiæ, eo quòd est penes Scribam: & sic non censetur per decretum, derogatum citationi, si jam facta est, ut bene notat Gratian. *disceptat. forens. tom.* 1. *cap.* 156. *n.* 38. sed si aliter admittantur, vel simpliciter decretum de injungendo parti ponatur, secùs erit; ex doctrina Abbatis *in cap. quoniam contra*, 11.
35 *colum.* 10. *num.* 17. Afflictis *decis.* 115. *num.* 3. Alexand. *in l. admonendi*, *num.* 21. *ff. de injur.* Gratiani *dict. cap.* 156. *num.* 37. Quod procedit quando Judex sciret conclusum in causa, secus si ignoraret, quia tunc non censeretur revocasse, quamvis simpliciter decretum interponeret, Marsil. *in praxi*, §. *seqq. n.* 52. *vers. ultra praditta*, Alexand. *cons.* 72. *num.* 7. *colum.* 2. *lib.* 3. Gratian. *d. c.* 156. *n.* 39.

36 Sed superest, ut videamus quo loco, & tempore ferenda sit sententia? Et quoad locum, certissimum est ferendam esse in loco assueto, *l. jus pluribus* 11. *ad fin. ff. de just. & jur. l. si locus* 69. *ff. de jud. l. cum sententiam* 6. *C. de sent. & interlocut.* tradunt Donell. *lib.* 28. *com. cap.* 3. *in fin.* & ibi Illigerus *lit. O.* Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *casu.* 6. Petrus Gregor. *de Repub. lib.* 2. *cap.* 6. sed apud nos, quis locus assuetus sit unicuique ex Judicibus, tradere debe-
37 mus. Quoad Ordinarios certum est, locum assuetum ad recitationem sententiarum esse Curiam, quam quilibet in *foro* habet, sicque sententiæ in Curia pronuntiandæ sunt. Quoad Curiam Gubernationis, cum Gerens vices, juxta *cap.* 17. *in extravag. Stil de la Governacia*,
38 non habeat certam sedem in Regno, in quocunque loco jus dicere potest: quod congruit cum dispositione juris, de qua *in l. si cum dies*, §. *arbiter*, *ff. de recept. arbit.* Menoch. *dict. cas.* 64. *num.* 2. Quod intelligendum est respectu loci in genere, hoc est, quod Gerens vices si reperiatur in alia Urbe, villa, vel oppido, ibi jus reddere possit; non autem quòd adstans in Ur-
39 be Valentina, Serabensi, vel villa Castillionis Planitiei, jus dicat, vel sententiam proferat extra Curiam Gubernationis, quam in his locis habet constructam; nam locus ille est assuetus, & ad eum fiunt citationes ad sententias pronuntiandas, & juxta *jura* superius adducta, in loco assueto necessariò publicandæ sententiæ
40 sunt. Quoad Regiam Audientiam, dixi *part.* 1. *capite secunde*, §. 2. *num.* 182. sententias publicari in domo Regentis Cancellariam, quod frequenter, & ordinariè fit: sed aliquando in criminalibus sententias promulgari vidi in ipsa Aula criminali Senatus; aliquando etiam in carceribus Regiis, quod fiebat quando tortura celeriter infligenda erat reo; sic enim observatum fuit an-
41 no 1647. in promulgatione sententiarum Baptistæ Martinez, Josephi de la Yesa, Thomæ Arnau, & aliorum; & anno 1648. in causis Bannitorum, qui condemnati fuere in oppido de Torrent; & anno 1647. in promulgatione sententiæ capitalis Salvatoris Matthiæ Marti, vulgò appellati *Marrani*: in carceribus verò bis, aut ter observari vidi, domino Regente ad carceres properante. Sicque cum hæc loca assueta sint, jam in loco assueto sententiæ istæ feruntur.

Circa horam variæ fuerunt antiquorum consuetu- 42
dines. Græci in Areopago noctu judicabant, quod utique fieri scriptum est, ne aspici possent jus dicentes, sed tantum observari possent ea quæ dicebantur, ut cum Luciano, Hermatino, & aliis probat Illiger. ad Donell. *lib.* 17. *com. cap.* 24. *lit. O.* quod apud nos sanctum, justumque foret; nam rarò inspicitur quid dicatur, frequentius quis dicat; & ex condemnatis, nemo ferè credit sic justitiam suadere, sed ita Judici placuisse, quod quam absurdum sit, clarissimè liquet. Ex lege duode- 43
cim tabularum: *Ante meridiem causam nosci to, quem perorans ambo præsentes. Post meridiem præsenti litem addicito: si ambo præsentes, Sole occaso, diei suprema tempestas esto.* Tradunt Aulus Gellius *noct. Atticar. lib.* 17. *cap.* 2. Jacob. reuard. *ad l.* 12. *Tabul. cap.* 1. qui explicant ita, ut Judex ante meridiem causam cognoscat, post meridiem, litem postulanti addicat, aut deneget, tempusque pomeridianum ad occasum usque Solis extendatur. Quæ 44
quidem explicatio mirificè congruit cum his quæ à nostris Senatoribus peraguntur; nam mane causæ disceptantur, atque diffiniuntur in Senatu, juxta *cap.* 8. *ordinat. pragmatica anni* 1543. post meridiem audientiam privatam in domo propria unusquisque habere tenetur juxta, *forum* 54. *Curiar. ann.* 1604. in qua lites audiuntur, supplices libelli decretantur, & partes disceptant articulos in lite suscitatos, quod apud nos appellatur *hora de asignacions*, desumpto vocabulo ab assignatione horæ, quam Judex facit, jubendo quòd partes coram illo compareant; quòd fit quando articulus, vel causa celeritatem desiderat, de quibus Fontanella *de pactis claus.* 4. *gloss.* 10. *part.* 1. *num.* 67. *in fin.* & attigi *tom.* 1. *cap.* 4. §. 9. *num.* 3. *Sole occaso, suprema tempestas esto.* Quod 45
exponerem juxta nostros mores, quòd quando res exegerit, Sole occaso, suprema potestas esto, supremaque jurisdictio exerceatur, atque jus dicatur semper, sicut & ubique. Sed illa dispositio *legis* 12. *Tabular.* immutata fuit per *Novellam* 82. *cap.* 3. quo cautum reperitur, jus dici posse mane, vespere, & meridie; quod in Senatu observatur justa causa intercedente, nam sententiæ promulgeantur, tam mane, quàm vespere. In Curiis verò inferiorum nequaquam, nam in publica audientia, quàm Magistratus habent ante meridiem, hora designata per *d. f.* 34. sententiæ promulgari debent, prout inconcussè fit.

Solum dubitatio remanet, an noctu judicia exerceri 46
queant? nam non posse videtur, ex *l.* 2. §. *& quia Magistratibus* 31. *ff. de orig. jur.* & ibi communiter DD. pluribus Osual. ad Donel. *dict. lib.* 28. *cap.* 3. *lit. P. c. consuluit, de offic delegat.* & ibi Barbos. *in collect. num.* 12. Vant. *de nullit. tit. ex defect. cit. num.* 132. Ripa *de nocturn. tempor. cap* 134. *num.* 9. Petr. CisKer *in l. non. minorem* 20. *num.* 5. *C. de transact.* Narbona *in horograph. hor.* 1. *num.* 84. *& hor.* 2. *num.* 19. nec prima hora noctis, Signorolus *consil.* 52. *in princip.* Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *quæst.* 62. Tuscus *lit.* I. *concluf.* 85. Sed hæc conclusio ab omnibus limitatur, quando aliter consuetudine observatum, vel ex partium consensu fit: Narbona *num.* 86. *&* 20. ob quod hoc in casu requiritur solemnitas trium luminum, ut docent passim Doctores, quod observant Domini Regentes, nam in civilibus aliquando si Dominus Regens impediatur hora assueta, ob carceris visitationem, vel alia de causa, ne iterum citationes fiant, sententiæ noctu re- 47
citantur tribus luminibus adhibitis; in causis recursuum, ob impedimenta ad electiones officiorum Vrbis, quæ celeriter expediri debent, & sic similia. In criminalibus vidi sententiam capitalem proferri in Felicianı Mesguer

anno 1650.

anno 1610 *die* 9. *Maii*, Proregentis officium gerente Domino Decano Don Franciſco Bono.

48 Sed quoniam ad validitatem ſententiæ requiritur, quod præſentibus litigatoribus, ad quod attinet, feratur, *l. de eo quoque* 47. *ff. de re judic.* & ibi communiter Doctores, vel altero abſente, ſed legitimè citato, *l. ſi prætor* 75. *ff. de judiciis*, *l. ea quæ* 7. *C. quomodo & quando Judex*, Donel. *lib.* 27. *comment. cap.* 6. & ibi Oſual. *lit. H. & lib.* 28. *cap.* 3. *in princip.* nam utroque abſente ferri non poteſt, ut notant communiter Doctores *in rub. C. quomodo & quando Judex*, ſi & ubi ſententia in alieno loco ab aſſueto frequentiùs ferenda ſit, neceſſarium erit, quod citatio ſpecialiter fieret ad illum locum, aliàs erit promulgatio nulla, *l. ſi ut proponis*, *C. eodem*, quoad locum verò ordinarium ſufficit commu-

50 nis citatio. Hæc enim in criminalibus præſente reo locum non habent, cum ad inſtantiam accuſatoris, præſente reo ſententia recitetur, ut communis praxis in toto Regno obſervat.

51 His breviter quoad ſolemnitatem ferendæ ſententiæ dictis, quæ quidem communia ſunt judiciis civilibus, & criminalibus; ad aliqua ſpecialia deveniamus. In primis ſe offert diſpoſitio *for.* 19. *junctо for.* 28. *de criminibus*, quibus cautum reperitur, quòd in cauſis criminum, quorum pœna pecuniaria eſt infra biduum, continuò computandum, pœna per ſententiam imponatur; aliàs pro abſoluto reus habeatur. Si autem ob crimen imponenda

52 præcipuè veniat pœna corporis afflictiva, vel ſubſidiariè, res intra quadraginta dies abſolvatur, continuò: ita ut ſi intra primos quinque dies, computandos à die exactæ confeſſionis, quæ infra biduum exigenda eſt, accuſator non oſtenderit judicia ſufficientia, reus relaxari debeat

53 fidejuſſoribus, quæ quidem dilationes coarctari poſſunt, non autem prorogari: ſi ſecus factum fuerit, Judex de propriis tenetur damnum reſarcire. Quæ diſpoſitio confirmata videbatur per *for.* 85. *cunſq. Curiar. ann.* 1585.

54 Fororum antiqui Interpretes dicunt hunc forum praxi receptum non eſſe; ſed rationem non adduxerunt, & quamquam leges ſolum teneant quatenus uſu receptæ ſunt, tamen cum non faciliter hæc ratio admittenda ſit; potius crederem, quòd in obſervantia hujus diſpoſitionis inducta reperitur, quia pleraque correcta, & derogata per alios foros reperiuntur, & quia ipſe forus non loqui-

55 tur de inquiſitione, ſed de accuſatione. Quod enim de accuſatione, accuſatore loquatur clariſſimè percipitur ex fori verbis, ibi: *Si dins les cinch dies primers no será mostrat per lo accuſador.* Quare non debet extendi hæc diſpoſitio ad cauſas fiſcales ex mero officio Judicis proſecutas. Quod derogata diſpoſitio ſit, apparet ex his quæ diximus, *hoc eodem cap.* §. 6. *ex numero* 15. nam per *forum* 33. *Curiar. anni* 1604. generaliter, & indiſtinctè cautum fuit quòd dilatio ordinaria ſit quindecim dierum, & quòd

56 hæc coarctari nequeat, niſi ad quinque dies, ſicque cum denegatio dilationis ad probandum materia odioſa ſit, generalis hæc diſpoſitio non debet limitari ad hos, vel illos caſus, hæc, vel illa crimina, ſed abſolutè ſumenda in quacunque cauſa criminali, etiamſi pœna pecuniaria imponenda ſit; & ſic receptum eſt per obſervantiam totius Regni, quod ante *dictum forum.* 33. docuerat dominus Cerdan *in viſitatione Carcer. s.* 13. *num.* 5. ibi: *Aunque por ſer el tiempo tan breve, y no poderſe hazer el proceſſo en tan pocos dias, muy pocas vezes, ó ninguna ſe llega a eſtos terminos.* Quoad partem verò, quòd intra quadraginta

57 dies per ſententiam diffinitivam res terminetur, à communiter contingentibus, neceſſaria hæc diſpoſitio non eſt; nam celerius res perficitur, niſi urgente aliqua juſta cauſa, præſertim ſi reſpiciat defenſionem Rei: imò omnes periti, ac prudentes cauſarum criminalium Patroni, etiamſi cauſa differendi non adſit, eam quærunt; nam in criminalibus celeritas infauſtos litium fines parere ſolet, & temporis lenitate acerbitas pœnæ mitigatur, differri enim poteſt terminus prædictus favore defenſionis, ut dixi, & quod magis eſt, etiamſi dilatio tendat ad favorem adminiſtrationis juſtitiæ, juxta deciſionem *fori* 32. *de ſagionibus*, quem ſingulariter ad rem notat dominus Cerdan *d. c.* 13. *n.* 5. & ſi & ubi d. forus 19 *de crim.* revocatus non fuiſſet, ex inobſervantia illius ſequeretur quod non adeſſet nullitas, dum pœna reperiretur impoſita in judicem aliter procedentem: quo in caſu committitur pœna; non autem actus nullitas ſequitur: Gantaverro *conſ.* 6. *art.* 1. *num.* 7. *& ſeqq.*

At quoniam in eo *textu* dicitur, quòd ſi pœna impo- 58
nenda erit pecuniaria, reus fidejuſſoribus relaxetur, juxta textum *in l. divus ff. de cuſt. reor. & in l.* 1. *ff. eod.* ubi Gloſſa, & Doctores Ant. Gomez *variar. lib.* 3. *cap.* 9. *num.* 8. Julius Clar. §. *fin. q.* 46 *n.* 7. Farin *q.* 33. *n.* 48. Guazin. *defenſ.* 4. *cap.* 1. *num.* 32. ita quoad omnes quotidie obſervatur. Sed quoniam in Nobilibus relaxationem procedere iſti Doctores affirmant, etiamſi pœna corporalis debeatur. Farin. *d. quæſt.* 33. *numero* 60. Bajard. ad Clar. *quæſt.* 46. *num.* 64. 59
Guazin. *dict. capit.* 1. *numero* 3. videamus apud nos quo pacto hoc ſumendum ſit? In *for.* 31. *de ſagion. junct. c.* 14. *ultor. Cur. Brach Eccleſ. & Militar. ann.* 1626. cautum reperitur, quod Militaris perſona capienda apponatur in dominibus Urbis, præſtito prius juramento, & homagio de non exeundo, & cautione congruenti; & ſi Judici videbitur expedire impoſitio cuſtodiæ, fiat expenſis illius: ſed non eſt hæc deciſio abſoluta, imò remanet ſub arbitrio Judicis, ut in *dict. cap.* 14. habetur. Sicque praxi deductum eſt, quòd hoc non fiat, niſi parte petente, & cautionem, atque expenſarum ſolutionem offerente, & hoc in caſu in hac Urbe apponuntur Milites; vel Militari privilegio fruentes in domo Depurationis, in Aula ſtrenui Brachii Militaris: ſic vidi Egregios Comites de Carlet, & de Sinarcas, & alios plures, & me inquirente in crimine cujuſdam 60
reſiſtentiæ factæ Juſtitiæ in criminalibus Urbis, de qua indiciatus reperiebatur Jacobus Menor Civis; Juſtitia eò tunc civitatis Setabis, eum ex deliberatione Senatus in præfato loco detineri decrevi. Sed hæc omnia, ut dixi, parti petenti conceduntur. In criminibus verò ob quæ debetur pœna corporis afflictiva, lapſis dilationibus probatoriis; ſi non apparet de crimine, relaxandus fidejuſſoribus venit, prout quotidie fit: & hoc in caſu relaxatio habetur pro abſolutione ab obſervatione judicii, & ſic reus moleſtari nequit, quin nova indicia ſuperveniant. Docent Carrer. *in praxi crimin.* §. *circa ſeptimum*, *numero* 23. *verſ. ultim.* Jul. Clar. *quæſt.* 64. *numero* 38. *& quæſt* 92. *num.* 2. Farin. *conſil.* 50. *numero* 23. *in fin. & conſil.* 25. *num.* 22. *cum duob. ſeqq* 61
Caballus *caſu* 99. *numero* 14. Bajardus ad Clar. *quæſt.* 57. *numer.* 17. Guazin. *ad defenſ. reor. defenſ.* 2. *capit.* 7. *numero* 16.

Sed conſtito de crimine, nequaquam hoc procedit; 62
imò etiamſi reus ægritudine opprimatur, relaxari non debet in gravioribus criminibus, nempe ob quæ pœna capitalis imponi poſſit, ut definitum habemus per Regium reſcriptum, *dat. Cæſarauguſt die* 7. *Octob. anni* 1646. nam licet carceratus gravi morbo laborans, liberari debeat ſub fidejuſſoribus, ut pluribus docet Guazin. *defenſ.* 4. *capit.* 1. *numero* 45. hoc limitatur in capitalibus, & gravioribus, pluribus Farin. *dict. numero* 48. *& ſeqq. & numero* 78. ubi docet, quòd licet ob infirmitatem Rei fidejuſſoribus relaxentur, de habenda aliqua domo pro carcere; ut poſſint curari, & recuperata ſanitate redire, etiamſi in carcere adſit locus deſtinatus ad hoc peragendum; quem vocamus *enfermeria*: hoc reſtringit quando graviſſimi criminis qualitas, vel multitudo indiciorum repugnat. Et nota alternativam, *vel*, quæ denotat alterutrum ſufficere, & ſic in graviſſimo crimine ſufficit ejus titulus; ſicque per Senatum prædictum reſcriptum interpretatum fuit.

Et quia ex dictis in hoc capite, non obſcurè depre- 63
henditur, in cauſis criminalibus expediendis obſervari debere diſpoſitionem *for.* 105. *de Cur. & Baſul. junct. for.* 35. *Curiar. anni* 1604. videamus an aliquibus in caſibus ſolemnitates forales omitti, & pœna imponatur ex abru-

pto

pto procedendo ? Et omiſſis eis quæ à Doctoribus Italis vulgariter traduntur de modo procedendi ex abrupto, eo quòd apud nos in uſu non ſunt, nihilominus in aliquibus caſibus ſic procedi poſſe ex forali diſpoſitione eſt tenendum.

64 Primus eſt caſus, quando reus aufugit à carceribus Regiis, nam ex fractione carceris ſequitur confeſſio delicti, pro quo captus fuerat, ita ut abſque alia ſolemnitate, vel citatione condemnandus ſit: *Alt. Cur. in for. 74. de crimin. l. in eos, ff. de cuſt. reor.* pluribus Farinacius *quæſt. 30. numero 7. & ſeqq.* & licet in puncto juris per Doctores valde controverſum reperiatur, tamen apud nos

65 in vim *dicti fori*, ſequenda omnino eſt opinio eorum, qui tenent, ex fractione carceris confeſſionem ſequi; & ita ſæpius obſervatum in Senatu, ſignanter ſub examine domini Morlà, ſententia publicata per Franciſcum Paulum Alreus Regii Mandati Scribam, *die 27. Julii 1619.*

66 in cauſa Petri Sanromà, & in cauſa Pauli Boria, & alia ſententia publicata per don Joannem Daça die 4. eorundem contra Antonium Daça, & alia ſententia publicata per eundem Alreus, *die 17. Septembris ejuſdem anni*, in Petrum Garcia ſub examine domini Don Petri Re-

67 jule, & ſic pluries etiam noſtris temporibus. Ita ut ſolum obſervetur, quod conſtito in actis de fractione carceris, & facta inſtantia per Fiſcum cum ſupplici libello, quo narratur crimen, ob quod reus detinebatur, & modus fractionis, pro executione *fori* ſententia ſubſequitur ſine ulla ſolemnitate, præter recitationem. Sed quoniam dixi *tom. 1. cap. 1. §. 2. numero 49.* actus Curiæ ſolum ligant ſingulares Brachii conſentientis, & hæc diſpoſitio

68 fuit facta ad preces Brachii Regalis, inde fit, quòd Militares, Eccleſiaſticivè, & eorum vaſalli ſub hac diſpoſitione minimè comprehendantur, ob quod eodem anno 1610. cum in fractione carceris complex reperiretur Don Joannes de Rocafull, adverſus eum formatus, ac proſecutus fuit proceſſus contumacialis modo ordinario

69 Sed quæret aliquis, quare hoc obſervatum fuiſſet, dato quod ſicut diximus *dict. §. 2. num. 49.* ex deciſione Senatus, actus Curiæ editus ad preces unius Brachii, ſi ab aliis non impugnetur, omnia Brachia ligare, & diſpoſitio prædicta non reperiatur impugnata? ob quod videbatur dicendum ligare omnes. Hoc enim dubium ſuſcitatum fuit in cauſa cujuſdam rei eppidi de Bunnol, qui puellam quam amabat, & ſtuprarat, immani ſævitate trucidavit; dum enim detinebatur in carceribus Regiis Urbis ad nutum Baronis, carcerem Regium fregerat aliis aſſociantibus, & captus in flagranti. Sed videbatur, quod diſpoſitio, de qua in ſententia, tradita *dict. §. 2 n. 49.* procedit, quando in actu Curiæ aliquid generaliter, vel indefinitè cavetur, atque ſancitur; nam tunc adeſt auctoritas legiſlatoris, & conſenſus tacitus, vel præſumptus totius Curiæ, ut alibi dixi; at verò quando conceſſio eſſet limitata ad certum numerum perſonarum, vel ad certum genus, vel ad certum Brachium, cum auctoritas Legiſlatoris non egrediatur illas perſonas, nihil refert, quod accedat conſenſus tacitus totius Curiæ, cum ille non ſit ſufficiens ad inducendam legem ultra voluntatem jus ferentis; aliàs ſequeretur, quod Curia haberet vices Legiſlatoris: quod nequaquam verum eſt, ut probavi *c. 3. §. 1. ſect. 2.* in dicto enim

70 actu Curiæ, contento in *foro 47.* limitata conceſſio reperitur ad Brachium Regale, ibi: *Per acte de la preſent Cort atorgat al Braç de les Ciutats, è Viles Reals, provehim, è ordenam, que ſi algu ſerà pres en preſò de alguna de les Ciutats, ò Viles Reals, &c.* Sed iterum dubitabatur in eadem cauſa, eo quod pœna hæc impoſita reperitur frangenti carcerem alicujus Civitatis, vel Villæ Brachii Regalis, & ille reus quamquam detinebatur ad nutum Baronis, verè fregit carcerem noſtræ Urbis, ſicque diſpoſitionem habere locum aliqui de Senatu credebant; Alii dicebant, quod qui ad nutum Baronis detinetur, perinde eſt, ac ſi in carcere Baroniæ detineretur. Sed meo judicio plus inſpiciendum eſt realitati, quàm mentis fictioni: dum de hoc diſceptabamus in Senatu, referente domini Don Braulio Eſteve, reus deceſſit, & ſic cauſa indeciſa remanſit.

Secundus eſt caſus, quando aliquis relaxatur per Ju- 71
dicem Eccleſiaſticum, & traditur Curiæ ſæculari, nam in cauſis fidei, & cæteris ſpiritualibus, in quibus Judex laicus eſt incapax, tanquam merus executor procedit ſtatim ad executionem pœnæ, ut dixi *cap. 7. §. 3. num. 7.* ubi plures, quibus adde Olibanum *in uſat. alium namque 1. cap. 15. num. 55.* & Seſſe *de inhibition. cap. 30. Paragr. 1. num. 80. & ſeqq.* in aliis verò remiſſo proceſſu Eccleſiaſtici, ſi ſententia relaxationis eſt juſta, abſque novo proceſſu reus ad pœnam damnatur, & illico executio ſubſequitur; ita docent Marta *de juriſdict. part. 4. centur. 2. caſ. 132. numero 1.*, Carolus de Graſſis *de effectib. Clericatus, effect. 1. numero 832.* Molina *de Brachio ſacul. lib. 1. in ſpect. 3. cap. 10. numero 30.* & ſic praxi receptum invenio: *anno 1564. die 16. Martii* relaxatus fuit Matthias Hues, ob homicidium Ludovici Lopez Familiaris ſancti Officii, & eodem die fuit pœnæ traditus, *die 15. Octobris* 1580. Balthaſar Togores Canonicus Oriolenſis, qui die 12. eorundem fuerat relaxatus in proceſſu contumaciali, & eodem die inſtantiæ, nempe 15. fuit ad pœnas condemnatus. Don Raymundus Pallás Ordinis Monteſiæ, fuit relaxatus ob necem Don Didaci illius fratris, & die 29. Auguſti 1616. Fiſci procurator ſupplicavit condemnationem, qua ſubſecuta fuit die 2. Septembris ſequentis cum reviſione proceſſus Ordinis, & hæc condemnatio per Supremum approbata in conſultatione cum tranſmiſſione proceſſus; atque in eum executa, poſt quam nulla in Regno reperitur facta relaxatio: decretum hoc fuit publicatum per Alreus *dicto die 2. Septembris.*

Tertius eſt caſus, quando quis coram Judice offi- 72
cium exercente, ut putà ſedendo pro Tribunali, delinquit; nam hoc in caſu pœna imponi poteſt abſque aliqua forali ſolemnitate; ſic expreſsè cautum habemus *in privil. 84. §. ſi autem coram, Regis Jacob. II.* his verbis: *Si autem coram vobis, vel dictis delegatis per aliquos inter ſe verbo, vel facto injuria irrogetur: volumus, ut ſic injuriatores in continenti, abſque proceſſu aliquo condemnentur ad pœnam legitimam, ſecundum qualitatem facti, & perſonarum conditionem.* Optimè ad rem Belluga *in ſpecul rub. 11. Paragraf compendioſè, num. 11.* ibi: *Et ſic vides, è cõtrario, quòd æquitate omiſſa etiam jus tranſgreditur cauſa ſuadente citra gravamen. Pone exemplum: homo occiſus in Curia, præſente Officiali, in ejus neglectum; vel in Eccleſia coram toto populo, vel in concione, vel ſeditione, vel timetur forſan ſcandalum propter populi tumultum, nam iis caſibus, & aliis ſimilibus, ſi Judex omittat facere proceſſum regulatum ſecundum limites fororum, vel conſtitutionum, dum tamen de veritate ſibi, ut Judici conſtet, non dicitur ex tali tranſgreſſione gravare.* Sequuntur dominus Morlà *in emporiotit. 2. qu. 2. n. 5.* P. Diana *reſol. moral. 3. par. tract. 5. reſol. 80.* P. Fragoſo *de Republic. lib. 5. diſput. 12. Paragraf. 4. n. 125. & ſeqq. tom. 1.* Et ratio eſt; nam in notoriis, ordo juris eſt, ordinem non ſervare, *cap. pervenit, de teſtibus*, cum pluribus aliis adductis per Salgado *de Regia protect. part. 3. c. 14 n. 47. & 56.* ſicque aliquando obſervatum fuit noſtris temporibus, ut attingemus *Paragraf. ſequenti, n. 23.* perperam contraforiſtis exclamantibus; nam periti, quos conſulunt, non quærunt recondita juris noſtri arcana.

Quartus caſus videbatur contentus *in privileg. 48. Re-* 73
gis Petri I I. in quo, poſtquam impoſita eſt pœna ultimi ſupplicii, vel alia ad arbitrium Judicis, necanti, vel vulneranti in feria ſexta in Paraſceve, vulgò, *die Veneris ſancti*, hæc verba habentur: *Non obſtantibus foro Valentiæ ſi quis eſt qui minore pœna puniri diſponat hujuſmodi criminoſos: non enim expedit ſervari fori, vel juris ordi-* 74
nem, contra tales. Quæ quidem verba *fori, vel juris ordinem*, non tantum ad pœnam, ſed ad ordinem judicii

referenda

referenda videbantur, cum satis de pœna in superioribus verbis cautum reperiatur, & propriè verbum, *ordinem*, ad modum procedendi, non ad pœnam imponendam semper, & ubi refertur. Sed contrarium observatum fuit in prædicta causa Josephi de la Yesa, & aliorum, qui dicto die anni 1646. cum comitiva Petri Jolvi, & Joachimi Ximeno irruerunt in oppido de Villamarchant contra plures, & Joannem Barcelò necarunt, Joannem Cardel, & alios vulnerando; & ratio quare ita observatum fuit, ea nimirum erat, nempe verba illa valdè dubia reperiri, quoad formam procedendi, & nulla ratio publicæ utilitatis specialiter vigebat ad celeritatem, & sic admissa fuit benignior observantia; sed non fuit formiter definitum.

75 Quintus est casus in aleatoribus; nam ultra pœnam viginti quinque librarum, quam debet is qui in domo aleam fovet, & in subsidium fustigationis pœnam, *for. 6. de aleatoribus*, sedilia, mensæ, & cætera deservientia ipsi aleæ simul cum januis domus comburenda sunt; quarum rerum executio fieri debet constito de contraventione, sine processu, & sententia. Sic cautum reperitur per plures antiquissimas Regias *pragmaticas* renovatas *in c. 47. prag. dict* 8. *Maii* 1619. *c. 57. pragmat. dict* 27. *Januarii* 1625. *& c.* 11. *prag. dict* 24. *Decembris* 1647. Et sic de jure procedere scriplerat Angelus *in l. ædiles, ff. de via public.* benè Langlæus *semestr. lib.* 8. *cap.* 14. *in fin.* & ita pluries executioni deductum, signanter me exequente; jussu Domini Proregis excellentissimi Comitis Oropesiæ dicto anno 1647. in domo Ludovici Alexandri Armunia Generosi, nam domus illius portæ, sedilia, & mensæ combustæ fuerunt statim post apprehensionem in flagrantia contraventionis, in platea Sedis Urbis, qui est locus destinatus ad has executiones per easdem *pragmaticas*; & pluries observari vidi, quoad combustionem sedilium, & mensarum passim, quoad combustionem verò portarum rarius.

76 Sextus est casus in pœnis exiguis, tam ratione contraventionis aliorum capitulorum Regiarum pragmaticarum, quàm ex alia quacunque causa; nam in minimis executio fieri solet sine processu, atque sententia, aut scriptura, eo quòd levia crimina audire, & discutere de plano oporter, *l. levia, ff. de accusat.* bene Langlæus *semestr. lib.* 8. *capit.* 14. *in princip.* Bobadilla *in politic. capit.* 8. *numer.* 145. nosque diximus *tom.* 1 *cap.* 4. §. 4. *num.* 45 ita ut in his credatur Birrorariis, & Apparitoribus, cæterisque Satellitibus, etiamsi infames reputentur, vel interesse in causa habuerint, ut probavi §. *præcedenti, numer.* 239. Et
77 ratio est clara; nam si in his procedendum esset per processum regulatum juxta formam *fori*, ingens damnum sequeretur partibus, nam plus gravarentur impensis, quàm sublevarentur ex defensionibus. Demum, nam hæc crimina frequenter puniuntur in flagrantia apprehendendo reum in ipsa transgressione, & sic paratam habet executionem dispositio pœnalis.

Sed dubitari potest, quæ crimina dicantur levia, ad hoc, ut pœna sine processu irrogari possit? Et cum pœna commensuranda sit delicto, per ipsam pœnam regulandum est. Quoad corporalem dubitatio versatur, nam *in dict. l. levia*, loquitur apertè Ulpianus *de fustigatione, & flagellis*, ibi: *Vel fustibus castigare, vel flagellis servos verbe-*
78 *rare*. Quare juris dispositione attenta, videbatur dicendum, quemlibet vapulare posse absque processu. Sed contrarium apud nos cautum reperitur quoad liberos homines per *for.* 82. *Curiar. ann.* 1585. sub pœna nullitatis, & privationis Officii, quæ nullitas, ignoro prorsus, quo pacto congruere, vel adaptari in præsentiarum possit, dum supponitur sine processu pœna fustigationis imposita, nisi dicamus, ne in exemplar ad alios casus trahatur; alioquin, quid proderit nullitas verberibus semel inflictis? Si enim factum processum non habemus in hac specie, nullitas versabitur tantum circa pœnam: sed quid proderit similis nullitas jam sine processu fustigato? per hoc reis lenietur acerbitas ignominiæ? vel doloris verberum sensus? Sicque quoties pœna corporis afflictiva imponenda venit, processus regulandus est juxta *fori*, nisi per viam de œconomicæ potestatis quis à Regno ejiciatur, juxta notata *tom.* 1 *cap.* 2. §. 1. *num.* 66. *cum seqq.* vel puer in latrocinio deprehensus ferula cædatur; quod antiquitus, pluries exequebatur Judex Ordinarius ad ædes Urbis, pueros flagellando; quod in desuetudinem abiit, ne dicam angustia temporis, vel Magistratuum desidia; Senatus verò hoc exequi jubet in eodem carcere; & ex illius deliberatione non semel exequi jussi, quod quidem saluberrimos effectus producere est indubitatum.

Quoad pœnam pecuniariam frequenter observatur, quòd dum pœna inferior sit æstimatione triginta librarum, sine processu ad executionem procedatur; nam si pœna non pervenit ad hanc summam, neque expeditur privilegium indultus, neque servatur formalitas aliqua in executione, neque in actis redigitur exa- 79
ctio, aut compositio, præterquam in Curia Judicis ordinarii, nam in ea, quoties executio, vel remissio excedit summam trium librarum in actis adnotari debet, juxta mandatum, quot annis emanatum ab officio Magistri Rationalis, & Justiciis in criminalibus noviter electis injunctum sub pœna tripli. Senatores enim ex tacita voluntate Dominorum Proregum in criminibus levioribus, juxta formam prædictam potestatem obtinent condonandi, aut remittendi, sicut exequendi inconsulto ipso Prorege, vel Senatu.

Sed si sententia aliter fiat, quàm in *dictis foris* cavetur, 80
vel feratur contra formam illorum, nulla est ipso jure; ita ut non egeat revocatione, *for. 6. & 7. de execut. rei judic. l. 2. C. quando non est necessar. provocar. l. si expressim, ff. de appellat. c. ei qui appellat, §. si sententia, 2. quæst. 6.* Felin. *in c. ex tenore, de rescriptis*, Tuscus *lit. S concluf.* 154. *numer.* 1. Scaccia *de appellationibus, quæst.* 19. *per tot.* Guazin. *ad defens. reor. defens.* 35. *capit.* 22. Neque obstant 81
ea, quæ diximus alibi, sententiam nullam dici non posse ex defectu ordinis judiciarii, juxta *for.* 10. *de Curi. & Basjul. for.* 5. *de elam. non mut.* nam illi textus non loquuntur de defectu ordinis substantialis requisiti per *foros* superius memoratos, ut *in dict. for.* 7. habetur, atque adeo cum sententia lata contra foros nullius momenti; atque roboris sit, non eget revocatione, sed ut plurimum nulla declaratur. Sic definitum per Senatum habemus, sententia lata sub examine Nobilis Domini Don Petri Villacampa, & Puyeo, publicata per Don Franciscum Alfeus *die* 2. *Maii* 1641. pro Fisco, contra quosdam reos Setabitenses.

In criminalibus nullitatum propositio, & admissio, 82
dubitatione non caret, si suspensivum effectum desideras; & jure nostro attento videbatur dicendum, admittendas nullitates fore, quoad suspensivum juxta *privil.* 23. *Regis Petri I.* in quo nullitatum propositio simpliciter permissa reperitur, adversus quamcunque sententiam, cum proponuntur infra decem dies à recitatione ipsius: quæ quidem in criminalibus urgentius quàm in civilibus procedunt, eo quòd in illis agitur de re graviori, & est semper favorabilior conditio rei. Sed nihilominus hoc non procedit indistincte, 83
nam si nullitates propositæ adversus sententiam certam in causa criminali, postquam examinatæ sunt, reperiantur probabiles, vel contineant aliquod dubium, quod favore Rei quoquo modo interpretari possit, tunc juxta *dict. privil.* 23. admitti debent, & plenariè Judex debet cognoscere de militaribus: sin autem frivolæ, & calumniosæ reperiantur, tunc minimè admittendæ sunt, nec libellus earum decretandus, sic diffinitum fuit ex resolutione trium Aularum die 6. Februarii 1632. & hoc jure utimur, & sæpius observatum vidi, ob rationes sta- 84
tim exprimendas, dum de appellatione tractabimus. Quare in revisionibus, quas partes petere solent, in articulis suscitatis in causis criminalibus ferè semper ob-

ſervari vidi, quòd Actuarii cauſarum minimè admittant libellum reviſionis, ſive ut vulgariter dicitur: *Poſſar calendari en lo acte comparendo de reviſions*, quin prius per Judices examinetur in Senatu; & quamvis aliquando quidam Actuarius per ſe admiſiſſet ſimilem libellum, licet reviſionis articulus pronuntiatus fuit, tamen digna coërcitione fuit correctus.

85 Attamen appellatio in cauſa criminali à jure permiſſa eſt, non ſolum quando ipſe condemnatus eam interponit, ſed etiam quando quilibet pro eo appellat, etiam ſine mandato, *l. non tantum 6. ff. de appellat. l. addictos 29. C. eodem, l. 2. §. ultim. ff. quando appellandum ſit.* docent communiter Doctores *ibid.* pluribus Salgado *de Reg. protect. part. 3. c. 14. & n. 1. & ſeqq.* Farinac. *quæſt. 101. n. 2. & ſeqq.* Bajard. ad Clar. *q. 94. n. 16.* Guazin. *ad defenſ. reor. defenſ. 36. c. 4. n. 1. & ſeqq.* Ant. Matthæus *de crimin. lib. 48. ff. tit. 17. de ſent. c. 5. n. 2. & tit. 20. de Inquiſit. cap. 4. n. 25.* Daniel Morellus *ſemeſtr. lib. 4. c. 33.* Imò quamquam fœminæ poſſulare pro aliis non poſſint, niſi pro proxi-
86 mioribus, *l. 1. §. ſecundo loco, ff. de poſtulan. l. fœminas 41. ff. de procurator.* nec accuſare, niſi ſuorum, ſuamve proſequantur injuriam, *l. 1. & 2. ff. de accuſat. l. 4. & 5. cum ſeqq. C. de accuſat.* tamen appellare pro condemnato criminaliter eis permiſſum eſt, ex *d. l. non tantum*, probat Matthæus *dict. c. 5. n. 4.* & licet plures relati Guazin. *dict. cap. 4. n. 1.* teneant de communi conſuetudine appellationem in cauſa criminali non admitti; nihilominus Ju-
7 dex non deferens appellationi opprimit reum & vim facit, ut abundè probat Salgado *dict. c. 14. n. 1. & ſeqq.* quæ diſpoſitio apud nos indubitata eſt, ex *for. 2. de appellat.* quo cavetur, quòd appellatio admittatur, tam in criminalibus, quàm in civilibus, ibi: *Ay tant en criminal, com en civil.* Sicque appellatio indiſtinctè interponitur ab omnibus ſententiis Judicum inferiorum, & in cauſis Baronum coram eiſdem Baronibus mutato Aſſeſſore; niſi reperiantur in cauſis criminum exceptorum, nam tunc juſtè poterit Judex denegare appellationem: Quam-
88 vis hodie ex communi ſtylo totius Regni, appellationis admiſſio, vel denegatio non expectatur coram Judice à quo, ſed ea ſimpliciter interpoſita, introducitur coram Judice ad quem, nam quindecim dies forales ad introducendum, ſucceſſerunt loco *Apoſtolarum*, ut notant omnes foriſtæ ad *for. 5. de appellationib.* Et quod amplius eſt in Senatu, cauſa quæ juxta forum non eſt appellabilis, admiſſa fuit anno 1646. Sententiam enim tuleram, dum Aſſeſſor in criminalibus Gubernationis Regni eram, qua condemnatus fuit in pœnam ordinariam Matthæus Granulles, ob raptum Joſephæ Eſcrig, quam ſub prætextu amicitiæ viri, polluerat per adulterium, & poſtea rapuit, juxta *for. 14. de adulteriis*, in quo *textu*, raptoribus ultra pœnam capitalem, & confiſcationis bonorum, denegatur appellatio; quod etiam de jure procedit, juxta *Clmic. C. de rapt. virgin.* pluribus Salgado *dict. cap. 14. num. 37.* & nihilominus cauſa appellationis evocata ad Senatum, fuit, & commiſſa Magnifico domino Jacobo Garcia: benè verum eſt, quòd Fiſcus diſpoſitionem *fori* non deduxit, ſed appellationi acquievit, ſicque tunc non fuit punctus diſcuſſus; quod quàm utile reo fuit, exitus demonſtravit, nam in judicio appellationis conceſſus fuit terminus ad probandum, & plura probavit, ob quæ pœna commutata fuit, & ad triremes miſſus.

89 Sed in cauſis definitis per Senatum, nequaquam ſupplicatio in criminalibus eſt admiſſa; nam licet appellatio, & ſupplicatio æquiparentur, *l. fin. §. penultim. C. de temper. appellat. for. 37. de appellationib.* dominus Leon *deciſ. 28. num. ero 3. & deciſ. 165. numero 3.* tamen ex inveterata conſuetudine, & ſtylo, ſupplicatio
90 in criminalibus denegatur, quæ obſervantia comprobata reperitur per *for. 12. Curiar. 604.* quo cautum expreſsè eſt, quòd tantum in cauſis capitalibus frementium privilegio Militari, exceptis criminibus in eo

concurrentis, ſententia executioni non deducatur, quin conſuletur Regia Majeſtas, cum tranſmiſſione proceſſus; ut dixi *tom. 1. cap. 4. §. 2. numero 8.* & hoc jure utimur: quam concluſionem extende etiam ad inter locutiones, nam quæ incidunt in aliquo judicio, naturam illius ſequuntur, *l. 4. §. ſi dicantur, ff. finium regundor. l. 1. & 3. C. de ordin. jud.* Anton. Matthæus *dict. tit. 20. c. 4. numero 25.* quod ea ratione nititur, ne damnum Reipublicæ ſequatur ex admiſſione ſupplicationis extra Regnum, in his cauſis, quarum executio celeritatem maximopere deſiderat, ob exemplum, cujus ratione punitio criminum introducta fuit, argument. text. *in l. conſtitutiones, ff. de appellation. l. ſi quis, §. hi autem, ff. de injuſt. rupt.* Quod quidem præterquam in criminibus exceptis, limitatur in cauſis contumacialibus, nam per contumaciam amittitur quodcumque beneficium, argument. *for. 14. & 15. de appellationib. l. poſt edictum 73. §. fin. ff. de judiciis*, *l. 1. C. quor. appellat. non recipiantur*, tradunt Farinac. *dict. quæſt. 101. num. 59.* Scaccia *de appellationib. limit. 44. numero 5.* Guazin. *dict. cap. 4. numero 2.* Salgado *de Regia protection. part. 2. cap. 1. numero 187. & cap. 8. numero 76. cum ſeqq.* ſicque nunquam ſupplicatio admittitur, etiam in cauſis capitalibus perſonarum Militarium, ſed decretum interponitur, quòd conſulatur Regia Majeſtas cum tranſmiſſione proceſſus juxta *forum.* Quod expedi- 91
tur, copiam proceſſus ſacro Supremo Aragonum Concilio tranſmittendo, cum ſententia, & ſi res expoſtulet, motiva etiam pronuntiationis tranſmittuntur, Regiæ Majeſtati reſcribendo, hanc vel illam ſententiam latam fuiſſe, & proceſſum tranſmiſi pro executione *fori.* Si enim Regia Majeſtas ſententiam approbat, ſimplici reſcripto jubet executioni deduci; ſin verò melioranda videatur ſummariè decretum profertur in ſacro Supremo Concilio. Quod adeo viget, ut licet recurſus à denegatione interponatur, tamen in eo non admittitur; ſed ut plurimum decretum interponitur de injungendo ad dicendum, cur evocationi locus non ſit; & quamquam ſuper hoc articulo, literæ aliquando, licet rarò, concedantur, non per hoc executio ſententiæ ſuſpenditur, ut executum fuit anno 1654. in cauſa Joachimi Ximeno, qui abreptitiè literas obtinuerat citatorias; ſed intellecta facti veritate, juſſum quòd ſententia exequeretur, ſicuti executioni deducta eſt: quæ quidem intellige quoad reum; nam quoad actorem, admittendam credo, quia ceſſat ratio celeritatis executionis ob exemplum, & ſic vidi ſupplicationem admiſi in cauſa cujuſdam ſtupri, & pariter quoad Tertium intereſſe habentem in cauſa, *cap. ſuper eo 15. §. hoc tuam, de officio delegat.* pluribus dominus Leon *deciſ. 16. numero 16. tom. 1. & deciſ. 129. num. 2. & 16. tom. 2.* Barboſa *in collect. ad dict. cap. ſuper eo, numero. 50.* & ſic obſervatum in cauſa Onufrii Fumat, & aliorum; nam ut dixi *hoc c. §. 5. num. 32. & ſeqq.* Majorales artis Notariæ ſupplicarunt à decreto evocationis, & cauſa per ſententiam deciſa fuit in Supremo, & ſic obſervari vidi in aliis.

Quoad executionem ſententiæ, in primis inſpicien- 93
dum eſt, an reus condemnatus reperiatur ad torturam? Ad quod intelligendum ſuppono, quòd communiter ex triplici cauſa tortura inferenda eſt; aut pro eruenda veritate à teſtibus veriſimiliter informatis de qua aliqua dixi *hoc cap. §. 2. numero quinquageſimo, & ſeqq.* aut pro purganda varietate, vel vilitate teſtium, de qua plura per Doctores criminalis Juriſprudentiæ; quæ quia ſpeciali diſpoſitione non reperiuntur immutata per noſtros *foros*, & *ſtylos*, ad nos non ſpectant; vel denique in ipſum reum. Hæc tripliciter etiam ei infligitur, nempe quando reſpondere recuſat, & tunc non imponitur ad eruendam veritatem, ſed ad habendam certam reſponſionem, de qua ſpecie torturæ aliqua prælibavi, §. 4. *nu. 15. & ſeqq. hoc eod. cap.* in caput proprium pro eruen-

da

da veritate criminis, de quo est inquisitus, de qua per
94 Doctores communiter, signanter Farin. *tom. tit. de judiciis, & tortura*, & apud nos loquitur textus *in for. 1. de quæst. cum seqq.* Hæc enim torturæ species apud nos ferè non est in usu, vel quia valde periculosa probatio censetur, ut ait Ulpian *in l. 1 in princ. & Paragraf. quæstioni ff. de quæstionibus*, ib: *Quæstioni fidem non semper, nec tamen nusquam habendam constitutionibus declaratur; est enim res fragilis, & periculosa, & quæ veritatem fallat, nam plerique patientia, sive duritia tormentorum, ita tormenta contemnunt, ut exprimi ex eis veritas nullo modo possit: alii tanta sunt impatientia, ut quodvis mentiri, quam pati tormenta velint. Ita fit, ut etiam vario modo fateantur: ut non tantum se, verum alios comminentur.* Eleganter Cassiodorus *lib. 3. variar. epistol. 46.* ibi: *Ut gratius tibi fuerit, spem citæ mortis expetere, quàm tormentorum crudelia sustinere. Inter supremas enim anhelantis angustias votum est, potius perire, quàm vivere. Quia detestabilis sensus pœnarum, excludit dulcissimæ salutis affectum.* Ob quod Interpretes varia requirunt, ut quæstioni fides adhibeatur. Tradunt Farinac. *quæst. 44. numero 22. & quæst. 83. cap. 3. numero 68.* Jan. Langlæus *semestr. lib. 9. cap. 2. in princ.* Ant. Matthæus *lib. 48. ff. tit. 16. de quæstionib. cap. 4. numero 11.* vel quia experientia docet, nullius effectus torturam apud
95 nos esse frequentius; nam cum juxta *for. 175. Curiar. anni 1585.* indicia purgata remaneant si reus negativus persistat, quod à jure eautum etiam reperiebatur, ut latè tradit Farin. *in praxi, quæst. 40. per tot.* Guazin. *defens. 30. cap. 40. numero 1.* Giurba *consil. 43. num. 9. & seqq.* Ant. Matthæus *dict. cap. 4. num. 16.* Caballus *cas. 93. num. 29. & casu 288. num. 2.*: & torturæ genera innovari apud nos nequeant, *for. 10. Curiar. anni 1585.* rarissimè effectum sortita fuit impositio torturæ, quia genera usu recepta in hoc Regno levia sunt, quoad inferendum dolorem, licet quoad corporis quassationem dura videantur. Duplici enim genere apud nos tortura constat, nempe dum digiti rei torquentur rete ferreo, quod chirothecam Imperato-
96 toris (Neronem eum esse autuno) appellant, vulgò *lo guant del Emperador*, ab hoc incipitur semper quæstio, & quoad dolorem inferendum acerbior quidem hæc est, quam illa quæ secundo loco infertur: nempe funis; brachiis à tergo alligatis, quæ simpliciter reum elevando inchoatur, & mole adiecta ad pedes prosequitur. Aliquos fateri vidi, ex testibus quæstioni objectis, sed potius horrore, quàm dolore confessionem extortam crediderim; nam ferè semper in principio factum detegebant: sed ut dixi, his de causis rarissimè in caput proprium imponi soler, nam adhuc fœminæ, quæ fragilis naturæ sunt, negativæ in quæstione persistunt.

97 Denique infertur tortura reo jam condemnato, ut de complicibus dicat, quæ quidem tortura est pars condemnationis, & hæc apud nos frequentior est, & duplici de causa imponitur; vel quia reus famosus delinquens reputatur, & de pluribus criminibus diffamatus; vel quia de crimine, ob quod condemnatus fuit, apparet ex actis complices adesse, ut dicat de complicibus, mandantibus, receptatoribus, & auxiliatoribus; & tunc condemnatur tanquam cadaver, ut de eis dicat. Prima enim de causa torturam inferendam probant plures adducti per Farinac. *quæst. 37. num. 163. & 167.* nam quamquam ipse valde dubitet, quòd reus, ex quo de uno crimine convictus, vel confessus sit, possit de aliis criminibus interrogari, ta-
98 men quando est diffamatus de pluribus delictis, ipsum posse interrogari, docet cum pluribus, *dict. num. 167. & seqq.* Quæ quidem tortura debet esse moderata, non excessiva, nec id fieri potest tanquam cadaveri, ut probat idem Farinac. *ead. quæst. 37. num. 173. cum duobus seqq.* Secunda causa est, quando jam reus convictus est de crimine principali, & ob illud condemnatur ad pœnam capitalem, & apparet ex actis patratum fuisse cum complicibus; puta quia condemnatus non solus patravit, vel de ordine, & mandato alterius fecisse constat, aut bannitus à receptatoribus auxiliatus fuit; nam tunc condemnatur ad quæstionem etiam, ut de complicibus dicat; quæ imponendi torturam species probatur per textum *in l. quo* 99
ultimo 29. ff. de pœnis, ibi: *Sæpe ideo servari solent post damnationem, ut ex his in alios quæstio habeatur.* Ad quam torturam inferendam servatur apud nos praxis Senatus Cataloniæ, de qua Don Ludovic. Peguera *decis. 5. num. 29. lib. 1.* docent Anton. Gomez *variar. lib. 3. cap. 17. in fin.* Farin. *dict. quæst. 40 numero 16 & 18.* pluribus Giurba *dict. consil. 43. num. 32.* Sed notà, quòd quamvis dicatur in sen- 100
tentia quod torqueatur reus tanquam cadaver, potius apud nos hæc formula refertur ad partem condemnationis, ita ut intelligatur, condemnatum ad mortem jam cadaver reputari, ad effectum, ut ex negativa delicti utilitatem aliquam reportare nequeat, cum tunc jam non interrogetur de crimine, quod respectu illius remanet probatum, sed de complicibus; ut de mente omnium Doctorum procedit, & expressè dicitur in ipsa sententia, & quia est pars condemnationis; ob quod indicia, vel probationes minimè purgantur: non verò quoad mo- 101
dum, vel acerbitatem inferendæ torturæ; nam licet frequenter gravius condemnati torqueantur, tamen hoc fit manu non errante, nempe habita consideratione qualitatis criminis, conditionis rei, imbecillitatis, vel roboris ejusdem, & similium, quæ per prudentes Judices consideranda veniunt. Ita ut quamvis ultimus gradus tor- 102
turæ imponi possit, regulariter sine periculo mortis; non tamen semper Senatus procedit usque ad ultimum gradum, utendo arbitrio regulato ad circumstantias facti, & criminis, & qualitatis rei torquendi. A communiter contingentibus in teste torquendo ad purgandam vilitatem, vel varietatem, Senatus imponit primum gradum, nam Aula criminali in executione torturæ intervenit; 103
in teste verosimiliter informato de crimine, ad secundum, vel tertium gradum procedit; in reo qui tanquam famosus torquetur, tertium gradum aliquando egreditur; in reo verò condemnato tanquam cadavere, ad quintum aliquando pervenit; nam hæc omnia arbitrio Judicis relinquuntur.

Sed quia *in for. 1. de quæstionibus, for. 86. Cur. ann. 1585.* 104
& privil. 3. Reg. Jacob. I. cavetur, quod personæ honoratæ torqueri non possint, videamus qui sub hac dispositione comprehendantur: & tenendum est Nobiles comprehendi, Milites, Doctores, & Cives honoratos, *l. qui desertorum 3. Paragraf. 1. ff. de re milit. l. Milites 8. l. Dico Marco 11. l. Decuriones 16. Cod. de quæstionibus, l. omnes 33 C. de decur. lib. 10. l. servorum 10. C. de dignit. lib. 10.* Tiraquel *de Nobilit. capit. 20. numero 139. & de pœnis temperand. caus. 31. numero 15.* Otalora *de Nobilit. 5. part. princip. capit. ult. numero 4.* Garcia *de Nobilit. gloss. 1. numer. 7.* Bellug. *in speculum rub. 20. Paragraf. quia mun. 21.* Farinac *quæst. 41. num. 30.* Caballus *cas. 124. num. 8. & cas. 200. numero 147. & cas. 294. num. 38.* Guazin. *defens. 50. c. 17. num. 4.* Cujacius *disceptat. criminal. 5. num. 1. & seqq.* dominus Calahorra *in allegat. falsit. num. 177.* Anton. Matthæus 105
dict. tit. de quæst. 16. c. 2. num. 7. dominus Leon. *decis. 9 n. 185. cum seqq. lib. 3.* Sed hoc non procedit in criminibus non exceptis. Quæ autem crimina excepta ad hoc dicantur, tradunt omnes isti Doctores, & signanter dominus Calahorra, qui observantiam nostri Senatus mirabiliter exponit à *num. 279.*

Cæteræ autem pœnæ debito modo ad executio- 106
nem deducuntur, sed cum in his causis criminalibus præcipua pœna sit capitalis, videamus, quo pacto exequi debeat: dispositio enim foralis nulla extat, per quam aliquid caveatur; sed quoniam consuetudini plurimum in his deferendum sit, adeo ut boni usus, & consuetudines vim juris apud nos obtineant, speculanda est consuetudo, per quam reo competens terminus conceditur, ut ad capellam applicatus, præparetur ad patibulum. Hæc enim dilatio tridco conscribitur ad minus, ut in simili docent Hostiensis *in* 107
summ.

ſumm. tit. de immunitat. Eccleſ. numer. 11. *lib.* 3. Hippolyt. *in praxi*, §. *oppertune*, *numer.* 30. Carrer. *in pract.* §. *circa, num.* 202. *fol.* 277. Gama *de ſacram. ultim ſupl. damn. miniſt. queſt.* 1. *numer.* 115. *in fine.* Ita ut tertio die quo deducitur ad Capellam, pœnam ſuſtineat; in primo enim die ſibi aſſignato à Confeſſario diſponitur ad pœnitentiam ſacramentalem; in ſecundo viaticum Euchariſtiæ ſacræ ei miniſtratur, in tertio verò ad patibulum ducitur, ut aliquibus juribus expenſis tradit Gibalin. *de ſacr. juriſdict. diſquiſ.* 7. *queſt.* 14. *conſectar.* 3. *nu.* 30.

108 Sed aliquando dubitari vidi, an legitima cauſa urgente terminus iſte coarctari per Judicem poſſet? & quod ſic credebam; nam ratio dubitandi ſolum deſumebatur ex traditis per Gamam *in dict. tract. de ſacram. miniſtr. ultim. ſuplic damn. q.* 1 *n.* 11. (nam conſuetudo de qua ſupra, procedit nulla cauſa urgente) qui quidem poſtquam tradidit denegandum non eſſe viaticum damnatis ad mortem, diſſerit, an neceſſario differenda ſit executio illo die, in quo Viaticum ſuſcepit, propter indecentiam, quæ ſequeretur ſi ſtatim morti traderetur: ſed nihilominus concludit indecentiam nullam ſequi; vel enim illa conſideratur reſpectu condemnati, vel reſpectu ipſius ſacramenti, vel reſpectu populi aſpicientis, quæ quia doctiſſi-

109 me ibi tradita ſunt, tranſcribere non eſt neceſſe. Sed in caſu propoſito terminus coarctatus non fuit, quia videbatur, cauſam publicæ utilitatis non urgere, ſi autem urgeret ob indecentiam minimè coarctatio impediretur.

110 An autem executio pœnæ capitalis fieri poſſit diebus feriatis? tenendum quod juſta cauſa exiſtente non ſolum executio, verùm omnia acta judicialia fieri poſſunt, ut dixi *hoc cap.* §. 6. *num.* 30. *& ſeqq.* Sed cum executio ſit potius facti, quàm juris, fieri poſſe quocumque die eſt dicendum, ut docent Clarus §. *fin. qu.* 97. *num.* 6. Scaccia *de judiciis, lib.* 2. *c.* 6. *n.* 17. *& ſeqq.* Ant. Matthæus *de crimin. lib.* 48. *ff. tit.* 17. *de ſent. cap.* 6. *n.* 10. ſed Scaccia *n.* 20. limitat in feriis dicatis in honorem Dei, ex conſuetudine, quæ apud nos viget, nam in diebus feſtivis, & celebris executio nunquam fit, in feriatis verò pluries executio facta fuit, & hoc jure utimur.

111 Cadavera damnatorum ſepeliri nequeunt, abſque juſſu Principis, ut docent dominus Cerdan *in viſitat. carcer. cap.* 19. Ant. Matthæus *dict. cap.* 6. *num.* 11. Ant. Gomez *variar. lib.* 3. *cap. ult.* Julius Clar. §. *fin. queſt.* 100. & non ſemel etiã ſepultura petatur, denegatur à Principe; nam licet durum videatur in cadaver inſurgere, idque inhumatum relinquere, tamen expedit non parum publicæ ſaluti, quòd cadavera in patibulo ſuſpenſa intueantur, ut exemplum punitionis à malis cogitationem avertat: ſed ne horror, & fœtor in Urbis foro ſequatur, in quo victualia venundantur, locus adeſt ad milliare illius verſus plagam ſeptemtrionalem, ad quem cadavera punitorum adducuntur, quem locum noſtrates voci-

112 tant, *Curraxet.* An autem ſi cadaver ſuſpenſi ſine juſſu Principis auferatur à patibulo, & in loco immoni ponatur, gaudeat immunitate, diſſerit doctiſſimè omnia congerens amicus noſter dominus Epiſcopus Barbaſtrenſis Don Didacus Frances de Urrutigoyti *in paſtor. regal. part.* 3. *vot.* 8. *per tot.*

113 At pœna pecuniaria quo pacto exequatur? dubitari poteſt: ſed quamvis de hoc latius dicam *tertia parte hujus operis*, breviter adnotandum eſt, quòd, ut dixi, *ſupra, hoc cap.* §. 4. *in fine*, bona mobilia Rei adnotantur; nam juxta *foros* nemo compelli poteſt ad ſolutionem pœnæ, vel expenſarum, ante condemnationem, *for.* 1. *de privil. Fiſci, for.* 72. *de crimin. for.* 67. *Curiar. anni* 1585. *l. defenſionis facultas* 7. *C. de jure Fiſc. lib.* 10. Pichard. *in* §. *injuria num.* 3 *Inſtit. de leg. Aquil.* Larrea *deciſ. Granat.* 4. *num.* 10 *& deciſ.* 20. *num.* 43. Amaya *in dict. l. defenſionis facultas, num* 2 *&* 3. ub bene explicat differentialis annotationis, & ſic reo condemnato fidejuſſor, citi bona adnotata tradita fuere, compellitur ea reſtituere, & ex pretio illorum pœna, & expenſæ ſolvi debent; & ſi hæc bona non ſufficiant, diſtrahuntur bona immobilia. Sed quæres in his executionibus, an 114 ſervanda ſit ſolemnitas judicialis diſtractionis, juxta tradita per dominum Leon *deciſ.* 65. *num.* 1. an verò tanquam executio Fiſcalis celeriter peragenda; & favore Fiſci ex longiſſima conſuetudine introductum eſt, quòd 115 bona immobilia, etiamſi pretioſa, per tres dies licitentur, & diſtrahantur, ſicque quotidie fit, quoties Fiſcus exigere pœnam curat; nam à jure nulla eſt regula certa, per quam ſtatutum tempus reperiatur ad licitanda bona debitoris Fiſci, licet enim haſtæ neceſſaria ſint ſolemnia, quoties Fiſcus bona debitorum ſuorum vendit, *l.* 1. 2. *&* 5. *C. de fid. & jur. haſt. fiſcal. lib.* 10. *l.* 3. *C. ſi propter public. penſit. l. ſi quos debitorum* 16. *C. de reſcin. vendit.* Ant. Matthæus *de anctionib. lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 10. Don Franciſc. Amaya *in dict. l.* 1. *de fid. & jur. haſt. C. lib.* 10. *num.* 7. Tamen tempus & modus haſtæ non reperitur ſtatutum, ſed juxta conſuetudinem regulandum; optimus ad rem text. *in l. cum contra, C. ſi vendit. pignor.* ibi: *Non obſervatis quæ in diſtrahendis pignoribus celebrari conſueverunt*, ſicque cùm juxta conſuetudinem Regni, quoties diſtrahitur res debitoris Fiſci ex crimine, licitatio fiat per terminum trium dierum; abſque dubio ſimilis diſtractio tenebit. Neque obſtat diſpoſitio *for.* 10. *de evictionibus*, in quo cavetur, quod ad diſtractionem bonorum mobilium licitatio fiat per decem dies, immobilium verò per triginta; ut tradit dominus Leon *dict.* 116 *deciſ.* 65. nam forus expreſſe loquitur de privatis, non de Fiſco, ut patet ex litera ipſius, ibi: *Fem fur nos, que tota venda que la Cort face dels bens dalcu, per fer paga a algun creheder eſtrany, ô privat.* Hoc eſt: *Forum novum condimus, quod qualibet venditio per Curiam facienda ſit ex bonis cujuſvis, ut ſolutio fiat alicui extraneo, vel privato.* Ob quod venditio quæ fit ad hoc ut Fiſco debitum ſolvatur, fuit omiſſa, & tanquam caſus omiſſus à *foro*, remanet ſub diſpoſitione juris (ut alibi dixi) per quam tempus à conſuetudine præfigitur, & ſic cum ab immemoriali in exigendis pœnis, Fiſcus hoc privilegio fruatur, nempe, ut res licitentur per tres dies, ſic obſervandum omnino eſt. Neque obſtat traditum Don Franciſci Amaya *dict. num.* 58. aientis, quod juxta *Authent. hoc jus porrectum, C. de ſacroſanct. Eccleſ.* terminus licitationis ſit viginti dierum, quod docuerat Baldus *in l.* 1. *num.* 5. *cum addent. C. de præſcript. triginta. vel quadragint. annor.* & Paul. Balzaranus *ad conſtit. Sicilia de offic. ſecret.* §. *debeant, n.* 13. *pag.* 429. pluribus congeſtis, Giurb. *ad conſ. Meſſan. c.* 10. *gloſſ.* 5. *n.* 9. *& c.* 11. *gloſſ.* 6. *n.* 6. nam *dicta Authen.* non loquitur de rebus debitoris Fiſci diſtrahendis, ſed de rebus Eccleſiæ, & Amaya de rebus fiſcalibus; quod minimè porrigi poteſt ad res debitoris; nam ea quæ ſpeciali jure ſancita fuere favore Eccleſiæ, vel Fiſci, non ſunt retorquenda in ejus odium.

An autem mortuo reo, in criminibus publicis non 117 exceptis, pœnæ pecuniariæ locum habeant contra hæredes, lite jam conteſtata, vel per condemnationem finita, ſed pendente appellatione? doctiſſimè de more diſſerit Amaya *in l. eo nom* 10. *n.* 27. *cum pluribus ſeqq. C. de jur. fiſc. lib.* 10. & Hermoſilla *in l.* 5. *gloſſ.* 1. *ex n.* 10. *tit.* 3. *part.* 5. & noviſſimè Salcedo *de contrahenda, c.* 27. *ex n.* 7. quare non tranſcribimus. Sicuti nec quæſtionem illam adducam, an Fiſcus præferendus ſit creditoribus in exa- 118 ctione pœnæ, vel an ipſi competat tacita hypotheca, de qua pulchrè per eundem Amaya *in l. unic. C. pœnis fiſcalib. debit. præſ. per tot.* ſignanter *n.* 9. *&* 14. *lib.* 10. Joann. Domin. Gaitus *de credit. c.* 4. *qu.* 11. *n.* 1303. *cum ſeqq.* latiſſimè Salgado *in labyrint. credit. part.* 1. *c.* 7. *n.* 1. *& ſeqq.* & Mercurialis Merlinus *de pignor. lib.* 3. *tit.* 3. *qu* 88 *per tot.* præcipuè *num.* 7. Et quamquam Fiſcus uſuras fiſcales exigat à ſuis debitoribus, *l.* 1. *C. de his quibus ut indig. & l. ult. C. de fiſcal. uſur.* latè Honorat. Leotardus *de uſuris, qu.* 22. *per tot.* tamen in pœnalibus uſuras non exigit, *l.* 1. *Cod. de fiſc. uſur. l.* 1. *ff. de Magiſtr. conveniend.* nam

ut

ut notat Jacob. Cuia. *in d. l.* 1. uſura eſt veluti pœna quædam, & iniquum eſſet pœnam pœnæ adiici; quare nec uſuram uſurarum præſtari, docent textus *in l. ult. C. de uſur.* & *de uſur. rei jud.* tradit idem Leotardus *d. q.* 22. *numero* 19.

119 An autem publicatis bonis, vel ſecuta condemnatione pecuniaria, ſi pœna exigi non poteſt à bonis poſſeſſis per reum in ea Provincia, vel territorio Judicis condemnantis, poſſit exigi ex bonis alterius Provinciæ, vel territorii, & confiſcatio extendatur ad bona ubique ſita? quæſtio pulchra eſt: quam tractant Horatius Montanus *de Regalibus, cap. bona contr. inceſt. nupt. n.* 16. & Ant. Matthæus *de criminib. lib.* 48. *ff tit.* 20. *de inquiſit. n.* 17. & hic accuratè diſtinguit, an concipiatur ſententia in perſonam, vel in rem, aut mixtim, tam in rem, quàm in perſonam. In perſonam concipitur ſententia, quoties homo condemnatur ad aliquid dandum, præſtandum, faciendumvè, & tunc condemnatio comitatur perſonam, etiam extra territorium judicantis, & ſic pœna exigi poteſt à quibuſcumque bonis, eo quòd dum perſona condemnata ſubiicitur juriſdictioni illius, condemnatio tenet, & exequi debet, ut ipſe Matthæus probat *ibidem*. In rem concipitur ſententia, quoties alicui dominium, aut profeſſio rei admittitur, vel publicatur; & tunc ſolum tenet ſententia lata à Judice qui præeſt loco in quo ſita res eſt, & territorium non egreditur, *l. fin.* & ibi communiter Doctores, *ff. de jur. om. judic. l. ult. ff. de offic. Præfect. Urb. l.* 3. *ff. de offic. Præſid. l. cum unus* 12. §. *is qui poſſidere, ff. de reb. auct. jud. poſſ.* docent Bartol. *in l. cunctos populos, in fin. n.* 51. *C. de ſum. Trinit.* Rota Romana *dec.* 56. *n.* 1. *p.* 3. *recenſ.* Boſſius *in tract. de pub. bonor. n.* 62. Clar. §. *fin. quæſt.* 78. *verſ. Sed hoc quæro*, Bertazol. *conſil. crimin.* 82. *n.* 6. & 7. *lib.* 1. Surdus *conſil.* 152. *n.* 28. Peregrin. *de jur. fiſc. lit.* 1. *n.* 137. Farin. *quæſt.* 25. *n.* 99. Mercurial. Merlin. *de pignor. lib.* 5. *tit.* 1. *quæſt.* 51. *n.* 15. Ant. Matthæus *dict. n.* 17. & Montan. *d. num.* 16. *ad medium*. Cum autem quando bona publicantur, ſententia de re ipſa diſponat, ſive de dominio, aut poſſeſſione illius in rem, non in perſonam eſſe eſt tenendum, & ſic territorium non egreditur, ut omnes Doctores ſuperius adducti docent, & plures ab eis laudati. Mixtim verò cum, & perſona, & res per condemnationem afficiuntur, & tunc licet ratione affectionis rei extra territorium, ſententia non teneat ratione affectionis perſonalis tenebit; ex qua theorica plura inferuntur.

120 Nempe, quòd pœna confiſcationis, cum rem afficiat, non egreditur territorium Judicis, atque adeo ſi ſententia lata ſit, in Curia ſuprema, quæ præeſt toti Provinciæ, vel Regno, bona confiſcata cenſentur omnia ea, quæ in Provincia, vel Regno ſita ſunt, ob quod ſententia confiſcationis lata in noſtro Senatu comprehenditur omnia bona ſita in toto Regno, & ultra niſi ſint bona emphyteutica; nam licèt à jure ea quæ extraneis hæredibus adquiri nequeunt, neque Fiſco deferuntur, & quæ ab extraneis adquiri poſſunt, Fiſco quæruntur, ut pluribus docet Farinac. *dict. q* 25. *numero* 50. *& ſeqq.* tamen in Regno adquiruntur domino directo; nam per confiſcationem dominium directum conſolidatur cum dominio

121 utili, ut expreſsè cautum reperitur *in for.* 37. *de malefactoribus*, de cujus materia ultra tradita per Farin *ubi proxim.* videndi ſunt Oldradus *conſil.* 17. Aymon. Craver. *conſil.* 128. *volum.* 1. Alexan. *in l. ſi finita, §. ſi de vectigalibus, n.* 35. *ff. de damn. infect.* Guid. Papæ *deciſ.* 438. Baldus *in l. ſi quis Presbyter, C. de Epiſc. & Cler.* Diaz *in praxi crim. verb. hæredi, c.* 106. *& verb. bonorum publicatio, cap.* 224. Simancas *de cathol. inſtit. cap.* 9. *num.* 12. *repertor. inquiſit. verb. confiſcatio*: Sarmiento *ſelectar. lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 5. Tiber. Decian. *conſil.* 18. *numero* 347. Roland. à Valle *conſil.* 56. *volumin.* 1. Peregrin. *de jur. fiſc. lib.* 3. *titul.* 1. *num.* 111. Molina *de Hiſpanor. primog. lib.* 1. *cap.* 29. *num.* 37. *& ſeqq.* Carena *de offic. ſanct. Inquiſ. part.* 2. *tit.* 1. §. 29. *cum ſeqq. à num.* 151. Don Franciſc. Amaya *in l.* 1. *numero* 52. *cum ſeqq.* præcipuè *n.* 58.

C. de jur. fiſc. lib. 10. Si autem ab aliquâ ex Curiis inferiorum nomine Regio jus dicentium, confiſcata erunt, omnia bona in Regno ſita pariter confiſcata remanebunt, quamvis ſita ſint in diverſo territorio; quia ſunt ejuſdem Provinciæ, cujus unus fiſcus eſt, *l. ſi quando, C. de bonis vacant. lib.* 11. Bartol. *in dict. l. cunctos populos*, & alii relati per Farinac. *dict. quæſt.* 25. *num.* 95. *& ſeqq.* Ant. Matthæus *dict. num.* 17. pluribus Merlinus *dict. quæſt.* 51. *numero* 15. niſi condemnatio fieret ratione juris ſpecialis in territorio judicantis tantummodo lati, ut communiter omnes Doctores limitant, nempe relati per Farin. *num.* 96. & per Merlin. *num.* 16. *& ſeqq.* Si verò condemnatio facta fuerit per aliquem Baronem, eo quod, ut dixi *hoc eodem cap.* §. 8. *num.* 179. *per for.* 150. *Curiar. anni* 1604. Baronibus conceſſa fuit cognitio criminum, quibus annexa eſt pœna confiſcationis; tunc bona non ſolum contenta in territorio Baronis cenſentur confiſcata, ſed omnia ſita in Regno: quia licet poteſtas illius non poſſit afficere ex vi juriſdictionis rem extra territorium ſitam, nec Fiſcus illius eſt idem cum Fiſco totius Regni; ta- 122
men *in d. for.* 150. ſolum conceſſa fuit Baronibus cognitio horum criminum, & ex cognitionis conceſſione non ſequitur, quod ipſis adquirantur bona confiſcata; quia jus confiſcandi, ſive adquirendi bona confiſcata de Regalibus eſt, ſicut cognitio criminum; quibus pœna confiſcationis eſt annexa, & conceſſio Regaliarum ſemper ſtrictè eſt interpretanda, ita ut per conceſſionem unius Regaliæ; alia conceſſa non cenſeatur, ut docent Afflictis *in conſtitut. Neapol. tit.* 77. *num.* 6. *lib.* 1. Regnerius Sixtinus *de Regalibus, lib.* 1. *cap.* 5. *numero* 54. Horat. Montanus *de Regal. in prælud. quæſt.* 3. *& 4. & cap. bona vacantia, num.* 31. & ſic in terminis docent Peregrinus *de jur. fiſci, tit.* 2. *num.* 82. *& ſeqq. & tit.* 5. *num.* 29. Montanus *dict. cap. bona cont. inceſt. nuptiar. num.* 17. Giurba omnino videndus *obſer.* 90. *num.* 1. *cum ſeq.* præcipuè *n.* 6. Neque obſtabit ſi dicas, Montanum loqui in caſu ſtatuti Neapolitani, per quod reſervata reperitur ipſa confiſcatio, & aliunde conceſſa cognitio; nam ante *dictum for.* 150. ut-cumque erat reſervatum, ut notum eſt: cum autem in *dicto foro* ſolum concedatur cognitio, ut clariſſimis verbis in eo habetur; conceſſio ad jus confiſcandi non eſt extendenda; nam remanet ſicut antea reſervatum. Quo poſito cum utilitas publicationis cedat lucro Fiſci totius Provinciæ, & Regni, cuncta bona in Regno ſita confiſcata manebunt, ex diſpoſitione *dict. l. ſi quando*, cum aliis adductis *ſupr. numero* 122.

Si autem aliqua bona rei ſint extra Regnum, ſubin- 124
trat alia diſtinctio Montani *in d. c. bona contrahentium inceſtas nuptias, numero* 16. nempe an crimen ſit patratum in Deum, an verò in homines, nam ſi crimen Deum offendit, reo condemnato, ſinguli dominantes in ſuis territoriis executioni pœnam demandant, quia vindictam ob offenſam in Deum commiſſam, ſinguli dominantes ſumere debent, ſunt enim, & ipſi offenſi tanquam Dei Miniſtri. In delictis vero commiſſis in homines, ceſſat hæc ratio; nam non offenditur Rex Galliæ ex crimine læſæ Majeſtatis patrato in Anglum, & ſic quando juriſdictiones ſunt prorſus diſtinctæ, bona delinquentis ſita in Gallia non cedunt Fiſco Galliæ, cum Rex illius Provinciæ ex eo crimine non dicatur offenſus (niſi ob aliquam rationem eum offenſio tangat, ut exemplificat Montanus *ibid.*) nam etiamſi ex vi confiſcationis condemnatus incapax fiat bonorum, non deferuntur Fiſco extraneo ceſſante offenſa illius Principis, ſed venientibus ab inteſtato, ut 125
Montanus probat *d. n.* 16. *in fin.* quæ quidem opinio tanquam benignior, & æquior eſt amplectenda, licet contrarium teneat, Farinacius *d. n.* 95. in criminibus, quorum confiſcatio fit vigore juris communis. Ubi verò juriſdictiones omnino diſtinctæ non ſunt, quoad dominium, ſed tantum quoad gubernationem, difficilior quæſtio redditur. Sed juxta tradita per eundem Montanum clarè ſequitur, quòd quando Rex ex aliquo crimine offendi-

tur, potest confiscare bona in suo territorio sita, licet crimen in diverso Regno patratum sit: ergo multò magis poterit confiscare bona ex delicto patrato in aliquo Regno, ex sibi subjectis, quamvis diversum sit ab eo, in quo bona reperiuntur, quamquam Regna, quoad regimen separata sint, ac sub diversis Principibus possiderentur, ut apparet in Regno Castellæ, respectu Regnorum Coronæ Aragonum; nam licèt omnia sub eodem invicto Monarcha reperiantur, quoad regimen, & gubernationem, ita tamen distincta sunt, ac si actualiter alius esset Rex Aragonum, & alius Castellæ, ut statim dicam. Vnde si quis, verbi gratia, perduellionis reus in Castellæ Regno reperiatur, habens bona in Regno Aragonum (& sic de aliis) Fiscus Aragonum poterit confiscare bona, cum eadem persona offensa reperiatur, ut supponit *Montanus*, sed tunc executio fiet per officiales illius Regni, ubi bona sita sunt, argumento *l. cum unus. §. fin. ff. de bon. auctor. jud possidem.* ut in simili docet Farinac. *d. q. 15. n. 95. in fin.*

116 Quando autem persona condemnatur ad aliquid dandum, præstandum, vel faciendum, cum obligatio proveniat ex delicto, personalis est, atque adeo sententia lata per Judicem competentem personæ, eam afficit, & cum in arbitrio Judicis sit pœnam pecuniariam exequi, vel reum in personam punire, ex pluribus congestis per Farinac. *quæst. 26. numer. 15.* quamvis bona sedentia personam non sequantur, cum cedant personæ, ut ipsa liberetur, executio fieri potest in bonis, ubicunque sitis, & pariter si reus condemnatus fuit ad pœnam capitalem, & simul ad pœnam pecuniariam, cum Fisco competat actio in hæredem reo decedente post condemnationem, ut omnes tenent, executio fieri potest. Sed hoc in casu, si bona sint extra territorium pronuntiantis, executio fieri debet per Judicem illius territorii, ubi bona sita sunt; nam Judex condemnans non potest distrahere bona extra sinum territorium, ut dixi, *dict. l. fin. ff. de juris. omn. jud.* Et tunc facienda est executio mediis literis requisitoriis: textus expressus *in Authen. de exhibendis reis, §. si verò, & in Authent. ut differ. Iud. andir. interpell. l. properandum, § sin autem reus, C. de jud. l. à divo Pio* 15. §. 1. *ff. de re judicat.* & tunc regulariter Judex negatus tenetur literas exequi, *l. properandum* 11. §. *si autem, C. de jud. l.* 1. §. 2. *ff. de servis fug. l.* 1. §. 2. *ff. de requir. reis, l.* 1. *C. de off. Comit rer. privat. cap.* 1. §. *contrahentes, cap.* 5. §. *si verò, de foro competent. in* 6. latè Covarr. *practicar. cap.* 10. *num.* 7. Bartol. *in l. Argentarium. num* 45. §. *ultim. de judic.* Barbosa *in l. hæres absens* 19. §. 1. *num.* 84. *& seqq. de jud.* pluribus Salgado *de Reg. protect. part.* 4. *cap.* 6. *num.* 63. *& seqq.* & doctissimus Præceptor, mihi semper venerabundus, ac venerandus, dominus Don Franciscus Ramos del Mançano *in recit. solem. Salment. ad tit. de re judic in dict. l. à divo Pio, in princ. num.* 13. Sed hoc in casu Judex requisitus per literas rogatorias, vel subsidiarias, quamvis sit merus executor, adhibere potest causæ cognitionem ex æquitate, & secundùm communem Doctorum sententiam, quæ nititur *in dict. l. à divo Pio*, §. 1. ibi: *Sententiam Roma dictam, etiam in Provinciis posse Præsides*, si hoc jussi fuerint, ad finem persequi: non enim dicitur *debere*: sed *posse*, quod est voluntatis, non necessitatis, *l. sape 8. ff. de offic Præs.* quoniam scilicet Præsidum est arbitrari, an justa requirantur, vel non, & consequenter exequi sententiam, vel non exequi, ut docent Covarruvias *dict. cap.* 10. *num.* 3. *&* 10. Parlador. *rer. quotid.* 2. *p. cap. ult.* §. 1. *num.* 7. dominus Ramos *in dict l. à divo Pio, in prin. num.* 12. *ad fin.* post Batt. Salicetum, & alios adductos per Monochium *de arbitr quæst.* 38. *num.* 8. *&* 16. Cacher. *decis. Pedem.* 38. *num.* 14. Peguer. *decis. civil.* 138. *per tot.* Azevedo *in l.* 6. *tit.* 17. *lib.* 4. *recopil nu.* 7. Cancer. *variar lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 247. Salgado *dict. cap.* 6. *num.* 75. Sed quoniam quoad has literas rogatorias, de quibus plura tradit Tondutus *tract. de pravent. part.* 2. *cap.* 60. *per tot.* aliqua emergere possunt, non abs re erit, nonnulla pro corona de tractationis sententiarum attingere.

Dixi Regna plurima sub dominio Hispanici Regis 117
Catholici reperiri, quæ ita distinctim conservantur, ut quoad regimen idem sit, ac si sub diverso domino famularentur. Hac de causa Hispaniarum Reges clarissimi, Romanorum prudentiam superando, singularum gentium separata Concilia constituerunt: ut bene perpendit Adam. Cotzen. *polit. lib.* 7. *cap.* 13. §. 12. & plurimis laudatis D. Joan. Solorçan. *de jur. Indiar. lib.* 4. *cap.* 12. *à num.* 1. *tom.* 2. ob quod ea quæ in Castellæ Regio Concilio expediuntur, in Aragonum Regnis exequi minimè debent, nec possunt, & è contra, quæ in Aragonum supremo Senatu gerantur, subditos Castellæ minimè ligant in eo Regno. Non secus, ac si hodie permanerent Reges utriusque Regni, quod unus juberet, non haberet auctoritatem in Regno alterius, sic dum Rex unus, & idem est, quod expediri jubet per Concilium Castellæ, censetur tanquam Rex Castellæ imperasse, & in tantum, ut Rex Aragonum operatur, in quantum per Senatum specialem nostræ Coronæ aliquid fieri mandat. Optimè ad rem Suarez *de leg. lib.* 8. *cap.* 26. *num.* 5. Pereyra *decis. Portugal.* 2. *per tot.* præcipuè *num.* 2. 10. *&* 17. Bartol. *in l. si convenerit, §. si nuda, ff. de pignor. act.* Gregor. Lopez *in l.* 27. *tit.* 7. *par.* 1. *gloss.* 3. Guttierrez *lib.* 3. *practicar. quæst.* 17. *&* 18. *ex num.* 215. Bellug. *in specul. rub.* 11. §. *jam. supra, num.* 2. Peguer. *decis.* 66. *num.* 7. Carleval. *de jud. lib.* 1. *tit.* 1. *disput.* 2. *quæst.* 7. *sect.* 2. *num.* 829. Illustrissimus dominus Don Christophorus Crespi, Vicecancellarius nostræ Coronæ, inæstimabili laudum prædicatione extollendus, in doctissima allegatione, quam domino Rege permittente scripsit, pro Admittato Castellæ, in causa successionis Mar- 118
chionatus Dianæ, edita Valentiæ anno 1637. *part.* 2. *punct.* 5. *medio* 2. *num.* 93. *& seqq.* adeo, ut ad hoc, quod disponat Regium decretum, vel executioni deduci debeat per Cancellariam Supremi expediri debet, manuque Vicecancellarii, aut Regentis Cancellariam subscribi, quoad res justitiæ, ex *for.* 10. *&* 11. *si contr. jus aliq. impetr.* & quoad res gratiæ ex *privil.* 30. *Reg. Ferdinand. II.* quod jam à jure cautum erat, *l. universa, C. de divers. rescript. Authent. ut divina jussiones, collat.* 8. *Authent. de quæst. collat.* 6. tradunt Panormitan. *in cap. cum ordinem., num.* 2. *de rescript.* & Felin. *ibid.* Mieres *ad constit. Catalon. collat.* 8. *cap.* 1. *num.* 4. *& cap.* 2. *num.* 10. *& cap.* 3. *num.* 8. Olibanus *in usatic. alium namque, de jur. fisc. cap.* 4. *num.* 44. Sed nota, quòd hi Doctores loquuntur de literis justitiæ, sicut & constitutio Cataloniæ, ut benè declarat Olibanus *ibid.* non verò de literis gratiæ: sed apud nos ex *dict. privileg.* 30. *Reg. Ferdinand. II.* etiam ad res gratiosas dispositio extenditur, ut tradit Illustrissimus dominus Vicecancellarius *ubi proxim. medio* 3. *num.* 101. *& sequentibus.* Quæ quidem dispositio 119
comprehendit etiam Regium Senatum Ordinum Militarium, quoad bona Præceptoriarum, ex regula generali, quia sunt bona *de Realengo* ut dixi *tom.* 1. *cap.* 2. §. *num.* 44. *& seqq. & num.* 99. quoad Milites ratione Regaliæ cognitionis in exemptos, ut tradidi *suprà, cap.* 7. §. 1. *num.* 200. *& seqq.* ob quod decreta istius Concilii, & aliorum, ut executioni deducantur, fulciri, & confirmari solent per rescriptum sacri supremi Aragonum Concilii, quod apud nos dicitur *sobrecarta*: aliàs enim nequaquam admittuntur, nisi in quantum literarum requisitoriarum vim obtinent, sed rescripto nostri Supremi superaddito, cum jam Rex Aragonum jubere videatur, in literis contenta executioni demandantur.

Quod quidem intellige, dum literæ horum Concilio- 120
rum præceptivè aliquid disponere intendant, nam ex vi *dictorum formum*, nullius effectus esse censentur, etiamsi manu Principis subscriptæ reperiatur, adeo ut quoad res gubernationis politicæ, geminatis vicibus jussum extat Dominis Proregibus, ut decreta aliorum Concilio-

rum

liorum executioni non deducant ; quin noſtri Supremi Senatus auctoritas interveniat; nam quoad nos Supremi Aragoniæ Concilium curat de ſtatu, de bello, de juſtitia, de gratiis, de ærario, de rationibus Patrimonialium adminiſtrationum, de omnibus aliis rebus hujus Coronæ ; ob quod, defectu juriſdictionis cætera Concilia ſuprema in his Regnis aliquid decernere nequeunt;quod non ſolum non continet imperfectionem aliquam , nullùmve inconveniens eſſe poteſt , verùm ab exteris , & invidis nationibus in eo laudari , & commendari ſolet noſtrorum Regum gloria , & magnitudo , quòd pro ſingulis Regnis lectiſſimos graviſſimorum virorum Senatus apud ſe habeant , ut mira eruditione , & plurimis adductis Doctoribus totius literaturæ ; de more tradit Don Joan. Solorçano *dict. cap. 12. num. & ſeqq.* Si autem literæ requiſitoriæ, vel ſubſidiariæ ſint , adhibita cauſæ cognitione neceſſaria , executioni deducuntur juxta forales diſpoſitiones. Imò & in ipſis ; quæ cum reſcripto ſacri ſupremi Aragonum Concilii exhibentur , dognitio cauſæ adhibenda eſt ; nam reſcriptum Supremi non ſimpliciter jubet literas exequi, prout ſe habent , ſi enim hoc juberet : abſque dubio executio deducendum eſſet , tanquam decretum noſtri Superioris , vel potius Principis juxta *foros* expeditum, ſed mandare ſolet, quòd jus partibus impartiatur juxta *foros* , & juſtitiam ; quod quidem præceptum includit cauſæ cognitionem ſummariam ; nam aliàs jus , & juſtitia partibus miniſtrari
131 nequit. Ad cujus rei uberiorem declarationem duo exempla proponenda ſunt. Primum ſit literarum impetratarum à Regio Ordinum Senatu per Don Ludovicum Pardo de la Caſta , cui reſervata fuit penſio à noſtro Rege ſuper fructibus Præceptoriæ de Sagra en Cenete , Ordinis Divi Jacobi, quando eam contulit Mobili domino Don Ildefonſo à Calatahù in noſtro Senatu Regiminis; & Gratiæ conſtituto. Cum his enim reſcriptũ Supremi exhibitum fuit , & Regii Fiſci Advocatus,quod officium tunc gerebat Nobilis Don Franciſcus Eſcorcia , & Ladron , credebat juſſionem illam opponi Regaliæ cognoſcendi de perſonis , & rebus exemptorum ; ſed ab alia parte , Superioris literas debita veneratione colendo ; ad Nobilem , tunc Regii Fiſci Advocatum in noſtro Supremo , qui quidem erat dominus Don Michael Perez de Nueros , ſcripſit, dubium proponendo;qui quidem ex deliberatione Supremi reſpondit , quòd per reſcriptum , ſive *ſobrecarta* Supremi , non excluditur cauſæ cognitio juxta *foros* , & jura patriæ ; ut habetur in epiſtola manu illius ſcripta ſub datis diei 17 Maii 1654. quæ aſſervatur *in lib. 2. Regiar. epiſtolar. noſtri Concilii* Ob quod licet in literis Senatus Ordinum diceretur , quòd penſio ſolvenda erat à die gratiæ , ſive reſervationis fa-
132 ctæ per noſtrum Regem,cum dictus Don Ludovicus non ſit Ordinis divi Jacobi , incapax penſionis reperiebatur , uſquedum à ſummo Pontifice diſpenſationem obtinuiſſet ; nam Præceptoriæ Ordinum Militarium ſunt beneficia regularia , quæ conferri nequeunt aliis præterquam Militibus eorundem Ordinum reſpectivè; cæteri namque incapaces ſunt , *cap. nullus, de elect. in 6. Clement. 1. de ſupplend. Prælator. neglig. Clemen. 1. Paragr. ſane 2. de ſtat. Monachor. c. cum beneficium de Prebendis, in 6.* Tridentin. *ſeſſ. 14. c. 10. & ſeſſ. 25 cap. 21. de Regular.* Rebuffus *in prax. benefic. tit. de diſpenſ. cum reg. num. 2.* Navarr. *com. 4. Regulare n. 23.* Emmanuel Rodrignez *quæſt. Regular. tom. 1. quæſt. 34. n. 8.* Gonzalez *ad regul. 8. Cancel. gloſſ. 8. nu. 69.* Hieron. Rodr. *reſolut. 15. nu. 4.* Sanchez *Decalo. lib. 7. cap. 29. n. 29. & 30.* Barboſa *in collect. Concil. dict. ſeſſ. 14. cap. 10. de reform. num. 8.* Nicolaus Garcia *de beneficiis , 1. p. c. 4. n. 22.* Lambertin. *de jur. patron. 2. p lib. 1. quæſt. 7. art. 4. & 5.* Seraphin. *deciſ. 1165. num. 12. & 1305. num. 4. & 5.* Cavallerius *deciſ. 80. num. 1.* Mantica *deciſ. 67. nu. 1.* Caſtro Palao *tom. 2. tract. 13. punct. 3. Paragr. 3. n. 1. & ſeqq.* Penam *in recollect. per*
133 *Don Didacum Frances , deciſ. 443. n. 15. tom. 1.* Qui autem incapax eſt beneficii , pariter eſt incapax penſionis illius , Leſſius *de juſt. lib. 2. cap. 34. n. 203.* Navarrus *conſil. 11. n. 2. de tempor. ord. & conſil. 5. de filiis Presbyt. & conſil. 65. n. 5. de ſimonia* , Sanchez *de matrim. lib. 7. diſput. 44. n. 9. & lib. 2. Decalog. cap. 28.* Garcia *de beneficiis, 1. p. cap. 5. n. 119.* Zechius *de benefic. & penſion. cap. 11. n. 7.* Caſtro Palao *dict. tract. 13. diſput. 1. punct. 11. Paragr. 3. n. 5. in fin.* Lottet *de re beneficiar. lib. 1. quæſt. 36. n. 25.* Ob quod ſolum potuit adquirere penſionem à die diſpenſationis obtentæ à ſummo Pontifice ; & ſic fuit pronuntiatum , literas cum hac modificatione exequendo , ſententia , me referente , publicata , per Vincentium Eerrera R. M. Scribam *die 27. Menſis Aprilis , anni 1655.*

Secundum exemplum ſit literarum Regii Concilii 134
Belli , obtentarum per Nicolaum Amoreto Sabaudum ; ratione recuperationis navis trajectitiæ confiſcatæ per Ducem generalem claſſis Oceani , quam emerat Matthæus Roix civitatis Alonenſis, quæ exhibitæ fuere coram Bajulo Alonenſi , demumque reſcripto Supremi impetrato , & exhibito , cauſa fuit ad Senatum evocata , & mihi commiſſa ; in ea enim cognitio etiam adhibita fuit. Eo quod ex actis conſtabat , quod Nicolaus Amo- 135
reto dum appulliſſet ad litus maris Barchimonenſis, quando ipſa civitas obſidebatur , fuit detentus per Officiales dictæ Regiæ claſſis , ſub prætextu quod commeatum inimicis præſtabat , & more bellico condemnatus fuit ad certas pœnas , & navis cum mercimoniis , & inſtrumentis nauticis publicata. Supplicationem interpoſuit à ſententia condemnatoria , & eodem die præfatus Roix novem emerat ſub haſta , quam vendebat Fiſcus , tanquam bona confiſcata dicti Amoreto. Iſte appellationem , ſeu ſupplicationem in Regio belli Concilio introduxit , & proſequens eam cum Fiſco, obtinuit in gradu *viſta, & reviſta* (ut noſtrates aiunt) & literas executoriales reportavit , quibus requirebatur quicumque judicum , quòd conſtito de identitate navis; 136
dicto Amoreto reſtitueretur. De identitate illico apparuit , ſed apponebat præfatus Roix ſe à fiſco emiſſe , ſicque tutum remanere quoad omnes , juxta text. *inl. 1. & 2. C. de quadriennal. præſcrip.* & tradita per Peregrinum *de jur. fiſc. lib. 6. tit. de vendit. & empt. fiſcal. num. 17.* ſeque minimè ad cauſam vocatum fuiſſe , ob quod præfatæ ſententiæ ei nocere non poterant , tanquam res inter alios acta , *l. de unoquoque 47. l. ſæpe 63. ff. de re jud.* cum aliis adductis per Scaccíam *de re judic. gloſſ. 14. quæſt. 2. num. 9.* Sed nihilominus pronuntiatum fuit navim reſtituendam eſſe ; nam diſpoſitiõ *dict. l. 1. & 2.* limitatur ad caſum venditionis rei fiſcalis , ſive quam ipſe Fiſcus , ut propriam vendit , non autem extenditur ad caſum rei confiſcatæ , vel creditoris Fiſci, per eum venditæ , ut in præſenti ; ſicut docet idem Peregrinus *ibid. numer. 18.* Bartol. Bald. Angel. Salicet. Caſtrenſ. & Gloſſ. *in l. fin. Cod ſi adverſ. fiſcum* , Alexand. *conſil. 52. num. 5. & ſeqq. tom. 7.* Caldas Pereyra *de empt. & vendit. cap. 12. n. 19.* Barboſ. *de præſcript. trig. vel quadrag. annor. in l. 1. n. 52. & ſeqq.* Alfaro *de offic. fiſcal. gloſſ. 34. §. 1. de emp. & vendit. rei fiſcal. num. 19.* Larrea *allegat. fiſcal. 22. num. 66. tom. 1.* ob quod nequaquam tutum emptorem remanere 137
videbatur. Neque ex eo quòd non fuerat vocatus ad cauſam appellationis ; nam navim emerat appellatione interpoſita , ſub eodem die , ſignatura , & actis emptionis , & ſic emerat rem litigioſam ſcienter , quæ quidem tranſierat cum ſuo onere litigii ; & hoc in caſu , ſententia poterat exequi contra emptorem non vocatum ; textus *in l. 1. Paragr. ult. C. de litigioſ.* & ibi Bartol. & Salicet Caſtrenſ. *in l. quamquam , Paragr. 1. ff. de aq. plu. arcend.* Covarruv. *in pract. cap. 15. num. 7.* Mat. de Afflict. *in conſtit. Neapol. lib. 2. rub. 41. num. 10.* Paludan. *deciſ. Rot. 12.* Guid. Pap. *deciſ. 81.* Caqueran. *deciſ. 38. n. 7. & deciſ. 65. n. 4.* Gama *deciſ. 56.* Cavalcan. *deciſ. 16. n. 8. p. 1. & deciſ. 23.* 138
n. 115. part. 2. Mareſcotus *variar. lib. 1. cap. 86. num. 59.* Salgado *de Reg. protect. part. 4. cap. 8. n. 168.* Et pariter , quia ſententia, & executoriales quæ expediuntur con-

tra eum ; quem principaliter negotio tangit , aut cujus principaliter interest , & ad quem actio , vel defensio principaliter spectat , præjudicant successori , quem negotium secundariò , aut in cõsequentiam tangit, etiã non vocato , nec citato , invito, scienti,aut ignoranti,ipsique damnum generare certi juris est , cùm tunc lis tractetur cum legitimo contradictore , à quo , aliorum jus in ea re derivatur, aut oritur, text. *in l. 1. §. quãvis,vers. Denuntiare & vers. Denuntiari de vent. inspiciendo, l. ex contractu , ff. de re jud. l. si patroni , §. fin. & l. qui repudiatis, ff. ad Trebel. l. si ponas , in princip. ff. de inoff. test. l. de unoquoque , ff. de re judicat.* ubi celebris Glossa , & ibi Angel. Imola , & Alexand. Bartol. *in l. diem , ff. de aqua pluvia arcend.* Baldus *in l. nam ita divus , in princ. ff. de adopt.* Tiraquel. *de primog. q. 15. n. 17.* Molin. *de Hispanor. primog. lib. 4. c. 8. n. 3.* Σ 39 & *ibi* Addent. pluribus relatis ; pluribus etiam Salgad. *d. c. 8. n. 310. cum plurib. seqq.* Demum , quia emptor rei , quæ venditur virtute alicujus sententiæ , si sententia illa cum principali contradictore lata , cum ejusdem injunctione revocetur , nocet emptori , quia causa prima repræsentatur in secunda , in quam influit ; *l. licet , §. ea' obligatio , ff. de procurator.* Gravet. *consil. 131. num. 15. & consil. 144. n. 1. volum. 1.* Gonçales *in regul. de mens. alternæ. gloss. 31. n. 45.* Torreblanca *de jur. spirituali, l. b. 15. c. 13. n. 10.* Et sic , me referente , fuit decisum per Senatum, novem restituendam esse dicto Amoreto , sententia publicata per Felicem Moncò R. M. Scribam die 23. Januarii 1655. quæ fuit confirmata in alia Aula sub examine sapientissimi domini Joannis Arques Jover. Ex quibus inferre valebis , qualiter cognitio causæ in his adhibeatur : sed hæc potius ad civile judicium , quam ad criminale spectant. Quare calamum pono , dum civilium causarum Tertiæ partis nostri Tractatus materia coagulatur : faxit Deus , ut ita fauste, quod in communem utilitatem aliqualiter cedere possit.

§. X.

De exsecrando scelere patrato Anno 1648. in Cœnobio sancti Joachini oppidi de Payporta Regni Valentiæ , Ordinis Eremitarum Divi Augustini.

SUMMARIA.

1 *Præparatoria quædam ad rei gravitatem enarrandam Præmittuntur & n. 2. 5. & 6.*
3 *Factifacinorosi species proponitur.*
4 *Inquisitio in criminis Auctores deliberatur.*

1 PRius quam delictorum materiam ponamus , de mirabili , & detestando facinore , quod in nostro Regno patratum vidimus anno quadregesimo octavo hujus sæculi , aliqua describere operæ pretium duxi ; nam cum variè de eo verba fiant , non apud exteros tantum , verùm etiam apud nos ; non abs re erit , ut quæ vera sint memoriæ mandata remaneant , quamvis ad *forensem* interpretationem non spectent , cùm regiminis nostri non sint prorsus aliena. Dignum sane posteritatis autumo argumentum istud , ut sæculis futuris nota fiant , quanta apud nos inde originem sumpsere , quòve effectu Valentina pietas in præsumptos criminis reos insurrexerit. Arduum pariter credo narrationem instituere nefandæ atrocitatis , mysterioli criminis , mirandæ nequitiæ , à qua lues totius Regni verebatur condignè ; nisi ineffabilis pietas ipsius offensi (lacrymis fortè , quibus dolebatur commota) commutasset effectum , ut omen pœnæ cederet in auspicium præmii, & quando supplicium sperebatur herrendum , Provincia à grassatorum oppressione liberata , tranquillitatem obtinuit optatam. Hæc enim calamum fœlicitare demulcent , sed magnitudine assumpti compescunt , cum materiæ copia sermonis inopiam non modicam faciat , animo difficiliter hæc cuncta percipiente. Novum non est in opifice æterno criminibus hominum uti , ut plus ipse hominibus gratiæ suæ summam impartiatur , quippe qui cùm parcendo notus mortalibus fiat , minus parceret , si peccassent minus ; mortem enim nostram moriendo destruxit , ut vitam eripientibus daret, sic rapi passus ad tot rapinas , cædes , & crimina delendum.

His itaque mens non parum involvitur , sed amplius 2
ex eo , quod gesti hujus contextura , aliis diversissimis implicatur , quorum plura perpendenda , an silentio , vel memoriæ commendentur , sed quoniam obsequii , non electionis hæc sunt , breviter adnotatis quæ ad rem pertinent , cætera silentio pateant, vel prudentioris orationi remaneant

Feria tertia Hebdomadis majoris 7. Aprilis anni 1648. 3
ad crepusculum vespertinum , certior factus fuit Excellentissimus Dominus Eduardus Ferdinandus Alvarez de Toledo , Comes Oropesius , tunc hujus Regni clavum gubernans , quòd in Cœnobio sancti Joachimi , Ordinis Eremitarum sancti Augustini , oppidi de Payporta, ditionis Egregii quondam affinis nostri Comitis de Sinarças , sacra Eucharistia furto substracta erat , è sacello , in quo reservabatur , irreverenter dimissis pixide argentea, qua collocari consueverat , & vase olei infirmorum ibidem asservatis.

Facinus hoc ita animum illustrem agitavit , ut quem 4
nec Urbs altercationibus turbata , Provincia factionibus involuta , Regni confinia hostili apparatu oppressa , Regium epidemia vastatum , adeo , ut ipsius vita periclitaretur, turbare minimè potuerant ; huic adversitati resistere non valens , ad defectionem usque properantem aspiciebamus. Quod mirum non erat , nam zelus quem in pectore religiosissimè fovet , nec huic calamitati obstare sinebat , nec ei occurrere permittebat afflictio.

Sed ne Auctores immanitatis supplicio celarentur , in- 5
quisitioni patrati criminis vacare illico destinavit. At antequam narrationem aggrediar , Provinciæ statum delineare est necesse , nam gesta ardua non sine gravi antecedente contingunt, nec magna ædificia, absque correlativis fundamentis construuntur , aiente Nazianzeno *oration. 18. Divina sapientia magnarum rerum fundamenta multò antea jacit.*

Incredibilis videbitur , ut tunc videbatur , inter Ca- 6
tholicos subreptio sacratissimi Corporis Christi , totque temporis portiones inter varietatis ambages auctorum atrocitatis involvi , ita ut nec adhuc amissi thesauri notitia , angustia animi sublevaretur : quod amplius urgebat , dimissio vasorum argenti fuit,quæ avaritiæ objecta existebant ; ob quod mens cunctorum , impietati , vel dementiæ facinus irrogabat. Magna fuerunt antecedentia prælibata , majores subsequentiæ effectus ; sicque nostra oratio in tot sectionibus distributa , primam præviæ dispositioni dicabit ; secunda ea quæ ex actis inquisitionis resultant , miranda magis ex varietate , quàm ex verisimilitudine recensebit ; tertia verò affectus subsecutos summariè continebit:

SECTIO PRIMA.

Qua Regni status describitur.

SUMMARIA.

7 *Valentia ab antiquo factionum lue laborat.*
8 *Valentiæ amœnitas.*
9 *Factionum lamentabilis plaga.*
Fœlicitas est Vitiorum supplicii , ibid.
10 *Factionum origo qualis in hoc Regno.*
11. *Complexio est fons à quo dimanant animi perturbationes,*

12 *Complexio*

12 *Complexio Valentinorum iracunda, & melancholica.*
13 *Origo Valentinorum.*
14 *Leges aliqua apud nos nociva suspicantur.*
15 *Situs Valentiæ ad delinquendum oppertunus.*
16 *Ubertas Regni incentivum delinquendi.*
17 *Alienigenæ, & advenæ subvertunt bonos mores, & num.* 18.
19 *Belli proximitas recto regimini noxia.*
20 *Status Regni perturbatio rara, tempore inchoantis Regiminis triennii Ducis de Arcos.*
21 *Istius Excellentissimi Proregis justitia, & prudentia.*
22 *Crimen patratum per grassatores eo in tempore.*
23 *Punitio celerrima ipsius criminis, executioni statim deducta.*
24 *Punitionis istius Justitia commendatur.*
25 *Nefaria seditionis auctores sanguine luere debent quod committunt.*
Promptitudo in his necessaria, ibid.
26 Fori *Regni Valentiæ non fuerunt læsi, ex hac punitione.*
27 *Tria sunt vincula homines à malefaciendo asterrentia, religio, pudor, & pœna.*
28 *Misericordia non colebatur ut virtus ab Stoicis.*
29 *Misericordia quia, juxta eorum placita.*
30 *Divi Augustini sententia contra Stoicos pro misericordia.*
31 *Malitia accipientium virtutem commutat in vitium.*
Virtutes pro temporum forte in vitia vertuntur, ibid.
32 *Urbis erarii defectio anno* 1645.
Principis adventus, atque Curiarum solemnia, ibid.
33 *Comitis Oropesæ gubernium, ejusque auspicia.*
34 *Triplici cuneo se dicatum prospexit statim.*
35 *Prima grassatorum compressio, atque comitivarum persecutio.*
36 *Concio vocata ad subventionem erarii Urbis.*
37 *Insaculationis revocatio.*
38 *Ejusdem restituendæ controversia.*
39 *Persecutionis factionum progressus.*
40 *Clementia mitis imperium inchoantibus.*
41 *Desperatio venia ferocitatem augere solet.*
42 *Salvus conductus bannitis concessus.*
Indultus conditio, & Petri Jolvi defectio, atque contumacia, ibid.
43 *Jurati ad Regem legatio.*
44 *Ex malis minimum eligendum.*
45 *Legationis Jurati effectus, exitusve.*
46 *Contagionis in Urbe principium.*
47 *Medicorum de contagione perniciosa altercatio.*
48 *Hujus rei causa nociva.*
49 *Epidemia cognita in Urbe anno* 1647. *ad initium mensis Octobr.*
50 *Pestis quid ex Galeno.*
51 *Pestis causa juxta Physicorum ratiocinationem.*
52 *Remedia statim applicata.*
53 *Onopesæ Comitis vigilantia.*
54 *Atrocitas sontium vera causa epidemiæ.*
55 *Comitis Oropesæ, Senatusque nostri intrepida constantia.*
56 *Grex sine pastore, cacus sine duce.*
57 *Exemplum imperantis, obsequium auget obedientis.*
58 *Ratio ob quam ab Urbe non discessit.*
Dolor augetur per visum, ibid.
59 *Precautio in Urbe quomodo parabatur.*
60 *Concio sanitatis erecta.*
61 *Edicta de precautione publicata.*
62 *Comes Oropesæ pestè laboravit.*
63 *Præsidis periculum, totius Provinciæ exitium.*
64 *Senatus nostri vigilantia.*
65 *Auxilium divinum imploratum.*
Simulachrum Beatæ Mariæ de los Desamparados, *ad Regiam perductum, quo mediante brevissimè sanitatem obtinuit, ibid.*
66 *Simulachri festiva restitutio ad sacellum.*
67 *Præsulis Valentini finis lamentabilis.*
68 *Pestilentiæ morbi finis in urbe fuit vigilia criminis, atque principium epidemiæ totius Regni.*

IN hac Valentina Provincia ab initio factiones fuere, 7
non publicum statum civili discordia vastando, in Principis dominium conspiratione aliqua excogitata, sed inimicitias, odiáque privata fovendo; adeo ut *fori* plures, de hoc loquentes, lati reperiantur; & in alma Sede Metropolitana, statuto speciali cautum sit, quòd Canonici non accedentes ad eam præ timore factionum, quotidianas distributiones lucrentur; patet *in volum. constit. fol.* 24. unde quamquam fœliciſſima ab innata amœnitate reputetur, aiente Mariana *lib.* 10. *cap.* 4. *In Edetanis sita ad maris litus, locis irriguis, atque amœnissimis, proventu læta, commercio extrarearum gentium, & civium frequentia, atque elegantia peræquè nostra ætate, atque eo tempore nobilissima.* Calamitosa ab hac plaga ab omnibus censenda est. Benè Livius *lib.* 3. *Factionis erunt plurimis populis magis exitio, quàm bella externa, quàm fames, morbive, quæque in Deos iras, velut ultima publicorum malorum vertunt.* Fortè, nam abutitur fortuna sua, quia *habitus bonor insignis, est viaticum futuri supplicii*, S. Joan. Chrysostom. *in Psal.* 11. *vers.* 9. 8 9

Causam hujus damni nemo ex nostratibus, quos viderim exploraverat, nec alieni penè de nobis curant, quare indaganda venit. Sed mihi videtur, *complexio, origo, leges, situs, libertas, & societas.* 10

Complexio, sive temperamentum, est fons à quo animi perturbationes, cæterique affectus dimanant, probat Galenus, & eo laudato Octavius Branchifort. *de animi perturb. lib.* 1. *sect.* 6. *vers. Itaque*; imò ex quo omnes conjectarum rivuli derivantur, Honorat. Nicquetus *de Physiogn. hum. lib.* 1. *cap.* 10. Temperamentum igitur Valentinorum ex commixtione bilis (quam mutuantur ex influxu cœli, cum subsint Scorpioni, & Marti) & melancholiæ (protractæ ob origine Catalaunico, ex influxu Saturni ut tradunt Miedes *in gest. Reg. Jacob. I. lib.* 12. *cap.* 14. Escolano *lib.* 4 *cap.* 22. *num.* 1. Inclinat, ut plurimum ad iracundiam, suspicionem, vindictam, atque injuriarum impatientiam, cum aliquo excitamento invidiæ: Fran. Junct. *in specul. tom.* 1. *cap.* 6. & sic ad rixam proni evadunt, ut notat dominus Leon *decis.* 34. *num.* 22. *tom.* 1. 11 12

Ab *origine* hæreditatem similem delatam inveniunt, nam Urbs Valentiæ à Viriati militibus constructa, vel ampliata per Junium Brutum Consulem fuerat, ut dixi *cap.* 1. §. 2. *num.* 2. Et post depressionem Agarenorum, Catalaunis repleta, si creditur Marianæ *lib.* 12. *cap.* 19. *Nova Urbis indigenis, magna ex parte Catalaunis, ac fermè ex Gerunda, Tarracone, Dertusa.* Ex utroque enim propensio ad fovendas hostilitates mutuas profluere non impropriè potest. 13

Legibus id augeri videtur: quo pacto enim animus ad id proclivis serenari potest, ubi lege cavetur, quod homicidium, homicidio puniatur? hoc est, impunè consanguineos occisi; homicidam in rixa necare posse, ex *for.* 42. *de crimin.* ut dixi, *hoc c.* §. S. *n.* 38. 14

Situs, ad delinquendum opportunus, tum quia maritimus; maritimos enim Aulus Gell. *lib.* 15. *noct. Attic. cap.* 10. *Ferocissimos, & alienos ab humanitate* appellat. Undique confinia proxima reperiuntur, cum latitudo ultra duodecim leucas minimè extendatur, sicque ad fugam aptissima terra est. Ubi montes conspiciuntur, inaccessibilis censetur, ut Diago describit *lib.* 1. *cap.* 8. in planitie arborum pluralitate ad insidias parata, paludibus ad latendum prona, adeo, ut tota Provincia, ad fontium asilum destinata videatur. 15

Ubertas est nota, ut ex Mariana dixi *dict. cap.* 19. ibi: *Tanta rerum copia, ut patriæ oblivionem advenis inducere opinio sit.* Hæc civilium discordiarum causa censetur Lucius Florus *lib.* 3. *c.* 12. *Quæ enim alia res civiles furores peperit, quàm nimia felicitas?* Ex quo profluit, quòd in ripa Sucronis, quia fœcundior, implacabiles ferè discordias 16

experiantur,

experiamur, benè Petr. Gregor. Tolos. *de Repub. lib. 21. c. 5. num. 2.*

17 Societas denique, nam ùt ipse Mariana scribit, ab exteris frequentissimè colitur, & Valentini, *locorum vicinitate, & commercio vocabula magna ex parte, moresque mutamus.* Idem *lib. 1 cap. 5.* Exteri enim animos concitant, Aristotel. *lib. 5. politic. cap. 3. Quapropter quicunque inquilinos susceperint, vel advenas, omnes ferè seditionibus*

18 *factæi sunt.* Comprobat infallibiliter sacra Pagina Eccles. 11. *vers.* 36. *Admitte ad te alienigenam, & subvertet te in turbine, & alienabit te à tuis propriis.* Plura Besold. *politic. lib. 1. cap. 11. n. 19.* & novissimè P. Hier Salcedo *de regim. Prin. lib. 2. c. 15. n. 155.* cujus documenti effectus experientia testatur, tempore communitatum, ut scribit Viciana *in Chron. Vilem. 4. p.* & adhuc cernimus, extero rum delicta non semel reiterata.

19 Hæc omnia fovet belli propinquitas, nam leges cedunt strepitui armorum, Cassiodor. *lib. 1. epist. 12. Militaribus officiis assueti, civilitatem premere dicuntur armati, & ob hoc justitia carere despiciunt: dum, nescio quo pacto, assiduè dimicantibus, difficilè est mortem custodire mansuetam.*

20 Hinc ortum habuit tranquillitatis Regni perturbatio, tempore adventus Excellentissimi domini Ducis de Arcos, ad finem anni 1642. quæ adeo incrementa desumpserat, ut grassatorum ferocitate Urbs ipsa perterrita portas sine satellitio aperire verebatur.

21 Illico vigilantissimus Prorex premere eorum audaciam destinavit, quod pulchrè obtinuit in die festi Epiphaniæ subsequentis; nam cum ad Cœnobium Divi Martyris Vincentii, Ordinis Cistercienſis, extra mœnia constructum (quo celebrabatur solennitas illa, quam nostrates *Porrat*, vocant) aliqui Banniti, publicè accederent, in Satellites qui eos apprehendere intentarunt,

22 plures scloperorum ictus immisere. Properabat & Præses ad concursum, & cum obviam reperiret Nobilem dominum Don Michaelem Vives, tunc Bajuli generalis Assessorem, posteaque in albo Senatus conscriptum quamquam ad ipsius munus hæc non pertinerent,

23 aliquem ex sontibus capere mandavit. Apprehendit unum, vulnere designatum ex conflictu, quem illico strangulari ab uno ex mœniis portæ proximioris ipsius Urbis imperavit: & licet, me teste, *forum* dispositiones proposuit, ne sine causæ cognitione pœna capitalis imponeretur, necessitate præcepti ductus, mandatum ad executionem deduxit.

24 Fuit hoc decretum justum, & utile; justum, nam civilis doctrinæ Præceptores in similibus, ita procedendum docent, Livius *lib. 28. Nefariæ seditionis auctores sanguine*

25 *luant, quod admiserunt:* aliter enim his subveniri est impossibile, Tacitus *lib. 4. Annal. Neque aliud gliscentis discordiæ remedium, quam si unus, alterve, maximè prompti subverterentur.*

26 Neque *fori* adversabantur, juxta *privilegium* 84. §. *si autem coram, domini Reg. Jacob. II.* Sicque in terminis docuerat doctissimus Valentinus Petrus Belluga *in Specul. Princip. rub. 11. §. compendiosè, num. 11.* his verbis, *Pone exemplum, homo occisus in Curia præsente Officiali in ejus neglectum; vel in Ecclesia, coram toto populo; vel in concione, vel in seditione, & timetur forsan scandalum; nam his casibus, & aliis similibus, si Judex omittat facere processum secundum limites fororum, vel constitutionum, dum tamen de veritate sibi ut Judici constet, non dicitur ex tali transgressione gravare. Iste est casus singularis in l. si quis filio, §. hic autem. vers. quod tamen, ff. de injust. rupt. & notat Innocentius in cap. 1. de constitut. & ideo dicit Baldus in l. observare, §. præsisci, ff. de offic. Proconf. quod ex tali transgressione non debet syndicari.* Quod utique in *Alterum* Principis cum facultate Legati à Latere procedere sine dubio debet; nam Belluga non de Principe, aut ejus locum gerente, sed de Ordinario hæc, ut vera firmavit.

27 Vetilitas ingens apparuit, nam cum *tria sint vincula quæ homines à male faciendo deterreant, religio, pudor, & pœna: ultimum, quod legibus imponitur, firmius est cæteris duobus.* Hippol. à Collib. *in Aulico politico, propos. 135.* Hæc de causa Banniti, supplicio socii perterriti, obsequio exinde dicati fuere. Tacit. 4. *histor. Dum mali pavent, optimè quisque jussis parere,* omnia arbitrio ipsius Domini relinquendo, tam respectu reconciliandi animos ipsarum factionum, quàm conditionis futuri indultus, quem supplices postulabant. Ita facilè obtinuerunt, quod inserviendo in arce Derrusæ per annum, contectorum criminum pœnæ condonarentur.

Similium inductorum concessio denegata non fuit 28
cæteris comitivis, licet conditione leviori; quia ratione quamvis incendium extinctum omnino dici non possit, pecatum extrinsecus videbatur. Ajebant Stoici misericordiam virtutem non esse, Seneca *de clementia, lib. 2. cap. 4. Ad rem pertinet quærere hoc loco, quid sit misericordia, plerique enim, ut virtutem eam laudant, & bonum hominem vocant misericordem; hæc autem vitium animi est.* Et non solum vitium, sed deliquium, atque ægritudo, 29
Nemesius *lib. de anima, cap. 19. Ægritudinis animi species sunt quatuor, stupor molestia, invidia, misericordia.* Quod utique tenacius afferent, si experimentà nociva apud nos, ex misericordia præfata percepissent.

Divus Augustinus hanc opinationem reprobat *lib. de* 30
moribus Eccles. cap. 27. Stoici (inquit) *cum Misericordiam, quasi vitium devitant, quia officio satis moveri nequeunt, sic nec perturbatione commoventur: congelascunt potius rigore inhumanitatis, quam rationis tranquillitate serenantur.* Prosequitur Branchifor. *de animi perturbat. lib. 4 section. 3. ad fin.* Virtutem esse nemo ambigit, sed malitia eorum, 31
quibus tribuebatur, effectus virtutis commutavit; nisi dicamus ex angustia temporum provenire, aiente Barclayo, *in Argenide lib. 1. Eosdem affectus, pro temporum sorte, nunc virtutes esse, nunc vitia.*

Amisso punitionis horrore, laxatisque pudoris ha- 32
benis, quando Dux Provinciæ regimen demisit, cœperunt ipsimet submoveri crudeliori apparatu; simulque Urbis ærarium defectionem pari compertum fuit, extincta prorsus tabulæ nummulariæ pecunia, Pervenit porrò Catholicus noster Princeps ad celebrandam Curiam regnicolis, & cum scopus illius esset consecutio doni ad proximum bellum, quod præcipuè vigebat; eo obtento ad Aulam velociter migravit, gravissimarum curarum universæ Monarchiæ necessitate compulsus.

Eisdem temporibus appulit dominus Comes Orope- 33
sius, ad regimen Regni subeundum, illicóque agnovit se triplici præcipuè curæ obnoxium reperiri Prima, & præcipua Regni defensio à Gallica hostilitate imminente. Secunda factionum resurgentium depressio. Tertia, 34
ærarii Civitatis medela. Dicavit se primùm primæ, conando quód executioni deduceretur oblatum in Curia; & quamvis non paucis obstaculis emergentibus, executionem consecutus fuit: ut secundæ incumbere posset, quando commitivæ commoveri cœperunt, duobus satellitum cohortibus statutis, eos persequi, tot Togatis Ministris mandavit, pragmaticisque sanctionibus pœ- 35
nas acerbissimas indixit incedentibus armatis per campaneam, ac illis opem quoquo modo præstantibus. Et ut tertia satisfacta maneret, concionem selectorum virorum ex Togatis, Regiis Administris, Patriciisque vocavit, quâ via subveniendi indigentiæ ærarii requireretur. Sed tam ipse, quam concio, non tarde cognovit, dolo 36
res laborantis, non modo nullis foveri remediis, verùm dulcibus insuper ali venenis, nam qui de ea curare debebant, mentem illius affuefacere morbo intentabant, non liberare.

Concilium generale Urbis, de quo *tom. 1. cap. 4. §. 3.* 37
credebat ægritudinem provenire à privilegio Insaculationis perpetuæ, ad officia præcipua illius, quare ex concordi suffragantium animo, hoc precibus Catholicæ Majestati humiliter exposuit. Obtinuit sanè, nam

pias

pias aures accommodat, querelas subditorum benignè suscipiendo: & quamquam in litem deductum fuit, an id fieri posset, eo quod in vim contractus concessio facta apparebat, mediante pecuniæ oblatione, cum adesset consensus alterius pacisscentis, qui id ipsum exoptabat; definitum in Supremo fuit, revocationem concessionis ratam fuisse. Quo peracto, electio Juratorum anni 1646. perfecta fuit juxta foralem dispositionem.

38 Ex hoc profluit non levior contentio, nam Conciliarii noviter electi, conqueri cœperunt, gravamen illatum Urbi fuisse, ratione contractus, & confirmationis privilegii Curiæ generalis recentis. Non aberat factionum influxus, quo omnia ad subversionem appropinquabant. Eodem fermè tempore salvus conductus uni ex comitivis concessus fuit, & potestas ad aliam persequendam, ductore superaddito ex Regiis administris cum aliquibus de familia.

39 Fœlix initiù, fœliciores progressus inaugurabat, captis aliquibus ex sotibus cotrariæ factionis, & inter eos Coriphæo ejusdem; sed infaustè auspicia vastavit turbulenta immanitas aliquorum, eo nequiter interempto, postquam manibus familiæ exceptus reperiebatur. Hucusque pacata apparebant cuncta in Sucronis ripa; sed eo tempore miscuit omnia Antonii Espinòs audacia, nece cujusdam insidiosè patrata: qua de causa factiones ibi repullulare incipiebant atque comitivè componi, quæ porrò cum proximioribus Urbis (quas *de la horta de Valencia* nuncupabant) coadunaræ fuerunt; nec non cum antiquis montuosæ Regni plagæ ex quibus jam Petrus Andres famosus bannitus, captus ad patibulum parabatur.

40 Decreverat noster Prorex has compescere leviori medela, ut justitia crederet clementiæ, nam audierat Tacitum dicentem *lib. 4. histor. Novum imperium inchoantibus, utilem esse clementiæ famam*, & Lucanum, *lib. 8. Pharsal.*

Nil pudet assuetos sceptris, nitidissima fors est
Regnorum sub Rege nova.

Latè P. Marquez *in Gubern. Christ. lib. 2. cap. 5. medium*: signanter animadverso, quòd desperatio ferocitatem auget, Tacit. *eod. lib. 4. Quo minore spe veniet, cresceret vinculum sceleris* Sicque cunctis utriusque factionis bannitis convocatis, concessit salvum conductum, sub conditione, quòd nemo Urbem ingredi posset. Primus qui legem transgressus est, ex comitiva Petri Jolvi, jam capitali supplicio damnatus, pœnas in patibulo dedit. Hinc desumpsit prætextum ipse Jolvi, ad defectionem fidei; nam promiserat per annum servire in castris Italiæ, si indultus ei concederetur. Fides ei in omnibus servata fuit, sed ob id ipsum in navim ascendere
41 recusavit. Seneca *in Oedip.*

Aditum nocendi perfido præstat fides.

Dimidium comitivæ ipsum sequebatur; sed contrariæ omnes paruerunt, medio quo duo illius conditionis pariter transgressores, qui ad Crucem destinabantur, veniam assecuti fuere.

43 Interim Concilium generale Urbis, restituendam insaculationem occultis artibus procurabat, congregatòque ad electionem Judicum ordinariorum ad annum 1647. die 22. Decembris antecedentis, larvam ponendo eam facere distulit, statuto quòd nequaquam concio dissolveretur, quin insaculationem restitutam cerneret.

44 Permansit diu, noctúque, etiamsi unus ex Juratis, cum gravissimo ærarii extenuati dispendio, ad Aulam Principis progressus fuerat, à quo non abfuit Comitis animus, quia eo in casu maluit dispendium tolerare, quàm quietem Urbis periculo exponi, bene Tacitus: *Quoties fortuna contradiceret, salutì consuluisse.*

45 Juratus in Regia auditus non fuit, quin Concilii concio dissolveretur, cóque obtemperante, & visa Majestate, omnia pacata remanserunt; vox enim Majestatis, & vultus iras removet, serenitatemque animis affert. Concessit noviter insaculationem sanioribus legibus, quo perfecto ad lares remeavit, & eo tempore unus ex Regiis Senatoribus ad persequendas comitivas ripæ Sucronis, ac montaneatum, atque Gubernationis Orcelis; ab ipso Comite fuit cum ingenti satellitum numero missus.

Non diu discurrere per Urbem cœpit morbus pessimæ 46
qualitatis, qui per contágionem facillimè communicabatur: brevique periodo plures interimebat. Fertur initium ab oppido de Ruçafa (distat ab Urbe, quantum jactus est lapidis) perveniisse, sed nondum satis exploratum: nam aliqui originem Gradui maritimo irrogant, non sine fundamento.

Jurati vigilanter investigabant, an morbus commu- 47
nis, vel epidemialis esset; sed Medici, quos consuluerant, affirmarunt impossibile videri, ratione occurrentis constitutionis calidæ, ac siccæ; quæstionéque de nomine inter ipsos agitata, morbi vires incrementum sumebant, sine medela, neque præcautione. Hoc præcepto, Dominus Prorex cunctos Urbis Medicos congregari jussit in Regia, ut coram ipso quæstio decideretur, adstantibus etiam Domino Proregenti, duobus Senatoribus, Gerente vices Gubernatoris, & duobus Juratis.

Decanus Medicorum sententiam protulit, tenendo 48
pestilentialem morbum Urbem vexare, plurimis eruditis rationibus, & gravissimis auctoritatibus suffultam. Eam proximior impugnavit (nam inter ipsos pertinax opinionum contrarietas ab antiquo reperiebatur, non levior illà, quam Cardanus, in libris contradicentium Medicorum, componere procuraverat, de qua Tiraquel. *de Nobilit. cap. 31. num. 446.*) quem secuta fuit major differentium pars, asserendo epidemiam non esse, nec posse; sed constitutionem malignam, ob quod supervacaneam affirmabant discretionem ægrorantium à sanis. O fatalis Medicorum dissentio! ô miseranda mortalium lues! ô Reipublicæ pestifera ruina! per quam, & salutem communem periclitantem lugemus, ac ipsorum Physicorum doctrinam despicimus. Eleganter ad rem Cassiodorus *lib. 6. epist. 9. Deponite* (inquit) *medendi artifices noxias ægrotantium contentiones: ut cum vobis non vultis cedere, inventa vestra invicem videamini dissipare.* Quibus adderem ego: *& vitam Valentinorum crudeliter perdere.* His altercationibus pernicioſis lapsus fuit mensis Septembris anni 1647. sed ad initium Octobris ægritudo ingenter invaluit, ob quod ad concionem iterum invocati fuere. Non 49
per hoc pertinacia dimissa, quamquam in disputando, negativæ opinationis sequaces jam constitutiones pestilentis nomine utebantur. Quibus apertum fuit, pestem effectivè esse, aientibus ex Galenio 1. *epidemior. in præfat. & 1. annot. com. 9. Morbos multos uno tempore fieri, quos, si pernicioſi fuerint, pestem appellant.* Et 3. epidemior part. 3. & com. 20. *Neque enim certi est morbi nomen vulgare, vel pestilens. Cæterum quicunque uno in loco multos simul invaserit, vulgaris vocatur; qui si simul hoc habeat, ut multos perimat, pestis sit.* Quem Urbs patiebatur multos simul invadebat, plurimos etiam necabat, sicque ex suppositione ipsorum, 50
requisita ad pestem habere dignoscebatur.

Causa hujus rei variè inter omnes jactabatur. Quidam dicebant, ab intemperie ficcitatis, atque coloris oriri; sed opponebantur, similibus qualitatibus putredinem gig non posse, neque corruptionem nutriri, quæ in cau sunt, ut pestis insurgat. Alii affirmabant origine habuisse in oppido de Ruçafa, cui est situs inter paludes, rivulòsque aquæ immundissimæ, & philosophabantur, quòd siccitas acuit omnes qualitates, & colore supervenient per siccitatem acuto faciliter corruptionem eo in loco ex sordibus resultare potuisse. Sed in contrarium urgebat, quòd ab incunabulis oppidum hanc firmam obtinet, & aliis temporibus siccioribus, calidioribusve nequaquam talis corruptio comprobata fuit. Alii alimentis nocivis hæc tribuebant, eo quòd à principio pauperes erant quicumque patiebantur, perperidebaturque panem pessimæ conditionis edisse, vinumque plurimis nocivis.

52 civis mixturis potasse. Ut huic damno succurreretur, comprobatum fuit, panem venalem, cui pernicies tribuebatur, mediocris conditionis esse, quo non obstante Jurati (ad quos de more spectat) curarunt, quòd ab omni suspicione alienus conficeretur. Ad experientiam mixturarum vini personaliter vigilantissimus Prorex diversoria, juratis comitantibus, visitavit, & peritis adhibitis, quidquid suspectum inveniebatur, protinus effundi imperabat. Si enim Præsidi Solis attributum convenire est compertum, fas erit dicere cum Plinio *in panegyr. ad Trajan. Velocissimi syderis more omnia invisere, omnia audire, & undecunque invocatum, statim voluit numen adesse, & adsistere.* 53 Sol enim non cœli imperium amittit, quamvis inferiora pari passu, ac elevata suo lumine mirabili modo perlustret, nec in æthere sedem ponit, quamquam in terris impura pariter, ac sublimia illuminare assuescat. Ita pariter nec amplitudo personæ, sanguinis muneriscvè gloria, aliquid indecoris desumpsit, etiamsi humaniter humiliora loca visitaverit, imò ex hoc augetur splendidè, nam officii concrediti pensionem solverat, propriæque obligationis debitum impenderat. Alii denique aiebant, ab Africa pestem advectam, inter merces cujusdam navis, quæ ad oram maritimam mensibus retrò lapsis appulerat. Instrumenta hæc esse possunt, sed causam meo quidem animo, superiori impulsui tribuendam credendum est

54 Aderat Regnum grassatorum factionibus plenum, sanguinis undique effusus ad cœlum vocem extollebat; crudeliores feris homines ad invicem trucidabantur, ita ut cum Juvenal. *satyr.* 15. exclamari posset.

Sed jam serpentum major concordia: parcit
Cognatis maculis similis fera: Quando leoni
Fortior eripuit vitam leo? quo nemore unquam
Expiravit aper majoris dentibus apri?
Indica Tigris agit rabida cum Tigride pacem
Perpetuam: sævis inter se convenit Ursis,
Ast homini ferrum letbale incude nefanda
Produxisse parum est, cum rastra, & falcula tantum,
Assueti coquere, & marris ac vomere lassi,
Nescierint primi gladios excudere fabri.

Vindicta barbarè diffundebatur, per cuncta ferè oppida Regni divagando. Hæc causa præcipua morbi fuit aiente Gregorio Magno: *Ne si quod credimus, divinæ ultionis iracundia sceleratorum fuerit actione commota, bellum, pestis interimat, quos delinquentes ad rectitudinis viam Dei præcepta non revocant.*

55 Damno prægnito, plures ab Urbe discedebant saluti consulendo, sed inaniter, nam quos divinæ justitiæ satellites quærebant, in nemore, in antris longinquis pestilentis morbi acerbitatem luxerunt. Noster Prorex ambigebat, an progredi præstaret, an hærere; exempla antecessorum progressum cum Senatu suadebant; periculum Urbis præsentiam Præsidis, & Concilii exoptabat,

56 in hanc Senatus sententiam inclinatus, cum salutis propriæ dispendio, eam prudentissimus Præses sequi destinavit, credens cum Divo Athanasio *epist.* 1. *Perinde esse gregem a'esse à Pastore, ac cæcum duce carere.* Quamquam enim inferioribus Magistratibus cura Reipublicæ committi potuit, præsentiam sui necessariam habuit, ut in re tam ardua, sicut est curare de ægrotis, cæteri parerent, ratus alioquin non posse assequi Claud.

57 *In commune jubes, si quid censesve tenendum,*
Prima jussa subi, tunc observantior æqui,
Fit populus, nec ferre vetat, cum viderit ipsum
Auctorem parere sibi.

Livius *lib* 26. *Si quid injungere inferiori velis, id prius si in te statueris, facilius obedientes habeas.* Quint. Curt. *histor.*

58 *lib.* 8. *Nemine detrectante munus, quod Rex occupasset.* Rex ardua nimis, imperanda erat; cum vita amabilior cæteris bonis sit, & hæc pro proximorum salute exponenda esset; at proprium periculum negligendo, vita pro subditorum incolumitate sacravit. Quod Deo placuisse est apertum; nam nullus ex Regiis Administratis, urbicanisque Magistratibus, morbo periit, quamquam quisque ad munus spectantia gerebat non secus ac si Urbs sanitate repleta esset.

Præcautio parata fuerat, Xenodochia tot statuendo, 59
quot necessaria visa extitere, ad ægrotos curandos, Medicus, Chirurgus, Sacerdósque, ad unumquodque destinati, & cum servitores deficerent, piissimè omnium Religionum professores vitam periculo consecrarunt. Immunditiæ avellendæ cura, mortuorum humandi occupatio, supellectilium contagione infectarum combustio, domorumque perfecta purgatio, miro ordine distributa; ad quæ exequenda, congregatio sanitatis erecta 60
fuit, & ad eam invitati per urbem fuere, utrique Præsides, & Regius, & Pontificius, Senatores, Regiique Officiales, Canonici, Jurati, ac de Patriciorum genere nonnulli, quibus omnibus data fuit potestas erogandi ab ærario quidquid ad sanitatem opus esset impendere; promulgata fuerunt edicta, quibus pœnis prohibebatur quidquid in præcautionis pernicié tendere judicatum fuit.

Jamiam ad declinationem tendebat, cum subito ad 61
verticem perveniisse conspeximus, eodem morbo laborante Domino Prorege, quod notum fuit die 29. Novembris, hora nona nocturna. Oppressit animos instantis 62
periculi atrocitas, nam proregem periclitari, totius Regni exitum innuebat. Optimè Seneca *lib.* 1. *de clement.* 63
cap. 4. *Nihil, ipsa per se futura* (Provincia) *nisi anus, & præda, si mens illa Imperii subtraheretur.* Senatus congregatus dolebat futuram cladem, quam Medici proximam augurabant: celeriterque ad Principem misit nuntium, cum epistolis exprimentibus noviratem acerbam. Interim ad cœlestia auxilia imploranda animum convertere studuit, sicque omnibus Ecclesiasticis Communitatibus in- 64
dixit, quòd pro Præsidis salute preces devotas effunderent; atque prudentissimum Antistitem D. F. Isidorum Aliaga deprecatus est, quòd simulacrum Deiparæ sub invocatione *de los Desamparados*. ad cubiculum laborantis perduci sineret. Annuit utique, & sequenti nocte translato, tali patrocinio, medelam Præsidis, & Urbis consequuti fuimus.

Mirandam Virginis Matris Imaginem ad Sacellum 65
restituere tenebatur Senatus, & in gratitudinis signum solemnitatem dicare deliberavit in die vigiliæ Immaculatæ Conceptionis ejusdem; nam simulachro piissimæ Mariæ in Capella Regia ad aram collocato, sacra celebrata solemniter fuere. R. P. M. Fr. Melchiore de los Reyes Faxardo, eleganter, atque pererudité concionante. Vespere verò processio solemnis instituta fuit, cunctarum Parochialium Cleris more solito præuntibus, & Senatoribus, devotè subsequentibus ad sacram ædem restitutum fuit, tympanis, ac turbis alacriter clangentibus, atque tormentis æneis arcis Valentinæ stupentibus, nova lætitia animos aspicientium implevit, adeo ut post tot tristium cogitationum, atque eventuum miserandos effectus, aurora futuræ alacritatis surrexerit, confirmato sequenti die sanitatis insigni, rore cœlesti, copiosa pluvia terram irrigante.

At lætitia non diu permansit, turbata quippe fuit; 67
nam Præsul noster mitissimus, atque vigilantissimus ultimum diem clausit, cum eadem animi tranquillitate, cum eadem frontis lætitia, cum eadem loquelæ dulcedine, ac sedem per tot annos gubernarat, jam totius Hispaniæ inter Pontifices Decanus. Illius prudentia satis apud Principem comendata, qui meritissimè ipsum evexerat ad supremum status Senatum, qui est culmen dignitatis conspicuum. Doctrina per se cunctis nota, morum integritas tot annorum cursibus comprobata nemini innotescit, sed lenitas, ac suavitas inter cæteras virtutes eximias semper refulsit, non sine utilitate gregis, cujus Pastor studiosissimus fuit, nam ut cecinit Claudianus.

Lenè fluit Nilus, sed cunctis amnibus extat
Utilior. nullas confessus murmure vires.

Epidemia ab urbe discedente per Regni oppida divaga- 68

si crudeliter cœpit, sed id observatum communiter fuit, quòd utplurimùm eis in locis acrius urgebat, in quibus atrocior factionum rabies fovebatur. Dum enim Civitas lustrabatur, puritati per singulas domos consulendo, plurima loca infecta dolebantur. Ita ut finis contagionis in Urbe, fuit simul vigilia execrandi sceleris, & initium pestis totius Provinciæ.(†)

SECTIO SECUNDA.

Qua inquisitionis substantia traditur.

SUMMARIA.

69 *Corpus delicti.*
70 *Testium depositiones, & num. seqq.*
73 *Christophori Garcia, Oblati ipsius Cœnobii primum examen, & num. 74. 75. & 76.*
77 *Oblati tortura tanquam domestico illata, & nu. 78.*
79 *Præmia detegentibus oblata.*
80 *Oblati secundum examen, & num. seqq.*
83 *Pleraque experta fuerunt ad comprobationem dictorum,*
84 *Diacus Martinez de crimine infamatus suspicatur.*
85 *Petrus Jolvi sequenti criminis die, properavit ad oppidum de Payporta.*
86 *Comprobatio dicti ejusdem Oblati in tortura.*
87 *Fratris Nicolai Rodriguez qui in Cœnobio solus aderat tempore furti, dictum, & num. seqq.*
90 *Petrus Jolvi cum sociis nocte furtum antecedente recubuit in oppido del Rafol, distante mille passus à Cœnobio, & num. 91.*
92 *Oblati tertium examen, sed jam tanquam reus examinabatur, & num. 93.*
94 *Oblatus, & Petrus Jolvi accusati de crimine fuerunt.*
95 *Domesticus præsumitur delictum patrasse.*
96 *Conscientia formidabilis testis qui semper accusat.*
97 *Mala physiognomia inquisiti indicium facit, & n. 98.*
99 *Matthia Pons dicti detegens plurima sub salvo conductu.*
100 *Censurarum aggravatio.*
101 *Communis credulitas gravissimorum virorum in Bannitos.*
Causa credulitatis communis, ibid.
102 *Contestantes de furto in Petrum Jolvi, & socios, & num. sequentibus.*
105 *Probatio resultans ex dictis testium deponentium de visu.*
106 *Probatio contra Iosephum Prats.*
107 *Comprobatio confessionis Iosephi Prats.*
108 *Iosephus Prats, ut reus examinatur.*
109 *Matthias Pons convictus de mendacio, & num. 112. & sequentibus.*
110 *Iosephus Prats accusatus de crimine principali.*
111 *Petrus Iolvi captus, & interemptus.*
117 *Confrontatio sociorum Petri Iolvi cum Matthia Pons.*
119 *Matthias Pons salvo conductu privatus, ob testimonium falsum.*
120 *Matthias Pons, ut reus examinatus.*
Matthias Pons confessus fuit se falsò deposuisse in Petrum Iolvi, & alios, ibid.
121 *Matthias Pons accusatus, & condemnatus.*
122 *Executio sententiæ in Matthiam Pons eodem die quo crimen patratum.*
123 *Petrus Chiva testis alius de visu aufugit, nec adhuc apparuit.*
124 *Comprobatio falsitatis ipsius.*
Baptista Muria decessit sua dispositione non revocata, ibid.
125 *Michaël Zafont miserabiliter vita functus in patibulo.*
136 *Veritas criminis detecta, sed non publicata.*

69 PErcepta semel atrocitate nefanda, Dominus Gomes jussit Senatoribus Aulæ criminalis, quod protinus ad locum patrati criminis properarent, ut inquisitioni opera daretur. Properavimus illicò Nobilis dominus Don Franciscus Bono, Equestris Ordinis Beatæ Mariæ de Montesa, cui tanquam Decano Senatus incumbi voluit officium Regentis, Magnificus Jacobus Garcia, & Nobilis Don Braulius Esteve, Senatores disertissimi; & Ego, qui tunc munus Fisci patroni gerebam. Aderat jam Ecclesiasticus Ordinarius, qui pariter pro sua jurisdictione inquisitioni vacabat. Ostiolum sacelli, quo Salvatoris mundi effigies depicta cernebatur, fractum violenter conspeximus, & quinquè inæqualibus sectionibus divisum: sed vestigia ictuum in tabula fracta immunitatem percussoris suadebant, cujus manus non stitit ad conspectum Imaginis Domini; incastraturæ, quibus tabula ipsa innixa erat, immaculatæ, vel intactæ apparebant; quamvis enim coloribus tinctæ reperiè fuerunt, & sic faciliores ad vitium percussionis, intactæ ut dixi, erant. Pixis argentea, qua custodiebatur Sacramentum, intus sacellum inventa à nobis fuit; quam Frater Nicolaus Rodriguez Presbyter aperuit, ibique reperta fuit particula quædam magnitudinis quintæ partis unius formæ, ex iis quibus fidelibus Eucharistia communicatur, modo triangulari, curvarum linearum, unde ex angulis diminuto, secta, similis sequenti figuræ,



quam dixit repertam fuisse ab ipso ad calcem ipsius aræ solo prætermissa, inter vasa argentea, tam Eucharistiæ dicata, quàm sacro infirmorum oleo destinata, ut patet in actis fol. 1. & 2.

Primus testis examinatus fuit Josephus Cots, Centurio peditum annorum 26. qui deposuit se adfuisse in Templo Cœnobii, tempore quo particula fuit humi reperta, sed vasa Eucharistiæ, & olei super aram jam erant, simul cum fractionibus ostioli; & quod particulæ inventio resultavit ex eo, quod plures congregati in Templo præ multitudine irreverenter agitarentur, & cum testis ipsos corrigere conatus esset, responderunt non esse jam ibi sacram Eucharistiam, eo quod subrepta plorabatur, & cum testis replicasset, potuisse remanere particulam, tunc quærere per sacellum cœperunt, & reperta fuit (ut dixi) sed testis adnotavit non casu fractam apparere, sed forcipe sectam, eo pacto quo fragmenta resultant, quando formæ ad ministrandum orbiculari figura scinduntur; séque publicè audivisse, Oblatum Cœnobio famulantem, nomine Christophorum, criminis conscium esse, & quod quando ad tumultum (ut vulgus infit *arrebato*) cimbalum clangebatur, fuga arrepta, Oblatus ipse evadere manus persequentium intentaverat, sed jam captus rogabat; *Quod testes illi essent se asparraga quærendo inventum fuisse*, apud acta processus fol. 3. 70

Franciscus Albors agricola, ætatis annorum 35. depo- 71
suit se agrum coluisse, proximum Cœnobio eo die, & hora tertia vespertina audivisse cymbalum ad tumultum elatum; & cum accederet Joannes Candel, ipsum certiorem fecit de sacrilego furto; qui statim properavit ad Templum, in quo jam Judex ordinarius oppidi de Payporta aderat, cum eodem Fratre Nicolao, qui asseruit deesse ex pixide quatuor formas consecratas, nempe unam ex majoribus, quibus sacra celebrantur, & tres ex minoribus, quas omnes ipse consecrarat Dominica in Palmis præcedente, & quòd ex communi credulitate facinus hoc Bannitis imputabatur, ut in tutamen ipsorum secum Eucharistiam deferrent, nam furandi animus aberat, eo quòd vasa argentea prætermissa fuerunt; qui testis è Templo exivit, & audito clamore, quo dicebatur, *illuc properat*, sive idiomate vernaculo, *per allà va*, secutus fuit clamantes, & milliari ferè decur-

curſo, vidit apprehenſum jam prælibatum Chriſtophorum quem conſcium acclamabant, & eo ad Cœnobium adducto, inventa fuit particula modo prædicto apud acta fol. 5.

72 Valerius Juan Agricola, annorum 25. dixit ſe ad meridiem ipſius diei, colere vineam cœpiſſe, quæ eſt ad faciem ipſius Cœnobii, cujus januam clauſam ſæpius noravit, nullo egrediente, vel ingrediente per ipſam, dempto Chriſtophoro Oblato, quem hora tertia vidit juxta januam progredientem verſus torrentem proximum, & poſt horæ quadrantem, vocatum fuiſſe per Fratrem Nicolaum, qui furtum retulit, & cum per ipſum teſtem interrogaretur de auctore, ignorare reſpondit, ſed cum de Oblato progrediente ſolo teſtis recordaretur, petiit an ipſe eſſet furti particeps, cui Frater Nicolaus, neſcio quid dicam, ad erogandam eleemoſynam ire conſtitutum habebat: quo audito ad oppidum profectus fuit; in quo aliquibus convocatis, Locumtenente Juſtitiæ ductore, verſus oppidum de Benetuſer migravit, malefactores quærendo poſteaque verſus oppidum de Maçanaça, & juxta prædium ruſticum nuncupatum de Pertuſa, vidit ſocios perſequentes Oblatum, qui celeriter aufugiebat, ſed aſſumptus dixit: *Sint mihi teſtes quòd aſparraga quærendo inventus ſum*, habebarque cultrum in manu, & faſciculum aſparragorum: Eo capto ad Cœnobium redeundo, ipſum Oblatum vinctum ducentes, credendo criminis reum eſſe, eo quod aufugere viditſſent, & nullo inculpante defenſionem præparaſſet, & tunc temporis adinventam fuiſſe particulam, modo prædicto, & Chriſtophorum ad interrogata rationem convenientem nequaquam reddidiſſe, imò ſciſcitabatur, an tumultus fieret ratione furti ſacrilegi, & aſſerebat, ſe ad prædium ruſticum de Pertuſa properaſſe, ad quærenda femoralia, ut apud acta proceſſus, fol. 6.

73 Interim Oblatus Chriſtophorus, qui Garcia cognominabatur, adductus fuit ad Regiam, & in primo examine aſſeruit ſe ſolum manſiſſe in Cœnobio cum fratre Nicolao, poſt prandium requiſivit panem, hora ferè ſecunda, ne ad collationem deficeret Fratribus, & cum ſat eſſe viditſſet, è Cœnobio exiit per januam ipſius, quam clauſam reliquit, ita ut abſque violentia aperiri non poſſet, januam Templi clauſam pariter relinquendo; quòdantea, cum lampadem extinctam notaſſet, eam accendit oleum imponendo, ſicque adfuiſſe in Cœnobio uſque ad horam tertiam, tuncque egreſſum fuiſſe cum cultro ad aſparraga colligenda verſus prædium ruſticum de Balleſter, in quo femoralia habebat, ut parerentur, & cum à Cœnobio ſpatium quingentorum paſſuum diſtaret, cymbalum ipſius Cœnobii perſonare audivit, viditque Fratrem Nicolaum ipſum tangentem, cui ſigna fecerat cum galero, eo quod cauſam ſonitus ignorabat; perſequendo aſparraga quærere, ad prædium ruſticum properavit, circa quod captus fuit. & ad Cœnobium reductus, in quo vidit immanitatem, & particulæ inventionem, & atteſtatus eſt quòd Dominica Palmarum præcedenti, vidit ſacram Euchariſtiã renovari per eundem Fratrẽ Nicolaum, ſed ignorabat, quot formæ relictæ fuerant, & dum ad Regiam ducebatur, aſſeruit æquo animo properare ad veritatem detegendam.

Interrogatus quare cum famulus, & Oblatus Cœnobii
74 eſſet, & cymbali ſonum audiſſet, dum certus erat, ſolum Fratrem Nicolaum manſiſſe, non illico remeavit, ad ipſum adjuvandum, & reſpondit, *quia ignorabat quid eveniſſet*: interrogatus amplius, quod cum apprehenſoribus fuit, dixit apprehenſoribus, ut teſtes illi eſſent, quod aſparraga colligebat, reſpondit, *quod ſic*, interrogatus iterum, quare defenſionem præparabat antequam facinus ſciret, vel de aliquo crimine increpabatur, reſpondit, *ſe aliqua affirmare, & neſcire, quare affirmat*. Denique interrogatus quare audito tympano fugere ſtatuit, & *negavit fugam*, ut apud acta conſtat fol. 9.

Ludovicus Bioſca Judex ordinarius oppidi de Pay- 75
porta, annorum 46. depoſuit ſe eſſe in vineis quæ à tergo Cœnobii ſituantur hora tertia veſpertina, ad diſtantiam quingentorum paſſuum ferme, & cum ad Cœnobium ire ſtatuiſſet, tympani ſonum ad tumultum clangentem audivit, viditque Fratrem Nicolaum emittentem, qui ſatim deſcendit, & januam Cœnobii aperuit, per quam teſtis ingreſſus fuit ad Templum, cujus januam apertam vidit, & ei Frater Nicolaus crimen retulit, & quod janiolæ ſacelli partes, atque pixidis tegmen in terra adinvenit (quæ jam ſupra aram erat, & pixis ipſa cum vaſe ſacri olei intra ſacellum) & quod fures januam Templi patentem reliquerint. In reliquis cum cæteris conteſtando, & addidit, quod Chriſtophorus affirmavit hora tertia lampadem accendiſſe, tuncque furtum nondum perpetratum eſſe; nam januam ſacelli integram proſpexerat, & quòd cum circumſtantes quærerent, an hoc Banniti patraſſent, Frater Nicolaus dixit à ſe ſuſpicari, eo quod die antecedenti Petrus Jolvi cum comitiva per Cœnobium tranſierat; adeſt hæc diſpoſitio in actis fol. 13.

Joſephus Ciſcar annorum 26. & Baptiſta Ortega an- 76
norum 15. deponunt ſe vidiſſe fugam Chriſtophori, & apprehenſionem cum cultro, & aſparragis, atque audiviſſe præparationem defenſionis, in actis fol. 14. & 15. Matthias Taraçona annorum 30. idem ferè depoſuit, aliqua addens circa corpus delicti, & publicè audiviſſe, quod die antecedenti Banniti per Cœnobium tranſierant, fol. 16.

Dum hi teſtes examinabantur, major pars illius no- 77
ctis conſumpta fuit, & jam die 8. Aprilis occurrente Procurator Fiſci libellum propoſuit, quo facti immanitas narrabatur, quod Chriſtophorus Garcia uti domeſticus, atque de crimine ſuſpectus, vel ſaltèm veroſimiliter informatus, quæſtioni ſubiiciendus erat, nam à jure in domeſticos præſumitur. Latè Farinac. *quæſt.* 52. *num.* 98. Fugiens dolum indicavit, nam fuga arguit dolum, & per ſe indicium eſt ſufficiens ad torturam, Farinac. *q.* 48. *n.* 1. *& ſeqq.* & veroſimiliter factum ſuadebat, patratum fuiſſe, dum ipſe in Cœnobio aderat, ut ex actis reſultabat: ex quibus me conſulente ſupplicavit ipſum Chriſtophorum torqueri, & cauſam evocari ad Senatum, juxta *foros*, ut in actis fol. 18.

Fuit cauſa modo ſolito evocata, & commiſſa Nobili 78
Don Braulio Eſteve, qui ex deliberatione Senatus pronuntiavit Chriſtophorum torquendum fore: in cujus decreti executione quæſtioni illico expoſitus fuit. Quartum torturæ gradum paſſus jam erat (ſemper negativè inſiſtendo) in ea torturæ ſpecie, quam noſtrates *lo guant del Emperador* appellant; de qua aliqua dixi §. *præcedenti* & primum funis jectum ſuſtinuit etiam negativus: ſed primo lapide ad pedes impoſito, dum aſcenderet dixit ſe veritatem detegere velle. Suſpenſa fuit torturæ executio, & cum de veritate interrogaretur, dixit, cogito an aliquid ſciam de ſacroſancta Euchariſtia furto ſubſtracta. Iterum ad torturam fuit appoſitus, & cum dixiſſet, quod veritatem dicere cupiebat, ea ſuſpenſa, dixit. Quod poſtquam è Cœnobio exierat, & in agro eſſet, vidit quendam incedentem ſuper equam fuſci coloris, qui Bannitus ex habitu videbatur, & ab oppido de Picaña venire apparebat, qui cum ad dorſum Cœnobii acceſſiſſet, per parietes ipſius, poſtquam ex equa deſcendit, ad ovile migravit. Eundem paulò poſt vidit egredientem per januam communem Cœnobii, & equam conſcendendo verſus prædium ruſticum, del Rafol nuncupatum, progreſſus fuit. Subjunxit illum eſſe proceræ ſtaturæ, crine oblongo, & manu geſtare tormentum, quod præ diſtantia diſcernere nequivit, an *arcabuzium*, vel *caravina* eſſet. Interrogatus quare tanquam domeſticus hoc de crimine perceptus, ſilentio involvere conabatur, reſpondit ſe non habere amplius quid diceret, & cum in hoc perſiſteret, ictum funis cum primo lapide ſuſtinuit, & ſecundo

lapide

lapide jam ad pedes alligato, cum moneretur; quod veritatem deregeret, in dictis perseveravit, quare tortura fuit modo sollto prorogata.

79 Residuum illius diei, Senatus, tribus Aulis coadunatis, præmia deregentibus indixit, ut mox dicetur. Die sequenti nona Aprilis, inquisitio prosecuta fuit: Joannes Candel annorum 50. fuit examinatus, & deposuit, quod die 7. ad horam tertiam vespertinam vidit Fratrem Nicolaum haud mora exeuntem de Cœnobio, per semitam hinc inde cupressis ornatam, qui quidem Valerium Joan, vineam colentem, vocavit, & versus Templum remeans interrogatus per testem fuit, an aliquid accidisset; responsum dedit dicens, *Proh dolor! sacra Eucharistia de Templo subrepta est.* Et cum testis ingrederetur per januam Cœnobii, vidit Templi januam clausam, & scelli fractam, sed dimidium ipsius in loco proprio collocatum, pixidem Eucharistiæ, super aram, inclinatam. Quod illico ad oppidum properavit, in cæteris cum aliis testibus contestando, adest in actis ejus dictum fol. 24. Petrus Valero annorum 50. deposuit se vidisse fugam Christophori, atque ipsius capturam cum cultro, & fasciculo asparragorum, defensionem modo relato preveniendo fol. 25.

80 Christophorus ipse secundò examinatus, dixit, quod prælibata die 7. Aprilis quando templum ingressus fuit hora vespertina secunda, vel circiter, introivit per januam à qua cum Cœnobio interne communicatur per claustrum, quæ clausa erat, pessuloque levato, cùm lampadem extinctam notasset, ad culinam properavit, à qua lumen adduxit, hoc pacto, prunam, & exile linum sulfuratum accepit, & oleum, quæ ad Templum attulit, & genuflectione facta ad Eucharistiam, & Christi crucifixi Imaginem, quæ ad dexteram intrantibus erat, lampadem accendit, & genuflectione repetita, de Templo exivit, non curando de rabula sacelli, an integra, vel fracta maneret, nempe de pixide, an super aram adesset. At quando jam captus reductus fuit, vidit sacelli januam fractam, & ab adstantibus habuit factum, & quod feria secunda à fratribus audivit, quod Petrus Jolvi cum Comitiva per viam Cœnobio proximam transierat ut in actis fol. 28.

81 Guillermus Brull annorum 62. die 11. Aprilis examinatus deposuit de voce, & fama publica, qua ferebatur, Petrum Jolvi cum sua comitiva Christophoro Garcia Oblato cooperante, facinus patrasse & quod die 8. vidit triginta & quinque, vel quadraginta Bannitos in oppido de Payporta, quærentes an ibi satellites essent, ut in actis fol. 29. cum quo contestantur depositiones Josephi Aparici annorum 31. Josephi Cots annorum 36. Bartholomæi Paredes annorum 50. Antonii Benaxes annorum 25. fol. 32. & 33.

82 Ut autem comprobaretur verisimilitudo dicti Christophori Garcia, in secundo examine, decrevit Senatus, quòd commensurarentur distantiæ Templi ipsius Cœnobii, quod executioni deductum fuit eo in die, & reperta latitudo totius Templi quindecim palmos continare, ab ara Altaris majoris in quo sacellum aderat, usque ad lampadem accensam per Oblatum, quatuordecim palmos; & cum ex decreto ipsius Senatus plures ingrederentur usque ad lampadem, medio juramento affirmarunt, quòd tam ex ipsa janua, quam ex ipsa lampade, omnia in sacello contenta ferè per necesse videbant: cómensurara etiá fuit magnitudo Altaris præcipui, in quo sacellum aderat, & ad octo palmos longitudo extendebatur; latitudo verò ad sex, & janua præcipua Templi, quæ exteriora Cœnobii petit inspecta, integra undique reperta fuit, & ita ab intus clausa, ut absque violenta fractura ab extra aperiri impossibile esset omnino. Janua verò interior duplici modo claudebatur, & clavi ordinaria, & pessulo, prout frequenter in Cœnobiis contingit, ovile triplici topiario pariete circumdabatur, & janua ipsius ita claudebatur, ut ab extra aperiri nequiret, quod etiam reperiebatur in janua communi, omnesque sine macula, aut vestigio violentiæ, vel ictus adesse, ut in actis fol. 34.

Die 16. ejusdem mensis Aprilis examinatus fuit Thomas Miralles annorum 16. qui deposuit, quod scholaris quidam nomine Didacus, dum cum legere doceret, protulit hæc verba: *Anoche bizieron un pregon, ofreciendo dos mil y quinientas libras a quien descubrieſſe el delito: yo bien* (& hæsitatione mediante quæ aliquod ingens significabat, orationem perfecit) *mas no quiero vender mi sangre.* Demumque pœnitentiæ animum demonstravit, qui quidem scholaris conjunctus sanguine erat cujusdam Fratris ipsius Cœnobii, in actis fol. 39. Ludovicus Jordà annorum 39. deposuit, ipsum Didacum dixisse, quòd sciebat duodecim, aut quatuordecim Bannitos quæsiviſſe quendam ex fratribus Cœnobii, ut ipsum alloquerentur, & quòd credebat hoc feciſſe animo subripiendi Eucharistiam, & quòd die præcedenti prædictum Miralles docuit legere, ut de more habet & iste omnia superius dicta retulit, ut in actis fol. 40. Didacus Martinez Scholaris, annorum 44. fassus fuit omnia prædicta, præter quam verba illa exarata supra; negabat itaque similia protuliſſe, sed quod dixit erat: *Si scirem aggressores, antequam detegerem factum, unum ex Theologis consulerem,* ut est in actis fol. 41. 84

Verificata fuit persona Didaci Martinez recognitione legitima facta in forma juris, ut in actis fol 44. & demum Petrus Brull annorum 18. Mathias Valero annorum 25. deposuerunt, quòd die 8. Aprilis Petrus Jolvi ad oppidum de Payporta cum viginti Bannitis pervenit, quindecim eum extra oppidum expectabant, & quinque ingressi fuerunt oppidum, ipsum associando, & quòd publica vox, & fama aderat ipsum Jolvi cum sociis Eucharistiam subripuiſſe, in actis fol. 43. cum duobus seqq. 85

Petrus Casanova oppidi de Almacera, annorum 40. deposuit, quòd eadem die furti parrati, inter quartam, & quintam horas vespertinas, ad paludem, sive ut apud nos dicitur, *Marjal*, ipsius oppidi, obviam invenit Joannem Campos socium Petri Jolvi, qui ab equa crocei coloris ad fuscum tendentis, materno idiomate *Alaçana tostada*, descendens, equum quem testis agitabat vi abstulit, equa relicta, agitatione, ut apparebat admodum fatigata, quo facto cum sociis qui tres omnino erant, abiit, quorum neminem cognovit, sed unum nominari audivit Michaëlem. Equa erat eadem, quam die 11. ejusdem mensis tradidit Valerio Febrer Regio Alguazello, cum eo contestatus fuit Dominicus Lopez ejusdem loci, annorum 23. ut in actis fol. 48. & seqq. 86

Cum in tortura Oblatus dixisset, vidisse Bannitum intrantem Cœnobium, agitare equam fusci coloris materno idiomate *Egua parda*, & equa relicta per Joannem Campos fatigata ad fuscum tendebat, & præ distantia verisimile videbatur, quòd coloris speciem omnino percipere non potuisset, perpenso etiam, quòd ab hora tertia usque ad horam qua equa relicta fuit, juxta paludem, distantia modica erat, è Cœnobio, ita ut velociter agendo deambulare poterat, & aliquod ingens significabant fatigatam equam relinquere, & equum conquiescentem assumere ad fugam adornandam, conveniens Senatori visum fuit cognitionem fieri per ipsum Christophorum, & ad hoc quatuor equis paratis simillimis prædictæ quantum fieri potuit, jurejurando interrogatus fuit, an ibi equa, de qua in sua depositione verba fecit, adesset, & dixit, quod minimè, ut in actis fol. 51.

Jacobus Marco Mercator, ac sanctæ Inquisitionis Familiaris, annorum 52. deposuit, quòd à Fratre Joanne Baptista Espejo Ordinis Prædicatorum habuit, quòd interrogato per ipsum Christophoro de furto sacrilego, quæsivit, an sub sigillo confessionis alloqueretur, & an liberare ipsum à vinculis pollet, & cum Fr. Espejo annueret, Fr. Nicolaus Rodriguez properavit ad ipsos, & Christophorus ipsum verendo noluit aliquid dicere, & 88

quamvis domum Fr. Nicolaus dimiſſus fuit, & interrogaretur, nil ſcire affirmavit, ex quibus credebant aſtantes, quod ſi Fr. Nicolaus non veniſſet, furti factum detegeret, his addit famam publicam adeſſe, qua ferebatur Chriſtophorum furti participem fuiſſe, ut in actis fol. 52. Idem Joannes Ximeno annorum 54. depoſuit, hoc ſuperaddito, quòd furem, atque nequam Chriſtophorum reputabat.

89 Frater Nicolaus Rodriguez Sacerdos annorum 33. in primo examine, cum proteſtatione effuſionis, depoſuit, quod Dominica in Palmis computata 5. Aprilis ſacram rem celebrando, duas formas majores conſecravit, & ſeptem minores ſumpſit præter aſſuetam ex majoribus aliam, quæ reſervabatur in pixide, cum omnibus minoribus ibidem reſervatis, ex noviter conſecratis, quatuor fidelibus miniſtravit, & tres cum alia majori in ſacello intra pixidem reſervavit, die 7. ad ſacra celebranda ivit ad oppidum de Picaña, & rediit hora undecima ante prandium, ac vidit januam ſacelli, undique integram. Quod prandium in triclinio ſumpſerunt ipſe, Fr. Joannes Eſtrada Subprior, & Fr. Muñez, Chriſtophoro Garcia Oblato miniſtrante. Prandio finito, Subprior, & Fr. Nuñez ad colligendam eleemoſynam abierunt, remanente ipſo cum Chriſtophoro, paulò poſt meridiem gratias egit in Templo, aſſueta de more orando, & poſtea, ut requieſceret ad cellam properavit, ibique dormivit, ſuo judicio, uſque ad horam ſecundam, & aliquid amplius, quo tempore Chriſtophorus ipſum à ſummo ſuſcitavit, dicendo ſe ad eleemoſynas colligendas abire, & cum teſtis annuiſſet, indumenta deſumpſit, cellam clauſit, & per ſcalam, quæ ad januam interiorem Templi finitur, deſcendit; & cum quæreret an lampadis lux arderet coram S. Euchariſtia, vidit Lampadem accenſam, ſed januam Sacelli fractam, ita ut dimidium ferè ſuo in loco adeſſet, tres partes grandiores & alia minima ſuper aram, hoc ſcilicet modo, una intra ſacellum, quæque extra, eo pacto, quo ea quæ poſt fracturam violenter evelluntur. Pixis à tegmine ſeparata, & vas ſacri olei humi juxta aram. formæ conſecratæ deficiebant, quo viſo, cymbalum ad tumultum ingenti ſono emiſit, è Cœnobio perterritus exivit, januas, tam Templi, quàm ovilis, & communem Cœnobii patentes inveniendo, Hominem agrum colentem vocavit, qui interrogavit ipſum, ſed ex horrore turbatus, quid reſpondiſſet non recordari. Ad Templum reverſus puerum lachrymantem invenit (qui Franciſcus Ximeno vocabatur) eo quod liber ipſi ſublatus fuerat, cui pulſare cymbalum juſſit, ſed ipſe noluit. Tunc pixidem cum tegmine, & vaſe ſacri olei, è terra levavit, ſupra aram imponendo, nam à principio præ turbatione omiſerat. Dimidio horæ unius elapſo, adductus fuit Chriſtophorus, & aſtantes quærebant, an particula in terra remanſiſſet, tuncque reperta fuit ſuperius memorata, quam reverenter in pixide collocavit, licet hæſitando an conſecrata eſſet, nam licet reperta fuit proxima loco pixidis, ex ipſius figura deprehendebatur, non eſſe fragmentum ex majori, neque minoribus formis, ſed undique forcipe ſecta adinſtar ſuperfluitatis earundem cum orbiculariter diſſecantur. Quod certiſſimè credebat Chriſtophorum conſcium eſſe, eo quod ſolus in Cœnobio remanſerat, dum ipſe dormiebat, & antea res integra eſſet, & poſt diſceſſum fieri nequibat; quibus ſubjunxit, voce, & fama publica ferri, Bannitos hoc patraſſe, quos vidit nocte præcedenti prope Cœnobium, & audiverat, quod die ſequenti in proximis incedebant, ut in actis fol. 6.

90 Franciſcus Ximeno annorum 12. abſque juramento examinatus, dixit, cõſueviſſe ad Cœnobium ire, ut legere diſceret; quò die 7. prope horam tertiam veſpertinam, prout moris erat, ivit, & cymbalum januæ communiter, aut quater pulſavit, nemine reſpondente, & ſomno oppreſſus, ſub arbore recubuit. Ipſi videbatur dormiſſe per magnum temporis ſpatium, & è ſomno ſurrexit audita voce Fratris Nicolai, tuncque librum ſurreptum agnovit, ut in actis fol. 62. Hac eadem die fuit impoſita tabella in facello ſimillima janiolæ fractæ, eodem pacto quo tempore furti reperiebatur, & ictibus emiſſis, in eiſdem fere locis, quibus prima fuit paſſa, eundem fere effectum reſultare apparuit, in actis fol. 63. Quæ experientia facta fuit, ut apparenter an ictibus incaſtraturæ commoverentur; nam ſi hoc reſultaret, inferri poſſet extra proprium locum tabulam confractam fuiſſe.

Die 7. Aprilis fuit examinatus Vincentius Ximeno, Franciſci frater, annorum 19. qui depoſuit, quod cum ad colendum agrum iret, poſt prandium, pulſata tertia, per torrentem Cœnobio proximum tranſivit. Vidit Chriſtophorum Oblatum aſparraga colligentem, & cum ad Cœnobium accederet, januam clauſam adnotavit, & Franciſcum Ximeno fratrem, dormientem invenit, cui librum abſtulit, & ad oppidum remeavit, & poſt horæ unius quartum. de furto notitia ad eum pervenit, de fama publica in Bannitos, & Oblatum cum reliquis conteſtando, ut in actis fol, 65.

Bertrandus Dauſer, annorum 60. depoſuit, quòd prædium ruſticum nuncupatum *lo Rafol*, in quo degebat, per milliare tantum diſtat à Cœnobio. Die 6. Aprilis, furti diem antecedente, poſt occaſum, ad eum pervenit Petrus Jolvi, cum novem Bannitis equitantibus, & duobus peditibus, ibique pernoctarunt, in ipſius furti die, exploratorem ex ſociis in turri ipſius prædii deſtinarunt, qui hora quarta veſpertina improviſè equos aſcenderunt, arma capientes, & adverſæ factionis Bannitos venire affirmantes, ab oppido de Payporta. Ad campaneam exierunt, à qua ſtatim remearunt, decẽ Bannitis ſuperadditis, ibique adfuerunt uſque ad proximam noctem, quo temporis abierunt verſus oppidum de Catarroja, ut eſt in actis fol. 67. conteſtes habuit Jacobum Colomet annorum 18. fol. 69. Jacobum Quiles annorum 18. fol. 70. Antonium Gorget annorum 60. fol. 72. Jacobum Rubert, annorum 50. fol. 75. & Franciſcam Martinez annorum 40. fol. 75. quæ ſimul cum Gorget, & Rubert, conteſtes addunt, quòd novi Bannitos è Cœnobio veniebant. Die 17. Aprilis, Joſephus Gaſelit, & Hieronymus Giberto annorum 38. de fama publica, & complicitate Bannitorum, cum Chriſtophoro Oblato, & iſtius prava conditione, & qualitate depoſuerunt, ut in actis fol. 77. cum ſeqq.

Petrus Serrador carceratus, annorum 44. examinatus 91
die 18. depoſuit, quòd cum eſſet in eadem carceris manſione cum eodem Chriſtophoro, iſte quærebat an deficientibus teſtibus qui deponerent ipſum patraſſe ſacrilegium, Cruci tradi poſſet? & reſpondente teſte, quòd minimè; Oblatus ſubjunxit, ſi ita eſt, nullatenus probabitur. Conteſtes habuit Franciſcum Arnau, annorum 30. & Gineſium Ferriz annorum 40. addentes pravam qualitatem, atque obſcœnam conditionem ipſius Oblati, fol. 82. & ſeqq.

Die ſubſequenti 19. Aprilis fuit ipſe Chriſtophorus, 92
tanquam reus examinatus, & reſponſiones conveniunt cum depoſitione fratris Nicolai, de qua *ſuprà num.* 87. dempta aſſiſtẽtia Superioris ad prandium, & quod extra cellam illum à ſomno ſuſciraſſet. Negavit audiviſſe pulſari cymbalum Januæ Cœnobii, de quo Franciſcus Ximeno *ſuprà n.* 88. aſſeruit, quod ad meridiem Cœnobium tranquillitate fruebatur, & adhuc fractura ſacelli nota non erat, quod recubuit in cella contigua Templo, negavit allocutionem cum Fr. Eſpejo de qua *ſuprà num.* 87. faſſus fuit aliqua ſubripuiſſe, interrogationem, de qua *numero precedenti* negavit etiam, & faſſus fuit obſcœna à ſe dicta per jocum in carcere, ut in actis fol. 84.

Die 20. Aprilis experientia comprobarum fuit impoſ- 93
ſibile eſſe penetrare parietes ovilis Cœnobii, abſque alterius adjutorio ex depoſitionibus Antonii Lorca annorum 53. Antonii Caſtellò annorum 44. ambo ſigni-

ferî

feri turmarum equitum, & aliorum, ut in actis fol. 88. cum seqq.

94 His itaque peractis, inquisitio mihi fuit tradita, ut deliberarem tanquam Fisci Patronus, an accusandus aliquis esset, & accusandos fore Petrum Jolvi, & Christophorum Garcia Oblatum deliberavi, eo quod fama publica cum fuga sufficiunt ad transmissionem, ut alibi dixi, in absentem, qualis Jolvi erat, adversus quem aliæ plura concurrebant. Respectu Christophori, eo quod plura indicia in eum urgebant. Primum quia domesticus juris præsumptione creditur furtum domesticum

95 patrasse, ex traditis per Farin. *q.* 52. *n.* 98. *& seqq.* aliis relatis Giurba *cons.* 43. *n.* 15. Secundum, fuga antequam ab aliquo persequeretur, juxta illud Proverb. 28. 1. *Fugit im. pius nemine persequente.* Et ipsam facere indicium ad torturam tenuerunt plures Doctores relati ab ipso Farin. *q.* 48. *n.* 3. imò ipsa arguit dolum, ut ipse docet *ibid.* Tertium, præparatio defensionum antequam ab aliquo de crimine increparetur, Juvenal. *Satyr.* 16.

——prima est hæc ultio, quod se
Judice, nemo nocens absolvitur.——

Dicebat enim dum caperetur: *Sint mihi testes; quod asparagos colligendo inventus sum*; quod notitiam criminis pa-

96 trati arguebat, & à conscientia accusatum esse fatebatur, dum nemine urgente defensionem parabat. Sic fecisse Cain ex sacra Pagina percipitur, nam Domino tantum interrogante *Ubi est Abel frater tuus* Genes. 4. 9. non solum respondit *nescio*, *sed* excusationem paravit dicens; *Numquid custos fratris mei ego sum?* Quare Divus Chrisostomus *homil.* 19. *in Genes.* ait: *Cogita hic, obsecro, conscientiæ accusationem, & quomodo qui conscientia impellebatur, nec ubi dixerit, Nescio, quiescere potuit; sed subdit, numquid custos fratris mei ego sum?* juxta illud vulgare poëtæ.

Conscius ipse sibi de se putat omnia dici.

Ut in simili tradit Farin. *q.* 52. *n.* 93. Quartum mendacium, de quo convictus erat, ut ab ipsius depositionibus inter se collatis percipitur clarè. Farin. *d. q.* 52. *n.* 2. Quintum, nam opem ferre Fr. Nicolao cum posset, & à principio detegere, quod in tortura fassus fuit, ea facere noluit: *l.* 1. §. *si tibi*, ubi Jas. *ff. de condict. ob turp. caus.* Farin *q.* 51. *n.* 12. Sextum, quia semel malus semper præsumitur talis in eodem genere mali, ut dixi *hoc c.* §. 5. *in princ.* & ipse fassus fuit aliqua subripuisse, & fur reputabatur, & crimen furtum, licet sacrilegio immixtum, in substantia erat. Septimum, fama publica in specie, quæ constans in eum erat, & licet delictum non probet plenè, saltem

97 semiplenè probare adminiculis adjunctis, & probabilibus conjecturis suffultam. in occultis criminibus docuit aliis relatis Fari. *q.* 47. *n.* 6. *& seqq.* Octavum, mala phisiognomia inquisiti, quæ saltem in genere præsumptio est: & indicium facit Farin. *q.* 51. *n.* 165. *& seqq.* Christophorus enim fusci coloris erat, niger ore, superciliis injunctis, aspectu turpis, habitu immundus, atque loquela procax. Nonum, spes optimi exitus, impossibilitate probationis nisus, ut ex depositionibus relatis *n.* 91. apparebat. Quæ licet singula non prodessent, collecta juvabant sicque formato accusationis libello oblatus fuit die 22. Aprilis, ut in actis fol. 93.

98 Confessio super denuntiationem ab eodem Christophoro exacta fuit, sed eam negavit, in dictis perseverando, præter ea, quæ in tortura dixerat de Bannito; nam hoc fabulam à se fabricatam esse fuit fassus. Ei dilatio post publicationem processus concessa fuit quinque dierum, ut in actis fol. 99.

99 Hac dilatione labente, Matthias Pons latorarius, salvum conductum postulavit ad crimen detegendum, nulla veniæ, aut impunitatis facta mentione (nam ad mortem ex alio crimine condemnatus erat.) De intentione recta ipsius apparebat cum id proposuisset virquidam, Pontificia dignitate clarus, qui in re ingenti scrutatus animi arcana præsumendus erat. Concessus fuit salvus conductus, & die 30. Aprilis examinatus, cum dixisset esse annorum 21. deposuit se in comitiva Petri Jolvi pluries incessisse per anni cum dimidio spatium; eo quod cujusdam criminis causa fugerat ab Urbe. Quod die Sabbati sancti 11. Aprilis, inter quintam, & sextam horas vespertinas, aderat in Gurgustio Doctoris Martinez (vulgò nuncupatus *lo Brosquil de Capdevila* (ad paludes Urbis proximiores, ad eum Petrus Jolvi, Joannes Campos, Vincentius Bocart Setabensis, & alius Bannitus sibi incognitus accesserunt. Jolvi enim equam fusci coloris equitabat, materno idiomate *hegua parda*, cum ipsum allocutus fuisset, testis interrogavit, an sciret quis sacram Eucharistiam surripuisset? Cui Jolvi respondit: Ego patravi, ecce hic adest, nil amplius est quærendum; & facta dictis addendo, è sinu lævi lateris extraxit bursam circularem magnitudinis convenientis, quam gestabat inter scorteum, & thoracem: ipsam aperuit, & monstravit formam majorem, affirmando illam furatam esse, quam gossipio involutam, ut conservaretur, ducebat, & pariter Joannem Campos gestare aliam ex minoribus, dixit idem Jolvi: ad quod Campos qui aderat, nil dixit, sed irridere cœpit, nutu annuendo. Additque Jolvi, quòd Dominus Prorex nullatenus ei indultum concessurus erat, ob quod minimè restituere Eucharistiam curabat, & si undique persecutus experiretur, se ipsum scloperi ictu necando, carcerem effugere credebat, & quod statutum habebat, fratrem, qui sonum emisit, occidere, quo dicto abiit. Et asseruit amplius testis, quòd horror aspiciendi sacram Eucharistiam in sacrilega manu ipsius grassatoris, facie ipsius inspecta augebatur, nam præsciti aspectus apparebat, assuetam ferociratem sæviter superando. Ob quod guidaticum impetrare destinavit, non alia de causa, nisi quia tanquam Catholicus, & Christi fidelis credebat teneri ad detegendam atrocitatem nefandam, quæ quidem depositio est in actis fol. 106.

Interim concluſa fuit causa Christophori Garcia de- 100
fensionibus ab ipso propositis: Et Judices Ecclesiasticæ jurisdictionis, nempe Ordinarius, & Inquisitores censuras aggravabant, & reaggravabant in Jolvi omnes unanimiter, credentes Bannitos ea patrasse. Neque solum 101
qui jurisdictionibus præerant, sed graviores totius Regni viri ex quocumque statu id certissimum habuerunt: nam præter immanitatem ipsorum, qua sanguine undique terra irrigabatur, plura patrarunt, ex quibus, & hæc fecisse non sine fundamento credebatur, ut inf a dicetur.

Aberatiam ab Urbe Dominus Prorex cum aliquibus 102
Senatoribus ad Bannitos persequendos, & mihi causa commissa propter Auditoris absentiam, Petrus Malvi Gallus, annorum 35. examinatus fuit, qui deposuit, quod nocte diei Veneris 10. Maii, deficiebat aqua in molendino, in quo aderat, ad horam undecimam nocturnam; ob quod ad trapetum, sive barum, quod adest post Monasterium Beatæ Mariæ de la Zaydia, Monialium Ordinis Cistercienſis, properavit, & ipso jam redeunte ad Crucem quæ præcedit ipsum molendinum, invenit tres Bannitos in medio itineris, quorum unus habenas equi ipsius testis manu tenens dixit: *Siste ad Regem*, sive nostro materno sermone, *tingas al Rey*, ipsum descendere fecit sclopero parvo ad pectus immisso, quæ vidit, eo quod luna lucebat, & notavit aspectus eorum, quos specifice, & sigillatim expressit, & signa unius ita congruebant Petro Jolvi, ut faciliter percipèretur, ipsum esse unum ex tribus. Is ipsum testem occidere cupiebat, cæteris contradicentibus, illicóque é manticula deprompserunt utriculum vini, lucanicas, atque panem, & edere cœperunt, testique dederunt, ut ederet, sed cum recusaret, eo quod Veneris nocte carnium esus interdictus fidelibus est, mortem inferre minati fuerunt pugione, atque scloperto parvo iterum ad pectus appositis, ob quod coactus, edere finxit, paululúmque vini etiam impenderunt, ut biberet. Demum verò ipsum comitati fuerunt, usque ad molendini januam, ad quam

ille, qui ſecundùm *ſigna* Jolvi videbatur, dixit teſti; quod ſequenti die confiteretur, eo quod ipſum allocutus fuerat, nam excommunicationis gladio erat percuſſus, maledictionéque oppreſſus, non ſolum ipſe, ſed & terra, quam calcabat, & jam in limine teſtis erat, ferè intra domum, cum eundem Bannitus rogavit, an cognoviſſet alloquentem? Tuncque teſtis affectu pio ductus, percepto excommunicationis jaculo, reſpondit: *Ferè es tu traditor ille Jolvi qui ſacram Euchariſtiam ſurripuit?* Bannitus ſclopetum in eum explodere voluit, ſed januam claudendo, abſque periculo evaſit, & ab ipſa domo percepit, quod dicebat: *Gallus iſte cognovit me, & nomen meum expreſſit, necandus eſt*, & ſic ſimilia, adeſt in actis fol. 104.

103 In oppido de Torrent aderat Dominus Prorex, ad quod jam Banniti capti reducebantur, Et die 22. Maii fuit examinatus Baptiſta Murria Bannitus, annorum 34. qui depoſuit, Michaëlem Zafont eſſe ex Bannitis comitivæ Joannis Monteſinos, Petrique Jolvi inimicum, ſed rixa cum ſociis inita in prandio, ab eis defeciſſe, factionique oppoſitæ ſe aggregaſſe. Tribus, ab eo tunc, hebdomadibus cum teſte allocutus fuit in oppido de Eſlida, & inter alia narravit ſe minimè timere glandes plumbeas immiſſas ab ſclopetis in ipſum, nam ſecum ſacram Euchariſtiam afferebat; quo pronunciato, è ſinu extraxit habitulum, ſive ſcapulare Beatæ Mariæ de Monte Carmelo, & in eo involutum linteum, quo ſervabatur chartæ fragmentum ſervans formam candidam, ac integram ex minoribus, immaculatam undique, nullatenus aliquo humore madefactam fuiſſe oſtendentem: & cùm teſtis ſubjunxiſſet dicens male peregiſſe, eo quod excommunicationis gladio ſibi videbatur percuſſus, interrogavit, à quo illam habebat? quibus reſponſum præbuit, non adeſt, nam ſolus non ſum qui ſecum adfert, ut in actis fol. 110.

104 Petrus Chiva Oriundus ab oppido de Nogueruelas Regni Aragonum, Oblatus Cœnobii Beatæ Mariæ de Jeſu, extra mœnia Urbis, Ordinis minorum S. Franciſci, annorum 20. depoſuit, quòd cum reſideret in Cœnobio oppidi de Mançanera, ſecunda die feſti Paſchatis Reſurrectionis, ad colligendam eleemoſynam ibat inter decimam, & undecimam horas ante meridiem, verſus prædia ruſtica, vulgò nuncupata *de los Cereços*, & obviam invenit Joſephum Toran, oppidi de Rubielos, & poſt varia verba quæ inter eos habita fuerunt, Toran ipſe faſſus fuit ſe aufugam eſſe à patria, ratione cujuſdam necis ab ipſo patratæ, & quòd in Regno Valentiæ omnia commota erant ob ſacrilegam rapinam à Petro Jolvi commiſſam, qui ipſi dederat unam ex tribus minoribus formis, quo dicto manus ad pectus immiſit, & ab eo linteum extraxit, & ipſam formam aſſervatam, videndam teſti præbuit, affirmando ipſam eſſe, quam à Jolvi habuerat. Teſtis ſuadere ipſi conatus eſt, quòd Guardiano Cœnobii traderet, ſed conſequi nequivit ab eo, poſteáque audivit ipſum Toran captum fuiſſe in urbe Turolenſi, ut in actis fol. 112. Quæ quidem depoſitio firmabatur ex eo, quod tres ex ſociis Petri Jolvi conteſtes depoſuerunt, Joſephum Toran eſſe unum ex Bannitis comitivæ ejuſdem, quamvis negabant eo die versùs Aragoniã properaſſe, quia in comitiva inceſſerat,

105 jam ex his aliqualiter apparebat, apud quos formæ furto ſubſtractæ, erant; cum ex depoſitione unius teſtis, nempe Matthiæ Ponz, reſultabat majorem eſſe apud ipſum Jolvi, & unam ex minoribus in poſſe Joannis Campos, ex depoſitione Baptiſtæ Murria aliam ex minoribus apud Michaëlem Zafont, & ex depoſitione Petri Chiva alteram apud Joſephum Toran; qui quidem omnes per ſenſum viſus deponebant. Sed dubia magis res eſſe cœpit ex ſequentibus.

106 Dum hæc peragebantur, in oppido de Ontinient unus ex præcipuis Regni, furatus fuit ab Eccleſia Parochiali Calicem argenteum cum patena, Joſephus Prats: in Batonia de Alberic apprehẽſus cum ipſo furto, & ad oppidum de Torrent adductus, faſſus fuit propriam turpitudinem, & ultimo ſupplicio damnatus. Dum ad Crucem parabatur, ſe habere arcana quæ Domino Proregi revelanda erant, aiebat; & ob id ad ſuam Ex. cellentiam adductus, in primo examine habitum die 30. Maii dixit, ſe eodem die, quo furtum Euchariſtiæ patratum fuit, ab Urbe, é domo Simeonis Bonet exiiſſe, ut in aliquo oppido ad Æditui miniſterium admitteretur. Iter oppidi de Catartoja arripuit, & circa vineas ultra Crucem ad viam Setabis conſtructam, quam noſtrates vocant, *la Creu de Xativa*, tres graſſatores vidit: unus eorum erat capillitio rufus (quorum indumenta ſpecificè deſcripſit,) alter quærebat ab ipſo quò iret, reſponſum præbuit, quod ad præfatum oppidum: dixerunt itaque, ſequere nos, & aſcendere equum fecerunt, notavitque unum ex ipſis equam caſtanei coloris agitare, facie maculis albis aſperſa; ad Cœnobium Divi Joachimi ipſum duxerunt, & in quodam agri margine per horæ unius ſpatium remanſerunt, demumque equos aſcendentes viam proſecuti fuerunt uſque ad diſtantiam ducentorum paſſuum ab ipſo Cœnobio. Tunc enim teſti deſcendere imperarunt, & Cœnobium explorare, & cum uſque ad viginti, aut triginta paſſus accederet, januam Templi patentem conſpexit, & inibi Oblatum adſtantem (quem ſi videret, agnoſceret) recurſus ad eos præfata narravit, & tres graſſatores æquitantes illico ad Templum properarunt, teſte inſequente, ad diſtantiam octo paſſuum fermè. Jam ad januam pervenientes ipſum expectabant, & ſuaſerunt ipſi ſurripere Euchariſtiam à ſacello: perterritus dixerat ſe Clericum minimè eſſe, eo quod licet habitu talari incedebat, ſæcularis reperiebatur. Claves ſacelli ab Oblato petierunt Banniti bis, terq; & cum dixiſſet apud ipſum non adeſſe, & quod etiamſi adeſſent, minimè traderet, à Templo exivit Joſephus, in eo remanentibus tribus Bannitis cum Oblato. Ab extra audivit ſonum, & cum cauſam perquireret, vidit januam ſacelli fractam, & Bannitos juxta aram adſtantes, ſed minimè, an Oblatus adeſſet inter eos, aut in Templo. Duo ex graſſatoribus ad januam progreſſi fuerunt, rufuſque remanebat, & primis jam equos aſcendentibus, conſpexit alium, formam majorem, unà cum minoribus evolventem, illam frangendo, & ut equam conſcenderet, chartam, in qua formæ aderant, Joſepho tradidiſſe, arma demum paraſſe, & illico progreſſum, ut ipſum ſequeretur mandando (quæ ap primam poſt meridiem eveniſſe atteſtabatur.) Secutus Bannitus fuit paulisper, ſed per Templi tergum via relicta, aufugit per invios agros, verſus Urbem. Hora tertia ad Cœnobium Beatæ Mariæ de Jeſu pervenit, & juxta Crucem ad oram itineris adſtantem, requievit per horæ dimidium; ad Urbem demum properavit, portam Divi Vincentii petens, Ædemque Beatæ Catharinæ Martyris pertranſeundo, Æditum allocutus fuit, & per Urbem ambulavit uſque ad crepuſculum nocturnum, quo temporis ad domum ipſius Bonet rediit, in qua cœna prælata pernoctavit. Cum cœnabat, nefandi criminis factum in mentem revocarat, ac ſecum furtum afferre: at præ timore tacere decreverat, ſed chartam in qua ſacra Euchariſtia involuta celabatur in thoracis extremitate recondidit. Sequenti die ad famulandum Monialibus Cœnobii Beatæ Mariæ Magdelenæ, Ordinis Divi Dominici oblatus fuit, in quo exercitio aliquos dies conſumpſit, formas in ſcrinio cubiculi ſervando, diu noctuque lucernam providens, ne irreverenter, abſque lumine manerent. Poſt decem, aut duodecim dies à feſto Divi Vincentii Ferrarii (quod eo anno die 20. Aprilis celebrabatur, nam apud nos colitur feria ſecunda poſt Dominicam in Albis,) jam pœnitentia ductus, ad domum Profeſſam Societatis Jeſu pervenit, ut ſacramentum Penitentiæ deſumeret, animo tradendi ſacram Euchariſtiam. Patrem Geniſium Berenguer allocutus fuit,

&

& cum interrogaret de tempore noviſſimæ confeſſionis, & audiret plurimum temporis elapſum eſſe, dixit ipſius confeſſionem audire non poſſe, ſine facultate Parochi, quia extra tempus parendi præcepto Eccleſiæ reperiebatur. Ad Parochum iverat, & reſpondit ad ſe non pertinere, ſed ad Ordinarium, quo percepto ſententiam mutavit verecundia, & timore commotus. In Urbe uſque ad decimumquintum Maii diem perſeveravit, ſed poſtea cum Plebano Ædis Parochialis Divi Michaelis oppidi de Ontinient ad ipſum oppidum abiit, eo quod eo in templo ædituus fuerat, & cauſa itineris erat, ut monitiones deferret ad proprias nuptias, nam ducere Mariam Martinez ſtatutum habebat. Pervenit ad eam villam die Sabbati ſequentis, & adfuit uſque ad Martis immediatam, quó Plebanus miſit ipſum cum epiſtola ad domum Joannis Ferrando, jam nocte irruente, ad Plebanum redierat, qui iterum ad ipſum Ferrando dimiſit, eo quod nuntium certiorem, qui libellos ferret, invenerat. Dum deſcendebat à cubiculo Plebani, claves Templi deſumpſit, januaſque ipſius conſequenter aperuit, & ab ſcrinio clavem Sacrarii, cum calice, & patena ſurripuit, & clavem ſecum ferendo, calice, & patena in credentia depoſitis, animo reliquendi formas in eo, atque in ſacello collocandi, quas ſecum ferebat. Ab Eccleſia exivit, ut epiſtolas Plebano afferret, januis adjunctis tantum relictis, & ne claves deficientes notarent eas priſtino loco reſtituit, Templumque demum ingreſſus, januis clauſis ab intus cum ligno, jam jam ad chorum properans, cogitare cœpit Euchariſtiam deſtinare in pixide ſacelli, ut calicem cum patena ſurripere poſſet. Ita executioni deducere conſtituit, & de facto mandavit, chartam diſtrahendo à ſummitate thoracis, & ab ea immediatè in pixidem transferendo formas, licet minimè, quot eſſent, adnotare unquam auſus fuiſſet, nec adhuc chartam evolvere. Sed tempore tranſlationis ad pixidem, ei videbatur particulam ad pedem pixidis cecidiſſe ſuper corporale, quod omnino diſcernere nequivit, nam tantummodo lumen lampadis ardebat, cujus effectum umbra corporis ipſius agentis impediebat. Sacrarium clauſit, & ad lampadis lumen chartam concremavit, cineres in ſepulchro Confraternitatis Beatæ Mariæ immittendo per foramen peſſuli. Calicem atque patenam furatus eſt, Templum reliquit, ab oppido exivit per portam nuncupatam novæ plateæ, & ea abſcondit, inter mala medica viridarii paterni, ad ſororis domum acceſſit, in qua pernoctavit, dièque ſequenti ante auroram ſurrexit, & Eccleſiam ingreſſus dum Ædituus lampades parabat, clavem ſacratii ſuo in loco reſtituit, captóque vehiculo, & calicem cum patena deferendo, ne per viam communem apprehenderetur, ad oppidum de Carcer iter arripuit, demumque in Baronia de Alberic fuit captus, quæ sūt in actis fol. 118.

107 Ad hæc comprobanda, plurima executioni deducta illicò fuerunt: cum enim dixiſſet ſe noſſe inter alios famulum, ſive Oblatum Cœnobii Divi Joachimi, facta experientia per recognitionem Chriſtophori, qui unicus Oblatus Cœnobii erat, minimè cognoſcere dixit in actis fol. 124. Juſſu Domini Protegis Magnificus Jacobus Garcia, illicò ad oppidum de Ontinient tranſlatus fuit, ut exploraret, an in urna particulæ formæ majoris adeſſent, vel ad calcem pixidis: ſed neque veſtigium repertum fuit. At Margarita Sanz, & de Simò, vidua, ætatis 44. annorum, depoſuit, quòd die feſti Divi Bernardini in vigilia Aſcenſionis Dominicæ (quod celebrabatur die 20. Maii, & juxta depoſitionem Joſephi Prats fuit immediata poſt reſtitutionem) ſacram Euchariſtiam ſumpſit in eodem Templo Divi Michaëlis, & quod ipſi miniſter præbuit particulam formæ majoris, cujus ſpecies magnitudinem duarum ex minoribus attingebant. Cum ea conteſtata eſt Bibiana Sanz annorum 40. ſe vidiſſe, dum communionem ſimul ſumeret atteſtando, ut in actis fol. 126. & ſeqq.

Quibus perceptis jam ipſius Joſephi confeſſio adminiculata reperiebatur, quare tanquam reus de hoc crimine examinatus die 2. Junii dixit, ſe tantum delictum patraſſe, ſacram Euchariſtiam ſurripiendo hoc facto; ab Vrbe diſceſſit modo prædicto in primo examine, ſed Bannitis minimè repertis ad Cœnobium pervenit hora ſecunda poſt meridiem, aliquantulum ſedens in limine Templi conſpexit poſticum, non verè clauſum, ſed apparenter; ingreſſus fuit, ipſum pari modo relinquens, & ſolo reperto, peſſimam cogitationem diabolus propoſuit ſurripiendi Euchariſtiam, ut ſecum deferret, credendo, quod omnia ei proſperè eventura erant, & ab omni periculo præſervari poſſe; quod ſtatim executioni deduxit cum lapide, quem ad frangendum oſtium ſacrarii ceperat, ſed cum effigiem Salvatoris depictam vidiſſet, duobus, aut tribus tantum ictibus immiſſis, eis in partibus, in quibus facies Salvatoris non aderat, fracturam manibus conſummavit, pixidem abſtraxit, tegmineque ablato, propriis manibus formam majorem cum duobus, aut tribus minoribus ſurripuit; quas involvit in charta, & in extremitate thoracis collocavit, diſcernens majorem formam diminutam aliquantulum eſſe, habito reſpectu ad formas, cum quibus in Templis Parochialium Urbis ordinariæ ſacra celebrantur. Particulam hujus in humum cecidiſſe notavit prope aram; perterritúſque exivit per januam interiorem Templi, ad januam communem Cœnobii, quem aperuit, & patentem reliquit, adeo immanitate facinoris oppreſſus, ut progredi nequiret. In margine cujuſdam agri proximi ſedit, uſquedum ſonus elatus fuit, & fratrem vociferantem audivit, tunc enim uſque ad Cœnobium Beatæ Mariæ de Jeſu perrexit, poſteaque evenerunt, quæ in primo examine depoſuerat, ut in actis fol. 128. & ſeqq. 108

Jam Joannes Campos (de quo dixerat Matthias Ponz habere unam ex minoribus formis, adeſſeque cum Jolvi, quando turpitudinem faſſus fuit) captus erat, atque de his interrogatus negavit facinus, execrationibus maximis in ſe prolatis affirmando, quòd in Hebdomade majori, duo menſes completi erant, à quibus Petrum Jolvi aſſociare, vel videre deſierat prælibatus Ponz; & quamvis criminoſus iſte erat, veriſimile videbatur, eo quod ſtatim omnia facinora propria (quæ non pauca, & capitalia omnia) ſpontaneè fuit faſſus, ut in actis fol. 131. ſed ut convinceretur, cum eodem Ponz confrontatus fuit; ſemper tamen negans, teſtemque falſum affirmans, at Ponz in ſuo dicto permanſit, in actis fol. 38. 109

Die 3. Junii accuſatus de crimine fuit Joſephus Prats, atque confeſſiones ab eo exactæ ſuper denuntiatione, qui dixit omnia narrata in ea vera eſſe, publicatòque proceſſu conceſſæ fuere dilationes forales, ut in actis fol. 144. Die 5. pauperum procurator defenſiones propoſuit, errorem confeſſionis, atque Rei fatuitatem allegans, beneficiumque reſtitutionis in integrum ex eo capite implorans adverſus confeſſiones, injuncta hæc Fiſco fuerunt, lapſóque termino, concluſa cauſa, pauperum procuratore minimè probante, & ſententia ſubſecuta, dictus Prats acerbiſſimis pœnis tanquam confeſſus, fuit punitus. Sed ad patibulum deſtinatus omnia revocavit dicens, à ſe commentita eſſe, & in hoc dicto uſque ad exitum ſpiritus perſeveravit, abſque eo, quod explorari poſſet quare fabulam hanc finxerat. 110

Jam Jolvi captus ſemianimis erat, in puteo molendini oppidi de Borriana, ſclopi ictu in capite lethaliter vulneratus, ita ut dum in agone vixit, fari nequiverit. Eum comitabatur Andreas Cetina Saguntinus, & apud ipſos, neque veſtigium ſacræ Euchariſtiæ reperiebatur. Sed ne Matthias Ponz fuga ſibi conſuleret, & ea mediante præſumpta depoſitionis falſitas celaretur, carceribus mancipatus fuit. 111

Ex tunc jam inquirere cœpit Auditor, an dictus Ponz de falſitate convinci poſſet, & ad hunc effectum examinatus fuit Antonius Gargallo annorum 52. qui depoſuit, 112

fuit, quod media nocte irruente diei octavi Aprilis, ad januam prædii ruſtici, in quo degebat, ſiti in planitie de Quart, pulſare audivit; januam aperuit, & ingreſſi fuere decem & ſpiem, aut amplius Bannitæ, & uſque in diem ſequentem, orto jam Sole, ibi remanſerunt, quos minimè notos habebat, ſed vocati quemdam Jolvi, aliumque Piſtorem percepit. Cui depoſitioni congruit dictum Laurentii Lopez fol 148. & ſeq. Michaëlis Lopez qui addit ſe Petrum Jolvi cognoviſſe, & quod die Sabbathi ſancti ſequentis ibi ipſe Jolvi repertus fuit cum alio, Piſtore nuncupato, apud acta fol. 150.

Jacobus Gades annorum 20. quod eodem Sabbatho
113 ſancto hora quarta veſpertina, vidit Petrum Jolvi, Antonium Eſpinòs, & Joannem Campos cum aliis, uſque ad numerum vigeſimum, vel circiter, tranſeuntes per prædium ruſticum Don Petri Gonçalo (quod diſtat per quatuor leucarum ſpatium, & amplius à Gurguſtio Doctoris Martinez ut eſt notum) in actis fol. 151. cum quo conteſtabatur Guillermus Aleña, & frater Jonnes Vaguena fol. 152. & 153.

114 Abdon Ribes vulgò *Piſtor* nuncupatus, nam officii nomine notiſſimus fuit, ſocius Petri Jolvi, annorum 23. examinatus dixit ſe cum aliis duodecim (quorum nomina expreſſit) & cum eis Petrum Jolvi, die ſacrilegium præcedente, tranſiiſſe per Cœnobium, pernoctaſſeque in prædio ruſtico del Rafol, ſed nocte ejuſdem diei abiiſſe ad paludes oppidi de Alboraya, quo in Antonium Eſpinòs, novemque ſocios inciderunt, & cum inimicos crederent, jam ad conflictum properabant; ſed ad invicem recogniti, ad prædium ruſticum itineris de Almacera profecti fuerunt. Die patrati criminis juxta Cœnobium Divi Joannis de la Aibeta, Urbi proximum, adfuiſſe, uſque ad noctem; eaque jam irruente, ipſe Piſtor ad vicum de Alboraya properavit, in quo notitiam execrandi facinoris habuit; reverſuſque ad ſocios, compotes de crimine fecit dicens, ab eo ſuſpicari indultum concedendum, hac de cauſa, fore. Fatebatur utique, quòd die delictum ſubſequente in oppido de Payporta ingreſſi fuerunt, & poſtea ad prædium ruſticum Fratrum Prædicatorum convolaſſe: ſed acerrimè negavit dictum Matthiæ Ponz, imò ipſum falſa depoſuiſſe teſtabatur, et in actis fol. 160. congruit cum eo, dictum Andreæ Cetina fol. 163. addentis ſe cum Jolvi in puteo captum fuiſſe.

115 Die 21. Maii, Fiſcus torqueri Abdonem Ribas ſupplicavit, quod ita decrevit Senatus, & in tortura pluribus criminibus narratis, ſacrilegii notitiam conſtanter negavit, ut in actis fol. 165. idem contigit in tortura Joannis Campos, apud acta fol. 194. Petri Plaça fol. 224. Andreæ Cetina fol. 217. & Severini Grau fol. 229. omnes Petri Jolvi congreſſatores.

116 Hiacynthus Torrent, & Barberâ, vulgò cognominatus *Puſeta*, adverſariæ factionis erat, ſed ad Antonium Eſpinós congreſſus, paulò ante ſacrilegium ab eo deſecerat. Iſte enim captus, cum eſſet annorum 22. depoſuit Matthiam Ponz, & Petrum Joannem Ponz illius parentem, mediante matre ipſius Hiacynthi, ſuaſiſſe, ut falsò deponeret, cum dicto Matthia conteſtando; & inde veniam delictorum ſperaret, ut in actis fol. 237. cum quo Stephana Barberâ mater conteſtata eſt, annorum 40. dicens id ſuaſiſſe in foro, ut in actis fol. 238. & demum ipſe Hiacynthus cum Matthia Ponz confrontatus, conſtanter aſſeruit die Sabbati ſancti ſimul inceſſiſſe ambos uſque ad noctem; ſed nec locutum fuiſſe cum Petro Jolvi, nec ipſum vidiſſe, in quo uſque ad mortem perſeveravit, Matthia in ſua depoſitione perſiſtente, apud acta fol. 239. cum matre Hiacynthi etiam confrontatus, unuſquiſque in dictis perſeveravit.

117 Socii Petri Jolvi etiam confrontati cum Matthia fuere ſigillatim, omnes jam ad patibulum properantes, manibuſque Chriſti Domini Crucifixi effigiem tenentes, per eam teſtabantur non paucis lachrymis effuſis, ſe, neque Jolvi, de execrando crimine aliquid ſcire, neque ipſum allocutos fuiſſe, in die quo dixerat, quod executum fuit cum Joanne Campos, Gaſpare Cetina, Abdone Ribes Piſtore, Franciſco Garrigues, Michaele Cetina, & Petro Plaça, ut in actis à fol. 243. per plures ſequentes idemque in Cruce dum pœnam ſuſtinebant, coram populo proteſtati ſunt.

Ex quibus omnibus apparebat dictum Matthiam fal- 118
sò depoſuiſſe: ſed ad uberiorem probationem, ex depoſitionibus Joſephi Llaſer, Vincentii Ximeno, & Joannis Compain, negativa coacta fuit à Fiſco probata, eo quod atteſtati ſunt eo tempore, quo Matthias aſſerebat, Petrum Jolvi allocutum fuiſſe, ſibique monſtraſſe Euchariſtiam ſubreptam, adeſſe eundem Jolvi in loco ita remoto, à quo impoſſibile omnino erat migrare ad locum, de quo Matthias aſſeruit prædicta, ut in actis patet à fol. 248. uſque ad 252.

Quibus rationibus, ac probationibus ſuffultus Fiſcus, 119
expoſuit libello diei 19. Martii 1649. ipſum Matthiam falsò depoſuiſſe, & ſalvum conductum impetraſſe ad delinquendum enormiter, ſicque carere debere omnino impetratis. Aſſignatum fuit tempus tridui ipſi Matthiæ, ut huic inſtantiæ ſatisfaceret, ſed nihil deduxit, ob quod articulus concluſus fuit die 20. Auguſti ſequentis, & declaratio Senatus ſubſequuta ad favorem Fiſci, Regia inter locutoria publicata per Gaſparem Maſcaron R. M. S. die 20. Decembris ejuſdem anni.

Ipſe Matthias jam condemnatus erat ad mortem ra- 120
tione exploſionis in Andream Prats, per ipſum patratæ; ſed adverſus proceſſum contumacialem reſtituendum eſſe decreverat Senatus, eo quod adhuc minor viginti annorum reperiebatur, tam tempore criminis, quàm contumaciæ: ideòque de inceſſu in comitiva, ac pluribus aliis delictis interrogatus fuit die 11. Februarii anni 1650. tuncque faſſus fuit depoſitionem diei 30. Aprilis 1648. de qua *ſupra num.* 99. falſitatis labe confictam eſſe, ſeque minimè vidiſſe contenta in ea, ſed id 121
feciſſe ob communem Patriæ utilitatem. Die 16. eorundem de omnibus criminibus accuſatus fuit, & cauſæ delictorum cumulatæ fuerunt, demumque ſententia ſubſecuta, morti tradendum, dextera, qua juramentum præſtitit, & lingua, qua falſam depoſitionem contexuit, amputatis, juxta *forum* 44. *alias* 56. *de teſtibus*, Senatus pronuntiavit, ſententia publicata per eundem Maſcarò, die 14. eorundem. Sed in hac cauſa duo ſpecialia ſatis admiratione digna annotata fuerunt. Primum, quòd juxta *for.* 105. *Cur. ann.* 1616. teſtes ſcribere neſcientes loco ſubſcriptionis ſigno Crucis depoſitionem ſubſcribunt coram duobus ſcribere ſcientibus, qui deſignant, tanquam teſtes ipſius ſigni, ut dixi §. 2. *n.* 63. *Injus capitis*. Et ferè omnes depoſitiones, quibus convictus fuit de capitali crimine, erant ſubſcriptæ per ipſum, tanquam unum ex teſtibus ſignum Crucis atteſtantibus. Cujus in cauſa fuit ſalvus conductus ab eo impetratus, nam ut cognitus teſtibus Bannitis deponentibus de criminibus comitivæ, in qua ipſe inceſſerat, ad hæc adhibebatur. Secundum, quòd ſententia executioni deducta in eum, eo die, quo ſacrilegium patratum fuit, nempe die
Martis ſancti, ſive feria tertia hebdomadis majoris anni 122
1650. quo annus ſecundus à die facinoris adimplebatur. Quibus Dei digitus demonſtrabat illum mortem meruiſſe, adeo ut ipſe eſſet inſtrumentum, ſuo modo, probationis in ipſum. Et ex his apertum fuit, neque Petrum Jolvi, neque Joannem Campos ſacram Euchariſtiam ſubripuiſſe.

Teſtis qui depoſuerat apud Philippum Toran vidiſſe 123
unam ex tribus formis minoribus, ut dixi *n.* 104. eodem die depoſitionis aufugit, nec amplius fuit repertus, licet quæſitus, & ſatis mendacium ex fuga convincebatur. Sed magis ex eo, quòd Toran cum captus fuiſſet in urbe Turolenſi, in patibulo hoc ipſum negaſſe retulit Domino Proregi Juſtitia illius Communitatis. Joannes

Baptiſta

124 Baptista Murria, de quo *suprà*, *n.* 103. decessit cum sua depositione, at Michael Zafont demum captus, atque tortus, nil fassus de hoc crimine fuit, sed ut pœnam effugeret, amentiam fingebat, & cum evidentibus signis fictio comprobaretur, suspensus fuit Sacramentis minimè sumptis. Quamquam enim evidens mihi est, nullatenus ipsum ex formis furto subtractis à dicto Cœnobio aliquam habuisse, non impossibile est, aliunde illam Baptistæ Murriæ ostensam quæsivisse, & sic tanquam abutentem ineffabili Sacramento, Deus permisit, quod Sacramento in articulo mortis deficerent.

125 Hæc omnia ex actis resultant, extrajudicialiter. veritas criminis habita fuit, & sic omittitur tanquam ad tertiam sectionem *hujus* §. spectans: quòd loci quantum materiæ gravitas permiserit, explicabitur.

SECTIO TERTIA.

De effectibus subsecutis.

SUMMARIA.

126 *Afflictio communis ex immanitate criminis.*
127 *Inquirendi occulta, via dua, cruciatus, & præmium.*
128 *Præmii duplex genus ad hoc, pecunia, & impunitas.*
Pecunia lucrandi cupiditas, ibidem.
129. *Vita conservanda desiderium.*
139 *Præmia detegentibus indicta.*
131 *Princeps de crimine certior factus.*
132 *Luctuosa insignia totius Provinciæ.*
Capituli Almæ Sedis tristissima processio, ibid. & cæterarum Ecclesiasticarum communitatum.
135 *Nobilium cœtus devotus.*
134 *Proregis, & Senatus pia demonstratio.*
135 *Morbo à superiori causa irruente à Numine auxilia implorandæ sunt.*
136 *Communis crudelitas in Banditos.*
Causa hujus crudelitatis plurima, ex irreligiosè per eos gestis, ibid.
137 *Banniterum audacia.*
138 *Vires imperii in consensu obedientium residem.*
139 *Vulgus nequiores sequi solet.*
140 *Statuentorum Regni salubberrima deliberatio.*
141 *Banniterum persecutio generalis constituta.*
142 *Primordia persecutionis.*
143 *Proregis ad persecutionem exitus destinatus.*
144 *Milites, & Cives ad persecutionem parati.*
145 *Comprobatio casualis affectus generalis Provinciæ, ad Banditos persequendos.*
146 *Valentina pietas perpenditur.*
147 *Religionis specie plura ingentia perficiuntur.*
148 *Religionis tutissimum Regnorum tutissimum asylum.*
149 *Valentini in studio pietatis, religionis, & cultus, nemini cedunt.*
150 *Valentinis debetur ratio annorum computandorum à Christi ortu salvari.*
151 *Corporis Christi festum institutum fuit ob miraculum sanctorum Corporalium Daroca, quod factum fuit in Valentino Regno.*
152 *Sacramentum Eucharistiæ venerator in Valentina Regno quotidie, & quare.*
153 *Divini cultus cura, in regno Valentia fovetur.*
154 *Persecutionis generalis modus.*
155 *Cohortes satellitum sex destinata ad persecutionem.*
156 *Centuriones ex Brachiis, & Assessores ex Jurisconsultis nominati.*
157 *Nomina Centurionum, & Assessorum.*
158 *Excellentissimi Proregis exitus cum Regno.*
159 *Ipsius Proregis initium funestum.*
160 *Sedes persecutionis statuta in oppido de Torrent.*
161 *Senatus criminalis in oppido de Torrent celebratur.*
162 *Persecutionis primitiæ.*
163 *Punitionis initium.*
164 *Principes agriculturam imitantur.*
165 *Principes harmoniam profitentur.*
166 *Regendi instrumenta non multitudinis arbitrio attemperanda.*
167 *Castigatio non nocet, sed medetur specie nocendi.*
168 *Maleficium, non pœna damnat.*
169 *Pœna non voluntate impellente, sed necessitate compellente imponuntur.*
170 *Celeritas aliquando necessaria.*
171 *Providentia divina eminuit in persecutione.*
172 *Dertusa urbs obsessa eo in tempore.*
173 *Lugubria insignia usque ad mensem Septembris continuata.*
174 *Criminis sub involucro detectio vera.*
175 *Sanitatis Urbis alacritas, ac devota gratiarum actio.*
176 *Excellentissimi Comitis de Oropesa prudentia, atque dexteritas commendantur.*

IMmanitas criminis omnium animos premebat, sed magis eorum qui Justitiæ administrandæ præerant, cum præter Religionis speciem, qua concitabantur viscera cunctorum, factionum atque Banniterorum sævitia, impossibilem criminis notitiam, atque punitionem augurabant. Sed præ omnibus domini Proregis animus eo affectu agitabatur, quia ad eum, tanquam Reipublicæ caput, cura hæc pertinebat: nequibatque pro amplitudine muneris, & sanguinis, his omnibus occurrere, tempore quo, cunctæ ad exitium properare cernebat. 126

Cruciatu, aut præmio, cuncta pervia esse, Docebat Tacitus *lib. 15. annal.* At cum torturæ impositio legibus definita sit, Cœnobii Oblato imposita, parum, aut nihil factum detegens, non supererat aliquis cui imponeretur. Ob quod Excellentissimus Comes, Senatu annuente, præmii ad id ipsum edictis invitavit, ratus per præmia cuncta obtineri. Propertius *lib.* 3. 127

Aurum omnes jam vicit pietate colunt. 128

Imò sine præmiis omnis virtus obest. Juvenal. *satyr.* 10.

——quis enim virtutem amplectitur ipsam,
Præmia si tollas?

Quæ ista ad rem esse debeant, explicuit Salustius *in Catil.* ibi: *Indici præmia decernas, pecuniam, & impunitatem.* Pecuniam, nam lucrandi affectus maximus reputatur. Divus Leo Papa *sermon.* 9. *Amori pecuniæ vilis est omnis affectio, & anima lucrandi cupida, etiam pro exi-* 129 *guo perire non metuit.* Prosequitur Pater Marquez *in Gubern. Christ. lib.* 1. *c.* 28. Langlæus *semestr. lib.* 6. *c.* 1. Impunitatem, nam vita carior est cæteris bonis. Ovidius *lib.* 5. *Metamor.*

——Nil ô fortissime prater
Hanc animam concede mihi, tua cætera sunto.

Duarum mille librarum summa, atque impunitas à quocumque alio maleficio, etiamsi ipsius sacrilegii particeps esset detecto, dummodo principalis patrator non esset, indicebantur, aliorumque quinque reorum indultus, ut publico edicto publicatum fuit, Urbisque Rectores præmia detectoribus edicto, etiam destinarunt. 130

Demum Catholicæ Majestati nuntium de crimine patrato notitiam afferentem misit, & piissimus Princeps serenissimorum progenitorum vestigia insequendo, tanti criminis detegendi, atque puniendi curam præcepto speciali aggravavit, & si opus esset ad hoc perficiendum personnaliter ad Regnum properaturum constanter asseruit. 131

Omnes jam lugubri indumento incedebamus, Ecclesiarum atria atro paramento in amaritudinis signum operiebantur; imò, & simulachra Sanctorum, tanquam ad rogum, ut in dominica Passionis, luctuosè ornata erant, cantusque Cleri in mondum planctus intonabatur amarè, non secùs, ac tempore censurarum aggravationis. Quin, & hospitia communiter tanquam ad funus parabantur extrinsecus, & secluso ab omni Provincia lætitiæ, atque jucunditatis minimo insigni. Capitulum Almæ 132

Sedis

133 Sedis (quod Eccleſiaſticam juriſdictionem Sede Metropolitana vacante, gubernabat) Feria quinta in Cœna Domini, jam nocte irruente, proceſſionem triſtitia gravem, devotione mirandam ordinavit: cujus exemplum imitatæ fuerunt reliquæ Clericorum communitates. Nobilium cœtus in Cœnobio Prædicatorum ad Capellam Beatæ Mariæ ſub invocatione *de la Soledad*, quam ab antiquo veneratur, & fovet, per triduum ſolemnitatem ſacravit. Omnes Urbis incolæ precibus divinum auxilium implorabant devoti, cœleſtem iram placare curantes, imminentem tam impio, ſceleſtiſſimóque facinori.

134 Denique Dominus Prorex cum Senatu à Regia ad Sedem Metropolitanam tranſlatus, Sacris celebratis, eruditiſſimè, atque elegantèr perorante Reverendiſſimo P. Fr. Frederico Enriquez de Toledo, Ordinis Divi Hieronymi, Supremæ Inquiſitionis propoſitionum Fidei Cenſore, atque Regio Concionatore clariſſimo, ſacram Euchariſtiam ſumpſit coram populo, Senatu ſequente; nam ubi morbus à ſuperiori cauſa provenire præſumitur, ſe-

135 curior medela ab ipſo Numine eſt exigenda. Quod, & noverat Ethnicus Hippocrates *in lib. præſagior. text.* 4. ibi: *Si quid eſt in morbis divinum, oportet hujus quoque addicere providentiam.* Quem ſic exponit Pater Mariquez *d. lib.* 1. *c.* 24. contra Galeni doctrinam aliter interpretantis.

136 Conſtantiſſimè ab omnibus credebatur Bannitos auctores iniquitatis fuiſſe, adeo ut Inquiſitores nominatim Petrum Jolvi hac de cauſa excommunicatum denuntiarent; quod non levi fundamento nitebatur. Certiſſimum erat in oppido de Algar, intra Templum quendam occidiſſe: ſpreto confugio. In urbe Segobricenſi; ſanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento parente, ad ipſam aram accellerunt, & in uno ex luminibus coram divina præſentia ardentibus, ut nicoſiæ fumum caperent, pipam

137 accendiſſe irreverenrer, ferebatur. In oppido de la Yeſa Petrus Jolvi cum comitiva, Didacum Martinez, quem inimicum perſequebatur, in diverſorio invenit, & ipſum incendio perimere fuit auſus. Rector Parochialis ipſius, ut animum graſſatoris ſederet, & oppreſſo opem tanquam Paſtor afferret, ſacram Euchariſtiam in locum incendii adduxit; ſed Jolvi ſclopetum manibus tenens, & in Presbyterum Euchariſtiam ducentem, explodere tentans, dixit: quò abiret, mortem ſi aliter feciſſet comminando, quibus coactus Sacerdos, cum Euchariſtia ad Templum remeavit, & incendio proſequente inimicum cum diverſorio combuſſit. His perpenſis, cœperunt om-

138 nes tanquam à ſomno graviſſimo reſurgere, omnino percepto, audaciam, ferocitatem, atque inverecundam inſaniam ad ſummum jam perveniſſe; nam neque Barones, juriſdictionem ad eos ſpectantem exercere in propriis territoriis poſſe graſſatorum imperio durante proſpiciebant; neque fructuum conductiones liberè licitare, non ab ipſis in omnibus, & tranquillitas perturbabatur publica, & commercium jure gentium firmatum, evolvebatur atrociter, ac cuncta peragebantur ad eorum nutum juxta factionum cupiditatem. Cerne-

139 bant pariter ſacram Aſtræam derelictam, quare licet ipſius alumni proni ad punitionem eſſent, pro temporis anguſtia, non quantum exoptabant conſequi valebant: *Vires imperii in conſenſu obedientium ſunt*, dixerat Titus Livius *lib.* 11. & ſic quamvis qui impetraſſet aderat, conſenſus ſubditorum procul reperiebatur: *Cum ſæpe ad nequiores populli levitas deferat faſces, cum factionibus, invidia, impetu, rapiantur vulgi ſtudia.* Barclay *in Argenid. lib.* 1. Ob quod ſalubriori conſilio inito, Status Regni decreverunt, ut non ſolum auctores immanitatis per-

140 ſequerentur, ſed generaliter omnes delinquentes Banniros, atque criminoſos. Ad quem finem unumquodque Stamentum Electos de more deputavit, cum poteſtate

141 decidendi, quidquid ad eum finé conducere arbitrarétur.

De his certior factus Dominus Prorex; concioni Electorum præſidendo, omnia ſumma prudentia, atque dexteritate diſponebat, ſimulatos factionum auctores in carcerem detruſit, conatum Electorum Status Regni, ut juſtiſſimum fovit, atque omnia præparavit, ſicut neceſſaria ſibi viſa fuere. Statutum in eo cœtu fuit, quod perſecutio generalis in Regno toto fieret, cohortes impenſis publicis deſtinarentur, occultantium delinquentes pœnis aggravatis: & quod magis fuit, Brachia ſup- 142
pliciter expoſuerunt eidem Præſidi, quod perſonaliter ad perſecutionem migraret, Brachiis ipſis aſſociantibus, & nomine Regni, quod in puniendis malefactoribus per tempus quatuor menſium, nulla haberetur ratio ſolemnitatum fororum, quoad ritum cauſarum criminalium; atteſtando pronos Milites omnes, atque Cives reperiri, ad comitandum ipſum Proregem.

Hæſitabat ipſe, an migrare deceret, nam ſi anguſtia 143
temporum durante, effectus memorabiles, quos amplitudo perſonæ perſequentis promittebat, evaneſcerent, in perniciem verteretur, quod ad medelam præparabatur. At Dei auxilio fretus, rectæque intentionis juſtificatione nixus, annuere decrevit, conſulta prius ſacra Catholica Majeſtate. Ea conſultatione pendente, ad oram urbis Dianæ ſoror ipſius, Excellentiſſima domina Mar- 144
chioniſſa delos Velez advecta fuit, & ut ipſius viduitatem conſolaretur, ad eam Dianæ urbem properavit. Omnes Equeſtris Ordinis, atque honorati Cives perſonnaliter cum Domino Prorege ire ſtatutum habebant, ob quod jam ad perſecutionem parati reperiebantur. Eo abſente, delatum fuit, Petrum Jolvi obſidione detentum ad 145
rupem columbæ, non procul à Sagunto: omnes criminalis Aulæ Senatores, cæterique inferiores adminiſtri, ad eum locum migravimus, cunctis Militibus, atque Civibus, æquo animo inſequentibus, quin, & ab omni ſtatu, omniq; diſtrictu, ingens armatorũ numerus confluebat.

Admiranda omnino videbatur tam ſubita mutatio; ſed 146
Valentina pietate perpenſa, nulli dubium erit Religionis affectu ea omnia commoveri. *Omnes religione moventur, & Deos patrios, quos à majoribus acceperunt, colendos ſibi diligenter, & retinendos arbitrantur.* dixit Ethnicus Orator. 5. *in Verrem* Quod experientia docet memorabilibus exemplis ab Hiſtoricis relatis. Græci Troades 147
ſuperarunt, &

Quos neque Tydides, nec Lariſſæus Achilles,
Non anni domuere decem, non mille carina

ad Palladis religionem devicti fuerunt, ut refert elegan-ter Virgil. 2. *Æneydos.* Proſequitur argumentum antiquiora exempla tradendo poſt Petrum Greg. Toloſan. *de Repub. lib.* 13, *c.* 12. *n.* 19. Don Didacus Saavedra *ſymbol. polit.* 27. Etſi recentiora quærantur, plura non minus miranda, quàm dira ſcripta reliquerunt de bello civili Gallico, Petrus Matthæi, Jacobus Auguſtus Thuanus, Henricus Catharina de Avila, in hiſtoriis hujus argumenti; nam ea bella ſpecie Religionis indicta dubitari nequeunt. Tutiſſimum Regnorum aſylum eſt Re- 148
ligionis tuitio, atque defenſio; optimum Principibus ſummè de Religione curare, ut dixi *c.* 2. §. 2. *n.* 74. *& ſeqq.* Divus Thomas *de regim. Princ. lib.* 2. *c.* 16. pluribus P. Velazquez *de optim. Princ. lib.* 2. *admon.* 5. Saavedra *ſymbol.* 24. & noviſſimè Hieron. Salcedo *de regim. Princ. d. c.* 16. *lib.* 2. *n.* 127. *& ſeq.* Sic enim Hiſpani ampliſſimum imperium pietatis, atque Religionis cultu adepti ſummus, ut Thomas Boſius *lib.* 24. *de ſign. Eccleſ.* demonſtrat; aliqua Saavedra *ſymbol.* 81. §. *Hiſpani, pag.* 186. Valentini, qui in ſtu- 149
dio pietatis, & religionis cultu, nemini cedimus, quomodo quieſcere poteramus deficiente ſacroſancta Euchariſtia, quam devotiſſimè in Templis colimus, quam ardenter ubique veneramur; quam ſumma reverentia, atque amore proſequimur? Valentiæ Regnum fuit janua Monaſticæ obſervantiæ, nam Donatus Abbas ab Africa, ſeptuaginta comitantibus ſociis, Minicea Matrona nobili coadiuvante, Monaſterium Servitanum conſtruxit, non procul à Promontorio Ferrarienſi, quod primum Monaſtici inſtituti fuit anno 570. ut teſtatur Divus Ildephonſus *in lib. de viris illuſtr.* & aliis fundamentis

150 mentis comprobat noſter Diago *in Annal. lib. 5. cap. 8. & 9.* Valentinis debetur ratio annorum computandorum à Chriſti ortu ſalutifero, vetere per Æras Cæſaris antiquata, ut tradit P. Mariana *lib. 17. de reb. Hiſpan. c. 7.* Caſtellæ Regna nos ſecuta fuere, ut ipſe ſcripſit *lib. 18. c. 6.* Demumque Luſitani admiſerunt, & conſequenter cæteræ gentes orbis Chriſtiani, ut ipſe notat *lib. 20. c. 7.* nòſque attigimus *in floſcul. hiſtor. Hiſpan. p. 2. c. 5.* Feſtum ſacroſancti Corporis Chriſti inductum ab Urbano IV. Brevi, de quo apud Cherub. *tom. 1. pag. 94.* edito *anno* 1262. ea de cauſa inductum fuiſſe atteſtantur antiqui, nempe ob ineffabile miraculum, quod in hoc Regno ſumma Dei omnipotentia operata fuit anno 1239. non procul ab oppido de Luchent, cujus memoria conſer-
152 vatur in ſanctis Corporalibus Daroccæ, ut tradit P. Fr. Hieronym. Roman. *in Republ. mundi, tom. 1. lib. 5. c. 5. fol. 272. pag. 2.* & nos diximus *ubi prox.* quo in loco quotidie nova miracula conſpiciuntur, ut tradit Viciana *lib. 3. Chron. Valent. fol. 25. & ſeqq.* In hoc Regno tantummodo ſuprema majeſtas Sacramento contenta, veneratur à cuncto populo quotidie, dum ſacra Hoſtia, & Calix elevantur in Templo maximo cujuſvis Urbis, vel oppidi, ſonus ſpecialis emittitur, quo percepto populus univerſus genibus flexis, reverenter hoc myſterium Fidei profundo cum ſilentio adorare aſſuetum habet. Hujus conſuetudinis laudabilis exordium ab eodem miraculo deducitur; nam medium fuit, per quod ſummæ Majeſtati deprecabatur, quòd ſitus miraculi demonſtra-
153 retur, quod utique miraculosè fuit conſecutum. Viciana *ubi proxim. fol. 27.* & à nobis derivatum ad cæteras Provincias Regnorum Coronæ. Divini cultus cura adeo viget in Regno Valentiæ, ut nemini ſecundum in hoc cenſeatur: ſed primatum inter plurima teneat. Eccleſiarum ornatus, divinorum Officiorum celebrationis majeſtas, atque in Deum, ſanctoſque nota devotio, nemini ignota eſt, plurimis admiratione digna, cunctis in exemplum appoſita, ut innuit noſter Eſcolano *lib. 4. cap. 23.* & ante eum Lucius Marineus Siculus in loco ab ipſo adducto *lib. 5. c. 29. n. 3.* Quare hoc in caſu ita acerbitate commoti Valentini fuerunt, ut cuncti in Bannitos (quos auctores, ut dixi unanimiter credebamus) conſpirarunt, ſanguinis, aut familiaritatis conjunctione poſtpoſita, & in eos omnes animadvertere cupientes, ad ipſos perſequendos omnino parabantur, ut experientia demonſtravit in eo incerto rumore obſidionis;
154 plus enim quàm duo armatorum millia ad perſecutionem accingebantur.

Evanuit notitia obſidionis, ſed non experientia animi totius Regni, & cum ſtatueretur, quòd una, eademque hora, per omnia Regni ipſius oppida, montes, convalles, vias, & campaneas, quærerentur fontes; epiſtolæ undique miſſæ fuerunt, quibus cavebatur ſtatutam eſſe generalem perſecutionem ab Stamentis Regni; ad quam
155 unumquodque oppidorum, certum hominum numerum, totque pecuniarum ſummas remittere ad diem præfinitum tenebatur, ad formandas, ſubveniendaſque cohortes; epiſtolamque interiorem die 12 Maii hora 8. matutina, inſtrumento publico mediante, aperiendam eſſe, & omnia in ea contenta, executioni deducenda. Quæ quidem erant, quòd illico, unuſquiſque Juſtitia cum omnibus Officialibus oppidorum, cuſtodibus ad ingreſſum oppidi ex ditioribus relictis, omnes ſuſpectos de factionum incluſione caperent, domos eorundem explorarent, terminumque ipſius oppidi diſcurrerent, quæ continuanda erant per octo dierum ſpatium,
156 capiendo non ſolum quos malefactores cognoſcebant, ſed quoſcumque de cujus innocentia poſitivè non conſtaret, & de executione harum rerum mediante pariter publico inſtrumento Dñm Proregẽ certiorem facerent.

Ad eundem diem D. Proregis exitus cum Nobilibus & Civibus, atque Brachiorum Electis deſignatio aderat. In id ipſum formatæ ſex ſatellitum cohortes, duæ Brachio Eccleſiaſtico deſtinatæ, traditæque, tot centurionibus ex Ordinibus Militaribus ſelectis, nempe Don Dionyſio Cartoz, & Pardo, noſtræ Monteſianæ familiæ, & D. Mauritio Mercader Ordinis S. Joannis Hieroſolymitani. Duæ ſtrenuo Brachio Militari tot Militaribus viris commendatæ, nempe Egregio D. Gerardo Comiti de Cervellon, & Andreæ Cifre Militi. Duæ denique Bra- 157
chio Regali tot Civibus cõmiſſæ, ſcilicet Joſepho Vincentio Gomez, & Gaſpari Sanz: qui quidem ex ipſis Stamentorum Electis fere creati fuerunt. His aſſignati Aſſeſſores ex peritioribus Urbis Advocatis, qui fuere Magnificus D. Doct. Carolus del Mor, Nobilis Dñs. D. Franciſcus Eſcorcia. Nunc de R. Concilio, Nobilis D. Melchior Siſternes, jam generalis Gubernationis Aſſeſſor in civilibus, D. Gaſpar Vidal, Doct. Joannes Franciſcus Villena, & Doct. Bartholomæus Pla, ut unuſquiſque in territorio ſibi aſſignato, informationes delictorum caperet, 158
& juxta Juſtitiæ normam in omnibus procederetur.

Statuto die ad horam quartam veſpertinam, omnibus prædictis diſpoſitis, ac executioni deductis, ad Regiam concurrere cœpit quicumq; ad perſecutionem paratus erat. Sed ó miſerabile dictu! cœlo ſereno, ab omnibus auditus fuit ingens tonitrui ſtrepitus, nõ ſecus ac procelloſæ tẽpeſtatis tempore fulgura coruſcantia prorumpũt. Hoc genus portenti præceſſiſſe, inter alia, bellum civile Cæſaris, & Pompeii, ſcribit Lucanus *in Pharſal. lib. 1.*

Fulgura fallaci micuerunt crebra ſereno.

Quid ſimilia prodigia denotent, tradunt latiſſimè Julius Cæſar Bulengerus *de prodigiis*, Simon Majolus *dierum canicularium, tom. 1. colloq. 1.* & alii plures congeſti per Torreblanca *de jur. ſpirit. lib. 6. c. 12.* quibus adde noſtrum eruditiſſimum Valentinum Gaſparem Tollera Epiſcop. S. Juliæ *de pont. prodig. & oſtent per tot.* Prodiit quidem comitantium cœtus, Syndicis trium Brachiorum inchoantibus pompam: pro Eccleſiaſtico, Don Joſepho Pujaçons Canonico Almæ Sedis: pro Militari, D. Blaſio de Villaraſa, venerandæ Euchariſtiæ ſtemmate inſignito: pro Regali, Joſepho Perez Roca Syndico Urbis, quos tantum præcedebant Lictores Regni cum argenteis faſcibus. Ingens egregiæ Nobilitatis, generoſæ Militiæ, honoratæ civilitatis, numerus mixtim, ſequebatur multitudo (inter quos, & Electi Brachii Eccleſiaſtici micabant, ut ſidera) tum & equorũ dexteritate eminentes, tum & armorũ ſtrenuitate ſuffulti. Nemo ex præcipuis totius Urbis viris, imò ex illis qui in aliquo honore erant, niſi gravi impedimento oppreſſus, arcebatur à cœtu. Luctuoſa criminis deploratio non ſinebat, cultum opulentia adornari, ſicque non auro, non diſcolori veſte fulgentes, ſed ferro, & modeſtia agmen graviter incedebat.

Sequebatur Dominus Prorex Ducis generalis inſigni- 159
bus gravis, fronteque ſerenitatem, atque amplitudinem ſtipis oſtentans. Demum ipſius familia, Satellitũmque cuſtodiæ centuria armata, cum oræ maritimæ equitum turmis. Quamquam ampliſſima area ad proſpectum Regiæ adſtat, nec populum quidem viatores equitantes ſatis arcebant, maximè quo prohibebatur ruentem: nec ipſis equitantibus progredi fas erat, præ multitudine copioſa aſpicientium. Ædem Beatæ Mariæ ſub invocatio- 160
ne *de los Deſamparados*, cum omni pompa viſitare decrevit, preces ſuppliciter effundendo, quo fauſto auſpicio omnia ad optatum finem conduxit. His peractis ad oppidum de Torrent abiit, non ſine magna totius Regni admiratione, nam adhuc non legebatur, Proregum aliquem, hujus cœtus comitatum obtinuiſſe, Regni formalitate obſervata.

Eo in oppido manere aliquantulum deliberavit, & in 161
ipſo Senatores Aulæ criminalis, cum Aſſeſſore Magiſtri Militum Senatum celebrabant; nam licet in Urbe Senatus pariter reſidebat, juxta *fueros* id permiſſum eſt certè, ſi ratio perpendatur, & obſervantia plurium annorum comprobetur, in exitibus Proregum cauſa viſitationis.

Cœpit

162 Cœpit ſtatim ubertimos fructus perſecutio parere, nam cohortes ſtatutæ, Juſtitiæque omnium oppidorum, campaneam diligentiſſimè exquirebant, unde evenit, quod ingens ſontium numerus brevi caperetur; qui vincti ad dominum Præſidem ducebantur.

163 Cœpit etiam & punitionis executio, nam in eo Provinciæ ſtatu, ſine illa factiones comprimi, aut extingui nequibant. Agriculturam imitantur Principes, agricultoribus eos comparavit Divus Chryſoſtomus *homil. 15. in epiſt. ad Corinth.* ibi: *Agricultura imitatur Principatum:*

164 *eſt enim Princeps quidam plantarum cultor, alias quidem amputans, & prohibens, alias verò fovens, & excreſcere faciens; itidem, & optimi Principes malos, ac novicos puniunt, bonos verò, & frugi ad meliora provehunt.* Atque adeo inter tot malorum conflictus, multos eradicari neceſſe

165 erat, ne totius agri meſſis periret. Harmoniæ aſſimilatur regendi facultas, quæ majeſtatis vices ſuſtinet, Ariſt. *lib 1. polit. cap. 3. Nam & in his quæ expertia ſunt vitæ, eſt quoddam imperium inſtar harmoniæ.* Chordarum vulgus ſubditorum ſpeciem, inſtrumentum, univerſum Regnum repræſentat. Bene Petr. Gregor. Toloſan. *de Repub. lib. 4. c. 3. n. 2. & ſeqq.* Ad modulationem non ſolum muſicus, qui Princeps eſt, mollitie extremorum digitorum indiget, ſed & unguium duritie, ut peracutè diſſerit Saavedra *ſymbol. polit. 61. per tot.* qua ad perfectam harmoniam, ut diſſonantia conſonantibus attemperentur, unguium duritie, per quam punitionis remedium ſignif-

166 cari videtur, neceſſe habuit uti. Et quamquam quoad aliqua non ab omnibus probabatur, minimè ex hoc condemnari Muſica debuit, nam ut Cicero dixit 2. *Tuſcul. in fin. & 5. tuſcul. Qui fidibus utuntur, ſuo, non multitudinis arbitrio cantus, numeroſque moderantur.* Atque adeo, aliquibus ſubverſis, ſuaviſſima modulatione, pacis auram Reſpublica obtinuit, tranquillitatis ſonum exultanter audivit. Ex fidelibus aliquæ omnino eradicatæ, ut inhabiles ad harmoniam, ſed ex hoc alicui noxam non irrogavit; nam ut aſſerit Seneca *lib. 1. de Ira, c. 5. Non aliquando caſtigatio neceſſaria eſt? quid ni? ſed hæc ſyncera cum ratione. Non enim nocet, ſed medetur ſpecie nocendi.* Imò

167 juxta ipſius Senecæ placitum, beneficium eſt, *lib. 5. de beneficiis, c. 20.* ibi: *Multa beneficia triſtem frontem, & aſperam habent, quemadmodum ſecare, & urere ut ſanes.* (maleficium, non pœna, fontes damnavit) & ſic Reſpublica laborans graviſſimo morbo, ſananda ferro, & igne, ut beneficium ſanitatis obtineret. Quod utique obtinuit omnibus Comitivarum Præcipuis & factionum Bannitis, captis, atque mulctatis, aut obſtinatè reſiſtentibus interemptis, notiſſimis eorum receptaculis ſubverſis, atque

168 eorum receptatoribus punitis Hæc non voluntate, aut voluptate duce exequebantur, ſed neceſſitate compellente contra ipſius Præſidis animum, quem Juſtitia ad hoc cogebat. *Non tanquam probet vitia, ſed tanquam in-*

169 *vitus, & magno cum tormento ad caſtigandum veniat.* Seneca *de clement. lib. 1. cap. 20.* cujus rei veritas deprehenditur ex libellis mihi reſcriptis die 15. Maii, quos Senatus in volumine reſcriptorum transferri, ſen tranſcribit. Nec celeritas argui poteſt, nam in ea, conſtitutione, nociva quæcumque mora cenſeretur.

—Semper nocuit differre paratis.

dixerat Lucanus 1. *Pharſalium.*

Divina providentia in his peragendis emicabat, nam 170 præter miram totius Provinciæ commotionem, delinquentes omnes excæcati facinoribus, fugam captare neſcierunt, licèt enixè de perſecutione ageretur, & apparatus ignorari non poterat: poſtquam capti, neque crimina negare auſi fuerunt, imò ſponte ea fatebãtur, ul- 171 timam pœnam ſibi condignam affirmantes; ob quod addicti plurimi, plures triremibus damnati, plures in exilium miſſi, plures etiam à pœnis condemnati, & indulti, quoties de gravi malitia non apparebat, ne clementia omnino oblivi ſceretur: quibus Provincia pacata remanſit, Regnum à gräſſatorum oppreſſione ſervatum, atque evidenter notum, quod Bannitorum proſequutio ingens, magis ex timore, quàm ab amore procedebat.

Hæc dum perficiebantur, Dertuſæ arx à Gallis ob- 172 ſeſſa fuit, ad quod Præſidis mens, cum omnium concomitantium cœtu diligenter converſus fuit, confinia Regni petẽdo, ut & ea muniret, & obſeſſis opem præberet.

Adhuc execrandi facinoris occultabatur notitia vera, nam ex actis inquiſitionis (ut paret ex dictis) plùs veri- 173 tas involvebatur, quàm derecta erat. Triſtes demonſtrationes Eccleſiæ, & Provinciæ totius continuabantur, nam cum cauſa minimè ceſſaſſet, nec ceſſabant effectus. Ad initium menſis Septembris duo graviſſimi viri, tum ſanguinis ſplendore conſpicui, tum integritate morum venerabiles, tum etiam doctrinæ ſublimitate probati, quorum unus Pontificiam Sedem digniſſimè adimplet, alius verò ſanctimoniæ vitæ ſignis non levibus relictis, ad æthera tranſlatus fuit, publicè ferebant, venerandam 174 Euchariſtiam in eo ipſo facinoris die ſumptam à Sacerdote quodam fuiſſe. Hoc atteſtabantur enixim, quod ſecuta fuit juriſdictio Eccleſiaſtica, lugubria è Templis evellendo, atque alacriter agnoſcendo Sacramentum minimè, ut deplorabatur, amiſſum. Auctorem non ignoramus (nam fortè nomen expreſſum remanet) apud ſuos Judices cauſa agitata fuit, quamobrem ſilentio cedat noſtra narratio, non ut *Hipparchien vox* faucibus hæraeat: ſed quia ut Horat. *lib. 3. carm. ode 2.*

Eſt & fideli tuta ſilentio
Merces:

Decretum hoc ſecuta fuit alacritas ingens, undique 175 proveniens, amiſſi theſauri ex vera adinventione, ſanitatis obtentæ celebratione feſtiva, atque Dominici Corporis ſolemnitate hucuſque ab ipſius die tranſlata, atque divinæ providentiæ miſeratione percepta, eo quod uſa fuit hoc mirabili maleficio, ad tot mala ſedanda, factiones extirpendas, atque Regno tranquillitatem reſtituendam. Prudentia Comitis excellentiſſimi inſtrumentum præcipuum fuit, per quod hæc operabantur: perpetuum ſimulachrum nos illi debere non negamus, ut memoria ingentis beneficii in ævum relinquatur Stamenta Regni, rei geſtæ aſſumptum ſuſcitarunt, quod ſumma laude obtinuerunt, ſummam gloriam poſteris æmulandam proponentia.

LIBER TERTIUS

DE REGIMINE REGNI VALENTIÆ,

CONTINENS PRAXIM IUDICIORUM Civilium Cauſarum

CAPUT NONUM.

De judicio ordinario.

§. I.

De litis ingreſſu atque progreſſu uſque ad Conteſtationem : pro interpretatione for. 2. de dilation. *& aliorum juriſtm.*

TEXTUS.

JACOBUS I. REX.

LO habitadot de la Ciutat, o del Regne de Valencia quis clamara Criminal, o Civilment, del habitador de la Ciutat, o del Regne de Valencia : e aquell de quis ſera clamar demanata dia a reſpondre, haja tres dies ſi la demanda es tro à ſuma de cinchcents morabatins Alphonſins. E ſi la demanda ſera major de cinchcents morabatins, haja cinch dies à reſpondre, que ſien comptats de aquell dia a enant, quel libell li ſera donat. Enadeix lo ſenyor Rey, que, la hon dlu, que haje ſpay de cinch dies, quen haje mes a concixença del Jutge. Eles altres dilacions, que en lo fur de Valencia no ſon contengudes, ſien donades a concixença del Jutge.

SUMMARIUM.

1 *Continuatio Operis cum duobus Libris priùs editis attingitur.*
2 *Neceſſitas hujus Tertii Libri inſinuatur ad forenſes controverſias.*
3 *Communis litigantium querela de immortalitate litigiorum, quæ legibus irrogatur, & ab eiſdem litigatoribus procedit.*
4 *Leges Valentini Regni, breviores dilationes ſtatutas habent, quàm reliquæ leges totius Europæ.*
5 *Jus commune in Regno Valentiæ in foris ejuſdem habetur.*
6 *Judicia excedentia ſummam trecentorum ſolidorum, in ſcriptis inchoanda ſunt.*
In Regno Valentiæ judicandum eſt ex bono, & æquo, attenta veritate facti, abſque ſtrepitu, vel figura judicii, ibid. & n. 329.
7 *Libelli forma remiſſivè oſtenditur.*
8 *Libelli antiquitùs formabantur diſtributi in capitulis; quod ab uſu receſſit.*
9 *Libellus quibus partibus conſtare debet*
10 *Libellandi ſpecies uſu recepta in praxi Regni Valentiæ.*
11 *Differentia quæ verſatur inter Libellos quos nuncupamus* Suplicacions, Eſcriptures, Actes Comparendos.
12 *Libelli offerendi in Regia Audientia, forma, ritúſque; & n. 13.*
13 *Decreta apponi ſolita in prima oblatione libelli ?*
14 *Decretum primum per Judicem apponendum in libello.*
15 *Oblatio, ſive ut vulgò dicitur,* Oblata *libelli, per Regii Mandati Scribam adnotari debet.*
16 *Oblationis adnotatio nullius momenti eſt, ſi libellus infra triduum non legatur, ſive ut dici ſolet,* Communicetur *in publica Audientia.*
Kalendarium apponere *quid ſit; & in quo differat ab* Oblata, *ibid.*
Actuarii recuſare non poſſunt appoſitionem Kalendarii, ſi libellus proviſus eſt per Judicem, ibid.
17 *Abuſus concedendi* Oblatas, *&* Kalendaria.
18 *Remedium expoſitum iſte abuſui.*
19 *Interpellatio extrajudicialis neceſſaria non eſt ante judicium.*
20 *Venia quando, & à quibus petenda eſt? remiſſivè.*
21 *Litis initium reſpectu Actoris, & Judicis, à prima citatione pendet; reſpectu Rei à conteſtatione.*
22 *Citationes in Regno Valentiæ fiunt poſt oblatum libellum.*
Citatio fit per injunctionem, ſive notificationem libelli; ibid.
23 *Citatio quid ſit.*
24 *Citato per injunctionem libelli; novæ inducia deliberatoriæ ſunt concedendæ.*
25 *Citatio ſemper neceſſaria eſt ad legitimandum judicium.*
Citationis defectus judicia nulla faciunt inſanabiliter; ibid.
26 *Citatio perſonaliter reo præſentis fieri debet.*
Citatio ad domum fieri poteſt utiliter reo latitanti, ibid.
27 *Citatio ad domum an prohibita fuiſſet de jure?*
28 *Citatio verbalis in domo ſemper permiſſa fuit.*
Citatio reo latitanti faciendæ ad domum, cum ſchedulis affixis in oſtio, ibid
29 *Citatio ad domum in Regno Aragoniæ rectè ſit latitante reo, & facta pignoratione.*
30 *Citatio ad domum in Principatu Cathaloniæ, Regnis Caſtellæ, & alibi, quomodo exequi ſolet? & numer. 32.*

31 *Citatio ad domum in Regno Valentiæ facienda, præviâ aliquali causæ cognitione, & jubente Judice.*

33 *Citationes per quos fieri debent.*

34 *Legalitas Virgariorum, sive Lictorum Regiæ Audientiæ Valentiæ, in faciendis citationibus.*

35 *Mandatum constituendi Procuratorem quando, & quibus fieri possit.*

36 *Citatio ejus, cujus interest, necessaria est ad unumquemque actum judicii.*

37 *Citatione semel facta, cum mandato constituendi procuratorem, jam necessaria non est alia citatio.*

Quia cæteræ citationes fiunt, vel procuratori si absentet, vel in loco assignato, si contumax est, ibid.

38 *Citationes fiendæ in loco assignato per Judicem inferiorem, an evocata causa ad Regiam Audientiam, fieri possint?*

39 *Rei præsentes qui dicantur ad effectum citationis?*

40 *Absentes à civitate Valentiæ, & ejus generali contributione, si in Regno habitaculum habent, per Regiam Audientiam citantur, mediantibus propriis satellitibus.*

Regia Audientia totum Regnum habet pro territorio, & in vim superioritatis, potest propriis Lictoribus ubique citare, etiam in terris Baronum, ibid.

41 *Judices inferiores quo modo citare possint absentes à suis territoriis.*

Litteræ requisitoriæ Judicum Regni dirigi debent Ordinariis locorum, ibid.

42 *Litteræ requisitoriæ emanatæ à Curia Baronum, vel Dominorum oppidorum, in his quæ ad eos spectant, debent exequi per Ordinarios, & cæteros Officiales Regiam jurisdictionem exercentes.*

Absens à Regno, si in certo loco degit, citandus semper est per litteras requisitorias, ibid.

Absenti curator decerni nequit si degit in loco certo; & si decernatur, nullius roboris gesta sunt: cum decisione Supremi, ibid.

43 *Et hoc casu ultra terminum foralem, competens dilatio ad comparendum per se, vel per Procuratorem, concedi debet.*

Contumax esse non potest citatus non comparens, si ei non fuerit concessa competens dilatio, ibid.

44 For. 3. de bon. auct. jud possid. *expenditur.*

45 *Pœna contumaciæ, nempe missendi actorem in possessione bonorum Rei, in usu non est.*

46 *Ejus loco successit praxis mandati constituendi procuratorem cum solitis comminationibus.*

47 *Citatio per edicta, & proclamata, tantum deservit ad citandas personas incertas.*

48 *Defensor seu curator bonis, quando dandus ex foro.*

49 *Citatio prima an fieri possit procuratori absentis?*

50 *Procurator constitui utiliter potest ad lites futuras.*

51 *Decisio Regiæ Audientiæ.*

52 *Procuratori citato concedenda est dilatio ad Dominum consulendum, si verosimiliter instructus non est.*

53 *Citatio prima, ut fiat procuratori rei, actor tenetur ostendere mandatum sufficiens.*

54 *Procurator, ut utiliter citetur, debet acceptare mandatum.*

55 *Procurator qui semel acceptavit mandatum, non potest postea recusare.*

56 *Procurator privatus, qui gratis exercet mandatum, potest ejus usum recusare; secus si concedatur uni de Collegio Procuratorum.*

57 *Procuratores publica auctoritate destinati, compellendi sunt acceptare mandata, nisi justam causam recusandi ostenderint.*

58 *Collegium artis Notariæ civitatis Valentiæ, vere dici potest Collegium Procuratorum.*

59 *Disjunctiva*, vel, *aliquando pro declarativa sumi debet.*

For. 19. de Advocat. *expenditur cum aliis juribus, ibid.*

60 *Exercitium artis Notariæ, in civitate Valentiæ, & una leuca per circuitum prohibitum est his, qui Notarii Valentiæ non sunt.*

61 *Notarii Valentiæ honorificam artem profitentur, & speciem quodammodo dignitatis obtinent.*

62 *Notariorum Valentiæ prærogativæ memorantur.*

63 *Procuratoris officium exercere in una tantum lite, non derogat prærogativæ artis Notariæ.*

64 *Procuratoris officium necessarium est, in Notariis Valentiæ.*

65 *Procuratores coguntur defendere litigatores, & quare.*

66 *Procuratoris revocatio fieri potest de foro Valentiæ, tam ante, quam post litem contestatam.*

67 *Procuratoris revocatio de jure, solum tenet ante litem contestatam, & nota fieri debet Judici, ac parti.*

68 *Procurator constitutus de mandato Judicis, revocari non potest, quia constituitur cum juramento non revocandi.*

69 *Juramentum non revocandi procuratorem tenet.*

Procuratoris cum juramento non revocandi constituti, revocatio, non valet in præjudicium partis, ibid.

70 *Nisi superveniente legitima causa revocandi, & alius ejus loco suspectus sit.*

71 *Procurator constitutus voluntariè revocari potest, ante, vel post litem contestatam.*

72 *Sed requiritur consensus, vel acquiescentia partis, quia forus non excludit præjudicium partis.*

Revocatio Procuratoris post litem contestatam in præjudicium partis, calumniosa reputatur, ibid.

73 *Pluribus conventis ad idem judicium, omnes citari oportet, ut res judicata eis noceat, sed cogendi sunt convenire in unum, vel duos Procuratores.*

74 *Ne partes immodicis sumptibus vexentur.*

75 *Limita, quando unusquisque diversam habet causam defensionis.*

Observantia Regiæ Audientiæ, tam quoad Actores, quam quoad Reos, ibid.

76 *Citatio pupilli, vel minoris, facienda est mediante tutore, vel curatore.*

77 *Pupilli, & minores, non habent legitimam personam standi in judicio, quare exigitur auctoritas tutoris, vel Curatoris, & num. 300.*

78 *Etiam si minor fuerit Doctor in jure Cæsareo.*

79 *Minor de jure, si non habuerit Curatorem, citatur in propria persona, & cogitur per Judicem nominare curatorem ad litem.*

80 *Valentiæ incognita est nominatio Curatoris facienda per Minorem, quia Pater, vel Iudex eo invito assignant Curatorem.*

81 *Forma dandi Tutores, vel Curatores in Regno Valentiæ.*

82 *Necessitas dandi Curatorem secundum* foros *probatur.*

83 *Convocatio ad Tutelam, vel Curam decernendam, quo pacto fiat.*

84 *Judex in decernenda Tutela, vel Cura, non debet attendere propinquitatem gradus, vel conjunctionem sanguinis, sed idoneitatem.*

85 *Citatio Universitatis utilior, fit dum citatur Syndicus ejusdem Universitatis.*

86 *Syndici æquiparantur Tutoribus, & Curatoribus.*

Syndico ratione officii committitur est defensio universitatis, ibid. & n. 87.

Syndici, & defensores, idem sunt, ibid.

87 *Universitates Regni Valentiæ, ferme semper habent Syndicos legitime constitutos.*

Syndici specialiter eliguntur ad agendum, & defendendum, ibid.

88 *Universitas quæ Syndicum non habet, citanda est per alios Officiales.*

89 *Syndici*

89 *Syndici Vniverſitatum Regni Neapolis potius ſunt Adminiſtratores, quàm defenſores.*
90 *Copia libelli expenſis actoris danda eſt citato, in cauſis majoris ſummæ.*
Quod de ſtylo procedit, & obſervandum ſemper eſt, ibid.
91 *Copia inſtrumentorum de quibus facta eſt mentio limitativè, debet dari Reo, juxta diſtinctionem* Bartoli. *Contrarium* 101. *& ſeq.*
92 *Secus ſi aſſertivè mentio fiat.*
93 *Actor an teneatur edere inſtrumenta, quibus ſuam fundat intentionem?*
94 *Actor tenetur edere actionem ante litem conteſtatam.*
95 *Deciſio Regiæ Audientiæ Valentiæ.*
96 *Actor nomine proprio agens non tenetur juſtificare ſuam perſonam ante litem conteſtatam, & num.* 226.
97 *Inſtrumenta edita ante litem conteſtatam, probationem non faciunt, niſi poſt eam reproducantur.*
98 *Et copia ſolemniter data poſt conteſtationem, cum citatione expreſſa*
99 *Actor non debet cogi cum ſuo diſpendio pluries edere inſtrumenta.*
100 *Incommoda reſultantia ex intempeſtiva editione.*
101 *Judicis arbitrio relinquendum an reus egeat inſtrumentis mentionatis in libello ad deliberandum.*
Citationes omnes in Regno Valentiæ fiunt libellatæ, ibid.
102 *Diſtinctio* Bartoli *eleganter explicatur per* Carleval-lium, *&* Parejam.
103 *Edere actionem, quid diſtinctum eſt ab editione inſtrumentorum.*
104 *Editio actionis faciendæ erat de jure ante citationem.*
105 *Editio inſtrumentorum debet fieri in conteſtatione ipſa.*
106 *Exprimere actionem in libello, & edere, idem ſunt.*
Edita actione, de jure nil Reus petere amplius poteſt ad deliberandum, ibid.
107 *Explicatur Don Fran. Hieron. Leo* deciſ. 120. n. 12. *reſpectu traditionis copiæ inſtrumentorum.*
108 *Traditio copiæ libelli expenſis Actoris per uſum introducta eſt, & ſtrictè interpretanda.*
109 *Editio inſtrumentorum poſt litem conteſtatam favore Rei de jure procedit; ſecùs favore Actoris.*
110 De foro *æqualiter Reus, & Actor tenentur edere inſtrumenta ad invicem.*
111 *Dilatio trium, vel quinque dierum, in primo judicis decreto, datur Reo ad deliberandum, & opponendas exceptiones dilatorias.*
112 *Dilatio hæc ſolùm dari, ad deliberandum, an cedere vel contendere velit, aliqui tenuerunt.*
113 For. 4. de lit. conteſt. *ad rem expenditur. Et pro Contraria, num.* 117. *&* 134.
114 *Sed verius eſt dari ad utrumque effectum:*
For. 3. de dilat. *expenditur pro hac ſententia, ibid.*
115 *Deliberatio quo pacto in lite exprimatur.*
116 *Dilationes probatoriæ non currunt ante conteſtationem.*
For. 36. verſ. ordenam. de teſtib. *expenditur, ibid.*
117 For. 7. de probat. *expenditur.*
118 *Dilatio deliberatoria ad iſtos duos effectus de jure conceditur.*
119 *Pro hac ſententia militat* D. Fr. Hier. Leo d. deciſ. 110. num. 1. & 12.
120 *Dilatio hæc de jure Civili eſt viginti dierum.*
De jure Pontificio octo dierum, ibid.
121 *De jure Regni Aragoniæ triginta dierum.*
De jure Principatus Cathaloniæ, octo dierum, ibid.
De jure Caſtellæ novem dierum, ibid.
De jure Luſitaniæ duorum menſium, ibid.
122 *De jure Galliæ arbitrio Judicis relinquitur, & ſi non aſſignet, viginti dierum.*
De jure totius Germaniæ quadraginta quinque dierum, ibidem.
De jure Italiæ dilatio juris civilis obſervatur, ibid.
123 *In Regno Neapolis octo dierum.*
124 *Dilatione hac elapſa opponens dilatorias audiendus non eſt, juxta* forum.
125 *Probatio dilatoriæ exceptionis, juxta* forum *reſervari debet ad diſcurſum cauſæ.*
126 *Etiam ſi in continenti offeratur, & num.* 128.
127 *Deciſiones contra forum non ſunt admittendæ, & quare;*
128 *Deciſio Regiæ Audientiæ pro noſtra ſententia.*
129 L. exceptiones 19. C. de probat. *expenditur pro noſtra ſententia.*
130 *Declinatoria juxta* forum *non impedit curſum termini probatorii.*
For. 37. de teſtib. *expenditur, ibid.*
131 *Nullitas præcipua procedit ex defectu juriſdictionis.*
132 *Regula ſuperior, non audiendum eſſe opponentem Dilatoriam, poſt hos dies, explicanda eſt, ut non audiatur in vim Dilatoriæ; ſecus ad alios effectus.*
133 *Exempla hujus declarationis traduntur.*
135 *Deteſtatio diſputantium articulos per Reum ſuſcitatos.*
136 *Terminus deliberatorius incipit currere à die notificationis, vel traditionis libelli. Et computandus eſt peremptoriè, ibid.*
137 *Elapſo hoc termino, incipit dilatio probatorio in materia principali.*
Quæ non impeditur per oppoſitionem exceptionis quantumcunque præjudicialis, ibid.
Reus nullo remedio juvari poteſt ad impediendum curſum hujus termini, ibid.
138 *Dilatoriæ exceptiones omnes opponendæ ſunt in eodem libello.*
139 *Quod de jure tam Civili quam Pontificio procedit.*
Obſervantia in contrarium attendenda non eſt, ibid.
140 *Articuli ſuſcitati, vel exceptiones dilatoriæ oppoſitæ, poſt terminum foralem, non impediunt litis conteſtationem.*
141 *Quod procedit de jure totius Hiſpaniæ, & duob. n. ſeqq.*
144 *Reus comminandus eſt quando ex contumacia convictus, & confeſſus reſultat.*
145 *Reo in Civilibus convicto, & confeſſo pronunciato, ab appellatio, vel reſtitutio concedenda.*
146 *In ſupremis Tribunalibus acerbitas hujus diſpoſitionis non eſt in uſu.*
147 *Si comparet, & diffugia quærit licet conteſtatio miniſterio legis fiat, requiritur Judicis pronunciatio, ut factam fuiſſe conſtet.*
Omnia quæ ipſo jure, vel facto, facta dicuntur, requirunt Judicis pronuntiationem, qua declaretur illud factum fuiſſe, ibid.
148 *Praxis Regni Caſtellæ quoad hanc pronuntiationem, & num* 149.
150 *Praxis Regiæ Audientiæ quoad eandem, cum deciſione.*
151 *Supplicatio, vel appellatio in hoc articulo tanquam frivola denegatur, cum deciſione Regiæ Audientiæ.*
152 *Judex in Civilibus non poteſt ex officio ſupplere inſtantias partis.*
153 *Deficiente parte in petendo, deficit remedium abbreviandi lites.*
Dilationes forales, favore Partium conceſſæ ſunt, ita ut neque Reo deficiat tempus ad defenſi nem, neque Actori locus ad agendum, & qui omittit, renuntiare videtur, ibid.
154 *Remedia conceſſa per foros effectum ſuſpenſivum producentia memorantur.*
155 *Remedia iſta non ſunt per foros de novo introducta, ſed à jure Civili, vel Canonico deſumpta.*
Reviſionis, ſeu correctionis remedium deſumptum fuit à l. quod juſſit, 14. ff. de re judicat. *ibid.*
156 *Nullitatum remedium à* l. 4. §. condemnatum, ff. de re judic. & l. 1. C. de ſent. & interloc. omn. jud.
157 *Appellationis, ſupplicationis, & reſtitutionis in integrum à* titulis utriuſque juris.
158 *Reviſio, & correctio, idem in effectu ſunt & quare.*
Reviſionem excludere Judex non poteſt in ipſa oppoſitione, quia coram Actuario petitur, ibid.

159 *Reviſio intra bidum petenda, intra bidum juſtificanda, & intra bidum parti injungenda eſt; & ſolùm uti poteſt ad meras interloquutiones.*

Reviſionis remedium adhibens, ſi ſuccumbit, non poteſt alio remedio uti, etiam ſi interloquutio vim diffinitivam obtineat, ibid.

160 *Interloquutio habens vim diffinitivam, appellabilis eſt juxta forum.*

Sed ſi pars remedium reviſionis elegerit, inappellabilis remanet, ibid.

Intellige quoad petentem, nam ſi iſte obtinet, adverſarius alio remedio uti poteſt, ibid.

Deciſio Regiæ Audientiæ, ibid.

161 *Reviſionem petens ab evocatione, Dilatoriam opponit, & quare.*

162 *Declinatoria repulſa ex ſe appellabilis eſt, ſemel tamen ex* foro.

Declinatoria repulſa in Supremis, ſupplicationem non admittit ex l. Caſtellæ, *ibid.*

163 *Deciſiones Regiæ Audientiæ.*

164 *Sententiæ & interloquutiones Regiæ Audientiæ, licet ſupplicationem admiſſam habeant, exequibiles fiunt præſtita cautione.*

165 *Reviſio petita à decreto de injungendo frivola eſt, & ſtatim rejicienda.*

Aſſignatio termini legalis, nullum remedium ſuſpenſivum admittit, ibid.

166 *Imò nec admiſſibile eſt, tanquam omninò frivolum.*

167 *Nullitatis remedium infra decem dies adhibendum, ut effectum ſuſpenſivum producat.*

168 *Nullitatis remedium ex ſe non eſt competens ad interloquutiones, ſed ad ſententias diffinitivas.*

Nullitatis remedium uſu & conſuetudine admitti ſolet ad interloquutiones, ibid.

169 *Nullitates frivolæ in calce libelli ſunt rejicienda.*

170 *Nullitates frivolæ, & improbabiles non ſuſpendunt curſum fatalium.*

Deciſiones Regiæ Audientiæ, tam in Civilibus, quam in Criminalibus, ibid. & num. 171.

171 *Nullitatis repulſa in articulo inappellabili, non admittit appellationem.*

173 *Deciſio Regiæ Audientiæ.*

Nullitates allegatæ poſt tres, vel quinque dies forales, licet intra decem, à primo decreto, vim Dilatoriæ non habent, ibid.

174 *Appellatio, & ſupplicatio, idem in effectu ſunt.*

Appellatio, vel ſupplicatio, excluſa eſt ab omni mere interloquutoria, ibid.

175 *Appellatio deneganda eſt à repulſa Dilatoriæ, dempta declinatoria fori.*

176 *Appellatio admitti debet ab interloquutoria habente vim diffinitivam, quæ non expectat aliam poſt ſe, nec eſt reparabilis in diffinitiva.*

177 *Media quibus actor occurrere poteſt in his caſibus.*

178 *Reſtitutionis in integrum beneficium non omnibus competit.*

Reſtitutionis beneficium denegatur ſi imploretur adverſus lapſum termini foralis, ibid. & num. 180.

179 *Omiſſio opponendi exceptiones dilatorias, parvi præjudicii cenſetur.*

Reſtitutio calumnioſa non eſt concedenda, ibidem, & num. 180.

181 *Dilatoria opponenda ſunt ante litis conteſtationem; & qui omittit, eis renunciaſſe videtur.*

182 *Dilatoriam opponens lapſo termino foralis audiendus non eſt.*

183 *Limita, niſi conſtet de magna læſione, quia tunc reſtitutio concedi debet imploranti.*

Omnia hæc remedia ad eundem finem tendunt; & ſic promiſcuè accipienda ſunt dicta quoad unum, reſpectu cæterorum, ibid.

184 *Terminus foralis currit à die notificationis decreti, non à die confirmationis.*

Quærens remedia frivola, & affectata, non debet ex eis commodum reportare, ibid.

185 *Dilatoriarum exceptionum differentia traditur.*

186 *Dilatoriarum reſpicientium perſonam Judicis, prima eſt declinatoria fori vel juriſdictionis.*

Declinatoria omnino excludens Judicem ratione incapacitatis, totalis defectus juriſdictionis, vel improrogabilitatis, in quacunque parte judicii admitti, & expediri debet.

187 *Declinatoria ratione incompetentiæ ceſſat, ſi prorogata fuerit juriſdictio.*

188 *Prorogata ſemel juriſdictione, non eſt locus pœnitentiæ, neque nullitas judicii inde reſultare poteſt.*

189 *Declinans ſi ſuccumbit, & non appellat, facit competentem Judicem incompetentem.*

Qui de prorogatione juriſdictionis tractant, referuntur, ibidem.

190 *Exceptiones litis pendentiæ vel continentiæ cauſæ ad ſpeciem Declinatoriæ reduci debent.*

De præventione juriſdictionis, remiſſivè, ibid.

191 *Continentiæ cauſæ exceptio, illico debet terminari, & quare.*

192 *Deciſio Regiæ Audientiæ.*

193 *Litis pendentiæ exceptio, merè dilatoria eſt, & opponenda ante litis conteſtationem.*

Deciſio ſupremi Senatus Italiæ, ibid.

194 *Declinatoria oppoſita ante prorogationem illicò diſcuti debet.*

195 *Declinatoria oppoſita per partem, ab eodem Judice determinanda eſt; quia ipſe cognoſcit an ſua ſit juriſdictio.*

196 *Si alius judex opponat, inhibitionem mittendo, competentia ſuſcitatur, & per ſuos tramites eſt expedienda.*

Forma expediendi competentias juriſdictionis remiſſivè, ibidem.

197 *Recuſationis materia remiſſivè.*

198 *Recuſatio opponi debet juxta* forum, *ante litem conteſtatam.*

199 *Niſi cauſa, vel notitia ſupervenerit poſt conteſtationem.*

200 *Periculoſum valde eſt coram Judice ſuſpecto litigare.*

201 *Inquiſitio ſcrupuloſa non eſt facienda quoad ſupervenientiam cauſæ recuſationis, vel notitiæ.*

202 *Judices Regni Valentiæ habent conceſſam facultatem ad ſe excuſandum, vel abſtinendum à cauſæ cognitione.*

203 *Obſervantia quoad hæc, in Regia Audientia.*

Zelotypiæ litigantium in varios errores adducit, ibid.

In Regno Caſtellæ, non poſſunt abſtinere Judices ex ſe: quod temperandum, quando ratio abſtinendi eſt notoria, ibid.

204 *Judice ordinario ſuſpecto dicto, eligit ſibi ipſe Aſſeſſorem ſive Aſſociatum.*

205 *Juramentum requiritur pro forma in recuſatione Judicis ordinarii.*

206 *Fori deſumpti à jure Civili, eaſdem interpretationes admittunt.*

Recuſationes Gerentis vices Generalis Gubernatoris, & Bajuli generalis, & Aſſeſſorum eorundem remiſſivè, ibid.

Juramentum in recuſatione Ordinarii requiritur, ſub nullitatis decreto, ibid.

207 *Ordinario, & Aſſociato diſcordantibus, quid faciendum?*

Deficiente foro, *recurrendum eſt ad jus commune, tanquam ad rationem naturalem ſcriptam, ibid.*

208 *Aſſociato Judicis ordinarii recuſato, quid faciendum? Recuſatio vaga, & incerta quando dicatur, ibid. & num.* 210.

209 Alphonſi de Azevedo *Doctrina notatur in his, quæ de Aſſociato recuſato dixit.*

Vbi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus, ibidem.

210 *Judex ordinarius, omnino à judicando excludi potest, data, & probata causa.*

211 *Judices superiores recusandi sunt expressa, & probata causa suspicionis.*

Forma recusandi Judices Regiæ Audientiæ data fuit per Pragm. anni 1568. *& Dominos nostri supremi Senatus anno* 1665. *ibid.*

212 Pragmaticæ *in plurimis congruunt cum* legibus Recopilationis.

213 *Recusationum causa inter nos nullum remedium admittunt à pronunciatis.*

214 *Idem procedit de jure, & observantia Cathalonia.*

Minor non restituitur contra decisa in judicio recusationis; sed restituendum esse contra omissionem proponendi recusationem tenuit Fontanella, *ibid.*

215 *Recusationis causa subsistantiatur in Regnis Castellæ absque citatione partis, secus apud nos.*

216 *Perhorrescentia exceptio, est species recusationis: & de materia, remissivè.*

217 *Perhorrescentia exceptio, in Regno Valentiæ solum admitti potest, quando sequi valet mors, mutilatio, vel verbera.*

218 *Perhorrescentia juxta* forum, *etiam potest habere locum in Civilibus.*

Perhorrescentia, Valentiæ, non probatur per juramentum partis; sed per alias legitimas probationes, ibid.

219 *Perhorrescentia non potest allegari contra Judices superiores.*

220 *Perhorrescentia legitimè comprobata, causa evocatur ad tribunal Principis.*

221 *Perhorrescentia non potest allegari per vasallos Nobilium, & Militarium ex* foro.

Sed hanc dispositionem non esse observandam aliqui tenuerunt, ibid.

222 *Recursus Vasalli oppressi ad Principem excludi nequit. Barones abstentes jurisdictione possunt puniri, ibid.*

223 *Perhorrescentia loci judicii admittenda est.*

224 *Judex tenetur assignare locum tutum ad judicium.*

225 *Observantia Regiæ Audientiæ.*

226 *Agens in judicio nomine proprio non tenetur suam personam legitimare ante litem contestatam.*

227 *Etiamsi sit agat nomine cessо, remissivè.*

228 *Actor agens contra aliquem, uti hæredem, si apponat se hæredem non esse, an teneatur legitimare suam personam?*

Similis exceptio respicit meritа causæ, ob quod reservanda videtur, ibid.

229 *Reus eo ipso quòd citatur legitima persona videtur ad judicium illud.*

230 *Actor de rigore juris hoc casu tenetur statim legitimare personam Rei.*

231 *Forma legitimandi personam Rei traditur.*

Negans adiisse hæreditatem, quomodo compellendus est adire, vel repudiare, ibid.

232 *Reus respondere cogendus est an sit hæres, vel non.*

233 *Respondere recusans ter comminandus est.*

234 *Si non respondet, pro confesso habendus venit, in his quæ sibi nocent, & interrogami prosum.*

235 *Decisiones Regiæ Audientiæ.*

236 *Sed juxta* foros, *ista exceptio reservanda est, quia eget probatione.*

237 *Agens nomine alterius, illicò debet suam personam legitimare.*

238 *Mandatum nunquam præsumitur nisi probetur.*

Agens procuratorio nomine statim debet edere mandatum, ibid.

239 For. 7. de Procurator. *expenditur.*

240 *De jure sufficit quandocunque ostendere mandatum; secus de foro, ibid.*

240 *Dispositio mandans neminem admitti posse ad judicium, nisi ostendat mandatum, non adimpletur nisi in initio edatur.*

241 For. 37. Cur. ann. 1626. *explicandus desumitur.*

Instantiæ factæ non edicto mandato, nullæ reputandæ sunt, ibidem.

242 *Quod ab una Aula interpretabatur, etiam si mandatum jam concessum esset.*

243 *Alia Aula Regiæ Audientiæ Valentiæ interpretabatur sufficere, quod mandatum esset concessum, vel ratihabitio facta, ante oppositam exceptionem.*

244 *Omnia gesta per falsum procuratorem ratificari possunt.*

245 *Gesta per falsum procuratorem post oppositam exceptionem, ratihaberi utiliter non possunt.*

246 *Praxis opponendi exceptionem defectus mandati, ad impediendam ratihabitionem.*

247 *Inutiles circuitus semper vitandi sunt.*

Oppositа exceptione, licet adsit voluntas ratihabentis, deficit solemnitas fori, re non integra, ibid.

248 *Decisiones hanc doctrinam comprobantes.*

249 *Desidia Procuratorum in exhibendis mandatis perpenditur.*

250 *Remedium facilè indicatur.*

251 *A legibus Cathalonia, & Castellæ desumptum, & experientia comprobatum.*

Mandatum generale, quantumcunque cum libera, *non potest extendi ad litem, de qua constituens non potuit cogitare neque procuratorem instruere, ibid.*

252 *Mandatum generale* cum libera, *sufficiens est, ad contestandam litem, & prorogandam jurisdictionem.*

253 *Mandatum speciale requiritur ad prorogationem regulariter.*

254 *Mandatum generale* cum libera, *per verba æquipollentia, æquiparatur speciali.*

255 *Mandatum exhibendum juxta* d. for. 37. anni 1626. *debet esse in scriptis & in forma probanti.*

Communis usus loquendi in omni statuto attendi debet, ibidem.

256 *Dictio*, Procura, *significat publicum instrumentum mandati.*

Mandatum de jure conjecturis probari potest, ibid.

257 *Limita conclusionem superiorem, nisi magna causa intercedat.*

Instrumenta confecta penes Actuarios Ecclesiasticos non probant in judicio sæculari, ibid.

258 *Quæ de novo emergunt, novo indigent auxilio.*

Decisio Regiæ Audientiæ, ibid.

259 *Pulchra species proponitur disceptanda, de ratihabitione gestorum, ex his quæ spectant ad voluntariam jurisdictionem.*

260 *Ratihabitio generalis omnia comprehendit.*

261 *Dictio*, omne, *est universalis, quæ cuncta comprehendit, & nihil excludit.*

262 *Dictio*, quicquid, *est pariter universalis comprehendens omnem modum, omnia jura, & omnes res.*

263 *Verbum*, ratificando, *est idem ac comprobare, & agnoscere, quod nomine nostro actum est.*

264 *Verbum*, Confirmando, *inani obligationi firmitatem præbet.*

265 *Dictio*, actum, *habet latissimam significationem.*

266 *Dictio*, gestum, *habet etiam latissimam significationem.*

267 *Dictio*, procuratum, *quid importet explicatur.*

Procurare, *comprehendit negotia extra judicium, & ad ipsius judicii, ibid.*

268 *Text.* in l. de curatore 2. §. 1. ff. de curat. bon. dand. *expenditur.*

269 *Ratihabitio generalis comprehendit gesta tam in judicio, quam extra.*

270 *Ratihabitio fieri potest quocumque tempore, etiam post*

ſententiam litem contra ratificantem.

271 *Quia ſibi præjudicare poteſt abſque obſtaculo.*

Sententia effectûs ſuſpenditur per appellationem; & lis reducitur ad ſtatum conteſtationis, ibid.

272 *Verba obſcura contra proferentem interpretanda ſunt.*

273 *Tex.* in l. quo enim 12. §. Julianus, verſ. quid ergo, ff. rem rat. hab. *expenditur.*

Allegatio, & proteſtatio contraria facto, non eſt attendenda, ibid.

274 *Duobus factis repugnantibus, concurrentibus, prævalet noviſſimum.*

Præſertim in his quæ ex voluntate dependent, ibid.

275 *Actus non debet extendi ultra intentionem agentis.*

Lis in rigoroſa ſignificatione, quid importet, ibid.

276 *Lis pendere dicitur, à tempore primæ citationis.*

277 *Mandatum ad lites largè conceſſum, comprehendit lites in lato ſignificato, & non reſtringitur ad rigoroſum.*

Litis *nomen extenditur ad officium Judicis, ibid.*

278 *Lites exiſtunt antequam in judicium deducantur.*

279 *Lis eſt ab eo tempore quo actio nata dicitur.*

280 *Verba intelligenda ſunt ita ut aliquid operentur.*

281 *Judiciorum alia ad contentioſam juriſdictionem pertinent, & alia ad voluntariam.*

282 *Voluntaria juriſdictio quando exerceatur.*

283 *Voluntariæ juriſdictionis exercitium aliquando cauſæ cognitionem requirit, & n.* 282.

284 *Contentioſa juriſdictio quando exerceatur.*

285 *Decreti impetratio requirit operationes procuratoris Cauſidici, non inſtitoris, vel adminiſtratoris.*

286 *Quæ legitimè impetrata fuiſſent ab habente mandatum, legitimantur per ſubſequentem ratihabitionem.*

287 *Negotiorum geſtores, & cæteri qui agunt conjunctorio nomine, non tenentur oſtendere mandatum, ſed cavere de rato habendo.*

De jure, quiſquis cum dicta cautione admitti poteſt ad negotia aliena, ibid.

288 *De* foro Valentiæ *tantum Conjuncti admitti poſſunt.*

De foro Aragoniæ, *neque Conjuncti admittuntur, ibidem.*

289 *Amicus intrinſeca, vel intima neceſſitudine charus, conjunctorio nomine admittendus eſt.*

Text. in l. hæc autem, §. 1. ff. ex quib. cauſ. in poſſ. eat. *expenditur, ibid.*

290 *Amicitia arcta æquiparatur conſanguinitati.*

291 *Conſortes litis, abſque mandato, nomine conſortium, cum cautione de Rato, admittendi ſunt.*

292 *Procurator habens mandatum, ſed non ſufficiens, admitti debet cum dicta cautione.*

293 *Neceſſaria eſt praxis hujus ampliationis, & quare.*

294 *Præcipuè in Senatu Novi Orbis, & in noſtro Supremo.*

295 *Sed quoad acta Judicis tantùm, non autem ad exigendum.*

296 *Defectus mandati ſuppletur per comparitionem Domini, & proſequutionem cauſæ.*

Text. in l. ſi procurator 65. in fin. ff. de procurat. *expenditur, ibid.*

297 *Comparendo Dominus non cenſetur revocaſſe mandatum, de* foro, *licet ſecus dicatur de jure, & num. ſeq.*

298 *Idem de* foro Aragoniæ *procedit.*

299 *Succeſſor proprio jure, agens litem nomine Anteceſſoris, judicium agnoſcit; & ideo contra eum, & pro eo ſuſtinetur.*

Deciſio Regiæ Audientiæ, ibid.

300 *Tutores, & Curatores legitimare ſuas perſonas illicò tenentur.*

301 *Judicium geſtum cum pupillo, vel minore, abſque Tutore, vel Curatore, nullum eſt.*

302 *Majores dicuntur de* Jure, *qui habent viginti quinque annos: de* Foro Valentiæ, & Aragoniæ *ſufficium viginti tantum.*

303 *Pupillus de jure, dicitur uſque ad quartum decimum in viris, & duodecimum in fœminis: de* Foro Valentiæ *uſque ad decimum quintum.*

304 *Tutores, & Curatores agentes, vel defendentes, tenentur edere titulum officii.*

305 *Tutores, & Curatores teneri edere inventarium aliqui dixerunt.*

Tutores, & Curatores ante confectionem inventarii, poſſunt agere, vel defendere lites, nomine pupillorum, vel minorum, ibid.

306 *Quid obſervetur in Regno Valentiæ, traditur.*

Tutor vel curator teſtamentarius, neque jurat, neque cautionem præſtat, ibid.

307 *Dativi verò jurant & cavent rem pupilli ſalvam fore.*

308 *Tutor finita tutela, Valentiæ, proſequitur & continuat adminiſtrationem tanquam Curator.*

309 *Satisdatione Tutoris admiſſa ad certum tempus, eo finito abſque alia cautione adminiſtrare nequit.*

310 *Geſta per Tutorem non data cautione, nulla ſunt.*

311 *Tutori, ſi re integra opponatur finitum eſſe tempus cautionis, non eſt admittendus ad negotia pupilli.*

Sed ſi bona fide proſequitur in defenſione pupilli, ſuſtinenda ſunt geſta, ibid.

312 *Curatores ad lites, neque ſatisdare, neque inventarium conficere tenentur.*

313 *Cautio dari ſolita per Curatores ad lites eſt, tanquam ſi non eſſet.*

314 *Deciſio Regiæ Audientiæ Cataloniæ & Valentiæ.*

315 *Contraria opinio verior eſt de rigore juris, ſed noſtra de æquitate procedit.*

316 *Tutor, & Curator de jure non poſſunt conſtituere procuratorem.*

317 *Secus de* foro Valentiæ.

318 *Procurator Tutoris, litis dominus efficitur per conteſtationem.*

319 *Deciſio hujus concluſionis.*

320 *Tutori conceſſum eſt arbitrium conſtituendi procuratorem abſque limitatione.*

321 *Sed hoc procedit reſpectu illius inſtantiæ, nam ea finita licèt appellare poſſit, non tamen poteſt proſequi.*

322 *Deciſio Regiæ Audientiæ.*

323 *Maritus non poteſt eſſe Curator bonorum uxoris.*

324 *Sed ad litem dari poteſt, niſi lis eſſet magni momenti.*

325 *Si de facto detur, geſta per illum ſuſtinentur: cum deciſione Regiæ Audientiæ, & num. ſeqq.*

328 *Dilatoria reſpicientes libellum, rejiciendæ ſunt.*

329 Totum proceſſum eſſe libellum, *quomodo intelligendum ſit, & num. ſeqq.*

332 *Praxis corrigendi libellos, & num. ſeqq.*

335 *Dilatoriæ meritæ cauſæ reſpicientes reſervandæ ſunt, & num. ſeqq.*

337 For. 4. de clamo. non mut. *expenditur.*

Judex debet lites abbreviare, ibid.

339 *Dilatoriæ præjudiciales Ritui, non ſunt reſervandæ, & num. ſeqq.*

341 *Dilatoria compromiſſo inemendi per foros inducta, ex abuſu, non eſt attendenda, & num. ſeq.*

344 *Lites ex compromiſſo non finem, ſed initium ſumunt.*

TRadidi *lib.* 1. *harum ſelectarum* omnia quæ de poteſtate, & juriſdictione Judicum ſecularium, Regni Valentiæ, notatu digna viſa fuere, ſecundum *forales* diſpoſitiones. *Lib.* 2. egi de competentiis juriſdictionalibus, tam inter ipſos, quam cum Eccleſiaſticis Prælatis, atque Judicibus: cauſarumque criminalium brevem practicam edidi. Supereſt ad complementum totius Operis, quod cauſarum Civilium notitiam adnectere procurem; quam lectori promiſeram *in fin. dict. lib.* 2. Hanc ſummè neceſſariam crediderim, in hoc Regno, quia ne-

1

2

mo

mo ab ejus glorioſa vindicatione è faucibus Sarracenorum, ſimilem provinciam, aggredi fuit auſus: Eam libentiſſimè aggredior; non quia de me plus cæteris ſperare præſumam: ſed ex eo, quod manu ad aratrum facilius applicata, quæ inacceſſibilia primum viſa fuere, Deo juvante, confici poſſe experientia demonſtret.

Neceſſariam igitur credo hujus Praxis editionem; tum ut tyrones breviter, atque methodicè inſtrui valeant, ad forenſes concertationes; quia dum à Gymnaſijs ſcholarum, ad Tribunalia transferuntur, in alium terrarum orbem ſe delatos putant; ut ſcitè dixit Illuſtriſſimus Regius Inſtitutor inter Doctiores doctiſſimus, mihi ſemper, ſemperque Venerandus Dominus Doctor Don Franciſcus Ramos del Mançano, *in principio recitationis ſolennis ad tit. ff. de re judicata*: quam ingenti plauſu, & numeroſo concurſu, in lyceo Salmantino publicè recitavit, edocuit, edidit, tanquam celeberrimus juris Civilis veſpertinæ Cathedræ (poſtmodùm Primariæ) Anteceſſor *anno* 1634. Tum etiam quia, communiter litigatores conqueruntur, de immortalitate litium, in *foro Valentino* ſuſcitatarum, culpam noſtris legibus irrogando; quando *ipſi*, & nonnunquam Cauſidici, hujus criminis rei ſunt. Neque hoc in Cerdonum ore quieſcit, nam uſque ad Doctorum calamum extenditur, ut patet ex congeſtis per Cerdam *in veriloquio*, *c.* 14. *per tot.* Licet enim in eo integerrimi Patroni Cauſarum, atque incorrupti Procuratores reperiantur; alij (ut ubique) converſari ſolent, quibus congruit execratio mira, quam prudenter perpendit Petrus Bleſenſis *Epiſt.* 36. cui addenda plura congeſta per D. Ioan. Solorzan. *Emblem.* 68. *per tot.* præcipuè *ex num.* 15. & quæ lepidè decantat noſter Iacob. Falco. *lib.* 3. *carm. ſatyr.* 6. & 9. Licet, ſi verum fatear, nequeo ſententiæ ſubtiliſſimi Antonij Fabri non acquieſcere; qui *in Cod. lib.* 9. *tit.* 23. *in prin.* hæc ſcite de more dixit; *nec enim tanti mali cauſam in Procuratores, aut Advocatos, aut Iudices, quod à pleriſque fit, detorquendum exiſtimamus, ne quod aliquorum ſingulare vitium eſt, in univerſi ordinis invidiam, non minus temere, quam injurioſe deflectatur.* Imo ipſis litigatoribus irrogati debet, ſicut ipſe paulò poſt de remedijs adhibitis & adhibendis tractans concludit: *Majorem eſſe litigatorum malitiam, di. amne an inſaniam, quam ut ijs omnibus quæ hoc uſque tam prudenter, ſanctéque conſtituta ſunt ſanari, & coerceri poſſit.* Noſtrarum ergo legum curam in brevitate terminorum, ſeu dilationum in litibus ſtatuenda, demonſtrare promitto, ut perſpicuum fiat, in hoc cæteris Europeis antecellere. Verùm quia in pecuniarijs controverſijs, parum, aut nihil, Judex ex mero officio decernere valeat, imo omnia ad inſtantiam partis providere, ut doctè notat Excellentiſſimus Dominus Don Chriſtophorus Creſpi de Valdaura *obſer.* 4. *n.* 2. ſæpiſſimè evenit, quod licet Iudex toto animo feratur, ad ſecandas protelationes judiciorum, deficiente inſtantia partis, nil valet operari, ne uni ex litigatoribus patrocinaſſe ſuſpicetur. Sunt quippe cuncti litigatores zelotipia affecti, & quæ recta intentione gerentur, ad affectus inordinatos declinant.

Incipiendo igitur à judicio ordinario ut recte inſtituatur in re alicujus momenti, libelli confectio primum elementum eſt. Quia ſecundum foros, qui ſunt jus commune quoad nos, judicandum eſt. *for.* 1. *cum ſi vi lit. in præcen. foror.* Merla *in Emporio tit.* 1. *q.* 16. *n.* 13. D. Leo *deciſ.* 12. *n.* 15. D. Creſpi *obſer.* 111. *num.* 24. Fori namque cavent quod ad litem in qua res deducta non ſuperat valorem tercentorum ſolidorum, ſcriptura non ſit opus, ſed ſi ſuperat, petitio in ſcriptis facienda ſit. *for.* 3. *de clam. non mul. for.* 4. & 5. *de ſent. & act.* Sed libelli diffuſam explicationem omitto, nam in Regno judicandum eſt ex bono & æquo, attenta veritate facti, abſque ſtrepitu vel figura judicij *for.* 7. & 10. *de Cur. & Baiul. for.* 4. *cum duob. ſeqq. de clam. non mul.* Clement. *ſæpè de verbor. ſignif.* Merla *tit.* 9. *q.* 22. *num.* 4 & 6. D. Leo. *deciſ.* 125. *num.* 34. cum alijs per me notatis *n.* 2. 8. & 6 *nu.* 9. quibus adde D. Creſpi *obſ.* 32. *num.* 19. & Parejam *de inſtr. edit. tit.* 7. *reſol.* 2. *num.* 5. formulæ petendi omnino excluſæ remanſerunt, ita ut defectu earum nemo cadat à jure ſuo, imo dicere ſolemus, quod totus proceſſus habetur pro libello: quod quo pacto intelligendum ſit, dicam *infr. num.* 329. *cum ſeqq.* Tractant de formatione libelli Bartol. & Bald. *in l.* 1. *ff. de edend. & in Ledita actio* 6. *C. eod.* ubi cæteri Doctores. And. Gail *lib.* 1. *obſ.* 62. Ioſeph. Ramon *conſi.* 50. *num.* 38. Oliban. *de action. p.* 1. *lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 9. Vulter. *in prin. tit. de act. num.* 50. Scaccia de Iud. *lib.* 1. *cap.* 50. *per tot.* Hug. Donel. *in d. l.* 3. *C. de edend.* & *lib.* 23. *conc. c.* 4. ubi Illiger *l. D.* Petr. Gregor. *lib.* 48 *ſyntag. cap.* 5. *num.* 6. & 7. Camil. Borrel. *in ſum. deciſ. p.* 1. *tit.* 40. *ex num.* 191. Evia Bolaños *in Cur. Philip. part.* 1 §. 11. *per tot.* Pichar. *in manuduc. ad prax. tr.* 1. *præcep.* 2. *numer.* 9. Peguer. *in prax. Rub.* 8. & ibi Ripoll. *n.* 13. Guido Pancirol. *in pract. civil tract.* 1. *cap.* 58. & ibi Fauſtin. Marc Angel. Leo *tract. de prævar. judic. part.* 3. *præpar.* 1. *per tot.* Matt. Berlich. *practicar. concluſ. tract.* 1. *concluſ.* 12. apud quos clauſulas aſſuetas explicatas reperies, quare non immoror. Solum adnotandum duxi, antiquiores cauſarum Patronos, in uſu habuiſſe primum libellum formare diſtributum in poſitionibus ſive capitulis; ut quando exigendæ eſſent reſponſiones, vel tractaretur de probando, modo debito cuncta ordinata haberentur. Sed jam receſſit à foro Valentiæ hæc libellandi forma; nam, Neotericis viſum fuit, congruentius libellum oratione ſoluta formare, ut clarius quid petatur & qua cauſa, vel ratione, percipi poſſit. Articuli enim, ſive capitula, non recte adaptantur ad faciendam petitionem, ſive actionem proponendam; ſed ad propoſitam comprobandam, ut cum Nata *conſil.* 32. *num.* 6. & 7. obſervat Iacob. Cancer. *var. tom.* 3. *cap.* 16. *num.* 36. Imo de jure Saxonum libellus articulatus non debet admitti à Judice, quia ex officio tenetur repellere tradit Berlich. *dict. t. concl.* 26. *n.* 15.

Libellus igitur triplici parte conſtare debet: *propoſitione*, qua facti ſpecies clarè narranda venit: *medio*, quo explicandum eſt genus actionis, & *concluſione*, qua poſtulari debet id in quo reum condemnari deſideratur. Quæ deducuntur ex *for.* 10. *de clam. non mul.* quia in eo habetur quod actor narrare debet Iudici factum, & exprimere actionem ob quam agere intendit; de quibus explicandis latè tractant Doctores allati *ſupra num.* 71. Et quanquam aliqui ſuperaddant exprimenda eſſe nomina actoris, & rei, hæc tanquam neceſſaria, & nemini ignota præſupponuntur, quare explicatione non egent. Verùm notæ quod ſtylus Curiarum noſtri Regni obſervat triplici libellorum genere in litibus uti. Primum eſt ſupplicis libelli, vulgò *ſuplica*, eò quòd directè cum domino Rege, vel Prorege loqui debet, quo utimur tantum in cauſis vertentibus in Regia Audientia, & porrigitur quoties lis de novo ſuſcitatur, vel in jam ſuſcitata nova inſtantia, aut exceptio proponitur, vel remedium adhibetur proviſis dempta reviſione; de quo expreſſa mentio habetur *in for.* 52. *de not. ſcrib. & ſalar.* ſecundum genus dicitur *ſcriptura*, quo utimur in Regia Audientia ad allegationes opportune faciendas, & in Curijs inferiorum Judicum, ad inſtantias, vel lites etiam ſuſcitandas, de eo genere meminit *for.* 51. *eod. tit.* Tertium nuncupatur *acte comparendo*, quia geritur ab actore vel reo comparendo in curia coram Scriba cauſæ, quo fungimur ad petendas correctiones, vel reviſiones, ad edendum inſtrumenta, vel documenta, ad diſſentiendum concluſionibus articulorum, vel totius cauſæ, & non nunquam ad allegandum, de quo mentionem habemus in aliquibus juribus: Sed quia antiquitas quando inſinuabatur parti, ſolum dici ſolebat factum fuiſſe per N. nomine P. actum in poſſe Scribæ, ex quo jurgia, & controverſiæ ſequebantur; ex deliberatione trium Aularum

dici 2. Martij 1624. jussum fuit, quod hi actus injungantur, sicut cæteri libelli injungi solent.

11 Differunt inter se in formulis atque clausulis. Nam supplicatio in superiori parte requirit titulum ejus qui jurisdictioni præest. Si Rex adest in Regno dicitur, *Señor*; Si Prorex exercet, *Illustrissim y Excellentissim Señor*: Si gerens vices regias, *Molt Illustre Señor*, & in corpore attributo *Majestatis, Excellentiæ*, vel *Dominationis* utendum est; factum narrat, rationem petendi exponit, & quid jubendum concludit, simul cum evocatione, & commissione, si instantiam novam vel separatam continet: si rem connexam, vel incidentem cum jam pendente contineat, remissionem Auditori fiendam dumtaxat, superaddendo clausulas *& licet, &c. Altissimus, &c.* prout in exemplaribus adductis per Peguer. *in prax. ad fin. Rub. 1. 2. & seqq.* Aliter scripturæ ordinantur, nam in superiori parte nihil apponitur, sed in margine nomen *Iesu* imploratur, facta referunt, rationes allegant, intentum concludunt nobile officium Judicis implorando; Judici, juxta qualitatem ejus cum quo loquuntur, attributum tribuendo, & tam istæ quam supplicationes admitti non valent quin subscribantur ab Advocato, ut cavetur in ordinationibus invictissimi Caroli V. *anni 1543. cap. 12.* comparendo ab impositione diei incipit & immediatè *Comparent in Regia Audientia, & coram Scriba præsentis causæ N. procurador de P.* diu refert provisionem à qua petenda est revisio, vel correctio, aut instrumenta quæ producuntur, vel cætera quæ fieri desiderantur, & finitur *actum in Curia, &c.* Differunt pariter quoad solemnitatem offerendi. Supplicatio Regenti ac Judici, quorum decreta desiderat: scriptura soli judici, & actus comparendo soli actuario qui fidem Receptionis seu attestationis, apud nos *recepit*, interponit.

12 Si, inquam, causa suscitatur, vel introducitur in Regia Audientia, mediante Scriba regij mandati, offerendus est libellus Regenti Cancellariam, qui in publica Audientia quam quotidie celebrat in domo propriæ habitationis, decretare debet, quod dici solet *communicare*: & si causa evocabilis videatur, *evocat*, & committit uni ex Auditoribus *juxta forum*; hoc est ut colligat & referat Aulæ, si majoris summæ lis sit; si à ducentis usque ad quatuorcentas libras, ut simul cum alio decidat; si à ducentis vel infra, ut ipse solus determinet. *for. 13. Cur. anni 1585.* si dubitat an evocabilis existat *ad Recognoscendum* in Regio Concilio remittit, ubi causa cognita articulus evocationis dispungitur. Si verò duriorem ingressum arbitratur, solum dicit *providenda in Re-*
13 *gio Consilio*, in quo adhibita etiam causæ cognitione, quid fiendum sit, deliberatur. Et quia de evocabilibus causis necessaria notavi *d. lib. 1. cap. 2. §. 2. num. 26. cum seqq.* jam dicta repetere necessarium non est. Præcedente igitur decreto evocationis, videlicet in causis Regiæ Audientiæ, vel absque hac solemnitate in Curiis inferiorum: actor libellum judici offert, & ipse propria manu, cum notatione diei, mensis, & anni, ut cavetur
14 *in cap. 15. dict. ordin.* hæc dicere debet. *intimetur ad quintam copia franca concessa*, ut tradit Dñs Leo *decis. 120. num. 6.* Si causa majoris summæ sit, & tam actor quam reus incolæ Regni sint, *d. for. 2. & for. 5. de dilat.* si actor extraneus à Regno est, vel causa minoris summæ decretum Judicis dicere debet, *intimetur ad tertiam*, ut ex eisdem foris depromitur, & praxis quotidiana observat: Licet si verum fatear, hanc foralem differentiam, quando actor exterus est, in praxi nunquam receptam vidi: imo contrarium observari, fortè quia parvi momenti duorum dierum differentia censeatur; ob quod neque de ea curat Prætor tex. *in l. scio, ff. de in integr. rest.* cum aliis adductis per Barbos. *axiom. 150. in*
15 *prin.* Oblatio ista libelli adnotanda necesse est, per Scribam Mandati, vel per actuarium causæ. Quando per scribam mandati fit, practici nostri ipsam adnotationem *oblatam* nuncupant; & manu ipsius adnotari debet, quoties libellus porrigitur, cum die, mense & anno, ac nomine offerentis: Sed ipse scriba mandati tenetur libellum communicare Regenti in publica Audientia infra triduum: ut cavetur *in for. 52. de notar. scrib. & salar.* alias pœna foralis debetur, quæ est Ducentorum Duca- 16
torum: Si verò oblatio diei adnotetur per actuarium dici solet, *postar Kalendari*. Licet enim *Kalendarium* à jurisconsultis dicatur codex negotiationis fæneratitiæ. *l. uxori 41. §. legaverat. ff. de legat. 3.* notant Iason *in l. ejus qui in provincia ff. si cert. petat. num. 6.* & Decius *10. num. 1.* apud nos idem est ac ponere diem, mensem, & annum, ita explicat Portoles *ad Molin. verb. Kalendarium num. 1. cum seqq.* Et licet actuarius nunquam recusare possit hanc annotationem *for. 51. eod. tit.* tamen intelligi debet, post quam libellus provisus per judicem est, & eodem die, ut explicat dictus Imperator *in dict. ordin. anni 1543.*
cap. 15. Quæ in viridi observantia sunt, quoad formam 17
extrinsecam, nam *oblata* nunquam apposita apparet in libello, nisi per duos dies antecedentes decreta communicationis; & *Kalendarium*, nisi provisione manu judicis jam facta, sed de stylo, corruptela vel abusu (quod aprobari non potest) solet per Regij mandati scribas, vel actuarios causarum concedi frequentissime antequam libellus oblatus, vel conscriptus sit: adeo 18
quod inter Procuratores disertos, jactantia ordinaria sit, se nunquam absque *oblatis*, vel *Kalendariis* reperiri, ad cuncta sibi occurrentia. Quod opportuno remedio eget, eo quod isti Ministri non sua munera implent, ex eo quod dicant se vidisse eundem Procuratorem die quo in adnotatione dicitur, nam actus apponendi *oblatam*, vel *Kalendarium* debet fieri in libello cum suis requisitis perfecto, & sicut per *cap. 9. ordin. R. Aud. anni 1577.* prohibitum est hoc fieri, multo magis prohibitum erit antequam factus libellus sit: & quanquam aliquando careat vitio, sæpius machinationem calumniosam redolet, & clarè opponitur menti fororum, & ordinationum, atque nocivas litium dilationes producit. Sed novam dispositionem requirit, quia diuturna consuetudo aliter exterminari nequibit.

Huic oblationi libelli interpellationem extrajudi- 19
cialem præcedere aliqui necessariò inferunt ex tex. *in l. quidam Hiberus ff. de servit. Urbanor.* & *§. sic itaque instit. de action.* ut tenuerunt Bartol. Iason & cæteri Doctores *ibid.* ad effectum saltem consequendi expensas. Sed jam recessit ab usu judiciorum, & fori nostri de simili requisito nihil statuerunt; quare supervacaneum erit, de eo tractare: præsertim animadverso, ut dixi *sup. num. 6.* quod in Regno judicandum est ex bono, & æquo, absque figura Judicij, ex quo principio hæc omnia exclu- 20
sa sunt. Sic similiter petitionis veniæ, quando filius patri, libertus patrono, vel cæteri quibus reverentia debetur lis movenda sit, requisitum omitto: non ex eo quod necessaria ista petitio non sit, juxta tex. *in l. generaliter cum alij. seqq. ff. de in jus vocan. for. 2. & 4. eod. tit.* Sed quia à nemine ignorari crediderim, cum sit unum ex primis elementis hujus facultatis. Initium enim litis, respectu actoris, & Judicis à citatione procedit juxta
Glos. *in l. ubi ceptum ff. de judic.* ubi Doctores cum aliis 21
relatis per Ioseph. Raman *cons. 26. num. 4.* licet respectu rei à litis contestatione exordium sumat, ut notant communiter Doctores *in §. omnium, instit. de pœn. temer. litigant.* & accurate tradit Pichar. *in manuduct. ad prax. part. 1. præcep. 2. num. 7.* Et licet in aliquibus Provinciis 22
citatio præcedat libelli oblationem, nostra praxis receptum habet juxta tex. *in d. for. 2. de dilat.* quod post oblatum, & provisum libellum prima citatio fiat mediante illius injunctione, in causis minoris summæ; vel traditione copiæ illius, in causis majoris summæ: Quam praxim probant Maranta *de ord. jur. part. 3. membr. 3. de lib. oblat. num. 25.* Asin. *in pract. §. 5. cap. 3. num. 2.* & aliis relatis Illiger *ad Donel. lib. 23. comment. cap. 4. lit. A.* Et ratio 23

est,

est, quia citatio est Adversarium in jus vocare tex *in l. 1. ff. de in jus vocan.* & ut explicant Donel. *d. lib. 23. cap. 2.* & Illiger. *lit. L.* gratia experiundi juris: & cum per injunctionem, vel traditionem libelli, reus provocetur ad judicium, certior factus de actione contra eum intentata, jam citatus legitime remanet, cum sufficiente notitia ad comparendum instructus de juribus suis, ut deli-
24 berare possit an cedere, vel contendere velit, adeo ut sic citato comparenti, novæ inducie deliberatoriæ concedendæ non sint *c. præterea 2. de dilat.* Bart. Bal. & cæteri Doctores *in l. 1. ff. de eden.* Petrus Gregor. *lib. 48. syntagm. cap. 8. num. 6.* And. Gail. *lib. 1. obs. 51. num. 1. & 3.* Misinger. *cent. 5. obs. 85. num. 9. & 10.* Coller. *decis. 110. nu. 4.* Cagnol. *ad Rub. C. de eden. num. 22.* Vaut. *de nullit. tit. ex defect. stat. num. 52.* Asin. *in prax. §. 5. cap. 1. & 2.* Scaccia *lib. 1. de judic. capit. 32. numer. 15. & seq.* aliis relatis Illig. *d. cap. 3. lit. A*, de quo latius *infra ex num. 101. per plur. ser.*

25 Citatio hæc necessaria omnino est ad legitimationem judicii, profluens à jure divino, & naturali, quæ dictant neminem indefensum, vel inaudium posse condemnari, ita ut omnia gesta, vel facta sine legitima citatione, nullius momenti sint, ut probant tex. *in clement. Pastoralis, §. caterum de re judic. l. nam ita divus ff. de adoption. l. de unoquoque ff. de re judicat. l. ea quæ C. quomod. & quand. judex.* ubi comm. scribentes de jure nostro *for. 7. de execut. sent. for. 1. quib. non nocet res jud.* docent Mendes *de Castr. in trax. Lusit. lib. 3. capit. 1. in prin.* Maranta *part. 6. num. 6.* Barbos. *in collect. c. inter quatuor de major. & obed.* Portol. *ad Molin. verb. citatio ex num. 1.* Petr. Gregor. *dict. lib. 48. cap. 3. num. 14.* Pichar. *dict. prac. 2. num. 5.* Peguer. *in prax. Rub. 6.* ubi Ripoll. *num. 15. & var. cap. 3. num. 10.* Carleval. *de Jud. tom. 1. tract. 1. disp. 2. ex nu 879.* Salgado *de Reg. protect. part. 2. c. 1. num. 17.* Marin. *lib. 2. quotid. resol. cap. 18. min. 35 cum seqq.* Pereyra *decis. 76. num. 5.* Ex nostratibus D. Leo. *decis. 9. numer. 2.* & Dominus Crespi *obser. 2. num. 2.* quo *dict. for. 7.* ad rem expen-
26 dit. Si enim reus præsens est, vel reperiri poterit personaliter est citandus, ut omnes uno ore fatentur: sed si latiteat, sufficit quod citetur in domo propriæ habitationis, affixa schedula continente substantiam citationis ad ostium. Sic probat tex. expressus *in l. scire oportet 13. ff. de excusat. tutor. in §. 1.* ibi, *oportet autem ei manifestari à Præsidibus vel in faciem, vel ad Domum, & in Clem. 2. ut lit. pendent.* ubi Glos. *verb. factam, & verb. perveniat*, & de jure Castellæ tex. *in l. 1. tit. 6. part. 6. glos.* Greg.
27 Lop. 16. Neque aliter teneas, ex eo quod de jure civili citatio facta in domo prohibita videatur per tex. *in l. plerique ff. de in jus vocan.* Nam hunc textum elegantèr explicat Iason *ibid. num. 2.* ex decisione tex. *in l. sed etsi is, 21. ff. eod.* ita ut quod prohibeatur, sit citatio realis, seu extractio violenta de domo, quæ unicuique tutissimum refugium esse debet. Citatio namque realis violenter fiebat, reum obtorto collo ad judicium rapiendo,
28 tradunt Revard. Govean. & cæteri addocti per Pichar. *in disput. de satisd. judicial. num. 4.* & Aniquin. *tract. de prævent. instrum. cap. 2. num. 21.* Non autem citatio verbalis quæ domi permissa fuit, ersi latiteat per affixionem schedulæ ad ostium, quem sequuntur Petr. Gregor. *d. lib. 48. cap. 2. num. 8.* Scaccia *d. lib. 1. de jud. cap. 45. num. 2. & 12.* Cujac. *lib. 7. obser. cap. 15.* Parlador. *rer. quotid. lib. 2. cap. fin. p. 5. §. 9. num. 6. & seqq.* Asin. *in prax. §. 6. cap. 1. num. 3.* Illiger. *d. cap. 2 lit. D, & E*, Gail. *d. lib. 1. obser. 55.* Ant. Fab. *in C. lib. 2. tit. 2. defin. 1. & 7. ubi in nos. num. 3.* Berlich. *d. concl. 10. num. 20.* Vincen. de Franch. *decis. 411.* ubi add. Vivius *decis. 274.* Novar. *ad prag. Neapol. collect. 3. de citat. ex num. 2. & collect. 2. de ordin. judicior. ex num. 1.* Marinis *d. lib. 1. c. 340. num. 2. & lib. 2. c. 43. num. 6.* Aniquin. *de prævent. instrm. cap. 4. num. 40.* Borrel. *in sum. decis. tit. 44. num. 22.* Anton. Amat. *variar. lib. 1. resol. 57. num. 13.* Farin. *conf. 14. ex num. 1. lib. 1.* Ciarlin. *contr. for. lib. 2. c. 148. num. 8. & 17.* Marc. Ang. Leo. *tract. de præpar. judic. part. 1. prap. 16. num 4. & part. 3. prap. 8. num. 56.* Seraphin. *decis. Rot. 1123. ex num. 1.* Carleval. *d. num 879. ad med. & aliis* relatis Salgado *dict. part. 2. capit. 2. num. 64.*

Ex nostræ Coronæ Doctoribus Portoles *ad Molin.* 29
verb. citatio ad domum, de foro aliquantulum dubitat, quod intelligendum est dum non constet de latitatione, sed ea constante & facta pignoratione juxta *ser. 1. Aragon. de in jus vocan.* rectè fit citatio in domo, ut probat Ibanus de Bardaxi *ad d. ser. 1. num. 5.* & latius Sesse *decis. 59. num. 5. tom. 1.* Ex Catalanis Mieres *ad constit. tom. 1. coll. 6. C. de in jus vocan. Curiar. Reg. Petri 3. n. 32.* Cancer. *var. lib. 2. cap. 14. num. 125.* Michaël Ferrer. *3. part. observan. cap. 131.* Peguer. *in prax. Rub. 6.* ubi Ripoll. 30
num. 53. & var. d. c. 3. num. 24. Sicque ubique gentium hæc praxis citandi in domo propriæ habitationis admissa est: Imo hodie, querela Nobilium frequens esse solet, quoties aliqua citatio eis fit extra domum, quia indecorum credunt si deambulando per vicos vel plateas citentur. Sed ista citatio in domo juxta praxim Regni Valentiæ, non potest fieri ad nutum actoris, vel 31
nuncii citantis; sed prævia aliquali causæ cognitione, ex quo, modo quo res patitur, resultet reum latitare. Præcedente igitur relatione Nuncii asserentis se in tribus diversis diebus, horis commodis, reum quæsiviisse per loca, ubi homines ejus conditionis versari solent, & in domo propriæ habitationis, & non inveniisse, Iudex ad instantiam actoris interloquitur, quod citatio fiat in dicta domo, schedula affixa ad ostium, nostra vernacula lingua *ab albaraners.* Sicut in Cathalonia re- 32
linquitur substantia citationis aliquo ex propinquis, & in hac Curia uno ex famulis non infimæ sortis, vulgo *de escaberas arriba*, & hoc jure utimur respectivè. Et ratio est, quia in hoc casu, aliquid est concedendum in perniciem ejus, qui latitando se à judicio subtrahit, ut in terminis tenuerunt Lanfrancus Balb. *decis. 254.* Borrel. *in sum. decis. d. lib. 1. tit. 46. num. 179.* Carleval. *d. disp. 2. num. 879. vers. quod tamen ita accipiendum.* Seraphin. *dict. decis. 1123.* & Aniquin. *d. cap. 40. num. 48* Et licet Fontanella *decis. 567. ex num. 12. tom. 2.* dicat quod in Regia 33
Audientia Cathaloniæ duplex modus citandi in usu sit, unus per Nuncios, Satellites, vel Apparitores; alius verò per Scribas, sive Notarios, adhibitis duobus testibus, & ipse reprobat Nunciorum relationes, & approbat Notariorum fidem; re bene inspecta, ubique sunt angustiæ, nam in citationibus Curiarum Castellæ, in quibus citationes per Scribas, sive Tabelliones fiunt, plures querelas quotidie audimus. In Regia Audientia Valentiæ, omnes citationes fiunt per Nuncios sive lictores, qui duo sunt, ut dixi *lib. 1. cap. 2. §. 2. num. 210.* vel per Satellites quibus isti committunt, ut fieri posse probat tex *in for. 21. de sentent. & act.* quibus credendum est, ut probant Ripoll *var. d. c. 3. num. 269.* Fontanell. *dict. decis. 567. num. 20.* Berlich. *d. concl. 10. num. 21.* Et legali- 34
tas horum lictorum talis esse solet, ut nunquam audita sit querela de ipsorum relationibus. In Curiis Judicum inferiorum observatur varietas injungendi sive intimandi jam per actuarios, & jam per Satellites, sed sæpius cum querelis, tam quoad substantiam, quam quoad modum; nec mirum, quia infima conditio illorum ansam præbet his querelis; sed non est facilè remedium, quia per alios hæc expediri nequeunt.

Ratione latitationis, ulna citationem domi fiendam, 35
si pars postulaverit, Iudex mandat, quod Procuratorem constituat conversantem in Curiis, bene instructum, cum juramento non revocandi, infra terminum per Judicem designatum, alias injunctiones fient ad valvas ipsius Curiæ, & idem erit ac si personaliter ei fiant. Hæc praxis frequentissima niti potest in dispositione *leg. 2. tit. 2. lib. 4. recopil.* cujus praxim tradunt Monterosso *tit. 2. de via ordinar. vers. otrosi* (quam nec percepit Azevedo *in eo text.*) & necessaria est, ad protelationes litium vitandas,

vitandas, quia cum de jure citatio ejus, cujus interest, requiratur ad unum quodque actum judicii per tex. *in d. l. de processibus* 47. *ff. de re judic.* ut tradunt Ant.Fab. *in C. lib.* 4. *tit.* 16. *defin.* 18. *& in not. num.* 8. Dominus Leon. *decis.* 40. *num.* 5. Fontanella *decis.* 440. *num.* 2. Ripoll. *d. cap.* 3. *n.* 261 qui vim hujus citationis fundat *ex n.* 266. latè Scaccia *de jud. lib.* 1. *cap.* 88. *ex num.* 1. & pluribus laudatis Pareja *de instrum. edit. v.* 2. *tit* 7. *resol.* 2. *num.* 19. Ne ex lactatione commodum differendi litem reportet, & ne fit necessaria alia citatio, fienda ei qui effu-
37 gia quærit, hoc remedio uti debemus, ut docent Bald. & communiter Doctores *in l. consentaneum C. quomod. & quand. jud.* Gail. *d. lib.* 1 *obs.* 51. *num.* 5. Nevisan. *cons.* 6. *n.* 7. Vivius *decis* 319. *num.* 7. Maranta *tit. de citat. num.* 118. & ita admissum est in praxi Regiæ Audientiæ, ita ut termino ad constituendum Procuratorem elapso, lis prosequatur usque ad sententiam, factis citationibus in loco assignato, nisi compareat Procurator cum suffi-
38 cienti mandato, & cæteris requisitis. Sed dubitari potest, si assignato jam loco per Judicem inferiorem ad valvas illius Curiæ, causa evocetur ad Regiam Audientiam, an citandus reus de novo sit, vel citationes ulteriores fieri possint ad valvas illius Curiæ? Fieri posse ibidem tradit Petr. Rebuffus *ad leg. Gal. tit. de elect. domicil. num.* 19. *& seq.* & rationem reddit ex eo quod eadem causa sit. Sed de novo citandum esse personaliter tradit Michaël Ferr. *part.* 1. *obser. c.* 18. & cùm leges nostræ plurimum congruant cum legibus Cathaloniæ, hæc opinio in praxi recepta est.

39 Hæc enim respectu reorum præsentium observantur, sub quorum nomine comprehenduntur ii, qui domicilium habent in urbe, & in sua generali contributione: quæ ad quatuor leucas per circuitum extenditur, licet tempore litis moræ per absentiam modicam absint, nam ii etiam citandi sunt in domo propriæ habitationis, ut tenent Doctores superius adducti. Quoad
40 absentes distingue, vel degunt in Regno, vel extra illum domicilium constitutum habent. Si in regno habitant, & causa introducta est in Regia Audientia, citantur per Satellites, quibus hæc committit, quia totum Regnum est territorium ipsius, & in eo universalem, superiorem, atque ordinariam jurisdictionem habet, & exercet, ut dixi *dict. cap.* 2. §. 2. *num.* 19. *per plur. sequentes.* Et in vim hujus superioritatis potest reum ubicumque citare etiam in terris Baronum tex. *in l.* 1. §. *legatis l. non alias* 24. *ff. de judic. l. omnes* 33. §. *executoribus C. de Episc. & Cler.* tradunt Coller. *de proces. execut. part.* 3. *cap.* 7. *num.* 36. Bossius *in pract. crim. tit. de citat. num.* 28. Maranta *de ord. jud. vers.* 4. *verb. citatio num.* 10. Berlich. *d. p.* 1. *concl.* 11. *num.* 12. Scaccia *de judiciis lib.* 1. *cap.* 40. *num.* 6. *vers. insuper sit tamen.* Carleval. *d. tit.* 1. *disp.* 2. *num.* 28 Si verò causa
41 introducta reperitur in aliqua ex Curiis inferiorum, unusquisque Judicum intra proprium territorium citare facit per suos lictores, & extra illum per litteras subsidiarias, vel requisitorias; quæ semper Ordinariis locorum dirigi debent, nec ab alio exequutioni deduci, nisi ex desidia Ordinariorum *for.* 21. *Cur. anni* 1585. Et si emanatæ fuerint à Curia Baronis, vel alicujus domini oppidorum obtinentis mixtum imperium; vel, ut inter nos dicitur, *jurisdictionem Alphonsinam*, in his quæ ad eos spectant, executioni mandari debent ab Ordinariis, vel cæteris Officialibus exercentibus Regiam jurisdictionem *for.* 239. *ejusd. Cur. ann.* 1585. Si extra Regnum citandus certo in loco residet, citandus etiam est sive per
42 Regiam Audientiam, sive per alium Judicem per litteras requisitorias, ut docet Pontifex *in Clem. Pastoralis* §. *illud de sent. & re judic.* Consultus *in l.* 1. §. *hac autem litterâ, ff. de serv. fug.* Imperatores *in l. fin.* §. *Tribuni, C. de his qui latr. l. omnes ubi gloss. C. de Agricol. & censit. lib.* 11. & Noster Rex Iacobus *in for.* 3. *vers. empero si ans de bon. auct. jud. possi.* Docent Bartol. *in extrav. ad reprimendam* §. *per edictum, num.* 11. *& in l.* 1. §. *Præsides* 2. *ff. de requir. reis. Iaff. in l. ult. ff. de jurisdic. num.* 24. Gail. *lib.* 1. *obs.* 156. *num.* 1. Dominus Covarru. *practic. cap.* 11. *à n.* 2. Rebuff. *ad leg. Gal. tract. de litt. requisit. ex num.* 4. Novar. *ad prag. mar. Neapol. prag.* 1. *de citatione collect.* 2. *ex num.* 1. Ripoll. *variar. d. cap.* 3. *num.* 77. Berlich. *d. concl.* 11. *num* 9. Ant.Fab. *in C. lib.* 2. *tit.* 2. *defin.* 2. *& in not. num.* 4. Petr. Surdus *decis.* 5. *num.* 8. Steph. Gracian. *discep. for. c.* 431. *num.* 5. *& cap.* 489. *num.* 12. Mangil. *de subhast. quæst.* 4. *per tot.* Fontanella *decis.* 438. *num.* 12. Parlador. *rer. quotid. lib.* 2. *c. fin. p.* 2 §. 1. *& 2. n.* 4. *&* 5. Portoles *ad Molin. verb. littera, ex num.* 4. Carleval. *d. lib.* 1. *disp.* 2. *num.* 26. Pareja *de instr. edit. tit.* 2. *resol.* 9. *n.* 41. Salgado *de Reg. protect. p.* 1. *cap.* 12. §. 4. *n.* 3. novissimè Ioseph. Rossa Doctus Neapolitanus *Consult.* 3. *ex num.* 6. Neque ei decerni potest curator absentiæ, & si de facto decernatur, omnia gesta nulliter facta censentur *d. for.* 3. *de bon. auct. judic. possi. vers. empero si aquell que fera demanat.* Sic pronuntiatum fuit in hoc Supremo sententia publicata per Adrianum Bayarte Regii mandati scribam *die* 18. *Iunii* 1612. ad favorem Marchionis de Terra nova contra Ioannem Arquer, & alios litis consortes. Datio namque curatoris absenti solum procedit quando incertum est ubi degit, licet Amato. *var. lib.* 1. *Resolut* 33 *num.* 27. tenuerit quod sufficit absentiam à Regno probari, nam procedit de stilo Siciliæ; nam de jure nostrum sententiam procedere fatetur ibidem cum Paulo de Castro, Iasone, Ludovico Franco, Barzio, Gama, Claro, Azevedo, Capiblanco, Scaccia & Farinacio.

Quando extra Regnum, vel territorium degens, ci- 43
tandus est, ultra terminum foralem Judex tenetur illi assignare competentem dilationem ad comparendum, *d. for.* 21. *de sent. & act.* ita ut reus possit defensionem instruere per se, vel per legitimum Procuratorem; cum hoc deficiente citatio nullius momenti sit tex. *in c.* 1. 2. *& 4. cons.* 5. *quæst.* 2. *l. nonnunquam* 72. *vers. hoc autem, ff. de judic.* Clement. *unic. & ibi gloss.* & Imola *de judic.* Verallus *decis.* 3. *num.* 8. *part.* 3. Vivi. *decis.* 361. *ex num.* 1. Novar. *ad prag. Neapol. collect.* 8. *de off. judic. maner.* 101. Ripoll *d. cap.* 3. *num.* 16. *& seqq.* Berlich. *d. p.* 1. *concl.* 10. *num.* 13. aliis relatis Salgado *de Reg. protect. p.* 2. *cap.* 1. *num.* 19. & sic *in nostro foro ad fin.* dicitur quod Iudex possit ex causa dilationem prorogare, & nulla causa major esse potest quam absentia à loco judicii: ita ut nunquam contumax esse possit is cui non conceditur dilatio competens juxta distantiam loci ad comparendum, ut omnes prædicti tenent. Ex his licet dicatur *in* 44
d. for. 3. quod tres citationes reo fiendæ sint per litteras cum dilatione quinque dierum in unaquaque, quando absens reperitur à Regno hoc procedere poterit si in confinio reperiatur, nam si in longinquis partibus, Judex juxta communem praxim, pensata distantia, arbitrari debet dilationem competentem ad comparendum, & eam assignare peremptorie, ut desumitur ex *d. foro* 21. *de sent. & actis*, & *l. communicia* 53. §. 1. *ff. de re judic. l. ad peremptorium* 68. *cum seqq. ff. de judic.* ex *d. l. nonnunquam & l. consentaneum C. quom. & quand. Iudex.* & ita communiter receptum testantur plures relati per Berlich. *dict. concl.* 10. *num.* 8. quibus adde Cuja. *in cap.* 1. *de dilat.* Si- 45
militer antiquata est pœna contumaciæ *in dict. for.* 3. expressa, nempe mittendi in possessionem bonorum rei ipsum actorem, si post dictas tres citationes non compareat. Nam licet hæc pœna à jure introducta videatur tex. *in l. satis* 19. *ff. de in jus vocand. cum simil.* ubi Doctor. ob plura incommoda quæ ex simili immissione sequebantur, omnes citationes expediuntur cum mandato constituendi procuratorem intra eandem dilationem, 46
cum sufficienti mandato, & bene instructum & cum juramento non revocandi sub pœna faciendi ulteriores citationes ad valvas Curiæ, quibus mediantibus, lis prosequitur usque ad sententiam, & valet processus, ut pluribus probat Salgado *de Reg. protect. part.* 3. *cap.* 3. *num.* 37. Et sic reus, nisi causam despiciat, procuratorem

mittere

mittere cogitur, vel personaliter comparere: ut quoti-
47 die in omni foro fit. Ex quibus jam necessaria non est citatio per edicta, vel proclamata, nec illa unquam adhibetur, nisi casu quo incerta est persona citanda, de quo nunc non agimus. Si autem certa sit persona, locus vero in quo versatur incertus, vel ita longinquus ut per-
48 difficile sit eam citare, veluti in regionibus ultra marinis, tunc curator vel defensor bonis datur ut *in d. for. 3. vers. empero si aquell. qui sera demanat.* expressè dicitur. Quod docuit Baldus *in l. cum cognatos C. de cap. & postlim. reversf.* Bartol. *in l. mnto. §. fin. ff. de tutel.* Guttierrez *de tutel. part. 3. cap. 17. num. 3.* Rippoll. *d. c. 3. n. 31.* Hier. Portoles *ad Molin. verb. absens n. 86. cum seqq.* Petr. Greg. *lib. 3. syntagm. c. 8. ex n. 1.*

49 Aliud remedium in usu fori Valentiæ esse solet, ad citandum absentem quando procuratorem relinquit per quem defendi possit, nam hic utiliter citatur: quia primæva litis citatio fieri potest procuratoris absentis tex. *in l. item 21. § hoc autem, & in l. is qui Reipublica. 39. ff. ex quib. caus. major l. 3. ff. de olim. legat. l. fin. ff. an per alios appel. seq. poss. l. ita demum 13. C. de procurator. l. cum clericis 25. §. 1. C. de Episcop. & Cler.* ubi Doct. docent præter ordinarios Ant. Fab. *in C. lib. 2. tit. 8. def. 25. & in not. num. 4.* Gregor. Lopez *in l. 10. tit. 2. part. 3. glos. 1.* Evia Bolaños *in C. Philip. part. 1. §. 22. ad fin.* Trevis. *decis. 55. num. 5.* Gratian. *discep. for. cap. 145. num. 2. & decis. Marc. 154. num. 9.* Giurb *obser. 101. ex num. 1.* Parlador. *d. cap. fin. part 5 §. 9. num. 31.* Alvar. Valasc. *lib. 2. consult. 144. num. 1.* Scaccia *tit. 2. de judi. cap. 8. ex num. 664. signanter num. 673.* Portol. *ad Molin. verb. citatio ad domum num. 5. & verb. citatio generalis num. 12.* Bardaxi *ad for. 1. decis. num. 6.* Marin. *lib. 2. quotid. cap. 43. num. 1.* Marc. Angel. Leo. *prapar. 3 num. 13. & 17. par. 3.* Cancer. *var. lib. 2. cap. 14. num. 123.* Rippoll. *d. cap. 3. num. 111.* Quod de jure Regni Va-
50 lentiæ probat tex. *in for. 15. de Procurator.* quatenus cavet, quod Procurator constitui potest ad lites futuras, quam conclusionem cum Bartolo, & Francisco Marco, exornat Dom. Crespi *observat. 108. num. 13.* & amplius exornare poterat cum Baldo, Iacobino, Angelo, Castrensi, Jasone, Saliceto, Graziano, Bartolo, Scaccia, Mantica, & Laderchio, quos adducit Noguerol. *allegat. 36. num. 4.* dicens *num. 2. in fin.* sic obtinuisse in supremo Concilio Castellæ. Si enim procurator rectè constituitur ad lites futuras pro absente defendendas, elusoria
51 conclusio tamaneret, nisi citatio prima ei fieri posset. Et secundum nostram sententiam decisum fuit in Regia Audientia sub examine Nobilis D. D. Ioan. Blasco *die 15. Martij anni 1634.* in causa D. Ludovici Casanate hujus Supremi tunc Fiscalis, cum comitissa de Cocentayna actuario Vincentio Griffo, & referente Nobil. ac charissimo Avunculo meo D. D. Petro Sanz eximio Senatore *die. 25. Febr. anni 1639.* in causa Comitissæ de Ana, cum Comite de Fuentes actuario Fran. Blanes.

52 Verum in hoc casu concedenda est dilatio Procuratori ad Dominum consulendum si verosimiliter instructus non reperitur, de quo videndi Dominus Leo *decis. 97. per tot. præcip. num. 12.* Ripoll. *var. cap. 5. num. 77.* Tusous *lit. D. conclus 438. num. 1.* Mastril. *decis. 116. num. 1.* Giurb. *obser. 101. num. 5.* Marc. Angel. Leo. *dict. præpar. 3. num. 22. par. 3.* Et ad hoc ut citatio prima procuratori
53 fiat, actor tenetur ostendere mandatum sufficiens, cum sit fundamentum suæ intentionis, juxta tradita per Rimin. *cons. 216.* Rot. Gemens. *decis. 14. num. 36. & seqq.* & noviter per Ioan. Paul. Melium *observat. for. capit. 45. num. 16.* Quæ regulariter procedunt quando lis mota dirigitur contra Magnates, Duces, Marchiones, vel Comites, qui extra Regnum commorantur, sed in eo habent Procuratores Generales, qui suas ditiones administrant, & in mandatis habent clausulam ad lites tam præsentes quam futuras; vel in cæteros qui habent publicè, & palam Procuratores destinatos ad omnes lites, tam activas, quam passivas. Si autem in his casibus 54
procuratores dixerint se non acceptasse mandata; & quando non constat de usu, vel acceptatione mandati in facultate procuratoris est acceptare, vel repudiare tex. *in l. & idea §. 1. l. sed & ha 35. § 2 ff. de Procurator. l. invitus 17. C. eod. for. 4. eod. tit.* & ut compelli possit ad sequendum judicium necessariam esse acceptationem docent Cancer. *d. cap. 14 num. 109.* Ripoll. *d. cap. 3. num. 255.* Pe- 55
reyra *decis. 34. num. 10.* qui alios adducunt. Sed si probetur procuratorem semel acceptasse mandatum, licet quoad aliam litem, absque aliqua protestatione, vel restrictione, & illud ad omnes lites sit datum, suscipere judicium cogitur, quod ex ipsis juribus superius allegatis infertur, quibus addendi text. *in l. servum 13. §. ait Prætor cum seqq. ff. de Procurator. & in for. 49. de appellat. clement. 1. de procurator.* & sic tenent Vestr. *in prax. t. 4. cap. 5. num. 4.* Petr. Barbosa *in l. qui dotis num. 156. ff. solut. matrim.* Augustt. Barbosa *in collectan. dict. clem. 1. num. 3.* Ant. Faber *in C. dict. lib. 2. titul. 8. defin. 25. & in not. num. 1.*

Attamen ista distinctio redditur difficilis ex traditis 56
per ipsum Ant. Fab. *in C. lib. 3. tit. 1. defin. 29. & in not. num. 3. & lib. 5 tit. 20 defin. 4. & in not. num. 6.* quem sequitur Fontanella *decis. 276. num. 9.* quatenus docent, quod hæc procedunt quando mandatum concessum reperitur privato, qui gratis exercere debet juxta tex: *in l. item 15. C. de Procurat.* non autem quando concessum est uni de collegio Procuratorum; quia isti gerunt officium necessarium, de quo aliqua dixi *tract. de re crimin. contr. 33. num. 23. cum seqc.* qui compellendi sunt, nisi ju- 57
sta causa præter voluntatem interveniat, ad subeundum judicium. Et licet in Regno Valentiæ non reperiatur specialiter erectum collegium Procuratorum; tamen in urbe idem est ac si esset: quia adest collegium artis Notariæ, in quo consummatissimi Procuratores causidici reperiuntur, quibus commissum est officium Procuratoris per nostros foros, tex *in for. 19. & 20. de advocat. junct. for. 56. curiar. anni 1585.* Nam in eis cautum est 58
quod nemo officium Procuratoris gerat quin praxim artis notariæ professus sit per biennium, & creatus Notarius sit. Quæ dispositio licet sub disiunctiva O concepta appareat, quæ importat *vel*, ob quod alternativè intelligenda videbatur, ita ut unum verificari sufficiat, ex traditis per Aug. Barb. *dict. 415. num. 2.* Tamen in nostra dispositione declarativè sumenda est pro *id est*; quia posita est inter duas clausulas idem importantes. Cum 59
creatio Notarii requirat praxim ipsius artis, & creatio sit ad instar gradus illius facultatis; ut sensus sit ne quis fungatur officio Procuratoris, nisi praxim artis Notariæ per biennium professus sit, de quo appareat per creationem. Cum autem in urbe Valentiæ, & per leucam in circuitu, prohibitum sit exercitium artis Notariæ Nota- 60
riis Regiis, & solum permissum Notariis Valentiæ *for. 13. de senten. & act. for. 53. Curi. anni 1604. & for. 18. de not. scrib. & salar.* eo ipso quo exercitium officii Procuratoris ad artem notariæ spectat, exerceri non valet in urbe nisi per Notarios Valentiæ, qui sunt de illo collegio; qui honorificam artem profitentur, ea specie 61
dignitatis quodammodo funguntur, ut pluribus probat Amaya *in l. si quis Procurationem 34. ex n. 6. per plur. seq. C. de decur. lib. 10.* Quæ non enervantur per ea quæ post eum dixit Iacob. Gothofredus *in l. 3. C. Theodos. de decur.* Quia ipse fatetur juris studiosis Tabelliones assimilari, quia juris notitiam professio ipsa supponit, & fides magna eis tribuitur. Quod in Regno Valentiæ maximopere procedit, tum quia eorum attestationibus plene creditur absque subscriptione partium, sive contrahentium, sive testantium: tum etiam quia Majoral bus istius Col- 62
legii plura committuntur magni momenti, ut *in for. 84. de not. scrib. & salar.* consilium dare Judici ordinario in omnibus quæ concernunt declarationem instrumentorum circa pertinentia ad artem, *& in for. 104. de Curi.*

&

& *Bajul.* inſpectio & judicium inſtrumentorum committitur, de quo plura dixi *lib.* 2. *c.* 8. §. 5. *per tot.* & poſt me D. Creſpi *obſer.* 69. *ex num.* 4. qui licet plura deſumpſerit ex his quæ dixeram, ut legenti patebit, auctorem tacuit, ne tranſcripſiſſe aliena videretur: ſed res ipſa ſecretum detegit, prout in aliis plurimis locis facillimè comprobari poteſt. Licet enim (ut ad inſtitutum redeamus) per *d. for.* 19. & 20. *de Advocat.* permiſſum reperiatur ei qui Notarius non eſt procurationem exercere,
63 quia id non efficit quod officium procurationis non pertineat ad artem Notariæ, cum ſolum permittatur in una lite poſt aliam; quod etiam reſpectu advocationis permiſſum in eiſdem foris eſt, & ſicut ſimilis tolerantia inducta ob miſerabiles, & conjunctas perſonas, efficere non poteſt quod Patrocinia cauſarum ex ſe non pertineant ad officium Advocati, ſic ſimiliter quod aliquis in una tantum cauſa admittatur tanquam Procurator, efficere non poterit, quod Procuratoris officium
64 non pertineat ad artem Notariæ. Si igitur ut ex dictis reſultat, Notariis Valentiæ commiſſum eſt officium Procuratoris collegiatim, clarè ſequitur, neceſſarium eſſe officium, & ſic niſi mediante legitima cauſa excuſentur, cogendi ſunt acceptare procurationes, & mandata. Sicut coguntur quoties officium Judicis imploratur, per eos qui Advocatum, vel procuratorem non in-
65 veniunt, nam Judex ex officio eis dare tenetur per tex. *in l. nec quicquam* §. *advocatos*, *ff. de off. Proconſ. for.* 7. *de dilat.* cum aliis plurimis adductis per Paulum Xamar. *de officio Jud. & Advocat. part.* 2. *cap.* 3. *ex num.* 1. Sufficit enim quod in praxi admiſſa ſit neceſſitas officii in hoc caſu, ut dicamus in omnibus ex eadem, vel majori ratione, idem obſervari debere. Ita ut concluſio ſit; quod licet privatus excuſari poſſit ab uſu mandati non acceptati: Notarius Valentiæ, niſi ex legitima cauſa excuſetur, cogendus eſt judicium ſubire.

66 Simile diffugium quæri ſolet ne lis proſequi valeat, nempe revocando Procuratorem jam legitimè conſtitutum. Hæc revocatio extra judicium fieri poteſt, ſicut & conſtitutio, & in noſtro Regno Valentiæ tam ante, quam poſt litem conteſtatam per tex. *in for.* 16. *de procurat.* licet de jure contrarium procedat, *l. poſt litem ff. eod. l. procuratoribus C. eod.* ubi Doctor. aliis relatis Ripoll. *d. c.* 3 *num.* 90. Fontanella *deciſ.* 96. *num.* 22. Fran. Nig. Ciriacus, *contr.* 275. *num.* 24. *tom.* 2. Sed ut teneat revocatio
67 nota fieri debet Judici ac parti, tex. *in C. mandato de procurat. & in l. ſi mandaſſet*, *ff. mandat.* Flam. Pariſ. *de reſign. benef. lib.* 9. *q.* 25. *num.* 13. Maſcard. *de probat. concl.* 1016. *num.* 1. Puteus *deciſ.* 303. *lit.* 2. Monter. *deciſ.* 43. *numer.* 2. Portol. *ad Molin. verb. Procurator*, *num.* 71. Bardaxi *ad for.* 1. *de Procurat. num.* 9. *verſ. quæ revocatio*, Seſſe *deciſ.* 81. *per tot. præcip. ex num.* 15. Cancer. *d. cap.* 14. *ex num.* 173. aliis relatis Salgado *in Labor. credit. part.* 1. *ap.* 38. *num.* 29.
68 Sed in Regno Valentiæ hæc abſolutè non procedunt in nihilo refragante diſpoſitione *dict. for.* 16. Nam ſi Procurator conſtitutus fuerit virtute præcepti Judicis modo quo dixi *ſup. num.* 35. revocari non poterit, quia conſtituitur juxta tenorem decreti quod in omni Curia, ex inveterato ſtylo, eſt cum juramento non revocandi, ita ut ſi compareat cum mandato carente iſto requiſito, non admittitur, & citationes fiunt ad oſtium Curiæ tanquam ſi nemo comparuiſſet: Suppoſito igitur eo, juramentum quod teneat probat latè Guttierez *de juram. confirmat. part.* 1. *cap.* 1. *num.* 84. & *ſeqq.* & poſt eum Ciriacus *d. contr.* 275. *num.* 25. ſicque revocatio fieri nequit in præjudicium partis: Sic tenuerunt Rota Rom. *in antiq. deciſ.* 104. Capell. Tholoſ. *deciſ.* 260. Nicolaus Boër *deciſ.* 207. Novar. *ad pragm. Neapol. collect.* 1. *de procurat num* 34 aliis relatis Cancer. *dict. lib.* 2. *variar. cap.* 1. *num.* 224. Fontanella *de pact. nuptial. tom.* 2. *claus.* 9. *glos.* 1. *part.* 2 *numer.* 11. *deciſ.* 263. *num.* 21. & *deciſ.* 276.
70 *num.* 15. *cum ſeqq.* Niſi interveniat legitima cauſa revocationis, & adhuc in hac ſpecie non admittitur niſi ſimul alius Procurator in loco primi ſuffectus ſit, tex. *in l. ante litem* 16. *l. poſt litem* 17. *l. qui proprio.* 40. *ff. de procurator.* cum aliis adductis per Petrum Gregor. *lib.* 49. *ſyntag. cap.* 4. *num.* 16. Ant. Fab. *in C. lib.* 2. *tit.* 8. *defin.* 17. & *in not. num.* 5. & 6. Capicium Galeota *lib.* 1. *contr.* 60. *in princ.*

Quando vero non fuit conſtitutus auctoritate Judicis, 71
ſed à parte voluntariè, ante vel poſt motam litem major verſatur difficultas, nam littera tex. *in dict. for.* 16. *de Procur.* expreſsè habet, quod poſſit revocari tam ante quam poſt litem conteſtaram, & ſic ſi de facto revocatus fuerit, & revocatio nota fiat Judici & parti, videtur neceſſaria nova citatio perſonalis cum mandato conſtituendi procuratorem, & ſolitis comminationibus. Sed hæc intelligenda ſunt dum pars acquieſcat, vel 72
conſentiat revocationi, nam ea reluctante non tenere revocationem ſuadent adducta per Marinis *lib.* 2. *quotid. reſol. cap.* 274. & *num.* 7. & per Marc. Angel. Leo. *part.* 1. *præpar.* 18. *num.* 65. Abſque eo quod obſtet diſpoſitio fori, nam in eo expreſſum non eſt quod revocatio procuratoris teneat in præjudicium partis, ob quod caſus contradictionis videtur omiſſus, ac remanens in diſpoſitione juris: Neque his adverſantur tradita per Ibanum de Bardaxi *in d. for.* 1. *de procurat. num.* 9. *verſ. item revocatione ad finem*, dum ait quod ſimilis diſpoſitio foralis procedit niſi revocatio fiat poſt concluſum in cauſa, quia tunc calumnioſa videtur: nam iſta ratio militat quoties abſque legitima cauſa in præjudicium partis fiat, nam ſemper extat ſuſpicio calumniæ dum non conſtat de cauſa legitima revocandi.

Et nota, quod quando plures convenïuntur in eodem 73
judicio, omnes citari oportet ut res judicata eis noceat, ſic pluribus relatis tradit Berlich. *d. p.* 1. *concluſ.* 10. *num.* 34. *cum ſeqq.* Sed poſſunt cogi quod conveniant in unum vel duos Procuratores, ne immodicis expenſis partes vexentur, ſic probant tex. *in l. licet* 42. §. *plures verſ. planè*, *ff. de procurat. l. jam tamen* 3. §. *ſi tamen plures*, *ff.* 74
rem rat. hab. l. 1. §. *ſi plures*, *ff. excercit. act. l. ergo* 4. §. *creditoribus* 9. *ff. de fideicom. libert.* docent præter ordinarios Vincent. de Franch. *deciſ.* 309. ubi addent. Maſtrill *deciſ.* 108. *lib.* 2. Gratiani *deciſ.* 107. Fontanella *deciſ.* 4. *num.* 6. D. Fran. de Caſtillo *deciſ.* 33. *num.* 13. *cum ſeqq.* Peregrin. *deciſ.* 107. *num.* 1. & *ſeq.* aliis relatis Aniquino *de prævent. inſtrum. cap.* 4. *num.* 71. Ioan. Bap. de Thoro *in comp. deciſ. tom.* 1. *verb. procuratorem.* Apud quos aliquas diſtin- 75
ctiones, & limitationes invenies, quarum præcipua eſt, ſi aliqui ex pluribus diverſam cauſam defendendi habent, nam iſti non ſunt compellendi convenire in eundem procuratorem; ſed quando omnes eandem cauſam defendendi habent, tunc compelluntur; ſic obſervari in Regia Audientia tradunt D. Polo *adverſar.* 120. & D.D. Petr. Sanz *lit. P, obſ.* 22. quam praxim etiam atteſtari poſſum, ſicut atteſtor, & pariter quod idem obſervatur ſi plures ſint actores ex eadem cauſa petendi.

Si autem pupillus, vel minor citandus ſit, fieri nequit 76
utiliter niſi citato tutore, vel curatore. Quia de jure infans in jus vocari non poteſt, tex. *in l.* 4. *in prin. & in l. neque* 22. *ff. de in jus vocan.* & ſic tutor ejus nomine in jus vocatur tex. *in l.* 1. *ff. de adminiſtr. tutor.* docent Quintil. Mandos. Eguinar. Varo, Matheus de Afflictis, Joachimus Mynſingerus, Faria, Tiraquellus, Decius, Vrſillus, Coſta, Antonius Faber, Donellus, Illigerus, Tuſcus Aſinius, & alii adducti per Narbonam Tract. de
ætat. *anno.* 25. *queſt.* 35. *num.* 2. & 5. *qui num.* 6 hanc re- 77
gulam extendit ad puberes minores viginti quinque annis, quod in Regno Valentiæ procedit tantum uſque ad viginti annos, ut infra dicam. Et ratio eſt manifeſta; nam omnes ii non habent legitimam perſonam ſtandi in judicio per *l.* 2. *C. qui legitim. perſ. hab. ſta. in jud.* cum ſimilib. ſic docet cum Bologneto, Rolando, Angelo, & Michaele Ferrer Iacob. Cancer, *var. lib.* 2. *cap.* 1. *ex num.* 216. quem ſequuntur Ripoll. *dict. cap.* 3. *var. num.* 134. Fontanella *deciſ.* 273. *num.* 8. Valenzuela

conſ

conf. 182. *num.* 4. *cum seqq.* Marc. Angel. Leo *part.* 2. *prae-*
78 *par.* 8. *num.* 104. *cum seqq. & prapar.* 11. *ex num.* 2. Berlich.
d. p. 1. *concl.* 16. *num.* 2. Peguer. *in prax. Rub.* 2. *ex n.* 2.
ubi etiam Ripoll. Portoles *ad Molin. verb. citatio ad*
domum num. 5. Quorum aliqui extendunt etiam si minor
reperiatur Doctor in jure, ut Leo *de prap.* 11. *n.* 4. nam pe-
ritia juris, non excludit ætatis fragilitatem, & sic Ju-
risperitus minor à beneficio restitutionis in integrum
non excluditur, ut bene probat Sarmiento *selectar. in-*
79 *terpretat. lib.* 3. *cap.* 12. *per tot. signanter n.* 6. Quæ gene-
ralis conclusio de jure Valentiæ indubitabilis est per
for. 21 *&* 22. *de testam tutell.* Sed quoniam Cancer, Fon-
tanella, & Ripoll. cum aliis, tenent minorem adultum,
sive puberem non habentem Curatorem citari posse in
propria persona, & cogi per Judicem nominare cura-
torem ad litem, etsi renuerit per Judicem ipsum nomi-
80 nandum esse, quæ fienda sint juxta nostros foros dice-
re debemus. In Regno Valentiæ prorsus incognita est
nominatio curatoris fienda, vel facta per puberem: nam
ei pater dare potest in testamento curatorem, & si non
dederit, Judex tenetur dare; sed ita ut si idoneus agna-
tus reperiatur, illi tutela, vel cura pupilli, vel minoris
respectivè decernenda sit; sin minus de cognatis decer-
ni debet, & si neque ex eis idoneus adsit, uni ex vicinis
81 civitatis, vel oppidi, qui idoneus sit *for.* 9. *&* 13. *de te-*
stam tutel. Quia in decernenda tutela, vel cura, non
est attendenda prærogativa sanguinis, vel gradus, sed
qui magis idoneus habeatur in administranda bona, vel
82 tuendum personam pupilli, vel minoris, ut docet D. Leo
decis. 57. *num.* 3. Et licet *in for.* 14. *eodem tit.* statutum
videatur non dandum curatorem invito timore, nisi
malè administranti bona, vel ad lites, tam agendo,
quam defendendo: quoad lites eo invito damnum ex
ipso foro concluditur, & quoad bonorum administra-
tionem necessitas etiam inducta reperitur per *for.* 10.
& 11. *& per for.* 15. *eod. tit.* sicque semper in eo Reg-
no minori etiam invito datur Curator. Ob quod licet
83 regulariter minores curatorem habeant, quia propinqui
de petendo curatore semper fermè curant, quoties pu-
pillus, vel minor conveniendus est si non habet tuto-
rem, vel Curatorem, ipse actor Judici ordinario, vel
eidem coram quo litem suscitat in libello separato
id exponit, & fieri convocationem juxta forum postu-
lat, nominando tres agnatos, vel cognatos pupilli, &
in eorum defectu tres vicinos civitatis vel oppidi, ut
84 uni ex eis tutela vel cura decernatur. Judex convoca-
tionem fieri ad diem certum providet; qua facta, uni
ex nominatis, vel alio quem idoniorem reputat tutelam
vel curam decernit; nam ut dixi, ad hæc non est atten-
denda proximitas gradus, sed idoneitas: Et quia hæc
usu frequentissima sunt, & ab omnibus percepta, suffi-
ciat summatim adnotasse. Is igitur tutor vel curator
nomine pupilli, vel minoris citandus est, ne judicium
fiat illusorium, ut ex dictis resultat.

85 Quando vero Universitas citanda erit debet fieri
citatio Syndico ab ea legitimè constituto. Nam licet de
jure hoc controversum sit per Doctores quos conge-
runt Losæus *de jur. universit. part.* 2. *cap.* 1. *num.* 63. *circa*
finem, & Ripoll *dict. cap.* 3. *var. num.* 316. *& ad prax. Pe-*
guer. Rub. 6. *num.* 42. Quod facta syndica teneat docue-
runt Baldus *in l.* 1. §. *omnibus ff. quod cujusque univers. &*
in l. 6. *num.* 3. *C. de remis. pignor.* Guido Pap. *decis.* 321.
Foller. *in pract. tit. vel eos verbaliter citari num.* 23. Por-
tol. *ad Molin. verb. citatio universitatis num.* 1. *&* 2. Gre-
gor. Lopez *in l.* 13. *tit.* 2. *part.* 3. *glos.* 1. Evia Bolaños
in cur. Philip. d. part. 1. §. 10. *num.* 13. *&* §. 12. *numer.* 10.
86 Petr. Gregor. *dict. lib.* 49. *syntagm. cap.* 5. *ex num.* 1. Et ra-
tio est, quia Syndici æquiparantur tutoribus, ut pro-
bant Matth. de Afflictis, *decis.* 169. *num.* 5. & ibi Ursill. An-
gel. Aretin. §. *ult. circa fin. instit. de Curator.* Rosental. *de*
Feudis cap. 6. *concluf.* 85. *num.* 10. *lit. D.* Fontanella *de pact.*
nuptial. glos. 10. *claus.* 4. *part.* 1. *num.* 25. & sicut ad tutorem
spectat defensio pupilli, & bonorum ejus ut dixi, &
ipse citandus est; sic similiter Syndicus quando univer-
sitas convenienda est, quod expressè probatur *in l.* 1. §.
quibus autem, ff. quod cujus univers. l. 1. §. *personalia. l. mu-*
nerum 18. §. *defensores* 13. *ff. de muner. & honor. l. quia in-*
ter. 42. *C. Theodos.* cujus pars est in Justinian. *l. placet*
17. *eod. tit.* ubi notat Jacob. Gothofr. *in dict. l.* 42. Neque hi
differunt à defensoribus, de quibus Justinianus *in tot.*
tit. 6. *de defensorib. civitat.* nam ut ait Arcadius *in d. l.*
munerum 18. §. *defensores: hi sunt quos Graci Syndicos vo-*
cant. omnes namque de universitate per Syndicum re-
præsentantur *l.* 2. *&* 3. *ff. eod. tit.* & universitas cogi po-
test ad constituendum Syndicum, ut ex *l.* 4. *ff. de fideicom.*
libert. & Gratian. *decis.* 107. *num.* 4. docet Dominus Cres-
pi *obser.* 49. *num.* 11. Hæc in Regno Valentiæ difficulta- 87
te carent, quia nulla fermè universitas reperitur quæ
Syndicum non habeat legitimè constitutum, ut respectu
civitatis Valentiæ dixi *lib.* 1. *cap.* 4. §. 4. *num.* 24. nam spe-
cialiter Syndicus eligitur ad agendum, & defendendum
nomine Universitatis, & sic citationes Syndico utiliores
sunt sed si aliqua Universitas reperiatur quæ Syndicum
non habeat, tunc citanda est juxta formam traditam 88
per Losæum, Ripoll. & cæteros ab eis laudatos *ubi pro-*
ximè. Nec inutile esset citare unum de Juratis oppidi,
vel eum qui Universitati præest, per ea quæ docet Hie-
ron. Portoles *ad Molin. dict. verb. citatio Universitatis.*
numer. 1. Absque eo quod obstent adducta per Donat.
Marinis *lib.* 1. *quotidianar. resolut. cap.* 340. *num.* 4. Dum di- 89
cit quod Syndicus constitutus ad exercendum ea quæ
universitati prosunt, creatus est, non ea quæ nocent: &
sic quod per illius citationem universitas fieri nequit
contumax. Quia notandum est, quod Syndici Uni-
versitatum Regni Neapolitani non sunt defensores
jurium illarum, sed administratores pecuniarum unà
cum electis, sicut latè probat Novar. *ad pragm. titul.*
de administr. univers. collect. 5. *numer.* 3. In quibus ter-
minis locutus fuit Marinis: apud Valentinos Syn-
dicus non est administrator, sed defensor ad lites, &
negotia datus cum plenissimo mandato tam agendo
quam defendendo: quo extante, utiliter citatur, &
gerit lites universitatis; & facta per eum universitatem
afficiunt. Neque per hoc tollitur universitati, si jactu-
ram passa fuerit, beneficium restitutionis in integrum
ex lesione, quo uti pariter posse non ambigimus, casu
quo citata fuerit ipsa universitas legitimè congre-
gata.

Ultra citationem faciendam, quam Judex com- 90
plectitur sub illis verbis primi decreti: *intimetur ad*
quintam, vel *ad tertiam*, superadditur in causa majoris
summæ; *copia franca concessa*: Per quæ verba man-
dat dari Reo copiam libelli expensis actoris: Sed
non est expectandum quod Reus compareat, & pe-
tat, prout in Regno Neapolis, ex vi *pragm.* 5. *de or-*
din. judic. tenuerunt Ananias *singul.* 152. Gail. *ob-*
ser. 51. *lib.* 1. Vivius *decision.* 11. *&* *decision.* 358. Bal-
bus *de ision.* 189. quos sequitur Novar. *in dict. prag.*
collect. 5. *numer.* 1. nam in Regno Valentiæ in actu
ipsius citationis datur. Quod de stylo non de jure,
vel foro fit. Sed quia de hac materia plura congel-
sit Dominus Leo *dict. decision.* 120. *ex numer.* 6. non
immoror, supponendo quod stylus Curiarum, quoad
tradendam hanc copiam libelli expensis actoris,
servandus est juxta doctrinam Bartol. *in l.* 1. *in*
princ. numer. 3. & Bald. *numer.* 2. *ff. de edendo.* Ob quod 91
tantum, duo dubia proponam, quæ frequentissimè
suscitari solent, & non carent difficultate. Primum est,
an distinctio Bartoli *in l. edita actione numer.* 29. *vers.*
quandoque Codic. de edend. quam sequuntur Jason, &
alii plures, circa traditionem copiæ instrumentorum,
de quibus facta fuit mentio in libello indistinctè pro-
cedat; ita ut ipsi mentio eorum fiat per modum assertio-
nis, non sit danda; si vero limitative referendo se ad in-

ſtrumenta, danda ſit expenſis actoris? quam diſtinctionem amplexam in foro Valentino teſtatur Dominus Leo *dict. deciſ.* 120. *numer.* 12. Secundum, an actor ante litem conteſtatam teneatur edere inſtrumenta, quibus fundat ſuam actionem, mentionem faciendo de eis in libello? Et ab hujus ſecundi dubii reſolutione, pendet reſolutio primi. Quod enim ante litem conteſtatam actor teneatur edere Reo ſua inſtrumenta indiſtinctè tenuit Jacobus Cancer. *var. lib.* 1. *cap.* 19. *num.* 20. argumentum deſumendo ex text. *in l. fin. ff.* 92 *de edend.* & ad comprobationem allegat Speculatorem, Innocentium, Baldum, & Iaſonem. Et ingenuè fateor nunquam percepiſſe quomodo argumentum deſumere potuit ab illo textu. Quare credo mendum eſſe typographi, ita ut dicendum ſit *l. fin. C. de edend.* cui addi poteſt tex. *in l.* 1. *ff. eod.* ibi: *Nam, aquiſſimum videtur eum qui actorius eſt edere actionem, ut proinde ſciat Reus utrum cedere an contendere ultro debeat.* Quæ ver- 93 ba expreſſe diriguntur, ad editionem faciendam ante litis conteſtationem, ut explicat Hugo Donell. *lib.* 23. *comm. capit.* 3. ubi Illiger. *lit. F.* Iacob. Cujacius *lib.* 10. *obſer. cap.* 14. *in princip.* Pract. Ferrar. *tit. form. petit. cap. inſtr. gloſ.* 2. *numer.* 9. *in addit.* Rota Rom. *in noviſſ. deciſ.* 2. *de probat.* & ſic deciſum fuiſſe in Regia Audientia ſub examine Domini D. Ioan. Hieron. Blaſco in d. cauſa Comitiſſæ de Cocentayna cum Dño Caſanate *die* 15. *Martii* 1634. actuario Grifo, refert 94 Dominus D. Petrus Sanz *lib.* 1. *obſer.* 12. Sed valdè difficilis mihi ſemper fuit hæc Doctrina. Prima ex his quæ dicemus *infr. numer.* 226. nempe, actorem nomine proprio agentem non teneri ante litem conteſtatam ſuam legitimare perſonam: quia cum hæc juſtificatio reſpiciat merita cauſæ, reſervanda eſt ad diſcurſum illius, ne ante conteſtationem pandantur 95 merita. Si enim edere ſua inſtrumenta cogeretur, ſuam perſonam juſtificaret compulſus, & merita totius litis ante initium panderentur, quod de jure non procedit ut *ibi* dicam. Secundo, quia inſtrumenta nimia feſtinatione edita, nempe ante litem conteſtatam, reum non afficiunt, nec probant, niſi poſt conteſtationem reproducantur; propter quod quantumvis in publica forma vel authentica edita ſint, ſententia ex eis ferri non poteſt ad favorem producentis, ut probat tex. *in cap. veniens* 38. *de teſtib.* ubi Doct. *& gloſ. c.* 96 *dilectus verb. in modum exceptionis, verſ. ſed quid ſi in modo de jud. cognit.* docent Bartol. *in dict. l.* 1. §. *edita ff. de edendo.* ubi etiam Baldus *numer.* 2. Petr. Belluga *in ſpecul. rubr.* 41. *numer.* 60. Speculator, Senis, Butrius, Felinus, Matheſilanus, Saray, Marſilis, Myſingerus, Marquiles, Cancer, Pacianus & Scaccia adducti per Parejam *de inſtr. edit. p.* 2 *titul.* 7 *reſol.* 2. *numer.* 2. Et licet *numer.* 5. dicat quod hæc diſpoſitio non procedit ubi facti veritate inſpecta judicandum eſt, prout in noſtro Regno fieri eſt juſſum, ut dixi *ſupr. numer.* 6. ſubjungit, quod adhuc in hac ſpecie, ſi non fuerit data Reo ſolemniter copia inſtrumentorum, cum expreſſa 97 citatione ad dicendum contra producta, non poterit 98 de illis ferri ſententia, & ſi lata ſit, nulla prorſus erit, ex defectu citationis, quod pluribus probat (Et hæc declaratio in praxi recepta eſt in Regia Audientia ut dicam *infr. hac c.* §. 4. *ex numer.* 1.) Et concludit hanc nullitatem ſemper procedere, nam defectus citationis vulnerat jus naturale, quod eſt immutabile, & per legem, conſuetudinem, vel Principem 99 tolli nequit. Cum autem nulla ſit ratio ob quam actor debeat gravari ſemel atque iterum edere inſtrumenta ſuæ actionis, producendo ea ante litem conteſtatam, & reproducendo poſtea, & reum ſolemniter citando ad dicendum contra ea, in principio litis, ut eum afficiant ad deliberandum, & in 100 progreſſu ad juſſitiam originalem, concludendum venit eum non teneri edere ante conteſtationem. Et ſi juſtè perpendantur plura incommoda, quæ actorem ſequuntur ex intempeſtiva editione documentorum, quorum aliqua memorat Pareja *ibid. ex numer.* 20. clarè apparebit Judicem non poſſe eum gravare ád hujuſmodi editionem.

Quibus ſic extantibus dicendum videtur quod ſi 101
reus petat inſtrumenta in libello mentionata ſibi edi, ad effectum deliberandi, an cedere, vel contendere velit; Judex arbitrari tenetur an editio inſtrumentorum neceſſaria ſit necne ad iſtum effectum: quia cum in noſtro Regno omnes citationes fiant libellariæ, hoc eſt injungendo ipſum libellum cum Judicis decreto; inter præſentes: inſerendo illius tenorem in litteris expeditis ad citandos abſentes, & tradendo copiam expenſis actoris in lite majoris ſummæ: ſi juxta tenorem contentorum in libello, Judex arbitratus fuerit non eſſe neceſſariam editionem, ſed ſufficere relationem contentam in libello, non erit actor cogendus edere 102
ante litem conteſtatam; ſi vero Judex arbitrabitur neceſſariam eſſe editionem ad prædictum effectum, cogendus eſt actor ut edat; & ſic explicando doctrinam Bartoli *in dict. l. edita actio* tenuerunt Thom. Carleval. *tom.* 2. *de Iud. titul.* 2. *diſp.* 2 *numer.* 20. & eum ſequendo Pareja *d. tom.* 2. *tit.* 6. *reſol.* 2. *num.* 28. & ante eos Robertus Maranta *in prax. tit. de inſtr. edit. numer.* 9. Muſcatel. *in prax. lib.* 1. *p.* 3. *gloſ. mentionatorum, numer.* 4. *& ſeqq.*

Neque obſtant tradita per Cancer. & alios adductos 103
ſup. numer. 93. nam indiſtinctè loquendo, juxta noſtram diſtinctionem interpretanda ſunt eorum dicta, ut reſpectu Doctrinæ Alphonſi de Guzman. *tract. de evict. queſt.* 35 *numer.* 141. dixit Carleval. *dict. numer.* 20. *in fin.* nihus obſtat tex. in *dict. l.* 1. *in princip. ff. de edend.* quia Ulpianus *in eodem tex.* §. *edere* non tractabat de editione inſtrumentorum, ſed actionis, per quam futuræ litis ſpecimen actor demonſtrabat, juxta textum in 104
dict. l. edita actio 3. *C. de edend.* quæ fienda erat antequam Reus in jus vocaretur, ut explicat Anton. Faber. *in rational. ad dict. tex.* Et id Ulpianus ſatis expreſſit *in eod.* §. *edere*; ibi, *in libello complecti.* Quæ verba Faber exponit ibid. *ſed quod ſequitur in libello complecti, & dare vel dictare, ad editionem duntaxat actionis ſpectat.* Ex quibus clarè ſequitur; quod edere actionem, eſt exprimere in libello eam quam in lite proſequi intendit actor. Editio vero inſtrumentorum, eſt quid diverſum, & fiendum venit cum lis conteſtatur *dict. l.* 1. §. *edenda*, ubi Faber ait; *de inſtrumentorum editione* 105
facienda in jure apud Prætorem cum litis conteſtatio fit. Id ipſum docuerunt Bartol. & Bald. *in dict. l.* 1. §. *edenda.* Donell. *lib.* 23. *comm. capit.* 6. ubi Illiger. *lit. A.* qui alios adducit. Cujacius *in paratit. ad titul. Codic. de edend.* ubi mirè noſtram differentiam tradit Briſonius *de formulis libro quinto*, §. *ob eas autem.* Petrus Gregor. *dict. lib.* 28. *ſyntagm. capit.* 8. *numer.* 4.

Si enim ut dixi in libello exprimenda eſt actio, quod 106
eſt idem ac edi, tex. *in authen. Offeratur C. de lit. conteſt.* docet Donel. *dict. lib.* 23. *cap.* 4. *in princ.* quando reus poſtulat ſibi edi inſtrumenta ad deliberandum, jam editam actionem habet, & Judex diligenter inſpectis malitiis utriuſque, tam Actoris, quam Rei, accuratè attendere debet an neceſſaria ſint ad deliberandum; nam de jure edita actione Reus, ut deliberet, nihil amplius petere poteſt, niſi libellus ita conceptus ſit, ut actionem perfectè non edat, adeo ut per ejus inſpectionem non poſſit deliberare, ut notat Petr. Gregor, *d. c.* 8. *n.* 6. ſecundum quam diſtinctionem in praxi receptum obſervavi per Regiam Audientiam. Nam in cauſa rei vindicationis Baroniæ de Alcantara ſuſcitata per Camirlam Deſpuig contra Don Ludovicum, ſub examine 107
Mag. Gaſparis Ferrer, actuario Diago; *die* 14. *Decembris anni* 1569. poſtulatum fuit per Don Ludovicum quod

ederetur

ederetur teſtamentum fundatricis majoratus, & edi fuit juſſum in calce libelli cui decreto, Camirla obtemperavit, & bene; nam inſpecto *capitulo* 5. libelli principalis clarè reſultat neceſſariam eſſe editionem, ut percipiatur actio intentata. Per contrarium, in alia cauſa rei vindicationis ejuſdem Baroniæ, ſuſcitata per Domnam Annam Deſpuig & March, contra Don Chriſtophorum, referente Dño Leo, & actuario Roures; Don Chriſtophorus *die* 9. *Junii*, & 10. *Novembris* 1610. poſtulavit editionem inſtrumentorum ad effectum deliberandi, & denegatum Regia interloquutoria 23. *Novembris*, confirmata *die* 4. *Decembris ejuſdem anni*, nam inſpecto libello clara apparebat actio propoſita.

108 Quibus poſitis & explicata Doctrina Bartol. *in d. l. edita actio*, *n.* 29. quæ eſt fundamentum opinionis Domini Leo *d. deciſ.* 120. *n.* 12. reſpectu traditionis copia inſtrumentorum de quibus facta eſt mentio in libello; idem dicendum venit, nam caſu quo actor cogi non poteſt ea edere ante litem conteſtatam, multo minus cogi poterit ad tradendam eorum copiam ſuis expenſis; quia cum iſta traditio copiæ libelli: per uſum, & praxim introducta ſit, ſemper ſtrictè eam interpretandam crediderim, ita ut nunquam *copia franca* inſtrumentorum (ut Practici dicunt) tradenda ſit, niſi caſu quo mentio facta in eo limitata reperiatur, ut pars libelli eſſe appareat. Si enim pars libelli non ſit quamvis verbaliter edantur, *copia franca* non debet dari, ſed ſolum edere, actor compelli debet, ut Reus ſuis expenſis copiam *ſumat*. Sic per Regiam Audientiam obſervatum reperio in cauſa rei vindicationis oppidi del Genoves, ſuſcitata per Domnam Beatricem Ripoll, contra Don Stephanum Fenollet, ſub examine Mag. Hier. Arrufat, nam in calce ſupplicis libelli *diei* 5. *Junii* 1579. juſſum fuit edi inſtrumenta mentionata in primo libello, de quibus dictum fuerat, *ideque fa fe*: Sed non conceſſa copia franca: imo reus compulſus fuit ſumere copiam ſuis expenſis, quæ interloquutio fuit confirmata per Regiam Audientiam *die* 16. *Julii ejuſdem anni*; quamvis in eadem cauſa reperiatur conceſſa copia franca teſtamenti fundatricis majoratus, ſicut in cauſa prima Baroniæ de Alcantara, ut dixi, in qua pariter conceſſa copia franca fuit teſtamenti Regia interlocutione *diei* 9. *Decembris* 1568. in utraque cauſa verba teſtamenti enarrata fuerant in uno ex capitulis libelli principalis, & ſic pars illius effectum erat teſtamentum. Cætera inſtrumenta de quibus dixi coactum fuiſſe reum ſumere copiam propriis impenſis, non reſpiciebant ſubſtantiam actionis, ſed accidentia ſucceſſionum: Hodie autem cauſarum Patroni circunſpecti maximopere ſunt, in modo faciendi mentionem de inſtrumentis, quare quamvis pluries poſtulata, editio, & copia franca ſit, numquam vidi conceſſam fuiſſe.

109 Hæc omnia procedunt ante litis conteſtationem, nam poſt eam, licet de jure actor teneatur edere inſtrumenta Reo, regulariter; & Reus non teneatur edere actori, ex his quæ lato calamo ſcripſerunt Pareja *dict. tit.* 7. *reſol.* 1. *ex prin.* & Berlich. *pract. concl. lib.* 1. *concl.* 45. *per tot.* ubi poſuit regulam cum limitationibus, & ampliationibus; in Regno Valentiæ indubitati juris eſt, quod actor & Reus æqualiter tenentur edere ad invicem ſua inſtrumenta ſi penes eos adſint, etiam ſi dixerint ſe minimè uti velle ad cauſam, ut expreſsè
110 cautum reperitur *in for.* 6. *de edend.* Ad cujus interpretationem videnda ſunt adducta per Parejam *dict. tit.* 7. *reſol.* 1. *ex num.* 8. Dum ſimilem legem Caſtellæ quæ eſt *l.* 3. *tit.* 5. *lib.* 4. *recopil.* cum noſtro foro concordantem, explicat. Quod venit illativè in concluſione tradita *ſup. n.* 6. nempè judicandum eſſe facti veritate inſpecta, ſicut in Regnis Caſtellæ, per *l.* 10. *tit.* 17. *d. lib.* 4. *recopil.* de qua Larrea *allegat. fiſcal.* 5. *num.* 5. Eſcobar à Corro, *de confeſſ. ſolicit. p.* 2. *quæſt.* 2. §. 3. *num.* 14. quos laudat Pareja *ubi prox.* & ſic obſervat Reg. Audientia, ut

ex prima cauſa ſuperius relata Baroniæ de Alcantara deprehenditur. Nam *die* 21. *Februar. d. anni* 1569. conteſtata jam lite, poſtulata fuit editio inſtrumentorum, & in calce conceſſa, abſque præjudicio receptionis teſtium, ut pronunciatum fuit Regia interloquutione *diei* 5. *Martii* ſubſequentis.

Decretum primum Judicis, ut dixi, dum dicit quod 111
intimetur ad quintam, vel *tertiam*, mandat quod reus, copia conceſſa, citetur ad tertiam, vel ad quintam reſpectivè; antiquitus namque, ſemper dicebatur, *conceſſa copia intimetur*, ita ut neceſſarium conſequens intimationis eſſet conceſſio copiæ, hodie ſupponitur ut certum, ſicque praxi receptum eſt. Et dubitari poſſet ad quid hæc dilatio concedatur? Et ut facilius huic dubio fiat ſatis, ſupponendum duxi quod noſter *for.* 2. deſumptus fuit ab *authent. offeratur C. de lit. conteſt.* in qua hæc verba habentur: *viginti dierum gaudeat indutiis,* 112
quibus deliberet cedatne, an contendat. Ex quibus aliqui ex noſtris Practicis, ducti ſunt ad credendum dari per hæc verba dilationem deliberatoriam, nempè ad deliberandum, an cedere litem vel contendere Reus malit: quæ quidem interpretatio ex verbis ipſius fori elici poteſt, dum dicit: *e auneli de qui ſera cumpt d manara dia a reſpondre.* Cum enim hæc verba referri non poſſe videantur, ad directam reſponſionem per quam lis conteſtatur juxta *for.* 1. *de lit. conteſt.* 1. *Cod. e d. capit.* 1. *eod. tit.* intelligi debent de reſponſione indirecta, hoc eſt an cedere, vel contendere malit. Hujus 113
intelligentiæ fuit antiquiſſimus noſtrorum fororum interpretator Guilielmus Iaffer inter Doctiores ſui ævi doctus; atque Vicecancellarius Domini Regis Iacobi I. *in dict. for.* 1. *de lit. conteſt.* Quod confirmari valet ex *for.* 4. *eod. titul.* in quo dum agitur de tempore opponendi exceptiones dilatorias, cautum reperitur, quod opponi debent, in tribus diebus antecedentibus litis conteſtationem, quia dicitur in eo in tribus diebus ante litis initium; & cum initium litis ſit ipſa conteſtatio, ut probat *dict. for.* 1. & ſic de jure, reſpectu Rei, ut dixi *for. numero vigeſimo primo*, procedit; ſenſus eſt, quod dilatoriæ opponantur in tribus præcedentibus conteſtationem. His poſitis cum *in dict. for.* 4. ſubjungatur quod iſti tres dies computandi ſunt à die quo terminatur prima dilatio conceſſa ad deliberandum, & reſpondendum libello; clarè ſequitur quod *for.* 4. loqui non poteſt de reſponſione directa per quam conteſtatio fit, ſed de alia quæ præcedit ſecundam dilationem, datam ad opponendas exceptiones dilatorias: unde clarè conſequitur quod iſta prima, de qua loquimur, conceſſa per foros eſt, ad deliberandum tantum. Nam iſta trium, vel quinque dierum, non habet aliam ante ſe, quia conceditur in ipſa oblatione primi libelli per quem lis ſuſcitatur, & in calce illius manu ipſius Judicis etaratur, antequam Reus id ſcire judicialiter poſſit.

His tamen non obſtantibus tenendum eſt hanc 114
dilationem, ſive primum terminum, concedi tam ad deliberandum, quam ad opponendas exceptiones dilatorias. Quia in noſtro textu clarè dicitur, quod hi tres, vel quinque dies dantur ad reſpondendum, quod intelligi nequit de alia reſponſione præterquam directa, mediante qua fit conteſtatio, quod perſpicuè explicatur in *for. ſeq. nemine* 3. *de dilation.* ibi: *Dins cinch dies à deliberar, è reſpondre à aquella requiſicio, clam o demanda.* Quæ verba latinè data, important: *Intra quinque dies ad deliberandum, & reſpondendum illi requiſitioni, querelæ, vel poſtulationi.* Quo in textu, reſponſio de qua in eo, clariſſimè refertur ad principalem poſtulationem, per quam lis ſuſcitatur: & non poteſt dari medium; vel iſta reſponſio quæ facienda eſt, fit directè, & lis conteſtata manet; vel fit indirectè, ut ejus ingreſſus arceatur, &

hoc in effectu est opponere dilatorias : quia nemo respondit : *ego delibero cedere*, vel *malo contendere*. Qui enim litem cedere vult, per transactionem, aut rei traditionem, solutionemve operatur : & qui contendere, facto, non verbis animum detegit. Quare quomodocumque compareat, quæcumque dicat, vel litem contestat, vel dilatoriam opponit, quia non est dare medium, ut ex dicendis apparebit. Et quam 115 quam in his verbis *dict. for.* 3. satis expressam nostram interpretationem habeamus, quæ immediatè subsequuntur, omne dubium removent. Nam dicit forus, quod facta responsione, & assignato termino ad probandum, prosequatur in lite, quæ non diceret, nisi statutum remansisset quod hæc responsio debet esse directa, per quam contestatio fit : quia ante contestationem dilationes probatoriæ non currunt. Quod confirmatur ex *for.* 35. *de testib. in prin.* ibi *in omni causa, vel facto civili, proposito libello, & ejus copia* 116 *Reo data, vel missa, ipse reus intra quadragima dierum terminum, à die primæ assignationis sibi factæ ad respondendum, ipsi libello, in antea sequentes, & continue numerandos, omnes, & singulas suas defensiones facti proponere, ac super his quotquot testes voluerit producere, ac eos deponere cum effectu facere teneatur.* Verba sunt adeo expressa pro nostra interpretatione, quod explicatione non egent. Neque obstat si dixeris hæc correcta fuisse per *for.* 36. *vers. ordenam de testib.* in quo dum agitur de traditione libelli ad cursum dilationis probatoriæ, intelligi debet de libello actoris tradendo reo ; mediante apparatu vero, vel ficto ; quod est valdè diversum. Quia respondetur, quod forus nihil de apparatu dicit, sed de traditione copiæ libelli actoris, ejus expensis tradendæ in causis majoris summæ, tractat : ut in nostro textu dicitur. Et in causis minoris summæ juxta *for.* 2. *de lit. contest.* §. *seq.* expen- 117 dendi, cum Reus teneatur in ipso die injunctionis sumere copiam, quam Judex concedit ; si non sumpserit, sibi imputare debet. Ritus enim apparatus veri vel ficti, institutus est specialiter per foros ad alias dilationes, non vero ad dilationem negotii, sive materiæ principalis, ut *ibid.* dicam. Corroboratur nostra sententia ex *dict. for.* 4. *de lit. contest.* junc. *for.* 7. *de probat.* Nam *in dict. for.* 4. clare habetur quod dilatoriæ opponendæ sunt per triduum ante contestationem. Et *in d. for.* 7. quod dilatoria opponatur ad initium litis, sed non probetur nisi postquam actor ostenderit suam intentionem ; quibus omnibus simul junctis, clarissimè infertur mentem fororum eam fuisse quod sive tres, sive quinque dies concedantur in hoc primo decreto, tres assignantur semper ad opponendas dilatorias, & deliberandum, quoad causas minoris summæ : & ex quinque concessis ad causas majoris summæ, duo sint ad deliberandum tantum, ut hæc sit prima illa dilatio, de qua *in d. for.* 4. *ad fin.* & omnes quinque ad dilatorias opponendas, & hic est effectus citationis libellatæ, qua facta, reo nova dilatio deliberatoria dari non debet, ut probavi *sup. num.* 24. Nec novum est, quod ista dilatio ad hos duos effec- 118 tus concedatur, nam *in d. aut. offeratur*, induciæ viginti dierum conceduntur ad eosdem effectus, dum non solum dicitur ibi *quibus deliberet, cedatne, an contendat*. Sed subjungitur *aut, Iudiri alium adsociare petat, vel recuset eum.* Quemadmodum Imperator in ea dilatione conjunxit effectum deliberandi, cum effectu recusandi, qui inter exceptiones dilatorias enumeratur, ut infra dicam, cum Scaccia *de jud. libro primo, capit.* 101. *numer.* 6. & Carleval. *de jud. part.* 2. *tract.* 2. *disput.* 5. *numer.* 10. sic similiter noster invictus Iacobus I. qui ab eo textu, forum desumpsit, eandem dilationem concessit ad utrumque effectum, ut in nostro *or.* 2. habetur, & in sequenti clarius demonstratur. Quam inter- 119 pretationem docuit D. Leo. *dict. decis.* 120. *numero septimo*, quo tradidit hos quinque dies concedi ad opponendas dilatorias, *& numero decimo secundo, vers. sed contrariam* : quo subjungit, etiam dari ad deliberandum an cedere vel contendere velit. Sed clarius *decisione octogesima sexta, numero quarto*, verba Speculatoris refert, mirè ad rem conferentia.

Id ipsum omni juri & praxi admissum cernimus, 120
nam ut remanet dictum, de jure civili viginti dies induciarum concessi sunt per *d. authent. offeratur*. Jus canonicum arbitrariam dilationem concedit ad eosdem effectus, *c. pastoralis*, *ubi* Doctores *de exception.* & communiter octo dierum arbitrari solet, quod inferunt Canonistæ *ex glossa* communiter recepta *in cap. prudentiam* §. *sext. verbo competentem de offic. & potest. in dict. delegat.* In Regno Aragoniæ antiquitus 121
trium mensium erat, nunc autem triginta dierum *for.* 5. *de litib. abbrevian. for.* 2. *de lit. contest.* tradit Iban. de Bardaxi *in dict. for.* 5. *numer.* 3. In Principatu Cathaloniæ octo dierum est, *const.* 13. *D. R. Ferdinan.* 11. *in cur. Barch. & in cap.* 4. *curiar. anni* 1547. & dixit Peguera *in Praxi Rub.* 9. & ibi Ripoll. *numer.* 7. De jure Castellæ novem dierum dilatio ista est, text. *in l.* 1. *tit.* 5. *lib.* 4. *recopil.* ubi Azevedo, 122
& docent Pichard. *in manudict. ad prax. dict. part.* 1. *præcep.* 3. *numer.* 2. pluribus Carleval. *dict. disput.* 5. *numer.* 22. De jure Lusitaniæ duorum mensium esse solet Gabriel Pereyra *decis.* 61. *numer.* 21. In Gallia arbitrariè hoc agitur, Perr. Gregor. *syntag. dict. lib.* 48. *cap.* 8. *num.* 6. sed si Judex non præfingit, viginti dierum est Petr. Rebuff. *ad leg. Gal. tit. de citat. artic.* 16. *num.* 2. *ad fin.* De Jure Saxonum, & totius Germaniæ sex hebdomadarum & trium dierum Berlich. *dict. part.* 1. *conclus.* 10. *num.* 14. *conclus.* 18. *num.* 4. *& conclus.* 38. *num.* 18. Apud Italos jus civile quoad hæc servari tradit Scaccia *lib.* 2. *de Iudic. cap.* 31. *num.* 14. & sic de reliquis : ex quibus clarissimè nostra assertio comprobata manet, nempe ad utrumque effectum hanc dilationem concedi, & eam quam fori nostri assignant breviorem cæteris omnibus esse : quare perperam legibus nostris culpa irrogatur.

Neque ex eo quod pragmatica Neapolis, tres 123
dies concedat ad hos effectus, breviorem terminum concessisse est dicendum, ut colligi potest ex traditis per Ioan. Baptist. de Thoro *in comp. decision. tom.* 1. *verb. terminus dierum quinque*. Nam si bene inspiciatur octo dierum terminus est, trium ad opponendas, & quinque ad probandas exceptiones dilatorias, ut expressè tradit Capicius *decision.* 83. *numero secundo*, sicque nostra brevior est, dum solum quinque dies ut plurimum concedit ad proponendas, reservando probationem 124
ad discursum causæ, sed, ut pergamus, immortalitas litium procedere non potest ex eo, quod post lapsum hujus dilationis, exceptiones dilatoriæ admitti, vel deduci valeant : quia *in dict. for.* 4. *de lit. contest.* expressè cautum est, quod elapsis istis diebus amplius opponens dilatorias, audiendus non est, ubi *e passats los tres dies no sia oida la part a posar exceptions dilatories*. Idem probat *text. in for.* 7. 125
de probat. Quo non solum cavetur quod dilatoriæ ante litis initium opponantur ; verum etiam quod dilatoriæ, quæ probationem requirant, reservandæ sint, ut dixi ex ratione superius allata *numero vigesimo quarto*. Ob id receptio testium ad probandam dilatoriam quamvis in continenti offeratur, reservanda est ad discursum causæ. Quæ omnia consequuntur foralem dispositionem, nempe judicandum esse absque figura judicii ex late traditis *sup. numer.* 6. Absque eo 126
quod relevent adducta per Dom. Polo *adverſ.* 111. dum supponit testes recipi posse ad probandas dilatorias, si in continenti offerantur, quæ conclusio probari posset ex traditis per Asin. *in prax.* §. 13. *cap.*

1.

1. *num. fin.* Ancharran: *conſil.* 372. *numero ſecundo*, Maſtril. *deciſ.* 148. Capicium *dict. deciſion.* 83. *numero ſecundo*, Tuſc. *dict. concluſ.* 383. *ex numero duodecimo*, *lit. E.* Thoro *dict. part.* 1. *verb. terminus dierum quinque*, Carleval *dict. diſputat.* 5. *à numero decimo tertio*, Quia ii loquuntur in terminis juris vel legum mu-
127 nicipalium ſuarum Provinciarum: Ego vero ſecundum diſpoſitionem *dict. for.* 7. cujus nullam mentionem fecit D. Polo, quo extante; cuncta contraria ceſſant. Et quamvis concedamus deciſiones, de quibus D. Polo, factas fuiſſe, non ſufficiunt ad ſtatuendum ſtylum contra diſpoſitionem fori, nam non debemus attendere quod factum fuit; ſed quod fieri debuit *l. ſed licet* 12. *ff. de Offic. Præſid. l. nemo*, *Codic. de interlocution.* pluribus Salgado *de reg. protect. part.* 3. *capit.* 9. *numer.* 251. Cancer
128 *variar. lib.* 3. *capit.* 3. *numer.* 35. Larrea *deciſion. Granat.* 29. *numer.* 19. *& deciſion.* 100. *numer.* 6. Et idem D. Polo *adverſ.* 202. corrigit dictum, & pro hac deciſum aſſerit in cauſa Comitatus de la Granja, licet neque hic fori mentionem fecit, ob quod inutilem diſtinctionem excogitaſſe eſt tenendum. Ex qua deciſione *fori* 7. *de prob.* clariſſimè infertur quod probatio cujuſcumque exceptionis dilatoriæ, licet in continenti offeratur, non poteſt impedire litis ingreſſum, ſive conteſtationem. Quia cum reſervanda ſit ad tempus, quo actor ſuam oſtenderit intentionem, quin lis conteſtata ſit, & dilatio probatoria conceſſa ad materiam principalem, quid intendat probare, & oſtendere non cogitur, &
129 hoc fit poſt conteſtationem *dict. for.* 36. *de teſtib.* & infra latius explicabitur. Neque hoc jus exorbitans eſt, nam idem cautum reperitur per textum *in leg. exceptiones* 19. *Codic. de probation.* ubi Imperatores reſcripſerunt: *exceptionem declinatoriam, opponi quidem initio; probari vero poſtquam actor monſtraverit quod aſſeverat, oportet.* Eleganter quidem ad rem, ſed elegantius Dyonis. Gotofr. qui explicando hunc textum brevitate aſſueta, totam doctrinam complectitur, his verbis: *Dilatoria ante, non poſt litem conteſtatam opponitur; poſt, non ante probatur.* Imo regulariter licet præjudiciales exceptiones dicantur, dum non ordinatoria proceſſus directe reſpiciant, reſervandæ ſunt ad diffinitivam, ut pluribus probant Add. ad Molin. *de Hiſp. primog. lib.* 4. *cap.* 9. *numer.* 40. & Carleval. *dict. diſput.* 5. *numer.* 23. Quod pariter procedit de foro per text. *in for.* 37. *de teſtib.* quatenus in eo
130 cavetur quod quælibet declinatoria Judicis non impediat curſum dilationis probatoriæ: cum enim dilatoria primæva ſit declinatoria, & præjudicialis juxta text. *in l. fin. Codic. de except. l. præſcriptiones* 65. *Codic. Theod. de appellat.* ubi Jacob. Gotofr. aliis relatis Ciriacus *lib.* 1. *controverſ.* 286. *in princ.* quia ab ejus exitu judicii ſubſiſtentia dependet; cum præcipua nullitas proveniat ex de-
131 fectu juriſdictionis, ut illico dicam, dum *in dict. for.* 37. cavetur quod per declinatoriam non impediatur curſus dilationis probatoriæ, rectè ſequitur quod multo minus impediri valet conteſtatio, ſive litis ingreſſus, qui neceſſe præſupponi debet ad conceſſionem dilationis probatoriæ. Quam regulam ſolum in praxi obſervavi paſſam fuiſſe limitationem, ſi factum probandum tendat ad oſtendendam impoſſibilitatem defenſionis, vel agendi juris, quia tunc reus admittitur ad probandum intra modicum tempus; ſic in cauſa Baroniæ de Vinal factum eſſe reperio, quia Monaſterium conveniebatur nomine hæredis Ducis Calabriæ; deducebatur quod per obitum illius inſtrumenta remanſerunt penes quendam, qui captus fuit per inquiſitores, & bonis ſequeſtratis, inſtrumenta ad ducem ſpectantia,

juſſu Domini Regis adducta fuerant ad hunc Supremum Senatum, quare ad defenſionem ſe inſtruere Monaſterium non poſſe dicebatur, & interloquutione *diei* 14. *decembris* 1556. confirmata *die* 26. *februar.* 1557. & utraque publicata per Ioannem Fernandez de Soto; Regium Mandati ſcribam conceſſi fuerunt decem dies ad id probandum; licet id ipſum denegatum fuerat Monaſterio Vallis Chriſti Carthuſianorum. *diebus* 7. & 24. *Septembris.* 1551. Eandem dilationem conceſſam reperio Don Ludovico Deſpuig in prima cauſa Baroniæ de Alcantara, ut probaret quod tempore litis ſuſcitatæ, ſive oblationis primi libelli Domna Camilla actrix, cujus nomine Procurator obtulit, jam deceſſerat, Regia proviſione per eundem Soto publicata *die* 28. *Septembris* 1567. Sed neque una neque alia pars aliquid probavit, neque ullum teſtem produxit; per quæ pandirur animus calumniandi, quo iſtæ dilationes petuntur, & ratio quare juſtiſſimè denegantur.

Prædictam concluſionem, nempe quod opponens 132
dilatoriam poſt tres vel quinque dies non audiatur, declara, ut non dejiciantur omnino ſimiles exceptiones, ſed quod extra terminum foralem non admittantur in vim Dilatoriæ, ſive ad impediendum litis ingreſſum, & effectus conteſtationis factæ miniſterio legis, licet ad alios effectus admitti poſſint. Quia ſi exceptio fuerit ex 133
his quæ poſſunt reddere judicium retro nullum, ante ſententiam oppoſitæ admittendæ ſunt, ad effectum dumtaxat infirmandi, vel legitimandi judicium; & ſi verificentur illico, expediendæ ſunt, ne reddatur illuſorium. Si vero cauſam quomodolibet reſpiciant, in vim peremptoriarum admiſſæ remanebunt; & reſervari debent ad diffinitivam. Sic interpretari debes *for.* 4. *de lit. conteſt.* ut ait Iaffet *ibid.* & in ſimili Utſil. ad Afflic. 134
deciſ. 354. Oſaſcus *deciſ.* 1. *numer.* 36. Cancer. *lib.* 1. *cap.* 18. *num.* 8 Covar *practic. c.* 33. *num.* 12. Barboſ. *in l. Prætor.* 12. §. *fin. ff. de Iud. num.* 144. Azevedo *in l.* 1. *tit.* 4. *lib.* 4. *recop. num.* 17. *&* 41. Guttier. *lib.* 1. *pract. quæſt.* 52. *ex num.* 1. Cabedo *deciſ.* 22. *n.* 9. *p.* 1. alter Barboſa *in collect. ad. c. petitionem* 22. *de accuſ. n.* 1. Peguera *in praxi*; *Rub.* 9. ubi Ripoll. *num.* 40. idem Ripoll. *var. cap.* 4. *n.* 25. Fontanella *de pact. nuptialib. claus.* 3. *gloſ.* 3. *num.* 57. Sigiſmun. Scaccia *lib.* 1. *de Iudic. c.* 101. *n.* 2. *cum ſeqq.* Riccius *collect. deciſ.* 404. *part.* 2. Camillus Borrel. *in ſumm. deciſ. d. tit.* 50. *n.* 48. Guido Pancirol. *in prac. civil. pag.* 8. *ubi* Fauſtin. *in notis*, & Thomas Carleval. *de Iudic. d. diſput.* 5. *n.* 20. *cum ſequentibus.*

Hinc inferri valet, incuria, ne dicam ignorantia plu- 135
rimorum, qui dum actori patrocinium præſtant, toto affectu rapiuntur ad diſputandos articulos pro parte rei ſuſcitatos, vel pendente aliqua exceptione dilatoria, vel ſtatim atque per Judicem rejecta eſt, introductos: ex quo fit quod adinſtar Hydræ, amputato uno capite ſeptem progrediantur. Quod quantum menti fororum noſtrorum contrarietur, facillimè ex dictis percipi poteſt. Nam ut dixi, tres tantum dies dati ſunt ad opponendas 136
dilatorias *in d. for.* 4. *de litis conteſt.* qui incipiunt currere à die injunctionis, ſive traditionis libelli, ut *in noſtro textu* dicitur, ſi inter præſentes lis ſuſcitata ſit; & ſi inter abſentes à die aſſignato ad comparendum in litteris citationis, ut dictum remanet. Qui dies computandi ſunt peremptorie *for.* 4. *de dilation.* docent Fontanella *deciſ.* 406 *num.* 14. *cum ſeqq.* Novar. *ad pragmat. Neapol. tit. de Offic. Iudicis, collect.* 8 *num.* 104. Ripoll. *variar. c.* 5. *n.* 1. *&* 24. Ant. Gomez *in l.* 70. *Taur. n.* 25. Et elapſa iſta dilatione, 137
incipit curſus dilationis probatoriæ in negotio, ſive materia principali, juxta *d. for.* 35. *de teſtib.* Abſque eo quod ſuſpendi poſſit, per oppoſitionem cujuſvis exceptionis in vim dilatoriæ, quantumcumque præjudicialis, cujus generis eſt declinatoria juriſdictionis, per *for.* 37. *de teſtib.* Propter quod, nullo remedio uti reus poterit ad ſuſpendendum curſum primæ dilationis, & illius effectus qui eſt litis ingreſſus, ſeu conteſtatio, quia mini-

fterio legis fit. Quæ confirmantur ex eo quod juxta *for. 61. Cuviar. anni 1547.* interpretatum per pragmaticas *anni 1559. c. 12. & anni 1575. cap. 2.* (habentur præ-
138 manibus inter Ordinationes Regiæ Audientiæ, quæ ad initium cujuſvis anni recitantur in ea) Dilatoriæ non poſſunt opponi ſigillatim, vel una poſt aliam: imo omnes in uno, eodemque libello intra dilationem fori opponendæ ſunt. Mediante qua ſaluberrima diſpoſitione, excluſa remanet cautela opponendi unam poſt aliam, dum Advocatus actoris has diſpoſitiones allegare curet. Obtinebit equidem ſine dubio, nam licet deciſionem Regiæ Audientiæ non adducam, in qua ſpecificè ex diſpoſitione dicti *fori* vel *iſtarum pragmaticarum* remedia repulſa ſint: attamen obſervatum habeo, quod quoties allegatæ ſunt, illico repulſa articulorum ſubſecuta fuit. Si autem omiſſio hujus allegationis intercedat, reus protelare litem procurabit. Neque ſimi-
139 les leges odioſæ vel exorbitantes dici poſſunt ut ſtrictè accipiantur; quia deſumptæ fuerunt *ex cap. paſtoralis 4. de exception. l. nemo 43. in fin. ff. de regul. jur.* docent præter ordinarios *in his juribus* Menoch. *de arbitrar. caſ. 240. num. 9.* Alberic. *in l. ſcire oportet 13. §. ſufficit, ff. de excuſat. num. 3.* Hoſtienſis *in ſumm. tit. de exception. §. quando & qualiter, n. 3.* aliis relatis Berlich. *practicab. dict. p. 1. concluſ. 18. n. 3.* Auguſtin. Barboſa *incollect. d. cap. paſtoralis ex num. 2.* Neque contrariæ exiſtimandæ ſunt his quæ in judiciis communiter obſervantur, ut dixi. Præterquam quod etiam ſi eſſent, non afficerent, ut cum Larrea *deciſ. 29. n. 19. & deciſ. 100. n. 6.* dixi *ſupr. num. 127.* ſicut in dilatione ad probandas peremptorias nemo ſpectat lapſum quadraginta dierum per *d. for. 35. de teſtib.* datorum, ad probandam ſecundam exceptionem, licet primam deducat, & eam probari curet; neque unam poſt aliam opponit, ſed omnes juxta foros, & praxim ſimul deducit, & probare in ea dilatione procurat; alias non eſſet audiendus, ut clarè habetur *in dict. for. 35.* Multò magis prædictæ diſpoſitiones procedunt, quoad dilatorias opponendas, quia parvi præjudicii cenſentur, ut vere ſunt, habito reſpectu ad peremptorias.

Unde poſt rejectas, vel reſervatas ad diffinitivam
140 exceptiones dilatorias, intra dies forales oppoſitas, quamvis ſuſcitari plures articuli per reum fuerint, in vim dilatoriæ, aut alias, neque litis conteſtatio impeditur, neque aliæ dilatoriæ opponi poſſunt, elapſo *termino aſſignato per forum*, & ejus virtute per Judicem, ut pluribus probat Barboſa *d. num. 2.* Nec ſuſpendi poteſt effectus conteſtationis miniſterio legis factæ, ex lapſu ipſius termini, quòd ſicut de foro negantis audientiam, de jure totius Hiſpaniæ procedit. Quia reſpectu Regnorum Caſtellæ ita cautum reperitur *in l. 9. tit. 3. part. 3. & in l. 1. tit. 4. lib. 4. recopi.* ubi Greg. Lopez & Azevedo. Monteroſo *in pract. tract. 2.*
141 *de via ordin. §. 7 aſſi*, Pichardus *in manuduct. part. 1. precp. 3. num. 8.* aliis relatis Carleval. *dict. diſſ. 5. num. 22.* in Catalonia ſic procedere teſtantur Mieres *in d. c. 8. D. R. Ferdin. 2. collat. 9. part. 2. n. 21.* Oliban. *de action. dict. part. 1. lib. 3. cap. 4. num. 22. cum ſeqq.* Peguer. *in pract. rub. 11. ubi* Ripoll. *num. 2.* Cancer. *var. lib. 2. cap. 12. num. 57.* & latius *lib. 3. cap. 16. num. 11. cum ſequentibus.* Fontanella *deciſion. 273. cum ſequentib. & deciſion. 499. num. 9.* quos ſi benè inſpicias, in unum, &
142 idem coincidiſſe reperies. Quamquam enim diſſentire prima facie videantur; in eo ſcilicet, quod Iacobus Cancer dicit conteſtationem in Cathalonia omnino excluſam reperiri, quoad ſolemnitatem, non quoad ſubſtantiam, quæ miniſterio legis ſit; quod cæteri negant. Doctrinam Cancerii approbatam fatetur, expreſſa deciſione illius Senatus, quam tradit, Fontanella *deciſ. 274. num. 28.* ubi verba formalia refert. De foro Aragoni-
143 æ idem procedit, ut probant Bardaxi *ad for. 1. de lit. conteſtation. 2. verſ. de foro.* Portol, ad Molin. *verb. actor. & reus, num. 12. cum ſeqq. & verb. conteſtatio n. 2.* De jure Luſitanorum habetur *in ordin. lib. 3. tit. 49. §. 2.* ubi Petr. Barboſ. & refert Auguſtinus, ejus filius *in d. collect. n. 3.* Ex alienigenis Petr. Gregor. Toloſ. *lib. 48. ſyntagm. cap. 6. num. 1. & 2.* Capicius *d. deciſ 83. n. 2.* Ant. Fab. *in C. lib. 3. tit. 1. defin. 25.* Sigiſm. Scaccia *de Judic. §. 1. c. 103. n. 7. in fin.* Tuſcus *lit. l. concl. 390. n. 24.* nec repugnat Berlic. *d. p. 1. concl. 26. n. 24. verſ. ſeptimo quamvis.* Quæ de jure communi etiam procedere dici poteſt per text. *in l. emptionem C. de probat. & l. fin. C. de exception.* ubi Doctores.

Sed dubitari poterit an reo accuſanda ſit contumacia, vel facienda aliqua comminatio, ut effectus con-
144 teſtationis appareat? mediante ejus deſidia, omiſſione, vel ſubterfugiis in cumulandis articulis reſponſionem directam recuſando, ne ad probatoriam dilationem actor perveniat? Et diſtinguendum arbitror; ita ut ſi reus omnino contumax ſit, non comparendo in judicio, quando per legem ex ea contumacia habendus venit pro convicto, & confeſſo, ut in noſtro Regno procedit in cauſis criminalibus, de quo latè diſſervi *lib. 2. cap. 8. §. 7. per tot.* & in Regnis Caſtellæ etiam in civilibus per *dict. l. 1.* nulli dubium erit, quod con-
145 tumacia accuſari debet, juxta formam traditam per ſtatuta, vel leges cujuſcumque Regni, vel Provinciæ. Sed cum ex hac contumacia magna jactura reo ſequatur in civilibus ſecuta pronunciatione Judicis, qua eum declaret convictum, vel confeſſum, ſi fuerit minor, reſtitui in integrum debet; ſi major appellans audiendus eſt, & cauſa debet reduci ad ſtatum conteſtationis, quando juſtam rationem non comparendi oſtendit: imo in ſupremis Tribunalibus acerbitas
146 hujus legis, quoad hæc non attenditur, ut cum D. Covar. Avendaño, Salazar, & Paz probat Gutierrez *practicar. dict. lib. 1. quæſt. 46. num. 2.* proſequendo materiam *in tribus quæſtionibus ſequentibus.* Si autem reus comparet, & diffugia quærendo litem conteſtare diſtulerit, & lex ſimplicem diſpoſitionem contineat, cum aſſignatione termini ad opponendas dilatorias, quo elapſo, non audiri jubet, licet conteſtatio mi-
147 niſterio legis ſit, non obſtantibus articulis calumnioſis vel frivolis ſuſcitatis animo differendi, ſemper neceſſaria eſt judicis declaratio, qua pronunciet litem conteſtatam fuiſſe, & ad dilationes probatorias procedendum. Quia ea omnia quæ ipſo facto, vel jure, facta dicimus, requirunt judicis pronunciationem, qua declaretur, illud factum fuiſſe, ut probant text. *in l. ejus qui delatorem 22. ff. de jur. fiſc. cap. cum ſecundum de Hæret. in 6.* ubi communiter Doctores *& in l. univerſ. C. de precib. Imperat. offer.* quorum plures congerunt
148 D Leo *deciſ. 62. num. 28. cum ſeq.* Auguſt. Barboſ. *voto deciſ. 47. num. 84. lib. 2.* & Doctiſſimus Amaya *in l. fin. C. de jur. fiſc. lib. 10. num. 41. cum ſeq.* pluribus Salgado *de Reg. protect. part 3. cap. 7. ex num. 1.* ob quod in curiis Caſtellæ frequentiſſima eſſe ſolet actoris inſtantia, per quam Judici exponitur, tranſactam jam fuiſſe dilationem per legem conceſſam, ad opponendas dilatorias, & litem conteſtandam, & noluiſſe obtemperare Reum, quare poſtulat quod ei jubeatur reſpondere directè ad petita, aliàs habeatur lis pro conteſtata, & procedatur ad concedendam dilatio-
149 nem probatoriam, vulgo *recibir la cauſa a prueba.* Cui Judex dicere ſolet quod reus intra biduum reſpondeat directè, alias habebitur pro conteſtata; quo termino elapſo, conteſtata lis pronunciatur, & dilatio probatoria aſſignatur. Quæ praxis adeo notoria eſt ut probatione non egeat; ſed eam tradunt Paz *in prax. tom. 1. part. 6. temp. 6. num. 19. & 30.* Evia Bolaños *in Curia Philip. part. 1. §. 14. num. 2.* & Pichar. *in manuduct. dict. part. 1. precip. 3. 4. & 5.* In Regia Audientia
150 Valentiæ, idem fermè obſervatur. Nam ſi actor ſupplici libello exponat, dilationem foralem conceſſam

ad

ad opponendas dilatorias, & litem conteſtandam completam fuiſſe, & reum plures articulos in vim dilatoriarum ſuſcitaſſe, quæ attendenda non ſunt, ſupplicando quod omnia rejiciantur, vel reſerventur ad definitivam, ut dilatio probatoria in materia principali currere incipiat. Quæ frivola ſunt rejiciantur, & quæ cauſam concernunt, reſerventur, pronunciando quod *fiant ſupplicata, cum hoc quod de articulis habebitur reſpectus, qualis de jure habendus erit in definitiva.* Hæc praxis procedit ex *for. 61. cur anni 1547.* & cæteris juribus ſuperius allegatis. Et ſic deciſum fuit in Reg. 151 Aud. in cauſa Marchionatus de Albayda inter Don Joannem de Villaragut, & Marchionem Don Joannem Mila *die 22. Junii 1593.* & licet Marchio ſupplicavit, denegatum fuit remedium *die 29. eorundem*, referente Mag. Stephano Vives, actuario Roures. Idem in cauſa oppidi del Genoves *die 17. Maii 1580.* referente Mag. Hieron. Arrufar. & in ſecunda cauſa Baroniæ de Alcantara *die 9. Februarii 1610.* & confirmatum *die 2. Martii ſequentis*, & ſic in aliis plurimis. Et quod magis eſt cum in cauſa de Albayda Advocati Marchionis non acquieviſſent Regia interlocutione *diei 16. Novembris 1593.* dictum fuit. *Providet, & jubet partibus, & earum Advocatis, & Procuratoribus quod de cætero ſe abſtineant à ſimilibus allegationibus, & protelationibus; alias ſi ſecus fecerint, procedetur contra ipſos remediis Prætoriis & opportunis.* Adeſt *in regiſtro fol. 251.* idem ferme proviſum fuit in prima cauſa de Alcantara interlocutione *diei 26. Maii 1569.* & in ſecunda *diei 18. Septembris 1610.* & confirmatum *die 20. Octobris ejuſdem anni* in quo multum efficere poteſt auctoritas Judicis; nam ut dixit Juſtinianus, *in l. properandum 7. §. 1. ad fin. C. de judic.* ibi: *Hoc enim judicialis magis eſſe poteſtatis; nemo eſt qui ignoret: nam ſi ipſi noluerint, nullus tam audax inveniatur, qui poſſit invito Judice litem protelare.*

152 Quod intelligendum eſt parte alia inſtante, nam qui brevitatem deſiderat, non debet omittere inſtantias, ne lis immortalis fiat. Judex enim non poteſt inſtantias partis ſupplere, quia ad factum pertinent, & ſic interpretatur tex. *in Cunct. C. ut qui def. advocat.* de qua Barboſa *in collect.* Cujac. & Uveſembech. *in paratit. l.* Peguera *deciſ. 196. n. 1.* Aut. Fab. *in C. lib. 2. tit. 7. de fin. 1.* Xamar. *de offic. Judic. & Advoc. d. part. 1. quæſt. 9. num. 120.* Neque aliquid in civilibus ex mero officio gerere tex. *in l. 4. §. hoc autem ff. de damn. infect. l. de pupillo §. qui opus ff. de nov. oper. nunc. l. 2. in princ. ff. de curat. bon. dand. l. 1. §. magiſtratibus, ff. de Magiſtr. conven. l. ſi quis inſtituatur, ff. de hæred. inſtit.* docent Vantius *de nullit. ex defect. proceſ. num. 98.* Graſſis *deciſ. 9. num. 4. de cauſ. poſſeſſ.* Hippolit. *in l. unius, §. cognitorem, num. 21. ff. de quæſtion.* Gonzales *ad regul. 8. glof. 9. §. 2. in annot. num. 147. & glof. 56. num. 109.* Barboſa *ad d. l. properandum, n. 21.* Farin. *in repert. judicial. quæſt. 76. num. 2.* Xamar. *dict. quæſt. 9. ex num. 34* Salgado *de reg. protect. part. 2. cap. 18.* 153 *num. 70.* Praro *diſcept. forenſ. tom 4. cap. 25. num. 12.* Dominus Creſpi *obſer. 4. ex num. 1.* qui *for. 107. de Cur. & Baiul.* ad rem expendit. Deficiente igitur parte in petendo, deficit remedium opportunum, & tacitè conſentire in mora videtur; nec Judex poteſt divinare an ex voluntate, deſidia, vel ignorantia procedat; ut perpendunt ad rem Olivanus *de action. dict. lib. 3. cap. 4. num. 2.* Cancer. *variar. lib 3. cap. 18. num. 126.* Ripoll. *var. c. 6. n. 59. & ad Peguer. in prax. Rub. 11. num. 2.* Xamar. *dict. part. 1. quæſt. 6. num. 109.*

154 Sed dices, conceſſa reperiri per foros remedia ſuſpenſiva, nempe correctionis vel reviſionis *for. 9. cum ſeqq. de appellat.* (Quod remedium in Cathalonia dicitur, ſupplicatio contrarii imperii, quod nulla conſtitutione firmatum, ſed uſu judiciorum introductum aſſerit Fontanella *de pact. claus. 4. glos. 18. part. 4. num. 9. & claus. 7. glos. 3. part. 10. num. 80. & 81.* licet Peguera *in prax. rub. 16. num. 1.* conſtitutionem adducit, quem ſequi videtur Cancer *part. 3. var. cap. 16. num. 121.* & eos laudant ipſe Fontanella *deciſ. 459. num. 20.* & Cortiada *deciſ. 36. num. 12.*) Nullitatum *privil. 23. R. Petri I.* & *cap. 30. grav. ann. 1626.* Appellationis, ſupplicationiſve, 155 *for. 1. & ſeqq. de appell. for. 1. ut lite pendent. for. 2. in extravag. fol. 57.* & reſtitutionis in integrum *for. 1. & 4. de minor.* Quibus utendo, qui diffugia quærunt, diuturnas protelationes captant. Cui objectioni faciliter reſpondetur: nam iſta remedia non ſunt adinventa per foros ſed à jure deſumpta. Reviſionis remedium originem ducit à *l. quod juſſit 14. ff. de re judic.* qua Celſus, ea quæ à Prætore juſſa erant contrario ejus imperio revocari poſſe demonſtrat, ex quo in Cathalonia nomen meo judicio accepit. Quod ſit quoties in articu- 156 lo reviſionis, injuſtitia interloquutoriæ detegitur. Nullitatum remedium docuerunt Juriſconſulti *in l. quadam mulier 41. ff. famil. erciſcund. & in l. fin. ff. de jur. patron.* Sed meo judicio ipſi de nullitate conſiſtente in recto ſolum tractare videntur, & cum frequentius nullitates rituales deducantur, ipſarum originem docent, Ulpianus *in l. 4. §. condemnatum, ff. de re judic.* ibi *cæterum ſi aliqua ratione ſententia nullius momenti ſit, dicendum eſt condemnationis verbum non tenere.* & Imperatores Severus, & Antoninus *in l. 1. C. de ſent. & interloquut. om. judic.* reſcribendo, *rationem non habere ſententiam qua condemnatur qui in judicio non fuit, & poſſe tanquam re integrâ de cauſa cognoſcere Quintilianum.* Et hoc evenit quoties judicium in aliquo ſubſtantiali claudicat, ſive in ritu, ſive in recto. Appellatio, quæ idem fermè quoad effectum cum ſupplicatione eſt, ut ſtatim probabitur; cum ipſo jure enata fuit, ut teſtantur Rubricæ Digeſtorum Codicis, & Decretalium *de appellationibus.* licet origo ſupplicationis referatur *ad aut. quæ ſupplicatio C. de precib. Imper. offerend.* Novell. 119. *cap. 5. ut ſponſ. largit. ſpec. collat. 9.* ita beneficium reſtitutionis in integrum ex 157 *titulis utriuſque juris* ortum eſſe depromitur. Quibus poſitis, ſicut in jure Canonico, vel Cæſareo culpa aliqua non reperitur, ita neque in foris noſtris reperiri valet, nam eorum veſtigia ſequendo, nihil erroris ſtatuere poſſe eſt compertum. Culpa enim committitur per eos qui remedia utiliſſima in perniciem vertunt. Quod ut perſpicuum fiat, ex ipſamet praxi horum remediorum, oſtendere conabor.

Correctionis, ſive reviſionis remedium (idem effe- 158 ctu eſt, quia nomina tantum diverſificantur ex gradu Judicis; quia ſi adhibetur ab interloquutoria judicis inferioris, dicitur *Correctio*; ſi Judicis Regiæ Audientiæ, nuncupatur *Reviſio*) Judex ex ſe rejicere non poteſt; quia coram actuario cauſæ petenda eſt, ut habetur *in Regia pragm. anni 1624.* confirmata per *cap. 30. gravam. Cur. ann. 1626.* Hoc remedio uti poteſt pars, quæ gravamen ſentit ex interloquutione intra biduum à notificatione illius, intra alios duos dies juſtificare tenetur, & intra alios duos notificare facere adverſario: ſemel ab eadem interloquutoria peti valet; & ab ejus repulſa neque appellatio nec aliud remedium admitti debet, 159 *dict. for. 9. cum trib. ſeqq. de appellat. dict. cap. 19. cur. ann. 1547. for. 4. Curiar. ann. 1552. for. 9. Cur. ann. 1604. & cap. 18. actor. Brach. Eccleſ. & Reg. ann. 1626.* Et licet ſolum ad meras interloquutiones introductum ſit, ſi pars eo utatur adverſus habentem vim definitivæ, & de facto admittatur, appellationem non conſequitur, ut *ex dict. cap. 18.* probatur. Nam quamvis habentes vim diffinitivæ appellabiles ſint *for. 12. de appellat.* conducunt tradita per Salgado *de Reg. Protect. part 2. cap 1. ex num. 4.* ſi pars hoc remedium eligit, ſubjicitur qualitati exclu- 160 ſivæ alterius remedii, ut in ſimili dixit Ripoll. *ad Peguer. Rub. 10. num. 7.* & in ſpecie Theſaur. *deciſ. 246. num. 3.* Gail. *obſer. 155. num. 3. lib. 1.* Scaccia *de appellat. quæſt. 19. remed. 3. num. 28.* Berlich. *dict. part. 1. concluſ. 60. numer. 12.* Et ſic deciſum fuit in Reg. Aud. ſentent. public. per Caſes *die 9. Martii 1630.* referente Nobili

D.Balthasare Sanz, in causa Don Francisci Marti & aliorum. Quod explica cum Guidone Pap. Thesauro, Afflictis, Scaccia, & Berlich. *num.*13. quoad eum qui revisionem petit si succumbit; nam si obtinuit, pars adversa petere revisionem non prohibetur, & sic decisum in Regia Audientia sæpius, & in hoc Supremo *die* 17. *Julii* 1673.

In causa Comitum de Aranda & Marchionis de Ariza in articulo solutionis jurium scribendi processus reportatos ab una parte virtute litterarum causa videndi, & recognoscendi, quando aliæ parti communicantur. Ex quibus infertur quod si revisio petatur ab evocatione, & commissione causæ, cum provisionibus inde sequutis, cum assignatione termini, sive sit ad quintam, sive ad tertiam, exceptionem dilatoriam oppositam fuisse liquet: quia proponens agit de competentia fori, nam causam evocabilem non esse ad Regiam Audientiam dicere non potest, quin affirmet eorum alio Judice inchoandam esse; & litis ingressum impedire tentet mediante exceptione declinatoria isto medio intentata. Et cum per *d. for. anni* 1547. & pragmaticas *annorum* 1559. & 1575. teneatur reus omnes dilatorias opponere in uno, & eodem libello, jam in vim dilatoriæ audiendus non est, & si revisio rejiciatur, non poterit supplicationem interponere, etiam si concedamus vim diffinitivæ habuisse. Quia sibi imputare debet cur usus sit remedio, cui supplicationem denegatam esse, non potuit ignorare. Si vero non per viam revisionis, sed separata instantia, intra terminum, de quo agimus, tamen declinatoriam oppositam fuerit, ejus repulsa appellationem, vel supplicationem semel admittit, *dict. for.* 9. *de appellat.* (licet per *l.*4. *tit.*5. *lib.*4. *recopil.* in supremis tribunalibus non admittatur, ut tradit Larrea *decis. Gran.* 100. *per tot.*) sed apud nos juxta *dict. for.* 9. decisum fuit sæpius in Regia Audientia, & recenter: referente Nobili D.Carolo Valterra *die* 31. *Maii* 1670. in causa Don Francisci Leo, & Philippi de Calatavid, super rei vindicatione loci de Anahuir, actuario Joan. Durà. Nam admissa *fuit* supplicatio per Don Franciscum interposita à repulsa declinatoriæ. At si frivola videatur, denegari solet, ex deductis per Salgado *de Reg. Protect. part.*3. *cap.*4. *num.*40. *cum seqq.* tuncque dici solet *quia à nullo gravamine*: & sic decisum fuit in R.Aud. *die* 11. *Octobris* 1670. referente Nob. D. Josepho Descalz in causa Comitatus de Sinarcas, inter Comitem del Real & alios, cum Marchionissa de Sot, Comitissa de Sinarcas & Ana actuario Vincentio, Guill. Admissa igitur supplicatione in casu prædicto, pars quæ obtinet repulsam, brevitati consulens potest interloquutionem exequibilem facere, præstita cautione juxta textum *in d. auth. qua supplicat. C. de precib. Imper. offer.* & de jure Valentiæ per *for. in d. extravag. fol.*57. *pag.*2. sive per *Pragmaticam D. R. Petri II.* de qua Dominus Leo *decis.*89. *num.*12. & plura per Carleval. *dict. tit.*1. *disput.*2. *num.* 497. Cancer *variar. lib.* 3. *cap.* 17. *num.* 251. Fontanella *de pact. nuptial. claus.*4. *glos.*18. *part.*4. *num.*123. Joan. Bapt. del Thoro *in compend. decis. tom.*2. *verb. cautio de restituendo.* Scaccia *d. qu.* 19. *remed.*3. *num.*27. Berlich. *d. concl.*60. *num.*15. apud quos plures; & nos Deo dante latius infra dicemus. Si autem remedium revisionis solum dirigatur adversus decretum de injungendo, sive ad tertiam, sive ad quintam: ex eo quod à citatione interpositum apparet, frivolum est, & statim rejiciendum ex traditis per Salgad. *d. p.*7. *cap.*1. *num.*9. *cum seqq.* Et licet admissibile esse possit à citatione continente breviorem terminum, ut *ibid. docet num.*19. Cum terminus de quo agimus per legem præfinitus sit, & ferè nunquam lateat valor rei petitæ ad istum effectum, frivolum erit remedium, nec operare poterit effectum suspensivum, juxta doctrinam Innocentii *in c. coram felicis de in integr. restit.* Angel. *in l.*2. §. 1. *ff. de judic.* Felin. *in c. fraternitatis, num.*6. *vers. fallit secundo de test. & attestat.* Bald. *in l. peremptoria col.*4. *vers. sicut minor. C. de sent. rescind. non poss.* Capicii *decis.*3. *per tot.* D.Covarruv. *practicar. cap.*26. *num.*4. Ripoll. *var. cap.*4. *num.* 57. Gutierrez *dict. lib.*1. *practic. quæst.*52. *num.*30. & Salgad. qui alios refert *dict. p.*3. *cap.* 6. *num.*18. Qui omnes tenent nullum remedium admitti posse ab assignatione termini legalis. Quare perperam actores in litibus tempus consumunt in disputandis articulis hujus qualitatis, quæ nec responsionem simplicem mereantur. Et si aliqua danda sit, ne sub prætextu, quod *nil fuit dictum*, aliquid præjudiciale decernatur, responsionem sequi debet conclusio, & illam instantia, ut per judicem declaretur.

Nullitatis remedium concessum in Regno reperitur per *privil.*23. *D.R.Petri I. & for.*8. *de execut. rei Judic.* si intra decem dies proponatur, & effectum suspensivum ex usu & stylo producit. Et de jure sic procedere, docuerunt Gail. *d. lib.*1. *obser.*44. Intriglio. *decis.*10 Josephe Ludo. *decis.*24. D.Covarr. *pract. c.*29. *num.*6. Scaccia *dict. q.* 19. *remed.*1. *concluf.*3. *n.*49. *& seqq.* Tuscus *lit. N. concluf.*130. *cum seq. & li. S. concl.*138. Berlich. *dict. part.*1. *concl.*61. *num.*3.6. *& seq.* Salgado *d. p.*3. *c.*9. *ex n.*32. Sed nota, quod simile remedium ex se non est competens adversus interloquutiones, sed adversus diffinitivas ut ex *cod. privil.*23. expressè resultat, sicque tenet Berlich. *d. concl.*61. *num.*1. Sed usu & consuetudine judiciorum fori Valentini admissum est, quod à mere interloquutoria recipiatur, ut dixit Scaccia *d. rem.*1. *concl.*6. *ex num.*2. cujus opinio canonizata reperitur per *for.* 9. *Curiar. ann.* 1604. quo forma datur admittendi nullitatis remedium contra duas provisiones conformes, & cum sub nomine provisionis contineatur interloquutio mera, supponit posse admitti. Et quia sæpius frivolæ nullitates opponantur, sæpè pariter in calce libelli repelli debent, quia *in dict. for.*8. clarè dicitur quod si ex processu evidenter non appareant, executioni deducatur sententia, ut factum fuisse à peritis, & prudentibus Senatoribus, qui ante me sedes implerunt, in ea R.Audientia o servaveram ego; dum munus Senatoris obtinui, frequenter repellebam. Et ratio est, quia quoties calumniolæ, improbabiles, & frivolæ ex narratis in ipso libello resultant, rejiciendæ sunt, vi dispositionis contentæ *in d. pragm. anni* 1624. quæ quoad hoc correcta non fuit, per *d. c.*30. *gravam. cur. am.*1626. juxta doctrinam Baldi in *l. contra majores in fin. num.*4. *C. de inoff. testam.* ubi etiam Cinus *num.* 7. Vancii *de nullit. tit. quo. & intr. quod temp. num.*23. *vers. quod intellige, & vers. prout formaliter.* Franc. *in c. dilecto num.* 21. *de appellat.* Thesaur. *decis.* 10. *num.* 10. Marsil. *singul.* 152. Sacci. *de appellat. quæst.*12. *num* 169. *& quæst.*15. *num.*99. Giurba *decis.*110. *per tot.* Quæ in tantum procedunt, ut nec cursus fatalium, vel decem dierum ad appellandum suspendatur, ut isti Doctores tradunt. Et sic decisum fuit sæpius in Regia Audientia: quo ad causas criminales ex deliberatione trium Aularum *die* 6. *Februarii* 1632. ut dixi *dict. lib.*2. *c.*8. §. 9. *num.*83. Cujus decisionis meminit D. Crespi. *obser.*49. *num.* 2. in civilibus sic etiam decisum reperitur, sententia publicata per Don Franciscum Alreus *die* 5. *Martii anni* 1634. in causa vertente inter Petrum Saura, & Thomam Pina Alonenses. Notat D. D. Petrus Sanz, *in suis observat. lit. N. observat.*7. Sed licet hæc ita se habeant multoties admitti solent absque debito examine, quæ eadem facilitate repelluntur. Verum ab earum repulsa, in articulo de quo agimus, nempe pronunciationis interloquutoriæ meræ qualis esse solet repulsa cujusllibet dilatoriæ appellatio denegari debet, quia à mere interloquutoria denegat *d. for.* 9. *de appellat.* in quo omnes conveniunt, ut cum Salgado dixi *sup. num.*160. Neque hoc inique, nam in *eodem for.* 9. remedium speciale nempe revisionis, correctionisve, concessum est ad mere interloquutorias. Et sic decisum fuit in R.Aud. referente nobile

bile Don Cosma Goubau *die 17. Decembris anni 1654.* inter Don Petrum Quexal, & Sixtum Godes actuario
173 Candel. Ex eo quod repulsa nullitatum in articulo non appellabili, minimè mutat ejus naturam, & inappellabilis remaner. Sed quia juxta *d.privil.23.* nullitates proponendæ sunt infra decem dies ab injunctione sententiæ, quod pariter procedit in interloquutione; si post lapsum quinque, vel trium dierum termini foralis, dati ad opponendas dilatorias, nullitates proponantur adversus dictas provisiones evocationis, commissionis, & concessionis termini jam, vim dilatoriæ obtinere non valent: quia terminus legis computandus est à die notificationis libelli peremptorie, ut ex textu, & aliis juribus dixi, & eo completo, vel elapso, jam nullitatis remedium sero venit ad eum effectum, ut ex dictis patet. Neque suspendere potest terminum, tum quia istæ provisiones sunt mere interloquutoriæ, in quibus remedia non operantur effectum suspensivum regulariter, ut dixi: tum etiam quia, quando adhibetur remedium, terminus lapsus est, ob quod suspendi nequit, quod cursum consummavit. Non entis enim nullæ esse possunt qualitates pluribus Barbosa *axiom. 196.* & ex generali conclusione quam posui *supr. num.136.* evidenter infertur.

174 Appellationis, vel supplicationis remedium (idem in effectu sunt *for.1. & seq. ut lit. pendent. l. fin. penult. ff. de temp. & repar. appellat.* D. Leo *decision. 103. numer.2.* cum aliis plurimis per me congestis *tract. de re crim. contr. 2. num. 67.* licet origine, & aliis circunstantiis differant, ut notant Scaccia *de appellat. quæst. 19. remed. 3. ex num.1.* Berlich. *d. conclus. 60. per tot.* quibus addendus Ignatius Pereyra *tract. de revis. cap. 9. per tot.*) exclusum est ab omni interloquutione mera, ut dixi per *for. 9. de appellat.* prout de jure civili tex. *in l. apertissimi, C. de judic.* & Canonico per *text. in c. litteræ 3. de dilat.* signanter post Tridentinum, de quo plura Salgado *dict. c. 2. cap. 1. num. 4.* Et sic dempta declinatoria fori, in qua specialiter, ut dixi concessum est semel appellare ex *eod.*
175 *for. 9.* à repulsa dilatoriæ deneganda est, ut quotidie denegare solet R. Audientia sub eo motivo, *quod à nullo gravamine.* Et est idem ac dicere frivolam appellationem, vel supplicationem esse, ut notavi juxta *dict. cap. 3. de dilat.* ibi *Nos igitur appellationem hujusmodi frivolam reputantes, supr. num. 64.* Quibus exclusa remanent cuncta collecta per Salgado *dict. p. 2. c. 1. ex num. 24.* quo latè probat admittendam appellationem esse à rejectione dilatoriarum, quia ea procedebant fortè de jure Pontificio ante Tridentinum, ut *ibi* notat: & nos habemus legem expressam, per quam appellatio denegatur, & aliud remedium æquivalens conceditur, nempe correctionis, vel revisionis.

176 Neque his obstat *for. 12. eod. tit.* quo, admitti appellationem ab interloquutoria habente vim definitivæ, si non spectat aliam post se, & in definitiva reparari non valet, cautum habemus, ut notat D. Leo *decis. 16. n. 13.* Nam regulariter dilatoriæ repulsa, non obtinet has qualitates, & declinatoria fori, quæ eas obtinere poterat, habet specialem providentiam, ut dixi; sed si aliqua eas habuerit, dum succumbens elegerit remedium revisio-
177 nis, vel correctionis (ut frequenter evenire solet) non poterit alio remedio uti, ut dictum remanet. Si autem remedium supplicationis eligit, facta exequibili repulsa per cautionem, lis prosequi poterit: si in curia inferiorum Judicum lis ducatur, appellatione interposita, & admissa, dum curet eam prosequi, breviter confirmationem obtinebit cum condemnatione expensarum; vel desertionem experiet, quia à communiter contingentibus, istæ appellationes, vel breviter expediuntur, vel desertæ pronunciantur, ob non exhibitum primitivum processum intra tempus statutum, ut quotidiana experientia demonstrat; de quo latius suo loco dicemus.

178 Restitutionis in integrum beneficium, non omnibus competit, sed his tantum quibus specialiter jus indulget, ut pupillo, minori, Ecclesiæ, & similibus; & generaliter eis denegatur si imploretur adversus lapsum hujus termini foralis, quod probant plures quos referam *infra num. 180.* Ea nimirum ratione, quod dilatoriarum allegandarum omissio, parvi præjudicii reputatur, prout in substantia est. Nulla quippe lis, malum, vel bonum exitum obtinet, ex allegatione, vel omissione Dilatoriæ, cum istæ exceptiones tendant; ut nomen ipsum demonstrat, ad differendum litis ingressum, quod utrique parti nocivum sæpius est, ex supervacanea mora, gravamine impensarum, & molestia litigandi.

179 Quamvis raro rei conventi damna agnoscant, nisi postquam condemnati sunt, compelluntur tamen rem cum fructibus restituere, vel experiuntur debitum extinguere potuisse, eum impensis factis in litis protelatione. Sed non semel, re parum perpensa, vidi simile remedium admissum, decretum de injungendo in calce petitionis concedendo; in cujus exclusionem paucos, vel neminem expertus sum allegantes denegandum ex hac dispositione. Recurrere namque solent, ad requisita de jure, ut beneficium hoc concedatur, tempus malè perdendo in vanis allegationibus. Regula namque in hoc 180
articulo certissima est, quod restitutio tanquam calumniosa, vel frivola non est audienda, quia notoriè deficit læsio, quæ per restitutionem possit reparari: ut omnes Doctores de hac materia tractantes passim tradunt. Quorum plures adducunt Vincent de Franq. *decis. 290. 431. & 434.* ubi Addent. Fontanel. *tom. 1. de pact. nuptial. claus. 3. glos. 3. n. 59. & tom. 2. claus. 9. glos. unic. part. 2. num. 17. & decis. 19. n. 5.* Oddo *de rest. cart. 2. quæst. 64. art. 5. num. 39.* Cæsar Bartius *decis. 13. & 109. num. 9.* ubi Addent Molina *de Hisp. Primog. lib. 3. cap. 13. num. 6.* Cevallos *com. contr. com. quæst. 855.* Guttierrez *de lib. tract. quæst. 52. num. 4.* Farin. *quæst. 75. num. 44.* notat D. D. Petrus Sanz *lit. M. observat. 4.* Et cum istæ exceptiones ex sui natura opponendæ sint ante litis contestationem tex *in l. fin. C. de excep. l. ita demum. 13. C. de procur. l. exceptionum 19. C. de probat.* Quæ dispositio viget in 181
Regnis Coronæ Aragonum, in quibus non est usu recepta solemnis contestatio, ut dictum remanet, sed ministerio legis facta censetur per lapsum istius termini; in eoque opponendas esse probat *dict. for. fin. vel 4. de lit. contest.* omittendo earum oppositionem videtur illis renunciarum fuisse tex. *in cap. inter Monasterium 21. de re judic. cap. cum persona de privil. in 6. l. si quis in aliena, ff. de Iudic. l. si quis, l. Cives C. de appellat.* docent 182
Felin. *in cap exceptionem 13. ex num. 7. de except.* Asin. *in prax. §. 13. cap. 1. num. 17. & cap. 8. num. 4.* Marant. *de ord. judic. part. 6 tit. de exception. ex num. 8.* Menoch. *de præs. lib. 2. præs. 19. num. 6.* Aug. Barbos. *in collect. d. cap. inter Monasterium num. 5.* Tuscus *lit. E, conclus. 1444. num. 3.* Carleval. *tom. 2. tit. 2. dict. disp. 5. num. 6.* Aniquin. *de praven. instr. cap. 2. num. 36.* Ob id qui semel oppositionem omiserit Dilatoriæ, non poterit postea de oppositione tractare, quia dispositio fori denegat audientiam.

Quæ omnia limitari possent casu quo clare apparet 183
de magna læsione pupilli minoris, vel Ecclesiæ; quia tunc admitti debere remedium & imploratum audiri dixerunt Gutierrez & Fontanella *ubi prox.* sed quia hæc remedia ad eundem finem tendunt, præcipue dum agitur de exceptionibus dilatoriis, promiscuè usurpare solent, Doctores relati per Scacciam de appellat. *dict. quæst. 19. rem. 1. conclus. 2. num. 2. remed 2. num. 131. & remed. 3. num. 27. & 30.* Berlich. *dict. concl. 60. num. 7. vers. appellatio.* ita ut quæ respectu unius remedii dicta sunt desinni possint ad alia, quamvis in aliquibus differantur. Sed nota quod licet aliqui dubitent an ter- 184
minus foralis currere incipiat à die notificationis primi decreti,

decreti, an verò à die confirmationis ejusdem, sive illa fiat in articulo nullitatum, sive revisionis, aut alterius remedii: Ego firmiter tenendum credo quod currit à die notificationis dicti primi decreti per tex. *in l. contra majores C. de in offi. testam.* ut tenent Tiraquel. *de retract. lignag.* §.1. *gloss.*10. *num.*41. Joan.Bapt. *de Theo in comp. decis. tom.*5. *verb. terminus præfixus*, ubi sic decisum refert: quorum doctrina congruit cum dispositione nostri textus, in quo literaliter dicitur quod currat à die traditionis libelli.

Neque his obstant adducta per Salgad. *de reg. protect. part.*1. *cap.*7. *num.*50. *& p.*2. *cap.*13. *ex num.*253. Qui videtur asserere impedita non currere terminum: Nam aliud est impeditum reperiri, aliud impedimenta quærere ne currat terminus: qui remedia hæc adhibent ipsi impedimenta, affectant quærunt, & opponunt; & sic quicquid sit in speciebus propositis per Salgadum, in nostra specie qui quærit impedimenta affectata, & frivola non debet ex eis utilitatem reportare. Quibus addi potest quod ipse Salgado satis explicat *d.c.*7 *num.*74. *& d.c.*13. *num.*256. termini cursum suspendi tantum in statu in quo reperitur tempore impedimenti adhibiti; quod non negamus si adhibeatur ex justâ & rationabili causa. Et ex eo quod novus terminus, brevior tamen, dandus sit, supponit primum cursum consummasse; & solum succurrendum cum per quem non stat; ut cursus termini prosequatur.

185 Sed ut pergamus, ex differentiis passim per Doctores adductis exceptionum dilatoriarum placet tradita per Josephum Ramon. *cons.*73. *ex n.* 1. & Carleval. *dict. disp.*5. *num.*2. nempe quasdam respicere personam Judicis, quasdam personas litigantium, quasdam libellum, & quasdam ipsam causam in quibus explicandis liceat aliquantulum immorari.

186 Ex respicientibus personam Judicis, prima ordine, & qualitate est *Declinatoria*, quia ejus jurisdictio incapax, vel incompetens arguitur ad causam de qua agitur. Et cum ex diversis rationibus id provenire possit, observandum est: quod si jurisdictionis defectus sit omnimodus, ita ut Judex incapax sit cognitionis causæ, vel nullam jurisdictionem obtineat neque in actu, neque in habitu, vel illa quam habet improrogabilis sit, in quacumque parte litis, hæc exceptio admitti debet, quia si aliquid ex prædictis verificari potest, judicium redditur nullum & illusorium, etiam retro, ob quod etiam post tres sententias conformes suum effectum annullandi omnia gesta operatur, ut cum Valasco, Cabedo & Gama probat Pereyra *decis.*3. *n.m.*9. Innocentio, Scaccia, Muscatello, & aliis Salgado *dict. part.*2. *cap.*18. *num.*21. Larrea *decis.*10. *num.*10. Cancer
187 *variar. lib.*2. *c.*2. *n.*211. Si vero proveniat ratione incompetentiæ (quod in Judicibus nostri regni percipi potest ex regulis traditis *in d. lib.*1. *hujus operis*) cum ex ea judicium retro nullum non fiat, imo per consensum prorogatur tex. *in l. si per errorem* 15. *C. si convenerit* 18. *ff. de jurisd. omn. judic. l. quidam consulebat*, 57. *ff. de judic. l. qui ex consensu* 7. *C. de Episcop. audien.* cum pluribus adductis per Petrum Barbosa *in l.*1. *&* 2. *cap.*3. *num.*192. *de Judic.* Scaccia *tract. de re judic. glos.*7. *quæst.*2. *part.*4. Cancer *ubi prox.* Carleval. *dict. tit.*1. *disp.*2. *num.*968. *&* 999. *cum seqq.* de jure Valentiæ *foro* 22. *de judic.* Morla *in emper. tit.*2. *in præliud. num.*120. & D. Crespi *observ.* 15. *ex num.*78. post litem contestatam similis exceptio ar-
188 tendenda non est. Quia dum solum incompetentia allegatur, prorogatio jurisdictionem extendit, dum ordinaria sit, ut præter laudatos docet D. Leo *decis.*105. *n.*9. *cum seqq.* ubi decisionem hujus Supremi adducit: semelque prorogata jurisdictione, neque est locus pœnitentiæ, neque nullitas Judicis resultare potest, ut omnes relati tenent. Quod apud Valentinos ex dispositione speciali contenta *in for.*37. *de testib.* maximopere corroboratur. Nam per oppositionem declinatoriæ cursus judicii suspendi non debet, nam si reus declinans obtinuerit ultra nullitatem judicii ipso foro expensæ ei debentur. Quare certissimum est, quod declinatoria ex se litis contestationem non impedit; nisi defectus, & improrogabilitas notorii essent, ut in terminis similis statuti dixit Berlich. *dict. conclus.*18. *num.*6. Quæ adeo 189
vera sunt, ut declinans succumbens, & non appellans, Judicem revera incompetentem, competentem facit, consensu tacito resultante ex acquiescentia, ut pluribus tradit Salgado *dict. cap* 18. *num.*19. Sed quia latissima est materia prorogationis, quæ integrum tractatum exposcit, videndi sunt Doctores adducti *sup. n.*187. quorum plures cumulat Carleval. *dict. disput.*2. *quæst.*8. *ex num.*698. Et cum *in dict. foro* 22. nulla specialitas reperiatur, juris communis decisiones sequi debemus.

Sub eadem exceptione declinatoria comprehendi 190
debent litis pendentiæ, & causæ continentiæ exceptiones, cum tendant ad eundem finem, excludendi cognitionem Judicis coram quo lis suscitatur; nam licet habeat jurisdictionem, lis prævenita ab alio Judice dicitur, in quo articulo discepranda venit materia prævention is juxta tex. *in l. ubi cœptum*, *l. si quis postea quam* & ibi comm. Doctores *ff. de judic. l. cum quædam ff. de jur. omn. judic. for.* 16. *de judic.* De qua integrum *tractatum* edidit Petrus Franciscus de Tonduti, & plura congerunt Petr. Barbos. *in d. l. si quis postea ex num.* 6. Scaccia *lib.*1. *de judic. cap.*12. *num* 57. Cancer *d.c.*2. *ex num.*227. Valenz. *consil.*131. *num.*12. Ripoll. *variar. cap.*1. *num.*135. Fontanel. *d. claus.*4. *glos.* 15. *ex num.* 64. Carleval. *dict. disput.*2. *ex num.*867. *& tom.*2. *tract.*2. *disp.* 2. *ex num.*1. Cortiada *decis.*36. *ex num.*46. Marta *de jurisdic. p.*2. *c.*2. *ex num.* 1. Salgado *in labor. part.*2. *cap.*4. *num.*171. At 191
ego brevitate qua soleo, ad rem distinguendum duxi. Si enim in vim Dilatoriæ opponatur exceptio continentiæ causæ, cum ex ea judicium retro nullum fieri possit semper debet admitti, & illico terminari, ita ut per contestationem, aut alium actum excludi non possit per tex. *in l. nulli C. de jurisd.* docent Afflict. *decis.* 354. *num.*8. & ibi Ursil. Riccius *p.*1. *collect.*368. Aponte *cons.*70. *num.*13. *d.*1 Monach. *decis.*66. *num.*5. Nata *cons.*135. *numer.*3. Menoch. *de arbitr. cas.*371. *num.*20. Muscatel. *in prax. part.*1. *vers. seu*, *num.*18. *cum seqq.* pluribus adductis Salgado *in labor. part.*1. *cap.*4. *num.*19. Pluribus Cortiada *d. decis.* 36. *num.*52. ubi testatur de prax Senatus Cathaloniæ: quibus adde Jacobum Gotofred. *in l.*2. *C. Theodos. de Judic.* & tradit Dominus Polo *adversi.*184. Decisionem Regiæ Audientiæ in causa Domnæ Mariæ Fenollar, cum Monasterio sanctæ Catharinæ Senensis; quæ exceptio continentiæ causæ ne dividi posset, admissa fuit post litem contestatam; & ne monstruosæ sententiæ resultarent, decisa ad favorem opponentis. At verò exceptio simplicis litis pendentiæ mere dilatoria est, & sic opponenda ante litis contestationem per Doctrinam Jasonis *in d. l. nulli n.*6. de qua materia videndi sunt textus *in d. l. ubi cœptum d. l. si quis postea* cum aliis adductis *supra num.*190. signanter Marth. de Afflictis, qui ponit differentiam harum exceptionum, *ad eum*, Ursillis & Giurba *decis.*23. *ex* 193
*num.*1. Fermos. *in Rubr. ut lite pendente*, *quæst.*1. *num.*3. Tonduti *d. tract. de prax. p.*2. *cap.* 30. *num.*1. *cum seqq.* Cortiada *ibid. num* 53. & Dominus Crespi *dict. obs.*15. *num.*18. *& obser.*114. *num.*98. Et secundum hanc Doctrinam, quod litis pendentiæ exceptio, post litem habita pro contestata non sit admittenda, decisum fuit in Senatu supremo Italiæ, in causa Marchionis Caroli Mari, cum Civibus Aquæ vivæ *die* 6. *Februarii anni* 1673. Interfuimus tanquam ad sociati, præter Senatores illius, D. Marchio de Torralea Don Benedictus Trelles, Doctrina & rectitudine celebris de Consilio, & Camera Castellæ. Don Antonius de Castro peritissimus Novi orbis Senatus Consiliarius, & Ego: Si- 194
vero antequam jurisdictio Judicis de quo agitur pro-

rogata

rogata fuerit, declinatoria ei opponatur, ante litis contestationem, illicò discuti debet, etiamsi non statim liquida appareat; sed requirat altiorem indaginem, ut docent Bartol. *in l. fin. ff. pro suo.* Bald. *in l. 1. mun. 11. vers. præterea pone C. de ordin. Iudic.* Castr. *in l. ex quocunque 2. num. 10. ff. si quis in jus. vocat. & in d. l. 1. num. 9. C. de ordin. Judic.* Jason. *in l. ait Prætor. 7. num. 2. ff. de jur. jura.* cum aliis adductis per Carleval. *dict. disp. 5. num. 7.*

195 *& seqq.* Sed est notanda differentia quod si pars opponit Judici defectum jurisdictionis, ipse Judex cognoscere debet an sua sit jurisdictio, tex. *in l. ex quacumque 2. in princ. ff. si quis in jus vocat. c. super literis 20. de rescript.* & utrobique Doctores, quarum plures cumulant Carleval. *d. disp. 5. num. 11. vers. regulariter* & Valenz. *cons. 52. ex num. 23.* quæ conclusio jure Valentiæ firmata est *in for. 14. de Indic.* Si vero alius Judex sit

196 qui opponat, inhibitoriam mittendo, vel aliter competentiam jurisdictionis suscitando, quæstio terminanda est juxta formam expediendarum competentiarum in unaquaque Provincia stabilitam. Quare in Regno Valentiæ terminari debet modo quo tradidi *tom. 2. hujus oper. cap. 7. §. 1. num. 1. cum seqq.* De Regno Aragoniæ tractat latè Illustrissimus Præsul Tiraçonensis D. D. Didacus Frances Urritigoyti, *in doctissimo tractatu de Comper. jurisd. per tot. præcipuè quæst. 2.* De Principatu Cathaloniæ Cortiada, *in duobus copiosissimis libris decisionum Cancellar. Barchinonensis, sign. decis. 29. cum seqq. usque ad finem libri*, quo formam uniuscujusque latè & doctè tradit, & sic de reliquis. Et cum ex decisione hujus articuli pendeat legitimatio totius judicii; ideo tanquam jure magni momenti, licet reliquæ interloquutiones meræ denegatam habeant appellationem, in hac unica juxta foros semel appellare licet, *ex for. 9. de appell.* ut supra dictum est, & hoc jure utimur.

197 Secunda exceptio personam Judicis respiciens, est *Recusatoria*, quando scilicet jam de jurisdictione Judicis non ambigitur, sed ipse competens est, & habetur suspectus: de qua remissivè tam de jure communi quàm Castellæ agit Carleval. *d. disp. 5. num. 10. vers. exceptio recusatoria.* De jure Cathaloniæ Ripoll. *var. c. 4. per tot.* & Fontanella *to. 1. in triginta primis decisionibus.* De jure Aragoniæ Portoles *ad Molin. verb. Judex num. 38. & seqq.* & Sesse *decis. 41. per tot. lib. 1.* De jure Valentiæ & aliorum Regnorum nostræ Coronæ Dominus Crespi *obser. 9. per. tot.* Quare ad eos Lectorem remittimus. Sed ne specialia nostri Regni prætermissa remaneant, no-

198 tandum est, quod *in for. 2. de Judic.* cautum habemus quòd quilibet ex litigatoribus possit Judicem recusare ante litis contestationem, quod per jus commune statutum est in *l. apertissimi C. de judic. cap. cum speciali 61. de appellat.* Glossa communiter recepta *in cap. pastoralis 4. verb. potestate de exception.* docent præter ordinarios D. Covarruv. *practicar. cap. 26. num. 2.* Pichard. *in manuduct. part. 2. in pralud. §. 2. num. 12.* Morla *in Emporio titul. 2. in pralud. ex num. 175.* latè Fontanella *de*

199 *cis. 17. ex num. 1.* Novar. *tract. de elect. for. quæst. 15. ex num. 1.* Et solum permittitur recusatio post litem contestatam ex causa vel notitia superveniente: quare rectè sequitur quod lapso termino, seu dilatione, de qua agimus, renuntiatum videtur simili exceptioni: & sic recusatio post contestationem neque procedit, neque admittenda est: Sic docuit Covarruvias *dict. cap. 26. num. 2. vers. sic & postea* Valenzuel. *consil. 170. num. 14.* Fontanella *dict. decis. 17. num. 1. cum seqq.* Ripoll. *dict. c. 2. n. 120.* pluribus adductis D. D. Petrus Salcedo *in l. 20. tit. 10. lib. 2. recopil. num. 9. & 21.* Inter quos nostrum Morl.

200 numerat: Probans quod secundum jura Castellæ, lapsis terminis per eum assignatis, recusatio tantum admitti potest, si probetur, per confessionem ipsius recusati, ut explicat bene *ibid. num. 28. & seqq.* Attamen cum valde periculosum sit coram Judice suspecto litigare *d. l. apertissimi C. de Judic. cap. quod suspecti 3. quæst. 5. cap. sus-*

picionis de off. & potest. jud. delegat. cum similibus adductis per Salgad. *de reg. protect. part. 2. cap. 1. num. 91.* & ante eum Mar Ginrb. *decis. 48. ex num. 1.* numquam fieri de- 201
bet scrupulosa inquisitio respectu supervenientiæ causæ, vel notitiæ; cum in hoc juramentum partis credendum sit, ut cum Innocentio, Angel. Gabriel. & Asin. tenuit Ripoll. *dict. cap. 2. num. 123.* ita ut quod præcipuè attendi debet est subsistentia causæ suspicionis, dum non appareat negligentia, vel calumnia recusantis, ut accuratè notat Fontanella *dict. decis. 17. num. 12.* Quod capiendum credo cum temperamento per ipsum adnotato *decis. 14. ex num. 10.* nempe quod juramento firmetur nova notitia, & apponatur ante calculum ferendæ sententiæ.

Licet regulariter non permittatur Judicibus voluntarie se abstinere à judicando, de quo plura congerit D. Salcedo *in d. l. 20. num. 42. cum seqq. in dict. for. 2.* Judicibus Regni Valentiæ concessa est facultas ut ex justa causa abstineri possint, ut docet D. Crespi *obs. 8. ex n. 8.* de quo etiam tractat Fontanella *decis. 1. & 2.* Hinc procedit quod in Regno Valentiæ rarissimæ sint lites recusationis. Per tredecim annos in illis Tribunalibus sedes implevi; & non vidi suscitari causam suspicionis; sicut revera suscitata non fuit *ab anno 1646.* usque ad *annum 1659.* & ratio est, quia Judices bonam fidem agnoscendo, abstineri solent si impedimentum ad judicandum prænoverint, vel quoties ab aliquo ex litigatoribus certiorantur de legitima causa suspicionis. Sic 203
observavi in quadam lite gravissima, quæ decidenda erat, me referente: nam unus ex litigatoribus causam justam suspicandi, quam prorsus ignorabam, detexit, nempe ex lite commodum resultare posse cuidam affini meo in secundo gradu. At revera elusus fuit in suspicando, quia ex quinque Judicibus ego solus ad sui favorem inclinabam: sunt enim istæ querelæ effectus zelotipiæ, qua litigatores affici solent, & ea ducti, in errores nocivos deducuntur, ut innuit D. Crespi *obser. 23. num. 177.* In Regnis Castellæ receptior est sententia, de qua Dominus Salcedo *in d. l. 20. num. 43.* ut Judices non possint hoc arbitrio uti. Quod saltem temperandum crediderim, casu quo causa abstinendi est notoria; nam tunc, ut tradunt Mastrillus *decis. 151. num. 1. & 7.* Maynard. *decis. 1. & 2.* & alii, quos sequitur D. Crespi *dict. obser. 8. num. 8.* nullo recusante, poterit Judex abstineri à judicando: quippe res mali exempli esset, quod quis in simili causa judicaret: quod expressè cautum reperitur *in l. 9. tit. 4. part. 3.* ubi Gregor. Lopez *glos. 6.* extendi usque ad decimum gradum, & domesticos docet. Sequitur Morla *ubi sup. num. 206.* Sic observavi dum munus Præfecti Regiæ Domus, & Curiæ gerebam, abstinendo à cognitione litis ob notoriam affinitatem quam habet cum litigatore qui litem movebat, & Consilium Castellæ approbavit, alium in mei locum nominando.

Sed in his procedendum est cum distinctione, quia 204
quoad Judices ordinarios *in dict. for. 3.* cautum est quod ipse Judex suspectus dictus, Assessorem eligere teneatur, quod etiam in Regno Castellæ statutum est per *text. in l. 22. tit. 4. part. 3. & l. 1. & 2. tit. 16. lib. 4. recopilat.* ubi Greg. Lopez *de jure Aragon.* Molin. *verbo Judex* & ibi Portoles, *numer. 68.* Selle, *decis. 41. in prin.* & cæteri interpretes horum jurium, & de jure Cæsario per *d. autent. Offeratur de lit. contest.* à qua omnes istæ dispositiones originem ducunt. Et nota differentiam, nam per *dict. aut.* & jura Castellæ requiritur pro forma juramentum recusantis, notant *glos.* & Doctores *in d. l.* 205
apertissimi, & Sesse *d. decis. 41. num. 2.* Azevedo in *d. l. 1. num. 11.* Noster *for. 3.* de juramento mentionem non facit. Sed quia desumptus fuit ex *d. l. apertissimi*, in cujus terminis juramentum requiri tenent D. Covarruv. *d. c. 26. num. 1.* Avendan *de exeq. mandat. p. 2. cap. 23. num. 13.* Tiraquel. *tract. de judic. in reb. exiguis, vers. quid cum tractetur.* Morla *in empor. titul. 2. in pralud. num.*

num. 199. Azevedo *in d. l.* 1. *num.* 12. Sesse & Portoles *ubi prox.* Barbosa *in collect. d. l. apertissimi*, *num.* 17. etiam in terminis nostri fori requiri juramentum tenet ex
206 traditis per Morla *d. num.* 199. *in fin.* & quia fori desumpti à jure communi eadem interpretationes admittunt, ut notavi *lib.* 1. *cap.* 1. §. 2. *num.* 14. & post me Dominus Crespi *obser.* 3. *numer.* 57. *& obser.* 90. *num.* 9. Quod intellige respectu justitiæ, & Assessoris ejusdem, nam si tractetur de Gubernatore Gerente vices, Bajulo Generali, vel eorum Assessoribus formam recusandi explicat Morla, *ubi sup. num.* 194. Et in casibus ad quos requiritur juramentum, sub nullitatis vitio requiri est indubitatum. Quando Judex mandat, vel pars exigit, dubio omnino caret. Si à parte, & Judice omittatur, Azevedo, *in d. l.* 1. *num.* 18. tenuit actum non vitiari. Sed verius est vitiari per ea quæ tradit Avendaño *dict. c.* 23. *n.* 13. quia requiritur tanquam forma à lege præscripta, quem sequuntur Greg. Lopez, Didacus Perez & alii adducti per Pichardum *in manuduct. præcept.* 10. *p.* 1. *in fin.* De jure Aragoniæ Sesse *d. decis.* 41. *num.* 2. & Cathaloniæ Fontanella *dict. decis.* 17. *& decis.* 18. *ex*
207 *num.* 1. Si vero Judex ordinarius & Assiciatus discordes sint in sententia unusquisque suam pronuntiat, & causa ad superiorem devolvitur per appellationem, qui justam confirmet, & iniquam revocet, ut explicat Avendaño *dict. cap.* 23. *num.* 24. quem sequuntur Didacus Perez *in l.* 1. *tit.* 5. *lib.* 3. *ordin.* Paz *in prax. tom.* 1. *part.* 1. *temp.* 10. *num.* 26. Bolaños *in Cur. Philip. p.* 1. §. 2. *num.* 15. quidquid dicat Azevedo *in dict. l.* 1. *num.* 36. & sic praxis communis observat in judiciis Præfectorum Regiæ Domus & Curiæ, & aliorum ordinariorum hujus Urbis, & cæterarum; nam partes ad consilium, vel regias Audientias provocant, ubi discordia dirimitur. Et cum hoc procedat ex *decis. tex. in l. duo* 28. *ff. de re judic.* deficiente foro ex vi rationis scriptæ ita faciendum esse in Regno Valentiæ certum est, juxta notata per me *dict. cap.* 1. §. 2. *num.* 11. *& seq.* quibus addendi laudati per Ripoll. *ad Prax. Peguer. Rub.* 9. *n.* 32. & D. Crespi *obser.* 9. *n.* 5.

208 Quando verò Assiciatus Judicis ordinarii recusati, recusatur etiam, rejectis his quæ tradit Azevedo *in dict. l.* 1. *num.* 30. Dum dicit quod Assiciatus remanet Judex ordinarius, & ipse cum primo recusato tertium eligat; sicque in praxi receptum esse: similem praxim nego, imo in ea receptum est, quod ordinarius rejecto primo Assiciato, alium eligit, & si reus recusationem repetit, actor solet cunctos Jurisperitos civitatis recusare, ut vaga recusatione dicta Ordinarius unum eligat, qui non obstante recusatione, si forte fiat, de causa judicet, & si appellat, Judex superior nominatum confirmat, vel alium eligit, secluſa omni ulteriori recusatione. Et ratio est nam *dict. l.* 1. intendit causas calumniandi excludere; ne lites immortales fiant: fierent utique, si medium eligendi tertium in usu esset, quia iste illico recusaretur, & sic de aliis, ut resultaret progressus in infinitum contra mentem ipsius legis. Ob quod justa cum ratione praxis, quæ viget, est ut superior electum confirmet, vel alium eligat, secluſa recusatione, ut quotidie
209 fit. Et in nostro Regno idem observandum teneo per tex. *in dict. l. duo.* Nec percipere possum qua ratione ductus fuit Azevedo ad dicendum quod Modestinus in eo jure locutus fuerat de Judicibus delegatis: quando simpliciter de Judicibus loquitur, ut ex verbis textus apparet. Et sic omnes comprehendi sub ejus dispositione est tenendum, quia si lex non distinguit, nec nos distinguere debemus tex. *in l. non distinguemus ff. de recep. arbitr.* cum aliis adductis per Barbos. *axiom.* 136. *num.* 4. Erat enim Alphonsus Azevedus, ut fama fert, parum in practicis versatus, ut ex dictis resultat, & ex eo quod subjungit *num.* 23. loquendo de casu quo omnes Jurisperiti recusantur; quia dum ponit modum solutionis im-
210 pensarum itineris, supponit Assiciatum adducendum esse ab alio loco, cujus contrarium optimè docet Avendano *dict. cap.* 23. *num.* 13. *vers. tertium*: Dicens, quod in simili eventu recusatio tanquam vaga, & incerta despicienda est, quod probat auctoritate Baldi, Castrensis, Putei, Decii, Rebuffi, & Caballini, & eum sequuntur Paz *in prax. tom.* 1. *p.* 1. *temp.* 10. *num.* 30. Greg. Lopez *in l.* 22. *tit.* 4. *part.* 3. *glos.* 9. Bolannos *dict. p.* 1. §. 7. *n.* 13. Portoles *ad Molin. verb. Judex. num.* 66. Et quotidiana praxis observat, quæ attigeram, *in tract. de re crimin. controver.* 76. *num.* 24. Hæc enim in recusationibus, quæ Judicibus ordinariis frequenter opponuntur observari debent, sed si eos omnino excludere à judicando partes voluerint, tunc expressa, & probata legitima causa fieri posse non dubito per tex. *in l. qui jurisdictioni, ff. de jurisd. omn. judic. l. lex Cornelia, ff. de injur. l.* 1. *Cod. si quacumque præditus potestat. for.* 12. *&* 105. *de Cur. & Bajul.* cum aliis congestis per Morla *ubi sup. num.* 182. *cum seqq.* & cum accuratè omnia tradat, in eis explicandis non immoror.

Si recusatio opponatur Judicibus superioribus ali- 211
cujus Senatus, vel Regiæ Audientiæ, tum Causa suspicionis exprimenda atque probanda est, juxta text. *in cap. cum speciali de appellat. C. insinuante, & C. suspicionis de offic. delegat.* Consonant leges Castellæ *in l.* 1. 17. *&* 19. *tit.* 10. *lib.* 2. *recopil. & d. for.* 12. *&* 105. *de Cur. & Bajul. Reg. Pragm. publicata die* 23. *Augusti* 1568. quæ de judicibus Regiæ Audientiæ tractat & publicata *die* 11. *Decembris* 1665. quæ de Dominis hujus supremi cavet, & ad literam tradidit Dominus Crespi. *d. observat.* 9. *num.* 67. tradunt Dominus Covarr. *dict. c.* 26. *num.* 2. Morla *ubi prox. num.* 178. *&* 191. & pluribus D. Salcedo *in d. l.* 20. *per tot.* dicta namque pragm. *anni* 21
1568. approbata reperitur *in cap.* 3. *actor. Brac. Eccles. & Reg. Curiar. anni* 1604. & cum accuratè eam explicent Morla & Dominus Crespi, non immoror. Eo tantum animo adverso, quod istæ sanctiones in plurimis congruunt cum legibus Castellæ, contentis *in d. tit.* 10. *lib.* 2. *recopil.* ob quod plura ex adductis per Doctores ad earum interpretationem deservire possunt ad explicationem nostrarum pragmaticarum, in qui- 21
bus à semel decisis cuncta remedia, etiam restitutionis in integrum exclusa sunt, ut ex litera ipsarum expresse resultat, in qua differunt à prædictis legibus, quæ supplicationis remedium permittunt, ut habetur *in l.* 2. *d. tit.* 10. & tradunt Valenzuela *d. cons.* 170. *numer.* 17. & Salgado *d. c.* 1. *num.* 193. quamvis restitutionis beneficium pariter denegatum reperiatur *l.* 16. *eod. tit.* ut tradit D. Salcedo *ad d. l.* 20. *num.* 26. Verum nos eo jure 214
utimur, ut quodcumque remedium prorsus excludatur. Quam praxim in Senatu Cathaloniæ amplexam testantur Peguera *decis.* 42. *num.* 2. & Fontanella *decis.* 7. *num.* 10. *& decis.* 26. *per tot.* Quod intellige respectu declarationis principalis suspicionum, non autem respectu propositionis earum, quia ad suspiciones proponendas restituendum esse minorem, tenuit ipse Fontanella *decis.* 19. *n.* 3. sicut respectu dilationis ad probandas suspiciones dixit *decis.* 22. *ex n.* 2.

Sed diversa est observantia, quoad modum proce- 215
dendi, nam in recusationibus Judicum Regiæ Audientiæ Valentiæ pars adversa recusantis citatur ad judicium recusationis, & cum ejus injunctione omnia acta geruntur; quare opponere potest & solet, quicquid conducit ad defensionem articuli ex inveterato stylo, & observantia interpretativa desumpta ex *d. for.* 12. *de Cur. & Bajul.* ibi *e presents les parts qui pledejaran.* Frustra namque præsentia partium requireretur, nisi audiri possent. Idem observatur in Regia Audientia Cathaloniæ, ut testatur Fontanella, *decis.* 20. *num.* 2. *& decis.* 23. *num.* 14. *cum seqq.* In nostro Supremo idem observatur, quia omnia acta recusationis geruntur cum alterius partis citatione, & sic adnotatur in formulis actorum gerendorum in similibus articulis, typis excusis

cusis cum dicta prag. anni 1665. In Senatibus vero Castellæ, neque pars citatur ad recusationes, neque auditur: imo ejus consensus nihil operatur, d. l. 19. §. penult. tit. 10. lib. 2. recop. tradunt Monteros. in pract. tract. 5. tit. de las recusat. §. peroviendo, pag 87 & Bolaños d. §. 7. num. 26. cum quibus consonant adducta per Masillum decis. 138. numer. 3. & Joan. Bapt. de Thoro in comp. decis. p. 1. verb. principalis adversarius. Hanc praxim æquiorem crediderim, nam semper suspicionem augere videtur pars, quæ formiter cum Judicem habere procurat, quem altera excludere tanquam sibi non tutum intentat.

216 Sub hoc genere exceptionum perhorrescentia annumerari potest, quando Judex, vel locus Judicii tutus non habetur: nam ratione recusari potest. De cujus materia tractant jura in l. Præsides Cod. de offic. Rector. Provinc. l. 2. §. fin. C. de his qui per met. jud. non appel. l. unic. C. quando Imperat. int. pup. & vid. l. 2. c. Theodos. de offic. Judic. omn. ubi Jacob. Gotofr. c. statutum §. cum vero de rescript. in 6. ubi communiter Doctores. De jure Valentiæ for. 9. cum dub. seqq. de Judic. Et ex Doctoribus præter ordinarios Molin. in report. for. Aragon. verb. evocatio, ubi Portoles num. 24. cum seqq. Et verb. perhorrescentia, ex num. 1. Calixtus Ramirez de leg. Reg. §. 27. num. 4. latè Sesse decis. 117. per tot. tom. 2. Socarrats ad consuet. 1. Cathal. num. 29 Mieres ad constit. 1. de evocat. causar. num. 78. Michaël Ferrer obs. p. 1. c. 7. n. 41. & 42. Oliban. de jur. Fisc. c. 3. num. 36. Cancer variar. p. 2. c. 2. num. 18. Ripoll de regal. c. 6. per tot. & ad prax. Peguer. Rub. 4. n. 92. Fontanella decis. 522. n. 22. Felin. in cap. accedens 4. num. 13. ut lit. non contest. Rot. Rom. in antiq. decis. 75. & 78. Capel. Tolos. decis. 42. & 236. Mascar. de probat. conclus. 958. Mastr. de Magistrat. lib. 5. cap. 3. num. 5. & 6. Escobar. de variet. c. 7. num. 60. Avendaños de excep. mand. p. 1. cap. 19. num. 2. Bobadilla lib. 2. politic. cap. 16. num. 81. cum seqq. Jacobus Gothofred. in d. l. 2. & in l. de his 30. C. Theodos. de appellat. & in l. 1. & 2. eod. C. de his qui per met. Iud. non appel. ex nostratibus Belluga in specul. Princip. rub. 22. vers. sed pone ex numer. 5. & D. Leo decis. 114. num. 19.

217 Sed ut breviter attingamus, quæ per foros decisa sunt; suppono quod perhorrescentia duplex esse potest, aut ipsum Judicem perhorrescendo, vel locum Judicis ex variis causis. Si Judicis perhorrescentia deducatur, limitatam materiam nostri fori tribuunt; nam in for. 10. de Judic. expressè habetur quod solum admitti possit casu quo sequi possint, mors, vel mutilatio membrorum, aut verbera; ex quo inferri poterat quod solum in criminalibus habeat locum. Sed totus forus inspectus etiam in Civilibus admitti posse infertur ex illis verbis ibi *Declarants que sil seruyor volra donar mort, o mutilacio de membre, o grens acots a son vassall, sens proces.*

218 Quando autem criminaliter agitur, in judicio, vel processu formato, non est casus admittendi exceptionem perhorrescentiæ, ita ut solum admitti debet si absque processu hæc fieri velint. Quod evenire potest, vel procedendo de facto prætextu alicujus criminis, vel vocando vassallum qui vereatur sævitiam Domini, ad Judicium civile, ad eum occidendum, vulnerandum, vel verberandum. Et sic dum causa legitimè probetur non per juramentum partis, sed per alias legitimas probationes, ut in dict. for. 10. & for. 12. habetur, admittenda exceptio est. Hic forus 10. loquitur de vassallis Ecclesiæ de incolis civitatum, & oppidorum Regii Dominii, & de vassallis Civium honoratorum, vel alte-

219 rius qui sit Brachii Regalis. Sub qua dispositione non sunt intelligendi Senatores, & alii Supremi Judices, quia si de his perhorrescentia allegaretur, non debet admitti per text. in l. 1. C. de his qui per met. jud. non appell. quia ut Imperatores Diocles. & Max. aiunt ibi *in sacro comitatu nostro timere nihil potuisti.* Et si aliquid suspicionis remanserit, per recusationem subvenire

timidus potest, cum suspectus à judicando excludatur. for. 8. eod. tit. sicque solum perhorrescentia allegari 220
potest contra Judices ordinarios, Barones, vel Dominos oppidorum Ecclesiastici, vel Regalis Brachii, & tunc præstita cautione, & facta probatione modo contento in dict. for. 10. & 12. remedium erit quod Princeps evocet ad se vel ad suum Tribunal causam. At vassalli Brachii Nobilium, & Militatium perhorrescentiam allegare non possunt, & si de facto allegaverint, audiendi non sunt; ut in for. 11. eod. tit. expressè dicitur. Sed hanc dispositionem non esse observandam, nec 221
obligare Principem probat Mieres ad constit. Cathal. collat. 9. cap. 35. num. 16. cujus verba, quia ad rem maxime conducunt, non pudet transcribere, & sic se habent. *Sed numquid Princeps poterit concedere alicui Universa feuda, quod nullam causam evocet extra locum, Provinciam, vel Regnum pretextu perhorrescentia, vel oppressionis: sicut Rex Alphonsus concessit Regno Majoricarum, salva reverentia quorumlibet melius sentientium, mihi videtur quod non valuerit talis concessio; quoniam hæc regalia oppressorum, & perhorrescentium, sicut & alia præcipua regalia, sunt ita affixa ossibus Principis, quod non potest eas Princeps à se separare nec abdicare ut 22. qu. 5. c. Regum officium, & in usatico alium namque. Tenetur enim Rex etiam ex officio succurrere, & occurrere ne fiant oppressiones, & facere justitiam miserabilibus, & oppressis. Nec potest alium Regem facere, nec à se abdicare has regalias, recurrendi ad se; pro quo vide Joan. Andr. C. cum venerabilis & de donat. C. pastoralis. Non enim potest Princeps alicui denegare justitiam, & dare Judices suspectos. Ut notatur extr. de exception. C. cum inter.* Sequitur Ripoll. d. c. 6. ex n. 26. Ex quibus quicquid dicat Bel- 222
luga D. Rubr. 23. vers. sed pone n. 6. nunquam recursus vassalli oppressi excludi potest, ut habetur in l. 2. §. fin. C. de his qui per met. jud. & docent ibi quos congessi d. tom. 1. cap. 6. §. 1. num. 57. cum seqq. ubi foros comprobantes reperies quibus adde Jacobum Cancer. var. lib. 3. cap. 13. num. 156. Quæ adeo vera sunt, ut si Baro, vel alius quilibet obtinens jurisdictionem, excesserit vassallos vexando, & ipsa jurisdictione abutendo; non solum causa in qua hæc fecerit ab illius cognitione evocari potest, sed suspensione privationeque jurisdictionis, aliisque pœnis puniri ut docet Bobadilla d. c. 16. n. 82. & Montanus de regalib. tit. constit. Magistr. num. 34.

Cum vero litigator non perhorrescit personam Ju- 223
dicis, sed locum judicii, ex eo quod ei tutus non sit, quia pestis grassatur, hostilitas imminet, vel adversarios præpotentes timet, quamvis legitimè citatus reperiatur, non tenetur comparere, quia Judex debet locum tutum ad judicium assignare. Probant tex. in dict. cap. statutum §. cum vero de rescript. in 6. Clemen. Pasteralis §. notorium de re judic. dict. c. accedens 4. ut lit. non contest. l. de statu 8. ff. ad Trebell. Et de jure Valentiæ, expressus for. 8. de judic. ubi D. R. Jacobus 1. 224
dum ponit ea quæ Judex facere tenetur, hæc verba dicit, *e loch segur a les parts assignat.* Docent hanc conclusionem Ant. Gabr. lib. 2. tit. de exception. concl. 3. num. 3. inter communes opiniones tom. 3. aliis relatis Petr. Barbosa in l. si quis ex aliena ff. de judic. num. 46. Andr. Gail. de pace pub. lib. 2. cap. 11. num. 7. & practic. lib. 1. obser. 52. num. 3. Rota Rom. in Antiq. decis. 5. alias 15. de dolo & contum. Scaccia de Jud. lib. 1. cap. 66. num. 15. August. Barbos. in collect. dict. cap. accedens num. 6. Dionys. Gotofr. in dict. l. de statu, Matin. lib. 1. quotid. resol. cap. 44. num. 10 Novar. ad pragm. Neapol. tit. de offic. sacr. consil. pragm. 33. collect. 8. in prin. Marc. Angel. Leo part. 2. præterar. 15. numer. 67. Ciriacus contr. 488. num. 34. tom. 3. aliis adductis Salgado de Reg. protect. p. 2. cap. 1. num. 21. Et sic observavit Regia Au- 225
dientia toto tempore grassantis contagii, sive pestis anno 1647. Nam omnes lites, tam civiles quam cri-

minales, conquiescere jussit, quousque sanitas urbi restituta fuit, exceptis his quæ necessaria erant ad ipsius urbis gubernationem inter eos qui tunc residebant: & amplius ritus causarum criminalium contra absentes & contumaces, gestos tempore quo suspicio pestis cognita fuit, reiterare jussit post sanitatem adeptam.

226 Ex exceptionibus personas litigantium respicientibus, siquis agat nomine proprio, licet ei opponatur in vim dilatoriæ illegitimitas personæ, cum respiciat merita causæ, non est compellendus eam statim justificare; satis namque erit, si in discursu causæ fiat, ut cum Bart. Bald. Salicet. Angel. Fulgos. Alberic. Specul. Alexand. Butr. Aretin. Felin. Caravit. Rodrig. Cathar. Surd. Chacher. & aliis docent Gratian. *disceptat. for. cap.* 170. *num.* 22. Anton. Amato *lib.* 2. *var. resol.* 78. *num.* 4. Carleval. *dict. tit.* 2. *disput.* 4. *num.* 11. &
227 Pareja *de instr. edit. lib.* 2. *tit.* 6. *resolut.* 2. *num.* 9. qui per aliquos sequentes probat, quomodo hæc conclusio procedat, si agit nomine cessio, quam quæstionem ad partes doctè discutit D. Olea *tract. de cess. juri. tit.* 7. *quæst.* 1. *ex prin.* Sed quod difficilius existimatur, est si illegitimitas personæ deducta, non respiciat personam actoris qui agit, sed rei qui convenitur. Ut puta
228 si quis convenitur tanquam hæres & inj vim dilatoriæ opponit se hæredem non esse, vel nondum deliberasse. Nam in hac specie rectè dubitari potest, an actor statim teneatur probare hæreditatem, & additionem ne litis ingressus impediatur? Et ratio dubitandi esse potest, quia hæc exceptio, sicut quando actori nomine hæred tario agenti opponitur, respicit merita causæ, & sicut quoad hunc reservari debet ad dis-
229 cursum causæ, similiter quoad illum dum opponit se hæredem non esse, vel non constare de hæreditate, & aditione. Item reus eo ipso quo citatur, persona legitima videtur ad illud judicium secundum doctrinam Baldi *in l.* 1. *col.* 3. *vers. primo casu*, *ff. ne quis eum*, & *in l. si suspecta*, *vers. quilibet citatus*, *ff. de inoff. test.* Hartin. *in tract. de Reo. lit.* 2. *cap.* 2. Marc. Ang. Leo *dict. p.* 2. *prap.* 6. *numer.* 45. Et quamquam sub generalitate superioris regulæ communiter Doctores hanc quæstionem decisam relinquere videatur, meo quidem judicio majore explicatione eget.
230 Juris namque sanctionibus inspectis, verius puto actorem teneri legitimare personam rei, hoc casu ostendendo illum hæredem esse, ut in terminis docuit Baldus *consil.* 874. *num.* 2. & 3. *lib.* 4. quem sequuntur Cagnolus *in l. hæredem. num.* 6. *ff. de reg. jur.* aliis relatis Scaccia *de Judic. lib.* 1. *cap.* 62. *numer.* 24. Novar. *tract. de elect. for. quæst.* 19. *num.* 4. & Berlich. *dict. p.* 1. *concluf.* 10. *num.* 41. Et ratio est in promptu, nempe actorem ad legitimandum judicium contra hæredem, teneri ostendere hæredem esse, nam iniquum foret aliquem cogere sustinere onera litis, non docto aut verificato nomine quo convenitur; deficeret namque reus, contra
231 tex. *in l. inter* 62. *ff. de Judic.* ubi Doctor. Si ergo comprobata fuitate, vel institutione dixerit se non immiscuisse, vel non agnovisse hæreditatem, Cautela ordinaria esse solet, quod ad instantiam actoris ei jubeatur adire, vel repudiare; immiscì, vel abstineri, intra terminum fori, qui est trium mensium à die notitiæ delationis *for.* 4. & 5. *de jur. deliber.* Et si hic terminus jam transactus fuerit, quia notitia institutionis ab antea comprobatur, Judex terminum arbitrarium statuit, quo elapso habetur hæreditas pro repudiata, ut *in dict. for.* 5. habetur: de quo videndi sunt Paz *in prax. tom.* 1. *part.* 1. *temp.* 2. *à num.* 48. Evia Bolaños *in Cur. Philip. part.* 1. *de Judic. civil.* §. 10. *num.* 11. Sed cum hæc sit dispositio pœnalis, semper Judex aliam comminationem facit, cum breviori termino, quo elapso declaratio repudiationis subsequitur. Quæ praxis desumpta fuit, ex tex. *in l.* 1. §. *ait Prætor*, *ff. de jur. deliber.* de qua videndi D. Joseph. Vela *tom.* 1. *disert.* 11. *numer.* 56. Fontanell. *de pact. nuptial. claus.* 4. *glos.* 5. *numer.* 37. Pichar. *in* §. *extraneis autem*, *instit. de hæred. qual. & differ.* Quando 232
verò conventus in totum negat se hæredem esse, & actor non habet notitiam certam testamenti, in quo fuit institutus, cum sit res difficilis probationis, sicut ipse Vela fatetur, *disert.* 42. *num.* 29. utile esse solet quod responsiones ab eo exigantur, quia si hæres est non audebit negare, nam ultra perjurium, substituto, vel venientibus ab intestato, ansam litigandi cum eo super tota hæreditate præberet; & si fatetur, actor obtinebit intentum: Si autem respondere recusset (quod fre- 233
quentissime evenire solet) remedia prætoria adhibenda sunt, & in Regno Valentiæ sub ea forma peragendum est, ut ter comminetur per mandata, simplex, pœnale & sub pœna convicti, & confessi, ut dixi *dict. lib.* 2. *cap.* 8. §. 4. *num.* 17. & convictus atque confessus declaretur. Quia in civilibus hæc praxis absque difficultate recepta est. Et quamquam aliqui Doctores dubitent ex eo quod interrogatio? *an hæres sit*, non videtur certa ex tex. *in l. si filius*, 17. *ff. de interrog. act.* ut notant Menoch. *de præs. lib.* 6. *præs.* 28. *num.* 4. & Scaccia *de Ju-* 234
dic. lit. 2. *cap.* 7. *quæst.* 12. *ex n.* 502. contrarium verius est, nam interrogatio de re certa fit, & qui non respondit ad interrogata contumax fit, & pœnam contumaciæ sustinere debet tex. *in l. de ætate* §. *qui tacuit de interrog. action.* ubi Bartol. & com. Doctores Bald. *conf.* 315. *vol.* 2. Ant. Fab. *in ration. ad hunc tex.* Quod non negat Scaccia *ubi prox.* Et cum in judiciis taciturnitas ad interrogata per Judicem inducat confessionem, & per partem, negationem ut tenent Glos. *in l. certi*, *ff. de confess.* Bart. & cæteri DD. *in l.* 3. *C. quand. Fisc. vel privat.* Speculat. *tit. præpositio* §. 9. *tangendum est vers. illud tertio*: rectè infer- 235
tur quod non respondens censetur confiteri quod ei nocet, & interroganti prodest tex. *in l. fin. ff. de interrog. act.* tradunt Petr. Barbos. *in l. qua dotis* 34. *num.* 157. *ff. solut. matr.* Scrip. Ravit. *ad pragm. Neapol. tit. de ordin. judic. pragmat.* 6. *n.* 5. *cum seqq.* Gizzarel. *decis.* 48. *in prin.* Thom. Trevis *decis.* 38. *n.* 1. Quorum doctrina admissa est in Regia Audientia, ut patet ex decisionibus per me adductis *d.* §. 4. *num.* 18. Et in terminis ita decisum fuit sententia publicata per D. Fran. Alreus *die* 7. *Decembris anni* 1634. referente Nobili D. Onufrio Bartholo- 236
mæo Ginart. Verum, prædictis non obstantibus, juxta nostros fortis credo, quod hæc exceptio reservanda est, ad discursum causæ quia est dilatoria quæ eget probatione, & juxta *dict. for.* 7. *de probat.* ut dixi, probationes dilatoriarum reservatæ sunt. Neque ex eo quod pars vexari possit impensis & onere litis, vel ex incertitudine rei aliter dicere debemus. Nam sicut ratione declinatoriæ oppositæ incerta est persona Judicis, & conventus vexartur expensis, & nihilominus litis ingressus vel progressus non suspenditur *dict. for.* 37 *alias* 35. *de testib.* & si opponens declinatoriam obtinuerit, impensæ debentur *d. for.* 35. sic similiter opponens se hæredem non esse, litis ingressum non impedit, & si obtinuerit impensæ ei debebuntur.

Si agit nomine alieno illicò legitimare suam per- 237
sonam tenetur per text. *in l. si quaramus*, *ff. de testam. l. licet. C. de procur.* cum aliis plurimis adductis per Carleval. *dict. disputat.* 4. *num.* 47. quibus addendi Peguera *in prax. Rub.* 9. & ibi Ripoll. *numer.* 22. *cum sequentib.* Novar. *de elect. for. question.* 19. *ex num.* 3 Anton. Amat, *resol.* 78. *num.* 4. Castillo *lib.* 6. *controvers. cap.* 136. *num.* 67. Pareja *de instr. edit. dict. part.* 2. *titul.* 6. *resolut.* 2. *ex numero primo*, Marc. Angel. Leo *dict. part.* 2. *prap.* 6. *per tot.* Berlich. *dict. part.* 1. *concluf.* 14. *ex numer.* 2. D. Olea *de cess. jur. titul.* 6. *question.* 9. *num.* 1. & 6. apud quos plura, & plures. Quæ maximè procedunt in Procuratore; 238
ea ratio est, quia mandatum est quid facti, & non præsumitur quin probetur tex. *in l. in bello*, §. *facta*, *ff. de capt. & postlim. reverf.* Bald. Salicet. Alexand. & alii

relati

relati per Parejam *de instr. edit. titul. 5. resolut. 10. ex num. 3. & 12.* Sicque agens nomine alieno statim tenetur edere mandatum *l. si quis inficiatus 13. ff. deposit.* 239 Adeo ut Judex ex officio possit eum repellere, ut pluribus probat Pareja *ibidem numero quinto*, in nostro jure habemus *for. 7. de procurat.* quo cautum reperitur, ne Procurator in judicio admitti possit, nisi constito de sufficienti mandato, in actis, scriptura publica aut alio legitimo modo. Et quamvis de jure communi sufficiat quod quandocumque exhibeatur, etiamsi sit post sententiam, ad validitatem ipsius, & universi processus, ut plures laudans tradidit Paz *in prax. in princ. annot. 4. n. 39.* De jure Valentiæ hoc non sufficit; nam *dict. for. 7.* jubet quod non admittatur, nisi constito de 240 mandato. Et licet de foro Aragoniæ idem probent Bardaxi *in for. 1. de procur. numero primo, & sexto.* Molinus & Portol. *in report. verb. Procurator, numero quinto*, cum tamen antecedenter teneant quod mandatum exhiberi potest quandocumque petatur, etiam in secunda instantia, similis praxis repugnat dispositioni jubent neminem admittendum esse absque mandato; admitteretur utique in judicio si spectanda esset exhibitio usque ad sententiam, vel secundam instantiam. 241 Sed quod omne dubium absolvit, est *for. 37. Cur anni 1626.* quo cavetur quod in prima instantia per Procuratorem facienda, sive agendo, sive defendendo, mandati instrumentum exhibeatur sub nullitatis vitio, ibi *eque si de fet se admetra no es tinga mes consideracio que si fetes no fossen.* Hujus fori interpretatio ab ipsius incunabulis diversa seu varia erat: Nam una ex Aulis civilibus nostræ Regiæ Audientiæ interpretabatur forum secundum corticem litteræ; ita ut instantia, & cætera quæ gerebantur per Procuratorem non exhibentem mandatum simul cum ea, quantumvis concessum antecedenter ei fuisset, irrita & nulla habebantur. Quæ opinio niti poterat *l. exigendo C. de Procur.* ex quo texm hanc conclusionem inducunt March. Angel. Leo *d. p. 2. prap. 3. n. 10.* & pluribus relatis Berlich. 242 *dict. conclus. 14. num. 10. & 26.* Quæ maximè procedit quando adest statutum seu lex municipalis annullans processum hac de causa, ut docuerunt Baldus *in l. observare §. posthac in princ. ff. de Offic. Proconf.* Alderanus Mascardo *de gener. statut. interpret. conclus. 9. numero nono*, Marc. Angel. Leo *dict. prap. 3. numero decimo nono, & prap. 6. numero undecimo, eadem part. secunda.*

243 Altera Aula censuit non requiri materialem exhibitionem, sed substantialem formam servandam, nempe habuisse mandatum, sive ratihabitionem antequam exceptio defectus illius opponeretur, per text. *in l. licet 56. ff. de judic. l. vero Procuratori 12. §. fin. ff. de solut.* ita tenuerunt Innocentius *in c. tua ad fin. de cohabit. cleric.* Gemin. & Franc. *in c. is qui de Procurator. in 6.* Camil. Borrel. *in summ. decis. tom. 1. titul. de Procurat. cap. 66. numer. 491.* Verallus *decis. 53. numer. 4. lib. 1.* Cancer variar. *part. 2. cap. 14. numer. 130. & part. 3. cap. 17. numer. 498.* Salgado 244 *de reg. protect. part. 4. cap. 7. num. 116.* Et licet aliqui tenuerint, quod omnia gesta per falsum sive asserum Procuratorem ratificari possunt; ante sententiam indubitanter per text. *in d. l. vero Procuratori §. fin.* cum aliis juribus adductis per Anton. Fab. *in C. lib. 2. tit. 8. defin. 10. num. 4. in not.* Molin. Portol. & Bardaxi *ubi supra.* Et iste in Rub. *de ratihab. n. 2.* sive opposita fuisset exceptio, sive non. Et adhuc post sententiam in pluribus casibus, ut multis Doctorum placitis probant Berlich. *dict. conclus. 14. num. 121. cum seqq.* Mar. Angel. Leo *dict. part. 2. prapar. 15. num. 12.* 245 Quod corroborari videtur *ex for. 1. de negot. gest.* in quo ampla facultas ratificandi gesta per alios cuilibet cujus nomine geruntur, concessa est. Tamen tantum sustineri possunt gesta per Procuratorem habentem verè mandatum, vel ratihabitionem tempore oppositæ exceptionis, quamvis in prima instantia exhibitum non sit. Sed si tempore oppositæ exceptionis neque mandatum neque ratihabitionem habuerit, gesta nullius momenti erunt. Sic docent Arias Pinellus *in l. 1. part. 3. num. 32. cum seqq. Cod. de bon. mater.* Surdus *de aliment. titul. 8. privil. 16. num. 82. & decis. 108. numer. 11.* Petr. Barbosa *in l. alia §. eleganter numer. 5. ff. solut. matrim.* Augustl. Barbosa *in collect. dict. l. licet Cod. de Procurat. num. 3.* Pareja *dict. titul. 5. resol. 10. num. 30. & 80.* Ob 246 quod insurrexit praxis opponendi hanc exceptionem: *defectus mandati ad omnes juris effectus, & signanter ad impediendam ratihabitionem.* Quæ in foro Valentiæ frequentissima esse solet: sustinentur enim gesta per habentem mandatum, vel ratihabitionem, antequam exceptio opponatur; quia cum dependeat ex mera voluntate constituentis, nisi suspicio frandis obsit quandocumque fieri potest, ut cum Berlich. *loc. cit.* plures tenent, & ad vitandos inutiles circuitus utrique parti nocivos, qui semper vitandi sunt: juxta text. *in l. Dominus testamento 13. ff. de condict. in del.* 247 cum aliis adductis per D. Leo *decis. 70. num. 6.* & Larream *decis. 29. num. 16.* At vero post oppositam exceptionem, licet adsit voluntas partis constituentis ex qua pendet mandatum, deficit solemnitas requisita per forum re non integra; ob quod, defectu solemnitatis impedita manet ratihabitio, ut in terminis considerat Bardaxi *ad Rub. de ratihab. num. 3.* quæ oppositio, vel protestatio repetenda est in quolibet actu; alioquin censebitur ab ea recessum, ut tenent Mohedanus *decis. 44. ex numer. 1.* Marescotus variar. *lib. 1. cap. 92. num. 2.* Salgado *dict. cap. 7. num. 129.* ubi decisionem Rotæ adducit. Et hæc sententia tandem prævaluit ab utraque Aula concorditer amplexa, & secundum eam sæpius decisum fuit. Signanter sententia publicata ad favorem 248 Don Josephi Vives de Canámas Equestris ordinis Calatravæ, contra Don Othgerium Catala de Valeriola, in causa appellationis per hunc interpositæ ab interloquutoria Judicis ordinarii *anno 1642* sustinendo instantias factas per Jacobum Marti Notarium procuratorem D. Josephi, habentem mandatum, sed non exhibitum in prima instantia: & sententia publicata per eundem Alreus *die 29. Julii 1641.* ad favorem Domnæ Angelæ Bañatos contra Petrum Martinez de Vera, annullando instantias factas per Nicolaum Juste Notarium, uti procuratorem Petri, quia non exhibuit mandatum concessum ante oppositam exceptionem. Et Regia provisione *dici 23. Februarii anni 1629.* ad favorem Egregii Domini Comitis de Albatera, contra Marcum Antonium Castillo Notarium, qui tanquam substitutus Procuratoris generalis Ordinis Calatravæ, plura gesserat in causa petitionis Baroniæ de Betera, *à die 26. Novembis 1626.* & substitutionem non obtimit usque ad *diem 4. Octobris anni 1628.* & irrita ac nulla pronunciata fuerunt omnia gesta eo in tempore; quia opposita fuit exceptio ante quàm substitutio cum ratihabitione actorum concederetur, sed à die concessionis rata habita fuerunt.

Hanc igitur sententiam, & praxim veriorem & 249 æquiorem credo, sed non ideo vitari potest frequens oppositio hujus exceptionis, quam *dict. for 37.* exterminare curavit à judiciis, cujus articulus in omni ferme lite controverti solet tanquam si fuisset lapis nunquam revolutus; cum detrimento communi litigantium; & nescio, quo fato Procuratores dissertissimi per desidiam feruntur ad non exhibendum mandatum, quanquam præ manibus habeant; hæc non ignorando editionem omittunt, quousque exceptio defectus illius opponitur. Cui corruptelæ remedium opportunum dari 250 facillimè posset, si præceptum de non admittenda instantia per Procuratorem inventa, quin exhibeat in-

strumentum mandati, non fuisset directum litigatoribus, vel causæ, sub illa pœna nullitatis; sed in actuariis, vel calfarum Scribas sub pœna exequibili irremissibiliter, ne primum libellum admittant alieno nomine, quin apud officium instrumentum cum sufficienti mandato ad id de quo agitur ponatur; ut in Cathalonia statutum
251 est per *constit. fin. de Procurat.* Et docet Cancer *dict. cap.14. num.65. cum seqq.* & in Regio Castellæ *per l.2. tit.24. lib.2. recopil.* de qua Carleval. *dict. disput.4. num.27.* & Pareja *dict. resol.10. num.11.* Quo exclusa remanebit ab omni lite oppositio hujus exceptionis, ut experientia docente didici in Tribunalibus Castellæ, in quibus per quatuordecim annos lites judicavi; absque eo quod de hac materia disceptationum in judiciis proponi vidissem, quamvis innumeras ferme lites in Provincia, & Senatu Novi Orbis judicaverim. Neque de subsistentia, idoneitate, vel sufficientia mandati controvertere vidi, vel audivi, nisi bis tantum, *Primò*, in casu de quo egi in *tract. de re crimin. contr.70.* in qua quæstio disceptata fuit, an mandati instrumentum, exhibitum fuisset minimè: sed an mandatum generale cum libera concessum antequam litis origo inesse produceretur, comprehendere posset litem futuram, de qua constitutione non potuit cogitare tempore constitutionis, neque procuratorem instructum relinquere. Quo in casu minime comprehendi posse fuit definitum, per ea quæ *ibid. num.34.* tradidi, & ex pluribus congestis per Parejam *dict. resol.10. num.76.*
252 *Secundo*, dum hæc scribo in Supremo Senatu Italiæ in causa Domanii sive retractus intentati per aliquos cives civitatis Aquæ-vivæ, contra Marchionem Carolum Mari, in qua disceptabatur an mandatum generale cum libera sufficiens esset ad litem postea suscitatam, contestandam: & sufficiens esse definitum fuit per tex. *in l. fin. ff. an per alios appel. seq. possit* cum aliis adductis *sup. num.49.* quod in Regnis Coronæ Aragonum difficultate caret, ut ibidem probavi: & ubique generale mandatum cum libera sufficiens est ad proro-
253 gationem, ut mihi probat tex. *in l. procurator cum libera, ff. de Procurat. cap. olim Abbas de offic. delegat.* cum pluribus adductis per Camil. Borrel. *in sum. decis. lib.1. tit.66. num.171. & seqq.* Quia licet regulariter speciale mandatum requirat ex traditis per Carleval. *dict. disp.2. num.1143. Ex dict. l. procurator. cum libera*, qui
254 generale cum libera habet poterit legitimè prorogare, & idem erit si libera facultas non detur expressis verbis sed per æquipollentia, ex doctrina Bartol. *in dict. l. si procurator, num.3.* Cravet. *cons.748. num.20.* Cephal. *cons.147. num.20.* Roman. *cons.94. num.7.* Gratian. *disceptat. forens. cap.738. num.23. cum seqq.* Afflict. *decis.283. n.16.* Borrel. *dict. tit. 66. num.71.* Noguerol. *dict. allegat. 36. num.8. cum sequentibus*, pluribus Valenzuela *cons.136. num.18.*

255 Sed ne prætermittamus absque omnimoda explicatione *dict. for.37. cur. an.1626.* notandum venit, quod mandatum exhibendum ut prima instantia, & totus processus subsistat concessum antequam exceptio defectus illius opponatur, in scriptis ac forma probanti edendum est, ita ut per publicum instrumentum de eo constet in actis. Quia licet in *dict. for.7. de procur.* omne genus probandi mandatum admissum fuisset, tamen *in dict. for.37* correcta antiqua dispositio remansit, per illa verba *tinga obligacio de presentar la procura*; quæ ad instrumentum publicum referuntur: nam juxta communem usum loquendi, qui in omni statuto attendi debet juxta doctrinam Bartol. *in l.1. ff. de stat. & legit. hæred.* cum aliis adductis per Cancer. *lib.2. var. cap.1. num.171.* nomen *procura*, mandatum de quo constat per publicum instrumentum, seu ver-
256 ius ipsum instrumentum mandati significat. Quare non extenditur ad epistolam, vel verbale mandatum probandum per testes. Ut in casu similium legum probant Pareja *dict. resol.10. num.7.* & D. Olea *de cessione jur. tit.1. quæst.5. num.5.* qui plures alios adducunt, & inter eos Jacobum Cancer *dict. cap.14. num.193.* Et licet de jure communi mandatum conjecturis, & præsumptionibus probari valeat, ut docet Rota apud Farin. *part.2. novissim. decis. decis.126. & in posth. part.1. decis.721. num.4. & part.2. decis.125. num.4. decis.165. num.5. decis.166. num.3. decis.195. num.3. & decis.441. ex num.2.* Et apud Illustrissimum D.D. Fran. Rosas Archiepiscopum olim Carthaginensem, jam Præsulem
decis.70. ex num.2. decis.103. ex num.3. Tamen posita dispositione nostri fori mandatum in forma publica confectum exhiberi debet, nisi magna & urgentissima causa aliud suadeat: De quo acriter disceptatum fuit in Regia Audientia *anno 1657.* quando Josephus Rocafull. Notarius, tanquam Procurator Ducis de Aveyro, se opposuit in causa possessoria Marchionatus de Elig, vacantis per mortem Ducis de Maqueda & Naxara Don Francisci de Cardenas. Nam exhibuit instrumentum mandati confectum coram Notario Ecclesiasticæ curiæ Ulisponensis, & cum hujusmodi instrumenta ad judicia sæcularia nullam probationem faciant, juxta *for.7. de notar. scrib. & salar.* cum aliis adductis per D. Crespi *obser.15. num.59. & 162.* Ad majorem Corroborationem exhibuit epistolam, manu ipsius Ducis (ut comprobatum fuit) conscriptam, quam narrabatur in vinculis, & arcta custodia reperiri jussu Ducis Vergancæ, qui prohibebat omnem communicationem, eo quod Regi nostro fidem servaverat; & in ea plenissimum mandatum
257 dabat ad omnes lites. Et æquum visum fuit, ne justitia
258 dicti Ducis, periret, quod admiteretur. Quia dispositio fori non poterat extendi ad hunc casum omnino irregularem; ea quæ noviter, & extra mentem legislantis emergunt remedio novo indigent, juxta vulgatum tex. *in l.1. in pr. ff. de ventr. inspic.* cum aliis adductis per August. Barbos. *axiomat. 81. num.1.* Ex quibus facta comprobatione manus scribentis, cum citatione partis, admissus fuit Rocafull dicto nomine procuratorio, per meam Aulam referente Nobile D. Franc. Bono; & postea rescripto Regio confirmata fuit hæc decisio, ut tradit Dominus Crespi *dict. obs.15. num.166.*

Et quia attigimus materiam ratihabitionis, ge
259 storum per non habentem mandatum, dubitari potest, an gesta nomine alieno circa ea quæ sunt voluntariæ jurisdictionis, non constito de mandato, & ad instantiam Domini nulla pronunciata; si appellatione pendente mandatum generale ad omnes lites concesserit, cum ratihabitione omnium gestorum comprehensa sint ea de quibus disceptabatur? Ad cujus quæstionis decisionem supponendum est, quod mandatum de quo agimus, conceptum fuit eo modo, & forma, quibus concipi solent similia mandata sub verbis sequentibus. *Ratificando, & confirmando primitus, & ante omnia omne id, quicquid, per infrascriptum N. notarium hujus urbis, qua nomine nostro & pro nobis dicto nomine ac nomine hæredum dicti R. actum gestum, & procuratum fuit.* Sub quibus verbis dubitari non
260 potest contineri ratihabitionem, & confirmationem specificam, claram, expressam, universalem, sive generalissimam, comprehendentem omnia gesta nomine ratihabentis, vel ratihabendum, absque limitatione, vel
261 restrictione. Quod probatur ex eo quod dictio *Omne* est ex natura sua universalis, quæ nihil excludit tex. *in l. Julianus in prin. l. hoc articulo, ff. de hæred. instit.* cum pluribus traditis per August. Barbosa *tract. de dict. usufreq. die 241. num.1. & 16.* quibus addendus Valenzuela *consil.63. num.141.* Demum dictio quæ sequitur, nempe *quicquid*, est similiter universalis, comprehendens omnem modum omnia jura, & omnes res, eam si minutissimæ sint tex. *in in fideicommissi §. Polidius, ff. de*
262 *usur.*

instr. cum cæteris congestis per Barbos. *ibi dict.* 315. *per tot.* Quibus universalibus geminatis, ut significent eniam voluntatem jungitur primum verbum *ratificando*, quod importat, *comprobare atque agnoscere, quod à non vero procuratore nomine nostro actum est.* Verba sunt
263 Ulpiani *in l. quo enim* 12. §. 1. *ff. rem rat. haber.* Docent Barnabas Brisson. *de verb. signific.* verb. *Ratam rem habere*, Simon Schard. *in lex; c. jur. vod. verb.* Joan. *Calvin. in dict. ibid.* Alberic. *in dict. ibid.* & sic ratificantes, de quibus agimus, comprobabant, atque agnoscebant universaliter omnia quæ à non vero procuratore nomine eorum acta erant. Sequitur verbum *confirmando*, quod
264 significat inani obligationi firmitatem præbere, sic probat tex. *in l. Stichum* 95. §. *additi*, *ff. de solution.* tradunt Brisonius, Alciatus, & Rebuffus *verbo confirmatio.* Sive alicui juri vel facto firmitatem tribuere, aut juris prius habiti corroborationem dare tex. *in cap. inter dilectos de fide instrumentor.* ubi Augustl. Barbos. *in collect. numer.* 16. Scharder. & Calvin. *dict. verbo confirmatio.* sive id quod infirmitatem tribuit actui dubio, Albericus *ubi supra verb. confirmationis.* Et sic universa-
265 liter quicquid & omne quod inaniter factum fuerat, firmitatem & corroborationem obtinuit. Dicitur enim quicquid actum fuit, & dictio *actum* fruitur latissimo significato, sic probat tex. *in l. labeo*, 19. *ff. de verbor. signif.* ubi Rebuffus *vers. & actus.* Alciatus *in eod. tex. num.* 1. Cujac. *ibid.* derivatur enim à verbo agere, quod est idem ac facere, & gerere, latè Brisson. Schard. & Calvin. sive administrare tex. *in l. si plures in fin. ff. de Curator. bon. dand. l. prohibitio, C. de praxi. Sacror. scrin. lib.* 12. & nonnunquam desumitur pro eo quod
266 gestum est in judicio. *l.* 1. §. *quibus*, *ff. quod cui. universit.* Sequitur *gestum*, à gerere, quod pariter habet latissimum significatum tex. *in l.* 2. §. *gestum*, *ff. ad municipal.* Brison. Scharder. & Calvin. Alberic. verbo *gestum.* Rebuffus *in dict. l. labeo*, *vers.* §. *gestum.* Alciat. *ibid. numer.* 14. & Cujacius *ibid. ad fin.* Et subnectitur *procuratum*, quod derivatur à *procurando* & est aliena negotia domini mandato administrare, tex. *in l.* 1. *ad fin. ff. de procurator.* & comprehendit tam negotia extra judicia, quàm lites judiciales, ut ex *eod. tex.*
267 clarè infertur. Ubi communiter Doctores. Hæc omnia scilicet acta, gesta, & procurata, sive facta, administrataque, tam extra quàm intra judicium rata confirmata, corroborata & firma habita fuerunt: & sic non solum comprehensa, sed expressa ea, quæ extra judicium administrata, disposita, ordinataque reperiebantur. Quod mihi expressè probat tex. *in l. de*
268 *Curatore*, 2. §. 1. *ff. de Curat. bon. dand.* ibi *quæque per eum eosve, qui ita creatus, creativè essent acta, facta, gestaque sunt, rata habebuntur.* ubi glossa verb. *acta*, exponit *in judicio, quolibet modo*: & verb. *facta* ait, *extra judicium contrahendo verbis. Sed gesta sine verbis, ut infra de verborum significatione l. labeo in fine.* Ex quibus omnibus rectè concluditur, quod mens, & voluntas ratificantis, sub prælibatis verbis, omnia comprehendit, tam acta in judicio, quàm facta, gestave,
269 extra judicium. Et sic extante hac ratificatione, idem est ac si à principio asset mandatum, ut in terminis tenuerunt Alex. Raudens. *de anal. capit.* 21. *numer.* 49. *cum seq.* Mastril. *decis.* 150. *numer.* 18. *tom.* 2. Fontanella *decis.* 140. *numer.* 30. Dominus Leo. *decis.* 75. *per tot.* etiam si verfaremur in his quæ requirunt speciale mandatum D. Fran. Merlin. *controvers. for. cens.* 1. *c.* 73. *n.* 14.

270 Neque his obstare poterit, quod impugnatio facta in judicio excludere posset ratihabitionem quoad actum impugnatum: nam cum ratihabitio pendeat totaliter à voluntate, quæ libera est, fieri potest quocumque tempore, etiam post sententiam latam contra ipsum ratificantem, ut docet *gloss. in dict. l. licet*, 24. *C. de procur. verbo solem in fin. & verb. sed in suum præ-*

judicium, & in l. 2. *in prin. glos. verb. non Dominus appellando, C. si ex falsa instr.* Guido Pap. *decis.* 320. *numer.* 3. *vers. aut vult habere ratum.* Fachin. *lib.* 8. *controvers. capit.* 61. *post. princip.* Renaud. Budel. *tract. de moner. lib.* 2. *capit.* 26. *numer.* 32. *ad fin. & numer.* 33. *cum seqq.* Decius *in l. semper qui non, ff. de regul. jur. num.* 12. Jason. *in dict. l. licet*, 24 *C. de procurat. num* 10. *vers. breviter communis opinio.* Gail. *lib.* 1. *obser.* 47. *num.* 4. Ant. Thesau. *decis.* 7. aliis relatis Berlich. *dict. p.* 1. *concl.* 14. *ex numer.* 132. & licet *num.* 134. dubitet post sententiam latam; in nostra specie difficultate caret, quia ad sui favorem lata erat & sibi præjudicare posse est indubitatum, secus si ad favorem alterius, quia illi præjudicium inferre non poterat, ut ipsi Doctores probant: ac etiam quia effectus sententiæ suspensus erat per appellationem, supplicationemve, & sic reducta causa ad statum contestationis litis *capit. cum Joannes de fide instrum.* gloss. *in l. tale pactum.* §. *qui provocavit verb. sequetur*, *ff. de pact.* Marant. *in specul. ord. jud. part* 4. *distinct.* 6. *numer.* 16. D. Covarr. *practicar. quæst. capit.* 18. *num.* 4. *vers. quinto circa fin.* Valen. *consil.* 7. *numer.* 21. & sicut tempore contestationis poterat ratificare, sic similiter pendente appellatione. Neque ex eo quod allegaverit in discursu illius causæ defectum mandati, generalitas ratihabitionis erat limitanda, ita ut ea quæ in dicta causa deducta erant, exclusa à ratihabitione remanerent. Quia si intenderet excludere, poterat exprimere, & dum non fecit, noluisse credendum est, itaut semper contra proferentem verba interpretanda sint, per tex. *in l. veteribus* 39. *ff. de pact.* cum vulgatis adductis per Cujacium *lib.* 1. *observat. cap.* 10. *& lib.* 9. *cap.* 37. Alciat. *lib.* 3. *par. cap.* 22. *concl.* 1. 7. *comm. c.* 7. Robert. *lib.* 1. *animadversion. c.* 9. Forner. *lib.* 2. *selectar. c.* 18. Donell. *lib.* 13. *comm. cap.* 8. ubi Illiger. *lit. P.* Imo in terminis, si mero jure Dominus, gesta procuratoris falsi non rata habens à principio, licet postea habuerit, non excludatur tamen; de æquitate per exceptionem doli mali, quæ prævalet excluditur, ut expressè docet Ulpianus *in l. quo enim* 12. §. *Julianus, vers. quid ergo ff. rem rat. haber.* ubi Accurs. & cæteri Doctores, & meritò quia allegatio, vel protestatio contraria facto, non est attendenda text. *in l. si quis extraneus, ff. de adquir. hæredit. l. cum plures*, §. *locator, ff. locati*, Gail. Costa, Moneta, & alii adducti per D. Olea. *de cession. jur. tit.* 8. *quæst.* 1. *num.* 13. & nostrum Iranzo de protest. *considerat.* 32. *num.* 1. est enim ratum habere, comprobare, agnoscere, quod actum est à falso procuratore; ut dixi; & probat Ulpianus *in dict. l.* 12. *in princip.* Et si eo in tempore acta ipsa impugnat tanquam contraria allegans, audiendus non est, tex. *in l. ubi pugnantia ff. de regul. jur. l. sed etsi* §. *filius*, *ff. quand. appellan. non sit.* & casu quo duo facta concurrant pugnantia inter se novissimum prævalet, text. *in l. pacta novissima, C. de pact.* & ibi Doctores *tot.* 7. *eod. tit.* Jason Pureus, Rota Genuen. & alij adducti per Solorzan. *de Jur. Indiar. tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 2. & Valenz. *consil* 63. *numer.* 84. præsertim in his quæ ex mera voluntate ratihabentis dependent. *dict. l. quo enim* 12. *in princ. c. ratihabitionem de regul. jur. in* 6. Tiraquellus Covarruvias, & alii apud Valenzuelam. *consil.* 177. *numer.* 44. Bald. Jacob. de Arena, & aliis apud Berlich *dict. conclus.* 14. *num.* 124. *cum seqq.*

Neque obstat si dicas actum extendi non debere ultra intentionem agentis *ex l. non omnis, ff. si cert. petatur* cum simil. adductis per Valenzuel. *consil.* 158. *num.* 3. & sic cum ageretur de concedendo mandato *ad lites*; & *lis* in rigorosa ac propria significatione sit *quod forensi concertatione venitur*, ut probat textus *in c. forus ad med. de verbor. sign.* tradunt Rebuffus, Alciatus & Cujac. *in l. litis* 36. *ff. de verb. sign.* Scot. Schard Calvin. Alberic. & Brison. *verb. lis.* Quæ pendere dicitur à tempore primæ citationis Clemens. *fin. ut lit. pendent.*

C. ex parte 30. *de verbor. signific. C. adversaria de exception.* Menoch. *de arbitr. cas.* 202. *numer.* 5. Mascard. *de probat. conclus.* 984. *numer.* 3. Cabedo *decis.* 15. *num.* 11. *part.* 2. Gratian. *discept. for. cap.* 2. *numer.* 33. *cap.* 66. *numer.* 30. *& decis.* 209. *tot.* D. Fran. Merlin. *controvers. cent.* 1. *cap.* 81. *numer.* 2. Cenedo *collect.* 53. *num.* 1. Cancer *variar. lib.* 1. *cap.* 17. *numer.* 32. Cum enim id de quo agebatur non fuisset actum in forensi concertatione, neque cum citatione partis, sed in actu voluntariæ jurisdictionis, extendi non posse videbatur, ratificatio ad contenta in mandato ad lites concesso, quia censebantur, ea extra intentionem concedentis, atque ratificantis reperiri.

277 Quia dicendum est quod mandatum, de quo agimus, & in quo ratihabitio memorata contenta erat, fuit concessum *ad lites large*, & sic verbum *lis* ex natura actus acceptum fuit in lato significato contento *in d. l. lites* 36. *de verb. signif. & gloss. verb. in personam* interpretatur verba text. ibi *litis nomen actionem significat.* ita ut intelligatur etiam officium Judicis. Quam interpretationem sequuntur Donell. *in l. postquam liti* 5. *C. de pactis.* Rebuf. Alciat. & Cuiac. *in d. l. litis.* Schot. 278 Schard. Brison. & Alberic. *verb lis* Barbos. *in d. Clement. forus numer.* 3. de quo plura exempla habemus in jure. Nam Papinianus *in l. liberto* 33. §. *litem de negoc. gest.* ait: *litem in judicium deductam.* Imperator Severus *in l.* 2. *C. de petit. hæredit.* pariter dixit *ex eo die fructus restituuntur, ex quo lis in judicium deducta est.* Ex quibus docte ut solet Alciatus *in d. l. litis* 36. subjungit *Aliquin propriè etiam ante judicium acceptum litem esse Jurisconsultus hic ostendit, qui actionem sive in rem, sive in personam sit, significari ait: nam & cum litem contestatam esse dicimus, verba indicant quando adhuc contestatio non* 279 *erat, nihilominus litem fuisse.* Sic similiter dicere possumus, quod licet *in d. Clem. fin.* & cæteris juribus superius adductis dicatur litem pendere ab eo tempore quo facta fuit prima citatio, nihilominus lis jam erat ante citationem, quamvis in forensi concertatione adhuc non penderet, neque in judicium deducta esset, ut aiunt Papinianus & Severus: quia lis est ab eo tempore quo actio nata fuit. Sicque ex natura ipsius rei procedit, quod sub nomine *litis* in lato significato comprehenderentur gesta per procuratorem, de quibus agebatur: & sic nunquam dici 280 poterat reperiri extra intentionem agentis, neque extensione opus esse, ut sub dicta ratihabitione comprehenderetur: tum quia neque allegatus aut ostensus fuit error ex quo ratihabitio in forma assueta facta infirmari posset, sicut evenisse refert Valenz. in specie, de qua disputat *d. cons.* 158. *ex numer.* 4. Tunc etiam quia, nunquam apparuit illum assertum Procuratorem alia gessisse in judicio, vel extra nomine ratificantium quæ ratihabitionem exposcerent, præter ea quæ in hac lite deducta erat, & tam in dispositionibus quam in contractibus, verba intelligere debemus, ut aliquid operentur tex. *in l. si quando, ff. de legat.* 1. Rolandus, Alciatus, Baldus, Beccius, Gutierrez, Cephalus, Menoch. & alij adducti per Valenz. *consil.* 119. *num.* 62.

281 Et quando restringenda fuisset significatio litis, ad tempus quod actio deducitur in judicium, nihilominus mandatum concessum ad lites, tenendum est quod comprehendit ea quæ fiunt in exercitio voluntariæ jurisdictionis. Nam duo genera judiciorum jus nostrum cognoscit, unum contentiosæ jurisdictionis, & aliud voluntariæ. Docet Marchianus *in l.* 2. *ff. de Offic. Pro-* 282 *consul.* Voluntaria namque jurisdictio exercetur quoties Princeps, vel Magistratus, ea utitur in volentem, ad quod judicium non requiritur citatio, contestatio, vel alia solemnitas, nisi exercitium auctoritatis Judicis requisitæ ad negotium sibi expositum. Ex eis alia causæ cognitionem non desiderant, veluti adoptio, manumissio, emancipatio, *d. l.* 2. *in princ. ff. de Offic. Proconsul. l.* 2. *ff. de adoption.* §. 1. *instit. quib. mod. jus patr. potest. sol.* Sic in concessione bonorum possessionis *l.* 1. *& tot. tit. C. qui admit. ad bon. possess.* in datione tutoris vel curatoris §. *sed hoc jure instit. de Attil. tutor. l.* 1. *& tot. tit. ff. de tutor. & curator. dat.* & sic similibus ad quæ Judex utitur Jurisdictione, & auctoritate publica absque disceptatione, vel cognitione aliqua causæ. 283 Alia sunt ad quæ adhibenda est causæ cognitio, licet civili concertatione excluſa, sicut quando facultatem concedit Magistratus non habenti, ad aliquid gerendum, vel publicam auctoritatem impartitur, confirmando transactiones text. *in l. cum* 8. §. *vult igitur, ff. de transact. l. de alimentis* 8. *C. eod. tit.* De jure Valentiæ *for.* 10. *de execut. rei Judic.* De quo Thomas Cerdan de Tallada *in visit. Carcer. cap.* 9. *num.* 10. decreta interponendo in alienatione bonorum immobilium pupilli, vel minoris *l.* 1. *ff. de reb. eor.* in concessione libertatis servi pupilli, §. 4. *instit. quib. manumit. non licet*, & in aliis plurimis, quæ passim in 284 jure reperiuntur, & Doctores frequentissime tractant. Jurisdictio vero contentiosa in invitos exercetur *l. inter stipulantem* 83. §. 1. *ff. de verbor. obligat.* Notant hanc differentiam Doctores *in d. l.* 2. *ff. de Offic. Proconsul.* Donell. *lib.* 17. *comm. cap.* 8. ubi Illiger. *lit. R. cum seqq.* Scip. Gentil. *lib.* 1. *cap.* 19. Jacob. Cujac. *lit.* 1. *Pauli ad edict. in l. fin. ff. de jurisdiction. & in Novella* 95. Marsil. Maranta & alij adducti per Cancer *var. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 235. Petr. Barbos. *in l.* 1. *art.* 1. *ex num.* 180. *& art.* 3. *ex num.* 201. *ff. de Judiciis.* Solorzano *de jur. indiar. tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 4. *numer.* 85. Saldago *de Reg. protect. part.* 2. *cap.* 13. *per tot.* Dominus Crespi *d. observ.* 15. *numer.* 17. *cum seqq. & num.* 26. *& observat.* 114. *ex* 285 *numer.* 6. Cum autem ageretur de decreto obtento per assertum procuratorem nomine ratificantium, ad quod offerendus erat Judici libellus, probationes per instrumenta, vel testes ministrandæ, & licet absque partis citatione, instanda erat promulgatio decreti, ad instar sententiæ; quæ omnia per administratores bonorum, vel institores agenda non sunt, sed per Procuratores Causidicos, & sicut habens mandatum in forma prædicta hæc omnia genere posset nomine constituentis, pariter qui obtinuerat, mediante ratificatione generali, quam retuli, nomine ratificantium legitimè fecisse dicendum est, quia ratihabitio retrotrahitur, & æquiparatur mandato text. *in l. fin. C. ad Macedonian.* cum similibus adductis per Dominum Fran. Merlin. *dict. cent.* 1. *controv.* 68. *num.* 5. Sententia namque Regiæ Audientiæ, quæ pendet in gradu supplicationis, hæc non discussit, & sic non decidisse credidierim. Si hujus Supremi sententia sequatur, dicam: licèt in ea intervenire non possim, quia lis ad Conjunctos sanguine pertinet.

Verùm ut ad institutum, à quo diversi fuimus, re- 287 deamus, ex communi regula quam posuimus exhibendi mandatum, ut in lite admitti possit agens nomine alieno, excipiuntur negotiorum gestores, & omnes qui conjunctorio nomine agunt, vel defendunt negocia aliena, nam hi præstita cautione rem ratam haberi admitti debent. text. *in l. sed & ea, ff. de procuration. l. exigendi, Cod. eod.* & ibi communiter Doctores, Et quantumvis de jure quisquis dicens se procuratorem admitti debeat cum dicta cautione de rato per text. *in l. causæ cognitione* 27. *verf. sed hæc ita, ff. de procurat.* cum aliis adductis per Anton. Fab. *in* 288 *C. lib.* 2. *titul.* 8. *defin.* 10. *num.* 2. *in not.* juxta nostros foros hæc non procedunt, quia solum conjunctis personis permissum est *for.* 9. *de procur.* de qua materia videndi sunt Cancer *dict. cap.* 14. *ex numer.* 137. Marc. Angel. Leo. *p.* 3. *præparat.* 39. *ex n.* 1. Berlich. *dict. p.* 1. *concl.* 14. *ex num.* 34. & ego aliqua notavi *dict. constr.* 70.

ex

ex num.49. Idem cautum est in Regnis Castellæ *per lib.10.tit.5. part.3.* ubi Greg. Lopez. Sed in Regno Aragoniæ, neque conjunctus cum cautione de rato admitti potest, ut asserit Portol. *ad Molin. verb. conjunctus n.1.*
289 *& verb. mandatum num.2.* Et licet regulariter solum conjuncti sanguine admittatur, ad agendum, vel defendendum conjunctorio nomine, ut ex juribus & Doctoribus *hic* allegatis deprehenditur. Si amicus intrinseca, vel intima necessitudine charus, defensionem amici absentis susceperit, admittendum esse conjunctorio nomine crediderim per tex. *in l. hac autem §. 1. ff. quib. ex caus. in poss. eatur.* ibi *si autem non habet tutores requirendi cognati, vel affines, & si qui alii forte sunt quos verissimile est defensionem pupilli, pupillæ non omissuros, vel propter necessitudinem, vel propter charitatem.* Et licet Gloss. *verb. necessitudinem* explicet, id est *parentelam*, perperam meo judicio, quia jam Ulpianus de cognatis, & affinibus loquutus fuerat, & dum alios admittit, non debemus interpretari de eisdem. Melius namque exponit Alciatus de præsum. *regul.1. præsum.22. num.2.* ibi *: ex quo sequitur quod non præsumatur indefensus, ex quo saltem*
290 *verisimile est quod affines vel amici eum defendent.* Arcta enim amicitia æquiparatur consanguinitati, & affinitati, imo eis præfertur ex pluribus traditis per Langleum semest. *lib.1. c.1.* Carl. de Grass. *tr. de effectib. amicitiæ n.81. cum seqq.* D. Franc. Merlin. *cent.2. contr.39. n.1. & 14. & contr.58. n.12.* Berlich. *d. concl.14. n.41.* Et ego deficientibus consanguineis, & affinibus, cum affirmantibus calculum pono, licet non desint qui negent, ut ex rela-
291 tis per Carolum de Grassis *ubi prox.* apparet. Extenditur hæc facultas agendi, seu defendendi nomine alieno, absque mandato, ad consortes litis, ut probat ipse Berlich. *dict. concl.14. ex num.52.* Et quanquam controversiam Doctorum in hac specie negare non possim, præstita cautione de rato cessat, & omnes ferme conveniunt in eo, quod Consors litis admittendus sit nomine Consortis, ut doctè de more explicat D. Olea *de cession. jur. tit.2. q.6. n.35.*

292 Idem procedit in eo qui habet mandatum, sed non sufficiens ad omnia quæ agenda sunt, nam cum ex mandato insufficienti cognoscatur voluntas constituentis, omissio alicujus clausulæ, qualitatis, vel requisiti, necessarii ad agendum, vel defendendum, suppleri debet per cautionem de rato, cum præsumi verisimiliter possit, per oblivionem, incuriam, vel ignorantiam omissam fuisse. Probat tex. *in l.1. C. de procur.* tradunt Cancer *dict. cap.14. num.159.* & Berlich. *dict. concl.14. num.57.* qui alios refert. Cujus ampliationis praxis maximopere necessaria est, ubi habetur lex, vel viget consuetudo non admittendi libellos, quin subscribantur per
293 aliquem ex procuratoribus, publica auctoritate destinatis, ut evenit in nostro Supremo, & cæteris Senatibus hujus Regiæ Curiæ. Quia frequenter absentes, qui agere, vel defendere intendunt, mandata ad cognatos, vel amicos in ea residentes mittunt, absque clausulâ potestatis substituendi; & ne fatalia currant, aut aliter instantia perimatur, præstita cautione de rato, à Judicibus impetrant facultatem substituendi unum ex
294 procuratoribus publicè destinatis. Quod in Senatu Novi Orbis necessarium omnino est, ob nimiam distantiam Provinciarum; & incuriam Tabellionum earum partium. Et in nostro Supremo, quoad negotia insularum Balearium, atque Sardiniæ, respectu quarum eadem ratio militat. Et sic similiter quoad alios defectus, dum respiciat acta judicii tantum: Nam si ex defectuo-
295 so mandato aliquis cum cautione de rato exigere aliquam quantitatem, vel res recuperare nomine alieno intenderet, admittendus non erit, ut cum Guillielmo Benedicto, Fulgosio, Padilla & aliis probat Jacob. Cancer. *dict. cap.14. num.60.* per tex. *in l. hoc jure ff. de fidei. l. sed etsi tantum 13. ff. de pact.* cum aliis adductis per Noguerol. *dict. allegat. 36. numer.61.* quo probat neminem liberari solvendo non idoneo procuratori.

Suppleri etiam solet defectus mandati, si postquam 296
aliquis nomine procuratorio aliqua in lite gesserit, Dominus compareat, & acta per illum prosequatur: nam si postea gesta procuratorio nomine de nullitate arguat, nequaquam audiendus est, licet de mandato constare non possit: quia judicium suo nomine per alium coram se gestum agnovit, tex. expressus *in l. si procuratorem 65. in fin. ff. de procurat.* ibi: *itaque si postea mutata voluntate procuratorem esse noluerit, tamen judicium quo quasi procurator expertus est, ratum esse debet.* idem probat tex. *in l. ne satisdatio 21. ff. rem. rat. haber.* Optime ad rem Gratian. *discep. forens. cap.216. n.39.* Cancer. *dict. c.14. num.69.* Fontanella *de pact. nuptial. claus.3. glos.3. n.58.* Ripoll. *var. cap.3. num.80. cum trib. seqq. & num.119.* Gamma *decis. Lucens. 324. num.2.* Selle *decis.59. num.23.* Berlich. *dict. concl.14. num.59. 126. & 199.* Neque ex 297
eo quod Dominus compareat, si vere procurator est, in foro Valentiæ revocatur remanebit, ut de jure per tex. *in cap. si quem 8. de procur. in 6.* ubi communiter Doctores, tenentes revocari nisi Dominus protestatus fuerit se comparere citra animum revocandi, ut tradunt Scaccia *de Judic. lib.1. cap.101. num.43.* Boer. *decis.285. num.5.* Recuf. *in prax. benefic. tit. forma vicariatus n.122.* Mascard. *de prob. conclus.1013. num.32.* Menoch. *lib.2. præsump.36. n.5.* Gratian. *discep. for. cap.22. num.12. cum seqq.* vel aliter appareat de intentione non revocandi Bardaxi *ad for. unic. ut per compar. vel procef. princip. n.1. vers. prædicta regula.* Postius *de manutenend. observat. 86. n.15.* Quæ respectu futurorum non præteritorum pro- 298
cedunt. Sed de jure Valentiæ omnia hæc cessant, quia per comparitionem constituentis nunquam censetur revocatus procurator, ut expressum habemus *in for. 16. de procur.* & accuratè notat D. Crespi *observat. 108. num.23.* & idem de foro Aragoniæ procedit, traduntque Bardax. *ubi prox.* & Portol. *ad Molin. verb. procurator. num.18.* Ex eadem ratione siquis ut procurator antecessoris, litem egerit, & postea ei succedat ex proprio jure, neque per ipsum, neque per alium de nullitate arguere poterit, quia judicium agnovit partes antecessoris fovendo; ut tenuerunt Boer. *decis.235. num.3.* Gail. *obser. 58. lib.1.* Lancel. *de attentat. p.2. cap.4. num.128.* Illiger. *ad Donel. lib.23. comm. cap.2. lit. B.* Ripoll. *ad prax. Peguer. rub.6. num.34.* conducunt pulchrè adducta per Jacobum Cancer. *var. lib.3. cap.17. n.558.* de eo qui nomine procuratoris cum non esset, causam egit & succumbit, ac demum ei succedendo causam iterum agere intendit, & non esse audiendum resolvit ex eadem ratione, nempe litem agnovisse, & contra factum proprium procedere non posse, & sic decisum refert D. L. Petrus Sanz, in Regia Audientia *anno* 1629. ad favorem D. Jacobi Sapena, & contra Domnum Merinum Santapau, & Domnam Vincentiam Sapena, sententia publicata per Alretus referente Nobile Domino Gaspare Tarraga: sed diem omisit.

Quæ de procuratore nomine alieno agente dicta re- 300
manent, urgentius procedunt respectu tutoris, & curatoris, quia pupillus & minor non habent personam idoneam standi in judicio tex. *in l. accipientis ff. de auctor. tutor. l. minor, ff. de procurator. l.1. cum duob. seqq. C. qui legitim. person. l. Clarum, C. de auctor. præstand. l. cum minoris C. si adversus rem judic. l. si curatorem habens C. de in integ. restit.* Valenzuel. *cons.* 182. *num.4. cum seqq.* cum pluribus adductis per Peguer. *in prax. Rub. 2.* & *ibi* Ripoll. *ex num.1.* & D. Didiacum Narbona *tract. de ætat. ann. 25. quæst.34. & 35.* De jure Valentiæ idem procedit per tex. *in for. 21. de testam. tutel.* Quo non solum cautum est quod minor non admittatur 301
ad judicium absque tutore, curatoreve, sed etiam adjectum est decretum irritans, si secus factum fuerit, ibi, *e si sententia fera data contra eli meins de tudor,*

aquella ſentencia no valla. De cujus materia plura tradunt Montan. *de tutel. cap.* 30. *ex num.*143. Borgn. Cavalcan. *de tutor. & Curator. cap.*1. *ex num.*13. Joan. Guttierrez *de tutel.p.*2.*cap.*1.*num.*79. Narbona *dict. tract. de stat. anno* 7. *queſt.*24. *& ann.*25. *dict.queſt.*34. *&* 35. Cancer. *dict.lib.*2. *var. cap.*1.*num.*216. *& lib.*3. *cap.*17. *q.* 11. *num.*232. Evia Bolaños *in Cur. Philip. part.*1 §.10. *n* 8. Pareja *de inſtr. edit. d.tit.*5. *reſol.*4. *num.*24. Carleval. *d. p.*2. *tit.*2. *diſput.*4. *num.* 27. Marc. Angel. Leo *de prae-*
302 *parat. jud. part.* 2. *præpar.*6. *cum ſeq.* Berlich. *dict. p.* 1. *concl.*16. *num.*1. *cum ſeqq.* Sed nota differentiam, nam de jure communi regulariter majores dicuntur, qui habent viginti quinque annos; ut ex traditis per Doctores ſuperius allegatos, apparet; ſed de jure Valentiæ viginti anni ſufficiunt, ut major quis dicatur *rex. in for.* 1. *de reſtit. minor.* notant Dominus Leo *deciſ.*9. *& deciſ.* 144. *ex numer.*3. & D. Creſpi *obſer.* 17. *num.* 1. Quod
303 piter procedit juxta foros Aragoniæ ut probant Portol. *ad Molin. verb. minor. num.* 23. Seſſe *deciſ.*199. *num.*3. Pupillus vero dicitur de jure, qui non habet quatuordecim annos in viris, & duodecimum in fœminis, *tex. in l. fin. C. quand. tutor. vel Cur. ceſſ. def. princip. inſt. quib. mod. tutel. fin.* cum aliis plurimis adductis per Narbon. *de stat. ann.* 14. *queſt.*1. *a princip. uſque ad num.* 10. quo latè modum antiquum cognoſcendi pubertatem deſcribit, juſtiſſimè antiquatum propter obſcœnitatem, quam ſecum ferebat. Sed de foro Valentiæ, quoad tutelam pupillus dicitur indiſtinctè uſque ad decimum quintum annum completum, *for.* 37. *de teſtam. tutel.*
304 Tutor itaque, vel Curator nomine pupilli, vel minoris agentes, vel defendentes tenentur edere tutorium, vel Curatorium, cum juramento, & cautione rem pupilli vel minoris ſalvam fore, ad legitimandam ſuam perſonam reſpectivè, ut pluribus probant Doctores relati, ſignanter Guttierrez, Pareja, Carlevalius, & Berlichius, in quo neminem dubitantem vidi. Dubium enim verſatur circa editionem inventarii, Berlich. *dict. concl.* 16. *num.* 4. dixit hodie hæc requiſita de ſtylo Curiarum
305 non obſervari. Quæ aſſertio in foro Saxoniæ vera eſſe poteſt, ſed in cæteris Provinciis Europæ nequaquam, ut ex dicendis apparebit. Pareja *dict. reſol.*4. *num.* 26. *& ſeqq.* tenuit tutorem compellendum eſſe edere totum inventarium. Guttierrez *d.c.*1.*num.*78. quod tenetur edere teſtimonium confectionis inventarii, licet ipſe inclinet tutorem nomine pupilli agere poſſe utiliter antequam inventarium confecerit. *& num.* 79. concludit quod de ſtylo Curiarum geſta tutorum ſuſtinentur in judiciis, & extra, quamvis non conſtet de confectione inventarii, quem in hoc ſequuntur Cancer. *dict.lib.*2.*variar.* 8. *num.*129. & D.Franc.Merlin. *dict. centur.* 2. *contr.*73. *ex*
306 *num.*11. Sed in Regno Valentiæ deſtinguendum eſt. Si tutor vel Curator teſtamento datus ſit (quia Curator etiam teſtamento dari poteſt & ſolet *for.* 10. *& 11. de teſt.tutel.* cum aliis adductis *ſup. num.* 80. *cum ſeqq.*) neque jurare, neque ſatiſdare tenetur, ut expreſsè cautum eſt *in for.* 12. *eod. tit.* in quo conveniunt Cancer. *lib.*1. *variar. cap.*7. *num.*38. Guttier. *d. cap.*1. *numer.* 21. Berlich. *d. concl.*16. *num.*6. Et ſic per editionem clauſulæ teſtamenti vel Codicillorum in forma probanti,
307 legitimata ejus perſona manet, ut in judicio agere, vel defendere poſſit nomine pupilli, vel minoris. Si Dativus tutor, vel Curator ſit, ſimul cum decreto Judicis decernentis tutelam, vel Curam acceptationis, juramenti atque cautionis acta ponuntur; nam hæc omnia præſtare tenetur juxta *forum* 9. *eod. tit.* neque aliter decretationis exemplar authenticum datur, niſi his omnibus completis. Sed licet ad confectionem inventarii teneatur *per for.*8. *eod. tit.* tamen ejus acta fiunt extra curiam, in qua tutela, vel cura decernitur, & ſic quid ſeparatum eſt, à tutorio, vel curatorio; & quicquid geſſerit ſuſtinetur, etiam ſi non conſtet de confectione inventarii, neque illius editionem poſtulari vidi, niſi quando finita tutela, vel Cura judicium rationum inſtituitur. Dixi fi- 308
nita tutela, vel Cura, nam *per for.*15. *eod. tit.* cautum reperitur quod adultus per ſe bona ſua adminiſtrare non poſſit, dum minor remanet. Et ſic finita tutela tutor proſequitur adminiſtrando tanquam Curator, tradunt Andreas Gail. *lib.* 2. *obſer.* 96. & Montanus *de tutel. & Cur. cap.* 57. *regul.*1. *num.*8. & in ſimili teſtatur Cancer. *dict.cap.*7.*num.*25. quæ obſervantia inſinuatur *in for.* 23. *eod.tit.* cum pluribus aliis. Si autem tutorem non habuit vel deceſſerit, durante minore ætate, tunc Judex dare Curatorem debet, ut dixi *ſup. ex d.n.*80. qui ad confectionem inventarii, præſtationem juramenti & ſatiſdationis tenetur *ex dict. for.*8. *&* 9. *de teſtam. tutel.* alias nihil agere, vel adminiſtrare poteſt, ut docent Doctores *in l. fin. C. arbitr. tutel.* & in ſpecie notat Marc. Angel. Leo *d.p.*2. *præpar.*9. *n.*33.

Circa prædicta dubitatum aliquando fuit an ſi ſa- 309
tiſdatio, rem pupilli vel minoris ſalvam fore, admiſſa ſit per Judicem limitativè ad certum tempus tantum, (ut fieri ſolet quando bona pupilli ſunt magnæ æſtimationis, & fidejuſſores non ſatis idonei) finito eo tempore remaneat legitima perſona ad agendum vel defendendum, ita ut geſta per illum argui de nullitate non poſſint? Et ratio dubitandi eſt, quia per *d. for.*9. tutor tenetur cautionem præſtare, ita ut adminiſtrationem bonorum pupilli neque exercitium officii tutoris inchoare poſſit: & ſic ceſſante cautione ceſſare debet adminiſtratio, & exercitium dicti officii: Quod de jure 310
probant tex. *in l. ſi tutor. C. in quib. cauſ. in integr. reſtit. non eſt neceſſ. & in l. non dubium, C. de tutor. & Curat. qui ſatisd. non deber. & in §. penult. inſtit. de Atil. tutor.* Et ſic tenuiſſe videntur Cancer *d. c.*7 *n.*39. Cavalcan. *de tutor. nu.*23. Guttierrez *de tutel. p.*1. *c.*12. *n.*15. *&* 30. qui alios adducunt. Adeo ut nullius momenti geſta remaneant, tradunt Vancius *de nullit. tit. ex defect. mandat. nu.*128. *&* 147. Marc. Angel. Leo. *d.p.*2. *præpar.*8. *n.*62. *& præpar.*9. *n.*33. D. Franc. Merlin. *d. c.*73. *n.*18. Greg. Lopez *in l.*99. *tit.*18. *part.*3. *glo.*1. aliis relatis Auguſt. Barboſ. *in collect. dict. l. ſi tutor.* Quorum opinio re integra veriſſima mihi eſt, ita 311
ut ſi debito tempore opponatur defectus cautionis, tutor cogi poſſit ad eam præſtandam, aliàs admittendus non ſit: Sed re non integra contrarium eſt verius, nam licet lex requirat ſatiſdationem, & inventarium, non inde ſequitur quod facta ſolemniter, & bona fide, licet præſtita cautio expiraverit, nulla remaneant, imo ſuſtinenda ſunt, Bonus ad rem tex. *in l. ſi impuberi* 13. *in fin. ff. de Tutor. & Curat.* ibi: *fides inquiſitionis pro vinculo cedet cautionis:* tutores & Curatores dativi in Regno Valentiæ per modum inquiſitionis fermè dantur, ut conſtat ex traditis *ſup. n.*83. Tex. *in l. bonorum,*8. *ff. de Curat. furioſ.* & ita in ſpecie tenuere Jaſon *in l. patre furioſo, colum.*3. *cum duob. ſeqq. ff. de his qui ſunt ſui vel alien. jur.* Speculator *tit. de tutore,* §. *generaliter, num.*4. aliis relatis 312
Guttierrez *d. cap.*12. *num.*36. *&* 37. Quæ corroborantur ex eo, quod Curatores ad lites non tenentur ſatiſdare, neque inventarium conficere, quia ad inſtar Procuratorum reputantur. Docet Bartol. *in l. tutor qui receperium, n.*5. *ff. de adminiſtr. tutor.* quem ſequuntur Cancer. *d. c.*7. *n* 40. Guttierrez *d.c.*1. *num.*55. Peguer. *in prax. rub.*2. *ubi* Ripoll. plures referens *num.*26. *&* 38. Antonin. Amato. *reſol.*33. *n.*28. Marc. Ang. Leo. *d.p.*2. *præpar.* 10. *num.*19. Et ratio eſt, quia Curator ad litem nihil recipit, de cujus indemnitate caveat, vel in inventario notare poſſit: quare neque in Curatore bonis dato, vel tutore neceſſaria eſt cautio, vel inventarii confectio ad lites proſequendas dumtaxat; & licet cautio dari ſoleat 313
per Curatores ad lites datos, in effectu eſt tanquam ſi non eſſet, cum admittatur quiliber ex curialibus, etiam ex eis, qui notorie nihil in bonis habent. Et negari non poteſt, quod tutor, vel Curator ſolemniter datus, ante ſatiſdationem, vel inventarii confectionem verè tutor, & curator eſt, probat text. *in l. ul-*

tim.

tim. §. *fin. C. arbitr. tutel.* docent Bart. *in d. l. tutor qui repertorium, num.* 7. Guid. Pap. *dec.* 330. *num.* 3. Capici. *dec.* 50. *num.* 2. Guttierrez *d. c.* 1. *n.* 37. Berlich, *d. concl.* 16. *num.* 4. *cum seq.* & Marc. Ang. Leo *d. præpar.* 10. *num.* 19. dum probat actorem constituendum per tutorem ante inventarii confectionem, sustinendum esse quamquam administrare tutor non possit. Imo ipse tutor ante cautionem administrare potest, & pupillum defendere; multo ergo magis licet tempus approbatæ cautionis expiaverit, ejus gesta in judiciis sustinenda sunt, ut cum decisione Senatus Cathaloniæ probat Cancer *dict. cap.* 8. *num.* 129. Et sic, me referente, fuit decisum in Regia Audientia, sententia publicata per Vincentium Ferrara militem Regii Mandati scribam, *die* 27. *Octobris* 1656. inter Iosephum Guttierrez & Curatorem hæredum Vincentii Lopis. Neque his obstare videtur tex. *in d. l. si tutor, & in d. l. dubium*, quia illa dispositio procedit de rigore juris, cujus observatio dura nimis esset: & sic de generali consuetudine atque stylo Curiarum, juxta nostrum temperamentum observatur ubique, ut Doctores superius adducti restantur. Ex quo sequitur, dum tutor in legitima defensione non deficiat, sustinenda sunt gesta per eum ex æquitate, quanquam solemnitas satisdationis, & inventarii, secluso dolo, non adsit.

An autem Tutor vel Curator possit constituere Procuratorem nomine pupilli, vel minoris, aut ipsius tanquam tutor, vel Curator, negativè rescripsit Imperator *in l. unic. C. de actor. à Tutor. seu Curat.* Dicens actorem, non procuratorem, constituere posse. Idem habetur *in l. liberto* 31. §. *quamquam ff. de neg. gest. l. decreto* 24. *in prin. ff. de adm. tutor. l.* 6. *ff. quando ex factor. tutor. l. si actor.* 10. *C. de appellat.* §. *ultim. instit. de Curator.* Et ratio est, quia procurator per Dominum tantum constituitur text. *in l.* 1. *ff. de procur. cum simil.* Tutor verò, vel curator Dominus non est; ac per consequens procuratorem constituere non potest. Notat pluribus relatis Berlich. *d. concl.* 16. *num.* 8. Sed de jure Valentiæ specialiter statutum habemus, quod tutor, vel Curator procuratorem constituere possit, probat text. *in for.* 13. *in fin. de procurat.* & hoc jure utimur. Sed dubitari posset, an mortuo tutore, curatorevè, procurator possit lites prosequi, tanquam factus Dominus illarum? Et licet negativa sententia videatur probari per text. *in Clement. fin. de procur.* & sic tenuisse Hieronym. Gabriel. *in com. conclus. tit. de procur. conclus.* 3. *numer.* 2. contrariam veriorem credo; nam re non integra, sed lite jam cœpta per contestationem mandatum concessum per tutorem, vel Curatorem non expirat morte ipsius, ut in specie tenuerunt Fulgos. *cons.* 182. Cephal. *consil.* 382. *vol.* 3. Vincen. de Franch. *dec.* 466. ubi Add. Ricc. *collect.* 312. Donat. Ant. Marin. *resol. quotid. lib.* 1. *c.* 261. *num.* 2. & sic nihil obstat quominus litem prosequi valeat. Neque obstat *d. Clem. fin.* quia exorbitans ejus dispositio, extendi non potest ultra casus in ea expressos, nempe quando Prælatus, Rector, vel Beneficiatus Ecclesiæ constituit Procuratorem ad negotia ipsius Ecclesiæ, vel beneficii ut in ea exprimitur, ibi *pro Ecclesia sua, vel beneficio.* Cum enim sit specialis dispositio, non est extendenda ultra casus expressos. Notat accuratè hanc differentiam Cancer *dict. lib.* 2. *var. cap.* 14. *num.* 43. *& seqq.* Sicque per ipsum decisum refert D. D. Petrus Sanz, tanquam Assessor nostræ ordinis Militaris Montesiæ, interloquutoria *diei* 4. *Julii* 1635. in causa Don Christophori Zanoguera, & Don Bartholomæi Vives, cum Angela Ximeno, & de Llorente, actuario Bovilla. Quæ postea confirmata fuit per Nobilem ac Doctum Avunculum meum Dominum D. Melchiorem Sisternes, hujus Supremi meritissimum Regentem, dum Regiæ Audientiæ Regentiam exercebat, ex speciali Regis nostri rescripto. Quibus addi potest, quod juxta *d. for.* 13. *in fin. de procurat.* concessum est Tutori, Curatorive; arbitrium constituendi procuratorem absque limitatione, vel temperamento; & sic ope hujus potestatis, absque restrictione procuratores constituere possunt ad negotia tutelæ, vel curæ, eodem modo quo ad propria: & sic eo pacto quo procurator ad negotia propria per contestationem remanebit Dominus litis; sic similiter quoad negotia tutelæ, vel curæ, juxta text. *in l. ejus qui in provincia* 41. *ff. de reb. red.* cum plur. aliis adductis per D. Crespi *obser.* 108. *n.* 26. sed hoc intelligendum est respectu illius instantiæ, quia ea finita per sententiam, quamvis procurator possit appellare, vel supplicare, mortuo constituente, ex text. *in l. ab executore*, §. *fin. ff. de appellat. l. invitus, C. eod. titul.* cum vulgat. Non tamen poterit appellationem, sive supplicationem prosequi, nec eam introducere, ut aliis relatis tradit Cancer *dict. cap.* 14. *numer.* 47. *cum seqq.* quibus adde Guil. *lib.* 1. *obser.* 139. *& num.* 11. Ricci. *collect.* 1322. *vers. & si aliquis.* Petr. Rebuff. *ad leg. Gal. tit. de appel. gloss.* 2. *num.* 1. Scaccia, *de appellat. quæst.* 5. *num.* 12. Et sic decisum fuit in Regia Audientia in causa Catherinæ Nay; & de Pedro, cum Gaspare Escorriguela, cujus procurator Ferdinandus Rebollo Notarius supplicavit à sententia lata in una Aula, vivente Domino, & eo mortuo introducere causam supplicationis intentavit, sed admissus non fuit. Notat D. Don Petrus Sanz; sed non diem decisionis.

Dubitari etiam potest, an maritus decerni possit Curator uxoris? & non posse probatur ex *text. in l. virum* 14. *ff. de curat. furio. l. maritus*, 2. *C. qui dar. tut. vel curat.* tradunt Montanus *de tutel. cap.* 35. *num.* 39. Guttierrez *d. lib.* 1. *cap.* 20. *num.* 30. quo *l.* 3. *tit.* 17. *part.* 6. expendit ad rem. Sed hæc regula limitari solet ad casum curatoris ad bona dandi, non autem ad lites, ut ex eisdem juribus inferunt Bartol. *in l. si quis* §. *Julianus, ff. de procur.* Bald. *in l.* 1. *in fin. ff. de excusat. tutor.* Speculat. *titul. de procurat.* §. *ut autem vers. sed numquid.* Guid. Pap. *singul.* 421. Montan. *dict. cap.* 35. *num.* 39. Guttierrez *dict. cap.* 20. *num* 32. Greg. Lopez *in dict. l.* 3. *gloss. fin.* Marius Giurba *dec.* 109. *num.* 10. aliis relatis Peguer. *in prax. Rub.* 1. & ibi Ripoll. *num.* 21. Qui duo explicant limitationem quoad lites parvi momenti; nam si lis gravis esset, quoad eam procedit ratio affectionis conjugalis, per quam colligitur uxorem deteriorem factam per culpam, desidiam, vel omissionem mariti, nihil acturam contra eum. Ob quod in simili specie maritum non posse dari curatorem uxoris certius est, sicque decisum Giurba fatetur, & hanc sententiam ex Doctrina Saliceti *in dict. l. maritus*, & Gregor. Lopez *in dict. l.* 3. *gloss. fin.* amplectitur Guttierrez *dict. num.* 52. Sed ponamus quod de facto maritus datus fuit curator uxoris, & in lite gravi aliqua gessit, dubitari potest, an ea sustineri debeant? Et sustineri debere infertur ex *text. in l. non eo minus C. de procurat. gloss. in l. si tutor* 4. *verb. non possit. C. in quib. caus. iu integ. rest. necess. non sit.* Bald. *in l. penult. ad fin. num.* 10. *verific. quæro utrum sententia, C. si adversus rem judic.* Alexand. *cons.* 3. *colum.* 4. *in fin. num.* 8. *vol.* 2. Sard. *decis.* 107 *num.* 7. *& 18.* Gratian. *discep. forens. cap.* 225. *num.* 18. *& c.* 573. *num.* 29. Et sic decisum fuit in Regia Audientia, sub examine D. Don Balthas. Sanz *die* 29. *Augusti* 1629. in causa vertente inter Ludovicum Alexandrum Armonia Generosum, & Domnam Annam Armunia, quæ litigabat pro fideicommissi successione ingentis quantitatis, & ipsius maritus Don Didacus Villarrasa Curator ei datus, aliquas instantias egerat: & difficultum fuit non potuisse dari Curatorem uxoris ad similem litem, aliumque dandum fore, sed instantias usque ad exclusionem factas sustinendas esse. Quæ quidem decisio absque dubio procedit si negotium ad utilitatem minoris gestum esse resultat: non autem si in illius damnum cesserit, ut expressè habetur *in d. l. non eo minus.*

Nam

Nam tunc minorem juvandam beneficio restitutionis in integrum compertum est, ut in similibus jura clamant, & omnes Doctores concordes fatentur.

318 Hæc enim latius quàm crediderim tradita sunt, quia frequentius de similibus exceptionibus in foro Valentino disceptari solet. Et ut pergamus: quando exceptiones dilatoriæ respiciunt libellum, illico rejiciendæ sunt, ita ut neque ratione obscuritatis, neque causa ineptitudinis vitiari libellus, aut judicium possit: ut expressè cautum est *in d. for. 7. & 10. de cur. & Bajul. for. 4. cum duob. seqq. de clam. non mutand.* Neque ex eo quod diminutus videatur, ut explicat *for. 10. eod. tit.* Ex quibus Practici nostri inferunt in Regno Valentiæ tantum processum haberi pro libello, ut dixi *sup. n. 6.*

319 De quo videndi sunt Petrus Belluga *in Specul. Princ. Rub. 23. §. dicamus.* Morla *in Emporio titul. 9. quæst. 22. num. 5.* D. Leo *decis. 125. num. 34.* Ripoll. *variar. c. 5. n. 84.* Pareja *d. tom. 2. tit. 7. resolut. 2. num. 5.* & D. Crespi, *observat. 32. num. 19. cum seqq.* Quo articulum doctè, & breviter de more explicat: limitando hanc conclusionem ad casum, quo primus libellus capax sit comprehendere ea quæ in discursu causæ probuntur, vel adjiciuntur: quia tunc virtualiter insunt in

330 libello. At vero si contraria fuerint, vel omnino diversa, ab actione prius intentata, & expressa, in ipso libello attendenda non sunt, nisi libellus corrigatur intra triginta dies computandos à die contestationis, ut expressè cavetur *in for. 3. de clam. non mutand.* licèt Iaffer hunc textum explicet, ita ut correctio facienda sit simul cum libello, & additio intra dictos triginta dies. Verum praxi recepta est interpretatio Domini Crespi, & hoc jure utimur, cum temperamento adducto per Salgad. *in labyrint. part. 3. capit. 1. ex numer. 30.* Nempe quod ita probatum & deductum appareat ut

331 adversarius possit se in lite defendere: alias iniquum foret, indefensum, vel non auditum condemnare. Ob quod licet in libello apposita sit clausula *omni & meliori modo*, nunquam condemnatio egredi potest fines actionis expressæ in libello, & sic decisum fuit in Regia Audientia, sententia publicata per Don Franciscum Alreus *die 27. Iunii anni 1625.* in causa vertente inter Josephum Medina, & Peregrinum Catala generosum: Referente Nobile Don Cosma Fenollet.

332 Sed limita eandem conclusionem, quoad partem rejectionis exceptionis ineptitudinis libelli, si libellus injuriosus dicatur; nam tunc non solum opponente parte; verum etiam ex officio Judex potest, & debet eum corrigere, vel in totum lacerare; sic docet D. Crespi. *dict. obs. 49. num. 1.* ut pluries fieri vidi, non admittendo articulum, quod causa cognita expediendum sit, sed summariè, & illicò libellum corrigendo, ita ut

333 praxis sit, quod si post oblatum libellum, vel per Judicem provisum aliquid injuriosum, vel indecens, aut indecorum appareat jussu Judicis, vel Aulæ in margine decretum hoc manu Regii mandati Scribæ apponatur, *Delectum ex deliberatione Regii Consilii*, & omni cum effectu deletur statim. Quod necessarium est, quia in hoc statu res integra jam non est, & de correctione,

334 auctoritate Judicis, facta in actis constare debet. Si verò re integra aliquid injuriosum detegitur, libellus non admittitur quin correctus offeratur: quo pacto circuitus inutiles, jurgia & rixæ, quæ ex similibus oriri solent vitentur, & Advocati in officio contineantur, dum sciunt correctionem inevitabilem esse. Si verò totus libellus, vel major ejus pars, injuriosus, vel calumniosus apparet, tunc omnino laceratur, ex deliberatione Aulæ, vel decreto Judicis; si in Curia inferioris lis agatur, ut tradit Dominus Crespi, *ubi proximè.*

335 Exceptiones vero meritæ causæ quoquo modo respicientes, ad decisionem ejusdem reservandæ sunt, quamvis in vim dilatoriarum opponantur; sub quarum genere anomalæ continentur, de quibus plura, & plures tradit Carleval. *dict. disput. 5. num. 4. & 12. cum seqq.* Qui tenuit, attento jure communi, quod anomalæ in vim dilatoriarum oppositæ, si in continenti liquidari possunt, illicò sunt determinandæ; si vero altiorem indaginem requirant, reservandæ sunt. Jura 335
Regni Valentiæ has omnes reservant ad causam, tunc quia forma procedendi præscripta *in dict. for. 4. de clam. non mutand.* Solum permittit quod *petitio data sit, & responsio facta eidem, & exceptiones recipiantur, & non fiant aliqua positiones, nec articuli, nec quilibet alius processus, & quod quilibet possit dare testes super petitione sua, & super exceptione sua.* Attende, quæso, ad singula verba, quæ derogata non sunt; licet vitio litigantium non ita observata, ut expediret. Verùm iste abu- 337
sus attendendus non est ex doctè traditis per Larream *decis. 100. num. 6.* cum aliis adductis *supra n. 127.* Imo Judices toto animo tenentur deviare similia à Judiciis, nam quantum hujus legis observantia conducat ad utilitatem subditorum, & bonum totius Regni, jura clamant text. *in l. quidam existimaverunt 21. ff. de reb. credit. c. finem litibus de dolo & contum. l. properandum 13. C. de Judic. for. 3. de clam. non mutand.* cum aliis traditis per Dominum Crespi *dict. obs. 108. num. 2. cum seqq.* Solorzan. *emblem. 68. per tot. præcipuè ex num. 25. & de jur. indiar part. 1. lib. 3. cap. 3. ex num. 7. & part. 2. lib. 2. cap. 29. ex num. 82.* apud quem plura & plures. Tunc 338
etiam, quia fori nostri satis excludunt disceptationem specialem, harum exceptionum, dum non permittunt probationes earum fieri, nisi in discursu causæ *ut ea for. 7. de probat.* Dixi; & sic effective eas reservant, dum earum probationes non antea permittunt, quam de meritis totius causæ tractetur.

Sub qua generalitate reservandi exceptiones, non 339
comprehenduntur illæ quæ perjudiciales nuncupantur: quales sunt quæ non respiciunt merita, sed ordinatoria Judicii, & modum substantiandi processum; de quibus differit Carlevalius *dict. disput. 5. num. 18.* istæ enim nunquam, vel raro reservandæ sunt, sed vel tacitè rejiciendæ, per transitum ad ulteriora, si frivolæ sint, etsi alicujus momenti interloquutione declarandæ, juxta *for. 9. de Iudic.* ibi: *è les quaestions incidents ço es aquelles que apres que el pleit sera començat es devendran, per sentencia interloquutoria deffinir.* de quo ultra Carleval. vide Oliban. *de act. part. 2. lib. 1. cap. 43. num. 35.* Asin. *in prax. §. 18. cap. 2.* Xamar. *de off. Iud. & Advocat. part. 1. quæst. 15. num. 112. cum seq.* Ramon. *consil. 71. per tot.* Cultel. *decis. 4. num. 31.* Menoch. *consil. 367. num. 2. lib. 4.* Licet nonnunquam reservari possint, ex eo quod perjudiciales dicuntur; quando Reus admittitur ad probandum antequam actor 340
per text. *in l. Præses 8. C. ad leg. Flab. de plagiar.* Ramon. *cons. 73. num. 81.* Sed omnis probatio reservata per forum est: ergo ipsæ, quæ probatione egent reservatæ à foro sunt. Sed quia Doctores per Carleval. laudati omnia accuratè tradunt, ibi Lectorem remittimus. Solum repetenda venit celebris dispositio *dict. for. 61. Cur. ann. 1547.* per quam amplissimum arbitrium concessum est Judicibus, terminandi plures articulos unica interloquutione, & reservandi ad merita causæ, cujus ope sæpius hujus forensis Hydræ cuncta capita, uno ictu amputare vidi, & amputavi, dum in ea Regia Audientia sedem implebam, sed Judex solus hæc facere nequit, nisi actor instantias dirigat ad hunc finem, vel libello oblato, in quo sic fieri postulet; vel in assignatione comparendo coram Judice, quod antiquitus in usu frequentissimo erat, ut præsentibus, & auditis, partibus altercata solemniter decideretur. 341

Pro coronide hujus §. 1. mentio fieri debet specialis exceptionis dilatoriæ, à nostris foris inductæ, quæ ad hoc genus perjudicialium referri debet, & frequenter opponi solet; nempe quando personæ conjunctæ, parentes scilicet cum liberis, fratres, vel conjuges inter

teſe litem ſuſcitare contingit ; nam audientiam eis denegandam, & litem terminandam per arbitros , & compromiſſum cavetur, *in cor. 3. & 4. de in jus vocan.* De quorum jurium interpretatione agit D. Leo *deciſ* 114. *per tot.* 342 ocens quod poſt concluſionem cauſæ non debet admiti. Ouibus ego addo quod neque conteſtationem: & ratio eſt quia per conteſtationem radicatur juriſdictio, etiam judicis incompetentis irrevocabiliter , ut ex dictis paret , & pluribus adductis in terminis tenuit Scaccia *lib. 2. de judic. c. 3. ex num.* 34. Et ſic jam amplius non poteſt declinari , vel impediri , in quo neminem dubitantem inveni ; & cum mere dilatoria ſit , quia inſtantiam non perimit , ſed judicii formam mutare intendit, eo ipſo quo conteſtatio fit , ei renuntiatum eſt , ut dixi *ſup. n.* 181. & tradit expreſsè Marinis *quotid. lib. 1. reſol.* 343 66. *num.* 5. Et adhuc oppoſita ante conteſtationem experientia , demonſtrat quod raro , vel nunquam ſit animo compromittendi , præſertim ſi agitur de re gravi. Nam Rei ſemper quærunt diffugia ne finis litis videatur ; & cum ex compromiſſo debito modo acto brevitas expeditionis reſultet , hinc evenit quod opponant potius animo protelandi , vel (quod pejus eſt) introducendi novas difficultates , ita ut compromiſſo terminato , pejor lis ſuſcitetur. Et quamquam meo judicio , hæc ratio ſufficiat ad repellendas has inſtantias, quam probant Ruginel. *in pract. c. 34. n. 29.* & plures cum Galeota *lib. 1. contr. 114. num.* 12. Eam conciſe , ſed efficaciter explicat Ioſeph Roſa *conſult.* 58. *n.* 2. ibi *ex compromiſſis lites non finem accipiunt , ſed initium.* Quia poſtulans intendit, non quod controverſia finiatur , ſed novis vinculis inexplicabilis fiat. Et licet Dñs Leo *d. deciſ.* 114. *num.* 12. 345 hanc rationem attingit, non tamen ſequitur. Sed damna, quotidiana experientia demonſtrat , vel quia ipſi qui obtinent renuntiant tacite , vel expreſsè ; aut quia à ſententia arbitrorum per varia remedia recedunt , quo uſque lis poſterior , pejor priori fiat. Sic vidi in actu practico *anno* 1646. in compromiſſo inito inter duos Magiſtratus ex præeminentioribus Regni , qui poſt quam 346 acriter litigaverant, inito compromiſſo , litem acriorem ſuſcitarunt , eo per laudum , ſeu ſententiam terminato. Ex his licet tempore Dñi Leo , partes compellerentur ad compromittendum juxta foros , attenta inutilitate, meo in tempore ut plurimum tanquam frivola hæc exceptio deſpiciebatur. Quod & deſidia poſtulantium ſatis indicabat.

---

§. II.

De dilatione probatoria per teſtes in materia principali, ad explicationem for. 35. de teſtib. *cum aliis juribus.*

PETRUS II. REX.
anno 1376. Valentiæ.

TEXTUS.

ITem ſil actor , e el convengut ſobre alcunes rahons qualſevol volra produir teſtimonis : tots aquells haja de produir è fer depoſar ab acabament , dins quaranta dies continuament comptadors , del dia avant que les dites rahons haura propoſat. Aixi que en continent poſades les rahons en aquell mateix inſtant ſia manat a la part, ſi ſera preſent, y en ſa abſencia ab Saig , o ab lletra, que ſia preſent per venre jurar teſtimonis , e apres continuament ſien produits dins lo dit terme : loqual terme paſſat alcun teſtimoni no ſia rebut , ſobre les altres rahons tocants lo feyt principal. Empero ſi dilacio ſera demanada aparts lunyedanes ſia ſervada la ſolemnitat del fur , per lo Senyor Rey Namfos , ſobre aço ordenat. Plau al Senyor Rey , ay tant com toca fet Civil.

SUMMARIUM.

1 *Juramentum calumniæ eſt primus actus , poſt litem conteſtatam in judicio.*
2 *Juramentum calumniæ in uſu fuit tempore conſultorum.*
3 *Juramentum calumniæ uſus in pluribus partibus excluſus.*
4 *Juramentum calumniæ ex foro deferri debet in quacumque judicii parte.*
5 *Juramentum calumniæ præſtant abſentes medio procuratore inſtructo.*
6 *Proceſſus redditur nullus , ſi juramentum calumniæ denegatum fuerit.*
7 *Nullitas hæc à foro inducta , quomodo intelligenda ſit.*
8 *Juramentum calumniæ poſtulatum coram actuario , ſed non coram Iudice, non reddit proceſſum nullum.*
9 *Deciſio Regiæ Audientiæ.*
Juramentum Calumniæ licet poſtulatum , cenſetur remiſſum, ſi partes ad ulteriora procedant , abſque proteſtatione.
10 *Deciſio Regiæ Audientiæ.*
11 *Pœna nolentis præſtare juramentum calumniæ.*
12 *Declaratoria Iudicis requiritur , ut cadat à cauſa nolens præſtare juramentum calumniæ.*
13 *Deciſio Regiæ Audientiæ.*
Raro jam juramentum calumniæ generale poſtulatur , & quare , ibid.
14 *Forma præſtandi hoc juramentum remiſſivè.*
15 *Dilatio probatoria quomodo poſtuletur , & concedatur in Regno Valentiæ.*
16 *Libellus poſitionum & articulorum , quo pacto concipi, & diſtribui debet.*
17 *Clauſula ordinaria libellorum remiſſivè.*
18 *Concluſio libelli articulati qua cominere debet.*
Decretum per Iudicem apponi ſolitum in calce, ibid.
19 *Reſponſiones Adverſarii in quacumque parte litis concedi poſſunt, ſi Iudici æquum viſum ſit.*
20 For. 4. de juram. Calumn. *expenditur.*
For. fin. de judiciis *expenditur ibi , & n.* 274.
21 *Reſponſionum materiam, qui Doctores tractent.*
22 *Reſponſionum materiam ſecundum praxim Valentiæ explicat* D. D. Franc. Hier. Leo *accuratè.*
23 *Reſponſiones exigi poſſunt poſt concluſionem cauſæ , & poſita ſententia penes ſcribam ad publicationem.*
24 *Sed non ex eo publicatio procraſtinanda erit.*
25 *Index ex juſta Cauſa poteſt , & debet denegare reſponſiones.*
26 *Poſitiones ſuperfluæ, & impertinentes rejici debent.*
27 *Capitula impertinentia juxta foros non poſſunt rejici , ſed de eis habenda eſt ratio in definitiva.*
28 *Praxis compellendi , recuſantem reſpondere remiſſive.*
29 *Praxis compellendi , obtinere reſponſiones , hunc qui poſtulat.*
30 *Dilatio ſuſpenditur donec ſit reſponſum.*
31 *Reſponſiones an fieri poſſint per Procuratorem.*
32 *Juramentum de non revelando præſtitum per Procuratorem , quem comprehendat.*
33 *Obſervantia Regiæ Audientiæ.*
34 *Reſponſionum effectus rarus, & quare.*
35 *Confeſſio plerumque non ſufficit.*
36 *Sententia in cauſa majoratus ex confeſſione poſſeſſoris, non afficit ſucceſſores.*
37 *Pulchra ſpecies in materia reſponſionum proponitur.*
38 *Dubium ſuſcitatum in Regia Audientia , an dignitas Archiepiſcopalis excuſet à reſpondendo.*

39 *Omnis*

39 *Omnis qui litigat, tenetur respondere ad positiones Adversarii.*
40 *Qui non respondit directè, compellendus est directè respondere.*
41 *Observantia Regia Audientia.*
42 *Archiepiscopus litigans, non est compellendus respondere.*
43 *Flamen Dialis, & Sacerdos vestalis non cogebantur jurare.*
Jus honorarium Prætoris quid esset, ibid.
Edictum Perpetuum omne jus civile fermè complectebatur, ibid.
44 *Verba edicti perpetui ad rem expenduntur.*
45 *Elementa juris, à Romanis dimanarunt.*
46 *B. Petrus Apostolorum Princeps, dignitates Ecclesiasticas, earumque gradus in Ecclesia constituit, adinstar dignitatum Sacerdotalium Ethnicorum.*
47 *Archiepiscopi dignitas adinstar Archiflaminis erecta fuit.*
48 *B. Petrus ad abolendam idolorum memoriam ordinavit, in locis ubi Homines sacra impiè faciebant, quod eisdem nominibus, sed diverso sacerdotio sacra fierent in Ecclesia.*
49 *Magistratus Catholici, veros Dei Antistites, non minus venerari debent, quam Ethnici suos vanos Sacerdotes.*
50 *Constitutiones Imperatorum idem comprobantes.*
51 *Archiepiscopi, & Episcopi nequeunt compelli ad jurandum, inconsulto Romano Pontifice.*
52 *Districtio personæ, arguit superioritatem, quia jus non dicitur nisi in inferiorem.*
Cogere idem est, ac jubere, sive imperare, ibid.
53 *Archiepiscopus solum recognoscit superioritatem Patriarchæ & Pontifici, non Magistratibus laicis.*
54 *Dignitatis Archiepiscopalis sublimitas remissivè.*
55 *Clerici fraudulenter ordines sacros suscipientis, post delictum, persona districtio pertinet ad Prælatum.*
56 *Clericum reconventum coram laico, & ab eo condemnatum, tam quoad bona quàm quoad personam, non cogit laicus, sed Ecclesiasticus.*
57 *Regia Audientia cognoscere potest de mero facto possessionis rei Ecclesiasticæ.*
58 *Concessa jurisdictione, censentur concessa omnia necessaria ad usum illius.*
59 *Indirectè tangentia personam Archiepiscopi, permissa videntur quatenus conducunt ad factum, de quo agitur.*
60 *Districtio personæ Archiepiscopi nihil commune habere potest, cum facto possessionis, de quo agebatur.*
61 *Persona Archiepiscopi, neque alterius Ecclesiastici non subest jurisdictioni seculari.*
62 *Tex.* in l. est receptum, ff. de jurisd. om. jud. *expenditur.*
63 *Archiepiscopus litigando agnovit Jurisdictionem Regiæ Audientiæ, sed non ex eo personam subjecit.*
64 *Regia Audientia incapax est ad cognoscendum de persona Archiepiscopi.*
Prorogatio dari nequit, data incapacitate ibid.
65 *Fori declinatoria ob incapacitatem, procedit post comparitionem, & sententiam, & decretum de exequendo.*
66 *Tex.* in l. nec honore C. de Episcop. & Cler. *expenditur.*
67 *Episcopus cogi non potest ad testimonium ferendum.*
68 *Cogere, Episcopum flagitium sonat, ex mente Imperatoris.*
69 *Episcopus nec volens, decenter admittitur ad testimonium ferendum.*
70 *Episcopum cogere ad respondendum, multo minus licet, quam dicere testimonium.*
71 *Praxis recipiendi testimonium ab Episcopo nihil inducit ad responsiones exigendas.*
72 *Archiepiscopus jam pariter respondendo, modo assueta & ejus dicto standum erat ob culmen dignitatis.*
73 *Textus* in l. 1. C. Theodos. de Episcop. Jud. *expenditur.*
74 *Oblivio facile præsumi debet de facto antiquo.*
75 *Nemo cogi potest ad respondendum si interrogetur de facto alieno.*
76 *Responsiones* regulatè *dum exigi mandatus ad proprium factum subintelligi debet.*
77 *Oblivio per lapsum decennii inducitur*
78 *Oblivio facilius inducitur in personis pluribus Curis & negotiis implicata.*
79 *Præsertim si senectute gravata reperiatur.*
Decisio Regia Audientia, ibi.
80 *Universitate litem prosequente, responsiones exigendæ sunt ab ejus Rectoribus, vel Syndico.*
81 *Syndico responsuro nomine Universitatis neque conceditur dilatio ad instructionem, neque ad hoc requiritur speciale mandatum.*
82 *Procurator ex quacumque mandato quamvis generale non potest facere quod Dominus incurrat pœnam.*
83 *Sed si ter monitus non respondit Domino perjudicat, ac si ipse contumax fuisset.*
84 *Dominus mittit procuratorem, ut ad sui utilitatem litem prosequatur, & ea quæ non facit Procurator, censentur non facta per Dominum, & ita ipse contumax efficitur.*
85 *Procurator Domino perjudicat in his quæ respondit.*
Procurator propriis etiam expensis, tenetur certiorem facere Dominum, ut veniat ad respondendum, ibid.
Decisio Regia Audientia, ibid.
86 *Leges latæ in contumaces odiosæ dici non possunt.*
87 *Confessus & convictus ob contumaciam admittendus est, ad contraria probandum.*
88 *Decisio Regiæ Audientiæ.*
89 *Confessio hæc ficta non egreditur contenta in positionibus.*
90 *Dilatio probatoria in materia principali, currit à die notitiæ judicialis factarum responsionum.*
91 *Cùm responsiones postulantur; sed si non postulentur, à die oblati libelli articulorum, & obtenti decreti de recipiendis testibus.*
92 *Dilatio probatoria foralis, est quadraginta dierum.*
93 *Nomenclatura testium producendorum, cum termino ponendi interrogatoria quomodo concedatur.*
94 *Interrogatoria quæ dicantur.*
95 *Reo currit dilatio, à quarta die post traditam, vel concessam copiam libelli articulati actoris.*
96 *Apparatus sive verus, sive fictus, non requiritur à foro, ut currat dilatio in materia principali.*
97 *Expendunter verb.* for. 35. & 36. de testib. *pro hac sententia.*
98 *Ad cursum materiæ objectivæ sive dilationis ad probandas objectiones testium, requiritur forus apparatum.*
99 *Diversitas rationis, quæ militat in hoc vel illo casu, nempe dilationem ad materiam principalem, vel objectivam.*
100 *Concessio copiæ sequitur decretum de injungendo.*
101 *Reus tenetur sumere copiam libelli inscripti, in ipso die, quo ei injungitur ex foro.*
102 *Probatio objectionum contra dicta, vel personas testium requirit examen attestationum, ad quod necessaria est publicatio, & decretum Judicis concedendis copiam.*
103 *Apparatus verus vel fictus, quid dicatur in foro Valentino.*
104 *Praxis quoad apparatum incerta, & varia ab antiquissimo tempore.*
105 *Doctores Valentini variè pariter scripsere de apparatu.*

106 *Apparatus ad dilationem in materia principali, aliquando potuit esse necessarius ad causam minoris summæ.*

107 *Semel tradita copia libelli, non est amplius danda.*

108 *Ratio eadem est in traditione quam in concessione copiæ, ad hoc ut notitia judicialis contentorum in libello habeatur.*

109 *Dilatio foralis absque Judicis, vel partis facto currere debet ut fori.*

110 *Observationes Regiæ Audientiæ ab antiquissimo tempore traduntur, cum seqq.*

111 *Si post traditam copiam francam primi libelli in causa majoris summæ, articuli per modum additionis proponantur, copia franca eorum dari debet sed non ad quintam, cum decisione.*

113 *Idem observandum si primus libellus oratione soluta conscriptus est, nam libelli articulati, in causa majoris summæ copia franca debet dari, sed non ad quintam, & n. seqq.*

116 *Apparatus usus pene recessit ab Aula, nisi in casibus specificè inductis à foro.*

117 *Casus in quibus apparatus requiritur specificè à foro vel stylo.*

118 *Concessio copiæ, cum apparatu in aliis casibus pendet ex arbitrio judicantis.*

119 *Usus pernicios exterminandus est à judiciis.*

120 *Usus expediendi mandatum executivum ad concedendam possessionem rerum majoratui, vel fideicommisso perpetuo subjectarum ex remedio* l. fin. C. de edict. div. Adrian. toll. *&* for. 41. de testam. *licet ab antiquo tempore invaluisset jam recessit ab Aula.*

121 *Verba cujusdam Regiæ sententiæ prædictum usum comprobantia traduntur.*

122 *Usus evocandi iterum ad Regiam Audientiam causas devolutas ad Ordinarios, ob cessationem exercitii jurisdictionis, exclusus.*

123 *Usus concedendi ad nutum exponentis suspensionem cujusvis dilationis apud nostros practicos salvetur, exterminatus à judiciis Regiæ Audientiæ fermè.*

124 *Idem in decretis de nihilo innovando ut nisi causa cognita concedantur.*

125 *Causæ minoris summæ plerumque à Tyronibus, & imperitis patrocinantur, in Curiis inferiorum, ob quod non sunt attendendæ.*

126 *Dilatio debet concedi unica interloquutione utrique parti, ut fit in pluribus provinciis, sed hoc requirit novam dispositionem.*

127 *Dilatio quadragista dierum, qua est foralis, brevior ceteris omnibus.*

128 *Dilatio probatoria de jure communi est trium mensium.*

129 *Dilatio in Regno Aragoniæ est nonaginta dierum, si agitur de immobilibus; si de quantitate, sexaginta dierum.*

130 *Dilatio in Principatu Cathaloniæ, est nonaginta dierum.*

131 *Dilatio hæc in Regno Castellæ est octoginta dierum.*

132 *Dilatio in Regno Neapolis est nonaginta dierum, computatis temporibus primi & secundi beneficii.*

133 *Dilatio apud Germanos est quadraginta quinque dierum.*

134 *Dilatio in Regno Galliæ est trium vel sex mensium.*

135 *Dilatio in Regno Lusitaniæ est Judici arbitraria.*

136 *Dilatio in Regno Sardiniæ ter, quaterque conceditur, & licet triginta quinque dies in omnibus assignati sint, dum petuntur, & concedantur multos plures consumere est necesse.*

137 *Dilatio foralis ex nulla causa prorogari potest.*

138 *Dilatio foralis præcisa, & peremptoria est.*

139 *Feriæ Natalis Domini, & Paschæ non sunt computandæ in dilatione ex foro.*

140 *Feriæ repentinè indictæ non computantur in dilatione forali.*

141 *Feriæ quæ absorbent majorem partem dilationis, non sunt computandæ in ea.*

142 *Observantia Regiæ Audientiæ in arctandis dilationibus.*

143 *Testes non solum jurare intra dilationem foralem debent, sed omni cum effectu deponere.*

144 *Feri* 34. & 35. de testib. *expendantur pro hac sententia.*

145 *Reus favorabilior est in defensionibus quam actor in agendo.*

146 *Dilatio data à lege, ad probandum, & probatum habendum est semper.*

147 *Æquitas quam observat Regia Audientia, ut acerbitas foralis dispositionis, quoad hæc leniatur.*

148 *Terminus, seu dilatio data ad probandum & probatum habendum habet vim conclusionis causæ.*

149 *Vera fororum intelligentia traditur in hoc articulo.*

150 *Decisio Regiæ Audientiæ.*

151 *Quod declara si per Reum non steterit quo minus testimonia in scriptis reddantur.*

152 *Publicatis testibus jam non est locus redigendi in scriptis dicta testium.*

153 *Publicatio testium facienda per Judicem est, statim atque percepit lapsam fuisse dilationem.*

154 *Dilationem foralem Judex nequit ampliare, neque novam concedere.*

155 *Nisi causa magna instante, & adhibita plena cognitione.*

156 *Dilatione currente, si aliqui ex testibus impediantur, quod eos suspensio lapsus dilationis conceditur usque ad publicationem.*

157 *Decisio Regiæ Audientiæ.*

158 *Dilationis concessio contra foralem dispositionem non valet.*

159 *Causa legitima ad concedendam novam dilationem requisitæ.*

160 *Quæ regula procedit, quoad dilationem in materia principali, secus quoad replicationem, duplicationem, & cætera.*

161 *Dilatio concedenda ad replicationem vel duplicationem juxta forum est triginta dierum.*

162 *Excipe etiam materiam objectivam testium, & impugnativam instrumentorum.*

163 *Duæ dilationes tendentes ad diversos fines eodem tempore concedi, & currere possunt.*

164 *Decisio Regiæ Audientiæ.*

165 *Instrumenta comprobantia actionem debent edi in dilatione probatoria.*

166 *Instrumentorum editio retardata nociva esse solet actoribus.*

167 *Minor viginti annorum beneficio restitutionis in integrum admittitur ad probandum lapsa dilatione forali.*

168 *Minor ut restituatur ad probandum aliquali modo debet ostendere læsionem.*

169 *Universitates legitimè constitutæ gaudent hoc beneficio.*

170 *Universitates legitimè constitutæ, quæ dicantur.*

171 *Collegium ex se reprobatum est, nisi specialem approbationem ostenderit.*

Plures concurrentes cum aquali interesse ad eandem rem, non constituunt legitimam Universitatem, ut sunt plures rigantes ex aqua ejusdem fontis vel rivi, ibid.

172 *Communitates rigantium nullam habent connexitatem cum Universitatibus oppidorum.*

Nec Societatem formant ibid.

173 *Communitates rigantium, ex se non gaudent beneficio Minorum.*

174 *Rigantes tractant negotia Communitatis tanquam propria.*
175 *Nisi in eis reperiantur Minores, Vidua & miserabiles personæ.*
176 *Quia ex persona eorum Communitas gaudet privilegiis, ipsis conceſſis.*
177 *Conceſſa reſtitutione ad probandum an extendatur ad dilationem tranſmarinam remiſſivè.*
178 *Major etiam poteſt reſtitui ad probandum concurrentibus requiſitis edicti Majorum.*
179 For.69.Cur.Reg.1564.*a Domino Leo adducto expenditur.*
180 *Cauſa ob quam reſtitutio à majori imploratur omnino probanda eſt.*
181 *Solemniter finita lite, ſed ea durante, ſummarie ne lites immortales fiant.*
182 *Ignorantia ob quam concedenda venit reſtitutio majori, debet eſſe juſta, probabilis, & excuſationem non admittens.*
183 *Deciſio Regiæ Audientiæ.*
184 *Dilatio ad partes longinquas, vel tranſmarinas, quæ ſit, & quando concedenda.*
185 *Dilationes ad partes longinquas, vel tranſmarinas non concedantur, niſi præſtitis ſolemnitatibus* for. 32. & 33. de teſtib. 185.
186 *Doctores tractantes de hac materia dilationum.*
187 *Dilatio tranſmarina an computanda cum ordinaria forali.*
188 *Dilationes tranſmarinæ intra quot dies poſtulanda ſint, quando dilatio ordinaria arctatur.*
189 *Dilatio tranſmarina novem menſium eſt de jure, quod in foro Valentiæ obſervatur.*
190 *Dilatio tranſmarina ad vaſtas Provincias Indiarum duorum annorum eſt.*
191 *Obſervantia Supremi Senatus novi Orbis, quod concedendum dilationem tranſmarinam ad eas partes.*
192 *Obſervantia Regiæ Audientiæ Principatus Cathaloniæ, quo ad hanc dilationem ad partes Indiarum.*
193 *Obſervantia Supremi Senatus Novi Orbis ubique ſequi debet.*
194 *Remiſſoria poſtulata extra Regnum ad producendum teſtes, intra dilationem foralem an obſervandæ ſint ſolemnitates* d. for. 32. de teſtib.
195 *Dominus Leo tenuit non eſſe obſervandas, ſi non poſtuletur major dilatio quam foralis.*
196 *Ceſſante cauſa ceſſat effectus.*
197 *Deciſionem Regiæ Audientiæ adducit Dominus Leo pro ſua opinione.*
198 *Dilatione poſtulata ad producendos teſtes extra Regnum etiam ſi amplior quam foralis non poſtuletur, obſervandæ ſunt ſolemnitates.*
199 *Citatio ad videndum jurare teſtes neceſſaria eſt, tam de jure, quam de foro Valentiæ.*
200 *Pericula quibus exponitur is, contra quem teſtes producuntur, ſi non fiat cum ejus injunctione.*
201 *Fori Valentiæ partem pœnæ impoſitæ poſtulanti dilationem ad partes longinquas, ſi non probaverit, applicant parti ad compenſationem expenſarum factarum, mittendo, qui ejus nomine intervenient in productione.*
In aliis Provinciis impenſæ iſtæ juſſu Judicis in depoſito remanent, ibid.
202 *Solemnitates hoc in caſu neceſſariæ ſunt, & quare.*
203 *Deciſiones Regiæ Audientiæ pro hac ſententia.*
204 *Deciſio adducta per Dominum Leo non eſt ad rem, quia pars acquieverit.*
205 *Dilatione tranſmarina conceſſa, an alia, ex cauſa, concedi poſſit.*
206 *Si culpa petentis lapſa ſit prima, non eſt concedenda ſecunda.*
207 *Si impedimentum non procedat culpa poſtulantis, concedi ſecunda debet, & quare.*
208 *Impedimentum ob quod ſecunda dilatio petitur, probari debet per poſtulantem.*
209 *Probatio hæc fieri debet per litteras teſtimoniales Judicis earum partium ad quas dilatio poſtulatur.*
210 *Fori noſtri excludunt alium modum probandi.*
211 *Dubitari ſolet an aſſignatio dilationis probatoriæ, ſit de ſubſtantia judicii ita ut per ejus omiſſionem reddatur nullum.*
212 *Aliqua ex parte petente dilationem, ſi denegetur, judicium nullum erit.*
213 *Si non petatur, nullum non effici aliqui tenuerunt.*
214 *Quando judicium abſque probationibus ſuſtineri poſſit.*
215 *Si factum deducitur in lite ſolum ferri ſententia poteſt abſolutoria ab obſervatione Judicii.*
216 *Text.* in l. à procedente, 4. C. de dilat. *explicatur.*
217 *Dilationis aſſignatio juxta foros neceſſaria eſt.*
218 *Forus concedi ipſo jure dilationem abſque facto Judicis, vel partis.*
219 *Judex aſſignat dilationem, ut appareat à quo die incipit.*
220 *Notificatio conceſſionis neceſſaria eſt, ut dilatio currere incipiat.*
221 *Contrarium tenuit Don Acaſius Ripoll. ſed perperam.*
222 *Dilationes adinventæ ſunt, ut lites brevius expediantur.*
223 *Arbitrium conceſſum Judici arctandi dilationes, exerceri non poſſet ſi ipſe non aſſignaret.*
Judici per forum non eſt data facultas ampliandi dilationem quadraginta dierum. ibid.
224 *Raro, aut nunquam diſcutitur articulus juris, abſque diſcutione facti.*
225 *Confeſſio Judicialis admittit contra ſe probationem erroris.*
226 *A denegatione dilationis probatoriæ admittitur appellatio.*
227 *Probationes factæ abſque conceſſione dilationis ſuſtinentur.*
228 *Præſertim juxta forum, qui abſque partis, vel Judicis facto, dilationem concedit.*
229 *Difficillimum eſt in praxi quod abſque Judicis decreto, teſtes recipiantur legitimè.*
230 *Dilatione completa recipi poſſunt teſtes in concomitantiam inſtrumentorum.*
231 *Inſtrumenta de jure produci poſſunt uſque ad concluſionẽ.*
232 *Juxta foros Valentiæ uſque ad ipſam publicationem ſententiæ.*
233 *Licet ſi producantur poſtquam ſententia eſt penes ſcribam, publicatio ſuſpendi nequeat.*
234 *Teſtes in concomitantiam didiſcitis teſtificatis tenent.*
235 *Concomitantia inſtrumentorum dici ſolet id quod reſpicit ſolemnitates.*
236 *Et id quod concernit factum contentum in inſtrumento.*
237 *Deciſio Regiæ Audientiæ.*
238 *Probatio per evidentiam rei non excluditur etiam poſt concluſionem, & ſententiam.*
239 *Teſte in concernentibus factum oculari inſpectionis, recipi poſſunt poſt publicationem, & concluſionem.*
240 *Peritorum relationes non excludantur per publicationẽ.*
241 *Deciſiones Regiæ Audientiæ, & ſacri ſupremi Aragonum Conſilii.*
242 *Interrogatorium praxis in Regia Audientia declaratur.*
243 *Interrogatoria à jure cognita ſunt, eodem ferme modo, ac apud nos.*
244 *Teſtes prius examinantur de ſtylo per interrogatoria Adverſarii, quàm per articulos producentis.*
245 *Omiſſio interrogatoriorum non vitiat examen teſtium.*
246 *Si omiſſio procedat facto, & culpa ejus cujus intereſt, quia ſero obtulit interrogatoria, ſibi imputet.*
247 *Sed ſuis expenſis iterum examinari debent, etiam didiſcitis teſtificatis.*
248 *Si omiſſio procedat ab examinante iterum examinandi ſunt.*
249 *Deciſio Regiæ Audientiæ.*
250 *Juramenti defectus vitiat examen teſtium.*

251 *Exa*

251 *Examen teſtium refertur ad diem juramenti.*
252 *Appoſito die in examine teſtis, eo die juraſſe conſequitur ex inveterato Curiarum ſtylo.*
253 *Teſtes præſente parte jurant, ſed audiuntur ſecretè.*
254 *Dicta teſtium non rediguntur in ſcriptis quin juramentum præcedat.*
255 *Juramentum teſtis, ut præſumatur, plura deſiderantur*
256 *Scrupuloſa juris ſtricti obſervatio, non eſt admittenda ubi attenta veritate facti procedendum eſt.*
257 *Praxis Regiæ Audientiæ, tam in civilibus quam in criminalibus.*
258 *Deciſio ejuſdem Regiæ Audientiæ, defuncto actuario, in civili cauſa.*
259 *Contraria obſervantia in criminalibus favore Reorum.*
260 *Teſtes obſcurè deponentes Judex etiam didiſcitis teſtificatis iterum examinare poteſt, & debet.*
261 *Teſtes malè examinati, culpa, vel dolo examinantis repeti debent.*
362 *Sed culpa, vel dolus probari debet in hoc caſu.*
263 *Deciſio Domini Don Ioannis Hieronymi Blaſco.*
264 *Differentia inter dolum, & Culpam examinantis.*
265 *De iſto Regia Audientia.*
266 *Si defectus procedat ex parte producentis, non eſt iterum examinandus.*
267 *Teſtes ſummariè examinatos aliqui tenuerunt plenam probationem facere.*
268 *Contrarium de foro procedit, quia expreſsè prohibitum eſt.*
269 *Teſtes ſubſcribere debent depoſitiones.*
270 *Teſtes ſcribere neſcientes, ſignum crucis loco ſubſcriptionis manu propria apponere debent.*
272 *Teſtes interrogari debent de circumſtantiis facti.*
272 *Teſtibus injungenda eſt obligatio non revelandi quæ dixerunt, quo uſque publicata atteſtationes fuerint.*
273 *Teſtes deponentes extra ea quæ in capitulis continentur non probant.*
274 *Teſtis reſpondens ad ea, de quibus poteſt à judice interrogari, probat etiam ſi contenta in capitulis egrediatur.*
275 *Teſtes jurare coram Iudice, & ab eo examinari debent.*
276 *Sed concluſio procedit in cauſis arduis, & quæ iſta dicantur.*
277 *Forus prabens formam concedendi commiſſionem ad examinandos teſtes, concedit arbitrium judicibus.*
Idem de jure procedit, ibid.
278 *Examen factum per actuarium cauſæ, idem eſt ac ſi fieret per Iudicem.*
279 *Praxis Regia Audientia.*
280 *In arduis parte poſtulante teſtes examinantur per Iudices.*
281 *Teſti compulſo venire ad locum Judicii ſolvendum eſt viaticum.*
282 *Deciſio Regiæ Audientiæ.*
283 *Exempla hujus obſervantiæ.*
284 *Publicatio teſtium quomodo fieri debet.*
285 For. 39. de teſtib. *explicatur.*
286 *In principatu Cataloniæ publicatio non fit, ſed ex lapſu dilationis facta remanet.*
287. *Publicatio in Regno Valentiæ fieri debet ad inſtantiam partis, abſque alia ſolemnitate.*

1 LIte conteſtata, ſive per reſponſionem directam Rei conventi, ſive per lapſum termini foralis, & Judicis declarationem, modo tradito *in §. præcedenti:* primus actus faciendus, ſecundum communem, & antiquiorem praxim judiciorum, à Sanctionibus juris derivatam, eſſe ſolebat juramentum calumniæ: quod tempore conſulrorum jam in uſu fuiſſe, convincitur, ut docet Palaus *in l. inter coheredes, 44. §. qui familiæ ff. Famil. herciſc.* dicens.

2 *Qui familiæ herciſcundæ, & communi dividundo, & finium regundorum agunt: & actores ſunt & rei, & ideo jurare debent, non calumniæ cauſa litem intendere, & non calumniæ cauſa ad inficias ire.* Ulpianus *in l. juſjurandum 34. §. qui juſjurandum ff. de jur. jur. & in l. de pupillo, 5. §. qui opus, ff. de nov. oper. nunciat. & in l. quſ bona, 13. §. qui damni, ff. de damn. infect.* ubi aliis relatis notat accuratè Don Joſephus Vela *diſert. 22. n. 17.* de jure Imperatorio *tex. in l. 2. C. de juram. propt. calum. præſt.* de jure Canonico *cap. 1. de juram. calum.* & utrobique Doctores, & præter ordinarios, Joſeph. Maſcardus *de probat. lib. 1. quæſt. 17. n. 31.* Gail. *obſ. 85. lib. 1.* Scaccia *lib. 2. de Iudic. cap. 1. quæſt. 1.* Borrel. *in ſum. deciſ. lib. 1. tit. 51.* Guido Pancirol. *in prax. civil. part. 2. in princ. & ibi* Fauſtin. Novar. *ad pragm. Neap. tit. de ordin. judicior. collect. 6. per tot.* Berlich. *practicab. p. 1. concluſ. 31.* Ripoll. *de ordin. Iudic. ſub. 7. num. 8. & Vari. c. 5. n. 27. & 148.* Fontanel. *deciſ. 18. ex n. 4.* Dominus Leo *deciſ. 153. n. 3.*

Et licet juramentum generale calumniæ, de quo loquimur, jam receſſiſſe ab uſu judiciorum plures teſtantur, in Regno Valentiæ cum *in for. 1. de jur. calum.* cautum ſit, quod præſtari debet in quacumque parte litis poſtuletur, ita obſervandum eſt: ob quod in vim dilatoriæ aliquando poſtulatum fuit, & conceſſum, ut in cauſa Baroniæ de Alcantara referente eodem Domino Leo, per Don Chriſtophorum Deſpuig poſtulatum fuit *die* 18. *Ianuarii* 1611 & in calce libelli conceſſum. Sed quia 4
Domna Anna Deſpuig, & March abſens reperiebatur, per procuratorem inſtructum præſtandum eſſe fuit pronunciatum *die* 19. *eorumde n*, & Don Chriſtophoro re- 5
clamante fuit dicta interlocutio confirmata Regia proviſione *die* 29. *ejuſdem menſis & anni*, nec mirum quia *in for. 4. eod. tit.* ſic fiendum cavetur dum abſentia doloſa non ſit; quod de jure procedit per tex. *in d. l. 2. C. de jur. propt. calum. c. cum cauſam 6. eod. tit. & ultim. eod. tit. in 6. plurib.* Berlich. *d. concl. 31. n. 14* quo diffuſè de his tractat.

Sed quia *in d. l. 2.* dicitur quod proceſſus nullus remaneat ex defectu hujus juramenti, quam concluſionem firmarunt Vantius *de nullit. tit. ex defect. proceſſ. n. 29.* Gail. *obſer. 84. d. lib. 1.* Carol. de Graſſ. *de exception. excep. 32. n. 114.* Thomat. *deciſ. 31. & 69.* Borrell. *d. lib. 1. tit. 51. n. 9.* 6
quod *in d. for. 1.* expreſsè cavetur, clare ſequitur quod licet ab uſu diſceſſerit in aliis Provinciis, apud nos denegari non poterit, quoties formiter Judici poſtuletur, ita ut ei de inſtantia conſtet, eo modo quo mandare poſſit, 7
quod præſtetur; ſicque interpretanda eſt neceſſitas præſtandi per noſtrum forum inducta, ut tenuit Joan. Bapt. Coſta *tract. de remed. ſubſidior. remed. 7. n. 4.* Ex quibus cum in quadam cauſa poſt citationem factam ad publicationem ſententiæ, Reus poſtulaverit ab actore 8
plæſtari hoc juramentum, ſed non coram judice, libello oblato, vel verbo in aſſignatione, ſeu Audientia quotidiana; ſed coram actuario cauſæ in actu comparendo, (de quo §. *præced. n. 11.*) & eo non præſtito poſt latam ſententiam, eam de nullitate arguceret deciſum fuit nullitatem non procedere Regia ſententia publicata per Don Joannem Daza R. M. Scribam *die* 16. *Novembris anni* 1634. ad favorem D. Jacobi Bertina, contra Doctorem Ludovicum Iter, ſub examine Domini D. Petri Sanz. de quo videndi etiam ſunt Mareſc. *lib. 1 var. c.* 47. & Tuſcus *lit. I. concl.* 533. *per tot* An autem poſt ſententiam præſtari debeat? videtur quod ſic, quia per forum in quacumque parte poſtuletur præſtari oportere cautum eſt, ut in ſimili tenuit Berlich. *l. conc* 31. *n.* 34. Sed nota 9
quod ſi poſtulans juramentum calumniæ ad ulteriora cauſæ progreſſus fuerit, ulla facta proteſtatione, cenſetur præſtatio juramenti remiſſa, & proceſſus, vel ſententia nullitatem non patietur. Quia in facultate poſtulantis eſt remittere tex. *in l. ſi non erit juratum 5. §. ult. cum l. ſeq. l. nam poſtea quam 9. §. jurejurando dato. l. jurisjurandi 32. l. juſjurandum, & ad pecunias 34. §. fin. l. ſi non fuerit, 37. l. habeo 41. ff. de jur. jur. l. 1. l. actori 8. C. eod.* Jaſon. *in l. non erit, §. ſi neque ff. eod. n. 4.* Donell. *lib. 24. comment. c. 5. &* ibi Illiger. Borch. *tract. de jur. cal. c. 6. ex n. 18.* Berlic. *diſt.* 10

p.1.concl.32.n.6. & 9. Pertransitum namque ad ulteriora remissio infertur, quia tacitè etiam remitti potest *c. 1. §. propter de jur.calum.in 6.* Guttierr. *de Juram.confirmat.p. 1. c.16.n.64.* & sic decisum fuit in Regia Audientia, in favorem Onufrii Gurrea, contra Doctorem Joannem Beltram Presbyterum, referente D. D. Petro Sanz *die 17. Novembris 1632.* de quo vide etiam Borrellum *d.tit.51. num. 9. cum seqq.*

Pœna nolentis præstare juramentum calumniæ, si
11 fuerit actor, est amissio actionis, etsi fuerit Reus quod habeatur pro confesso, ut omnes Doctores superius relati profitentur, & *in d. for.* 1. expresse cautum est. Sed dubitari posset an ferenda sit sententia de hoc? & ferendam esse tenet ex notatis per Borrellum, & Gail. *ubi prox.* & hic *obser.* 86. quibus adde notata per me *§. præced.n.* 147.
12 nempe quod adhuc ea quæ ipso facto, vel jure fiunt, declarationem Judicis desiderant, ut constet, ita factum fuisse: & sic duæ Aulæ civiles Regiæ Audientiæ decreverunt, & decisum fuit referente D.D. Andrea Sanz *die 5. Novembris 1634.* sententia lata in causa Domnæ Sperantiæ Tallada, quam amisisse litem ob non præstitum juramentum calumniæ pronuntiarum fuit. Notat Dñs
13 D. Petrus Sanz *lit. I, obser.* 14. Sed raro jam de exigendo hoc juramento curatur, forsan ex ratione adducta per Fontanella *d.decis.* 18.*n.6.* ibi: *Quod antiquitus erat multæ importantiæ, quia Sacramenti timore contentiosa litigantium*
14 *instantia compescebantur, d.l.1.C. de juram.prop. calum. Sed nunc cum depravata sit hominum conditio, & parum timeantur animæ detrimenta, licet deberent, ut dixit Alex. Sciæ in pract.judic.c.20.n.107. & antea num.90. vix unquam præstatur.* Bene quidem, sed elegantius Plato *lib. 12. de legib.* cujus verba adducit Petr. Gregor. *lib. 50. Syntagm. c. 6. n.11.* Quæ omnia procedunt quoad juramentum calumniæ universaliter præstandum ad omnem litem, ut notat Berlich. *d. concl. 31. num. 4.* non autem de præstando ad speciales effectus, ut ex dicendis inferius percipies. Formam vero hujus juramenti universalis, tradit textus *in dict. for. 1.* quare non immoror.

15 Secundus actus judicii post litem contestatam; jam consuetudine, primus, est postulatio dilationis; seu termini ad probandum in materia principalis negotii: quod in omni curia Regni Valentiæ fit, mediante libello positionum, sive articulorum, (olim hæc diversificabantur, hodie positiones in articulos, factis responsionibus, transformantur, ut Doctores passim notant, quorum plures congerunt Paz *in praxi p. 1. tempor. 8.n.108.* & Scaccia *d. lib. 1.c.60. num.6.* Fontanella *decis. 374. in prin.* Ripoll. *var.cap.5. n. 120. & in prax. Rub. 12. n. 11.* Dominus Leo. *decis. 211. n. 7.*) in quo actor universum factum probandum ponit, distributum in capitulis, sive articulis, eo modo quo facilius percipi à testibus
17 possit, & melius probari. Nam frequenter factum ex quo actio in litem deducta oritur, constat pluribus partibus, de quibus omnibus non est facile, nec sæpius possibile, quod testes instructi reperiantur: ob quod singulæ partes per diversos testes probari debent. In quorum distributione, causarum Patroni summam diligentiam, discretionem atque peritiam adhibere debent; cum sæpius ex confusa, vel imperfecta distributione, testes solent vacillare, vel nescire se dicunt, ea quæ verè sciunt. Nam dum articulus, de quo interrogatur testis, non percipitur, si idoneus est, labitur in partem negativam; si temerarius, licet annuat, in redditione rationis temeritatem detegit, & fidem amittit, & utrumque in damnum Clientuli cedit. Ponuntur in hoc libello salutares clausulæ, veluti *omni, & meliori modo, non se adstringens,* & similes, de quarum usu, vi, & effectibus plura per Pancirol. *in prax. p. 1. §. inter cætera, cum seqq. pag.* 68. ubi
18 Faustinus: sed hæc omittuntur tanquam ab omnibus nota. Concluditur igitur libellus postulando responsiones ab adversario, ore proprio, medio juramento, & ante copiam sub nullitatis decreto; & super negatis quod recipiantur testes in termino fori, vel arctata dilatione (prout natura causæ, seu judicii expostulat) & quod cursus dilationis suspendatur donec sit responsum, & injunctum. Cui Judex hæc regulariter dicit: *exigantur responsiones regulatæ, & super negatis recipiantur testes* (si foralis dilatio conceditur nihil adjici, si minor: *intra decem dies utiles*) *& salvat donec sit responsum, & intimetur.*

Ad quarum rerum explicationem primum se offert 19
responsionum exigendarum materia; in qua præmittendum est, quod juxta foros Valentiæ, in quacumque parte litis responsiones conlitigatoris petantur, concedendæ sunt, si Judex arbitratur id rationi consentaneum esse; sic probat expresse tex. *in for. 4. de jur. calum;* ibi: *tota hora quo al Iutge sera ben vist.* idem (juxta intellectum D. D. Fr. Hier. Leo) in for. fin. de Judic. ibi; *e quant que quant al Iutge sera vist segons egualtat;* (sed meo judicio hic 20
textus non de responsionibus loquitur, ut dicam *n.*274.) ita ut non ex eo quod aliquis petat responsiones concedendæ sint, sed quando Judex secundum æquitatem arbitratus fuerit debentur concedi. Quæ conclusio utriusque juris decisionibus fulcitur. Sic Ulpianus *in l. jusjurandum, 34. §. non semper, ff. de jur. jur.* & Bonifacius Pontifex, *in c. 2. de confes. in 6.* ubi communiter DD In Aragonia tex. *in obser. usus Regni de Pignor.* in Carthalonia *const. 10. de dilat.* In Regnis Castellæ *in l. 1. & 2.* 21
tit. 2. lib. 4. recopil. Exornant præter ordinarios in his juribus Greg Lopez *in l. 11. tit. 11. part. 3. glos. 5.* Didacus Perex *in l. 1. tit. 4 lib. 3 ordin.* Azevedo *in d.l. 1. & 2.* Vela *disert. 22. & 24.* Scaccia *d. lib. 2. de Judic. cap. 7. ex num. 1.* Gratian. *decis. 171. per tot. & discept. for. cap. 640. ex n. 15. & c. 772. ex n. 25.* Paz *in prax. tom. 1. temp. 8. ex num. 71.* Bolaños *in cur. Philip. p. 1. §. 17. num. 5.* Surdus *decis. 17. tot.* Riccius *p. 2. collect. 258. cum seq.* Thomat. *decis. Matcrat. 54.* Ruginell. *practicar. c. 16.* Ioan. Guttierrez *pract. lib. 1. quæst. 59. cum duob. seq.* Bardaxi *ad for. Aragon. lib. 4. tit. de jur. jur. ex num. 9.* Portoles *ad Molin. verb. juramentum, ex num. 22.* Cancer. *variar. lib. 3. c. 16. ex n. 14.* Oliban. *de action. p. 2. lib. 1. c. 44.* Ripoll. *variar. cap. 5. ex n. 52. & ad prax.* Peguer. *Rub. 13. ex n. 15.* Fontanella *decis. 23. n. 13. & decis. 25. ex n. 18.* Postius de manuten. *obser 83. per tot.* Berlich. *d. p. 1. concl. 69. cum duod. seqq.* qui plures alios ad- 22
ducunt. Ex nostratibus Dominus Leo *decis. 211. per tot.* qui per partes praxim Regni Valentiæ, quoad hoc tradit, docendo quando juxta foros ante, vel post copiam responsiones habendæ sunt, quando per Procuratorem, an Advocatus intervenire possit, quomodo compellendus qui respondere recusat, & cætera, quæ ad materiam conducunt; ob quod eum videas, & omnia absolutissimè tractata reperies.

Solum addere decrevi quod licet in *dec. 212.* asseruisset responsiones exigendas esse non solum post conclu- 23
sionem causæ, verum etiam si sententia ad publicationem penes Scribam reperiatur; sicque decisum sæpè in Regia Audientia, intelligendum est modo prædicto; nempe si Judex id æquum arbitratus fuerit. Et quod post *for. 86. Cur. ann. 1626* similis observantia non est attendenda; nam in eo cautum reperitur, quod publi- 24
catio sententiæ positæ penes scribam non suspendatur ex responsionibus postulatis, vel instrumentis noviter productis. Justissimè quidem, ut tolleretur occasio frequentata calumniandi. Sic licet Judex responsiones exigendas esse decreverit, nullius efficaciæ decretum est, ad illud judicium, vel instantiam; cum publicatio sententiæ retractari nequit, neque illa revocari nisi in alia instantia, mediante remedio juris opportuno. Neque omittere valeo, quod aliquoties expertus sum; aliquos, nempe Judices, præsertim Tyrones, in Curiis inferiorum, sic timidos quoad denegandum decretum exigendi responsiones, ut licet in positionibus exaretur factum Chimericum, à materia, causæ prorsus alienum, vel om- 25
nino

nitio impoſſibile, denegare reſponſiones non audent in quacumque parte litis. Sciant enim quod licet verum ſit noſtros foros in quacumque parte litis reſponſiones concedere; tamen Judicis arbitrio commiſſum reliquiſſe eas concedere, vel denegare quando conſentaneum rationi erit. Quod de jure ſtatutum eſt, nam omnis poſitio ſuperflua, vel omnino impertinens rejicienda venit, ut pluribus docet Scaccia *d. c. 7. n. 91. &*
26 *173.* Nec te moveat diſpoſitio *for. 38. de teſtib.* quatenus cautum in eo reperitur, quod teſtes recipiantur ſuper capitulis impertinentibus, neque hac de cauſa poſſint per Judicem rejici; ſed de eis habenda ſit ratio in
ccc diffinitiva. Quia quod procedit in teſtibus non debet extendi ad reſponſiones exigendas, de quibus expreſsè cautum eſt in dictis foris, ut remaneat ad arbitrium ju-
27 dicantis. Cum hoc quidem temperamento, fori prælibati interpretantur ad praxim in Regia Audientia, nam accuratè inſpectis poſitionibus, ſi calumnioſæ, vel frivolæ apparent, rejiciuntur; ſi enim merita cauſæ concernant, & res eſt integra, exigi reſponſiones jubentur celeriter, & quod de jure procedit eis viſis decernitur: ſi vero res integra eſſe deſierit, pars ſibi imputet, quod ſero veniſſet ad eas poſtulandas. Sed experientia demonſtrat, quod poſtulatæ hoc modo calumnioſæ, vel frivolæ ſunt.

28 Pariter notandum duxi, quod licet D. Leo *in d. deciſ. 211.* tradiderit praxim compellendi eum, qui reſpondere recuſat, per mandata, ſimplex, pœnale, & ſub pœna convicti & confeſſi, de quo tractavi *p. 2. c. 8. §. 4. n. 17.* quibus addendus Scaccia *d. c. 7. ex n. 476.* Tamen nec illi, nec ego attigimus formam compellendi eum, qui reſponſiones
29 poſtulavit ab adverſario in lite, ut eas obtineat. Et cum ſæpius eveniat, quod reus compulſus ingrediatur terminos probatorios, ne ei currat dilatio, reſponſiones poſtulat cum ſuſpenſione, ſive ut practici dicere ſolent, *cum ſalvitate*, donec ſit reſponſum: quod de jure procedit, ut notant Bald. *in d. l. 1. C. de jur. præpr. calum.* ubi etiam Fr. Curt. & Vivius *dec. 286. n. 7.* Et ſi actor abſens reperi-
30 tur reus, ſilet, & curſus cauſæ quieſcit. Actore namque præſente, & ultro ſe offerente ad reſpondendum, cavillatio iſta evaneſcit: eo vero abſente, ſi extra Regnum reperiatur, regulariter Procurator inſtructus reſpondere debet; licet ex magna cauſa ſi Judici æquum videatur, exigendas ab ipſo Domino mandari poteſt, ut *in d. for. 4. in fin.* Cautum eſt, & tunc competens dilatio reo concedenda eſt, intra quam reſponſiones obtentas peremptoriè exhibeat. Si intra Regnum, extra territorium ta-
31 men loci, ubi cauſa agitur, etiam per Procuratorem inſtructum exiguntur. Sed in lite magni momenti ad electionem poſtulantis relinquitur, ita ut aſſignata ei modica dilatione ſex, vel octo dierum, ei jubeatur quod expediri faciat commiſſionem actuario cauſæ, qui ad illius expenſas accedat ad locum ubi actor reſidet, & reſponſiones omni cum effectu exigat; quam praxim probant Scaccia *dict. cap. 7. num. 580. cum ſeqq.* & Poſtius
32 *dict. obſer. 83. num. 21.* Si autem elexerit quod per Procuratorem inſtructum fiant reſponſiones, modica etiam dilatio conceditur, ut Procurator inſtrui valeat. Et hoc in caſu poſitiones ipſi Procuratori communicantur, cum juramento non revelandi (quod intellige Advocato, cujus interventio deſiegatur *in dict. for. 4.* Nam principali Domino, ex natura actus revelare debet, dum
33 inſtruitur) Et ea dilatione elapſa factis, vel non reſponſionibus currit dilatio probatoria. Sic ex deliberatione Regiæ Audientiæ proviſum obſervavi in ſecunda cauſa Baroniæ de Alcantara, interloquutione *diei 19. Aprilis anni 1611.* referente Domino Leo: quæ confirmata fuit *die 5. Maij ſubſequentis* actuario Blanes, ad favorem Dominæ Beatricis Sanz, contra Don Chriſtophorum Deſpuig. At ego rarò aut nunquam hoc medio
34 reſponſionum uti actoribus conſulni, ea ductus ratione quod licet finis ſit, ut poſtulans relevetur ab one-

re probandi; id ſolum utile eſſe ſolet, ſi veniat probanda qualitas ita notoria, quod aliqua tergiverſatione dubitabilis fieri non valeat; nam dubitabilitate qualibet intercedente; negatio reſpondentis abſque dubio ſubſequitur. Et caſu quo confeſſio ſequatur, plerumque illa non ſufficit, vel quia qualificatur, ita ut à qualitate ſeparari non poſſit, vel quia in litibus majoratus, 35
vel fideicommiſſi perpetui, regula quod ſententia obtenta cum principali, ad quem defenſio ſpectat, omnes ſucceſſores afficit; fallit ſi ſententia lata ſit ex confeſſione poſſeſſoris, ut eum Aria, Pinello, Menochio, Peregrino, & Mierez tradit Vincen. Fuſar. *de ſubſtit. q. 622. num. 27.* quem ſequuntur Addentes *ad lud. Molin. de Hiſp. primog. lib. 4. c. 8. n. 3. verſ. ſexto limitatur.* Valen- 36
zuel. *conſil. 90. ex num. 94.* Salgado *de Reg. protect. p. 4. cap. 8. num. 339. cum ſeqq.* & Dominus Creſpi *obſer. 23. num. 170.* Si enim ob vitandas has, & alias periculoſas fallentias onus probandi tandem agnoſcere venit frustra reſponſiones expoſuit, quia ſolum prorelationis effectum conſequitur.

Sed pluribus omiſſis, pulchrum dubium in materia 37
ſubjecta proponere decrevi. Syndicus Domus Profeſſæ Societatis Jeſu, Civitatis Valentiæ, litem poſſeſſoriam ſummariſſimam ſuſcitaverat in Regia Audientia; firmam juris obtinendo, contra prudentiſſimum Archiepiſcopum Don Fr. Iſidorum Aliaga, conando manuteneri, in qua ſi poſſeſſione non reddendi rationem Ordinario Eccleſiaſtico, quoties aliquis ex ſingularibus Societatis, executor alicujus teſtamenti ad ſuffragia animæ & alias operas pias deſignatur; vel aliqua Domus ſive Collegium ipſius Societatis hæres inſtituitur à laico. Obtulerat quaſdam poſitiones, ſuper quibus exigi reſponſiones ore proprio mediòque juramento ab Archiepiſcopo poſtulaverat; Judex in calce exigendas decrevit poſt copiam, tum quia ſenex magniſque negotiis implicatus erat; tum etiam quia factum deductum, non erat proprium, ſed geſtum per Officialem cauſarum piarum ejuſdem; neque recens, nam viginti annos, & amplius præceſſerat; juxta tradita per Dominum Leo *d. deciſ. 211. num. 24. cum ſeq.* Archiepiſcopus, me inconſulto, qui Patrocinium ea in lite præſtabam, reſpondere non recuſavit, & cum aliquibus poſitionibus reſpondiſſet, non recordari; Syndicus iterum reſpondere teneri fortiter inſtabat, me contradicente; & articulo concluſio, ſequens dubium juxta fori formam communicatum fuit.

Cum reſpondiſſet Præſul non recordari, factis reſponſionibus poſt copiam, videbatur, quod ratione dignitatis, non poterat excuſari à reſponſione directa. 38

Ratio dubitandi reſultabat ex eo, quod ex regula ge- 39
nerali per omnes Doctores ſuperius adductos tradita, quicumque litigator jurare, & reſpondere tenetur claræ, & directe ad poſitiones adverſarij. Non enim reſpondiſſe eſt dicendum qui non reſpondit clare, & directe tex. *in l. de ætate 11. §. quod autem ait ff. de interd. act.* plura per D. Joſeph. Vela *diſſert. 24. n. 22. cum ſeqq.* Joſeph. Ludovil. *deciſ. Peruſ. 8. n. 3.* Ripoll. *var. c. 5 num. 52.* Scaccia *d. c. 6. ex n. 526.* Gratian *diſcept. forenſ. c. 639. n. 20.* Et ſic cum Archiepiſcopus non recordari diciſſet, non præbuit claram & directam reſponſionem, affirmando, vel negando, & ut plurimum novo termino conceſſo, 40
reſpondere directè tenebatur tex. *in c. 2. de confeſ. in 6.* ubi Doctor. Rota *in antiquis deciſ. 229. incipit nota quod ubi pars*, Geminianus *in c. 1. de confeſ. in 6.* Calder. *conſ. 4. tit. de confeſſ.* Surdus *deciſ. 17. n. 8.* Thomat. *conſ. 54. n. 5.* Gratian. *d. c. 639. n. 20.* Poſt. *d. obſer. 83. n. 56.* ſicque in praxi Regiæ Audientiæ receptum eſt, ut teſtatur Dominus D. Petrus Sanz *lit. R. obſer. 4.* & omnibus in foro 41
verſantibus notum eſt. A qua obligatione, per dignitatem Archiepiſcopalem non eximebatur, tum quia regula generalis de reſpondendo poſitionibus ſimilem limitationem non patitur; tum etiam quia Archiepiſco-

Pus, in ea lit poſſeſſoria juriſdictionem Regiæ Audientiæ agnoverat, eique ſubjecerat ſe, ob quod potui in eum jus dicere per text. *in l. eſt receptum, ff. de juriſd. omn. judic.* ubi Doctores.

Sed his non obſtantibus ego conſtanter tenebam,
42 quod Archiepiſcopus ratione dignitatis non potuit cogi ad jurandum & reſpondendum, ac multo minus cogi poterat, ad hæc iterum faciendum. Pro cujus aſſertionis comprobatione, expendebam in primis verba edicti perpetui Prætoris, in quo omne fermè jus civile complectebatur, ut notat Carolus Sigonius *tom. 1. lib. 1. de Judic. c. 6. ad fin.* Prætorum namque edicta pars juris ci-
43 vilis univerſi ſemper fuerant, licet ad diſtinctionem aliarum partium, jus honorarium nuncuparentur. §. *ſcriptum*, § *Prætorium inſtit. de jur. nat. gent. & civil. l. jus autem civile 7. ff. de Juſt. & jur. l. 2. §. eod. tempore, §. cumque conſulet, & §. Deinde Cornelius, ff. de orig. jur.* ubi DD. & præter ordinarios Jacob. Cujac. *lib. 2. deſin. Papin. in d. l. 7. & lib. 8. obſ. c. 38.* Donel. *lib. 1 com. c. 1. & 5.* ubi Illiger. *utrobique lit. G.* Jacob. Revar. *de auctor. Prudent. c. 10.* Pichard. *in d. §. Prætorum n. 1.* Prætoribus namque data fuit poteſtas non ſolum juvandi, vel ſupplendi, ſed etiam abrogandi jus, *d. l. 7. §. 1.* hæc fiebant per edicta annua, & ne magna hæc licentia Prætorum in perniciem verteretur, Cornelius Balbus legem tulit, ut ex edictis perpetuis, jus æquabiliter Prætores omnibus redderent. Ex his edictis per Offilium & Julianum in unum corpus redactis edictum perpetuum factum fuit. *l. 2. col. 5. §. ſi quid igitur tale C. de veteri jure enucleand.* vel ut habetur in Florentina, lectione *d. l. 2. §. ſed quia divina* 18. *verſ. ſi quid igitur tale*, ibi: *cum & ipſe Julianus legum & edicti perpetui ſubtiliſſimus conditor.* Tantæ namque autoritatis fuit, ut Juriſconſultis doctrinam miniſtraret; ut faretur Hermogenianus in *l. 2. ff. de ſtat. homin.* ibi: *cum autem hominum cauſa omne jus conſtitutum ſit, primo de perſonarum ſtatu, ac poſt de cæteris ordinem edicti perpetui ſecuti.* explicant Conanus *lib. 1. c. 15. in pr.* Duaren. Corſius, Bellonus, Cujacius, Hornanus, Alexander & alii adducti per Pichard. *d. §. Prætorum n. 5.* Unde ſubtiliſſimus Ant. Fab. *lib. 9. conjectur. cap. 14.* ex Papiniano infert quod jus Prætorium nihil aliud ſit, quàm æquitas temperans, atque corrigens aſperitatem juris civilis. Quod & noverat Petr. Greg. *lib. 43.*
44 *ſyntagmat. c. 2. n. 8.* Hac ſumma auctoritate ſuppoſita, verba Edicti perpetui ad rem ſpectantia, pro ut habentur in textu Florentinarum Pandectarum hæc ſunt. *Sacerdotem Veſtalem, & Flaminem Dialem in omni mea juriſdictione jurare non cogam.* Conſonant cum his tradita per Aul. Gellium *noct. Atticar. lib. 10. c. 15.* Livium. *hiſtor. Rom. dec. 4. lib. 1.* Plutar. *in problem. c. 43.* Feſt. Pompei. *lib. 9.* Feneſtell. *de ſacerd. Rom. c. 15.* Barnab. Briſon. *de formul.*
45 *lib. 3. §. cogendi ad fin. pag. 320.* Polid. Virgil. *de invent. rer. lib. 4. c. 24.* Alex. ab Alex. *Dier. Genial. lib. 2. c. 12.* ubi Tiraq. *lit. P.* Vvolfgang. Lazium *lib. 3. comm. Rom. c. 13.* Jacob. Cujac. *ad decretal. in c. 1. de jur. calum.* Joan. Bapt. Hanſenius *in libello de jur. juram. c. 29.* concluſionem tuetur, & quanquam alia non vulgaris eruditionis congerat, edicti perpetui diſpoſitionem non fuit adeptus. Quibus poſitis, dubitari non valet, quod inter Romanos, à quibus juris, & æquitatis elementa libavimus, hac prærogativa fruebantur Supremi Antiſtites, ut nunquam jurare cogerentur, ratione reverentiæ debitæ eorum dignitati, ut Doctores citati tradunt.

46 B. Petrus Apoſtolorum Princeps, ac Chriſti ſummus Vicarius, dignitates Eccleſiaſticas, earúmque gradus in Eccleſia Dei conſtitui juſſit adinſtar dignitatum Ethnicorum ſacerdotum, ut tradit Clemens Pontifex in *cap. 1. diſtinct.* 80. his verbis. *In illis vero civitatibus in quibus olim apud Ethnicos, Primi Flamines eorum, atque Primi legis Doctores erant, Epiſcoporum Primates poni, vel Patriarchas B. Petrus præcepit, qui reliquorum Epiſcoporum cauſas, & majora, quoties neceſſarium foret negotia, in fide agitarent. In illis autem civitatibus in quibus dudum apud prædictos erant Archiflamines, quos tamen minores tenebant quam memoratos Primates, Archiepiſcopos inſtituì præcepit.* Ex quibus clarè depromitur, quod Primati, 47
Primis Flaminibus; Archiepiſcopi, Archiflaminibus; Epiſcopi vero Flaminibus quoad culmen veneratio-nis, & dignitatis ſubrogati fuerunt, ut notarunt gloſ. *in dict. text.* Polidor. Virgil. *d. lib. 4. c. 12.* Nicol. Boer. *tract. de auct. Magn. Conſil. num. 54. in fin.* Petr. Greg. *lib. 15. Syntagm. cap. 11. num. 1.* Henriquez *in ſum. lib. 10. cap. 30. in princip.* Aug. Barboſ. *de poteſt. Epiſcop. p. 1. tit. 2. cap. 7. num. 2.* Et de jur. Eccleſiaſt. *lib. 1. cap. 6. num. 6.* & in *collect. ad dict. cap. 2. num. 1.* Ratio autem 48
quæ ab illis traditur, maximopere conducit; nimirum quod B. Petrus ad abolendam idolorum memoriam, ordinavit quod in illis locis in quibus impiè Flamines ſacra faciebant, eiſdem nominibus, diverſo tamen, ſanctóque ſacerdotio, veri ſanctique ſacerdotes conſtituerentur. Nunc ſic: ſi Ethnicorum Magiſtratus vanos idolorum ſacerdotes eo modo venerabantur, & tali privilegio inſignitos colebant, ut in eorum juriſdictione Prætor, cui ſuprema poteſtas corrigendi: ſupplendi, abrogandique juris data erat, jurare non cogeret; ferendum eſt, quod Magiſtratus Catholici, quantumvis ſupremi, Dei Antiſtites, ſanctoſque ſacerdotes, 49
ſummos Provinciarum Præſules, jurare cogant, nulla facta differentia inter eos, & ſubditos infimæ ſortis? ſi enim juramentum recta cum ratione dicitur tortura ſpiritualis Abbas *in c. per tuis ſub n. 11. de probat.* Socin. *conſ. 253. ſub num. 1. col. 3. lib. 2.* Ant. Bard. *tract. de tempor. util. c. 11. num. 3.* Cravet. *conſil. 6. num. 51. & 54.* Caſſon. *tract. de Malef. tract. 9. cap. 4. numer. 15.* Scaccia *d. lib. 2. de jud. c. 8. num. 276.* tenendum erit, quod huic generi quæſtionis ſubjiciantur non ſolum Sacris Ordinibus initiati, ſed etiam infulis Metropolitanis inſigniti? Ex hac, meo quidem judicio, ratione Gregor. Pontifex *in cap. 2. de jur. jur.* hæc graviſſima verba protulit: *Pervenit ad nos Laudicenſem Epiſcopum ab Archiepiſcopo Comite rebus ſuis ſpoliatum, & jurare compulſum, quod non repeteret ſic ablata. Cognita igitur contumelia, valde doluimus, aſſerentes, ipſum Epiſcopum nullius juramenti vinculis ſuper hoc poſſe conſtringi: quem tamen abſolvimus: quia nefanda coactione juravit.* In hac enim ſpecie, Archiepiſcopus jurare Epiſcopum coegit, & Pontifex nefandam coactionem pronuntiat, ſignum evidens prohibitionis cogendi jurare Prælatos. Ad rem Polidorus *dict. cap. 14.* ibi: *Jurare eidem* (loquitur de Flamine) *minime licebat, eo quod tormenti quoddam genus ſit, homini libero, juſjurandum præſertim ſacerdoti, cui cum divina credita ſint, parvam habere fidem abſurdum cenſetur. Utinam utrumque noſtri attenderent; Epiſcopi in primis, qui ad ſuum munus ſingendum haud ſemper præſto ſunt, propter quod res religionis meliari in caſu minus ſunt: & noſtri Magiſtratus, qui volunt pro re etiam minima ſacerdotes jurejurando adigere.* Faciunt ad rem, text. *in c. 1. & 5. 2. q. 4. c. penult. & vult. 22. q. 5.* quos vide.

Neque ſolo edicto perpetuo hoc jus ſancitum eſt, ve- 50
rum conſtitutum per Caium Caligulam Imperatorem, ut refert Livius *d. decad. 4. lib. 1. in fin.* & per Martianum Imperatorem extenſum Plebiſcitum; ſuper hoc etiam latum, ad omnes Clericos Orientalis Eccleſiæ, ut probat text. *in l. cum clericis 25. C. de Epiſcop. Aud.* Et ab Henrico Imperatore ad omnes Clericos Eccleſiæ occidentalis, & ab Honorio ſecundo ſummo Pontifice confirmatum. Quæ omnia expreſſe habentur *in cap. 2. de juram. calum.* ubi communiter Doctores, & præter ordi-
51 narios Cujac. & Auguſt. Barboſ ibid. Carol. de Graſ. *de effect. clericat. effect. 24.* Ex quibus omnibus clarè comprobatum remanet Epiſcopum neque Archiepiſcopum compelli poſſe ad jurandum inconſulto Romano Pontifice. Et ratio eſt manifeſta, nam ſimilis diſtrictio arguit ſuperioritatem, cum jus dici non valeat, niſi in inferiorem, ut notant paſſim Doctores *in d. l. eſt receptum 14.*

&

& l. fin. ff. de jurisd. om. judic. c. cum inferior de majorit. &
52 *obed.* Cogere namque secundum subjectam materiam significat *jubere, imperare.* Ut Nonius Marcellinus cum Cicerone, & Terentio docet *lib. de var. sign. sermon. c. 4.* Cum autem Archiepiscopus non recognoscat superioritatem in judicialibus nisi Primati, vel summo Pontifici,
53 *cap. 1. & 2. dist.* 80. pluribus Barbosa de jure Eccles. *lib. 1. c. 6. & 7.* & ad Concil. Trid. *sess. 25. de refor. cap. 17. n. 4.* Marius Cultell. *in Cod. leg. sicul. ad leg. Federic. c. 22. num. 5. vers. primo propter.* Solorzan. *de jur. Indiar. tom. 2. lib. 3. c. 7. ex num. 1.* & post eos recenter Amantissimus Episcopus Tirasonensis Don Didacus Frances de
54 Urrutigoyti *tract. de compet. jurisdict. q. 41. num. 4.* apud quos plura de excellentia dignitatis; clarè sequitur, quod per Regiam Audientiam cogi non poterat mediante jurisdictione ordinaria ad aliquid personaliter faciendum, si enim ut dixi *c. 7. §. 1. num. 173.* cum Julio Claro, Cenedo, Castro Palao, Farinacio Trullench, Tonduti, & Cultelli in clerico fraudulenter suscipiens Ordines sacros post delictum patratum, districtio personæ semper pertinet ad Ecclesiasticum
55 Judicem. Si clericus reconventus coram laico, & condemnatus, quoad executionem in bonis mobilibus, & persona per Judicem Ecclesiasticum, non secularem cogendus est parere sententiæ, ut cum Vivio, Ursili, Bonacina, Genuensi, & Borrello dixit Barbosa *d. lib. 1. de*
56 *jur. Eccles. c. 49. num. 156.* Et adhuc litigando in Curia seculari, quanquam teneatur respondere, non est cogendus, nisi de licentia Episcopi, ut cum Ancarrano, Corneo, Abbate, & Marta tenuit Ripol. *in prax. Peguer. sub. 13. num. 19.* Quanto magis hæc procedere debent in Archiepiscopo, dum agitur civiliter absque ulla illius culpa, vel dolo?
57 Nec relevat si dicas Regiam Audientiam habere jurisdictionem, ad cognoscendum de mero facto possessionis inter Ecclesiasticos, & de re Ecclesiastica, ut exactissimè probat D. Leo *in pereelebri decis. 208. per tot.* & cum Barbosa, Marta, & Sesse fatetur D. Didacus Frances *de compet. jurisd. quæst. 52. num. 20.* & cum Bartulo Franquis, Covarruvias, Guttierrez, Morla, Cevallos, Sanchez, Capicio, Gama, Farinacio, Valasco, Lahagan, Fontanella, Escobar, Castillo, Cancer, Bene, Carlevalio, Salgado, altero Barbosa, Cabedo, Ciarlino, Capicio Iatro, Domino Leo, & Torreblanca, Don Michael de Cortiada *tom. 1. decis. 2. n. 8. & seq.* Quibus adde Ant. Fab. *in C. lib. 3. tit. 12. defin. 47.* D. Joan. Bapt. de Larea *Allegat. fiscal. 27. num. 23.* & pluribus adductis de more Anton. Amato *var. lib. 2. resol. 86. num. 61.* concessa
58 namque jurisdictione, censentur concessa omnia ad explicationem ipsius, ut respondit Javolenus *in l. 2. ff. de jurisd. om. Judic.* & rescripsit Alexander Tertius *in c. 1. de off. & potest. jud. delegat.* ubi communiter Doctores Dñs Crespi *obser. 15. num. 170.* quare sicut de possessione concessa est cognitio, sic quamvis indirecte, tangentia personam Archiepiscopi, quatenus conducunt
59 ad factum possessionis. Cum multa per indirectè permittantur, quæ principaliter & directè non licent text. *in l. 1. l. quod dicimus, 7. ff. de aucl. Tutor.* Ant. Faber
60 *in C. lib. 3. tit. 17. defin. 16. numer. 3. in not.* Nam dicendum est districtionem personæ Archiepiscopi nihil commune habere posse cum facto possessionis, in lite deductæ, quia quod eximantur vel non singulares Societatis à redditione rationum non afficit personam Archiepiscopi ad hoc, ut personaliter subjiciatur jurisdictioni secularium Judicium. Et quamquam remotè ejus confessio conducere posset ad probationem facti de quo agebatur, nempe acquiescentia officialis causarum piarum inspectis privilegiis illius ordinis; tamen necessaria non erat talis confessio ad exercitium jurisdictionis, cum per alia diversa media explicari posset: in relati juribus solum ea conceduntur sine quibus jurisdictio explicari non potest: & dato, quod 61
aliqualem connexitatem habere posset confessio cum tali facto, semper coactio ad respondendum afficiebat directè personam Archiepiscopi prorsus exemptam à tali jurisdictione, ut in simili considerat Ant. Fab. *d. lib. 3. tit. 12. defin. 15.* quia persona veniebat cogenda ad aliquid faciendum, quod non licet. Ecclesiastici namque nunquam in personalibus jurisdictioni seculari subjici possunt, etiam si contumaces sint, *l. contumacia 53. §. fin. ff. de re judic.* Faber. *d. tit. 12. defin. 29. in princ & in not. num. 1. & 2.*

Minus obstare potest tex. *in dict. l. est receptum ff. de* 62
jurid. om. judic. in quo Papinianus sic respondit. *Est receptum ut cujus major, vel æqualis subjiciat se jurisdictioni alterius, posse ei, & adversus eum jus dici.* Idem probant text. *in l. 1. ff. de jur. om. jud. l. ille à quo 13. §. tempestivum, ff. ad Trebel.* cum aliis passim notatis per Doctores in his juribus, quibus totius prorogationis materia imbibitur: & inferri poterat quod Archiepiscopus
63 jurisdictionem Regiæ Audientiæ agnoscendo in ea litigando, & semel positionibus respondendo, subjecit se tali jurisdictioni. Quia dicendum est, quod licet jurisdictionem ad cognoscendum de mero facto agnovisset litem prosequendo; ad quam provocatus fuerat, nunquam personam subjecit, nec potuit subiicere, cum ju-
64 risdictio Regiæ Audientiæ incapax sit cognoscendi de persona Prælati, ob quod neque aderat, neque adesse poterat prorogatio quæ non cadit in Judice incapaci: tex. *in cap. si diligenti 12. cap. significasti 18. de for. Compet.* ubi Doctores, Sylvester, Clarus, Scaccia, Farinacius, Matta, Covarruvias, Guttierrez, Carolus de Grassis Tuscus, & alii cum Carlevalio *lib. 1. de judic. disp. 2. num. 403.* Abbas, Milis, Casaneus, Rolandus, Salcedus, Perez, Albertinus, Jacobus de Grassis, Vincentius de Franquis, Menochius, Bajardus, Surdus, Hondedus, Gallesius, Anastasius, Germonius, Burgos de Paz, Petrus Barbosa, Zerola, Quaranta, Azor, Greva, Bellotus, Campanus, Diana & alii apud Augustinum Barbosa *de jur. Eccles. dict. lib. 1. cap. 49. num. 8.* Hermanus Vultejus, Rutgerus, Rolandus, Montanus, & alii cum Berlichio *p. 1. concl. 5. num. 5.* eleganter de more Ant. Faber
65 *dict. tit. 12. defin. 31.* Quæ conclusio procedit absque dubio, etiam post comparitionem, sententiam, & decretum de exequendo, ut docuerunt Decius, Gramaticus, Ursilis, Valasculus, Covarruvias, Clarus, Azevedus, Farinacius, Carrocius, Franquis, Ambrosinus, Vico, Valenzuela, Larrea, Barbosa, Grassis, Bobadilla, Carlevalius, Cabedo, Delbene, Fermosinus, Cancer, Olibanus, Fontanella, Ripoll. quos sequitur Cortiada *d. tom. 1. decis. 9. num. 88.* & post eum aliis relatis D. Didacus Frances *dict. tract. de comp. jurisd. quæst. 64. numer. 15. cum*
seqq.

Secundo expendebam textum in *l. nec honore 7. C. de* 66
Episcop. & cleric. in quo sic Theodosium Imperatorem interloquutum fuisse legitur. *Nec honore nec legibus Episcopus ad testimonium dicendum flagitetur. Item dixit; Episcopus ad testimonium dicendum admitti non decet: nam & persona onerator, & dignitas sacerdotis consunditur.* Certissimum est quod in hoc jure non tractatur de responsionibus exigendis ab Episcopo, sed de testimonio per ipsum dicendo, & in prima responsione vivæ vocis oraculo Imperator definivit, quod Episcopus non est
cogendus testimonium dicere. Et nota terminum ex- 67
pressionis ibi: *flagitetur*, nam licet hic pro *Cogi*, sumatur, ut notat Albericus in *diction. verb. flagitare*: ex sui natura est *Corrumpere*, & per flagitium violare, sic expresse docet Ulpianus *in l. nunquam §. si quis ff. de priv. delict.* notant Revardus *in l. nunquam actiones ff. de regul. jur.* ut significaret quod cogere Episcopum jurare, & dicere testimonium, flagitium videtur: quod con- 68
gruit cum eis quæ dicta sunt *ex cap. 2. de jur. jur.* nempe esse nefariam similem coactionem. Pergit Imperator, &

ait, quod nec volens decenter admitti potest, vel debet, quia persona oneratur, & dignitas Sacerdotis confunditur. Ex quibus verbis infert Accursius *in glos. dict. textus*, quem sequuntur communiter Doctores, quod Epis-
69 copus etiam volens non est admittendus ut testis. Licet enim multis annis elapsis post decisionem hujus litis, edita sunt eruditissima Commentaria Jacobi Gotofredi *ad Codicem Theodos.*, qui aliam interpretationem hujus textus adducit *in l. pars* 8. *C. Theodos. de fid. test. & instrum.* cujus verba sunt eadem ac contenta *in dict. l. nec honore*: dum fatetur primam expositionem quam adducit (est hæc quam sequor) communiter receptam esse,
70 habeo intentum ut tanti Doctores doctrina non obstet. Quibus positis ex ratione decidendi Theodosii, à fortiori convincitur quod omnia procedunt in nostro casu exigendi responsiones ab Archiepiscopo; nam si ex eo quod volens, deponat, *persona oneratur, & dignitas sacerdotis* (per Antonomasiam) *excepta confunditur?* quanto magis persona onerabitur, dum nolendo cogitur positionibus respondere? quanto magis dignitas Metropolitani confusa remanebit, dum æquiparata laicis infimæ sortis, per remedia Prætoria adstringetur ad jurandum iterum? ad respondendum non semel?

71 Et quanquam respectu testimonii dicendi, praxis in his partibus receptum habeat, quod nec volens ad Tribunale venire, tolleretur, sed ad illius domum mittatur, qui testes audit deponentes, sive in ordinarij litibus Actuarius sit, sive in arduis ipse Judex; quæ est interpretatio tertio loco adducta per Jacobum Gotofredum *ubi proxime*; quæ confirmari potest per *l. 65. tit. 5. partit.* 1. ubi Greg. Lopez *glos. 6. & 7.* juncta *l. 35. tit. 16. partit. 3.* nihil ad rem attinet. Quia si hujusmodi observantia extendenda esset ad responsiones exigendas, medio juramento, per ipsum Episcopum præstandum, deficiebat
72 voluntas Archiepiscopi renuentis, & remanebat coactio, ejus personam onerando, & dignitatem Sacerdotii confundendo, quod flagitium sapit, juxta sententiam Imperatoris, ut dixi: & hoc jam factum erat; nam Archiepiscopus volens responderat positionibus, quando prima declaratio per eum facta fuit: cui, non obstante instantia Syndici, standum erat, ut Constantinus Imperator rescripsit *in l. 1. C. Theodos. de Episcopal. Judic.* his elegantissimis verbis: *illud est veritatis auctoritate firmatum, quod à sanctissimo homine conscientia mentis illibata*
73 *protulerit*, dicta namque in prima declaratione, primordio veritatis nitebantur: nam factum de quo interrogabatur, non erat proprium, ut dixi, sed gestum per Doctorem Don Petrum Martinez Rubio (non ille, qui postea Archiepiscopus Panormitanus occubuit, quanquam
74 tempore hujus litis, Vicarius generalis ipsius reperiebatur, sed illius Agnatus) per viginti annos amplius antecedenter, à tempore responsionum postulatarum. Ex quibus circumstantiis præsumptio oblivionis comprobabatur juxta glos. *in l. licet C. de acquir. poss.* Tiraquel. *tract. de præscrip.* §. 1. *glos.* 4. *num.* 49. Menoch. *de arbitrar. cas.* 26. *per tot. & de præsumpt. lib.* 6. *præsump.* 32. *num.* 1. Surd. *decis.* 221. *n.* 17. & 19. Rota Romana apud Seraphin. *decis.* 1439 *num.* 1. Quare dum dixit, non recordari, directè respondit, cum id verisimilius esset. Et
75 ratio est; quia nemo de facto alieno cogitur respondere, ut innuit glos. *in dict. cap.* 2. *de confess. in* 6 per text. *in l. fin. ad fin. ff. pro suo.* Melior ad rem text. *in l. Marcellus* 11. §. *jurare, ff. de action. rer. amotar.* ibi: *Pater autem amoventis jurare non cogitur, cum iniquum sit, de alieno facto alium jurare.* Quam conclusionem firmant Speculator *tit. de position.* §. 7. *n.* 12. Mascard. *de probat. concl.* 1177. *n.* 24. Aug. Barb. *in collect. d. c.* 2. *de confess. in* 6. *num.* 32. Joseph. Ludovis *d. decis.* 8. *n.* 15. Mysinger. *cent.* 5. *obser.* 54. Riccius *collect.* 258. Scaccia *d. cap.* 7. *num.* 183. Ob quod in Regia Audientia receptum est, quod non absolutè exigi
76 responsiones jubeatur, sed superaddita hac dictione *regulatè* quæ significat, regulandas esse responsiones ad factum proprium, ut perspicuè ad rem notat Dominus Leo *d. decis.* 211. *num.* 23. Nec immerito; nam factum alienum semper præsumitur ignorari tex. *in l. verius* 21. *ff. de probat.* cum aliis adductis per Menoch. *dict. lib.* 6. *præs.* 23. *n.* 51.

Si enim in facto proprio, quod per decennium præcessit, ignorantia, & oblivio præsumuntur, ut ex Dino Socino, Bartolo, Maranta, & aliis tradit Menoch. *dict. præs.* 32. *numer.* 38. ex glos. Tiraquel. Surdo, Seraphino, & aliis Dominus Leo *dict. decis.* 211. *num.* 25. & 26. quibus addendi Ant. Del Re *tract. de jur. calum. cap.* 8. *num.* 9. Capel. Tholos. *quæst.* 21. Capic. *decis.* 52. *num.* 3. Hieron. Laurent. *decis.* 23. *n.* 16. Mantic. *decis.* 142. *n.* 9. Carpan. *ad statut. Mediol. c.* 109. *num.* 57. 77
Multo magis præsumi debet, de alieno facto; in Archie- 78
piscopo, amplæ, & numerosæ Metropolis, tot curis addicto, tot negotiis occupato, ut cum Bartol. Socin. Ripa, Maranta & aliis perpendit Menoch. *d. præs.* 23. *num.* 48. & aliis relatis Vela *dissert.* 8. *num.* 50. Præmaxi- 79
mè cum non contineretur in positionibus factum memorabile, & ipse Archiepiscopus octuagenarius jam reperiretur, quare immemor etiam præsumendus erat, ex pluribus congestis per Didacum Narbona *tract. de ætate anno* 80. *q.* 2. *per tot.* Ex his decisum fuit ad favorem, Archiepiscopi, non teneri jurare, nec iterum respondere, Regia interloquutione *diei* 14. *Octobris anni* 1644. sub examine Domini Don Andreæ Sanz, actuario Gaspare Dagui.

Sed, ut pergamus, si universitatem litigare contingat, 80
& adversarius responsiones postulaverit, tunc exigendæ sunt ab ejus Rectoribus, vel Syndico, ut cum decisione Regiæ Audientiæ tradit Dominus Leo *d. decis.* 211. *n.* 31. *cum seqq.* Sed non requiritur, quod Syndico concedatur aliquod tempus ut instruatur ab Universitate, neque speciale mandatum, sicut in privatorum procuratoribus requiritur. Docent Camil-Borrer. *in sum. decis. tom.* 2. *tit.* 1. *num.* 107. Mechelor. *tract. de position. cap.* 64. *num.* 15. Postius *de manuten. d. obser.* 83. *num.* 20. Et quamquam 81
regulariter, procurator ex mandato quantumcumqua generale, non possit facere quod Dominus pœnam incurrat, ex tex. *in l. creditor,* §. *Lucius, ff. mandat.* ut cum Surdo. Calda, Pereyra, & Barbosa dixi *d. c.* 7. §. 1. *num.* 24. quibus 82
adde Cancer. *var. lib.* 2. *cap.* 16. *num.* 6. *& seq.* Tamen, si ter monitus non responderit, contumax efficitur ac Domino nocet, non secus ac si ipse contumax fieret ex doctrina originali Jasonis, *in l.* 1. §. *si procurator num.* 2. *vers. quarta* 83
conclusio, ff. si quis jus dicent. non obtemper. de quo latissimè Scaccia *dicta cap.* 7 *num.* 483. Nam cum Dominus, secundum legem, & forum respondere positionibus in quacumque parte litis teneatur, ut ex dictis resultat, & ad sui utilitatem personaliter non comparcat, sed Procuratorem mittat, dum Procurator non facit ea quæ ad litem spectant, idem est ac si Dominus non feciſſet ex tex. *in c. qui per alium de regul. jur. in* 6. *& in l.* 1. §. *dejecisse,* 84
ff. de vi & vi armat. l. non ideo C. de accusat. cum simil. ubi Doctor. Quod extenditur etiam si tractetur de incurrenda pœna civili, intra metas causæ ei mandatæ *c. si quis suadente* 17. *quæst.* 1. Surdus *consil.* 360. *num.* 22. Fontanella *decis.* 550. *num.* 1. & 2. ob quod ipse Dominus habetur pro contumace, & sibi præjudicium parat. Ut tenuit Bartol. *in d. l.* 1. §. *si procurator,* bene Scaccia *d. c.* 7. *num.* 487. Ex quibus consequitur, quod si jussum fuit, 85
Dominum personaliter respondere, Procurator tenetur eum certiorem facere ut ad respondendum veniat, etiam si propriis impensis fieri debeat, ut docent Benirend. *decis. Bonon.* 24. *num.* 1. Ant. Thesaur. *decis.* 17. *numer.* 2. Barbos. *in dict. cap.* 2. *de confess. num.* 20. Scaccia *d. cap.* 7. *num.* 487. & *num.* 550. & *num.* 559. Sicut etiam perjudicat Domino respondendo, si aliquid fatearur tex. *in l. non solum*, ubi Bart. & comm. Doctores *ff. de procurator.* idem Bartol. *in l. certum* §. *sed in ipsos ff. de confess.* Felin. *in c.* 1. *ut lit. non contest. & in c. fin. de confess.* Tuscus *lit. C. concl.* 664.

86 *cluſ.*664. *num.* 6. Maſcard. *de probat concluſ.* 369. *per tot.* Macerat. *lib.*2. *var. reſol.* 11. *num.*50. *& ſeqq.* Larrea *alleg. fiſcal.* 87. *num.* 7. & ſic deciſum in Regia Audientia, quoad Procuratorem contumacem, ſententia publicata per Alreus *die* 3. *Maii* 1640. in favorem Lucæſorribes Presbiteri, contra Monaſterium B. Mariæ de la Murta, Ordinis ſancti Hieronimi. Quoad confitentem ſæpius, ut cuicumque in foro verſanti notum eſt. Neque ſimiles leges ſeu conſuetudines odioſæ dici valent, cum omnia jura clament contra contumaces, ut accuratè probat Gratian. *diſcep. forenſ. capit.* 639. *numer.* 28. *cum ſequentibus.*

87 Verum tamen eſt, hos qui ex ſimili ficta confeſſione convicti, & confeſſi declarati ſunt, admittimus ad probandum contrarium, ut docent Gizzarellus *deciſ.* 49. Gail. *d. obſer.*80. *lib.*1. *num.* 5. Treviſanus *deciſ.* 5. *lib.*1 Farin *in prax. quæſt.* 11. *num.* 7. Mechel. *de poſition. cap.* 48. Fenſon *ad ſtatut. vrb. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 24. Sola *ad decret. Sabaud. lib.*3. *tit.* 16. *depoſition. gloſ.*4. *num.*1. Manſin. *de juram. p.*2. *art.*2. *num.* 79. Poſtius *d. obſer.* 83. *num.* 61. Dñs Vico *ad pragm. Sardin. tom.*1. *tit.*9. *cap.* 8. *num.*9. *cum ſeqq.* Torreblanca *de jur. ſpirit. lib.* 15. *cap.* 11. *num.* 7. *&* 26.

88 Et ſic deciſum fuit in Regia Audientia referente Mag. Ioan. Bap. Polo *die* 26. *Septembris* 1633. inter Syndicum Cleri ſancti Nicolai urbis, & Franciſcum ac Vincentium Lopez oppidi de Payporta, in quadam cauſa Emphyteuticali. Quando igitur Reus reſpondere recuſat, convictus & confeſſus declaratur, de contentis in poſi-

89 tionibus, juxta textum *in d. c.* 2. *de confeſſ. in* 6. ubi comm. Doctores; ut cum Gail. Marſcardo, Myſingerio, Valaſco, Magonio, Teſauro, Surdo, Suarez de Paz, & aliis notat Ripoll. *ad prax. Peguer. Rieb.* 13. *num.* 19. *variar. c.* 5. *num.* 69. Cum Ferrario, Montano, Reuſnero, Bellacomba & aliis, Barboſa *in collect. d. c.* 2. *n.* 2. Et cum Franco, Rota Genuenſi, Maranta, Saluſtio, Tiberio, & Scaccia, Poſtius 2. *d. obſer.* 83. *n.* 43. & hoc jure utimur, ut alibi dixi.

90 Factis igitur reſponſionibus, actori incipit currere dilatio probatoria in materia principalis negotii; etſi reſponſiones non poſtulaverit, à die poſiti libelli articulati, ut docet Dñs Leo *deciſ.* 183. quo noſtrum textum exornat; quæ dilatio eſt quadraginta dierum, con-

92 tinuè computandorum, ut *in d. textu* habetur. Eo animadverſo, quod antequam procedatur ad producendos teſtes Reus citari debet ad videndum eos jurare, & tunc ei traditur nomenclatura eorum juſſu Judicis, cum termino duorum, vel trium dierum ad ponendum interro-

93 gatoria, quibus poſitis, vel non recipiuntur teſtes. Interrogatoria enim dicuntur, capitula per quæ reus poſtulat examinari teſtes contra ipſum producendos, ut cum Speculatore & aliis docet Scaccia *d. lib.* 2. *de Jud. c.*8. *n.*867. quem omnes fermè ſequuntur, ſed ne confundaris, dum doctrinas Doctorum Regni Caſtellæ ſcrutaris; nota quod in eo Regno libellus articulatus cujuſvis litigatoris nuncupatur *interrogatorium*, & quæ interrogatoria cæteri dicimus, apud eos *antepreguntas* di-

94 cuntur. In his namque formandis, ut teſtes ab adverſario producendi interrogentur, Patronus circunſpectus eſſe debet; quia cum finis ſit detegere inſtructiones, præmeditationes, & ſubornationes, vel alias nocivas machinationes, deſumpto exemplo ab hiſtoria Danielis, qui ſenum accuſantium Suſannam, falſitatem per hoc medium detegit, ut habetur *Daniel. cap.*13. refertque Gloſ. *in c. cum cauſam. qua. verb. loco de teſtib.* & aliis relatis notat Scaccia *d. cap.* 8. *num.* 869. *cum ſeqq.* Pluribus etiam Poſtius *de manuten. obſer.* 91. *ex num.*1. Cavere debet, ne ſic concipiantur, ut teſtes meliorem rationem ſcientiæ reddant, vel factum per circunſtantias explicent, ut aliquando fieri notavi, & acuratè perpendunt Sdaccia *d. c.* 8. *n.* 908. *cum ſeqq.* & relato eo Poſtius *dict. obſ.* 91. *num.* 14. *&* 15 Reo autem currere incipit hæc dilatio, à die quarta traditionis, vel conceſſionis copiæ libelli articulati actoris, juxta *for.* 36. *de teſtib.* per quem 95
quoad hoc correcta eſt diſpoſitio fori præcedentis: quamquam non niſi à die apparatus veri, vel ficti, aliqui tenuerunt. Sed iſte ritus, non reperitur ab aliquo foro requiſitus, ad curſum dilationis, materiæ principalis probandæ, ſed ſic praxi receptum aſſerunt deſumpta occaſione ab eo quod dicitur *in d. for.* 35. dum de mate- 96
ria objectiva teſtium, eorumque dictorum tractat, quia in ea parte de apparatu fit expreſſa mentio. Sed littera (& mente dicti fori perpenſa) meo quidem judicio, deſtruit ſimilem traditionem, ſive praxim; imo obſtat expreſsè. Nam verba quæ concernunt dilationem concedendam in materia principali ſic ſe habent. *Ut in* 97
omni caſu ſive facto civili, propoſito libello, & ejus copia data Reo, vel miſſa, ipſe Reus intra quadraginta dierum terminum à die primæ aſſignationis ſibi factæ ad reſpondendum ipſi libello, in antea ſequentes, & continuè numerandos, omnes, & ſingulas ſuas defenſiones factis, proponere, ac ſuper his quotquot teſtes voluerit producere, ac eos deponere cum effectu facere teneatur. ubi nota verba illa *copia data vel miſſa*: nam *copia data*, id eſt *conceſſa*, refertur ad cauſas minoris ſummæ, in quibus copia conceditur reo, & ipſe illo die ſumere debet, juxta *for.* 2. *de lit. conteſt. Miſſa* vero refertur ad cauſas majoris ſummæ, in quibus, ut dixi, §. *præcedenti*, conceditur copia expenſis actoris, & mittitur cum lictore, qui atteſtationem facit de traditione. Quæ ſolum immutata ſunt *in for. ſeq.* quoad diem, ex quo dilationis curſus incipit: ibi: *Ordenam que los termens a poſar è probar les excepcions al Reu, correguen del quart iornavant, que la demanda li ſera livrada.* Hoc eſt. *Ordinamus quod termini ad ponendum, & probandum ſuas exceptiones, Reo currans à die quarto, quo petitio ei conceſſa fuerit.* ſicque per verbum *livrada* loquitur, capax comprehendendi conceſſionem in cauſis minoris ſummæ, & miſſionem in cauſis majoris ſummæ, ut thema fori præcedentis retinetur. En quomodo clarè cautum eſt, quod Reo currere incipiat hæc dilatio, nulla facta men- 98
tione de apparatu, ut notaveram §. *præcedenti num.* 116. In eodem textu *for.* 35. dum de materia objectiva teſtium tractatur, hæc verba habentur. *Niſi forte eſſent objectiones contra perſonas, aut dicta teſtium producendorum, ad quas proponendas, & probandas, utraque pars habeat terminum quadraginta dierum, duntaxat, computandorum immediatè, ac continuè poſtquam Notarius, vel ſcriptor cauſæ tradiderit, vel tradere paratus fuerit copiam atteſtationum teſtium producendorum.* In hac enim parte cum non reperiatur lex per quam litigatores adſtringantur ad ſumendam copiam atteſtationum, ſicut adeſt, reſpectu libelli ne renuendo, litis curſus ſuſpendatur, addita fuit 99
providentia, quod currat terminus proponendi, & probandi objectiones, à die traditionis, vel apparatus. Et ſic diverſæ omnino ſpecies ſunt appoſitæ in his noſtri fori partibus, & per diſtinctiſſimam rationem definitum, quid in unaquaque peragendum eſt. In prima enim, cum edita actio ſit in libello, & ipſius libelli copia concedatur reo in cauſis majoris ſummæ, expenſis actoris; & in cauſis minoris ſummæ expenſis ipſius rei, cum per decretum de injungendo ad tertiam, ſuppenatur conceſſio copiæ, ut dixi, quod antiquitus exprimi ſolebat, tam in hoc Supremo, quam in Regia Audientia, & hodie omittitur, tanquam ſupervacaneum, quia 100
eo ipſo quo dicitur *iniungetur* conceſſa copia perenti cenſetur, & actuarius tradit, vel acta communicat juxta pragmaticam, & ipſe Reus tenetur eam in ſcriptis ſumere eodem die *d. for.* 2. *de lit. conteſtat.* niſi quando reſponſiones ante copiam exigi mandantur, nam tunc in eodem decreto copia denegatur, quouſque ſit reſponſum (& tunc principium tantum, & concluſio libelli injunguntur, non vero poſitiones, ſive articuli ut fien- 101
dum dixit Pareja *de inſtr. edit. tom.*1. *tit.*5. *reſol.*1. *num.* 79.) completo termino ad reſpondendum, & remotis impedimentis dilatoriarum, modo quo dixi §. *præcedenti*, poſt

quatuor

quatuor dies concessos *in dict. for.* 36. ad concipiendum libellum exceptionum, currere debet dilatio in materia principali, ad quod sufficit copia libelli articulati actoris, in quo exprimitur actio, cum qualitatibus quas probare intendit. In secunda vero specie cum probatio
102 objectionum testium, tam quoad personas, quam quoad dicta, requirat examen attestationum, necesse est quod præcedat publicatio earum, quod inserantur in actis, & concedatur copia mediante decreto Judicis. Quibus præmissis, cum actuarius, perfecta copia præsto se exhibet tradendi eam, vel cum effectu tradit, dicitur per nostros practicos *apparatus verus*: quia verè præsto est
103 ad tradendum ei qui in signum petitionis copiæ aliquid pro ratione jurium copiæ, actuario dedit. Quando vero Reus diffugia quærit, & sumere copiam attestationum recusat, mandat ei Judex, quod ad crastinam diem aliquid actuario præstet pro copia sumenda, qua elapsa ipse actuarius se præsto exhibeat ad tradendam dictam copiam, quod *apparatus fictus* nuncupatur, & hæc omnia in actis redigit per instrumentum publicum testificandum coram testibus, cum hac differentia quod apparatus verus injungendus non est ex eo quod pars petens copiam præsto esse debet ad eam capiendam. Apparatus fictus cum fiat in contumaciam tenentis accipere copiam ut ei nocet injungi debet, ut cum observantia Regiæ Audientiæ tradit D. D. Petrus Sanz *obser.* 21. *lit. A.*

104 Negari hæc praxis nequit ab aliquo in foro versante, sed varietas observantiæ talis est, ut quid certum & indubitatum elici non possit. Quia in aliquibus causis neque requirente parte, neque Judice jubente, actuarius ipse paratus se exhibebat passim, ad tradendam copiam volenti, non solum post conclusionem cujusvis articuli, sed alibi pluries, quod initium sumpsit *à cap. 5. Regiæ pragmaticæ ducis de Maqueda anni* 1556. in quo post biduum à notificatione libelli exhibentis instrumenta, vel allegantis apparatum fieri juberur ut currat dilatio, in materia, impugnativa scilicet, de qua postea: sive ut farisfiat allegationi; non autem ad materiam principalem. In aliis pene unquam nisi ut curreret dilatio in materia objectiva testium, vel impugnativa instrumentorum. Et in aliis quoties pars instabat, & Judex jubebat. Quam quidem praxim explicant Dominus Leo *decis.* 142. *ex num.* 1. & Dns Don Petrus Sanz *lit. A, obser.* 21. ubi decisiones Regiæ Audientiæ tradunt. Sed cum hac differentia, quod Dns Leo nihil de apparatu vero, vel ficto ad cursum materiæ principalis, sive dilationis ad eam dicit. Sed de sententia inter alios lata, producta,
105 ut ei qui nocumentum ex ea recipere poterat, curreret dilatio decem dierum ad appellandum, quod est valdè diversum. At Dns D. Petrus Sanz in fine dictæ observationis clarè dicit idem observandum esse in dilatione materiæ principalis, vel contrariæ, ex deliberatione Regiæ Audientiæ *diei* 30. *Augusti* 1635. in favorem Doctoris Francisci Deza contra Donnam Annam Sayes, actuario Ludovico Muñoz. Forsitan hæc causa erat minoris summæ, in qua licet postulaverit Reus copiam libelli, ei tradita non fuit, quo in casu apparatum requiri non dubito, quia est medium per quod actuarius
106 compellitur ad tradendam copiam: in causa vero majoris summæ, cum copia libelli expensis actoris mittatur Reo, dum dilationes currunt à die assignationis copiæ, ut docet Dominus Leo *d. decis.* 142. *num.* 8. semel assignata copia, non est amplius tradenda, & cum in foris de ista dilatione tractantibus, qui sunt 34. 35. 36. 37 38. *&* 43. *de testib.* nihil reperiatur de apparatu, quamquam aliquando factum reperiatur, potius adscribendum erit
107 errori pragmaticorum, quam stylo curiæ legitimè introducto; quia semel tradita copia, non est iterum tradenda, nec reus gravandus, ut iterum sumat; nec actor per hos inutiles circuitus divagare. In causa vero mino-
108 ris summæ, concessa copia per provisionem de injungendo ad tertiam, vel de recipiendis testibus super articulis, si Reus non sumpsit copiam libelli, prout ad eum attinet eodem die injunctionis *dict. for.* 2. *de lit. contest*: sibi imputet, nam ei copia concessa fuit secundum dispositionem foralem, juxta qualitatem causæ in eum 109
suscitatæ, cum per hanc concessionem sufficientem notitiam actionis intentatæ, & facti probandi contra eum, judicialiter habet ad proponendas exceptiones peremptorias. Et sicut hac judiciali notitiâ usus fuit ad opponendas dilatorias, & adhibenda remedia contra interloquutionem de recipiendis testibus; nequit eam negare ad alios juris effectus, procedentes ab eadem injunctione. In cujus assertionis comprobationem expendo verba *dict. for.* 35. hæc mirè probantia. Ait igitur Dominus Rex Petrus: *nec oporteat eos, vel ipsorum aliquem à parte requiri, vel à Judice assignari. Sed eo ipso ex dispositione fori vel ordinationis præsentis habeantur pro factis, vel assignatis, ut præmittitur, sic quod eis, & unoquoq; ipsorum lapsis, neutra pars ad proponendum aliquas rationes de facto, vel testes producendum ullatenus admittatur.* Verba sunt adeo expressa, quod nulla indigent inductione: dum loquendo de terminis probatoriis mandant, quod nec à parte requiri, vel à Judice assignari debent ut currere incipiant.

Sed ut praxim antiquissimam percipias tribus, vel 110
quatuor causis (ex præcipuis, à doctissimis causarum Patronis ductis) scrutatis, percipi potest quæ observata fuerunt, & quæ observari debeant. In causâ successionis Baroniæ de Vivel, suscitatâ per Don Didacum Zarcuela *die* 18. *Novembris* 1556. contra Monasterium sancti Michaëlis de los Reyes, Ordinis D. Hieronymi, hæredis Ducis de Calabria sub examine Magnifici Doctoris Onufrii Cas, actuario Michaële Ioanne Dagul, reperies quod *die* 4. *Martii anni* 1557. dictum Monasterium litem contestavit, & suas exceptiones deduxit, nullo prævio apparatu. Constat in actis de traditione copiæ expensis actoris.

In causâ rei vindicationis Baroniæ de Alcantara sus- 111
citata per Domnam Camirlam Despuig. *die* 28. *Julii* 1567. contra Don Ludovicum Despuig, & alios, sub examine Magnifici Doctoris, Gasparis Ferrer, actuario Ioanne Diago ad unumquodque articulum definiendum apparatus factus reperitur, tam antequam post contestationem, & eorum plures absque instantiâ partis, vel jussu Judicis, ob quod res adeo confusa reperitur, ut percipi nequeat an præter traditionem copiæ libelli articulati, expensis actoris factæ, apparatus specialis ad eam tradendam factus fuerit, ut Reo curreret dilatio in materia principali. Solum notare potui quod *die* 21. *Februarii* 1569. Don Ludovicus postulavit, quod actrix exhiberet instrumenta in libello mentionata, quod ei concessum fuit, & quamvis copiam productorum postulavit, deinde Reus, Regia interloquutione *diei* 5. *Martii subsequentis*, jussum fuit, quod ei traderetur expensis suis, quo non obstante procederetur ad receptionem testium. Signum quod demonstrat, apparatum non fuisse factum specialiter ad cursum dilationis in materia principali.

In causa reivindicationis Marchionatus de Albay- 112
da, suscitata per Don Ioannem Villaragut *die* 16. *Martii* 1570. contra Comitem Don Christophorum Mila, sub examine Magnifici Doctoris Stephani Vives, actuario Blanes tradita fuit copia libelli primi expensis actoris. Sed cum *die* 27. *Octobris anni* 1593. addita fuissent aliqua capitula, regia interloquutione *diei* 9. *Decembris subsequentis*, jussum fuit quod traderetur copia Franca horum capitulorum, sed non ad quintam; quæ quidem fuit tradita, & absque apparatu Reus suas exceptiones proposuit in libello articulato *die* 24. *ejusdem mensis Decembris*. Ex quo elici potest, quod si libellus 113
primus datus fuerit, sicut hodie in praxi observatur, oratione soluta, ut dixi, quando libellus articulatus offertur,

fertur, debet præstari copia Franca, sed provisio non debet esse ad quintam, quia hæc dilatio jam concessa fuit tempore oblationis primi libelli, de quo latè §. *præced.*

114 In causa rei vindicationis oppidi del Genoves, suscitata per Domnam Beatricem Ripoll, contra Don Stephanum Fenollet *die* 4. *Novembris anni* 1578. sub examine Magnifici Doctoris. Hieronymi Arrufat, actuante Navarro, *die* 5. *Junii anni* 1579. postulata fuit editio instrumentorum memoratorum in primo libello, quæ concessa fuit, & in provisione confirmatoria *diei* 16. *Julii subsequentis* jussum fuit, quod eorum copia traderetur cum apparatu: quod executioni deductum reperitur. Et Regia provisione *diei* 11. *Februarii* 1580. jussum fuit quod dilatio ad materiam principalem curreret Reo; quæ fuit confirmata *die* 2. *Martii*; & quamquam varia remedia adhibita fuissent, *die* 17. *Maii* omnibus rejectis, fuit jussum quod testes omni cum effectu reciperentur, absque aliquo apparatu.

115 In secunda causa successionis dictæ Baroniæ de Alcantara, instituta per Domnam Annam Despuig, & March. contra Don Christophorum Despuig *die* 26. *Martii* 1610. in qua se opposuit Domna Beatrix Sanz *die* 2. *Junii sequentis*, sub examine Domini Don Francisci Hieronymi Leo, actuario Roures, absque aliquo apparatu dilatio ad producendos testes currere incepit *a die* 10. *Aprilis* 1611. Idem in causa petitionis Baroniarum de Monover, & Sollana, suscitata per Ducem de Pastrana, contra Dominum Marchionem de Orani Parentem colendissimum, in qua patrocinavi ab *anno* 1645. *usque ad* 1659. mediante Regia facultate: & sic in pluribus aliis.

116 Ex quibus clarè sequitur, quod apparatus necessarius non est, ut currere possit Reo dilatio in materia principali; ut infertur ex traditis per Dominum Leo. *dict. decis.* 211. *num.* 36. quod indubitatum credo, quoad causas majoris summæ. Quoad cæteras idem dicendum credo, præcipuè nostris temporibus, in quibus usus apparatus, sive concedendi copiam cum apparatu fermè re-
117 cessit ab Aula, nisi in casibus expressis in foris: hoc est, ut currat dilatio in materia objectiva per *dict. for.* 35. *de testibus*, ut currant decem dies ad allegationes juris faciendas, lapsis jam omnibus dilationibus *for.* 40. *eod. tit.* Quibus adde dilationem concedi solitam in materia impugnativa, sive reprobatoria instrumentorum editorum, quia hæc de inveterato stylo Curiarum regulatur secundum dilationem objectionum testium, cujus naturam sapit, ut infra Deo dante dicemus, & ideo *in d. cap.* 5. *pragm. anni* 1556. apparatum, post biduum ab injunctione exhibitionis instrumentorum, fieri mandatur, nullo spectato Judicis præcepto. Et ratio est, quia con-
118 cessio copiæ cum apparatu, pendet ex arbitrio Judicis cui peti debet, qui tenetur attendere ad quam causam qua postulatur, nam si sapiat animum differendi litis progressum, denegari debet, juxta tex. *in l. properandum C. de Judic.* cum aliis ad rem traditis per D. Leo *d. decis.* 211. (ubi Regiæ Audientiæ decisionem tradit, in terminis hujus controversiæ) *n.* 36.

119 Sed supponamus, quod sic praxi receptum reperitur, sicut ex decisione Regiæ Audientiæ tradita per Dominum Don Petrum Sanz inferri valet: nihilominus ab ea recedendum est, quia, ut probavi §. *præcedenti n.* 127. non debemus attendere quid factum fuit, sed quid fieri debuit: alias plura, quæ per errorem fieri solent, corrigi non poterunt, quod esset absurdum. Imo plura quotidiè corriguntur, ut ab exemplis sequentibus concluditur.

120 Olim qui possessionem ex testamento adipisci curabat, ex remedio *l. fin. C. de edict. Div. Adrian. tol.* & *for.* 41. *de testam.* mandatum executorium impetrabat, & per viam executivam possessionem obtinebat, etiam si ageretur de bonis immobilibus, non secus ac si quantitatem; vel rem mobilem ex legato, vel instrumento guarentigio roborato consequi procuraret. Sic observavi factum in causa successionis Baroniæ de Albayda, intentata per Berengarium de Villaragut, contra Carroziam de Villaragut, & Petrum Pardo; nam ille mandatum executivum impetravit in Curia Gubernationis, virtute Codicillorum Bernardi de Villaragut, *die* 20. *Maii* 1434. & eo mediante obtinuit Regiam sententiam latam per Serenissimam Reginam Mariam uxorem, & Locumtenentem Dñi Regis Ildefonsi V. publicatam in Regia Audientia *die* 18. *Martii* 1441. Et quod magis est, cum oppositum fuisset similes causas per viam executivam agi non posse, in eadem sententia hæc clausula reperitur. *Veniendo igitur ad primam objectionem, cum constet nobis per legitimam informationem testium supra hoc deponentium; qui concorditer deponunt similia mandata executoria, per longum tempus fuisse provisa, & solita provideri, absque scientia dicti Gubernatoris, & signatura sui Assessoris, & non constat sibi de contrario. Idcirco & alias pronuntiamus, & declaramus prædictum mandatum executorium ritè & solitè fuisse provisum; & obtentum, non obstante impugnatione ante dicta.* Neque hoc dictum fuit per modum motivi, sed facta speciali pronuntiatione, ut ratio dubitandi, an disponat, necne, excludatur. Hanc sententiam reperies in Archivo Regio Valentiæ; in quodam libro sententiarum illius temporis, & in actis processus superius memorati, qui adhuc pendet in hoc Supremo. *fol.* 139. Fuerunt Relatores illius causæ Bernardus Ferrer, & Ludovicus de Tachs; & Judices simul cum eis, Martinus de Vera, Franciscus Castillon, Alphonsus Mur, Franciscus Giguita, & Ludovicus Castro, Legum Doctores. Sed nihilominus, quod istæ sententiæ Regiæ vim legis habent tex. *in l. fin. C. de legib. privil.* 1. §. *& attento D. R. Ioannis II.* Dominus Leo *decis.* 81. *num.* 12. (de quo infra latius) jam antiquatus est iste stylus procedendi per viam executivam, & observatur communis praxis judicii adipiscendæ, summariè tamen, ut tradit Dominus Leo *decis.* 24. *ex num.* 1.

Antiquitus causæ quæ per suspensionem exercitii 124
jurisdictionis Regiæ Audientiæ devolvebantur ad Ordinarios juxta *for.* 18. & 19. *de judic.* de quo egi *cap.* 4. §. 2. *ex num.* 26. & post me Dñs Crespi, *observ.* 15. *num.* 12. & 120. *cum seq.* illa reintegrata, noviter evocari & committi solebant, ut videre licet in actis causarum memoratarum, & aliarum plurimarum. Sed postea, re melius inspecta, ex deliberatione trium Aularum *diei* 9. *Decembris* 1617. definitum fuit, quod absque nova evocatione, etiamsi Ordinarius ad aliquos actus devenisset, Regiæ Audientiæ & eisdem Auditoribus restituerentur, quia eum propter absentiam, vel mortem Proregis, exercitium jurisdictionis non aufertur, sed suspenditur, cessante suspensione, ipso jure Regia Audientia reintegratur absque ullo hominis ministerio, eodem pacto quo ad Ordinarios causæ devolutæ fuere, ut dixi *eod.* §. 2. *num.* 34.

In antiquioribus causis ad nudam petitionem Rei, 125
suspensio cujuscumque dilationis ad calcem libelli, exceptionem quantumcumque frivolam proponentis, concedi solitum fuit, dicendo; *intimetur & interim salvar.* Paulatim hæc facilitas recessit ab Aula, ita ut non nisi ex magna causa, & prævia cognitione, cum deliberatione Regiæ Audientiæ, nunquam concedatur. Idem in decretis de nihilo innovando. Ab *anno* 1645. cœpit pari magnam jacturam tabula nummularia urbis, & quamvis solutiones quæ fiebant per eam, & cum chirographis ejusdem urbis probabantur, non secus ac si numerata pecunia fierent, ut tradit Dominus Leo. *decis.* 130. *decis.* 138. & *decis.* 190. cœpit namque solutio sive exactio difficilis reddi, & hæc nomina debitorum permutari cum usuris centesimis & amplius; & quamquam per aliquot annos ex prædicta ratione solutiones sustinerentur, tandem improbæ declaratæ fuerunt, & nemo compulsus,

124 compulsus, ut eas admitteret. Et tandem respectu apparatus, observatum vidi in Regia Audientia, toto tempore quo sedem Auditoris implevi, quod copia cum eo non concedebatur, nisi magna, & urgente causa: & dum copia cum apparatu postulabatur, communicari processum juxta pragmaticam jubebatur, quod sufficit, ut nemo inauditus vel indefensus condemnetur. Nam *in c. 7. pragm. Vespas. Gonzaga anni 1577.* communicari processus jubentur in præsentia Actuarii, quod fit eos perducendo ad domos Advocatorum, soluta mercede, decem solidorum. Præmaximè dum non ignoramus, quod Advocati nunquam fermè, causarum allegationes, vel instantias expediunt per copias, sed inspectis originalibus regestris. Et etiam si hæc ratio cessaret, justa cum ratione fieret, quia cuicunque litigatori incumbit onus suspendi copiam infra biduum, quo illi aliquid injungitur; juxta *dict. cap. 5. pragm. Ducis de Maqueda.* & sic sibi imputare debet, quicquid ex defectu habendi
125 copiam ei contingat. Et licet de aliquali observantia in causis minoris summæ appareat, nihil relevat, quia exemplis inferiorum Judicum non est deferendum, quia sententiæ eorum non faciunt jus nisi inter partes, inter quas de causis cognoverunt per tex. *in l. nemo C. de sent. & interlo. omni. Judic.* ubi Glos. *verb. Magistratus.* tradit Ripoll. *ad Peguer. in prax. rubr. 24. num. 25.* cum istæ, à communiter contingentibus, instituantur in Curiis Judicum inferiorum, & patrocinentur non à provectioribus Causidicis, imo plerumque à Tironibus; quid in eis observarum fuit, non relevat, ex ratione in simili per-
126 pensa per Dominum Crelpi *d. obs. 15. num. 144.* Omnes istæ difficultates excluderentur, si initium cursus dilationis esset utrique parti communis, ut de Regno Aragoniæ tradit Bardaxi *in for. 1. de rei vindicat. numer. 7.* De Regno Castellæ Azevedo *in l. 1. tit. 6. lib. 4. recopil.* Monteroso *in prax. tit. 2. §. sent. de la prueba*, Paz *in prax. dict. temp. 8. num. 2.* Bolaños *d. §. 17. per tot.* Pichar. *d. p. 1. præcep. 5.* de Regno Neapolit. Scaglier. *in ritu 73. num. 5. & rit. 69. num. 4.* Muscatell. *in prax. lib. 1. part. 5. glos. defendendum num. 2.* Thoro *in com. decis. part. 2. verb. terminus unius mensis.* de Regno Sardiniæ Dominus Vico *ad pragm. tom. 1. tit. 10. c. 3. num. 4.* De Urbe Romana & ejus Rota Scaccia *d. lib. 2. cap. 3. num. 213.* De Germania Berlich *d. p. 1. concl. 38. ex num. 26.* & sic in aliis. Sed quia per forum aliter statutum reperitur, quod forsan de jure communi procedit, ex traditis per Scacciam *d. c. 3. n. 204. cum seqq.* donec aliud constitutum sit, dispositioni forali inhærere debemus.

127 Quadraginta dierum est dilatio, per nostros foros concessa, & quod brevior sit cæteris paret, nam de jure communi trium mensium dilatio major, intra Provintiam concedi debet *c. inducia 43. q. 3. ultra tertiam de testib. lib. 1. C. de dilat.* ubi latè Doctores, & præter ordina-
128 rios Scaccia *d. lib. 2. de jud. cap. 3. per tot.* præsertim *n. 40.* Petrus Gregor. *syntagmat. lib. 48. cap. 8. ex num. 9.* Guido Pancirol. *in prax. civil. part. 2. versic. trium mensium*, ubi Faustin. Menoch. *de arbitr. lib. 2. cent. 1. q. 52. ex numer. 1.* Gail. *lib. 1 obs. 53. ex num. 20. & observat. 91. ex numer. 13.* aliis relatis Berlich. *d. part. 1. concl. 38. num. 1. cum seqq.*
129 In Regno Aragoniæ dilationes usque ad probatoriam longissimæ sunt, & ipsa probatoria, si res immobilis in lite deducta fuerit, est nonaginta dierum; si de re mobili, vel quantitate tractatur, est sexaginta dierum ut expressum est *in for. 1. & 2. de rei vindicat.* In Principatu Ca-
130 thaloniæ actor habet dilationem nonaginta dierum, & Reus centum, & viginti, quia ei dantur triginta ad proponendos articulos, & nonaginta ad probandum *const. 3. de dilat.* docent Fontanella *de pact. tom. 2. claus. 8. glos. ultic. num. 7. & decis. 21. num. 14.* Peguer. *in prax. Rub. 12.*
131 ubi Ripoll. *n. 18. & Rub. 14. num. 1. & 3.* In Regnis Castellæ Octuaginta dierum est dilatio legalis *d. l. 1. tit. 6. lib. 4.* Ubi Azevedo, Monteroso, Bolaños, Guttierrez & Pichardus ubi prox. Paz *d. tem. 8. ex num. 2.* qui praxim concedendi dilationem probatoriam tradit. In Regno Neapolis prout in pluribus Provinciis Italiæ juris civilis dilatio in usu est: sic mihi probat *ritus 140.* ubi la-
132 tè Caravita. Et quamquam per *Pragm. post prædictas* reducta dilatio reperiatur ad quindecim dies, ut notat Scaccia *d. c. 3. num. 163.* cum elapsa dilatione probatoria concedantur dum aliæ unaquæque triginta dierum ad implorandum primum, & secundum beneficium, ut tradit Ioan. Bapt. de Thoro *in comp. decis. tom. 5. verb. terminus dierum triginta*; quæ adeo procedunt, ut con-
133 cesso termino triginta dierum, ad omnes probationes faciendas, non censentur exclusi termini petendi primum, & secundum beneficium, ut idem Thoro docet *2. tom. verb. terminus unius mensis*; clarè sequitur virtute dictæ pragmaticæ, quod septuaginta quinque dies ad mi-
134 nus concedendi veniunt. In foro Germanorum termi-
135 nus probatorius legalis est sex septimanarum & trium dierum, & sic quadraginta, & quinque dierum, ut ex constitutionibus Imperialibus & Electoris Saxoniæ cum Colero, Teubero, Moder. Pistor. & aliis, probat Berlich. *d. concl. 38 num. 2.* In Regno Galliæ trium, & sex
136 mensium dari solent, ut testatur Franciscus Marcus *decis. Delphin. tom. 1. decis. 34. in fin.* Ioan. Papon. *lib. 9. tit. 1. Arest. 24.* Licet Petrus Gregorius arbitrarias esse has dilationes testetur *d. cap. 8. num. 10. & seqq.* in Lusitania, est Judici arbitraria, sed longior nostra; ut constat ex *ordinat. 6. tit. 54. lib. 3.* tradit August. Barbosa *in collect. ad d. l. 1. C. de dilat. num. 7.* In Regno Sardiniæ
137 quatuor dilationes probatoriæ concedantur, quæ continent triginta & quinque dies, ut docet Dñs Vico *dict. tit. 10. cap. 3.* sed cum quatuor instantiæ faciendæ sint, ad habendos hos terminos, multo plures elabi dum conceduntur clarè resultat: & sic evidenter constat nostram foralem dilationem breviorem esse cæteris omnibus.

Quia cum quadraginta dierum sit, absque eo quod
138 in lite majoris momenti ampliari valeat *ut dict. for. 35. de testib.* expresè dicitur, licet coarctari possit, ibi *possit jam dictos assignationum terminos, & unumquodque ipsorum arctare, vel abbreviare, sed nullatenus alongare.* Sequitur clarè quod hæc dilatio præcisa & peremptoria est, ut in *nostro rex.* habetur ibi *loqual terme pasat algun testimoni no sia rebut sobre les altres rahons tocants lo feyt principal.* & *in d. for. 35.* ibi *Qui siquidem termini tam superius, quam inferius declarati, & ipsorum quilibet, sint peremptorii.* Id
139 ipsum à jure definitum erat per tex. *in l. fin. ff. de fer. & dilat. & in l. 1. & fin. ad fin. C. de dilat.* probant Decius *in c. pastoralis num. 9. de exceptio.* Amæd. *de Syndic. n. 229. vers. qui Domini Syndicatores* Cartar. *decis. 16. num. 13. & decis. 51 num. 11.* Capic. *decis. 81.* Gail. *obs. 91 lib. 1.* Scaccia *d. c. 3. num. 191. cum seq.* Macerat. *lib. 1. variar. resol. 108. ex num. 1.* Ioan. Bap. de Thoro *in comp. decis. tom. 2. verb. terminus ad non posita.* Novar. *ad prag. Neapol. tit. de dilat. collat. 1. num. 4.* Etiam si aliqui dies feriiarum emergant,
140 demptis feriis Natalis Domini, & Paschatis Resurrectionis, vel illæ quæ inopinate indicuntur, ut cavetur in *for. 36. de testib.* quod etiam de jure procedit *l. 2. 7. & 8. C. de Feri.* de quo Jas. *in l. 1. ff. de fer. & dilat.* Menchaca *contr. illustr. part 2. c. 23. num. 15.* Barbosa *in collect. d. l. 7. n. 9.* præter ferias repentinas, & inopinatas, quæ à jure includuntur in dilatione, ut clarè habetur *n l. 3. C. de dilat.* cujus dispositio quoad id correcta est per *d. for. 36.* De quibus feriis inopinatis tractat Ulpian. *in l. sed etsi per Prætorem 26. §. si feriæ ff. ex quib. caus. major.* Donel. *24. comm. c. 7.* ubi Illiger. *lit. G.*

Quam conclusionem intellige, dum feriæ emergentes
141 in dilatione non absorbeant majorem partem dilationis, ut cum Maranta *de ordin. judic. tit. de dilat. num. 11.* Parlador. *rer. quotid. lib. 2. cap. fin. part. 5. §. 10. numer. 12.* Castel. *ad leg. 64. Taur. numer. 14.* Michaël. Ferret. *observ. part. 2. pag. 3. & part. 3. pag. 299.* notant Fontanella *decis. 410. num. 5.* Ripoll. *ad prax. Peguer. Rub. 14. num. 31.* Dominus

minus Vico *d.tit.*10. *cap.*3. *num.*17. Scaccia *d.c.*3. *num.*
142 157. Joseph. *Cumian in pract. Syndicat. cap.*13. *num.*9. Monach. *in pract. judic. p.*5. §.1. *c.*12. *num.*10. *cum seqq.* Gail. *observat.*140. *num.*4. Illiger ad Donell. *d.lib.*24. *c.*6. *lit.F.* noster Iranzo *de protest. consid.*22. *num.*2. Quæ quidem limitatio procedere nequit in dilatione forali, quia exclusis feriis Paschalibus, & repentinis notum est non posse absorbere majorem partem dilationis; bene vero quando per arbitrium Judicis regulatur, & hoc in casu, ne partes laborent in disputando an quatuor, vel quinque dies ex feriatis intercedant, solet Regia Audientia concedere dies utiles, qua præcautione confundendi vel calumniandi, via præcluditur.

143 Habet amplius hæc peremptoria dilatio alium effectum, nempe quod intra eam non solum jurare debent testes sed etiam omni cum effectu deponere, quia inspectis verbis fororum non solum conceditur ad probandum, sed etiam ad probatum habendum. Verba nostri textus jam tradita sunt: & quæ ex *d. for.*35. conducunt sunt hæc: *ac super his quotquot testes voluerit produ cre, ac*
144 *eos deponere cum effectu facere teneatur.* Verbum enim *producere* respicit partem probatoriam; sed verbum; *ac eos deponere cum effectu facere*, ad probatum habendum clarè refertur; si enim reus intra hanc quadraginta dierum dilationem compellitur omni cum effectu testes producere, ac deponere facere, multo magis tenebitur actor, quod cautum est in nostro tex. ibi: *o fer depofar ab acabament.* Et etiam si non dixisset, idem dicere tenebamur, quia reus semper favorabilior est, quoad hæc tex. *in l.*2. *de dilat.* plurib. Farin. *quæst.*80. *num.*83. *cum seqq.*
145 Quibus addi potest, quod etiam si fori non sic clarè loquerentur, ex eo solum quod sit terminus datus à lege; ad probandum, & probatum habendum intelligi debet, v. cum Aretino, Felino, Croto, Nello, & Surdo probat. Farin. *d.c.*80. *num.*88. quibus adde Didacum Perez *in l.*5. *tit.*8 *lib.*3. *ordin.* Paz *in prax. d. temp.*8. *num.*48. Et sic dum dilatio per Judicem non limitatur, sed fora-
146 lis conceditur, de rigore juris ad probandum & probatum habendum intelligi debet. Sed cum tali temperamento & æquitate, ut non ad omnes juris effectus extendatur, quia si ita capienda res esset, cum lapsus hujus termini obtineat vim conclusionis causæ, ut cum glos. Felin. Buttio, Lancelloto, Lanfranc. Jason. Menoch. Surdo, & aliis plurimis tradidit Anton. Amato *var. lib.* 2. *resol.*71. *num.*38. & cum Maranta, Surdo, & Vestrilo Rota *apud Fostium. post tract. de manutenen. decis.*62. *la prim. n.*5. & juxta nostrum *for.*35. in causis ordinariis
147 plura remaneant peragenda post lapsum dilationis: intelligere debemus voluisse forum restringere omnino arbitrium concedendi ulteriorem dilationem, etiam ad examinandos jam juratos, & sic praxis Regiæ Audientiæ observat, quod lapsa dilatione testium dicta publicari jubeantur, instante actore; & si Reus remedium re-
148 visionis, de more adhibeat, Judex cui notum est semper quid in examine testium factum fuit, ut notat Postius *obser.* 95. *num.*2. publicationis provisionem confirmat, cum hoc quod Reus intra quatuor, sex, vel octo dies, faciat in scriptis redigi, dicta testium juratorum; quo pacto non datur nova dilatio juxta mentem fori, & Reo subvenitur, ne ejus negligentia omnino damnosa sit. Quæ quidem praxis similis est traditæ de Regno
149 Neapolis per Scacciam *d.c.*3. *num.*188. sicque observatum fuit in Regia Audientia; Regia provisione *diei* 18. *Januarii* 1581. lata in d. causa oppidi del Genoves, qua publicati fuerunt testes, cum hoc quod Reus juratos in scriptis redigi faceret usque ad diem 26. *eorumdem*; quo
150 elapso inseri attestationes in processu jubebantur, absque alia provisione, & quod exequerentur provisa non obstante quocumque remedio. Quod in aliis plurimis observatum est: si verò per Reum non steterit, quo minus examinarentur, adhibita omni diligentia, tunc subveniendus est, ita ut testes audiantur etiam post dilationes ut concludunt omnes Doctores de jure loquentes, & apud Valentinos idem procedere inferri potest ex 151
*for.*32. *de testibus*: nam, sicut in eo excusari à pœna cavetur, qui ostenderit se fecisse quantum potuit, ut testes reciperentur intra dilationem; ita pariter rationi consentaneum est, quod ei detur reintegratio, dum per ipsum non steterit, quo minus audirentur, nam impedito tempora non currunt, *tex. in c.*1. *de præscript. & in c. illud de concess. prab. c. quia diversitatem de elect. C. si electio de appellat. in* 6. *l.*1. §. *ff. de wm. ex cept.* Jason. Riminaldus, Decius, Craveta, Menochius, & alii plures quos sequitur Salgado *de reg. protect. p.*1. *c.*7. *n.*65. Flam. Paris. Villar. Peguera, Afflictis, Magonius, Valen. Sesse, Pascal. Surd. Fachin. Franq. & alii adducti per Ant. Amar. *var. lib.*1. *resol.*34. *n.*26. Ripoll. *d. Rub.*14. *n.*43. sed hoc procedit 152
dummodo testes publicati non sint, & didicita testificata, quia hoc in casu, jam non est locus examini *for.*31. *de testib.* Fontanella *d. decis.*102. *num.* 11. *& seq.* neque addendi aliquid, quanquam per omissionem actuarii procedat, veluti si deficeret dies, vel subscriptio testis, vel nota ærtaris, quia hæc omnia publicatis attestationibus prohibentur corrigi; & prout jacent relinquendæ sunt; bene verum est, quod arbitrio Judicis relinqui solet, ut habeatur eorum ratio, quæ de jure procedat, quia cum hæc omnia non sint de substantia depositionum, multum operatur arbitrium Judicis, ut ex discen- 153
dis apparebit. Corroboratur illatio superius adducta *ex for.*39. *de testib.* in quo cautum habemus, quod per Judicem fieri debeat publicatio testium eo ipso quo ei constat dilationem fuisse completam, ut dicitur ibi *puix li conste appellades les parts los dits terminis a possar e provar esser passats.* Si enim jubente, foro completis dilationibus publicandi sunt testes præclusa via remanet ad aliquid addendum, quia post publicationem fieri nequit.

Ex quibus consequitur, quod jure ordinario semel 154
dilatione forali concessa, judex non potest eam prorogare, vel novam concedere, quia prohibitum est *in d. for.*35. verbis expressis, & clausulis amplissimis, abdicativis arbitrii, & potestatis. Quod etiam de jure statutum erat per tex. *in Lorarione, & l. fin. ff. de fer. & dilat. d. l.*1. *& ultim. C. de dilat. l. properandum C. de Judic.* ut cum Parladorio, Dino, Menochio, Xamar, Grariano, Cancer, Suarez, Barbosa, Pereira, Fontanella, Calicio, Ferret & aliis tradit Ripoll. *d. Rub.* 14. *num.*36. Et cum Maranta, Petro Gregorio, Trevisano, Mysingerio, Cornacio, Aymone, Vivio, Mascardo, Surdo, & Borrello, Augustin. Barbosa *in collect. d. l.*1. *num.*8. *C. de dilat.* Et cum Capicio, Gailio, Mastrillo, & aliis Novarius *ad pragm. Neapol. tit. de dilat. collect.*1. *num.*4. *cum seqq.* Quibus adde Maceratensem *variar. lib.*2. *resol.*15. *numer.*7. Paz *in prax. d. temp.*8. *n.*46. *&* 112. Valenzuel. *consil.*129. *num.*59. Giurb. *decis.*73. *ex num.* 1. Sed conclusio procedit dum magna & urgens ratio, 155
impedimenti nempe, non intercedit, quia illa intercedente, causa cognita bene concedi potest, sive prorogatio, sive nova dilatio, *d.l.*1. *in fin. C. de dilat. c. erit autem lex* 4. *distinct.* ubi Doctores. Abbas, Jason Alexander, Ferrar. Roman. Rippol. & Rimin. Id. quos sequitur & laudat Fontanella *d. decis.*21. *ex n.*3. Quibus addendi Guttierrez *lib.*1. *practicar. qu.*55. *ex n.*1. Rebuffus *ad leg. Gal. lib.*2. *tit. de dilat. art.*23. *glos. unic.* Bolaños *d. p.*1. §. 16. *num.*15. Gabr. Pereyra *decis.*61. *num.*9. Et cum Paulo, Panormitano, Franco, Dueñas, Afflictis, Tiraquello, Navarro, Craso & Borrello Augustin. Barbos. *in d.l.*1. *num.*9. Mastrill. *decis.*178. *per tot.* Novar. *d. collect.*1. *num.* 20. *&* 24. Ob quod, in praxi 156
Regiæ Audientiæ, admissum est, quod nunquam prorogatio dilationis foralis absolutè petita concedatur; sed si ea durante impedimentum examinandi aliquos testes specialiter designatos, Judici ostendatur, concedi solet suspensio dilationis quoad eos tantum, quod à

Practicis *salvedat* dicitur, quæ extenditur usque ad publicationem; & non prodest nisi ad examinandos eos qui nominatim reperiuntur contenti; & sic decisum in
157 causa Marchionatus de Albayda Regia interloquutione *diei* 22. *Decembris* 1593. reformando salvitatem obtentam usque ad sententiam *die* 17. *eorumdem*. Quæ praxis nititur auctoritate Bartol. *in l. admonendi n.* 8. *ff. de jur. jur.* quam sequuntur Roman. Bald. Alexand. Curt. Jun. Corras. & alii adducti per Morlam *dict. tit.* 11. *in præmiss. num.* 69. Si autem impedimentum non sit limitatum ad certos testes, sed indefinite allegatur, tunc
158 alio remedio opus est, ut postea dicam. Et si de facto contra hanc regulam prorogatio, vel extensio dilationis foralis concedatur nullius roboris, vel momenti est, ut cum Bartolo, Paulo de Castro, Jasone & aliis tenuit Scaccia *dict. cap.* 13. *num.* 44. *cum seqq. usque ad num.* 67. quem sequuntur omnes fermè superius adducti, nisi parte præsente, & non contradicente, quia ex illius consensu valet prorogatio tex. *in l. quod si nolit* §. *si vero convenitur, ff. de edil. edict.* Docent Ant. Gomez
159 *in l.* 22. *Taur. num.* 4. Guttierr. *pract. lib.* 2. *quæst.* 52. *nu.* 4. Cancer. *part.* 3. *c.* 9. *à num.* 39. Fontanel. *de pact. nuptial. tom.* 1. *claus.* 4. *glos.* 15. *num.* 161. Ripol. *d. rub.* 14. *num.* 4. & hoc jure utimur. Quæ autem causæ legitimæ ad hoc reputentur, tradunt Doctores superius laudati, signanter Rebuffus *ubi prox.* Scaccia *d. c.* 3. *ex num.* 89. & Berlich. *d. concl.* 38. *ex n.* 27.

160 Declara amplius nostram foralem conclusionem, ut intelligatur de dilatione concessa ad probandum factum principale, nam semel concessa, non est iterum concedenda, si autem tractetur de replicatione, duplicatione, vel triplicatione, & sic, deinceps *in d. for.* 35. concessa est dilatio ad unamquamque, triginta dierum, ut in simili dixi Berlich. *d. conclus.* 48. *ex num.* 8.
161 Replicatio enim dicitur: *contraria exceptio, sive exceptionis exceptio*, tex. in *l. Paulus* 22. *ff. de except.* notat. Marin. *quotidian resol. lib.* 1. *c.* 109. *n.* 9. Et sic de cæteris. Ramon. *cons.* 88. *n.* 16. Sed hæc raro eveniunt, licet aliquando, ut puta si Reus in causa rei vindicationis excipiat, meliorationes probando; quia tunc actor replicando poterit probare facta non fuisse, vel aliam causam ob quam retentio competere non possit. Ad quod non debet spectare finem primæ dilationis, sed ea currente, potest articulos proponere, dilationem replicatoriam impetrare, ac testes producere, & sic observatum fuisse per Regiam Audientiam notavi in causa superius memorata oppidi del Genoves, in qua pendente dilatione materiæ principalis utriusque partis, concessa fuit dilatio replicationis.

Aliam causam duplicationis præ manibus habui, sed non oportet designare, quia multa indecora in ea revoluta fuerunt. Hæres uxoris agebat pro dote contra hæredem mariti, excipiebat iste solutionem constante matrimonio factam ostendendo, quia maritus mole creditorum gravatus tendebat ad inopiam. Replicaverat actor articulando simulationem hujus dationis in solutum. Excipiebat iterum reus divortium subsequutum fuisse, ac dotem restituitam ob separationem thori. Duplicavit actor non fuisse ad executionem perductam separationem & restitutionem: Et virtute foralis dispositionis dilatio triginta dierum ad unamquamque concessa fuit, modo prædicto; hoc est non spectato fine principalis
162 dilationis. Quod fieri posse non est dubitandum, nam cum istæ dilationes tendant ad diversos fines, & ab eodem jure non procedant, sed à diverso, simul & semel concedi possunt. Si autem petatur dilatio in materia objectiva sive reprobatoria contra testes, & attestationes, hoc est contra personas, & earum dicta, spectanda est publicatio solemniter facienda, & traditio attestationum copiæ, vel sponte sumptæ, vel per apparatum verum vel fictum tradendæ; quo facto currit dilatio, quæ est quadraginta dierum ad proponendas & probandas objectiones, ut in *dict. for.* 35. cautum est. Et si ad reprobationem instrumentorum, quod materia impugnativa per practicos Valentini fori dicitur, & de stylo atque consuetudine servatur; post apparatum tradendi copiam productorum, conceditur dilatio triginta dierum ad proponendas, & probandas impugnationes. Ut notat D. D. Petrus Sanz *ad for.* 40. *de testib.* 163
Et istæ duæ dilationes, eodem tempore concedi ac currere possunt cum tendant ad diversos fines, & à diverso jure dimanent. Ut probat tex. *in l. generaliter vers. nullo C. de reb. credit.* notant Speculat. *tit. de dilat.* §. 19. Bartol. *in l.* 2. *num.* 12. *ff. de re judic.* Franciscus Marcus *n.* 1. *decis.* 34. *ex num.* 1. Tuscus *lit. D, concl.* 441. *num.* 22. aliis relatis Thoro *in compend. decis. tom.* 2. *verbo terminus alias datus*. Dominus Leo *decis.* 86. *per tot*, ubi Regiæ 164
Audientiæ decisionem ponit; cui addi potest alia in secunda causa Baroniæ de Alcantara, eodem Domino Leo referente lata *die* 22. *Septembris* 1611. confirmata *die* 15. *Januarii* 1612. quibus jussum fuit, quod tradita copia attestationum, & instrumentorum cum apparatu, modo prælibato faciendo, currerent ambæ dilationes, in materia objectiva quoad testes, & impugnativa quoad documenta producta. Imo diserti causarum Patroni, eo- 165
rum qui agunt, maximopere curant, quod instrumenta actionem comprobantia edantur in dilatione probatoria, materiæ principalis; tum quia hoc est tempus opportunum ad omne genus probandi; tum etiam quia licet postea edi possint, ut dicam inferius, ex productione retardatâ, & morosâ nihil utilitatis captare possunt; sed damni, ex protelatione, resultantis. Editis igitur in- 166
strumentis in principali dilatione, quando testes publicantur, & reus comminatur quod copiam attestationum sumat, comminari etiam potest quod sumat copiam instrumentorum, ut eodem tempore curant ambæ dilationes, ita ut quod peragendum erat in septuaginta diebus, in quadraginta peractum reperiatur. Sed de his latius *in* §. §. *sequentibus* agendum est.

Si enim lapsa dilatione, quis novam desiderat, du- 167
bitari merito potest quo remedio juvari possit? in minoribus, & cæteris fruentibus illorum privilegiis, res expedita est, & usufrequentissima nempe beneficio restitutionis in integrum implorando, admitti possunt, & quotidie admittuntur ad probandum etiam post publicationem, & didicita testificata, per text. *in l. minoribus*, 6. *l. minor.* 8. *l. minor* 36. *cum simil. ff. de minor.* Ubi Glos. Bartol. Bald. Alberic. & cæteri Doctores. Item Bartol. *in l* 1. §. *nuntiato, ff. de novi oper. nuntiat.* aliis relatis Ant. Gomez *tom.* 2. *variar. cap.* 14. *n.* 5. Tuscus *lit. M, concl.* 284. *in princip.* Farin. *quæst.* 75. *n.* 444. *per plur. seq.* Caldas *in l. si Curatorem,* §. *vel adversus dolo, ex n.* 19. *C. de restit.* Azevedo *in l.* 3. *tit.* 8. *lib.* 4. *recopil.* Gutierrez *lib.* 1. *practic. q.* 66. *cum aliquot. seqq. & lib.* 3. *q.* 32. *cum seq.* Cancer. *var. lib.* 2. *c.* 14. *n.* 12. *& lib.* 3. *c.* 1. *n.* 61. Fontanella *decis.* 167. *n.* 12. Ripoll. *variar. c.* 5. *n* 149. & *in prax.* Peguer. *Rub.* 14. *n.* 51. Paz *in praxi d. tempor.* 8. *ex n.* 113. Gratian. *disceptat. for. c.* 158. *n.* 3. Ant. Amato *lib.* 2. *variar. resol.* 65. *n.* 16. Berlich. *conclus.* 40. *n.* 23. Ex nostratibus Morla *in empor. titul.* 5. *de restit. minor. in præmiss. num.* 8. & Dominus Leo *decis.* 96. *n.* 4. sed 168
hoc in casu, non ex solo lapsu dilationis minor restituendus erit, quia fundamentum restitutionis est læsio, & ostendere aliquo modo in civilibus debet, quod aliquid revelans probandum omisit. Sic tenent D. Fran. Castillo, *decision.* 197. *lib.* 1. Amato *dict. lib.* 2. *resol.* 69. *num.* 10. Maceratus *lib.* 1. *resol.* 54. *n.* 2. *& lib.* 2. *resol.* 8. *num.* 56. Non ut aliqui voluerunt, plene læsionem probando sed præsumptivè, vel adminiculis aliquali modo, ut ipse Maceratensis cum Menoch. & aliis explicat *dict. resol.* 54. *num.* 7. *& dict. lib.* 2. *resol.* 15 *num.* 10. An autem minori concedenda sit restitutio, dum tanquam tertius venit ad causam actorem, vel reum defensurus, jam publicatis attestationibus? Vide Co-

varruv. *pract. cap.* 13. *num.* 3. Hondedeum. *conf.* 25. *ex num.* 6. Cancer *variar. lib.* 2. *c.* 16. *num.* 11. & dicta pro utraque parte per Giurbam plures referens *decis.* 1. *ex num.* 7. in Regia Audientia amplexa est Doctrina Cancer, ut testatur Mag. D. Polo *adversar.* 241. *in fin.* sed Dominus Don Petrus Sanz *lit. T, obser.* 3. clarè dicit doctrinam Marii Giurba esse receptam, & sic pronuntiatum in causa Alvari Vives Domini de Pamis, & Comitis de Ana, in qua se opposuit Syndicus oppidi de Pedreguer, cui denegatum fuit remedium R. provisione 15. *Martii* 1634. actuario Blanes juniore.

169 Et nota, quod licet regulariter dicatur Universitates frui privilegiis Minorum, & sic beneficio restitutionis in integrum admitti ad probandum publicatis attestationibus; intelligendum est de Universitatibus effectivè formatis, quarum jura, & bona administrantur more patrio per Rectores, Decuriones, & alios municipales Magistratus: non vero quando plures in una eademque re interesse communiter habentes, unum corpus constituunt. Nam ex quatuor speciebus Universitatum descriptis per Losæum *tract. de jur. Univers. p.* 1. *c.* 2. *per tot.* Provincia, Civitas, & Castrum, vel Oppidum, seu Villa, jure gentium approbatæ sunt, cum ex sui natura habeant jurisdictionem, honorem, territorium, & alia jura, tex. *in l. ex hoc jure, ff. de just. & jur.* cum aliis adductis per Losæum *d. c.* 2. *n.* 68. & sic quoad has Universitates dubitari nequit, quod beneficia minorum eis competunt.

171 At vero quarta species, quæ remanet, & communiter dicitur *Collegium*, reprobata ex sui natura est, nisi specialiter ostenderit approbationem Principis, tex. *in l.* 1. *ff. de colleg. illicit. d.* 1. *ff. quod cujusque univers.* cum aliis traditis per Losæum *d. c.* 2. *n.* 75 Ob quod Communitas rigantium ex aqua ejusdem Fontis, Fluminis, vel insilis, non potest dici Universitas, tum quia ad nullam ex his speciebus reduci possit; tum etiam quia non administratur per Decuriones, Rectores, vel Magistratus, sed omnes interesse habentes concurrunt ad
172 administrationem. Et quamquam hoc nomen, *Communitas*, quo uti solent, ad Universitatem Civitatis, Castri, vel Villæ & cujuslibet Municipii, referri solet, ut cum Bartulo notat Losæus *n.* 33. istæ Communitates rigantium, nullam habent connexitatem, vel dependentiam ab Universitatibus Oppidorum, quia non administrantur per municipales Rectores, & ex particularibus hominibus diversorum Oppidorum constituuntur, quod diversum esse resultat: Neque Societatem constituere dici posset, quia ut Ulpianus ait *in l. ut in conductionibus* 33. *ff. pro socio.* ibi: *longe remotum est* à Societate; & solum concernit negotium communiter attinens ad dictos rigantes, per quos communiter etiam geritur, non secus ac si jura, vel bona aliqua omnes conduxissent, vel rem communiter emissent, tex. *in l. cum tractar.* 32. *junct. l. seq. ff. pro socio*, ubi Doctores.

173 Ex quibus infertur, quod istæ Communitates privilegia Minorum non obtinent, neque ope restitui in integrum possunt: quia negotia Communitatis tractant tanquam propria, & quilibet eorum scit omnia quæ geruntur, & de administratione curant, quamquam
174 abusivè procuratorem, quem constituunt, Syndicum dicere solent. Unde æquum non est, quod gaudeant privilegiis concessis Universitatibus, quæ administrantur per Rectores, seu Decuriones, sicut pupilli per Tutores; & Minores per Curatores, juxta doctrinam Bartoli *in l. Respublica, num.* 3. *in fin. vers. sunt & Castra quædam*; ubi etiam Doctores, *C. ex quib. caus. major.* Gratian.
175 *discept. forens. c.* 158. *n.* 28. Nisi in ea Communitate reperiantur pupilli, viduæ, & aliæ miserabiles personæ, quibus concedi debet, ex quorum personis cæteris communicatur tex. *in l. petendæ, in fin. C. de temp. in integr.* Felin. Ant. Gomez, & alii adducti per Guttierrez *practicar. lib.* 2. *q.* 22. *n.* 1. Losæus 3. *part. cap.* 18. *num.* 19.

Communitates has non regi neque administrari per alios, nempe Magistratus, vel Rectores, sed per ipsos rigantes certo certius est; quare ex se beneficia minorum concessa non habent, ut notant Alexand. *in l. Civitatis, n.* 4. *ff. si cert. petat.* ubi etiam Decius *num.* 8 Paul. de Castro *in l. Respublica* 8. *Cod. de restitut. minor.* Bartol. *ibidem num.* 3. *in fin.* ubi Addent. Quia privati ipsi administrantes sunt, & privatorum loco habentur, Bartol. *in l.* 1. §. *mentiatio, col.* 5. *vers. sed quid in muliere, n.* 35. *ff. de nov. oper. nunciat.* Olaseus *decis.* 87. Gratian. *decis.* 219. Balb. *de præscription. part.* 3. *quinta principalis q.* 2. *n.* 3. licet dissentiat Sfort. Oddo *de in integr. restit. p.* 1. *q.* 3. *artic.* 11. *vers. sed contrarium.* 176

Sed ut dixi, si in ea Communitate reperiatur minor, quamquam ipsa Communitas ex se non gaudeat dicto beneficio, cum negotium individuum esse soleat, nempe jus rigandi, & ea quæ consequuntur, concesso beneficio minori, prodest cæteris ipsius Communitatis, text. *in l. si communem, ff. quemadmodum serv. amittat.* notant Doctores *in l. unic. C. si in com. eadem caus.* Afflictis, Maurus, Oddo, & alii apud Cancer *variar. libro secundo, capite primo, numero* 232. *cum sequentibus.* Quare si adest minor, nomine ipsius petiri solet restitutio, & ei concessa cæteris communicatur, aliàs denegatur, ut ex deliberatione Regiæ Audientiæ denegatam notat D. D. Petrus Sanz in causa Communitatis Rigantium de Benifurt, contra rigantes ex insili del Puig & la Murta, Civitatis Setabis. An autem concessa restitutione minori ad probandum, concedenda veniat dilatio transmarina, tradit Guttierrez *practicar. lib.* 1. *quæst.* 69. *per tot.* 177

Si autem major sit, qui contra omissam probationem restitui postulat, didiscitis testificatis; quia aliud remedium facta publicatione non competit, cum jus, & forus resistant omnino, *C. fraternitatis C. intim. vult, C. constitutus de testib. Clement. fin. eod. tit.* docent Ludovis. *decision.* 48. *numero secundo.* Mantica *decis.* 24. Peña *decis.* 595. *num.* 4. & *decis.* 604. *numero secundo.* Tunc necesse erit quod appareat de causa sufficienti ad concedendam restitutionem ex edicto majorum, si qua mihi justa causa juxta text. *in l.* 1. & *tot. tit. ff. ex quibus caus. major.* docet noster Belluga, *in specul. Princip. R. lib.* 33. §. *rem novam, numero trigesimo nono*, pluribus Farinac. *dict. quæstion.* 75. *ex num.* 431. Marceratens. *var. lib.* 2. *resol.* 48. *num.* 15. & Dominus Leo *d. decis.* 96. *ex n.* 3. qui *for.* 69. *curiar. anni* 1564. expendit pro contraria, & satisfactionem ei dare conatur. Sed meo judicio pro hac parte expressè militat, ibi: *si ja no es pretengues, y articulas non sct, del qual la part no pogue tenir noticia.* Cum enim in his verbis ex regula generali excipiatur casus ignorantiæ, facti probandi, sive defectus notitiæ, idem dicendum ex verisimili mente supplicantium, & statuentis, quoties causa justa ejusdem ponderis intervenerit. 178 179

Sed dubitari posset an hæc justa causa probanda sit? & probandam ex Bartolo, Nata, Boërio, Virginio, & nostrate Morla respondit Larrea *decis. Granat.* 70. *num.* 34. Quod procedit, si finita causa, beneficium restitutionis in integrum imploretur; nam si lite pendente postuletur, dum partes admitterentur ad probandam læsionem, & verificandam causam, lites fierent immortales; ob quod sufficit quod aliquid ostendatur verisimiliter læsionem & causam comprobans, ut cum Specular. Aretin. Afflict. Aufred. & Cels. Hugo. tradit Cancer *dict. cap.* 1. *num.* 244. Dominus Leo *dict. decis.* 96. *num.* 9. Et dum ignorantia, vel defectus notitiæ pro causa implorandi beneficium restitutionis in integrum allegatur, debet apparere de ea, ita ut probabilis, justa, atque inexcusabilis esse videatur, non autem crassa, supina, vel culpabilis, ut cum Pinello, Surdo, Marescoto, Statilio, Thesauro, Pesro Barba, & Cardoso probat Fontanella *decis.* 18. 180 181 182

num.18. & 19. decif.177.num.19. & decif.485. num.11. cum ſequentibus. Juxta quam diſtinctionem percipies praxim Regiæ Audientiæ, ſæpe ſæpius concedentis reſtitutionem in integrum ad probandum poſt publicationem, & didiſcitis teſtificatis, oſtenſa cauſa, &
283 læſione, de quo plures deciſiones reperies; deficiente verò læſione, denegatum fuit beneficium curatrici don Didaci Fenollet rigantis ex inſile del Puig, & la Murta, Regia interlocutione, *diei 21. Octobris 1614. & rurſus diei 4. Octobris 1616.* Referente Domino Don Joanne Hieronymo Blaſco, quia nullo modo potuit conſtare habuiſſe notitiam aliorum teſtium, vel facti præter deductum, & productos in dilatione forali, deficiente cauſa in lite, de qua Mag. Polo *in dict. adverſ. 241.* nam Monaſterium Carthuſianorum Beatæ Virginis Mariæ de Araceli, cui imminebat evictio domus impetitæ Vincentio Jernet, articulos novos formavit, ſuper quos beneficio reſtitutionis teſtes ſibi admitti, lapſis delationibus, ſupplicavit; & dum Regia Audientia inclinabatur ad conceſſionem, inſpectis articulis apparuit, quod factum in eis deductum, non poterat probari per teſtes, ſed per inſtrumenta, & ſic denegatum fuit beneficium ex defectu cauſæ in *menſe Julii anno* 1640. ſub examine Domini D. Petri Sanz, & idem in aliis.

184 Procedunt prædicta abſque dubio quando probationes faciendæ ſunt intra Regnum Valentiæ: ſi autem extra illud, tradita forma eſt *in for. 32. & 33. de teſtib.* quibus cavetur, quod concedatur major dilatio ad arbitrium Judicis ſecundum longinquitatem locorum: ob quod neceſſarium eſt ut exprimatur Regnum, vel Provincia, civitates, & oppida, in quibus teſtes examinandi ſunt, cum nominibus teſtium examinandorum; quod poſtulari debet intra primos viginti dies dilationis foralis, præſtito prius jurejurando malitiæ,
185 hoc eſt ſe non malitioſè hanc dilationem petere; & facta obligatione de ſolvenda decima parte æſtimationis litis, ſi non probaverit in totum; vel in parte ea quæ intendit: cujus decimæ, tertia pars applicatur fiſco, & duæ adverſario; de cujus rei materia videndi ſunt præter ordinarios *in dict. l.1. C. de dilat.* Gail. *obſer. 91. num. 3. lib. 1.* Franc. Marcus *deciſ. 56. p.1.* Peguer. *in prax. dict. rub. 14. n. 2.* & ibi Ripoll *ex n.47.* idem Ripoll *variar. dict. cap.5. num.124. & ſeq.* Cancer *var. p.1. cap. 20. ex num.108.* Fontanella *deciſ. 21. & deciſ.161. cum duob. ſeqq.* Guttierrez *practicar. dict. lib. 1.*
186 *quæſt.59.* Caravita *ad rit. mag. cur. ritu. 140.* Vincent. de Franq. *deciſ.57. ubi* Addent. Portoles *ad Molin. verb. teſtis, num. 9.* Monteroſo *d.p.2. verſ. pide la parte termino ultra marino* Azevedo *in dict. l.1. tit. 6. lib. 4. recopil. ex n.19.* Bolaños *d. p.1. §.16. ex num. 10.* Ex noſtratibus Dominus Leo *deciſ.157. in princip.* & D. D. Petrus Sanz *lit. D. obſervat.22.*

187 Et licet plures ex relatis Doctoribus tenuerint quod ſi probationes faciendæ ſunt in Provincia, ſeu Regno in quo litigatur, & in partibus longinquis, ſeu tranſmarinis, major dilatio (quæ de jure ad provincias continentes eſt ſex menſium, ad tranſmarinas novem *ut in dict. l.1. C. de dilation.* dicitur, cujus diſpoſitionem noſtri Judices ſequuntur in arbitrando) abſorbuit minorem, ut notat Scaccia *dict. cap.2. n.43.* In noſtro Regno cum dilatio ad partes longinquas, & tranſmarinas petenda ſit intra viginti primos dies termini foralis, hos non eſſe computandos in dilatione majori ſequitur, quia terminus ad petendum dilationem non computatur in dilatione; bene vero cæteri viginti, qui remanent ad complementum dilationis foralis.

188 Sed pone caſum arctatæ dilationis ad decem dies (idem erit ad quindecim, vel viginti, reſpective) & unam partem poſtulantem remiſſoriam ad examinandos teſtes in longinquis, vel tranſmarinis, quæritur an petenda remiſſoria ſit intra quinque primos dies? Et videtur dicendum, quod pars quæ conſenſum præbuit arctationi, intra dimidium dilationis arctatæ petere debet; quia ex conſenſu illius, iſta dilatio ſucceſſit loco foralis, & ſic eodem jure regulari debet, ut docuit Jaſon *in §. penales inſt. de actionib.* Pars verò quæ conſenſum non præbuit ſimili coarctationi, jus habet ad dilationem foralem, & ex coarctatione ab alio petita perjudicari non potuit, ut docet Felinus *in c. prudentiam de mutu. petit. & in c. de teſtibus, not.1. de teſtib.*

Et quamquam dilatio tranſmarina jure ordinario no- 189
vem menſium eſſe debeat, juxta tex. *in d. l. 1. C. de dilat.* cujus diſpoſitionem, ut dixi, in hac parte ſequimur, ut in cæteris Curiis totius Europæ; intelligi debet ſi poſtuletur ad producendos teſtes in his orbis partibus, quæ tempore diſpoſitionis ejus legis erant in hominum cognitione, & commercio, ut expreſsè notat Jacobus Gothofredus *ad leg. fin. C. Theodoſ. de dilation.* 190
Nam ſi petatur ad vaſtiſſimas Provincias Indiarum, major dilatio concedenda erit, ob ſummas difficultates navigationis diuturnæ, & tranſmiſſionis literarum, hinc inde. Et ſic concedi ſolet dilatio duorum annorum, ut in terminis tradunt Monteroſo, *ubi prox.* Paz *de tempor. 8. n.39. & 40.* Azevedo *in d. l. 1. tit. 6. lib. 4. recopil. ex n.18.* 191
Valenzuela *conſ.150. num.68.* Et licet ad partes Novæ Hiſpaniæ, ſive Regni Mexicani, unius anni cum dimidio dixerit concedendam Paz, juxta praguaticam ſanctionem ab eo adductam, & ad Pervanas Provincias duorum annorum, in Supremo Senatu Novi Orbis communiter receptum eſt, quod indiſtincte concedatur duorum annorum, computandorum à die primæ expeditionis navigii, ad eam partem de qua agitur navigantis, & ſic pluries concedere vidi, & conceſſi; quæ diſpoſitio reſpectu temporis computandæ dilationis ab expeditione primi navigii ordinatione expreſſa, Luſitanorum firmata eſt, ut tradit Ignatius Pereyra *tract. de reviſ. cap.29. num.11.* Et ſi ad partes Regni Chilenſis, vel Fluminis Argenti, vulgo *Buenos Ayres*, aut ad Inſulas Philipinas; cum navigatio repetenda ſit, & multis periculis expoſita, adhuc major dilatio deſideratur, & concedi ſolet ex traditis per Ant. de Leon *tract. de confirmationibus Regiis part. 2. cap. 16. per tot.* Solorzanum *de jur. Indiar. tom. 2. lib. 2. cap. 26. num.29.* Ex quibus conſequitur, quod juſte Regia Au- 192
dientia Cathaloniæ, non obſtante prohibitione in conſtitutionibus contenta, conceſſit dilationem anni cum dimidio in caſu de quo Don Ludovicus Peguera *deciſ.187.* Fontanella *deciſ. 21. num. 22. & deciſ. 163. ex n.4.* Ripoll *variar. cap.5. num.141.* & in prax. *rub.14. numero ſecundo, & 48.* Et ſic quoties caſus emergat in Regno Valentiæ poſtulandi dilationem probatoriam ad partes Indiarum, duorum annorum concedendam teneo, nam cum difficilior ſit tranſmiſſio literarum à Regia Audientia Valentina, quam à Senatu Novi orbis, ne probandi via præcludatur ei qui obtinuit ſimilem dilationem, quæ jam favorabilis reputatur, *l. quoniam 21. C. de hæretic.* ut cum Surdo, Fontanella, Valenzuela, & Carlevalio tenuit Ignatius Pereyra *dict. c.29. n.15.* rationi conſentaneum erit, quod tanti Senatus veſtigia ſequendo, eandem dilationem concedat.

Si autem aliquis remiſſoriam poſtulat ad examinan- 194
dos teſtes extra Regnum (intelligitur juxta *for.32.* eſſe ad partes longinquas) intra dilationem foralem tamen, quadraginta dierum, dubitari poſſet an concedenda ſit abſque eo quod præſtet, ſive obſervet ſolemnitates contentas *in dict. for.32.* Et admitti poſſe ſi- 195
milem inſtantiam abſque ſolemnitatibus ſuaderi poſſet ex eo, quod illæ ſtatutæ ſunt ad excludendas calumnias, & protelationes, ut cum Simanca, Bobadilla, &, Fontanella tradit Ripoll, *dict. Rub. 14. n. 47. cum ſeqq.* Et dum amplior dilatio non poſtulatur, hæc omnia ceſſare videntur, ac per conſequens ceſſare etiam obli-

gationem

gationem præstandi has solemnitates, ex regula tria, cessante causa cessat effectus, *l. adigere, §. quamvis, ff. de jur. patron.* cum aliis adductis per Andr. Tiraquel. *in tractatu pleniſſimo ceſſant. cauſ.* Auguſt. Barboſ. *axiom. 40. num. 4.* Sicque decisum in Regia Audientia
196 tradit Dominus D. Fran. Hieron. Leo *decis. 157. per tot.* Deinde quando factum probandum in partibus longinquis actum fuit ibidem, cessat ratio earundem solem-
197 nitatum, juxta Doctrinam Bartoli *in l. is poteſt, ff. ad adquir. haredit. num. 16.* Balb. *tract. de præſcription. p. 4. principali, §. 3. per tot.* Alaxand. *conſil. 220. n. 4. vol. 6.* Bolannos *in Curia Philip. part. 1. §. 16. numero decimo quarto*, qui testatur sic admissum in praxi Regnorum Castellæ: & dubitari non valet, quod si factum ad causam pertineat, cessat quælibet præsumptio fraudis, cum gesta Romæ, non possint probari Lutetiæ Parisiorum.

198 Quibus non obstantibus non cessare necessitatem præstandi has solemnitates suadetur ex eo, quod illæ non solum institutæ sunt ad vitandam protelationem, quæ ratio solum militat si Reus similem dilationem desiderat, & dispositio de qua loquimur, actorem pariter afficit. Sed inductæ sunt ne adversarius inutiliter cogatur mittere ad illas partes, qui testes jurare videat suo nomine, ad quod necessaria est citatio juxta tex. & *d. for. 38. de teſtibus*, adeo ut ex defectu istius citationis
199 examen reddatur nullum, tex. *in l. ſi quando, C. de teſtib. c. 2. de teſtib.* & utrobique DD. Caputaq. *dec. 354. n. 2. lib. 3.* Gratian. *dec. 231. n. 4.* Rota apud Penna *dec. 163. in fin.* Ita ut stylus in contrarium tanquam oppositus juris male introductus dicitur, & uti talis reprobaturi: Idem Gratian. *diſcept. for. cap. 694. ex n. 48.* Scaccia *d. lib. 2. c. 3. num. 184.* frustra namque citaretur nisi posset mittere qui loco ipsius interesset modo solito in examine, ut dici possit cum ipsius injunctione productos fuisse; alias exponeretur conlitigator multis periculis, nempe subornationis, non posse objicere defectus personales, & supponendi unum, & idem pro diversis perso-
200 nis, mutato nomine ac distinctis oppidis prout in facto contigisse expertus sum. Qua de causa in nostro foro duæ partes ex tribus totius pœnæ applicatur adversario, in compensationem expensarum in hoc factarum, si postulans remissoriam nihil probaverit. Quod succedit loco depositi faciendi ad ipsum effectum in
201 aliis Provinciis, arbitrio Judicis, ut adversarius indemnis servetur juxta Doctrinam Glossæ *in c. ſtatutum, §. fin. de reſcrip. in 6.* Panormit. & cæter. Canonist. *in c. conſtitutus de fidejuſſor.* D. Leo *d. deciſ. 157. num. 5.* Scaccia *d. cap. 3. num. 140.* Paz *d. temp. 8. num. 38.* Franq. *deciſ. 57. per tot.* Thoro *in comp. deciſ. tom. 1. verb. nominationi.* Novar. *ad dic. tit. de dilat. collect. 3. ex numer. 1.*
202 Quare semper juramentum necessarium est, & obligatio solvendi expensas, vel pœnam, & pariter designandi Provinciam, & Civitatem, vel oppidum in quo examinandi sunt, cum nominibus aliquorum, ut pars per se, ve legitimum Procuratorem comparere possit, & intervenire in juramento, ut in simili tradunt Franchis *dict. deciſum. 57. per tot.* Muscatell. *in prax. gloſ. ſuſpectum, numer. 36. verſ. veritas.* Rovitus *ad pragm. 3.*
203 *de dilat.* Caravita *dict. ritu. 140. ex num. 2.* Et sic observatum fuit per Regiam Audientiam *die 5. Maij 1557.* in causa Baroniæ de Vivel, nam Don Didacus Zarcuela probare voluit unum ex articulis in civitate Cesaraugustæ, intra dilationem foralem, & ei concessum fuit, præstitis solemnitatibus *dict. for. 32.* Et notat quod factum probandum evenerat in eadem civitate, ut excludatur altera limitatio, quæ pariter cessat (quicquid dicat Bolannos) dum rationes superius perpensæ procedunt etiam si factum ibi evenerit. Idem decisum fuit in mea Aula, me intervenient sub examine Nob D. Francisci Bono, in causa successionis oppidi de Catarroja inter Comitem del Rea, & Communitissam de Villamonte *die 17. Februarij 1655.* actuario Calba. Et 204
rursus sub eodem Auditore in causa successionis Baroniarum, & oppidorum spectantium in eo Regno ad Comitatum de Aranda, inter Comitem Don Petrum Paulum Fernandez de Heredia, & Comitissam viduam, & Marchionem de Ariza. Neque his obstat decisio adducta per D. Leo, quia ut ex ipsa deprehenditur, non fuit pronuntiatum quod depositio testis de qua in ea idonea haberetur, sed quod aperiretur *plica* (sic nostri practici vocant litteras Judicis, cui remissoria data fuit, quæ cum attestationibus clausæ reportantur) & ex facto proposito in eadem decisione resultat partem acquievisse examini illius testis, & expeditioni litterarum; quæ non conceduntur absque illius injunctione. Si enim se opposuisset, non fuissent expeditæ litteræ remissoriales absque causæ cognitione: Et parte non contradicente, fieri posse omnes Doctores tenent juxta tradita per Scacciam, *dict. lib. 2. cap. 8. num. 590* cum aliis adductis *sup. num. 159.* At in decisionibus pro nostra sententia adductis pars nervosè contradixit examen absque solemnitatibus. Et in decisione adducta per D. Leo, prima Aula Regiæ Audientiæ nostram sententiam sequura fuit, ut ex ea resultat.

Lapsa prima dilatione transmarina, si testes exami- 205
nati non fuerint, dubitari potest an secunda sit concedenda? Et dic quod si lapsa fuerit prima culpa partis postulantis, nullatenus dari debet reintegratio, ex regula text. *in l. oratione, & l. ult. ff. de feriis, & l. fin. Cod. de dilat. d. for. 35. de teſt.* tradunt Scip. Rovit. *ad prag. Neap. tit. de ordin. Judici. prag. 10. num. 4.* Capicius *deciſ. 82.* Novar. *ad d. tit. de ordin. Judi. i. collect. 10. num. 3.* Ex ratio est, quia ista dilatio semel tantum con- 206
cedi debet ex tex. *in d. l. 1. C. de dilat. l. fin. cod.* Ubi Doctor. Vincent. de Franch. *d. deciſ 57.* ubi Amendola, *num. 1.* Et cum hæc dilatio probatoria peremptoria sui natura sit, ut dixi, sibi imputet si per negligentiam vel culpam ipsius elapsa sit absque productione. Si vero ab aliquo impeditus fuerit, reintegratio concedi debet ut, ut cum Rovito, Castrensi, Afflictis & Gallup Boe- 207
tio, Chaquerano, Oddo, Rippa & Romano tradit Thoro *in compend. deciſ. tom. 1. verbo terminus in cauſa; tom. 2. verb. terminus alias datus, & Laelius tom. 5. verb. terminus datus*, Novar. *d. collect. 10. num. 7.* Dominus Vico *ad pragm. Sardin. p. 1. tit. 10. cap. 3. num. 26.* cum aliis 208
notatis supra *num. 155. cum ſeq.* Sed in isto casu pars quæ postulavit, impedimentum probare tenetur litteris testimonialibus Judicis, cui remissum examen fuit, nam licet regulariter petenti secundam dilationem incumbat onus probandi impedimentum; ut aliis relatis tenuit Scaccia *d. ...3. ex n. 67.* sive sit per juramentum, sive per alia media arbitrio Judicis, de quo Rebuffus *in dict. gloſ. uni... num. 6. num ſe...* ob quod causæ cognitio adhibetur, ut dixi; tamen in specie dilationis transmarinæ, vel extra Regnum sic diffinitum habemus *in dict. for. 32. in fin.* dum dicitur, quod ad vitandam pœnam si non probaverit, litteras testimoniales illius, Judicis adferre debet; ergo multo magis si ultra excusationem à pœna novam dilationem desiderat. Ut de Camara Imperiali testatur Gail. *dict. obſ. 91. n. m. 6.* Quam declarationem amplectitur Scaccia *dict. cap. 31. num. 73.* Sed isti Doctores excludere non audent alium modum probandi impedimentum. Forus verò noster omnes modos probandi excludit præter litteras testimoniales; prudenter, & juste, ob vitandas calumnias, & protelationes dum intelligatur de impedimento emergente in eo loco, ubi Judex ille residet, nam si alio in loco puta, in via impedimentum occurrerit, tunc probari debet per litteras testimoniales Ju- 210
dicis ejus loci, in quo impedimentum factum est, quod mihi probat textus *in l. quicumque 27. C. Theodoſ. de petition.* & ibi Jacob. Gothofr. ubi talis species proponitur

proponitur. Ad causas fiscales, quarum expeditio intra annum pro dilatione peremptoria assignatum, fieri debet, dum citatus ad locum transmarinum Judicii pergit, impedimenta probare non potest, nisi per litteras Judicis loci in quo facta fuerunt. Verba Honorii sunt hæc: *nisi apud quemcunque Judicem contestatis querelis, & evidenter probatis, præjudicio contracta non suo vitio tarditatis exutus, & de factionis auctore vindictam congruam prosequatur.* Et sic observavit Regia Audientia in causa vertente, inter Paulum & Augustinum Justinianos Alonenses, cum Baptista Fornari & fratribus *anno* 1629. Quia ii dilationem transmarinam ad probationes faciendas in Civitate Genuensi obtinuerant, & ea lapsa secundam postulabant, ex eo quod litteræ admissæ non fuerant, quia Senatui in eis non dabatur attributum assuetum. Sed cum id litteris testimonialibus non probaret, & remissoria non specialiter Senatui, sed cuicumque judici missa esset, denegata fuit secunda dilatio.

211 An assignatio dilationis sit de substantia Judicii dubitari posset, ita ut ex defectu illius, processus reddatur nullus? Si enim aliqua pars postulaverit dilationem ad probandum, Judex eam denegaverit, nulli dubium erit claudicare processum per text. *in l. ad probationem, C. de probat. Clemens. Pastoralis vers. caterum de re*
212 *judic.* pluribus Marius Giurba *decis. Sicil. 26. num. 6.* Valenzuela *cons. 84. num. 40.* Berlich. *dict. conclus. 38. num. 25.* Rossa *consult. 31. num. 3.* Quando vero dilatio postulata non fuit, aliqui tenuerunt non esse de substantialibus Judicii, ob quod concludunt non vitiari,
213 ex tex. *in l. à procedente, 4. C. de dilat.* ibi: *ut si forte dilationis petitio fuerit improbata, suscepta quæstio per sententiam Judicis dirimatur.* docent, Baldo, Corceto, Castillo, Milanense, Emiliano, Franchis, Rovito, Anania, Amendola, Ponte, Blanco, Menochio, Burgo, Marchesano, Mura, Mastrillo, Petro Gregorio, Decio, Paschalio & Intrigliolo, Ant. Amato. Variar. *lib. 2. resol. 63. numer. 6.* Thoro *tom. 5. verb. Terminus in causa,* Scaccia *dict. cap. 3. numer. 58.* Berlich. *dict. concl. 38.*
214 *num. 25.* Quæ forsan procedere possent, quando de facto liquet per partis confessionem, vel punctus juris mere discutitur, ut isti Doctores explicant; secus vero quando quid facti discutiendum venit, nam eo in casu, si partes omnino postulationem dilationis probatoriæ omiserint, nulla sententia ferri posset, nisi absolutoria ab observatione Judicii, ut notat idem Scac-
215 cia *dict. cap. 3. num. 65.* Quia de substantialibus est probatio facti ex *tex. in cap. quoniam contra de probat. l. si quando 2. C. de dilat. l. minor viginti quinque annis, ff. de minoribus* tradunt Thesaurus *decis. 26. in princ.* Asin. *de execut. §. 1. cap. 1.* Barcius, Bucius, Menochius Osascus, Serapius, Crasus, Cumianus, Nepitus, & Mastrillus apud eundem Amato, qui eos sequitur *dict. resol. 63. ex n. 7.* Rovit. *ad pragm. 4. de dilat. cap. 17. num. 6.* Muscatel. *in prax. p. 1. glos. 5. in prin.* aliis relatis Pratq
216 *discept. Forens. tom. 4. cap. 28. num. 14. cum seqq.* Absque eo quod obstet *dict. l. à procedente;* nam verba illa: *dilationis petitio fuerit improbata,* potius referenda sunt ad contradictionem partis quam ad judicis rejectionem: quia Judex denegat dilationem, & rejicit instantias; pars vero improbat, & contradicit, ut explicat Glos. *in eod. textu verb. improbata.* Vel quia Imperator de reo confesso loquebatur, cui denegandam dilationem tenuit Bardus in *eod textu ad fin.* Vel interpretari debet de secunda, vel tertia dilatione, ut docet Bartol. *ibid. num. 2.* Quia de rigore juris, unica dilatio necessaria est, ad causas civiles legitimè substantiandas *l. fin. ff. de fer. & dilat.* licet jure novissimo, secunda, vel tertia concedi possint, *auth. jubemus, C. de judic. Novella 115. cap. 2.* ob quod facilius istæ rejici possunt, ad arbitrium judicantis.

217 Quæ difficultate carent, juxta decisionem nostri fori; nam in eo clare imponitur necessitas concedendi dilationem, seu verius ipse fortis eam concedit, absque partis postulatione, vel judicis facto, ut in simili lege tradit Berlich. *dict. conclus. 38. num. 24.* Et quanquam hoc in casu non requiri ministerium Judicis videatur, 218
ut cum speculatore, Baldo, & aliis probat Scaccia *dict. cap. 3. num. 160.* Tamen in praxi adhibendum necesse est; saltim ut appareat, à quo die incipit, quia dum actor intendit testes producere, & Reus impedimenta opponit, Judex dirimendo quæstionem, pronuntiare debet an testes recipiendi sint, necne; quanquam concessio dilationis referatur ad forum, ut in simili statuto re-
ceptum in Regno Neapolis tradit Caravita *sup. rit. 69.* 219
num. 5. & 4. & fatetur Scaccia *dict. num. 163.* Et adhuc hæc non sufficiunt, nam ut currere possit, requiritur notificatio parti facienda, juxta doctrinam *dict. l. de unoquoque,* ut docent Maranta *de ordin. Judic. dict. p. 6. art. 3. num 14.* Guttierrez *pract. lib. 3. quæst. 37. num. 10.* Riminaldus Senior *cons. 66.* Socin. *consil. 46.* & Anton. Amato *var. lib. 2. resol. 93. num. 13.* In quo cave, ne de-
cipiaris ex traditis per Don Acasium Ripoll. *variar.* 220
cap. 5. num. 144. & dict. rub. 14. numer. 37. quatenus tradidit dilationem à lege concessam ipso jure currere absque injunctione, vel citatione; & dilationem per Judicem datam requirere injunctionem, ut currere incipiat: nam quidquid sit de praxi Principatus Cathaloniæ, in Regno Valentiæ praxis est, quod ad hoc ut 221
currere incipiat dilatio probatoria, necessaria est Judicis pronunciatio, & injunctio alias ignorarentur termini, à quo incipit, & in quo terminatur, quod esset contra intentionem legis introducentis usum dilationum; nempe, ut lites brevius expediantur, ut docent Bartol. *in extravag. ad reprimend. verb. figura judicii;* Vivius *decis. 235. num. 3.* Fontanella *decis. 161. num. 9. cum seqq.* idem Ripoll. *dict. cap. 5. num. 19 & dict. rub. 14. num. 35.*
Et sic necessarium est, quod Judex declaret initium, & 222
hujus declarationis injunctio fiat, ei qui parare per Judicium desideratur, *dict. l. de unoquoque ff. de re judic.* Bart. Alexander, Maranta, & alii congesti per Joan. Bapt. de Thoro *in comp. decis. tom. 5. verb. terminus aliquis à Judice datus.* Demum in ipso foro conceditur Judici facultas coarctandi dilationem, licet non ampliandi, ut dixi; quod etiam procedit juxta constitutiones Cathaloniæ, ut idem Ripoll. pluribus relatis te- 223
net *dict. rub. 14. num. 36.* ex quo etiam convincitur necessitas ministerii Judicis, ut constet an dilatio concessa sit foralis quadraginta dierum, vel alia brevior, per ipsum arctata; sicque verba illa nostri fori excludentis factum judicis, potius respiciunt necessitatem concedendi dilationem in quacumque causa, quam effectum concessionis ipso jure.

Neque obstant in contrarium adducta, quia raro 224
aut nunquam in praxi evenire poterit discutio articuli juris, ita exuti circunstantiis facti, quod non egeat aliqua probatione, ut cum Glossa, Baldo, Præposito, Castrensi, Socino, Jasone, Curtio, Blanco, Franchis, Anania, Ferreto, Surdo, & aliis probat Amato, *d. resol. 63. ex n. 11.* nam ex facto jus oritur, ut tritum est. Neque facile est quod partes conveniant in eodem facto, ita ut nihil probandum remaneat; & casu quo in omnibus concordes evaserint, si articulus juris discutiendus, est inter DD. opinionum varietate controversus, atque difficilis resolutionis, tunc æquiparantur dubio facti, ob quod dilationis concessionem expostulat, ut pluribus adductis probat idem Amato *d. resol. 63. n. 13.* Neque adhuc si 225
pars confessa esset, quia contra propriam confessionem, quis admitti potest ad probandum erronea fuisse, tex. *in l. videamus, §. item videndum, ff. de in lit. jurand. & in l. non fatetur, 2. ff. de confess. l. error. 7. C. de jur. & fact. ignor.* pluribus Mascardus *de probat. concl. 368. n. 25. & concl. 378. ex n. 1.* Scaccia *d. lib. 2. c. 7. n. 615. & 648. & c. 11. n. 432.* Berlich. *d. concl. 34. n. 104.* Cancer, Fontanel-

la,

Ja, Theſaurus, Pariſius, Farinacius, Maceratenſis, Trevi-
ſanus, Decius, Surdus, Raudenſis, Tiraquellus, Simon-
cas, Gregor. Lopez, & alii congeſti per Ant. Amato *var.*
lib. 1. *reſol.* 42. *n.* 11. quibus adde Guttierrez *lib.* 1. *pract.*
q. 49. *n.* 3. *& c.* 100. *n.* 6. Rota apud Peña *deciſ.* 356. *n.* 2.
226 ubi Grammaticum, Gratianum, & alios reperies. Ne
autem judicium claudicare dicamus, his de cauſis, con-
cedendam dilationem credo; alias injuſte judex proce-
deret, & à denegatione poterit appellare, ut pluribus
docet Salgado *de reg. protect. p.* 2. *c.* 1. *ex n.* 118. ſignanter
n. 126. quod pariter procedit ſi abſque conceſſione di-
lationis procederet ad pronuntiandum. Sed hæc po-
tius reſpiciunt Theoricam, quam praxim, nam partem
non petentem dilationem probatoriam, ſaltem ex reis
ad ſe defendendum, numquam viſam fuiſſe in judi-
ciis eſt certo certius, licet non probantem, pluries vi-
ſa ſit.

227 Sed demus quod aſſignata dilatio non ſit, probatio-
nes fieri poſſunt abſque dilatione? Hanc difficultatem
expendit Scaccia *d. c.* 3. *ex n.* 58. & pluribus adductis
pro affirmativa calculum ponit, aſſerendo ſententiam
latam ex iſtis probationibus ſuſtinendam eſſe, cui adhæ-
reo, ſi in praxi poſſibile eſt, quod fiant probationes te-
ſtium, citato adverſario abſque Judicis aſſignatione;
quod attentis verbis *d. for.* 35. ſuperius adductis certius
eſt, quia ab eodem foro concedi dilationem abſque
228 poſtulatione partis, vel judicis facto dicitur. Et ſi com-
putatis terminis in foris expreſſis, examinati teſtes fue-
rint, intra quadraginta dies forales, non dubito quod
eorum atteſtationes ſuſtinebuntur. Sed maximopere
dubito, quod citata legitime parte, perfici queat, ne-
que adhuc devenire poſſit ad examen abſque Judicis
229 decreto. Quia quantumvis actuarius paratus ſit ad ju-
randos, & audiendos teſtes, pars citata illico recla-
mat, allegando non adveniſſe tempus dilationis pro-
batoriæ. Neque actuarius ad examen procedere au-
debit, abſque præcepto Judicis, ſed ſi aliquando fiat
parte non contradicente (quod valde dubito) tunc
conſenſiſſe videtur, ex tex. *in l.* 1. *de fer. cap.* 32. *de accuſat. l. cum oſtendimus*, §. *fin. & fideiuſſor tutor.* tradunt Bartol. Grat. Menoch. Xamar, Farinacius, Cancer, & Po-
ſtius apud Ripoll ad prax. Peguer. *Rub.* 18. *numero qua-*
drageſimo ſecundo, *& ſequentibus.* Cum aliis adductis *ſup.*
num. 19.

230 Lapſis dilationibus teſtes recipi non poſſe dicimus,
ſed dubitari poteſt an hoc etiam procedat ſi ad conco-
mitantiam inſtrumentorum tunc temporis editorum,
produci velint? Ratio dubitandi ex regula ſuperius tra-
dita ortum habet, quippe lapſis dilationibus teſtes re-
cipi nequeunt juxta *for.* 35. 38. *& 42. de teſtibus, authent.*
qui ſemel, *C. de probat. C. intimavit. C. fraternitatis de*
teſtib. ubi Doctores Farinac. *quæſt.* 75. *num.* 257. Scaccia
dict. lib. 2. *de Ind. c.* 8. *n.* 16. Paz *in prax. de temp.* 8. *num.* 133.
231 Inſtrumenta vero de jure edi poſſunt uſque ad conclu-
ſionem *d. authent. qui ſemel. c. cum dilectus de fid. inſtrum.*
ubi Gloſ. & Doctores Muſcatel. *in prax. tom.* 1. *p.* 7. *gloſ.*
verbo de jure & verb. preſentatus num. 1. Pancirol. *p.* 2.
prax. civil. §. *eſt & alius pag.* 163. Maſcard. *de probat. lib.* 1.
q. 6. *num.* 130. Ciarlin. *tom.* 1. *controverſ. forenſ. c.* 96. *n.* 1.
Cancer. *variar. lib.* 1. *c.* 19. *n.* 9. Fontanella *deciſ.* 17. *n.* 11.
deciſ. 18. *n.* 8. *& deciſ.* 370. *n.* 16. Peguer. *in prax. Rub.* 17.
n. 5. & ibi Ripoll. *n.* 46. idem Ripoll. *variar. c.* 6. *n.* 46. Pa-
reja *de general. inſtr. edit. to.* 2. *tit.* 6. *reſol.* 5. *n.* 33. ſed latius
232 *reſol.* 3. *ex n.* 6. Quo plurimorum Regnorum ſtatuta, &
conſuetudines tradens, de noſtro Valentiæ Regno
uſque ad ipſam publicationem ſententiæ inſtrumenta
produci poſſe, aſſerit, ab utraque parte, quod probatur
ex for. 34. 38. 40. *de teſtib. for.* 49. *Cur. anni* 1604. Tra-
dunt ex noſtratibus Morla *in Emporio titul.* 11. *quæſt.* 4.
num. fin. & D.D. Petrus Sanz *lit. T*, *obſervat.* 5. & poſt
233 eos Pareja *dict. reſol.* 3. *num.* 11. Quæ quidem diſpoſitio
non fuit abrogata per *for.* 46. *cur. anni* 1626. quia, ut
dixi, reſpectu reſponſionum exigendarum *ſup. num* 24.
ſolum cautum fuit ex productione, publicatio ſen-
tentiæ ſuſpendatur, & ſic eo clare infertur produ-
ctionem documentorum uſque ad hoc tempus fieri
poſſe, ut quotidie in praxi obſervatur & notum eſt
cunctis in foro verſantibus.

His poſitis & ad quæſtionem propoſitam deveniendo, 234
certiſſimum eſt, quod publicatis atteſtationibus, &
didiſcitis teſtificatis, teſtes recipiendi non ſunt; ſed hoc
quando producere ſolos voluerit; ſed ſi ſimul cum in-
ſtrumentis ad eorum concomitantiam fieri poſſe ſua-
detur ex tex. *in c. ſpecies 26. de teſtib.* ut tenuerunt Ab-
bas, & Antonius de Butrio *ibidem*, & communiter Do-
ctores *in l. certi conditio*, §. *quoniam*, *ff. de reb. credit.* ſig-
nanter Bartol. & Jaſon. *n.* 9. Bald. *in l. ampliorem*, *n.* 5. *C.*
de appellat. Ludovic. Roman. *in l.* 2. *ff. de verbor. obligat.*
plures adducti per Math. de Afflictis *deciſ.* 216. *n.* 5. Fa-
rin. *d. q.* 75. *n.* 165. March. Ant. Amat. *deciſ. Marchi.* 95.
n. 9. Ant. Fab. *in C. lib.* 4. *tit.* 15. *defin.* 5. *n.* 10. *defin.* 36.
n. 4. *& defin.* 62. *per tot.* Peregrin. *deciſ.* 146. *n.* 12. Franch.
deciſ. 631. Riccius *in addit. ad deciſ. Franch.* 371. Thoro
in comp. deciſ. tom. 1. *verb. terminus ad concomitandum.*
Scaccia *de Judic. lib.* 1. *c.* 60. *n.* 11. *& lib.* 2. *c.* 3. *num.* 57.
Cancer. *variar. p.* 1. *c.* 20. *n.* 29. Fontanel. *deciſ.* 183. *n.* 5.
Ripoll. *variar. c.* 5. *n.* 191. *& in prax. Rub.* 18. *num.* 49.
Gratian. *diſcept. for. c.* 438. *n.* 22. Riccius *collect.* 85. Quod
expreſſe probatur ex *dict. for* 40. *de teſtib. in fin* ſed cum
temperamento adducto per Fontanellam *deciſ.* 371. *ex*
n. 14. ſi ſcriptura privata producta fuerit, nempe quod
aliquo primordio veritatis nitatur. Solum dubium 235
verſari poſſet in diſcernendo, quæ dicatur concomi-
tantia inſtrumentorum? Aliqui dixerunt eſſe ea quæ
reſpiciunt ſolemnitates rituales, ut dici poſſint inſtru-
menta publica: ſic tenuit Rota *in deciſ.* 2. *alias* 6. *tit. de*
teſtib. in novis. Peregrinus *dict. deciſ.* 146. *n.* 6. Thoro *in*
compend. deciſ. tom. 5. *verb. terminus ad concomitandam*
copiam. Alii vero docent concomitantem materiam 236
eſſe illam, quæ concernit factum intrinſece contentum
in inſtrumento, & adminicula quibus juvari poteſt ad
uberiorem liquidationem contentorum in eo. Sin Vin-
centius de Franchis *d. deciſ.* 631. *num.* 4. *verſ. ſæpè ſapius*
Afflictis *d. deciſ.* 271. *n.* 6. *& ſeqq.* Everard. *tract. de teſtib.*
p. 4. *n.* 50. Maranta *de ordin. judiciar. p.* 6. *tit. de product.*
inſtrum. n. 48. *verſ. hic dicimus.* Maſcardus *dict. qu.* 6. *ex*
n. 136. Gratian. *diſcept. forenſ. c.* 438. *n.* 22. Quæ ſecun- 237
da opinio amplexa eſt in Regia Audientia, ad relatio-
nem Nob. D. Gaſparis Tarrega in cauſa ſucceſſionis
oppidi de Catarroja, inter Comitem de Real, & Co-
mitem de Villamonte Regia proviſione *diei* 26. *Ja-*
nurii 1629. nam poſt concluſionem cauſæ, conceſſa fuit
Comiti del Real dilatio quindecim dierum ad produ-
cendos teſtes in concomitantiam inſtrumentorum no-
viter editorum, & non ſolum ad comprobationem ſo-
lemnitatum, ſed facti eis contenti. Notant M.D. Polo
adverſ. 96. & Dñs D. Petrus Sanz *lit. T, obſ.* 5.

Ex eodem principio dimanat, quod probatio per in- 238
ſpectionem ocularem, ſive per rei evidentiam, non ſit ex-
cluſa per publicationem atteſtationum, ita ut non ſo-
lum admitti poſſit didiſcitis teſtificatis, ſed poſt con-
cluſionem cauſæ, poſt ſententiam, & in ipſo actu execu-
tionis ſententiæ tex. *in l. ſi irruptione in fin. ff. regundor.*
Noguerol. *allegat.* 26. *num.* 137. Dominus Creſpi *obſer.* 23.
num. 19. ut lato calamo probat Berlichius *dict. part.* 1.
concluſ. 40. *num.* 22. *& concluſ.* 47. *ex n.* 13. idem tenue-
runt Monter. *deciſ.* 31. *per tot.* Selle *deciſ.* 92. Cancer. *var.*
lib. 3. *cap.* 17. *num.* 128. *cum ſeqq.* Fontanella *deciſ.* 139.
num. 22. *& deciſ.* 381. *ex num.* 1. Pancirol *in prax. dict.*
p. 2. §. *eſt & alius pag.* 173. *ubi Fauſt. verb. per evidentiam.*
Et cum in ipſo actu occularis inſpectionis, peritorum 239
relationes recipiendæ veniant, & teſtes plerumque exa-
minandi, ut ea quæ reſultant, adminiculis juvata rema-
neant, vel dubitationes à partibus ſuſcitatæ diluæ; di-

diſcitis teſtificatis fieri poſſe eſt certum, ut docet Farin. *dict. quæſt.* 75. *num.*172. qui alios refert; quem ſequuntur Poſtius de manuten. *obſ.*101. *num.* 4. & Fontanella *d. deciſ*381. *num.*9. *cum ſeqq.* ubi late & generaliter quod ea omnia quæ per peritorum relationes percipienda ſunt didiſcitis teſtificatis fieri poſſint non eſt dubium, ut docent Farin. *dict. quæſt.* 75. *num.*124 Gratian. *diſcept. fo-*
240 *rénſ.cap.*277. *num.*7. & alii plures ab ipſis adducti. Et ratio generalis hæc omnia comprehendens eſt, quia prohibita ſimpliciter receptione teſtium, quæ eſt probatio extrinſeca non excluduntur probationes mixtæ quales ſunt, quæ fiunt inſtrumenta concomitantes, in actu inſpectionis oculariſ, & cæteræ quæ ex duobus ſpeciebus coaleſcunt, nam prohibitio ad extrinſecam teſtringenda eſt, ut Doctores laudati *ſupra num.*234.latius ex-
241 plicant. Et relationes peritorum cum non tanquam teſtes per ſenſum corporeum, ſed ad inſtar judicum ex judicio intellectus plura declarent,ut latius dixi *p.2.cap.*8. §. 5. *num.*22. non cenſentur excluſi. Quod confirmatur ex eo quod prohibitio reſpicit probationes, quæ fieri nequeunt niſi conceſſa dilatione regulari, & iſtæ nunquam fiunt in ea dilatione, ſed providentiam extraordinariam requirunt. Et ſic deciſum fuit in Regia Audientia in cauſa Michaëlis Vaquero, & in hoc Supremo, in cauſa Commitiſſæ de la Puebla,cum Don Hieronymo Corella, & aliis in quibus peritorum relationes admiſſæ ſunt didiſcitis teſtificatis, ut refert DD. Petr.Sanz *lit.T, d.obſ.*5. *in fin.*

242 Frequenter etiam indubitari in judiciis ſolet, an examen teſtium annulletur per omiſſionem interrogatoriorum: dum qui examinat interrogatoria omittit? Ad cujus dubitationis explicationem prænotare debemus ut ſupra attigi *num.*92. quod pars contra quam teſtes producendi ſunt, poteſt eos examinare facere,per interrogatoria ab ipſa propoſita; ad quod, licet modica, ei dilatio aſſignatur, quando citatur ad videndum eos jurare, & traditur ei nomenclatura ipſorum (ut fiendum
243 docet Faber *in C. dict. lib.*4. *tit.*15. *defin.*63.) Hæc enim praxis nititur in deciſione tex. *in cap. præſentium de teſtib. in* 6. ubi gloſ. Veſtril. *in prax. lib.* 6. *cap.* 2. *num.* 7. Scaccia *d.lib.*2. *de Judic. cap.*8. *n.*866. Pancirol. *dict.p.*2. §.*exhibitis pag.*129. ubi Fauſtin.Paz *in prax. dict. temp.*8. *num.*93. Peguera, *dict. Rub.*13. ubi Ripoll. *ex numer.*1. Idem *var. cap.*5. *num.*95. late Poſtius *tract. de manut.obſ.* 91. *per tot.* Riccius *collect.* 1044. *p.* 4. Barboſa *in dict. c. præſentium n.* 6. Quod quidem ut dixi, adinventum fuit ad detegendam falſitatem exemplo Danielis *cap.*13. qui ſenes interrogando ſeorſim, eorum calumniam, qua innocentiſſimam Suſanam accuſaverant, detexit: tradunt Maranta *dict. p.* 6. *memb.*7. *num.*18. Scaccia *dict. cap.* 8. *num.*869. Menoch. *de arbitr. lib.*1. *caſ.* 51. Gail. *dict. ob-*
244 *ſer.*95. *lib.*1. Et licet alibi primum teſtes deponant ſuper articulis, & poſtea ſuper interrogatoriis: in Regno Valentiæ examen incipit ab interrogatoriis, ut de conſuetudine Italiæ teſtantur idem Scaccia *dict. cap.*8. *n.*914. & Poſt. *dict. obſ.*91. *num.*37. Et ſic libellus interrogatoriorum concludit poſtulando: *quod teſtes interrogentur ante eorum depoſitiones ore proprio, medio juramento, & ante copiam, ſub nullitatis decreto.* Et quanquam Judex ſolum dicat: *Interrogentur*, cum decretum coreſpectivum libello cenſeatur, nulliter examinaros, teſtes dicendum videtur, ſi interrogatoria omiſſa fuerint, ut inſinuat Maceratenſ. *var. lib.*2. *reſol.*7 *num.*13. Et tenuerunt Poſtius *dict. obſ.*91. *num.*4. & noſter Iranzo *tract.de proteſt. conſ.*67. *num.*18. qui hæc reducant ad effectum proteſtationis.

245 Sed verius eſt per ſimilem omiſſionem non vitiari examen. Nam ſi contingat ex omiſſione ejus cujus intereſt, quia ſero interrogatoria propoſuit, vel poſita penes ſe retinuit, vel quid ſimile; ſibi imputare debet,cur opportune non propoſuerit *cap.* 2. §. *teſtes etiam*, ubi gloſ.& Doctores *de teſtib. in* 6. Rota apud Peña *tom.*1. *deciſ.*15. *num.*5.& apud Gregor.XV. *deciſ.*351.*num.*46.& apud Duran. *deciſ.*188 *num.*7.Iranzo *d. conſider.*67 *n.*17. Et hoc in caſu, eo petente, iterum ſuis expenſis exami- 246
nari poterunt ſuper interrogatoriis, ſed magis ex conceſſione gratioſâ, quam de rigore juris, ut tradit Poſtius *d.obſer.*91. *num.*21. cum nec minori adverſus hanc omiſſionem concedatur reſtitutio, Puteus *deciſ.*23.*lib.*3. Gratian.*diſcept.forenſ.c.*341.*n.*36.Fenſon *ad ſtat. urb.lib.*1. *cap.*74.*n.*9. Mantica *deciſ.*9.*num.*7. Poſt. *d.n.*21.& ſic ſolet obſervari per Regiam Audientiam.

Si omiſſio ſit examinatis, nullum remanet exa- 247
men ſed teſtes etiam poſt publicationem reperendi ſunt per interrogatoria, Innocent. *in cap. cum cauſam.*1. & ibi Felin.*de teſtib.*Alexand.*conſ.*41. *lib.*4 *& conſ.*74. *lib.*2. Myſinger. *cent.*1. *obſ.* 32. Guid. Pap. *quæſt.* 72. *ad fin. & quæſt.* 124. Scaccia *dict. cap.*8. *num.*910. Ripoll.*d.rub.*13. *num.*3. (licet contrarium dixerit *var. dict.cap.*5. *num.*99. *& ſeq.* (Ludovif. *deciſ. Rot.* 331.*num.*22. Gail. *obſer.*95. 248
*num.*7. Farin.*quæſt.*66 *num.*184 & *quæſt.*73.*num.*60. Fontanel. *deciſ.*183. *num.*9. Ricc. *collect.*1406. Macerat. *dict. reſol* 7 *num.*14.Rota apud Duran. *deciſ* 284. *num* 6. Poſt. *dict.obſ* 91. *num.*22. Iranzo *dict. num.*17. Morla *d. tit.*11. *in præm. num.*68. & ita deciſum in Regia Audientia notat Dominus D.Petrus Sanz *lit.T, obſer.*7. ipſo referente *die* 14. *Octobris* 1634. in favorem Coſimæ Xulbi contra Franciſcum Iranzo. Neque decretum Judicis influere 249
nullitatem valet, quam non cominatur; & quamvis concedamus dictæ clauſulæ effectum proteſtationis, qui conſiſtit in præſervando jura proteſtantis; *l. ſi debitor* 4. § 1. *ff. quib. mod. pign. vel hypot. ſolvit.* Cancer, Ripoll, Gratianus, Vela & Suelcas congeſti per Iranzo *de proteſt. conſider.*2. *num.* 7. dum teſtes interrogantur jam conſequitur finem ad quem adhibetur. Et licet non deſint qui teneant ex hoc vitiari examen, quos congerit Poſtius *dict. obſ.*91. *num.* 24. & ſequitur Iranzo. *num.* 18. tamen hæc ſubtilitas in praxi non eſt admiſſa, imo ſubſanari ſolet per inſtantiam ejuſdem partis, repetitionem poſtea poſtulantis, ut idem Poſtius notat *ibidem num.*25.

Dubitari etiam aliquando ſolet an ſi dicta teſtium 250
in ſcriptis redacta fuerint modo aſſueto, & extenſio juramenti præſtiti, in ea ſcriptura omiſſa reperiatur, dicta nullius momenti mortuo actuario remancant, an vero ſupplenda ſit per ſucceſſorem? Et videbatur, quod nullius roboris remanſerunt, quia de jure juramentum eſt neceſſarium, ut fides teſtibus tribuatur *tex. in l. teſtium C.de teſtib. l. jusjurandum C.cod. C.de teſtibus, C.fraternitatis, & C. tuis quæſtionibus, de teſtib.* ubi Doctor. Paz *in prax.de temp.*8. *num.*104. Peguer. *in prax. Rub.*18. *&* ibi Ripoll *num.*5.*&* 25. Faber. *d.tit.*15. *defin.*8. latè Scaccia *d.cap.*8. *ex num.*400. Farin.*q.*74. *ex num.*1. Guttierrez *in repet.l.nemo poteſt ff. de legat.*1. *num.*119. *per plur.ſec.* Vela pluribus relatis *diſſert.*38. *num.*75.Gratian. *diſcept for.cap.* 581.*num.*24.Quod *in for.*16.*&* 17.*de teſtib.* expreſsè cau- 251
tum eſt. Et cum in principio atteſtationis ſemper apponatur, ut notat Scaccia *dict. cap.*8. *num.*609. eo ipſo quo non reperiatur juramenti expreſſa forma, nullius roboris dictum remanet. Sed hæc Doctrina veriſſima eſt, quando aliunde non conſtat de juramento. In foro Valentino cunctis notorium eſt, quod teſtium depoſitio refertur ad diem juramenti, non vero ad diem quo plene auditus fuit, vel ejus dictum in ſcriptis redigitur, prout etiam de jure procedere dixerunt Guid. Pap. ç.125. Manſuet *ad Ferrar. in form. appon. contr. teſt.verb.* 252
curaverit 2. Ant. Faber. *d.tit.*15. *defin.*8. Gratian.*diſcept. for.cap.*128.*num.*22. Surdus *conſil.*8. *num.*1. Cancer. *var. lib.*3.*cap.*12.*num.*17.Fontanella *deciſ.*22.*num.*19.Scaccia *d.c.*3.*num.*183.*cum ſeqq.* Et ſic ſolum dies juramenti ſolemniter apponitur in depoſitione cujuſvis teſtis, non vero dies examinis. Et in toto Regno Valentiæ de communi Cutiarum ſtylo dies in depoſitione apponitur per actuarium, coram quo receptum eſt juramen-

tum,

tum, manu propria indiſpenſabiliter; cætera autem per amanuenſem poni poſſunt, vel ſcribi, nullaque depoſitio teſtium ſubſcribitur per actuarium, ſed ſola appoſitione diei (apud Valentinos *Kalendari*) nam actuarii authenticæ depoſitiones remanent in regeſtris; & hoc
253 jure utimur. Ex quo reſultat, quod appoſito die in atteſtatione cujuſvis teſtis, eo die juraſſe ſequitur in neceſſariam conſequentiam. Et cum ex diſpoſitione fori pars citanda eſt ad videndum jurare teſtes, ut dixi; & examen faciendum ſit remotis partibus, ac in ſecreto *for.* 18. & 38. *de teſtib.* & de jure ſic fiendum concludunt Doctores per *tex. in C. venerabili de teſtib. l. ſi quando C.*
254 *eodem.* Rota apud Ludovis. *deciſ.* 268. *numer.* 2. Cavalcan. *deciſ.* 275. *num.* 1. Penna *deciſ.* 193. *num.* 19. & *deciſ.* 746. *num.* 2. & *deciſ.* 1054. *num.* 3. Qui *num.* 4. tenet quod citatio ad videndum jurare teſtes in dilatione, non prodeſt ad juratos poſt eam, quod probat cum Mohedano, *deciſ.* 4. *num.* 3. *de teſtib.* Puteo *deciſ.* 258. *num.* 5. *lib.* 1. Ludoviſio *deciſ.* 429. *num.* 5. Farinacio *deciſ.* 36. *num.* 3. & 9. *in noviter novis.* Seraphino *deciſ.* 857. *num.* 21. Duran. *deciſ.* 455. *num.* 9.) ideo apponi debet dies juramenti, & non examinis dependentis ab eo. Et cum dies juramenti apponatur citata parte ei plenum præjudicium parat, & ſic nullus ex Actuariis examen ſcribit, quin juramentum receptum ſit coram eo, & quin apponatur dies à quo pendet tota auctoritas atteſtationis. Quæ omnia
255 adeo notoria ſunt, ut alia probatione non egeant. Et cum in noſtro Regno procedatur, attenta facti veritate, ut probavi *ſup.* §. *præced. num.* 6. & *num.* 329. quoties dies in atteſtatione manu actuarii appoſitus reperitur, credendum eſt eo die juraſſe ſolemniter teſtem. Et licet Farin. *d. quæſt.* 74. *num.* 72. & Scaccia *d. c.* 8. *num.* 597. *cum ſeqq.* plura requirant, ut juramentum præſtitum præſumatur, ſi non appareat de eo in ipſa atteſtatione: apud nos, ex dictis, non facilè admittitur ſcrupuloſa illa,
256 tamque exacta juris ſtricti obſervatio, dum dolum abeſſe intelligatur, ut aliis relatis tenuerunt in caſu ſimili Gratiam *diſcept. for. c.* 6. *num.* 14. & Ant. Faber. *in C. d. lib.* 4. *tit.* 15. *defin.* 32. *in fin.* Præmaximè quando actuarius prædefunctus probatæ legalitatis fuit, prout eſſe ſolent, qui ad hoc munus in Regia Audientia admittuntur. Nam ut loquendo de teſte minus ſolemniter examinato acutiſſimus Faber *ibid. defin.* 40. ſic ait. *quinimo concludere ac plenam fidem inducere apud viros bonos*
257 *& graves, maximè vero apud eos Judices, quibus mandatum eſt, ut procedat ſola facti veritate inſpecta.* Et ſic praxi receptum eſt tam in civilibus quam in criminalibus, quod deficiente juramenti elongatione, ſi pars hunc defectum apponat, & actuarius inter vivos reperitur, ei jubeatur quod extendat clauſulam juramenti juxta ſtylum. Si verò mortuus fuerit, idem ſucceſſori in officio,
258 in cauſis civilibus jubeatur, ut fuit deciſum in mea Aula, referente D. D. Antonio Ferrer *die* 15. *Januarij* 1655. in cauſa Stephani Perez Pereja, cum ſuis creditoribus, actuario Cordova, & pro eo Pintor. In criminalibus contrarium obſervari vidi ſi dicta teſtium reum oneraverint; nam favore defenſionis non obſtante dicto ſtylo, quin appareat plenè de juramento teſtis, depoſitioni
259 illius non credendum certius, & ſecurius eſt; ob quod re integra teſtis de cujus juramento non conſtat in actis, iterum examinatur cum juramento: Sed ſi res integra eſſe deſierit, & teſtis copia haberi non poſſit, nihil ei defertur. Qua de cauſa annullatum proceſſum contumacialem vidi, capto Reo, & ad pœnam capitalem condemnato. Actuarius fuerat Joſephus Giner, qui prædefunctus erat, nullus ex teſtibus informationis ſummariæ, juramentum ſcriptum habebat, & facta debita diligentia, nullus haberi potuit (nec mirum poſt decennium intermediante acerbitate peſtis) & ſic Reus liberatus fuit, cujus nomen memoria non obſervavit.

260 Quando teſtes malè examinati reperiuntur didiſcitis teſtificatis, dubitatur etiam, an iterum examinari poſſint? Et diſtinguendum eſſe arbitror, ad veram reſolutionem habendam. Si defectus conſiſtat in obſcuritate, & confuſione ipſius depoſitionis, ita ut Judici videatur non poſſe percipi, quid teſtis depoſuerit; tunc ipſe Judex, poteſt, & debet iterum teſtem interrogare, quia non fit ut noviter deponat, ſed ut dicta declaret, juxta tex. *in l. hæredes palam* 21. §. 1. *verſ. nihil enim nunc dat, ff. qui teſtam. facer. poſſ.* §. *illud in authent. de teſtib. C. cum clamor.* 53. *C. cum cauſa quæ inter Oeconomum*, 42. *de teſtib.* quod bonus Judex facere tenetur *l. curent Magiſtratus* 21. *ff. de teſtib. l. cum propria* 5. *C. ſi quis alter. vel ſib. l.* 1. & *tot. tit. C. plus val. quod agit.* docent Tiraquel. *in l. ſi unquam C. de revoc. donat. num.* 20. Theſaur. *deciſ.* 30. *num.* 2. Ciarlin. *controverſ. forenſ. p.* 2. *cap.* 96. *num.* 16. Ant. Fab. *in C. dict. lib.* 4. *titul.* 15. *defin.* 2. & *in not. ex n.* 8. Gratian. *diſcept. for. c.* 277. *num.* 10. optimè Guttierez *lib.* 1. *pract. q.* 57. *n.* 1. Berlich. *d. p.* 1. *concl.* 40. *n.* 14.

Si autem defectus conſiſtat in negligentia, culpâ vel 261
dolo examinantis, debet pariter teſtis iterum examinari ex tex. *in c. cum veniſſent* 25. & *c. per tuas* 48. *in fin. de teſtib. ubi gloſ.* & Doctores, quorum plures congerit Farinaccius *q.* 66. *num.* 180. quibus adde Myſinger. *cent.* 1. *obſer.* 32. Vincent. de Franch. *deciſ.* 371. *n.* 1. & ibi Addent. Muſcatell. *in pract. lib.* 2. *p.* 3. *gloſ. partis num.* 93. Thoro *in com. deciſ. tom.* 2. *verb. Teſtes an poſſint.* Anton. Gabriel, *com. concluſ. lib.* 1. *tit. de teſtib. concluſ.* 21. *num.* 2. Bernardus *Greven. ad pract. cam. Imper. lib.* 1. *concluſ.* 95. *conſiderat.* 2. *num.* 4. Ferrer. Guido Pap. & Virgin. *de vocat.* cum Valenz. *conſil.* 32. *num.* 95. Guttierrez *ubi prox.* & Berlich. 262
d. concluſ. 40. *num.* 4. Sed hoc in caſu non ſufficit negligentiam, culpam vel dolum allegare; ſed eam probare neceſsè eſt juxta tex. *in l. quotiès* §. *qui dolo, ff. de probat.* & Doctrinam Bartol. *in l. damni* §. *Sabini ff. de dam. infect.* Pract. Papiens. *in form. oppon. contr. teſt. poſt publicat. verſ. ſiatt qui publicatis num.* 15. Surdus *conſ.* 3. *num.* 23. *tom.* 1. Valenzuel. *conſ.* 108. *n.* 10. & *conſ.* 162. *n.* 30. Cancer. *var. lib.* 1. *c.* 14. *n.* 53. ſicque deciſum fuit per D. D. Joannem 263
Hieronymum Blaſco, dum eſſet Aſſeſſor Regius noſtræ inclytæ Militiæ B. Mariæ de Monteſa, in cauſa Michaëlis Fores, civitatis Setabis, cum Sebaſtiano Fores, & alios oppidi de Benicarlo, adjuante Bonilla. Sed nota quod valdè differunt effectus doli ab effectibus culpæ, vel negligentiæ. Nam exceptio doli, numquam cenſetur excluſa, & ſic conſtito de dolo, non ſolum publicatis atteſtationibus, & didiſcitis teſtificatis; verum etiam poſt concluſionem, & ſententiam admitti debet, *c. licet.* 9. *verſ. poſt hæc de probat.* pluribus Aug. Barboſa *in collect. hujus tex. num.* 12. & *ſeqq.* Ob quod non ſolum repeti- 264
tio fieri debet, ſed novi teſtes examinari, *C. cum in tua de teſtib.* docent Theſaur. *deciſ.* 28. *num.* 2. aliis relatis Berlich. *d. concl.* 40. *n.* 5. Si verò ſolum probata fuerit culpa, vel negligentia repeti tantum poſſunt, in ea inſtantia teſtes malè examinati, ut cum Conrado, Monticello & Vivio docet Farinac. *d. q.* 66. *num.* 181. & *ſeqq.* Et ſic deciſum fuit in Regia Audientia in cauſa Anton. Calafat Notarii à Secretis Sancti Officii Inquiſitionis, 265
& Laurentiæ Barbaræ Gaſco, quia tam in prima inſtantia quam in gradu appellationis denegata fuit receptio teſtium, didiſcitis teſtificatis, poſtulata per dictam Laurentiam, quia non probavit culpam, vel negligentiam examinantis. Mentionem hujus deciſionis poſuit Do- 266
minus D. Petrus Sanz in calce allegationis, quam in hac lite ſcripſit pro dicto Calafat, ſed notam omiſit diei, relatoris, & Actuarii. Si verò defectus procedat culpâ & facto producentis, nunc repetitioni locus non eſt, quia ipſe imputare ſibi debet negligentiam, culpam vel dolum, & pati eorum effectus Fontanella *deciſ.* 182. *n.* 8. Farin. *d. q.* 66. *n.* 25. & 267.

Dubitari etiam poſſet, an teſtes ſummariam exami- 267
nati probationem faciant? ut puta ſi actuarius per breviloquium notaſſet dicta, ut poſtea per ſe extenderet;

vel

vel poſt extentionem primi teſtis, atteſtaſſet cæteros idem dixiſſe. Et probare plenè tenuerunt Albericus *in l. ſi Reus ff. de condict. in deb.* Jaſon. *in l. ſi pœna cauſa, §. ſi puteum, n. 1. ff. eod.* Cepolla *in l. idem Orphilius in*
268 *princip. num. 7. ff. de edilit. edict.* Cevallos *com. contr. com. quæſt. 223. in fin.* Et quamquam communiter receptam hanc opinionem teſtetur Gratian. *diſcep. forenſ. cap. 140. num. 21.* In Regno Valentiæ prævalet contraria quam tenuerunt Abbas *in C. nihil, in fin. de verb. ſignif.* Felin. *in c. in tua num. 5. de teſtib.* Bartol. *in l. 3. §. fin. ad fin. ff. de teſtib.* Rota apud Duran. *deciſ. 6. num. 10* Et ratio eſt quia per *for. 26. de teſtibus* prohibitum eſt examinantibus teſtes, eorum atteſtationes recipere *per ſummariam & cetera*, Idem *in for. 6. de ſent. & actis.* ibi : *les depoſicions dels teſtimonis ques reben en algunes informacions, ſien allargades per lo eſcriva ad longum aixi com los teſtimonis depoſa-*
269 *ran e no pugadir idem ut in proximum.* Quod corroboratur *ex c. 2. prag. veſpaſ. Gonzaga anni 1577.* & ſic contra formam fori ſcripæ atteſtationes eſſent, & nullius roboris remanerent. Quod corroboratur ex eo quod teſtes ſubſcribere debent depoſitiones juxta tex. *in c. poſt ceſſionem de probat.* cum aliis per me adductis *ſup. cap. 8. §. 2. n. 62.* Et hoc Originem ducit ab eadem pragmatica. & forali diſpoſitione firmatum *in Curia anni 1626. cap. 105.* Ita ut qui ſcribere neſcit, loco ſubſcriptionis Crucis ſignum apponat propria manu coram duobus teſtibus qui ſubſcribant : ut *ibidem* explicavi ; & licet quoad ſubſcriptiones duorum extraneorum tantum in criminalibus recepta diſpoſitio foralis ſit ; quoad appoſitionem ſigni Crucis propria teſtis manu, in civilibus
270 obſervatur ; & forus habet decretum irritans. Nemo enim depoſitionem per ſummariam, ſciens prudenſque, ſubſcribet, quare ea ſubſcriptione deficiente irrita depoſitio remanet juxta forum. Neque cum eis obſervatas fuiſſe ſolemnitates fororum apparere poterit, prout eſt interrogari de circunſtantiis facti, ut cautum habemus *in for. 24. de teſtib.* quod de jure procedit juxta tex.
271 *in c. ſi teſtes 4. quæſt. 3.* tradunt Speculator, Felinus & alii congeſti per Scacciam *d. c. 7. num. 32. cum duob. ſeqq.* item requiri in vim juramenti quod nemini teſtificata revelabunt, ante publicationem, prout ſtatutum habemus *in for. 30. de teſtib.* de quo plura per Scacciam. *dict. num. 620. cum ſeqq.* & Farin. *q. 67. n. 296. & q. 74. n. 18.* quod in praxi abſolvitur, per clauſulam *injunctum, &c.*
272 appoſita in fine cujuſlibet depoſitionis, & ſic de aliis pluribus, de ſtylo apponi ſolitis. In praxi nec vidi, nec audivi quod aliquis eo modo teſtium dicta ſcripſiſſet, & minimè dubito quod ſi fiat, per Judices coerceretur, quia anſam præberent ex tolerantia ad infinitas nequitias, & fraudes. Idem de Cathalonia dixit Fontan. *deciſ. 363. n. 14.*

273 Teſtes verò deponentes extra ea quæ in capitulis, vel interrogatoriis continentur, quæri poteſt an probent? & videtur quod non ex doctrina Text. *in C. de teſtibus.* ubi Gloſ. & Felin. *de teſtib.* Bartol. *in l. ſi duo §. item Julianus, num. 8 ff. de jur. juran.* quem ſequitur Alex. *ibid. num. 4.* Gramat. *deciſ. 103. num. 80.* Rota apud Peña *deciſ. 611. num. 11.* pluribus Scaccia *d. c. 7. n. 34. & c. 8. n. 540.* Sed in Regno Valentiæ hæc non procedunt, quia ſecundum foros Judex, vel qui ejus loco examinat teſtes, tenetur eos interrogare de circunſtantiis facti, ut cavetur *in*
274 *for. 24. de teſtibus.* qui loquitur de loco, tempore, & aliis accidentibus ſimilibus. Sed expreſſius meo judicio in *for. fin. de Judic.* cujus verba non tranſcribo, quia adeo expreſſa ſunt, ut explicatione non egeant. Licet enim cum D. Leo *deciſ. 211.* dixi ſupra *hoc tod. §. num. 19.* eum textum conducere ad reſponſiones exigendas ſuper poſitionibus adverſarii, ſi bene inſpiciatur, non niſi de Judice loquitur, cui injungit neceſſitatem indagandi veritatem facti, & concedit poteſtatem interrogandi ex officio, ut veritate percepta, melius poſſit judicare. Sicut de jure conceſſa reperitur *in c. cum Joannes 10. circa fin. de fide inſtr.* ibi : *cum Judex (qui uſque ad prolationem ſententiæ debet univerſa rimari) poſſit interrogare de facto quotiens dubitationis aliquid occurrerit.* ubi Doctores. Suppoſita hac poteſtate, quia non ſemel uſus fui ex deliberatione Regiæ Audientiæ, non ſolum partes, ſed teſtes hæſitantes, de officio interrogando ; clarè reſultat, quod cuncta quæ teſtes dixerint extra capitula, vel interrogatoria, ſi ſint de eis ſuper quibus poteſt à Judice interrogari probant, ut tenuerunt Baldus *in d. l. ſi duo, §. idem Julianus ff. de jur. juran.* Nellus de ſancto Geminiano *in tract. de teſtib. verb. qualiter teſtes, num. 19. in fin.* Albert. Malet. *tract. de teſtib. cap. 7. n. 56.* Covarruvias *practicar. cap. 18. n. 7.* Scaccia *d. c. 8. num. 560.* Farin. *q. 73. ex n. 7.* Peguera *deciſ. 132. num. 4.* Ripoll. *ad prax. dict. R. tit. 18. num. 31.*

Hinc aliud dubium ſuſcitari poſſet, an teſtes jurare 275
coram Judice debeant, & ab ipſo interrogari ? Si poſſibile eſſet ingentia mala à judiciis excluderentur. Sed frequentia negotiorum in Regiis Senatibus, & coram Judicibus ordinarii in Civitatibus Curiatis, non patitur quod ad hæc generaliter divertantur. Et ſic dicendum venit, quod in cauſis arduis per ſe Judices jurare, & examinare teſtes debent juxta tex. *in l. 3. ff. de teſtib. authent. apud eloquentiſſim. C. de fid. inſtrument. c. ſi quis teſtium, de teſtib.* Doctores ibidem & *in Clement. verb. civilis de offic. & poteſt. Judic. delegat.* Muta *ad conſuetud. Panorm. c. 3. num. 25.* Menoch. *conſ. 262. n. 20. lib. 3.* Valenzuel. *conſil. 92. n. 8.* pluribus D. Salcedo *in l. 44. tit. 6. lib. 3 recopil.* qui materiam ad partes diſputat, & praxim Regni Caſtellæ 276
tradit. Nos autem habemus *for. 44. de Curia & Bajul.* quem expendi in terminis cauſarum criminalium *d. c. 8. §. 2. n. 35.* in eo enim ad civiles arduas excedentes volorem centum morabatinorum auri (quinque dragmas argenteas unuſquiſque continet) Judicem teneri perſonaliter teſtes interrogare cautum eſt, in foris *Curiarum ann. 1564 1604. & 1626.* quos ibidem adduxi de criminalibus tantum agitur, & ſic decretum irritans appoſitum in *for. 10. Cur. ann. 1626.* non comprehendit civiles. Et cum *in for. 29. de teſtib.* præſcripta ſit forma concedendi commiſſionem per Judices ad examinandos 277
teſtes, intra territorium ; nam extra per litteras requiſitorias, ſive ſubſidiarias examinandi ſunt, *for. 14. eod. tit.* clarè ſequitur, quod arbitrio Judicis hoc remiſſum eſt : prout de jure fieri poſſe tenuerunt Felin. *in c. cum cauſam. n. 18. de teſtib.* Maceratenſ. *variar. lib. 1 reſol. 89. n. 6.* Farina. *q. 77. n. 157.* Quibus adſtipulatur, quod examen 278
factum per actuarium, idem eſt ac ſi fieret per Judicem, quoniam teſtes verè examinantur in ipſa Curia, ut pluribus probat Scaccia *lib. 2. de Judic. c. 9. n. 650. cum ſeqq.* Et in Hiſpania tota hæc prævalet conſuetudo. Verallus *deciſ. 265.* Riccius *collect. 263.* D. Salcedo *ubi prox.* Ripoll. *d. rub. 18. num. 31.* Et praxis Regiæ Audientiæ (de qua 279
non loquitur *d. for. 44.*) eſt quod in cauſis alicujus momenti, teſtes coram Judice juramenta præſtent, ceſſante impedimento valetudinis, privilegii perſonalis, propter Regiam dignitatem, nobilitatemve, ætatis, & abſentiæ, examen vero commiſſum cenſeatur actuario cauſæ intra urbem, extra eam commiſſio in ſcriptis ei expeditur. In arduis vero parte aliqua poſtulante, examen per Ju- 280
dicem fit, ita ut ſi in urbe fiant probationes omnes præter impediti ab ipſo examinentur, ſi extra & commodè fieri poteſt Judex ſe confert cum actuario ad loca neceſſaria, & aliquando teſtes coram ſe venire mandat, ſoluto eis viatico *ut in for. 15. eod. tit.* habetur : prout de jure ſtatutum eſt *in l. 3. ff. de teſtib. ſi quando, l. quoniam C. eodem.* Si autem utrumque difficultatem habeat, quoad 281
Judicem quia aliis negotiis inexcuſabilibus detinetur ; quoad teſtes ob pluralitatem, & diſtantiam, vel eorum qualitatem, tunc ſolet concedi commiſſio uni ex Judicibus præeminentioribus diſtrictus ad examinandum teſtes cum actuario ipſius cauſæ, qui ad hoc mittitur ; quarum rerum geſta ab antiquo, & recenter non

pudet

pudet enarrare, ut observantia Regiæ Audientiæ percipi possit. In causa prima Baroniæ de Alcantara post interloquutoriam de expedienda commissione actuario causæ, postulatum fuit per Don Ludovicum Despuig, quod testes examinarentur à Judice, & sic fuit jussum Regia provisione *diei 9. Augusti 1569.* revocando commissionem concessam actuario, & executioni deductum In causa oppidi del Genoves provisum fuit quod Auditor causæ migraret ad civitatem Setabis, hac de causa. Ob ejus impedimentum, fuit data commissio altero ex Senatoribus, qui in ea plaga Regni reperiebatur: sed quia negotia in quibus detinebatur, longam moram desiderabant, commissum examen fuit Locum tenenti Gerentis vices generalis Gubernatoris, ultra Sucronem qui testes examinavit. Plures ex Senatoribus id cum effectu perfecerunt: Ego *in mense Maij anni* 1651. ex deliberatione Regiæ Audientiæ missus fui ad examinandos testes in oppidis de *Moxent, y la Font de la Figuera*, ad causam gravissimam irrigationis ex aqua cujusdam fontis. Et recenter Nobilis Don Josephus Descalz fuit missus ad oppidum de Chelva ad examinandos testes in lite possessoria Comitatus de Sinarcas productos *ann.* 1672 Et sic in pluribus aliis similibus negotiis. Quæ ut dixi quoties emergit ratio, conceditur parti petenti, ad cujus impensas hæc fieri solent, alias enim gravari non possunt litigatores immodicis expensis, nisi ratio recti regiminis aliud suadeat: quia si rixæ, scandala, & commotiones timentur, etiam litigatoribus nolentibus fieri posset.

Dilatione igitur perfecta, ad testium publicationem procedendum est, cujus formam describit *for. 39. de testib.* in quo expressis verbis dicitur, quod eo ipso quo Judex vocatis partibus, cognoscit dilationes probatorias esse completas, ipso foro testes publicati censeantur, in quo consonat cum *constitutione* Cathaloniæ, quæ est *fin. tit. de dilation*: Sed praxis valdè diversa est. Nam in Senatu illius Principatus, ita interpretatur, quod lapsis dilationibus, absque aliquo facto Judicis, vel instantia partis, testes publicati reputantur, ut docent Fontanella *decis.* 102. *n.* 11, Peguera *in prax. Rub.* 18. & ibi Ripoll. *num.* 4. idem Ripoll. *var. cap.* 5. *num.* 165. Cancer. *var. lib.* 1. *cap.* 20. *num.* 47. In Regno Valentiæ publicatio formiter fit, parte petente, & Judice mandante, ut tradunt plures laudati per Postium *de manuten. obs.* 95. *numer.* 3. tum quia ad plures effectus congruentius est quod in scriptis de publicatione constet, ut perspicuus fiet terminus ad quem tempus probatorium finitur: tum etiam quia, *in d. for.* 39. adjicitur, quod instante parte Judex mandet actuario inferere attestationes in actis; quæ fieri nequeunt ipso foro, sed facto partis, & Judicis. Et sic in praxi observatur, ut supra attigimus, quod instante parte, Judex decernat publicationem, & insertionem: Sed effectus dictorum verborum *ipso foro* eluceſcit, dum ad hanc publicationem faciendam, non formatur articulus, neque alia solemnitas adhibetur, præter inspectionem lapsus dilationis probatoriæ, & instantia partis verbo tenus facta, & hoc jure utimur, superaddita clausula *salvo jure objiciendi*, de quo statim. An autem instans publicationem censeatur renuntiare ulteriori probationi, vide Surd. Farin. Gratian. & alios adductos per Fontanel. *d. decis.* 102. *num.* 20. *cum seqq.*

§. III.

De dilatione probatoria ad reprobandos testes sive in materia objectiva ad interpretationem for. 35. vers. nisi fortè de testibus, ***cum aliis juribus.***

PETRUS II. REX. anno 1376. Valentiæ.

TEXTUS.

NIsi fortè essent objectiones contra personas, aut dicta testium productorum, ad quas proponendas, & probandas, utraque pars habeat terminum quadraginta dierum dumtaxat computandorum immediatè, ac continuè postquam Notarius, vel Scriptor causæ tradiderit, vel tradere paratus fuerit ipsis parti, vel partibus, copiam attestationum testium productorum.

SUMMARIUM.

1 *Raro in praxi testes producti, ad judicium civile, reprobantur.*
2 *Objectionum probatio concludentissima esse debet.*
3 *Jus civile mentionem facit de reprobatione testium, sed non de tempore reprobationis.*
Tex. in l. fin. C. de testib. *expenditur, ibid.*
4 *In judiciis pristinis Romanorum testes primùm producebantur, & postea arguebantur eorum dicta, ac denique personæ reprobabantur.*
5 *Testes apud Romanos sæpius ante depositiones reprobabantur.*
6 *Jura de reprobatione ante depositiones traditia expenduntur.*
7 *Judex ex officio potest ex pluribus causis testem repellere.*
8 *Textus exclusi à foro per verbum* non possit, *rejici à judice possunt ex officio.*
9 *Consensus partis, non potest habilitare testes, quorum vitia ejus qualitatis sint, ut publicè interfit eos repellere.*
Bene verò si cedat in utilitatem consentientis, ibid.
10 *Testes deponentes de re, quæ non consistit in facto, sed in jure, excludi possunt à Judice.*
11 *Decisio Regiæ Audientiæ.*
12 *Jus Canonicum ancipitem decisionem tradit quoad tempus repellendi testes.*
13 *Tex.* in c. in causis 15. & in c. 1. de exception. *pugnare videntur cum tex.* in c. licet causam, vers. porrò de probat. & c. præsentium, 31. de testib.
14 *Tempus reprobandi testes de jure communi juxta communem opinionem Doctorum, est ante publicationem.*
15 *Vera concordia dictorum juriùm traditur.*
16 *Objecta contra personas testium opponi possunt, ante publicationem, non verò contra dicta eorum.*
17 *Tempus opponendi contra dicta testium, currere nequit quin attestationes publicè fiant.*
18 *Leges municipales tempus objiciendi assignant ab ipsa publicatione.*
19 *Facultas reprobandi testes pertinet ad naturalem defensionem.*
20 *Processus remanet nullus ex defectu dilationis reprobatoriæ.*
21 *Legis dispositio inducit formam omnino servandam.*
22 *Quod procedit casu quo dilatio per partem ad reprobandes testes petatur.*

23 *Oppositæ*

23 *Oppoſita objectione contra perſonam teſtis, Judex non poteſt ad ulteriora in cauſa procedere, quin de ea prius cognoſcat.*

24 *Teſtium reprobationes præjudicium inferunt cauſæ principali.*

25 *Si ante publicationem concedenda eſſet dilatio ad reprobandas perſonas, poſt eam concedenda eſſet nova dilatio ad reprobandas atteſtationes.*

26 *Proteſtatio eſt actus facultativus, & ſic non ex eo quod quis poſſit proteſtari, deneganda eſſet dilatio ad reprobandas perſonas teſtium ante publicationem.*

27 *Praxis repellendi teſtes ex officio difficilis, ſed poſſibilis eſt.*

28 *Dilatio ad proponendas, & probandas objectiones teſtium, juxta foros eſt quadraginta dierum.*

29 *Dilatio corroboratoria teſtium æqualis eſt, ſed non currit niſi à die tertio poſt traditionem copiæ articulorum reprobationum.*

30 *Dilationes iſtæ præciſæ, & peremptoriæ ſunt per foros.*

31 *Reprobatio reprobatoriorum, probanda eſt intra viginti dies à traditione copiæ atteſtationum mediante apparatu.*

32 *Reprobatio reprobatoriorum, non permittitur de jure Caſtellæ.*

33 *Teſtis per aliquem productus, non poteſt ab ipſo reprobari.*

34 *Sed hoc procedit, quoad perſonam, non verò quoad teſtificata.*

35 *Didiſcitis teſtificatis, teſtes recipi nequeunt ſuper eiſdem capitulis, vel directè contrariis.*

36 *Sed fallit, ſi per viam corroborationis fiat.*

37 *Minor non reſtituitur adverſus lapſum dilationis objectivæ.*

38 *Reprobare teſtes, eſt quodammodo accuſare.*

39 *Acatius Ripoll reſtitutionem minori hoc in caſu conceſſit, ſed perperam, dum in ſola conſuetudine ſuæ patriæ fundatur.*

40 *Informationis judicis cautela, ad excludendos teſtes, reſtatur.*

41 *Excluſa tota probatione alicujus per objecta, admittendus eſt ad novam probationem per modum corroborationis.*

42 *Objecta poſſunt probari per inſtrumenta poſt lapſum hujus dilationis.*

43 *Inſtrumentorum productio, ſecundum foros, non circumſcribitur ad certum tempus.*

44 *Teſtes in concomitantiam inſtrumentorum etiam miniſtrari poſſunt.*

45 *Exemplum ſero venientis ad reprobandos teſtes, qui per documenta obtinuit.*

46 *Objecta lapſis temporibus poſſunt opponi, ſi reſultent ex dictis ipſorum teſtium.*

47 *Vitia reſultantia ex vitiatibus proceſſus ſemper opponi valent.*

48 *Vitia vel objecta excludentia teſtes remiſſivè.*

49 *Publicatio atteſtationum præcedere debet conceſſionem dilationis, & conceſſio copiæ per apparatum.*

50 *Ad viginti dies reprobationis reprobantium, præcedere debet publicatio atteſtationum in materia objectiva receptarum cum eadem conceſſione copiæ.*

51 *Communicatio proceſſus an operetur idem quod traditio copiæ.*

52 *Forma inducitur quoties lex ſtatuit aliquid neceſſario faciendum.*

53 *Forma omiſſio vitiat actum, etiamſi in nullo deficiat.*

53 *Ritus tradendi copiam per apparatum, non eſt de forma inducta à foro, ſed ipſa traditio copiæ.*

55 *Communicare proceſſum idem eſt, ac tradere copiam actorum.*

56 *Forma quæ reſpicit certum finem, dum eum conſequatur, adimpletur per æquipollens.*

57 *Obſervantia Regiæ Audientiæ.*

58 *Fiſcus immunis eſt à præſtatione expenſarum juris copiæ.*

59 *Modus tradendi copiam per communicationem proceſſus, quibus fundamentis nitatur.*

60 *Dilatio tranſmarina concedi debet ad reprobandos teſtes.*

61 *Dilatio ad reprobandos teſtes ratio loci, vel temporis poteſt prorogari.*

63 *Lapſa dilatione objectiva, ſi per ocularem inſpectionem vitium teſtis comprobari poteſt, deneganda non eſt.*

64 *Deciſio Regiæ Audientiæ.*

65 *In concurſu probationum contrariarum prævalet ex communi opinione numerus teſtium.*

66 *Quod procedit cæteris paribus, ſecus ſi diſpares ſint.*

67 For. 50. de teſtib. *expenditur.*

68 *Tex.* in l. ob crimen 21. in fin. ff. de teſtibus *expenditur.*

69 *Tex.* in l. jurisjurandi 8. C. de teſtib. *Quæ eſt eadem cum* l. 3. C. Theodoſ. de fide teſt. & inſtrum. expenditur.

76 *Tex.* in C. in noſtra 32. de teſtib. *indicitur ad probandum quod non pluribus ſed dignioribus credendum eſt.*

Verba prudentiſſima Juſtiniani ad rem afferuntur, ibid.

DE iſta materia objectiva teſtium nihil dicere decreveram, quia licet in criminalibus uſu frequentiſſima ſit, de qua egi *cap.* 8. §. 8. *ex num.* 204. *uſque ad num.* 255. in civilibus, de quibus tracto, licet dilatio quotidiè petatur, raro in praxi articuli reprobatorij proponuntur, & ratius probationes quoad perſonas teſtium fiunt: vel quia odioſum nimis ſit teſtium defectus in judicium deducere, ob quod rariſſimi ſint, qui deponant; vel quia in hac materia objectiva probatio concludentiſſima requiritur, juxta text. *in* § *item verborum* 13. *inſtit. de inutil. ſtipulat.* ubi Gloſ. *& in c. præſentium de teſtib. & atteſtat. in* 6. docent Baldus *conſ.* 492. Rebuf. *tract. de reprobat. teſt. n.* 8. Farin. *q.* 62. *n.* 25. Ciarlin. *tom.* 2. *controverſ. c.* 136. *ex num.* 1. Rota apud Penna *in recollectis per D.D. Didacum Frances de Urritigoyti meritiſſimum Præſulem Tiraſonenſem, deciſ.* 314. *num.* 2. Valenzuela *conſ.* 41. *num.* 72. & Larrea *allegat. fiſcal.* 48. *num.* 47. & ideo difficillimè conſequi poteſt. Quare nemo fermè ſuſcipit onus probandi, niſi dum aliam defenſionem habere non ſperat. Sed poſtea perpenſo quod mutila, quoad hoc, noſtra praxis remaneret, conſilio mutato, aliqua ex ſelectioribus tradere deliberavi. 1

In jure civili Romanorum plures leges habemus, repulſam teſtium in multis ſpeciebus tradentes; ſed quo tempore, & quomodo facienda ſit, neque à Juriſconſultis, neque ab Imperatoribus expreſſum ſatis eſt. Nam *in l. ſi quis teſtibus* 17. *C. de teſtib.* quæ ad hoc ſolet allegari, de arguendis teſtibus ex inimicitia, vel corruptione ex ipſis depoſitionibus tractatur; non vero de modo, temporeve, apponendi has exceptiones. *in l. fin. C. eod.* de teſtibus productis apud compromiſſarios agit Juſtinianus, & licet permittat eos arguere quando adverſarius eis utitur in judicio, ex quo inferri valet quod jam publicatæ atteſtationes erant; hoc eſt illatio, non clara definitio, quam deſideramus quia non reſcripſit de teſtibus coram Judice productis; in Authent. *de teſtib. collat.* 7. Iuſtinianus tempora opponendi contra teſtes non præfixit, imo *in c.* 4. de oppoſitione poſt didiſcitis teſtificatis tractat ibi: *adverſarius autem ejus acceperit ſolus, & fecerit diſputationem:* & *in cap.* 6. de repulſa ante depoſitionem agit, ibi; *ſi vero liberum ſe dicat, compellatur demonſtrare primum inſtrumentum, in quo libertatem percepit:* 2 3

pit : & sic testetur. Ex quibus inferri valet quod non solum ante publicationem, sed postea refelli testes possunt. Quæ traditio fulciri posset ex eo, quod in judiciis primævis Romanorum, in usu erat, quod testes primum producerentur, & postea refelli, ac refutari solebant; ita ut si dictum seu oratio eorum pateretur, argumentationibus inficiabatur; sin minus, in hominem dicendum erat, vitam, famamque testis lædendo, ne ejus attestatio fidem faceret. Ut cum Cicerone, & aliis probat Barnabas Brisonius *lib. 5. de formul. §. testes porro, pag. 53.* Idem Carolus Sigonius *lib. 2. de Judiciis. capit. 18. tom. 1.*

5 Sed hoc perpetuum non erat, cum plerumque antequam testes deponerent excludebantur, ut plura jura demonstrant. Sic Modestinus *in l. 2. ff. de testib.* ibi : *qui adversus fidem suam vacillant, audiendi non sunt.* Calistratus *in l. 3. in fin. princip. ff. eod.* ibi : *Nam si careat suspicione testimonium, vel propter personam, à qua fertur, quod honesta sit, vel propter causam, quod nec lucri, neque gratiæ, neque inimicitiæ causa sit, admittendus est.* Idem in eadem *l. 3. §. lege Julia 5.* ibi : *alii verò propter noxam admittendi non sunt.* Paulus *in l. testes 24. ff. eod.* ibi : *quos accusator de domo produxit interrogari non placuit.* Archadius, sive Charisius *in l. fin. ff. eod. tit.* ibi : *Præsides attendant ne patroni in causa cui patrocinium præstiterunt, testimonium dicant.* Id

6 ipsum rescripserunt Cæsares, Diocletianus, & Maximinianus in *l. 5. Cod. eod. tit.* ibi : *eos testes ad veritatem juvandam adhiberi oportet, qui omni gratiæ, & potentatui fidem religioni judiciariæ debitam possint præstare.* Idem Imperatores in *l. parentes 6. C. eod. tit.* ibi : *nec volentes ad testimonium admittendi sunt.* Item *in l. servus 8. C. eod.* ibi : *adversus eos interrogari non posse.* Valentinius, Gratianus, & Valentinianus *in l. omnibus 10. C. eod.* ibi : *dicendi testimonii facultatem jura submoverunt.* Justinianus *in authent. si testes C. eod.* ibi : *si vero libertinum se dixerit, prius instrumentum suæ manumissionis ostendat, quam testificetur.* Idem Justinianus *in authent. de testib. collat. 7. in prin.* ibi : *licere autem omnibus etiam valdè vilissimis testimonium prohibere, & ante nos prohibuerunt legislatores, scilicet multas exceptiones facientes, & plurimos excludentes etiam ipso testium nomine, vel schemate.*

7 Ex quibus juribus non malè infertur, quod in pluribus casibus Judex ex officio repellere testes potest, & debet antequam interrogentur, ut innuit tex. *in l. quos prohibet, ff. de postul. & in c. 1. de exception.* ut docuerunt Felin. quem plures sequuntur *in c. insinuavit de testib. n. 9.* Iason *in repet. l. admonendi, num. 14. ff. de jur. jurand.* Ant. Gomez *var. lib. 3. cap. 12 num. 22.* Paz *in prax. temp. 9. n. 9.* Olasceus *decis. 22. num. 18.* Monter. *decis. 21. num. 9.* Farin. *q. 54. n. 175. & q. 62. ex num. 175. per plur. seq.* signanter *num. 192.* Menoch. *de præs. lib. 2. præs. 46. num. 4.* Seraphin. *decis. Rot. 289. & 295.* Cancer. *variar. lib. 1. cap. 20. num. 27. cum seq.* Peguer. *in prax. Rub. 20.* ubi Ripoll. *num. 11.* Boër. *decis. 321. num 4.* Portol. *ad Molin. verb. testis, n. 43.* Azevedo *in l. 1. tit. 8. lib. 4. recopil. num. 13.* Mascard. *de probat. concl. 408. num. 20. & conclus. 1356. num. 13.* Carrer. *in tract. tract. de in lic. & tortur. §. in textu ergo. num. 52.* Iul. Clar. *§. fin. quæst. 24. ad fin.* ubi Bajard. Jacob. Cujac. *in d. c. 1. de except.* Dueñas *regul. 385. limit. 7.* Sanchez *in consil. moral. lib. 6. cap. 5. dubit. 16. num. 3.* Ayllon *ad Gomez.*

8 *d. c. 12. num. 23.* Quare tenendum est, quod omnes, qui à testimonio ferendo excluduntur *in for. 1. & aliquib. seq. de testib.* per verbum *no puiz;* id est *non possit*, abdicativum potestatis, dum Judici constet per notorietatem, vel sententiam, ut dixit Gratian. *discept. forens. c. 468. num. 22.* ex officio repellendi sunt, antequam deponant; quia incapaces fiunt ipso foro, & tanquam tales lex eos excludit, ut accuratè notat Avendaño *respons. 21. num. 4. in fin.* & ante eum Rebuf. *tract. de reprobat. testium. n. 13.*

9 *in princ.* Neque consensus tacitus, vel expressus partis hunc effectum tollere potest, ut arguit Farin. *dict. q. 62. num. 175.* quia omnes defectus respicientes jus publicum,

sive publicam utilitatem consensu partis non excludantur; licet ii qui respiciunt utilitatem consentientis excludantur, ut notant Rebuf. *d. num. 13. in fin.* Ant. Gomez *d. num. 22.* Farin. *d. num. 192.* Azevedo. *in d. l. 1 nu. 15.* Noster Iranzo *tract. de protest. consider. 67. num. 15.* imo Judex ex officio debet informari, an testes interrogandi idonei sint, necne; ad finem admittendi illorum dicta, 10
quamvis nihil per partem probetur, vel dicatur. *d. authent. de testib. in prin. & cap. 1.* ibi : *Judices, si quidem administratores fuerint* (hoc est, si Magistratus fuerint, ut exponit Gothofredus) *hoc ipsi agant.* Innocent. Baldus, Alexander, & alii congesti per Gratianum *discept. cor. c. 144. num. 36* inter quos annumerandi sunt, qui deponere intentant de re, non in facto consistente, sed in jure; nam ex officio excludendi sunt, quia utilitatem publicam concernit, ne ea quæ Judicis sunt, à privatis usurpentur, ex traditis per Glos. *in l. stipulatio, §. hac quoque, ff. de verb. oblig.* Ripa *in l. 1. num. 12. ff. si cert. petat.* Felin *in c. cum* 11
causam in princ. num. 9. ubi etiam Bald. *de testib.* Alex. *consil. 159. num. 5. lib. 6.* Rota *diversp. 2. decis. 240. num. 3.* & apud Duran. *decis. 214. num. 2.* Cancer. *variar. l. 1. c. 4. num. 120.* Xamar. *de offic. Jud. & Advocat. p. 3. c. 5. num. 25.* quæ retuli cum decis. Regiæ Audientiæ *lib. cap. 8. §. 5. num 18.* & olim sic decisum adnotavi postea, in sequela causæ Baroniæ de Vivel, inter Monasteria Vallis-Christi, Carthusianorum, & S. Michaëlis de los Reyes, Ordinis B. Hieron. Regia interlocutione *diei 12. Junii anni 1557.*

De jure Canonico difficilior quæstio primo aspectu 12
videtur, quia Pontifex *in c. in causis 15 de testib.* ait : *& super dictis testium cum fuerint publicata, publicè potest disputari.* & clarius *in d. c. 1. de exception.* ibi : *si crimina testibus objiciuntur, de quibus non fuerant hactenus accusati, sed tantum per exceptionem opponantur, probatio illorum criminum exhibenda est, antequam causa per sententiam terminetur.* non enim in hoc jure præfinitur tempus opponendi, vel probandi, sed dum fiat, ante sententiam permittitur. Notat Illiger. ad Donel. *lib. 25. comment. cap. 12. de testib.* 13
lit. N. Sed contrarium probari videtur, ex *c. licet causam 9. vers. porro : de probat. & ex cap. præsentium 31. de testib.* Quibus in juribus apertè dicitur, quod attestationibus publicatis, volens objicere in personas testium non possit, nisi ante publicationem protestatus fuerit, vel juramento firmaverit quod de malitia non procedit, ostenderitve novam notitiam objecti. Ex quibus inferunt Doctores quod de jure communi tempus objiciendi contra testes, est ante publicationem. Rebuf. *ad leg. Gallit. de reprob. test. glos. omnic. in prin.* Paz *d. temp. 9. num. 7.* 14
Baldus, Abbas, Felinus, Covarruvias, Menochius, Maranta, Mysingerus, & alii congesti per Augustinum Barbos. *in collect. d. c. præsentium. num. 5.* Cancer. *d. c. 20. n. 46.* Ripoll. *var. cap. 5. num. 178.* Cujac. *in d. c. præsentium.* & Iranzo *d. consid. 67. num. 1. cum seqq.* Qui de jure communi differit, nulla facta mentione nostri fori, & praxis. Sed hæc jura, quæ pugnare videntur inter se, faciliter 15
ad concordiam reduci possunt, animadverto quod *tex. in d. c. in causis* loquitur de objectis oppositis contra attestationes; & tex. *in d. c. licet causam, vers. porro : & in d. cap. præsentium*, de objectis contra personas; ita ut exceptiones contra personas, opponendæ sint ante publicationem quod possibile est, eo ipso quo pars contra quam producuntur, percipit, vel percipere potest, quia ad hoc citatur, ut interveniat in præstatione juramenti, & si non comparuerit, sibi imputare debet. *tex. in authent. sed & si quis, C. de testib.* & *d. c. 1. de except.* tractat de 16
probatione, non de oppositione defectus personæ, quæ probatio dum fiat ante sententiam, sufficit : sed non excludit necessitatem opponendi, vel protestandi, ante publicationem. At veto ea quæ opponuntur contra depositiones, nonnisi post publicationem earum fieri valet; quia is cujus interest, non potest habere notitiam certam eorum, quæ dixerint, & sic non currit tempus ad

opponendum aliquid, ut in terminis notat Avendaño
17 *d. respons. 21. numer. 4. vers. si vero reprobantur dicta* sic pariter Maynard. *decis. 74. lib. 4.* Decius *consil. 8. num. 8.* Dominic. *in cap. 2. §. fin. de testib. in 6.* Covarruvias *pract. capit. 20. n. mer. 9.* Cancer. *var. dict. cap. 20. num. 47. lib. 1.* Ripoll. *dict. cap. 5. num. 172. & ad prax.* Peguer. *dict. Rub. 20. num. 13.* Quæ est vera, ac genuina conciliatio horum jurium.

Quamtumvis hæc vera sint, leges municipales secu-
18 larium Curiarum totius fermè Europæ, aliud statutum habent, quoad tempus opponendi tam contra personas, quam contra dicta testium, nam communiter dilationem hanc concedendam cautum habent, post publicationem. Ea nimirum ratione, quod testium repro-
19 bandorum facultas, est pars naturalis defensionis, ut docent Bartol. *in extravag. ad reprimendum. verb. figura judicii.* Matthæus de Afflictis, *decis. 124. & 351. num. 1.* Foller. *in pract. crim. verb. si confitebuntur, 3. p. 3. princip. num. 59.* Lapus *allegat. 82. num. 9.* Avandaño *d. respons. 21. num. 3. vers. illud tamen.* Petrus Caballus *part. 2. consil. 53. ex num. 1.* Caravita *Rit. 31. num. 4. & Rit. 144. num. 8.* Muscatell. *in prax. civil p. 6. Glos. partes num. 18.* Vivius *decis. 32. num. 3. & decis. 380. num. 25.* Milanens. *decis. 6. num. 5.* Menoch. *de arbitrar. q. 32 num. 1.* Capicius *decis. 55. num. 3.* Cartar. *decis. 17. n. 10.* Cardinalis Tuscus *lit. P. concl. 871. num. 30.* Gravat. *consil. 840. num. 9* Giurba *decis. 26. num. 1. & 2.* Scaccia *de Judic. lib. 1. c. 92. n. 91 ad med.* noviſſimè Ioan. Paulus Melius *allegat. 21. n. 19 lib. 1. & observat. forens. 103. n. 20. & obser. 127. num. 41.*

20 Ex quo controverſia illa an proceſſus, & ſententia, ex defectu hujus dilationis annullentur, extincta manet; quia nulliratem influit denegatio cujuſvis rei concernentis naturalem defenſionem, ut docuit Pontifex, *in Clement. Paſtoralis, verſ. caterum*, ubi communiter Doctores, *de re judicat.* De quo videndi Purpuratus, Sola, Afflictis, Maſullus, Benintendis, & Muſcatellus, congeſti per Giurbam *deciſ. 36. n. 6.* ſignanter in Regno Valentiæ; nam per noſtrum textum juſſum eſt, concedere hanc dilationem poſt publicationem atteſtationum; ſicut de jure Caſtellæ, ſi petatur infra ſex dies ab ipſa publicatione, *l. 31. tit. 16. part. 3. l. 1. tit. 4. lib. 3. ordin. & l. 1. tit. 8.*
21 *lib. 4. recopil.* in Regno Aragoniæ per *for. 1. & 2. de rei-vindicat.* de jure Principatus Cathaloniæ *per conſt. 4. tit. de dilation.* Apud Luſitanos *per ordin. lib. 3. tit. 55. c. ult.* in Germania per *Novell. Elector. Auguſt. p. 1. c. 16.* in Regno Neapolis, *per pragmat. 11. de ordin. Judicior.* in Regno Siciliæ *per rit. 134. 136. & 171.* & ſic de cæteris, in cujus textus noſtri diſpoſitione, forma concedendi dilationes in judiciis expreſsè ſtatuitur; eaque inducitur quoties aliquid ſtatuitur neceſſariè faciendum, tex. *n l.*
22 *obligari, §. ſutor ff. de auctor ſutor, c. cum dilecta, 22. de reſcript.* docent Tiraquel. *de retract. lignag. §. 36. gloſ. 2. n. 25.* Beroius *q. 24. n. 4.* Petrus Caballus *p. 1. conſil. 144. num. 48.* Barboſ. *axiom. 100. num. 2.* Valenzuela *conſil. 173. num. 38.* Caſtillo *lib. 5. controverſ. cap. 54. num. 32. & ſeqq.* Larrea *deciſ. Granat. 43. num. 4.* Omiſſio namque formæ, vitiat actum, tex. *in l. cum hi, §. ſi Prætor, ff. de tranſact.* cum plurimis adductis per Ioan. Guttierrez *in repetit. l. nemo, num. 111. ff. de legat. 1.* cum aliis traditis *ſupr. c. 3. §. 3. n. 7.* quibus adde Valenz. *conſil. 3. num. 18.* Gratian. *diſcep. for. cap. 691 num. 8. & c. 786. n. 4. & 15. Et cap. 853. num. 28.* Caball. *d. conſil. 144. num. 51.* D. Franc. Merlin. *controverſ. forenſ. cemur. 2. contr. 100. num. 45.* Quod intelligendum ſi à parte poſtuletur, quia non poſtulante parte, nulla adeſt neceſſitas concedendi tex. *in l. 1. C. de dilat. & in l. 2. C. ut intr. cert. temp. crimin. queſt. termin.* docent Cavalcan. *tract. de teſtib. part. 4. n. 201.* Nata *conſil. 167. num. 1.* Sola *ad decret. Sabaud. tit. de oppoſit. contr. for. extr. inſtr. gloſ. 1. num. 2.* Muſcatel. *in prax. d. p. 6. gloſ. momentum, n. 8.* aliis relatis Giurba *d. deciſ. 26. num. 13.* Quæ limitatio in verbis noſtri textus habetur, dum dicitur ibi, *niſi forte eſſent objectiones contra perſonas, aut dicta teſtium.* Non enim in eo cautum eſt quod omnino concedatur, ſed *ſi forte*, hoc eſt caſu quo petatur, pluribus Barboſa *diction. 127. num. 2.*

Si enim parte poſtulante, neceſſaria eſt conceſſio 23
hujus dilationis, ut ex dictis patet, ſi objectiones proponerentur ante publicationem, non poterit Judex ad ulteriora procedere, uſque dum de defectu oppoſito cognoverit tex. *in authen. ſi teſtes, C. de teſtib.* ibi: *non ante audiatur, quam de crimine judicetur.* ut in terminis notat Azevedo *in d. l. 1. num. 1. & 4.* Ratio namque perſpicua 24
eſt, nempe teſtium reprobationes, quoad perſonas, præjudicium generant cauſa principali, Rebuffus *d. tract. de reprob. teſti. num. 23* Pariſ. *conſil. 13. num. 20. p. 3.* Valenzuela *conſil. 92. num. 32.* ut in praxi admiſſum habemus, nam labente hac dilatione, proceſſus quoad cætera conquieſcit; conceſſa namque dilatione, ante publicationem, ad probandum defectus perſonales, quando ipſa publicatio fieret, alia concedenda eſſet ad probandum objecta contra atteſtationes, quia antea, nulla poteſt haberi notitia de eis, ut ex *d. c. in cauſis* dictum eſt. Et ſic 25
duplicarentur tempora, quod abſit; quare recta cum ratione leges municipales hanc dilationem concedendam jubent, ſtatim atque publicatio fiat, ut in noſtro textu habetur, & in legibus aliarum Provinciarum, quarum mentionem fecimus, ut tradunt Monteroſo *in prax. part. 1 tract. 2. §. algunas vezes.* Pichardus *in manuduct. ad prax. practic. 9. num. 2.* Bolaños *in Cur. Philip. p. 1. §. 16. num. 30.* Paz *d. tempor. 9. num. 7. cum ſeqq.* Ant. Gomez & Aylon *d. c. 12. num. 22. & 23.* Portol. *ad Molin. d. verb. teſtis num. 29.* Bardaxi *ad for. 1. de reivindic. num. 7. in fin.* Cancer *variar. d. lib. 1. cap. 20. ex num. 40.* Ripoll. *d. cap. 5. ex num. 175.* Fontanella *de pact. tom. 2. clauſ. 7. gloſ. 3. part. 10. num. 7.* Poſtius *de Manutenend. obſer. 96. in princip.* Peguer. *in prax. Rub. 20.* ubi latè Ripoll. Berlich. *practicabil. tom. 1. concluſ. 39. ex n. 1.* Novar. *ad pragm. Neapol. collect. 11. tit. de ordin. Judicior. num. 1.* Guttierrez *lib. 1. practica. q. 64. in princip.*

Neque obſtat, quod pars proteſtando ſibi præcavere 26
poteſt, ut colligi poteſt *ex d. c. præſentium.* Quia hoc eſt facultativum reſpectu partis; & ſi proteſtari nolit, ſed jure ſuo uti, dilatio concedenda eſſet, ante publicationem, & ſequeretur inconveniens duplicandi tempora, quod abhorrent jura, *properandum*, cum ſimilibus, *C. de Judiciis.*

Dices quod difficilis erit in praxi repulſa teſtium ex 27
officio Judicis, præſertim in Regno Valentiæ, in quo viget conſuetudo interrogandi teſtes ſuper generalibus in fine depoſitionis: quare defectus, qui negari non poſſunt, deteguntur quando jam depoſuerunt. Cui argumento dicendum eſt, quod juxta praxim quam tradidi, §. *præced. num. 93.* communiter obſervatam, nomenclatura teſtium producendorum parti traditur; & ſi in ea invenier teſtem, quem repellit aliqua exceptio foralis, ut ſi fuerit Infidelis, Bannitus, criminoſus, infamis, adhibere remedium opportunum poterit, ut à Judice repellatur. Sic enim de facto obtinui in cauſa relata, §. *præced. num.* 28
37. nam Syndicus Societatis Jeſu, beneficio reſtitutionis in integrum admiſſus fuit ad teſtes producendos, Regia proviſione *dici 16. Januarii 1645.* poſtulavi nomine Archiepiſcopi, nomenclaturam teſtium, & tradita fuit: in ea ſolum continebantur Patres Jeſuitæ, quos Syndicus producere intentabat, expoſui D. Judici quod excluſi erant à foro, tanquam habentes intereſſe, ut ſinguli; (lis enim erat, quod ſinguli Societatis, dum executores teſtamentorum nominarentur, exempti erant à reditione rationis coram Ordinario) & ſic excluſi fuerunt, & Syndicus nihil potuit probare.

Quadraginta dierum eſt dilatio reprobatoria teſ- 29
tium, quam noſter textus concedit ad proponendas, & probandas objectiones: & in conſequentiam ſi pars corroborare voluerit probationem à ſe factam, quod licet, juxta tex. *in for. 41. de teſtib.* æqualis dilatio concedenda

denda erit, quia reprobatio, & corroboratio paſſu pari ambulant, *For. 13. de dilation.* ibi: *a provar objections, e corroboracions de teſtimonis.* & *for. 36. de teſtib.* ibi: *e objections, e corroboracions*, ut ex *conſt. 4. tit. de dilat.* tradunt Peguera & Ripoll. *d. Rub. 20. num. 1. & ſeqq.* Solum in hoc differunt, quod ad objectandum currit dilatio à die traditæ copiæ, ut *in text.* habetur, ad corroborandum à die 3. poſt traditionem copiæ articulorum reprobatio-
30 nis; ut *in dict. for. 41.* dicitur: ſed iſtæ dilationes præcisè, & peremptoriè computandæ ſunt, neque extendendæ, licet coarctari valeant, ut de dilatione principali dictum remanet *in præced. §.* quia cum in *eod. for. 35.* forma
31 data ſit omnibus dilationibus, dictum quoad unam comprehendit omnes, niſi ſpecialiter aliquid cautum ſit: Si vero objectiones proponendæ ſint contra teſtes reprobatorios, ſive productos in dilatione, & materia objectiva, debent opponi, & probari intra viginti dies, à traditione copiæ atteſtationum eorundem, ſive ab apparatu ſi eam ſumere diſtulit, ut expreſsè dicitur *in for. 42. de teſtib.*

Et quamquam in materia principali, replicatio, duplicatio, & triplicatio, admittantur, in materia objectiva non ita conceſſum eſt; nam ultra reprobationem teſtium primo reprobantium, alia replicatio denegatur,
32 *in eodem for. 42.* in quo lex noſtra diverſificatur à lege Caſtellæ, quæ eſt *l. 10. tit. 17. lib. 4. recopil.* Ubi Azevedo & Bolaños *d. §. 16. num. 30. in fin.* dum ultra primam reprobationem, aliam non admittit, ea ratione, ne proceſſus in infinitum admittatur; hanc eandem rationem inſinuat, *d. for. 42.* ſed benigniori modo, nam ſecundam reprobationem concedit, ut de Senatu Neapolitano idem teſtatur Ioan. Bapt. de Thoro *in comp. deciſ. tom. 2. verb. teſtium audientia.*

33 Et nota, quod licet teſtis ab aliquo productus, non poſſit ab eo reprobari, juxta text. *in l. ſi quis teſtibus, C. eo tit.* ubi Baldus & cæteri ſcribentes Guttierrez *in repet. d. l. nemo poteſt, ff. de legat. 1. n. 127. cum ſeqq.* Valenz. *conſil. 121. n. 148.* plures adducti per Barboſ. *in collect. d. c. præſentium, n. 8.* hoc reſtringere debemus ad perſonam (quamquam Monter. *de iſ 45. n. 2.* quoad dicta etiam procedere tenuerit) non autem procedit quoad atteſtationes, quia
34 certiſſimum eſt, poſſe refelli, ut quotidie refellitur; ſic docent D. Leo *in reſpon. ſ. jur. poſt deciſ. 210. n. 17. & ſeqq. & deciſ. 186. n. 3.* Peguer. *in prax. d. Rub. 20.* ubi Ripoll alios adducens *n. 6.* quibus addendi Azevedo, *in d. l. 1. n. 47.* Lara *de Capellan. lib. 2. c. 4. n. 65.* Guttierrez *in d. l. nemo. n. 133.* Gratian *diſcept. forenſ. c. 236. n. 4.* Ioan. Bap. de Thoro *in comp. deciſ. tom. 5. verb. Teſtium corruptorum.* Carleval. *de Judic. tom. 2. tit. 2. diſput. 3. n. 37.* Pareja *de inſtrum. edition. p. 2. tit. 7. reſol. 3. n. 12.* & ſic ſæpe ſæpius obſervarum vidi in Regia Audientia.

35 Sed pone pulchram ſpeciem: quis probavit aliquod factum in dilatione principali; Adverſarius in dilatione objectiva diluit, vel diluere intentat cuncta probata; primus per viam corroborationis vult probare idem factum, quod antea probaverat; & licet ei refragare videatur, quod didiſcitis teſtificatis, teſtes nequeunt produci ſuper eiſdem capitulis, vel directo contrarii, ex deciſione tex. *in cap. fraternitatis. ex de teſtib. d.* Auth. *de*
36 *teſtib. §. quia vero* cum ſimilibus adductis per Marium Giurba *deciſ. 73. n. 1.* & Barboſ. *in collect. d. tex. n. 1. verſ. amplia.* Tamen per viam corroborationis fieri poſſe dixit Pontifex. *in c. ſeries 26. de teſtib.* ibique communiter Doctores; Immola *in c. cum clamor, eod tit.* Nata, *conſil. 565.* Maſcard. *de probat. concl. 411. n. 26.* Gail. *obſer. 105. lib. 1.* Tuſcus *lit. T, concl. 294. n. 105. & ſequent.* Barſat. *conſil. 95. n. 18. vol. 1.* Gabriel *com. opin. tit. de teſtib. concl. 21. n. 38* Conrad. *tract. de offi. Prætor. in cauſ. civil. tit. de dict. teſti. n. 47.* Barboſ. *in dict. c. ſeries n. 4.* Giurb. *dict. deciſ. 73. n. 6.* Et quamquam aliqui ſignificent, hoc procedere in cauſa appellationis, major ratio viget in prima inſtantia, ad quam perenti concedenda neceſſariò eſt dilatio corroborativa, ſicut objectiva, ut ex dictis patet: in cauſa vero appellationis dubia res eſt, ut colligitur ex Covarruv. *pract. c. 18. num 5.* Paz *temp. 9. n. 7.* Avendaño *d. reſponſ. 21. ex n. 4.* Guttierrez *lib. 1. pract. c. 64.* Cancer *d. c. 20. n. 46.* qui omnes concludunt concedendam non eſſe, niſi quando in prima inſtantia conceſſa vel poſtulata non ſit. Neque id limitandum erit, ad cauſas matrimoniales, ut innuere videtur Barb. *ubi proximè* (qui perperam ſpeciem *d. textus* expoſuit) Nam ratio Pontificis in eo expreſſa, generalis eſt, nempe conſuetudinem de qua *ibi* eſſe juri contrariam; fruſtra namque jura concederent facultatem corroborandi atteſtationes, ſi eæ quæ diluuntur, non poſſent novis probationibus firmari.

Hac autem dilatione in materia objectiva lapſa, non 37
conceditur beneficium reſtitutionis in integrum ad noviter probandum. Quia cum nimis odioſum ſit teſtium defectus detegere, elapſa dilatione, nec minor, nec alius ex privilegiatis, beneficium implorans audiendus eſt, nam objectiones teſtium, maximè conſiſtunt in defectibus, & criminibus illorum: eos reprobare, eſt quodammodo accuſare de dictis defectibus, atque delictis, ita ut aliquando ad pœnam deveniatur, *d. authent. de teſtib. c. 1. §. ſi vero ignoti.* Et ſicut minor non reſtituitur 38
ad accuſandum *tex. in l. auxilium, 37. §. ſed in ſexagima, ff. de minor:* ſic ſimiliter reſtitui non debet ad reprobandum, ut tenuerunt Gloſſa *in Clement. 2. de procurat.* Rebuff. *ad leg. Gal. tit. de reſtit. art. 1. gloſ. 2. n. 16.* Capell. Toloſ. *deciſ. 53.* Covarruv. *pract. c. 26. n. 5. verſ. tertio eidem.* Palacios Rub. *in repet. c. per veſtras, §. 26. n. 13. de donat. int.* Boër. *deciſ. 245. n. 7.* Didacus Perez *in l. 1. tit. 4 lib. 3. Ordin.* Guttierrez *lib. 1. pract. q. 64. n. 1. verſ. contrarium.* Paz *in prax. d. temp. 9. n. 8.* Pichardus *d. pracep. 9. n. 3.* Bolaños *d. §. 16. c. 30.* Azevedo *in d. l. 1. n. 67. & 71.* Avendaño *in 2. p. capit. Prator. c. 5. n. 29.*

Contrarium aſſerit Ripoll, *variar. c. 5. n. 174.* Ea ductus 39
ratione, quod ſi minor lædatur, ex omiſſione probationis, in materia objectiva, reſtituendus eſt, ex regula generali, ad quod probandum allegat Boërium *ubi trax.* & Ferrer *obſer. v. 3. c. 476.* ſed hæc non concludunt; nam deficiente læſione, non erat neceſſaria hæc ſpecialis diſpoſitio, cum minor non reſtituatur niſi quatenus læſus eſt. *l. ait Prætor, 7. §. ſed in judiciis, ff. de minor.* ibi: *ſed in judiciis ſubvenitur: ſive dum agit, ſive dum conveniter captus eſt:* ſuppoſita namque læſione, ſpecialis diſpoſitio ſubintrat, quam tot DD. tuentur. Et licet aliqui re- 40
neant quod lapſus in his terminis ſuppleri poſſit per informationem privatam Judicis, ut cum Baldo, Abbate & aliis tradit Azevedo, *ibid. n. 71.* tamen hanc cautelam improbat Romanus, relatus *in additione ad Abbatem in d. c. fraternitatis, de teſtib. lit. C.* & hanc ſententiam ſequitur Azevedo *ibid.* Nec auctoritas Boërij refragatur, quia concluſionem juridicam proponens, addit quod ex conſuetudine Franciæ minores ſolent reſtitui. Ferrer, & Ripoll pariter nituntur in conſuetudine, & ſic eorum 41
ſententia procedere poſſet ubi talis vigeat conſuetudo, ſed non alibi. *c. fin. de conſuetudin.* pluribus Valenzuela *conſ. 8. n. 25.* Et adhuc Boërius ponit caſum in quo proceſſus abſque objectionibus decidi nequit, ut puta ſi minor poſſet diluere totam probationem adverſarii; ſed neque eo in caſu læſio minoris indubitabilis fieret, quia tunc adverſarius admittendus eſſet ad novam probationem, ut tenuerunt *Andre. in c. auditis de in integr. reſtit.* Guid. *in ſtat. ſiquis verb. teſtes, colum. 6. verſ. ſed quæro.* Rebuffus *ad l. Gal. d. tit. de reprob. teſt. num. 8.* quod ego intelligerem, per modum corroborationis, ut dixi *ſup. num. 35.*

Verùm iſta procedunt, quando objecta probanda 42
eſſent per teſtes, non vero ſi per inſtrumenta probari poſſent, ut explicant Paz, *d. temp. 9. n. 3.* Ripoll. Var. *d. c. 5. n. 172.* Et ratio eſt manifeſta, nam inſtrumentorum productio, non circunſcribitur ad certum tempus, imo fieri poteſt uſque ad ſententiam, ut dixi *§. præced. n. 231.*

43 *cum seq.* & latius probabo *in §. qui sequitur* : atque ad ea, quæcumque ex instrumentis eliciantur probant utique, sive versemur in materia principali, sive objectiva, cum suum effectum producere debeant. Ex qua conclusione
44 infertur, quod si in concomitantiam instrumentorum productorum ad verificandos defectus testium, alii testes offerantur, dum super materia concomitativa offerantur, admitti debent, eisdem juribus, & rationibus, quibus quoad materiam probatum est principalem *d. §. praced. ex n.* 230. Et ut percipias ingeniosum modum reprobandi testes, non solum lapsa dilatione objectiva,
45 sed post conclusionem causæ. Quidam qui duos testes repellere optabat, amicitiam affectavit cum Actuario Causarum Criminalium unius ex Curiis inferiorum. Eo ignorante (ut dicebatur) cœpit acta cujusdam processus, in quo inquisitio instituta fuerat contra plures pro enormi crimine : inter reos reperiebantur aliqui ejusdem cognominis cum testibus, quos excludere desiderabat: exhibuit hunc processum cum articulis ad probandam identitatem personarum, quod de materia concomitativa visum fuit, & sic admissus ad probandum intra sex dies utiles. Nihil probare potuit, sed imo detecta fraude, cum ingenti pudore repulsus fuit.

46 Idem dicendum erit, ex dictis, & attestationibus ipsorum testium objecta resultent: nam proponi in quacumque parte litis poterunt; quia similes defectus ex visceribus ipsius processus resultant, & sic semper opponi possunt; & adhuc casu quo non opponantur, Judex non solum potest, sed debet de eis habere rationem, text. *in c. in causis ad fin. de testib.* ubi DD. Jason. *in repet. l. admonendi, col.* 16. *vers. item adde etsi concluſum, ff. de jur.*
47 *juran.* Vivius *dec.* 235. *n.* 12. Cancer. *d. c.* 20. *n.* 47. *vers. de jure Catholonie.* Carroz. *singul.* 730. Maynard. *dec.* 74. *lib.* 4. Achil Personal. *tract. de adipisc. poss. num.* 30 Postius *de manuen. obs.* 95. *n.* 4. Ripoll. *d. c.* 5. *n.* 175. Et sic praxis receptum habet, nam in allegationibus, elapsis temporibus omnium probationum, quotidie testium personæ, vel dicta arguuntur, ex resultantibus ex processu. Et quamquam sæpius partes in vanum laborant, per sophisticas subtilitates increpando; non semel utilem hanc allegationem vidi: nam ex ipsis attestationibus varietates, mendacia, contrarietates, & falsi vitia pullu-
48 lare solent. Aliquando cognationes, affinitates, amicitias & alios effectus in ipsis depositionibus fatentur, quare vel excluſi manent, vel fidei eorum non modicum detrahitur. Quæ vero objecta sint excludentia omnino testes, vel eorum fidem diminuentia, nostri instituti non est, sed faciliter peti possunt à DD. superius memoratis, signanter à Petr. Rebuffo *in d. tract. de reprob. testi.* & Farinacio, qui integrum volumen *de testibus* edidit.

49 Ad hoc ut currere incipiat dilatio ista in materia objectiva, & reprobatoria testium spectanda est publicatio attestationum materiæ principalis, ut concedi possit copia earum ut aliis relatis, dixit Pareja *de instr. edit. p.* 1. *tit.* 5. *resol.* 1. *n.* 82. & mediante apparatu vero vel ficto remens comminetur ad eam sumendam, ut in *nostro tex.* habetur. Idemque observandum ad materiam corroborativam, cum traditione articulorum objectionum,
50 ut post triduum currere incipiat. *d. for.* 41. *de testib.* Et ut currant viginti dies ad reprobandos testes materiæ objectivæ, publicatio attestationum illorum facienda erit, & concedenda copia mediante eodem apparatu, *dict. for.* 41. *de testib.* & hoc jure utimur; licet rarissimè; quia si, ut dixi, raro testes in materia objectiva producuntur; multo minus in usu erit dilatio ad secundam reprobationem.

51 Sed dubitari potest, an per communicationem processus suppleatur solemnitas tradendi copiam per apparatum? Ratio dubitandi ea nimirum esse posset, quod in his foris, dum forma traditur concedendi dilationes, ut dixi, etiam videtur inducta quoad apparatum faciendum; quia forma censetur tradita quoties
52 per legem aliquid statuitur necessariè faciendum. *dict. l. obligari, § sunt. ff. de auct. tutor. d. c. dilecta. 22. de rescript.* cum aliis adductis *supr. num.* 21. & cum in istis foris apparatum fieri expresse dicatur, eo deficiente processus annullabitur, ut probavi *eod. num.* 21. At nihilominus 53
tenendum est, quod per communicationem processus, dum in actis constet suppletur dicta solemnitas, & dilatio hæc curret à die communicationis: quia mens fororum inducentium istam apparatus solemnitatem, est quod parti constet de attestationibus. Non enim dicitur quod apparatus fiat secundum ritum, in praxi assuetum; sed quod currat dilatio à die quo *Notarius vel scriptor causa tradiderit vel tradere paratus sit copiam*: ita
ut ea quæ de apparatu dicuntur simpliciter posita ap- 54
parent: & non omnia, quæ à lege simpliciter requiruntur, inducunt formam; & in consequentiam non debent adimpleri specificè nisi ulterius ipsa lex progrediatur, actum aliter factum annullando, tex. *in l. fin. vers. huic adjecimus sanctioni. C. de sent. ex brevil. recit.* plurimus Salgado *in Laber. creditor. p.* 1. *c. fin. ex num.* 37. & sic dum traditur copia menti legis satisfactum est; copia namque multis modis concedi potest, & unus ex his censetur communicatio processus; per quam consequitur idem, quod per apparatum.

Et quantumvis concederemus hoc tanquam for- 55
mam inductum fuisse, dum menti, & intentioni fororum inducentium, satisfactum sit adimpletam formam dicere debemus tex. *in l. mulier, ff. ad Senat. conf. Trebel.* ibi: *secundum hac dicebam, & in proposita quæstione decretum divi Marci esse trahendum.* docent Tuscus *lit. F. concl.* 419. *num.* 21. Alderan. Mascard. *de statutor. interpretat. concl.* 9. *num.* 36. *& seq.* D Leo *decis.* 108. *num.* 13. Barbosa *ubi prox. n.* 12. *plurib.* Salgado *d. c. fin. n.* 149. *& seq.* Valuenz. *consil.* 22. *n.* 34. Amaya *in l. certa forma*, 4. 56
numer. 4. *Cod. de jur. fisc. lib.* 10. Larrea *decis.* 78. *num.* 7. Et sic observatum fuisse per Regiam Audientiam constat, in causa Baroniæ de Vivel: litigabat Procurator Fisci, sive Patrimonialis, & cum *die* 27. *Maii* 1559. ei injunctum fuisset præceptum de solvendo aliquid ratione copiæ, aliàs paratus se exhiberet actuarius, ad tradendam eam, ut curreret dilatio in materia objectiva; simplici libello *diei* 24. *eorumdem*, deduxit Fiscum ex proprio privilegio immunem esse à præstatione ex- 57
pensarum (ut docent Baldus *in l. qui crimen num.* 20. *C. qui accusare non poss.* Bocr. *decis.* 324. Peregrin. *de jur. fisc. lib.* 7. *tit.* 4. *n. fin.* Alfaro *de offi. Fiscal. gloss.* 16. *privil.* 70. *num.* 216. de quo infrà *c.* 13. *§.* 4. *n.* 32.) postulando quod juberetur ei copia franca ministrare: in calce supplica-
tionis provisum fuit, quod fieret mandatum supplica- 58
tum: & *die* 29. *ejusdem mensis* communicatus fuit ei processus originalis, & in actis adnotatum per instrumentum solemne cum testibus, sicut apparatus fieri solet, & ab eo die incepit currere dilatio in materia objectiva.

Quam observationem nota, tam ad comprobandum usum privilegii Fiscalis in civilibus, quam ad implementum dispositionis foralis, per communicationem processus originalis, in casu quo per forum expressa mentio fit de apparatu Sic similiter fuit decisum *die* 21. *Aprilis.* 1634. referente D D. Onufrio Bartholomæo Ginart in causa Nobilis Avunculi nostri Don Vincentii Pauli Pellizer, cum uxore Joannis Gabriel, quia tradita copia instrumentorum ab Actuario computata fuit dilatio in materia objectiva, & impugnativa à die traditionis absque aliquo Apparatu, notat D D. Petrus Sanz 59
lit. A, obser. 21. Modus namque tradendi copiam per communicationem processus originalis, inductus est per pragmaticam generaliter quoad omnes *c.* 7. *pragm. anni* 1577. & per forum approbatus *for.* 8. *char. ann.* 1604. & in Regno Castellæ ita admissus, ut copiæ actorum speciales non fiant, sed acta partibus promiscuè tradantur. (Quod etiam observatur in hoc Supremo) tradit

Pareja

Pareja *d. instr. edit. d. p. 2. tit. 8. resol. 3. n. 14.* Et sic idem operari debet, ac si copia materialis sumptibus partium traderetur, ut tenent Gravat. *ad pract. vestr. lib. 7. c. 1. n. 22.* Postius *d. observ. 95. n. 4. & seqq.* Thoro *in comp. decis. tom. 3. verb. copia actorum.*

60 An vero dilatio transmarina concedenda sit in materia ista objectiva, pariter dubitari solet? Et si ex natura facti necessaria sit hujusmodi dilatio, concedi debet, adhibitis solemnitatibus *foror. 32. & 33. de testib.* de quibus § *precedenti, n. 184. cum seqq.* ita expresse cautum est in nostro textu, nam postquam assignat dilationes præcisas & peremptorias, tam ad materiam principalem,

61 quam objectivam, subjungit, *Salvo dumtaxat casu quo, ad remotas, vel longinquas partes probatoria dilatio peteretur; quo casu servetur solemnitas à foro per Serenissimum Dominum Regem Alphonsum recolendæ memoriæ genitorem*

62 *nostrum edito, super talibus ordinata.* ita ut eodem jure quoad dilationem principalem concessa est transmarina, concessa pariter est ad materiam objectivam. Et sic tenuerunt Peguera *in prax. d. Rub. 20. num. 2.* Ripoll. *ibid. & variar. d. cap. 5. num. 182.* Et ratio desumi potest ex traditis per Avendaño *d. respons. 21. num. 3. vers. illud tamen:* nempe, reprobationem testium esse justissimam defensionem, ut dixi *sup. num. 18. & 19.* Et sic ratione loci, vel temporis posse prorogari: Ratione loci, quoties probatio facienda est in loco remoto à loco judicii: ratione temporis quoties calamitas temporum impediret quominus fieri posset, ut puta grassante peste, ingruente bello, indictis feriis repentinis, & sic similia.

63 Ex eadem ratione consequitur, quod lapsa ista dilatione, si objecta probari valent per ocularem inspectionem, concedi debet, sicut conceditur respectu dilationis in materia principali, de quo egi §. *precedenti num. 238. cum seqq.* Quia cum sub eadem dispositione nostri textus forma data sit concedendi dilationes, principalem scilicet, & objectivam sicut in principali lapsa, ocularis inspectio conceditur; ita pariter lapsa dilatione objectiva poterit per evidentiam rei, & ocularem inspectionem probari, quod ad eam attinet; ut docet Avendaño *d. respons. 21. n. 6.* & si in oculari inspectione relationes peritorum, vel testes adibendi sint pariter admitti debent modo & forma dictis respectu materiæ

64 principalis *in d. §. præced. n. 239.* sicque observatum fuit in Regia Audientia in causa Baptistæ Martinez, cum Regio Fiscali, de qua mentionem feci *c. 8. §. 8. num. 245.* Quia aliqui testes in eum deponebant per sensum visus; factum erat nocturnum, & rationem reddiderunt, eo quod lumen artificiale, apponi erat solitum in certo loco, per quod fugiens visus dicebatur & ad probandum quod erat impossibile aliquem cognosci, eo lumine, postulata fuit ocularis inspectio, didicitis testificatis, tam in materia principali, quam objectiva; & concessa fuit in *mense Aprilis 1647.* in qua decisione, & oculari inspectione interfui tanquam Fiscalis Regiæ Audientiæ.

65 Et omissis quæstionibus vulgaribus quæ passim per Doctores discutiuntur, pro coronide hujus tractationis, notare decrevi; quod licet in concursu probationum contrariarum, communiter attendi solet ad pluralitatem; seu majorem numerum testium, ut late probat Farinacius *q. 65. ex n. 107.* quem sequutus fuit Valenzuela *cons. 92. n. 207.* per tex. *in c. in nostra, 32. de testib.* hoc intelligendum est cæteris paribus, nempe quando testes hinc inde producti sunt ejusdem conditionis, &

66 probitatis, Nam si fuerit dispares quoad idoneitatem, Judex non debet ferre sententiam secundum attestationes plurimorum, sed proborum: quæ declaratio omni jure cóprobata est de jure digestorum, per tex. in *l. ab carmen, 21. §. fin. ff. de testib.* ibi: *Non enim ad multitudinem respicere oportet, sed ad sinceram testimoniorum fidem, & testimonia quibus potius lux veritatis assistit.* De jure Codicis tam Justiniani quam Theodosii *in l. jurisjurandi 8. C. de testib.* quæ in Theodosiano est, *l. 3. de fide testi. & instr.* ibi: *& ut honestiorib. potius fides testibus habeatur.* De jure authenticorum in *auth. de testib. collat. 7. cap. 3. §. neque igitur*, ibi: *ea autem quæ à dignioribus.* De jure Pontificio in *d. c. in nostra*, quod pro contraria allegari solet, ibi: *quia etiam ad multitudinem tantum respicere non oportet, sed ad testium qualitatem, & ad ipsorum deposita quibus lux veritatis assistit, ex quibus motum animi sui convenit Judicem informare.* Id ipsum 68
forali dispositione firmatur, nam *in for. 50. de testib.* sic sanxit invictus Rex Jacobus. *E si testimonis seran donats de cassuna de les parts que pledejaran sobre un capitol mateix, e sera vist que sien contraris los testimonis en lurs dits: aquells deven esser creguts que seran pus honests.* Tenent hanc Doctrinam Baldus *in l. ejus qui in provincia, col. 6. vers. veritas est in princ. ff. si cert. petat.* Alex. *cons. 4. num. 10. lib. 2.* Roland. *cons. 36. n. 2. lib. 2.* Surdus *consil. 119 n. 21. lib. 1.* Beroius *consil. 130. n. 18. lib. 2.* Farin. *q. 57. num. 38. & d. q. 65. n. 118.* Cujacius *in d. c. in nostra de testib.* Gratian. *discept. for. c. 468 n. 77. & c. 677. n. 37.* Jacob. Gothofred. *in d. l. 3. C. Theodos. de fid. test. & instrum. vers. secundum capita.* Hermosilla *in l. 65. tit. 5. part. 5. glos. 6. n. 151.* 69
Quæ omnino tenenda est tanquam expresse per forum canonizata, & sic semper observavi, præ oculis habendo verba prudentissimæ probata à Justiniano in *d. auth.* 70
de testib. in princ. ibi: *Non enim ut patefiant quæ gesta sunt, testantur plurimi: sed quatenus adhuc amplius occultentur, nam alia quidem scientes, alia verò pronuntiantes, aut quæ non sunt dicentes; hoc ipso confitentur, quia ea quæ verè sciunt, neque volunt patefieri, neque secundum ea proferre judicia: sed quæ nunquam facta sunt, hæc pronunciant, & ad judicium deduci quærunt:* utinam hæc nociva pestis, non extensa esset ad probiores.

§. IV.

De fide instrumentorum, eorumque editione, atque reprobatione, ad interpretationem for. 36. *vers.* e que los dits termens de testib. *cum aliis juribus.*

MARTINUS REX. anno 1403. Valentiæ.

TEXTUS.

EQue los dits termens, e posar sien entesos axi en rahons, les quals volra lo proposant provar ab cartes, com en aquelles, que volra provar ab testimonis. Si donchs lo volent posar, durant los dits termens, no ignorara rahonablement les dites cartes: laqual ignorancia se puixa provar per son sagrament. Pero en la produccio de les cartes no entreguen los dis termens mas sien servats las altres furs vells, e nous, parlants de les dites produccions de cartes.

SUMMARIUM.

1 *Edendorum instrumentorum tempus legitimum, est à contestatione usque ad finem dilationis principalis.*

2 *Editio in Regno Valentiæ fieri valet usque ad publicationem sententiæ.*

3 For. 40. de testib. & fol. 8. cur. anni 1626. *expenduntur.*

4 *Idem in Cathalonia de æquitate servatur, sed varie modo.*

5 *Dubium videtur quod de productis habeatur ratio non concessa copia, neque assignato termino ad dicendum contra ea.*

6 *De jure fieri posse productionem usque ad sententiam tenuerunt plures.*

7 *Ubi procedendum est, sola facti veritate inspecta, dum instrumenta producuntur re integra, de eis habenda erit ratio.*

8 *Idem in Regno Castellæ, ex eadem ratione, observatur.*

9 *Causa concluſa, & remiſſa ad Supremum Aragonum Conſilium, ex remedio litterarum* causa videndi & recognoſcendi, *inſtrumentorum producto fieri poteſt, ut per modum ſequelæ tranſmittantur.*

10 *Inſtrumentorum producendorum triplex ſpecies expenditur.*

11 *Inſtrumenta publica ad quid adinventa dicantur.*

12 *Inſtrumenta publica quæ ſint.*

13 *Publica perſona, dicitur Tabellio, publica auctoritate creatus.*

14 *Tabelliones quo pacto creantur in Regno Valentiæ.*

15 *Notarii Valentiæ auctoritatem habent tam in Regno, quam in urbe.*

16 *Notarii Regales qui ſint, & quam auctoritatem habeant.*

17 *Notarii Regales non habent auctoritatem ad teſtificandum inſtrumenta in urbe, & in leuca adjacente per circuitum.*

18 *Notarii Regales, ut poſſint fungi officio in urbe, novum examen ſubire debent, & de novo creari.*

19 *Notarii Valentini maximam auctoritatem habent.*

20 *Solemnitates neceſſariæ in Regno Valentiæ, ut inſtrumenta fidem obtineant.*

21 *Protocolla quæ dicantur, & providentia quæ obſervari debent.*

22 *Notarius apud quem negotium geſtum eſt, vel qui ejus notas regit, poteſt levare quotcunq; exemplaria poſtulentur à partibus.*

23 *Si vero poſtuletur ab eo qui non rogaverat ſpectandum eſt præceptum Judicis.*

24 For. 8. de edendo in fin. *explicatur.*

25 *Tranſumptum levatum ab exemplari inſtrumenti, & non ab originali, non probat niſi adſit auctoritas Judicis.*

26 *Inſtrumenti copia deſumpta ab archivo publico, plene probat.*

27 *Inſtrumenta deſumpta ab Archivo publico probant, ſola ſubſcriptione Archivæ intercedente.*

28 *Mos regiſtrandi inſtrumenta publica in Archivo Judicis ordinarii in civilibus Valentiæ.*

29 *Forma regiſtrandi inſtrumenta extra Regnum confecta.*

30 *Inſtrumento legitimè regiſtrato eadem fides adhibetur, ac ſi confectum eſſet per Tabellionem Regni.*

31 *Inſtrumenta regiſtrata impugnari poſſunt.*

32 *Regiſtratio ſupponit ſolemnitates regulares inſtrumenti, ſed non mutat ejus ſpecies, neque ſanat defectus.*

33 *Exemplar levatum à publico regeſtro Archivi, probat; quia regeſtrum ſuccedit loco protocolli.*

34 *Extra Regnum confecta inſtrumenta fidem obtinent conſiſto de requiſitis licet non fuerint regiſtrata.*

35 *Peritia in examinandis inſtrumentis extra Regnum confecta quam habent Tabelliones Curiæ civilis.*

36 *Archiva Curiæ Gubernationis, & Bajuliæ generalis in rebus ad eas ſpectantibus eandem auctoritatem obtinent.*

37 *Deciſio Supremi quoad Archivum Bajuliæ generalis.*

38 *Curiæ omnes in Regno Valentiæ habere debent libros, in quibus negotia regiſtrentur ex foro.*

39 *Curiæ Gubernationis deciſio non adeſt, quoad ſcripturas privatarum.*

40 *Editiones inſtrumentorum quomodo fiendæ ſint.*

41 *Inſtrumenta producta non inſeruntur in proceſſu ſi negotium voluntariæ juriſdictionis ſit.*

42 *In negotiis contentioſæ juriſdictionis, ſi aliquando ſit, ex incuria Actuarii procedit.*

43 *Producens inſtrumentum in judicio videtur conſiteri contenta in eo.*

44 *Etiam ſi adhibeatur clauſula,* ſi & in quantum.

45 *Contrarium tenuerunt plures.*

46 *Deciſio Regiæ Audientiæ.*

47 *Sed prima ſententia verior, ſi pars non acquieſcit proteſtationi.*

48 *Actus agentis non operatur ultra illius intentionem, in his quæ pendent ab ejus poteſtate, ſecus in cæteris.*

49 *Acta Judicii quæ dicantur.*

50 *Acta Judicii ſunt, non ſolum ea quæ fiunt in exercitio contentioſo, verum etiam voluntaria juriſdictionis.*

51 *Et quæ aguntur coram arbitris.*

52 *Acta Judicii non poſſunt ſubſignari à quolibet Tabellione, ſed ab actuario curiæ, vel cauſæ.*

53 *Limita caſu quo, Actuarius legitimè impeditus reperiatur.*

54 *Actuario uniuſcujuſque curiæ data eſt auctoritas ſpecialis ad acta illius.*

55 *Acta totius proceſſus ſubſignanda ſunt ab actuario curiæ, ut fidem faciant.*

56 *Locumtenens actuarii ejuſdem qualitatis eſſe debet.*

57 *Actuarii officium requirit induſtriam perſonalem obtinentis.*

58 *Actuarii Curiarum inferiorum, per quos approbandi ſunt.*

59 *Actuarii iſti per ſe officium exercere debent, & licet locumtenentem habere poſſint, eſt cum periculo ipſorum.*

60 *Subſignatio ab alio Tabellione facta non reddit acta nulla, ſed copiam abſque fide relinquit.*

61 *Ex uno, vel altero actu per alium Tabellionem geſto, non redditur proceſſus nullus, bene vero ſi totus proceſſus fiat ab eo qui actuarius non eſt.*

62 *Productio aliorum, quando fiat eo modo quo inferenda ſint.*

63 *Quandoque citra inſertionem.*

64 *Acta producta citra inſertionem* more Regiæ Audientiæ, *fiunt quodammodo pars proceſſus.*

65 *Deciſio Regiæ Audientiæ.*

66 *Acta licet irrelevantia dicantur, ſi producta ſint coram judice* à quo, *tranſmitti debent Judici* ad quem.

67 *Inſtrumenta impugnanda ſunt intra dilationem trigintà dierum à die copiæ, vel apparatus; acta vero Judicii, ſi redarguantur in eo termino; ſed ſi appellationem exponunt, infra decem dies appellandum eſt.*

68 *Scriptura privata per ſe nihil probare ſolet.*

69 *Sed ſi conſtat de ſcribente, contra ipſum plene probat.*

70 *Scriptura privata producta in judicio requirit comprobationem.*

71 *Scriptura privata recognitio uſu frequentiſſima in Regnis Caſtellæ, quomodo fiat.*

72 *Scriptura recognita, paratam habet executionem in Regnis Caſtellæ.*

73 *Scripturæ privatæ recognitio in praxi Regni Valentiæ non eſt in uſu.*

74 *Sed ſi fieret, via executiva inſurgeret ex vi confeſſionis Judicialis.*

75 *Confeſſio Judicialis, ex de jure communi paratam præbeat executionem.*

76 *Confeſſio Judicialis in Regno Valentiæ vim habet judicati.*

77 *Scriptura privata quæ comprobatur per teſtes de nota manu plene probat.*

78 *Teſtes de nota manu, non probant plene de jure communi.*

79 *Stylus efficere poteſt, quod ſimiles teſtes plene probent.*

80 *Et quod ſcriptura privata plene probet abſolute.*

81 *Stylus articulari, & probari ſolet in limitibus.*

82 *Stylus reſpiciens deciſoria cauſæ, probandus eſt.*

83 *Stylus*

81 *Stylus Supremorum Tribunalium, vim legis habet.*
82 *Praxis atque decisio Regia Audientia.*
83 *Quod procedit in ultimis voluntatibus tractum successivum habentibus.*
86 *Instrumenta producta, adversarium non afficiunt, nisi citatum, cum assignatione termini ad dicendum contra.*
87 *Injunctio productionis, absque concessione termini, quæ sit in foro Valentiæ, legitimam formam citandi continet.*
88 *Concessio termini quomodo fiat in Regno Valentiæ.*
89 *Cathaloniæ terminus ad dicendum contra producta est duorum mensium.*
90 *Aragoniæ quomodo productiones fiant, & impugnationes.*
91 *Redarguitio de falso civiliter, etiam est in usu apud Aragones.*
92 *Redarguitio civilis in Regnis Castellæ frequentissima est.*
93 *Redarguendi de falso instrumenta praxis sive civiliter, sive criminaliter desumpta est ex* l cum quidam 21. *alias* l. fin. C. de fide instrum.
94 *Doctores interpretantes dictum textum.*
95 *Tex.* in l penult. & ult. C. ad leg. Cornel. de falf. *expendumtur.*
96 *Tex.* in d. l. penult. *corrigitur à Iacobo Gothofredo, ex Codice Theodosiano.*
97 *Differentia redarguitionis civilis, à criminali.*
98 *Producens scripturam, qua redarguitur, tenetur ejus fidem comprobare.*
Comprobatio fidei Scripturæ, quomodo fieri debet, ibidem.
99 *Comprobatione fidei facta, transfertur onus probandi in redarguentem.*
100 *Redarguitio civiliter non est admissa in praxi Valentini fori.*
101 *Ratio elegans Antonii Fabri, ne redarguitiones civiliter admittantur.*
102 *Arbitrio Judicis, num partis, committum est procedere civiliter, vel criminaliter ex falsitate instrumenti.*
103 *Probationes in materia impugnativa raro fiunt, quia liquidissime requiruntur.*
104 *Impugnationes ex contentis in ipsis instrumentis productis, frequentius conspiciuntur, & quare.*
105 *Impugnatio jurium productorum pertinet ad defensionem naturalem.*
106 *Dilatione impugnativa non postulata, processus non efficitur nullus ex omissione illius.*
107 *Scripturæ productæ, non vero impugnatæ, probant plenè, licet privatæ sint.*
108 *Dilatione hac re integra postulata, si à Judice denegetur, processus efficitur nullus.*
109 *conclusio causa habet vim renunciationis termini, & probationis.*
110 *In Regno Valentiæ, si instrumenta producantur post conclusionem parti concedenda est nova dilatio impugnativa.*
111 *Postulata editione instrumentorum ante contestationem, non est concedenda ista dilatio nisi post eam.*
112 *Decisio Regia Audientia.*

1 TEmpus opportunum edendi instrumenta in judicio, ad fundandam suam intentionem, est à contestatione litis, usque ad conclusionem causæ tex. *in c. cum dilectus de fid. instrum.* Aut. *qui semel. C. de probat.* ubi communiter Doctores docent Bartol. *in l. admonendi, ff. de jur. jurand.* Maranta *in prax. p. 6. actu 8. num. 47. verb. producitur.* Baldus *cons. 351. n. 7. lib. 5.* Castr. *in l. ratione n. 77. vers. non obstat. ff. de feriis.* Berol. *in c. quoniam contra n. 209. de probat.* Asti. *in prax. §. 22. n. 2.* Pancirol. *in prax. civil. p. 2. pag. 139. §. privata vero.* & ibi Fanstin. *verbo donec fuerit conclusum in causa.* Covarru. *pract. c. 26. n. 2.* Aretin. *in l. si Titius, n. 2. ad fin. ff. de verb. obligat.* Peguer. *in prax. Rub. 17. n. 5. & Rub. 21. n. 11.* ubi etiam Ripoll. Cancer. *var. lib. 1. c. 19. n. 9.* Fontanell. *decis. 370 n. 9.* plures adduxi §. 2. *num. 231.* inter quos Gabriel. Pareja *tract. de Instr. edit. tom. 2. tit. 6. resol. 3. ex n. 6.* Qui cuncta congerens *n. 17.* fatetur quod in Regno Valentiæ, usque ad publicationem sententiæ possunt instrumenta produci ex *for. 38. de testib.* quod comprobat auctoritate Petri Augustini Morla *in emper. jur. tit. 11. q. 4. in fin.* ut *d. num. 231.* notavi.

Sed animadvertendum est, quod forus ab ipsis adductus, est noster textus; cum lapsu typographi in editione nova inscribitur *for. 38.* sed revera est *for. 36.* id ipsum clarius probatur *ex for. 40. eod. tit.* ibi: *e conclusen aquells pleit, per cascuna part; salvo que pairen produir cartes, e altres escritures en ajuda de llur dret.* Ex quibus verbis 3 nostri practici inferunt facultatem edendi instrumenta post conclusionem, & producendi testes in concomitantiam eorum. Quia sub verbo *cartes*, instrumenta comprehenduntur, ut habetur *in l. cum quidam 21. C. de fid. instr.* & sic verba *e altres escritures en ajuda de llur dret* referenda sunt ad concomitativam testium probationem, ut notat D. D. Petrus Sanz *in eod. for. 40.* adducens doctrinam Math. de Afflictis. *decis. 172.* qui *num. 4.* admittit hanc conclusionem quoad scripturas authenticas, non vero quoad privatas. Idem probatur ex *for. 86. cur. anni 1626.* quia dum in eo cautum est, quod publicatio sententiæ positæ penes scribam, retardari nequeat ex productione documentorum, clare supponit productionem usque ad illud tempus fieri posse; eoque jure utimur.

Nec originem reperire potui, quia revera licet ex his foris percipiatur clare, quod post conclusionem causæ, instrumenta produci possunt; non est sic exploratum quod viso processu, sumptaque deliberatione, & exarata sententia, admittendus aliquis sit ad novam productionem, cum res integra esse desinat: suppositio namque Curiæ *in dict. for. 86.* non est sufficiens ad hoc, ut dicatur sic antea statutum fuisse; dum specifica dispositio non reperitur. Sed ita in praxi receptum est: quare credendum puto, quod sicut in Senatu Cathaloniæ ex æquitate, quamquam in vim constitutionum, denuntiato processu, instrumentorum productiones solemniter admitti nequeunt; ita ut in processu inserantur; & eis factis mandantur apponi penes scribam, ut de eis habeatur ratio in sententia, quam praxim mirè laudat Fontanella *decis. 370. ex num. 16.* quam tradiderant Peguera *rub. 17. &* ibi: Ripoll. *num. 47. & var. cap. 6. num. 56.* & de Senatu Neapolitano Ioan. Bap. de Thoro *in comp. decis. tom. 1. verb. conclusione facta.* 5 (licet mihi durissimum videatur, quod ratio habenda sit de productis, quorum copia non conceditur parti, nec datur terminus ad dicendum contra, ut dicam *infr. num. 86. cum seq.*) ex nimirum ratione ne partes ex omissione producendi damnum irreparabile patiantur; sic in nostro Regno majori cum ratione, dum expresse licet instrumenta producere, post conclusum in causa, ex æquitate permittitur, quod producantur instrumenta usque ad publicationem sententiæ; nam res integra est, dummodo non sit promintiatum *absolvo*, vel *condemno*, ex eleganti doctrina Baldi *in dict. cap. cum dilectus, de fide instrum.* & Bartol. *cons. 9. col. 5. circ. med. vol. 1. vers. solvo.* quos sequuntur Cardinal *in c. consultationem de appellat.* Felin. *in c. licet causam, vers. limita tertio, de probat.* Guid. Pap. *quæst. 201.* Menoch. *de arbitrar. quæst. 28. num. 22. lib. 1.* Asin. *in prax. §. 23. ampliat. 3. num. 2.* Polid. Ripa *singul. observat. 129. num. 9.* Mascard. *de probat. concl. 1230. num. 63. cum seq.* Maranta *in prax. dict. p. 6. actu. 8. num. 48.* Caravit. *sup. rit. 238. num. 1.* & eis relatis Pareja *dict. resol. 3. num. 21.* quibus adde Gizzarel. *decis. 42. ex num. 1.* Et ratio est manifesta, nempe quod 6 in nostro Regno procedendum est arcenta sola facti

veritate, ut sæpius dixi, signanter *hoc eodem cap. §. 1. numer. 6.* & sic dum ante prolationem sententiæ instrumenta debito modo producuntur, ex quibus de veritate facti liquere potest, de eis habenda ratio est in sententia.

7 Quam rationem amplectuntur Doctores congesti per Mascardum. *dict. concl. 1230. num. 6.* & per Parejam *d. resol. 3. num. 22.* qui *num. 32.* probat sic receptum esse in omnibus Curiis Castellæ, postquam lata fuit lex, per quam cavetur, quod Judices protedant sola facti veri-
8 tate inspecta, quæ est *l. 10. tit. 17. lib. 4. recopil.* Quare nostra praxis liquidissimè fulsita manet, & in viridi observantia est, ita ut adhuc, casu quos lis post conclusionem remissa ad hunc Supremum sit ex remedio *litterarum causa videndi & recognoscendi* (de quo latè Do-
9 minus Crespi *obser. 26. per tot.* & nos latius *infra* dicemus) productiones instrumentorum in Regia Audientia admittuntur quotidie, & per viam sequelæ transmittuntur ad nostrum Supremum Senatum, quod expressè cautum est in *for. 49. Curiar. ann. 1604.* ut omnibus notorium est.

10 Sed cum documenta, quæ produci possunt in judicio, sint triplici differentia, nempe instrumenta inter privatos publicè confecta, acta judicialiter gesta, & scripturæ privatæ, ut impugnatio, vel comprobatio uniuscujusque percipiatur; aliqua de unaquaque specie breviter prælibanda sunt, juxta fororum nostrorum dis-
11 positiones. Instrumenta publica sive authentica, adinventa fuerunt, ut mediantibus illis, memoria rei, vel negotij gesti probatio, in promptu esset, & faciliter haberi possit, ut probat expressè tex. *in l. 4. ff. de fid. instrum. l. pactum, C. de pact.* docent Thoming. *decis. Lipsens. 22. num. 7.* Novar. *ad pragm. Neapol. tit. de fid. instr. collect. 1. ex num. 1.* & late Pereja *tom. 1. tit. 1. resol. 2. ex num. 8.*

12 Dicuntur ergo instrumenta publica ea, quæ coram publica persona, cum legitimis solemnitatibus gesta sunt; de quibus, expressa mentio habetur. *in cap. 1. de fid. instrum. & in l. 2. ff. eod. tit.* docent D. Covarruvias *practica. cap. 19. num. 1. cum seqq.* & pluribus adductis Pa-
13 reja *dict. tit. 1. resol. 2. num. 22. cum seqq.* Per publicam namque personam, Tabellionem auctoritate publica creatum, intelligere debemus; de cujus origine, creatione, & potestate mentio habetur in *auct. de Tabellion. collat. 2.* & tractant, aliis relatis D. Covarruv. *dict. c. 19. num. 5.* Farin. *quæst. 155. ex num. 13.* Parlador. *rer. quotid. lib. 2. §. fin. limit. 1. & §. 12. num. 11.* atque in *resquicent. differ. 45. ex num. 1.* D. Franc. Amaya *in l. si quis procurationem, 34. C. de decurion. lib. 10.* D. Crespi. *obser. 15. ex numer. 155.* & Ego aliqua dixi *hoc eod. cap. §. 1. ex num. 58.*

14 Creantur igitur dupliciter in Regno Valentiæ, ut *ibidem* adnotavi, nempe qui dicuntur *Notarii Valentiæ* & publicam auctoritatem obtinent ad testificandum instrumenta, tam in ipsa Civitate, quam in toto Regno, *for. 18. de notar. scriba, & salar.* Dominus Crespi *dict. observat. 15. numer. 161.* de quibus plura cauta reperimtur in *for. 10. cum aliquib. seqq. eod. tilul.* quo traditur
15 forma examinis & antiquæ creationis, *& in for. 13. de sent. & actis. for. 20. cum seqq. cur. ann. 1552. for. 53. cur. ann. 1604.* & in aliis plurimis. Et *Notarii Regales* (non ex eo quod ipsi soli, auctoritate Regia officia obtineant, nam Notarij Valentiæ etiam auctoritate Regia creantur, rigoroso prævio examine, & majori solemnitate; sed sic nuncupantur ad discretionem inter ipsos, percipiendam) in eoque differunt quod Regales minori
16 tempore praxis artis ipsius Notariæ, ac tenuiori examine, solemnitatéque fiant. *for. 136. cur. ann. 1564. for. 50. cur. ann. 1585. & for. 75. cur. ann. 1604.* Atque licet in toto Regno suis officiis fungi possint, in Urbe Valentiæ, & ejus districtu per unam leucam in circuitu, ne-
17 queunt testificare instrumenta, neque acta Judicij, nec publicam auctoritatem alicui rei impartiri. *for. 13. de Notar. for. 53. curiar. ann. 1585.* ut docet Dominus Crespi *d. obs. 15. n. 160. in fin.* Imo ad hoc ut possint uti officio Tabellionis in urbe, novum examen subire debent, & de novo ad id ipsum creari, cum solemnitatibus contentis *in for. 15. de Notar. cum seqq. & for. 10. cum seqq. cur. ann. 1552.*

Hi omnes, respective ad loca prædicta, maximam au- 18
ctoritatem exercent; nam sive de contractibus, sive de ultimis elogiis rogentur, instrumenta publica conficiunt absque subscriptione partium (quod de jure neces- 19
sarium esse infertur ex tex. *in l. si conventus 16. l. contractus 17. C. de fide instrum. d. authent. de Tabell. collat. 2.* adhibitis die, mense, anno, loco & duobus testibus in contractibus, & tribus in ultimis voluntatibus: & instrumentis sic confectis, ab eisque subsignatis, plena fides ubique debetur, tam in judicio quam extra, *for. 2. de notar.* junctis *for. 6. & 10. de testam.* De quibus solemnita- 20
tibus videndi sunt plures relati per Novar. *d. collect. 1. de fid. instrum. ex n. 2.* Pareja *d. tit. 1. resol. 3. §. 2. num. 57. cum seqq.* Fontanell. *de pact. nuptial. tom. 2. claus. 6. glos. 3. part. 7. ex num. 47.* Horum notæ, & protocolla (de quibus bene D. Covarru. *dict. cap. 19. num. 5.*) per quod non intelligo breviculas notationes instrumentorum, quas *minutes* dicunt nostri practici, ut Diony- 21
sius Gothofredus exponit *in epigraph. d. authent. de Tabellionib.* sed libros per seriem annorum compilatos, in quibus originalia instrumentorum asservantur, licet sub verbo *notarum* comprehendantur matrices, & cætera ad instrumentorum confectionem spectantia, quæ variis nominibus appellari solent, nempe *rebedors, mans de cuytes*, & similiter; quando Tabelliones ab hac vita migrare contingit, remanere nequeunt in posse filiorum, vel hæredum si Tabelliones non fuerint, sed infra decem tradendæ sunt Judici Ordinario, in civilibus; qui Notarum regentem nominare alium Tabellionem tenetur, ut eas administret, tanquam si auctor earum esset, *for. 25. cum duob. seqq. & for. 32. de Notar.* Eisque institutus in Curia ejusdem Judicis liber *Indexæ omnium Tabellionum*, cum nota defunctorum, & illorum, quibus protocolla eorum regenda committuntur, *for. 28. & 29. de Notar.* quare quoties dubitatur an instrumentum per publicum Tabellionem confectum sit, quisve protocolla conficientis regat, brevissimè reperitur, absque fraude, vel suppositione; neque locus esse potest occultationi notarum.

Itaque Notarius rogatus de instrumento, sive penes 22
quem negotium gestum est; vel qui ejus loco notas regit Judicia nominatione, non solum exemplar in membrana, sive pergaminea forma tradit parti, sed copiam authenticam in folio, quoties per eos ad quos negotium spectat, postulatur: quæ praxis nititur dispositione text. *in §. sed & unum instit. de testam.* cum aliis congestis per Parejam *dict. titul 1. resol. 3. §. 3. num. 20. & 128.* & eam tradidit D.D. Fran. Hier. Leo. *decis. 124. num. 17. cum seqq.* quibus addendus Marinis, *quotidian. resol. lib. 1. cap. 186. num. 16.* Si enim exemplar, vel co- 23
pia authentica postuletur ab eo, qui non rogaverat, quia dicit quod sua interest; tunc spectatur præceptum Judicis, qui summaria cognitione adhibita, ac juramentum de calumnia specialiter exigit; concedit, vel negat, ut idem D. Leo *d. decis. 124. num. 5. cum seqq.* docet. Quæ omnia fiunt nulla parte citata regulariter, nam tanta est nostrorum Notariorum legalitas, quod rarò hæsitatur de veritate contentorum in his quæ subsignant.

Neque his obstare potest *for. 8. in fin. de edendo*, quo 24
jure cautum est, quod copiæ instrumenti non credatur, nisi facta sit de præcepto Judicis per publicum Tabellionem; ex quo inferri valet quod nisi præcedat Judicis jussio, copia instrumenti non probat. Quod videtur de mente Pauli *in l. 2. ff. de fid. instrum.* Ulpian,

in

in l. Pomponius 8. ff. famil. herciſc. & Pontificis, *in c. cum venerabilis 6. §. 1. verſ. inteſſeximus de exception. & in cap. 1. & 2. de fid. inſtr.* notant Belluga *in ſpecul. Princ. rub. 41. num. 52.* Grat. *conſil. 268. num. 10. & conſil. 859. num. 2.* cum aliis congeſtis per Valenzuel. *conſil. 100. num. 89.* nam dicendum eſt quod *dict. for. 8.*
25 cum cæteris juribus, loquuntur de tranſumpto, abſtracto ab exemplari inſtrumenti, quo in caſu certiſſimum eſt, quod duæ auctoritates concurrere debent, ut fidem facere poſſit: nempe Judicis mandantis, & examinantis ſolemnitates, atque legalitatem exemplaris; & Tabellionis exequentis tranſumptum, ut auctoritatem æqualem cum exemplari obtineat, ut expreſsè dicitur *in C. fin. de fid. inſtrum.* ubi communiter Doctores. Nos vero loquimur de ſecunda, vel ulteriori copia ſive exemplari levato ab originali regeſtro per ipſum Tabellionem rogatum, vel eum qui in ejus locum ſubrogatus eſt, de quo dicta jura non tractant; & licet communiter copia dicatur, re vera non eſt, ſed exemplar, quia conſtat eiſdem requiſitis, & ſolemnitatibus, & obtinet eandem auctoritatem, quibus componitur primum exemplar, à quo non diſtinguitur ſpecie, ſed numero tantum; & ubi viget conſuetudo tradendi primum exemplar in membrana, reſpectu materiæ, cum hoc in mem-
26 brana, & illud in folio communi exaretur. Copiæ vero per alium Tabellionem, vel per ipſum rogatum, non ab originali levatæ, ſed ab exemplaribus deſumptæ requirunt inſuper auctoritatem Judicis, ut fidem facere poſſint juxta text. *in dict. c. fin. & in l. 1. §. ſed & ſi in duobus, verſ. ſed ſi unum, ff. de bonor. poſſ. ſecun. tab.* de quorum jurium expoſitione in iſtum ſenſum latè differit Pareja *d. tit. 1. reſol. 3. §. 3. n. 22.* Ubi reperies, quando neceſſaria ſit partis citatio.

27 Idem dicendum erit, ſi copia deſumatur à publico Archivo: quia plenam fidem obtinet, ſecundum textum *in authent. ad hæc, C. de fid. inſtr.* pluribus Pareja *d. §. 3. num. 27. per plures ſeqq.* quibus adde Sigiſm. Scaccia *lib. 2. de Judic. cap. 11. num. 756.* cum aliis congeſtis per Dominum Creſpi. *obſervat. 23. num. 20.* qui accurate ponunt qualitates, quas habere debet copia deſumpta ex Archivo publico, ut ei credatur: quibus adde pulchrè notata per Dionyſ. Gothofr. *in l. muris, 9. §. ſolent, ff. de pœn.* inſtrumenta namque deſumpta ab Archivo publico, ſola ſubſcriptione Archiotæ ubique probare conſtat ex pluribus adductis per Parejam, *tit. 5. reſol. 2. num. 10. & 12.*

28 Ex quibus dici poſſet originem duxiſſe praxim in Civitate Valentiæ ab antiquiſſimo tempore obſervatam, regiſtrandi nempe inſtrumenta antiquiora, vel extra Regnum confecta in Archivo Curiæ Civilis, in qua reperiuntur libri, in quibus ſimilia inſtrumenta regiſtrari aſſueſcunt, per ipſius Archivi Præpoſitum, ſive Archioram, ut dicitur *in l. fin. §. hi quoque, 10. ff. de muner. & honor.* per nos nuncupatum *Archiver.* qui quidem accurate examinat litteras, ſubſcriptiones, ſubſignationes, litteras teſtimoniales Judicum exterarum partium, ſigilla & cætera, de quibus Pareja *d. tit. 1. re-*
29 *ſol. 3. §. 2. num. 51. cum ſeqq.* qui relatione facta Judici de cunctis ad fidem, & legalitatem ſpectantibus, ubi dubium emergit, adhibita cauſæ cognitione ſummaria, teſtes examinat, ex quorum depoſitionibus comprobetur ſubſignantem vel legalizantes publicos Tabelliones eſſe earum partium, vel tales ibidem reputari, quibus legitimè præmiſſis regiſtrari inſtrumenta jubentur.

Ex qua praxi binus effectus utiliſſimus reſultat: Primus quod inſtrumentis modo præmiſſo regiſtratis fides adhibeatur, tam in judicio, quam extra, non ſecus
30 ac ſi fuiſſent teſtificata per Tabellionem urbis, vel Regni Valentiæ; quia cunctis notum eſt examen quod intercedit, ut regiſtrata in ea Curia adhibeantur: licet per hoc non excludatur facultas impugnandi hæc inſtrumenta regiſtrata, ſi aliqua ſuſpicio reperiatur, ut in terminis tenuerunt Scaccia *dict. cap. 11. num. 178. n. 781. & num. 786.* Maſcard. *de prob. concl. 976. num. 54.* & D. 31
Creſpi *d. obſ. 23. num. 21.* Ea nimirum ratione, quia ex eo quod inſtrumentum reperiatur in Archivo publico, ſupponendum eſt ſimilem ſcripturam habere ſolemnitates, quæ regulariter aliæ ejuſdem ſpeciei habere ſolent, non autem quod natura, vel ſpecies illius mutetur, & converſatur in uberiorem; neque quod defectus viſibiles, ex ipſius viſceribus pullulantes, ſanati cenſeantur, ut idem D. Creſpi accurate obſervat.

Secundus eſt, quod ſi deperditum fuerit exemplar, ab 32
Archivo aliud deſumi poteſt, cui pariter fides plena tribuitur: *l. geſta, 6. C. de re jud.* ubi Baldus *n. 18.* Valenzuel. *conſ. 105. num. 19.* nam tunc regeſtrum Archivi publici ſuccedit loco matricis, ſive protocolli originalis, remanentis penes Tabellionem in partibus 33
longinquis, ut in ſimili tenuit Pareja *tit. 4. reſol. unic. §. 4. num. 64.* cum Caputaq. Maſcard. Scaccia, & aliis, & hoc jure utimur, tam in judicio quam extra judicium: de quo vide Matth. de Afflict. *deciſ. 250.* Emanuel. Suarez *in theſaur. recept. ſent. verb. inſtrumentum.* Didacum Perez *in l. 2. tit. 5. lib. 2. ordin. gloſ. 1. verſ. decimo accedat.* Azevedum *in l. 1. tit. 21. num. 136. lib. 4. recopil.* Anan. *deciſ. 108.* Caputaq. *deciſ. 103. numer. 2.* Monter. *deciſ. 44. ex num. 12.* Jacob. Cancer *variar. lib. 3. cap. 3. à num. 236.* Sed cauſa que productio fiat abſque 34
hac regiſtrata, nihil detrahitur fidei inſtrumenti, dum verificentur qualitates requiſitæ, de quibus Pareja *d. tit. 1. reſol. 3. §. 2. num. 51.* præcipuè ſi litteræ teſtimoniales Judicis ordinarii loci longinqui, atteſtantur legalitatem Tabellionis ſubſignantis, & publico ſigillo munitæ reperiantur: quia hoc eſt medium per quod ſanius auctoritas conficientis inſtrumentum verificatur.

Sed re vera ob magnam experientiam, & curiale 35
exercitium recognoſcendi ſimilia inſtrumenta, litteras, ſubſignationes, ſigilla, & legalizationes exterarum partium, quam habent verſantes in illo Archivo, facilius, & ſecurius res expeditur, ſi in eo inſtrumenta externa regiſtrentur; nam tandem per indirectum fieri ſolet, quia Judices Superiores plerumque ejuſdem Archiotæ relatione utuntur, ob illius, in re de qua agimus, peritiam, quando res dubia videtur. De qua obſervantia atteſtari poſſum, cum non ſemel ex deliberatione Regiæ Audientiæ, vocari Michaëlem Creſpi vidiſſem (erat enim peritiſſimus actorum Magiſter in Curia Judicis Civilis, & notiſſimæ legalitatis) ad examinandas qualitates inſtrumentorum de longinquis partibus adductorum.

An autem idem dicendum ſit reſpectu Archivi Cu- 36
riarum Gubernationis, & Bajuliæ generalis? In rebus ſpectantibus ad eaſdem Curias, ſive geſtis in eis, dubitari non valet; verbi gratia ſi tractetur de reſpectante ad Regiam Patrimonium, vel Fiſcum; quia in Archivo Bajuliæ reperiuntur originalia regeſtra, omnium Regiorum privilegiorum, atque contractuum, & ſic plena fides adhibenda erit copiis ab eo Archivo levatis, quod cautum eſt *in for. 103. Cur. ann. 1564.* & ſic deciſum in
37 hoc Supremo, in cauſa Monaſterii Vallis-dignæ, Monachorum Siſtertiencium, cum Capitulo Almæ Sedis Valentinæ, ſuper Tertiis decimarum oppidi de Almuſafes, in qua diſceptabatur de viribus venditionis per Sereniſſimum Regem Aragonum factæ, & ex comprobatione facta in Archivo Bajuliæ, ſententia lata fuit, & publica per Ludovicum Boër Regii Mandati ſcribam, ad favorem Monaſterii, *die 13. Julii 1673.* Si de viſitationibus Regiarum Villarum, & alia ad Gubernationis Tribunal ſpectantia; pariter de Archivo ejuſdem tenendum eſt, quia reſpectu ejus Curiæ, ſicut cæterarum, cautum eſt quod habeantur libri in quibus omnia negotia in eis, reſpectivè actitata, regiſtrentur. *for. 4. & 5.*

Curiar.

38 *Curiar. ann.* 1626. Sed de negotiis privatorum, quæ in eiſdem Curiis non geruntur, contrarium verius eſt, nam de eis in iſtis Curiis non tractatur, neque qui de illis Archivis curare ſolent, habent puritiam aliorum negotiorum: qui enim de Archivo Curiæ Gubernationis curabat, tempore quo munus Aſſeſſoris obtinebam, prorſus imperitus erat in negotiis ipſius Curiæ, & aliarum.

39 Nec me latet ſententia hujus Supremi, lata in cauſa poſſeſſoria Comitatus de Sinarcas, cujus deciſio nititur in copia teſtamenti Petri de Villanova primi Vice-Comitis de Chelva, levata ex regeſtro Curiæ Gubernationis; nam ex ea dubium inſurgit, nam in cauſis ſummariis hæc plenè non diſcutiuntur, & vitia viſibilia non excluduntur; quare adhuc ſub lite eſt, an ſubſiſtat necne, & donec in definitiva judicii plenarii petitorii dubium removeatur, auctoritas judicati in ſuſpenſo eſt, nec legem facere poteſt, ut notat D. Creſpi *obſer.* 22. *numer.* 225.

Horum autem inſtrumentorum editio fit, realiter illa
40 exhibendo, cum ſpeciali mentione uniuſcujuſque coram Judice, mediante Actuario cauſæ, cui traduntur. Regulariter *in actu comparendo*: de qua traditione idem Actuarius fidem facit, dum ipſum actum teſtificatur per *Recepit* in fine illius appoſitum: & nonnunquam in libello regulari, & tunc editionem realem atteſtatur ſub his verbis per ipſum appoſitis in Calce tempore traditionis: *fecit fidem, & poſuit.* Et quamquam *in cap.* 6. *Pragmatica Veſpaſiani Gonzaga Proregis anni* 1577. cautum ſit, quod Actuarii ſpecificam mentionem facere teneantur inſtrumentorum productorum, & ſtatim inſerere in proceſſu: hoc intelligendum eſt, ſi pars produ-
41 cens inſtrumenta, eam non fecerit; facit ſemper, quia ſua intereſt, & ſic Actuarius ſub prædictis verbis atteſtatur de ſpecifica productione in libello contenta; illicoque in proceſſu inſeruntur, ut moris eſt, & citata parte per injunctionem, plene probant, alio non edocto, ex pluribus congeſtis per Parejam *tit.* 7. *reſol.* 6. *ex num.* 1. quo probat, quod productio verbalis prorſus inanis eſt. In Curiis Judicum inferiorum ſolet dicere Actuarius in Calce libelli *fecit fidem Caixo*: quo in caſu non inſeruntur, ſed ab ipſo Actuario ſervantur, donec per Judicem examinentur.

Quæ praxis viget in negotiis voluntariæ juriſdictio-
42 nis, dum declarationes juris, vel decreti interpoſitiones poſtulantur: Et licet aliquando in cauſis contentioſæ juriſdictionis factum reperiatur, crederem magis ex incuria, vel deſidia Actuarii, quam de legitimo ſtylo factum eſſe; ex eo quod eo ipſo quo editio parti injungitur, inſtrumenta fiunt, pars proceſſus, & in eo inſeri debent, eodem pacto quo in Regia Audientia obſervatur.

43 Sed dubitari frequenter ſolet, an producens inſtrumenta cenſeatur confiteri, & approbare cuncta in eis contenta? & ſic videtur inferri ex tex. *in l. adverſarius, C. de fide inſtr. l. cum precum, C. de liber. cauſ.* melior tex. in *l. Publia Mævia, §. fin. ff. depoſit. l. 1. §. editiones, ff. de edend. l. ſi filius, §. ult. ff. de interrog. action.* docent Innocentius, & cæteri Canoniſtæ in *c. cum venerabilis de excep. & in c. cum omnium de cenſib.* ubi ſpecialiter Abbas. Butrius, Felinus, Decius, Pariſius, Jaſon, Gozandinus, Grammaticus, Nata, Craveta, Rolandus, Mandellus, Riccius, Surdus, Hodierna, Menochius, Maſcardus, Thomatus, Boërius, Pacianus, Cancer, Tuſcus, Scaccia, Trentacinquius, Hondedeus, Farinacius, Oſaſcus, Barboſa, Noguerol, & alii congeſti per Parejam *tit.* 7. *reſol.* 3. *ex num.* 1. qui plures ampliationes proponit, atque reſolvit, quibus addendi noſter Iranzo *tract. de proteſtat. conſider.* 60. *ex num.* 1. Franciſcus Marc. *deciſ.* 866. *tom.* 1. Rota *in recent. deciſ.* 555. *num.* 9. *p.* 2. *tom.* 1. *& deciſ.* 197. *num.* 3. *p.* 2. *eod. tom.* 1. Vivius *deciſ.* 370. Afflict. *deciſ.* 25. *num.* 6. Rota *diverſ. deciſ.* 159. *p.* 2. Cardinal. Otthobon. *deciſ.* 127. *num.* 1. *& deciſ.* 251. *n.* 10. Novar. *dict. collect.* 1. *de fid. inſtr. numer.* 22. Carlevalius *de Judic. tom.* 2. *titul.* 2. *diſp.* 3. *numer.* 37.

Quæ concluſio ſecundum plures procedit, etiam ſi 44
pars proteſtetur, ſe non approbare contenta in inſtrumentis, niſi *ſi & in quantum ſibi prodeſſe poſſint*: ita Gloſ. *in d. l.* 1. §. 1. *verb. dic. ff. de edend.* Parlador. *rer. quotid. lib.* 2. *cap. fin.* §. 5. *num.* 21. Peregrin. *de Fideicom. art.* 1. *num.* 29. Baldus, Bolognetus, Innocentius, Alexander, Romanus, Mandellus, Scaccia, Gratianus, & Mancinus congeſti per Parejam *d. reſol.* 3. *num.* 22. *&* 23. Iranzo *d. conſid.* 60. *n.* 2. aliis relatis Valenzuel. *conſ.* 129. *n.* 53. & *con.* 150. *n.* 24. & ad rem clarius *conſ.* 133. *n.* 75.

Contrariam opinionem videntur amplecti Bartol. 45
in l. Aurelius, §. idem quæſt. num. 1. *ff. de liberat. legat. & in l. Publica, §. Titius Sempronio, num.* 4. *ff. depoſit.* Butric. *in c. cum aliis, num.* 19. *de cenſib.* Alberic. *in d.* 1. §. *editione, colum. penult. verſ. ex expreſſis, ff. de eden.* Jaſon. *ibid. n.* 18. *verſ. ſed adverte: & in §. ſi quis poſtidente, num.* 21. *inſtit. de action.* Decius *in l. fin. num.* 25. *C. de edend.* Felin. *in c. cum venerabilis, num.* 23. *verſ. limita ſecundam exceptionem.* Alexander. *conſil.* 136. *num.* 23. *lib.* 2. Nata *conſil.* 365. *n.* 4. *lib.* 2. Veſtril. *in prax. lib.* 6. *c.* 1. *n.* 6. Gravat. *in addit. ad eum, n.* 11. Menoch. *de præſump. lib.* 2. *præſ.* 45. *n.* 21. Saray *in addit. ad Mateſil. ſingul.* 40. *n.* 3. Cancer. *var. d. l.* 1. *c.* 19. *num.* 6. Scaccia *d. c.* 21. *num.* 52. Rota Roman. *in antiq. deciſ.* 282. *alias* 2. *de fid. inſtr.* Chaqueran. *deciſ.* 39. *n.* 7. Gratus *conſil.* 101. *num.* 7. Maſcard. *de probat. concl.* 916. *num.* 15. *cum. ſeqq.* Oſaſc. *deciſ.* 39. *num.* 7. Gallerat. *de renuntiat, lib.* 5. *c.* 6. *c.* 27. Cevallos *com. contr. com. q.* 696. Pareja *d. reſol.* 3. *num.* 71. *cum ſeq.* Iranzo *d. conſid.* 60. *n.* 4. & ſecundum hanc opinionem deciſum fuit in Regia 46
Audientia in favorem Balthaſaris Ripoll, contra Curatorem hæredum Celidonii Albricio, ſententia publicata per Alreus *die* 5. *Septembris anni* 1617. Quam non dubito procedere, ſi pars acquieverit proteſtationi; non autem ſi contradicendo, eadem inſtrumenta reproduxerit in quantum ſibi proſunt; nam in hac ſpecie nihil operabitur proteſtatio, ſecundum textum *in Lunnis grave, ff. de teſtib.* Butrigarius, Albericus, Jaſon, Craveta, 47
Maſcardus, Scaccia, Cancer, Azevedo, & alii adducti per Parejam, *ubi prox. n.* 73. Peguera, Ripoll, Mareſcotus, & alii laudati per Iranzo *d. conſid.* 60. *n.* 7. *cum ſeq.*

Quam limitationem, ſive declarationem veriſſimam 48
puto, & ab ea recedendum non eſſe; quia licet veriſſimum ſit, quod actus agentis, non debet operari ultra illius intentionem, ex tex. *in l. non omnis, ff. ſi cert. perat.* hoc procedit, in his quæ pendent ab ejus poteſtate: Fides vero inſtrumentorum non pendet à poteſtate producentis, ſed à lege, quæ impartitur auctoritatem probandi, publicæ perſonæ; & ſic perfecto inſtrumento, cum requiſitis neceſſariis non poteſt in parte verum continere, & in parte quod non eſt verum, ut in hac rejiciatur, & in illa approbetur, ut aliis relatis tradunt Pareja *dict. num.* 23. & Iranzo *num.* 10. Valenz. *conſ.* 150. *num.* 32.

Secunda ſpecies eſt actorum judicii, quorum men- 49
tionem habemus in *l. acta.* 45. *ff. de re judic. l. cum pro quo, 17. ff. de in jus vocand. l. actorum. l. geſta, C. de re judic. l. ſive apud acta C. de tranſact. C. quoniam contra, de probat.* cum ſimil. Sub quorum nomine comprehenduntur omnia quæ in judicio ſcripta fuerint, de dictis, & factis à litigatoribus, & eorum nomine, vel inſtantia intervenientibus coram Judice, ab actuario teſtificata: ut notant Gloſ. *in d. l. cum pro quo verb. acta.* Decius *in d. c. quoniam contra notabil.* 10. Alexand. *in d. l. acta, n.* 3. Baldus *in l.* 2. *num.* 4. *C. ut lit. pendent. & in l. illud, num.* 5. *C. de Sacroſ.* 50
Eccleſ. Roland. *conſil.* 3. *num.* 10. *cum ſeqq. lib.* 1. Pacian. *de probat. lib.* 1. *c.* 65. *ex n.* 1. Menoch. *conſil.* 410. *n.* 34. Barboſ. *de appellat. verbor. jur. appellat.* 6. *n.* 1. Pareja *d. tit.* 5 *reſol.* 1. *n.* 7. pluribus etiam Carleval. *tom.* 2. *tit.* 2. *diſput.* 2. *n.* 20. Et ſic non ſolum ea quæ fiunt coram Judice exercente contentioſam

contentioſam juriſdictionem, verum etiam voluntariam & adhuc ea quæ geruntur coram arbitris tex. *in l. ne arbitris 4. in princ. C. de recep. arbitr.* ibi: *vel apud ipſum arbitrum in actis propria voce depoſuerint.* & in *c. præſentata 50. de teſtib.* ibi: *& actis omnibus reductis in ſcriptis.* pluribus relatis Pareja *d. reſol. 1. n. 74. cum ſeqq.* atque adeo cum de præſentatione, editioneve actorum tractamus, non ſolum loquimur de actis in contentioſo judicio ſed etiam in voluntario, cujus generis ſunt teſtamenta nuncupativa declarationes ſucceſſionis, ſive ab inteſtato, ſive jure vinculi, majoratus, aut fideicommiſſi, decreta judicialiter interpoſita, Tutelarum, ſive Curiarum decretationes, & ſimilia, reſpectu quorum actorum animadvertere debemus, quod non ſufficit à
52 quocumque Tabellione ſubſignata reperiri; ſed requiritur quod ſubſignata, & teſtificata veniant per Magiſtrum actorum, ſive Actuarium proprietarium illius Curiæ, à qua dimanant: *For. 4. de ſent. & act. ibiſſen ſcrits per lo ſcriba de la cort.* niſi minoris ſummæ centum ſolidorum, vel Judex delegatus procedat, ut ibi habetur; alias authentica eſſe nequeunt: ſic mihi probat tex. *in l. in fraudem, 45 §. quoties, 7. ff. de jur. fiſc.* ibi: *ea quæ manu commentarienſis adnotanda ſunt, quod ſi ea aliter proferantur, is qui ita protulerit, cauſa cadit.* Loquitur ibi Paulus de uſu actorum, & requirit expreſsè quod adnotata, id eſt ſubſignata proferantur, manu Commentarienſis, per quem intelligere debemus Magiſtrum actorum, cui incumbit onus auctoritatem præbendi, acta ſubſignando, ſive ſubnotando, ut exponit Dionyſius Gothofredus *in l. 1. §. & eſt notitia 8. verſ. reliquis hominibus, C. de offic. Præfect. Prætor. Afric.* docent noſter Belluga *in ſpecul. Princip. Rub. 6. num. 24. ad fin.* Bald. *in l. repetitæ, C. de Epiſcop. & Cler.* Angel. *in l. duos n. 2. verſ. in textu, C. de ſuſceptor. lib. 10.* Petr Cabal. *reſol. crim. caſ. 48. numer. 43.* Gratian. *diſcept. forenſ. c. 429. n. 15.* Dñs Creſpi *d. obſer. 15. num. 164.*

53 Et licet hæc concluſio limitetur ut intelligatur fieri non poſſe niſi in ſubſidium, hoc intelligendum erit ex mente omnium Doctorum, ſi Actuarius proprietarius Curiæ, vel cauſæ, legitimè impeditus reperitur; tunc enim qui ejus locum exercet, ſubſignare utiliter poterit acta, non vero quilibet Tabellio ad hoc pro libito vocatus; nam in his judicialibus actis, Magiſtro actorum, ſive Actuario proprietario Curiæ, vel cauſæ, conceſſa eſt ſpecialis auctoritas ad res ſpectantes ad cauſam, vel Curiam reſpectivè, quæ nulli alio conceſſa eſt.

54 Et licet de ſtylo, vel abuſu, in hoc, vel illo actu tolerabilis fiat mos ſubſcribendi *pro ſcriba*, nulla ſpectata delegatione ipſius, per quemcumque Tabellionem ex obtinentibus ordinariam auctoritatem, fortè procedit ex regula trita, *de minimis non Curat. Prætor.* ſed in rebus alicujus momenti, non poteſt admitti, neque tolerari; & cum hujus generis ſit auctoritatem, & fidem tribuere
55 copiæ univerſi proceſſus, niſi ſubſignetur per proprietarium, aut eo legitimè impedito per ejus. Locumtenentem ſolemniter deſtinatum fidem non obtinebit, is enim locumtenens ejuſdem gradus, & qualitatis eſſe debet; per Proprietarium electus, & per Superiorem approbatus: ſic enim reſpectu Actuariorum Regiæ Audientiæ cautum eſt *in c. 3. Regia Pragmatica ordinatum invictiſſimi Caroli V. anni 1543* in *7. Pragm. Proregis Ducis de Maqueda anni 1556.* in *5. pragm. ejuſd. anni 1559.* in *cap. 4. R. Pragm. Prudentiſſimi Regis Philippi Primi in Regnis Aragonum; Secundi vero in Regnis Caſtellæ,*
56 *anni 1564.* in *cap. 12. ejuſd.* & in *can. 1. 2. & 13. Pragm. Don Joannis Laurentii Villaraſa Regentis officium Proregis anni 1566* & præcipuè *in d. c. 13.* quo cavetur quod Actuarius cauſæ, & non alius ducere proceſſus concluſi acta ad domum Judicis, & ea recuperare teneatur in *c. 3. Pragm. Proregis Vaſpaſiani Gonzaga anni 1577.* quo cautum eſt quod Actuarius cauſæ per ſe, & non per alium teneatur recipere, & propria manu ſcribere dicta teſtium, ita ut ſi abſens, vel valetudinarius reperiatur, teneatur ſubſtituere alium ex actuariis Regiæ Audientiæ, præcedente approbatione Regentis Cancellariam, & Auditoris ipſius cauſæ.

Quod forali diſpoſitione roboratum fuit *in for. 15. Curiar. anni 1604.* In *cap. 8. ejuſdem Pragmaticæ* diffinitum eſt, quod ſi Actuarius cauſæ impeditus reperiatur (quod intelligendum eſt de impedimento permanente) teneatur ſubſtituere unum de Notariis Valentiæ, idoneus ad miniſterium, prævia approbatione Regentis, quæ diſpoſitio confirmata fuit per *for. 49. & 65. Curiar. anni 1626.* Quæ quidem prudentiſſimè cauta ſunt, 57
quia in his auctoritas ſpecialis eſt conceſſa per Regem, & ſic delegabilis eſt, & quæſita induſtria perſonæ; ob quod non per quemlibet exercenda ſunt, ſed per habentem auctoritatem delegatam, mediante ſubdelegatione; & induſtriam mediante approbatione Superioris.

Quoad Actuarios Curiarum inferiorum, cum ipſarum Curiarum officia alienata per Reges Domini uti- 58
les eorum certa mercede, & pretio locare ſolent; ſed providentia adhibita reperitur *in for. unic. §. poſtremo in extravagant. proviſio ſuper oppoſitionibus*; ſub his verbis. *Ut Scribaniæ Curiarum Gubernationis, & aliorum ordinariorum dicti Regni, in quarum Regimine magnum Reipublicæ intereſſe verſatur melius regi poſſint, Statuimus, & ordinamus atque ſancimus, ut dictæ Scribaniæ, ac ipſarum qualibet per Notarium, vel Notarios idoneas, & ſufficientes in ſcientia, & moribus ad cognitionem Ordinarii, vel Præſidentis in unaquaque dictarum Curiarum, & Juratorum illius Civitatis Villæ, vel loci ubi dicta ſit Curia, regantur:* ita ut ſi careant ſcientia, & moribus amoveri poſſint, ut *inferius* dicetur: ex qua diſpoſitione clarè reſultat; 59
quod pariter induſtria perſonæ, & probitas morum requiruntur. Atque adeo per ſe exercere hæc officia deſtinati ad ea tenentur *privil. 78. verſ. quod illi D. R Jacobi II.* & caſu quo impediantur, locumtenentem habere poſſunt, ut colligitur *ex for. 62. de Notar.* ſed damna per locumtenentem illata de propriis reſarcire debent *for. 77. Curiar. anni 1564* & ſic ab eo tantum locumtenente ſubſignationes fieri debent.

Quæ omnia intelligenda ſunt, ita ut non dicatur nullius momenti acta remanere, ſed quod copia aliter 60
exhibita minime probant; quia fides pender à ſubſignatione, & ea factâ à non habente poteſtatem ſcriptura privata remanebit. Bene enim compati poſſunt, quod acta rite, & recte geſta ſint, & copia eorum careat fide; quemadmodum reſpectu contractuum dicere ſolemus, quod inſtrumentum nullum eſt, ſi à Tabellione non habente poteſtatem factum reperiatur, quamvis contractus verè celebratus ſit, & ratus maneat. Sic ſimiliter acta rata eſſe poſſunt, & copia non obtinere fidem, neque probationem facere, ſuper Tabellionem qui actuarius non eſt, ſubſignetur. Quod
enim aliquis dies præſentationis libelli, vel una aut 61
altera interloquutio, à quocumque Tabellione recipiatur, toleratì poteſt ex parvitate materiæ, ut dixi; ſed quod univerſus proceſſus geſtus in Curia cujuſlibet Judicis, non roboretur per ſubſignationem actuarij proprij illius Curiæ, præ ſe fert ſuſpicionem ſuppoſitionis, vel falſitatis: & ratio eſt, quia acta Judicii ejus naturæ ſunt, quod aliter probari nequeant, niſi per ſcripturam ſolemniter geſtam ab actuario, & ab eo ſcriptam, vel ſaltim ſubſignatam, ut docuerunt Bartolus, Baldus, Felinus, Alexander, Romanus, Guido, Alciatus, Grammaticus, Socinus, Cornæus, Pariſius, Menochius, & alij congeſti per Salgadum *tract. de Sup. ad ſanctiſſ. n. 2. cap. 24. num. 26 65. & 77* & per Parejam, *d. l. 4. reſol. unic. §. 7. n. 152.* & ſic ſemper neceſſaria eſt proprietarij auctoritas ut fidem obtineant.

Acta alterius Judicii duplici modo edi ſolent, nem- 62
pe

pe si res inter alios acta sit, vel inter easdem partes, sed in alia Curia, vel sub alio Judice, & actuario copia authentica sumenda est, & ea produci debet, atque producta, inseri in processu de quo agitur, ita ut ejus pars fiat non solum formaliter quatenus deservit ad instructionem litis, sed materialiter inserta in ipso processu: non secus ac si aliud instrumentum productum fuisset.

63 Quando vero in eadem Curia sive Tribunali, inter easdem partes, sub eodem Judice, & eodem actuario, nunc producuntur acta citra insertionem, *& more Regiæ Audientiæ*, quod introductum est, ut sine partium dispendio ac temporis jactura, brevius causæ terminari possint, ut in simili fieri testantur Bartol. Castrens. Alexand. Jason, Ripa, & alii adducti per Pacian. *de probat. lib. 1. cap. 65. numer. 92. cum seqq.* quibus addendi Marquesanus *de Comis. p. 3. fol. 136. num. 1.* Coccin. *decis. 150. num. 3.* Luca Peti. *in pract. Auditor. Camer. lib. 5. cap. 8. num. 4.* Postius *de manutenend. obser. 69. num. 20. & seq.* Villar. *in silva respons. 15. in prin.*

64 Pareja *tit. 3. resol. 2. num. 48. cum seqq.* sed productio non debet fieri verbaliter, sed realis reproductio; acta alterius judicii rçaliter exhibendo, cum citatione, vel injunctione partis; tuncque licet materialiter hæc acta originalia non inserantur in processu, ad quem eduntur dum deserviunt ad illius instructionem, pars ipsius quodammodo fiunt, ita ut si sententia feratur, & appellatio, vel supplicatio adhibeatur, pars quæ primitivum processum reportare tenetur, acta eo modo pro-

65 ducta reportare pariter compellitur, ut decisum fuit in Regia Audientia ad favorem Don Josephi de Cardona & aliorum contra Onufrium Cruillas, & Sanz generosum, referente Nobile Don Carola Valterra, Regia interlocutione *die 11. Septembris anni 1673.* quæ dum hæc scribuntur, pendet in hoc Supremo in grada supplicationis (à cujus decisione abstinui ratione consanguinitatis cum D. Onufrio Cruilles) & pro ju-

66 dicatis per Regiam Audientiam calculum pro nunc pono; quia licet irrelevantia producta citra insertionem dicantur, de quo nondum liquet, dum constat apud primum Judicem producta fuisse, debent etiam produci in hoc Supremo, juxta text. *in l. eos 6. §. super his, C. de appellat. c. cupientes 16. de elect. in 6.* cum aliis adductis per August. Barbos. *de dict. usufr. dict. 241. ex n. 1.* Manticam *decis. 2. num. 1. cum seqq.* Parejam *d. tit. 3. resol. 2. n. 32.*

67 Sed obiter nota differentiam, inter instrumenta à privatis rogata, & acta judicii; nam instrumenta infra dilationem triginta dierum à traditione copiæ, vel apparatus impugnari possunt, ut *infra* dicetur, at vero acta judicii si de falso redarguantur, vel alia exceptione excludi procurentur, in eodem termino fieri posse dicendum est; sed si agendum sit ad revocationem decreti, vel sententiæ præjudicium inferentis, interponendo appellationem à die notitiæ cum ea explicita habeatur per traditionem copiæ, vel apparatum, decem dies ad appellandum currere incipiunt à die traditio-

68 nis copiæ, vel injunctionis apparatus; eisque elapsis jam hoc remedium adhiberi non valet sed sententia nocebit ex congestis per Dominum Leo *dict. decis. 142. num. 1. & 8.* ubi pulchre tradit ea quæ in praxi in similibus recepta sunt. Sed huic resolutioni, absolute sumptæ, non acquiesco. Quia licet sententia in alio judicio lata revocari non valeant, nisi adhibito remedio appellationis; tamen potest effectus ejus elidi, per exceptionem desumptam ex regula *res inter alios acta aliis non præjudicat*, ex tex. *in l. fin. ff. de re judic. l. 1. ff. de except. rei judic. l. 2. §. iisdem, ff. de accusat. l. Modestinus, ff. de except. l. 2. C. de fid. instr.* elegans ad rem tex. *in c. inter dilectos de fide instrum. for. 1. quib. res judic. non nocet.* plurib. Salgado. *de reg. protect. part. 4. cap. 8. ex num. 18.* Dominus Crespi *observat. 23. num. 172.* Quare plerumque miror, dum cerno contendentes an appellatio à sententia inter alios lata legitimè interposita fuisset, vel desertionis vitio laboret, patente forali via excludendi ejus effectus, ex eo solo quod res inter alios acta videatur.

Tertia species est scriptura privata, quæ per se ni- 69
hil probat *l. nuda, ff. de donat. l. instrumenta, l. exemplo, & l. rationes, C. de probat.* Authent. *si quis vult, C. qui potior. in pignor. hab. c. 2. de fid. instr.* cum aliis plurimis adductis per Genuam *tract. de scriptur. privat. lib. 1. quæst. 1. ex num. 4.* Gayto *de credit. cap. 2. tirul. 7. ex num. 1591.* Parej. *tit. 1. resol. 3. §. 5. ex num. 2.* Et licet hæc conclusio indubitata sit, quod nudam scripturam privatam, secus erit si constat à quo scripta sit, nam eo in

70 casu plene probat contra scribentem, ut docet tex. *in l. Publia, §. fin. ff. de posit. l. cum de indebito, ff. de probat. l. scripturas, C. qui potiores* Authent. *contra qui propriam, C. de non numer. pecun.* docent Covartuv. Gregor. Lopez, Gilquenius, Caccialupus, Lanfrancus, Purpuratus, Felinus, Decius, Rebuffus, Socinus, Mascardus, Scaccia & Genua congesti per Parejam, *dict. §. 5. n. 23. cum seqq.* quibus adde Gaytum *d. tit. 7. n. 1617. cum seqq.* ubi plura de hac materia reperies.

Ex his dum producitur privata scriptura in judicio, 71
requirit aliam probationem per quam perspicuum fiat à quo scripta sit, sive confessatur per proprium confessionem, sive per testes. In Regnis Castellæ frequentissimum est medium recognitionis juxta textum *in l. 5. titul. 21. lib. 4. recopil.* cujus praxis est, quod exhibita scriptura privata, postulatur mandatum recognoscendi, per quod jubetur cuicumque ex Apparitoribus, quod per remedia Prætoria compellat cum cujus nomine subscripta reperitur, quod prædictam scripturam, sive sit schedula, sive Chirographum, sive epistola, recognoscat, & medio juramento dicat an per ipsum scripta sit, & vera contineat, Adhibito Tabellione, is quæritur; & si fateatur, vel neget dimittitur; si enim ju- 72
rare, & respondere recusat, in carcerem mittitur per modum compulsionis, juxta personarum qualitates; quo usque neget, vel affirmet: Si confessus remanet, insurgit in eum via executiva virtute confessionis Judicialis: si negativus persistit, actor via ordinaria agere 73
debet; de cujus praxi videndi sunt D. Covarruvias *lib. 2. variar. cap. 11. numer. 4.* Gregor. Lopez *in l. 11. tit. 18. part. 3.* Azevedo *in d. l. 5. per tot.* Guttierrez *practicar. lib. 1. quæst. 121.* Parlador. *rer. quotidian. lib. 2. c. fin. §. 5. ex num. 1.* Paz *in prax. part. 4. tom. 1. c. 1. à num. 22.* Aviles *in cap. Prator. verb. execution. n. 33.* Avendaño *de exeq. mand. p. 2. c. 3. ex num. 1.* Didacus Perez *in l. 5. tit. 8. lib. 3. ordin.* Bolaños *in Cur. Philip. p. 1. §. 17. n. 36.* Pichar. *in manuduct. ad prax. p. 2. præcept. 5. n. 7.* August. Barbos. *in l. instrumenta, C. de probat. num. 5.* Roderic. *de execut. lib. 1. art. 2. per tot.* Pareja *d. §. 5. num. 25. cum seqq.* Roder. Zuar. *in repet. l. post rem judicatam, ff. de re judic. not. 1. & seq.* Villadiego *in polit. cap. 1. ex num. 1.* Carleval. *de Judic. tom. 2. tit. 2. disput. 8. num. 2. & tit. 3. disput. 6. num. 22. & 39.* Vela *dissert. 23. ex n. 1.* Valenzuel. *consil. 86. n. 33.* Larrea *decis. 49. num. 1.* apud quos plures alios invenies, & plura absolutissimè tractata.

In nostro Regno Valentiæ in usu non est similis 74
modus procedendi, licet si postularetur recognitio, & confessio resultaret de re certa, non dubitarem mandatum executivum concedere. Tum quia de jure civili, sic procedere pluribus probant Greg. Lopez *in d. l. 19. glos. 4.* Spin. *de testam. glos. mic. princip. n. fin. vers. quæ sententia.* Ursil. *in add. ad Afflict. decis. 85. n. 4.* Magon. *decis. 15. nu. 19.* Gratian. *discept. forens. c. 183.* Noster Morla *in emporio tit. 8. in prælud. n. 15.* Pichar. *in princip. instit. quib. mod. re contr. oblig. n. 88. cum seqq.* Grilensonius *cons. 52. num. 28.* Valenzuela *cons. 112. n. 2.* Gabriel. Pereyra *decis. 79. n. 1.* Larrea *d. decis. 49. n. 1. & seq.* Vela *d. dissert. 23. num. 2.* Ex licet verum sit quod hæc sententia dubitabilis fiat ex

traditis

traditis per Covarruv. & alios congeſtos per ipſum Vela
76 *d. diſſer. 23. num. 7.* procedit ex eo quod de jure communi confeſſio judicialis abſolutè non habet executionem paratam : ſed jure Valentino confeſſio Judicialis de re certa habetur pro re judicata *for. 1. & 4. de confeſſ.* & hæc habet paratam executionem *for. 5. de execut. rei Judic.* ergo via executiva ex fororum diſpoſitione inſurgit contra confitentem chirographum, & in eo contenta, & ſic expreſsè docuerunt Petrus Belluga *in ſpec. Princip. Rub. 41. num. 42.* Dñs Leo *deciſ. 212. num. 4.* & Morla *d. tit. 8. in pral. num. 15.*

77 Sed in praxi, ut dixi, non eſt receptum, imo ex inveterato Curiarum ſtylo, quod Chirographum recognitum per duos, pluresve teſtes, qui dicant ſcriptum ſibi videri manu ejus, cujus nomen in ſubſcriptione adeſt, quia notam habent manum ipſius, plena probatio in Civilibus inſurgat, ad eum condemnandum. Nam licet de jure plures tenuerint quod hujuſmodi teſtes non
58 probant plene, ut dixerunt Bartol. *in l. admonendi, num. 15. ff. de jur. jurand.* Pariſ. *conſil. 9. lib. 3.* Menoch. *de arbitrar. caſ. 114 n. 22.* Scaccia *d. lib. 2. de Jud. c. 11. n. 1134.* Afflict. *deciſ. 181.* Gramat. *deciſ. 84.* Vivius *in ſilva com. opin. verb. teſtes opin. 889. n. 4.* Ioſeph. Ludovic. *deciſ. Perus. 7. nu. 19.* Valaſcus *deciſ. Luſit. 177. n. 4.* Ponte *deciſ. 38. n. 32.* Muſcatell. *in prax. lib. 1. p. 7. gloſ. præſentatus, n. 10.* Petr. Caball. *reſol. crim. caſ. 251. n. 5. & ſeqq.* Pariſ. *conſ. 27. n. 51. lib. 1.* Bellon. *deciſ. Gen. 9. n. 1. & deciſ. 18. & 134.* ſed clarius *deciſ. 84. n. 2.* Trevif. *deciſ. 52. num. 9.* Ricc. *collect. 19. & 774.* Marta *vot. 45.* Anel. Amat. *conſ. 45. n. 14.* Patroc. *conſ. 58. n. 6.* Theſaur. *lib. 1. q. for. 24. n. 6. & 13.* Ioan. Bap. de Thoro *in comp. deciſ. tom. 1. verb. Apoca verificata per teſtes* Gaito *de credito, d. c. 2. tit. 7. n. 27. & 46.* Farin. *in fragm. crim. p. 1. n. 500.* Genua *de ſcript. privat. tit. de apocaman. debit ſcrip. n. 202 cum ſeqq.* Ioan. Bap. Gargiar. *conſ. 39. n. 10. & ſeq.* Fontanella *de pact. nuptial. tom. 2. clauſ. 6. gloſ. 3. p. 7.*
79 *n. 19.* Mareſcot. *variar. lib. 1. c. 79. & 80.* Tamen per conſuetudinem, & ſtylum induci poteſt, quod ſimilis probatio concludat, ut de varijs regionibus & Curijs in quibus ſimilis conſuetudo viget probant Veſtril. *in prax. lib. 6 tit. de probat. jur. in Cur. n. 8.* Vivius *d. opin. 889. in fin.* Maſcard. *de probat. concl. 988. n. 8.* Caball. *conſil. 150. n. 9. & 10. part. 1.* Rota *in nov. ſif. diverſ. deciſ. 124. part. 2. & deciſ. 553. part. 1.* Granutus *theoremat. 15. n. 23.* Scaccia *d. c. 11. n. 956. cum ſeqq.* Mareſcot. *d. c. 79. num. 4.* Marta *d. vot. 45. n. 3.* Fontanella *d. part. 7. n. 25. cum ſeqq.* Decian. *conſ. 11. num. 128. lib. 1.* Valaſc. *deciſ. 67. num. 14.* Genua *dict. lib. 2. num. 228.* & Ant. Fab. *in C. lib. 4. tit. 14. diffinit. 71.*

80 Et non ſolum per conſuetudinem, & ſtylum ſcripturam privatam eo modo recognitam fidem facere, inducique valet, verum etiam quod abſolutè per ſe probet ex tex. *in c. cum dilectus de fid. inſtr. & in l. 1. C. de emancip. liber.* tradunt Albanus *in adnot. ad Bartol. in d. l. admonendi, n. 18.* Iaſon. *ibid. n. 78. & in repet. ejuſd. tex. num. 9.* Ptholom. *n. 64. verſ. quinto plene*, Scharder. *n. 263.* Tiber. Decian. *conſ. 22. num. 10. lib. 3.* Vivi. *lib. 4. com. opin. tit. 11. num. 316.* Covarruv. *pract. c. 22. n. 8. in fin.* Maſcard. *de prob. concl. 111 n. 12. & concl. 973. n. 16.* Caldas Pereyra *de emption. & vendit. c. 35. n. 47.* Pancirol. *conſ. 57. n. 4.* Menoch. *conſil. 787. n. 5.* Surdus *deciſ. 312. n. 3.* Gratian. *diſcep. forenſ. c. 171. n. 2.* Barboſ. *in collect. d. c. cum dilectus, n. 5. & ſeqq. & 6 tom. in collect. ad eund. tex.* Genua *d. lib. 1. q. 4. ex num. 200.* Pareja *d. §. 5. num. 62.*

81 Hac de cauſa, in ſimilibus quæſtionibus actores non ſolum articulare ſolent factum principale, hoc eſt quod Chirographum ſcriptum eſt manu rei conventi, & quod ita affirmabunt qui ejus manum notam habent, quia ipſum pluries ſcribere viderunt; verum etiam, quod ſecundum conſuetudinem, & ſtylum Curiarum Regni Valentiæ ſimilibus teſtibus plene creditur. Quam praxim teſtatur Dñs Creſpi *obſerv. 27. n. 7. & obſer. 50. num. 4.* (licet non ſuſceperit onus probandi fundamenta illius)

adnotando *num. 8.* cum Magonio & Farinacio, quod ſtylus reſpiciens deciſoria cauſæ, probandus ſpecificè eſt in ea. Sed, ſalva pace tanti viri, ſupervacaneum mihi ſemper viſum fuit probare ſtylum à nemine ignotum: ex eo quod ſtylus Supremorum Tribunalium legis habet vigorem, ſecundum textum *in l. illud. 19. ff. de excuſat. tutor.* ubi Ulpianus, id quod uſu receptum eſt, pro lege reſpondit. Melior ad rem text. *in l. fin. C. de injur.* ibi: *Sed in cæteris mos judiciorum qui hactenus obtinuit, in poſterum ſervetur intactus.* Et *in l. fin. C. de emancip. lib.* 83 ibi: *vel eos adire Magiſtratus, quibus hoc facere, vel legibus, vel ex longa conſuetudine permiſſum eſt.* textus etiam ad rem celebris in *Clement. ſæpe §. & quia de verb. ſignif.* ibi: *ad clariorem probationem uſus longævus in cauſis admiſit.* Docent Cardinal. *in eod. Clement. notab. 6.* Baldus *in d. l. illud; & in* Rubr. *ad tit. de feud. ſin. culp. non amit. n. 2.* Phel. Decius *conſ. 11. & conſil. 358. n. 3* Math. de Afflict. *deciſ. 343. n. 4* Burg. de Paz *in proem. legum Taur. n. 225.* Chriſtoph de Paz *in proem. legum ſtyl. n. 94.* Gratian. *diſcept. forenſ. c. 100. n. 6. & c. 154. n. 18.* Pareja *tit. 2. reſol. 3. §. 1. n. 16. & tit. 2. reſol. 5. n. 59. & tit. 6. reſol. 3. num. 145.* Si enim ſtylus iſte uniformis, frequens & antiquiſſimus eſt, ut idem Dñs Creſpi probat, & nos fatemur, notorius manet: & ſic ſufficit quod allegetur, abſque eo quod partes vexentur onere probandi, & in fructuoſis expenſis gravatæ clament; imo nec allegandus erit quia Judex tenetur eum inquirere, ut probant Maſcard. *concl. 423.* & mirabiliter Seſſe *deciſ. 92. num. 7.*

Sic me referente deciſum fuit contra Ioannem Vin- 84
centium del Villar civem, ad favorem Syndici Monaſterii Sanctiſſimæ Trinitatis, & eo nomine procuratoris Sororis Matilde de Leon Monialis ejuſdem ſententia publicata per Vincentium Ferrera R. M. S. *die 5. Decembris 1653.* in qua lite condemnatus fuit virtute Chyrographi ſic comprobati, ſed majus dubium verſabatur, an in eo utiliter renuntiatum fuiſſet beneficio cedendarum, & dividendarum actionum. Quæ quidem doctri- 85
na comprobandi ſcripturam privatam per teſtes de nota manu non ſolum recepta eſt, quoad chyrographum, ſchedulam, vel epiſtolam, in quibus ſimplex debitum, vel contractus continetur, verum etiam, quoad ultimas voluntates tractum ſucceſſivum habentes, ut contingit quoties fideicommiſſum perpetuum ad inſtar majoratus inſtituitur, ut petat ex *obſervat. 50.* Domini Creſpi, in qua refertur deciſio Regiæ Audientiæ in lite Thomæ Salafranca Alonenſis, cum Laura Sorore, ſententia publicata *die 24. Julii 1653.* in qua non interfui, licet in mea Aula deciſa fuit, quia Abſens eram; quæ confirmata fuit in hoc Supremo ſententia publicata per Vincentium Pradell. *die 24. Septembris 1655.* ut ibi dicitur. Alia notabilis deciſio obſervari poteſt, in cauſa teſtamenti Domnæ Helenæ Villarraſa; inter Domnam Mariam illius ſororem, & Don Martinum de Funes Equeſtris Ordinis Divi Iacobi, Helenæ maritum, quæ pro contraria militat: ſed hæc varietas oriri poteſt, ex differentia probationis.

His poſitis, nota quod licet hæc inſtrumenta 86
producantur in forma probandi, atque cum omnibus requiſitis à jure, & foro; adverſarium non afficiunt niſi expreſſe citetur, & ei concedatur terminus competens ad dicendum contra ea, ut probat tex. *in c. contingit. 5. ad fin. de fide inſtr.* docent Bartolus, Baldus, Jaſon, Felinus, Romanus, Alexander, Gabriel, Caravita, Valaſcus, Veſtrillus, Maranta, Follerius, Maſcardus, Scaccia, & Poſtius congeſti per Parejam *dict. tit. 7. reſolut. 2. à numer. 8.* quibus addendi ſunt Chaqueranus *deciſ. 1. num. 47.* Vivius *deciſ. 118. num. 9.* Verall. *deciſ. 99. part. 1. & deciſ. 117. num. 5. part. 3.* Cavalcan. *deciſ. 21. num. 79.* Rota Rom. *in recent. deciſ. 192. p. 1. tom. 2.* Valenz. *conſil. 21. num. 16.* & Navar. *d. collect. 1. n. 21.* Qui quidem Pareja *dict. num. 8.* per plures ſequentes pro- 87
bat nullitatem inſanabilem reſultantem ex iſto defectu;

qua de causa *n.* 5. dixi quod durissimum videtur quod de Senatu Cathaloniæ dicitur; circa admissionem editionis conclusa causa, sive denuntiato processu jubendo quod instrumenta ponantur penes actuarium, non concessa copia, neque termino ad impugnandum; vel probandum contra ea. In Regno Valentiæ productiones fiunt instrumenta relinquendo penes actuarium, qui ea in processu ingerit, ut dixi, & injungendo editionem parti, quod legitimam formam citandi adimplet juxta notata per Thomat. *decision.* 113. *num.* 13. & Postium. *observ.* 97. *num.* 5. & ut terminus ad dicendum
88 contra non deficiat, ex inveterato Curiarum stylo observatum est, quod ipse actor obtineat interloquutionem à Judice, quo partibus jubetur: *quod sumant Copiam, si velint, eorum infra biduum, & ad hoc actuario aliquid præstent, quibus elapsis, ipse actuarius paratus se exhibeat ad tradendam copiam, & post diem vel biduum ab apparatu vero, vel ficto cessat dilatio in materia impugnativa.*

Quæ quidem dilatio est triginta dierum: ex inveterato stylo, ut probat D. Leo. *decision.* 145. *ex num.* 9. in Cathalonia duorum mensium juxta *constitution.* 14. *de*
89 *dilat.* Fontanell. *decis.* 22. *num.* 23. Ripoll. Variar. *cap.* 5. *num.* 93. *& seq.* In Aragonia actor intra quindecim dies (vel duodecim si actio proposita realis non fuerit) debet edere instrumenta, Reus vero intra nonaginta, vel sexaginta à contestatione, respective ad actionem, quæ remanere debent penes actuarium per quindecim, vel duodecim dies, ut ab adversario recognosci va-
90 leant, post quos exhibenti restituuntur, dimissa copia, & amplius non sunt edenda *for.* 1. *& 2. de rei vindicat.* ubi Bardax. *in for.* 1. *num.* 6. nisi instrumenta redarguenda sint de falso, criminaliter scilicet, vel civiliter *for. per quanto, de fid. instr.* & juxt. *for. per quanto, de crimin. falsi.* de quibus loquuntur *dict. for.* 1. *&* 2. ut Burdaxi tradit *dict. num.* 6. & in termino probatorio, contra producta probationes fiunt, ut colligitur ex traditis per Portol. *ad Molin. verb. instrumentum ex n.* 47. sed melius Sesse *d cis.* 118. *&* 119. *tom.* 2.

91 In Regno Castellæ eodem die quo instrumenta eduntur, copia danda est adversario, ut docet Paz *in prax. d. p.* 1. *tom.* 7 *n.* 40 & quia redarguendi de falso civiliter, mos invaluit, notare debemus quæ juxta praxim utriusque Regni procedunt. D. Crespi *observat.* 23. *numer.* 4. materiam aggressus fuit, sed majoribus curis
92 deterrus, imperfectam reliquit. Fatetur conclusionem deductam ex *l. fin. C. ad leg. Cornel. de falsi.* adducitque tex. *in l. jubemus* 24. *C. eod. tit. authen. apud eloquentissimum, & authent. sed hoc*: Et ego eo in titulo similem *l. jubemus* 24. neque tales authenticas reperio lex enim finalis, *quæ* 24. *est*: incipit *præbemus*, nec verisimile est eam primum finalem dixisse, & statim *l. jubemus* 24. citasse. Si recurrimus ad Rub. *de fide instrumentorum* in qua authent. *apud eloquentissimum* habemus, legum numerus secundum editionem veterem 21. non egreditur, & secundum novissimam 22. neque aliqua quæ incipiat. *Jubemus* reperitur: neque *authent. sed hoc*; sed *in authent. apud eloquentissim. vers. sed hoc*, adest, continens verba ab ipso adducta; quare credendum est adduxisse *l. jubemus* 24. *C. de probat.* quæ ad rem facit. Quare vitiosum à Typographis locum credere malo, quam lapsui tanti viri tribuere.

93 Ex his juribus conclusionem notissimam elicit, nempe quod objecta falsitate instrumentis onus probandi eorum fidem transfertur in producentem, & non progreditur ultra; sed ne ego omisisse dicar hanc materiam intactam; suppono, quod praxis redarguendi civiliter vel criminaliter instrumenta, & ipsum nomen *redarguendi* desumptum fuit ex *l. cum quidam* 21. alias *ultim. C. de fide instrum.* quo textus Divus Augustus hæc verba protulit: *postea autem persona contra quam ipsa Cartula vel instrumentum prolatum est, quasi falsum hoc constitutum redarguere nitatur.* Et quanquam de redargutione criminali ibi tractari videatur ex verbis §. 1. ibi: *apud criminis judicem proferre* de civili etiam loqui concluditur, dum non proferenti, solum pro 94
pœna impositi, quod instrumenti fides evanescat. Tractant de interpretatione hujus textus Rolandus *consil.* 44. *ex num.* 3. *tom.* 1. *& consil.* 69. *num.* 64. *vol.* 3. Vincent. de Franch. *decision.* 194. *per tot.* Greg. Lopez *in l.* 116. *tit.* 18. *part.* 3. *glos.* 2. Burg. de Paz *in civil. quæst.* 5. Joan. Franc. de Ponte *consil.* 30. *ex num.* 3. Natta *consil.* 8. *&* 9. *lib.* 1. Ant. Fab. *in C. lib.* 2. *tit.* 1. *defin.* 5. Barbos. *in col. lect. ad eund. tex.* Cancer Variar. *lib.* 1. *cap.* 19. *num.* 23. *&* 26. Castillo *lib.* 3. *controvers. c.* 18. *ex num.* 15. Trentacinq. *variar. lib.* 2. *tit. de fid. instr. resol.* 9. Mansinius *in l.* 1. *C. de edend. n.* 72. Menoch. *consil.* 354. *per tot. & de præs. lib.* 6. *præs.* 61. *n.* 12. Pareja *d. tit.* 7. *resol.* 8. *ex n.* 1. & Fontanella *de pact. nuptial. tom.* 2. *clausul.* 13. *glos. unic. n.* 19. *& decision.* 290. *n.* 6. Sic similiter habetur mentio redargutionis instrumentorum de falso in 6. *ex litteris* 3. *de fid. instr.* ibi: *qui cum eas arguere falsitatis*, & *in c. accepimus* 4. subsequenti ibi: *cum privilegia non inspecta, non valeant argui falsitatis.*

Ad discretionem redargutionis civilis à criminali 95
nihil inferri valet ex *dict. authent. apud eloquentissimum, vers. sed hoc*; nam nihil continet de ea, sed de remissoria ad examinandos testes extra locum judicii, qui in civilibus permissa, & in criminalibus prohibita, ut norant Bartol. Salicet. & Accurs. *ibid.* bene vero *dict. l. præbemus* 24. sive *fin.* cujus verba donavit Dominus Crespi, omittens textum immediate præcedentem *in l. Damus* 23. *C. eod. tit. ad leg. Cornel. de fal.* ibi: *Damus licentiam litigantibus si apud Judicem proferatur scriptura, de qua oritur aliqua disputatio, profitendi utrum de falso criminaliter statuat qui dubitet de instrumenti fide experiri, an civiliter*; & circa *fin.* ibi: *civilis autem inquisitionis inter utrasque partes consligentium levior examinatio procedat.* Hunc textum mutilum traditum per Trionia- 96
num probat evidenter Jacobus Gothofredus *in l. damus copiam* 4. *C. Theodos. eod. tit.* convincitur quod idem est, ex epigraphe, nominibus Imperatorum rescribentium, eidemque Maximo Præfecto Prætorio directus, eodemque anno datus. Verba Codicis Theodosiani hæc sunt: *Damus copiam jurgantibus si apud Judicem proferatur scriptura de qua oritur aliqua dubitatio, spatium ut habeat qui perurgeat profitendi utrum de falso criminaliter, an de scriptura fide statuat civiliter experiri.*

Ex quibus verbis clarius mens Imperatorum perci- 97
pitur, ut finis utriusque modi redarguendi capi possit; nam qui civiliter agit, tantum de fide scripturæ disputat: qui vero criminaliter, progreditur ad exigendam punitionem criminis; ex hoc vindictam quærit, ex illo damnum cavere procurat, ut ipse Jacob Gothofr. *in comment. d. l. ad fin.* docet. Sed ad rem nostram utro- 98
que casu qui produxit scripturam ejus, comprobare tenetur. *d. l. fin. C. ad leg. Cornel. de falsi.* ibi: *incumbat probatio fidei instrumenti ei primitus qui scripturam obtulerit.* nempe probando confectam fuisse ab eo qui se gerit pro publico Tabellione, cujus legalitas nota est, ab eoque subsignatam reperiri, saltim per comparitionem litterarum, ut docent Covarruv. *pract. d. c.* 19. *n.* 9. Bald. *in authent. novo jure, C. si cert. petat. n.* 10. Gregor. Lopez *in l.* 113. *tit.* 18. *part.* 3. *glos.* 1. Boër. *decis.* 36 *num.* 8. Alciat. *de præsum. lib.* 3. *præs.* 13. *num.* 17. Roderic. Suarez *in d. l. post rem judicatam in declarat. leg. Regn.* 6. *sed pro evidentia, num.* 34. Parlador. *rer. quot. lib.* 2. *c. fin.* §. 11. *n.* 15. Hier. Gonzal. *in regul.* 8. *Cancellar. glos.* 64. *num.* 6. Azevedo *in l.* 1. *tit.* 22. *lib.* 4. *recopil. num.* 137. Valenzuela *consil.* 168. *num.* 1. *&* 2. Pareja *tit.* 1. *resol.* 3. §. 2. *ex num.* 33. Qua com- 99
probatione facta transfertur onus probandi falsitatem in redarguentem, ut *d. l. fin.* habetur, & omnes superius adducti docent. Quæ conclusio limitari solet in scripturis antiquis, & longinquis partibus adductis, de qua limitatione

limitatione addendus Pareja *ibid. n. 35. & 48. cum seqq.* quare non immoror.

100 In Regno Valentiæ non est admissus usus redargutionis civiliter; nam quoad instrumenta in eo recenter confecta facillima est comprobatio auctoritatis Tabellionis, & manus, per matriculam in collegio artis Notariæ, & Curia civili, ubi non solum nomina Tabellionum continentur, sed signorum originalia, desumpta

101 ab ipsis in ipsa creatione, & per relationes Procerum ipsius artis, qui quotannis eliguntur. Ob quod nemo redarguit civiliter; tanquam res omnino infructuosa, exclusaque ab usu judiciorum: cujus rei rationem eleganter tradit Ant. Faber. *d. defin. 5. n. 3. in not.* ibi: *eo namque jure utimur, ut publici instrumenti fides citra solemnem falsi inscriptionem in dubium revocari non possit, odio scilicet litium, que alioquin facile multiplicarentur in infinitum.* Sed si adsit vitium visibile, vel vehemens suspicio falsitatis criminaliter proceditur, non spectata instantia partis, cum ex *d. l. damus, in fin.* arbitrio Judicis relictum sit, ex legibus pœnis competentibus ulcisci has nequitias. Si verò antiquum instrumentum sit, in publi-

102 co Archivo originale reperitur, vel protocolla apud regentes notas, ex quibus suspicio cessat. Quoad adducta ex longinquis partibus, sive legalizationem, sive per litteras testimoniales Judicis illarum partium, publico sigillo munitas, fides comprobatur, vel instrumenta registrando in Curia Civili, ut dixi, vel judicialiter comprobando in eadem lite.

103 Ex quibus deprehenditur quod raro probationes fiant in hac materia impugnativa; tum etiam quia liquidissimæ esse debent juxta tex. *in l. cum precibus, & ibi* Glos. *C. de probat.* ut dixi respectu objectorum testium §. *precedent. n. 2.* quibus addendi Veral. *decis. 100. p. 2. & decis. 279. p. 3.* Ludovis. *decis. 459. n. 9.* Gratian. *decis. 43. num. 8.* Novar. *d. collect. 1. num. 29. & 30.* Beroa. *consil. 142. num. 34. lib. 2.* Gramat. *consil. civil. 65 num. 24.* aliis relatis Pareja *d. tit. 1. resol. 3. §. 2. n. 14.* itaque pauci suscipiunt onus probandi quæ sciunt difficiliter probari posse, ut

104 in Cathalonia evenire pariter testatur Fontanella *dict. decis. 22. num. 23.* licet non semel ex indiscreta partium ambitione in cumulandis instrumentis, impugnationes relevantes ex ipsorum visceribus insurgant, cum inter se pugnantia appareant, quo cunctorum fides suspecta remanet, & eis non instructa lis, sed destructa remanet, tex. *in l. scriptura 14. C. eod. tit.* de quo articulo videndus Pareja, qui ex professo materiam prosequitur *d. tit. 7. resol. 5. per tot.* & Cancer. *d. c. 19. n. 19.*

105 Concessa igitur dilatione ista impugnativa triginta dierum, redargutiones, impugnationes, probationesque in contrarium contentorum in productis fieri possunt; corroborationesque, ut respectu testium dixi. §. *precedenti:* & in specie tenuerunt Rota Rom. *in antiquis decis. 388.* Afflict. *decis. 115. & 271.* & Capella Tolosan. *decis. 14.* Muscatel. *in pract. p. 1. glos. 7.* Prat. ibi: *in add. & disceptat. for. tom. 4. c. 26. n. 10.* eaque præcise & peremptorie computanda est, ita ut si semel elapsa sit; aliam petens non audiatur. Et quia omnia quæ emergere solent dicta sunt respectu aliarum dilationum, petenda sunt ex dictis respectu earum. Sed dubitari posset an, ex omissione hujus dilationis vitietur processus, vel sententia? Et vitiari suaderi posset, ex eo, quod impugnatio jurium pertinere videatur ad naturalem defensionem, ut cum Maranta, Covarruvia, Rota, Milanense, Menochio & Giur-

106 ba probat Pareja *d. tit. 7. resol. 2. n. 9. & 31.* ob quod consequitur, quod nec per Judicem, nec per legem, vel consuetudinem excludi posset, ut dixi hoc *capit. §. 1. numer. 99.*

Sed hæc intelligenda sunt, respectu citationis faciendæ tempore productionis, non autem respectu dilationis consuetudine introductæ: quia si hæc dilatio non postuletur per omissionem ejus cujus interest, non vitiatur processus, tex. in *l. 1. C. de dilat.* pluribus Giurba *decis. 68. ex num. 7.* imo concessa copia dum nihil dicitur in producta vires assumunt, virtute tacitæ approbationis, adeo ut etiam si scriptura privata producatur, nulla comprobatione firmata, si non impugnetur, plene pro- 107
bat, ut cum Aretino, Butrio, Hostiensi, Craveta, Mascardo, Prætis, Granutio, Maceratense, Surdo & Genua firmat Pareja *d. tit. 1. resol. 3. §. 5. num. 20.* Rebuffo, Gratiano, Scaccia, Roderico, Rota & aliis Gailo *de credito c. 2. d. tit. 7. n. 2603. & 2618.* Luca Petillo, Salustio, Tiberio, & aliis Postius *de manuten. d. obs. 97. n. 34.* quibus adde Cavalcan. *decis 33. n. 30. p. 2.* Novar. *d. collect. 1. num. 23.* Cancer. *dict. cap. 19. num. 15.* Giurb. *decis. 103. numer. 13.* Salgado *in labor. credit. p. 3. capit. 2. numer. 69. cum seqq.*

Si autem re integra postulata fuerit ista dilatio, & à 108
Judice denegata sit, tunc processus vitiatur, & sententia nulla erit, cum denegari nequeant ea quæ respiciunt naturalem defensionem tex. *in l. fin. C. de fid. instr.* plurib. Giurba *decis. 26. num. 4. & decis. 36. num. 2.* Si vero, sero postulata fuerit, ut puta quia ipse jam conclusionem fecerat in causa, vel conclusioni acquieverit, cum per hoc 109
renuntiasse videatur ulteriori probationi, recta cum ratione denegari debet, sibique imputet cur sero postulavit. Ut cum Surdo, Heringio, & aliis docet Giurba *d. decis. 36. n. 7. cum seqq.*

Sed quia in Regno Valentiæ instrumenta produci 110
valent post conclusionem causæ, usque ad sententiam; renuntiatio non extenditur ad ea, & si aliquis ex litigantibus post conclusionem producit, alius legitime postulabit hanc dilationem, eique concedenda erit, *ut dixi d. §. 1. n. 101.* prout conceditur quoties casus emergit; licet raro hæc in praxi eveniant; nam actores semper curant sua instrumenta producere in discursu dilationis principalis, ne ex intempestiva sive tarda editione suspecta fiant, de falso tex. *in l. si quis scripsit; ff. de pœn.* Castrens. Graveta, Cephalus, Menoch. Mascard. Mandellus, Farinacius, Surdus. Beccius, Purpuratus, & alij congesti per Parejam *d. tit. 7. resol. 2. n. 37.* & ea elapsa quod copia per apparatum verum, vel fictum tradatur, ita ut dilatio currere possit. Rei verò licet sero jura producant, nunquam curant de expedienda via ad finem, sed actores copia sumpta, si ea indigent, dilationem petere debent.

Si autem reus postulaverit ante contestationem, 111
quod sibi edantur instrumenta mentionata in libello ad deliberandum, & obtinuerit, ut dixi *sup. hoc cap. §. 1. n. 101.* & eis editis in eo statu postulat hanc dilationem ad ea impugnanda, quæri potest an concedenda sit? Et videbatur concedendam fore ex eo quod dum respicit naturalem defensionem, ut dixi *d. §. 1. num. 99. & hoc §. n. 105.* denegari non debet, quoties postuletur, ut ex dictis resultat. Sed verius est quod in eo statu denegari debet; nam cum editio fiat ad effectum deliberandi an cedere vel contendere debeat; judicium debet fieri à postulante editionem; & non à Judice; & sic ipse æstimabit impugnationes quam intendit facere; sumendo editionem in eo statu, quo patitur pars litis in qua editio ipsa fit: & cum probandi via exclusa sit per nostros foros ante contestationem, ut dixi *d. §. 1. n. 125. & seqq.* non est admittendus ad articulandum & probandum in materia impugnativa, quo usque tempus legitimum adveniat. Et sic decisum fuit in Regia Audientia in causa Baroniæ de Alcantara; nam cum unus ex reis postulasset ante contestationem sibi edi instrumenta mentionata in libello, & obtinuisset; *die 14. Januarij O 21. Februarij 1560.* postea supplici libello *diei 23. Martij* subsequentis copiam edictorum postulavit, simul cum dilatione ad impugnandum; cujus instantia repulsa fuit *die 23. Maij* subsequentis.

Ex quibus omnibus facile percipere poteris praxim hujus dilationis, & formam impugnandi producta, notatis requisitis, quibus constare debent, ut probent.

§. V.

De allegationibus, & disputationibus, atque de conclusione causæ, ad sententiam diffinitivam pro explicatione for. 40. de testib. *cum aliis juribus.*

MARTINUS REX. anno 1403. Valentiæ.

TEXTUS.

APres que todes les assignacions seran passades, e lescriva del fet apparellat dar copia del proces a les parts, de alli avant correguen a cascuna de aquelles deu dies peremptoris, dins losquals cascuna part sia renguda, e puixa allegar tot ço que vulla, è entena, en aixi que passats los dits deu dies, sia haut per renunciat, è conclus en aquell pleit per cascuna part. Salvo que puixen produit cartes, è altres scriptures en ajuda de leur dret.

SUMMARIUM.

1 *Allegandi actus est ultimus in omni Judicio.*
2 *Disputationes Advocatorum tempore Jurisconsultorum in usu erant.*
3 *Text. in* l. 3. ff. de his quæ in test. delent. *normam disputandi causas Advocatis præbet.*
4 *Advocatorum improborum fraudes ab Ammiano Marcellino descriptæ.*
5 *Advocatorum dignitas tradita* in l. Advocati, 14. C. de Advocat. diversi Judicior.
6 *Disputationis Advocatorum mentio habita in aliis juribus.*
7 *Disputationes necessariæ sunt ad veritatem indagandam.*
8 *Responsa prudentum, sive Jurisconsultorum oracula, à disputationibus Advocatorum dimanarunt.*
9 *Disputationes, seu allegationes adhibendæ sunt, post publicationem probationum.*
10 *Disputationes post conclusionem adhibendas esse aliqui tenent.*
11 *Alii post conclusionem nihil admitti posse docent.*
12 *Disputationes facti quæ inferuntur ante conclusionem adhibendæ sunt; Juris verò quæ inferuntur post conclusionem admitti possunt.*
13 *Conclusio causæ excludit quidquid in processu inferi possit.*
14 *Disputationes facti nuncupatæ in Regno Castellæ* scritos de bien probado; *Valentiæ vero* Scriptores resolutories, *quæ contineant remissivè.*
15 *Dilationibus elapsis dum actuarius potest tradere copiam probatorum partibus, currit dilatio decem dierum ad allegandum, qua elapsa censetur renuntiatum & conclusum.*
16 *Allegandi terminus de jure certus non est, sed Judici arbitrarius.*
17 *Allegandi de facto in scriptis facultas limitata est ad unicum scriptum per forum, in causa principali, in incidentibus verò ad unum, vel alium per Regias pragmaticas.*
18 *Harum dispositionum observantia litigatoribus displicet.*
19 *Editis instrumentis, post conclusionem & concesso termino ad impugnandum, concedenda est nova dilatio ad allegandum.*
20 *Declara, si probationes fiant in materia impugnativa, secus si nulla facta fuerit probatio.*
21 *Conclusio formalis causæ quo pacto fit remissive.*
22 *Conclusionis forma in praxi fori Valentini.*
23 *Præceptum* de ponendis processu & actis *inimandum parti dari solet nulla instantia præcedente.*
24 *Conclusionis materiam tractantes.*
25 *Dissensus conclusionis quomodo fieri solet.*
26 *Concludendi præceptum non auferi jus instruendi non consentienti.*
27 *Conclusionem causæ Judex semper ex causa revocare valet.*
28 *Relatores causarum, qui Judices non sint, exclusi sunt in Regia Audientia.*
29 *Judices sunt relatores causarum in Regia Audientia.*
30 *Relationes in Regia Audentia secretè fieri solent, sicut in Supremo, & in tota Corona Aragonum, & in tota Italia.*
31 *Relatio publica facienda est si expressè postulatum fuerit.*
32 *Memoralia facti quomodo fiant in Regno Valentiæ, si postuletur in arduis.*
33 *Relationes causarum in Curiis inferiorum Judicum non fiunt, sed ipsi Judices per se causas examinant.*
34 *Relationes secretæ à Judicibus factæ, ipsis molestæ sunt, partibus verò securiores.*
35 *Advocati verbo disputantes audiuntur causa concluſa, quod utile est ad veritatem indagandam.*
Disputatio nimia aliquando veritatem offuscat, ibid.
36 *Advocati, quot, & quomodo admittendi sunt ad disputandum causas.*
37 *Allegationes in scriptis frequentiores sunt, & quare.*
38 *Tempus ad scribendum in jure de foro negari posse, sed de æquitate conceditur.*
39 *Querela frequens litigantium quod inauditam partem Judices condemnant, sæpius ridicula, & quare.*
40 *Allegationes juris an edenda sint partibus in Regno Valentiæ? licet contrarium observetur.*
41 *Dubia quoad Justitiam originalem communicari debet partibus juxta foros.*
42 *Dubiis communicatis tempus opportunum concedi debet ad respondendum.*
43 *Sententiarum forma reservatur tradenda in fine Operis.*

ULtimus actus Judicii per partes gerendus est allegandi, sive disputandi merita causæ super cunctis actitatis atque probatis in eo, ut veritas faciliter à Judicibus percipi valeat; quod necessarium esse jura ipsa demonstrant, ut apertè colligitur ex text. *in l. primo*, 3. ff. *de his quæ in testam. delent.* Quo Jurisconsultus Marcellus, formalem disputationem Advocatorum, coram Imperatore ipso Antonino exaravit, non dissimilem ab stylo, & concinnitate controversiarum Marci Ænæi Senecæ, qui Rhetoris nomine celebratur; fortè ut exemplar imitandum Advocati cuncti desumant, non multiplicitate sermonum diffusè, sed nervosa ratione concisi; non per sermonem fucatum phalerata verba fulminantes, sed simplici veritate Orationem componentes; non legibus artificiosè confusis, sed sententiarum auctoritate patente; non male facta excusantes, sed ea quæ justè gesta fuerint proponentes, causarum expeditionem anhelando, non protelationes iniquas suggerendo: ne cum Ammiano Marcellino *lib.* 30. deplorare debeamus, dum dicit; *Et si quidem semel intra retia cœperint, in casibus mille impeditant, per morborum simulationem vicissim consulto cessantes: utque per vulgari juris proferatur lectio una, septem visibiles introitus præparant, dilationum examina longissima contexentes. Et cum nudatis litigatoribus dies cesserint, & menses & anni, tandem obtrita vetustate controversia, intromissa ipsa capita splendoris ingressa, alia secum Advocatorum simulacra inducunt.* Aut cum nostro Falcone decantare *suyr.* 6.

Hi sunt ignari juris, nec limina legum
Prima salutarunt, sed causis omnibus adsunt,
Verbosamque locant operam, frontisque pudorem:
Advocatorum dicunt venalia semper

Ingenia,

Ingenia, & promptas ad nigra, & candida linguas.
Si cauſa egrotat, norunt medicamen in ipſa
Eſſe mora, facili labyrinthus texitur arte
A quo non actor, non filius exeat unquam
Vix proavum lites poſſint finire nepotes.

5 (Sed iſtæ ſententiæ de improbis tantum loquuntur, cum plures diſerti atque ſapientes in forenſi paleſtra militent, quorum dignitatem eleganter explicarunt Imperatores Leo, & Arthemius in *l. Advocati* 14. *C. de advoc. diverſ. judic.* cujus verba licet vulgaria, non pudet repetere. *Advocati qui dirimunt ambigua facta cauſarum, ſuæque defenſionis viribus in rebus ſæpe publicis, ac privatis lapſa erigunt, fatigata reparant, non minus providem humano generi, quam ſi prædiis, atque vulneribus patriam parentemque ſalvarent. Nec enim ſolos noſtro Imperio militare credimus illos, qui gladiis clypeis, & thoracibus nituntur, ſed etiam Advocatos: militant namque cauſarum patroni, qui glorioſæ vocis confiſi munimine, laborantium ſpem vitam & poſteros defendunt.* Egregie quidem) de quo plura per Xamar *in tract. de offic. Jud. & Advocat. p.* 2. Petr. Gregor. *lib.* 49. *Syntagm. cap.* 5. *ex num.* 30. Ciriac. *tom.* 2. *controverſ.* 207. *num.* 44. Joan. Bapt. de Thoro *in comp. deciſ. tom.* 1. *verb. Advocati in Republica*, Gratian. *diſcept. forenſ. c.* 186. *ex n.* 59.

6 Sed ut pergamus mentio ejuſdem diſputationis habetur, in *authent. ſi teſtis productus*, *C. de teſtib.* ibi: *ut ſi is habita diſputatione ſervus eſſe apparuerit.* & in Novel. *de teſtib.* 90. *collat.* 7. *cap.* 2. *quia vero multi, verſ. ſi vero deducens*, ibi: *ipſe diſputationem acceperit.* & *c. ſi vero dicatur*, ibi: *diſputationem vero de ſtatu ſervetur ratio.* In jure Pontificio etiam mentio habetur, *c. in cauſis* 15. *ad fin. de teſtib.* ibi: *Super dictis teſtium cum fuerint publicata publice poteſt diſputari.* Quæ verba non ſolum facultatem de qua loquimur, verum etiam refellendi teſtimonia ex defectibus ipſarum atteſtationum, in ſcriptis, ut *alibi* dixi. Idem *in c. dudum* 22. §. *cum autem de elect. & elect. poteſt.* ibi: *cum allegationes pro eodem Præpoſito Sancti Georgii coram Judicibus ipſis propoſitæ, nobis non fuerint præſentatæ.*

7 Ex quibus valde neceſſarias eſſe ad meliorem cauſarum expeditionem concludunt Bartol. *in extrav. ad reprimendam*, §. *de plane. n.* 3 Speculator. *lib.* 2. *p.* 2. *tit. de diſput. & allegat. Advocator.* §. *allegare verſ. quod autem diſputatio hujuſmodi.* Jaſon. *in repet. l. admonendi*, 31. *ff. de jur. Jurand. n.* 14. Joan. Ferrar. Montan. *in ſuo proceſſ. p.* 1. *lib.* 2. *c.* 11. *verſ. qui locus.* Myſinger. *in d. c. in cauſis*, *n.* 17. Gail. *lib.* 1. *obſerv.* 87. *n.* 5. Math. Berlich. *practica. tom.* 1. *concluſ.* 48. *n.* 2. Fontanell. *deciſ.* 9 *per tot. præcipuè n.* 18. Nec obliviſcuntur bonarum litterarum Profeſſores, ut Aulus Gellius, *lib.* 14. *noct. Atticar. c.* 2. Macrob. *lib.* 3. *Saturnal. cap.* 11. Cicero *lib.* 4. *in Verrem.* Quintilian. *lib.* 6. *c.* 4. Barnabas Briſon. *de formul. lib.* 5. §. *formam autem.* & Carolus Sigonius, *lib.* 1. *de Judic. c.* 28. *ad med.*

8 Ex quibus forte diſputationibus, reſponſa prudentum originem ducunt, ut innuere videtur Pomponius *in l.* 2. §. *his legibus latis*, 5. *ff. de orig. jur.* ibi: *ut interpretatio deſideraret prudentum auctoritate, neceſſariam eſſe diſputationem fori.* De cujus interpretatione vide Donel. *lib.* 21. *comm. c.* 3. & ibi Illiger *lit. A*, *in fin.* Cujac. *in cod tex.* Govean. *lib.* 1. *var. c.* 24. & Dionyſ. Gothofr. *lit. E.*

9 De tempore quo diſputationes iſtæ Advocatorum admittendæ ſint, varia Doctores dixere; nam licet unanimes teneant quod poſt publicationem omnium probationum fieri debent juxta tex. *in d. c. in cauſis* 15. *in fin. de teſtib.* alii poſt concluſionem cauſæ faciendas eſſe aſſerunt; qui ſunt Jaſon *in l.* 2. *C. edendo.* Guido,
10 Pancirol. *in prax. civil. p.* 2. §. *ultimus actus*, *pag.* 165. ubi Fauſtin. *verb. ad diſputandum.* Maranta *in prax. p.* 6. *act.* 15. *num.* 2. Gail. *lib.* 1. *obſervat.* 107. *num.* 3. Menoch. *de arbitrar. judic. lib.* 1. *caſ.* 175. Myſinger. *centur.* 3. *obſerv.* 17. *num.* 3. Caravit. *in rub.* 75. *num.* 5. Scaccia de Judic. *lib.* 2. *c.* 12. *n.* 18. Seſſe *deciſ.* 92. *n.* 25. Paz *in prax. tempor.* 10. *n.* 7. & Gratian. *deciſ.* 198. *n.* 11.

Alii vero quod poſt concluſum in cauſa nihil in actis 11
admitti poſſit, & ſic allegationes faciendas eſſe ante concluſionem, elapſis tamen dilationibus, completis terminis, & publicatis teſtibus. Paz *temp.* 9. *n.* 1. *cum ſeqq.* Peguer. *in prax. rub.* 21. *n.* 11. & *ibi* Ripoll. Pichard. *in manuduc. ad prax. p.* 2. *præcept.* 9. Berlich. *d. tom.* 1. *concl.* 48. *n.* 17. Xamar. *de offic. Judic. & Advocat. p.* 3. *q.* 2. *ex n.* 19. Pareja *de inſtr. edit. tom.* 2. *tit.* 6. *reſol.* 3. *ex n.* 131.

Quarum opinionum diverſitas facile ad concordiam 12
reduci poteſt, examinatis dictis horum doctorum, nam primi loquuti fuerunt de allegationibus in jure, quæ Judici extra proceſſum præbentur, ad inſtructionem animi illius quæ nunquam inferuntur, nec inferi poſſunt, ex eo quod prohibitum in Regno Valentiæ ſit allegare leges, & decretales, vel gloſſas, ut dixi *ſup. c.* 1. §. 2. *num.* 7. Secundi vero de diſputationibus facti reſultantis ex probationibus hinc inde factis, quæ in ſcriptis offeruntur, ut in proceſſu inſerantur, & illius pars fiant, quæ quidem ubi ſolemniter concluſio cauſæ fieri debet ea jam facta admittendæ non ſunt; cum de- 13
negata ſit prorſus allegatio & probatio per tex. *in l. ne cauſas* 15. ubi Baldus. *C. de appellat. l.* 2. *C. de relat. c. Judicis*, & ibi Doctores *de procurat. C. auditis, de in integr. reſtit.* pluribus Paz *dict. tempor.* 10. *ex num.* 1. Petr. Gregor. *lib.* 48. *Syntagm. cap.* 17. *n.* 1. Tuſcus *lit. C*, *concl.* 559. *num.* 1. Riccius *in prax. rer. quotid. reſol.* 403. *ex num.* 1. Ciriacus *controverſ. forenſ. tom.* 1. *contr* 67. *n.* 53. Giurba *deciſ.* 26. *n.* 11. noſter Morla *in emper. tit.* 11. *queſt* 4. *n.* 2. Gratian. *diſcept. forenſ. cap* 206. *num.* 32. *& deciſ.* 198. *n.* 11. Ganaverto *deciſ.* 29. *n* 3. apud quos plures reperies.

Iſtæ diſputationes facti nuncupantur in Regno Ca- 14
ſtellæ *eſcritos de bien probado*, quarum partes deſcripſerunt accuratè Paz & Pichardus *ubi prox.* & à noſtris Practicis, & fotis, dici ſolent, *Scriptores reſolutories*, quaſi in eis abſolvatur totius proceſſus ſubſtantia; de quibus loquitur noſter textus, dum in eo cautum habemus, quod elapſis omnibus dilationibus, ſi Actuarius paratus eſt ad tradendam copiam partibus univerſi proceſſus, non per ſolemnitatem exhibendi ſe paratum, ut dixit *hoc* 15
c. § 2. *ex n.* 69. quia ſimilem praxim in hoc articulo non invenio, ſed ex facultate per Judicem conceſſa, concedendi copiam petenti, omnium probatorum; unicuique ex litigatoribus conceditur tempus commune decem dierum ad allegandum quicquid voluerit, eoque elapſo habeatur cauſa pro concluſa, & renunciatum ulteriori allegationi.

Quod opportunè cautum fuit; nam de jure tempus 16
ad hunc effectum certum non datur, ſed arbitrio Judicis relinquitur, quando, & quomodo publicatis jam atteſtationibus contedere voluerit, & cum noſtri fori arbitrium judicis in concedendis dilationibus, ne lites immortales fiant, demere maluerunt, hac de cauſa inclitus Rex Martinus, hanc legem tulit, aſſignando generaliter tempus decem dierum, ad allegandum in facto reſultante ex actitatis, & probatis, cujus diſpoſitio obſervari ad unguem juſſa fuit *in* 4. *Pragm. Proregis Dnis de Maqueda anni* 1556. At iſta generalitas allegandi quic- 17
quid partes voluerint, intelligi debet eo modo quo fiat in unico ſcripto ad cauſam principalem *for.* 69 *Cur. ann.* 1564. *c.* 302. *act. Brach. Regal. anni* 1616. ſub pœna obſervari jam juſſum *in c.* 18. *Pragm. Proregis Veſpaſiani Gonzaga anni* 1557. Quoad incidentes articulos, per partes in diſcurſu litis ſuſcitatos, una alterave allegatio cujuſque 18
partis admittenda eſt, cæteræ vero lacerandæ *c.* 3. *d. pragm. anni* 1556. Sed de his parum, vel nihil partes curant, cum allegationes ſæpius repetitæ placeant, & ſemper placebunt; partibus, quia credunt in hoc conſiſtere ſuarum litium victoriam: & Patronis, quia iſtæ ſunt feriæ meſſis & vindemiarum. Judices enim deficiēte partis inſtantia, parum attendere præ multitudine negotio-

rum valent; neque ex mero officio in civilibus aliquid ſtatuere decet, ut alibi dixi, ne ſuſpicio oriatur, ac recuſatio ſubſequatur.

19 Sed quia diximus §. *præced. numer.* 2. quod in noſtro Regno inſtrumenta edi poſſunt uſque ad publicationem ſententiæ, *& num.* 110. quod ſi poſt concluſum in cauſa producantur, & ab adverſario poſtuletur dilatio impugnativa, concedenda erit, dubitari poſſet an ea conceſſa, & elapſa, concedendum ſit iterum tempus decem dierum ad allegandum, juxta diſpoſitionem noſtri fori? inquiſitis judiciis antiquis, ſolum reperio quod omni cum effectu ſpectarum hoc tempus
20 fuit, poſt elapſam dilationem impugnativam, antequam concluſio fieret, ſed nullo decreto, vel inſtantia adhibitis, & in plurimis neque allegatione facti exhibita. Et ſi inſtantia per quam hoc poſtulatur, adhibeatur, diſtinguendum arbitror; ſi inſtrumenta edita nullius momenti ſint, prout frequenter evenire ſolet, quando eo modo eduntur; nullaque probatio ad impugnationem facta reperiatur, non erit concedendum tempus ad allegandum, quia nihil de novo actitatum fuit, quod diſputari poſſit: nam tempus hoc conceditur ad diſputandum de probatis, & actitatis; & cum nihil probatum ſupponamus, non entis nullæ ſunt qualitates text. *in l. eius qui in provincia, verſ. quaniam, ff. ſi cert. petat.* cum aliis plurimis adductis per Barboſ. *axiom.* 162. *num.* 1.

Si vero probationes factæ ſint, & inſtrumenta poſt concluſionem producta factum ſubſtantiale ad litem contineant, tunc erit concedendum aliquod tempus commune partibus ad diſputandum, & allegandum ſuper his noviter deductis, poſt traditam, ſeu conceſſam copiam, eorum arbitrio ejus taxandum, ita ut minus ſit decem dierum, quia regula generalis contenta *in for.* 35. *de teſtib.* per quam Judicibus conceditur facultas arctandi dilationes, non vero prorogandi, comprehendit hoc tempus; quod licet de ſubſtantialibus Judicii non ſit, tamen neceſſarium credo, quia per forum eſt introductum, & ſic denegari non poteſt ſi modo debito poſtuletur, ut in ſimili dixit Giurb. *deciſion.* 26. *num.* 12.

21 Concluſio cauſæ formaliter fieri ſolet, eo modo quo traditur à Paz *in prax. d. temp.* 10. *num.* 2. *& ſeqq.* qui obſervatur in hoc Supremo, ſicut in cæteris Curijs, & Senatibus in hac Regia Urbe reſidentibus. Sed in Regno Valentiæ ſolemniter concluſio non fit, nec renunciatio quoad productionem inſtrumentorum inducitur, ut in noſtro textu clare cautum eſt. Praxis
22 vero ea eſt, ut pars quæ concludere cauſam ad diffinitivam deſiderat, impetret à Judice præceptum *de ponendis proceſſu, & actis per totum diem ſequentem, ſuper tota cauſa*: ſi de concluſione agatur alicujus articuli *de ponendis proceſſu & actis, ſuper reviſione, nullitatibus vel talis ſupp.*

Et nonnunquam nulla facta inſtantia coram Judice, cum verbo tenus facienda ſit, intimandum parti da-
23 tur, ut ſupponit *art. cur. 6. Brach. Eccleſiaſt. & Militar. anni* 1616. cujus decretum, *obſervari conſueta* mandat, & nemini in foro verſanti ignotum eſt, vigere ſimilem conſuetudinem; ſi enim facta intimatione, modo ſolito, hujus præcepti pars acquieſcit, pro concluſa cauſa habetur, ut dixi, reſpectu cauſæ criminalis *ſup. cap.* 8. §. 6. *num.* 46. cujus concluſionis forma mentionata eſt *in for.* 15. *Cur. anni* 1552. De cujus materia videndi ſunt, præ-
24 ter relatos, Capella, Toloſana *deciſ.* 14. Peguer. & Ripoll. *in prax. Rub.* 20. *per tot.* Rota Romana *deciſ.* 1. *de teſtib. in Antiquis.* Myſinger. *centur.* 4. *obſer.* 81. *& cent.* 6. *obſervat.* 56. Pancirol. *in prax. part.* 2. §. *eſt & alius actus, pag.* 163. ubi Fauſt. *verb. concluſum pronunciat.* Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *caſ.* 45. *num.* 3. *& ſeqq.* Scaccia *dict. lib.* 2. *cap.* 12. *numer.* 16. Gratian. *deciſion.* 198. *per tot.* Afflict. *deciſion.* 352. Bellamera *deciſion.* 57. *&* 252. Gail. *obſervat.* 107. *lib.* 1. Novar. *ad pragmat. Neapol. titul. de Ordin. Judicior. collect.* 13. *ex num.* 1. Riccius *dict. reſol.* 403. Petr. Gregor. *dict. lib.* 48. *cap.* 17. *ex num.* 1. Poſtius *poſt tract. de manuten. deciſ.* 365. *tot.* Giurb. *deciſion.* 83 *tot.* Gratian. *diſcep. forenſ. c.* 61. *ex num.* 12. *& c.* 206. *ex num.* 29. *& c.* 438. *num.* 1. Ant. Amat. *variar. lib.* 2. *reſol.* 71. *ex num.* 19.

Si autem adverſarius in lite, rationem habet, propter 25
quam concluſioni acquieſcere non debet, diſſenſum interponit eam allegando cum proteſtatione nullitatis, mediante *actu comparendo*; cui illa quæ concluſit, tempore injunctionis reſpondere ſolet, *ſe nulla copiam, ſed quod fiat juſtitia.* Et nonnunquam allegat rationem, quæ ſi alias ex actis non reſultat, deſpici ſolet cum de eis quæ parti non injunguntur, habenda ratio non ſit *d. l. de unoquoque, ff. de re judic.* cum vulgatis. Et in præli- 26
baro caſu diſſenſus, ſi judex rationem illius frivolam arbitratur, ad pronuntiandum procedit; ſi vero ſubſtantialem rationem exiſtimat, quid fiendum decernit, concluſione non obſtante, quia per dictum præceptum *de ponendis actis* ab una parte obtentum, abſque cauſæ cognitione, vel ut frequenter evenit, à Judice non pronuntiatum, non eſt auferendum jus alteri, ad inſtruendam cauſam durantibus terminis, ut ſæpe evenire ſolet; cum plurimi litigatores, imprudenter cauſam concludant, antequam tempora probandi, allegandive finita ſint.

Et licet quoad eos renuntiatum ulteriori probationi videatur, ex dictis *ſup. num.* 13. quibus adſtipulantur tradita per Surdum *conſ.* 8. *ex num.* 20. *lib.* 1. *& conſ.* 176. *per tot. lib.* 2. Farin. *quæſt.* 75 *prax. crim ex num.* 315. Gratian. *diſcep. foren. cap.* 158. *num.* 20. Fontanell. *deciſion.* 102. *num.* 20. quoad aliam partem renuntiationem pro- 27
ducere nequit; dum non acquieſcat, ſi jura ſua proteſtetur, quo illæſa ei remanent, abſque eo quod neceſſaria ſit reviſionis poſtulatio, juxta *cap.* 3. *pragm. D. R. Philip.* 2. *anni* 1564. In quo judicibus facultas ſcrutandi hæc conceſſa fuit, itaut revocare ſimiles concluſiones poſſint; de quo tractant Felin. *in C. cum dilectus, num.* 13. *de fid. inſtrum.* Abbas *in c. cum Ioannes, num.* 8. *eod. tit.* Paz *d. tempor.* 10. *num.* 15. Scaccia *d. c.* 12. *ex n.* 28 Gratian. *diſcep. forenſ. cap.* 438. *n.* 11. *& d. deciſ.* 198. *n.* 16. Valenz. *conſ.* 165. *n.* 21. apud quos plures.

Sed quia Relatores extranei ab ipſo Senatu excluſi 28
fuerunt, & juſſum quod ipſi Judices, quibus lites inſtruendi, & examinandi cauſa committuntur, Relatorum munus adimpleant *for.* 7. *Cur. ann.* 1604. ut tradit late Dominus Creſpi *obſer.* 10. *n.* 1. & de Cathalonia reſtantur Peguera, & Ripoll. *in prax. Rub.* 5. *num.* 1. Fontanell. *deciſ.* 10. *num.* 22. & de cæteris Regnis Coronæ Aragonum, ac noſtro Supremo compertum eſt, ac de Provincijs totius Italiæ ſcribunt Faber *in C. lib.* 3. *tit.* 4. 29
diff. 3. Carleval. *tom.* 2. *de Iudi. titul.* 2. *diſput.* 2. *num.* 11. Thoro. *de Magiſtr. Neapol. tit. de Præſid. R. conſil. & tit. de R g. conſiliar.* Franchis idem Thoro, Sanfelicius, Prato & cæteri Neapolitani, qui in deciſionibus notant frequenter Relatores ex ipſis judicibus: idem Conſiliarii relationes private faciunt cæteris judicibus, nulla ex partibus, vel earum procuratoribus, Advocatiſve, intercedentibus, niſi expreſſe relatio publica poſtuletur, quia tunc concedi debet, & in Regia Audientia fit per 30
ipſum Judicem, cui inſtruendi gratia lis commiſſa fuit: in Supremo vero per Relatorem extraordinarium ad hoc aſſignatum ex alijs conſilijs, ut Dñs Creſpi notat *ubi proxime.* Antiquitus in Regia Audientia parte poſtulante relatio in ſcriptis per Judicem ſubſcripta tradenda erat *ut in eod. for.* 7. cautum erat: ſed poſtea immutata fuit iſta diſpoſitio per *for.* 83 *Cur. ann.* 1626. ita ut memoriale facti faciendum ſit parte perente, cum interventu & ſubſcriptione ambarum partium, eodem
31 pacto, quo fit in Supremo. Et cum in eo hæc pertineant ad Relatorem extraordinarium, & in Civitate Valentiæ nullus Relator habeatur poſt Curiam *d. anni* 1604.

committi

committi ſolent uni ex Advocatis, partibus non ſuſpectis, qui defectum ſupplet: quæ praxis in litibus magni momenti admiſſa viget; ſed non ex poſtulatione memorialis ſuſpendi debet ſolemnis relatio, licet pars poſtuler, ut in hoc Supremo obſervari vidi.

32 Relationis publicæ uſus rarus eſt in Regia Audientia, nam eam ſemel facere vidi, antequam munus Senatoris obtinuiſſem, in cauſa poſſeſſoria comitatus de Bicorp, *anno* 1644. in hoc Supremo quoties Relator extraordinarius adhiberur. In Curiis Iudicum inferiorum

33 Relationes publicæ per Actuarios, alibi factæ prorſus ab uſu excluſæ ſunt, ſed religioni cujuſvis Iudicis relictum viget, quod per ſe proceſſus & acta privatim inſpiciat, & Advocatos informantes domi audiat, ſive agatur de interloquutoria, ſive de deffinitiva ſententia: conſcientiæ eorundem committendo neceſſitatem cuncta rimandi, ut dixit Conſtantinus *in l. 2. C. Theodoſ. de Iudiciis.* Et cum ſententiæ molina continere debeant, juxta *for. Cur. ann.* 1564. ex inſpectione eorum deregitur an actitata ſervatus ſit.

34 Sed non ex eo quod relationes in Regia Audientia fiant abſentibus partibus earundem juribus nocumentum reſultat. Utrumque expertus ſum, nempe cauſas judicando per relationes factas ab ipſis Iudicibus ſecretè, in Regia Audientia, & in hoc Supremo quoties Adſociati Iudices per Principem dati non ſunt: & per relatores extraneos in Aula ſuprema criminum, & Senatu Novi Orbis, & per Actuarios Provinciæ. Si enim meum judicium expoſcit, ingenue dicam ea quæ percepi: quoad Iudices levior modus eſt expediendi lites per alienas relationes: quia mechanicus labor colligendi factum, & referendi, maximopere fatigat: quoad partes vero, & quoad ſecuritatem conſcientiæ ipſorum judicum ſanior forma expediendi eſt per relationes factas ab ipſis Iudicibus, qui cuncta accurate rimant, ut juſtum judicium proferri poſſit, nunquam omittendo ea quæ apicem difficultatis attingunt: externorum vero relatorum, vel ſcribarum relationes, ſive per ignorantiam, ſive per oblivionem, ſive per dolum ſæpe ſæpius laborant, quod mathematica demonſtratione percipies, ſi bis ejuſdem litis relationem audis, ſive ab eodem, ſive à diverſis fiant.

35 Concluſa cauſa modo prædicto, & relata ſecundum formam aſſuetam, in unaquaque Curia Advocati audiendi ſunt, ſive verbo orent, ſive in ſcriptis allegent: utroque namque modo diſputationes fieri poſſunt, & debent propter utilitatem inquirendæ veritatis, ut ex Herennio Modeſtino docuit Archadius Chariſius *in l. numerum* 18. §. *mixta* 26. *ff. de munir. & honor.* ut notat Prato *diſcep. forenſ. tom. 4. cap. 42. num.* 26. quamtumvis ex nimia diſputatione veritatem aliquando perire aſſerat Parlador. *lib. 1. rer. quotid. cap.* 6 §. 2. *num.* 14. in voce Ad-

36 vocatorum orationes publicæ raro audiuntur in Regia Audientia; domi vero frequenter; ſed parte petente unum, vel duos pro unaquaque parte Iudices audire tenentur; ita ut ne amplius quam unius diei Audientia conſumatur in audiendis allegationibus cujuſque partis, ut cautum eſt *in cap. 6. Reg. pragm. Dom. Carol. V. d. ann.* 1543. quod admittendum eſt, abſque retardatione proceſſus ſive expeditionis cauſæ *for.* 20. *Cur. ann.* 1604. de quo Peguera & Ripoll. *in prax. rub.* 23. *n.* 2. Xamar *d. p.* 3. *queſt.* 2. *num.* 27. Poſtius *de manutenend. obſer.* 102. *n.* 8.

37 In ſcriptis autem allegationes juris, Iudicibus tradunt, ad quas ſcribendas tempus poſtulari ſolet, & dubitari poſſet an concedendum ſit? & de rigore juris nequaquam concedendum arbitror: nam ſi ex *dict. for.* 20. *Cur. ann.* 1604. Advocati verbo tenus orantes, audiendi ſunt abſque retardatione expeditionis cauſæ, multo minus retardari poſſet ex conceſſione temporis ad ſcribendum.

38 Sed ex communi ſtylo competens tempus conceditur, non formiter in actis adnotando, ſed verbo; niſi in cauſa valde intricata, vel ardua, ne aliquis dicere poſſit inauditum condemnatum fuiſſe, ex pluribus prudenter conſideratis per D. Creſpi *d. obſ.* 10. *num.* 30. *cum ſeqq.* quia denegare hujuſmodi audientiam, magnam & præcipuam partem defenſionis excluderet *d. l. advocati* 14. *C. de advocat. diverſ. Judic.* notant Oſaſcus *deciſ.* 1. *num.* 13. Poſtius *de manuten. obſ.* 102. *num.* 10. Barboſa *in collect. dict. l. advocati, num.* 1. Ciriacus *tom. 3. contr.* 413. 39 *& num.* 8. Giurba *deciſ.* 68. *num.* 2. *cum ſeqq.* Sed ſæpius ridicula eſt querela, quando poſt plures annos litigii partes, quæ tandiu reticuerunt, ſub prætextu allegandi de jure, novas protelationes captare procurant; de quo plura per Ciriacum *d. contr.* 413. *n.* 50. & 57. in quo multum judicis arbitrium ſupponit, regulatum ex ratione tex. *in l. 2. C. de dilat.* nempe, actori tempus denegando; quia paratus ad judicium venire ſolet & debet: reo vero concedendo: *quoniam inſtructus eſſe non potuit, qui præter ſpem ad judicium trahitur.*

Dubitari etiam ſolet, an partibus edendæ ſint ſimiles allegationes? Et juxta ſtylum Regiæ Audientiæ edendæ non ſunt, ſed in hoc Supremo parti petenti edi mandantur. Quæſtionem hanc late diſputant Xamar *d. quæſt. 2. ex num.* 31. & Pareja *d. tit. 6. reſol. 3. ex num.* 132. quare non immoror credendo quod plenius utrique parti conſultum eſt, quando æqualiter eduntur ſive communicantur. Quia cauti litigatores, per fas, vel nefas earum copiam conſequuntur, penetrando vim reſervatam adverſarii, quam diluere conantur ſtatim, eo impudentiæ perveniendo, ut per numeros marginales allegationibus fraudulenter habitis, ſatisfacere non vereantur. Qui ingenue procedunt eo beneficio carent, & ideo cum æqualitas in judiciis maximopere deſideretur, *c. 1. de ſent. & re judic.* cum vulgat. adductis per Giurb. *deciſ.* 47. *n.* 12. meliorem teneo eſſe obſervantiam edendi ſive communicandi.

Habent amplius litigatores in noſtro Regno remedium opportunum ad ſua jura tuenda, nempe via poſtulandi, quod ſibi dubia, & difficultates ex lite reſultantes, quoad originalem juſtitiam, communicentur; nam ita faciendum per Judices ad verbalem partis poſtulationem cautum eſt *in for. 15. Cur. ann.* 1552. *in for.* 71. *Cur. ann.* 1564. & *in for.* 51. *Cur. ann.* 1604. Quod in cauſis arduis civilibus conceſſum eſt, in hoc Supremo, & Regia Audientia inconcuſſe obſervatur, prævia conciliari 42 deliberatione, virtute dictorum jurium; tumque competens tempus arbitrio judicis regulatum, conceditur ad reſpondendum; quia ratio naturalis dictat ſic faciendum eſſe: fruſtra namque dubia communicarentur, niſi ſpatium aliquod ad reſpondendum, concedendum eſſet.

Hic ſtylus in univerſa Italia & cæteris Coronæ Aragonum Regnis viget, de quo videndi tex. *in cap. tantum* 32. *queſtion.* 7. Bulla 42. *Ioannis XXII. apud* Cherub. in *Bullar. p. 1. pag. in.* 166. & Bulla *Pii IV.* 44. *apud eundem p. 2. pag.* 58. Accurs. *in l. Officium, verbo ſuum, ff. de legat.* 3. Aretin. *conſil.* 14. *colum.* 11. *in fin.* Gratian. *diſcep. forenſ. c.* 72. *num.* 45. Cæſar Barz *deciſ. Bonon.* 6. *in fin.* Gregor. Lopez *in l.* 13. *tit.* 4. *part.* 3. *glo.* 2. Burgos de Paz *in pragm. leg. Taur. num.* 286. Bobadilla *in polit. lib. 2. c. 5. num.* 50. Ruginell. *de appellat.* §. 6. *glo. 2. cap.* 3. *num.* 7. Rota *in recollect. per Penam, deciſ.* 300. & *part.* 6. *recentior.* 177. late Lotterius *de re beneficiar. in apparatu ex num.* 167. Iom. Tanglius *tract. de ſacr. Rot. Roman. Auditorio, cap.* 1. *num.* 26. *cum ſeq.* Burat. *deciſ.* 327. *à num.* 1. Cancer *var. lib.* 3. *c.* 17. *num* 407. Fontanella *deciſ.* 461. *per tot.* Peguera & Ripoll *dict. rub.* 23. *ex num.* 1. Xamar *d. p.* 3. *q.* 2. *num.* 24. Giurba *deciſ.* 68. *num.* 2. Sed cum hac diſtinctione, quod in Regno Valentiæ dubia non communicantur ſemper prout in Rota fit, & in Senatibus Italiæ puncta aperiri ſolent, neque per Relatorem ſubſcribuntur, aut in actis inſeri mandantur: ſed parti petenti in ſcriptura ſimplici communicantur in arduis,

ut infra decem vel quindecim, vel menſem ſatisfaciat; ſic hoc jure utimur.

44 Quibus quidem peractis ad pronuntiandum diffinitive procedendum eſt: ſed quia in omni genere cauſarum Sententia finem judicio imponit, reſeruanda eſt tractatio ad *cap.* 12. Deus qui dedit velle, concedat pariter & perficere.

CAPUT X.

De Judicio Summario condemnativo.

§. I.

De cauſis ſummariis condemnativis, in quibus differant ab ordinarijs, & de privilegio Viduarum in exactione dotis ad interpretationem for. 11. de Clam. non mut. *cum aliis juribus.*

PETRUS II. REX. Anno 1363. Montiſoni.

TEXTUS.

ITEM com moltes Veus ſe ſia ſdevengut, que malicioſſament hom fa pledejar les Víndes, que demanaen proviſio en los bens del marit, apres mort de aquell. Perçoſia proveit, e ordenat, que tot plet, o contraſt que ſera de proviſio, que ſera demanada per alguna Viuda, ſia dite determinat ſummariament, e de nua paraula, ſens ſcrits. Plau al Senyor Rey.

SUMMARIUM.

1 *Cauſa omnes ſummariè, & de plano tractari debent in Regno Valentiæ, & quare.*
2 *Declarat habito reſpectu ad ſolemnitates juris communis, non ad ſolemnitates forales.*
3 *Summaria cauſa diſtincta à plenaria expreſſa reperitur in jure civili Romanorum.*
4 *Iura in quibus mentio de cognitione ſummaria reperitur expenduntur.*
5 *Doctores hanc differentiam notantes, memorantur.*
6 *Summaria cauſa, quæ ſint? remiſſivè.*
7 *Summaria cauſa quæ dicatur?*
8 *Summaria cauſa excludit ſolemnitates juris civilis, & retinet ſubſtantialia juris naturalis.*
9 *Cauſa executiva, lato modo* ſummaria *dici ſolet, ſed differt ab ea de qua tractamus natura.*
10 *Cauſæ omnes regulariter plenariè tractandæ ſunt.*
11 *Cauſæ ſummariæ fiunt ex triplici ratione.*
12 *Cauſæ ſummariæ expreſſe diſtincta ab ordinarijs in foris Valentiæ.*
13 *Doctores Valentini hanc differentiam agnoſcentes.*
14 *Cauſæ ſummariæ quæ ſint, ex foro Valentiæ.*
15 *Cauſa ordinaria ſolemnem oblationem libelli expoſcit.*
16 *Summaria libellum ſolemniter oblatum non requirit, ſed facti narrationem claram ut in actis redigi poſſit.*
17 *Praxis Regiæ Audientiæ, & Curiarum Iudicum inferiorum.*
18 *Summaria cognitio neceſſitatem citationis non excludit.*
19 *Summaria cognitio decretum* ad tertiam *ſemper exigit, ordinaria vero* ad quintam, *niſi ſit minoris ſummæ petitio.*
20 *Summaria cognitio non admittit diſcuſſionem exceptionum dilatoriarum.*
21 *Praxis Regiæ Audientiæ cum deciſionibus.*
22 *Deciſio Supremi confirmans praxim Regiæ Audientiæ.*
23 *In ſummariis cognitionibus allegatio exceptionum dilatoriarum admittitur, & de eis ſimul cum originali Iuſtitia cognoſcitur.*
24 *Ordinaria cognitio litis conteſtationem requirit.*
25 *Summaria cognitio litis conteſtationem non exigit cum primus actus Iudicialis provocati ad iudicium, habetur pro conteſtatione litis.*
26 For. 5. de clam. non mut. & for. 7. de Cur. & Bajul. *expenduntur.*
Praxis Regiæ Audientiæ, ibid.
27 *Ordinaria cognitio plenas dilationes probatorias admittit.*
28 *Summaria cognitio breviores dilationes requirit.*
29 *Fori Valentiæ ampliſſimum arbitrium judicibus concedunt in coarctandis dilationibus.*
30 *Summaria cognitio an admittat exceptiones reprobatorias teſtium, & inſtrumentorum.*
31 *Poſtulans dilationem impugnativam, vel objectivam, recedere videtur à via ſummaria.*
32 *Cauſa ſemel ſummariè intentata, ſemper remanet ſummaria.*
33 *Facultas reprobandi teſtes, vel inſtrumenta non excluditur, ſed admittitur ſecundum quod natura cauſæ poſtulat.*
34 *Praxis Regiæ Audientiæ.*
35 *Quid ſi inſtrumenta producantur poſt dilationem?*
36 *Summaria cognitio concluſionem non requirit.*
37 *Praxis Regiæ Audientiæ.*
38 *Summaria cognitio ſententiam patitur de probatis, licet non deductis.*
39 *Libello oblato in cauſa ſummaria quæ obſervanda ſint?*
40 *Libelli additio in ſummarijs quo pacto fiat.*
41 *Sententia lata in judicio ſummario, non facit jus abſolute inter partes.*
42 *Secus in judicio ordinario.*
43 *Ordinaria cognitio cumulationem admittit quorumcumque actorum.*
44 *Summaria cognitio non admittit cumulationem actorum ordinaria.*
45 *Summaria cognitio non debet retardari ſimili cumulatione.*
46 *Cumulationis materia pulchra.*
47 *Exceptio*, continentiæ cauſæ *acta Iudiciorum diverſa natura cumulare facit & quare.*
48 *Exceptio* continentiæ *opponi debet.*
49 *Deciſiones Regiæ Audientiæ.*
50 *Sed raro aut nunquam continentia adeſt inter ordinariam, & ſummariam.*
51 *Poſſeſſorium habens admixtam cauſam proprietatis cumulandum eſt cum petitorio.*
52 *Ordinaria cognitio reconventionem ſemper admittit.*
53 *Summaria regulariter excludit.*
54 *Niſi cauſa reconveniendi ſummaria ſit.*
55 *Ordinaria cauſa ſummariam abſorbit.*
56 *Summaria cognitio introducta eſt favore actoris.*
57 *Summaria cognitionis diverſæ ſpecies quoad ſe reperiuntur.*
58 *Viduæ miſerationis gratia plurimis privilegijs funguntur.*
59 *Vidua privilegium electionis fori obtinent.*
60 *Ratio hujus privilegii elucidatur.*
61 *Viduæ habent privilegium cognitionis ſummariæ.*
62 For. 112. de Cur. & Bajul. *expenditur.*
63 *Text.* in c. 1. diſtinct. 87. *expenditur.*
64 *Vidua recurſum habent ad Tribunal Eccleſiæ data negligentia laici.*
65 *Pupilli, & cæteræ miſerabiles perſonæ hoc privilegio gaudent.*
66 *Tex.* in l. illicitas, §. ne potentiores, ff. de offic. Præſ. *expenditur.*
67 *Hoc privilegio gaudent miſerabiles perſonæ dum agunt; ſecus ſi conveniantur.*

68 *Viduis*

68 *Viduis specialiter indultum dum agunt contra bona mariti.*
69 Provisionis *nomen plura significat.*
70 *Dos est patrimonium mulieris, ex quo ali debet.*
71 *Jura dotalia quæ sint Valentiæ.*
72 *Cognitio summaria debetur agenti pro dote.*
73 *Dotis privilegia plura.*
74 *Tex.* in §. 1. tit. qualiter olim in vsib. feu. *explicatur.*
75 *Dotis privilegium non ex paupertate descendit.*
76 *Divitis filia, pauper non est.*
77 *Dos favorabilior est Fisco.*
78 *Fiscales causæ summarie expediuntur.*
79 *Doti in Regno Siciliæ via executiva conceditur, etiam vivente marito.*
80 *Quamvis instrumentum in formam ritus confectum non sit.*
81 *Via executiva concessa per statutum instrumento, procedit pro his quæ virtualiter insunt.*
82 *Via executiva non conceditur pro dote Valentiæ.*
83 *Idem de jure communi.*
For. 5. de execut. rei Judic. *expenditur, ibidem & numer.* 101.
84 *Conventiones & pacta Valentia paratam habent executionem.*
85 *Convenio de solvenda, vel restituenda dote semper extat in pactis dotalibus.*
86 *Via executiva instrumenti procedit à clausula guarentigia.*
87 *Vis instrumenti guarentigia roborati, tribuitur à lege.*
88 *Via executiva an debeatur cuicunque publico instrumento?*
89 *Via executiva æqualiter debebitur marito pro dote, celebratis nuptijs.*
90 *Via executiva secundum foros non debetur pro dote.*
91 *Pacta nuptialia Valentiæ non roborantur guarentigia.*
92 *Guarentigia, non solum vi legis, sed voluntatis contrahentium viam executivam tribuit.*
Judicis Cartularii præceptum non tribuit vim guarentigiæ, quia auctoritate caret. ibid.
93 *Guarentigia robur à voluntate contrahentium lege vallata pendet.*
94 *Guarentigia substantia secundum communem istam Hispaniæ.*
95 *Guarentigia & ejus effectus pertinent ad substantiam & complementum contractus.*
96 *Via executiva producitur ab expressa conventione.*
97 *Guarentigiæ verbum quid importet?*
98 *Gallorum opinatio impugnatur.*
Tex. in §. sin autem inter pares, tit. de lege Corrad. in vsib. feud. *expenditur, ibid.*
99 *Instrumenta publica de jure viam executivam non producunt.*
100 *Idem antiquitus observabatur Valentiæ.*
101 *Generalis dispositio non derogat specificam absque expressa mentione.*
102 *Consuetudo optima legum interpres.*
103 *Instrumenta nuptialia Valentiæ guarentigia carent.*
104 *Leges recopilationis Castellæ de via executiva loquentes interpretantur.*
105 *Doctores Castellæ sanioris doctrinæ pro nostra interpretatione calculum ponunt.*
106 *Concordia pugnantium opinionum.*
107 *Regni Siciliæ observantia exorbitans ostenditur.*
108 *Via executiva, ut in eo Regno debeatur instrumento, debet confici in forma ritus.*
109 *Instrumenta guarentigia roborata non pariunt viam executivam si illiquida sint.*
110 *Pacta dotalia liquida non sunt.*
111 *Promissio de solvenda, vel restituenda dote est conditionalis.*
112 *Via condemnativa, summaria tamen requiritur ad liquidandas conditiones.*
113 *Instrumentum dotis illiquidum, an alio instrumento liquidari valeat?*
114 *Ex conjunctione plurium instrumentorum insurgere potest liquida probatio.*
115 *Instrumentum promissionis dotis, non est idem cum pactis nuptialibus.*
116 *Liquidatio instrumenti requirit Judicium præparativum.*

Licet *cap. præced. §. 1. num. 6. & 329.* dixerimus quod secundum foros Valentiæ omnes lites judicandæ sunt ex bono & æquo, attenta facti veritate, absque figura, vel strepitu Judicii; ex quo recte inferri valet, quod omnes, ratione ordinis, summarie expediendæ erant, ex pluribus adductis per Octavianum Chaqueranum in decisionibus Senatus Pedemontani *decis. 1. per tot.* Gundisalvum, Suarez de Paz *in praxi advoc. 1. de judicio, n. 30.* Prosperum Farinacium *in reperior. judicial. q. 34. cum seqq.* Augustinum Barbosa *in Clement. sæpe contingit, de verb. signif. & de clausul. & suffreq. clausul. 173. ex num. 2. & clauf. 176. ex num. 3.* Ptæsulem Nicolaum Fermosinum *tom. 1. in c. dilecti 6. de judic. q. 16. ex n. 1.* Qui uno ore tenent idem importare sæpè dictam clausulam, ac expressam dispositionem cognoscendi summariè, de omni lite: quod cum Andrea Gailio notaverat ex nostræ coronæ Doctoribus Fontanella *decis. 133. num. 6.* nec esset novum, cum in Regno Neapolis omnes causæ summariè, & de plano terminentur, ut pluribus tradit doctissimus Thomas Carlevalius, *tract. de judic. lib. 2. tit. 2. disput. 4. num. 7.* 1

Tamen hoc intelligi debet, habito respectu ad solemnitates, & ritus per jus civile Romanorum inductos, in solemnibus Judicijs, quorum plures jura nostra rejecerunt; non autem habito respectu ad solemnitates, & ritus judicii plenarii sive ordinarii, secundum forales dispositiones instituti: quia intra cancellos eorundem fororum, aliæ causæ plenariam cognitionem requirunt, aliæ vero speciali ratione privilegiatæ, celeriori via, summariaque cognitione terminari jubentur. Primæ speciei exemplum habemus *in for. 11. de execut. rei judic.* ibi; *salvo dret al allegant en altra instancia de juhi plenari.* Secundæ vero in nostro textu, ibi: *sumariament & de nua paraula in foro. 31. de evictione, ad fin.* ibi: *per via ordinaria: en la qual sia procehit breument è sumaria*, & sic in aliis. Quæ quidem differentia excludi non valet ex verbis Justiniani, *in prin. Instit. de succes. sublat.* ibi: *& tunc locum habebat quando Judicia ordinaria in usu fuerant: sed cum extraordinarijs judicijs posteritas usa est: ideo cum ipsis ordinarijs judicijs, etiam bonorum venditiones expiraverunt.* idem ferme dicit *in §. fin. instit. de interdict.* 2

Ex quo videtur sequi, etiam de jure expirasse cuncta Judicia ordinaria: & cunctas lites extraordinaria cognitione expediri. Sed minime obstat; quia Justinianus in dictis juribus tractat de Judicijs ordinarijs in quantum opponuntur extraordinarijs cognitionibus nos autem de plena causæ discutione quæ opponitur cognitioni summariæ. Judicium namque ordinarium, de quo Justinianus dicit expirasse, erat illud quod sub certa & solemni formula, judicibus datis, Magistratus discutiendum dare solebant, non judicando, sed jus dicendo: extraordinarium vero illud quod ipsi Magistratus in privilegiatis causis nulla data formula, nec lege sibi imposita exercebant. Ordinarium namque sublatum fuit *per l. 1. C. de formul. fol.* sicut datio Judicum per *l. 2. C. de pedan. Judic.* Extraordinaria demum cuncta facta fuerunt, ut Justinianus docet, & explicant Revardus *lib. 1. variar. c. 10.* Govearus *lib. 2. in l. cum alie 13. ff. de Jurisdic.* Donellus *lib. 17. comm. c. 21.* ubi Illiger. *lit. A.* Cujacius *lib. 9. obser. c. 23.* Ant. Faber. *lib 4. conjectur. c. 7.* Pichard. *in princ. inst. de succes. sublat. & in Rub. de interdict.*

terdict. n. 12. Fermoſinus *in c. dilecti. 6. q. 1. n.* 10. *de Judic.* Nos autem tractamus de plenaria cognitione, de qua Imperator in *l. Judices, C. de Judic.* quam ordinarium judicium appellamus, & de ſummaria cognitione quæ ab eo diſtinguitur, non quoad ſubſtantiam, ſed quoad ſolemnitates extrinſecas, quod eſt valde diverſum.

3 Iſta differentia judiciorum ab eodem jure civili originem ducit; nam in eo repetita & expreſſa mentio reperitur cognitionis ſummariæ diſtinctæ ab ordinaria. Docet Ulpianus *in l. à divo Pio* 15. *§. ſi rerum, ff. de re judic.* ibi: *ſed ſciendum eſt ſummatim eos cognoſcere debere.* Hoc ipſum exprimitur in *l. 3. §. cauſa cognitio 4. ff. ad Carbonian.* ibi: *ſummatim ergo cum petitur Carbonianum bonorum poſſeſſio, debet Prætor cognoſcere.* item textu *in l. 1. §. quod ſi ſit, 9. ff. de Prætor. ſtipulat.* his verbis. *Prætor debet ſuper ea re ſummatim cognoſcere, & cautum jubere, aut denegare.* Bonus ad rem textus *in l. ſi quis à liberis, §. ſi vel parens 8. ff. de liber. agn.* ibi: *ſi vel parens neget filium, idcircoque alere ſe non debere contendat; vel filius neget patrem, ſummatim judices oportet ſuper ea re cognoſcere.* Pariter. tex. *in l. 1. §. ſi ea 14. ff. de ventr. in poſſeſſ. mitten.* ibi: *& ita Divus Hadrianus Claudio Proculo Prætori reſcripſit, ut ſummatim de re cognoſceret.* Id ipſum exprimitur *in l. 3. §. ſciendum, 9. ff. ad exhibendum.* ibi: *Judex igitur ſummatim debebit cognoſcere an ejus interſit.* Deinde *in l. 3. §. 1. ff. ut in poſſeſſ. legat. vel fideicommiſ.* ibi: *Divus Pius reſcripſit eum apud quem ſatis petitur, debere explorare num per calumniam ſatis petatur, de qua re ſummatim debet cognoſcere.*

Ex quibus juribus manifeſtum fit, quod diverſum erat tempore Conſultorum Judicium extraordinarium à Judicio ſummario: quia ut dixi judicia ordinaria exercebantur per Judices, extraordinaria per Magiſtratus: in his juribus non ſolum Magiſtratibus, verum etiam Judicibus jubebatur ſummatim cognoſcere: ergo ſummaria cognitio nihil commune habet cum judicio extraordinario: quod evidenter probat Jacobus Revardus *in d. c.* 10.

4 Eodem pacto in aliis juribus ab interpretibus ad rem adductis dicitur cognoſcendum eſſe de plano, ſine ſtrepitu vel figura judicii, velo levato, ex abrupto & ſimiliter, quæ omnes dictiones referendæ ſunt ad cognitionem ſummariam, de qua tractamus ut in *l. nec quidquam 9. §. de plano, ff. de offic. Proconſ. l. nonnunquam 72.* ubi Gloſ. *ff. de Judic. l. lecta 6. ff. de accuſat. l. miles 11. §. ſexaginta, 6. ff. ad leg. Jul. de adulter. l. de ſumercis 5. Cod. de naufrag. lib. 11. l. ſi quis debiti 6. cum leg. ſeq. C. Theodoſ. de demunt. & edit. reſcriptor. l. in omnibus 3. eodem C. de jur. Fiſci.* In jure Pontificio text. *in c. olim. 26. de accuſat. C. ea quæ, de ſtat. Monachor.* Celebris tex. *in d. Clement. ſæpe, de verb. ſignif.* & in *extravag. ad reprimendam, de Judiciis.*

5 Ad quorum interpretationem videndi Bartol. *in d. ſi quis à liberis, §. ſi vel parens, & in l. fulfinius, §. cum hoc num. 5. ubi apoſt. verb. ſummaria, ff. ex quib. cauſ. in poſſ. eatur.* Baldus *in l. 1. ff. ſolut. matr. n.* 8. Speculator *tit. de offic. Judic. §. poſtremo, verb. ſignanter.* Rebuffus *ad leg. Gal. tract. de ſent. provis. per tot. & tract. de ſent. execut. art. 9. gloſ. 2.* Rava. *lib. ſingul. pro tribun. cap.* 7. Menoch. *lib. 1. de arbitr. quæſt. 18. & de adipiſcen. remed. 4. n. 470. cum ſeq.* Hotoman. *lib. 2. obſer. 4.* Forcatulus *dialog. 8.* Lancellot. Conrad. *de offic. prator. in cauſ. civil. verb. ſummaria cognitio.* Scaccia *de Judic. lib. 1. cap. 53.* Jan. Langl. *ſemeſtr. lib. 2. cap. 1.* Maranta *de ordin. Judic. part. 4. diſt. 8. & 9.* Colerus *de proceſ. part. 3. c. 5.* Myſinger. *lib. 3. obſer. 7. & lib. 6. obſ. 16.* Gail. *lib. 1. cap. 106.* Chaquer. *d. deciſion. 1. & 2.* Donell. *lib. 24. comm. c. 5.* & ibi Illig. *lib. B. & C.* Cujac. *lib. 28. quæ. papin. in l. poſtea 5. §. ſi dies, ff. ut legator. ſeu fideicom. nom. Cav.* Barboſa *in de Clement. ſæpe, & d. clauſ. 176.* Argel. *de adquir. poſſeſſ. quæſt. 2. art. 1. ex num. 18.* Farin. *in dict. report. judicial. quæſt. 34. & 35.* Aſin. *in prax. §. 3. cap. 31. num. 22.* Bolaños *in Cur. Philip. p. 1. §. 14. num. 3. & 4.* Parlador. *rer. quotid. lib. 2. c. 10. ex nu. 1.* Avendaño *reſponſ. 1. ex n. 20.* Balboa *in cap. 1. de libe. obla. à n. 48.* Don Joſeph. Vela *diſcr. 23. ex num. 51.* Fermoſinus *in c. dilecti, quæſt. 17. de Judic.* Dionyſ. Gothoſt. *in d. l. ſi quis à liberis, §. ſi vel parens, lit. Y,* & Jacob. Gothoſr. *in d. l. ſi quis debiti. 6. & in d. l. in omnibus 13.* Ex noſtræ Coronæ Doctoribus Molin. *in reper. for. Arag. verb. ſummarie* & ibi Portoles. Bardaxi *ad for. 8. & 9. de Judic.* Peguer. *in prax. Cathal. Rub. 14. num. 6.* ubi Ripoll. *num. 52. cum ſeqq.* idem *var. lap. 5. num. 218.* Fontanella *de pact. nup. tom. 2. clauſ. 8. num. 17. & d. deciſion. 133. ex num. 2.* apud quos plures alios habebis.

Quæ autem cauſæ hoc privilegio fruantur, deducen- 6
dum eſt ab ipſarum privilegiis, nam regula generalis à jure depromitur, quæ dictat quod omnes lites plenarie diſcutiendæ ſunt in judicio ordinario, text. *in l. Judices. 9. C. de Judic.* deſumpta licet non integre, ex *l. 1. C. Theodoſ. eod. tit.* à qua etiam deſumptum fuit *c. judicantem. num. 30. quæſt. 5.* ut notat Jacob. Gothoſr. *in d. l. 1. in annot.* & in noſtro jure *for. 9. de judic. junctо for. fin. eod. tit.* quam regulam firmant Alexander ad Bartol. *in l. ſi ſocietatem, §. arbitrorum, ff. pro ſocio.* Cardin. *in d. Clement. ſæpe quæſt. 12.* Alvarez *de privil. pauper. part. 1. quæſt. 55. num. 11.* Bardaxi *ad d. for. 9. de judic. n. 4.* Petr. Gregor. *lib. 47. ſyntagm. c. 6. num. 7. & 8.* Cancer. *variar. lib. 3. c. 12. num. 38.* Balboa *in d. c. 1. de libel. oblat. num. 66.* Fermoſ. *in d. c. dilecti, quæſt. 17. num. 3.* Barboſ. *in d. Judices, num. 2.* & Jacob Gothofred. *in d. l. 1.* & cum 7
plures ſint quas enumerat Maranta *d. diſtinct. 9.* non eſt noſtrum tranſcribere, ſed tantum inſinuare quod exceptio illius regulæ triplici de cauſa procedere poteſt, vel à jure communi, vel ex reſcripto Principis, vel à jure municipali, ut explicat Scaccia *dict. cap. 53. num. 13.*

Sed non parum ſudare interpretes ſolent in expli- 8
canda natura cauſæ ſummariæ, ad quod diſtinguunt varias illius ſpecies. Baldus namque *in d. l. 1. ſolut. matr. num. 8.* quatuor modis dici cauſam ſummariam docuit. Primo quoad ſubſtantialia judicii; ſecundo quoad probationes; Tertio quoad dilationes; & quarto quoad ferias. Sigiſmundus Saccia *d. num. 13.* plures eſſe ait: quas reducit ad cauſam efficientem, & formalem: efficientem jam attigimus *n. prec.* dum dicimus procedere privilegium, à jure, à reſcripto Principis, vel à lege municipali: Formalem explicat *ibidem verſ. ſi conſideremus*, deducendo ex verbis ſive clauſulis commiſſionis. Et ſalva pace tanti viri, hoc non eſt oſtendere diverſam cauſam, ſed explicare ſecundam quam ante poſuerat, nempe procedentem ex reſcripto Principis. Fermoſinus *in d. c. dilecti, quæſt. 17. ex n. 14.* quatuor ſpecies tradit: Primam ratione parvæ quantitatis: ſecundam ex parvo præjudicio: Tertiam rationem neceſſitatis; & quartam rationem periculi vitandi.

Sed his omnibus omiſſis, quaſi tendentibus ad rationem concedendi privilegium ſummariæ cognitionis, non vero ad explicandam illius naturam; crediderim omnes poſſe reduci ad primam ſpeciem adductam per Baldum, ſcilicet quando ſubſtantialia Judicii ſummatim celebrantur, ſeu verius reducuntur ad nudas ſolemnitates, à jure divino, & naturali requiſitas; ſublatis ambagibus ſuperfluis juris civilis: quæ non conducunt ad eſſentiam judicii: quare in hoc tractatu non agimus de cauſis leviores probationes expoſtulent, ut docent Bartol. *in d. l. Carbonianum, §. cauſæ, ff. de Carbon. edict. verſ. ſed dicitur ſummaria.* Felin. *in c. licet cauſam, de probat. num. 18.* Scaccia *d. num. 13. verſic. ſi conſideremus*, Lucas Pet. *in pract. ti. de cauſ. ſummar. cap. 1. numer. 1.* Chaquer. *d. deciſion. 1. ex num. 2.* Maranta *de ordin. Judi. p. 4. tit. & an Judex ſit competens, num. 8.* Gravat. *ad Veſtr. lib. 5. c. 1. n. 7.* Marta *clauſ. 180. num. 1.* Cabedo *deciſion. Luſit. 72. num. 2. part. 5.* Houdedeus *conſil. 94.*

num. 52.

num.52. tom.1. Marches. *de commiſſ. p.2. pag.419. n.82.* Farin. *d. q.35. n.8.* Barboſ. *d. clauſ. 176. num.7.* Berlich. *practicabil. p.1. concl.38. n.14.*

9 Ex quibus clarè reſultat hîc non tractari de cauſa executiva, quæ lato modo ſummaria dici ſolet, cum in pluribus differat à ſummaria ſimpliciter dicta; ut ſcitè notat Vela *d. diſſert.23. num.51.* Quod de jure noſtro reſultat ex *d. for.31. in fin. de eviction.* in quo via ordinaria ſummatim expedienda dicitur, non ut judicio plenario tractetur, ſed via condemnativa; ad diſtinctionem executionis: neque de cauſa criminali ſummaria, ſive informativa, quæ in inquiſitione præcedit judicium plenarium; ob quod leviores probationes requiruntur, & proceditur etiam diebus feriatis in honorem Dei, de qua late diſſerui *ſup. cap.8. §.2. ex n.35.* & *in tractat. de re crim. contr. 25. per tot.* neque de cauſis probationis nobilitatis, puritatiſve ſanguinis, quæ ſubſtantialia judicii non obſervant, cum inaudita pars condemnetur, de quibus late Scobar *de pur. & nob. prob. quæſt.6.* Carleval. *d. tit.2. diſput.3. ex num.3.* Valenzuela *conſil.91. & 92.* Fermoſin. *dict. quæſt.17. in fin.* Quare ut hæc omnia excludantur, addere decrevi in epigraphe hujus capitis *condemnativa*, ex quo dubitationes excluduntur.

10 In noſtris foris habemus expreſſam mentionem hujus cauſæ ſummariæ condemnativæ *ut in tex.* apparet cum duobus foris ſequentibus *in for.13. & 14. de dilat. for.14. de appellat.* & in aliis plurimis ut in diſcurſu tractationis apparebit. Noſtri quoque Juriſconſulti Valentini ejus meminerunt. Petrus Belluga *in ſpecul. Princip. rub.41. n.15. verſ. ad tertium* Dñs Leo *deciſ.42. num.5. & deciſ.198. num.5.* Petrus Auguſt. Motla *in empor. Jur. p.1. tit.2. q.25. num.9.* Doctiſſimus Thomas Cerdande Tallada *in viſit. Carcer. c.6. privil.72.* Iranzo *de proteſt. conſid. 43. n.2.* Ego aliqua attigeram *ſup. c.4 §.9. num.2.* & Dñs Creſpi *obſer.114. num.67.* Quare liquidum remanet, quod in noſtro Regno omnes cauſæ expediendæ ſint attenta veritate facti, judicia ſummaria exercentur ab ordinariis juxta forales diſpoſitiones realiter diſtincta; imo, & judicium ſummariſſimum uſu receptum habemus, ut ex dicendis apparebit.

Quæ autem cauſæ iſtæ ſint; quæ ſummarie tractandæ ſunt dubitari poſſet: & attentis fororum diſpoſitionibus plura ſunt quæ etiam de jure communi, ut plurimum, hoc privilegio funguntur cauſæ viduarum, pupillorum, & miſerabilium perſonarum, ut *in noſtro textu* apparet junct. *l. unic. C. quando imper. inter pupil. & vid.* Cauſæ emptionis & venditionis bonorum mobilium, vel immobilium *for.12. & 13. de clam. non mutan.* jux. *l. exemplo, 11. §. is qui, ff. de act. empt.* Cauſæ locationis & conductionis *d. for. 13. in fin. junct. l. 2. ff. locati* cauſæ Mercantiles, *for.17. cum duob. ſeqq. eod. tit.* pluribus Barboſa *in l.1. art.1 ff. de Judic. n.126.* Carleval. *lib.1 diſp.2. n.1169. & 1176. cum ſeqq.* Cortiada *deciſ. 10. ex n.235.* de quo aliqua prælibavi *ſup. c.4. §.10.* Cauſæ minoris ſummæ tercentorum ſolidorum *for.4. & 5. de ſent. & act. l. ſed & ſi ſuſceperit §.2. ff. de Judic.* Cauſæ alimentorum *for.40. de teſtib. junct. ſex noſtro. d. l. ſi quis à liberis; §. ſi vel parens.* Cauſæ ſpectantes ad Capitaniã generalem, *for.8. Cur. anni 1604. l. officium 12. §. fin. ff. de re milit.* & cauſæ ſpectantes ad Regiam Audientiam verbalem, *for.113. de Cur. & Bajul. for.14. Cur. d. anni 1604. cap.16. Cur. ann.1626. Brac. Eccleſ. & Regal. junc. l.1. ff. de extraordin. cognitio.* ubi Gothofred. *lit. N. ad medium*: ad quas reduci valent omnes à Doctoribus memoratæ.

14 His itaque prælibatis, antequam ad ſingulas enodandas procedamus, neceſſarium eſt explicare differentias; quæ conſiderari ſolent, inter cauſam ordinariam, & ſummariam; & regulariter adſunt in omni ſpecie cognitionis.

15 Prima differentia eſt, quod in cauſa, ordinaria, libelli oblatio formalis requiritur tex. *in aut. offeratur C. de lit. conteſt.* ubi Gloſ. *& in l. penult. verb. conjunctio; c. de arbitris. c.1. & 2. de libell. oblat. for.3. de clam. non mut.* aliis relatis Cancer. *var. tom.3. cap.16. num.18. cum ſeq.* Surd. *de alim. tit.3. q.9. n.2.* Mieres *ad conſtit. Cathal. collat.6. in cap.3. R. Petri in Cur. Perpin. C. de libell. oblat. n.3.* Oliban. *de action. tom.2. in præfac. n.27.* Scaccia *de Judic. lib.1. c.50. num.19.* Peguer. *in prax. Rub.8.* ubi Ripoll. *num.6.* Balmoa *in d. c.2. n.77.* Fermoſ *in d. dilect. quæſt.2. n.2.* in cauſa vero ſummaria libelli oblatio non requiritur, ſed qualis qualis narratio facti ſufficit, tex. *in d. Clem. ſæpe for.11. de clam. non mut.* cum aliis adductis *ſup. num.5.* 16
Mieres *ubi proximè num.46.* Aſin. *in prax. §.4. cap.2. n.7.* Colet. *d. c.3. §.1. & ſeq.* Scacca *de Judic. d. c.50. n.15. & c.53. ex n.14. verſ. contrariam.* Menoch. *de recuper. poſſeſſ. 15. n.239.* Alvar. Valaſ. *de privil. pauper. p.3. cap.14.* Pichard. *in §. ſit itaque diſcretis 14. num.32. inſtit. de action.* Barboſa *d. clauſ.176. n.11.* Farin. *d. q.34. nu.10.37 & 48. & q.35. n.4.* Dionyſ. Gothofr. *in d. l. ſi quis à libellis §. ſi vel parens lit. T.* Fermoſ. *d. q.17. n.9.* Peguer. *d. Rub.8.* ubi Ripoll. *n.15.* Sed per *for.12. de clam. non mut.* factum ſic ab actore judici, vel tantum verbo narrandum eſt, ut ſcribi atque adnotari in actis poſſit, clare ut reo defenſio non tollatur. Maranta *d. n.4. tit. an Judex ſit competens, num.8.* Gravat. *ad veſtril. lib.5. c.1. num.7.* Cabedo *deciſ.72. nu.2. p.1.* Surd. *de alim. tit.8. q.2. num.3* Hondedeus *conſ.94. n.52.* Barboſa *d. clauſ.176. num.11.* Caſtillo *lib.8. ſive de alimentis. cap.4. ex num.2.* Fermoſ. *dict. quæſt.17. num.9.* & Dominus Leo *deciſ.102. n.8.*

Praxis Regiæ Audientiæ ea eſt, ut licet cauſæ ſummariæ introducantur, vel ſuſcitentur, petitio in ſcriptis offeratur; in Curiis autem inferiorum verbo tenus inſtantiæ ſummariæ admittuntur, ut in foris citatis expreſsè dicitur: Et quam in eis ſolemnitas offerendi libellum ſublata ſit, non tamen neceſſitas citandi reum conventum, neque legitimandi perſonam actoris: quia hæc de jure naturali procedunt, ita ut neque per legem, Principem, vel conſuetudinem tolli poſſit, tex. *in d. Clementia Paſtoralis §. cæterum de re judic. for.1. quæſt.6. non noceat, res Judic.* Carleval. *d. diſput. 4. ex numer.1.* cum aliis adductis *ſup. c.10. §.1. num.25. cum ſeqq.* ubi latè diſſerui. 17 18

Secunda differentia eſt, quod in cauſa ordinaria de re majoris pretii in lite deducta, primum decretum per Judicem apponendum debet eſſe *ad quintam copia franca conceſſa*, dixi late *d. c.10 §.1. num.13. & 111. cum ſeqq.* ſi de re parvi valoris agitur *ad tertiam*, ut ibidem habetur. In cauſa ſummaria inchoata in Regia Audientia indiſtincte apponitur decretum *ad tertiam*; nullo habito reſpectu ad valorem rei in judicium deductæ; qui quidem dies non concedunturad opponendas dilatorias, quia ab hoc judicio excluſæ ſunt, quoad effectum impediendi litis ingreſſum, vel progreſſum, ut docent Rebuffus *d. gloſ. num.44* Oldradus *conſ.115.* Tuſcus *lit. C. concluſ.366. num.3.* Barboſ. *d. clauſ.175. num.16. & in dict.* 19 20
Clem. ſæpe, num.4 Ripoll. *var. c.5. num.127.* Et ratio eſt quia ſimilis procedendi forma excludit omnes ſolemnitates, & dilationes juris civilis, & tantum retinet ſubſtantialia de jure divino & naturali, ut probat tex. *in d. Clement. ſæpe*; cum autem exceptiones dilatoriæ magis contra jus naturale, quam ſecundum eum frequentius videantur, ut accurate notat Rebuffus *dict. numer.44.*

Hinc eſt quod litis ingreſſum non impediant in his cauſis ſummariis: & cum declinatoria, ſive recuſatoria tendant ad defenſionem, inde hic terminus conceditur; ad hunc dumtaxat effectum, quod à jure naturæ procedit, & ſtylo inconcuſſo comprobatum eſt, ut ex his exemplis reſultat. In cauſa immiſſionis in poſſeſſionem Comitatus de Sinarcas, & Vicecomitatus de Chelva ſuſcitata per Doñ Franciſcum Ladron *die 27. Februarii* 1655. contra filiam & hæredem ultimi poſſeſſoris, cu- 21

jus

jus Tutrix citata fuit in hac Regia urbe Matriti *die* 25. *Octobris ſubſequentis*, remedia oppoſita per Tutricem *die* 7. *Iunii anni* 1656. repulſa fuerunt Regiis proviſionibus *dierum* 3. *&* 21. *Iulii* immediate ſequentis, & Don Franciſcus admiſſus an probandum *die* 6. *ejuſdem menſis Iulii* ſpretis omnibus dilatoriis. In cauſa immiſſionis in poſſeſſionem oppidi de Ribarroja cum univerſa Baronia ſuſcitata per Marchionem de Benedites, virtute jurium dotalium Domnæ Annæ Mariæ Mercader ipſius Sororis, contra Tutricem Marchionis de Gualeſt Almirati Arragonum *die* 2. *Octobris* 1669. repulſa *die* 29. *Novembris* ipſius anni, declinatoria fori oppoſita per Tutricem, partes admiſſæ fuerunt ad probandum *die* 27. *Ianuarii ſubſequentis*. In cauſa adipiſcendæ poſſeſſio-
22 nis Comitatus de Almenara, in qua ad invicem contendunt Domna Maria Proxita, & Ferrer, ultimi poſſeſſoris Filia, Don Ludovicus Ferrer, & Comes de Ana, ſuſcitata *die* 6. *Aprilis* 1663. partes admiſſæ ad probandum fuere *die* 30. *Iunii immediate ſequentis*. Et in cauſa poſſeſſoria Ducatus Segobricenſis ſuſcitata per Duciſſam de Medina-Celi, ultimi poſſeſſoris Sororem, contra Patruum Don Petrum Foch de Cardona in proceſſu *n.* 10. repulſis dilatoriis pro parte dicti Don Petri intentatis, admiſſa fuit Duciſſa ad probandum per Regiam Audientiam, & licet adverſarius varia remedia adhibuiſſet, deſpecta fuerunt, tam in Regia Audientia, quam in hoc Supremo repellendo reviſionem petitam *die* 28. *Septembris* 1671. Regia interloquutione *diei* 21. *Novembris* 1674.

23 Si autem procedatur in his quæ celeritatem deſiderant *per compareant partes*, vel in Curia Judicum inferiorum, allegatio exceptionum admittitur, & de eis ſimul cum Originali Juſtitia cognoſcitur, denegata prorſus ſpeciali diſputatione articulorum, & ſic communis praxis obſervat, de quo plura exempla præ manibus habemus; ſed inanis erit memoratio in re cunctis nota.

24 Tertia differentia eſt, quod in cauſa ordinaria conteſtatio litis reputatur baſis, & fundamentum totius Judicii, ita ut ea deficiente omnino corruat, nam neceſſaria reputatur, ſive fiat ſolemniter reſpondendo, ſive miniſterio legis per lapſum termini legalis, de quo plura dicta remanent *d.c.*10.§.1. *ex num.* 144. At in cauſa ſummaria litis conteſtatio neceſſaria non eſt *d. clem. ſæpe*, cum aliis traditis per Rebuffum *d. gloſ.*2 *num.*35. Barboſ. Tuſcum & Ripoll. *ubi prox.* plurib. Carleval. *dict. diſput.*4. *ex num.*3. & licet cum Paz, & Bolaños teneat quod in Regnis Caſtellæ etiam in ſummariis neceſſaria ſit conteſtatio *ex l.*10. *tit.*17. *lib.*4. *recopil l.*5 *tit.*7. *lib.*9. *recopil.* tamen contrariam tuentur Avendaño *reſp.*1. *n.*2. & Parlador. *d.lib.*2. *c.*10. *ex n.*1. quos etiam refert Fermoſ. *d.q.*17. *n.*27.

Verum iſta diſputatio inanis eſt, cum primus actus
25 factus per provocatum ad judicium ſummarium poſt injunctionem libelli, ſive citationem, conteſtationis vim obtinet, ut cum Bartulo, Romano, Lapo, Baldo, Angelo, Aretino, Zabarella, Felino, Alexandro, Valenzuela, Garcia, Maranta, Puteo, Aſinio, Cartario, Paz, Perez & Azevedo tenuit Carleval. *d. diſp.*4. *num.*8. quibus addendi Ripoll. *ad Peguer. in prax. Rub.*11. *num.*2. *& variar. cap.* 5. *num.*228. Dominus Leo *d. deciſ.* 202. *num.*8. Berlich. *dict. p.*1. *concl.*26. *num.*6. Seſſe *deciſ.*278. *num.*4. Fontanella *de pact. clauſ.*6. *gloſ.*2. *p.*4. *numer.* 51. Grat. *diſcept. Forenſ. c.*562. *n.*12. Caſtillo. *d.c.*4. *num.*3. *cum ſeqq.*

26 Neque his obſtant *d. for.*5. *de clam. non mut. for.* 7. *de Crr. & Bajul.* cum ſimilibus, per quos tantum videtur excluſa ſolemnis conteſtatio, non autem illa mediante qua in judicio quaſi contrahitur: nam dicta jura de judicio ordinario tractant, ad quod fori noſtri nec ſolemnem conteſtationem requirunt, quanto minus in ſummariis cognitionibus, ad quas primus ille actus qui fit per provocatum, litis conteſtationem inducit, quoad omnes effectus, ut probatum remanet; & ſic communis praxis obſervat, ſicut obſervatum invenies in exemplis ſuperius adductis *num.* 21. *& ſeqc.* nam oppoſitio declinatoriæ, vel petitio reviſionis primi decreti, loco conteſtationis habitæ fuerunt: & ſic eis repulſis, illico partes admiſſæ fuerunt ad probandum, quod nequaquam concederetur, niſi lites habitæ fuiſſent tanquam legitimè conteſtatæ.

Quarta differentia eſt, quod in cauſa ordinaria lega- 27
lis terminus, ſeu dilatio ad probandum, concedere poteſt, & debet Judex, niſi parva materia rei deductæ in judicio aliud ſuadeat; vel litigantium uniformis conſenſus poſtulet, & hoc tam reſpectu materiæ principalis, quam quoad replicationem, duplicationemve, dixi *d. c.*10. §.2. *n.*92. *cum ſeqq.* & de jure probat tex. *in l. prolatam, C. de ſent. & interlocut. omn. Iudic.* ad cujus exornationem plura adducunt ſcribentes, ſignanter Pratus *diſcep. for. tom.*4. *c.*7. *n.*3.

At in cauſa ſummaria breviores, ſeu breviſſimæ dila- 28
tiones arbitrio Judicis concedendæ ſunt. *d. Clement. ſæpe*, ubi Doctores Fontanella *d. clauſ.*8. *n.*6. *cum ſeqq.* (*qui nu.* 9. *bene* explicat differentiam curſus hujus dilationis, à curſu ejuſdem in cauſa ordinaria) Ludovic. Rodulphin. *var. lib.*2. *c.*39. *n.*7 Oldrad. *conſil.*115. *verſ. fruſtra.* Tuſcus *d. concluſ.*366. *num.*3. Barboſa *ubi prox.* Oliban. *d. lib.*3. §. *in bona fidei, & c.*4. *num.*38. Cancer. *var. lib.*3. *cap.*16. *num.*139. Peguer. *in prax. d. Rub.*11. & ibi Ripoll. *num.*54. & *variar. d. c.*5. *num.*220. & 259. aliis relatis Berlich. *d. p.*1. *concl.*38. *n.*13. & 14. Gratian. *diſcep. forenſ. c.*548. *n.* 19. Caſtillo *d. c.*4. *num.*6. Fermoſ. *d. q.*17. *n.*28. *cum ſeqq.* Qui quidem terminus probatorius peremptorius eſt, ut omnes tenent. In noſtro Regno per *for.*35. *de teſtib.* ampliſſimum arbitrium conceſſum eſt Judicibus, ad ar- 29
ctandas dilationes probatorias in cauſis ordinariis, ex quo rectè infertur, quod multo magis conceſſum erit in ſummariis. Frequentiſſimum eſt aſſignare dilationem decem dierum juxta *for.*13. *&* 14. *de dilat.* nam in eis datur forma regularis procedendi in his judiciis, in qua explicanda totius ero §. *ſequenti.*

Quinta differentia eſt, quod in cauſa ſummaria con- 30
cedendæ non ſunt dilationes ſpeciales ad reprobandum teſtes, & inſtrumenta (quas vocamus in materia objectiva, & impugnativa) ſicut reſpectu cauſæ ordinariæ dixi *d. cap.*10. §.3. *ex num.*28. *&* §.4. *ex n.*47. Nam à Judice ſummario excluſæ ſunt iſtæ dilationes reprobatoriæ, tex. *in d. Clement. ſæpe*, docent Farin. *in prax. crim. q.*62. *num.*193. Menoch. *de arbitr. caſ.* 32. *num.* 10. Dominus Covarruv. *practicar. q. c.*17. *num.*7. Gregor. XV. *deciſ.*449. *num.*10. ubi addent. *num.*11. Capicius *deciſ.*55. *num.*5. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*336. *num.*44. Fontanella *d. clauſ.*7. *gloſ.*3. *p.*10. *num.*70. Maranta, Riccius, Peregrinus, Paz, & Poſtius cum aliis adductis per Ripoll. *ad Peguer. Rub.*20. *num.*15. *&* 16. aliis relatis Fermoſin. *d. q.*17. *n.*33. Caſtillo *d. c.*4. *n.*12. Ex noſtratibus D. D. Petrus Sanz *lit. D. obſer.*12.

Quod adeo verum eſt, ut poſtulans ſpecifice has dila- 31
tiones, recedere cenſeatur à forma procedendi ſummarie, & cauſam convertere in ordinariam docent Gratian. *diſcept. for. c.*255. *num.*37. Achit. *deciſ.*2. *aliis* 7. *de Judic.* Farin. *deciſ.*95. *num.*4. *part.*2. *noviſſ.* Fontanella *diſſ. clauſ.*7. *gloſ.*2. *p.*7. *num.*27. *cum ſeqq.* D. D. Petr. Sanz *diſſ. obſ.*12. Quæ intelligenda ſunt, quando ille qui obtinet privilegium ſummariæ cognitionis, has dilationes poſtulavit, vel conſenſum præbuit adverſario poſtulanti, 32
non autem quando ſe opponit, contradicendo vel proteſtando de ſuo privilegio; quia tunc cauſa ſummaria permanet cum ſua qualitate, ex traditis per D. Leo *d. deciſ.*42. *n.*5. cui adde Cancer. *d. c.*16. *n.*142. Ripoll. *var. d. c.*5. *n.*223.

Neque obſtat quod facultas reprobandi teſtes, vel 33
inſtrumenta attinet ad naturalem defenſionem, quæ

tolli

tolli non poteſt per legem ſtatutum reſcriptum, vel conſuetudinem; ut cum Caravita, Muſcatello, Vivio, Milanenſe, Menochio, Capicio, Giurba, & aliis probat Pareja *de inſtrum. edit. part. 2. tit. 7. reſol. 2 num. 9. cum ſeqq.* ut dixi *d.c.* 10. §. 4. *n.* 86. Quia hanc differentiam ita capere debes, ut facultas reprobandi teſtes, vel inſtrumenta deſpicienda tantum ſit in rebus modici præjudicii, ut Doctores ſuperius adducti uno ore profitentur: non autem quando magnum, vel irreparabile præjudicium ſequi poſſet; quia tunc reprobatio, neque deſpicitur, neque excluditur à judicio ſummario, requirente perfectas probationes: ſed anguſtia ipſius judicii non patitur ſpecialem terminum, ſeu dilationem ad reprobandum teſtes, vel inſtrumenta; atque adeo pars reprobare deſiderans in dilatione peremptoria concedenda, poteſt reprobare teſtes, vel inſtrumenta; faciendo omnes pro-
34 bationes neceſſarias ad ſui defenſionem. Non enim à judicio ſummario excluduntur ſubſtantialia, ſed ſolemnitates, & dilationes; (ſuperfluis amputatis) & ad ea quæ neceſſaria ſunt ſecundum jus naturæ reducuntur, ne exitus differatur, ut ex Maranta, Oldrado, Marta, Tuſco, & aliis probat Barboſa *in d. Clem. ſepe num. 4. & 5.* quibus adde Fontanell. *d. decif. 133. n. 11.* Fermoſinum *d.q. 17. n. 34.* Caſtill. *d.c. 4. n. 12.* Et ſic obſervatum reperies per Regiam Audientiam in cauſa Comitatus de Almenara, nam ad inſtantiam Don Ludovici Ferrer explicatum fuit in conceſſione dilationis probatoriæ, quindecim dierum, quod concedebatur tam ad probandum in materia principali, quam in materia impugnativa, ſive reprobatoria documentorum exhibitorum.

35 Quæ praxis placet cum tendat ad vitandas protelationes litigantium, ut reperies in calce ſupplicis libelli *diei 26. Octobris anni 1663.* quod in gradu reviſionis, ac nullitatum confirmandum fuit duabus interloquutionibus *diei 29. Novembris ejuſdem anni.* Bene verum eſt quod in cauſa Comitatus de Sinarcas, conceſſa reperitur minori, dilatio decem dierum in materia impugnativa, beneficio reſtitutionis in integrum Regia interloquutione *diei 29. Auguſti 1659.* confirmata *diebus 6. Septembris, & 11. Octobris ſubſequentis.* Eadem dilatio fuit pariter conceſſa *die 5. Octob. 1659. & die 11. ejuſdem menſis anni ſequentis* ex conſenſu partis, novas productiones inſtrumentorum facientis. Quæ quidem irregularia ſunt prout plura quæ in ea reperies: ſed conſenſu litigantium plura fiunt præter ordinem procedendi de quorum ſubſiſtentia merito dubitat Fermoſinus *d.q. 17. n. 10 cum ſeqq.* & ante eum Cancer. *lib. 3. var. c. 12. n. 38.*

36 Sexta differentia eſt, quod cauſæ concluſio in judicio ſummario non requiritur, ut *in d. Clem. ſepe.* dicitur. & de jure noſtro *in d. for. 13. de dilat.* ibi: *las quales poſsan ſia hagut per renunciat, e conclu, en lo dit pleit.* Sic tenent in terminis Cancer. *d.c. 16. n. 140.* Ripoll. *ad Peguer. Rub. 21. n. 8.* Myſinger. *cent. 3. obſer. 17. num. 1.* Chaquer. *diſt. deciſ. 1. num. 15. cum ſeqq.* Verum tamen eſt, quod licet in foro ita ſcriptum ſit, ſi petitio in ſcriptis oblata fuerit, & modo regulari ac conſueto ſummariæ procedatur,
37 praxis noſtri Regni ea eſt quod concluſio fiat, prout de more Curiarum in cæteris cauſis fit per præceptum de ponendis proceſſu, & actis in tota craſtina die, ſive ſuper tota cauſa, ſive ſuper hoc, vel illo articulo, ut dixi *d.c. 10 § fin. n. 22.*

Quando vero in Regiâ Audientiâ irregulariter proceditur per *comparentes partes*, & in Curiis inferiorum, præſentibus, & auditis eis in aſſignatione per Judicem facta (quod idem ferme eſt) vel ex tempore pronunciatio ſequitur, quando negotium difficultate caret, ut ſæpius evenit, vel ſi inſpectionem deſideret, Judex pronunciationem differt ſub hac formula: *retinet accordium ad debitè prohibendum*, & re inſpecta explicando accordium pronuntiat. Quæ quia in praxi notoria ſunt, explicatione non egent.

Tome III.

38 Septima differentia eſt, quod ſententia in cauſa ſummaria ferri valet de eis quæ probata ſunt, licet non deducta in libello, vel petitione. Quia dum libellus non eſt neceſſarius, ut dixi, totus proceſſus habendus erit pro libello, ſic tenent Chaquer. *diſt. deciſ. 1. num. 2.* Alex. *conſil. 6. n. 2. vol. 3. & in l. ſi ita ſtipulatus, §. Chryſogonus, num. 8. ff. de verb. obligat.* Menoch. *de arbitr. lib. 1. quæſt. 31. num. 5.* Maranta *d. p. 4. diſt. 9. num. 33.* Gramat. *deciſ. 62. num. 29.* Cæſar. Graff. *deciſ. 3. de ſolut.* alias *deciſ. 148. n. 4. & 5.* Rota *p. 1. noviſſ. deciſ. 256. num. 1. in fin. cum ſeqq.* D. Leo *deciſ. 198. num. 5.* Dñs Vico *ad pragm. Sardin. ſom. 1. tit. 10. c. 1. num. 4.* Et licet caſu quo libellus oblatus ſit in 39
cauſa ſummaria, prout frequenter evenire ſolet obſervanda eſſe crediderim ea quæ dixi *d.c. 10. §. 1. num. 319. cum ſeqq.* juxta *for. 4 & 10. de clam. non mun.* nam quoad hæc parum aut nihil inter nos diſtat cauſa ſummaria, ab ordinaria; ita ut ſi additio facienda ſit de re ſubſtantiali, debeat fieri intra triginta *dies forales* à conteſtatione in ordinario judicio, à primo actu in ſummario: & declaratio petitionis in toto proceſſu. Quando via ſummaria intentata eſt, computandi triginta dies ſunt à primo illo actu poſt citationem, à provo- 40
cato ad judicium facto, & ſubrogato loco conteſtationis.

Et ſic explicandum credo dictum D. Leo *d. deciſ. 198. num. 11.* in quantum docet quod mutatio libelli fieri non valet niſi refectis expenſis; itaut expenſæ reficiendæ ſint dum correctio, vel additio adhibeatur poſt triginta dies forales, modo prælibato computatos: intra illos vero facultas corrigendi libellum, vel addendi per forum conceſſa, abſque pœna ſolvendi expenſas ſuum effectum producere debet.

Octava differentia eſt quod ſententia lata in judicio 42
ordinario facit jus abſolute inter partes, ſi in judicatum tranſacta fuerit, abſque limitatione, diſtinctione: ita ut exceptio rei judicatæ ex ea inſurgat; tex. *in l. poſt rem judicatam 56. ff. de re judic. c. cum inter eod. tit.* docent Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 146. num. 1. & 2.* D. Leo *deciſ. 168. n. 3. & 4.* Scaccia *de appellat. c. 2. q. 11. limit. 1. n. 21.* Salgado *de reg. protect. part. 3. c. 16. n. 26.*

In poſſeſſoriis, & ſummariis, ſententiæ, vel decreta 43
non faciunt jus, niſi limitarum ad id de quo ſpecialiter agitur, pluribus Molina *de Hiſpan. primog. lib. 3. cap. 13. num. 22.* Giurba *deciſ. 59. num 20.* Paz *de tenuta, c. 4. & 43.* niſi apperear quod negotium plenarié diſcuſſum fuit, & in ſententia nulla reperiatur adjecta reſervatio: docent Franch. *deciſ. 289. num. 1. ibi* Add. Cancer. *var. lib. 2. c. 16. n. 82. & lib. 3. c. 17. n. 551. cum ſeq.* noviſſimè D. Creſpi *obſer. 114. num. 63.* cujus concluſionis ratio ea eſt; quia ſententia regulari debet per proſequuta in judicio, tex. *in Licet 2. C. de judic.* Phel. Fran. *in Dilecto, num. 107. q. 84. de appellat.* Ceſſ. Contard. *in l. unic. limit. 24 num. 4. C. ſi de moment. poſſ.* Scaccia *diſt. capit. 2. quæſt. 11. lim. 6. memb. 8. num. 8. & memb. 6. n. 59. cum ſeqq.* Poſt. *de manut. obſ. 102. num. 54.* Salgado *de reg. protect. p. 2. capit. 7. numer. 159.*

Nona differentia eſt, quod cauſa ordinaria admittit 45
cumulationem quorumcumque actorum, quia cætera judicia abſorbit, & in ſuam naturam convertit tex. *in c. cum dilectus, de cauſ. poſſ. & proprietat.* Rot. apud Marchef. *in Rom. hæreditatum Clement. VIII. par. 2. fol. 231. num. 3.* Gratian. *diſcept. for. c. 698. n. 19.* Seraphin. *deciſ. 1484. n. 8.* Cancer. *d. p. 3. c. 14. n. 20.* Poſtius *obſer. 108. numer. 28. & ſeqq.*

At vero cauſa ſummaria non admittit cumulationem 44
actorum ordinariæ: tex. *in l. naturaliter 12. §. nihil commune, ff. de acquir. poſſeſſ.* ubi Bartol. *n. 18. verſ. 2 ſi actor.* Menoch. *de recup. poſſeſſ. remed. 3. num. 540.* Cancer. *d. p. 3. c. 4. num. 86.* Garcia *de nobil. glo. 11. num. 6. cum ſeqq.* Rebuf. *in repet. c. paſtoralis ex n. 105. ſign. num. 145. de cauſ. poſſeſſ. & propr.* Tuſcus *d. lit. C. concluſ. 1095. ex num. 1.* Villadiego *in politic. in extravag. form. libel. num. 23.* Carleval.

45 *dixit.2.disput.2. ex num.1.* Et ratio ea est, nimirum; quia renuente parte cujus interest, non debet suspendi cursus causæ summariæ mediante cumulatione ejus, cum ordinaria, quæ ipsam absorbit, & in sui naturam transformat; cum naturaliter causæ ordinariæ sint, & proinus ad suam naturam redeunt, ut considerat Cancer *d. p.3.c.12. n.38.* Fieret namque injuria parti, si causa brevior per aliam, quæ altiorem indaginem requirit, suspenderetur; ut notant communiter Doctores Canonistæ *in c.1.de mutu.petit.* Socinus, Abbas, Innocentius, Bartolus, Baldus, Castrensis, Angelus, Salicetus, Speculator, & alii congesti per Salgadum *in laber. credit. p.1. capit.16. num.9.* Non enim spoliari per indirectum jure sibi competente, virtute possessionis, vel privilegii ipsius causæ summariæ debet, ut latè, & pluribus congestis probat Postius *d. obs.7. ex num.1. præcip.num.50. cum seqq.* qui accurate ostendit quod in hoc nihil possit efficere Principis rescriptum, quia per eum non debet turbari ordo cognitionum, in præjudicium alterius cumulando diversa judicia; nisi re discussa, & in casu à jure definito. Imo neque consensu partium causa de sui natura summaria non potest tractari solemni ritu absque nullitate processus, ut cum Baldo, Balboa & aliis dicit Fermosinus *d.q.17.n.13.* cum quo si directe fiat, calculum pono, sin autem per obliquum sustineri posse in vim compromissi crediderim, juxta doctrinam Jacobi Cancer *d. c. 12.n.18.*

46 Et quia materia ista cumulationis pulchra est pluresque juris articulos difficillimos continet, ut scitè notat Carleval. *d.disp.2. n.m.21.* videnda sunt ea quæ doctissimè *ibidem* explicat; signanter cuncta quæ congerit circa exceptionem, ne continentia causæ dividatur, *ex num 2. per aliquot seqq.* notantes *num. 5.* quo tradit adeo efficacem esse hanc solam rationem, ut diversæ speciei judicia, ne sententiæ pugnantes inter se prodeant, cumulari debent, ut sub uno eodemque judicio, uno eodemque processu actitentur, ac definiantur. Quod probat per tex. *in l. si plures fin. ff. rem pupil. salv.*
47 *for.* ibi: *ne ex una tutelæ causa plures ac variæ quæstiones apud diversos Judices constituentur.* Id ipsum probat tex. *in l. qui non cogitur, 22. ff. de judic.* ibi: *si ipse ibi agat, cogitur excipere actiones, & ad eundem Judicem mitti. & in l.1. ff. de quib. reb. ad eund. jud. eat.* ibi: *in eundem locum omnium præsentiam fieri oportet. & in l.2. ff. eod.* ibi: *omnes ad eumem Judicem mittuntur.* bonus etiam textus *in l.8. §. si plures, l. si pater 9. ff. de liber caus. l. nulli 10. C. de Judic. l. omnes 5. C. arbitr. tutel. & ultim. de rescript. c. dispendio 3. eod.*
48 *tit. in 6.* docent Baldus, Innocentius, Socinus, Bocius, Gaillius, Mysingerus, Ignæus, Gratianus, Vivius, Perez, Casaneus, Tuscus, & alii cumulari per Carleval. *d. n.5.* quibus adde Cancerium, Parladorum, Salgadum, & alios adductos per Cortiadam *tom.1. decis.36. n.47.* Ad quod necesse est, quod pars deducat hanc exceptionem procedere, ut cum Jasone, Afflictis, Menochio, Gaillio, Treutacinquio, Tonduto, Carlevalio, & Salgado, probat bene Cortiada *d. decis.36.n.50.*

Ex vi hujus rationis sic decisum reperio per nostram Regiam Audientiam cumulando judicium appellationis cum judicio primæ instantiæ quoties continentia causæ expostulat. Ut in causa rei vindicationis oppidi
49 del Genoves, inter Don Stephanum Fenollet, & Dominam Beatricem Ripoll, Regia interloquutione *die 17. Maii anni 1580.* sub examine Sapientissimi Philippi Monterde, actuante Hieronymo Navarro. Idem postea pronuntiatum fuit Regia sententia publicata per Antonium Ludovicum Cases, Regii mandati scribam *die 4. Januarii anni 1629.* inter Thomam Velero, & Joannem Donderis, referente nobile Don Gaspare Turraga: & post modum pluries.

50 Verum ista ratio, raro, aut nunquam procedere solet respectu cumulationis judicii possessorii ac summarii, cum ordinario, sive petitorio proprietatis, quia continentia causæ non adest inter hæc judicia, ut effectus demonstrat, eo ipso quo sententia in possessorio, & summario lata, jus non facit, nec influit ad judicium proprietatis ut dixi *sup.n.41.* nisi casu quo judicium possessorium habet admixtam causam proprietatis, de quo articulo tractat Postius *de manutention. obs.43. per tot.* 51
At vero quando causæ quarum cumulatio postulatur, sunt ejusdem speciei, & æqualiter privilegiatæ, res difficultate caret ex juribus & rationibus expensis, & sic observat Regia Audientia, ut in causa cujus supra mentionem fecimus Comitatus de Almenara. In qua tres contendentes reperiuntur, ex eodem remedio *legis fin. C. de edict. D. Adrian. toll.* vel potius *ex for.41. de testam.* possessionis immissionem æqualiter postulantes. Ob quod Regia interloquutione *diei 30. Junii 1663.* cumulatæ instantiæ fuere.

Decima differentia est, quod in causa ordinaria 52
semper reconventio admitti debet secundum tex. *in c.1. de mutu. petit. c. & si clerici de judic. l. qui non cogitur.22. ff. eod. l. si idem, §.1. ff. de jurisdict. l. Lucius 35. ff. mandat. l.1. §. fin. ff. de extraor. cognit. l.1. C. rer. amot. l. cum Papinianus, & authent. & consequent. C. de sent. & interloqu.* docent Tuscus *lit. R, conclus.61. n.1.* Maranta *d. p.4. distinct.6.* Cancer. *var. lib.2. cap. 13. ex num.2.* Fontanella *de pact. nuptial. tom.1. claus.3. glos.2. ex num.54.* Carleval. *de Judic. d.tit.2. disp.7. in prin.* Salgado *in laber. p.1.c.16. num.38.* Berlich. *d. p.1. conclus.22. ex num.1.* ex nostratibus Morla *in empor. tit.2. q.15. à n.10.* Marius Cutell. *de-*
cis.16. per tot. Prato. *discept. for. tom.4. cap.25. ex num.1.* 53
In causa summaria admittenda reconventio non est Cancer *d.c.13. n.32. & 69.* Mieres *ad constit. Cathal. collat.6.c.9.num.58.* Menoch. *de recuper. possess. remed.6. n.41.* Riccius *collect.112. & collect. 1159.* Posthius *de manut. obs.65. num.1.* Mastrill. *decis.40. ex num.4* Castillo *decis. 19. in fin.* Chaquer. *d. decis.1. ex num.1.* Fontanella *dict. claus.8. num.11.* Ripoll *ad Peguer. Rubr.11. num.10.* licet contrarium teneat Berlich. *d. conclus. 22. num.31.* cujus dictum excluditur animadverso, quod labitur dum verba *d. Clem. sæpe*, ibi: *& etiam rei si quid petere voluerit*, in- 54
terpretatur de reconventione, nam Pontifex non de reconventione, sed de petitionibus tendentibus ad suam defensionem intelligendus est, ut ex contextu apparet, & sic ab omnibus interpretibus sumuntur illa verba.

Nec dissentiunt Cutelli *d. orat. 16. num. 25.* & Prato *d. cap.25. num.6.* dum sentire videntur reconventionem procedere de causa diversæ speciei, nam ut ipse Cultelli se explicat *num. 30.* in Regno Siciliæ omnes causæ summariæ sunt præter feudales, quare diversitas non procedit ex eo quod reconventionis causa esset ordinaria, & judicium principale summarium, sed ex alia ratione, de qua non tracto.

Sed nihilominus ista differentia declaratione eget, ut 55
docent Giurba *decis.14. num.5.* Cancer. *d. cap.13. num.4.* Joannes Guttierrez *practic. lib. 1. q.112. per tot.* Fontanell. *d. claus.3. glos.2. num.44.* Ripoll *d. Rub.11. num.13.* Salgado *d.c.16. num.38.* Carleval. *d. disp.7. num.9.* Berlich. *d. conclus.22. num.23.* nempe quod si causa reconveniendi summaria, vel executiva sit, & reconventio fiat in judicio ordinario, tunc ab eo absorbitur assumendo naturam illius consensu ejus cujus interest, dum actionem privilegiatam opponit in judicio ordinario. Quo in casu procedit absque dubio doctrina Panormitani in *d. c.1. num.4. de mut. pet.* asserentis: *reconventionem esse causarum adæquativam.*

Si autem reconventio fiat in causa summaria & privilegiata ope actionis non privilegiatæ, quæ viam ordinariam exposcit, tunc admittenda non est, sed processu separato ducenda per suos tramites; ad quæ tendunt verba *for 11. & 12. de exception. rei Judic.* expensa *sup n. 2.* ibi: *salvo dret al allegant en altra instantia de dit pleniari.* sicque quotidie in praxi admissum vidimus separa-

56 to proceſſu proſequendo actiones ordinarias per viam requiſitionis de quo infra. Et ratio eſt evidens, quia ſi reconventio exigit judicium ordinarium, non debet conquieſcere facere viam celerem, & ſummariam, aut executivam, cum ſimile privilegium introductum ſit favore obtinentis actionem privilegiatam, quod privilegium non poteſt, nec debet amitti ex allegatione actionis idem privilegium non obtinentis: & ne retorquatur in eum, privilegium ipſum non debet extendi ad adverſarium, ut inferri valet ex tex. *in l. ille à quo* 13. §. *ſi de teſtamento*, *ff. ad Trebel.* evaneſceret namque favor uni actioni ſpecialiter indultus, ſi æqualiter eo alia actio frueretur, cui non reperitur conceſſus. Ut bene notat Gratian. *diſcept. for. c.* 444. & infinitis ferme relatis Don Joſephus Vela *diſſert.* 14. *n.* 2.

Quæ quidem procedunt abſque dubio, quando cauſa ſummaria eſt ex ſua natura ſive ex legis diſpoſitione. Si autem privilegium mutuaſſet ex reſcripto Principis aliter ſtatuendum erit, quia convenienti conceſſus, ad reconveniendum extenditur per tex. *in c. fin. de mut. petit.* ubi Doctor Menoch. *de arbitrar. caſ.* 44. Peregrin. *deciſ.* 142 *num.* 10. Cancer. *d. c.* 13. Parlador. *lib.* 2. *quotid. part.* 5. *c. fin.* §. 10. *num.* 19. Cutell. *d. deciſ.* 16. *num.* 33. Hæc autem clare procedunt, niſi verſemur in concurſu creditorum, nam cum judicium univerſale ſit, trahit ad ſe omnes cauſas concurrentium, ut illius naturam tanquam membra ſequantur, ut pluribus adductis probat Salgado *d. c.* 16. *n.* 37. *cum ſeqq.*

57 Aliæ differentiæ per ſcribentes notari ſolent, in *d. Clement. ſæpe*, & aliis juribus memoratis, ſed cum iſtæ præcipuæ ſint, ad quas cæteræ reducuntur, in eis explicandis non immoramur. Et cum cauſæ ipſæ ſummariæ quoad ritum & formam procedendi inter ſe differunt in pluribus, de unaquaque illarum quæ diſſentiunt, & ſpecialitatem in noſtris foris meruerunt, juxta communem praxim Regni Valentiæ notanda trademus: cum dicta ſufficiant ad percipiendam naturam cauſæ ſummariæ in communi.

58 Et ad explicationem textus perveniendo; de Vidua ſua jura repente ex bonis mariti defuncti in eo tractatur. Quare de cauſis ſummariæ tractandis miſerationis cauſa agere debemus ſimul cum privilegio dotis quoad hoc: nam doti ex eadem ratione miſerationis tribuitur.

Certiſſimum in jure eſt, quod Viduæ miſerationis ſtatus gratia, plurima privilegia conceſſa ſunt, ut Gelaſius Papa docuit *in c.* 1. *&* 2. *diſtinc.* 87. ubi plene Doctores. Nec mirum, cum originem ducat à jure divino: in Sacra Pagina, favoribus viduæ illuſtratæ reperiuntur, ut patet *Exod.* 22. *verſ.* 22. Deuter. *c.* 24. *verſ.* 17. *&* *c.* 27. *verſ.* 19. & clarius Iſaiæ *c.* 1. *verſ.* 7. his verbis. *Quærite judicium, ſubvenite oppreſſo, judicate pupillo, defendite Viduam, & venite arguite me dicit Dominus: ſi fuerint peccata veſtra ut coccinum, quaſi nix dealbabuntur, & ſi fuerint rubra quaſi vermiculus, velut lana alba erunt.* Quæ perpendens ſubtiliſſimus Tertullianus *lib.* 1. *ad uxor. cap.* 8. ſic eleganter ait. *Duo iſta nomina in quantum deſpectui humano, in tantum divinæ miſericordiæ expoſita, ſuſcepit ſueri. Pater omnium vide quam ex æquo habetur qui vidua bene fecit. Quanti eſt vidua ipſa cujus adſertor Dominus diſputabit*; Plura per Patres, & expoſitores paſſim dicta reperiuntur, verum in re nota ſupervacaneum erit paginas implere ad comprobationem.

59 Unum ex iſtis privilegiis eſt, quod viduæ (idem de pupillis ac cæteris miſerabilibus perſonis procedit) conveniri non poſſint extra proprios lares, etiam ſi adtribunal Principis avocentur; & tamen dum agunt, habent electionem fori, etiam ſi tribunal Principis elegerint in prima inſtantia, tex. *in l. unic. C. quando Imper. im. pupil. & vid.* Ubi omnes Doctores: quorum infinitum prope numerum colligunt Don Joan. Caſtillo *lib.* 3. *controverſ. c.* 25. *ex numer.* 2. Auguſt. Barboſa *in collect. d. l. unic. num.* 2. & Didacus Narbona *de stat. anno* 25. *quæſt.* 52. *num.* 2. & Carleval. *dict. tit.* 1. *diſp.* 2. *ex num.* 541. *cum ſeq.* (extendit privilegium ad viduam divitem triplici eleganti ratione). Eadem ferme verba continet tex. *in l.* 2. *C. Theodoſ. de offic. judic. omn.* quam docte de more illuſtrat Jacob Gothofr. In jure Pontificio recenſetur hoc privilegium *in c. ex tenore* 11. *de for. compet.* ubi idem Barboſ. *in collect. num.* 3. plures pariter congerendo. 60 De jure patrio *for.* 112. *de cur. & Bajul. for.* 53. *cum ſeq. de juriſd. omn. judic.* Docet Petrus Belluga *in ſpecul. Rub.* 38. *num.* 1. *verſ. nunc videamus*, ubi additionator *lit. A*, ſequitur Cerdan *in viſit. carcer. c.* 16. *privil.* 75. quorum aliqua tradidi *ſup. cap.* 2. §. 2. *num.* 51. & §. 3. *num.* 44. Ex quo privilegio miſerationis gratia viduis conceſſo recte inferri valet, ad hoc de quo agimus; dum per illud conceſſa viduis facultas reperitur eligendi forum, ita ut nec ipſis reluctantibus conveniri poſſint extra locum domicilii, ne ſumptibus moleſtentur, & ut facilius defendere ſe poſſint, ut ſcitè notat Dominus Covarruv. *tract. cap.* 7. *num.* 2. quem ſequuntur adducti per Caſtillo *dict. capit.* 25. *num.* 13.

Hæ ipſæ rationes pariter urgent, ut cauſæ viduarum 61 ſummatim expediantur quando actrices ſunt; nam ſumptibus parcitur, & facilius ſua jura conſequi valent per ſummariam cognitionem. Sicut enim eligendo forum Principis vitant oppreſſiones potentiorum, ſic ſimiliter ſummaria cognitione vitant litium protelationes, cauſidicorum argutias, ne dicam calumnias, quæ non minus opprimunt. Demum iſtud privilegium eligendi forum Principis conceſſum eſt quibuſcumque ſub aliorum adminiſtratione exiſtentibus, non per ſe ſed ab aliis gubernantur. Ut cum Gratiano *diſcept. for. cap.* 182. *num.* 2. tenuit Caſtillo *d. c.* 25. *n.* 24. expendens elegantem textum *in l.* 41. *tit.* 18. *part.* 3. *in* 62 *fin.* ſed ſic eſt quod cauſæ iſtarum ſummarie tractandæ ſunt, ex text. *in d. l. ſi quis debiti* 6. *C. Theod. de don. & edit. reſcriptor. & in d. l. quicumque*, *eod. Cod. de his qui adminiſtr.* igitur ſic ſimiliter cauſæ viduarum ſummarie tractandæ ſunt.

Sed quare in his diſſerendis immoramur dum in noſtro texru expreſſam deciſionem habemus? Niſi dicamus ad ipſius illuſtrationem conducere. Quod fulcitur ex *d. for.* 112. *de Cur. & Bajul.* Cujus verba latine donata, ſic ſe habent. *Nos & Curia debemus ultra omnes alios defendere abſque aliquo diffugio in ſuis juribus pupillos, viduas, ſenes; & eos quorum homo naturaliter miſereri tenetur.* In quo jure miſerationis ratio expreſſa apparet, ut *abſque diffugio* perſonæ ſimiles in ſuis juribus tueantur; quod eſt idem ac dicere, quod per viam ſummariam favore earundem cauſæ expediantur: quia præcipuus ſcopus cognitionis ſummariæ, eſt quod diffugia amputentur ut juſtitia celeriter adminiſtrari queatur: litteraliter habetur *in d. Clemen. ſæpè*, & omnes juris interpretes docent.

Hoc ipſum expreſsè infertur ex tex. à nemine ex 63 his quos vidi ad hoc adducto in *dict. cap.* 1. *diſtinct.* 87. cujus verba ſunt. *Licet omnibus de nobis ſperantibus non debemus in quantum poſſumus non negare, plus tamen viduarum, & orphanarum cauſas, & impenſius ducimus exequendas, quas tueri à nobis, vel ab omnibus divina manifeſtat aſſertio.* Hunc textum quem ſequenti exponit Gloſſa *verb. plus tamen*, juxta ſenſum *d. l. unic.* de privi- 64 legio electionis fori: ita ut has perſonas miſerabiles quaſi ſub tutela Eccleſiæ, & ipſorum Prælatorum poſitas credat, ad hoc ut in Eccleſiaſtica Curia protegantur, & cauſas ſuas proponere poſſint. Quod data deſidia, vel culpabili omiſſione Judicis ſecularis procedere poteſt per tex. *in c. ex tenore* 11. *de for. compet.* Sed meo judicio ulterius mens ſumi Antiſtis progreditur, ut exprimunt verba illa: *cauſas impenſius ducimus exequendas*: quibus non de electione fori, ſed de

celeritate expediendi, de brevitate executionis causarum viduarum, & orphanorum clarissime tractat; quod assequi non valeret, nisi causæ ipsæ summarie saltem, si jam non executive expederentur.

65 Quod quidem ad cæteras miserabiles personas extensum est, ut in juribus expensis continetur, & comprobat ulterius text. *in l. illicitas 6. §. ne potentiores, ff. de Offic. Præs.* ibi: *Ne potentiores viri humiliores injuriis afficiant, neve defensores eorum calumnios crimin bus infestentur innocentes, ad religionem Præsidis Provinciæ pertinet.* Quem ad rem expendunt Coler. *consil. 41. num* 19. Illiger. *ad Donel. dict. lib. 24. comm. cap. 5. lit. C.* Melior textus *in c. pauper 11. quæst. 3.* & in *auth. de mandat. Princip. §. sit tibi*, quos in terminis expendit Cerdan *in visit. car. d. cap. 16. privil. 72.* & alijs relatis Ripoll. var. *dict. cap. 5. num. 239. cum seqq.* Farin. *in re-*

66 *per. Judic. quæst. 98. num. 1.* Sed non ita capiendum est, ut in omni causa procedat; licet enim intelligamus hoc privilegium concessum dum miserabiles agunt in judicio, non vero si conveniantur, ne privilegium favore ipsarum introductum in eas retorqueretur, ut pluribus notat Castillo *dict. cap. 25. num. 14.* Tamen etiam si agant declarandum venit, quoties causa miseratio-

67 nis concurrit; non vero quando ea cessante locupletari intendunt, ut puta si vidua, pupillus, orphanus, vel egenus, revindicare intentat statum opulentum, pinguem Baroniam, vel copiosam hæreditatem. Quia in his casibus, & similibus sufficit quod miserationis gratia eis succurratur per viam summariam, cum necessarijs ad sumptus litis, & alimenta, ut tradunt Rebuffus *ad leg. Gal. tract. de sent. provis. art. 3. glos. 1. nu. 14.* Dominus Covarr. *pract. cap. 6. num. 6. ad fin.* Paz *de tenut. tract. 2. cap. 46. ex num. 2.* qui bene interpretatur textum, *in l. si instituta, §. de inofficios, ff. de inoffic. test.* sequitur Farin. *d. q. 98. num. 4.*

68 Et quando simul cum privilegio concesso personæ, concurrit aliud privilegium ipsius causæ, procul dubio procedit cognitio summaria, ut in nostro textu apparet; nam in eo contemplatur persona, & causa, nempe jura dotalia, quibus etiam de jure privilegium concessum est, text. *in l. 2. & 1. ff. solut. matr. l. nonnunquam 72.* cum similibus, *ff. de Judic.* quod à jure nostro confirmatum est, nam de concessione privilegij concessi personæ constat *in dict. for. 112. de cur. & Bajul.* de concesso doti, & cæteris juribus ab ea descendentibus *in for. 10. solut. matrim.* Utrumque privilegium contemplatur in nostro textu, cum in eo de vidua tractetur provisionem ex bonis mariti postulan-

69 te. Istud *provisionis* verbum latissimam significationem obtinet, ut innuunt Glos. & Doctor. *in c. si compromissarius de election. in 6. & in Clement. fin. eod. titul.* Notant Rebuff. *ad leg. Gal. titul. de sentent. provis. in præfat. numero nono.* August. Barbos. *de appellat. verb. jur. appell. 228.*

Sed ea quæ isti Doctores tradunt non spectant ad rem de qua agimus: quia de electione Prælatorum tractando, proviso idem, ac electio jam perfecta sonat; & sic potius crederem sensum nostri fori congruere cum tex. *in c. cum secundum 16. de prabend. junct.* Glos. & quæ dicuntur per Innocentium & Hostiens. *ibi*: nempe quod significet ea quæ postulantur ad necessariam vi-

70 tæ sustentationem, ut idem Rebuf. intelligit. *in d. præf. num.* 14. & clarius percipitur *ex d. for. 10. solut. matr.* ibi: *lo heren del marit no satisfara a la muller del dot, e creix que ha en los bens de son marit: e per ço segons fur dins lany del plor li fera tacha da provisio.* Quo textus verbum *provisio* sumitur pro alimentis debitis viduæ in anno luctus, juxta *for. 6. eod. tit.* Sed cum dos sit patrimonium feminarum, ex qua ali solent, & debent, tex. *in l. 3. §. sed utrum, ff. de minor. l. Pomponius 36. ff. famil. erciscun. l. in eum 16. ff. de religios. & sumptib. funer.* docent Gratian. *discept. forens. c. 455. n. 10. & cap. 556. ex num. 1. & alii adducti per Iacob. Cancer. variar. lib. 5. c. 21. num. 209.* & Fontanell. *de pactis nuptial. tom. 2. claus. 5. glos. 1. part. 1. num. 124.*

Sub cujus appellatione juxta nostros foros veniunt 71 augmentum dotis, antephatum sive *Creix*, vestes usuales, & lugubres, ac lectulum, quæ omnia eodem jure regulantur *l. inter socerum 26. §. cum inter, ff. de pact. dotal. l. etiamsi 8. C. de jur. dot. d. for. 6. per aliquot seq. solut. matrim.* docent Dus Leo *decis. 36. num. 12. & decis. 150. per tot.* Antonin. Amato. *lib. 2. var. resolut. 92. num. 4.* Anton. Faber. *in C. lib. 6. tit. 4. defin. 3. n. 20. in not.* Gratian. *discep. for. c. 53. n. 7. & c. 172. n. 19. & c. 635. n. 7.* Mar. Cutell. *de donat. tom. 2. tract. 2. discur. 1. special. 15. ex num. 21.* Marc. Ant. Amat. *decision 8. num. 51.* Macerat. *var. lib. 1. c. 50. in fin.* Rota *p. 6. divers. decis. 312.* omnino videnda, Fusar. *de fidejuss. q. 533. ex n. 1.* Cæsar Carena *variar. resolut. 130. num. 4.* Hinc profluit, quod æqualiter cuncta comprehendantur in nostro foro, & in consequentiam summarie tractari debent lites suscitatæ per viduam, tam ratione alimentorum anni luctus, quam ratione aliorum jurium dotalium.

Quod satis explicatur in nostro foro, ibi: *tot pleit, o contast*, quibus verbis generalis regula ponitur ad cog- 72 nitionem summariam de omni lite, & quæstione suscitata per viduam ratione provisionis ex bonis mariti habendæ, sub cujus nomine omnia jura prædicta comprehensa sunt, quia ratione dumtaxat alimentorum anni luctus non diceret de *omni lite*, sed de *lite* tantum.

Quam conclusionem de jure firmarunt Baldus *in d. l. 1. num. 1. & 8. ff. solut. matr.* Cardinal. *in Clem. dispendiosam, q. 3. de Judic.* Cellus Hugo *consil. 150. ex n. 1.* Guilliel. Benedic. *in c. Raynuntius, verb. Uxorem num. 387.* Guillielm. Mayner. *in l. in ambiguis pro dot. 85. ff. de regul. jur.* ubi etiam Revardus, Petrus Faber & Cujac. Pract. Ferrar. *sit. in forma libelli quo uxor agit*, Rebuff. *ad leg. Gal. d. tract. de sent. provis. art. 3. glos. 1. nu. 14.* Peguer. *in prax. rub. 11.* ubi Ripoll. *n. 9. & Rub. 14. nn. 9. & 84. & var. d. cap. 5. nn. 239. cum seq.* Illiger. ad Donell. *d. lib. 24. com. cap. 5. lit. C.* Petr. Gregor. *lib. 9. syntagm. c. 24. nu. 11.* Fontanella *d. claus. 8. n. 14. &* novissime Fermos. *in c. dilecti q. 17. n. 22. de Judic.* Et ratio est, quia favorabilis reputatur dotis causa *d.* 73 *l. 1. & 2. ff. solut. matr. for. 10. eod. tit. l. in ambiguis 7. ff. de jur. dot. d. l. 85. ff. de Regul. jur.* cum similib. Et sic æquiparatur dos piæ causæ, text. *in §. 1. titul. qualiter olim in usib. feudor.* ibi: *Donare autem aut judicare pro anima, vel in dotem pro filia.* Tiraq. *de privil. pia caus. priv. 157. cum seq.* expresse per hunc textum tenet quod doti concessum est privilegium cognitionis summariæ, quam doctrinam sequuntur Everardus, Riccius, Mantica, Gratianus, Genuensis, Amato & Novarius, quos congerit Marinis *lib. 1. quotidiana. c. 247. num. 8.* & ante eum Novar. *ad pragm. Neapol. prag. 4. de emp. & vend. collect. 4. num. 1. & 22.* Merlin. *contr. forens. cent. 2. cap. 93. num. 5.*

Nec obstat interpretatio adducta per Fontanellam *de pact. nuptial. tom. 1. claus. 4. glos. 21. p. 2. n. 15.* dicentem hanc conclusionem quam firmaverat cum Baldo, Everardo, Didaco Perez, Ant. Gomez, Guttierrez, Spino, & 74 Suarez, limitandam esse cum Iasone, Calcano, Tiraquello, & Surdo ad casum dotis donatæ pauperi, ut habetur *ibid. n. 12.* Nam meo judicio repugnat similis interpretatio verbis, & menti dicti textus, ibi: *dotem pro filia dare*, quia clare deprehenditur quod Imperator ad æquiparandam dotem cum donatis pro anima, non fuerat contemplatus qualitatem paupertatis in puella dotata; sed paternam pietatem dum *dotem pro filia dare* decrevit, quæ ratio æqualiter influit in filia dite, sicut in paupere: imo solum de dite intelligi potest, quia puella cujus Pater pauper est, non potest comprehendi sub hac dispositione, cum nihil habeat ex quo fi- 75 liam dotare possit: eleganter Ulpianus *in l. Cura 4. §. inopes, ff. de muner. & honor.* his verbis: *inopes operæ patrimonii,*

patrimonii, ipsa non habendi neceſſitate non ſuſtinent. Onus enim patrimonii paterni eſt filias dotare, text. *in l. capite* 19. *ff. de rit. nuptiar. l. ſi pater* 7. *Cod. de dot. promiſs.* ibi: *Neque enim leges incognita ſunt, quibus cautum eſt omnino paternum eſſe officium, dotem vel ante nuptias donationem pro ſua dare progenie.* Verum hoc juxta patrimonii facultates commenſurandum eſſe Juſtinus reſcripſit *in dict. l.* 7. unde qui mole creditorum gravatur dotare filios non cogitur, *l. ait Prætor.* 10, §. *ſi cum mulier* 14. *ff. quæ in fraud. creditor.* imo ſi dotaverit, non tenet *l. fin.* §. *ſi à ſocero fraudatore, ff. eod.* cum aliis adductis per Ripoll *var. cap.* 9. *numer.* 169. ſicque filia pauperis non eſt de qua *in d.* §. 1. locutus
76 fuit Imperator.

Si autem filia ſit divitis, ipſa pauper dici non valet, text. *in l. final. C. de impub. & ali. ſubſt.* ibi: *cum & natura pater & filius eadem eſſe perſona intelligantur.* ubi ad rem Bartol. *numer.* 2. late Langleus *ſemeſtr. lib.* 7. *cap.* 2. cum aliis per me congeſtis *ſup. c.* 4. §. 6. *n.* 47. quare quod habet pater, filiam habere cenſetur, tex. *in l. in ſuis* 11. *ff. de lib. & poſt.* ibi: *quaſi olim hi Domini eſſent, qui etiam vivo patre quodammodo domini exiſtimentur.* Bonus etiam textus in *l.* 1. §. *Largius* 12. *ff. de ſucceſſ. edict.* ibi: *in honorem ſanguinis videlicet, quia arctandi non erat, qui pene ad bona propria veniunt. &* ſicque privilegium dotis non dimanat ex paupertate dotatæ, ſed quia dos favorabilis ex ſui natura eſt cauſa ſobolis procreandæ tex. *in d. l.* 1. *&* 2. *ff. ſolut. matr.*

77 Quæ ratio non ceſſat in vidua ex eo quod ſobolis ſpes ceſſet, nam in origine conſtitutionis hoc privilegium dos lucrata fuit; eſt etiam favorabilior fiſco *l. ſi pignus, ff. qui potiores in pign. hab. Aſſiduis, C. eadem l. dotis* 9. *C. de jur. dot.* cum ſimilibus & aliis congeſtis per Menoch. *de præſumpt. lib.* 2. *præſump.* 72. *num.* 22. Valenz. *conſ.* 64. *num.* 3. ſed fiſci cauſæ privilegiatæ ſunt quoad viam ſummatim cognoſcendi, ut dixi *ſup. in.* 3. ex tex. *in d. l.* 4. *& in l. omnibus* 13. *C. Theodoſ. de jur. Fiſci. l. fin. C. Juſt. eod. tit. lib.* 10. ubi Gotofr. Pater, & Filius, ac per conſequens ſicut cauſæ fiſcales celeriter, & ſummarie decidendæ ſunt, multo magis cauſæ dotales tanquam favorabiliores; qua ratione pluribus privilegiis fruuntur, ut innuit Petr. Gregor. *d.* 24. *ex n.* 1. & poſt eum Anſaldus *conſ.* 41. *ex numer.* 1. Novar. *dict. collect.* 4.
78 *per tot.*

Unum ex his, ut dixi, eſt cognitio ſummaria ut in noſtro foro expreſſum habemus, ibi: *ſia oit, è determinat ſummariament, è de nua paranda ſens ſcrits.* Quod adeo procedit, ut in Regno Siciliæ, quia omnes cauſæ ſummarie tractantur, ut tradit Marius Giurb. *ad conſuet. Meſſan. cap.* 13. *gloſ.* 3. *p.* 1. *num.* 36. ne cauſæ dotales cæteris coæquatæ remaneant, conceſſam habent viam executivam, etiam ſi inſtrumentum dotale confectum non ſit, ſecundum formam ritus; pactis dotalibus in ſcriptura privata per partes ſubſcripta, contentis, &
79 apud Tabellionem depoſitis. Ut cum Mario Muta, Cumiano, Intrigliolo, & aliis probat Giurba *ubi prox. num.* 24. *& deciſ.* 16. *num.* 14. & ipſi cum aliis relatis Amato *var. lib.* 1. *reſol.* 8. *numer.* 3. *&* 6. & quanquam *num.* 7. contrariam ſententiam tueatur, ſi ſpeculamus dicta per eum, inveniemus quod nititur in eo quod ſcriptura privata non poſſit producere viam executivam, dum affirmat, quod ea quæ fiunt inter ſiculos ſub nomine pactorum dotalium, potius minuta eorundem, quam inſtrumentum dici valet, ut diſſerit *ex nu-*
80 *mer.* 11. quare mirum non eſt quod dubitet an ex ſimili ſcriptura concedi poſſit, vel debeat via executiva; de quo forſitan non dubitaret, ſi pacta dotalia in publica forma facta fuiſſent, & inſtrumentum ſolemne ex ipſis confectum, ut cum Baldo, Galeſino, Alexandro Craſo, Bimio, & Gratiano dixerat *num.* 4. à qua doctrina non eſt alienus ipſe Gratianus *diſcept. for. cap.* 362. *num.* 4. imo nec ipſo Amato *lib.* 2. *var. reſol.* 92.

ex numer. 6. ubi latius diſputat.

Quæ quidem diſpoſitio viget in illo Regno; tam dum vidua agit pro recuperatione dotis mortuo marito, quam ſi uxor eo vivente atque conſtante matrimonio agat quia ipſe maritus ad inopiam vergit, ut cum Ma- 81
ſtrillo, Riccio, Burſato, Anania, Theſauro, Menochio & aliis dixerat idem Giurba *dict. cap.* 13. *gloſ.* 3. *p.* 1. *numer.* 26. Et omnia illa extenduntur ad cætera jura dotalia; & ratio ea eſt, quod executio competens vigore legis, ſtatuti, ſeu conſuetudinis, pro expreſſis in inſtrumento competit etiam pro eis quæ virtualiter in ipſo inſtrumento inſunt, ut cum Aymone, Craveta, Federico, Baldo, Angelo, & Surdo, probant Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 444. *num.* 45. *& ſeq. & cap.* 445 *n.* 21. Magon. *deciſ.* 3. *num.* 29. Pacta namque dotalia eo modo confecta ex conſuetudine habentur pro inſtrumento publico.

In noſtro Regno via executiva pro dote conceſſa 82
non eſt, & multo minus pro cæteris juribus ab ea provenientibus; etiam ſi pacta dotalia contenta reperiantur in publico atque ſolemni inſtrumento: ſed actio perſonalis, & hypotecaria, privilegiata per viam ſummariam, condemnativam tamen, ut habetur in noſtro textu junct. *for.* 20. *ſolut. matr.* ibi: *lo marit. ff. de condemnat.* prout de jure civili Romanorum ſic procedere probat tex. *in l. rebus* 30. *C. de jur. dot.* ubi Doctores, & infert Baldus *in l. ſi cum dotem* 22. §. *eo autem tempore, ff. ſolut. matr.* per illum textum; quem ſe- 83
quuntur Alexander, Alciatus, Theſaurus, Gratianus, Aſinius, Craſſus, & alii congeſti per Marium Giurb. *dict. cap.* 13. *fileſ.* 3. *p.* 1. *num.* 23. Quibus adde Parladorium *lib.* 2. *rer. quotid. cap. fin.* §. 12. *limit.* 5. *num.* 39. & Anſaldum *dict. conſ.* 41. *ex num.* 7. In quo neminem dubitantem vidi.

Sed nihilominus obſtare videtur textus in *for.* 5. *de exequut. rei judic.* per quem expreſſe conceditur via exe- 84
cutiva, pro teſtamentis, ſententiis, conventionibus, pactis, tranſactionibus, & arbitrorum decretis. Si enim conventiones, & pacta paratam habent executionem juxta hunc forum, & in pactis nuptialibus juxta morem noſtri Regni, & ſtylum Tabellionum illius apponatur expreſſa conventio de ſolvenda dote, & ea reſtituenda cum cæteris juribus dotalibus juxta foros, ſuis in caſibus reſpectivè adhibita ſolemni ſtipulatione, ſub perſonæ ac omnium bonorum obligatione; qui- 85
bus comprehenduntur mobilia, & immobilia, habita, & habenda privilegiata, & non privilegiata; ut expreſſe dicitur; ex vi hujus conventionis, de qua dubitari non valet, ſequuto caſu ſolutionis, vel reſtitutionis, actionem executivam inſurrexiſſe dicere debemus, quando in *dict. foro.* 5. expreſſe cautum eſt, quod via executiva pro conventionibus concedatur. Et quanquis concedamus, quod in pactis dotalibus deficit clauſula guarentigiæ obligationis, à qua regulariter 86
via executiva procedit juxta doctrinam Bartoli *in l.* 2. *de confeſſ. num.* 15. *& in l. cum notas, ff. de bon. auct. judic. poſſid.* ubi etiam Baldus *num.* 2. Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *caſ.* 17. *num.* 4. Vincent. de Franq. *deciſ.* 341. *num.* 1. & ibi Addent. Caravit. *t.* 1. 166. *num.* 10. Theſaur. *deciſ.* 26. *num.* 12. Cancer. *var. lib.* 2. *cap.* 3. *ex num.* 1. D. Leo *deciſ.* 64. *n.* 5. Antonin. Amat. *var. lib.* 1. *reſol.* 13. *ex num.* 1. Ant. Fab. *in C. lib.* 1. *tit.* 9. *defin.* 5. *in princ. & lib.* 7. *tit.* 15. *defin.* 1. Gratian. *diſcept. for. cap.* 873. *num.* 1. *&* 9. Aniechin. *de prævent. Inſtr. cap.* 2. *num.* 9. *cum ſeqq.* Domini Creſpi *obſervat.* 55. *numer.* 2. *& ſeqq.*

Hoc minimè relevare videtur, cum ſuppleatur per 87
diſpoſitionem foralem dum inſtrumentis guarentigiam habentibus vim executivam tribuit lex municipalis, ſive ſtatutum regionis; quia à jure communi prorſus ignorata reperiebatur ſimilis vis, ut omnes tenent. Ita Bartol. *in l. poſſeſſio quoque* 49. §. *& ſi poſſeſſor, ff. de acquir. poſſeſſ.* Ludovic. Roman. Ant. Theſaur. & alii, quos ſe-

quitur Cancer *dict. cap. 3. num. 7.* cum aliis infra recenſendis *num. 99.* Ob quod bene ſequitur quod in noſtro
88 Regno ex vi *dict. for. 5.* procedere poſſit doctrina ſiculorum viam executivam pro exactione dotis concedens. Sicut in terminis *l. 1. cum ſeqq. tit. 21. lib. 4. recopil.* idem tenuerunt reſpectu debiti cujuſcumque inſtrumento publico contenti, docent Anton. Gomez *in l. 64. Taur. num. 4.* Avendaño, *in diction. verb. eſcritura*, Palacios Ruvius *in dict. l. 64. taur. in prin.* Olanus *in concor. jur. lit. L. num. 33. & ſeq.* Garcia *regul. 179. n. 10.* Parlador. *lib. 2. rer. quot. d. c. fin. §. 11. p. 1. ex num. 5.* & alii congeſti per Carleval. *d. tit. 2. diſput. 8. ex n. 2. cum ſeqq.* Vela *diſſert. 3. n. 37. & diſſert. 42. n. 13.* Seſſe *de inhibit. in Anacephal. n. 34.* Lex enim *2. d. tit. 21.* aſſimilatur *d. for. 5.* cum quibus conſonat dictum Cæſaris Carena *var. reſolut. 31. ex n. 2.*

89 Quod pariter procedit reſpectu mariti, cui dos promiſſa fuit, dum intendit eam exigere à promittente, poſt celebrationem nuptiarum; quia ab eadem conventione ſolemni ſtipulatione vallata, & ipſomet inſtrumento publico contenta procedit obligatio, ut tenuerunt Fontanella *d. claus. 8. n. 5.* Amat. *d. reſol. 8. n. 5.* qui alios congerunt. Ad quod parum conducunt dicta ſuperius *n. 65. cum ſeqq.*

90 Nihilominus viam executivam non reſultare ex tali conventione, vel pacto dotali certius eſt, ut communis praxis noſtri Regni demonſtrat, duplici ex ratione: quarum prima eſt quod conventio iſta nunquam fulcitur clauſula guarentigiæ obligationis, apponi ſolita in eodem noſtro Regno, ex conſenſu contrahentium, quoties intendunt viam executivam contractui
91 tribuere. Non enim apud Valentinos coaleſcit clauſula iſta ex ſolo ſtatuto, vel lege municipali, ut Bartolus, Cancerius, Seſſe & reliqui ſupra relati exiſtimaverunt: cum lex ſupponat voluntatem contrahentium, ut clauſula ſimilis apponatur. Neque ex ratione adducta per Angelum *in l. 4. §. condemnatum, ff. de re judic. & in l. judex, eod. tit. num. 4* quem ſequuntur Anichin. *d. cap. 2, num 134.* Marinis *quotid. reſol. lib. 1. c. 73. n. 3.* cum cæteris Italis, quos etiam ſequi videtur Seſſe *numero trigeſimo quarto*, nempe ex præcepto Notarii, ſive Tabellionis inſtrumentum conficientis; quem nuncupant *Judicem Cartularium*, dum confitenti debitum mandant ſolvere.

92 Quia nullam legem, ſtatutum, aut privilegium oſtendunt, vel allegant ex qua appareat ſimilem auctoritatem, vel juriſdictionem eidem Tabellioni conceſſam fuiſſe: imo fictum uſum hujuſmodi poteſtatis accurate notat Carlevalius *tom. 1. tit. 1. diſput 2. num 918.* qui cum in rebus, juribus, atque negotiis totius Italiæ expertiſſimus fuiſſet, omnino credendus eſt, & ſimilis auctoritas deſpicienda. Et tenendam procedere totam vim clauſulæ guarentigiæ ex ratione adducta per Fontanellam *dict. clauſ. 8. numero primo, & deciſion. 252. numero decimo quinto*, Parlador. *dict. §. 11. numero quinto.* Graſ. *de except. in prælud. num. 12. & 17.* Cagnol. *in l. 1. n. 44. ff. de judic.* Gratian. *diſcep. for. c. 383. n. 25. & c. 455. num. 21.* Rebuff. *ad leg. Gal. d. tract. de lit. obligat. art. 8. gloſ. 3. num. 27.* Guttier. *de jura. confir. p. 1. c. 62. n. 5. verſ. poſt tamen* Pichard. *in manuduc. p. 2. precep. 5. n. 11.* Velam *d. diſſert 42. n. 14.* Carleval *d. diſput. 2. manet. 917.* & Noguerol *allegation. 4. numer. 1. & 10.*
93 Nempe ex voluntate, & conventione partium, & expreſſa obligatione contrahentis in ipſomet inſtrumento, de cujus executione agitur, quod & notaverat ante eos noſtras Doctiſſimus Petrus Belluga *d. rub. 41. n. 15. ad fin. verſ. & quia in talib. inſtrumentis.* In ea namque clauſula, prout Valentini, & cæteri Hiſpani Tabelliones extendere conſueverunt, quoties eam apponere jubentur, explicatur intentio obligationem contrahentis, præcedendo liquida, clara, atque ſpecifica
94 confeſſio debiti, cui tribui vult vim ſententiæ diffiniti-

væ, in judicatum tranſactæ, cum juramento ſolemniter præſtito de ſolvendo adveniente die, vel caſu, abſque aliqua mora, non litigandi, neque abſolutionem impetrandi, ſub certa pœna ultra ſolutionem, cum renuntiatione proprii fori, ſubmittendo ſe juriſdictioni cujuſvis Judicis ab altero contrahente eligendo, & facultate variandi, conſenſum præſtando quod fiat executoria large cum uberrimis, atque ampliſſimis firmitatibus: quæ quia præ manibus habentur, non tranſcribuntur.

Hæc omnia pertinent ad ſubſtantiam, & naturale 95
complementum contractus, ob quod idem robur obtinere argum. tex. *in l. fundi partem 79. ff. de contr. emp.* cum ſimilibus adductis per Carleval. *dict. numer. 917.* Quamobrem dicere debemus, quod via executiva inſurgit ex voluntate, & conventione contrahentium, per conſuetudinem, legem vel ſtatutum approbatis, de
eujus valore ac firmitate plura per Bartol. *in dict. l.* 96
poſſeſſio 49. §. ſed & ſi poſſeſſio, num. 3. & in d. l. cum unus, ff. de acquir. poſſeſſ. & in dict. l. 2. ff. de confeſſ. & in l. vinum. num. 7. ff. ſi cert. petat. & in l. 1. num. 3. C. de confeſſ. ſequitur Baldus *in dict. l. 2. ff. eod.* Aretin. *in l. 2. in proœm. colum. 6. ff. de verb. oblig.* Benedic. Barz. Peruſin. *in plen. tract. de inſtrum. guarent. ex prin.* Petr. Gregor. *lib. 48. ſyntagm. cap. 3. ex num. 20.* Parlador. *dict. §. 11. ex num. 5.* Maſcar. *de prob. concluſ. 345. per tot. præſer. ex num. 55.* Barboſ. *in collect. ad cap. ſi cautio de fide inſtrum.* Marin. *dict. lib. 1. quotid. cap. 73. num. 2.* Barlich. *practical. dict. part. 1. concluſ. 36. numero vigeſimo quarto.* apud quod plures alios reperies, ex quorum dictis quæcumque deſiderabis ad ſaturitatem haurire poteris.

Sed nota obiter, quod inſtrumentum *guarentigium*, 97
vel, ſicut Itali ſi dicere ſolent, *guarentigiatum*, non denominatur, ut aliqui perperam opinantur, à verbo Gallo *Garant.* ſive *Garantia.* Nam iſtud *evictionem* ſignificat, ut probat Berlichius *dict. p. 1. concluſ. 19. num. 2.* ſive defendere, ut tradunt Tondutus *reſol. civil. tom. 1. cap. 49. num. 18.* Roſſa. *conſult. 7. num. 85.* ſed à verbo Tuſco *Guarentare*, quod eſt idem ac *firmare* vel *corroborare*, ut probat tex. *in §. fin. autem, tit. de leg. Conrad. in uſib. feuder.* ibi: *ſi poſſidenti Dominus guarentizare voluerit.* Quæ quidem verba Baldus ibid. ſic exponit. *Guarentare eſt verbum Tuſcorum, qui appellant inſtrumentum guarentigiæ firmitatis, ut præciſum: cui omnino ſtandum* 98
eſt. ſequitur hanc expoſitionem Parlador. *dict. §. 11. num. 2. & 3.* Et licet Jacobus Cujacius, & Dionyſius Gothofredus *in eod. tex. lit. F, evictionem præſtare.* exponant, tanquam Galli ſignificationem patrii idiomatis maluerint deſumere, quam externam amplecti: ſed perperam; quia inter Gallos inſtrumentum quod habet paratam executionem dici ſolet *ingroſſatum*, non *guarentigium*, ut colligitur ex traditis per Petr. Gregor. *dict. lib. 48. ſyntagm. cap. 3. num. 20.* Et ex Gallis peritioribus noſtram expoſitionem ſequuntur Petrus Rebuffus *ad leg. Gal. tract. de litt. obligator. art. 3. gloſ. 6. num. 2.* & clarius Andreas Tiraquellus nemini doctrina atque eruditione ſecundus, *in tract. de conſtit. poſſeſſ. numer. 48.*

Ex quibus omnibus rectè concludimus, quod ſi in- 99
ſtrumentum non reperiatur corroborarum prædicta clauſula guarentigiæ obligationis, juxta patriam conſuetudinem extenſa, viam executivam non tribuit; quia de jure communi inſtrumenta etiam ſi favore minoris, viduæ aut alterius privilegiatæ perſonæ facta ſint, non habent paratam executionem. tex. *in l. ſi cum decem 23. §. ſi patri cum ſeq. ff. ſolut. matrim. & in l. minor. 34. ff. de minor.* ubi com. Doctores. Franc. Marcus *deciſ. 193. tom. 1.* Chaquer. *deciſ. 119. num. 2.* Theſaur. *deciſ. 26. num. 5.* Novar. *ad prag. Neap. tit. de inſtr. liquid. collect. 1. num. 5.* Aſinius *in prag. tit. de exequut. §. 1. cap. 2.* Barz. *dict. tract. de inſtr. guar. p. 1. in princip. quæſt. 8. verſ. aliquando.*

100 *quando.* Beccius *conſil.* 17. *numer.* 2. Oſaſcus *deciſ.* 129. *num.* 2. Seraphinus *tract. de jur. privil.* 77. *num.* 1. Vincent. de Franch. *deciſ.* 369. *num.* 6. ubi Addent. Rebuffus *dict. tract. de litt. obligat. art.* 6. *gloſ.* 3. *num.* 2. & 3. Gratian. *diſcep. forenſ. cap.* 146. *num.* 44. Graſ. *de except. in pralud. num.* 1. Cummian. *ad rit.* 16. *num.* 22. Maſtril. *deciſ.* 217. *num.* 10. Ant. Fab. *in C. lib.* 7. *tit.* 15. *defin.* 3. *num.* 1. pluribus Giurba *obſer.* 74. *num.* 1. Anton. Amat. *var. lib.* 2. *reſol.* 63. *num.* 8. aliis relatis Prato *diſcep. for. tom.* 4. *cap.* 16. *num.* 4. Quod in noſtro Regno Valentiæ ab antiquiſſimo tempore obſervatum fuiſſe teſtatur Belluga *dict. rub.* 41. *num.* 15. *verſ. ad tertium,* dictum forum quintum ſic interpretando, ſeu reſtringendo, quem ſequitur Morla *in emporio tit.* 11. *de fid. inſtr. in princ. num.* 15. & nunc pariter obſervari teſtatur Dominus Creſpi *d. obſer.* 55. *n.* 47. ut cunctis in foro verſatis notum eſt.

101 Neque huic traditioni obſtat tex. *in dict. for.* 5. dum omni conventioni, ſeu pacto, executionem, indefinita loquutione, concedit: tum quia ſic per ſtylum, & longævam conſuetudinem interpretatum eſt, ita ut ſolum concedatur exequutio quando partes id intendunt in ipſa conventione, pacto, vel contractu, explicando voluntatem dum apponunt clauſulam memoriam: tum etiam quia generalis diſpoſitio illius fori non derogat ſpecialitatem contentæ *in dict. for.* 20. ex trita juris regulâ: *generi per ſpeciem derogatur,* tex. *in l. in toto* 80. *ff. de regul. jur.* cum vulgaris adductis per Barboſam *axiom.* 107. *ex n.* 1. *ſignanter, n.* 7. imo generalitas *dict. for.* 5 de-
102 rogata eſt per ſpeciem *d. for.* 20. Communis namque praxis judiciorum, quæ optima legum interpres eſt. *l. nemini, l. ſi de interpretatione, ff. de legib.* cum aliis congeſtis per eundem Barboſ. *axiom.* 56. *num.* 6 *ſic dictum for.* 5. intelligit, ita ut conventiones, & pacta in publico inſtrumento contenta producant viam executivam, ſi clauſula guarentigiæ obligationis expreſſa reperiatur modo quo dixi.

Ex conventione vero, vel pacto in publico inſtrumento contento abſque illa clauſula, executio concedi non debet; & cum hujus generis ſint conventiones, & pacta nuptialia in noſtro Regno, hinc eſt, quod non executive, ſed condemnativè, ſummariéque pro eis agi poſſit. Neque aliter à peritioribus interpretatur *dict.*
103 *l.* 1. *cum ſeqq. tit.* 21. *lib.* 4. *recopil.* Nam generalitas concedendi executionem pro quocumque debito probato per publicum inſtrumentum declaratur & reſtringitur *in l.* 5. *cod. tit.* his verbis: *Que las nueſtras Juſticias las executen conforme la ley de Toledo ſuſo dicha que fabla de los contratos guarentigios.* Lex namque Toleti eſt *dict. l.* 1. ex qua ſuam concluſionem deducunt Doctores contra-
104 riæ opinionis: ſed cum per hanc quæ dicitur *Matriti* declaretur, & reſtringatur generalitas illius ad contractus guarentigiam habentibus; priſteva illa diſpoſitio remanet reſtricta & declarata per hanc poſteriorem: quæ nec per *l.* 19. *ejuſd. tit.* correcta aut immutata fuit, ut perperam opinatus fuit Balaños, *ubi ſup.* nam ſimplex generalitas ſubſequens, nihil immutat ab ſpecialitate expreſſa, niſi adſit ſpecifica mentio tex. *in c.* 1. *de conſtit. in* 6. Bartol. *in l.* 1. §. *hoc autem, num.* 7. *ff. de nov. oper. nunciat.* Doctores *in l. ſed & poſteriores* 28. *ff. de legib.* Jaſon. Fulgoſ. & cæter. Scribentes *in l. in teſtamentis, C. de teſtam.* Tiraquel. *de retract. lignag.* §. 1. *gloſ.* 14. *n.* 39. Cancer *var. lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 9. D. Leo *deciſ.* 34. *n.* 16. & *deciſ.* 61 *n.* 6. Dominus Creſpi *obſer.* 2. *num.* 51. & *obſer.* 111. *num.* 24.

105 Et ſic noſtram ſententiam tuentur graviores ſcribentes in Regno Caſtellæ, quales ſunt D. Covarruvias *lib.* 2. *var. cap.* 11. *numer.* 3. *verſ. illud ſane.* Rodericus Suarez *in dict. l. poſt rem, in declarat. leg. Reg.* Segura *in l. ſi ex legati cauſa* 78. *ff. de verb. obligat.* Anton. Padilla *in l.* 1. *numero vigeſimo primo, C. de jur. & fact. ignor.* Didacus Perez *in l.* 4. *tit.* 8. *lib.* 3. *Ordin.* Azevedo *in l.* 11. *titul.* 21. *lib.* 4. *recopillat. numer.* 56. Paz *in prax. tom.* 1. *part.* 4. *cap.* 1. *num.* 9. *cum ſeq.* Pichard. *d. p.* 2. *manuduct. præcep.* 5. *numer.* 10. Baeza *de inope debit. cap.* 1. *num.* 31. Guttierrez *de jur. conſtr. d. c.* 26. *num.* 2. & *practic. lib.* 1. *quæſt.* 110. *per to.* Valenzuel. *conſil.* 86. *numer.* 33. & *conſil.* 141. *num.* 8. Larrea *deciſ.* 87. *numer.* 14. Pareja *de inſtr. edit. ſcm.* 2. *tit.* 6 *reſol.* 9. *num.* 22. & 28. Noguerol. *allegat.* 4. *ex numer.* 1. Olea *tract. de ceſſ. jur. tit.* 1. *quæſt.* 4. 106
numer. 24. apud quos plures, & plura ad reſponſionem eorum quæ dicuntur à Doctoribus contrariæ opinionis. Qua re bene perpenſa faciliter cum noſtra concordari poteſt, quia intelligi debet, ut procedat executio in omni inſtrumento publico, deficiente clauſula guarentigiæ obligationis ſecundum ſtylum Italiæ, dum apponitur præceptum Judicis Chartularii: non autem deficiente clauſula executiva, ut ita dicam, apponi ſolita in quolibet inſtrumento publico, Hiſpano ritu confecto, cum ſubmiſſione Judici, vel judicio eligendo per creditorem, ut contra eum procedat via executiva. Noſtra enim in his terminis intelligenda eſt, ſicque per plures annos in Regno Valentiæ obſervari vidi, atque obſervavi, ſicut in hac Curia, & tribunalibus Caſtellæ, dum munera ibi obtinet.

Doctores Siculi non ignorant quod attento rigore 107
juris ejuſdem Regni, vita executiva pro dote, juribuſve dotalibus non procedit juxta doctrinam Alexandri, Alciati, & aliorum quos congerunt Giurba & Amato *ubi ſup.* quare ſuam obſervantiam adſtruunt in conſuetudine cum Coripheus Marius Muta totus ſit in conſuetudine Panormitana oſtendenda. Quam nihilominus improbat Antonius Amato *d. reſol.* 11. niſi inſtrumen- 108
tum publicum ſecundum formam ritus confectum, ſit de pactis dotalibus; quod idem eſt ac dicere firmatum guarentigia obligatione, ut dixerat *ibid. numer.* 4. ſive quando expreſſa diſpoſitione ſtatuti inſtrumentum, ex ſe habet paratam executionem, ut cum Bartulo, Baldo, Alexandro, Jaſone, & aliis docuit Gratianus *diſcept. forenſ. c.* 115. *num.* 17. quod idem effectu eſt.

Ratio ſecunda propter quam inſtrumenta dotalia ex 109
ſe executioni mandari nequeunt, eſt quia ad hoc ut inſtrumenta ſolemniter confecta, etiamſi habeant guarentigiæ obligationis clauſulam, viam executivam producere poſſint, requiritur, quod obligationes in eis deductæ puræ, & liquidæ ſint, tam reſpectu quantitatis, quam modi, conditionis vel temporis; ita ut inſpecto inſtrumento nihil remaneat liquidandum argum. tex. *in l. hoc autem* §. 1. *ff. ex quib. ca. ſ. in poſſeſ. ear.* docent ſapientiſſimus Valentinus Petrus Belluga, *d. rub* 41. *verſ. item quia, numer.* 15. Dominus Leo *deciſ.* 64 *numer.* 5. *cum ſeq.* & *deciſ.* 202. *numer.* 7. *cum ſeq.* Chaquer. *d. deciſ.* 129. *numer.* 5. Gratian. *deciſ.* 202. *numer.* 20. Magon. *deciſ.* 62. *numer.* 19. Novar. *d. collect. in princ.* Amato *dict. reſol.* 19. *numer.* 21. Cancer. Var. *lib.* 1. *cap.* 17. *numer.* 34. & *lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 9. Scaccia *de appellat. dict. cap.* 2 *quæſt.* 17 *limit.* 9. *num.* 25. Ciriacus plures congerens *controverſ. forenſ. tom.* 1 *contr.* 222. *numer.* 1. & 4. Parladorus, Paz, Bolaños Aviles, Azevedo, & alii adducti per Valenzuel. *conſ.* 48. *numer.* 23. & *ſeqq.* & per doctiſſimum Vela *diſſert.* 24. *numer.* 33. & *ſeqq.* pluribus etiam Carleval *dict. p.* 2. *tit.* 3. *diſp.* 3. *ex numer.* 40. & Bardaxi *ad for. unic. decis. & monit. num.* 5. Novar. *ad prag. Neapol. tit. de liqui. inſtrum. collect. p.* 1. *ex numer.* 1. qui eruditè materiam tractat.

Cum autem pacta dotalia ex ſe liquida non ſint, ita 110
ut per inſpectionem inſtrumenti nihil non remaneat peragendum, ut via executiva inſurgere poſſit; reſpectu mariti dotem promiſſam exigere volentis, quia aliunde probare tenetur nuptias celebratas fuiſſe, quia obligatio dotis promiſſoriæ robur accipit à celebratione nuptiarum *l. ſtipulationem* 22. *l. premittendo* 42. *ff. de jur. dotium.* cum aliis congeſtis per Vincent. de Franch. *d. deciſ.* 336. *numer.* 1. & Anſaldum *conſil.* 52. *numer.* 21. Reſpe-

du vero uxoris reperentis jura dotalia, quia ostendere tenetur advenisse aliquem ex casibus restituendæ dotis, & acquisitionis cæterorum jurium dotalium, ex text. *in d.l. 2 ff. solut. matr. for. 6. cum seqq. eod. tit.* explicant
111 Surd. *consil. 131. numer. 26. lib. 1.* Gratian. *discept. Forens. capit. 406. ex numer. 15:* Hæc enim per inspectionem pactorum dotalium, sive instrumenti eorundem, verificari non possunt; imo in eisdem reperitur conditionalis promissio de restituenda dote; ac per consequens, aliunde probanda hæc sunt: & multo magis si mulier agat pro exigendis cæteris juribus dotalibus, quæ liquidationem requirunt; unde via executiva concedi non potest, sed via condemnativa, summaria tamen proponenda est, in qua liquidatio fieri possit tam conditionis, modi vel temporis, quam quantitatis, vel rei
112 debitæ extra dotem, quæ quidem debentur tanquam accessiones ipsiusmet dotis, quales sunt vestes usuales, & lugubres, lectulum, alimenta, anni luctus, & cætera de quibus D. Leo *d. decis. 36. numer. 12. & dict. decis. 150. per tot.* Quæ omnia complectuntur sub obligatione restituendi dotem cum cæteris juribus dotalibus, secundum fotum Valentiæ, ut notum est cunctis in foro versantibus, quia quotidie in praxi præ manibus habentur.

113 Verum huic rationi maximopere obstare videtur doctrina Baldi *in C. auditis, numer. 4. de præscrip.* quem sequitur Gratian. *discept. forens. capit. 438 numer. 16.* docentis quod instrumentum dotis promissæ pro matrimonio contrahendo, mandabitur executioni, si ex alio instrumentum probetur matrimonium contractum fuisse, quia ex conjunctione duarum scripturarum fit plena & liquida probatio. Quod in praxi ejusdem Regni videtur admissum, quia hæres illius cui venditum fuit censuale annuum, executive agit legitimando personam, ex testamento emptoris censualis, ita ut ex duobus instrumentis insurgat probatio necessaria ad utendum jure viæ executivæ & sic in aliis similibus speciebus quæ quotidie emergunt.

114 Cui objectioni dicendum est, quod hæc doctrina supponit viam executivam inhærentem primævæ obligationi contentæ in primo illo instrumento promissionis dotis, sub ea conditione si nuptiæ sequantur; non autem loquitur de instrumentis nuptialibus, in quibus deest obligatio, executionem producens, ex eo quod contrahentes de ea concedenda non tractarunt. Primum namque instrumentum clausula guarentigia corrobo-
115 ratum reperiebatur, ut cum Bartolo, Baldo, Alexandro, Jasone & aliis supponit Gratianus *dict. capit. 115. numer. 27.* instrumenta vero dotalia guarentigiam clausulam non habent, ut dixi, neque ex forma statuti paratam habere possunt executionem *d. for. 20. solut. matr.* cum aliis adductis per ipsum Grat. *capit. 455. numer. 16. & seqq.*

116 Nec doctrina Baldi absque contradictione procedit, imo verius est quod liquidatio fieri debet in judicio præparatorio, executionem præcedente, ut cum Castrense, Jasone, Baldo, Romano, Alexandro, Rebuffo, Boerio, Casaneo, & aliis explicat Vela *dict. dissert. 24. numer. 34.* & ante eum Paz *in prax. p. 1. tom. 1. capit. 1. numer. 15.* Bolaños *in Cur. Phil. p. 2. §. 8. numer. 1. & seq.* Praxis namque admittit probationem diversi instrumenti, dum qualitas deficiens probari valet ex his de quibus instrumenta regulariter conficiuntur, non autem ea de quibus instrumenta publica rogari non solent. Celebratio nuptiarum secundum ritum Ecclesiæ nunquam ex instrumento apparet, liquidatio jurium altiorem indaginem requirit, mors mariti externa probatione verificatur: & sic de reliquis sine quibus dos exigi non valet à marito, neque recuperari ab uxore. Sed percontaberis, sub qua forma procedendum erit? & dico quod per viam condemnationis *infra decem salvis exceptionibus*, ut statim explicabo.

§. II.

De judicio summario regulari, & de præparativo alterius judicii, per nostros pragmaticos nuncupato condemnationis infra decem salvis exceptionibus *ad explicationem* privil. 10. Domini Regis Jacobi II. *& aliorum jurium.*

TEXTUS.

STatuimus, ac etiam ordinamus, ac præsenti edicto, in dicta Civitate cunctis temporibus observandum decernimus, quod si quis suam coram Justitia Civitatis prædictæ, de aliquo querelam posuerit de pecuniaria re: vel alia quacumque causa, in qua cum instrumento publico sibi actor adversarium suum ad aliquid dandum, faciendum, vel complendum ostenderit obligatum: de tali querela nullus in scriptis libellus, vel petitio offeratur: & si oblata fuerit, nullatenus admittatur: sed super eo taliter procedatur, quod actore ostendente, seu exhibente instrumentum publicum cum quo agit, in continenti contra reum, & bona ejus pro re qua convenitur fiat executio: ac etiam procedatur prout ut instrumento prædicto videbitur obligatus servata tamen forma fori Valentiæ, positi in rubrica de executione rei judicatæ: qui forus incipit: *Curia mandet executioni, &c.* Ita tamen quod ad Justitiam præfatæ Civitatis arbitrium reo ad faciendum, vel complendum ad quod teneatur juxta continentiam instrumenti terminus statuatur, infra quem reus conventus si voluerit ponat, & probet, si quas habet rationes, & defensiones, per quas intentionem actoris elidere possit: quod infra eundem terminum per Justitiam decernatur: lapso enim termino, protinus contra reum ipsum, & bona ipsius pro re prædicta petita, ad executionem per Justitiam procedatur. Salvamus tamen & retinemus, nobis, & nostris ac Justitiis dictæ Civitatis nomine nostro, calumniam quarti in bonis condemnati nobis competentem, juxta consuetudinem Valentiæ.

SUMMARIUM.

1 *Sensus hujus textus traditur juxta seriem ipsius.*

2 *Pœna quarti per nostros foros, imposita erat calumniose litigantibus.*

3 *Pœna quarti procedebat contra debitores quantitatis, non rei.*

Pœna quarti derogata fuit in Curia sive comitiis anni 1626. *& quæ de causa, ibid.*

4 *Condemnandi* infra decem salvis exceptionibus *mos permanet.*

Condemnatio ista procedit contra debitores obligatos publico instrumento, cui deficit clausula guarentigiæ obligationis, ibid.

Et contra debitores cum aliqua conditione, pacto, vel modo obligatos ad aliquid dandum, vel faciendum aut ad aliquid illiquidum præstandum, ibid.

5 *Condemnatio* infra decem salvis exceptionibus *à jure civili desumpta videtur.*

6 *Citatio an debeat præcedere ad hanc condemnationem faciendam?*

7 *Clausula justificativa, non sanat nullitatem procedentem ex defectu citationis.*

Exceptionibus oppositis, ista condemnatio resolvitur in simplicem citationem, ibid.

8 *Condemnationes* infra decem salvis *nociva sunt, etiamsi in citationem resolvantur.*

9 *Condemnatio* infra decem salvis *etiam oppositis exceptionibus,*

tionibus, executioni mandatur usque ad venditionem bonorum exclusivè, & n. 42.

10 *Executio perperam facta, si de debito appareat sustinenda est.*

11 *Jactura quas patitur condemnatus ad solvendum* infra decem salvis, *etiam si exceptiones opponat.*

12 *Condemnandi* infra decem salvis *mos consuetudine judiciorum approbatur.*

13 *Regia Audientia has condemnationes facere non solet. Sed præceptum simplex de solvendo concedit, ibid.*

14 *Causa præcepti de solvendo, in nullo differunt ab ordinarijs, nisi quoad brevitatem procedendi.*

15 *Condemnationes* infra decem salvis *fiunt ad instar præcepti de solvendo.*

16 *Præceptum de solvendo, neque est sententia, neque condemnatio, sed interloquutio præparativa causæ subsequentis.*

17 *Præceptum de solvendo datur in eum de quo nondum apparet an paratus solvere sit.*

18 *Præceptum de solvendo datur in eum, qui neque confessus, neque condemnatus reperitur.*

19 *Doctrina Angeli de præcepto de solvendo expungitur.*

20 *Præceptum de solvendo mutuatum est ex tex.* in l. si domus, 7. §. in pecunia, ff. de legat. 1. *qui expenditur.*

21 *Præceptum de solvendo, oppositæ exceptione, resolvitur in citationem, & reus audiendus est plene.*

22 *Reo non opponente executio procedit in eum.*

23 *Praxis hæc, absque dubio procedit dum agitur pro legato, vel fideicommisso.*

Sed non in Regno, ibid.

24 *Similiter quoties agitur virtute instrumenti paratam executionem non habentis.*

25 *Privilegium hujus condemnationis sive præcepti non legato, sed confessioni concessum est.*

Confessus urgendus non est ad suscipiendum judicium, ibidem.

26 *Confessio instrumentalis an idem operetur, ac judicialis.*

27 *Præceptum de solvendo executio non est, sed præparatio ad eam.*

28 *Condemnatio* infra decem salvis *ejusdem qualitatis demonstratur.*

29 *Practicorum nostri Regni traditiones.*

30 *Practici Cathaloniæ, & aliarum Provinciarum constantes.*

31 *Præceptum de solvendo in Regno Aragoniæ monitiones dicuntur.*

Præceptum, moniterium & mandatum synonima sunt, ibidem.

32 *Retroclamum apud Nostros* reclam, *sive reclamatio quid sit, remissivè.*

33 *Executio condemnationis* infra decem salvis *raro prosequitur pendente oppositione exceptionis, & quare.*

34 *Modus procedendi summarie, regulariter ducit originem à constitutis per nostros foros in his condemnationibus, quando exceptiones opponuntur.*

35 *In causa summaria regulariter dilatio est decem dierum.*

36 *Dilatio concessa per foros in causis condemnationis* infra decem salvis *est ad probandum & probatum habendum in cæteris minime.*

37 *Dilatio decem dierum in judicio condemnationis* infra decem salvis *si fiat ad effectum solvendi debitum, arbitrio Judicis prorogari potest, usque ad alios decem dies.*

38 *Et si summa ingens sit, ad ampliorem terminum, datis fidejussoribus.*

39 *Ad effectum opponendi exceptiones ampliari nequit.*

40 *Condemnationes quæ fiunt pro re vendita vel locata ad pretium, an debeant esse* infra decem salvis?

41 *Condemnationes* infra decem salvis *explicari solent sub eodem termino ac condemnationes* sub pœna quarti.

42 *Condemnationes* infra decem salvis *fiunt ex sola inspectione instrumenti.*

43 *Condemnationes ad pretium rei venditæ, vel locatæ fiunt previa causæ cognitione summaria.*

44 *Quid requiratur in condemnationibus ad pretium rei venditæ, vel locatæ, ut ad executionem deducatur?*

45 *Pœna quarti in condemnationibus ad pretium rei venditæ, vel locatæ imponebatur ad majorem compulsionem.*

46 *Positiones in his causis an fieri possint elapso termino probatorio.*

47 *Articuli ad probandum regulariter admitti non valent lapsis dilationibus.*

48 *Dilatio reo non currit quin actor articulos proponat.*

49 *Reo tolerandæ non est protelatio, non proponendi articulos intra dilationes probatorias.*

50 *In summarijs tempora probatoria æqualiter currunt actori, & reo.*

51 *In summarijs non est necessaria solemnitas proponendi articulos.*

52 *Testium depositio vim desumit à juramenti præstatione.*

53 *Decretum de recipiendis testibus ab actore producendis in causa ordinaria, non datur, nisi oblato libello articulorum, & sæpius in calce ipsius.*

54 *Articulorum copia conceditur in Regno Valentiæ secus in Regno Castellæ.*

55 *In summarijs plerumque dilatio conceditur antequam articuli proponantur, & sæpius probationes fiunt absque articulis super facto verbo tantum deducto.*

Articuli non sunt de substantialibus Judicii, ibid.

56 *Emptor summarie agere potest ad traditionem rei venditæ.*

57 *Emptio, & venditio correlativa sunt, itaut promiscuè usurpentur.*

58 *Emptor agens ex vendito pretium offerre debet, sicut venditor traditionem rei.*

59 *Cognitio summaria procedit etiam pro emptione, vel venditione rerum immobilium.*

Decisio Regiæ Audientiæ, ibid.

60 *Mediator, Proxeneta, Parearius, intercessor, interpres, synonima sunt, & idem significant, nempe hos qui in contractibus interveniunt, ut facilius conventiones fiant.*

61 *Proxeneta olim interveniebant in judicijs, & nuptijs.*

62 *Proxeneta in Civitatibus magnis sunt officium contractuum, licet aliquando iniquitatum.*

63 *Proxeneta regulariter de jure non probat conventionem in qua intercessit.*

64 *Proxeneta de lucro captando tractat dum deponit de perfectione contractus.*

65 *Proxeneta an juxta foros idonei testes sint?*

66 *Dictio ô, id est aut, sive, vel, alternativam dispositionem denotat.*

67 *Practici Regni Valentiæ, ut plerumque tenent dictum Proxenetæ, vel mediatoris per se probare plene contractus perfectionem.*

68 *Proxenetæ in Regno Valentiæ sunt personæ publicæ auctoritate destinatæ.*

Lex, vel statutum efficere potest, ut uni credatur, ibid.

69 *Proxeneta non probat perfectionem contractus.*

70 for. 12. cum duob. seqq. de clam. non mut. *expenditur.*

71 *Proxeneta juxta foros solum probat qualitatem solutionis.*

72 *Leges, & statuta deviantes à jure communi interpretanda sunt quoninus jus lædatur.*

73 *Differentia, quæ versatur inter proxenetam, & præconem licet idiomate vernaculo* Corredors, *cunctis dicentur.*

Cæterùm

74 *Carceris mancipatio quoad debitores remedium subsidiarium est, ita ut juxta forum non procedat, nisi discussis bonis.*

75 *Emptores, & conductores carceribus mancipari possunt, si non ostendant bona expedita, in quibus executio fieri possit, non spectata formali discussione.*

76 *Emptoribus, & conductoribus repertis non solvendo, non prodest beneficium cessionis bonorum.*

77 *Emptoribus immobilium cessio bonorum non juvat.*

78 *Dare tabulam quid importet.*

1 IN prima parte noſtri textus Dominus Rex Jacobus II. tractat de cauſa executiva intentata vigore inſtrumenti publica auctoritate confecti, guarentigiam obligationem continentis; de quo latè diſſerui §. *præcedenti, ex num.* 83. explicando *forum.* 5. *de execut. rei judic.* de quo in noſtro textu mentio fit. In ſecunda vero parte quæ incipit *verſ. ita tamen* agit de condemnatione ſummaria, nuncupata per noſtros practicos: *infra decem ſalvis exceptionibus*, de cujus explicatione hìc agere debemus. Sed primam tradere curavi ne vis contextus deficiat. Ad cujus enodationem ſupponendum eſt, quod ab
2 expugnatione Regni, inſtitutum fuit quod reus condemnatus ad aliquid dandum vel faciendum, condemnaretur pœnæ nomine ad quartam partem debiti, fiſco applicandam: dum voluntarie, aut calumnioſe ſolutionem differebat, ultra terminum per Judicem conceſſum, ut clare habetur *in for.* 1. *cum ſeqq. de quart. & pœn. Cur.* Quæ *pœna quarti* dicebatur, & impoſita fuit ad majorem compulſionem; fortè deſumpta ex *authent. generaliter, C. de Epiſc. & cler.* vel ex §. *hæc autem, inſtit. de pœn. temer. liti.* ad inſtar decimæ, quæ de jure Caſtellæ in executivis cauſis debetur apparitori, vel Judici ſecundum locorum conſuetudinem juxta *l.* 8. *tit.* 21. *lib.* 4. *recopil.* de quo videndi ſunt Avendaño *de exeq. man. lib.* 1. *cap.* 17. *ex n.* 2. Didacus Perez *in l.* 21. *tit.* 14. *lib.* 2. *ordin.* & Azevedo *in d. l.* 8. *num.* 6. *cum ſeq.* Nec non ad inſtar pœnæ tertii quæ hodie viget in Cathalonia, de qua Cancer. *lib.* 2. *var. c.* 3. & Ripol. *in ordin. jud. vicar. Barchin. rub.* 16. Et pariter ad inſtar pœnæ decimæ debitæ in Luſitania per ſuccumbentem in judicio extraordinario reviſionis, de qua Cadebo *deciſ.* 16. *cum duab. ſeqq. lib* 1. Thomas Vaz. *allegat.* 77. Ignatius Pereyra *tract. de reviſ. cap.* 97. *per tot.*

Quæ diſpoſitio procedebat plane, quoties aliquis
3 condemnabatur pro debito quantitatis, non vero pro re, vel ipſius pretio *for.* 4. *& 5. de quart. & pœn. Cur.* tradit ex noſtratibus doctiſſimus Belluga *in ſpecul. Princip. rub.* 41. *verſ. ad tertium ſub n.* 15. Cujus quidem condemnationis ratione plures quæſtiones quotidie, ex litibus jam ſopitis, inſurgebant, quouſque *in for.* 38. *Curiar. anni* 1626. omnino ſublata ſimilis pœna fuit, vel tanquam infructuoſa vel tanquam nociva.

Permanet tamen obſervantia condemnandi ad ſol-
4 vendum infra decem *ſalvis exceptionibus*, quoſcumque debitores, qui publico inſtrumento obligati reperiuntur, abſque clauſula guarentigiæ obligationis, vel cum aliqua conditione, pacto, vel modo, ſeu qualitate, de cujus purificatione, liquidationeve, apparere non poteſt per lecturam ſeu inſpectionem inſtrumenti.

5 Quæ quidem diſpoſitio, & praxis dimanare videtur ex deciſione textus *in l. ſi debitori meo* 21. *ff. de judiciis, & l. qui tamen* 21. §. *fin. ff. de recep. arbitr.* ibi: *ineſſe quoddam modicum temporis, quod ubi præterierit, pœna ſtatim peti poteſt.* & *in l. fin. ff. eod. tit.* ibi: *ſi qui juſſus eſt, arbitrio ex compromiſſo ſolvere pecuniam, moram fecerit, pœnam ex compromiſſo debet.* Verum hæc duo jura, de pœna loquentia, potius ad pœnam quarti referenda ſunt, quam ad *condemnationem infra decem ſalvis.* At vero textus *in d. l. ſi debitori*, ad præceptum ſolvendi infra breve tempus refertur: & licet in eo dictum ſit, quod parato ſolvere dies dandus eſt cum ſupponamus debitorem obligatum publico inſtrumento, quod æquè valet confeſſioni, quæ facta reperitur in ipſo inſtrumento, idem in effectu eſt ac dicere ſe paratum, dum debitum fatetur, & ſolvere promittit.

Ex quo rectè inferri valet, quod ſimilis condemna- 6
tio, idem ferme eſt ac præceptum de ſolvendo ad quam faciendam per Judices inferiores non inſpicitur an citatio præcedat, cum plures fiant nulla prævia citatione. Quam praxim improbat Belluga *ubi prox. ex tex. in l.* 1. C. *quib. non nocet res jud. & for.* 1. *eod. tit.* & plura cum pluribus ad rem congerit Valenzuel. *conſil.* 6. *ex num.* 27. evidenter probans, quod quicquid inaudita parte in judicio factum eſt, nullius roboris manet.

Nec relevat quod iſtæ condemnationes fiant cum 7
clauſula juſtificativa, ſcilicet: *ſalvis exceptionibus*: mediante qua eis oppoſitis, condemnatio ipſa reſolvitur in ſimplicem citationem; ut tenuerunt Gloſſa celebris *in cap. ex parte verb. pro contumacia, de verb. ſignif.* & *in l. de pupillo* §. *meminiſſe, ff. de oper. novi nunc.* Baldus *conſil.* 129. *lib.* 2. Caſtrenſ. *conſil.* 5. Cagnol. *in l. unic. ff. ſi quis jus dicen. non obtemper. num.* 85. Rota Genuenſ. *deciſ.* 28. *num.* 12. Andr. Gail. *obſ.* 19. *lib.* 1. Rebuf. *in tract. de lit. obligat. art.* 6. *glof.* 2. *num.* 4. Mar. Muta *deciſ.* 35. *num.* 18. Cavalcan. *deciſ.* 19. *num.* 1. Joan. Gutierrez *canonic. cap.* 4. *num.* 18. Scaccia *de Judic. lib.* 1. *cap.* 57. *n.* 4. & 17. *cum ſeqq.* Valenzuel. *dict. conſ.* 6 *num.* 53. *& ſeqq. & de re judicat. glof.* 14. *quæſt.* 5. *ex num.* 4. Jacob. Cancer. *variar. lib.* 3. *cap.* 13. *num.* 176. Antonin. Amaro *variar. lib.* 2. *reſol.* 72. *num.* 20. & Dominus Creſpi *obſer.* 55. *n.* 47.

Quod dixerat Belluga *ubi prox.* & ſequitur Fontanella 8
deciſ. 133. *n.* 7 Nihilominus tamen, ob magnam jacturam quæ ſequitur condemnato, fieri non debet, niſi parte legitimè citata, & præſente: quia ſi per oblivionem, deſidiam, vel incuriam, tranſierint dies aſſignati ad ſolvendum, abſque eo quod exceptionem opponat; condemnatio tranſit in judicatum, & executioni deducitur; quo in caſu nulla exceptio admitti valet, niſi inſtrumento publico comprobata, juxta *for.* 8. *de exec. rei judic.* ut infra dicemus.

Demum etiam ſi exceptionem opponat infra dies aſ- 9
ſignatos per judicem, ipſa condemnatio facta reclamatione, executioni mandari poteſt, uſque ad venditionem bonorum, ſeu diſtractionem pignorum excluſive: ut expreſſe cautum eſt *in for. final. de dilation.* & & clariſſimè docet Dominus Leo *deciſ.* 64 *num.* 19. ibi: *Et ita ex dictis foris clarè patet quod ante latam ſententiam in cauſa condemnationis infra decem ſalvis, & pendente cauſa executionis inſtata virtute dictæ condemnationis, poteſt procedi uſque ad venditionem excluſive.*

Et iſta executio licet perperam inſtituta ſit, & pro- 10
vocetur ab ea, ſi de debito per inſpectionem appareat actorum, venit confirmanda argum. *tex. in l. Divus Marcus* 14. *in princ. ff. de offic. Præſid.* ibi: *ſi tibi liquido compertum eſt*; & *in l.* 1. §. *fin. ff. de interrog. in jure facien.* ibi: *ſed tantummodo ad probationes faciunt ea quæ ab adverſa parte expreſſa fuerint apud Judices, vel in hæreditatibus, vel in aliis rebus, quæ in cauſis verſantur.* ſimiliter argum. tex. *in l. emptorem* 12. *in princ.* aliàs *l. ex empto* 11. §. *idem libro verſ. idemque putat, ff. de action. empt. l. fin.* §. *penult. ff. ad municip. l. qui ſententiam* 16. *in fin. C. de pœnis, c. de manifeſta* 17. 2. *quæſt.* 1. *cap. cum olim* 24. *in fin. d. verb. ſignif.* docent præter ordinarios in his juribus Maſcardus *de probat. concluſ.* 1107. *ex num.* 1. Menoch. *de arbitrar. caſ.* 166. *num.* 6. & *de præſum. lib.* 2. *præſum.* 62. *per tot.* Tuſcus *lit. A, concluſ.* 89. *n.* 1. *& lit. I, concluſ.* 483. *n.* 11. *& lit. N, concl.* 110. *n.* 5. aliis relatis Don Joſeph. Vela *diſſert.* 38. *n.* 21. *& diſſert.* 42. *num.* 66. *cum ſeqq.*

Ob quod inſcio, & ignorante condemnato, innume- 11
ris incommodis, atque vexationibus ſubjicitur: nempe proſequendi litem principalem vulnerata jam cauſa remedium quærendo; exceptiones tamen brevi dilatione opponendo, atque probando; rigidam executionem

in

in bonis, & aliquando in perſona ſuſtinendo, cum diſpendio impenſarum; amittendo beneficium temporis, quod ei indulgeretur ſi audiretur, & ſententia lata eſſet ſuper negotio principali: quando fortaſſe hæc omnia excludere poſſet, ſi citaretur, audireturque, ſuam exceptionem ſtatim opponendo, mediante qua cuncta
12 poſtea excludere ſolet. Et nihilominus conſuetudo Curiarum inferiorum Judicum habet approbatum hunc modum procedendi ex *dict. tex. in l. ſi debitori*, 21. *ff. de judiciis. l. debitoribus*, 31. *ff. de re judic.* ut pateat ex traditis per Scacciam *dict. c.* 57. *num.* 16. D. Leo. *d. deciſ.* 64. *n.* 21. & D. Creſpi *'. obſervat.* 55. *n.* 47.

Quæ ſuſtinent tantummodo valet ex eo quod, in ipſo inſtrumento reus debitum, quantumvis illiquidum, vel ſub conditione, aut modo, confeſſus reperitur: & in non confeſſo jura, & rationes ſuperius adductæ procedunt, ut cum Innocentio, & alijs perpendit Valenzuela *dict. conſ.* 6 *num.* 45. Sed his non obſtantibus in Regia Audientia incitata, & inandita parte condemna-
13 tiones non fiunt, nec cum clauſula *ſalvis exceptionibus*. imo porrecto libello ſubſequitur decretum: *intimetur ad tertiam, & ad dicendum cur ſupplicata fieri non debent*. Et adhuc in his quæ tergiverſationem admittere non videntur, præceptum de ſolvendo cum clauſula juſtificativa nempe, *ſolvat aut dicat cur ſolvere non debeat* conceditur, licet rariſſime. Medio quo ceſſantibus prædictis effectibus, reus auditur juxta foros; qui ſi exceptionem non probat, condemnatur abſolute, abſque il-
14 la clauſula *ſalvis exceptionibus*: quia de viribus earum jam cognitum eſt. Si exceptionem juſtificat, plene abſolvitur; ſi in parte verificantur, modificatur condemnatio, legitime licet ſummarie, liquidatis liquidandis, & cunctis ab eo deductis diſcuſſis: & hoc jure utimur, obſervando ad unguem doctrinam & praxim quam tradit Fontanella *dict. deciſ.* 113. *num.* 11. his verbis: *& in ſumma iſti proceſſus ſummarii, qui fiunt in cauſis precepti de ſolvendo: in nullo differunt ab ordinarijs, vel plenarijs, niſi quod abreviantur.*

15 Et quia iſtæ condemnationes *infra decem ſalvis* ſapiunt naturam præcepti de ſolvendo, non abs re erit quod ejus ſubſtantiam inquiramus. Præceptum igitur de ſolvendo, ſententia non eſt, nec vera condemnatio; ſed quædam interloquutio præparativa cauſæ ſubſequentis, quæ executiva, vel ordinaria eſſe poteſt: ut tenuit Gloſſa *in authen. de hæredib. & falſid. §. illud quoque verb. decreto*, quam ſequuntur Parladorus *lib.* 2. *quotid. cap. fin. §.* 4. *part.* 1. *num.* 19. *ad fin.* Scaccia *dict. c.* 57. *n.* 19. & *de re judic. gloſ.* 14. *quæſt.* 5. *num.* 4. *cum ſeq.* Marcus Angelus Leo *in tract. de præparator. Judic. part.* 1. *præpar.* 13.
16 *num.* 15. Ob quod non congruit omnino cum his quæ jubentur fieri per tex. *in d. l. ſi debitori* 21. *ff. de judiciis.* nam in eo textu dies datur parato ſolvere; præceptum vero de ſolvendo expeditur in eum de quo nondum apparet quod ſolvere paratus ſit. Neque per textum *in d. l. debitoribus* 31. *ff. de re judicat.* Quia reſcripto divi Hadriani cautum eſt, quod dies detur confeſſo, vel condemnato in judicio legitime diſcuſſo, ut Caliſtratus exprimit. ibi: *his qui fatebuntur debere, aut ex re judicata neceſſe habebunt reddere.*

17 Præceptum vero de ſolvendo fieri poteſt, & ſolet dari frequentius in eum, qui neque confeſſus, neque condemnatus eſt: ex quibus licet aliqui Doctores tenuerint ex his juribus derivari; quorum plures congerit Petrus Barboſa *in l. ſi debitori* 21. *ff. de judic. ex num.* 80. nequaquam huic traditione acquieſcere valeo. Quare rem ab origine repetere cogor, ut veritas appareat & ne per mendicata ſuffragia meam ſententiam tradere ac inſtruere videar.

18 Angelus in *dict. authen. de hæred. & falcid. §. illud quoque, num.* 57. dum differit de legatis, & fideicommiſſis ſpecialibus teſtamento relictis, ſic inſit. *Item nota ex iſto principio quod quando petitur legatum, vel fideicommiſſum vigore teſtamenti; non eſt neceſſe quod pars petat condemnari per ſententiam diffinitivam; ſed tantummodo quod fiat ſibi præceptum de ſolvendo; quod nota & eſt ſpeciale in legatis, & fideicommiſſis.* Hunc tanquam coriphæum ſequuntur Alexander *in l. fin. num.* 3. *C. de edict. din. Hadr. tol. & in l. ait Prætor, §. ſi Judex, num.* 5. *& 9. ff. de re judi*, Iaſon. *in d. l. fin. num.* 6. *verſ. tertius notabilis caſus, & in l. pactum inter hæredem* 46. *num.* 7. *ff. de pactis.* Philip. Decius *in d. l. fin. num.* 16. cum alijs congeſtis per Velam *diſſert.* 42. *num.* 18.

Sed neque iſta aſſertio placet, nam decretum de quo 19
in dict. §. illud quoque, non tendit ad exactionem alicujus legati, ſeu fideicommiſſi, ſed ad univerſalem executionem contentorum in teſtamento, nec continet aſſignationem diei intra quem legatum ſolvatur: ſed anni conceſſionem ad exequendum contenta in toto teſtamento ut ex textu reſultat, nec coarctatur ad legatum quantitatis, cum comprehendat implementum totius ultimæ voluntatis: quare recta cum ratione rejicitur dictum Angeli & ſequacium à doctiſſimo viro Roderico Suarez *in l. poſt rem, caſu* 6. *numer.* 3. & 4. *præcipue verſ. ego conſidero. ff. de re judic.* quem ſequuntur Fachin. *lib.* 5. *contr. cap.* 31. Cujac. *in d. authent. de hæred. & falcid. colum.* 3. & Vela *d. diſſert.* 42. *num.* 8. *& ſeqq. &* 24 Caſtillo *lib* 3. *controverſ. cap.* 24. *num.* 24. qui plures alios congerunt.

Ex his potius tenendum eſt quod praxis præcepti 20
de ſolvendo originem mutuavit ex verbis Ulpiani *in l. ſi domus*, 71. *§. in pecunia, ff. de legat.* 1. Quæ ſic ſe habent. *In pecunia legata confitenti hæredi modicum tempus ad ſolutionem dandum eſt.* Quia iſta diſpoſitio congruit cum communi praxi per quam obſervatur, quod ſimile præceptum non detur pro legato rei, ſed quantitatis; nec niſi hæres vocatus fuerit per Judicem, & exhibito teſtamento confeſſus fuerit ſe hæredem eſſe. Tunc enim ei modicum tempus conceditur ad ſolvendum, quod juxta communem praxim eſt decem dierum. Hanc ſententiam auctorem habuiſſe crediderim Guillielmum Benedictum *in c. Raymutius de teſtam. verb. ſi abſque liberis* 2. *num.* 191. quem ſequuntur Alexander *in dict. l. ait Prætor, § ſi Judex, num.* 8. Boërius *deciſion.* 295. *num.* 12. Rodericus Suarez *in d. l. poſt rem, caſ.* 6. *num.* 6. Parlador. *d. c. fin. part.* 1. *§.* 9. *num.* 4. Iacob. Cujac *in d. l. ſi domus, §. in pecunia.* Gratian. *diſcep. forenſ. cap.* 62. *num.* 22. Bardaxi *in for. unic. de citat. & monit. num.* 8. Gutierrez *practicar. lib.* 1. *q.* 80. *n.* 1. *verſ. tertio pro eadem*: nec diſſentit Vela *d. diſſert.* 42. *num* 32. *& ſeqq.*

Sed ne extra inſtitutum moretur in his quæ ad prax- 21
im parum, aut nihil conducunt, ſive ſimilis procedendi modus deſumatur ex *dict. auth.* ſive ex memoratis juribus, certum utique eſt, quod hærede opponente exceptionem, cauſa ducitur via ordinaria: ſic mihi probat tex. *in d. l. ſi domus, §. quid conſtituet*, ibi: *qui confitetur ſe quidem debere, juſtam autem cauſam adfert, cur utique præſtare non poſſit, audiendus eſt.* Silet ex tunc executio & plene auditur. Eo tamen non opponente, cauſa executionis inſtituitur, & ſic communiter in omni curia, ſive tribunali obſervatur, ut docent Bartolus. Baldus, Iaſon *in d. tex.* Colerus de proceſſu *part.* 1. *c.* 2. *num.* 9. Aſin. *in praxi tit. de execution. §.* 1. *cap.* 11. *num.* 4. Ant. Gomez *var. lib.* 1. *cap.* 12. *numer.* 10. & ibi Ayllon. *& in l.* 45. *Taur. num.* 131. Roderic. Suarez *ubi prax. d. num.* 6. Guiliel. Benedict. *d. num.* 192 Boër. *d. num.* 12. Ioſ. Ludovic. *deciſ. Peruſ.* 23. *numer.* 9. *& ſeq.* Gregor. 22
Lopez *in l. fin. gloſ. ultim. titul.* 9 *part.* 6. Peralta *in l.* 1. *num.* 85. *ff. de legat.* 2. Didacus Perez *in l.* 1. *tit.* 2. *lib.* 5. *ordin. gloſ. verb. en las mandas: verſ. & poſſumus dicere* Paz *in prax. part.* 4. *tom.* 1. *cap.* 1. *num.* 20. Gutierrez *d. quæſt.* 80. *numer.* 1. *verſ. quare pro contraria.* Azevedo *in l.* 1. *numer.* 20. *verſ. eſt tamen verum, tit.* 21. *lib.* 4. *recopil.* Spino *in ſpecul. teſtam. gloſ.* 35. *principal. num.* 57. *verſ. ſolet.* Zevallos *com. contr. com. quæſt.* 103. *num.* 40. Felician.

cian. Sol. *de cenſib. lib.* 3. *cap.* 1. *numer.* 6. Gratian. *diſcep. forenſ. cap.* 62. *num.* 19. Bolaños *in Cur. Philip. par.* 2. §. 7. *num.* 2. Villadiego *in polit. cap.* 2. *num.* 65. Rodericus *de execut. ſent. cap.* 1. *art.* 3. *numer.* 16. Valdes *in addit. ad Roder. Suarez d. caſ.* 6. *lit. C.* Parlador. *d.* §. 9. *numer.* 4. Caſtillo *d. cap.* 24. *num.* 24. Vela *d. diſſert.* 42. *num.* 25. *& ſeq. qui num.* 47. *deciſionem* Senatus Hiſpalenſis ponit. Berlich. *practicab. part.* 1. *concluſ.* 8. *numer.* 67. Marinis *quotidian. lib.* 1. *cap.* 241. *num.* 1. Nec diſſentit Petrus Barboſa *in d. l. ſi debitori*: nam licet late probet, præceptum de ſolvendo eſſe interlocutoriam habentem vim diffinitivæ; tamen *num.* 97. fatetur pertinere ad cauſæ præparationem, *& num.* 147. concludit in quibuſdam ſequi naturam meræ interlocutoriæ. Neque Scacc. *d. quæſt.* 4. *num.* 5. nam dum lex adeſt, ſervandam eſſe docet: ſed hæc in Regno Valentiæ non procedunt, quia cauſa legati executiva eſt juxta *d. for.* 5. *de execut. rei judic.* de quo infra aliqua ſcitu digna notabuntur.

23 Hæc praxis licet ab Angelo, & Afflectis adlegata, & fideicommiſſa limiteturr, abſque dubio admiſſa eſt quoties agitur virtute inſtrumenti publica auctoritate confecti, executionem paratam non habentis, ad exactionem quantitatis, non vero rei: nam licet antiquitus etiam pro re via executiva daretur, ut dixi *cap.* 10.

24 §. 2. *num.* 120. jam receſſit ab Aula. Hoc enim in caſu prætiſſo præcepto de ſolvendo inſtrumentum liquidatur, vel natura cauſæ detegitur; quia ſi nihil opponatur impediens viam executivam, illa proſequitur: ſin minus cauſa ordinaria inſtituitur. Nam tex. *in d. l. ſi domus*, §. *qui confitetur*, regulam generalem ponit quam ampleſtuntur plures ex relatis ſuperius; & ſpecificè Parlador. *dict. part.* 1. *c. fin.* §. 4. *in fin.* Fontanella *dict. deciſ.* 123. *ex numer.* 7. Peguera *in prax. rubr.* 14. ubi Ripoll. *num.* 15.

25 Et ratio eſt evidens, nam per hunc textum non legato, ſed confeſſioni privilegium tribuitur, ut patet ex verbis ejuſdem Ulpiani *in d. l. ſi domus*, §. *in pecunia*, ibi: *confitenti heredi.* & in §. *ſequenti*, ibi: *qui confitetur ſe quidem debere.* Confeſſus namque in judicio urgendus non eſt ad ſuſcipiendum judicium, ut ibidem dicitur, & *in l. ſi reus paratus* 73. *ff. de procurator.* ut tenuerunt Bartol. Bald. Iaſon, & cæteri ſcribentes *in his juribus.* Cravet. *conſ.* 175. Ioſeph. Ludov. *deciſ. Lucenſ.* 5. *n.* 50. Farin. *deciſ.* 352. *num.* 1. *poſt tom.* 2. *conſil. crim.* Gratian. *deciſ.* 90. *num.* 13. Hieron. Laur. *deciſ.* 67. *num.* 8. Poſtius *de manuten. obſervat.* 19. *num.* 19. & poſt eundem *tract. deciſ.* 32. *num.* 3. *deciſ.* 113. *num.* 14. *deciſ.* 185. *in prin. & deciſ.* 193. *numer.* 3. Tuſchus *lit. C, concluſ.* 641. Peguera *d. rubr.* 14. *num.* 15. & ibi Ripoll. *numer.* 108.

26 *cum ſeqq.* Cum enim idem operetur confeſſio extra judicium, ſed in publico inſtrumento facta coram Tabellione, præſente & acceptante parte, vel ipſo Tabellione. pro ea ſtipulante, adhibitiſque teſtibus, ut cum Baldo, Iaſone & Hippol. de Marſil. docent Surdus *deciſ.* 12. *num.* 1. *&* 2. Ioſeph. Ludov. *deciſ. Peruſ.* 9. *num.* 16. Fontanella *deciſ.* 258. *num.* 16. Maſcard. *de probat. concl.* 346. Monac. *deciſ. Luc.* 15. *num.* 11. Guttier *de jur. confirm. part.* 1. *cap.* 54. *num.* 19. Farin. *in prax. quæſt.* 82. *num.* 5. Seraphin. *deciſ.* 1488. *num.* 13. Buccat. *differ.* 34. *num.* 3. Barboſ. *in c. ex parte*, *num.* 10. *de confeſſ.* Cancer *var. lib.* 3. *c.* 7. *num.* 348. *cum ſeq.* Theſaur. *deciſ.* 109. Ripoll *ad Peguer. d. rub.* 14. *num.* 112. inde evenit quod in noſtro textu pro quocumque debito contento in publico inſtrumento, arbitrio judicis relinquat modum procedendi, quod ut reguletur, requirit præceptum de ſolvendo, ſive condemnationem *infra decem ſaluis exceptionibus*, quæ æquivalet ei; mediante qua nec reus urgetur ad ſuſcipiendum judicium, neque el via præcluditur ad opponendas exceptiones; quia dum eas habet & opponit, auditur plene, eiſque diſcuſſis abſolvitur, vel condemnatur.

27 Neque his refragatur, quod ſimilis procedendi forma videatur executiva potius quam ordinaria, ut cum Roderico Suarez plures ex Doctoribus relatis innuunt; quia re vera executio non eſt, ſed quædam præparatio executionis. Sic tradunt Parladorus *dicto* §. 4. *numer.* 19. dicens: *Hoc vero præceptum de ſolvendo non eſt ſententia, ſed potius executionis præparatio.* Colerus *d. part.* 1. *c.* 2. *n.* 9. Guttier. *d. q.* 80. *n.* 3. *verſ. quod ſi roges*, Barboſ. *d. n.* 97. *cum ſeq.* Berlich. *d. concl.* 80. *n.* 63. *& concl.* 81. *num.* 11. Vela *d. diſſert.* 42. *num.* 55. ibi: *Quod ſane præceptum non alium finem habere poteſt, quam ut intra eundem diem audiatur hæres, legitimam allegans recuſandæ ſolutionis legati cauſam; ea autem allegata præſumptio legatario favens, facere non poteſt ut legatum ſui natura non exequibile executionem habeat, ſed ut hæres in quem onus probandi transfertur ad ordinariam ſui juris probationem plenarie admittatur.*

Idem reſpectu condemnationis *infra decem ſalvis* 28
exceptionibus, docent practici noſtri, Belluga *d. rub.* 41. *num.* 15. *verſ. ad tertium*, dicens: *ſed ex quo Cæſarinus, vel emphyteuta, erat obligatus medio inſtrumento publico ad aliquid dandum vel faciendum, juxta privilegium Regis Petri, ſequebatur condemnatio pœna quarti. Nam condemnabatur emphyteuta ad ſolvendum penſiones ſub pœna quarti, ſaluis rationibus & lapſis decem diebus, facto retroclamo fiebat mandatum executorium. Nam de foro talis ſententia tranſit in rem judicatam, ſicut alia ſententia, & meretur executionem, ut in for. unic. de excep. Regis Alphonſi; & ſic videtur approbari opinio Innocentii in c. fin. de cohab. cler. & gloſ. in c. ex parte de verb. ſignif. Quod mandatum judicis de ſolvendo ad certum terminum cum modificatione, quod ſi habet juſtas rationes illas ponat; quod non poſitis rationibus habet vim ſententiæ diffinitive. Si autem rationes ponantur in vim ſimplicis citationis, reſoluitur.* Dominus Leo *deciſ.* 64. *ex num.* 16. ad litteram tradit forales diſpoſitiones, cum noſtro textu; quas explicat modo ipſo quo Belluga, *& deciſion.* 202. *num.* 10. ait. *Quia in noſtro Regno quando virtute publici inſtrumenti aliquis eſt obligatus ad aliquid dandum, vel faciendum, inſtante ipſo, in cujus favorem eſt facta obligatio, per Judicem condemnatur reus obligatus ad dandum, vel faciendum id quod in inſtrumento continetur intra terminum à judice aſſignandum, cum clauſula ſaluis, infra quem ſi reus conventus voluerit, poſſit apponere, & probare exceptiones, ad elidendam intentionem actoris, ut cavetur in privil.* 10. *Regis Iacobi I. fol.* 41. *quod fuit declaratum per for.* 13. *Rub. de dilat. fol.* 60. *ut terminus præfigendus per Judicem ſit decem dierum, & tantum poſſit prorogari ad alios decem dies, & quod intra dictum terminum decem dierum debeant probari exceptiones, producendo teſtes. Quo termino lapſo ipſo foro ſint habiti pro publicatis, & hic proceſſus condemnationis intra decem ſaluis appellatur apud nos.* Clarius Dominus Creſpi *d. obſ.* 55. *num.* 47. ibi: *Maxime apud nos, quia non habent inſtrumenta exſe paratam executionem, ſed via condemnativa, ut noſtri Pragmatici loquuntur, proceditur: qua appellatur condemnatio infra decem ſaluis. Fit enim ſtatim condemnatio citato reo, conceſſo illi termino decem dierum ad probandum & probatum habendum, quæ exceptionibus oppoſitis in vim ſimplicis citationis convertitur.*

Ex Catalaunis Iacobus Cancer id ipſum tradit 30
lib. 2. *var. c.* 2. *n.* 297. ſed clarius *lib.* 3. *cap.* 13. *num.* 176. ibi: *Præceptum de ſolvendo in confeſſum factum, numquam in judicatum tranſit*: & rurſus ibi: *Præceptum Judicis quo mandat aliquid dari vel fieri cum clauſula juſtificativa validum eſſe; & reo comparente reſalui quidem in vim citationis: non tamen comparente tranſire in judicatum, intellige quoad effectum executionis faciendæ, non quoad effectum, ut præcluſa ſit via ad opponendum exceptiones, quæ reo competunt.* Quod intelligendum puto, de exceptionibus, quæ in via executiva opponi poſſent; & alias non diſtingueretur contumax, à comparente. Ioannes Petrus Fontanella *d. deciſ.* 113. *num.* 7. ſic differit: *præcedebatur*

debatur enim per præceptum de ſolvendo intra decem, aut opponendo juſtas rationes, ſi quas pars haberet intra dictum terminum, quod reſolvitur in ſimplicem citationem, & Ripoll *ad Peguer. d. rub. 14. num. 15.* ibi: *non requiritur alius ordo juris, ſed tantum fit præceptum de ſolvendo.*

31 In Regno Aragoniæ hæc præcepta dicuntur moniones, ut patet *in for. unic. de citat. & monit.*: & bene, nam monitorium præceptum, & mandatum ſynonima ſunt, ut accurate notat Scaccia *de Judic. lib. 1. dict. cap. 57. in princ.* Praxim *d. for. unic.* tradit Bardaxi *in not. ad eum n. 8.* ibi: *Dantur monitoria pignoratitia, quæ litteræ in effectu continent caſum obligationis, & cum ejus ſit hæres, ſeu bonorum detentor, monent illum quatenus ſolvat vel afferat bona infra certum terminum, vel ſi quas cauſas quare ad præmiſſa non teneatur. Dicitur in hoc foro: quod ſi infra præfixum terminum dicta rationes offerantur, quod erit ſupersedendum in executione donec cauſa ſit ordinarie agitata. Caveat tamen pars monita quod afferat dictas rationes intra terminum præfixum in litteris, quoniam ſi illas non offerat, habebitur ac ſi fuiſſet debitor, & factum tranſit in rem judicatam, & obtinet vim ſententiæ: & oblatis dictis rationibus dictum præceptum cum ſi quas cauſas, reſolvitur in citationem*, non ignoro quod iſte forus ſolum concedit monitorium contra hæredem, vel detentorem bonorum obligati; ſed verba adducuntur ad probandam univerſalem praxim procedendi, conceſſo monitorio, vel præcepto de ſolvendo.

32 Ex quibus rectè inferri valet, quod ubique eadem in ſubſtantia forma procedendi obſervatur; dempto eo, quod in noſtro Regno Valentiæ, pendente cauſa exceptionum, ſive rationum oppoſitarum infra illos decem dies in condemnatione aſſignatos, eiſque completis, pulſato reclamo, ſive retroclamo (quod idem eſt ac porrecta ſecunda querela poſt dies primæ, ut accurate notat Mieres *ad conſt. Cathalon. Icolat. 6. in Cur. Perpin. Regis Petri Tertii cap. de elongament. num. 8.* & poſt eum Dominus Leo. *deciſ. 7. num. 5.* Cancer. *var. lib. 2. cap. 3. num. 13. & cap. 14. num. 17. cum ſeq.* Ripoll. *poſt. pract. Peguer. in ordin. judiciar. Rub. 16. per tot.* licet Cortiada rectius reclamationem dicat *deciſ. 10. num. 160.* quod etiam dixerat Xamar *de officio Judicis, p. 1. quæſt. 24.*
33 *num. 115.* de quo latius infra) mandatum executivum conceditur, & executio proſequitur uſque ad diſtractionem pignorum, vel venditionem bonorum excluſivè, ut dicitur in *for. fin. de dilat.* & docet Dominus Leo *d. deciſ. 64. num. 19.* ut dictum remanet. Sed hoc raro evenit, quia actor niſi evidenter jus fovere exiſtimet, nunquam ſe exponit infructuoſæ viæ executivæ, ac periculo ſolvendi expenſas; ſed contentus potiore effectu hujus condemnationis, ſive præcepti, nempe transferendi onus probandi in adverſarium, expectat exitum ſententiæ in cauſa exceptionum.

34 Ab iſta diſpoſitione originem ducit regularis modus procedendi in omni cauſa ſummaria, ſive mos concedendi dilationem probatoriam decem dierum. Quia cum *in for. 35. de teſtib. cum aliis ſequentibus*, tractetur de conceſſione dilationis probatoriæ in cauſa ordinaria, & non habeamus aliam diſpoſitionem foralem de concedenda dilatione in cauſa ſummaria; optima cum ratione ab iſtis foris, qui re vera de ſummaria cognitione tractant, deſumitur praxis concedendi dilatio-
35 nem decem dierum, ut prælibavi *cap. 10. §. 2. num. 137. cum ſeqq.* ſed cum hac differentia, quod in cauſa condemnationis *infra decem ſalvis*, onus probandi transfertur in reum; in cæteris vero actor ſuam intentionem probare debet; & in illa, dilatio iſta decem dierum eſt conceſſa ad probandum, & probatum habendum, ut dicitur in ipſo *for. 13. de dilat.* ibi: *loſquals termens paſſats, ſien aguts per publicats info foro los teſtimonis*
36 *per cuſcuna part produits.* Si enim elapſa dilatione ex vi legis didiſcita teſtificata remanent, clare concluditur,

quod in ſcriptis intra dilationem dicta redigi debent, cum alias publicari non poſſint.

Quæ concluſio ex verbis D. Leo, & D. Creſpi adductis *ſupr. num. 29.* clare comprobatur. In cæteris vero cauſis ſummariis, dilatio conceſſa intelligitur ad probandum tantum, niſi aliud Judex expreſſe ſtatuerit, cujus arbitrium magnum eſt in hac materia ex *d. for. 35. de teſtib.* ut dictum remanet. Virtute cujus aliquando major, aliquando minor concedi ſolet, & non raro dies utiles aſſignantur, prout natura ipſius cauſæ poſtulare dignoſcitur. Cætera namque ſpectantia ad cauſas ſummarie actitandas jure ordinario dicta remanent *in §. precedenti*, dum differentias ipſius à cauſa plenaria tradidimus.

Poſitis his, aliquæ quæſtiones ad majorem horum 37
jurium explicationem proponere decrevi. Primum quæro an decem iſti dies præciſe aſſignandi ſint in condemnatione *infra decem ſalvis*, ita ut prorogari vel minui non valent, & ratio dubitandi eſt, nam in noſtro textu arbitrio Judicis committitur? Dominus Leo in verbis relatis *ſup. num. 29.* clare dixit quod arbitrium relictum in noſtro textu limitatum fuit per *dict. for. 13.* ad decem dies: ob quod nec coarctari, nec ampliari poſſe videbatur. Sed quoad arctationem liquidum eſt 38
fieri non poſſe: quoad prorogationem diſtinguendum arbitror; ſi prorogatio petatur ad effectum ſolvendi, tum arbitrio Judicis dies amplior aſſignari poteſt regulariter uſque ad alios decem juxta *privil. 8. §. ſtatuimus Dom. R. Iacob. I.* quod innuit Dominus Leo *ubi prox.* licet non omnino explicet; niſi caſu quo ſumma condemnationis tanta ſit, quod juxta perſonarum qualitatem infra decem dies congrue, vel faciliter ſolvi non poſſit; quia attentis facultatibus condemnati, Judex poterit ſtatuere terminum ab eo arbitrandum, dum modo condemnatus fidejuſſorem præſtet de ſolvendo in termino *d. privil. 8. § ſtatuimus, verſ. & ſi forſan*, cui adde *for. 12. de dilat.*

Si autem dilatio amplior poſtuletur ad opponen- 39
das, vel probandas exceptiones, neuticam concedi valet. *dict. for. 13.* ibi: *ordenam que lo terme de dos dies donador al condemnat a pagar, o ferço que es obligat no ſia arbitrari, ni puixa eſſer prorogat ſino altres dos dies; ſi aquell condemnat offerra e donara fermança è prometra de pagar dins los altres dos dies.* Quibus in verbis arbitrium judicis coarctatum reperitur ad ſolos alios decem dies dandos, ad effectum ſolvendi tantum, & præſtita cautione, juxta textus in *l. ex judicatum 16. ff. judic. ſolv.* ibi: *neque enim æquum eſt, aut judicio diſtringi, aut ad inficiationem compelli eum qui ſine judice dare paratus eſt; quo non amplius adverſarius ejus per judicem ab eo conſequaturus eſt.*

Secundum quæro, an judicio ſummarie intentato 40
pro emptione, vel venditione, locatione, vel conductione juxta contenta *in for. 12. cum duob. ſeqq. de cham. non nuat.* condemnatio fieri debeat *infra decem ſalvis*, an abſolute, ita ut reus non poſſit poſt eam opponere exceptiones? Et ratio dubitandi eſt, nam in dictis foris expreſſe dicitur, quod fiat condemnatio *ſub pœna quarti*: condemnationes *infra decem ſalvis* ſub hoc termino explicantur *in d. for. 13. & 14. de dilationibus*, & ſic tradidit Belluga in loco expenſo *ſupr. num. 28.* ergo idem dicendum videbatur quoad clauſulam *ſalvis exceptionibus.*

Sed nihilominus contrarium tenendum eſt, nam 41
condemnationes *ſub pœna quarti, & ſalvis exceptionibus* ſe habebant tanquam Superior, & Inferior, ita ut omnis condemnatio *infra decem ſalvis* ſub pœna quarti fieri debebat; at non omnis condemnatio *ad pœnam quarti* fiebat ſalvis exceptionibus; nam iſta pœna non circumſcribebatur ad condemnationes faciendas virtute inſtrumenti publici, quæ fiebant abſque cauſæ cognitione, ſicut hodie fiunt, per ſolam inſpectionem in- 42
ſtrumenti, quod plures exceptiones pati poteſt, ad quas

oppondas decem dies dantur. At condemnationes pro pretio rei venditæ, vel locatæ ex dictis *for. 12. cum duob. seqq. de clam. non mut.* non fiunt inaudita parte, neque sine causæ cognitione, imo, ea adhibita, & in eisdem foris præscripta, quæ licet privilegiata & summatia sit, habet cuncta substantialia iudicij cum reus citetur, audiatur, examinetur, probationes admittantur, &
45 Iudicis sententia sequatur; & iniquum esset, quod superaddita clausula *salvis exceptionibus* cuncta acta de novo inchoarentur, resoluta sententia in simplicem citationem per oppositionem exceptionum.

Quod clare depromitur ex verbis horum jurium, nam licet *in d. for. 14. de dilat.* dicatur quod via executiva concedatur pulsata reclamatione, tamen verus effectus suspenditur donec sequatur sententia cognoscens de exceptionibus, & confirmatoria condemnationis,
44 atque transitum faciat in judicatum: nam cuncta hæc speranda sunt adhoc ut perveniri possit ad distractionem pignorum. At vero *in d. for. 12. cum duob. seq. de clam. non mut. transactis decem diebus ipsius condemnationis, ea executioni mandari debet*, ut *d. for. 12.* dicitur ibi: *creditor emptorem ad solvendum pretium rei venditæ ipsi decem dies sub pœna quarti. Quibus elapsis per venditorem factum fuerit retroclamatum illud protinus exequatur in quantitate debita, & sumptibus.* Mentio namque *pœnæ quarti* ad majorem compulsionem adjecta fuit, ut ea comminatione debitor cogeretur solvere in eo termino, ne pœnam præstare teneretur. Hæc enim in usu quotidiano sunt, quamquam pœna quarti exposa sit, quæ tantum pro Tyronibus adnotantur.

46 Tertio quæro, an his causis summariis ad quarum institutionem, ut dixi §. *praced. n. 16.* libelli oblatio necessaria non est, si dilatio concessa reperiatur, testesque juramentum præstiterint intra dilationem; ea elapsa articuli fieri & exhiberi possint, super quibus testes jam jurati examinentur? an vero examen nullum habendum sit tanquam factum lapsa dilatione? Ratio dubitandi ea esse potest, nam de rigore juris, articuli ad probandum
47 admitti non valent lapsa dilatione, nisi beneficium restitutionis in integrum imploratum fuerit, cum termini probatorii peremptorii sint, docent Oldradus *cons. 167. num. 1.* Scaccia *de Iudic. lib. 1. cap. 91. num. 28.* de quo juxta foros dixi *dict. cap. 10. §. 2. num. 138.* Peremptorio ergo termino, jam de probatione facienda tractari non potest, ac in consequentiam necessariam, articuli admitti non valent, cum sine ipsis probatio fieri non possit.

Demum; nam aut actor distulit articulos ponere, aut reus? Si actor, ejus omissio toleranda non est, cum in-
48 structus ad agendum venire debeat: neque instructus dici potest, qui factum probandum retinet usque ad lapsum dilationis, cum jactura rei, cui dilationem currere non est æquum, quin actor articulos exhibeat, cum de contraria materia ad sui defensionem probationes facere teneatur. Quas facere nequivit, quin notitiam judicialem articulorum actoris habuerit. Fieret namque ipsius conditio deterior ex omissione, & culpa adversarij, quod jus non patitur tex. *in l. non debet 75. ff. de regul. jur.* Cujac. *ad lib. 1. quæst. Papin. in l. arbiter 33. ff. de recept. arbitr.* Surdus *decis. 102. num. 1.* Barbosa plures congerens *axiom. 93. num. 21. & in collect. tex. in C. non debet. 22. de reg. jur. in 6.* Ripoll. *ad Peguer. in prax. rub. 12. n. 18.* Si reus omiserit articulos ponere intra dilationem, subintrat vehemens suspicio, quod fit animo differendi litis cursum, quod pariter sustineri non debet juxta tex. *in l.*
49 *properandum, C. de judic. cum vulgat.* Quare affirmativam sententiam, nempe quod oblatio articulorum lapsa dilatione rejicienda est, & si examen hoc modo fiat, nullum videri probatur, ex multis congestis per Berlich. *practicab. part. 1. conclus. 38. num. 44.* ea nimirum ratione, quod articuli probatorij, & testes producendi sint intra dilationem; quod etiam tenere videtur Gundisalvus ex Paz *in prax. p. 1. tom 1 tempor. 8. num. 60. vers. postquam enim.*

Verum licet ista sic se habeant; procedere teneo de rigore juris; quare Sigismundus Scaccia *de Iudic. lib. 2. cap. 7. num. 343.* cum Rota Romana tenuit, admittendos esse articulos, præsertim in judiciis summariis, lapsis dilationibus; nam in eis tempora probatoria æqualiter currunt reo atque actori, ut diserte considerat Fontanella *de pact. nuptial. tom. 2. claus. 8. glos. unic. num. 7.* & post eum Ripoll. *ad Peguer. in prax. d. rub. 12. num. 19.* & sic non esse attendendas scrupulosas solemnitates. Neque ex eo defensio reo tollitur, aut in aliquo læsa manet; quia in summariis cognitionibus libelli oblatio non requiritur, sed qualiscumque petitio, etiam verbo tenus facta, modo quo per actuarium in actis adnotari possit, ut dixi § *praced. num. 16.* Ex ea enim deprehenditur mens, atque intentio actoris, à qua recedere probando nec debet, nec solet: quare si articulos offerat juratis testibus, neque reo defensionem aufert, nec aliquid de novo addit, sed factum distribuit modo quo dicta testium rectius in scriptis redigantur. 50

Reus autem dum substantiam facti ab adversario probandi in illa petitione cernit, minime læditur quoad facultatem defensionis legitimæ; quia articulos suos ponere ac probare potest de contrariâ materiâ. Quod versa vice respectu rei articulorum oblationem procrastinantis procedit. Solemnitas namque offerendi articulos de jure civili, ac positivo introducta, necessaria non est in judiciis summariis, in quibus solum inspicitur jus naturalis, & sic bene tolli potest contrario jure vel consuetudine, ut dixi §. *praced. num. 8.* Et cum supponamus dilationem non fuisse concessam ad probandum & probatum habendum; nam quæstionis propositio hanc qualitatem excludit; sed simpliciter ad proban- 51
dum, & vis depositionum testium referatur ad diem præstiti juramenti, quare ad eum semper retrotrahitur, ut docet Ant. de Butrio *in C. licet causam de probat.* Hinc est quod depositiones subsistant, dummodo juramentum præstitum fuerit intra dilationem, ut cum Rota, Papiense, Butrio, Mansuar. Guidone, Afflictis, Maranta, Caravita, & aliis probat Scaccia *d. lib. 2. cap. 3. num. 182. cum seq.* quod etiam tenuerunt Peguera *in prax. rub. 18. numer. 6.* & plures alij per me congesti. *cap. 10. §. 2. num. 251.* 52

Neque obstant in contrarium adducta, quia procedunt de rigore juris, & in causa ordinaria, nos de æquitate in summaria loquimur. Berlichius de foro Saxoniæ 53
differit, nos de foro Valentiæ; in quo decretum de recipiendis testibus in ordinario judicio, bene datur oblatis articulis probatoriis pro actore, & plerumque in calce ipsius libelli articulorum; ibique dilatione concessa, parti adversæ copia articulorum conceditur. In quo nostra praxis diversificatur à praxi Castellæ, nam in tribunalibus illius Regni, copia articulorum, nuncupatorum *preguntas*, nemini datur: ut tradidit Paz *d. tempor. 8. num. 131.* ex qua procedendi diversitate resultat, quam debile sit argumentum desumptum ex forma procedendi in aliis Regnis. Sed hæc in judicio ordinario eveniunt; in summario autem, sæpe sæpius dilatio probatoria conceditur, antequam litigatores articulos offerant; & plerumque absque articulis probationes 54
fiunt, quia non sunt de substantiâ Iudicii, ut probat Scaccia *d. lib. 2. cap. 7. num. 21.* Sed testes interrogantur de facto, verbo deducto, & ab actuario notato in actis. Et ratio est, quia omnes causæ, quas summarie tractari per foros cautum est, nudo verbo, & sine scriptis actitari jubentur, ut ex ipsis foris resultat. Non ex eo quod absque scriptura expediendæ sint, cum omnes in actis adnotari debeant juxta *for. 4. de sent. & act.* ut notavi *in tract. de re crimin. controvers. 18. num. 33.* Sed quia nulla 55
spectata solemnitate scripturæ, expediri mandantur, &

in

in actis adnotari, ut memoria eorum, quæ gesta sunt, permaneat. Neque ex eo defensio tollitur, sicut in Regno Castellæ non auferur etiam si articulorum copia nemini concedatur.

Hæc omnia plane procedunt in Curiis inferiorum Judicum, non vero in Regia Audientia, quia ut dixi §. *præced. num.* 17. causæ summariè introductæ regulari jure in scriptis, quamvis non solemniter actitantur: ob quod decretum de recipiendis testibus non solet interponi, quin libellus articulorum actoris oblatus sit. Nisi in his quæ maximam celeritatem desiderant, ex sui natura, & per *compareant partes* expediri solent: vel de quibus agitur in Regia Audientia verbali, ut statim dicemus.

56 Quarto quæritur, an sicut venditor, vel locator agit summariè juxta foros contra emptorem vel conductorem, ad exactionem pretii, ita emptor, vel conductor agere possit contra vendiorem, vel locatorem, pro his quæ præstare tenentur? & ratio dubitandi est, quia *d. for.* 12. *cum duob. seq. de clam. non mut.* de venditore, & locatore agentibus ad pretium solum tractant: Si enim fori ad litteram intelligendi sunt ut *dixi c.* 1. §. 2. *num.* 13. & nihil in eis dicatur de compellendo venditore, vel locatore, non erit extendenda ad eos dispositio; ut dixi *d.* §. 2. *num.* 29. & Dominus Crespi *obser.* 1. *num.* 19. *cum*
57 *seqq.* Sed tenendum videtur, quod dispositio omnes comprehendit: nam isti contractus sunt citro ultroque obligatorii, & ita correlativa sunt emptio & venditio: locatio, & conductio, quod promiscue in jure usurpentur: tex. *in l. veteres* 19. *cum l. seqq. ff. de act. empt.* Alciatus *lib.* 3. *pareg. cap.* 22. *& lib* 5 *cap.* 15. Petrus Gregor. *lib.* 25. *syntagm. cap.* 1. *num.* 4. Non ex eo, quod eadem persona sit emptor, & venditor; locator, & conductor, sed quia ex uno eodemque vinculo obligati manent; & eisdem regulis constant. tex. *in l.* 2. *ff. locati* cum aliis adductis per Linglois *decis.* 5. *q* 4. *n.* 2 Novar. *ad pragm. Neapol. tit. de emptio. collect.* 1. *num.* 6 & sic non debent ad imparia judicari tex. *in l. Julianus*, §. *si à pupillo, ff. de act empt.* docent Covarruv. *lib.* 2. *variar. cap.* 15. *num.* 6. Guttierrez *lib.* 1. *Canonicar cap.* 36. *num.* 12. Cavalcan. *decis.* 44. *n.* 24. Petr. Barbos. *in l. filio familias*, § *fin. ff. solut. matrim. n.* 20. Molin. *de Hispanor. Primog. lib.* 1. *cap.* 21. *num.* 4. & 5. Surdus *decis.* 52. *numer.* 9. August. Barbosa *de potest. Episcop. allegat.* 94. *numer.* 1. & 15. Ciriacus *lib.* 1. *contr.* 62. *num.* 2.

Unde agens ex empto pretium æqualiter offerre debet ut rem consequatur ac agens ex vendito rem trade-
58 re, ut pretium solvi debeat. Sic docet Ulpianus *in d. l. Julianus*, §. *offerri pretium*, & §. *ex vendito actio.* late Doctores in his juribus, & præter ordinarios Petr. Gregor. *d. lib.* 25. *cap.* 18. & 19. Anton. Gomez *lib.* 2. *variar. cap.* 2. *num.* 19. Mantica *de tacit. & ambig. convent. lib.* 4. *tit. l.* 2. *num.* 6. Morla *in empor. tit.* 9. *num.* 10. *cum seqq.* Pichard. *in* §. *actionum autem* 28. *q.* 16. *ex num.* 1 *instit de actionib.* con-
59 ducunt plura congesta per Castillum *tom.* 3. *controvers. cap.* 3. *num.* 72. *cum seqq.* Quod in terminis privilegii cognoscendi per viam summariam irregularem, forali dispositione declaratum videtur, nam *in for.* 14. *Curiar. ann.* 1604. dum agitur de privilegiandis causis, de quibus cognoscendum est in Regia Audientia verbali, ponitur inter alias ibi: *compres, y vendas de bens mobles.*

Quæ dispositio limitata reperitur ad hos contractus bonorum mobilium; sed limitatio procedit respectu illius privilegii cognitionis Regiæ Audientiæ verbalis; non autem viæ summariæ extra eam intentandæ, quia tam quoad bona mobilia, quam quoad bona immobilia procedit, juxta *for.* 12. & 13. *de clam. non mut.* quorum verba ita perspicua sunt, ut explicatione non egeant. Neque id per extentionem procedit, sed ex indemnitate rationis quæ propriè comprehensio dicitur, ut notavi *d.* §. 2. *num.* 13. & Dominus Crespi *d. obs.* 1. *num.* 68. *cum seqq.* Et sic obtinui pro Antonio Oliver Mercatore,

agente ex vendito, contra Nicolaum Franci, Presbiterum; qui quidem vendiderat domum quam habebat in Civitate, *in vico nuncupato la bolseria.* Et causa introducta fuit summariè, & prosequuta ad relationem nobilis Don Cosimæ Gomban, & sententia pro validitate venditionis terminata *die* 7. *Aprilis anni* 1645.

Quinto quæro, an in his contractibus per dictos fo- 60
ros privilegiatis, Proxenetæ, Mediatores, Pararii, Intercessores, vel Interpretes idonei testes sint? nam *in d. for.* 12. *cum seqq.* expresse videtur dici, & sic communiter ferme, in ore pragmaticorum circumfertur. Ad quod suppono, quod synonimæ sunt istæ dictiones, cum omnes significent eos qui inter contrahentes intercedunt, ut conventiones ineantur facilius: Quod colligitur ex *tex. in l.* 1. *in fin. ff. de verbor. obligat.* & *in l.* 2. *ff. de proxenet.* 61
in c. 1. *de testib. in* 6. cum similib. Quorum usus ita frequens in omni contractu, vel quasi fuit, ut in judiciis non defuerint; nempe ad Assessorem vel Consiliarium quærendum, tex. *in l.* 3. *ff. de proxen.* ibi: *si quis forte conditionis, vel amicitiæ vel adsessura, vel cujus alterius hujusce-modi proxeneta fuit.* de quo Donel. *lib.* 18. *comment. cap.* 2. & ibi Illiger. *litt. M.* Cujacius *in paratitlis ad eum tit. & tib.* 11. *observat. c.* 18. *in princ.* sicut in matrimoniis, nuptiis, vel sponsalibus secundis, tex. *in l. fin. ff. de sponsal.* ibi: *fere plerumque conditiones interpositis personis.* & clarius *in rubr. & in l.* 6. *C. de sponsalib.* ibi: *constitutio vult ne proxeneta seu Conciliator nuptiarum, quidquam capiat.* Hi pronubi dicebantur, vel inter nuntii, de quibus videndi Petrus Gregor. *lib.* 8. *syntagm. c.* 8. *num.* 1. Alciatus *lib.* 1. *disputationum, c.* 22. Jacobus Cujacius *d. l.* 11. *obser. cap.* 18. *& ad tit. si Rector. provinc. vel ad eum pertinent. sponsf. deder. in C. ad fin.* Dionys. Gothofredus *in Rub. & in dict. l.* 6. *C. de sponsal.* Ant. Hotomanus *in libel. de veter. rit nuptiar. capit.* 2. Larrea *decis. Granat.* 46. *num.* 20. sunt enim 62
isti in magnis Civitatibus velut officinæ contractuum, quod ex Ulpiano *in d. l.* 3. notaverat Dominus Crespi *obser.* 4. *numer.* 9. Sed aliquando iniquitatum, ac plurimorum malorum origo: quare non immerito idem Ulpianus *in eod. tex.* proxeneticum, *sordidum* vocitat, & actionem de dolo in proxenetas concedit.

Hi enim de jure non sunt idonei testes ad probandum perfectionem contractus, eorum intervencione initos nisi consentiente utraque parte, ut probat text. *in* §. *quoniam verò, in authent. de testib.* & colligitur. *ex cap.* 1. *de testibus in* 6. ubi communiter Doctores: do-
cent Mascardus *de probat. conclus.* 1039. *per tot.* Rebuf. 63
in tract. de reprobat. test. num. 330. *cum seqq. & num* 431. Tiraquel. *de retract. in præf. numer.* 26. Gabriel. *cum opinion. tit. de testib. concl.* 10. *ex num.* 1. Bobadilla *in Politic. lib.* 5. *cap.* 2. *num.* 52. Farin. *in prax. crim. p.* 2. *q.* 60. *ex num.* 408. Seraphin. *decis.* 164. Gail. *obser.* 117. *lib.* 1. Trevil. *decis.* 40. *lib.* 1. *& decis.* 40. *lib.* 2. Magon. *decis.* 95. *num.* 14. Bellon. *decis.* 197. Geballin. *melliloq.* 253. Lancellot. *de offic. Prætor. in caus. civil. tit. person. test. agred. num.* 62. Mathias Colerus *decis.* 197. *lib.* 1. Novar. *in collect. ad pragm. Neapol. tit. de actuar. collect.* 8. *num.* 17. Rota Genuens. *decis.* 97. *num.* 10. Menoch. *de arbitr.* 64
lib. 1. *cap.* 72. *num.* 29. Gama *decis.* 32. *num.* 1. Benitend. *decis.* 61. *num.* 5. August. Barbos. *in dict. cap.* 1. *de testib. in* 6. *num.* 4. Merlin. *lib.* 8. *controvers. cap.* 29. *num.* 12. Ciriac. *lib.* 1. *controvers. contr.* 27. *num.* 10. Capic. Galeota *lib.* 2. *contr.* 66. *num.* 47. Larrea *allegat. fiscal.* 40. *num.* 16. Marin. *quotid. resol. lib.* 2. *cap.* 9. *num. fin.* Noguerol. *allegat.* 26. *num.* 51. *& alegat* 29. *num.* 60. Cujus rei 65
ratio est manifesta, nam proxenetæ mercedem lucrantur ex perfectione contractus, ut notum est, & omnes tenent; & sic de lucro captando tractant quando de perfectione deponunt, & generaliter prohibitum est testimonium dicere de re sua juxta tex. *in l. nullus* 10. *ff. de testib.* cum vulgat.

66 Secundum foros, de quibus agimus, aliqui, seu potius plurimi credunt, proxenetas idoneos testes remanere ad probandum cuncta quæ eis intercedentibus perficiuntur; imo quod sola depositione proxeneta qui contractui interfuit, plene probatur, & ducuntur in hanc opinionem ex verbis *dict. for.* 13. ibi: *e lo contrari dago sera probat per lo corredor, o altres mitianers, o testimonis.* Re enim vera iste textus posterior est cæteris, nam *for.* 12. fuit promulgatus anno 1342. *& for.* 14. anno 1340. sed *for.* 13. anno 1348. & tanquam posterior dispositio sive corrigat, sive declaret præcedentes, ei standum est.

67 Quo posito arguitur ex eo quod proxeneta, nostro vernaculo sermone *Corredor* est officialis, publica auctoritate creatus, qui juramentum solemniter præstat in ingressu officii *for.* 81. *& 93 cum seqq. de leuda* & dum *in for.* 13. dicitur quod probatur per proxenetam, vel alios mediatores ex vi dictionis, ó quæ est idem ac latine *vel*, & *aut* alternativa inducit juxta textum *in l. hæc verba* 124. *ff. de verbor. sign.* ut pluribus docent Barbosa *de dict. usufreq. dict.* 46. *ex num.* 1. D. Leo. *decis.* 7. *num.* 7. actum cuilibet in solidum attribuens: ob quod sensus sit quod sive probetur per proxenetam publica auctoritate creatum ad interveniendum in contractibus, in singulari numero loquendo, ex eo quod sola ejusdem depositio sufficiat, vel *per alios mediatores* privatos scilicet qui casu, vel amicitiæ causa interveniunt, in qua specie non in singulari numero, sed plurali, innuens quod duorum depositiones requiruntur, probata remanet perfectio contractus.

68 Quod fulcitur ex eo, quod lex, vel statutum inducere potest, quod uni proxenetæ credatur tanquam officiali jurato, & publica auctoritate ad id ipsum adhibito, ut cum Mascardo, & Straca tenuit Farin. *d. q.* 60. *num.* 441. Quæ qualitates concurrunt in proxenetis totius Regni *dict. for.* 81. *& 93. de leud.* sicque in vim *d. for.* 13. ex sola depositione proxenetæ intervenientis, contractus perfectio probata remanebit.

69 Sed Nihilominus ego teneo quod per *dict. for.* 13. nihil immutatum est ab his quæ de jure procedunt, quia ratio lucri eos spectantis ex probatione perfectionis contractus, semper militat, ut excludantur quoties de perfectione conventionis deponunt quare eorum fides vacillat, atque diminuitur, nisi suppleatur ex
70 consensu utriusque partis. Quibus non obstant verba *dict. for.* 13. ad id adducta & expensa quia totius clausulæ verbis perceptis clare resultat quod non est cautum quod proxenetæ credatur absolute, & in substantialibus contractus, sed tantum quoad qualitatem solutionis pretii venditionis, vel locationis initæ, nempe an pure sive statim facienda solutio sit, an vero in diem vel sub conditione. Quod clare percipitur ex his verbis latine donatis: *Quod si emptor negaverit juramento adhibito non emisse res superius dictas, vel quamlibet ex eis, ad solvendum in continenti pretium, & contrarium probabitur per proxenetam, vel alios mediatores, vel testes fide dignos, cum juramento illius, vel illorum recepto hisque scriptis: Justitia condemnet emptorem ad solvendum pretium venditori ad decem dies tantum sub pœna quarti.* in quo contestantur verba *dict. for.* 12. *&* 14. dempto eo quod de proxeneta plurali locutione loquuti fuere.

71 Ex quibus clarè deprehenditur quod mens fori est, dare formam probandi qualitatem solutionis tantum; non vero substantiam, sive perfectionem contractus: hoc enim tanquam omissum remanet in dispositione juris: Neque ex eo quod proxeneta publicum officium gerat ei unice deponenti credendum est: quia dum forus juramentum illius requirit, innuit quod non est credendum relationi ipsius tanquam si esset officialis jurati, à quo juramentum in relationibus re spectante ad officium non requiritur, ut ei credatur plene, ut pluribus probat Giurba *cons.* 98. *num.* 11. & aliqua dixi *can.* 7. §. 3. *num.* 17. Et re bene inspecta nunquam ad illius officium pertinet relatio perfectionis contractus; sed nuda interventio, sive *operula*, ut ait Ulpianus *in d.* 72
l. 3. alliciendi contrahentes ad commercia. Leges namque & statuta, adhuc in casu dubio, si deviant à jure communi interpretandæ strictè sunt modo quo minus illud lædatur, corrigaturvè, per tex. *in l.* 2. *ff. de natalib.* docent Bartol. *in l. omnes populi num.* 6. Jason. *n.* 62. *ff. de just. & jure.* Velasquez, Morotius, Craveta, Socinus Senior, Rolandus, Alexander, & alii adducti per Valenzuelam *cons.* 23. *num.* 69. *cum seqq.* Quanto magis quando clare loquitur juri communi conformis? Et sic pragmatici petitiores in nostro Regno tenuerunt nihil de novo inductum reperiri per hæc jura, præter admissionem limitationis regulæ generalis excludentem proxenetas à probatione perfectionis contractus, & illos admittentes ad probationem qualitatis emergentis, quæ quidem est *limitatio* 8. adducta per Farin. *dict. quæst.* 60. *num.* 432. quam communiter Doctores sequuntur, & hoc pacto quandam legem Lusitanis huic similem interpretatur Gabriel Pereyra *decis.* 54. *n.* 16.

Et nota quod lingua Valentina *Corredors* genetrice 73
appellat proxenetas, & præcones, quod etiam in Cathalonia in usu esse percipitur, ex traditis per Pegueram *in prax. Rub.* 29 *& ibi* Ripoll. *num.* 25. *vers. deinde autem.* Nam de eisdem loquendo nuncupat promiscue *currutores, procenetas, atque præcones.* Sed apud nos superadditur nota per quam distinguuntur: quia Proxenetæ dici solent *Corredors de Orella*; & præcones *Corredors de Coll.* hi enim à jure aliquando apparitores nominantur, ut *in l. si pignora* 50. *ff. de evict.* & sunt qui in licitationibus, auctionibusve sive privatim fiant, quas nuncupamus *almonedes* sive publica auctoritate, quando 74
Judicis jussu sive Magistratus bona subhastantur ut veneant: de quibus plura tradunt Rebuf. *tract. de præcon. licit. & subhast.* Brison. *de formul. lib.* 6. §. *ver Præconem pag.* 569. cuncta antiquitatis arcana, quoad hæc, colligendo Anton. Mathæus *in tract. de action. lib.* 1. *cap.* 9. & Postius *de subhasta. d.* 1. *inspect.* 1. *ex num.* 39. qui alios laudant. Hi fori de quibus tractamus, inter hos non distingunt, quare nec nos distinguere debemus; nam licet *in for.* 12. de proxeneta dispositio tractet in *for.* 13. *&* 14. verbum *Corredor* simpliciter appositum reperitur, & cum utriusque generis intervenire possint in contractibus, quamvis Proxenetæ melioris conditionis sint, cum Præcones eadem auctoritate eligantur, & juramentum pariter præstent de cunctis, nostros foros locutos fuisse crediderim.

Tandem quæro, an respectu districtionis personæ de- 75
bitoris, aliquid in his causis emptionis scilicet & locationis specialiter statutum reperiatur? Et ratio dubitandi est, nam licet in his foris dicatur quod debitor non habens bona in quibus post condemnationem executio fieri valeat, in carceribus detineatur quousque solverit, ut ex *d. for.* 12. *cum tribus sequentibus* percipitur, id ipsum generaliter in omni debito cautum videtur per *for.* 3. *de quart. & pan. Cur.* in eo enim aperte dicitur, quod nemo ex debito civili condemnato, detineri possit in Carceribus, nisi in subsidium, hoc est si bona non habet in quibus executio fieri possit: quare nisi discussis bonis ad capturam personæ procedere Judex non debet.

Quod de jure pariter procedit, dum Carcer reme- 76
dium subsidiarium est in civilibus juxta tex. *in l. à divo Pio*, §. *in venditione*, *ff. de re judicat.* sic communiter interpretantur Doctores. Licet enim lege duodecim tabularum cautum fuisset reum in Carceribus detrudi posse ab initio judicii, si in bonis immobilibus nihil habebat, vel pignora daret, aut vadimonium præberet hoc est idoneam cautionem, de quo plura adducuntur per Balduinum *in l.* 46. *duodecim tabul.* & Reverardum *ibid.* §.

tamen

tamen lege Petilia hæc acerbitas ſublata fuit, & *in d.l. a divo Pio*, §. *in venditione* ſtatuta forma exequendi ſententiam incipiendo à bonis mobilibus, deinde ad im-
77 mobilia tranſeundo, demum ad nomina debitorum; & tandem perveniendo ad diſtrictionem perſonæ, ut pluribus congeſtis tradunt Paz *in prax. part.4. tom.1. cap.5. ex num.1.* Parlador. *rer. quotid.lib.2. c.fin.part.5. §.3. cum aliquib.ſeqq.* Aſin. *de execut. §.2.cap.4.num.12.*Colerus *de proceſſ.p.1.c.6. num.24.* Coſta *de rem.ſubſidiar.remed.25. num.21.* Surdus *deciſ.184. num.10. cum ſeqq.* D. Leo *de-*
78 *ciſ.104. numer.8.& 9.* Salgado *de Reg. protect.p.2. cap.4. num.126.* niſi reus ſuſpectus de fuga ſit, nam tunc incipi poſſe à captura tenent communiter Doctores, quorum plures adducunt Aſin. *d. c.4. n.11.* Valenzuela *conſil.157. num.1.* Salgado *dict.c.4.n.103.* Fontanella *deciſ.230.cum aliq.ſeqq.* Ripoll. *in ordin.judic. vicar. Barchin. poſt pract. de Peguera Rub.7.* & Berlich. *practicab. lib.1. concluſ.73. per tot.*

79 Sed his non obſtantibus dicendum eſt, quod in his cauſis expreſsè per foros proviſum eſt quod non ſpectata ſolemni diſcutione bonorum procedatur ad capturam verb. *dict. for.12.* hæc ſunt, *& niſi habuerit bona clara à quibuſvis appoſitoribus expedita donec ſolverit in Carcere teneatur.* in *dict. for.3.* generaliter dicitur quod capi non poſſit dum habeat bona mobilia vel immobilia, præceptum prohibitivum conſtituendo; & qui intendit adveniſſe caſum exceptum probare tenetur non adeſſe bona diſcuſſionem eorum faciendo, ut ad capturam deveniatur: pro emptione,vel locatione agenti,permiſſio conceditur non repertis bonis expeditis in qui-
80 bus exceptio fiat quod multum deviat à formali diſcutione: nam eo ipſo quo bona per executores reperta non ſint, procedi poteſt ad capturam, niſi ipſe reus ea oſtenderit, & ſic in eum transfertur onus oſtendendi bona expedita: quod tradit Cerdan. *in viſit.Carcer.cap.9. num.15. & 16.* licet non ſatis explicet. Qui addit quod in hoc caſu debitorem non juvat beneficium ceſſionis bonorum. Sequitur D. Leo *deciſ.7. numer.9.* Et licet limitatam tradant hanc diſpoſitionem ad emptores bonorum mobilium; ergo credo quod licet inſpecto tantum *for.15. de clam.non mutan.* ſic procedat; ex tribus fo-
81 ris præcedentibus comprehenduntur etiam emptores bonorum immobilium ſignanter *in for.13.* nam in ejus principio clare de emptore bonorum immobilium loquitur: *alguns mercaders e altres perſones compranu bens ſeents mercaderies robes e altres coſes movens*, & poſtea ſubjungitur: *e ſi bens no haura clars è deſembargats de tota oboſicio, que ay tal deutor ſia e ſtia tant e tan longament pres fins que haja pagat tota la quantitat.* Nec hæc verba intelligi valent, ut aliqui opinati ſunt de promittente ſolvere per tabulam nummulariam civitatis Valentiæ,ut Cerdan. innuit *dict.numer.15.* ducti forſan ex illis verbis *no dara tauls* & ibi: *no ſperat lo terme aſignat en latauula.* Quia iſta verba intelligi nequeunt de tabula numularia, quæ nondum in rerum natura erat, nam hic forus conditus fuit, ut dixi anno 1348.quod ex ipſius epigraphe reſultat.

82 Tabula autem nummularia inſtituta poſt ſexaginta annos fuit, virtute facultatis Civitati Valentiæ conceſſæ per D. Reg. Martinum *die* 20. *Octobris anni* 1407. ut conſtat ex *privil.18. ejuſdem Regis*: quare hæc verba *dare tabulam* potius intelligenda ſunt de inſtrumentis forte promiſſis; cum inſtrumenta tabulæ dicantur ut paſſim in jure habetur, quod ſignificatur per verbum illud: *non ſpectato termino in tabula aſſignato.* in inſtrumento enim debiti terminus ſolutionis apponitur: vel etiam intelligi poſſet de ſolutione ſtatim facienda in tabula, hoc eſt menſa negotiationis ipſius venditoris, cum ad menſam tabula referri poſſit ex text. *in l.quæſitum 12.§.ſi domus,cum ſeqq.de fund. inſtr. C. quando preſbyteri 9. diſtinc.44.* ut notat Alberic. *in dictionar. verb.Tabula ad fin.* Verum hæc ad executivum judicium pertinent, & ſic ibi, latius dicere debemus.

§. III.

De cognitione extraordinaria, ſive irregulari Regiæ Audientiæ verbalis, & per compareant partes ***ad explicationem*** for. 14. Cur. anni 1604. ***& aliorum jurium.***

PHILIPPUS II. REX. anno 1604. Valentiæ.

TEXTUS.

ITem que los Virreys que per temps ſeran, hajen de tenir la Audiencia verbal perſonalment, ſens que puguen donar commiſſio a Jutgens alguns o Aſſeſſors, pera que tinguen Audiencia ni aſſignations en ſes caſes,ni en altra part alguna, ſi no en preſencia y aſſiſtencia del Virreys, ſub nullitatis decreto, y que no es puguen tractar en dita Audiencia verbal cauſes algunes, ſi no les ſeguents: coes de ſoldades decriats manifacturres de Officials, de compres, y vendes de bens mobles, comptes de medecines, promeſes de Metges, y cirurgians, deutes de botigues de Drap, ſedes, lenſos y adrogues, dines preſtats y comandes de ioyes, y bens mobles: y que noes puguen provehir condemnacions algunes, ſino procehint les citacions acoſtumades, la primera de les quals haja de ſer, y ſia perſonal: que hajen de ſer los Aſſeſſors de dita Audiencia verbal los oidors de la Audiencia civil caſue de aquells dos meſos per turno: y que en cas de reconvencio,ſe hajen de remetre les cauſes aixi de convencio, com de reconvencio, iuntament ab les parts als Ordinaris:y que les dones no puguen ſer compelides, a que vajen perſonalment à la dita Audiencia verbal, a reſpondre, teſtificat, ni altres negoceis alguns. Plau a ſa Mageſtat.

SUMMARIUM.

1 *Summaria cauſa tractantur regulariter & irregulariter.*
2 *Summaria quæ cauſæ regulariter expediri ſolent.*
3 *Summaria quæ cauſæ irregulariter tractantur.*
4 *Cauſæ tractandæ in Audientia verbali; quæ ſint.*
5 *Audientia verbalis origo in Regno Valentiæ refertur ad Regem Iacobum II.*
6 *Antea in Cathalonia id ipſum ſtatuit idem Rex Iacobus. Et in Aragonia, ibid.*
7 *Tranſlata neceſſitas celebrandi Audientiam verbalem ad Proreges.*
8 *Prorex non poteſt committere alii Magiſtratui cognitionem verbalem.*
9 *Cauſæ verbales ſine ſcriptis tractantur, & ſi ſcriptura requiratur, remitti debent ad Iudices ordinarios.*
10 *Cauſæ verbales quo ritu tractentur.*
11 *Fœminæ compelli non poſſunt ad perſonaliter comparendum in Audientia verbali.*
12 *Nobiles Egregii, atque Illuſtres compelli poſſunt perſonaliter comparere*
13 *Reus contumacialiter condemnatus, non auditur niſi debitum deponat.*
14 *Reo comparente, cauſa ſubſtantiatur ad arbitrium judicantis*
51 *Modus procedendi irregularis deſumptus fuit à jure communi.*
16 *Regis officium eſt judicare, & per ſe juſtitiam facere.*
17 *Reges Ethnicorum per ſe Iudiciis intervenichant.*

18 *Post exactos Reges Romanos Magistratus judicabant in urbe.*

19 *Imperatorum plurimi per se judicia exercebant.*

20 *Jura expenduntur ex quibus deprimitur plures Imperatores per seipsos judicasse lites.*

21 *Reges Hebræorum, & aliorum gentium qui per se judicia exercebant.*

22 *Reges Hispaniæ id ipsum observant.*

23 *Reges Hispaniæ leges condiderunt se adstringentes ad judicandum personaliter.*

24 *Iacobus I I. Rex Aragonum*, fuit cognominatus Justus, *quia condidit has leges.*

25 *Et quia litigiosos persequebatur.*

26 *Munus judicandi causas criminales relictum judicibus curiæ fuit, civiles vero Senatoribus.*

27 *Deus Pater Filio commisit munus judicandi, quia voluit homines per hominem judicari.*

28 *Reges, qui Dei vices gerunt in terris, alijs hominibus munus judicandi committunt.*

29 *Magistratus ad legum observantiam adstringuntur, Reges non ita.*

30 *Moyses exemplum judicandi reliquit Regibus, ita ut cæteris Magistratibus commissis, ipsi de majoribus curent.*

31 *Majora negotia retinenda per Reges, non sunt commensuranda ex re in judicio deducta, sed respectu personarum.*

32 *Pauperum scilicet, de potentioribus querelas Reges per se audire tenentur.*

33 *Proreges hodie hoc munus adimplent in Catalonia, & Valentiæ, sed non in Aragonia.*

34 *Præsides Provinciarum tempore Romanorum cognitionem extraordinariam huic similem in eisdem fermè causis exercebant.*

35 *Extraordinariæ cognitiones per ipsos Magistratus exercebantur.*

36 *Exemplum memorabile hujus cognitionis extat in nostro jure.*

37 *Vestigia cognitionis extraordinariæ permanent in Regia Audientia verbali.*

38 *Salarii, & mercedis famulorum, atque opificum nomen plures comprehendit.*

39 *Proreges Præsidibus Provinciæ æquiparantur.*

40 *Forma procedendi desumpta fuit ex tex. in* l. si Prætor, 75. ff. de juris.

41 *Edictorum ordo observatur dum reus trina citatione ad judicium vocetur.*

42 *Reus si ter citatus non comparet, in judicio vere contumax efficitur.*

Unica citatio pro tribus, sive peremptorium in hac audientia non admittitur, ibid.

43 *Contumax condemnatus non auditur nisi facto deposito.*

44 *Mercedes famulantium privilegio gaudent quoad celeritatem procedendi, tam à jure divino quam civili.*

45 *Celeritas procedendi in causis privilegiatis ratione nititur.*

46 *Audientia verbalis est miserorum præsidium.*

47 *Advocatorum honorarium ad cognitionem Regiæ Audientiæ verbalis spectat.*

48 *Honorarium Advocati sub nomine mercedis comprehensum est de jure.*

49 *Advocati, & Procuratores, inter mercenarios per forum annumerantur.*

50 *Honorarii petitio quid dependens est à causa principali.*

51 *Dependentia non inducit necessitatem Judicii, præcipuè si jurisdictio limitata sit ad certum genus causarum.*

52 *Reconventionis judicium pertinet ad Judicem conventionis.*

53 *Extraordinaria cognitio ad munus petitiones extendebatur.*

54 *Causa commodati rerum mobilium ad Audientiam verbalem pertinet.*

55 *Reconventio intentata post condemnationem audiri nequit, nisi facto deposito, juxta forum.*

Reconventio non est, si maritus reconveniatur, dum uxor actrix est, ibid.

56 *Cognitio verbalis non comprehendit debita, de quibus constat per scripturam publicam, vel privatam.*

57 *Scriptura debiti oblata, causa remittenda est ad Judices inferiores, sive ordinarios.*

58 *Computa debiti, seu simplex memoria rerum emptarum, etiamsi partita aliquæ chirographis comprobentur, non dicuntur ad hunc effectum scriptura debiti.*

59 *Compotis rerum emptarum concessum est privilegium Audientiæ verbalis.*

60 *Mercenarii salaria petentes virtute instrumenti, in quo sibi promissum, est excludantur ab Audientia verbali.*

61 *Forma procedendi summariissimè per* compareant partes, *in usu est.*

62 *Incidenter ad excludendos articulos calumniosè intentatos, & ad alias res peragendas quæ celeritatem desiderant in causis ordinarijs.*

63 *Forma procedendi in expeditione horum articulorum.*

64 *Assignationes quæ dicantur in judicijs Curiarum Regni Valentiæ.*

65 *Causæ per* compareant partes *principaliter in usu sunt ad decidendas lites rerum tempore perituraram, quæ ex sui natura celeritatem desiderant.*

66 *Usus hujus formæ procedendi frequens est in recursibus ab impedimentis oppositis in electionibus officiorum urbis & Regni, quæ annua vel triennalia sunt.*

67 *Forma hæc procedendi omnino arbitraria est, ob quod nullis regulis constat.*

DIxi *in §. 1. & 2. hujus capitis* de forma & ritu procedendi regulariter in causis summarijs; quales sunt viduarum, pupillorum, pauperum ac miserabilium personarum, dotis, interdictorum (dempto retinendæ possessionis, apud nos nuncupato *forma juris*, quod summariissimum est) emptionis, venditionis; locationis, conductionis, obligationis publico instrumento contentæ absque clausula guarentigia, civilium judiciorum capitaniæ generalis, Fiscalium rerum, alimentorum & similium quas enumerat Ripol. *post prax. de Peguer. Rub. 2. de caus. verb. in cur. Vicar. numero duodecimo.* Nunc autem agere debemus de judicijs summariè, atque irregulariter expediendis, in quibus ex speciali prærogativa, vel qualitate privilegium extraordinariæ cognitionis concessum reperitur, ex foro vel consuetudine universaliter approbata, atque inveterato Curiarum stylo instituta: Hæc enim judicia sunt spectantia ad Regiam Audientiam verbalem; & quæ celeritatem desiderant dum agitur de re peritura, & per *compareant partes* expediuntur: verum ad commercium, mercatores, atque navigationem spectantium, in logia Consulum maris, infimæ summæ & quæ ad jurisdictionem ædilis spectant; quæ consistunt in fraudibus rerum venalium, pondere, numero atque mensura; de bonitate, vel corruptione comestibilium atque potabilium; de munditia viarum, atque servitutibus urbanorum prædiorum; & similibus, & cum primum Tribunal totius Regni Regiæ Audientiæ sit, de his quæ ad eam pertinent, ante omnia tractare debemus. 1 2 3

In *nostro textu* exprimuntur causæ ad quas se extendit cognitio extraordinaria Audientiæ verbalis, nam in eo apertè dicitur quod tractari nequeant in ea nisi causæ mercedis sive salarii famulorum atque opificum, emptionis & venditionis rerum mobilium; pretii medicamentorum, salarii sive stipendii promissi Medico, vel Chirurgo; debiti procedentis ab emptione mercium li- 4

ni,

ni, lanæ atque bombicis, rerumque aromaticarum; pecuniæ ex mutuo debitæ; atque commodati localium bonorumque mobilium.

5 De origine hujus Audientiæ aliqua prælibavi *c. 2. §. 2. num. 53.* Sed nunc clarius cuncta quæ ex foris noſtris reſultant tradere, operæ pretium duxi. Inclytus Rex Iacobus II. recolendæ memoriæ, ob ejus glorioſa facinora, *in privil. II. §. final.* promiſit incolis hujus Regni per ſe, & per Succeſſores celebrare perſonaliter Audientiam, tam in Civitate quam in alio quocumque oppido, in quo repertus fuiſſet intra Regnum degendo, in die Veneris uniuſcujuſque hebdomadis, & eo impedito die ſequenti, cunctis ſubditis, ad conſervationem juris eorum de quacumque cauſa ſibi oblata.

6 Quæ quidem diſpoſitio in vim fori tranſlata fuit ipſis verbis fere explicata, *in for. 113. de Cur. & Bajul.* Val. promulgato *anno* 1301. id ipſum promulgaverat in Principatu Cathaloniæ ut habetur in *conſtit. 1. tit. de Iuy verbal del Senyor Rey.* condita in Curia ſecunda Barcinonæ *anno* 1299. quam explicat Mieres *ad conſtitut. collat 4. in c. 10. dict. Cur.* 2. Et ſimiliter in Regno Aragoniæ *in for. tmic. tit. ut Dominus Rex in Audientia die Veneris*, condito Ceſarauguſtæ *anno* 1300. quem explicat Bardaxi ibid. cujus obſervantia permanſit dum Reges noſtri, Syderum more Regna totius Coronæ Aragonum, continuo ferme motu, luſtrabant. Cæterum quando majoribus curis addicti cœperunt illa Regna per Proreges adminiſtrare cum generali poteſtate, de qua egi *c. 2. §. 1. ex n. 53.* cura celebrandi hanc Audientiam eodem die Veneris cujuſcumque hebdomadis tranſlata
7 fuit in Proreges: apud Cathalaunos ex vi *conſtitution. 6. eod. tit.* condita *anno* 1547. per prudentiſſimum Philippum II. nomine Caroli invictiſſimi Imperatoris, hæc Regna gubernantem.

In noſtro Regno per conſuetudinem id ipſum introductum crediderim, & moveor ex eo quod tunc temporis ad Munus Regentis Cancellariam in Regia Audientia Valentina, deſumebantur Doctores Regiæ Audientiæ Cathaloniæ; & veriſimile videtur, quod ea quæ illic in uſu erant, in noſtro Regno introducere curarunt.
8 Sed *in for. 17. Cur. ann. 1585.* jam Brachia Regni conquerebantur ex eo, quod Regens Cancellariam hanc Audientiam celebrabat, quam aſſeruerunt deberi per Proregem perſonaliter celebrari, juxta forum deberi: & cum Cathalauni Cancellarii, & Cancellariam Regentes, eam ibi per ſe celebrent in cauſis minoris ſummæ viginti librarum, & ex commiſſione Proregis in cæteris; bene infertur quod mos Cathalaunorum ad nos extenſum fuit; ſed in eo foro Rex ammendo ſupplicationi Brachiorum, conſtituit quod Prorex per ſe Audientiam verbalem celebrare teneretur, *unum* ex Doctoribus Regiæ Audientiæ ad libitum Aſſeſſorem aſſumendo, eo ſuperaddito quod procedatur ſine ſcriptura, & caſu quo illa requiratur, cauſa ad ordinarios devolvenda ſit.

Ex vi hujus fori Proreges perſonaliter celebrare tenentur hanc Audientiam verbalem, prout omni cum effectu celebrant, abſque eo quod cauſas committere
9 poſſint, neque committant Aſſeſſori, vel alio Judici, modo quo de Cancellario, & Regente Cancellariam fieri in Cathalonia teſtantur Fontanella *deciſ. 568. n. 5. & 51.* & Ripol. *in prax. Peguer. Rub. 31. num. 2.*

Sed adhuc ex hac diſpoſitione non ſatis deprehendebatur forma procedendi, quæ per ſtylum longamque conſuetudinem in uſu erat, qua de cauſa in *noſtro textu*
10 forma traditur, *ita* ut cauſæ de quibus in hac Audientia cognoſcendum ſit, ſtatuatur, cum clauſula excluſiva aliarum, cujus effectus tradit Carleval. *de Iud. lib. 1. tit. 2. n. 1176. cum ſeqq.* Quod ex citationibus fiendis (tres de more ſunt ut ſtatim dicam) prima perſonaliter omnino fienda ſit, nec ſufficiat peremptorium, ſcilicet una pro tribus, ſed præciſè tres citationes eſſe debeant; eiſque factis, atque accuſatis contumaciis, eiſque admiſſis, condemnatio ſequatur de re poſtulata. Quod Aſſeſſor deſumatur, non ad arbitrium Proregis ut antea licebat *ex d. for. 17.* Sed ex Doctoribus Regiæ Audientiæ civilis ad bimeſtre, ſecundum ſeriem antiquitatis: & tandem quod Fœminæ non compellantur perſonaliter comparere; quod privilegium reverentia ſexus inductum fuit; cum indecorum atque indecens reputetur fœminas inter viros per Tribunalia verſari, juxta text. *in aut. hodie nova jure C. de cuſt. reor.* ibi: *per virum ſuum aut quem aliunde legitime reſpondeat.* & in novella *ut litigantes jurent. 124. collat. 6. c. 1.* ibi: *ſi vero mulier fuerit, quæ propter honeſtatem vitæ, extraneis viris ſe monſtrare non conſuevit: tunc & abſente adverſario, ex officio miſſus memorata ſuſcipere ſacramenta.* & ſic ad honeſtas tantum dirigi privilegium credo ſicut reſpectu carcerationis dixi *c. 8. §. 3. n. 12. cum ſeqq.* & ſicut non coguntur adire ſummum Pontificem pro abſolutione conſequenda, ne virorum cœtibus miſceantur, ut dixi *de re crim. contr. 29. n. 81.* Quæ quidem exceptio firmat regulam in contrarium *tex. in l. quæſitum* 12
§. denique ff. de fundo inſtruc. cum aliis adductis per Barboſam *axiom. 85. num. 4.* Quare etiamſi nobiles egregiæ, atque illuſtres perſonæ non teneantur in civilibus perſonaliter coram Judice venire, ſed per Procuratorem comparere tex. *in l. fin. C. ubi Senator. vel clariſſ.* & juramentum non publicè in Curia, ſed domi ſecrete præſtare teneantur. tex. *in l. ad perſonas egregias 15. ff. de jur. juran.* tamen ex hoc jure comparere compelluntur, & ſi non compareant præmiſſis citationibus, & contumaciis condemnantur.

Iſtius condemnationis provocatio non recipitur quin 13
quantitas, vel res in ea contenta deponatur, quod novo jure cautum fuit, nempe *in c. 16. actor. Cur. Brach. Eccleſ. & Regal. ann. 1626.* Sed non per modum appellationis, ſupplicationiſve, ad aliud tribunal; ſed coram ipſo Prorege, ſi contumacialiter, ſimpliciter Audientiam petendo; ſi jam audita parte, mutato Aſſeſſore aliquando obſervatum audivi, ſed nunquam vidi, nec poſtulare. Superius tradita procedent reo non comparente: ſi vero
14 comparuerit ſummariiſſimè proceditur, reſponſiones à reo in publica audientia exigendo, dilationes arbitrarias dando, peremptorias ſemper ad probandum, & probatum habendum, & abſque publicatione neque allegationibus in ſcriptis, ſententia ſeu pronuntiatio, nulla præcedente litatione ad publicationem, ſubſequitur; & poſt eam rigida rei judicatæ executio.

His prælibatis, quæ in praxi notiſſima ſunt, non abs re
15 erit inquirere, unde ſaluberrima iſta procedendi via originem ducit, ut ratio qua nititur magis elucefcat. Certiſſimum eſt Reges inſtitutos fuiſſe, ut adminiſtrationi Juſtitiæ præſint. Sic in ſacra pagina ſcriptum reperitur. *lib. 1. Reg. c. 8.* ibi: *conſtitue nobis Regem, qui judicet nos, ſicut univerſæ habent nationes.* quo fundamento Divus Hieronymus relatus *in c. regum officium. 23. 23. quæſt. 5.* dixit. *Regum officium eſt proprium, facere judicium, & juſtitiam.* Nec Sanctiſſimus Doctor *facere juſtitiam* 16
tantum dixerat, ſed addidit *Judicium*, ut innoteſceret in judicandi actu præcipuum Regis munus expleri. Et Sanctus Thomas *lib. 1. de regim. princip. cavit. 12. ad fin.* ibi: *Hoc igitur officium Rex ſuſcepiſſe cognoſcat, ut ſit in Regno ſicut in corpore anima, & ſicut Deus in mundo. Quæ diligenter recogitet ex altero juſtitia in eo Zelus accenditur, dum conſiderat ad hoc ut loco Dei judicium Regni exerceat.*

Quæ minime ignorabant Ethnici Reges, nam ubique 17
Reges judicaſſe in aperto eſt. Inter Romanos ab ipſo Romulo conſuetudo iſta initium ſumpſit, & ab eo in cæteris Regibus ſucceſſoribus derivata; quod teſtantur Hiſtorici & Pomponius comprobat *in l. 2. in princ. ff. de orig. jur.* his verbis; *omniaque manu à Regibus gubernabantur.* Exactis Regibus Magiſtratus hanc curam gerebant, ut ipſe Pomponius lato calamo in *d. l. 2.* ſcriptum re-

18 linquit, & probant mihi textus *in l. 1. §. sed ex interdictis, cum seqq. l. 2. & 3. ff. de offi. Præfect. urb. l. 3. §. cognoscit. ff. de offic. Præfect. vigil. l. nec quisquam 9. §. de plano, & §. seq. ff. de offic. Proconf. Præfect. 7. ff. de offic. Præfid. l. si Prætor 75. ff. de judic. l. 2. ff. de extraordin. cognit.* Et postquam omne imperium in Principem translatum fuit, ipsos Principes per se judicasse sæpius ex nostro jure deprompsimus evidenter. Tex. *in l. offidius 97. ff. de legat. 3.* ibi: *Imperator interrogavit partem legatarii* in *l. fin. ff. quod cum eo, ad fin.* ibi: *sententiam conservavit Imperator.* in *l. Roma* 28. *ff. de tutor. & Curat. dat.* ibi: *ne in una tutela duplex periculum sustineret, decrevit Imperator posse quem & fide jussorem pro tutore esse. & in l. Æmilius* 38. *ff. de minor.* ibi: *Imperator autem noluit.* & ibi: *movit etiam illud Imperatorem.* Et ita in aliis absolute loquendo: Sed specialiter *in l. Imperatores* 34. *ff. de jure fisc.* de Severo, & de Antonino judicantibus expressa mentio habetur. *in l. minor autem* 18. *ff. de minor.* de commodo. *in l. Procula* 26. *ff. de probat.* de Antonino. *in l. 3. de his quæ in testam. delent. & in l. 1. §. si cohæredis nici* 14. *ff. ad leg. falcid.* de Aurelio Antonino. *in l. non putabam* 48. *ff. de condit. & demonstr.* de Marco *in l. mulier* 22. *ff. ad Trebel. l. Titius* 54. *ff. eod.* de
20 Mario, & Maximo, *in l. extr.* 17. *ff. de quæst.* Iustinianus de se ipso testatur *in authent. depositi. in princ. collat. 6. & in authent. ut exact. inst. dot. in princip. collat. 7* & Fredericus *in §. Imperialem tit. de prohibit. alien. feudor. per Frederic. in usib. feudor.* & aliis pluribus passim.

Quod & Historiarum Scriptores pariter testantur de Iobo, Davide, Salomone & aliis Sacra Pagina passim: De Priamo, Didone, Ænea, & Romulo, Virgilius: de Mida, Agesilao, & pluribus Regibus Persarum, Plu-
21 tarcus: de Philippo Macedone, Herodotus, de Alexandro Magno, idem & Quintus Curtius, de Cæsare ipse: de Augusto, Suetonius: de Vespasiano, Philostratus: de Domitiano, Aurelius Victor: de Trajano, & Adriano, Dion Cassius: de Pertinace Severo & Caracalla, Herodianus: de Maximo & Balbino, Capitolinus, & sic de aliis plurimis, quorum latam seriem congerunt Petrus Gregor. *de R. pub. lib. 6. c. 6. ex num. 4.* Didacus Perez *in l. 1 tit. 1. lib. 2. ordin.* & Doctissimus Don Ioannes Solorzano *in emblem. Regio polit. 61. ex num. 40.* Hispaniæ Reges Gothi, non solum per se judicabant, verum etiam lege expressa cautum reliquerunt in eo consistere officium Regis. ut dicitur *in proem. fori judic. l. 1.* ibi: *Donde faziendo derecho el Rey deve aver nombre de Rey.* con-
22 sonat *l. 1. ex suprarbiensibus* quas post alios tradidit Blancas *in comm. pag. 25.* ibi: *in pace & justitia Regnum regito.* & partitarum *in l. 6. tit. 1. part. 2.* ibi: *el Rey non tan solamente era ordenador e Cabdillo de las huestes, e Juez sobre todos los del Reyno.* & *in l. 19. tit. 9. cod. p. 2.* ubi Gregor. Lopez *glos. 2.* de nostris Aragonum Regibus *dixi supra n. 5.* de Regibus Castellæ, præter leges partitarum memoratas Alphonsus, Ioannes atque Catholici Ferdinandus, & Elisabeth *in l. 1. tit. 1. lib. 2. ordin. & in l. 32. tit. 3. cod. lib. 2. in d. l. 1.* ibi: *Por ende ordenamos de nos assentar a juycio en publico dos dias en la semana con los del nuestro consejo y con los Alcaldes de nuestra corte.* & *in d. l. 32.* ibi: *nos plaze de entrar y estar en nuestro consejo de la justicia el dia del viernes de cada semana.* cujus executio permanet per modum consultationis juxta *l. 2. tit. 2. lib. 2. recopil.*

Et sic Reges nostri Iacobus, & Successores hanc laudabilem observantiam, non solum per se, verum etiam legibus ad id expresse latis, executioni deduxerunt, atque exequi per suos Proreges mandarunt: cum hac ta-
23 men differentia, quod dum Reges hanc judicandi personaliter potestatem exercuerunt, licet præcipuum scopum audiendi querelas miserabilium ab oppressionibus potentiorum petebant, cum omnis jurisdictio ab eis tanquam à fonte procedat, ut pluribus dixi *c. 2. §. 1. in prin. & capit. 6. §. 1. numero septimo*, non adstringebantur ad certas causas, vel lites, seu personas, sed universaliter cunctos audiebant, ut in specie notat Fontanella *dict. decis. 568. numer. 5. & 11.* & habetur *in d. for. 113.*

Quando vero ad Proreges hanc potestatem exten- 24
derunt, jam limitative ad certas causas, atque personas modum judicandi verbaliter induxerunt. Et speciali nota dignum est, quod Iacobus II. hæc judicia institutus cognominatus fuit *Justus*, ut nostri Historici narrant, quod meruit adeo ut Blancas *in vita illius* hæc verba ponat. *Proditur eundem de se se plerumque solitum affirmare; se nunquam in vita sua in justicia fovenda à recta conscientia fuisse transversum, nec scientem ab observatione legum unquem discessisse.* & Martinus Viciana *lib. 3. Chron. valent.* ibi: *este fue llamado el justiciero, porque si empre hizo Justicia recta, y la mando hazer en sus Reynos.* iniquos 25
litigatores sic odio habuit ut de eo testentur Zurita *lib. 6. anal. cap. 75.* & Mariana *de reb. Hispan. lib. 15. cap. 19.* quod eximium Alvarez de Rada, insignem tunc Advocatum ab omni sua ditione exterminare jusserit, quia ipsum deprehendit in prævaricatione; ob quod ei accommodare licet, quod de Salomone Regius vates cecinit *Psalm. 71.* ibi: *Judicabit pauperes populi, & salvos faciet filios pauperum, & humiliabit Calumniatorem.*

Hæc enim observantia permansit, dum Reges nostri 26
in Aragonum Regionibus continue degebant. Sed unitis feliciter coronis, Regna nostra per Proreges administrantur, munusque judicandi nomine Regio mandatum fuit Judicibus Curiæ & Auditoribus, quia sive Reges adsint, sive Proreges curam gubernandi gerant, impossibile est quod multitudini negotiorum vacare valeant.

Quoad judicia criminalia etiam si possent, non erat 27
rationi consentaneum, quod Reges, seu eorum loca tenentes per se expedirent. Vices Dei Reges exercent in terris, & sic quo magis ei assimilati evaserint, rem publicam rectius administrabant. De Deo summo dicitur in Evangelico Ioan. *c. 5. vers. 22.* ibi: *Neque enim Pater judicat quemquam, sed omne judicium dedit filio.* rationem ad rem subjungens *vers 27.* ibi: *& potestatem dedit ei judicium facere, quia filius hominis est.* Quam eleganter explicat Sanctus Bernardus *serm. 73. in Cant.* dicens. *Pater dedit filio judicii potestatem, & non quia Sanctus, sed quia filius hominis est. O vere Pater misericordiarum! vult per hominem homines judicari.*

Sic similiter Reges prudentia præstantes, quorum dignitas eos supra homines extollit, non per se, sed per 28
alios homines, volunt homines judicari; vel quia cupiunt evitare invidiam acerbitatis pœnæ; vel quia cernunt maximopere ad observantiam ipsarum legum conducere. Nam ut Symmacus attestatur: *Alia est enim conditio Magistratuum, quorum corrupta videntur esse sententia, si sint legibus mitiores; alia Dominorum, Principumque potestas, quos decet acrimoniam severi juris inflectere.* Recte quidem, ut absque nota crudelitatis leges executioni deducantur Magistratibus sinunt necessitatem executionis, sibi reservata superioritate cognoscendi de aliquibus, ut *in l. 1. & tot. tit. C. ubi Senator. vel Claris*, & 29
in *for. 12. Cur. ann* 1604. de quo dixi *capit. 4 §. 2. numer. 8. & capit. 8. §. 9. numer. 89.* & condonandi pœnas si æquitas suadet. In Civilibus pariter exemplo Moysis adhærendo, qui minora inferioribus relinquendo, si quid autem majus fuerit, referatur ad Regem ut ipse judicet: Exod. *c. 18. ex vers. 22.* ad quod respicit titulus *in C. quando Imperator inter pupil. & vid. & de relationib. cum simil* Quo cum temperamento Justi Lipsii 30
sententiam probo, *in monit. polit. c. 9.* rejecta opinione Bodini *lib. 4. de R. pub. c. 6.* de quo videndi Petr. Greg. Didacus Perez, Solorçano & Pater Salcedo *in lib. 1. D. Tho. de regim. Princip. dissert. 15. per tot.* Quæ quidem à Regibus nostris in Aragonum Corona observabantur, ut ex dictis patet, & adhuc permanet tum in his Judiciis verbalibus,

verbalibus, tum in aliis, quorum explicatio ad rem de qua agimus non pertinet.

31 Sed nota obiter, quod majora illa negotia Principi reservata, non sunt æstimanda ex valore rei in judicium deductæ, neque ex eo quod Potentiores inter se contendant; sed ut testatur Philo *in lib. de creat. Prin.* ibi: *Majora dico negotia, non ut quidam existimant, controversias, quæ inter claros, divites, potentesque incidunt; sed quoties privati, egeni, obscuri premuntur à potentioribus, cum nulla est præsidii spes, nisi in Judice.* Inter egregias laudes quibus fama celebrat prudentiam nostri Regis Philippi II. ea maxima censetur, quod dum Scep-
32 trum tenuit, vel minimi apparitoris insinuationi, Magnates etiam paruisse est compertum. Hinc Beatus Bernardus *lib. 1. de Consider. c. 10.* commonuit summo Antistiti dicens: *Ergo illas quas ad te necesse erit intrare causas (neque enim omnes necesse erit) diligenter velim, sed breviter decidere assuescas. Causa viduæ intret ad te, causa pauperis, & ejus qui non habet quod det. Aliis alias multas poteris committere terminandas.*

33 Hujus sancti, atque docti viri consilium sequuti fuerunt Reges nostri, id ipsum observari præcipiunt per suos Proreges, & in viridi observantia est in Regno Valentiæ, & in Principatu Cathaloniæ, non autem in Aragoniæ Regno, de quo optima cum ratione conqueritur Bardaxi *ad fin. comment. d. for* 1. quod miror dum addictos ad suorum fororum observantiam se se maximopere prædicant, licet in ea, quamvis leniori modo, nequaquam eis cedamus.

Quod tempore Romanorum observabatur à Præsidi-
34 bus Provinciarum; qui quidem licet cognitiones ordinarias exercebant per Judices datos, tex. *in eum qui* 13. *ff. de jurisd. om. jud.* per se in certis causis extra ordinem judicasse est compertum, quod illius arbitrio relinquebatur, text. *in l. sæpe* 8. *ff. de off. Præsid.* cum similibus congestis per Iacob. Cujac. *lib. 9. obser. c. 23.* Govean. *in d. l. 13. n. 3.* Menoch. *de arbitr. lib. 1. c. 2. n. 9. & seqq.* Duaren. *1. disput. 53. & de jurisdic. c. 2.* Illiger. *ad Donel. d. lib. 17. c. 21. lit. A.* Ex causas, in quibus hæc judicia extraordinaria præcipue exercebantur, tradit Consultus in *d. l. 1. ff. de extraordin. cognit.* nempe quando de mercede, stipendio, honotario, sive salariis agebatur, debitis professotibus, Medicis, obstetricibus, Magistris Iudi litterarii, Librariis, Notariis, Calculatoribus, tabullariis, mechanicis opificibus, Advocatis, nutricibus, *mutuique petitionibus*, ut in Horentina lectione
35 habetur; quamvis in vulgata *mutuis petitionibus* habeatur, quod est valde diversum: quam dispositionem Bartol. & cæteri interpretes *in eo textu* ad salaria omnium famulantium quoquo modo extendunt.

Et sicut ordinariæ cognitiones certis personis non adstringebantur per tex. *in l. 1. §. 2. ff. si ventr. nom.* extraordinariæ ad has tantum & similes personas, vel causas limitabantur. Quod breviter & acutè tradit Antonius Faber *lib. 4. conjectur. c. 7. ad princ.* ibi: *extraordinaria vero illa quæ per ipsos Magistratus expediebantur, cujusmodi erant perpauca, & ea dumtaxat, quæ majore privilegio & favore digna existimabantur. In eo autem præcipuè ordinaria, ab extraordinariis differebant, quod in Ordinariis cum Judices darentur, certas quoque formulas à Magistratibus præscribi necesse erat, secundum quas Judices sententias ferrent, & ab iis ne latum quidem unguem recederent. In extraordinariis vero, nulle præscribebantur formulæ, nec sibi Magistratus legem imponebant, quominus ex arbitrio suo jus dicerent.* De quo vide Rebuffum *ad leg. Gal. tit. de sent. provis. art. 3. glos. 7.* Revard. *lib. singul. pro tribun. c. 7. & lib. 1. conjectan. c. 10.* Petr. Gregor. *lib. 21. syntag. c. 8. n. 10* Govean. *in d. l. eum qui 13. ff. de Jurisdic.* Cujac. *in paratit. ad tit. ff. de extraord. cognit. & d. lib. 9.*
36 *obser. c. 23. in fin.* Donel. *d. lib. 17. c. 21* & ibi Illiger. *lit. A. & D.* Pichard. *in princ. Instit. de succes. sibi ab intest. n. 17 & in Rubr. instit. de interdict. ex n. 13.* Exemplum memorabile extraordinariæ cognitionis permanet *in l. si Prætor. 75. ff. de Judiciis*, cum extra ordinem absque figura Judicii Prætor absentem, citatum tamen, condemnavit: contra tex. *in l. quæsitum* 60. *ff. de re judic.* ut notat Govean. *in d. l. 13. num. 4.*

Nec his obstat quod istæ differentiæ sublatæ fuerunt, ut dicebamus *sup. §. 1. hujus cap. n. 2.* Nam ipsa natu-
37 ra causarum eam resurgere fecit, ut ex nostro textu resultat, qui revivisce comprobat, seu de novo ihduxit differentiam antiquam; cujus enodationem quantum conducat ad veram interpretationem seu intelligentiam nostri fori, ex re ipsa percipitur. Et quia causæ miserabilium ac pauperum ad Tribunal Principis adduci via privilegiata, ut ab ipso judicentur, rationi ac juri consentaneum est; & quia sublatis solemnitatibus fororum ex bono, & æquo terminari jubentur, ne miseri à potentioribus opprimantur, impensis graventur, atque à calumniis, vexationibus, molestiisvè Causidicorum liberentur. Quæ omnia consequuntur judicio Principis; nam, ut dixit Salomon in Proverb. *c. 20. vers. 8. Rex qui sedet in solio judicii, dissipat omne malum intuitu suo.*

Et dum in foro nostro de salariis famulorum, & o-
38 pificum expresse agitur, clare comprehenduntur mercedes omnium quoquo modo servitium præstantium, ut dixit Bartol. *in d. l. 1.* & post eum Rebuffus *d. glos. 7. §. 7.* atque Carlevalius de judiciis. *tit. 1. disput. 6. ad princip.* quo plura privilegia salariorum recenset. Qui enim comprehendantur sub nomine famulantium, explicat *for. 35. §. præterea, de testib.* loquendo in terminis de salariis & mercedibus.

Nec vi caret consideratio ejus, quod in *d. l. 1.* dicitur, 39
nempe Præsides Provinciarum consuevisse de mercedibus jus per se extra ordinem cognoscere; Nam nemini ignotum est Proreges assimilari Præsidibus Provinciarum, ut late dixi *c. 2. §. 1. ex n. 12.* & sic cuncta quæ de Præsidibus in jure scripta reperiuntur, Proregibus congrue adaptantur.

Forma procedendi desumpta videtur ex *d. l. si Prætor* 40
75. ff. de judic. in qua Julianus sic infit. *Si Prætor jusserit eum à quo debitum petebatur adesse; & ordine edictorum peracto pronuntiaverit absentem debere, non utique Judex, qui de judicato cognoscit, debet de Prætoris sententia cognoscere, alioquin lusoria erunt edicta, & decreta Prætorum.* Ex hoc jure resultat, quod ordine editorum peracto, Prætor ad pronuntiandum procedebat contra non comparentem; ordo vero edictorum erat ter in judicium vocare, quo peracto vera contumacia resultabat. *tex. in l. ad peremptorium 68. cum seq. ff. de judic.* & *in l. contu-* 41
macia 53. ff. de re judic. Ter pariter reus ad Audientiam verbalem citandus est, ut vere contumax dici possit, *for. 20. de dam. non mun. for. 22. de sent. & act.* secundum ea quæ de foro atque stylo notavi *c. 8. §. 4. n. 17. & §. 7. n. 5.* Sed cum hac differentia, quod de jure una pro tribus citationibus, cum peremptorie citaretur, sufficiebat, ut in eisdem juribus dicitur, & in causa ordinaria praxis nostra observat frequenter, ut tetigi *c. 10. §. 1. n. 44.*

At in his cognitionibus extraordinariis, specialiter 42
statutum est, quod tres citationes omnino fiant, quarum prima personalis esse debet, ut expresse in nostro textu dicitur. Si enim eis peractis adesse in judicio recusat, uti convictus condemnatur ad solvendum id quod petitur, nec postea audiendus est nisi facto depósito ne Proregis decreta lusoria maneant, quod cautum noviſſime fuit *per d. c. 16. Cur. anni 1626.* Non enim rationi repugnat quod tota vis istius cognitionis consistat in sustinenda condemnatione contumaciali; quia in verbalibus causis tota ferme vis probationis resultat ex responsionibus rei conventi, plures rennunt comparere, quia erubescunt negare quod verum est, etsi contumaciæ vis adimeretur, lusorium remanebit.

Neque acerba nimis hæc forma dici valet, quia adhuc 43
duriorem formam in Regno Galliarum observari testa-

tus

tur Petrus Rebuffus *d glos. 7. num. 2.* quam praxim niti asserit in dispositione contenta in Levit. *c. 19. vers. 13.* ibi: *Non morabitur opus mercenarii tui apud te usque mane:* & in Deuteronom. *c. 14. vers. 14. cum seqq.* ibi: *sed ea die reddes ei pretium laboris sui.* & Tobiæ *cap. 4. vers. 15.* ibi: *statim ei mercedem reddite, & merces mercenarii tui apud te omnino non remaneat.* Sunt namque debita hujusmodi
44 digna hujus privilegii, & aliorum plurimorum, quia miseri mercenarii nihil aliud habent ex quo ali possint, & si per ambages judicii ordinarii res ducenda foret, absque dubio perirent, antequam mercedem consequi possent; & sic ait quod petitionem sequitur condemnatio, & post eam executio. Et quamtumvis durum videri possit; cum lege & consuetudine statutum sit
45 expresse in causis per nostrum textum expressis, in quibus raro quantitas majoris summæ deducitur, ne justitia pauperum, & humilium pereat, quæ maxime in hoc miserorum præsidio perpenditur, optima cum ratione cautum est, quod condemnatio fiat contra renuentem ad judicium venire; & ea facta si audiri desiderat post decretum Proregis depositum facere teneatur, ex quo duo effectus saluberrimi resultant; nempe quod jus postulantis illæsum manet, & reus quæri non valet, quod inauditus à judicio evadat.

46 Hinc inferri valet decisio ad quæstionem quam controversam discussamque vidi, in Audientia verbali anno 1644. an scilicet Advocati honorarium debitum ex patrocinio præstito in causa emphyteoticali, peti posset in dicta Audientia; de facto namque citatus fuerat Ioachimus Fortuny Proxeneta, & eo non comparente Advocatus instabat condemnationem: si enim forus noster desumptus est ex *d. l. 1. §. in honorariis advocatorum,*
47 *cum seqq.* clare resultat ad hanc cognitionem pertinere; nam licet in foro expressum non sit, & conceptus reperiatur cum clausula: *que no es puguen tractar sino les causes seguents:* hoc est *quod non possint tractari in dicta Audientia verbali aliæ causa nisi sequentes:* inter quas nihil de Advocato dicitur, tamen inesse videtur, dum de mercedibus Medicorum, Chirurgorum, opificum ac servitialium expressa mentio reperitur; nam Ulpianus in *d.l. 1. §. divus Severus 13.* honorarium Advocati mercedem vocavit. ibi: *divus Severus ab hæredibus advocati*
48 *mortui, eo mercedem repeti prohibuit.* sicque sub nomine mercedis comprehensum est: quæ interpretatio à dispositione fororum non est aliena; imo conformis, nam in *d. for. 35. §. præterea*, dum de servitium præstantibus atque mercedem quærentibus tractatur, Advocatus specialiter nominatus reperitur, ibi: *Quod tam Juristæ, Medici, Advocati, & Procuratores, Cursores, Sartores & quicunque alii artifices, & ministeriales, quam clientes sutiferi, mancipia, nutrices, ancillæ, & alii servitores, ac demum*
49 *omnes alii mercenarii, quocunque nomine censeantur.* & sic ex mente fororum, Advocati inter mercenarios comprehenduntur, & quamvis fori non admittant extensionem, comprehensionem non excludunt ut dixi *c. 1. §. 2. n. 29.* & post me D. Crespi *obser. 1. num. 19. cum seqq. præcipue nu. 68.* Nihilominus causa remissa fuit ad Judicem principalis litis, forte quia *d. l. 1.* dispositio præ oculis habita non fuit à Nobili, atque docto Don Cosma Gombau, qui Assessor tunc erat.

Et quamquam dici posset, quod petitio mercedis tanquam quid dependens à causa principali, deduci possit coram Judice illius ex traditis per Michael. Ferrer *p. 1.*
50 *obser. Gener. Gubernat. Cathalon. c. 70.* Brun. *cons. 129.* Mandos. *tract. de commiss. form. 11. vers. validitate jurisdictionis.* Gratian. *discep. for. c. 154. n. 24.* Cancer. *var. p. 2. c. 15. n. 68. cum seq.* D. Leo. *de iis 177. per tot.* Marinis *lib. 2. quotidian. cap. 51. n. 2.* adverte quod omnes isti Doctores quæstionem dirimunt per verbum *posse*, non autem necessitatem inducunt, & sic Marinis dum tractat de clerico qui litigaverat coram seculari, conveniendum pro mercede Advocati coram Ecclesiastico resolvit, ex incapacitate scilicet secularis; quæ ratio militabat in casu 51
de quo agimus, nam Judex delegatus à Domino directo solum habet cognitionem de re emphyteuticali, quæ uti talis in judicium deducta est, sive ut practici nostri dicere solent *de re censita uti censita*, juxta ea quæ tradidi *c. 6. §. 3. ex num. 6.* quare incapax videbatur cognoscendi de mercede, salariove advocati, nam similes jurisdictiones prorogari non possunt ex pluribus adductis per Carleval. *de Judic. tom. 1. disp. 2. numer. 1169. cum seqq.*

Aliud dubium suscitatum observavi anno 1645. dum 52
Ludovicus Alexander Almunia Generosus conventus fuerat, & contumacialiter condemnatus ad solutionem nutritii; qui quidem res mobiles, dolia nempe condendi vinum, commodaverat marito nutricis filii, & ad restitutionem earum agere conabatur, eo superaddito quod in executione condemnationis supersederetur. Si secundum tex. *in d. l. 1. in fin.* juxta vulgatam lectionem, quæ ab interpretibus amplexa reperitur, decidendum videretur; quæstio difficultate carebat, nam Ulpianus 54
asserit cognitionem extraordinariam comprehendere mutuas petitiones, & reconventio nihil aliud est. Ut probatur *in tot. tit. decretal. de mutuis petitionibus*, docent Larrea *decis. 4 n. 15.* Faber *in C. lib. 2. tit. 1. defin. 6. num. 5.* Fontanella *decis. 343 n. 4.* Reconventio namque sequitur conventionem velut corpus umbra, & induitur conventionis naturam pluribus Giurba *decis. 3. per tot.* & Fontanella *decis. 449. num. 23.* Si natura reconventionis intentatæ inspicienda erat, dum de commodato bonorum mobilium agebatur, ad Regiam Audientiam verbalem pertinere cognitionem ex foro indubitatum est.

Denique si solum inspiceretur actus reconveniendi, tam reconventio, quam conventio remittenda erat juxta forum ad Judicem ordinarium, cum in nostro textu expresse cautum reperiatur: ob quod nervose contendebat causam, ad minus, remittendam fore Judici ordinario: Sed nihilominus remissio denegata justissime 55
fuit, nam omnia per eum deducta re integra procedebant, non autem quando jam condemnatus reperiebatur, nam eo in casu juxta *d. c. 16. Cur. anni 1626.* audiri non poterat quin mercedem nutricis deponeret penes Curiam; & sic decretum adhibitum fuit quod non audiretur quin deponeret: & ea ratione cessante, adhuc res dubia reddebatur, cum actio dirigeretur contra maritum, cujus uxor condemnationem mercedis obtinuerat juxta tex. *in l. 1. C. ne uxor pro marito.* ubi Doctores.

Ista cognitio verbalis, ut nomen ipsum demonstrat, 56
solum versatur circa debita verbo contracta, non autem de quibus constat per scripturam, sive privatam, sive publica auctoritate confectam. Nam si instrumentum publicum adest cum obligatione guarentigia, executiva via insurgit, ut dixi *in hoc cap. §. 1. n. 92. cum seqq.* Si clausula guarentigiæ obligationis deficiat, per condemnationem *infra decem salvis* procedendum est, ut 57
notavi §. *præcedent. ex n. 4.* Si scriptura privata sit, modo quo dictum remanet *c. 10. §. 4. n. 77. cum seq.* agendum est: & ideo quoties in Regia Audientia verbali apparet scriptura debiti, de quo agitur, causa remittitur ad Judices ordinarios, de quo exempla plura quotidie habebantur; ita observavi in causa Ambrosij Castello mercatoris, qui pro mercibus ab ipsius domo desumptis, quendam virum nobilem convenerat me Adsidente in Audientia verbali; interrogatus debitor modo assueto an deberet pretium mercium, respondit se nihil debere de quo scripturam privatam sive Chirographum non tradidisset; exhibuit actor Chirographum debiti non infimæ summæ, recognitionem postulando, & cum jam scriptura requireretur, juxta *d. for. 17. Cur. ann. 1585.* qui quoad hoc immutatus non est, causa remissa fuit ad judicium ordinarium.

Sub hac dispositione, & consuetudine judicandi non 58
comprehenditur simplex memoria ad modum computationis, inter partes facta, habiti & recepti, etiamsi sub-

scripta

ſcripta reperiatur, vel de aliquibus partitis adſit chirographum comprobans ipſam partitam, ut quotidie accidit, in medicamentis deſumptis ex taberna Pharmacopolæ, quia quando deſumuntur præter Receptam Medici, qui ea quærit, ſolet chirographum mittere, vel in ipſa recepta ſubſcribere, ſic in bombicinis laneis, vel linteis, aut aromatibus evenit, & cum minutim recipiantur, re-
59 ſultat memoria computationis; quæ licet exhibeatur, non efficit quod cauſa remittenda ſit Judicibus ordinariis; nam hic caſus ſpeciali providentia expreſſus in noſtro textu reperitur: *comptes de medicines*, & cum eadem ratio militet in mercibus alterius generis minutim receptis, ex vi comprehenſionis idem obſervatur; dummodo in ea ſcriptura non reperiatur expreſſa obligatio quantitatis reſultantis ex computatione; quia ea extante jam mutat naturam, & convertitur ex computatione in chirographum debiti, quare remittenda cauſa erit.

Aliquando etiam in controverſiam deductum vidi, an ſi ſalarium Medico vel Chirurgo promiſſum ſit in ſcriptis, peti poſſit in Audientia Verbali? & ratio dubitandi eſſe poteſt quod in noſtro foro dicitur ibi,
60 *pro meſes de Metges, y Cirurgians.* ſi enim cauſa promiſſionis Medico vel Chirurgo factæ in foro expreſſa eſt, parum vel nihil refert quod in ſcriptis facta ſit, quia forus indefinite loquitur; indefinita namque æquipollet univerſali, tex. *in l. ſi ſervitus 22. ff. de ſervit. urban. prædior.* cum aliis adductis per Barboſ. *axiom. 123. ex num. 1.* & ubi lex non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus tex. *in l. non diſtinguemus, ff. de recept. arbitr.* Barb. plura adducens, *axiomat. 136. num. 4.* Sed contrarium eſt verius nam in hoc foro de verbalibus tantum agitur, & ſic dum promiſſio verbalis non ſit, non poteſt ſpectare ad Audientiam Verbalem, & ſicut *in d. for. 35. §. præterea de teſtib.* à diſpoſitione illius excluditur mercenarius habens inſtrumentum promiſſionis, ſic in noſtro textu excluſus erit, præſertim cum hæc cognitio odioſa ſit tanquam excludens juriſdictionem ordinariorum, & in odioſis indefinita non æquipollet univerſali tex. *in l. 2. junct. l. una et 4. ff de liber. & poſt.* per quas inſtitutio poſthumi indefinita comprehendit omnes poſthumos, etiam ſuſceptos ex alia uxore; exhæredatio vero ſtrictè interpretatur, aliis relatis Barboſ. *d. axiom. 123. num. 4. & 13* & lex non diſtinguens interpretari debet per aliam diſtinguentem, tex. *in l. ſciendum, ff. qui ſatisdare cog.* cum aliis congeſtis per Barb. *d. axiom. 136. num 4. ad fin.* noſter namque forus interpretandus eſt per *d. for. 35. §. præterea*, in quo diſtinctio expreſſa habetur.

61 In uſu etiam eſt alia cognitio extraordinaria, & forma procedendi ſummariiſſima, de qua non nihil tetigi *c. 4. §. 9. ex numer. 2.* quæ dicitur per *compareant partes*: Nam porrecto libello decretum Judicis eſt; *compareant partes craſtina die hora Audientiæ, & providebitur.* Dupliciter in uſu habetur, incidenter, vel principaliter. Incidenter, in qualibet cauſa, ſive ordinariè, ſive ſummariè tractetur ad articulos calumniam ſapientibus
62 breviter excludendos. Nempe ſi aliqua exceptio præjudicialis deducatur, cujus altercatio ſuſpenderet curſum cauſæ principalis, Si enim Judex ſuſpicionem concipit ex narratis in ipſo libello, vel ex qualitate perſonarum, aut alias, quod frivolè, aut calumniosè allegatur, eo decreto adhibito partibus comparentibus coram eo diſcutitur, & plerumque detegitur calliditas. Si enim liquet, ſtatim per Judicem definitur rejiciendo, vel admittendo exceptionem; ſi res dubia apparet,
63 continuari prætentiones mandat, & eis in ſcriptis redactis medio libello nuncupato *acte comparendo*, & aliquando in præſentia Judicis in Aula ad quam ſpectat definitur: Mediante qua praxi plura, quæ ſi per modum ordinarium diſcutienda forent, multum temporis conſumerent, breviſſime expediuntur.

Neque ad id ſolum hac forma procedendi utuntur omnes Curiæ, ſed ad alios effectus, ſi brevitati conſulendum eſt, nempe ad compulſas actorum faciendas, ad relationem facti in ſcriptis adhibendam noſtra vernacula lingua *memoriales en hecho*, ad oculares inſpectio- 64
nes decernendas. Sed quod magis eſt, antiquitus ad articulos frivolè jam introductos rejiciendos frequentiſſime adhibebatur; quod oblivione vel deſidia ferme obliteratum eſt, in omiſſione partium, an Judicum deſpectu in dubium trahi poſſet; ego parti poſtulanti denegatum nunquam vidi; querelas autem denegatæ Audientiæ ex inobſervantia celebrandi eam hora per foros deſtinata, plures audivi quod remedium opportunum deſiderat. Hinc hora Audientiæ, quam unuſquiſque judicum celebrare quotidie tenetur in domo propriæ habitationis; *hora Aſſignationum* dicitur, quæ per foros certa & deſignata unicuique tribunali eſt, *for. 16. Cur. ann. 1547. for. 14. Cur. ann. 1552. for. 59. curiar. anni 1564. for. 34. Cur. anni 1604. & for. 120. Cur. an. 1626.* & adhuc in noſtro textu expreſſa mentio hujus nominis reperitur, ad excludendam Audientiam verbalem per modum Aſſignationis.

Principaliter iſta extraordinaria cognitio per *compa-* 65
reant partes in uſu eſt, ad expediendas lites earum rerum quæ ex ſe celeritatem deſiderant ſi tempore perituræ ſunt, & ſic celerrime definitivè terminantur. Nam ſi res peragenda eſſet obſervata ſolemnitate fororum, quando pronuntiaretur jam periret cum ipſa re actio; ſic fieri docent textus *in l. Julianus 9. §. 1. ff. ad exhib. l. unic. ff. de gland. legen. l. 3. C. de error. advocat.* & clarius ad rem tex. *in l. ſi nominatus 12. C. Theodoſ. de appellat.* ibi: *ſi nominatus Magiſtratus aliquis refragetur, non Appellatio, ſed querimonia hoc dicetur. Appellationis enim verbum in majoribus rebus dici oportet, ſimiliter & ſi ad exactionem annonariam nominatus de injuſtitia queratur, non appellatio ſed querela hoc eſſe videbitur. Ideoque nec tempora appellationum ſervanda ſunt, ſed mox ſuper hujuſmodi querimoniis diſceptandum.* docent Bartol. *in d. l. 1. & in l. ſi prius, num. 30. ff. de nov. oper. nuntiat.* Olibarus *de action. p. 1. lib. 3. c. 4. n. 38. cum ſeqq.* Caucer. *variar. lib. 3. c. 16. n. 139.* Fontanella *de pact. clauſul. 4. gloſ. 10. part. 1. n. 97. in fin. & clauſ. 7. gloſ. 3. part. 10. num. 39.* Ripoll. *variar. c. 5. n. 220. & ad Prax. Peguer. rubr. 14. num. 54. & rubr. 31. num. 11.*

Uſus præcipuus ejus eſt in cauſis recurſus ab electio- 66
nibus officiorum annalium, vel triennalium Civitatis, vel Generalitatis, & ab impedimentis oppoſitis concurrere in his electionibus debentibus. De quibus tractat D. Leo *deciſ. 49. per totum 1. & deciſ. 19. tom. 3.* licet formam procedendi non explicet: qui enim intendit ſe minime legitime impeditum fuiſſe, vel ab electione excluſum recurſum emittit, & ſi res integra ſit, vel quia electio nondum facta eſt, vel quia electus nondum adeptus fuerat poſſeſſionem per juramentum præſtandum; & libello examinato in Regia Aula dum de fumo gravaminis apparet, decretum de comparendo ex illius deliberatione interponitur, per horas litem abbreviando, prout neceſſitas urget: Commiſſarius cauſæ in domo 67
propriæ habitationis partes verbaliter audit, hora deſtinata in ipſo decreto; continuate prætentiones decernit, & ſi opus fuerit dilationem probatoriam arbitrariam, ſecundum temporis angustiam aſſignat, & ipſis factis, abſque ſolemnitate publicationis partibus communicari permittit: & cunctis in Aula relatis celerrima pronunciatio ſubſequitur denegata plerumque ſupplicatione, & alio quocumque remedio, quæ praxis adaptarut reſcriptis per Conſtantinum in *d. l. ſi nominatus*, ut explicat Jacob. Gothofred. *ibid.* ſed quia hæc omnia ex arbitrio, & religione judicantium pendent, ſufficiat hæc breviter tradidiſſe.

§. IV.

§. IV.

De judicio summario irregulari in causis mercaturæ per Curiam Consulatus, Subjustitiæ, atque Ædilis ad for. 18. de clam. non mut. cum aliis juribus.

FERDINANDUS REX. anno 1488. Oriolæ.

TEXTUS.

MEs avant statuim e ordenam que les causes e questions de la Cort del Consolat, e que vendran denant dedits Consols sien tractades de nua paraula sens scrits. E que sols sien redegits en scrits los testimonis, e les Sentencies que donaran en la dita Cort. E que en les dites causes de la dita Cort del dit Consolat, no puixen entrevenir Procuradors, Notaris, ne Causidichs si no sols lo principals. E si alcu dels principals sera malalt, absent, ò impedit lo procurado de aquell sia mercader, e de la condicio que sera lo principal, en manera que Notari, o Causidich noy puixa entrevenir, e lo contrari fahent encorrega pena de cinquanta sous, e privacio de Offici.

SUMMARIUM.

1 *Origo Consulatus maris remissive.*
2 *Privilegia commerciantibus concessa an à jure procedant, in quæstionem deducitur per aliquos.*
3 *Tiraquellus tenuit nulla lege privilegium concessum negotiationi reperiri.*
4 *Textus* in l. semper 5. §. negotiatores, ff. de jur. immunit. *expenditur contra Tiraquellum.*
5 *Alia jura expenduntur in quibus permanent vestigia privilegiorum negotiatoribus concessorum.*
6 *Textus in* l. legatis 65. in princip. ff. de legat. 3. *explicatur contra Kirchnerum, tenentem negotiatores inter servos annumerari.*
7 *Nobilitati non derogat negotiatio honesta nec mercatura.*
Text. in l. 4. C. de commerc. *expenditur, ibid.*
8 *Reges plures negotiationem exercuerunt, & exercent.*
9 *Negotiatio sordida obest nobilitati, non autem honesta.*
10 *Text.* in l. 6. C. de dignitatib. lib. 12. *explicatur.*
11 *Nobilitatis decor ex consuetudine pendet.*
12 *Mercatura per alios administrata non derogat Nobilitati.*
13 *Tex.* in l. justissimè 44. ff. de ædil. edict. *explicatur.*
14 *Text.* in l. unic. C. negotiator. ne milit. lib. 12. *expenditur.*
15 *Tex.* in l. 1. C. de natur. liber. *ad rem explicatur, simul cum Aristotele.*
16 *Negotiatio ex se neminem nobilitat, sed minime detrahit Nobilitati.*
17 *Jure sanguinis nullo jure civili dirimi possunt.*
18 *Statuta Ordinum militarium cum distinctione interpretanda sunt quoad exclusionem eorum quorum Patres, vel Avi mercaturam exercuerunt.*
19 *Mercator per se tractata non derogat Nobilitati, sed aliquantulum maculæ splendorem Nobilitatis.*
20 *In judicio tractando in Consulatu duæ specialitates habentur ex nostro foro.*
In causa mercantili nihil in scripsis redigendum est præter depositiones testium, & sententiam, ibid.
21 *Contrarium communi videtur* in foro 4. de senten. & act.
22 *Causæ mercantiles tractari non possunt per Procuratorem, Notarium, neque Causidicum.*
23 *Criminose habenti mandatum permittitur alieno nomine in judiciis intervenire juxta* for. 7. de procurator.
24 *Ritus procedendi in Curia Consulatus idem esse debet, ac in Curia Subjustitiæ ex foro.*
25 *Subjustitia usque ad quam summam antiquitus cognoscebat, & nunc cognoscit.*
26 *In Curia Subjustitiæ omnes causæ tractantur verbaliter.*
27 *Praxis expediendi lites in his Curiis breviter describitur.*
28 *Dilationes probatoriæ in causis Consulatus quales sint, vel esse debeant.*
29 *Causæ Consulatus expediendæ sunt modo quo in eo Magistratu Barchinonæ expediuntur.*
30 *Causæ Consulatus majorem summam ducentarum librarum comprehendentes evocari possunt ad Regiam Audientiam.*
31 *Jurisdictio Consulatus est privativè concessa respectu aliarum Curiarum, non autem respectu Regiæ Audientiæ, quæ judicat nomine Regis.*
32 *Jurisdictio in Officium concessa cumulativè censetur respectu concedentis, qui majorem penes se retinet.*
33 *Causæ Consulatus evocabiles sunt in Cathalonia ex pluribus.*
34 *Causæ Cambiorum nundinalium evocari possunt absque aliqua ratione, quia privilegiis mercaturæ non gaudent.*
35 *Causæ evocatæ ad Regiam Audientiam à Curia Consulatus, vel per appellationem introductæ transeunt cum suis privilegiis.*
36 *Judices appellationum Curiæ Consulatus parum attenduntur.*
37 *Probationes an fieri possint in causis appellationis, à sententiis Consulatus.*
38 *Probationes in causis supplicationis, quando jam introductæ per appellationem, sententia terminatæ sunt, in Regia Audientia admitti possunt.*
39 *Causæ Consulatus si majoris summæ sint, tractari possunt in scriptis.*
40 *Quæ observantia dispositione fori confirmata reperitur.*
41 *Causæ mercantiles coram ordinariis tractari possunt ex prorogata jurisdictione.*
42 *Privilegium harum causarum concessum fuit personis, & sic renuntiabile censetur.*
43 *Causæ mercantiles coram Ordinariis introductæ per prorogationem non sunt terminandæ per capitula Consulatus, sed per foros.*
44 *Exclusio Causidicorum à causis Consulatus justa est.*
45 *Consules, etiam parte petente possunt per se judicare, non habito consilio Assessoris.*
Decisio Regiæ Audientiæ, ibid.
46 *Allegationes Advocatorum non sunt admittendæ in causis mercantilibus.*
47 *Allegationes militer excluduntur ab his judiciis, sicut Causidici.*
48 *Dispositio, ista non observatur.*
49 *Cautiones Judicio sisti, & judicatum solvi nequiter exigi solent in Consulatu.*
50 *Quæ requirantur ad has cautiones exigendas, remissivè.*
51 *Causa minoris summæ qualiter tractanda in Curia Subjustitiæ.*
52 *Causæ minoris summæ primum appellationem admittunt.*
53 *Promulgatio sententiæ in causis minoris summæ necessaria non est.*
54 *Ædilis de minimis curat, & sic verbaliter causis audit, & definit.*

Dixi.

1 DIxi *c.4.§.10.ex n.1.* quando, quomodo, & per quem Magistratus consulum maris institutus fuit in nostro Regno Valentiæ; unde nomen derivatum credatur, quam jurisdictionem exercet, & cujus qualitatis est: superest quod dicamus qua forma in ea Curia Judicia exerceri debent, & solent. Sed antequam ad hæc perveniamus, prælibare oportet ea quæ ibidem notavi *num.4.* nempe quod jurisdictio hæc concessa fuit negotiationi, atque mercaturæ ob utilitates universo Regno ex ea resultantes.

2 Quidam in juris scientia peritus, asseruit quod simile privilegium non dimanat à jure communi; sed noviter inductum fuit per Reges nostros. Quare non abs re erit inquirere an assertio ista veritate nitatur. Potuit namque niti auctoritate doctissimi viri Andreæ Tiraquelli, qui in consummatissimo tractatu *de Nobilitate, cap.33. num.13.* scriptum reliquit, *nulla lege privilegia mercaturæ scripta reperiri: sed Principum rescriptis inducta fuisse.* Sed salva pace tanti Doctoris ostendere conabor in jure nostro repetitam mentionem horum privilegiorum scriptam permanere. Sic mihi docet Calistratus *in l. semper 5. §. negotiatores, ff. de jur. immunit.* sub his verbis: *Negotiatores, qui annonam, urbis adjuvant, item navicularii, qui annonæ urbis serviunt, immunitatem à muneribus publicis consequuntur, quandiu in hujusmodi actu sunt: nam remuneranda pericula eorum, quin etiam & hortanda præmiis merito placuit, ut qui peregre muneribus, & quidem publicis cum periculo, & labore fungentur, à domesticis vexationibus, & sumptibus liberentur: cum non sit alienum dicere etiam hos Reipublicæ causa dum*
3 *annonæ urbis serviunt, abesse.* eleganter quidem, & justissime; ad rem dum non solum de mercatoribus, sed etiam de navicularis tractatur; sicut in nostro Regno, & mercatoribus, & hominibus maris privilegium fori de quo agimus concessum: Perpende quæso verba illa: *nam remuneranda pericula eorum, quin etiam & hortanda præmiis merito placuit.*

Ex eadem ratione privilegia Consulatus confirmata reperiuntur Valentiæ, ut patet *ex privil.9.D.R. Alphonsi Tertii*, ibi: *Quia negotiorum mercantilium maritimorumque salubris directio dignoscitur utilis nostris subditis; & Reipublicæ terrarum nostrarum non modicum fructuosa volentes circa gubernaculum negotiorum ipsorum in civitate Valentiæ suffragiis adesse congruis, & favoribus opportunis.* En quomodo quod lege cautum erat; nostri sapientissimi Principis rescripto innovatum apparet; non de no-
5 vo adinventum. Scevola *in l. 5. ff. de muner. & honor.* excusationem quath concessam Calistratus dixerat durante occupatione, ad quinquennium extensam asserit. Modestinus *in l. non solum 10. in princ. ff. de excusat. tutor.* clare firmat quod absens qualitercumque necessitatis publicæ gratia excusandus est à tutela; & Ulpianus *in l. 1. §. licet autem 20. ff. de exercitor. act.* expresse scribit negotiationem, & navigationem ad summam Rempublicam pertinere. Id ipsum Calistratus adstruit *in l.2. ff. de nundin.* dum ex Platone negotiatores necessarios Reipublicæ ostendit. Valens & Valentinianus *in l.unic. C. de Nund. & mercation.* meminerunt de immunitate concessa negotiatoribus durante tempore nundinarum: sed Ulpianus *in l. solet §. fin. ff. de fer. & dilat.* tradit ea non frui qui adversus utilitatem publicam nundinarum nomine aliquid accepit: quod supponit concessionem ejusdem immunitatis. Idem Ulpianus *in l.2. ff. ad leg. Jul. de annon.* in eam legem incidisse docet, qui nautam navemve retinet; quod adstruit privilegium concessum navigationi: ad quod referri posset dispositio *for.26. de Guidat* cum aliis adductis per Ramon *consil.11. & 12.* & D.Crespi *observ.74. n.11. cum seqq.* cui adde Cerdan. *in visit. car. c.11. §.4.*

6 Et in specie collegii mercatorum, & jurisdictionis favore illius concessæ tex. *in l. sodales 4. ff. de colleg. & corpor.* ibi: *vel nauta vel constructores, vel qui in eodem sepulchro sepeliuntur, vel sodales, qui & multum simul habitantes, sunt enim vero ad negotiationem.* Nautæ namque, & qui ad negotiationem conjunguntur in collegio, non incidisse in Senatusconsultum Gajus ex lege Solonis affirmat. Clarius Anasthasius Imperator *in l. fin. C. de jurisd. com judic.* ibi: *Periniquum, & temerarium esse perspicimus eos, qui professiones aliquas, seu negotiationes exercere noscuntur, judicum ad quos earum professionum, seu negotiationum cura pertinet, jurisdictionem, & præceptionem declinare conari.* Et Zeno, pariter Imperator *in l. unic. C. de Monopol. Primates professionum* hos Indices appellat. ut interpretes fatentur, signanter Dionis. Gothofr. *in not. ad hunc text.* & Petr. Gregor. *lib.47. syntagm. cap.36. n.17.* & in specie mercatorum *cap.37. ubi alios refert.* Unde in 7
aliquo honore constitutos negotiatores dicendum est. Nec audiendus Kirchnerus in *lib. de republ. disput. 13. thes. 1.* dum ex Martiano *in l. legatis 65. in princ. ff. de legat. 3.* negotiatores servos fuisse autumavit: quia ex eo quod testator de quo in eo textu, servos præpositos negotiationi haberet, inferri non valet quod omnes negotiatores servilis conditionis essent. Imo ex verbis Consulti, clare resultat, quod ipse testator negotiationem exercebat; alias namque servos præpositos ipsi negotiationi non habuisset: sic enim respondit Consultus. *Legatis servis, exceptis negotiatoribus, Labeo scripsit, eos legato exceptos videri qui præpositi essent negotiatis exercendi causa: veluti qui ad emendum, locandum, conducendum præpositi essent.* Verba adeo clara sunt, quod ex- 8
plicatione non egent. Imo nec nobilitati derogari per negotiationem est verior sententia, nam licet per tex. *in l.4. C. de commerc. & mercatorib.* interdicta nobilioribus negotiatio sit, sicut dignitatem obtinentibus, & divitibus, non fuit eis interdicta ex eo quod incompatibilis sit cum nobilitate, dignitate, vel divitiis: sed quia non expedit Reipublicæ quod potentiores negotiationem exerceant, ne humiliores in commerciis ab ipsis opprimantur.

Quod paret dum ditiores ab Imperatoribus, Honorio, & Theodosio, cum aliis annumerantur divites; namque, dum facultatibus abundant, libentius negotiationem exercere possunt; at ipsa copia bonorum superbiores efficit, ut pauperes opprimere possint: carius ven- 9
dendo, & viliori pretio emendo; quæ ratio æqualiter urget in nobilioribus, & dignitatem obtinentibus. Et dum hanc expressam habemus in hac constitutione, æqualiter omnes tangentem ibi: *perniciosum urbibus mercimonium exercere prohibemus, ut inter plebeios, & negotiatores facilius sit emendi, vendendique commercium:* quælibet alia divinatoria, & cerebrina erit; præcipue si non extendatur æqualiter ad omnes; quibus negotiatio interditur. Nemo est qui nesciat quot quantique Imperatores, Reges, atque Magnates negotiationem exercuerunt, & exercent Tiraquellus *dict. cap.33.* plures memorat, & post eum Larrea *allegat. fisc.104. ex num.1.* ad quod referendum puto quod de negotiatoribus Imperialibus habetur *in l.1. l. cessante 5. C. de commer.* nam isti ad domum Imperialem pertinuisse asserit Petr. Gregor. *lib.25. syntagm. cap.3. num.10.* quia negotiationem, Imperatorum nomine, exercebant; unde 10
immunitas à præstationibus concedebatur: *in l. mercatores 4. C. eod. tit.* ultra Nisibin, Callinicum & Artaxatam commercium cum Persis prohibebatur, sed excipiebantur Comites Legatorum à Persis ad Imperatores missorum ea nempe ratione: *quibus humanitatis, & legationis invitu extra præfinita etiam loca mercandi copiam non negamus.*

Quando in honore legati ubique gentium sint docent Innocentius *in cap. ad Apostolicæ 2. de sent. & re judic. in 6.* ibi: *speciales nuncios, & magnæ auctoritatis viros*, & Martianus *in l. si sciendum §. ordine ff. de legation.* ibi: *sed si legatio de primoribus viris defideret & personas.* ubi Gothofredus exponit; *Principes civitatis.* pluribus com-

probant

probant Don Christoph. Benavent. & Benavides *in Adver. Prin. & legator. cap.* 1. & 2. Kirchner. *dict. lib. de republ. disput.* 10. Petr. Greg. *de Republ. lib.* 11. *cap. fin.* Calix. Ramirez *de leg. Reg. cap.* 16. *ex num.* 41. Et nihilominus legati, & Comites negotiationem eo in tempore jam exercebant (ne miremur si hodie adhuc ista cupiditas permaneat in legatis) Nostris temporibus Reges Galli, Britannici, & cæteri non solum negotiationem
11 exercent, verum se commerciorum Auctores, Promotoresque exhibent; imo negotiationes utiliores sibi reservando, cæteris interdicere solent; ita ut nihil indecens, vel sordidum in negotiatione, & mercatura remaneat, dum per institores, ministros, vel famulos exercetur; secus autem si in taberna, vel cauponaria personaliter geratur: Quo tendere videtur constitutio Imperatorum Constantini, & Constantis *in l. ne quis 6. C. de dignit. lib.* 12. dum non omnes negotiatores à dignitatibus excluserunt, sed tantum ibi: *ex ultimis negotiatoribus, vel monetariis, abjectisque officiis, vel deformibus ministeriis* desumi ad dignitates jussum reliquerunt, non enim omnes negotiatores indignos dignitatis habuerunt, sed ultimos, ultimi namque negotiatores sunt, vel qui de sordidis mercimoniis tractant, vel minutim per seipsos vendere solent. Si enim ea quæ nobilitari obstant, vel derogant æstimanda sunt ex consuetudine, & usu cujuscumque Provinciæ, ut late probat Tiraquel. *de nobil. cap.* 10. *ex num.* 1. & *dict. cap.* 33. *n.* 21.
12 Si quæ per alios exercentur, neque dehonestant, notam afferunt ut ipse ostendit *ibid. cap.* 27. *num.* 7. *cum seqq.* recte concluditur quod negotiatio, & mercatura non nocet nobilitati dum non personaliter, & minutim exercetur, sed per institores, & famulos. Sic idem Tiraquellus fatetur *dict. cap.* 53. *n. fin.* quem sequuntur Petr. Gregor. *de Republ. lib.* 4. *cap.* 7. & Syntagmat. *dict. lib.* 47. *cap.* 10. *num.* 5. Canontur, *in aphor. polit. Hip. vol.* 1. *pag.* 86. Joan. Strapan. *de prac. & expectativis part.* 5. *vers. circa tertiam, num.* 6. Straca *de mercat. p.* 2. *num.* 17. Gamma *decis.* 322. *num.* 6. Ansaldus *cons.* 138. *num.* 345. *cum seq.* Augustinus Caputus *de regimin. reip. cap.* 4. *ex num.* 34. Hevia *in labyrint. p.* 1. *cap.* 16. Polib. *lib.* 6. Bravo *lib.* 3. *de regn. ration. fol.* 9. & 10. Azevedo *in l* 3. *n.* 6. *tit.* 1. *lib. recopil.* Scaccia *de Commer. quæst.* 1. *num.* 76. & *quæst.* 7. *part.* 3. *limit.* 17. *num.* 22. Gayto de Credito *c.* 2. *tit.* 7. *quæst.* 5. *num.* 2096. *cum seqq.* Amaya *in l. unic. C. de infam. lib.* 10. *num.* 79. Solorzan. *in Polit. Indiar. lib.* 6.
13 *cap.* 13. *vers. y assen aquella quæstion.* Noviter Beytia Linage *in nort. contract. Indiar. lib.* 1. *cap.* 18. *num.* 2. qui *cap.* 17. plures nobilissimos viros commercio Indiarum addictos enumerat, qui habitus gestantes ordinum, militarium, non solum illam negotiationem exercent, verum Præposituram Consulatus commercii, atque negotiationis. Quibus consuetudo in his regnis comprobatur; quæ præsertim in regionibus maritimis viget absque dubio, sine jactura splendoris ipsius nobilitatis.
14 Neque his obstat Paulus *in l. justissimè* 44. *ff. de edilit. edict.* dicens: *nam id genus hominum ad lucrum potius, vel turpiter faciendum promtior est.* Quia ut ait Sanctus Augustinus relatus *in cap. quoniam* 13. *distinct.* 80. hoc potius vitio hominum quam negotiationis naturæ, assignandum est: quem sequuntur S. Thomas 2. 2. *quæst.* 77. *art.* 4. *vers. sed contra* & alii adducti per Scacciam *dict. quæst.* 1. §. 1. *num.* 45. & 66. & 71. Minus obstare potest
15 tex. *in l. unic. C. negotiator. ne militent. lib.* 12. nam in eo jure negotiatores non excluduntur à militia propter indignitatem exercitii; sed ut rescripsit Justinianus ibi: *Hos enim utpote utiles omnibus contractibus armata quidem militia penitus abstinere sancimus.* Cum enim utilitas publica anima legis sit, non excludi sed abstineri ait, imo, & quos jam militasse præsciebat non exclusit, sed derelinquere negotiationem juber, quia utrique muneri satisfacere nequibant; & prohibitio de militia armata tantum loquitur, & sic non extenditur ad togatam, forensem, & cæteras, ut in *eodem textu* habetur ibi: *aliam vero quamcumque sine metu præsentis sanctionis posse sibi acquirere.*

Neque obstat dictum Aristotelis *lib.* 7. *politic. cap.* 9. dum mercatores artificibus æquiparat, inter plebeios 16
annumerando, in cujus comprobationem adduci solet tex. *in l.* 1. *C. de natural. liber.* ibi: *vel qua mercimoniis publice præfuit*; maculam namque subire dicitur, qui filios ex istis & similibus mulieribus susceptos, in numero legitimorum ponere voluerit. Qua re bene inspecta, imperator loquutus fuit de mulieribus palam mercaturam per se ipsas exercentibus, quod non negamus, sed aliud procedere in his quæ per se ipsas mercimonia non exercent, sed per alios asserimus neque probare intendimus quod negotiatio ex se nobiles efficiat, cum exercitium plebeiorum sit; sed non ex eo sequitur quod 17
nobilitati naturali, sive ex sanguine provenienti derogare possit, cum naturæ jura immutabilia sint divina quadam providentia, ut asseverat Justinianus *in* §. *sed naturalia instit. de jur. natur. gent. & civil.* & jura sanguinis nullo jure civili dirimi possint ut docet Pomponius *in l.* 8. *ff. de regul. jur.* Plura ad rem congerunt Covarruv. *pract. cap.* 19. *num.* 17. Otalor. *de nobilit. part.* 2. *tertia principal. cap.* 5. *num.* 15. Garcia *de nobilit. glos.* 1. §. 1. *num.* 57. *cum seqq. & glos.* 7. *num.* 17. Avendaño *in dictionar. verb. Cavallero privil.* 3. Guttierrez *lib.* 1. *practicar. quæst.* 137. *num.* 21. aliis relatis Fragoso *de regim. reipub. part.* 1. *lib.* 3. *disput.* 6. *num.* 168. & *lib.* 7. *disput.* 19. *num.* 81. Baëza *de inope debitor. cap.* 36. *ex num.* 34. Azevedo *in dict. l* 3. *num.* 8. Matienzo *in l.* 4. *tit.* 19. *lib.* 5. Narbona *in l.* 14. *glos.* 1. *num.* 9. *tit.* 2. *lib.* 6. *recopil.* Amaya *in dict. l. unic. num.* 82. Beytia Linage *dict. lib.* 1. *c.* 18. *num.* 2. secundum quam distinctionem ab insigni militari Sancti Jacobi excluduntur hi quorum patres, vel avi negotiationem per se in publica taberna vel cauponа, vel per alios minutim exercuerunt, ut habetur *in cap.* 5. *tit.* 1. *statut. ejus ordin.* In militia vero de Calatrava *cap.* 1. *tit.* 6. *definit.* expresse dicitur quod excludantur hi quorum patres, vel avi quodlibet genus mercaturæ gesserunt sive per se, sive per alios.

Quod ea ratione statutum crediderim, nam licet 19
mercatura nobilitatem non excludat, etiamsi per alios exerceatur, detrahit aliquantulum de splendore ipsius nobilitatis, ut cum Tiraquello Otalora & aliis notat Caputus *dict. cap.* 4. *num.* 37. & melius Amaya in *dict. l. unic. num.* 85. *in fin.* in nostra verò Militia Montesiæ observatur distinctio superius tradita; nam licet diffinitiones Ordinis Calatravæ sequamur, quia vere calatravenses sumus, ut probavi *cap.* 7. §. 4. *num.* 7. (sed cum diverso Magistro) & cum statutum, de quo supra novum sit, nempe capituli generalis celebrati *anni* 1652. nondum per nos receptum, diffinitio antiqua in viridi observantia est.

His prælibatis, ut jam ad explicationem nostri tex- 20
tus deveniamus, in eo duæ irregularitates Judicii summarii Curiæ Consulatus reperiuntur. Prima est quod quæstiones inter mercatores, & nautas suscitatas verbaliter expediendæ sunt, ita ut tantum in scriptis redigi possint, depositiones testium & sententiæ: Regula namque expressa habetur *in for.* 4. *de sent. & actis* quod 21
in omni lite sive summariè, sive ordinariè introducta, si res deducta in judicio summam excedat centum solidorum, gesta in scriptis redigi debent per Actuarium Curiæ; ex qua dispositione irregularitas insurgit; nam generalis dispositio limitata reperitur, ita ut non omnia gesta in scriptis redigantur, sed tantum depositiones testium examinandorum, & Sententiæ diffinitivæ scilicet, quæ litibus finem imponunt, nam interloquutiones apud Valentinos vocantur *provisiones.* Secunda ir- 22
regularitas est quod istæ lites duci non possunt, per Procuratores Notarios Valentiæ, quorum officium est

institutum

inſtitutum non ſolum ad teſtificandum inſtrumenta, ſed etiam ad Procuratoris munus exercendum ex his quæ notavi *cap.*10. §.1.*ex num.*58. neque in eis intervenire poſſunt Cauſidici ; id eſt Advocati ; Cauſidicus namque , Advocatus dicitur ut probat tex. *in l. quiſquis 6. in princ. C. de poſtulando* ubi Gloſſa unde derivatur Cauſidicina , de qua *in l. ſi quis decurio 188. C. Theodoſ. de decurion.* docent Donellus *lib.*18. *comment. cap.*3. & ibi Illiger *lit. F*, Dionyſ. & Jacob. Gotofred. *in his jurib.* licet nomen Cauſidicorum etiam ad Procuratores protrahatur , ut notat Bapt. Magon. *Iuris nos. Advocat.*9.1. *cap.*1. *num* 14. *& cap.*3 *num.*1. tamen revera ex proprie-
23 tate ſermonis Advocatos ſolos comprehendit ; nos autem, ut omnes ex profeſſo negotia aliena curantes, comprehendamus , unica diſtinctione non ineptè *Cauſidicos* dicere ſolemus.

Irregularitas igitur conſiſtit in hoc quod *in for.*7. *de procurator.* generaliter cautum eſt , quod quilibet habens ſufficiens mandatum alieno nomine intervenire poteſt in judiciis : quod de jure cautum pariter reperitur tex. *in l.*1. *§. uſus autem ff. de procuratorib. c. poteſt* 68. *de regul. jur. in* 6 ubi Doctores: quoad advocatum *in for.*7. *de dilation* Judici imponitur obligatio dandi Advocatum non habenti , & ſic non ſolum litigatores habent libetam facultatem adhibendi Advocatos , verum implorato officio, Judicis , eos ad lites peragendas conſequuntur, de jure idem diſpoſitum apparet *in l. nec quicquam* 9. §. *advocatos ff. de offi. Proconſul. l.*1. §. *ait Prætor ff. de poſtulando* cum ſimilib. At in cauſis mercantilibus ne negotiatores in foralibus contentionibus diſtrahantur , ſpecialiter cautum eſt , quod procuratores, notarii, neque Cauſidici, id eſt Advocati , admitti poſſint, ſed caſu legitimi impedimenti procurator qui admittendus eſt debeat eſſe mercator , vel nauta ejuſdem ſcilicet conditionis ac eſt
24 principalis litigator.

Neque iſtæ irregularitates ratione carent , imo eam habent urgentiſſimam , quoad ſpecialitatem ſcripturæ excludendæ , quia *in for.*17. *de clam. non mut.* aperte dicitur quod ritus procedendi in Curia conſulatus idem ſit ac in Curia ſubjuſtitiæ (ſive ut noſtrates dicunt) juſtitiæ tercentorum ſolidorum : ſed in ea Curia procedendum eſt verbaliter , & abſque ſcriptis ut dicitur *in for.*4. *de ſentent. & act.* igitur idem obſervandum venit in Curia conſulatus. Neque rario iſta enervatur ex eo quod *in d. for.*4. ſolum mentio fiat de cauſa non excedente ſummam centum ſolidorum ; quia illa ſumma tempore promulgationis fori cenſebatur minima.

Quod clarè percipitur animadverſo , quod juriſdictio ſubjuſtitiæ adinventa ſeu inſtituta fuit ad decidendas lites de re minima ; quæ autem iſtæ ſint, regulari
25 debet per temporum varietatem ; nam à principio, quando facultates Regnicolarum tenues erant , ad valorem triginta ſolidorum tantum ſe extendebat juxta *Privil.*32. *Reg. Jacob. II.* expeditum anno 1307. Poſtmodum extenſa fuit juriſdictio ad quæſtiones quinquaginta ſolidorum , *privil.* 143. *ejuſdem Reg.* expedito anno 1324. nam in diſcurſu ejus temporis adductæ fuerunt jam facultates Regnicolarum aliquantulum ; quod confirmatur *ex for.* 3. *de clam. non mut* promulgato per Regem Alphonſum (ſecundum dicere debuit, licet lapſu typographi Primum dicatur in epigraphe) anno 1329.
26 in Curia Valentiæ celebrata. Deinde ad tercentos ſolidos protracta per *d. for.*5. *de ſent. & act. & for.*33. *de Curia & Baiul.* qui ſunt Regis Petri II. in Curia Montiſoni anno 1363. Sed *for.*18. *de clam. non mut.* eſt Regis Martini in Curia Valentiæ anno 1403. igitur clare ſequitur, quod ſumma centum ſolidorum quæ tempore Regis Jacobi conditoris *d. for* 4. *de ſent. & actis* , reputabatur modica , curſu temporis aucta fuit ad tercentum ſolidos ad effectum tractandi verbaliter cauſas eam non excedentes , & ſine formali ſcriptura, *ut in d. for.*4. dicitur, & in noſtro texu expenditur ad cauſas mercantiles,

non attenta quantitate debiti , ſed qualitate ipſius. Sed ſic eſt quod in curia ſubjuſtitiæ verbaliter & ſine ſolemni ſcriptura tractantur lites , ut ex infra dicendis apparet : ergo idem dicendum tam vi noſtri textus , quam fori præcedentis.

Ob quod praxis ea eſt , quod per ſimplicem citatio- 27
nem ad comparendum coram Conſulibus cauſæ incohantur. Comparente citato , res verbaliter diſcutitur, & pronunciatio ſubſequitur condemnativa , vel abſolutiva concepta ſub illa clauſula , *præſentibus & auditis partibus*, utriuſque intentione breviter & ſummariè adnotata per actuarium. Si vero teſtium examen cauſa requirat, præſentibus , & auditis partibus dilatio arbitraria con-
ceditur utrique communis & regulariter ad proban- 28
cum & probatum habendum ; qua finita nulla ſpectata allegatione conſules pronunciare poſſunt & debent ; ſed iſta dilatio non ut antiquitus , quater concedi valet, ſed ſemel , & peremptoriè prout in aliis cauſis fit , ſtatim atque petitio ſeu requiſitio facta fuerit juxta foros, non ſecundum capitula conſulatus quæ quoad hæc abrogata ſunt per *for.*43. *de teſtib.* ſi vero reus non comparet ter citatus pro contumaci habetur , & condemnatur ; poſteaque non auditur niſi refectis expenſis, quo pacto praxis interpretata fuit *for.*2. *de bon. auct. judic. poſſid.*

Verùm quia mentionem fecimus de capitulis Con- 29
ſulatus ; notandum eſt , quod ea quæ obſervantur Valentiæ ſunt eadem quæ in Civitate Barchinonæ ſtatuta antiquitus fuerunt , de quibus olim libellus typis mandatus fuit , & præ manibus noſtrorum pragmaticorum haberi ſolet. Per contenta in his capitulis terminandæ ſunt cauſæ mercantiles , quod ab origine inſtitutum fuit *in d. ll. privil.* 20. §. *item ſtatuimus & ordinamus , quod Valentiæ D. R. Petri primi* , ibi : *prout eſt in Barchinona ſuper aſſuetum.* Cerdan. *in viſit. cancer. cap.*9. *num.*18. *in not. lit. E* , ibi namque ſic obſervatur ut patet *ex tit. conſtit. de cauſes mercantivols* , de quibus videndi Ferrer. Boſch Peguera , Canter. Fontanella , Ripoll. & Cortiada in locis inferius citandis. In Regno Aragoniæ expreſſa mentio habetur *in for.* 1. *de juſt. adminiſtranda in domibus deput.* ibi : *E Judge de menores cauſas e de los majordombres de Mercaderes.* ubi Bardaxi *num.*1. ſolum dicit quod curia mercatorum celebrari debet hora veſpertina in Aula ſuperna minori domus deputationis, fortè quia commercia in civitate Cæſaraugustæ non exercentur ſicut antiquitus exerceri ſolebant. Sed Molinus in repertor. foror. verb. Judex Mercatorum , & ibi Portoles *à num.* 106. latius diſſerunt ; ſed nihil penitus de obſervantia ſpeciali illius Regni tradunt. De Regno Caſtellæ adeſt expreſſus titulus qui eſt 13. *lib.* 3. *recopil.* cujus explicationem tra- 30
ctant Bolaños, Azevedo, Beytialinage , & alii ſtatim recenſendi. In Regno Sardiniæ Dominus Vico *ad pragm. ejus Regni tit.*48. *tom.* 2. de Italis pluribus Straca *in tract. de mercatura , tit. quomod. in cauſ. mercat. procedendi ſit* , præcipuè *p.*2. *ex num.*1. Gratian. *diſcep. for. cap.*569. *num.*1. *&* 19. Antonin. Amar. *var. lib.*1. *reſolut.*33. *n.*16. Chaquer. *deciſ. Ped.*2. *num* 2 Ex Luſitanis Barboſa *in l.* 1. *art.*1. *num.* 121. in Gallia Petrus Gregor. *lib.* 47. *ſyntagm. cap.*37. *num.*4. *cum ſeqq.* imò *num.* 1. ſic ait : *cum commercia hominum maximæ utilitatis ſint , & facilis debeat eſſe expeditio , placuit negociatoribus præponi proprios Judices, & fere apud omnes gentes, cum & juriſperitiam commercia ſint.* Plures cumulant Carleval. & Cortiada , *ille tom.*1. *de Judic. tit.* 1. *diſp.*2. *n.*1176. *&* 1194. *cum ſeqq.* & iſte *deciſ.*10. *ex n.*230. *tom.*1. præter eos quos congeſſi *d. §.*10. *n.*8. *& ſeqq.*

Ex quo principio , nempe ex obligatione judicandi 31
has lites modo aſſueto in conſulatu Barchinonæ , plures illationes inſurgunt , quæ notatæ minime ſunt *in d.* §.10. quarum explicatio parum , aut nihil conducebat ad juriſdictionalia , quæ ibi tradebantur, ſed maximo-

pere conducunt ad formam procedendi, de qua hic tractamus.

32 Prima illatio sit quod causæ excedentes summam ducentarum librarum (tercentarum in Cathalonia esse debet) evocari possunt ad Regiam Audientiam è curia consulatus, in prima instantia. Sicut evocantur è curia Iustitiæ in civilibus ut dixi *cap.* 2. §. 2. *num.* 32. Quæ illatio probatur primo *ex for.* 17 *de clam. non mut.* in quo expresse dicitur, quod jurisdictio consulatus dimanat à jurisdictione Iustitiæ, sive judicis ordinarij; & sicut causæ ad hunc spectantes in prima instantia evocabiles fiunt, si eam summam attigerint, ut expresse cavetur *in for.* 12. *curiar. anni* 1585. sic pariter causæ spectantes ad Consulatum evocabiles sunt.

33 Secundo probatur ex eo, quod licet jurisdictio in rebus mercantilibus privativè consulibus concessa reperiatur, hoc intelligendum est respectu Curiæ Gubernationis, & aliarum inferiorum, ut expresse dicitur *in privil.* 89. & 107. *R. Petri II.* non vero respectu Regiæ Audientiæ, quæ judicat nomine Regis: & ratio est quod prælibata jurisdictio concessa in officium reperitur, quare cumulativa est respectu concedentis, ut probavi *cap.* 6. §. 1. *in princ.* dum aliud expressum non reperitur. Semper namque concedens jurisdictionem, majorem penes se retinet, ut cum Deciano, Menochio, Scaccia, Rota, Cancerio & aliis docet Dominus Vico *ad pragm. fardin. tom.* 2. *c.* 48 *num.* 2. licèt non adaptetur doctrina hæc, ad ea quæ superaddit, de judicibus Ordinarij, num respectu illorum privativa censenda est, ut probavi *d.* § 10. *num.* 3. & 9.

34 Tertio quia Barchinonæ ex pluribus causis, sive qualitatibus lites mercantiles, etiamsi summam illam majorem non attingant evocabiles fiunt, ut probat. *const.* 1. *tit. de cauf. mercant.* & tradunt Ferrer. *obser. p.* 1. *c.* 39. Andreas Bosch. *in lib. tit. de honor de Cataluña lib.* 4. *c.* 24 §. 10. *per tot.* Ripoll. *ad Prax. Peguer. rub.* 4. *num.* 69. Fontanella *decis.* 231. *num.* 2 & *decis.* 138. *num.* 2. Cortiada *d. decis.* 10. *num.* 243. *cum seqq.* Cum autem jurisdictio Consulatus Valentiæ concessa sit eo modo quo Barchinonæ concessa est, eadem forma qua Barchinonæ causæ evocabiles fiunt, Valentiæ pariter evocabiles erunt, dempta quantitate, nam in Consulatu Barchinonæ tercentum librarum summa requiritur, Valentiæ autem sufficit summa ducentarum librarum, ut ex dictis patet.

35 Sed an adsit qualitas, evocabilem litem faciens, generaliter attente examinari debet, præterquam in causis Cambiorum nundinalium, nam licèt in origine ad commercium, & mercaturam referantur, & sic ad Consulatum pertinere videntur, quod tenuerunt Bolaños *in Cur. Philip. lib.* 2. *tom.* 2. *c.* 15. *n.* 18. Muta *decis.* 42. *n.* 18. & Gayto *de credito cap.* 2. *tit.* 7. *n.* 1695. hoc procedit in cambio vero, non in nundinali, postquam pallium usurariæ pravitatis, cambium istud factum fuit, à veris mercatoribus apud nos parum in usu habitum, ex his,

36 quæ latè deduxi *in tract. de re criminal. controvers.* 40. *ex num.* 117 Et sic nulla spectata qualitate evocari lites possunt, neque in eis privilegium aliquod observandum crediderim ex doctrina Baldi, Alberici, Alciati & aliorum quos sequitur Straca *de mercatura p.* 1. *num.* 27. *cum seq.* & post eum Solorçano *in politic. Indiar. lib.* 6. *c.* 14. §. *alios quales añado* Quia postera quam nundinæ non celebrantur in oppido Metinæ del campo, nisi imaginariæ, neque in illo commercium aliquod exercetur, transfusio pecuniarum esse non potest, & revera cambia nundinalia sicca effecta sunt; & sic cambia ista prohibita sunt in Regno Castellæ, quia usuræ non commercio utilitati deserviunt, & cessat causa concessionis privilegij, ut *ibidem* latius probavit: qua de causa pluries in Regia Audientia vidi observari causas cambiorum nulla spectata qualitate evocari; imo aliqui ex Senatoribus sentiebant non posse de eis tractari in Consulatu nisi inter vere mercatores lis duceretur, ex traditis per Portoles *ad Molin. verb. Iudex, num.* 117. *cum seq.* cum quibus, calculum posui.

Secunda illatio sit, quod causæ evocatæ ad Regiam 37
Audientiam, vel per appellationem interpositam à sententiis Consulatus introductæ in ea (Iudices namque appellationum in nostris foris memorati, de quibus aliqua dixi *dict.* §. 10. *num.* 13. *cum seqq.* nisi in rebus parvi momenti à nemine quæri solet) nam etiam per appellationem aditi Regia Audientia potest in Cathalonia juxta *constit.* 2. *d. tit. de cauf. mercant.* transeunt cum sua qualitate, ita ut judicari debeant ex bono & æquo non secundum foros, sed secundum capitula Consulatus; sic namque observari Barchinonæ testantur Ripoll. *var. c.* 11. *n.* 528. Fontanella *decis.* 231 *n.* 1. & *decis.* 236. *n.* 18. D. Vico. *dict. tit.* 48 *num.* 10. Quod expresse statutum est per *d. constit.* 1. Et sic pariter Valentiæ observandum erit, & observatur, secundum notata per Portoles *ubi proxime n.* 111.

Tertia illatio est, quod prohibitio probandi in se- 38
cunda instantia, quæ ex actis primæ sententia terminanda est juxta *cap.* 13. *Consulatus* extenditur ad causas pendentes per appellationem in Regia Audientia, sed non ad causas supplicationis, nempe quando jam causa appellationis, sententia Regiæ Audientiæ terminata est, & ab hac interponitur supplicatio; nam sic ex mente Senatus Cathaloniæ interpretatur *d. c.* 13. & *d. consi.* 1. ut testatur Fontanella *decis.* 239. *ex num.* 2. Quod specialissimum est, nam in *constit.* 2. *d. tit. de cauf. mercant.* videntur permitti probationes in causis pendentibus per Appellationem in R. Audientia, dummodo summariè, & per breves dilationes procedatur: sed nihilominus vis regulæ generalis *in d. cap.* 13. contentæ sic per observantiam interpretati, dictam *constit.* 2. temperat, atque declarat; licet non careat difficultate, quod permissum sit in judicio secundæ provocationis, quod in judicio primæ prohiberur. Sed nos cum teneamur observare ea quæ Barchinonæ fieri solent, à prædicta praxi recedere non debemus.

Quarta illatio sit, quod licèt in nostro textu regula 39
probatur expediendi has causas verbaliter; observantia, & praxis non est uniformis: nam aliquando, in causis scilicèt gravioribus, acta in scriptis rediguntur, & dilationes idoneæ dantur ad probandum factum, etiamsi extra Regnum, vel ultra mare probationes fieri debeant; quod sic fiendum suadet praxis Barchinonæ observata: ibi enim licèt regulariter causæ mercantiles tractentur verbaliter, ut statim reperitur *in c.* 17. *Consulatus*: tamen etiam in scriptis tractari posse statutum est *in c.* 8. *Consulatus*; & effective tractantur, ut ostendit Fontanella *decis.* 240. *ex n.* 2. quo istam differentiam ex professo ex- 40
plicat. Et forali dispositione in nostro Regno firmatur, nam *in d. for.* 43. *de testib.* clare habetur quod dilationes probatoriæ concedantur sicut in cæteris causis, in his quæ in Consulatu pendent; & sic sicut in aliis juxta qualitatem facti, dilatio extenditur, & competens assignatur ad probandum in partibus longinquis, vel transmarinis, ut dixi *d. c.* 10. §. 2. *ex n.* 184. retenta tamen qualitate summariæ cognitionis, quod satis explicatur in eodem foro, dum dicitur quod petitionem, vel requisitionem statim sequatur dilatio; & sic tempus opponendi exceptiones dilatorias, litis contestatio & cæteræ solemnitates judicij ordinarij exclusæ remanent.

Quinta illatio est quod causæ Mercantiles coram 41
ordinariis ex prorogatione tractari possunt absque eo quod Consules effectum prorogationis impedire valeant: nam privilegium istud favore personarum negotiationem; navigationemvè exercentium concessum fuit ut patet ex *d. privil.* 20. §. *item statuimus & ordinamus quod Valentiæ*, ibi: *inter homines maris, & Mercatores, & in privil.* 100. *R. Petr. II.* ibi: *inter Mercatores & patronos, & homines maris*: & sic in aliis; quod docte ac prudenter

denter oſtendit Cortiada *d. deciſ.10. num.239.* ubi deciſiones Senatus Cathaloniæ tradit; & plura congerens Carleval. *d. diſput.2. ex n.1197.* dum enim perſonæ in alterius Judicis cognitionem conſentiunt, ſuum privilegium renuntiaſſe reſultat. Et hoc in caſu non debent expediri cauſæ per capitula Conſulatus, ſed per foros prout in ceteris cauſis fieri eſt aſſuetum. Sic tenuerunt Ferrer *part.3. obſer. c.401.* Boſch. *d.§.10. verſ. ſegons.* Cancer *var.p.3. cap.10. n.8. & 9.* Ripoll. *de regal. c.25. num.38. & 41. n.14.* & *in prax. Peguer. rub.4. n.68.* Portol. *ad Molin. ubi ſup. n.113.* cætera qui cupit adeat dictos Doctores præcipuè Andream Boſch. *d. c. 24. §.10.* Bolaños *in Cur. Philip. tom.2. lib.1. cap.15.* & Ripoll. *in ſpecial. tract. de Conſulat. mar.* ac noviſſime Beytia Linage *in d. norte de la contr. lib.1. cap.17. & 18.* licet ſemper præ oculis habenda eſt conſideratio quod tenemur ſequi obſervantias Barchinonæ, ac per conſequens doctrinam Doctorum Catalaunorum. 43

Alia vero ſpecialitas in noſtro textu contenta, quæ irregularitatem comprobat, verſatur, ut dixi, circa excluſionem Advocatorum, Cauſidicorumve, & Procuratorum ex profeſſo de litibus defendendis tractantium qui ſunt notarii Valentiæ. Excluſio illorum clara eſt in textu; ſed de ratione ipſius excluſionis aliquid dicendum eſt. Si enim non per foros, aut leges lites iſtæ decidendæ ſunt, ſed per capitula Conſulatus, ut dixi, ad quid Cauſidicorum interventio? ſi abſque figura judicii procedendum eſt, ad quid Advocatus, vel Procurator Notarius? Si enim Conſules non coguntur Aſſeſſores aſſumere etiam parte petente, ut *in for.19. de clam. non mutand.* definitum eſt, & deciſione Regiæ Audientiæ vallatum, referente D Leo inter Don Gaſparem de Romani, & Don Balthaſarem Ladro, ut teſtatur D. D. Petrus Sanz, quare admittendi, qui ſolum curare ſolent de protelandis litibus, & controverſiis fovendis? Non ſolum fori noſtri hæc omnia excludunt, ſed à jure communi diſpoſitio non diſputandi apices, ſed attendendi meram facti veritatem & æquitatem naturalem procedit. Sic probat tex. *in l. ſi fidejuſſor 29. §. quadam 4. ff. Mandati.* ibi: *de bona fide agitur, qui non congruit de apicibus juris diſputare; ſed de hoc tantum debitor fuerit necne.* ubi Bartol. Jaſon. *in l.2. §. item in facto, n.17. ff. de verb. oblig.* Chaquer. *deciſ. Pedem.2. num.2.* Guido Pap. *conſil. 103. num.4.* Maranta *conſ.57. n.4.* Joſeph Cumian. *in rit. magn. Cur. Sicil. cap.38. num.405.* Molinus & Pottoles *d. numer. 106. cum ſeqq.* Petr. Barboſ. *in l. 1. ff. de judic. art.1. numer. 127.* Gratian. *diſcept. Forenſ. capit. 64. numer.12.* 44 45 46

Neque verba Mercatorum intelligenda, vel interpretanda ſunt ſecundum juris ſtrictam interpretationem, ſed ſecundum conſuetudinem mercatorum ſic probat tex. *in l ſi cum ante 8. C. de donat. aut nupt.* Notant Baldus *in c.1. in princip. col.3. n.6. verſ. præterea com. uſus de ſucceſſ. feudor.* Alexander. *conſ.102. in fin. verſ. verba prolata, n.12. lib.6. & conſil 9 n.3. & 4. lib. 1.* Corneus *conſ. 319. col.11. num.12. & 13. lib.3.* Gratian. *diſcept. for. c.101. num.94. & 95.* Beytia Linage *d. cap.17. n.39.* Hinc profluit quod allegationes Advocatorum in his cauſis admitti non debent *l.1. §.1. & 2. d. tit.13. lib.3 recopil.* ubi Azevedo *n.12.* Bolaños *d. cap.15. num.36.* Beytia Linage *d. c.17. num.35. & 37.* Aliæ leges ſimiles adducuntur per Claudium Cotereum *tract. de jur. & offic. milit. cap.9.* Carranza *de part. cap. 2. num.243.* Solorçan. *de Jur. Indiar. tom.2. lib.4. cap.3. ex n.3* & Petr. Gregor. *ſyntag. lib.1. c.3. num.6. & lib.47. c.37. fer. per tot.* omnes tendentes ad unicum finem, ſcilicet ne diſtrahantur negotiatores à mercatura, cujus utilitas ingens eſt, ut breviter notavit Lipſius *lib. 2. civil. doctrin. c.11.* & poſt eum Saavedra *Symbolo politic.68.* & Solorçan. *emblem. Regio polit.68. ex num.35.* 47

Nihilominus obſervantia iſtius irregularitatis prorſus evanuit, Cauſidici namque de his litibus curant, 48

Procuratores Notarii abſque diſcretione admittuntur, lites immortales fiunt; & quod magis dolendum eſt cuncta ferme in ea Conſulatus Curia nutu actuarii gubernantur; qua de cauſa aliquos mercatores, expertus ſum perhorreſcentes ipſius tyrannidem quærentes aliorum Judicum cognitiones. Conſules enim negotiis propriis addicti, de judicatura raro curant; & ſic ea quæ inducta prudenter fuerunt ad commercii fomentum in perniciem ipſius transformantur. Præſertim abuſus ingens experitur in concedendis decretis de danda cautione judicio iſiſti judicatum ſolvi, quæ noſtro vernaculo idiomate dicitur *Seguritat de ſyi*; Caſtellæ vero *Arraygo.* de quo expreſſa diſpoſitio adeſt *in ſo. 4. de jurisd. omn. judic. for.8. cum ſeqq. de ſem. rit. præſtan* quam ad rem interpretatur Cerdan. *in viſit. Cancer. cap 9. ex n.14. cum aliquibus capitibus ſeqq.* Adeſt etiam *cap.30. Conſulatus,* de quo videndi Michaël Ferrer. *p.1. obſer. cap.38. & part. 3. cap.491.* Fontanella *deciſ.230. ex num.9. cum deciſ. ſeq.* Ripoll. *poſt prax. peguer. rub.7. per tot.* Matienzo, & Azevedo *in l.3. tit.16. lib.5. recopil.* Valenzuela *conſ.157. ex num.10.* Berlich. *practicabil. p.1. concluſ.73. per tot.* At in Curia Conſulatus ſæpius nulla ſpectata juſtificatione, vel ſolemnitate ex his quas adducit Fontanella *dec.232.* rei adduci jubentur, ac in Carcerem detruduntur, cum maximo detrimento tam reorum, quam creditorum; nam ex hoc ſubſequi ſolent decoctiones, & alia nocumenta non levia: imparientia namque unius creditoris, & facilitas Judicis in concedendo decreta de ſecuritate præſtanda cæteros creditores, cum debitore ipſiuſque bonis, ſufficientibus forte ad ſatisfactionem cunctorum, male perdere ſolent, nam detruſionem in Carcere ſequuntur dilapidationes, occultationes impenſæ immoderatæ, atque indefinita mala, quorum remedium eſſet temperantia in uſu hujus remedii. 49 50

Sed ut finem huic materiæ imponamus, in Curia Subjuſtitiæ cauſæ *de plano abſque libelli oblatione, & ſtrepitu atque figura judicii ſeu promulgatione ſententiæ:* expediri jubentur *privil 32, R. Jacob. II.* quo de cauſis triginta ſolidorum & infra tractatur. Sed *in privil 143. ejuſdem Regis* de cauſis uſque ad quinquaginta ſolidos tractante dicitur: *ſine ſcriptis ſummariè, & de plano, & ſine ſtrepitu & figura judicii omni appellatione remota, foro Valentiæ non obſtante.* licet hoc ultimum correctum fuit per Regem Petrum Secundum *in d. for. 33. ad fin. de Cur. & Bajul.* dum ſemel appellari poſſe conceſſit, nec mirum quia jam Subjuſtitiæ cognitio uſque ad tercentum ſolidos extenſa fuerat; ſed forma judicandi data, tam in eo reſpectu Judicis appellationis, quam *in d. for.5. de ſe et. & act.* ibi: *ſolament de mia paraula e ſens ſcrit, e ſens pleit, ates loſer de la veritat, tots allongaments diffugia, e ſcuſacions a part poſats, e foragitats* & ſic verbaliter cauſas Subjuſtitia expedire debet, omni ſolemnitate judiciali ſublatâ, protelationibus excluſis, executionibus ſemotis, atque diffugiis exterminatis. Huic cognitioni ſimilis habetur in Principatu Cathaloniæ, quam Ripoll. nuncupat: judicium verbale in Curiâ Vicariæ poſt *Prax. Peguer. Rub.2. per tot.* quæ exercetur per Regentem Vicariam; in Aragonia vero per locumtenentem Zalmedinæ juxta *for.8. & 9. de Judic. & for. ani. de cauſis minorib.* ubi Bardaxi. Ea enim obtinentur expediendo cauſas verbaliter, præſentibus & auditis partibus, de quo aliqua dixi *c.5. §.4. n.11.* 51 52 53

Ædilis denique de levioribus curat, ut dixi *c.4. §.4. n.39. & 40.* quare verbaliter, ac ſummariſſimè omnia judicia expedit, ut dixi *ibid. n.45.* ubi plures adduxi quibus adde Petr. Gregor. *dict. lib.47. ſyntagm. cap.31. per tot.* Fragoſo *de regim. Reip. p.1. lib.7. diſput.21.* Amaya *in l.2. C. ſi ſerv. aut liber. ad Decur. aſſ'r. lib.10. n.4* D. Creſpi *obſer.5. n.142.* ſed de his dicta ſufficiant, dum majora nos vocant. 54

§. V.

De Iudicio Summariſſimo, nuncupato firma juris, ad for. unic. in extrav. que los fermans de Dret, fol. 87. *cum aliis juribus.*

CAROLUS IMPERATOR, REX Hiſpan. Anno 1537. Montiſoni.

TEXTUS.

Item Senyor per quant aixi mateix les dites perſones que reſidixen en Roma apres que han citat, e fet citar les dites perſones Eccleſiaſtiques que tenen e poſſehexen dignitats e beneficis en lo voſtre Regne de Valencia de facto procuren de haver la poſſeſſio de dites dignitats, & beneficis, no obſtant la dita perſona haja fermat de dret davan lo Official real de voſtra Mageſtat de la dita Ciutat e Regne. Ecom qualſevol fermant de dret per los furs deldit Regne de Valencia dega eſſer mantengut e defenſat en ſa poſſeſſio fins en rant ſia conegut de la cauſa principal ſuper proprietate, y aquella ſia deciſa e determinada ab ſentencia paſſada en coſa jutjada, y a Voſtra Mageſtat, y prehominencia real, y a Sos Officials en loch de aquella ſeſguarda prohibit e vedar no ſia feta força, e violencia ſobre la dita poſſeſſio, e ſobre aquella *partes non veniant ad arma.* Perço los dits tres braços ſupliquen a voſtra Mageſtat ſia merce de aquella ſtatuir, e ordenar que ſi per alguna perçona ſera fermat de dret per raho de la dita poſſeſſio que te de les dites dignitats, e beneficis en poder de Voſtra Mageſtat, o de ſos Officials reals; per Voſtra Mageſtat, e per ſos Officials reals la poſſeſſio li ſia guardada, e manar mantenir aquella, donant li letres de manutenencia de dita poſſeſſio, no obſtant qualſevol inhibicio de Jurges, citacions, o altres proviſions impetrades de Roma, o alias per les dites perſones. Plau a ſa Mageſtat que lo fermant ſia mantengut en ſa poſſeſſio fins que per lo Jurge aqui pertany aliter ſia declarat.

SUMMARIUM.

1 *Dignitas materiæ, & neceſſitas explicationis perpenditur.*
2 *Firmæ juris judicium originem ducit à legibus* 12. *Tabularum.*
3 Lis vindiciarum *qualis erat, & quomodo tractabatur.*
4 *Firma juris judicium idem in effectu eſt ac* Lis vindiciarum.
5 *Judicium inter Gallos dicitur* recredencia, *vel* cauſa novitatis.
6 *In Regno Caſtellæ, & Principatu Cathalonia dicitur* interdictum interim.
Sed etiam in Cathalonia dici ſolet firma juris, ibid.
7 *Poſſeſſorium ſummariſſimum, & præparatorium judicii principalis nuncupatur ab aliis.*
8 *In Regno Aragoniæ nomen firmæ juris generaliſſimum eſt complectens omnes inhibitiones.*
9 *In Regno Valentiæ judicium juris firmæ, eſt ſummariſſimum poſſeſſorium retinendæ, ad obtinendam manutentionem poſſeſſionis, durante lite.*
10 *Firmæ juris nomen derivatur à jure civili Romanorum.*
11 *Jura expenduntur in quibus mentio habetur de verbo firmare.*
12 *Firmare quid ſignificet juxta placita juris Pontificii, atque civilis.*
13 *Firmare de jure, ſecundum foros Valentiæ, eſt idem ac ſecurum facere judicium, præſtita cautione judicio ſiſti, & judicatum ſolvi.*
14 *Fidancia de directo etiam dicitur in Regno Aragoniæ, & Valentiæ.*
15 *Sicut in Principatu Cathaloniæ quod ſonat idem, ac firma juris.*
16 *Cathaloniæ quomodo firma juris in uſu hodie ſit, & an idem cum interdicto interim.*
17 *Cathaloniæ olim omnia judicia exordium accipiebant à firma juris.*
18 *Firma juris in Cathalonia præſtabatur ab actore in lite.*
19 *Firma juris in Regno Aragoniæ eſt beneficium reorum.*
20 *Contra firma juris ſolum admittitur inter Aracenenſes in poſſeſſoriis interdictis.*
21 *Actores aliquando præſtant cautionem ſive firmam de jure Aragoniæ.*
22 *Cautionem hanc de jure civili aliquando præſtabant actores.*
23 *Cautionem hanc an præſtare actor teneatur aliquando in Regno Valentiæ.*
24 *Firma poſſeſſoria impetratur quando adhuc non apparet quis actor, quiſve reus eſſe debet.*
25 *Firma juris perſonaliter præſtanda eſt juxta forum Valentiæ.*
26 *Firmare de jure Duellantes olim ſolebant.*
27 *Firma juris data in diverſis negotiis & cauſis ſecundum foros, & praxim Valentiæ.*
28 *Firma juris remedium in Regno Valentiæ opportunum non eſt nec admiſſibile, niſi in cauſis poſſeſſoriis.*
29 *Litteræ quæ obtinentur mediante juris firma continent mandatum de manutenendo cum clauſula juſtificativa* ſi quas, *&c.*
30 *Interdictum uti poſſidetis ad quid adhibebatur.*
31 *Interdicto uti poſſidetis dicernabatur actor à reo.*
32 *Interdictum uti poſſidetis, dabatur pro rebus incorporalibus.*
33 *Intredictum uti poſſidetis requirebat ſatisdationem ſecundum formam edicti perpetui.*
34 *Cathaloniæ in deſuetudinem abiit neceſſitas præſtandi idoneam cautionem, de quo juſte conqueritur Fontanella.*
35 *Summariſſimum poſſeſſorium an ſit idem judicium cum interdicto uti poſſidetis.*
36 *Judicium momentaneæ poſſeſſionis an ſit idem cum ſummariſſimo.*
37 *Interdictum uti poſſidetis an ſummariè tractandum.*
38 *Interdicta omnia ſummaria cognitione expediebantur.*
39 *Interdictum uti poſſidetis ad idem finem ac firma juris adhibebatur.*
40 *Interdictum uti poſſidetis an de re ſoli tantum redderetur.*
41 *Exempla non reſtringunt ſed declarant regulam.*
42 *Interdictum uti poſſidetis an poſſit interponi officio Judicis.*
43 *Sequeſtrum quando neceſſarium eſt in quæſtionibus poſſeſſoriis.*
44 *Aliud eſt officium judicis implorare, & aliud judicem ex officio procedere.*
45 *Firma juris habet ſubſtantialia interdicti uti poſſidetis, & momentaneæ poſſeſſionis, & ſolum differt quoad modum procedendi.*
46 *Firma juris remedium nititur in poſſeſſione tanquam fundamento neceſſario.*
47 *Poſſeſſionem allegans reus eſſe deſiderat.*
48 Authent. generaliter, Codic. de Epiſc. & Cleric. *expenditur.*
49 *Provocans ad judicium quodammodo actor dicitur.*

50 *Qui*

50 *Qui perturbationem patitur, vel veretur in ſua poſſeſſione, dum tueri per Judicem intendit, provocat ad Judicium, & actoris vices ſuſtinet.*

51 For. 10. de ſecurit. præſt. *explicatur.*

52 *Doctores Regni Valentiæ poſſeſſionem ſupponunt, ut juris firma concedatur.*

53 For. 11. de præſcript. & Privil. 22. §. 1. D. R. Petri I. *expenduntur.*

54 *Firma juris remedium ſecundum praxim Regni Valentiæ ſolum congruit ad idem quod interdictum uti poſſidetis.*

55 For. 20. de malefactor. *expenditur in his quæ ibi dicuntur de firma juris.*

56 *Duellum tolerabatur in ſubſidium dum deficiebant probationes ad rem judicialiter perſequendam.*

57 *Duellandi mos mutuatum fuit à Romanis, Germaniſque.*

58 *Duellandi mos illicitus ſemper fuit, & ſolum ſuſtinebatur in vim conſuetudinis.*

59 *Duellum tandem improbatum Canonicis ſanctionibus, præcipue directo expreſſo Tridentini.*

60 *Fori contenti* in extravagant. qualiter Vaſſalli Mag. Monteſ. *explicantur.*

61 *Offerenti cautionem antiquitus mandatum de manutenendo concedebatur, etiam ſi non probaſſet poſſeſſionem.*

62 *Probatio ſummaria poſſeſſionis jam requiritur, ſed abſque partis citatione.*

63 *Praxis firmandi de jure ſive petendi manutentionem.*

64 *Primum decretum judicis ſolum complectitur quod recipiatur informatio ſi per teſtes probanda poſſeſſio eſt, ſi per inſtrumenta, quod viſis actis providebitur.*

65 *Juris firma admiſſio quibus verbis concipiatur.*

66 *Clauſula juſtificativa neceſſario opponenda eſt dum nulla prævia citatione conceditur firma juris.*

67 *Proviſio juris firmæ ſeu mandatum in ea contentum, reſolvitur in citationem comparente parte intra terminum allegando in contrarium.*

68 *Præſtita cautione mandatum de manutenendo expeditur, vel acta traduntur ut adverſario injungantur.*

69 *Qui læditur ex admiſſione dum intendit ſe in poſſeſſione eſſe, duplex remedium adhibere debet, nempe allegando rationes & contra firmam ponendo.*

70 *Qui poſſeſſionem non habet, ſolum rationes proponit.*

71 *Reviſionem petere vel nullitates deducere frequentiſſimum eſt, ſed nec utile, nec neceſſarium.*

72 *Nullitates ex eiſdem actis judicandæ ſunt.*

73 *Deciſio Regiæ Audientiæ denegando terminum ad probandum in judicio nullitatem.*

74 *Firma, & contra firma ſeparatis proceſſibus ducuntur; ſed congruentius eſſet quod cumularentur.*

75 *Firma quæ confirmatur interlocutoriam exigit; quæ revocatur, ſententiam, & quare.*

76 *Firmæ confirmationem obtinens, in judicio principali reus conſtituitur, & gaudet commodis poſſeſſionis interim.*

77 *Firma & contra firma revocatis partes intentare ſolent interdictum adipiſcendæ poſſeſſionis.*

78 *Firma & contra firma confirmatis Judex ex officio ſuſcitat* articulum interim.

79 *Praxis Aragoniæ in quo diſcrepet à praxi Valentiæ, quando firma & contra firma æqualiter comprobantur.*

80 *Interdictum* interim *non habet locum in Regno Valentiæ niſi utraque parte æqualiter poſſeſſionem probante.*

81 *Firmæ juris remedium præparativum eſt* interdicti interim.

82 *Firma admiſſo reſolvitur in citationem comparente parte infra terminum & eam impugnante.*

83 *Firma reſoluta in citationem, per rationes oppoſitas intrà terminum ſi adverſarius contra firmam ponit, etiamſi ei non admittatur, ſed injunctio ſimpliciter fieri jubeatur, in eodem ſtatu ambo reperiuntur, ſcilicet ſimplicis citationis.*

84 *Firma juris concedenda eſt etiamſi de poſſeſſione non conſtet niſi per dictum unius teſtis.*

85 *Leviores probationes ſufficiunt in poſſeſſorijs.*

86 *Firmam impugnans poſitis rationibus intra terminum, etiamſi non contra firmaverit, admittitur ad probandum.*

87 *Deciſiones Regiæ Audientiæ antiquæ & recentiores.*

88 *Teſtes ad firmam obtinendam recipiuntur per viam informationis ſummariæ abſque partis citatione.*

89 *Teſtes non interrogantur ad inſtantiam alterius partis, neque repetuntur etiamſi poſtuletur.*

90 *Clauſula juſtificativa ſanat omnes ſimiles defectus.*

91 *Manutentio conceſſa per juris firmam cenſetur parvi præjudicii.*

92 *Citatio partis neceſſaria eſt ſi pendente lite firma juris petatur.*

93 *Obſervantia Regiæ Audientiæ.*
Clauſula juſtificativa non apponitur in decreto conceſſionis firmæ juris obtento citata parte, ibid.

94 *Firma juris poſtulata pendente lite poteſt concedi abſque partis citatione ſi adeſt periculum in morâ.*

95 *Firma juris regulariter poſtulatur ante litem motam, & non expreſſo nomine ejus, à quo perturbatio veretur.*

96 *Deciſio Regiæ Audientiæ denegans interrogationem, & repetitionem teſtium, contrarium verius eſt.*

97 *Reſtitutio in integrum non eſt concedenda ad probandum minori in Judicio juris firmæ.*

98 *Læſio reſultans minori ex conceſſione juris firmæ reparabilis eſt in alio Judicio.*

99 *Teſtes de univerſitate quorum intereſt tanquam ſingulorum non ſunt attendendi in judicio juris firmæ.*

100 *Teſtis de re ſua nemo eſſe poteſt tam de jure, quam de foro.*

101 *Teſtes de univerſitate non ſunt idonei etiamſi intereſſe ſolum ut univerſos eos tangat.*

102 *Teſtium repulſa in ſummariſſimo judicio juris firmæ non admittitur.*
Teſtium repulſa in hoc judicio habet locum ſi objectum reſultet ex eiſdem actis, ibid. & 112.

103 *Deciſio Regiæ Audientiæ concedens reſtitutionem ad probandum in judicio juris firmæ.*

104 *Deciſio Regiæ Audientiæ concedens repulſam teſtium in judicio juris firmæ.*

105 *Judicium firmæ juris præparatorium eſt poſſeſſorii plenarii, & in ſuo caſu præparatorium* interdicti interim.

106 *Obſervantia Regiæ Audientiæ quoad ſuſcitandum* articulum interim.

107 *Præparativum ſummariſſimi, nequit eſſe judicium ordinarium.*

108 *Æſtimatio ejus quod intereſt in judicio ſummariſſimo, regulanda eſt reſpectu ejus quod intereſt in plenario.*

109 *Utilitas manutentionis parvi præjudicii eſt, reſpectu ejus quod intereſt in plenario.*

110 *Momentanea poſſeſſio, & parvi præjudicii eſt conceſſa in judicio juris firmæ.*

111 *Momentaneum ex ſe, vitio litigantium fieri ſolet diuturnum.*

113 *In ſummariis dilatio ſpecialis ad reprobandos teſtes non conceditur.*

114 *Tenuæ judicium ampliores fines habet, quam ſummariſſimum manutentionis, quod in judicio tenuæ ſuſcitari valet.*

115 *Reſtitutio in ſummariis concedenda eſt dum conſtat de calliditate adverſarii.*

116 *Decisio Regiæ Audientiæ de qua n.*103 *non est attendenda, quia destruit praxim judicii juris firma & nil magis dignum supremo Tribunali quam proprias sententias corrigere.*

117 *Testium inverisimilitudo quoad dicta non est attendenda.*

118 *Testes verisimiliora deponentes præferuntur. Sed procedit in concursu probationum, ibid.*

119 *Verisimile, aut inverisimile quid dicatur remissivè.*

120 *Verisimilius est, quod juri magis congruit.*

121 *In Firma juris judicio solum inspicitur factum possessionis.*

122 *In judicio firmæ juris non disputatur de jure, sed de facto possessionis.*

123 *In Judicio firmæ juris illicitus, illegitimus, atque injustus possessor, etiamsi fur, vel prædo sit, manutenendus est.*

124 *Declara quoad concessionem manutentionis, dum non apparet an justus vel injustus possessor sit.*

125 *Detecto jam vitio possessionis, iniquum esset confirmare manutentionem.*

126 *Text.* in l.fin.ff.de adquit. possess. expenditur.

127 *Ut possidere, quando, & quis dicatur adversario.*

128 *Clam possidere ab adversario dicitur, qui eo inscio, vel ignorante cujus controversiam metuebat furtive ingressus possessionem est.*

129 *Possessio in successorem vi legis plerumque transfertur.*

130 *Possessio translata vi legis, civilissima dici solet, sed etiam civilis, & naturalis.*

131 *Possessioni translatæ vi legis debentur omnia remedia possessoria.*

132 *Possessionem civilem translatam vi legis obtinens, manutenendus est contra apprehendentem naturalem eo inscio, & non citato.*

Decisio Supremi, ibid.

133 *Precario possidere ab adversario quis dicatur.*

134 *Vitia possessionis, quoad extraneos raro in judiciis deducuntur.*

135 *Possessio infecta in ipso principio ingressus manutenibilis non est.*

136 *Possessio improba non manutenetur in supremis Tribunalibus.*

137 *Manutentio nunquam est danda non foventi justam causam.*

138 *Detecta injustitia postulantis, manutentio concedenda non est, dum detectio non requirit altiorem indaginem.*

139 *Possessio turbida, intricata, vel obscura manutenibilis non est.*

140 *Possessione turbida effecta subintrandum est in cognitione meritorum.*

141 *Possessio adepta non per se, sed per Patrem, fratrem, aut aliam conjunctam personam, vel per Procuratorem non habentem mandatum speciale, turbida efficitur.*

142 *Ratihabitio post protestationem, vel quamcumque contradictionem, ante perfectionem actus, inficit possessionem, turbidam, ac inefficacem ad manutentionem reddendo.*

143 *Possessio manutenibilis non adquiritur per actum auctoritate propria gestum, de quo adversarius, simul atque notitiam habuit, judicialiter conquestus fuit.*

144 *Possessionis factum non sufficit, quando habet admixtam causam proprietatis.*

145 *Quando dicatur possessorium habere admixtam causam proprietatis.*

146 *In negotiis Ecclesiasticis secularis potest gustare merita proprietatis, non ut de proprietate aliquid decernatur, sed ut de possessione melius judicium proferatur.*

147 *Decisiones Regiæ Audientiæ confirmatæ in hoc supremo.*

148 *Sententiæ supremi Senatus vim legis obtinent.*

149 *Causæ cognitio quam requirit forum ad excludendum possessorem de jure firmantem, non debet esse super meritis proprietatis.*

150 *Vis fori, vel legis non resultat ex narratis in precibus, sed ex decisis in decreto.*

151 *Cognitio causæ intelligenda est illa quam genus negotii in lite deducti requirit.*

152 *Firmæ juris judicium vere & realiter est momentaneæ possessionis.*

153 *Firmæ juris judicium non extenditur, ad justificationem possessionis, nisi partes tacitè, vel expressè tractent de justificatione.*

154 *Allegans, vel exhibens titulum, discedit à facto mero possessionis.*

155 *Infirmata efficacia possessionis per tituli propositionem, permanet titulus cum suis vitiis, vel qualitatibus.*

156 *Deductis in possessorio his quæ ad petitorium pertinent limitativè, non ut de petitorio quicquam pronuncietur, sed tantum ad corroborandam possessionem, qui potiora jura ostendit ad petitorium, in possessorio obtinebit.*

157 *Possessio sæpè pendet à titulo, & proprietate.*

158 *In possessorio firmæ juris solum de mero facto possessionis agendum est, dum partes solo facto inhærent.*

159 *Secus si merita proprietatis per partes discutiantur.*

160 *Qui non tenetur respondere coram judice incompetenti, fertur forum ejus, si respondit provocando jurisdictionem dum aliter ei non sit prohibitum.*

161 *Sententia in rem judicatam transacta, retractari non valet, sed si partes subintrant in discussione meritorum, valebit retractatio.*

162 *Sententia lata in causa executiva, vel summaria, non parit judicatum ad petitorium; sed si merita discutiantur plene, judicatum facit.*

163 *Statutum per legem favore alicujus, intelligitur eo petente.*

164 *Actus præbens causam liti non est manutenibilis.*

165 *Dare causam liti, qui actus dicatur.*

166 *Firmæ juris plures laborant hoc vitio, cum callidi litigatores actum perturbativum pro possessorio supponant.*

167 *In cognoscendis actis præbentibus causam liti, multum operari potest arbitrium Judicis.*

168 *Possessio habens contra se vehementem resistentiam juris, non est manutenibilis.*

169 *Nisi juvetur titulo colorato saltem.*

170 *Si nullitas tituli patens ac evidens est, nec possessio diuturna est manutenibilis.*

171 *Si nullitatis tituli detectio requirat altiorem indaginem, manutentio debetur.*

Summarissimum judicium non est capax cognitionis earum rerum quæ altiorem indaginem requirunt, ibidem.

172 *Quæ dicantur requirere altiorem indaginem.*

173 *Possessorium summarissimum non potest cumulari cum petitorio.*

174 *Nisi uterque litigator consensum præbeat.*

175 *Secundum forum Judex potest cognoscere de possessorio, & petitorio simul consentiente actore.*

176 *Provocans ad judicia duplicia actoris vices sustinet, & eo consentiente poterit Judex cognoscere de possessorio, & petitorio simul.*

177 *Secus si provocatus ad judicium petitorium cumulari desiderat.*

178 *Iudex potest, sed non cogitur judicare simul possessorium, & petitorium.*

179 *Renuens ingredi merita petitorii exhibens titulum limitativè ad adminiculandam possessionem, non dat consensum; secus si exhibeat absolutè.*

180 *Si utraque pars instruit possessorium, cessat cumulandi ratio deducta ex tituli editione resultans.*

181 *Renuntians tacitè vel expressè judicio possessorio, si petitorium*

torium ſuſcitat, fatetur ſe non eſſe in poſſeſſione, & ſic non juvat eum manutentionis remedium.

182 *Text.* in l. 1. §. inter litigatores ff. uti poſſidet, *expenditur.*

183 *Actori in petitorio, non convenit poſſidere.*

184 *Manutentio concedenda eſt ex confeſſione adverſarii.*

185 *Qui proprio facto cecidit à poſſeſſione, non eſt manutenendus.*

186 *Spoliatum ſe docens, non eſt manutenendus.*

187 *Conſenſus diſcuſſionis petitorii, non excludit rem à manutentione, ſecus reſpectu actoris.*

188 *Proteſtatio facta per actorem in libello quo ſuſcitat petitorium, non juvat ut manuteneri poſſit, quia eſt contraria facto.*

189 *Secus ſiſtat in ipſa cauſa poſſeſſoria, dum intrat ad diſcuſſionem meritorum limitative, ad corroborandam poſſeſſionem.*

190 *Manutentio poteſt ex integro peti, & ſemel denegata poteſt iterum petenti concedi.*

191 *Limita ſi denegata fuerit ex defectu probationis, quia poſtea probando poterit eam obtinere.*

192 *Limita etiam caſu quo obtineatur manutentio à judice inhibito per ſuperiorem, quia probata poſſeſſione coram ſuperiore concedenda erit.*

193 *Manutentio conceſſa per Judicem inhibitum nulla, & attentata eſt.*

194 *Deciſio Regiæ Audientiæ.*

195 *Confitens ſemel non habere poſſeſſionem, perperam agit poſtulando manutentionem.*

196 *Confeſſus in judicio pro judicato habetur, & ſua ſe ſententia condemnat.*

Confeſſio ſuperat omne genus probationis, ibid.

197 *Poſſeſſio habita jure familiaritatis non eſt manutenibilis, nec poſſeſſio dici poteſt.*

198 *Vidua quæ paſſa fuit poſſeſſionem pignorum dotalium favore filii non amittit poſſeſſionem, ſi ſibi aliquid annuum reſervavit.*

199 *Deciſio Regiæ Audientiæ.*

200 *Poſſidens jure pignoris præſervat jura proteſtando, dum patitur Dominum poſſidere jure proprietatis.*

201 *Proteſtatio facta in extrajudicialibus cenſetur repetita in omnibus ſubſequentibus.*

202 *Proteſtatio contraria facto eſt illa quæ adhibetur actui incompatibili.*

203 *Poſſeſſio poteſt eſſe penes duos in ſolidum diverſis reſpectibus.*

204 *Deciſio Regiæ Audientiæ confirmata in hoc Supremo.*

205 *Manutentionis judicium quod tempus conſiderare debet.*

206 *Firma juris frequentius conceditur abſque citatione partis.*

207 *Firma juris judicium quod tempus attendere debet.*

208 *Obſervantia Regiæ Audientiæ.*

209 *Manutentio conſervat rès in ſtatu quo eas reperit.*

210 *Firmare de jure quid in ſubſtantia importet.*

211 *Cautio oblata ad interdictum retinendæ non extenditur ad condemnationem fructuum.*

212 *In interdictis reſtitutoriis, ratio fructuum in condemnatione habetur ex quo redita ſunt, ſecus in prohibitoriis.*

213 *Interdictum retinendæ prohibitorium eſt.*

214 *Obſervantia Regiæ Audientiæ, quoad cautionem.*

215 *Joſephi Seſſe doctrina quoad condemnationem fructuum in Regno Valentiæ non procedit.*

216 *Tex.* in l. unic. C. uti poſſidetis *expenditur cum aliis juribus.*

217 *Cautio oblata per poſſeſſorem non ad fructus reſtituendos, ſed ad rerum conſervationem præſtanda eſt.*

218 *Text.* in §. olim inſtit. de ſatisdat. *expenditur.*

219 *Cautio quomodo præſtanda in firma juris.*

220 *Cautionis præſtandæ differentia in Regnis Coronæ Aragonum.*

221 *Fedejuſſorem non habens admittitur ad firmandum de jure, cum juratoria cautione.*

222 *Deciſio hujus Supremi.*

223 *Firma juris injuſte, & de facto proviſa debet de facto revocari.*

224 *Aretini dictum quoad neceſſitatem citationis in hoc caſu explicatur.*

225 *Obſervantia Regiæ Audientiæ.*

DIgnitas materiæ manutentionis ſatis commendatur à Ludovico Poſtio in pleniſſimo tractatu; neceſſitas intelligendi eam, diu deſiderabatur in Cathalonia, dum antiquam quærelam pragmaticorum inſpicimus, de qua Calicius in *uſatico de omnibus ſub tit. de jud. & firm. jur. in 3. & 4. oppoſ.* Thomas Mieres *in conſt. 9: Cur. Brach. Regin. Mariæ collat. 10. n. 126.* Antonius Olivanus *in uſat. aliud namque, ſive de jur. fiſci cap. 11. num. 19.* & Ioannes Petrus Fontanella *de pact. nup. claus. 4. glos. 15. numer. 130.* quorum verba pudet referre dum præ manibus habentur. In Regno Valentiæ diſputatio pariter deſideratur deficiente fororum clara diſpoſitione, & exiſtente ſcribentium ſterilitate; & quamvis ardua via ſit, aſperum iter, procelloſum Pelagus, atque inacceſſibilis tractatio; ad ſcribendum ducor, ut ea quæ per longum uſum judicandi percepti (triginta per annos in diverſis Senatibus) ingenuitate aſſueta tradere non erubeſcam. Faxit Deus quod in aliqualem legentium, ne dicam Reipublicæ Valentinæ, cedant utilitatem. 1

Firma juris dicitur hoc judicium in Regno Valentiæ, 2
ducens originem ab eodem fonte, à quo juris civilis doctrina emanavit, ab ipſis inquam legibus duodecim. Tabularum, quod licet difficillimum probare videatur, parum expertis in ſcientia legali periti facillimè fatebuntur, animadverſo quod ſecundum eas leges judicium vindiciarum exerceri ſolebat, de quo expreſſa mentio habetur *in l. 2. §. cum placuiſſet 24. ff. de origin. jur.* de eo Aſconius Pedianus *in not. ad cicer. orat. 3. in verrem* hæc dixit, *Lis vindiciarum eſt cum litigatur de ea* 3
re apud Prætorem cujus incertum eſt quis debeat eſſe poſſeſſor: & ideo qui eam tenet, ſatis dat pro præda litis vindiciarum, adverſario ſuo; quo illi ſatis faciat nihil ſe deterius in poſſeſſione factarum, de qua jurgium eſt. tradunt Balduinus *ad leg. Romuli in l. 45. dadec. Tabul. in princip.* Briſonius *de formulis lib. 5. §. plane pag. 440.* Budeus & Cujacius *in d. l. 2. §. cum placuiſſet verb. vindicias.* Revard. *ad leg. duod. Tabul. c. 6.* Petrus Gregor. *lib. 21. ſyntagm. cap. 9. numer. 13. & ſeq. lib. 23. cap. 5. num. 2. & lib. 36. cap. 25. numer. 13.* Illiger. ad Donell. *lib. 20. comment. c. 1. lit. A.* Ant. Faber *in C. lib. 4. tit. 3. defin. 3 numer. 7. in alleg. & lit. c. tit. 11. defin. 12. ad princ.* Iacob. Menoch. *de retinenda remed. ult. num. 10.* Gail *lib. 1. obſ. 7. num. 4.* Contard. *de Monetar. poſſeſſ. in rubr. num. 33. & ſeqq.* Scaccia *de appell. q. cap. 2. quæſt. 17. limit. 6. memb. 1. num. 55.* Poſtius *de manuten. obſer. 3. n. 5.* Quod hæc congruant cum firma juris in uſu 4
habita apud nos, cuicumque in foro verſato patet, & ex infra dicendis perſpicuum fiet; vel ex eo tantum, quod ſit remedium inſtitutum ad retinendam poſſeſſionem mediante Judice, cujus manutentio poſtulatur, præſtita cautione, ad excludendas violentias, perturbationes & moleſtias quæ minantur: Nec ſolum in noſtro Regno in uſu judiciorum eſt, imo apud omnes gentes 5
licet diverſis nominibus appelletur. In Regno Franciæ, recredentia vel cauſa novitatis dicitur; docent Ioannes Faber *in §. retinenda inſtit. de interdict.* Rebuff. *tract. nonin. quæſt. 16. num. 31. verſ. ultimo fallit.* Petr. Gregor. *ubi proxi.* Ant. Faber *in C. lib. 1. tit. 2. defin. 95.* Apud Germanos retinet nomen Interdicti retinendæ Mathias Coler. *de proceſſ. executi. p. 1. c. 2. num. 85.* Illiger, *ad donell. lib. 15. comm. cap. 21. lit. M.* Berlich. *practicar. p. 1. concluſ. 730. num. 127.* licet etiam inter ipſos dicatur proviſionale

decretum

decretum ut cum Gailio dixit Faquineus *lib. 8. controver. capit. 15. in prin.* in Regno Castellæ, & in Principatu
6 Cathaloniæ interdictum *interim* dici solet Covarruvias *practicar. c. 17. per tot.* Paz *de tenuta cap. 9.* Larrea *decis. 5. num. 2. ad fin.* Guttierrez *lib. 1. Canonicar. cap. 34. ex n. 103.* Molin. *de Hispan. primog. lib. 3. cap. 13. num 70.* ubi Addentes, qui alios referunt. Cancer *var. lib. 3. c. 14. per tot.* Fontanella de pactis *claus. 7. glos. 3. part. 10. num. 33.* licet etiam apud Catalaunos firma juris dicatur, Calicius, Iacobus de Monte Judaico, Mieres, & alii apud Oliban. *d. cap. 1. num. 14. cum seqq.* Fontanella *d. claus. 4. glos. 15.*
7 *num. 129.* Ripoll ad prax. *D. Lud. Peguer. rub. 3. n. 11.* Plures appellant summarissimum possessorium ut Nevizan. *cons. 81. num. 7.* Alciatus *respons. 136. num. 1.* Cagnol. *in l. pari num. 6. ff. de regul. jur.* Alii vero præparatorium judicii possessorii principalis, qui nituntur *in tex. l. liberis 7. §. fin. ff. de liberal. caus.* tenent Alciatus *lib. 8. parergon. cap. 24 in fin.* Menochius *de retinend. pos. remed. ult. num. 3. cum seqq.* Postius *in tract. de manutenendo obser. 3. num. 1.* Itali regulariter nuncupant mandatum de manutenendo pluribus Post. *ubi prox.* & post eum Marinis *Quotid. resol. lib. 1. c. 97. n. 12. cum seqq.* Capicius Galeota *contr. lib. 1 controvers. 9. num. 1. & 3. & lib. 2. contr. 52. nu. 4.*
8 Marius Curtel. *decis. 14. n. 1.* in Regno Aragoniæ judicium hoc comprehenditur sub generalitate nominis, *juris firmæ*, quia in eo se extendit ad plura, complectens omne genus inhibitionis, ut in causis gravaminum, apprehensionum, manifestationum, Possessionis, litis pendentiæ, Casualitatis, Tertii, & communium vulgo *firmas bolanderas.* de quibus Molinus & Portoles *in reperter. verb. firma jur. & verb. apprehensio* Bardaxi *ad for. tit. de apprehen. tit. de litib. abreviand. & tit. de inhibit. dom. Reg. præsentan.* latissime Sesse *in uberrimo tractatu de inhibit. cap. 2. §. 5. num. 29.* ubi definitionem ponit *in anacephaleosi* & diffusius ad rem *in capit. 6. §. 1. ex num. 9.*
9 Ex quibus firmis tantum congruere cum nostris possunt, illæ quæ possessoriæ, & litis pendentiæ appellantur. Nam in Regno Valentiæ sub nomine *juris firma* solum comprehenditur interdictum summarissimum possessorium, per quod timens turbari in possessione, quam habere intendit, mandatum de manutenendo
10 impetrat à jure, præstita cautione. Et non inepte firma juris dicitur, derivando ipsum nomen à jure, tam civili, quam Pontificio. Nam *firmare Dominium* dixerunt Imperatores Diocletianus, & Maximianus *in l. ex verbis 14. C. de donat. inter.* dum adquisitionem stabilem dominii significare voluerunt. Alexander Imperator *firmare causam*, in *l. 5. C. qui potior.* pro securitate pignoris obtinenda soluto credite anteriori. Constantinus Magnus *in l. 1. C. Justinian. de captiv. & distract. pign. tribu. caus. lib. 10.* quæ habetur *in l. 4. C. Theodos. de exactor.* dixit *perpetuam firmitatem possidendi tradituris se pigne-*
11 *ra distracta tributorum causa.* Et constantius in *l. 2. C. Theodos. de distract. pignor.* pariter promisit *perpetuam emptionis firmitatem.* Alexander III. summus Pontifex *in c. super eo 22. de testib. & attest.* dixit *firmatum matrimonium* pro, *rite & perfecte contractum*, & Bonifacius VIII. *in c. 2. de pactis. lib. 6.* dixit *pactum juramento firmatum.* & sic in aliis, quare recte concludimus, quod *firmare de jure* est judicium firmum ac securum reddere;
12 & *firma juris* ipsum judicium summarissimum, securum & firmum factum mediante cautione. Quod ex nostris foris clarissimè comprobatur in quibus reperita expressio habetur hujus nominis *forma de dret, fermanca de dret, fidancia de directo* & sic similiter in foris Aragonum, ad quorum comprobationem ultra nostrum tex-
13 tum in quo dicitur *fermants de dret* expendo tex. *in for. 8. de fecerit præstant.* in quo dum dicitur quod quisque incola Valentiæ securus sit cum omnibus bonis, & rebus, eundo, permanendo vel redeundo per mare, & per terram & ubique; subjungitur *donant fermanca de dret* secundum qualitatem, & quantitatem rei ab ipso postulatæ. Quod est idem ac dicere *præstando cautionem.* Quod *in for. 9. eod. tit.* Latino Sermone, inelegante quidem, sed significativo concepto, pro *fermanca de dret* dicitur 14
fidancia de directo. & sic in aliis. Ex foris Aragoniæ eadem ferme locutione hæc explicantur nam *in for. 1. tit. de firm. jur.* habetur; *dicta captio sic fieri mandata impediri non possit per aliquam inhibitionem virtute firmæ juris coram nobis, seu nostro Primogenito, Regentem officium Gubernationis, aut Justitia Aragonum oblata.* Quo jure verbum *firma* clare refertur ad cautionem præstitam, vel oblatam ad obtinendam inhibitionem. *in for. 2. eod. tit.* declaratur amplius ibi: *si coram inquisitore, sufficienter firmaverint de stando juri, & faciendo Justitia complementum.* & ne verbum *de directo* videatur dissonare *in for. quotiescunque 6. eod. tit.* dicitur: *Quotiescunque coram Justitia Aragonum aliquis firmaverit de directo super gravaminibus.* 15
Ex quibus clare deducitur propria significatio nominis *ferma de dret*, sive *firma juris*; Quod relatum ad ipsum agentem, est idem ac præstare cautionem pro obtinenda manutentione; & relatum ad Judicem est decretum de manutenendo, ut inferius explicabitur, & colligitur ex traditis per Sesse, Bardaxi, Olibanum, Fontanella & alios nostræ Coronæ Doctores.

In Principatu Cathaloniæ omnia judicia, tam agendo, quam defendendo olim inchoabantur à firma juris, ut statim dicam; postea in usu habita fuit ad solas res Ecclesiasticas: notant Cancer *var. lib. 3. c. 14. n. 7.* & alii per eum adducti, sed Fontanella *d. claus. 7. glos. 5. part. 10. n. 33. cum seqq.* fatetur inobservantiam in negotiis sæcularibus; sed *ex num. 39.* cum Olibano de action. *p. 1 lib. 3. c. 4. ex n. 38.* nervose defendit usum ipsius nullatenus opponi constitutionibus; sed nomen variavit, quia *interdictum interim* appellat; sed non ex eo dissentio substantialis concipienda est, nam collatis dictis per Cancer *d. c. 14.* & per ipsum Fontanella *d. claus. 4.* 17
glos. 15. ex n. 116 nulla differentia detegitur. Olim inquam omnia judicia tam agendo quam defendendo exordium sumebant Cathaloniæ *à firma juris. const. 2. de ordin. Judicior Cur. Vicar. Barchin.* ut cum Calicio, Iacobo de Monte, Ludovico Mieres, & aliis probat Olibanus *d. c. 11. de jur. fisci. n. 16. cum seqq.* sequuntur Fontanella *d. glos. 15. n. 129.* & Ripoll. *d. rub. 3. n. 11. cum seqq.* 18
expresse loquendo de actore, quod fatetur Sesse *d. c. 6. §. 1. n. 60.* Quod apertè pugnat cum praxi Aragoniæ de qua testatur Sesse, quod firma juris est præsidium reorum; verba sunt hæc; *firma juris est beneficium reorum timentium turbari in possessione sua vel alias vexari in re aliqua. Et sic est quod ille qui petit firmam, dat cautionem de judicio sisti, ac judicatum solvendo, quam cautionem soli rei dant.* sic habetur *num. 3. in Anacephal. & cap. 2. §. 5. n. 18.* 19
clare affirmat quod inhibitio provisa favore actoris male provisa censetur, quia similes firmæ dirigentur contra quoscunque perturbantes reum in sua possessione, vel jure. Quæ doctrina difficilis redditur ex *for. unic. Aragonia de firmis juris super possessorio* ibi: *es a saber que el dia de la citacion la part agent, si quiere a judicio provocant, sia tenida de dar su firma.* in quibus verbis clarè videtur dici, quod actor non solum potest, verum etiam debet *firmam* offerre. Quæ propositio videtur niti dis- 20
positione legali, nam Ulpianus *in l. 3. in princ. ff. judicat. solvi:* sic respondit; *si quis apud aliquem Judicem iturus, stipulatus est judicatum solvi, & agit apud alterum, non committitur stipulatio, quia non hujus judicii fermenta fidejussores se fubdiderunt.* ex quibus verbis clare infertur, quod actor cautionem, id est *firmam juris* dabat. Melior ad rem textus in *authent. generaliter C. de Episcop. & Cleric.* cujus verba sunt. *Generaliter Judex provideat libellum pulsato non porrigi, sportulásve ab eo non exigi, nisi prius, & in libello actor per se, aut per tabularios conscribat, & aliis intervenientibus fidejussorem idoneum periculo competentis officii præstet.* licet enim frequentius reus cautionem præ- 21
stare debeat, ut *in d. l. 3. §. si reus l. cum apud 20. ff. judic.*

solvi.

solvi Lunic. C. de satisd. princip. inst. eod. aut. offeratur, C. de lit. contest. cum simil. Negari tamen non potest, quod
22 actor etiam compellebatur satisdare ut ex juribus allegatis resultat. Quod in nostro Regno Valentiæ statutum videtur per *for.* 10 *de securit. præst.* in quo expresse de cautione danda per actorem tractatur. Nec huic objectioni occurrit distinctio tradita per eundem Sesse, aientis in firmis possessoriis hoc procedere, non autem in cæteris: nam firmæ possessoriæ eo animo impetran-
23 tur, ut liquet quis actor, quisve reus sit, quod ipse fatetur, *d. c.* 6. §. 1. *num.* 31. *cum seq.* frustra namque distinctio adhibetur, cum supponatur firmam seu cautionem præstari, tempore quo nondum exploratum est, quis sit actor, quisve reus; quod pendet ex eventu. Nam utroque firmante, ut contigit sæpius, quando unus firmat, & alius contra firmat, de quo casu idem Sesse *ex num.* 72. quin unius firma confirmetur, & alterius revocetur, non liquet quis sit possessor & reus, vel quis petitor, & exclusus à commodo possessionis.

24 Regni nostri legibus, & observantia inspectis videtur dici posse, quod in omni casu juris firma adhiberi potest, *in for.* 3. *de juris omni. Judic.* habetur mentio de juris firma ad sortiendum forum in quo lis tractanda est, ibi: *o si en altra cort no haura fermat dret.* idem *in for.* 56. & 59. *cad. rubr.* in *for.* 89. *cad. rubr.* de recursu per firmam juris agitur. *in for.* 20. *de malefactoribus* generalis dispositio continetur dummodo personaliter fiat. ibi: *ordenamque casum volent fermar de dret, sia tengut fermar en poder de la cort per si personalment en sa propria persona.*
25 in *Privil.* 22. §. 1. *D. Regis Petri I.* clarè habetur quod contra fiscum juvat firmantibus de jure possessio. In *for. unic. in extrau. Quod firma juris posita fol.* 33. tractatur de hoc remedio adhibito in jurisdictionalibus. in *c.* 1. *in for. extravag. qualiter Vasalli Magistr. Monteff. fol.* 29. de juris firma posita super congregationibus Vasallorum *in c.* 2. deposita per Carceratos, contra Universitatem moventes quæstiones, in *c.* 3. *de* Carceratis Ecclesiasticis, Prælatorum jurisdictionem remuentibus, seu declinantibus in eos procedentium, pro criminibus ad ipsos Prælatos spectantibus, in *nostro textu* de firmis juris positis tam super possessione rerum profanarum, quam Ecclesiasticarum in *cap.* 39. *actor. Curiæ Brach Ecclesias. anni* 1626. de firma juris posita pro possessione rerum spiritualium. In *c.* 29. *eorundem* de firma juris petita pro quasi possessione juris decimandi. In Regia sententia quam ad litteram tradidi *supr. c.* 4. §. 10. *num.* 8. fit mentio de firma juris in materia jurisdictionis prorogatæ. In sententiis Cancellarii per me traditis *c.* 7. §. 2. *n.* 66. & 68. de firma juris posita pro repetitione Clerici Beneficiati immiscentis se enormibus; & sic in aliis. Ergo videtur concludendum quod in omni negotio adhiberi valet remedium firmæ juris.

28 Sed nihilominus certissimum est quod in Regno Valentiæ remedium firmæ juris neque in usu fuit, neque est opportunum ad alias causas præter possessorias. Et ut facilius percipiatur, operæ pretium duxi formam petendi, & praxim concedendi ante omnia explicare. Qui timet turbari, aut ejici de possessione seu quasi, rei de qua agitur, libellum porrigit Judici competenti, in quo narrat, se esse in possessione, seu quasi, illius rei, & vereri ne ab aliquo turbetur, vel molestiam patiatur, in dicta possessione; quare firmat de jure in posse, & manu ipsius, requirendo, vel supplicando, quod ei admittatur, & mandetur cuicumque molestanti, aut turbationem inferre volenti, quod sub pœna ad arbitrium
29 Judicis imponenda desistat à turbatione, & si aliquid contra ipsum intentare voluerit judicialiter deducat, paratum se exhibendo, ad faciendum jus, stare ad judicium, & solvere judicatum cum cautione assueta, & petendo quod sibi recipiatur informatio de possessione, Judex inspectis actis, vel habita informatione summaria, juris firmam admittit præstita cautione, mandatum de non molestando sub pœna quingentarum librarum expediri mandat, & subjungit quod si is, quem negotium tangit, justas rationes habeat, infra decem deducat, alias imponit silentium perpetuum. Injuncto simili decreto si pars infra illos decem dies rationes opponit, præceptum resolvitur in simplicem citationem, ut infra latius explicabitur. Et cum Prætor interdictum *uti possidetis* concedere solitus erat, pro retinenda possessione, ne ab ea deiiceretur, vel sustineret molestias, aut turbationes, qui illud petebat, & ut innotesceret casu quo controversia de ea re suscitaretur, quis actor quisve reus in ea esse debebat; quoties inter litigatores non ambigebatur quis possideret exploratum remanebat, quod possessor fruebatur commodo possessionis, & conveniebatur tanquam reus; alter vero petitoris onere gravabatur, cum necessitate probandi suam intentionem. Sed si contendebatur inter ipsos, uter possideret, quia unusquisque se possidere asserebat, ad cognoscendum quis esset in possessione, hoc interdictum adhibebatur. Sic docet Ulpianus in *l.* 1. §. *inter litigatores* 31
cum §. seq. ff. uti possid. Et quamvis de re soli dari assuetum erat, ut idem Ulpianus respondit *in dict. l.* 1. §. *hoc interdictum* ad incorporalia extendebatur, ex textu *in l. fin. ff. eod.* nam ad usufructuarios, & usuarios pariter pertinebat. Ad hoc autem ut Prætor interdictum concederet, necessaria erat satisdatio juxta formam edicti perpetui ut rescripserunt Imperatores *in l. unic. C. eod.* 32
tit. ibi: *ac satisdationis, vel transferendæ possessionis edicti perpetui forma servata.* de qua satisdatione meminisse videtur Ulpianus *in l. si cum* 33. *in princip. ff. de fidejussor.* Paulus *in l. si petitor* 8. *& in l. si servus* 11. *ff. judic. sol.* Justinianus *in princip. instit. de satisdand. vers. olim.* Tradunt Brisonius *de formul. lib.* 5. §. *edicto autem perpetuo, pag.* 440. Glossa & Gothofredus *in d. l. unic. verbo satisdationis.* Sesse de *inhib. in anacephal. num.* 142. *& c.* 28. 33
per tot. Mieres *ad constit. Cathal. collat.* 4 *in Cur.* 2. *Barchin. Iacob. secund. cap.* 21. *num.* 2. Oliban. *dict. tract. de jur. fisci. cap.* 15 *num.* 60. Fontanella *de pactis d. claus.* 4. *glos.* 15. *num.* 132. & D. Leo *decis.* 95. *num.* 2. Et licet in Cathalonia obliterata per desuetudinem fuit solemnitas præstandi idoneam cautionem, similem praxim justissime improbat Fontanella *dict. num.* 131. Absque eo quod obstet Didacum Covarrav. *dict. cap.* 17. *num.* 1. Menoch. *de retin. remed. ult. num.* 1. Fontanella *decis.* 184. *num.* 9. Sesse *dict. cap.* 6. §. 1. *num.* 48. Fachin. *lib.* 8. *controvers. cap.* 15. Posti. *de manuten. obser.* 3. *num.* 21. & 34
Larrean *d. decis.* 5. *num.* 2. *& seq.* dixisse interdictum *uti possidetis* differre à summarissimo possessorio manutentionis; nam quod sit idem cum eo præter ipsa evidentia resultans ex dictis docuerunt Castrens. *consil.* 3. *vol.* 2. Alciatus *lib.* 8. *parerg. cap.* 24. *in fin.* Doctissimus Fran. Sarmiento *selectar. lib.* 2. *cap.* 13. *ex num.* 9. (qui cuncta in contrarium deducta eleganter diluit) Doncllus *lib.* 15. *comm. cap.* 32. *ubi* Illiger. *lit. V.* Cujac. *in lib.* 1. *sentent. Paul. cap.* 11. §. 1. *ad med.* Portoles *ad Molin. dict. verb. firma juris num.* 28. idem Sesse *dict. cap.* 6. §. 1. *n.* 108. Et quando aliqualiter ab eo differatur ut tandem fateantur 35
ipsi Doctores contrariæ sententiæ, Fontanella *dict. claus.* 7. *glos.* 3. *p.* 10. *num.* 16. Sesse *dict.* §. 1. *num.* 48. Post *d. obs.* 3. *num.* 21. Cancer *var. lib.* 3. *c.* 14. *num.* 1. *cum seq.* Ant. Faber. *in C. lib.* 8. *tit.* 4. *defin.* 1. à quibus neque discedit D. Leo *ubi proxime* nostram aperte tuentur. Nec obest dicere, quod interdictum judicio ordinario dabatur ut Faquin. & Postius immunt *ubi supr.* & hoc judi- 36
cium juris firmæ summarissimum dicitur, & revera est: Quia decipiuntur cum omnia interdicta extra ordinem darentur §. *fin. inst. de inter d.* ubi Doctor Menoch. *de retin. remed.* 3. *n.* 488 qui expresse tenuit summarie *interdictum uti possidetis* redi & Dionis. Gotofr. *in dict. l.* 3. *ff. de in-* 37
terdict. lit. Y. inter alias regulas de interdictis ponit, *nullum fieri solemniter*, quod est idem ac dicere quod summariè expedienda sunt. Quod confirmatur ex eo; quod

interdicta

interdicta fiunt ad aliquid jubendum, vel vetandum non perpetuò, ſed ad tempus donec in plenario judicio res ſolemniter diſcernatur, ut pluribus probat Seſſe *d. §. 1. num. 8.* ſi enim plenariè judicio ordinario juberetur, non eſſet neceſſarium ſpectare plenariam cognitionem. 38 Nec etiam obſtat dicere quod interdictum uti poſſidetis, adhibetur ad diverſum finem quam poſſeſſorium ſummariſſimum firmæ juris, ut Poſtius cum Rota Bononienſi *deciſ. 136. n. 49. ibid.* tradit. Quia ſimilis differentia non ſubſiſtit dum Ulpianus *in d. l. 1. §. inter litigatores & verſ. ſed ſi inter ipſos* clare reſpondit quod *interdictum uti poſſidetis* datur ad diſcernendum 39 quis actor ſit, quiſve reus, quod pendet à poſſeſſione, & quando de ea inter litigatores contenditur ad hoc interdictum remittendi ſunt: atqui in ſummariſſimo firmæ juris hoc ipſum quæritur, ut Covarruvias, Menochius, & cæteri ſuperius laudati affirmant, quorum plures refert & ſequitur. Ciarlinus *controverſ. lib. 2. c. 190. num. 22.* ergo pariter corruit differentia. Neque differri poſſunt ex eo quod Ulpianus dixerit ibid. *ſi res ſolit. ſit.* unde inferri poſſet, quod pro juribus in corporalibus 40 interdictum non redderetur; & in ſummariſſimo quotidie experimur pro juribus incorporalibus dari. Quia Ulpianus non dixit pro *re ſoli* ad differentiam jurium incorporalium, ſed rerum mobilium pro quarum poſſeſſione, non dabatur interdictum *uti poſſidetis*, ſed interdictum *utrubi* ut docet Juſtinianus *in §. retinenda verſ. ſed interdicto. inſt. de interdict.* Ulpian. *in d. l. 1. §. ſed ſi inter ipſos ff. uti poſſ. & in l. unic. ff. de utrubi.* ubi Doctor. probant Donellus *lib. 15. comment. c. 32.* & ibi 41 Illiger. *lit. A*, Menoch. *de retinen. remed. 2. n. 1. cum ſeqq.* Incorporalia namque interdicto uti poſſidetis expediuntur *dict. l. fin. ff. uti poſſid.* quod late fundat ipſe Menoch. *d. remed. 3. ex n. 70.* & poſt eum aliis relatis Larrea *d. deciſ 5. n 3.* & Roſſa *conſult. 46. n. 6.* nam pro uſuario, uſufructuario, & cæteris jura incorporalia quaſi poſſidentibus dantur: & ratio eſt, quia illud fuit dictum ab Ulpiano exempli gratia; & exempla non reſtringunt ſed declarant ut in terminis dixit Menoch. *d. rem. 3. n. 102.* & pluribus relatis Barboſ. *axiom. 86.* Et ego notaveram *de re crimin. contr. 30. num. 45.*

42 Demum non obſtat quod ſummariſſimum officio Judicis interponatur, uti *poſſidetis* vero interdictum per partes poſtuletur, ut colligi poteſt ex traditis per Menoch *dict. remed. ult. n. 1. cum ſeqq.* Quia aut loquimur de mero Judicis officio, aut de implorato per partes. Merum officium Judex adhibere ſolet, ne partes aſſerentes ſe poſſidere, & auctoritate propria poſſeſſionem tueri conantes, ad rixas præveniuntur, ne enim perveniant ad arma Judex ſe interponit, apud ſequeſtrum poſſeſſionem ponit, neutri commodum poſſeſſionis concedens, ut diſcretè docuit Cancer *dict. cap. 14. num. 4.* & poſt eum 43 Poſtius *obſer. 5. num 1.* quo in caſu Judex criminalis procedit, ſummariam informationem ſumendo ex mero officio, ad ſe poſſeſſionem avocando, & apud ſequeſtrum ponendo de quo modo procedendi agit pluribus relatis Cortiada, *deciſion. 35. numer. 70.* & ex hoc nulla differentia poteſt conſiderari, nam in qua cum lite, quæſtione, vel negotio, ſi adeſt timor rixæ, Judex criminalis ex mero officio ſe interponere debet, donec 44 cauſa rixandi ceſſet, & partes conquieſcant. Aliud autem eſt, quando una ex partibus ante litem motam, timet perturbationem, quam altera minatur, & officium mercenarium judicis implorando, per informationem ſummariam ad ipſius inſtantiam deſumptam docet de ſua poſſeſſione in qua per ipſum Judicem tueri poſtulat, cautionem offerendo, tuncque Judex eum protegit, mandatum de manutenendo concedit, & turbantes pœnali comminatione compeſcit, ut ipſe Cancer tradit *dict. c. 14. num. 1.* & Cortiada *d. deciſ. 25. num. 68.* & Poſtius *d. obſer. 5. numer. 2.* 45 *cum ſeq.* Quo in caſu verum eſt dicere quod Judex non ex mero officio, ſed ad inſtantiam partis procedit, quod ſit in ſummariſſimo juris firmæ judicio, ut notum eſt cunctis in noſtra praxi verſatis. Ex quibus verius eſt, quod in ſubſtantia Judicium juris firmæ naturam interdicti uti poſſidetis obtinet, & ejuſdem regulis regitur participando pariter naturam Judicii momentaneæ poſſeſſionis (ſi diverſitatem habet ab ipſo interdicto) ut pluribus demonſtrat Poſtius *d. obſ. 3. num. 18.* & ex dicendis infra patebit. Licet quoad praxim in procedendo differat in unaquaque Provincia, Tribunali ſeu Curia, quod differentiam ſubſtantialem non tribuit.

Ex his omnibus clare conſequitur, quod remedium 46 *firmæ juris* nititur ſuper facto poſſeſſionis tanquam fundamento neceſſario; ſecluſo quo, neque interdictum, neque manutentio, neque momentanea, neque juris firma dari poteſt ut pluribus probant Covarruvias, Menochius, Cancer, Fontanella, & cæteri Doctores ſuperius adducti quorum plures cum aliis congerunt Seſſe *in anacephal. num. 153.* Ciarlin. *controverſ. p. 1. cap. 114. num. 8.* Prado *diſcept. forenſ. part. 1. cap. 38. num. 3. & 4. part. 4. c. 1. num. 4.* & omnia congerens Poſtius *obſ. 17. per tot.* Dominus Leo *d. deciſ. 95. num. 2. cum ſeqq.* Belluga *in ſpecul. Rub. 28. §. per quam num. 17.* clare poſſeſſionem ſupponit idem Dominus Creſpi *obſ. 93. n. 11.* Iranzo *de proteſt. conſ. 41. ex num. 7. & conſ. 43. num. 2.* ita ut Doctores dicant poſſeſſionem eſſe eſſentiam & 47 humidum radicale hujus remedii. Quod poſito, non obſtantibus juribus ſuperius addictis clare ſequitur adhiberi non poſſe niſi poſſeſſio adſit; neque eo juvari, niſi qui rei perſonam induere conatur. Id enim elicitur *ex d. l. 3. in princ. ff. judic. ſol.* nam ille qui præſtaverat cautionem, non agebat in ipſo judicio in quo eam præſtiterat, ſed in diverſo, & apud alium Judicem quod ſatis explicat Conſultus ibi *ſi quis apud aliquem Judicem iturus, ſtipulatus eſt judicatum*; ita ut apud primum reus eſſet, idem qui apud ſecundum agebat, quia de jure ſtipulatio hæc ſive cautio propria reorum eſt, *l. ſive ff. eod. l. filiusfamilias ff. qui ſatisd. cogant. l. unic. C. de ſatisd. audient. offeratur C. de lit. conteſt.* docent Cujac. *in parat. ad hunc tit.* & in *l. unic. c. uti poſſider.* Seſſe *in anacephal. num. 143.* Actor namque etiamſi reus obtineat, 48 nunquam condemnatur ad aliquid præſtandum; niſi reconventio ſubſequatur; ſed in judicio reconventionis non actoris, ſed rei vices ſuſtinet *d. l. 3. in princ.* ad cujus interpretationem videndi ſunt plures congeſti per Thom. Carleval. *de Judic. p. 2. tit. 2. diſp. 7. n. 1. cum ſeqq.* Sed hæc procedunt dum principalis in lite adeſt, nam reſpectu Procuratoris, ſemper cavendum eſſe docuit Ulpianus *in l. ſervum quoque 36. §. ait Prætor ff. de Procurator.* De quo latè Donell. *lib. 18. comm. c. 13. & 14.* ubi Illiger.

Neque aliud dicendum ex diſpoſitione tex. *in d. authent. generaliter C. de Epiſc. & Cler.* Nam in eâ con- 49 tinetur jus ſpeciale per quod actor injuſte litem movens condemnabatur expenſarum ſumptuumque nomine ad ſolvendam decimam partem litis, & ad hunc finem compellebatur fidejuſſorem præſtare, ut in eodem textu dicitur. Sed iſta diſpoſitio jam ab uſu judiciorum excluſa eſt ut cum Rebuffo & aliis teſtatur Auguſt. Barboſa *in collectan. ad cand. tex. num. 1.* Et ſic minime po- 50 teſt trahi in conſequentiam ad cautionem oblatam pro conſequendo commodo poſſeſſionis, quæ eſt iſta quæ præſtatur in ſummariſſimo juris firmæ. Nec fori Valentiæ, aut Aragoniæ aliud ſuadent; nam *for. Arag. unic. de firm. jur. in judic. poſſ.* non cavit quod formalis actor teneatur præſtare cautionem, ſed is qui in hoc poſſeſſorio, dum reus fieri deſiderat provocat turbantem eum in ſuâ poſſeſſione, ad indicium, ut verba ſuperius relata ſatis declarant; qui quidem, quodammodo actor dici ſolet text. *in l. in tribus 13. l. qui appellat. 29. de judic. l. 1. ff. de in jus vocan. l. 2. in fin. ff. comm. dividun. l. 1 ff. fin. regund.* dicunt Faber *in C. lib. 8. tit. 4. defin. 1. n. 4.*

&

& in not. Fontanell. *l. dict. part.* 10. *num.* 13. Barboſ. *voto* 106. *num.* 77. *lib.* 3 D. Creſpi *obſer.* 23. *num.* 194. in quibus terminis firmans de jure ex eo quod turbatur in ſua poſſeſſione, dum tueri per Iudicem intendit, reus fieri quærit, & ad Iudicium provocat adverſarium ipſum turbantem, & ſic nunquam ipſe qui turbat cavere compellitur niſi contra firmando, hoc eſt firmam juris contrariam ponendo, dum conatur oſtendere ſe eſſe in poſſeſſione rei de qua controvertitur; nam hoc in caſu ipſe cautionem offert, ad finem conſequendi commodum poſſeſſionis, & ut tractetur tanquam reus.

52 Fori Regni Valentiæ ſuperius adducti hoc ipſum comprobant, nam *for.* 10. *de ſecurit. præſt.* clarè diſponit quod actor reconventus, pro quantitate poſtulata in reconventione cavere tenetur; & ad excludendas fraudes reorum qui per reconventionem ingentes quantitates poſtulabant ab actoribus, ut vel moleſtiam ſatisdandi de judicio ſiſti, vel longam carceris detentionem ſuſtinerent, Rex Petrus ſtatuit quod præſtando juratoriam cautionem, vel fidejuſſorem derepreſentando, Caſtellæ *fiancadè labaz* ſub certa pœna; non poſſit detineri in Carceribus. Quod quantum diſtet à cautione

53 præſtanda in juris firma per ſe patet. *For.* 20. *de malefactor.* non loquitur de firma juris quatenus adhibetur ad tuendam poſſeſſionem ad inſtar interdicti; quæ eſt de qua diſputamus: ſed de cautione de non offendendo oblata per eum qui provocari ad Duellum verebatur, ex cauſa civili; qui præveniendo adverſarium præſtabat hanc cautionem de non offendendo per ſe, neque per ſocios, amicos, conſanguineos, vel affines, ad-

54 verſarium ſuum qua præſtita ſub protectione regia remanebat cavens ne provocaretur ad Duellum, vel aliud damnum ſuſtineret ab eis quibus cavit. Tunc namque duellandi facultas tolerabatur ſubſidiarie deficientibus juridicis probationibus ut expreſsè dicitur *in for.* 2. *de Duello*, & cum præſtans hanc cautionem de non offendendo jam ſubjiciebatur Iudicio regulari, ceſſa-

55 bat occaſio duellandi, & Rex per ſuos officiales tuebatur eum ne moleſtaretur ab ipſo favore cujus caverat, ut expreſsè dicitur *in for.* 16. *eod. tit. de malefactor.* ut tradit Belluga *rub.* 27. §. *milites num.* 11. *verſ. item quia habet remedium.* Nec ſolum apud Valentinos hæc obſervabantur; tota Hiſpania eadem labe uſa fuit licèt quoad modum cum aliqua diverſitate mutuando conſuetudinem à priſcis illis Romanis Germaniſve, qui auctore prætore per hoc medium lites ſuas dirimebant

56 ut cum Aulo Gelio, Turnebo, Hotomano & aliis innuit Illiger. *ad donel. lib.* 20. *comm. cap.* 1. *lit. A, ad med.* de quo plura habes *in l.* 1. *cum ſeqq. tit.* 8. *part.* 7. *l.* 1. *& ſeqq. tit* 21. *lib.* 4. *for. leg. l.* 1. *& ſeqq. tit.* 8. *lib.* 8. *recopil.* ubi Gregor. Lopez, Montalvus, Didacus Perez & Azevedo. Ioan. Gutierrez *de delictis quæſt.* 103. *& ſeqq.* & latè Larrea *allegat.* 116. *per tot.* qui de Duello permittendo publicæ utilitatis cauſa diſſerit apud quos plura; ſed hæc omnia jam olim illicita reputabantur; & ſolum ſuſtineri poterant in vim conſuetudinis introdu-

57 ctæ ad finem vitandi majora mala, ut Belluga ibidem teſtabatur & poſt eum videndi ſunt Doctores *in cap.* 2. *de purgat. Vulgar.* Torreblanca *de jur. ſpirit. lib.* 9. *c.* 12. *ex num.* 5. Martin. Delrio *diſquiſ. Magicar. lib.* 4. *cap.* 4. *quæſt.* 4. *ſect.* 2. Fragoſſ. *de regim. reip. Chriſ. part.* 1. *lib.* 1. *diſſ.* 2. §. 10. *ex num.* 10. Aut. Math. *de crim. ad lib.* 48. *ff. tit.* 16. *de quæſt. & confeſ. cap.* 2. *ex num.* 2. Math. Berlich. *practicab. part.* 4. *concluſ.* 16. *ex num.* 2 Benedictus Carpzou. *in præct. crim. p. c. quæſt.* 29. *num.* 71. *cum ſeqq.*

58 ex noſtri Regni Valentiæ ſcriptoribus poſt Bellugam Michaël Salon *de inſt. & jur. in* 2. 2. *D. Thom. q.* 64. *art.* 3. Ioan. Ægid. Trullench. *in lib.* 5. *decal. c.* 2. *dub.* 13. *per tot.* ſed poſt Tridentinum *cap* 19. *ſeſſion.* 25. *de reformat.* ubi Barboſa plures cumulat, jam omnino exterminatum eſt à republica Chriſtiana, ita ut abſque crimine non admittatur. Et ſic quæ fiebant tanquam appendices rei prohibitæ nequaquam poſſunt in conſequentiam trahi. Neque ex *Privil.* 22. § 1. *R. Petr. I.* aliud in- 59
fertur quia in eo aperte dicitur quod firmanti de jure poſſeſſio ſuffragatur. Capitula fori *in extravagant. qualiter Vaſſall. Magiſtr. Monteſſ.* hanc ipſam intelligentiam admittunt, cùm omnes firmæ juris de quibus in eis, niterentur in quaſi poſſeſſione quam allegabant cognitionis Gubernatoris; Quod clarè deprehenditur *ex d. for. unic. in extravag. quoa firma juris poſita fol.* 33. ibi: *affermant ladita villa e Juſticiade de aquella tenir poſſeſſio de aquelles, haja ferma de dret.* Quam interpretationem habent *d. for.* 3. 56. 59. *& 89. de juriſd. judic.* in ſententiis memoratis *ſup. num.* 27. id ipſum habetur ut ex ipſis apparet & tandem in noſtro text. *& in cap.* 39. *& 49. actor. Cur. Brach. Eccleſ. anni* 1626. eo ipſo 60
quo de rebus Eccleſiaſticis atque ſpiritualibus mentio fit reſultat evidenter agi de poſſeſſione, non de proprietate, quia ſæculares Judices ſolum de mero facto poſſeſſionis quoad hæc cognoſcere poſſunt, ut dixi *cap.* 10. §. 2. *num.* 57. ubi plures cumulavi ſed ne in re notoria immoremur, ad alia pergere ratio ſuadet.

Tota igitur vis iſtius remedii ad cautionem præſtan- 61
dam ſuppoſita poſſeſſione vel quaſi, refertur, ita ut antiquitus illum offerenti firma juris, ſive mandatum de manutenendo concedebatur etiamſi nihil de poſſeſſione probaſſet; ita ut ſufficeret eam allegare, ut docet Dominus Leo *d. deciſ.* 95. *num.* 7. ſed hodie jam probatio ſummaria poſſeſſionis requiritur, ita ut nemini concedatur quin per teſtes, vel inſtrumenta ſe eſſe in poſſeſſione, ſeu quaſi rei de qua agitur oſtenderit, ut
ipſe ibidem notat. Sed iſta informatio, aut per inſtru- 62
mentorum editionem probatio, ſit abſque citatione alicujus: oblato quippe libello in quo factum cum ſuis qualitatibus exaratur, individualiter explicando in qua re, vel jure, poſſeſſionem, ſeu quaſi habere intendit, & aſſerendo timeri ab aliquo, vel ab aliquibus turbari ſive moleſtari; & quod ſecundum forales diſpoſitiones nemo ab ea expelli poteſt, vel debet, quin
præcedat cauſæ cognitio, informationem ſibi, recipi 63
poſtulat, & conſtito per eam de præmiſſis, vel neceſſariis, ſibi expediri mandatum de manutenendo concludit, cum pœna ad arbitrium judicis imponenda, paratum ſe exhibendo ad præſtandam cautionem judicio ſiſti & judicatum ſolvi; noſtro vernaculo idiomate, *ſer dret, eſtar adret y pagar Juſtjas e ſentencias* cui petitioni Judex decretum ſequens interponit: *recipiatur*
informatio & providebitur. Conſtito igitur per infor- 64
mationem, ſive per inſtrumenta de poſſeſſione, vel quaſi (nam plerumque poſſeſſio inſtrumentaria allegatur, quæ pariter manutenebilis eſt, pluribus Poſtius *obſ.* 21. *ex num.* 6. imo præfertur probationi factæ per teſtes Seraphin. *deciſ.* 62. *in fi.* idem Poſt. *obſervat.* 71. *n* 95.) ſubſequitur decretum ipſius judicis dicentis: *Admiſſa juris firma in quantum fiat mandatum ſupplicatum ſub pœna quingentarum librarum, & ſi quas juſtas rationes habet, eas infra decem deducat, alias ego præſtita prius ſolita cau-*
tione. Quæ clauſula juſtificativa neceſſariò requiritur 65
ex eo, quod concedatur abſque citatione, & Audientia partis, ut docent Molin. *verb. poſſeſſ. verſ. ſuper poſſeſſione* & Portoles *verb. firma juris num.* 24. *& num.* 137. Seſſe *d. cap.* 6. § 1. *num.* 52. *cum ſeq.* qua mediante, & præſentata juris firma, ut Araconenſes Doctores dicunt ſive injuncta, ut Valentini dicere ſolemus, ſi is quem negotium tangit infra decem illos dies compareat coram
Judice, & rationes opponat reſolvitur mandatum in 66
ſimplicem citationem prout cuncta quæ geruntur incitata, & inaudita parte, ut pluribus oſtendi *ſuper hoc cap.* §. 2. *num.* 2. *num.* 7. ſi vero terminus elapſus ſit abſque ſimili oppoſitione interloquutio admiſſionis tranſit in judicatum, Plotus *de in lit. juran.* §. 30. *num.* 33. Afflictis *deciſ.* 167. Portoles *ad Mol. d. verb. firma juris num.* 25. 43.

67 & *num.* 97. Bardaxi *in fav. 6. de litib. abreviand. n.* 1. Sesse *d.c.6.§.1. num.56. & 88.* ita ut etiamsi elapso termino comparet, & opponat nihil agit, ut isti Doctores tenent. Præstita igitur cautione in forma solita mandatum de manutenendo solemniter expeditur, quoties aliquid extra locum judicii peragendum est; sin autem tangit injunguntur, seu verius ei à quo turbatio veretur; licet nonnunquam ei quem perturbare firmans desiderat, firmam
68 nequiter obtentam injungit; ita ut dilatio decem dierum currere incipit à die injunctionis mandati, vel decreti, Et non semel acta hujusmodi asservantur quousque tempus opportunum occurat ad suscitandam litem, tuncque injunguntur. Quod attestari possum ex eo, quod firmam juris concessam in ipso anno quo natus fuit, & injunctam quando jam vigesimum sextum impleveram vidi.

69 Injuncto igitur mandato de manutenendo, modo quo dixi, si is qui ad judicium provocatur, credit se esse in possessione ipsius rei, duo remedia adhibere debet; nempe contra firmare de jure separato processu, quod eodem ritu peragitur; & rationes opponere intra decem dies, ut firma obtenta per adversarium tanquam nulliter, vel injustè obtenta revocetur. Plures sunt qui correctionem aut revisionem petunt, vel nullitates adversus admissionem proponunt, quam praxim complectuntur Dominus Leo *d.decis.95. num.7.* & Sesse *d.cap.6.*
70 §.1. *ex num.* 62. si vero provocatus possessionem non habet, vel probare nequit, solum rationes allegat, vel revisionis nullitatúmve remedium opponit. Sed meo judicio severius est rationes simpliciter proponere, quarum oppositio est adæquatum remedium ad obtinendam revocationem potius quam correctio vel revisio absque ritu ponendi intra biduum, justificandi intra biduum, & injungendi intra biduum, ex quo fucatum revisionis remedium dixi *cap.*10. §.1. *num.*158. *cum seqq.*
71 Et absque periculo patiendi repulsam receptionis testium quæ in judicio nullitatis regulariter denegatur, quia strictissima natura illius efficit quod ex eisdem actis judicium desumendum sit, ut docent Decius *in c. post cessionem col.*10. *in princ. de probat.* Gratian. *discep. forens. cap.*595. *num.*12. Dum enim nullitates respiciunt ritum probatione intrinseca ex eisdem actis resultante, justificari debent pluribus Salgado *de reg. protect. part.* 3 *cap.*9. *num.*26. & sic decisum fuit in Regia Audientia Regia *die* 27 *Januarii* 1629 ad favorem Domini Comitis de Albatera contra Don Ludovicum Sorrell sub
72 examine Nobilis Don Christophori Cardona. Demum quia ut dixi, juris firmæ remedium conceditur nullo ordine judiciali servato, & sic in eo nullitatis vitium cadere nequit, ut benè notat Menoch. *de retin. d. rem. ultim. num.*52. & licet Scaccia *de appellat. lib.* 3. *cap.*2. *quæst.*19. *remed.*1. *concl.* 2. *num.*17. contrariam tueatur, neque rationibus, neque auctoritatibus comprobat, quare cum Menochio calculum pono. Plerumque namque probationes ministrari debent sive per testes, sive per documenta, & ad nihil prodesse potest periculum facere, an admittantur, de quo latius *cap.*12.§.5. *num.*32.

73 Summarissimè causæ hujusmodi tractandæ sunt, & regulariter separatis processibus, licet ego utilius crediderim parti justitiam foventi, & brevitatem affectanti, quod cumulentur, nam licet testes informationis summariæ non repetantur, sed solum documentis corroborentur, clarius differentia probationum percipi potest, si ex eisdem actis firma, & contra firma judicantur. Aliqui remunt uti hoc medio cumulationis, ne
74 sportulas deponere cogantur, & decipiuntur equidem, nam licet notum sit, quod ex confirmatione non debentur; quia per simplicem interloquutoriam expeditur confirmatio, ex eo quod est præparatoria judicii plenarii possessionis, vel proprietatis: & quando revocatio fit per sententiam definitivam terminatur, quia causam dirimit, & non spectat aliam post se & sic sportulæ debentur; cum in his possessoriis summarissimis nunquam ad condemnationem expensarum proceda- 75
tur, qui sententiam desiderat facere, depositum tenetur dum brevitati consolit, & dimidium recuperare debet ab adverfario: ob quod parvi præjudicii res est; imo si, ut aliquando evenire solet, utraque firma revocanda est, duplices sportulæ ex separatis processibus debentur: & hoc onere gravantur, qui cumulationem non procurant.

Si unius firma juris confirmatur, discussis rationibus, 76
& alterius revocatur; qui obtinet in hoc articulo rei, vices gerit in judicio plenario, commoda possessionis lucrando, & qui succumbit actoris *dict. l.*1. §. *litigatores cum* §. *seqq. ff. uti possidet.* ut cum Sesse, Menochio & aliis dixi *sup. n.*23. & *n.*38. *cum seqq.* Si autem utriusque 77
firma revocata sit, tunc unusquisque interdictum adipiscendæ intentare debet, & cum unum ex duplicibus sit §. *duplicia instit. de interdict. l.*2. *ff. eod. cum simil.* quilibet eorum sustinet vices actoris, & rei simul *l. in tribus ff. de judiciis* cum aliis adductis per Dominum Crespi *obs.*23. *num.* 194. sed si æqualiter possessionem proba- 78
verint, vel alia de causa turpida res efficiatur, tunc Judex ex mero officio suscitat articulum *interim* per interloquutionem dicendo. Quod *partes intra viginti instruant articulum quis lite pendente manutenendus sit in possessione*, mediante quo per omne genus probationis unusquisque suum assumptum probare infra terminum procurat, & hoc in casu intrat praxis adducta per Sesse *d.cap* 6.§.1. *num.*67 *cum seqq. & num.*113 licet nostra ab 79
Aragonia differat in eo, quod nos articulum suscitamus post admissionem firmæ, & contra firmæ; & non semel post confirmationem utriusque, illi vero antequam admittantur. Et eo articulo legitime concluso, pronunciatur ad favorem ejus qui melius probaverit possessionem; & cæteris paribus pro eo qui justitiam fovet apertius. Ex quo evidentissimè consequitur quod interdictum *interim*, de quo Covarruvias, Cancer, Fontanella & cæteri laudati *supra num.* 6. non est in usu in Regno Valentiæ, nisi post inspectionem actorum, atque 80
discussionem firmæ & contra firmæ dum res turbida effecta est, & uterque æqualiter probaverit; nam dum liquet quis vere in possessione sit, interdicto *interim* non est opus: si autem non liquet rejecto medio sortis, de quo Ulpianus *in l. si cum ambo* 14. *ff. de judiciis* interdictum *interim* adhibetur: cujus præparatorium remanet remedium juris firmæ, ut cum Alciato, Beroyo, Menochio & aliis probat Sesse *dict. cap.* 6. §. 1. *num.* 44. *cum seqq.* licet non satis explicet, forte quia praxis Ara- 81
goniæ cursu temporis ab observantiæ quæ olim conformis quoad hæc esse solebat aliquantulum devia reperiatur. His itaque positis in nostra praxi indubitatis, ad clariorem explicationem eorum quæ usufrequentiora in his judiciis sunt aliquæ illationes enodandæ sunt, quæ cunctis in foro versantibus utilissimæ creduntur, tam Judicibus quam causarum Patronis.

Primum infero, quod dum juris firma admitti solet 82
absque citatione legitimi contradictoris seu verius nullius, cum clausula justificativa quam posui *num.* 65. eo ipso quod alicui injungitur, qui comparet eam impugnando intra terminum rationes apponendo, admissio ipsa resolvitur in vim simplicis citationis juxta glos. *in cap. ex parte verb. pro contumacia de verb. sign. & in l. de pupillo* §. *meminisse ff. de novi oper. nunciat.* cum aliis per me adductis *d.*§.2. *n.*7. & *hoc* §. 5. *num.*66. quibus adde in terminis Molinum *in repertor. forer. verb. firma vers. possessio* & ibi Portoles *n.*25. Bardaxi *ad dict. for* 6. *de litib. abrevian. num.* 6. Sesse *dicti capit.* 6. §.1. *n.*52. & 62. & clarius *num.*109. Unde consequitur, quod 83
si uni ex litigatoribus admissa firma juris sit, & is quem negotium tangit oppositis rationibus infra decem in vim

vim resolverit citationis, & ipsi dum contra firmam ponit non admittatur, sed solum injungi adversario jubeatur, vel recipi informationem eo citato, facta citatione ambo in eodem statu reperiuntur; quia admissa per primum obtenta resoluta fuit in citationem, & secundus libellum contra firmæ injungere faciendo primum citasse est indubitatum, ac per consequens admissio primi non operabitur plus quam citatio secundi; ambo namque reperiuntur in statu primæ citationis, argum. tex. *in l. ... in princip. C. de appellat.* docent
84 Molin. *dict. verb. firma juris vers. firma super possessione* & ibi Portoles *num.* 28. Menoch. *d. remed.* 3. *numer.* 653. Et sic ne ad imparia judicentur, secundo dandus est locus ut suam firmam instruat antequam ad confirmationem, vel revocationem firmæ primi procedatur: & sic decisum fuit in hoc supremo, in causa status suburbij inter illustres Don Petrus de Aragon & Domnam Catharinam ejus ex fratre neptem, ac Ducissam de Medina Cœli & de Alcala *die* 22. *Novembris* 1674. sub examine D. D. Iosephi Buxados actuante Ludovico Boer R. M. scriba, in articulo nuncupato *de la suspension* interfuimus undecim Iudices, concordi calculo concedentes viginti dies partibus ad instruendas suas firmas: posita enim per dictum Don Petrum admissa reperiebatur ac resoluta in citationem, & oblata pro parte dictæ Ducissæ nondum admissa sed tantum injuncta adversario.

85 Secundum infero quod ut docet Dñs Leo *d. decis.* 95. *n.* 7. juris firma sive mandatum de manutenendo concedi potest, etiamsi de possessione non constet nisi per unum testem, quæ est doctrina originalis Bartoli *in l.* 1. *colum.* 2. *C quorum bonor. & in l.* 2. §. *fin. ff. ubi in rem actio*, sequuntur Marchesan. *tract. de commissis, p.* 1 § 1. *pag.* 991. Menoch. *de retin. d. rem. ult. n.* 34. quibus adde Gratian. *dec.* 192. *ex n.* 1. *& discept. forens. c.* 267. *n.* 23. *&* 24. Joseph. Ludovic. *decis. Lucens.* 20. *n.* 2. Farin. *in prax. crim. q.* 63. *n.* 31. *& decis.* 214. *n.* 3. *p.* 1. *selectar.* Fontanella *d. claus.* 4. *glos.* 18. *p.* 4. *n.* 6. Paleot. *in nevissim. n.* 3 *lib.* 3. *decis.* 375. Ri-
86 poll. *ad prax. Peguer. rub.* 4. *n.* 59. Qui præbent rationem nempe in his interdictis possessoriis sufficere leviores probationes; quod etiam tradiderunt Surdus *cons.* 73. *n.* 38. *lib. & de aliment. tit.* 1. *n.* 112 *n* 23. Afflictis *decis.* 364. *n.* 5. & ibi: Ursil. *n.* 10. Gratian. *d. c.* 267. *n* 23. *&* *c.* 754. *n.* 21. Scaccia *de Judic. lib* 2. *c.* 9. *n.* 506. Capicius Galeota *lib.* 2. *controver. s.* 3. *n.* 7. latè Postius de Manutenen. *obs.* 38. *ex n.* 1. *Ciarlin. lib.* 1. *controver.* 127. *n.* 16. Rota *apud Postium post eund. tract. decis.* 97. *n.* 5 *decis.* 201. *n.* 8. *decis.* 223. *n.* 1. *decis.* 248. *n.* 1. *decis.* 288. *n.* 3. *decis.* 330. *n.* 3. *decis.* 409. *n.* 4. *decis.* 515. *n.* 13. *decis.* 547. *n.* 3. *& decis.* 590. *n.* 2. licet contrarium probet Fachineus *d. c.* 15. cujus ratio despicienda non est quamquam in praxi admissa non sit. Quod procedit respectu primæ concessionis; respectu vero confirmationis, si altera pars nihil probaverit. Unde consequitur quod si probare voluerit infra de-
87 cem illos dies in admissione concessos, sive se esse in possessione, sive firmantem non esse in ea, admitti ad probandum debet quod supponunt necessariò Covarruvias *d. c.* 17. *num.* 4. Menoch. *d. remed. ult. num.* 33. Fontanella *d. claus.* 7. *glos.* 3. *p.* 10. *num.* 66. *cum seqq.* Ripoll. *ad Peguer. dict. rub.* 4. *num.* 70. & expresse docet Postius *obser.* 21. *num.* 5. *& obser.* 84. *ex n.* 14. ubi plurimos laudat, & in aliquibus observationibus sequentibus latè differit de forma examinis, juramenti delationis, remissoriæ & commissionis ad examinandos testes. Et sic decisum fuit antiquius in Regia Audientia regia, interloquutione publicata per Ludovicum de Berbegal *die* 16. *Ja-*
88 *nuarii* 1601. inter Procuratorem generalem nostræ Montesianæ Militiæ & Syndicum Oppidi de Masarroges, & postea pluries signanter referente Nobili Don Francisco Bono *die* 7. *Julii* 1656. inter Comitem de Aranda & Marchionem de Ariza, in qua interfui. Et hoc casu si adversarius firmantis melius probaverit, firma confirmari non potest, quia in hoc judicio obtinere debet qui melius probat possessionem. Ut in cæteris, Sesse *dict. cap.* 6. §. 1. *n.* 32. *&* 35. pluribus Postius *obser.* 71. *n.* 77. *cum seqq.* & hoc jure utimur.

Tertio infero quod licet in casu prædicto testes 89
recipiantur cum injunctione partis cujus interest, in illa summarissima informatione, quæ recipi solet, & debet ante concessionem firmæ juris, testes examinantur sine citatione partis, sine admissione interrogatoriorum, etiam si ab aliquo porrigantur, & non reperuntur etiam si postulentur. Respectu citationis hæc illatio procedit secundum doctrinam Riminaldi senioris *in l. si super possessione, C. de transact.* ... strensis *dict. cons.* 3. *lib.* 2. Mandosii *tract. de inhibit. quæst.* 118. Josephi Sesse *dict. cap.* 6. §. 1 *num.* 52. Farinaccii *in prax. quæst.* 72 *n.* 135. Postii *obser.* 39. *num.* 49. & Rotæ apud ipsum *decis.* 269. *num.* 4. Domini Leo *dict. decis.* 95. *num.* 7. licet contrarium dixisse videantur Covarr. *dict. cap.* 17. *num.* 4 *vers.* 90
quartum. Menoch. *dict. remed. ult. num.* 31. & ratio est quia juris firma conceditur cum clausula justificativa, ut dixi, mediante qua reo comparente resolvitur in citationem. Et cum ex se parvi præjudicii reputetur, quia solum operatur effectum durante lite tex. *in cap.* 1. *de caus. poss. & propriet.* & *in l.* 1. *C. si de momen. poss.* docent Sesse *dict.* §. 1. *num.* 46. Gratian. *discept. forens. c.* 74. *num.* 19. Boccacc. *de interd. uti possid cap.* 14. *num.* 24. Se- 91
raphin. *decis.* 292. *in princ.* Fontanella *dict. claus.* 7. *glos.* 3. *part.* 10. *num.* 76. pluribus Postius *obser* 38. *num.* 11. *& obser.* 106. *num.* 55. Plotus *de in lit. juran.* §. 3. *num.* 36. *&* 43. Barbosa *in collect. dict. cap.* 1. *de caus. poss. & propriet. num.* 2. *& dict. voto* 106. *num.* 102. Ciarlin. *c.* 127. *num.* 21. Scaccia *de judic. dict. lib.* 2. *cap.* 9. *num* 507. *cum seqq.* multo minus præjudicium inferre potest, dum ex vi dictæ clausulæ justificativæ comparente eo cujus interest, resolvitur in citationem. Ita ut dici posset quod si citanda pars esset ante concessionem, citatio hæc solum deserviret ad citationem, & sic posset dari proces- 92
sus in infinitum. Neque dictum Covarruv. & Menoch. 93
obstat, tum quia Menochius explicat quod similis citatio partis tunc necessaria est, quando pendente jam lite interdictum hoc postulatur, & simili in casu non est mirum, cum jam adsit in judicio legitimus contradictor, cui præjudicium inferri potest, & sic citatio omitti non valet, ut utilis concessio sit juxta regulam textus *in l. de unoquoque* 47. *ff. de re judicat. cum simil.* & sic observatur in Regia Audientia, ut in causa juris firmæ postulatæ per Comitissam de Sinarcas, Domnam Marianam de Velasco in eadem Regia Audientia contra Don Franciscum Ladron pro juribus, & posses- 94
sione tenutæ, & in causa status Sugurbii, in juris firma postulata per Ducissam de Medina-Celi contra Don Petrum de Aragon, de quibus statim mentionem faciam. Si autem Manutentio postulata fuisset ante litis pendentiam non esset necessaria citatio, ut idem Menochius te- 94
net *dict. remed. ultim. num.* 32. & sic quotidie per Regiam Audientiam firmæ juris admittuntur nulla citatione præcedente. Et adhuc pendente lite, si periculum sit in mora, manutentio concedi potest absque partis citatione, ita ut arbitrio Judicis hæc relinquantur, ut tenuit idem Menoch. *dict. remed. ult. numer.* 31. *in fin.* Tum 95
etiam quia firmæ juris postulatur antequam lis moveatur non expresso nomine illius à quo turbatio timetur, quod fieri posse docent Covarr. *dict. cap.* 17. *n.* 3. Menoch. *dict. remed. ult. num.* 29. Seraphin. *decis.* 199. *num.* 1. Fontanella *dict. claus.* 7 *glos.* 3 *part* 10. *num.* 60. Sesse *in anacephal. num.* 5. *& n.* 137. & sic non est nota persona citanda quoad interrogatoria & repetitionem testium; quia hæc interdicta dicuntur nullo juris ordine servato, ut dictum remanet, & sic tenent plures ex laudatis superius, signanter Sesse *dict. cap.* 6. § 1. *num.* 52. *&* *num.* 56. *cum seqq.* Molin. *in reperter. verb. firma, vers. firmari potest de directo.* Portol. *ad eum ibid. num.* 138. Et 96

ſic deciſum fuit in Regia Audientia, ad relationem Magnifici quondam Senatoris Franciſci Aguirre, Regia Proviſione *diei 5. Februarii* 1645. in cauſa Syndici Latomiorum, cum Syndico Fabrorum ligni. Sed valde dubia redditur iſta deciſio ex pluribus adductis per Poſtium *obſervat.91. ex num.1.* neque adeſt ratio ob quam deneganda ſit juſta defenſio provocato ad Judicium qui vere rei vices ſuſtinet, ad hoc ut teſtes repetantur, & interrogentur poſt ipſius citationem, ut ipſum afficiant; citationis enim defectus ſuppletur ex eo quod injunctio juris firmæ eum provocat, & dum comparet opponendo reſolvit conceſſionem in citationem ad effectum nempe, ut legitime defendatur, & ſicut ei conceditur facultas probandi, ut dixi *num.87. cum ſeqq.* pariter ſi poſtulaverit teſtes repetitum citatione ipſius, & examinari ſuper interrogatoriis ab eo porrectis; denegari non poterit: nam licet ſummariſſimum Judicium ſit, & minus ſolemne, ea quæ pertinent ad naturalem defenſionem, inevitabilia ſunt.

97 Quartum infero, ex eo quod iſtæ manutentiones reputentur parvi præjudicii quod in ſimilibus Judiciis, reſtitutio in integrum non debet concedi minori, vel alio privilegiis ejus fruente, ad probandum etiamſi nihil probaverit in illo termino decem dierum. Hanc illationem defendunt Antonius Capicius *deciſ.13. n.11. & deciſ.55. num.5.* Covarruv. *dict. cap.17. n.4. verſ. ſextum*, Menoch. *dict. remed. ultim. num.54* Gravatus *ad Veſtril. lib.5. cap. ultim. num.36.* Oddo *de reſtitut. part.2. quæſt.68. artic.6. num.55.* Benitend. *deciſ.79. num.8.* Joſeph. Ramon. *conſil. 46. num. 32.* Fontanella *dict. p.10. num.68.* Ripoll. *dict. Rub.4 num. 69.* pluribus Poſtius

98 *obſer.82. num.12. & obſer.106. num.75.* Et ratio eſt, quia effectus firmæ juris vel manutentionis ſolum durant pendente lite ſuper negotio principali, qui parvi præjudicii reputantur, ut dixi, & reparabiles ſunt in plenario. Nam ſi damnum irreparabile reſultaret, aliter ſtatuendum eſſet. Praxis antiquior hanc illationem ſequebatur, ſed recentior dubia efficitur, ex obſervatis in cauſa juris firmæ porrectæ, per Syndicum Collegii Sancti Pauli Societatis Jeſu, ſuper poſſeſſione ſeu quaſi privilegii non reddendi rationes de relictis pro ſuffragio animarum coram Ordinario Eccleſiaſtico, in teſtamentis quorum executores ſinguli Societatis nominantur, vel in quibus ipſius Societatis aliquod Collegium vel Domus Profeſſa hæres inſtituitur. Firma hæc poſita fuerat & conceſſa *anno* 1618. ſed non injuncta Promotori Fiſcali Curiæ Eccleſiaſticæ uſque ad *annum* 1644. ſedebat

99 tunc in ſede Archiepiſcopali, Excellentiſſimus Dominus Don Frater Iſidorus Alliaga, prudentiſſimus ſane vir, mihi ſemper venerandus, cujus jura patrocinabar. In ſummaria informatione teſtes omnes producti erant religioſi ipſius Societatis: allegavi pro promotore Fiſcali quod iſti teſtes habebant in cauſa intereſſe ut ſinguli, nam expreſſe dicebatur quod ſingulares Societatis Jeſu exempti erant à juriſdictione ordinarii etiam ſi executores teſtamentorum nominati fuiſſent, & in tali quaſi poſſeſſione reperiebantur. Teſtis namque de re ſua nemo eſſe poteſt text. *in l. nullus 10. de teſtib. for.2. cod. tit.* cum vulgat late Farin. *quæſt.60. ex*

num.4. & num.450 cum ſeqq. quare teſtes de Univerſi-

100 tate quorum intereſt ut ſingulis admitti non debent ad deponendum tanquam teſtes, docent præter Farin. *ubi proxime* Covarruv. *pract. cap.18. num. 4.* Valenzuela *conſil.4. num.51. cum ſeqq.* Fontanella *deciſ.338. ex num.6.* Rota *apud Poſt. deciſ.529. num.10. & deciſ.547. num.8. & 9.* Si enim in re de qua intereſſe tantum habent ut univerſi, non ſunt idonei teſtes ut pluribus docent Cancer *variar. p.1. cap.20. num. 8.* Valenzuel. *conſ.121.*

101 *num.131.* Rota apud Poſtium *deciſ.312 num.13.* quanto minus idonei erunt dum ſingulorum intereſſe tangebat res in judicium deducta? Et licet allegabatur pro Syndico, quod in hoc judicio ſummariſſimo manutentionis repulſa teſtium non habet locum ex doctrina ipſorum Didaci Covarruv. *dict. cap. 17. num.4. verſ. ſeptimum* Jacobi Menoch. *dict. remed. ultim. num.41.* Valenzuel. *conſil.176. num.57.* Fontanell. *dict. part.10. num.70.* Parlador. *rer. quotid. lib.2. cap. fin. p.5. §.10. num.25.* Capicii *deciſ.55. in princ.* Virgin. Bocact. *de interd. uti poſſi-* 102 *det. c.14. num.43.* Noguerol. *allegat.26. num.314.* Ciarlin. *d. c. 127. n. 9.* Tamen cum objectio reſultaret ex actis; Syndicus timens ne omnino excluderentur illius probationes; beneficium reſtitutionis in integrum ad probandum imploravit. Replicabatur quod in hoc judicio ſummariſſimo firmæ juris, reſtitutio nemini conceditur, juxta ea quæ dixi *ſup. n.97.* Sed nihilominus reſtitutio conceſſa fuit, regia interloquutione *diei 16. Ianuarij anni* 1645. referente nobile Domino Don Andrea 103 Sanz; concedendo decem dies ad probandum. Iudici ex ſimili conceſſione reſtitutionis, quod Regia Audientia læſionem in probando agnoverat, quæ adeſſe nequibat, niſi repulſis teſtibus qui erant è ſocietate: quare nomine Promotoris Fiſcalis poſtulavi nomenclatorem teſtium producendorum, & obtinui, & cum omnes de ipſa ſocietate eſſent, deduxi quod admitti non poterant tanquam intereſſe, ut ſinguli habentes, cui inſtantiæ annuit Regia Audientia interloquutione *diei 27.* 104 *Martii* confirmata *diei 8. Maii ipſius anni* 1645. Ex qua praxi & obſervantia Regiæ Audientiæ duo inegabiliter reſultant. Primum quod in hoc judicio ſummariſſimo manutentionis, ſive juris firmæ, reprobationes teſtium admittit Regia Audientia. Secundum quod reſtitutionem ad probandum concedit: ex quibus conſequi videtur quod neque momentaneum judicium reputatur, neque parvi præjudicij.

Sed mihi ſemper ardua deciſionum harum, ratio viſa 105 fuit; quia remedium firmæ juris ſummariſſimum dicitur ut revera eſt, imploratur, & conceditur nullo juris ordine ſervato, nulla prævia citatione ejus cujus intereſt, vel intereſſe poteſt; olim concedebatur abſque probatione, hodie licet exigatur, eſt per viam informationis ſummariæ, & levior difideratur, ad quam ſumendam neque terminus aſſignatur, neque pars citatur, neque repetitio exigitur; unici teſtis dictum in pretio habetur; & dum cautio præſtatur non deſervit ad pronuntiandum in petitorio, ſed ſolum in poſſeſſorio ut ex dictis patet, & ex infra dicendis. Signa evidentiſſima ad ſuadendum quod vere eſt Judicium ſummariſſimum 106 præparatorium interdicti *interim*: nam ut dixi, ſi partes æqualiter probaverint eſſe in poſſeſſione, admiſſis juris firma & contrafirma Judex ex mero officio ſuſcitat articulum *quis lite pendente manutenendus ſit in poſſeſſione*, utque appareat quis actor, quiſve reus eſſe debeat, de cujus articuli interim praxi, latè diſſerit Magnificus Joannes Baptiſta Polo *adverſar.* 240. de cauſa Poſſeſſoria Baroniæ de Albalat de Segart, & aliorum bonorum ductam per Donnam Elenam Villaraſa, viduam & hæredem Don Vincentii Villaraſa cum Domna Theodora ipſius Sorore & donatoria univerſali; in quo aperte dixit quod articulum interim reputavit Regia Audientia tanquam judicium ſummariſſimum; quod & in aliis litibus ſic reputare vidi & in ipſo obſervatur diſpoſitio *cap.5. ordinationum Veſpaſiani Gonzaga anni* 1577. in quo cavetur quod numerus teſtium producendorum 107 in cauſis poſſeſſoriis non excedat octo teſtium. Monſtruoſum quippe eſſet quod judicium juris firmæ abſque dubio præparatorium articuli *interim* plenarium reputaretur; nam præparatorium & præparatum connexa ſunt, & ejuſdem ſunt judicii, ut tradunt. Ripa *in rubric. decret. de judiciis num.11.* Fran. Curtius *in repet. rub. C. de edendo num.* Franciſcus Niconiſ. *in repet. ejuſd. Rubricæ num.7.* Seraphin. *deciſ. 892. num.8.* Decius *conſil. 420. num.2. v.3.* Mandellus *conſil. 223. num.18. verſ. & ideo* Marc. Anger. Leo *de præparat. judicior. part.1 præpar.4. num. 4. & 5. cum ſeq.* Si enim ſummariſſimum poſſeſſorium,

rium, quatenus præparatorium est plenarij possessorij;
108 dicitur modici præjudicij; Berojus *cons.* 11. *num.* 1. & *num.* 46. *lib.* 1. Menoch. *de retinend. d. remed. ult. num.* 3. & *num.* 58. *vers. est ratio* Marc. Angel. Leo *d. c.* 1. *prapar.* 11. *num.* 3. non debemus dicere quod præparatorium summariſſimi interim, judicium plenarium ſit. Nec relevat ſi dicatur quod in judicio juris firmæ, mediante qua conceditur manutentio, agitur de præjudicio non modico, & ſic teſtes reprobari poſſunt; & reſtitutio concedenda eſt; nam quid intereſt non eſt æſtimandum habito reſpectu ad utilitatem poſſeſſionis abſolute ſumptam, ſed habito reſpectu ad id quod intereſt in plena-
109 rio ut tenent Capicius *d. decis.* 13. *num.* 2. Covarruv. *d. c.* 17. *num.* 4. Molin. *de Hiſpan. Primog. lib.* 3. *cap.* 13. *n.* 63. Paz *de tenuta, cap.* 7. *num.* 25. Poſtius *obſervat.* 38. *num.* 11. Quod aperte reſcripſerunt Imperatores Arcadius & Honorius *in l. cauſa* 8. *C. Theodoſ. de juriſdic.* nam tractando de momentaria poſſeſſione inter alia ſubjungunt hæc verba: *cum igitur de his rebus parvis ac minimis tua ſit injuria poteſtatis indicare.* Quo textus ejus eruditus interpres Iacobus Gothofredus in commentario dicit: *Tertium judicium Rectoris Provinciæ cognitione indigenum memorat Honorius interdictum momentariæ poſſeſſio-*
110 *nis.* Et quod hujus generis ſit firma juris probant plurib. Poſtius *d. obſer.* 3. *n.* 28. & Seſſe *d. c.* 6. §. 1. *n.* 47. juxta tex. *in l. unic. C. ſi de monent. Poſſ. & c.* 1. *de cauſ. poſſ. & proprietat.* Et negari nequit quod ex ſui natura utilitas manutentionis modici præiudicij eſt durante lite, reſpectu utilitatis reſultantis ex pronuntiatione plenarij, quam poſt ſe ſpectat; & per quam reparatur præjudicium illatum in poſſeſſorio ſummariſſimo; ob quod dicitur momentaneum, & parvi ſeu modici præjudicij.
111 Et licèt ex diuturnitate litis, quod ex ſe momentaneum eſt fieri poſſit diuturnum, hoc per accidens ſe habet & vitio litigantium adſcribendum venit, cui vigilans litigator occurrere poteſt. Ex quibus ſuppoſita praxi antiquiſſima procedendi in judicio juris firmæ ulla ſolemnitate obſervata, & ſuſcitandi poſt eum articulum *interim* firmiter tenendum credo, quod neque reprobatio teſtium, nec reſtitutio in integrum ad probandum concedi debet; ut tenent Doctores relati *ſupra numer.* 97. *& numer.* 101. quod firmat Poſtius multa congerens *obſer.* 38. *ex num.* 14. *obſer.* 70. *numer.* 3. *& obſer.* 82. *numer.* 12.
112 Quod abſque dubio procedit ſi reprobationes teſtium probandæ ſunt, ſecus ſi ex ipſis actis firmæ juris reſultent. Nam in ſummariis judiciis dilatio ſpecialis ad reprobandos teſtes non eſt concedenda, ut pluribus probavi *ſupra hoc cap.* §. 1. *num.* 30 & in terminis ſummariſſimi manutentionis Poſtius *d. obſer.* 70. *num.* 5. *& obſervat.* 96. *ex num.* 1. Paz *de tenuta d. c.* 7. *num.* 21. Seſſe *in*
113 *anacephal. n.* 23. Rota *apud Poſt deciſ.* 52. *num.* 2. Et quamquam reſpectu reſtitutionis in integrum Poſtius *d. obſer.* 82. *num.* 13. concludat hoc iudicis arbitrio relinquendum eſſe juxta Doctrinam Chriſtophori de Paz *de tenut. d. c.* 7. *num.* 28. notandum eſt quod verſatur maxima differentia inter judicium tenutæ, & ſummariſſimum manutentionis. Nam judicium tenutæ ampliores finus habet. Quia eſt ſummarium & executivum remedium per legem Caſtellæ introductum pro conſequenda actuali detentione bonorum majoratus; ut probat Paz
114 *de tenuta c.* 3. *per tot.* At manutentio ſolum reſpicit detentionis ipſius retentionem, ut ex dictis patet; cujus interdictum intentari poteſt tanquam præparatorium tenutæ, ut ipſe Paz tenet *cap.* 9. *per tot.* ſignum evidens quod diverſificantur; ob quod ea quæ procedunt in uno non ſunt porrigenda ad aliud. Demum Paz loquutus fuit ſecundum obſervantiam Senatus Caſtellæ, in quo tantum de remedio tenutæ lites expediri poſſunt, qui quidem reſtitutionem concedere ſolet, intervenien-
115 te calliditate adverſarij ex tex. *in l. Prafecti* 17. *de minor.* *l. ſi Prætor* 75 §. *Marcellus, ff. de judiciis* quæ jura ſuppo-

nunt dolum, circumventionem, & calliditatem in adverſario minoris, vel obtinentis privilegia illius, quæ ex actis reſultare debet; non autem ſi ſimplex omiſſio interveniat improbanda, & licèt interveniente dolo calliditate vel circumventione, æquum eſt, quod reſtitutio concedatur, regulariter deneganda eſt, ut in terminis tenutæ denegandam tenuit ipſe Paz *d. cap.* 7. *num.* 28. *in fin.* Neque ex deciſis in cauſa prædicta Syndici Collegij 116
Sancti Pauli aliter ſtatuendum eſt, quia non debemus inſpicere quod factum eſt, ſed quid fieri debuit *l. ſed licet* 12. *ff. de offic. Præſid. l. nemo C. de ſent. & interlocut.* pluribus Larrea *deciſ.* 29. *num.* 19. & nihil magis proprium ſupremorum tribunalium eſt, quam ſententias proprias corrigere, ſi agnoſcant aliquid minus recte deciſum, ut cum Maſtrillo, Avendaño, Parladoro, Ludoviſio & aliis docent D. Leo *deciſion.* 26. *numer.* 8. *libr.* 3. & Dñs Creſpi *obſervat.* 22. *numer.* 224.

Quintum infero quod veriſimilitudo, vel inveriſi- 117
militudo dictorum teſtium non venit æſtimanda in ſummariſſimo juris firmæ; nam ſi defectus teſtium non penſantur ut dixi, quod veriſimiliora, vel inveriſimiliora dixerint neque penſandum eſt; quantumvis enim teſtes veriſimiliora deponentes magis credantur quam deponentes inveriſimiliora ex tex. *in l. ob carmen,* §. *ſi teſtes, ff. de teſtib. C. licet cauſam de probat.* cum ſimilib. congeſtis 118
per Farinacium *q.* 65. *n.* 128. *cum ſeqq.* Poſtium *obſ.* 71. *n.* 85. Rotam *dec.* 154. *n.* 2. *& dec.* 503. *n.* 1. *apud ipſum.* Hoc procedit concurrentibus duabus probationibus oppoſitis inter ſe; non vero quando una pars tantum probaverit, quia eo in caſu veriſimilitudo attendenda non eſt: ſicut neque attenduntur cæteri defectus non reſultantes ex actis, ut dictum remanet. Quid autem vero ſimile, vel 119
inveriſimile dicatur, colligunt Doctores ex text. *in c. quia veroſimile de præſumpt. c. in litteris de teſtib. C. cupientes in princ. & vers. quod ſi de election. c. quoniam,* §. *ſi vero ut lit. non conteſt. C. ad decimas de teſtit. ſpoliat. in 6. C. fin. de offic. Vicar. in 6. C. inſpicimus de regul. jur. eod. lib. 6. l. obligare, ff. de pignor. l. in obſcuris* 114. *ff. de regul. juris,* cumulat plura Auguſtinus Barboſa *in collect. ad d. c. quia veroſimile de præſumpt. & Axiom* 223 *per tot.* Sed id pendet ex arbitrio judicis ut docet Menoch. *de arbitrar. lib.* 120
2. *caſ.* 85. *n.* 4. ſed præcipua inveriſimilitudo reſultare ſolet ex repugnantia juris, vel conſuetudinis notæ, ut innuit Poſtius *d. obſ.* 71. *n.* 97. nam veroſimile per antonomaſiam dicitur quod juri vel obſervantiæ congruit Menoch. *d. caſ.* 85. *n.* 5. ut expreſſe habetur *in d. l. in obſcuris,* ibi: *aut quod plerumque fieri ſolet;* quam ſententiam comprobat Menochius *eod caſu* 85. *in fin.* ex Cicerone Revardus *in eod. text.* ex Juſtiniano, & Plinio, & Jacobus Cujacius ex Celſo *in l. ſi pactum* 9. *ff. de probat.* Quæ quidem nota ad effectum æſtimandi dicta teſtium quando concludenter de poſſeſſione non atteſtantur; ſecus ſi concludant, nam ad effectum concedendi manutentionem, ſequi debemus magiſtralem doctrinam Didaci Covarruvias *in d. cap.* 17. *numer.* 6. quam omnes amplectuntur.

Sextum infero quod in judicio firmæ juris ſolum at- 121
tenditur factum merum poſſeſſionis, ſeu detentionis, vel inſiſtentiæ ut docent Seſſe *d. c.* 6. § 1. *n.* 70. Fontanella *dec.* 165. *n.* 14. & latiſſime Poſtius *obſer.* 5. *per tot.* ſignanter *n.* 18. ubi infinitos ferme congerit, & per aliquot obſervationes ſequentes diſſerit quomodo, & ex quibus actis mandatum manutentionis concedi debet, in quibus explicandis non immoror, ne vitium tranſcribendi incurrere videar. Et *obſ.* 42. *ex n* 94. docet, quod in 122
praxi Valentiæ receptum eſt, nempe in hoc judicio non diſputari de jure, ſed de facto poſſeſſionis ob quod non inſpicitur juſtitia, vel injuſtitia poſſeſſionis obtentæ, ſed factum merum; ex quo infert tanquam regulam indubitatam, & generaliter tenendam, quod illicicitus, ille- 123
gitimus, vitioſus atque injuſtus poſſeſſor, etiam ſi ſit,

vel prædo sit, manutenendus est ex doctrina Pauli *in l. 2. ff. uti possider.* quam diffuse explicat *n.* 103. *& n.* 113. Hanc conclusionem libenter amplector: sed cum declarationibus sequentibus.

124 Primo declara, quod regula procedit in illo primo decreto per quod inaudita parte cujus interest, juris firma admittitur, & qui eam ponit manuteneri mandatur in possessione quam habere affirmat, de quo nondum constat an justus, vel injustus possessor sit; non autem in confirmatione ipsius decreti, discussis jam rationibus, quæ infra terminum decem dierum opponendæ sunt, in vim ipsius primi decreti. Nam si per illas detegatur vitium intrusionis fraudulentæ, rapinæ, latrocinii, vel violentiæ iniquum esset manutentionem confirmare, ut pluribus probant Cacheranus *decis.* 34. *n.* 26. Ciarlin. *lib.* 2. *constr. c.* 211. *ex n.* 72. Capicius Galeota *lib.* 1. *contro* 3. *num. fin.* Quia doctrina prædicta procedit ante-

125 quam appareat de vitio possessionis, ut cum plurimis præsupponit, Postius *d. obser.* 42. *n.* 113. Et in jure nititur ista declaratio per tex. *in l.* 1. *in fin. ff. uti possid.* ibi: *has enim possessiones non debere proficere palam est.* loquitur hic Ulpianus de eo qui vi, aut clam, aut precario possidebat, sicut *tex. in c. licet de probat.* ut tenent Guid. Pap. *decis.* 71. Ant. Fab. *in C. lib.* 8. *tit.* 4. *defin.* 3. Et licet communis interpretum sententia sit, quod procedat quando hæc vitia possessionis proveniunt ab ipso adversario,

126 non autem ab extraneo, ut explicatur in ipso textu, & *in l. fin. ff. de adquir. posse.* cujus verba sunt: *adversus extraneos vitiosa possessio prodesse solet.* Quod dixit etiam Justinianus *in d. §. retinenda 5. institut. de interdict.* ibi: *ut ille vincat. & in re soli, & in re mobili, qui possessionem, nec vi, nec clam, nec precario ab adversario litis contestatæ tempore possidet.* Rarissimè vitia hæc ab aliis proveniunt.

127 Exempla vitiosæ possessionis tradunt Consulti; nam *vi possidere* ab adversario dicitur qui antiquiori possessore violenter excluso in possessionem introducitur tex. *in l. 1. §. vi possidere, ff. de vi, & vi armat.* Et sic violentum hunc possessorem interdictum non juvat, *clam possidere* dicitur qui furtive, & dolose possessionem ingressus est, eo ignorante cum quo controversiam habere veretur. *tex. in l. clam possidere, ff. de adquir. posse.* unde nec ei interdictum

128 prosit. tex. ad rem *in l. fin. C. qui legitim. person.* ibi: *sub colore autem adipiscendæ possessionis obreptitia petitio alteri obesse non debet, maxime cum absque contentione persone legitima initiatum jurgium videatur.* Cujus speciei plures controversiæ quotidie suscitantur. Tum quia calliditas litigantium eo extendatur, ut audeat possessorem turbare per aliquot actus possessorios clandestine gestos; tum etiam quia dum vi legis possessio in aliquem transfertur, ut Castellæ per *l.* 45. *Tauri*, quæ est *l.* 8. *tit.*

129 7. *lib.* 5. *recopil.* nam transfert possessionem civilem & naturalem cum suis effectibus in verum successorem majoratus, de quo late Paz in *tot. tract. de tenut.* Molin. *de Hispan. Primog. lib.* 3. *c.* 13. *num.* 70. *& ibi* Addent. Mieres de Majorat. *part.* 3. *q.* 22. Matienzus, Gomez, Azevedo, & cæteri interpretes *dicte legis.* Et in Regno Valentiæ per *for.* 6. *de donat.* transfertur namque ex omni contractu vi hujus fori, ut tradunt Belluga *in speculo rub.* 13. *§. tractemus, n.* 44. *& rub* 14 *§. nunc videamus, n.* 9.

130 Dñs Leo *decis.* 110. *n.* 9. & Dñs Crespi *obser.* 15. *n.* 308. Post delatam successionem, mediante qua transfertur possessio civilis, vel civilissima, quæ etiam naturalis dicitur, cum omnibus suis effectibus, cui competunt omnia remedia possessoria ut tradunt Cancer *var. lib.* 2. *c.* 6. *n.* 54. Fontanella *d. p.* 10. *ex n.* 1. Sesse *de inhib. c.* 20. *ex num.* 34. Mar. Coltel. *de donat. to.* 2. *discurs.* 1. *special.* 17. *n.* 49. Amat. *var. lib.* 1. *resol.* 39. *num.* 19. Postius *obser.* 55. *n.* 54. *cum seqq.*

131 dum plures putant sibi successionem delatam fuisse, omnes concurrunt ad apprehendendam possessionem, & si realem corporalemve ingressus non fit successor, cum ingrediatur non citato legitimo successore, clandestinam possessionem nanciscitur, quæ manutenibilis non est, ut pluribus tenent Doctores laudati, præsertim Dñs Leo *d. decis.* 110 qui in fine ponit decisiones Regiæ Audientiæ, & hujus Supremi. Quibus adde decisiones novissimas in causis de quibus statim dicemus. *Precario* possidere dicitur qui ab alio impetravit ut sibi possidere permittat rex. *in l.* 1. *ff. de precar.* Tradunt hanc distinctionem communiter Doctores in his juribus, sed compendiose Donell. *lib.* 15. *Comm. c.* 32. ubi Illiger. Pichard. *in d. §. retinenda, n.* 8. pluribus Postius *obs.* 71. *n.* 3. 17 *cum seqq.* Et licet quoad extraneos hæc vitia nihil operentur, ut dixi, raro cum eis lites similes agitantur; sæpius namque præmeditatæ intrusiones diriguntur ad excludendos eos cum quibus lis docenda est; & quanquam precario nomine eorum possessio non quæratur, vi, aut clam frequenter quæri solet, ob quod vitium adest à jure consideratum, ad denegandam manutentionem, in ipso ingressu possessionis seu detentationis, per quod infecta ipsa possessio manet, seu verius turbatio tantum exercetur, non autem possessio adquiritur, tex. *in l. improba* 194 *7. C. de adq. posse.* docent Menoch. *de retin. remed.* 3. *n.* 790. Cancer. *d. c.* 14. *n.* 54. Valasc. *cons.* 76. *n.* 19. Fontan. *d. p.* 10. *n.* 78. plurib. Post. *obs.* 41. *ex n.* 1. *præsert. n.* 137. *&* 150. *obs.* 50 *n.* 4. *&* 6. *& obs.* 7. *n.* 6. *cum seqq.* Rot. *apud ipsum dec.* 5. *n.* 6. *dec.* 15. *n.* 2. *dec.* 42. *n.* 66. *dec.* 26. *num.* 5. *dec.* 103. *n.* 5. *de-* 135 *cis.* 116. *n.* 1. *dec.* 118. *n.* 2. *dec.* 161. *n.* 3. *dec.* 168. *n.* 2. *dec.* 189. *n.* 4. *dec.* 228. *n.* 3. *dec.* 299. *n.* 1. *& decis.* 329. *n.* 1. Barb. *vote* 47. *ex n.* 217. *lib.* 2. Et sic pluries vidi despicere similes possessiones revocando juris firmas obtentas virtute possessionum clandestinarum; quia derecto vitio clandestinitatis pro nihilo reputantur, ut in causis memoratis & aliis plurimis ejusdem speciei.

Secundo declara, quod multo magis hæc doctrina 136 procedat in supremis Tribunalibus, ubi nomine Principis jus redditur, nam in eis nunquam conceditur manutentio, neque juris firma confirmatur ei qui non fovet justam causam ex doctrina singulari Matthæi de Afflictis *dec.* 364. ubi Ursil. *ad fin.* quem sequuntur Portoles *ad Molin. verb. manifestatio, n.* 44. *&* 45. Bardaxi *ad for.* 1. *de apprehen.* 3. *p. q.* 3. *n.* 6. Cancer. *d. c.* 14. *n.* 56. Fontanella *d. n.* 78. Postius *d. obs.* 42. *n.* 137. Barb. *vote* 106. *n.* 67. *lib.* 3. Noguerol. *alleg.* 26. *n.* 389 Cum enim in Supremis atten- 137 datur potius veritas, quam subtilitas juris, vel ritualis modus concedendi manutentionem, ratio semper quæritur, & fundamentum petendi firmam juris; & sic quoties petitur injustitiæ firmantis, quis judicum manutentionem dabit? Gratian. *discep. for. c.* 899. *n.* 22. Ciarlin. *controv. c.* 107. *n.* 40. *& c.* 169. *n.* 47. *& c.* 210. *n.* 8. *& c.* 211. *n.* 12. *cum seqq.* pluribus Postius *d. obs.* 42. *n.* 137. si enim justi- 138 tia, vel injustitia non requirit altiorem indaginem, sed clare ex actis percipitur, tunc manutentio venit donenganda; & multo magis confirmatio juris firmæ, nam frustra adhiberetur summarissima illa cognitio quæ in judicio rationum adhibetur, sic tenet Cancer. *d. c.* 14. *n.* 14. Tribunal namque supremum non debet prorogare decisionem ejus quod sibi constat, nec ferere lites, ex litibus quas unica sententia tollere potest, tex. *in l.* 3. *C. de fruct. & lit. expens.* Surdus *dec.* 120. *num.* 8. Ciarlin. *ubi prox.* Citiac. *contr.* 10. *n.* 60. Post. *d. obs.* 42. *n.* 146. juxta quam declarationem observantia viget in Regiis Senatibus.

Tertio declara dum possessio, cujus virtute firma po- 139 sita est, non est turbida, intricata, vel obscura, quia si ejus generis sit, firma non potest confirmari, nec manutentio concedi, tex. *in l. quemvis* 13. *ff. de reb. auctor. Jud. possid.* docent cum Ruginello, Marchesano, Gonzales, Vivio, Marescoto, Gratiano, Cyriaco, & aliis Post. *obser.* 49 *ex n.* 1. Verallus *dec.* 202 *n.* 1. *p.* 2. Ciarlin. *d. c.* 107. *num.* 37. imo in tali casu subintrandum erit ad cognoscendum de jure possidendi, & gustandum merita petitorii, ita 140 Grat. *discep. for. c.* 450. *n.* 41. *& c.* 870. *n.* 19. Card. Mantica *dec.* 95. *n.* 10. Rota *dec.* 308. *n.* 7. *p.* 1. *recens.* Farin. *p.* 1. *dec.* 513. *n.* 5 Ant. Faber. *in C. lib.* 1. *tit.* 2. *defin.* 31. Mastril. *dec.* 229. *n.* 2. Ioseph. Ramon *d. cons.* 56. *n.* 7. Post. *obs.* 49.

num. 2.

num. 2. Barb. *voto* 47 *n.* 132. *& voto* 95 *n.* 26. *lib.* 2. *&* 3. Unde clare resultat, quod quando possessio personaliter capta non est per firmantem, sed per conjunctam personam nempe patrem, fratrem, vel similes, aut per habentem mandatum quantumcumque generale, nisi specialiter ad possessionem capiendam concessum sit, turbida & obscura redditur, etiam si supervenerit ratihabitio; re non
141 integra, quia jam protestatio adhibita per adversarium fuit, vel alio modo oppositа contradictio, ante perfectionem actus ipsius possessionis, ut accurate notat Barbosa *d. voto* 47. *n.* 236. *& voto* 97. *nu.* 21. Et est ratio quia non possidet tempore litis motæ propter actum propria auctoritate vel aliena factum, super quo simul atque notitiam adversarius habuit judicialiter conque-
142 stus fuit. Ant. Capicius *dec.* 209. *in princ.* Garcia *de nobilit. glos.* 35. n. 49. Lancellot. *de attentat. c.* 4. *limit.* 1. *num.* 48. Cancer. *lib.* 2. *var. c.* 2. *n.* 139. *& p.* 3. *c.* 4. *n.* 25. *& c* 14. *n.* 72. Ramon. *d. cons.* 56. *n.* 5 deficit namque animus ejus qui capere possessionem curare debebat, & remanet turbida atque inefficax, ad obtinendam manutentionem simul atque non apparet liquidè de animo tex. *in* §. *penult. instit. per quas person. nob. adqu. & in l.* 1 §. *per procuratorem. ff. de adquir. poss. l.* 1 ubi Glos. *verb. liberam, & in l.*
143 *per Procuratorem, C. eod. tit.* Mascard. *de probat. concl.* 1190. *n.* 6. Menoch. *cons.* 1002. *n.* 5. Bellon. *consil.* 45. *n.* 18. *&* 19. Grat. *discep. for. c.* 450. *n.* 26. *cum seq. & c.* 910. *num.* 37. Milanens. *dec.* 3 *n.* 181. *lib.* 1. Barzius *dec.* 46. *n.* 9. Mantica, *decis.* 272. *n.* 1. Cyriac. *contr.* 46. *n.* 12. aliis relatis Post. *obs.* 55. *ex num* 114.

144 Quarto declara, si judicium summarissimum possessorium non habet admixtam causam proprietatis; quia si eam habuerit, tunc possessorium quantumvis summarissimum expediri non potest quin de justitia proprietatis cognoscatur, ut cum Palacio Ruvios, Avendaño, Antonio Gomez & cæteri interpretes legum Tauri *in d. l.* 45. docent Valenzuela *cons.* 97. *ex n.* 220. Molina *de Hispanor. primog. d. lib* 3. *c.* 13. *ex n.* 9. Fontanella *d. claus.* 7.
145 *glos.* 3. *p.* 1. *n.* 50. *& p.* 4. *n.* 21. *& p.* 11. *n.* 18. Ant. Amato *variar. lib.* 1. *resol.* 39 *nn* 6 Post. *obs.* 43. *n.* 7. Adeo, ut si de re Ecclesiastica tractetur, Judex secularis qui solum cognoscere potest de mero facto possessionis, incidenter gustare poterit de justitia, vel injustitia illius, non ut de proprietate aliquid decernat, sed ut de possessione melius judicium proferat Ant. Faber *in c. lib.* 1 *tit.* 2. *defin.* 12. Fontanella *dec.* 340. *n.* 12. Peregrin. *dec.* 145. *nu.* 8. Guid. Pap. *dec.* 71. Gratian. *discep. forens. c.* 238. *n.* 67. Larrea *allegat. fiscal.* 27. *n.* 23. *in fin.* Covar. *prac. c.* 35. *n* 1. *c conl.* 1 *vers. ex quo apparet*, Menoch. *de retin. remed.* 3. *ex n.* 331. Ioan. Gutierrez *Canonic. lib.* 1. *c.* 34. *n.* 45. *cum seqq.* cum in hoc
146 casu titulus exhibeatur ad adminiculandam possessionem pluribus Ciarlin. *lib.* 2. *controv. c.* 119. *n.* 12. Hujus declarationis exempla plura quotidie cernuntur, signanter quando per mortem successoris majoratus, vel fideicommissi perpetui, sunt duo, vel plures contendentes sibi delatam fuisse successionem, dimanantem unica atque individua dispositione: nam quilibet ex istis conatur ingredi possessionem propriâ auctoritate, vel ex consensu subditorum, & non unquam auctoritate Judicis, tanquam successor vinculi, vel majoratus. In quibus, & similibus, præterquam quod possessiones laborare solent vitio violentiæ, vel clandestinitatis, cognosci non potest de possessione quin cognoscatur de jure successionis: & consequenter firmæ juris expediri nequeunt absque cognitione successionis, cum origo possidendi sit ipsa successio, ut pluribus ostendit Postius *d. obs.* 43. *per totam.* Et sic firma juris illius qui melius jus ostenderit in successione confirmanda erit, & cæteræ
147 revocandæ sunt. Ita decisum in Reg. Aud. duobus sententiis publicatis per Gasparem Mascaro, & Eusebium de Benavides *die* 15. *Februarii* 1662. confirmatis in hoc Supremo, ad favorem Dominæ Elisabeth Constans, de soler contra Dominam Vincentiam, in causâ successionis vinculi instituti per Magnificum Hieronymum Arrufat, quondam Senatorem ipsius, & postea in hoc Supremo cum sex Associatis desumptis ex Regio Consilio Castellæ, in causa Status Sugurbii sententia publicata per Don Ludovicum Boër, Regii Mandati Scribam, *die* 26. *Iunii* 1675. Quo ad res Ecclesiasticas adest decisio trium Aularum ejusdem Regiæ Audientiæ *anni* 1649. de qua mentionem feci *c.* 2. §. 2. *n.* 64. in causa juris firmarum Don Iosephi Sanz Canonici, Almæ Sedis, & in ea Archidiaconi Algeziræ, & Don Iosephi Puiazons etiam 148
Canonici super possessione Vicariatus Capituli Sede vacante cum confirmatione Supremi, quo ad gustandum merita ad meliorem declarationem possessionis: non vero quo ad manutentionem. Nam in hoc Supremo revocata fuit manutentio concessa per Regiam Audientiam Don Iosepho Sanz, & data Don Iosepho Puiazons. Ex istis sententiis Supremi statuitur lex ad similes casus: quia Regiæ sententiæ Supremorum vim legis obtinent ad omnes casus similes *text. in l. fin. C. de legib. privil.* 2. §. *attento Dñi Regis Ioan. I I.* ut dixi *c.* 8. §. 5. *n.* 3. docent C. Leo *dec.* 81. *n.* 12. Valenzuela *consil.* 80. *num.* 55. *cum seqq. cons* 73 *n.* 53. *cons.* 83. *n.* 116 *& cons.* 169. *n.* 23. *&* 26 Fratus *discep. Forens. p.* 4. *c.* 18. *n.* 7. D. Crespi *obs.* 1. *num.* 89 *&* 194. *& obser.* 22. *num.* 198.

Neque his repugnat dicere, quod *in tex.* habetur, de 149
jure firmantes non posse expelli à possessione quin præcedat causæ cognitio in judicio proprietatis cujus sententia transeat in judicatum, quod confirmari videtur per *for.* 11. *de præscrip. & de privil.* 22. §. *item concludimus D. R. Petri primi*, & de jure per *tex. in l. meminerint. C. unde vi, c.* 1. *&* 2. *ut lit. pendent.* & utrobique Doctores, Covarruv. *d. c.* 17. *in princ.* Cancer. *d. c.* 14. *n.* 4. Postius *obser.* 1. *n.* 38. Berlich. *practicab. p.* 2. *conclus.* 34. *num.* 41. *vers. quilibet.* Carpzovius *in pract. crim. part.* 3. *q.* 113. *n.* 2. D. Leo *d. decis.* 95. *n.* 4. Larrea *d. decis.* 5. *ex n.* 1. Sed peperam hæc dicuntur, nam licet in precibus nostri tex- 150
tus dicatur, decretum hoc non dicit, sed tantum *quod firmans de jure manuteneatur in possessione quousque per judicem ad quem spectat aliter sit pronunciatum*; vis namque legis non in precibus sed in decreto Principis legislantis continetur tex. *in l. & ideo* 11. *ff. de legibus.* ut cum D. Leo *decis.* 39. *n.* 51. *tom.* 9. dixi *c.* 3. §. 1. *nu.* 134. & post me Dominus Crespi *obser.* 111. *n.* 6. *cum seqq.* imo re bene inspecta preces claudicant dum dicunt quod secundum foros sententia ferenda est super petitorio & transire in judicatum; nam in nullo foro hoc reperitur dictum, sed solum quod nemo excludatur à possessione absque causæ cognitione, ut *in d. for.* 11. *de præscrip. dict. privil.* 22. §. 1. quod est diversum, si enim sententia super petitorio expectanda esset, nunquam revocaretur admissio juris firmæ in summarissimo judicio rationum; quod esset absurdum, & contra id quod observatum quotidie vidimus, sicut ex sententiis mox adductis patet, cum enim causa possessoria momentanea sit tex. *in c.* 1. *de caus. poss. & propriet.* ubi Barbosa quæ de momentanea possessione dicuntur in jure, judicio summarissimo adaptantur, & sic causæ cognitio per decretum hoc desiderata, est illa quam natura judicii paritur ad effectum excludendi viam facti, ita ut nemo privetur suâ possessione quin per Judicem audiatur, & sis de- 151
bito modo terminetur, optimus ad rem textus in *l.* 2. *C. si per vim vel alio modo*, ibi: *quia negotiorum merita partium assertione pendentur.* Quod est de mente omnium Doctorum, ut docuerat Calistratus *in l. extat* 13. *ff. quod metus causa*, ibi: *de quadruplo, & simplo, & causa cognitione, qui tenentur hac actione, & quid probandum sit ab actore, natura hujus actionis.* idem probat tex. *in l. nnic. C. si de moment. poss.* ibi: *cum de possessione & ejus momento causa dicitur, & si appellatio interposita fuerit, tamen lata sententia sortitur effectum. & in l. si colonus* 14. *C. de agricol. & censit. lib.* 11. ibi: *possessori primum oportet celeri reformatione succurri: & tunc causam originis, & pro-*

prietatis agitari. in *l. momentaria* 8. *C. unde vi* contenta *in*
152 *l. causa, C. Theodos. de jurisdict. l. unic. C. Theodos. si de momen. fuer. appellat.* Melior ad rem tex. in *l. in interdicto* 22. *C. Theodos. quor. appellat. non recip.* ibi: *ne quod beneficio celeritatis inventum est, subdatur injuriis tarditatis.* Quem textum ad hoc allegat Ant. Faber *in C. d. lib.* 8. *tit.* 7. *def.* 1. *num.* 11. *in notis.* & Iacobus Gothofred. *in comm. ejusdem* accuratè dixit *dementiationis ambages, & mora non requirantur.* & in *d. l. causa* satis exprimit dum hæc verba profert *Quod mox audiri, reddi, expedite debet sine alia procrastinatione & dilatione unde momentaria possessioni nomen.* Et ante ipsum Cujacius *lib.* 1. *observat. c.* 26. dum dixit: *Momentaria possessio, sive momenti beneficium est celeris reformatio, restitutio possessionis per vim vel alio modo ablatæ, vel interpellatæ.* ubi scite *vel interpellatæ* subjungit, ne momentariæ beneficium excluderet interdictum retinendæ, de quo agimus. Si enim spectandum esset judicium proprietatis, ut aliqui autumant, nulla firma juris revocari posset in summariissimo judicio rationum, quod absurdum esset. Adhibita igitur causæ cognitione quam natura judicii patitur, bene juxta forum revocari potest, & quotidie revocantur. Nostra igi-
153 tur interpretatio juri communi congruit, & praxi adaptatur, quantumvis de justificatione possessionis non sit agendum necessariè, ut pluribus probat Postius *dict. obs.* 42. *ex n.* 1. Quod intelligendum est dum partes non tractant de justificanda possessione; secus si subintrent in discussione justificationis; vel possessio ab aliquo deducta ex titulo specifice edito ortum habere dicatur; vel titulus exhibeatur; nam in quocumque ex his casibus
154 pars allegans possessionem præscriptionemve, ab ea discedit, & inhæret radici justificationis vel tituli exhibiti juxta doctrinam Iosephi Mascardi *de probat. concl.* 1378. *n.* 72 Chochier. *act. de jurisdict. in exemptos part.* 3. *q.* 32. *n.* 4. nam titulus ex quo vera probatio elicitur, excludit præsumptionem resultantem ex possessione, vel præscriptione docent Gratianus *discep. forens. cap.* 215. *n.* 20. Sesse *decis.* 187. *n.* 57. Mantica *de tacit. & ambig. convent. lib.* 22. *tit.* 8. *n.* 37. Seraphin. *de if.* 1498. *n.* 18. *& decis.* 454. *n.* 4. Ludovis. *decis.* 467. *n.* 7. Molina *de Just. & jur. disp.* 76. *n.* 1. Valenz. *consil.* 93. *n.* 12. Tapia *decis.* 2. *n.* 396 Garcia *de expens. c.* 9. *n.* 29. Giurb. *de success. feud.* 1. *§.* 2. *glos.* 11. *n.* 78. *&* 80. *& observat.* 71. *n.* 2. destructa igitur ef-
155 ficacia possessionis, & præscriptionis titulus permanet cum suis qualitatibus vel vitiis docent Covarruv. *in c. possessor part.* 2. *§.* 3. *n.* 7. *&* §. 8 *n.* 4 Barbosa *in Rubr. de præscrip. n.* 168. *cum seqq.* Angiano *de legib. lib.* 2. *controvers.* 20. *n.* 39. Gracian. *discep. forens. c.* 441. *n.* 17. Avendaño *de exeq. mand. lib.* 1. *c.* 12. *n.* 32. Gribelus *decis.* 76. *n.* 6. Peregrin. *consil.* 69. *n.* 15. *& n.* 48 *lib.* 1. *& de jur. fisc. lib.* 6. *tit.* 8. *n.* 25. Salgado *de reg. protect. part.* 3. *c.* 10. *n.* 285. Mascar. *de prob. concl.* 225. *n.* 24. *& concl.* 1372. *n.* 65. Osascus *dec.* 101. *n.* 13. Molin. de Hispanor. *primog. lib.* 2. *c.* 6. *n.* 65. Menoch. *de præsump. lib.* 3. *præsum.* 131. *n.* 45. *& de retinend. d. remed.* 3. *n.* 638. Fontanel. *d. claus.* 4. *glos.* 13. *part.* 4. *n.* 47. *cum seqq.* Cancer. *d. lib.* 3. *var. c.* 3 *n.* 124. *& n.* 142. pluribus Giurba
156 *d.* 5. 11. *n.* 80. *& d. observ.* 71. *n.* 4. concludendo, quod ex mentione, vel usu tituli cuncta vitia ejusdem influunt in possessionem, eam infectando. Unde cum in Ecclesiasticis, & profanis controversiis possessoriis assuetum sit deducere ea quæ ad petitorium pertinent, non ad effectum discutiendi merita petitorii, sed ad corroborandam possessionem, ut pulchre notat Faber *dict. defin.* 3.
157 *cum aliis adductis sup. num.* 145. tunc qui potiora jura ostendit in petitorio, debet vincere in possessorio cæteris paribus, ut idem cum decisione Senatus Sabaudiæ firmat. Quod tenuerunt pariter Cancer. *dict. c.* 14. *n.* 19. Scaccia *de Jrdic. lib.* 2. *c.* 7 *n.* 98. *cum seqq.* aliis plurimis congestis Post. *d. obs.* 42. *ex n.* 137. Et est ratio quia sæpissime possessio dependet à titulo, & sic eo deficiente ipsam deficere necesse est, tex. *in l.* 2. *ff. de bonor. possess. secund. tabul.* ibi: *ambulat cum dominio possessio*, ut dixerat Belluga *ubi supr.* & aliis relatis tradit Pratus *d. to.* 4. *c.* 1. *n.* 12. & sic decisum in sententiis memoratis *sup. n.* 147.

Sed dices ad quid deserviet communis traditio per 158
quam Doctores passim tenent quod in hoc strictissimo Judicio firmæ juris, vel manutentionis solum de merito facto possessionis tractare oportet, ita ut nulla justificatione egeat, neque admittenda sit cognitio meritorum, imo remittenda venit ad petitorium ut pluribus fundat, ipse Postius *d. obs.* 42. *ex n.* 1. Cui interrogationi 159
facillime responderi potest, quod conclusio procedit dum partes solo facto meræ possessionis inhærerent; secus si ad alia progrediantur; progrediuntur equidem dum titulum exhibent, de ejus validitate disputant, atque merita universæ causæ proprietatis discutiunt; nam cum in hoc casu ex actis appareat quis justitiam foveat, iniquum esset eam despicere, & iniquo possessori manutentionem dare; litem ex litibus ferendo, ut dixi *sup. n.* 138. & pluribus probat Post. *ead. obs.* 42. *n.* 140. *cum seqq.* Quod in jure receptissimum est voluntate litigan- 160
tium firmari, ea quæ aliàs non admitterentur. Nam qui non tenetur respondere coram Judice incompetenti, sortitur ejus forum dum directè respondet & prorogat ejus jurisdictionem, nisi specialiter ei sit interdictum ex doctrina tex. *in l. si convenerit* 18 *de jurisdict. for.* 22. *in fin. de Judiciis*, pluribus Carlevalius *lib.* 11. *tit.* 1. *disp.* 2. *q.* 8. *n.* 968. ex nostratibus Belluga *in specul. Rubr.* 15. *num.* 5. *& rubr.* 41. *n.* 59. D. Leo *decis.* 105. *n.* 14. *& decis.* 168. *n.* 12. & Dominus Crespi *d. obs.* 15. *n.* 80. *cum seqq.* Sententia in 161
rem judicatam transacta, pro veritate habetur, facit de albo nigrum, & sic de ea non est amplius judicandum tex. *in c. quod ad consultationem de sent. & re judic. l.* 1. *C. quando provoc. non est necess.* cum pluribus adductis per Valenzuel. *consil.* 68. *ex n.* 22. *consil.* 121. *n.* 158. *consil* 123. *ex n.* 11. *cons.* 134 *n.* 34. *consil.* 150. *n.* 12. *& consil.* 169 *n.* 14. *cum seqq.* Maranta, Tuscus, Scaccia, Giurba, Salgadus, Grarianus, Vela, Borrellus, Pareja, Larrea, Cancer, Suelves, Ramon, Fontanella & Ripoll, quos laudat & sequitur Cortiada *decis.* 12. *num.* 43. Et nihilominus si partes subintrent in discussione meritorum, potest retractari, & prævalet sententia contra sententiam docent Felinus *in cap. inter cæteras numero quarto, declarat.* 5. *circa fin. de sent. & re judic.* Lanfrancus *de Oria in c. quoniam contra n.* 38. *de probat.* Cancer. *variar. libro secundo, capit.* 3. *numer.* 127. & latius *capit.* 17. *num.* 1. *per plur. seq.* Ciriacus *contr.* 187. *num.* 10. *&* 25. Ripoll. *ad Pegner. in prax. rub.* 19. *nu.* 28. Carrozius *excep.* 119. Cortiada *d. decis.* 12. *n.* 69. D. Leo. *decis.* 26. *n.* 5. *cum seq. tom.* 3. ubi decisionem Supremi tradit. Giurba *decis.* 14. *num.* 5. Fontanella *decis.* 377. *n.* 21. & sic observat regia Audientia, ut in causa executiva Domnæ Michaëlæ Oñata cum Petro Quevedo, nam sententia publicata per Vincentium Ferrera Regii Mandati scribam *die* 28. *Novembris* 1672. fuit revocata alia sententia lata in eadem Aulâ, & sub examine ejusdem Auditoris, publicata per eundem *die* 5. *Septembris ipsius anni*; quæ sustineri non posset nisi partes subintrassent in discussione meritorum, idem observatur in hoc Supremo, nam sententia publicata per Petrum Navarro loco Michaëlis Codorniu. 12. *Septembris anni* 1624. ad favorem Fratrum Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede, & contra Fra- 162
tres Ordinis sanctissimæ Trinitatis super jure redimendi Captivos in Regnis Coronæ Aragonum, cujus litteræ executoriæ traditæ fuerunt *die* 6. *Octobris* 1625. & sub prætextu contradicendi copiam processus postulatam per Syndicum Mercenariorum *die* 3. *Junii anni* 1660. Syndicus Trinitariorum eandem sententiam impugnavit, subintrando discutionem meritorum quam non exclusit adversarius, & sic lis adhuc pender, despecta exceptione rei judicatæ oppositæ post ingressum discutionis: sed realis pronunciatio est adducta per D. Leo. *ubi prax.* sententia lata in judicio executivo; vel 163
summario non producit rem judicatam ad petitorium, sive

ſive judicium ordinarium proprietatis text. *in l. ſi Judex* ubi Gloſ. *verb. alimentorum in fin. ff. de his qui ſunt ſui vel alien. jur. l. ſi quis à liberis*, §. *ſi vel parens*, *ff. de liber. agnoſcen.* Bartol. *in l. qui Romæ* 122. §. *duo fratres n.* 7. *ff. de verb. obligat. & in l.* 1. *n.* 12. *cum ſeq. C. quand. provoc. non eſt neceſſ.* Maſtrillus, Caſtillo, Barzius, Surdus, Carrarius, Gratianus, Franchis, Marta, Oſaſcus, & Seſſe apud Fontanellam *deciſ.* 132. *num.* 3. *&* 4. Valenzuel. *d. conſil.* 121. *num.* 106. Dñs Creſpi *obſer.* 23. *n.* 168. *& obſer.* 103. *n.* 70. ſi tamen partes progrediantur ad plenam diſcutionem meritorum & jurium cauſæ ordinariæ, jus fuit quoad omnia judicia; pluribus idem Dominus
164 Creſpi *d. obſ.* 23. *n.* 169. *& obſ.* 114. *n.* 67. Et ratio horum omnium & ſimilium eſt, quia ſtatutum per legem favore alicujus procedit eo petente juxta text. *in l.* 2. §. *quod ait Prætor. l. ſi quis filium*, §. *ſtipulatio*, *ff. de collat. bonor. l.* 1. *ff. ut legat. nom. Caveat. l.* 4. §. *hoc autem judicium*, *ff. de damn. infect. c.* 1. *de ſentent. excom. in* 6. *c.* 1. *de ſepultur. eod. lib.* 6. tradunt Ripa & communiter: intérpretes *in d. l.* 4. §. *hoc autem judicium*, Ioan. Gutierrez *in repet. tex. in l. nemo poteſt* 55. *n.* 454. *ff. de legat.* 1. Imbrianus, Cagnolus, Cephalus, Menochius, Mexia, Scroſa, Medices, Franchis, Surdus, Anania, Rolandus, Peregrinus, Aretinus & alii apud Giurbam. *obſer.* 108. *n* 19.

165 Quinto declara principalem concluſionem niſi actus poſſeſſorius ratione cujus firma juris poſtulatur, dederic cauſam liti: nam iſte turbatio potius quam poſſeſſio eſt, docent Lancellotus, Fontanella, Rota & alii apud Poſtium *obſ.* 17. *n.* 44. Cancer. *variar. d. lib.* 3. *c.* 4. *nu.* 95. Romanus *d. conſ.* 56. *n.* 5. *& conſ.* 58. *n.* 3. Ripoll. *ad prax. Peguer. d. rub.* 4. *n.* 63. Rota *deciſ.* 30. *n.* 1. *p.* 1. *recentior.* Gregor decim. quint. *deciſ.* 4. *n.* 5. *& deciſ.* 569. *n.* 4. Duran. *deciſ.* 330. *n.* 4. *& deciſ.* 349. *n.* 1. Rota apud Poſtium *deciſ.* 213. *n.* 1. Barboſa *vot.* 43. *n.* 23. *lib.* 2. *& voto* 47. *n* 233. *& voto* 95. *n.* 31. *lib.* 3. Noguerol. *allegat.* 25 *n.* 192. *allegat.*
166 26. *n.* 381. *& allegat.* 28. *nu.* 65. *cum ſeqq.* diciturque dare cauſam liti ſi qui antea neque civiliter neque naturaliter poſſidebat, actum geſſerit ex quo lis ortum habet late Poſtius *d. obſer.* 17. *num.* 55. *cum ſeqq.* iſti enim actus manutentionem non merentur. Et in praxi hujus declarationis & doctrinæ, plurium iniquitatum effectus excludi poſſunt, cum frequentiſſime callidi litigatores ut jura adverſarii, cum quo litem habere deſiderant, facilius intervertant, vel ob nubilent, per clandeſtinam turbationem doloſe incipere ſolent; & uno, vel alio ex actis turbativis geſto firmare de jure non verentur, atque firma juris inaudita parte obtenta noſtri textus
167 verba allegando, procurant tueri in poſſeſſione vitioſiſſime adepta, quo uſque ſuper judicio proprietatis definitive pronunciatum ſit; & ultra ea quæ dixi ſupra, ſcilicet quod decretum noſtri textus non ſe extendit ad requirendam ſententiam proprietatis, pro ut in precibus poſtularum fuit; ſed cognitionem cauſæ ſecundum id quod natura negotii de quo agitur deſiderat; tenendum firmiter eſt, quod forus verum poſſeſſorem celerrime tueri deſiderans, turbatores compeſcere curat, ut eo ipſo quo percipiatur quod actus deductus tanquam poſſeſſorius eſt turbativus, dedituque cauſam liti, firma revocari debet, & manutentio denegari. Si enim ſententia petitorii proprietatis ſpectanda eſſet, nulla firma juris in ſummariſſimo revocaretur, quod eſſet abſurdum & contra obſervantiam notoriam. Verum in his regula certa dari non valet, cum ex diverſitate factorum quid dicernendum ſit pariter diverſificatur, ob quod relinquendum erit arbitrio religioſi atque prudentis Judicis.

Sexto declara ſi firmanti, vel manutentionem peten-
168 ti non obſtat vehemens juris reſiſtentia: quia ſi obſtet non poteſt ſola poſſeſſione juvari, ut notant paſſim Doctor. *in c.* 1. *de præſcrip. in* 6. & in *c. cum perſona de privil. eod. lib.* 6. & poſt eos Covarruv. *d. c.* 17. *in fin.* Menoch. *d. remed. ult. n.* 24. Maſcard. *de probat. concl.* 1203. *n.* 3. Roder. *de cens. reddit. q.* 17. *n.* 29. *lib.* 1. Seraphin. *deciſ.* 1047. *n.* 10. Capiblancus *de Baron. pragm.* 11. *c.* 77. *n.* 5. *&* 6. *lib.* 2. Gratian. *diſcep. forenſ. c.* 870. *n.* 15. Mateſcotus *lib.* 1. *variar. c.* 11. *n.* 24. Barboſa *voto* 52. *num.* 8. *lib.* 2. Marius Cultelli *deciſ.* 2. *n.* 25. Poſtius *obſer.* 44. *nu.* 12. *& ſeqq.* Ex noſtræ Coronæ Doctoribus Petrus Belluga *in ſpecul. rub.* 22. §. *quia quotidia n.* 69. *& rubr.* 28. §. *ubi quam nu.* 17. Concer *variar. lib.* 3. *d. c.* 14. *nu.* 47. *&* 57. Seſſe *in Anacephal. num.* 9. *& c.* 5. §. 10. *per tot.* Non enim, ſi jus vehementer reſiſtat, ſufficit probare poſſeſſionem niſi titulus doceatur, ut omnes relati tenent, quibus annumerandi Montanus *de regalib. C. argentar. n.* 20. Ripolll. *in eod. tract. c.* 1. *n.* 16. Fontanella *deciſ.* 325. *num.* 10. Neque 169
his obſtat ſi dixeris quod in Regno Valentiæ declaratio in regalibus non procedit ex *d. privil.* 22 §. *item concedimus*: nam in eo nihil habetur de regalibus, ſed de poſſeſſionibus abſolute loquendo per fiſcum vindicandis, & cavetur quod non vindicentur abſque ſententia, & quod firmantibus de jure non auferatur poſſeſſio, & ſi ablata fuerit reſtituatur, nam loquitur de litibus per fiſcum regulariter ſuſcitatis, non de regalibus quæ requirunt ſpecialem mentionem. *for.* 1. *de feud.* de quo dixi *c.* 6. §. 1. *n.* 17. *cum ſeqq.* ſed an hoc in caſu ſufficiat 170
titulus coloratus, vide quæ tradidi *ibid.* & addé Poſtium *obſ.* 42. *n.* 48. *& ſeqq.* Fontanellam *deciſ.* 326. *n.* 12. *cum ſeq.* Barboſ. *d. voto* 52. *n.* 6. Et nota quod ſi tituli deducti nullitas evidenter appareat, neque diuturna poſſeſſio prodeſt, ita Cancer *d. lib.* 3. *c.* 3. *n.* 124. *cum ſeqq.* quia tunc cumulari debet poſſeſſorium cum petitorio, ut dixi *ibid. n.* 32. *cum ſeqq.* ubi deciſionem notavi. Si autem titulus coloratus appareat, ita ut illius examen requirat altiorem indaginem, & non ſit de regalibus, tunc manutentio conceditur reſervato examine tituli ad Judicium plena- 171
rium. Quia ſummariſſima Judicia non admittunt exceptiones altiorem indaginem requirentes tex. *in l. Ille æquo*, §. *ſi de teſtamento*, *ff. ad Treb. l. is à quo in pr. ff. ſi in poſſeſſ. legatur.* tradunt Milanenſis *dec.* 3. *n.* 12. Cæſar. Barz. *dec.* 47. *per tot.* aliis relatis Fontanella *d. claus.* 7. *gleſ.* 3. *p.* 10. *n.* 73. Ciarlin. *contr. lib.* 1. *c.* 114. *n.* 18 late Poſtius *obſer.* 24 *n.* 45. *& obſ.* 42. *ex n.* 5. Rota apud eum *deciſ.* 218. *n.* 2. Barboſa 172
vot. 49. *n.* 47. *lib.* 2. Quæ autem altiorem indaginem requirere dicantur, pendet ex difficili diſcutione ſubſiſtentiæ tituli, quia ſi ardua ſit detectio invaliditatis à jure vel à facto procedentis, tunc altiorem indaginem requiri farendum erit tex. *in l.* 3. §. *ibidem* 13. *ff. ad exhibend.* ubi *gloſ. verb. abſcurior.* Illiger. ad Donel. *lib.* 22. *Comm. c.* 8. *lit. I.* Giurba *deciſ.* 21. *n.* 1. Cancer. *var. lib.* 3. *c.* 17. *n.* 21. Antonin. Amato *var. lib.* 2. *reſol.* 80. *n.* 21 Ioſep. Roſa *conſult.* 4. *n.* 45. Alias declarationes, ſeu verius limitationes, regulæ traditæ reperies, ſi revolvas dicta Doctorum quos laudavi; quas explicare neceſſarium non eſt, cum non contineant ſpecialitatem quæ indigeat explicatione.

Septimum infero quod judicium juris firmæ regula- 173
riter cumulari non debet cum petitorio, quia nihil commune habet proprietas cum poſſeſſione per tex. *in l. naturaliter*, §. *nihil commune*, *ff. de adquir poſſeſſ.* ubi Bartol. *n.* 18. *verſ. ſed ſi actor tex. in l. exitus* 35. *ff. eod. & in l. incerti*, *C. de interdict.* Menoch. *de recuper. remed.* 3. *n.* 540. Cancer. *var. lib.* 3. *d. c.* 4 *n.* 86. *&* 90. Fontanella *deciſ.* 344. *num.* 10. Ant Faber *in C. lib.* 3. *tit* 7. *defin.* 1. *ad fin.* Poſtius *obſer.* 7. *n.* 14 Iranzo *de præſcript. conſiderat.* 43. *n.* 1. *cum ſeqq.* Quæ illatio communiter limitatur in fiſco, cujus 174
judicia mixta ſunt, ut pluribus dixi *d. c.* 6. §. 1. *ex n.* 32. & quando uterque litigator conſenſum præbet; nam aliquo ex eis renuente cumulatio fieri non debet. Sed hoc in Regno Valentiæ non procedit, quia *in for.* 1. *de rei vindicat.* clare dicitur quod judex de poſſeſſione & proprietate cognoſcere ſimul poſſit, conſentiente actore, ac per conſequens in judiciis ubi exploratum eſt 175
quis ſit actor, & quis reus; actore poſtulante cumulari debet petitorium cum poſſeſſorio Cum autem in his interdictis ſummariſſimis nondum ſit exploratum, quis actor, quisve reus habendus ſit, difficultate non

caret;

caret; sunt namque judicia duplicia, ut dixi, ob quod recurrere debemus ad id quod notavi *supra, nn.* 50. nempe quod provocans ad hoc judicium dum fieri reus desiderat, vices actoris sustinet, & sic ille qui prius de jure firmavit si suscitat judicium proprietatis absque
176 dubio ex vi *d. pr.* 1. causam proprietatis, & possessionis cumulari postulans obtinebit. Si autem adversarius suscitaverit judicium proprietatis, tunc dubium augetur, quia actor reperitur in uno judicio, & in alio reus; quæ qualitas è converso in collitigante reperitur verificata, & si concedenda esset cumulatio ex consensu unius tantum, nunquam judicia possessoria absolverentur, nam ordinarium absorbit possessorium, quare tenen-
177 dum est quod utriusque consensus est expectandus secundum juris communis dispositionem, ne sequatur absurdum in præjudicium unius, cujus interest primum possessorium absolvi, ex ratione adducta per Ant. Fab. *d. defin.* 1. *num.* 11. desumpta ex *d. l. in interdicto* 22. *C. Theodos. Quor. appell. non recip.* cujus verba tradidi *sup. num.* 150. licet si credamus Iacobo Cujacio *lib.* 2. *obser. cap.* 35. & Dionys. Gothofred. *in not. ad tit. C. si de mo-*
178 *ment. possess. lit. N*, Judex poterit simul cognoscere de causa possessionis & proprietatis, sed non cogitur.

Quæ doctrina amplectenda est si turbida possessio effecta sit, vel adeo intricata cum ipsa proprietate, ut de ea statui quid non possit, quin pandantur merita causæ principalis, ut cum Lancelloto, Seraphino, Ludovicio, Beltramino & Postio docuit Fontanella *decis.* 326. *numer.* 20. qui *n.* 24. ponit duas decisiones Senatus Cathaloniæ, quibus addi potest Rota apud eundem Postium
179 *decis.* 670 *num.* 40. Si vero renuens cumulationem, vel ingressum discussionis meritorum causæ principalis exhibuerit titulum, inspiciendum est an editio facta sit absolutè, an vero limitative ad adminiculandum possessionem, nam secundo modo sibi præjudicium non infert; atque adeo cumulatio non habet locum, si autem primo modo jam consensum præbet ad cognoscendum de meritis tituli cum ipse miscet causam proprietatis cum
180 possessorio; & sic intelligo Doctrinam Ciarlini *controv. lib.* 1. *c.* 119. *ex n.* 14. dicentis quod quando utraque pars summarissimum suscitavit, cessat cumulatio ex natura judicii etiam si titulus exhibeatur. Sed protestatio in ipsa exhibitione necessaria est ne videatur recedere à causa possessoria, Menochius *de retin. rem.* 3. *à num.* 545. Postius *obser.* 7. *n.* 89. Riccius *collect.* 1909. Iranzo *de protest. considerat.* 43 *n.* 5. *&* 6. quia semper editio subjicit titulum impugnationibus faciendis per partem cum cujus junctione editio fit, late Postius *observat.* 87. *ex n.* 1. Pareja *de instr. edit. p.* 2. *tit.* 6. *resol.* 5. *n.* 41. & si protestatio non adest, meritorum discutio ad omnes juris effectus vitari non valet.

181 Octavum infero quod si aliquis postquam firmam juris posuit, ei renunciaverit, & petitorium inchoaverit, si postea juris firmam postulat, audiendus non est, quia renunciando primæ, & petitorium suscitando, actoris vices assumpsit, ac per consequens implicite fatetur se non possidere; deficiente igitur possessione manutentio dari non debet: quod mihi probat text. *in d. l.* 1. *§. inter litigatores, ff. uti possident.* his verbis. *si convenit absolu-*
182 *tum est, ille possessoris commodo quem convenit possidere, ille petitoris onere fungetur.* Qui quidem alium in judicium ducit, ut sibi tradat id de quo jurgium est, absolvit dubium an reus vel actor esse debeat, dum actorem se profitetur cui non convenit possidere, ut Ulpianus *in d. text.* respondit ita Menoch. *de retinend. d. remed.* 3. *n.* 545. Po-
183 stius *d. obser.* 7. *n.* 89. Riccius *d. collect.* 1909. *vers. causa suspensionem*, Iranzo *d. considerat.* 43. *n.* 5. imo manutentio concedenda est adversario, quem fatetur possessorem, cum ipsum faciendo cui convenit possidere text. *in l. cum precum, C. de liberal. caus.* Postius *obser.* 19. *n.* 7. *cum seqq. pracip. n.* 20. Rota *apud ipsum decis.* 43. *n.* 1. *dec.* 113. *n.* 15. *& decis.* 240. *n.* 1. Barbosa *vot.* 52. *n.* 4. qui nituntur ea ratione, quod ex confessione unius, alteri manutentio datur; & sic recte Postius tenuit *d. num.* 20. 184
quod ex actione per unum intentata, ex verbis libelli, seu petitionis, ex monitorio vel citatione, comprobatur possessio, detentatio, insistentia, vel detrusio, & *n.* 24. ponit exempla petentis immissionem, intentantis Salvianum, postulantis reddi sibi bona, reintegrari in possessione, causam committi super spolio, & similia. Nam cum ex relatione assertiva cujusvis ex his clare sequatur illum non esse in possessione, inde est quod manutentionem obtinere non possit, & in consequentiam quod neque de jure firmare. Quibus addi potest, quod 185
ille qui proprio facto cecidit à possessione, nequit manutentionem obtinere. Menoch. *d. remed.* 3. *n.* 280. Gratian. *discep. forens. c.* 503. *n.* 1. 27. *& seqq.* pluribus Postius *obser.* 57. *n.* 2. *cum seqq.* Barbosa *voto.* 31 *n.* 12. *lib.* 1. Sed ille qui suscitavit petitorium proprio facto, profitetur non esse in possessione actorem se constituendo cui non convenit possidere, ut ex dictis patet: igitur facto proprio cecidit à possessione, & sic manutenendus non est. Sicut qui spoliatum se dicit, cui manutentio non competit docent Fontanella *d. clausi.* 7. *glos.* 3. *p.* 10. *n.* 52. pluribus Postius *d. obser.* 57. *n.* 44. *cum plurib. seqq.* 186
qui *n.* 79. cum Boccaccio & Rota probat quod sunt incompatibilia, possidere, & esse spoliatum. Rota apud ipsum, *decis.* 200. *n.* 12. *& decis.* 519. *n.* 5. *cum seq.* Sesse *d. c.* 6. §. 1. *n.* 51. Nec relevat si dicatur, quod consensus disputationis super meritis petitorii non excludit manutentionem, ut tenuit Rota apud Postium *decis.* 168. *n.* 10. Nam dictum Rotæ procedit respectu rei conventi, qui necessitate cogente ducitur ad Judicium proprietatis; quod comparitur cum possessione, imo eam suppo- 187
nit ut dicebamus, & sic recte poterit manutentionis remedium in quacumque parte judicii adhibere: non autem respectu actoris, qui nullo impellente petitorium suscitat, auctorem se ostendendo, cui possidere non convenit, ut probatum remanet. Neque in isto casu protestatio juvabit, etiam si exprimatur in ipso libello, quo causa proprietatis suscitatur, quia omnino est 188
contraria facto, & incompatibilis cum propositione actionis, & sic venit despicienda juxta rex. *in l. si quis extraneus, ff. de adquiren. possess.* cum aliis plurimis congestis per Iranzo *d. tr. de protest. consid.* 32. *ex n.* 1. Quod procedit ut dixi in causa proprietatis, non vero si in ipsa causa possessoria aliquis subintret in discussione meritorum ipsius proprietatis, cum protestatione non egrediendi limites possessoris, sed animo coadjuvandi possessionem, quia tunc compatibile est quod possessio 189
adminiculetur ex meritis justitiæ originalis; ac per consequens protestatio non est contraria facto, neque discutio meritorum mutat naturam judicii, ut tradit idem Iranzo *d. consid.* 43. *n.* 6. Licet jam vitari non possit quod de meritis cognoscatur, quia ex tunc possessorium habet admixtam causam proprietatis, ut dixi etiam *n.* 144. *cum seqq.* quando admixta est causa proprietatis, non est insistendum in mero facto possessionis.

Neque obstare poterit regula in hac materia nemini 190
ignota, nempe quod manutentio potest ex integro peti, & semel denegata poterit iterum postulari, & concedi; quam Doctores deducunt ex *Clement. unic. de caus. possess. & proprie.* ubi Ordinarii interpretes & eos colligens Augustinus Barbosa *in collectan. ad hunc textum num.* 1. *&* 2. pluribus Postius *obs.* 107. *n.* 37. Rota apud ipsum *decis.* 212. *n.* 1. idem Barbosa *voto* 54. *n.* 10. *lib.* 2. Quia notandum est, quod regula locum habet quando manutentio denegatur ob defectum probandi possessionem, nam si postea probetur, iterumque petatur concedenda erit ut docet Gregorius XV. *decis.* 275. *in fin.* Rota *decis.* 404. *n.* 4 *p.* 2. *recentior.* Fontanella *d. p.* 10. *n.* 77 cum ceteris adductis per Postium *dict. numero trigesimo sep-* 191
timo, vel si manutentio obtineatur à Judice per Superiorem inhibito, ut quotidie fit, nam vigilans litigator,

192 gator, qui litem in Regia Audientia proponit, solet impetrare generalem inhibitionem ne super eadem re in Curiis Judicum inferiorum, eo inscio, vel non citato statuatur; & ne continentia causæ dividi possit: superadditur clausula justificativa; quod si aliquid petere intendit super eadem rei Regiam Audientiam adeat, quæ quidem praxis utilis est, & frequentissima. Si enim Judex inhibitus aliquid agit, attentare & nulliter procedit tex. *in l. non est singulis 176. ff. de regul. jur. l. si quis in tantam, C. unde vi, C. non solum in fin.*

193 *C. Romanam*, §. *quod si obiiciatur de appellat. in 6.* tradunt Lancellot. *de attentat. post inhibit. p. 2. capit. 14. cum seq.* Sesse *de inhibit. cap. 24. num. 9.* Covarruv. *practicar. c. 24. num. 2. & seqq.* Caldas Pereyra *de novation. emphyteusis q. 5. num. 25.* Barbos. *in collect. d. tex. num. 3.* Faber *in C. lib. 1. tit. 10. def. 4. num. 3. & in not.* si enim possessio probetur coram Superiore inhibente, & ab eo postuletur, manutentio concedenda erit ex prædictis, & sic

194 decisum fuit in Regia Audientia, referente nobili Don Francisco Bono in causa memorabili Comitatus de Sinarcas, ad favorem Comitissæ Domnæ Mariannæ de Velasco, contra Don Franciscum Ladron *die 21. Februarii anni 1657.* Comitissa namque de jure firmaverat in Curia Gubernationis super possessione tenutæ totius status, post inhibitionem impetratam per Don Franciscum, & injunctam inferioribus Judicibus. Evocata causa ad Regiam Audientiam, & nullitatibus propositis, probationibusque factis ex quibus liquidissime constabat de possessione diuturna ipsius Comitissæ. Insistebat Don Franciscus revocandam fore concessionem firmæ tanquam attentatam, & post inhibitionem injunctam, provisam. Mihi ex Regio decreto commissa fuerat defensionis Comitissæ cura, & Advocatis reluctantibus, consului quod ipsa Comitissa de jure firmaret noviter in eadem Regia Audientia, virtute ipsius possessionis jam probatæ, ut casu quo concessio firmæ attentata videretur, de novo ei admitteretur, & feliciter factum fuisse exitus demonstravit; nam firma juris obtenta in Curia Gubernationis revocata fuit Regia sententia, publicata per Vincentium Ferrera eodem die, & firma juris posita in Regia Audientia, admissa fuit & concessum mandatum de manutenendo, Regia provi-

195 sione ejusdem diei, actuante Baptista Marti. In his & similibus speciebus manutentio semel atque iterum denegata postulari, & concedi potest. Non vero quando petens eam, semel confessus fuit possessionem amisisse, narrando positive actum spolii, vel bona sibi reddi, aut adjudicari postulans, quia jam niti non valet in possessione quam non habere professus fuit, ita in terminis tenuere Coccinus *decis. 492. num. 2.* Aliis relatis Postius *d. obser. 57. num. 1. cum seqq.* Barbosa *dict. voto 54. num. 12.*

196 Neque contrarium probare poterit, seu verius ad probandum admitti valet, quia confessus in judicio pro condemnato habetur, & sua se sententia damnatur tex. *in l. 1. ff. de confess.* cum similibus congestis per Postium *obser. 19. num. 19.* ista namque confessio superat omne genus probationis tex. *in l. precum C. de liber. caus. l. fin. C. de non numer. pecun.* tradunt Verall. *decis. 107. numer. 2. part. 3.* Rota apud Postium *dict. decis. 113. numer. 14. & decis. 195. num. 3 & decis. 199. num. 1. & decis. 254. num. 6.* Barbosa *dict. voto 54. numero decimo quarto.*

197 Nonum infero, quod possessio habita jure familiaritatis, non prodest ad firmam juris, neque ad manutentionem, imo nec possessio dici potest tex. *in l. qui jure familiaritatis 41. ff. de adquir. poss.* ubi Doctor. Polidorus Ripa *singularium obser. 100. num. 4.* Menoch. *de arbitrar. casu 160. ex num. 12.* Ioseph. Ludovic *decis. Perus. 109. n. 4.* Coccin. *decis. 472. num. 6.* Addentes *ad Gregorium XV. decis. 572. num. 6.* Fontanella *decis. 325. num. 6.* Postius *obser. 54. num. 1. cum seqq.* ubi plura & plures cumulat Barbosa *voto 126. num. 157. lib. 3.* unde in casu prædicto Comitatus de Sinarcas dum dicebatur quod dicta Comitissa, quæ jure tenutæ obtinebat possessionem cum fructibus eam amiserat, quia filium Comitem Don Gasparem consenserat possidere & fructuum perceptionem locare; contrarium decisum fuit, quia jure familiaritatis hæc facta fuisse videbantur, præsertim cum ipsa Comitissa in eisdem contractibus locationis quos approbaverat, sibi duobus millibus aureis annuis reservatis animum continuandi possessionem declaravit; solo namque animo possessio retinetur tex. *in l. peregre 44. §. fin. cum duobus legibus sequentibus, ff. de adquiren. possess. l. licet, C. eod. tit. l. Praetor ait, §. non solum, ff. de vi & vi armat. l. possidere, §. quod si servus, ff. de adquir. poss.* pluribus Va- 199
lenz. *cons. 85. num. 70. & cons. 151. nu. 63.* Rota *decis. 287. num. 4. part. 2. recent.* pluribus etiam Postius. *obser. 55. nu. 49. cum seqq.* Barbosa *voto 42. num. 8. & voto 47. num. 213. lib. 2.* Eleganter ut solet Antonius Faber *in C. lib. 7. tit. 7. defin. 31.* ibi: *Non aliud est si mulier qua defuncto marito possessionem pignorum dotalium sibi ex clausula constituti, quæstum vindicare potuit, passa sit tutorem filio datum bona pupilli omnia, & consequenter ipsa quoque pignora pupilli nomine locare: hoc enim consequens est ei, quod in superioribus diximus, hujus generis possessionem solo animo amitti: sed hoc ita nisi proponas annuum aliquid mulieri à tutore datum, vel premissum quod pro commodo possessionis, & in vicem fructuum pignoris datum, promissumve videri possit: possessio enim quæ solo animo amittitur, multo magis solo animo reti-* 206
netur: ita Senatus. Ex qua doctrina excluſa fuit oppositio in decisione dictæ causæ status de Sinarcas. Neque obstare potuit quod ipsa Comitissa tanquam tutrix filii possessionem ipsius status ingressa fuerat illius nomine, post mortem Patris mediante Procuratore ad id per eam specialiter destinato; virtute cujus possessionis, filium jure suo possedisse videbatur sciente & cooperante matre. Nam ipsa in concessione mandati ad capiendam possessionem nomine filii sibi reservaverat omnia jura dotalia, & possessionis jure pignoris dotalis ipsius status, protestando quod ea de causa nullum sibi præjudicium facere intendebat: ratione cujus jura matris illæsa remanserant juxta tex. *in l. ne fenius 34. ff. de negoc. gest. l. si debitor 4. §. 1. ff. quibus mod. pign. vel hipot. solv. l. pro hærede 20. ff. de adquir. hæredit. l. & si quis 14. §. plerique, ff. de relig. & sumpt. funer l. 2. ff. ad municip.* docent Doctores in *d. l. si debitor. §. 1.* Cancer *var. lib. 2. cap. 1. num. 122.* Ripoll *variar. cap. 2. nu. 116.* Gratian. *discept. forens. c. 515. num. 7. & cap. 246. num. 28. & c. 937. num. 27.* Don Ioseph. Vela *dissert. 25. num. 56.* Suelves *in semicent. consil. 32. num. 6.* Iranzo *de protest. consid. 2. num. 5.* Præmaxime dum mater actum voluntarium gerebat, in quo efficacior 201
est effectus protestationis, ut docet Dominus Crespi *observat. 111. n. 15.* & declarando animum continuandi possessionem proprio jure adquisitam tex. *in l. non solum, §. morte, C. de nov. oper. nunciation.* ubi communiter scribentes Philip. Camerar. *resp. 1. nu. 111.* Gratian. *decis. 123. num. 13.* Valenzuel. *consil. 73. num. 26.* Iranzo *consideral. 3. num. 6.* Quæ protestatio cum in actu extra judicium celebrato facta fuisset, repetita censenda erat in omnibus subsequutis, tex. *in l. de pupillo, §. si quis ipsi Praetori, ff. de nov. oper. nunciat.* & ibi: Bartol. Mohedan. *decis. 2. de judic.* Gratian. *discep. forens. c. 310. num. 40. & cap. 356. num. 58. cum sequent.* Ramon *consil. 56. num. 10.* Hondedeus *consil. 100. num. 75.* Postius *obser. 35. num. 39.* Iranzo *consider. 20.* 202
num. 3. Quæ minime contraria facto dici poterat, quia ad hoc ut talis diceretur, necessarium esset quod possessio filii incompatibilis fuisset cum possessione matris, ut in terminis aliis relatis notat Iranzo *consider. 32. n. 4. & 8.* Et incompatibilitas aberat, quia mater possessionem retinebat pro juribus dotalibus, nullum jus affectando vel pretendendo in successione status, neque in dominio. Filius autem successor per mortem Patris immittebatur in possessionem proprietatis, & dominii; & sic possessio cujuslibet tendebat ad diversum finem: quæ bene penes duos in solidum esse potest diversis respectibus,

203 respectibus, pluribus Postius *obser. 72. num. 6.* qui *num. 7.* exemplum ponit ad rem his verbis: *hinc est quod est compatibile ut possideat creditor, & debitor eandem rem; ut pota quod vidua possideat bona mariti vigore hypothecæ pro restitutione suorum datium, & eadem bona possideant etiam communes filii uti hæredes.* Quod verificabatur in specie de qua agimus, quia Comitissa possidebat jure tenutæ cum facultate faciendi fructus ob non so-
204 lutam dotem & augmentum juxta *for. 6. solut. matrim.* Filius vero tanquam successor jure vinculi ejusdem status. Ex his concessa fuit firma juris atque manutentio dictæ Comitissæ, quæ postea confirmata virtualiter fuit in hoc Supremo modo quo inferius dicam.

Hanc quæstionem, docte atque subtiliter disputat D. Don Hieronymus Oroz quondam noster Collega in Suprema Criminum Aula *tract.* nunquam satis laudato, *de apicib. jur. lib. 4. cap. 10.* Qui *ex num. 3.* pluribus rutibus, atque Doctorum placitis, ostendit possessionem penes duos, pluresvè, in solidum eodem tempore esse posse, exempla innegabilia tradendo. Scio per aliquos sua tradita non semel impugnari, verum, meo quidem animo, ex hoc celebrius opus illud demonstratur; nam ut scite dixerat nostras Ballester (vel quisquis sit hujus aurei libelli scriptor) *in lapid. Lyd. exam. 21. num. 12. in scholis publice Doctrina Aristotelis, vel Platonis in controversiam ducuntur: Epicurei oblivione terentur.*

205 Decimum infero quod in admissione juris firmæ solum ratio habenda est temporis litis motæ text. *in d. §. retinenda instit. de interdict.* ibi: *qui interdicti tempore possidebat.* & ibi: *litis contestatæ tempore detinent.* Quam conclusionem explicant Postius *obser. 17. ex nu. 1.* pluribus Doctorum testimoniis ac infinitarum prope decisionum sententia illustrando, quibus addendi Ioseph. Ramond. *consil. 56. num. 29.* Fontanella *decis. 184. n. 10. cum seqq.* Larrea *d. decis. 5. num. 2. & seqq.* Ciriac. *controvers. 10. num. 26. lib. 2.* Barbosa *vot. 21. nu. 1. lib. 1. Voto. 52. num. 1. lib. 2. voto. 76. num. 150. lib. 3.* Ciarlin.
206 *d. c. 107. n. 7. & cap. 114. num. 8. cum seqq.* Sed cum in Regno Valentiæ firmæ juris concedantur absque alicujus citatione, in judicio summarissimo, nullis observatis solemnitatibus judicialibus, dubitari merito potest quod tempus observandum est, nam neuter ex memoratis in textu verificari potest. Non litis motæ, quia lis in proprio significato est, quod forenti concertatione pendet text. *in c. forus ad med. de verbor. signif.* cum aliis per me congestis *sup. c. 10. §. 1. n. 275.* Et sic videtur requiri quod saltim præcedat prima citatio; sed ista non fit ad concessionem firmæ: ergo non potest haberi rario temporis litis motæ. Multo minus contestationis; nam ut dixi *hoc cap. §. 1. num. 25.* in judiciis summariis nec requiritur, nec observatur & per consequens neque in summarissimis: sed cum Doctores relati per Postium *d. num. 1.* hunc textum interpretentur, non se adstringendo ad tempus litis motæ, vel contestatæ, imo tenent quod debet attendi tempus ortæ
207 controversiæ vel illatæ turbationis, dicendum est cum ex die primæ citationis dicatur lis pendere *Clement. final. ut lite pendente* cum aliis notatis supra *dict. cap. 10. §. 1. num. 276.* inquirendum venit tempus, immediatum primæ injunctioni firmæ juris obtentæ, in quo cuncta quieta, & sedata erant; nam qui tunc in possessione inhærebat, antequam jurgium suscitatum fuit, is debet manuteneri, cum hoc remedium adinventum sit ad conservandum statum in quo res erat quando turbationes suscitatæ fuerunt; id enim significat manutentio, ut cum Baldo, Surdo, Gratiano, Viviano, Paz & aliis notat Postius *obser. 2. num. 19.* si enim per injunctionem seu præsentationem juris firmæ inducitur litis pendentia, ut accurate tradit Sesse *in anacephal. num. 13.* hic status juxta prædictum textum est legitimus ad con-
208 cipiendum quis in possessione esset eo tempore quod observatum vidi in causa superius memorata inter Syndicum Collegii sancti Pauli Societatis Jesu cum Promotore Fiscali Curiæ Ecclesiasticæ. Licet enim firma obtenta fuerat per Syndicum *anno 1618.* non fuit præsentata seu injuncta usque ad *annum 1644.* & medio tempore mutatus status possessionis fuerat, & in confirmatione habitus fuit respectus ad tempus injunctionis, non ad tempus quo posita firma fuit. Sed in hoc multum efficere debet arbitrium prudentis Judicis, nam inspectis facti circunstantiis attentè, discernere valebit an quod in lite deducitur sit actus possessorius, vel turbativus, an quietum, pacificum & perfectum quid contineat, an vero clandestinum dolosum, violentum vel iniquum; quia pro factorum varietate regula certa 209
dari non potest; nisi prædicta scilicet, quod manutentio conservat res in eodem statu quo reperiuntur, ut expressè dixit Prætor in verbis interdicti expressis *in d. l. 1. in princ. ff. uti possidet.* ut pluribus probat Postius *d. obser. 2. ex num. 19. & observat. 42. num. 48.* ea nimirum ratione quod hujusmodi interdictum prohibitivum est ne vis fiat ei qui possidet tempore ortæ controversiæ, ut dixit Imperator *in d. l. unic. C. uti possid.* & sic scopus judicis id ipsum esse debet dirigendo suas operationes ad hoc ut iste finis consequatur.

Undecimum infero quod firmare de jure respectu 210
ejus qui manutentionem desiderat, non est aliud quam cautionem offerre judicio sisti, & judicatum solvi, eo fine ut mandatum de manutenendo ei concedatur, sic tradunt Olivan. *in d. usatic. aliud namque*, sive *de jur. fisci cap. 15. num. 129.* Sesse *in anacephal. num. 2. cum seqq. & num. 141.* Fontanella *d. claus. 4. glos. 15. numer. 129.* D. Leo *d. decis. 95. num. 2.* Et cum hæc offeratur, admittaturque in judicio sui natura summarissimo, in quo non tractatur de aliquo adquirendo, sed de conservanda possessione seu corporali detentione, & inhærentia; seu verius de compescendis turbationibus, & molestiis auferendis, interim dum de possessione, vel proprietate plenariè tractetur, & cognoscatur ut docent 211
Landerch. *conclus. 95. num. 4.* Covarruv. *d. c. 17. num. 1.* Menoch. *d. retin. d. remed. ultimo ex num. 15.* Seraphin. *decis. 299. num. 2.* Loterius *de re benefic. lib. 2. quæst. 45. num. 40.* Postius *observat. 106. ex num. 36.* Barbosa *voto* 212
106. num. 101. Sesse *in anacephal. num. 159.* cautio non potest extendi ad restitutionem fructuum seu alterius utilitatis ipsius possessionis; neque ad id quod judicandum venit, in petitorio, vel plenario possessorio, sed ad meram translationem possessionis Dominus Leo *dict. num. 2.* tradit observantiam Regiæ Audientiæ, ibi: *sed Valentiæ ita intelligitur de judicio sisti & judicatum solvendo in judicio possessorio, non autem in judicio petitorio.* Quæ verba, meo quidem animo rem satis non explicant, nam dubitari adhuc valet an intelligendum sit de plenario possessorio, vel summarissimo; & difficultas augetur dum doctissimus vir Iosephus Sesse *d. tract. de inhibit. cap. 28. num. 1.* expresse tenet, quod sub hac 213
cautione comprehenditur obligatio de restituendis fructibus casu quo in alio judicio vincatur: & non solum procedere in firmis aprehensionum, & articulo litis pendentiæ, sed etiam in firmis possessoriis, de quibus loquimur, & sic procedere tam de jure quam de foro. Quod de jure procedat niti posset in *d. l. unic. C. ubi possid.* ibi: *ac satisdationis vel transferendæ possessionis* 214
editti perpetui forma servata. Baldus, & Salicetus, cum Glossa intelligunt hanc satisdationem præstandam in judicio proprietatis. Dionys. Gothofredus sic exponit. *ibid. lit. B,* nempe: *reddito interdicto uti possidetis, si de petitorio judicio agitur satisdare judicatum solvi petitori is qui in possessione potior est: aut si non satisdat in petitorem satisdantem transferenda possessio est, ita ut alteri incumbat onus probandi.* Quæ quidem interpretatio congruit 215
cum his quæ tradiderat Justinianus *in §. olim instit. de satisdat.* ibi: *olim enim si in rem agebatur, satisdare possessor compellebatur, ut si victus esset, nec rem ipsam restituteret,*

tueret, nec litis æstimationem, potestas esset petitori aut cum eo agendi, aut cum fidejussoribus ejus. De qua cautione mentio habetur in *l. si eum hominem* 33. *ff. de fidejusser.* ibi: *pro quo satis de lite acceperam.* in *l. si petitor.* 8. *ff. judic. solv.* ibi: *post satisdationem ante Judicium acceptum,*
216 in *l. de bonis*, §. *fin. ff. de carbon. edict.* ibi: *rei partes eum sustinere debere, maximè si cavit, sed etsi non caverat si nunc paratus sit cavere quasi possessor conveniendus est. Quod si nunc non caveat, possessio transfertur adversario satis offerente, perinde ac si nunc primum ab eo peteretur hæreditas*, in *l. Divus Pius* 5. *ff. de petit. hared.* ibi: *vel rerum ejus restitutione satisdare*, & *in l. ex libero* 15. §. *fin. ff. de quæstion.* ibi: *qui vindicanti servum cavit, Domini loco habendum.* Paulus *lib.* 1. *sentent. tit.* 11. §. 1. ibi: *satisdatio jure desideratur, & si satisdatio non detur in petitorem hæreditas transferatur.* ubi Cujacius posuit ipsa verba quæ ex Gothofredo supra retulimus.

217 Verum tamen cautio præstanda ad consequutionem juris firmæ, neque potest comprehendere fructus restitutionem, neque aliud quam id quod in eo judicio ad quod præstatur definitum fuerit. Istæ namque cautiones non præstabantur ad fructus, sed ad rerum conservationem, ut interpretantur Brisson. *de formulis lib.* 5. §. *plane, pagin.* 440. ibi: *nihil se deterius in possessione facturum de qua jurgium esset.* Jacobus Revardus *ad leges duod. tabul. c.* 6. eandem prorsus clausulam posuit Jacob. Cujac. dictum Pauli explicando *in d.* §. 1. sic dixit: *satisdare debet possessor de ea re conservanda aut eo non satisdante in petitorem satisdantem transferenda est possessio.* sequuntur hanc interpretationem Donellus *lib.* 15. *comm. cap.* 32. & ibi Illiger. *lit. V.* Nec relevat quod Paulus tractet de petitione hæreditatis, nam eadem ratio militat quoad interdictum uti possidetis, ut Cujacius interpretatur ibidem sub his verbis. *Superioribus exemplis hic adjungi*
218 *etiam aliud oportet ex l.* 1. *C. uti possidetis.* Et cum respectu illius non tradat ad alium finem præstandam esse cautionem satis explicat intelligi debere, ut ad eundem effectum præstetur, sicut in cæteris exemplis dabatur. Quibus adstipulatur, quod dispositio *d.* §. *olim*, antiquitus in usu fuisse comperitur, ut idem Justinianus affirmat *in* §. *sed hodie*, qui subsequitur regulam statuens quod hodie nemo compellitur satisdare judicatum solvi, sed judicio sisti tantum, quod etiam dixerat in *dict.*
219 *authentica, offeratur. C. de lit. contest.* ubi Doctores: explicat breviter, sed mirabiliter Anton. Faber *in C. lib.* 1. *tit.* 10. *defin.* 9. ibi: *sicut nec ea causa cogendus est cavere, nec juratoriam quidem cautionem præstare.* sequitur Stephanus Gratian. *discept. forens. cap.* 113. *n.* 30. ibi: *ita ut neque, cautio sit danda.* Cautio namque sine fidejussoribus, sed cum hypotheca, & obligatione bonorum præstabatur. tex. *in l. sancimus, C. de verbor. significat.* Felin. *in C. ad nostram n.* 5. *de jur. jurand.* cum aliis adductis per Barbos. *de appellation. verbor. jur. appellat.* 45. *n.* 1. & sic jure noviori nequaquam verificari potest quod satisdatio detur ad æstimationem litis, imo dum dicitur in *d. l. sanc. C. uti possidet. edicti perpetui forma servata*, interpretare debemus cum Cujacio, Brisonio, Revardo, Donello & Illigero quod esse debet ad conservationem rei de qua jurgium est. Ex quibus clare percipitur quod doctrina Sesse de
220 jure non procedit. Quod procedat de foro Aragoniæ nihil ad nos, nam in Regno Valentiæ non disponit, nec in eo cautio extenditur ad aliud præterquam ad possessionem restituendam si succumbat in possessorio, ut Dñs Leo tradit. In Principatu Cathaloniæ cautio pro decem solidis cum augmento in juris firma præstatur, ut tradit Olibanus *de jur. fisci. d. c.* 11. *num.* 14. & sequitur Fontanella *d. claus.* 4. *glos.* 15. *n.* 114. licet olim aliud observaretur, ut idem Fontanella testatur. Quibus addi potest quod nunquam obligatio cautionis, satisdationisve extenditur ad aliud judicium quam ad eum in quo præstatur, ut Ulpianus docet *in d. l.* 3. *in princ. ff. judic. solvi*, ut dicebamus *sup. n.* 47. *& seqq.* in judicio summa-

rissimo retinendæ, interdictiove uti possidetis nunquam ratio fructuum habenda est, ut accuratè notat Dionys. Gothofredus *in l.* 3. *ff. de interdictis, lit. X.* Nam licet Ulpia- 221
nus in eo textu dicat; *interdictis exinde ratio habetur fructuum ex quo reddita sint.* intelligendum est de interdictis restitutoriis, ut docet Paulus *in l. videamus* 38. *ff. de usur.* idem Ulpianus *in l.* 1. §. *ex die, & §. final. ff. de vi & vi armat. & in l. quæsitum* 8. §. *ex hoc interdictio, ff. de precario.* Non autem de interdictis prohibitoriis, quale esse diximus interdictum uti possidetis vel retinendæ tex. *in l.* 1. *ff. eo tit.* in eis enim quanti res est in condemnationem venit, sic idem Ulpianus *in d. l.* 1. *in prin. & in l.* 3. §. *fin.* ibi: *in hoc interdicto condemnationis summa refertur ad rei ipsius æstimationem;* si perierit nempe, non autem
extenditur ad fructus ut Gothofredus explicat *d. lit. X.* 222
ibi: *tam recuperandæ quam adipiscendæ possessionis scilicet: non retinendæ in quibus ut in revocatoriis ratio fructuum non habetur.* Ex quo detegitur lapsus Don Joannis Larrea *d. decis.* 5. *n.* 14. qui postquam decisionem Senatus Granatensis *n.* 8. retulerit per quam definitum fuit, fructus non comprehendi in sententia manutentionis, intendit probare aliter dicendum esse in interdicto uti possidetis inferens ex hoc differentiam inter manutentionem, & interdictum; quæ nulla est, ut dixi, & etiam si esset, Gothofredus de interdicto non de manutentione loquitur; & differentiam quam expendit contra Sarmientum Fachineus *lib.* 8. *controver. c.* 15. *circa principium*, accidentalem reperies, quoad formam scilicet procedendi, non quoad substantiam.

Neque his obstat sententia hujus Supremi lata in 223
causa Status Sugurbi, de qua supra mentionem feci, licet enim in ea ratio fructuum habita sit, procedit quod remedium adhibitum alternativam continebat, retinendæ dum probaretur possessio; recuperandæ si amissa reperiretur: & cum sententia continebat præceptum de immittendo in possessione actuali spolium æstimavit, & sic optimo jure ratio fructuum habita fuit. Sed si firmans de jure fidejussores non invenerit, sufficit juratoria cautio, ut docuit Sesse *dict. cap.* 28. *num.* 3. & sic decisum fuit in hoc Supremo *anno* 1664. ad favorem Comitissæ de Sinarcas Domnæ Marianæ de Velasco, referente Nobili Domino Don Josepho Romeu contra Don Franciscum Ladron.

Duodecimum infero, quod si firma juris de facto & 224
injustè provisa fuerit, poterit ab ipso Judice de facto etiam revocari, absque eo quod necessaria sit partis, cujus interest, citatio: quod est specialissimum & singulare in hoc judicio; ex eo quod absque causæ cognitione formali concedatur; ac per consequens absque causæ cognitione formali revocari potest ex text. *in l. nihil tam naturale* 35. *ff. de regul. jur.* cum vulgaris docent Alexandrus *consil.* 5. *n.* 4. *vol.* 2. *& cons.* 179. *num.* 8. *vol.* 6. Tiraquel. *in tract. res intercal. act. limit.* 39. Vivius *decis.* 444. 225
n. 21. Menoch. *de adipisc. poss. ap. ult. n.* 18. *& 29.* Mandos *tract. de inhibit. q.* 39. *per tot.* Molinus *in repet. for. Aragon. verb. firma juris*, ubi Hieron. Portoles *n.* 103. Ciriacus *controver.* 46. *n.* 9. Salgado *dd Reg protect. p.* 1. *c.* 3. *num.* 13. *vers. quoniam.* Pratus *discept. forens. part.* 4. *c.* 5. *n.* 111. cui traditioni conferunt congesta per Mathiam Colerum *de proces. execut. p.* 1. *c.* 2. *num.* 93. & Berlich. *practicab. p.* 1. *conclus.* 73. *n.* 129. docentes quod sequestrum injuste de-
cretum statim cessari, & relaxari debet. Et licet contra- 226
rium dixisse videatur Aretinus *cons.* 75. *num.* 6. & idem videatur tenere Lancellot. *de attent. cap.* 20. *limit.* 2. *n.* 20. dum dicit opinionem Aretini in praxi obtinuisse, animadvertendum est, quod loquitur in diversa specie à proposita; nempe quando appellatum est, & Judex *ad quem*, inhibuit Judicem *à quo*; nam revocatio hujus inhibitionis absque citatione partis cujus interest nullius momenti est; ex quo consequitur quod gesta post revocationem, attentata dicuntur, ut isti Doctores tenent. Inhibitio enim causa cognita fit, ut pluribus pro-

bat Salgado *de Reg. protect. p. 2. c. 10. n. 29.* & sic nihil mirum quod ipsius revocatio causæ cognitionem exigat. Et adhuc ex eo quod per meram interloquutionem fiat, posse per Iudicem quandocumque revocari inferatur ex tex. *in l. quod jussit, ff. de re judic.* cum similibus adductis per Federicum de Senis, Panormitanum, Philippum Francum & Lancellotum cum aliis congestis per Salgad. *d. c. 10. num. 8. & 9.* Sed demus quod Doctrina Aretina indubitata remaneret; at ex ipsa resultat confirmatio nostræ traditionis. Quia ex eo Aretinus tenuis, quod non sortitur effectum revocatio inhibitionis, quia nulliter, & attentare facta fuit: Sed nulliter, injustè atque attentate concessam firmam juris supponimus;
228 igitur non debet effectum sortiri. Observantiam in simili specie durum est invenire, quia nullus Iudicum sic procedere credendum est, ut injuste notorie, atque attentate concessisse firmam juris credamus. Sed audi pulchram speciem quam non semel audivi à nobili Domino Don Ioanne Hieronymo Blasco, Senatore eximio, in negotiis practicis maximopere experto; quem ingressu Regiæ Audientiæ Valentinæ inveni, munus Regentis Cancellariam laudabiliter exercentem. Referebat equidem, quod quidam Cecus, nomine Querol, quem novi, in litibus suscitandis, atque fovendis, non obstante defectu sensus callidissimus, firmam juris posuit, & obtinuit in Curia inferiori, per quam manuteneri jubebatur in possessione domus, in qua morabatur; licet per ipsum conducta erat.

Quando locator pretium locationis exigere tenta-
229 vit, notum fecit illi mandatum de manutenendo, mediante quo neque viam executivam obtinere potuit, neque condemnativam faciliter instruere. Evocationem tamen obtinuit in Regia Audientia, narrando totum factum, & nota calliditate conductoris de jure firmantis, jussum fuit quod partes comparerent coram dicto Senatore. Et in assignatione juxta stylum habita detecta fallacia fuit, & notoria injustitia concessionis. Quare ipse Iudex coram adstantium in publica audien-
230 tia multitudine dixit: se pluries vidisse facta committi de rebus mobilibus, sed de re soli nunquam usquequo præfatus Querol domum surripere intentaverat. Revocata igitur statim firma juris fuit, & concessum mandatum exequutivum, omnis calliditatis effectum evanuit. Hæc procedendi praxis absque dubio desumpta fuit ex *d. for. unic. in extravag. quod firma juris posita*, § *Io Senior Rey fol.* 33. Nam in eo clare dicitur quod firma juris, de qua ibi tractatur, fuit per Consilium Regium remissa Magistro Montesæ; quia in assignatione peremptoria habita firmans de jure non justificaverat suam intentionem. Sed de his satis, ut ad ea quæ remanent tractanda procedere valeamus.

---

§. VI.

De his quæ fiunt per usum voluntariæ jurisdictionis ad interpretationem Fori 18. de testam. tutel. cum aliis juribus.

IACOBUS I. REX.

TEXTUS.

LOs camps o qualque altres coses no mobles del pobill, quant se poran vendre segons la costum de Valencia: sien venudes quant sera conegut que es dejen vendre ab auctoritat de la Cort.

SUMMARIUM.

1 *Jurisdictio dividitur in contentiosam, & voluntariam.*

Jurisdictio voluntaria an sit idem cum imperio, vel officio nobili Iudicis, ibid.

2 *Iudex in civilibus non potest procedere ex mero officio.*

3 *Limita in aliquibus remissive.*

4 *Tutoris datio per inquisitionem causa cognita fieri debebat.*

5 *Jurisdictionis voluntaria quæ sint.*

Jurisdictionis voluntaria exercitium, ubi causa cognitionem desiderat, summatim procedendum est, ibid.

6 *Subscriptio Iudicis, vel Principis naturam aut statum causæ non mutat.*

7 *Parte legitima conquerente quæ sunt voluntaria jurisdictionis transferuntur ad contentiosam.*

Quod fit mediante appellatione, recursu, vel querela, ibidem.

8 *Appellationis remedium plenius atque congruentius est.*

9 *Praxis harum appellationum tradita per Dominum Regentem Don Franciscum Hieronymum Leon.*

10 *Decretum ad alienandum res soli, ad Ecclesiam vel Ecclesiasticos spectantes, per Iudicem secularem interponi debet.*

11 *Ecclesia gaudet privilegio minoris, & sic non potest alienare res soli, absque decreto Iudicis competentis.*

Ecclesia ad alienandum res soli facultatem impetrare debet à Prælato, ibid.

12 *Decreta gratiosa legitimo contradictore apparente transferuntur ad jurisdictionem contentiosam.*

13 *Idem procedit respectu decretorum per viam gubernationis latorum.*

14 *Jura hanc praxim comprobantia expenduntur.*

15 *Exempla hanc praxim comprobantia in cunctis Senatibus.*

16 *Imperij quæ sunt contrario Imperio revocari possunt.*

17 *Appellationis remedium opportunum non est in datione tutoris, vel curatoris.*

18 *Excusationis remedium concessum est à jure tutoribus, vel Curatoribus munera remuentibus.*

19 *Tex.* l. 4. in prin. ff. de excusat. *cum aliis juribus pro contraria opinione, scilicet à datione tutoris, vel Curatoris appellari posse, expenduntur.*

20 *Appellatio admittitur à rejectione excusationis, non vero à datione tutoris, vel curatoris.*

21 *Tutores plerumque testamento dantur, & appellatio non est congruum remedium ad id quod in testamento scriptum est.*

22 *Quæ casta reperiuntur in jure respectu testamentaria tutelæ, extensa fuere ad cæteras tutelas.*

Potestas dandi tutores per legem duodecim tabularum patribus in testamentis concessa fuit, ibid.

23 *Remedium excusationis ubique gentium admissum in praxi reperitur.*

24 *Idem foro, & praxi, in Regno Valentiæ observatur.*

25 *Tertio appellanti à datione tutoris denegatum fuit remedium in Regia Audientia Valentiæ.*

26 *Tempus proponendæ excusationis per Tutores omissum fuit à foris, & sic remanet in dispositione juris.*

27 *Excusationes intra quinquagesimum diem à notitia proponendæ sunt.*

28 *Contumacia non se excusantis intra tempus præfinitum purgari non potest.*

29 *Quod procedit tam respectu testamentariæ tutelæ, quam cæterarum.*

30 *Excusationis causa intra quatuor menses expedirí debet.*

Excusationis causa pendente damnum rei pupillaris, periculo tutoris cedit, ibid.

31 *Observantia non compellendi tutores testamento datos ad suscipiendam tutelam non est, & si aliquando factum fuit, corruptela erit.*

32 *Iudicum inferiorum facta non sunt attendenda, & quare.*

33 *Declara*

53 *Declarationes successionum ab intestato sunt per usum voluntaria jurisdictionis.*
54 *Ritus harum declarationum juxta praxim Valentiæ.*
Declarationes istæ non sunt proprie sententiæ, sed pronuntiationes præparatoriæ ad judicium futurum, ibidem.
55 *Appellari potest & solet ab istis declarationibus.*
56 *Declarationes, his similes, sunt ad successiones jure vinculi, fideicommissi successivè, vel majoratus.*
57 *Declarationes jure vinculi, vel majoratus ad quid deserviant.*
58 *Declarationes istæ iniquæ sunt dum nemine citato continent mandatum de immittendo.*
59 *Clausula justificativa si à nemine detineatur, inefficax plerumque redditur.*
60 *Stylus legis obtinet.*
Multa quæ ex se iniqua sunt, interdum justissimè conceduntur, ibid.
61 *Vigilantibus, & non dormientibus jura subveniunt.*
62 *Index habens notitiam juris alterius partis, ex officio tenetur eam vocare ad judicium, antequam declarationem decernat.*
63 *Observantia Regiæ Audientiæ.*
64 *Decreti nomen plura significat, complectiturque remissivè.*
65 *Decretum de quo agimus, est* auctoritas judicialis interposita causæ cognitæ super eo quod petitur citra decisionem.
46 *Decretum in quo differat à sententia.*
47 *Decreti nomen plus comprehendit quam sententia.*
48 *Decretum interponitur quando aliquid petitur à Judice, & non à parte.*
49 *Decretum interponitur non ex præscripto legis, sed ex æquitate, arbitrio Judicis.*
Decretum interponitur ubi jus deficit, ibid.
50 *Decretum causæ cognitionem præcisè desiderat, sub nullitatis vitio.*
51 *Decreta dari per Prætorem solebant diebus cognitionum, & adhibito consilio quinque Senatorum, & quinque Equitum Romanorum.*
52 *Decretum necessarium est, ad alienandum prædia pupillorum, vel minorum.*
53 *Severus prohibuit alienationem prædiorum rusticorum ad pupillos vel minores spectantium, Constantinus extendit ad prædia urbana, & alia bona pretiosa.*
54 *Requisita necessaria ad alienandum prædia minorum, ex Ulpiano.*
55 *Prætor non solum curabat quod distractis bonorum pupilli ficret urgente ære alieno, sed etiam quod pecunia accepta creditoribus solveretur.*
56 *Index concedens decretum absque justa causa conscientiam gravat, & propriam existimationem contemnit.*
57 *Index concedens decretum absque justa causa nihil operatur, quia nullum ipso jure est.*
58 *Decretum ratione utilitatis non est concedendum, quin evidens sit.*
59 *Facultates ad alienandum bona majoratus in Regno Castellæ, concedantur per Regem in Consilio Cameræ, per viam dispensationis.*
60 *Facultates Regiæ concedantur causa cognita & citato successore.*
61 *Facultates istæ sunt in vim Regaliæ, per usum supremæ potestatis, legibus absolutæ, ob quod solus Princeps concedit.*
62 *Causa alienandi bona majoratus semel probata per Consilium Cameræ, non potest impugnari.*
63 *Quæ possint, & soleant opponi per eos quorum interest, contra has facultates.*
64 *Decreta quæ concedantur in Regno Valentiæ ad alienandum bona majoratus, vel fideicommissi, fiunt per viam declarationis voluntatis.*
65 *Decreta ista concedantur in nostro Regno per Judices ordinarios.*
66 *Decreta ad alienandum Bona majoratus, ex quibus causis concedenda sint.*
67 *Alienatio facta absque causa legitima, nullius momenti est.*
68 Cap. 334. Actor. Cur. Brach. Reg. ann. 1616. *expenditur.*
69 *Ratio Arctandi potestatem Judicum inferiorum, quoad concessionem decretorum, tradita per Simoncellam.*
70 *Prætori, vel Præsidi Provinciæ solum concessum erat hæc decreta concedere.*
71 Cap. 14. ejusdem Brachij anni 1645. *expenditur.*
72 *Observantia subscribendi ambo Assessores, Judicis ordinarii in decretis majoris summæ dubia est.*
73 *Nullitas vitiosis defectibus solet quando decretum, vel sententia justa est.*
74 *Appellatio est remedium opportunum contra hæc decreta.*
75 *Decretum ad alienandum bona majoratus, vel fideicommissi concedi debet causa cognita, & citato successore.*
76 *Observantia Regiæ Audientiæ.*
77 *Index concedens injustum decretum, ad alienandum bona majoratus tenetur in utroque foro ad restitutionem.*
78 *Necessitas ad alienandum evidens esse debet.*
79 *Decretum ad nullum ex defectu causæ, etiamsi in modica quantitate fiat.*
80 *Decretum est nullum si constet de falsa causa, vel tacite, vel expresse.*
81 *Decretum est nullum ipso jure ex defectu solemnitatum.*
82 *Decreta in Regno Valentiæ continent in ipsa scriptura solemnitates requisitas.*
83 *Decretum ad alienandum bona majoratus concessum ex causa majoris utilitatis, debet niti evidentia.*
84 *Prohibitio alienandi ratione specialis affectionis, non admittit interpretationem majoris utilitatis.*
85 *Decisio Regiæ Audientiæ.*
86 *Decreta dantur ad confirmationem transactionum, & contractuum.*
87 *Decreta adhibita ad confirmationem contractuum, pariunt effectus rei judicatæ, & viæ executivæ privilegiatæ ex foro.*
88 *Sequestrationes sive* Empares *quomodo concedantur.*
89 Forus 3. in fin. de Quart. & pœn. Cur. *expenditur ad comprobationem originis hujus sequestrationis.*
90 *Sequestrationis transgressor ultra pœnam tenetur ad damnum.*
91 *Sequestrationes ista non sunt per viam petitionis, sed mitiva præparationis ad aliud judicium.*
92 *Is apud quem sequestratio fit, constituitur depositarius rei, vel quantitatis, & consumens rem, vel pecuniam in dolo versatur.*
93 *Pœna sexaginta solidorum adhibita est per furos in aliis casibus ultra sequestrationes.*
94 *Sequestrationes hujus generis usu erant tempore consultorum.*
95 *Doctores de materia tractantes.*
96 *Forma tollendi has sequestrationes juxta praxim Valentiæ.*
97 *Sequestrationis decreta appellationem recipiunt.*
98 *Mandata* de non faciendis actis *ad quid ordinentur.*
99 *Mandata hæc continent interlocutorium habentem vim diffinitivæ, & sic appellatio utiliter interponitur.*
100 *Omnia ista decreta ex voluntaria jurisdictione transferuntur ad contentiosam.*
101 *Causa omnes hujus speciei summatim expediri debent.*

102 *Appellationes ab his decretis interpositæ, cum sequantur naturam primevi judicij, expediri debent secundum id quod postulat res deducta in judicium.*

1 NOtarum remanet supra *cap.* 4. §. 1. *ex num.* 281 quomodo jurisdictio divisa sit, in voluntariam, & contentiosam. Sed omitti non potest quod plures asserunt jurisdictionem voluntariam esse id ipsum quod imperium, vel officium nobile Iudicis, dum actioni non servit; contentiosa vero identificari cum officio mercenario, actioni serviente, ut ex Bartulo *in l. imperium, n. 6. 9. & 23. ff. de jurisdict.* inferunt Petrus Gregor. *lib. 47. syntagm. cap. 21.* Ant. Goveanus *in l. 4. ff. de jurisdic.* Cujac. *lib. 1. Quæst. Papin. in l. 3. prope fin. ff. de offic. ejus cui*
2 *mand. est jurisdict.* Pariter *d. §. 1. num. 152.* regulam generalem tradidi, ne in civilibus Judex ex officio ad aliquid procedat, quæ quidem regula aliquas limitationes patitur, ducto origine à celeberrimo Ulpiani responso *in l. 1. ff. de jurisdic.* ibi: *jus dicentis officium latissimum est:* quas tradunt aliis relatis Prosperus Farinacius *in repertor. Judicial. q. 76. ex num. 2.* & Paulus Xamar. *de offic. jud. & advocat. p. 1. q. 9. ex n. 38.* Et sic experimur quod in contractibus bonæ fidei, ex mora solutionis quamquam usuræ in obligationem deductæ non sint, potest Judex ex officio ad eas præstandas debitorem compellere *tex. in l. qui per collusionem 49. in fin. ff. de action. empt.*
3 Quod ad fidejussores extendebatur. *l. quæro 54 in princip. ff. locat.* lites diminuere *l. quidam existimaverunt 21. ff. de reb. credit.* & finem eis imponere *c. finem, de dolo & contum.* Procuratorem absque mandato agentem repellere à judicio, vel cogere mandatum edere *c. causam quæ 9. de judici.* Bonorum possessionem dare, vel in possessionem mittere *d. l. 1.* licet plerumque causæ cognitionem desideret *l. 2. §. 1. cum seq. ff. quis ord. in bonor. possessor.* Non habentibus tutores dare *d. l. 1. nec mandante, §. dari, ff. de*
4 *tutor. dat. ab his.* Sed non absolutè, nam si ex inquisitione dabantur juxta textum *in l. quod si forte, §. sive autem, ff. de solut.* necessarium erat decretum causa cognita adhibitum, tex. *in l. in dando, & in l. Seia, ff. de tutor. dat. ab his, l. 2. in fin. l. naturali 7. §. si quæratur, ff. de confirm. tutor. l. nec quicquam 9. §. ubi decretum, ff. de offic. Proconsul.* Judices vel actiones dare *d. l. 1.* juncta *l. si longius 18. ff. de jud. dic. l. cum filius familias 17. ff. si cert. petat. l. cum debitoris 7. C. de judic.* in quorum explicatione totus versatur Ant. Goveanus *lib. 1. & 2. in princ. & in l. 1. ff. de juris.* & latius Petr. Barbosa *in eodem l. 1.*

5 Horum plura sunt, quæ per usum voluntariæ jurisdictionis exercentur, vel causa cognita, vel absque causæ cognitione, ut remaneat dictum *d. n. 281. cum seqq.* Quæ causa cognita expediuntur, cognitione summaria fiunt, juxta deducta per postulantem, quæ si ita se habent, firmitatem obtinent; si vero contrarium probetur nullius momenti manent; quia subscriptio Judicis, vel ipsius Principis, naturam causæ non mutat neque statum corroborat per tex. *in l. 2. C. si per vim vel ali. mod.* pe quo plura adducuntur per Salgad. *tract. de reg. protect. part. 2. c. 13. per tot.* signanter *n. 9.* quo hæc extra judicialiter absolvi demonstrat, dum ait, quod Judex neque testes examinare, nec processum formare, nec illum publicare, nec aliquem citare jubet, sed animum suum informare solet quantum, & quomodo ei sufficere visum fuerit. Quæ non omnino congruunt cum his quæ in foro Valentiæ ad hæc de quibus agimus observantur; Testes enim examinantur, non formiter, sed per modum summariæ informationis, processus formalis non fit, sed extra ordinem ea quæ gerentur in actis adnotantur, publicatio ulla fit, neque de citando aliquo tractatur,
6 sed in substantia idem est, dum plura ex substantialibus judiciis omittuntur, ut videre licet *in c. 14. ex num. 1.* ubi de decretis ad alienandum verbum instituit. Sed si legitimus contradictor insurgat, de iniquitate obreptione, vel nullitate decretum arguendo, plene auditur, & tunc ex voluntaria jurisdictione transfertur ad contentiosam; quod fieri solet mediante appellationis remedio eam interponendo à die notitiæ infra decem, & eis transactis per viam recursus, aut querelæ, ut idem Salgado docet *ibid. num. 57. & cap. 14. ex numer. 14.* Quod 7
quotidie in praxi Valentiæ observatur, appellationem interponendo à similibus decretis, quæ via licet, (etiam si ipsi Salgado displiceat *d. c. 14. num. 29.*) contra legem fieri dicatur; securior est per text. *in l. cum prolatis 32. ff. de re judic.* ibi: *ideo ab ejusmodi sententia appellandum est, alioquin rei judicatæ stabitur.* Quo textus Callistratus clare respondit, quod quantumvis contra leges vel constitutiones pronuntiatum sit, appellatio est necessaria.

Neque obstare poterit tex. *in l. 1. §. 2. ff. quæ sent. sin. appel.* nam ut bene distinguit Consultus, & notat Gothofredus, aliud est judicare de vi legis, quod perperam
8 sit juxta *d. l. 1. §. 2.* aliud de jure litigatoris, contra id quod in lege, vel constitutione cavetur, ad quod removendum appellatione opus est: quæ distinctio continetur, *l. 2. C. quando provocar. non est necess.* Nec ratio Salgadi concludit, dum ait *d. num. 29.* quod à facto mere voluntario appellatio non datur, per tex. *in l. fin. ff. de appellat.* quod non nego; sed fallitur dum existimat, quod decreti interpositio factum mere voluntarium sit, ex eo quod fiat per usum voluntariæ jurisdictionis. Nam respectu Judicis nihil est voluntarium cum petenti suum officium impartiri teneatur: sed respectu postulantis quia ipse voluntariè officium Judicis implorat, & ex hoc jurisdictio voluntaria dicitur: ut probavi *dict. num. 281.*

Praxim harum appellationum interpositarum à die 9
notitiæ explicat Dominus Leo *decis. 142. numer. 1.* Et quamquam de sententiâ inter alios latâ verbum instituat, idem receptum est quoad decreta, & cæteras pronunciationes, quæ fiunt per usum voluntariæ jurisdictionis, nempe declaratione juris succedendi ab intestato, & juris vinculi, fideicommissi successivi, vel majoratus, five facultates alienandi bona pupillorum, minorum Universitatum, vel Ecclesiarum, five ratificationem transactionum, & contractuum. Nam hæc omnia in judicatum transeunt si appellatio infra decem à die notitiæ non interponatur *ex dd. cum prolatis*, & ex traditis per D. Leo *d. decis. 142.*

Nec mireris ex eo quod dixerim requiri decretum 10
Judicis sæcularis ad firmitatem alienationis bonorum Ecclesiæ immobilium, nam cum hæc bona de *realenco* sint, quicquid ratione eorum peragendum sit, ad laicum pertinet in Regno Valentiæ, ut cum *for. 15. de reb. non alien.* probavi supra *cap. 2. §. 1. num. 2.* & latius *§. 5. ex num. 44.* & post me Dominus Crespi *obs. 2. num. 24. cum seqq. obs. 54. num. 5.* Et sic observatum fuit quando ad constructionem Sacelli intemeratæ Virginis *de los Desamparados* in Civitate Valentiæ, tractabatur de permutatione Domus amplissimæ ad Archidiaconi majoris dignitatem, in alma Sede Metropolitana, pertinentis. Postulatum namque fuit decretum in Curia Eccle- 11
siastica; & Ego, qui tunc munus Fiscalis gerebam, deduxi quod licet licentia alienandi pertineret ad Prælatum juxta *tex. in c. 2. de reb. Eccl. non alien. in 6.* ubi Doctores, quos colligunt Barbosa *ibid.* & Fontanella *de pact. nuptial. claus. 4. glos. 13. p. 1. n. 6. cum seqq.* decretum dare pertinebat ad Regem; obtinui litteras competentiæ in forma assueta, quibus injunctis, Ecclesiasticos bonam fidem agnoscendo, acquievit postularis per me, & sic decretum permutandi concessit Regia Audientia. Et ratio est, quia cum Ecclesia gaudeat privilegio minoris, alienario fieri utiliter non poterat, nisi præcedente decreto Judicis competentis cum cognitione utilitatis, juxta tex. *in l. magis puto, §. in primis igitur, ff. de reb. eorum, l. ob. es alienum, C. de administr. tutor.* cum aliis adductis per Salgad. *d. c. 14. n. 11.*

Quodlibet

12 Quodlibet igitur decretum datum per Judicem utendo voluntaria jurisdictione transfertur ad contentiosam ut dixi, eo ipso quo, aliquis de eo conqueratur; ita ut concedens teneatur Judicis partes assumere, & partibus auditis quod juris fuerit pronuntiare: quod latè fundat Dominus Crespi *obser.* 114. & ad rem *ex num.* 56. Neque id solum procedit in his decretis exposcentibus cautæ cognitionem extrajudicialem, verum etiam in
13 cunctis concessionibus gratiosis, & quod magis est in his quæ per viam gubernationis dicernuntur. Et ita de concessionibus expeditis per Consilium Cameræ Castellæ, cognoscit Consilium justitiæ ad quod transferuntur. Et de provisis per viam gubernationis politicæ, sive per nostrum Regem, sive per Proreges cognoscunt per viam justitiæ Supremi illi Senatus, vel Regiæ Audientiæ, quibus commissum est, ut latè probat Solorzanus *de jur. Indiar. tom.* 2. *lib.* 4. *cap.* 3. *ex num.* 38. & *cap.* 10. *num.* 54. ut dixi *cap.* 2. §. 2. *num.* 61. Quæ dispositio desumpta fuit ex tex. *in d.l. nec quicquam* 9. §. *observari, ff. de offic. Proconf.* ibi: *omnium desideria audiantur, &*
14 *illicitas* 6. §. 1 *ff. de offic. Præsid.* ibi: *veritas rerum erroribus gestarum non viciatur, ideo Præses provinciæ id sequatur quod convenit, cum ex fide earum quæ probabuntur sequi* ad de *l.* 1. §. 1 *ff. de appellat.* quo textus ex rescripto Divi Pii, a decretis Principum appellatio generaliter permissa reperitur; ex quo rectè infertur, quod multo magis permissa erit à decreto sive jussione cujusvis Magistratus, quantumvis præstantissima dignitate fungatur.

Nec omittendus elegans ad rem textus *in l. qui gravatos* 5. *C. de censib. lib.* 11. ibi: *ut quid remissum gratia, quidve interceptum fuerit fraude convincam, & ex eo levamen accipiant, quod per deformia, & criminosa commercia, sibi impositum esse deplorant.* De his quæ conceduntur
15 in Consilio Camerali Castellæ testatur ipse Solorzanus *d. num.* 38. & quotidie experiuntur in praxi. De nostro Supremo Aragonum Senatu testatur Dominus Crespi *d. obs.* 114. *ex num.* 20. De Senatu Italiæ, ego qui judicavi causam reclamationis per viam justitiæ factæ per Domnam Joannam Carnero Viduam Don Gasparis Sobremonte, quæ cum Fiscali, obtinuit revocationem cujus-
16 dam decreti Principis, lati præcedente consultatione ipsius Senatus. In alia simili causa interfui, super juribus adohæ, & relevii feudi de Piumbino, etiam cum Domino Fiscali, & præcedente consultatione. In Senatu novi orbis plures causas reclamationum judicavi, remissas ad Aulam Justitiæ per ipsum Camerale Consilium, & per Aulam majorem, sive gubernationis. Quibus positis indubitabilis manet observantia universalis hujus dispositionis.

17 Limita tamen, quæ diximus, de adhibendo remedio appellationis in omnibus deliberationibus factis per usum voluntariæ jurisdictionis, respectu dilationis tutoris, vel Curatoris; quia appellationis remedium opportunum non est, nam jus commune specialem providentiam adhibuit per viam excusationis, ut clare probat tex. *in l.* 1. §. 1 *l. ita autem* 5. §. *fin. ff. de administr. tutor. l. scire oportet* 33. §. 1. & §. 2. *l. quinquaginta* 38. *ff. de excusat.* §. *qui autem* 16. *instit. eod. tit.* quo Justinianus dixit hæc verba: *qui autem excusari se volunt, non appellant.* Idem habetur *in l. tutor licet absens* 19. *Cod. de administr. tutor.*

19 Nec obstat huic traditioni, quod contrarium videatur dici *in d. l.* 4. *ff. de excusat.* ibi: *si quis duas habens tutelas, deinde ad tutelam tertiam vocatus appellaverit, & adhuc pendente judicio appellationis, ad quartam tutelam promoveatur.* Quo textus Modestinus, non solum dicit, quod *appellavit*, verum etiam quod *judicium appellationis* pendebat explicans appellationem receptam fuisse. Idem infertur ex textu *in l. Paulus* 28. *ff. de tutor. dat. l. tutor* 20. *ff. de admin. tutor. l. cum in una* 17. §. 1. *ff. de appellat.* Quibus in juribus de appellatione interposita in

specie de quâ tractamus, expressa mentio adest.

Non inquam obstat, quia omnia ista jura intelli- 20
genda sunt de appellatione interposita à rejectione excusationis; in quo casu congruum remedium est ipsa appellatio non autem à datione immediata tutoris. Quod eleganter explicat Ulpianus *in l.* 1. §. 1. *ff. quando appell. sit.* dicens *si quis tutor datus fuerit, vel testamento, vel à quo alio, qui jus dandi habet non oportet eum provocare: hoc enim divus Marcus effecit, sed intra tempora præstituta excusationem allegandum habet, & si fuerit pulsa, tunc demum appellare debebit; cæterum ante frustra appellatur.* id ipsum rescripserunt Imperatores *in l. tutores* 18. *C. de excusat.* Quorum ratio est, nam tutores plerumque testamento dantur *l. amicissimos* 36. *ff. de excusat. l.* 1. & *tot. tit. ff. de testam. tutel.* cum autem appellatio compe- 21
tens remedium non sit ad revocationem eorum, quæ in ultimis elogiis scripta reperiuntur: hinc est quod non appellationis, sed excusationis remedium introductum fuerit. Potestas namque dandi tutorem, per leges duodecim tabularum primum patribus in testamento concessa fuit sic *in l.* 20. dicitur *uti quis legassit super pecunia tutelave suæ rei, ita jus esto.* & clarius ad rem *in l.* 21. his verbis. *Parentibus tutorum liberis in potestate dandorum testamento jus esto.* Quod expressum habemus in *l.* 1. *ff. de testam. tutela* quo Gajus ait, *lege duodecim tabularum permissum est parentibus liberis suis sive feminini, sive masculini sexus, si modo in potestate sint, tutores testamento dare* docent Balduin. *in d. l.* 21. Revard. *ad leg. duod. tabul. c.* 12. Brison. *de form. lib.* 5. §. *jam, pag.* 446. Carol. Sigon. *de antiq. jur. civil. Romanor. lib.* 1. *cap.* 12. Ant. Faber. *in jurispr. Papin. tit.* 12. *princip.* 1. *illat.* 26. novissime Narbona *de ætate anno* 14. *q.* 52. *ex num.* 3. Postea ex lege Atilia in urbe Prætori, & majori parti Tribunorum in Provinciis Præsidibus ex lege Julia & Titia prorogatum fuit, ut 22
docent Ulpian. *in frag. tit.* 11. & Just. *in* §. 1. & *tot. tit. instit. de Atilian. tutor.* & præter laudatos Illiger. *ad Donel. lib.* 3. *comm. cap.* 7. *lit. C.* ob quod cunctæ dispositiones respicientes tutelarum materiam de testamentaria principaliter tractant, & deinde ad cæteras extenduntur, ut expresse dixit Modestinus *in l.* 2. §. *hoc autem* 4. *ff. de excusat.* his verbis: *Hoc autem videtur quidem dictum esse de tutore dato secundum testamentum: convenit autem hoc, & omni alio.* Ex his sequitur genuina interpretatio Rubricæ, *ff. si tutor vel Curator Magistratus creatus appellaverit*; nam ista appellatio, intelligenda erit interposita, post rejectam excusationem; ut interpretatur Ant. Faber *in C. lib.* 7. *tit.* 29. *defin.* 1. *num.* 1. *in not.* quod innuit 23
Hermogenianus *in l.* 2. *eod. tit.* dum dicit: *Tutor, vel Curator retentus, si provocaverit.* Nam dictio *retentus* supponit excusationem objectam, atque repulsam; alias enim *retentus* dici non poterat, ut clare explicat Cujac. *in paratit. ad hunc titul.* licet ipse *lib.* 5. *responsor. Papin. in l. tutores* 19. §. *tutor datus, ff. de administr. tutor.* contra Accursium tenuerit tutorem statim posse appellare à datione; cujus sententia in praxi admissa non est; de quo videndi Donel. *d. lib.* 3. *com. cap.* 9. & ibi Illiger. *lit. R*, Anton. Fab. *in jurispr. tit.* 24. *princ.* 1. *illat.* 6. & 7. Pichard. & cæteri institutionum Justiniani expositores *in d.* § *qui autem* 16. *de excusat.*

Ex quibus satis colligitur quod omnino remissa est tutoribus necessitas appellandi; imo plures tenent, quod appellatio est ineptum remedium cum datio tutoris non sit jurisdictionis, sed potestatis specialiter per leges certis personis concessæ tex. *in l. nunc* 6. §. *tutoris datio, ff. de Tutel.* docent Govcanus *lib.* 2. *de jurisdict. in princ. num.* 15. Donellus *dict. lib.* 3. *cap.* 7. & ibi Illiger. *lit. C.* cum pluribus aliis ex laudatis supra.

Hæc enim dispositio, quod à datione tutelæ, vel cu- 24
ræ non appelletur, sed excusatio proponatur, ubique gentium admissa est; Castellæ per *l.* 4. *tit.* 17. *part.* 6. ubi Gregor. Lopez, Gutierrez aliis relatis *tract. de Tutel. p.* 1. *cap.* 21. *num.* 33. Pichardus *in d.* §. *qui autem excusare,*

num. 1. Aragoniæ tradunt Mol. *in repertor. For. verb. appellatio* ubi Portol. *num.* 83. in Cathalonia Cancer *variar. lib.* 1. *cap.* 7. *num.*70. *vers.idque in ipsius num.seq.* Fontanella *de pact. claus.* 4.*glos.* 10.*part.*1. *n* 129 Ripoll. *ad Peguer. in prax. rub.* 2. *num.* 18. ex alienigenis Petr. Gregor. *lib.*12.*syntagm. cap.*26.*ex num.*2. Ant. Fab. *in C. lib.*7.*tit.* 29.*de fir.* 1. Donell. *d.lib.*3.*c.*9.ubi Illiger. *lit. R, & S.* plures refert Salgado de *Regia protect. part.* 3. *c.* 8. *num.*24. *cum seqq.* apud quos plura reperies de tempore, modo, causis, atque forma procedendi in excusationibus.

25 Id ipsum de jure Valentiæ procedit; nam per *for.* 27. *de testam. tutel.* remedium excusationis tutoribus, atque Curatoribus conceditur, ibi: *si donchs aquell vehi nos porra excusar iustament que no sia tudor.* idem exprimitur in *for.*44.*eod.tit.* ibi: *o que seran excusats que no sien tudors per iusta raho*, & sic observatur in praxi juxta notata per D. Leo *decis.* 57. *&* 151. in quibus adducit decisiones Regiæ Audientiæ denegantes evocationem introductionis appellationum, ita ut neque tertio appellanti
26 à datione tutoris introductio admittatur. Nam in prima specie memorata *dict. decis.* 151. habetur quod Vincentius Pujazons miles datus fuit Curator filiis & hæredibus Don Gasparis Fenollat, à qua datione appellaverat Iacobus Florcadell juris Doctor, & ei denegata appellatio fuit, sive introductio illius. Et quamquam per foros expressæ reperiantur causæ legitimæ excusationis, non tamen statutum tempus opponendæ excusationis, quæ omissio efficit ut remaneat in dispositione juris per tex. *in l. commodissime* 10.*ff. de lib.& posthum. cum vulgat.* docent Don Iosephus Vela plura congerens *dissert.*4. *n.*37. *&* *dissert.*8.*n.*8.& D. Crespi *obser.*69.*n.*20. *in fin.*

27 Ob quod secundum textum *in l. scire oportet* 13. §. 1. *ff. de excusat.* cum similibus adductis per Doctores superius memoratos, excusatio opponenda est intra quinquaginta dies à notitia dationis; in quo nota, quod contumacia se non excusantis intra terminum purgari non potest, per tex.*in l. testamento* 11. *C. eod. tit.* notant præter Dionys. Gothofred. *in d.l.scire oportet*, §. 1. *lit.G.* Galganetus *de tutel. & Curat.lib.* 1. *tit.*9. Montan. *de Tutor. & Curator. capit.* 35. *regul.* 3. Cavalcan. *eod. tract. capit.*1. *numer.* 195. Anton. Faber. *dic. illation.* 7. Conversan. & alij laudati per Gutierrez *dict. cap.*21 *n.*33.

28 Quæ quidem procedunt tam in testamentaria tutela, quam in cæteris, ut de jure probatum remanet supra *num.* 22. & de foro; nam ex hoc ut tutor, vel Curator testamento datus administrationem subire teneatur, non indiget confirmatione, sic expresse cautum est *in for.*11. *&* 12.*eod.tit.* Quare ad hoc ut excusetur, precise tenetur adire Iudicem, & causas excusationis proponere intra quinquaginta dies à jure præfinitos, computandos ab ipsa notitia prima, ut *in d.l. scire oportet* 13. §. *quinquaginta*, *ff. de excusat.* ubi dicitur *Quinquaginta vero dies continue numerantur incipiendo à tempore cognitionis, quo quis cognovit seipsum datum esse.* Et causa excusationis intra quatuor menses expediri debet, textus expressus *in l. quinquaginta* 38. *ff. eod.* ibi: *Quinquaginta dierum spatium tantummodo ad contestandas excusationum causas pertinet: peragendo enim negotio ex die nominationis continui quatuor menses constituti sunt.* Quod observari debet, nisi per adversarium steterit quominus expediatur *l. si cum ipse* 39. *ff. eod. tit.* & interim damnum rei pupillaris cedit periculo tutoris, nisi causam excusationis probaverit, *l. ff. si tutor*, *vel curat.* ibi: *appellaverint nec causas probaverint, sciant ad periculum suum pertinere, quidquid damni per moram appellationis acciderit.* idem habetur *in dict. l.* 2. ibi: *Tutor vel Curator retentus, si provocaverit, & ante causam actam moriatur, propter periculum medij temporis, successores ejus causas appellationis necesse habent reddere.*

31 Nec relevat dicere, quod in Curia Iudicis ordinarij observari solet non cogere tutores, vel curatores testamento dato, munera subire: nam iniquitas hæc, non est toleranda in perniciem pupillorum, qui per se non habent personam legitimam standi in judicio, nec possunt causas agere deficiente tutore, ob quod iudicium religioni commissum est, ut de his curent; & sic potius nequitiæ, vel ignorantiæ quorundam Assessorum tribuendum est; nam plures tyrocinio nondum depositio, 32
ad hanc judicaturam per sortem destinantur, quare justissime de eis conqueruntur D. Leo *decis.* 104. *numer.*4. & acrius Dominus Crespi *obser.* 15. *numer.* 44. factum ridiculum ex insicitia cujusdam Assessoris referendo. Sed Ego non tantum eis quantum Auctuariis culpam irrogarem, qui præ cupidine vilissimæ mercedis, resultantis ex datione multiplicata tutorum, miseros Assessores decipiunt, consuetudines supponendo quæ nihil aliud quam iniquissimæ correptulæ sunt.

Per usum hujus voluntariæ jurisdictionis expediri 33
solent declarationes successionum ab intestato; dum non adest qui se opponat, vel si exploratum est cui hereditas deferatur bene: sed si res dubia sit, vel in facto, vel in jure merito dubitatur an recte fieri possit, nisi is cujus interest ad judicium citetur. Absolvuntur similes declarationes porrecto libello, capta summaria informatione extrajudiciali, Inspectis instrumentis, atque nemine citato, neque aliqua solemnitate observata, 34
subsequitur decretum in modum sententiæ. Sed proprie sententia non est, sed quædam Iudicis pronunciatio, præparatoria alterius judicij, à qua tanquam continens vim definitivæ appellari potest, ut cum Fabro docet Dom. Crespi *dict. obser.* 69. *num.* 19. *&* 20. Et ratio est, nam licèt extra solemnia judicij fiat, causæ cognitionem desiderat, ad quod necessarius est usus jurisdictionis. In omnibus enim quæ fiunt causa cognita appellatio necesse requiritur, tex. *in l.*2.*C. quand. provoc. non est necef.* Leo *de præparator. jud. p.* 1. *præpar.* 5.*n.*95.

Eadem praxis observatur quoties in successionibus 35
majoratus; vinculi, seu fideicommissi successivi, similes declarationes fiunt; nam adveniente die, qui successisse credit, Iudicem adit, & eodem ritu declarationem postulat atque obtinet. Istæ enim dici solent declarationes
juris succedendi, de quibus parum, vel nihil per no- 36
stros Practicos scriptum reperitur. Sunt ex natura sui de præparatoriis, & utiles ad habendum præ manibus documentum per quod appareat de successione, & si res contradictore careat, eo titulo admittitur ad gerendum omnia quæ legitimi successores gerere solent; sed si contradictor insurgit, eo ipso quo producuntur, is cujus interest appellationem interponit, agendo ad revocationem; quæ quidem appellatio si re integra interponitur, producit effectum suspensivum, sin minus 37
relinquit rem in statu quo reperit: licet enim hæc extrajudicialiter fiant, & quæ sunt hujus generis appellationem suspensivam non recipiunt secundum Glos. *in c. non solum de appellat. in* 6. pluribus Salgado *d.cap.*14.*num.*13. *cum seqq.* Qui gravamen sentit, superiorem adit, à quo impetrare solet præceptum inhibitivum ne ad ulteriora procedatur per inferiorem, quousque de juribus utriusque summatim saltem cognoscatur.

Hæc omnia utilitatem præ se ferunt, verum negari non valet, quod mandatum de immittendo in possessionem bonorum, quod postulatur, & conceditur, plerum- 38
que iniquitatem continet, nempe dum melius jus fovens neque citatur neque auditur. Et licet reparabile videatur damnum istud in judicio quod separatur, nihilominus per eum transfertur onus probandi in læsum, & commodæ possessionis postulanti conceduntur. Neque id evitatur per clausulam justificativam immittendi in possessionem *si à nemine detinetur*: Quia hæc respicit reservationem juris possessionis ab alio obtentæ, ne de facto ab ea spolietur, de quo non tracto: sed de eo qui forte melius jus fovet, & antequam possessionem.

39 nem adipiſcatur, vel allegare ſua jura poſſit, excluditur, cum eo mandato de immittendo obtento; per fas, vel nefas poſſeſſionem bonorum conſequitur, & antequam jactura iſta reparetur, multum temporis & impenſarum conſumitur.

Nihilominus ſimilem praxim improbare non audeo, cum per inveteratum uſum jam vim ſtyli atque conſuetudinis legitime præſcriptæ obtinet, & in conſequentiam vim legis ex traditis per D. Creſpi *obſer. 10. num. 46. & 51.* tum quia hæc raro eveniunt, & frequentius utilitas experitur, & ut dixit Celſus *in l. 4. ff. de legib. ex his quæ forte uno alioque caſu accidere poſſunt, jura non conſtituuntur.* Tum etiam quia multa quæ iniqua ex ſe ſunt,
40 interdum juſtiſſime conceduntur, ut in ſimili docet Goveanus *in dict. l. 4. de jurisdic. numer. 8.* ſi enim concedens declarationem, cum mandato de immittendo, in quantum natura negotii atque judicii patitur, juſtificationem ſcrutatur, & juſtificatam inſtantiam cernit, juſte declarationem concedit: & ſi legitimus contradictor damnum ſentit, ſibi imputet, quia tacuit; vigilantibus enim, & non dormientibus jura ſubveniunt tex. *in l. pupillus 24. ad fin. ff. quæ in fraud. creditor. l. non enim negligentibus 16. ff. ex quib. cauſ. maior.* cum aliis congeſtis per Citiacum *contr. 328. numer. 12.*

41 Quod limitandum erit caſu quo notum Judici ſit alium jus habere ad eandem ſucceſſionem, & quando ex ipſiſmet rebus ſuadetur non poſſe ſine controverſia Judiciali definiri. Nam tunc ſpectare debet, quod contradictor in judicio compareat, & ſi detegatur quis ſit, eum vocare ex pluribus per Paulum Xamar *dict. q. 9. num. 81. cum ſeqq.* Quia dum Judex poteſt ex officio repellere agentem ſine actione, multo magis poterit ju-
42 dicium ſuſpendere, & eum cujus intereſt ad eum vocare: ne præcipitanter procedat Sic obſervatum fuit per Regiam Audientiam me interveniente ad relationem Nobilis Don Franciſci Bono, in cauſâ ſtatus de Aranda; nam unus ex contendentibus immiſſionem in poſſeſſione, Tenentiæ de Alcalaten, poſtulavit ex prima notitia mortis ultimi poſſeſſoris, & ſuſpenſa fuit conceſſio per illum diem, & in ſequenti jam adfuit legiti-
43 mus contradictor poſſeſſionem pariter poſtulans, quæ uſque in hunc diem nemini judicaliter conceſſa eſt, & bona ſub ſequeſtro ſunt. De quo non adeſt decretum, ſed in rei veritate ſic obſervatum fuit; juſtiſſime, & obſervari debet, præmaxime quando jus habentes, non degunt in provinciâ vel Regno.

44 Per uſum iſtiuſmet voluntariæ jurisdictionis concedi ſolent decreta ad alienandum prædia pupillorum, minorumve. Ad quod percipiendum omiſſis pluribus ſignificationibus nominis *decretum*, quas laro calamo tradit Octavius Simoncellus *in tract. de decretis, tom. 6. tractatuum doctorum part. 2. in præfat. numer. 3.* quem ſequitur Sigiſmundus Scaccia *de re judicata gloſ. 14.*
45 *quæſt. 2 numer. 47.* & inhærendo ſignificationi quam explicat Simoncellus *ibid. num. 8.* & Scaccia *num. 49.* itaut ſignificet *auctoritatem judicialem interpoſitam cauſa cognita ſuper eo quod petitur, citra cauſæ deciſionem.* Tranſeo ad differentiam verſantem inter decretum, & ſententiam, itaut diſtinguantur ex eo, quod ſententia continet condemnationem, vel abſolutionem per tex. *in l. 1. ff. de re judicatâ* decretum vero ſimplicem auctoritatis interpoſitionem cum cauſæ cognitione tex. *in l. nec quicquam 9. §. 1 ff. de offic. Proconſ. lib. 3. §. ſi cauſa,*
46 *ff. de bonor. poſſeſſ. l. 2. §. 1 verſ. quid ſi ea, ff. ſiquis ord. in bonor. poſſeſſ. ſervat.* quam differentiam explicat Corraſius *in d. l. nec quicquam, §. ubi decretum 1.* unde recte infertur, quod latius pateat nomen decreti, quam ſententiæ, ut expendit Cujacius *in paratitl. ad tit. C. de ſentent. & interloc. omn. judic.*

Demum quia ſententia continet condemnationem, vel abſolutionem in cauſa, quorum unus aliquid ab alio petit. *l. in his, ff. de verb. ſign. l. in ſum. 59. ff. de re judic. l. 2. ff. de ſent. & interloc.* Decretum vero fertur quando nihil petitur à parte, ſed à Judice, quod concedendum per ipſum eſt cauſa cognita *l. ob eas, C. de prad. minor. l. 1. ff. de ſucceſſor. edict. l. item eorum, §. fin. ff. de rebus eorum.* Sic diſtinguit Innocentius *in c. dudum de reb. Eccleſ. non alien.* quas differentias notat Simoncell. *in proem. num. 8. & ſeqq.* Sed Bodinus *de Republic. lib. 3. cap. 5. num. 881.* 48
decreta vocari aſſerit, quæ Judex non ex legis præſcripto, ſed ex æquitate arbitrio ſuo ſtatuit. Sequitur Illiger, ad Donell. *lib. 28. comm. cap. 3. lit. K,* & pariter Cujacius *in repet. ad tit. ff. quis ord. in bonor. poſſ. ſervet, prope fin.* & clarius *tract. 4. ad Africanum* dum aſſerit decretum interponi ubi jus deficit juxta tex. *in l. ſcriptus 12. ff. de Carbon. edict. l. §. ſi quis prima 16. ff. de verb. in ſcriptis. & in l. in mulieri, ff. de Curator. furioſ.* Quæ quidem differen- 49
tiæ plurimum conducunt ad explicandam naturam decreti, & ad percipiendum effectus, quos producit ipſius interpoſitio ſi modo debito interponatur; & quantum ipſius Judicis intereſt ne ipſius auctoritas contemptibilis fiat ex injuſta, vel indebita interpoſitione; nam licet informatio quæ deſumitur ad inſtructionem Curiæ, ſit in cognitione & proceſſu omnino extrajudiciali, ut pluribus probat Salgado *de Reg. protect. part. 1. c. 1. prælud. 3. n. 215.* cognitio cauſæ adhibenda eſt, ob quod Judex tenetur non excedere metas juſtitiæ.

Decreta igitur hujus generis, cauſæ cognitionem de- 50
ſiderant, quod infertur ex ipſius nominis efficacia, & probatur ex epigraphe librorum Juriſconſulti Pauli quos inſcripſit *imperialium ſententiarum in cognitionibus prolatarum, ſive decretorum.* Fragmenta eorundem habemus in *l. fin. ff. de jur. patronat. in l. quadam 41. ff. famil. herciſcun. in l. fin. ff de hæred. inſtit. l. Æmilius 38 ff de minor. l. fin. ff. de jur. fiſc. l. Paula 27. ff. delegat. 3. l. ult. ff. quod cum eo. l. Clodius 97. ff. de adq. hæred. l. Aelianus 10. ff. de manumiſſ. ultim. ff de condit. & demonſtr. l. cum quæreretur 140. ff. de verbor. ſignif. l. Oſidius 97. ff. delegat. 3.* Cujac. *lib 2. obſerv. cap. 26.* poſtquam in principio dixit decreta eſſe ſententias prolatas in cauſarum cognitionibus, ſubjungit libros Pauli componi ex ſententiis ſuggeſtis à Principe per partes vel Conſiliarios; quod ſalva pace tanti viri, repugnat ſuggeſtio cum cauſæ cognitione, quam ſupponit in *d. l. Oſidius* clarè dicitur *Imperator interrogavit partem legatarii.* Quod cognitionis eſt, non ſuggeſtionis in *l. fin. ff. de jur. fiſc.* pariter dicitur: *pronunciavit tamen ſecundum eorum opinionem,* quod ad judicialem cognitionem pertinet; & ea quæ dicuntur in his juribus, *ſuggerente Tryphonino à parte legatarii ſuggeſtum eſt* ad replicationes partium, eſt referendum. Decreta namque dabantur diebus cognitionum adhibito conſilio, ut infra dicemus, & dum in eodem epigraphe dicitur *in cognitionibus prolatarum* de verâ cauſæ cognitione intelligendum eſt, & dum in ipſis juribus continetur, quod conſulti in varias opiniones diſtrahebantur, uſus conſilii per interventum Conſiliariorum demonſtratur.

Sed quare in his immoramur dum clarius noſtra 51
propoſitio probatur ex tex. in *d. l. 9. §. ubi de retum*, ibi: *ubi decretum neceſſarium eſt; per libellum expedire Proconſul non poterit. Omnia enim quæcumque cauſæ cognitionem deſiderant per libellum non poſſunt expediri.* Id ipſum habetur *in l. omnia 71 & in l. ubicumque 105. ff. de rei vind. l. tutor 28. in prin. ff. de excuſat. l. 6. C. de prad. minor. prætori 16. C. Theodoſ. de Prætor. & Quæſtor.* Quæ quidem decreta dari per Prætorem ſolebant in diebus cognitionum adhibito conſilio quinque Senatorum, & quinque equitum Romanorum, de quo videndi Iacob. Revard. *lib. ſingul. pro trib. capit. 8. & 9.* Ant. Goveanus *in dict. l. 4. de jurisd.* Donel. *lib 1. comm. cap. 9.* ubi Illiger. *lit. B. & lib. 7. cap. 14. lit. P. lib. 21. capit. 11. lit. G. & lib. 23. cap. 11. lit. R.* Iacob. Cujac. *lib. 1. Paul. ed edict. in d. l. ubicumque 105. ff. de regul. jur. & in d. l. omnia 71. eod. tit. & ad tit. C. communi-*

nat. epistol. &c. & ad *tit. C. de pred. minor.* Ant. Faber *de error. pragmaticor. decad.* 10. *illat.* 6. Brisson. *de Formul. lib.* 5. *§. versor. cum seqq. ex pag.* 454. Iacob. Gothofred. *in comment. ad d. l. prætor* 16.

52 Dantur igitur decreta ad distrahendum prædia minorum, juxta tex. *in l.* 1. *cum seqq. ff. de reb. eor. l. lex quæ* 22. *C. de administr. tutor. for.* 17. *&* 18. *de testam. tutel.* Nam auctoritas tutoris, vel curatoris tanta non est, ut extendatur ad distrahendum res soli pupilli, vel minoris. Erat quippe prohibitum oratione Severi distrahere prædia rustica & suburbana atque mancipia pupillorum minorumve, cujus verba tradit Ulpianus *in dict. l.* 1. Et per Constantinum extensa prohibitio ad prædia, mancipiaque urbana, & ad res pretiosas *l. lex quæ* 22.

53 *C. de administr. tutor.* ut explicat late Cujacius *ad tit. C. de pred. minor.* & Brisonius *dict. lib.* 5. *de formul. §. eorum*, *pag.* 460. & tenent plures adducti per Velam *differt.* 5. *ex num.* 38 Ripol. *var. capit.* 11. *numer.* 348. *cum seqq.* Simoncellum *de decret. lib.* 1. *in præfat. ex numer.* 18. Guttierrez *de Tutell. part.* 2. *capit.* 5. *per tot.* Didacum de Narbona *dict. tract. de stat. anno* 25. *quæst.* 5. *ex num.* 3. Molin. *in repertor. for. Aragon. verb. tutor. numer.* 12. *& verb. decretum*, ubi Portoles *ex numer.* 2. late Castillo *controvers. lib.* 8. *capit.* 63. *ex numer.* 1. sed quia hæc trita sunt, libenter omitto. Solum præ oculis Judicum ponere decrevi celeberrimum Ulpiani responsum *in dict.*

54 *l. magis puto* 5. *§. non passim* 9. *ff. de reb. eor.* quo latè tradidit requisita ad hoc ut Judex juste concedat facultatem distrahendi prædia pupilli, vel minoris, & *in §. in primis* 11. *ejusdem textus* explicat diligentias quas adhibere debet, ne decipiatur, à tutoribus, vel Curatoribus, cujus verba tradere non absterrit, ne aliquis ex tyronibus legentibus hæc, oblivioni salubertima monita committat. *Quoties desideratur ab eo, ut dimittat distrahi, requirere debet eum qui se instruat de fortunis pupilli, nec nimium tutoribus*, *vel Curatoribus credere, qui nonnunquam lucri sui gratia, adseverare Prætori solent necesse esse distrahi possessiones, vel obligari. Requirat ergo necessarios pupilli, vel parentes, vel libertos aliquos fideles, vel quem alium, qui notitiam rerum pupillarium habeat: aut si nemo inveniatur, jubere debet eos rationes, itemque synopsim bonorum pupillarium: advocatumque pu-*

55 *pillo dare, qui instruere possit Prætoris religionem an adsentive vel dissentiatur debeat.* Eleganter equidem & religiosè; nam licet Ethnicus Ulpianus esset, in his plures orthodoxos superasse est compertum. Prosequitur in hunc modum & *in §. nec tamen* 13. subnectit. *Oportebit Prætorem curare, ut pecunia accepta creditoribus solvatur, & de hoc decernere, daregue viatorem, qui ei renunciet pecuniam istam ad hoc conversam, propter quod desiderata est alienatio, vel obligatio.* Arguit namque omissionem, vel desidiam Judicum, quibus per leges commissa est cura miserabilium pupillorum, & prævidit nequitias aliquorum in administratione rerum pupillorum, qui solum de distrahenda substantia tractant, consumendo universa patrimonia: utinam hæc vera non fuissent, ne tot pupillos male perditos lugeremus.

56 Sed ut pergamus, hæc, & alia plura ex necessitate officii Judex tenetur attendere, dum concedit decreta ad distrahenda prædia minorum, vel pupillorum; quæ si omiserit conscientiam gravat, & propriam existimationem contemnit: ac denique nihil operatur, quia etiamsi de facto decretum interponat ex falsa causa, nullitèr ipso jure procedit. tex. *in l. cum vero* 26. *§. subventum* 7. *ff. de fideicom. libert. l. cum hi* 8. *§. si Prætor aditus, ff. de transact. l.* 1. *in fin. ff. de ventr. inspic.* docent Bartol.

57 & Salicetus *in l.* 1. *C. si adverf. vendit.* Castrens. *conf.* 38. *numer.* 1. *& 2. lib.* 1. Alexander *consil.* 116. *num.* 1. *lib.* 1. Decius *conf.* 556. *num.* 6. *lib.* 4. Paris. *consil.* 98. *num.* 6. *lib.* 1. Menoch. *consil.* 29. *numer.* 48. *lib.* 1. Belluga *in specul. Princip. rubr.* 11. *§. jam supra*, *numer.* 5. Simoncel. *de decret. lib.* 1. *ex numer.* 31. Capicius *decis.* 113. Surdus *decis.* 278. *num.* 20. Mastril. *decis.* 121. *numer.* 6. Guttierrez *d. cap.* 5. *num.* 57. Gratian. *discep. forens. capit.* 153. *ex num.* 1. Fontanella *de pact. nuptial. dict. claus.* 4. *glos.* 13. *part.* 1. *num.* 22. Ripoll. *dict. capit.* 11. *numer.* 358. *&* 366. *&* 379. Et licet in *d. for.* 18. videatur caveri, quod permutatio bonorum 58 pupilli permitti valet, ratione utilitatis, vel melioration is, ibi: *o cambiar, o millorar.* Hæc locum habent, non passim, sed constito de evidenti utilitate, prælibato examine contento in *dict. §. in primis*, præcedente. Et ratio est, quia alienationes ratione utilitatis primo aspectu lætæ videntur, effectu duræ, eventu tristes, ut ex rescripto Antonini Imperatoris docet Paulus in *l. si fundus* 13. *ff. de reb. cor.* his verbis: *Quod allegatis infructuosum esse fundum quem vendere vultis, movere nos non potest: cum utique pro fructuum modo pretium inventum sit.* sub specie utilitatis damna quæruntur, & nisi propensio aliquorum tutorum ad distrahendum compescatur, miserrime facultates pupillorum peribunt. Aquâ transfusâ de vase in vase, licet ex materia solidissima sint, nunquam crescit, nec fieri potest quin, si non madefacta, humida non remaneant.

Sunt in usu hujus jurisdictionis voluntariæ alia de- 59 creta, quæ desiderantur ad distrahendum bona subjecta majoratui, vinculo, vel fideicommisso successivo, & ab institutore prohibita alienari, quæ concedi solent ex causa urgentis necessitatis vel evidentis utilitatis ipsius majoratus. In Regno Castellæ concedantur per nostrum Regem in Consilio Camerali per viam dispensationis in vim Regaliæ & plenitudinis potestatis; quod de jure nititur *in tex. l.* 2. *C. quand. decret. opus non est.* tradit cum Isernia, Frexia, Surdo, Corbulo, Afflict. Burat. Mierez, Molina, Scipion. Theodor. Carleval. & Noguerol. Salgado *in labirin. creditor. p.* 1. *capit.* 37. *ex num.* 1. de quo etiam late differit Castillo *lib.* 8. *controvers. cap.* 36. *§.* 1. *ex num.* 9. Et nihilominus ad justificationem 60 expediuntur literæ quas nuncupamus *cedulas de diligencias* directæ Prætoribus, vel Judicibus territorii, ubi res alienandæ sitæ sunt, & quamvis, ut dixi operetur in his Suprema Regis potestas legibus absoluta, non autem jurisdictionis exercitium, unde nulli Judicum permissum est has facultates concedere; sed solum Princeps concedit per Consilium Cameræ, tanquam Assidens ad latus ipsius, qui in temporalibus fons est atque 61 origo omnis jurisdictionis; tamen ex innata benignitate atque clementia, nunquam concedit, quin causa justa verificata remaneat, ut tradunt Molina *de Hispanor. Primogen. lib.* 1. *cap.* 8. *ex num.* 28. *& cap.* 19. *ex num.* 8. *& lib.* 3. *c.* 3. *ex num.* 20. & proprius ad rem de qua agimus *lib.* 4. *cap.* 3. *per tot.* quibus in locis Addentes plura congerunt, plures etiam laudat Larrea *allegat. fiscal.* 75. *num.* 1. Salgad. *d. cap.* 27. *ex num.* 11. *&* 28. Castillo *lib.* 2. *controvers. cap.* 28. *lib.* 3. *cap.* 28. *& lib.* 5. *cap.* 147. *& lib.* 8. *d. cap.* 34. *§.* 1. *num.* 12. *cum seq.* Noguerol. *allegat.* 32. *ex num.* 138. & ex alienigenis aliqua prælibavit Ciriacus 62 *contr.* 182. *num.* 16. Et quamquam ipse Noguerol *ead. alleg.* 32. *num.* 167. cum Mieres teneat, quod causa alienandi semel approbata in Consilio Camerali, amplius impugnari non valet: intelligendum puto per citatum vel ejus successores, quibus præjudicium parat; non vero per alios qui citati non fuerunt, nec causam habent à citato; nam quotidie in litibus deductam vidimus quæstionem de subsistentia facultatis, vel quia ad res de quibus agitur non extendebatur, vel quia obreptitia seu subreptitia dicitur: & ratio est quia istæ facultates 93 conceduntur per viam gratiosam, & sic subjiciuntur ipsismet regulis, quibus reguntur cæteræ gratiosæ concessiones, ut cum Avendaño, Mierez, Paz, Gregorio Lopez, Alexandro, Osasco, Rota, Grammatico, & Peregrino docent Salgado *d. c.* 37. *n.* 12. *&* 13. *& part.* 2. *c.* 9. 10. *&* 22. *per tot.* Ciriacus *contr.* 258. *n.* 14. *& contr.* 303. *num.* 71.

In Regno vero Valentiæ decreta hæc feruntur per 64 viam

viam interpretationis, tanquam si institutor Majoratus, vel fideicommissi successivi, si in vivis esset id ipsum quod desideratur concederet, inspecta causa necessitatis, sive utilitatis à jure admissa; quod colligitur ex tex. *in l. filius familias* 114. §. *Divi* 14. *ff. de legat.* 1. cujus verba sunt hæc: *Divi Severus & Antoninus rescripserunt: eos qui testamento vetant quid alienare, nec causam exprimunt, propter quam id fieri velint: nisi invenitur persona cujus respectu hæc à testatore dispositum est: nullius esse momenti scripturas, quasi nudum præceptum reliquerint; quia talem legem testamento non possunt dicere. Quod si liberis, aut posteris, aut libertis, aut hæredibus, aut aliis quibusdam personis consulentes ejusmodi voluntatem significarent: eam servandam esse. Sed hæc neque creditoribus, neque fisco fraudi esse; nam si hæredis, propter testatoris creditores, bona venierunt, fortunam communem fideicommissarii quoque sequuntur.* in cujus textus prima parte habetur tota ratio sustinendi vincula, vel fideicommissa successiva, dum causa exprimitur, nempe conservandi bona in familia ad illius splendorem, vel invitandi dilectos ad successionem aut similes; si enim deficiat causa prohibitionis alienandi, nullius momenti esse dicitur. In secunda vero parte habetur ratio distrahendi bona prohibita alienari, urgente nempe, ære alieno testatoris, fisci juve pro vicesima, falcidia si non est ablata, & aliis hujus generis, ut explicat Cujac. *lib. 5. obser. c.* 16. Et cum per viam interpretationis fiant non à Principe, vel ipsius Supremo Senatu ista decreta impetrantur, sed regulariter ab ipsis ordinariis judicibus, eisdem ferme requisitis, & forma quibus decreta ad alienandum prædia pupillorum impetrari solent. Nec mirum nam si prohibitio distrahendi prædia minorum quæ dimanat à lege, ut dixi *num.* 53. interpretatur à Judice; multo magis prohibitio alienandi inducta ab homine sive in testamento sive in contractu. Docent Cinus *in dict. l. si minor, C. de præd. minor.* Bald. & Salicet. *ibid.* Gregor. Lopez *in l.* 4. *tit.* 5. *part.* 5. *glos.* 8. Marta *de jurisdict. p.* 4. *cas.* 193. *numer.* 12. Iason *in l.* 1. *C. de sacros. Eccles. lectur.* 2. *numer.* 96. Gratian. *discep. for. cap.* 409. *n.* 30. & *c.* 555. *n.* 12. Noguerol. *d. allegat.* 32. *n.* 134. *cum seqq.* & Dñs Crespi *obser.* 15. *num.* 302.

65

66 Ex hac differentia ingens effectus resultat, nam si Princeps legibus absolutus pro sua clementia has facultates, ubi nulla fororum vi adstringitur, non concedit absque justificatione causæ, publicam utilitatem respicientis, vel ipsius majoratus utilitatis, vel necessitatis, ut late probat Molina *dict. capit.* 8. *numer.* 31. & Addent. *ex numer.* 28. quem sequuntur Gratian. *discep. for. capit.* 331. *per tot.* & Fontanella *de pact. clausi.* 5. *glos.* 1. *part.* 2. *ex numer.* 2. ita ut causa simili cessante decretum, Facultas vel alienatio, nullius momenti remaneat, ut

67 cum Milanense Farinacio, Gabriele, Molfessio, Menochio, Giurba & Peregrino probat Anton. Amato *variar. lib.* 1. *resol.* 3. *numer.* 64. Quanto magis Judices ordinarii subjiciuntur huic dispositioni, & attendere debent ad justificationem causæ dum eorum potestas, non supra leges, sed sub legum nexibus alligata reperitur tex. *in l.* 1. *C. de legib. l.* 9. *eod. tit.* ubi communiter Doctores? Hinc nostra jura maximopere desiderant justificationem in istis decretis, & sic in foris superius expensis, pro decretis rerum pupillarium repetita reperitur expressio *justæ causæ*, & *in cap.* 334. *actor. Cur. Brachii Reg. anni* 1626. ad reprimendos abusus decretorum

68 concedendorum tam ad distractionem rerum pupillarium, quam vinculo, vel majoratui supponitarum, cautum fuit, quod decreta ad alienandum similia bona excedentia summam duorum millium solidorum, & mandata inde secuta, subscribi debent per utrumque Assessorem Judicis Ordinarii sub nullitatis vitio, nec mirum. Nam si excelsa Prætoris Romani dignitas (imo nec Imperatoria) ad hæc non procedebat, nisi adhibito Consilio, ut dicebamus *sup. numer.* 50. & *seq.* quid mirum quod curiales bonum commune foventes, de adhibendo consilio ad hæc, in quantum Judicis Ordinarii Curia patitur, tractarent, & Princeps annueret libenter? & quamquam *in* 6. 14. *actor. Cur. ejusd. Brachii anni* 1645. revocatio hujus dispositionis supplicata fuit, Princeps denegavit, nam ratio revocationis utilitatem privatam respiciebat, ibi: *en notable perjuhi dels ordinaris.* quæ in his non attenditur; inepte enim facilitas concedendi decreta affectatur, quando publica utilitas exposcit, quod non nisi necessitate urgente fiat. 69

Hinc frequens querela in Judices inferiores insurgit, & hinc Simoncellus *de decret. lib.* 3. *tit.* 7. *inspect.* 3. *numer.* 39. scite dixit. *Quod valde notandum est pro Potestatibus, Vicariis, & aliis judicibus Castrorum, qui vili mercede in contractibus magni roboris, interponunt decretum, pro quorum judicum decretis ex jam supra relatis minime præsumitur. Et ratio est, quia non est verisimile quod talis Judex fecerit servari solemnitates juris, quas ipse ignorat, ut videtur considerasse Aretinum dict. consil.* 69. *vers. præterea Rolandum à Valle dict. consil.* 90. *numer.* 47. *& Alciatum dict. regul.* 3. *præs.* 10. *numer.* 10.

Nec mirum quod ista dicantur, quia de jure solum 70
Prætor in urbe, Præsides in Provinciis dabant *dict. l.* 1. *cum seqq. ff. de reb. eor. dict. l.* 6. *C. de prædiis minor.* notant Angelus *in authent. ut differ. judic. §. si tamen col.* 9. Bertachin. *in repertor. verb. decretum Judicis, numer.* 131. *& verb. Officialis Castrorum, numer.* 1. Nata *consil.* 161. *numer.* 10. *lib.* 1. Simoncell. *ubi sup. num.* 40. Et licet negari nequit, quod in Regno Valentiæ hoc commissum est Judicibus ordinariis, ut *in nostro tex.* dicitur, ibi: *ab auctoritat de la Cort.* à principio, quan- 71
do Rex Iacobus ea concessit, non aderat superior potestas cui committeretur, neque nemo conquerebatur de nequitia vel abusu: hodie aliter res se habet, sed non adducuntur ista ad eos excludendos, sed ut contineantur intra limites justi & recti ne eis prorsus auferatur. De observantia *dict. capit.* 334. varia audivi, nam aliqua decreta concessa dicuntur eo non observato, quovsque Don Philibertus Miralles conquestus fuit in Regia Audientia de nullitate de- 72
creti per Petrum patrem illius obtenti, ad luendum censum duodecim millia ducatorum impositum super juribus Civitatis; nam postea nemo ausus fuit acquiescere decretis aliter provisis. Lis adhuc sub Judice est, & immerito, dum decisio maximopere desideratur ad exemplar in futurum. Et licet obstare possit nullitati, quæ quoad ritum indubia est, quod sententia nulla si 73
justa appareat, veniat confirmanda ex traditis per Dominum Leo *decis.* 189. *ex numer.* 4. verum hæc doctrina procedit in sententia ubi jura plene discuriuntur, non in decretis quod fit inaudita parte *cujus* interest. Ratio procrastinandi decisionem ignoratur, sed damnum ex hac protelatione experitur.

Horum decretorum competens remedium est appellatio, ut mihi probat tex. *in d. l. fin. ff. de jur. Patronat. in d. l. quadam* 41. *ff. famil. herciscund. in l. ab exe-* 74
cutore, ff. quor. appellat. non recip. l. ait Prætor. 7. §. *permittitur, ff. de minor. l.* 4. *C. de numer. Patrimonial. lib.* 10. ubi Cujac. Petrus Gregor. *lib.* 25. *syntag. capit.* 24. *num.* 17. Gratian. *discept. forens. capit.* 566. *numer.* 11. Salgado *de reg. protect. part.* 2. *cap.* 13. *per tot.* ubi plures, & licet *capit.* 14. *num.* 13. teneat non producere hanc appellationem effectum suspensivum ex eo quod interponatur in extrajudicialibus, contrarium crediderim; nam dum causa cognita & adhibito consilio, decreta danda sint, ut probavi *d. num.* 50. non possunt dici extra judicium data, quare effectum suspensivum concedere debemus.

Ex his infertur, quod cuncta à Doctoribus memo- 75
ratis *supra numer.* 61. tradita ad restringendum arbitrium concedendi facultates Regias in his alienationibus,

bus, majori cum ratione procedunt in arbitrio concedendi decreta per Judices ordinarios, & cæteros qui non per viam dispensationis, sed per viam interpretationis procedere tenentur, quia horum potestas intra angustiores cancellos clauditur, ut per se patet.

Ex quo principio sequitur, quod si ad concedendam facultatem alienandi per viam dispensationis requiritur citatio primi successoris, ut tenuit Molina *dict. lib. 4. capit. 3. numer. 5.* per tex. *in l. 1. §. denunciari. ff. de vent. inspiciend.* & latius *lib. 3. capit. 3. numer. 23.* ubi Addentes adducunt Laram, Fusarium, Castillum & alios, quibus adde Scacciam *de re judic. glos. 13. num. 5. & 6. vers. sed hanc.* & Salgad. *d. p. 2. de reg. protect. cap. 13. numer. 56.* majori cum ratione Judex qui per interpretationem procedit, tenetur citare primum successorem, 76 ne decipiatur per possessorem majoratus, qui causas necessitatis, vel utilitatis affectat, ad dilapidandum bona majoratus, ut colligitur ex dictis *sup. numer. 54. cum seqq.* & in specie horum decretorum tenuit Fontanella *ubi prox. num. 22.* ne pro decreto minus præsumatur, quam pro sententia ex eo nempe quod inaudita parte datur, ut tenuit Gratian. *discep. forens. capit. 268. num. 29.* licet regulariter pro eo præsumatur, dum non constat de læsione, idem Grati. *cap. 233. num. 55.* Ramon. *consil. 42. num. 40* Ciarlin. *lib. 2. controvers. cap. 123 num 6.* Quod procedit si decretum datum sit per Magistratum superiorem, non verò per Judicem inferiorem docent Baldus *in l. tutores, C. de confirm. tutor.* Iason *in l. pacta novissima, C. de pact. num. 9.* Paris. *consil. 98. num. 21. lib. 1.* Simoncel. *de decret. dict. tit. 7. inspect. 1. num. 39. & 40.* Vulpel. *consil 43. num. 10.* Mascard. *de probat. conclus. 481. num. 16.* Menoch. *de præsum. lib. 1. præs. 75. ex num. 1.* Gratian. *discep. forens. cap. 831 num. 2.* Hoc aliquando, licet non semper, observari solet in Regia Audientia, ut in causa Don Vincentii de Borja, cum Subsacrista Almæ Sedis administratore bonorum Magnifici Ioannis Baptistæ Guardiola, referente nobile Don Onufrio Bartholomæo Ginart. In hoc Supremo me referente fuit observatum *anno* 1674. in concessione decreti ad distrahendum Baroniam de Finestrat, obtenti per Comitem de Anna citato Don Ferdinando Coloma & Pujades illius fratre, & immediato successore.

Sic similiter concedentes hujusmodi decreta per 77 viam interpretationis nulliter, & injuste, tenentur in utroque foro ad restitutionem, ut de Senatoribus Camera-libus docet Molina *d. lib. 1. c. 8. n. 10. & d. lib. 4. c. 3. n. 5. n. fin.* si enim qui supremam potestatem exercent ad restitutionem obligantur, quanto magis qui ordinariam jurisdictionem legibus alligatam, ut ex *d. l. 1. & 9. C. de leg.* dixi? Neque excusationem adfert dicere quod expositum fuit per postulantem adesse æs alienum testatoris, ut bona fideicommissi, vel majoratus distrahantur: nam evidenter constare debet subsistere æs alienum, creditorum instantias urgere, & aliter occurri non posse, ex 78 tex. *in d. l. ob æs alienum, C. de pred. minorum. d. l. magis puto, §. passim. ff. de rebus eorum. dict. l. filiusfamilias 114. §. divi 14. ff. de legat. 3.* Roman. Corne. Afflictis, Roland. & alii adducti per Guttier. *d. c. 5. n. 75. cum seqq.* defectus namque causæ vitiat decretum, ita ut non requiratur quod in totum deficiat, sufficit enim quod in modica quantitate claudicet, nam in totum annullatur propter in- 79 dividuitatem tex. *in l. in hoc. judicio, ff. famil. herciscund. glos. als. in l. fin. ff de jurisd.* ubi Alexander. *col. ult. n. 10.* Castrensis *in l. si non fortem, §. si centum, num. 2.* ubi etiam Iason. *n. 4. ff. de condict. indeb.* Puteus *dec. 323. lib. 1.* Rota *divers. lib. 1. decis. 221. n. 1.* Gracian. *discep. forens. c. 447. n. 40. cum seq. c. 566. n. 1. c. 581. n. 2. & c. 926.*

Constito igitur de falsa causa sive expresse sive tacite 80 remanet decretum ipso jure nullum secundum text. *in l. Seic 26. ff. de tutor. & curator. dat.* ubi Bartol. & Dinus, & *in l. error.* ubi etiam Bartol. *ff. de jur. & fact. ignor.* Glossa *in l. 2. C. quando provoc. non est necess.* Alexan. *cons. 207. n. 7. lib. 7.* Felin. *in c. intimavit col. 1. de testib.* Surd. *cons. 298. n. 8. lib. 2.* Gratian. *discep. forens. c. 914. n. 14. & c. 961. n. 25.* Scacc. *de re judicat. glos. 14. q. 32. n. 21. & 24. cum seq.* Ciriac. *contr. 258. ex n. 13.* Prato *discep. forens. part. 4. c. 4.* 81 *n. 13.* Quæ nullitas extenditur quando deficit expressio solemnitatum requisitarum à jure, vel ipsæ adhibentur præcipitanter, in brevissimo tempore, ita ut appareat causas non fuisse debito modo examinatas, sic tradunt Iacob. Menoch. *de arbitr. judic. cas. 171. num. 41.* Simoncell. *de decret. lib. 2. tit. 6. n. 105.* Duenas *regul. 186. num. 5.* Scaccia *de re judic. d. glos. 13. n. 5.* pluribus Salgado *de reg. protect. p. 3. c. 9. n. 214.* Ciriacus *contr. 498. n. 26.* Amato *var. lib. 2. resol. 71. n. 13.* Et licet plures tenent hoc 82 procedere de jure, non autem de consuetudine, quia per eam omissa est expressio solemnitatum ut aliis relatis testatur Gratianus *d. c. 961. n. 12.* in Regno Valentiæ viget consuetudo adhuc, in exemplaribus decretorum partibus authentice traditis, ponendi à prima linea usque ad ultimam omnia gesta coram judice ad concessionem decretorum, nec aliter in usu judiciorum admittuntur.

Si vero decretum postulatur ratione majoris utilita- 83 tis, sicut dictum est *n. 58.* debet evidenter constare de utilitate, & etiam si de ea constet, inspici demum debet an prohibitio inducta sit ex generali ratione conservandi bona in familia, vel successione, an vero ratione specialis affectionis, quam institutor habuit bonis de quorum distractione tractatur. Nam in primo casu dum de utilitate evidenter appareat, concedi decretum potest; secundo vero nequaquam, quia finis testatoris est ne similes res extra familiam distrahantur, sic probat text. *in l. peto 69. §. fratre, ff. de legat. 2. l. si in emptionem* 84 *35. ff. de minor. l. libertus 36. ff. de bon. libert. l. lex quæ 22. §. nec vero, C. de administr. tutor. l. dudum 14. C. de contr. emp.* docent communiter Doctores in his juribus. Tiraquel. *de utroq. retract. n. 34. & 49.* Ant. Galear. Malvas *cons. 37. n. 29.* Guttierrez *d. c. 5. n. 77. & 78.* Quod decisione Regiæ Audientiæ confirmatum est referente Nobile Don Onufrio Bartholomæo Ginart *anno 1644.* Quia Don Gaspar Gueraude Arellano, & Domna Flavia Pa- 85 vesi hæres Doctoris Martini de Bellmont, vendere desiderabant viridarium percelebre, alienari prohibitum ratione specialis affectionis quam testator habuerat, & sub onere fideicommissi perpetui reliquerat favore decendentium eiusdem Flaviæ. Postulatum fuit decretum in Regia Audientia ratione evidentis utilitatis, ex eo quod viridarium pretio æstimabile erat, sed nullius utilitatis, cum ad sui conservationem sumptus non modicos exigebat, & tota utilitas ad delicias reducebatur propter amœnitatem: si enim veniisset, & pretium erogaretur, nemini dubium erat majorem utilitatem familiæ productuum. Hæc evidenter comprobabantur, & nemini ignota erant, & tamen denegatum fuit decretum, ex ratione decidendi dictorum jurium. Sed tamen ad famam venditionis insurrexerunt creditores defuncti, urgendo contra hæredem, & ratione necessitatis, quia alia bona non remanebant, concessum decretum per Regiam Audientiam fuit, juxta text. *in d. l. filiusfamilias, §. divi.* & viridarium venditum in publica subhastatione pretio sex mille aureorum sive librarum: Don Balthasari Julian & Munoz.

Aliud genus decretorum in praxis usu Valentiæ vi- 86 get, mediante jurisdictione voluntaria, nempe ad confirmandas transactiones, vel alios contractus, non solum inter pupillos vel minores, aut eorum privilegio fruentes, sed etiam in spectantibus ad bona majoratus, vel ad privatos, quoties partes judiciali auctoritate suas conventiones roborare desiderant.

Quæ praxis quoad fruentes privilegio minorum, & bona majoratus dimanat ab eodem fonte quo jus adhibendi decreta, quia sæpe alienatio ex his conventio-

nibus

87 nibus resultat. Quoad privatos ex *for. 10. & 11. de ex-cut. rei judic.* per quos non solum fiunt exequibiles conventiones confirmatæ decreto Judicis, non secus ac si res judicata adesset, verum ope horum decretorum debitores subjiciuntur districtioni carceris, absque eo quod suffragari possint beneficio cessionis bonorum, vel alterius privilegii *ut ibid.* dicitur. Hæc dispositio mutuata fuit à tex. *in l. cum hi* 8. *in princ. junctis* §. 1. *& §. vult.* 8. *cum seqq. ff. de transact.* Nam licet de initis super alimentis in eo tractetur, subnecti Ulpianus rationem complectentem omnes contractus, ibi: *solet igitur Prætor intervenire, & inter consentientes arbitrari*; melior ad rem text. *in c. 1. ad fin. de transact.* ibi: *cum si quid forte incuria, vel imperitia minus firmitatis insertum est, vires plenissima notionis ex hac nostra auctoritate suscipiat.* Tractant de materia Glossa *in §. fin. Instit. de succes. sublat.* Belluga *in spec. Rub.* 15 *num.* 2. *& ibi Add. lit. C.* Portol. *ad Molin. verb. sententia n.* 35. *cum duob. sequent.* Ant. Gom. *lib.* 2. *var. c.* 14. *n.* 28. *ad fin.* ubi Ayllon *n.* 29. *vers. ex his infertur.* Simoncel. *de decret. d. lib.* 1. *tit.* 1. *n.* 75. *&* 125. Brun. à Sole *in loc. com. verb. auctoritas, n.* 1. Mascard. *de probat. concl.* 1315. *n.* 26. Barbos. *in collect. d. c.* 1. *n.* 3. *&* 4. ex nostratibus Thom. Cerdan *in visit. carcer. c.* 9. *n.* 10. Dominus Crespi *obs.* 15. *n.* 302. & ego aliqua dixi *c.* 10. § 1. *n.* 283.

88 Solent etiam per usum hujus voluntariæ jurisdictionis concedi inhibitiones, testationesve, aut sequestrationes, quas Aragonii *emparamenta* dicunt, Valentini & Cathalauni *Empares.* quæ impetrantur ne habentes res, vel quantitates debitoris ejus qui impetrat, ei solvant vel tradant quin per Judicem aliud pronuncietur. Quæ non fiunt per viam petitionis, sed per viam tuitivæ præparationis ad executivum Judicium, ut facilius solutio consequatur. De quibus tractant Colerus *de proces. exec. p.* 1. *c.* 2. *n.* 9. *& p.* 3. *c.* 11. *n.* 76. Carroc. *de sequestro p.* 3. 89 *q.* 37. Borgon. *decis.* 3. *p.* 1. Ciriac. *contr.* 327. *n.* 51. & alii ftarim laudandi. Praxim harum sequestrationum tradit D. Leo *decis.* 5. *per tot.* sed explicatione eget inquantum adducit *for.* 22. *de pignor.* qui non de sequestrationibus impetratis pro faciliori exactione debiti tractat, sed de assecurando Judicio dum sequestro subjicitur res, vel pecunia forensis vel exteri à Regno; quod est valde diversum.

Praxim igitur sequestrationum de quibus loquimur originem mutuasse crediderim *à for.* 3. *in fin. de quart. & pen. Cur.* dum ibi dicitur. *nac a la cort sexanta sous. Aquesta mateixa pena sia observada si nengu trencara emparament, que la cort haja fet per clam de nengu*: suadet nam-90 que hanc nostram traditionem, observantia quæ adhuc viget apponendi in his sequestrationibus, pœnam sexaginta solidorum, & solvendi rem sequestratam. Et differentia est utilissima, quia si sequestratio fit ad finem securitatis judicii secundum *d. for.* 22. tollitur præstita idonea cautione, ut in eo dicitur, & de jure per tex. *in l. fidejussor. §. fin. ff. qui satisd. cogan.* ubi Doctor. tradit. Cancer *var. lib.* 2. *c.* 4. *n.* 20. At vero quando fit ad consequutionem debiti, constito de jure impetrantis, non per actionem litigiosam; sed per liquidam, sequestratio permanet etiam si cautio offeratur. tex. *in si pecunia, §. fin. ff. ut in possess. legator.* aliis congestis Cancer *d. c.* 4. *n.* 21. *&* 22. Transgressor igitur hujus sequestrationis, pœnam fisco applicandam sexaginta solidorum debet, quia jus dicenti non obtemperavit juxt. text. *in l.* 1. *§.* 2. *& tot. tit. ff. si quis jus dicent. non obtemper.* Et parti tenetur quanti ea res erit *d. l.* 1. *§.* 4. ex vi enim hujus præcepti interdicitur ei usus rei de qua agitur *l. is cui bonis, ff. de verbor.* 91 *obligat.* quare nequit eam distrahere, vel in alios usus convertere inscio Judice, ut tenent Gloss. Alex. Rebuf. Romanus & alii adducti per Portoles *ad Molin. verb. emparamentum, num.* 2. *& seqq.* seu verius, & efficacius, quia ex vi præcepti Judicis, debitor debitoris sit depositarius illius quantitatis, vel rei, ut pluribus probant Ciriacus *contr.* 358. *n.* 2. & Salgado *in labyr. credi-*

tor. p. 1. *cap.* 13. *§.* 1. *num.* 17. *&* sic utra pœnam ei indictam, dum consumit, vel dissipat rem in dolo & fraude versatur, ita Salgado *d. p.* 1. *c.* 41. *num.* 18. *& p.* 3. *c.* 8 *num.* 3. *cum seqq.* ob quod justissime compellitur solvere de propriis bonis, id quod sequestratum fuit vel tantundem, quod est idem ac condemnari quanti ea res sit, ut *in d. l.* 1. *§.* 4. habetur. 92

Similis pœna sexaginta solidorum imponitur per *dict. for.* 3. aperienti jandam carceris carcerato pro debito civili, & transgredienti Judicis præceptum de non ingrediendo in re soli equitis Curiæ addicta, ut *in for.* 9. *de pignor.* & aliis hujus generis licet in effectu comminatoria semper est, nam dum parti fit satis, de executione pœnæ parum, vel nihil curatur. 93

Nec solum in praxi Regni Valentiæ similes sequestrationes fiunt, nam tempore Jurisconsultorum, & Cæsarum in usu erant, ut expresse dicitur *in l. fin. ff. de leg. commissor.* ibi: *posteriore autem die nomine fisci testato convenium emptorem, ne ante mulieri pecuniam exsolveret, quam fisco satisfaceret. l. utrum* 27. *ff. de constit. pecun. l. nomen* 4. *C. quæ res pignor. l. non abstulit* 4. *Cod. de novation.* cum similibus de jure Pontificio *C. quoniam frequenter. §. in aliis*, ubi Doctores *ut lit. non contest.* tractant de materia, Cancer *d. lib.* 2. *variar. c.* 4. *ex num.* 6. Berlichius *practicabil. lib.* 1. *quæst.* 74. *per tot. præcip. ex num.* 22. Salgado *de reg. protect. part.* 2. *cap.* 16. *ex num.* 1. *& in labirint. creditor. p.* 1. *cap.* 13. *§.* 1. *ex num.* 16. Ca- 94 strens. *in l. fidejussor* 7. *§. fin. num.* 5. ubi etiam Jason, *ff. qui satisd. cog.* Bartol. & cæteri ordinarii *in l. consentaneum* 8. *C. quem. & quand. judex.* Alexander *in d. l. si fidejussor, §. fin. numer.* 14. Rebuffus *tract. de litter. obligat. art.* 6. *glos.* 1. *ex num.* 14. Colerus *de proces. execut. p.* 3. *cap.* 11. *num.* 94. *&* 97. Molin. *in repertor. for. Aragon. verb. Emparamentum* ubi Portol. *ex num.* 1. Bardaxi *ad for. Arag. tit. de apprehens. quæst.* 3. Fontanella *de pact. nuptial. claus.* 7. *glos.* 2. *part.* 8. *num.* 11. qui ponit pulchram speciem Florianus *in pleno tract. de sequestr.* Sesse *de inhibit. cap.* 8. *§.* 2. *ex numer.* 116. Gratian. *discept. forens. cap.* 114. *ex n.* 1. *cap.* 167. *num.* 28. *c.* 531. *num.* 85. *&* 86. Ciarl. *controv. p.* 1. *cap.* 44. *per tot. præcip. num.* 13. *&* 43. Carrocius *in tot. tract. de sequestr.* Ciriacus *controv.* 116. *ex num* 1. *contr.* 318. *num.* 25. *&* 49. *& contr.* 507. *num.* 14. & novissime Josephus Rosa *consult.* 5. *per tot.* Et licet 96 non omnes de sequestrationibus sive *Empares* loquantur; plures, licet diversis terminis, de eis tractant, & cuncti plura tradunt, quæ conducunt ad quæstiones in praxi emergentes, & deservire possunt ad judicandum, & consulendum: nostrum enim non est, eas quæstiones definire, sed prælibare ea quæ necessaria sunt ad percipiendam praxim fori Valentini.

Remedium ad tollendas has sequestrationes quoad 97 illum apud quem reperiuntur, negatio est, mediante qua onus probandi transfertur in impetrantem, vel si exploratum sit res apud ipsum reperiri ad vitandum molestias sequestrationis facto deposito de mandato Judicis apud tabularium Curiæ si de pecunia agitur, vel apud licitatorem si de rebus tractatur, facillime finem consequitur. Dominus verò rei sequestratæ mandatum de justificanda *Empara* in frattes ab eodem Judice impetrat quod si fiat sequestratio permanet seu confirmatur, sin minus eadem facilitate qua conceditur, revocatur, ut tradit Dominus Leo *d. dec.* 5. *in princ. & n.* 14. Licet aliquando posse appellare ab his sequestrationibus, cum Cassiodoro, Vestrillo & Lancelloto docet Gratianus. *d. c.* 114. *n.* 37. *&* 39. quod aliquando in usu judiciorum vidi.

Fiunt etiam per usum hujus jurisdictionis voluntatiæ, inhibitiones de non alienando, aut aliquid disponendo de rebus suis absque citatione postulantis, quæ nuncupantur apud nos *manaments de no fer altes*, de quorum praxi tractat Dominus Leo *decis.* 23. *per tot.* dispositionem *for. 3. in extravagant. que los manaments de* 98

no fer actes, fol.97. interpretando: quæ praxis desumpta est ex tex. in l. si scien 26. ff. de contr. empt. l. servus hac lege 9. ff. de manum. tractant Alexander, Baldus, Raven. Villalobos, Suarez & Noguerol. congesti per Valenz. cons. 19. n. 43. istæ enim monitiones sicut cætera præcepta judicum continent interlocutionem, habentem vim definitivæ, & rem magni momenti, qualis est non posse disponere de rebus suis sub nullitatis decreto, & sic revocari nequeunt nisi mediante appellatione ex do-
99 ctrina Angeli in §. illud. n. 56. in aut. de hared. & falcid. vers. super glossam per quandam interlocutionem, & cons. 115. n. 2. Bald. in l. hi qui 7. n. 2. C. de appellat. Decian. in c. cum cessante 60. num. 31. & 40. vers. ex his infertur. de apellat. Felin. in c. qualiter & quando 17. num. 7. de accusat. Ciriac. contr. 223. ex n. 1.

100 Hæc omnia quæ per Judices ordinarios fiunt ad instantiam cujusvis petentis per usum jurisdictionis voluntariæ, sive causa cognita, sive non, transferuntur ad contentiosam si is cujus interest se opponat coram eodem Judice petendo revocationem, quia resolvuntur in simplicem citationem, ut de præcepto de solvendo dixi hoc cap. §. 2. num. 7. & rationem elegantissimam tradit Ant. Fab. in C. lib. 7. tit. 15. defin. 8. dicens: *quotiescumque ille ipse judex qui aliquid jussit vetuitve, contrario imperio tollere id ipsum potest, non est admittenda appellatio*; quo in casu omnia hæc expediri debent per cognitionem
101 summariam, ut docet Dominus Crespi d. observ. 114. n. 20. idem erit dicendum si appellatio interponatur, sed hoc in casu non semper summarim procedendum erit; quia appellatio sequitur naturam primevi Judicii, vel actionis, ut cum Baldo, Decio, Francho-Bellamera, Scaccia & aliis probant Portoles ad Molin. in repertor. verb. ap-
102 pellatio, num. 130. D. Leo decis. 42. num. 5. Puteus Cassiodorus & Rota quos sequitur & laudat Salgado de reg. protect. part. 3. cap. 4. num. 42. Fontanella decis. 170. n. 6. cum seqq. & decis. 420. num. 9. ob quod inspiciendum erit an deductum in his cognitionibus debeat expediri in judicio ordinario, an in summario, nam juxta genus suum sortitur naturam Judicii. Si enim declaratio jure vinculi comprehendat bona attingentia majorem summam, non est ratio ob quam appellatio mutet naturam causæ, imo experimur has appellationes cumulari per Regiam Audientiam cum Judicio principali, quod regulariter non fieret, si essent diversæ speciei, sed ut plurimum causæ istæ summariæ tractantur.

CAPUT XI.

De judicio secundæ, vel ulterioris instantiæ, scilicet appellationis, suspicationis, vel recursus.

§. I.

De latione sententiæ diffinitivæ in causis civilibus ad interpretationem fori. 1. de sentent. & actis, *cum aliis juribus.*

JACOBUS I. REX.

TEXTUS.

SI Sentencia sera donada, per alcun Jutge, e en aquella sentencia no ha absolucio, o condemnacio: ay tal sentencia, no es dita sentencia, ni ha valor.

SUMMARIUM.

1 *Appellatio supponit sententiæ pronuntiationem ut interponatur.*
2 Sententiæ *nomen latissimè patet, & plura significat in jure.*
3 *Sententia revera est animi expressio ad explicandum ea quæ in eo latent.*
4 *Sententiæ definitio secundum ea de quibus agimus.*
5 *Sententia differt à decreto, & de ejus divisione, remissivè.*
6 *Visio actorum quomodo appenatur in sententiis, & quid operetur.*
7 *Visio actorum per quas adnotari debeat in Regia Audientia.*
8 *Citatio ad publicationem sententiæ qualis requiratur.*
9 *Sententia lata nullo ex litigatoribus instante publicationem, nulla est ipso jure.*
10 *Sententiæ inter Romanos utraque parte adstante ferebantur.*
11 *Citatio trina, vel una peremptoria de jure requiritur ad publicationem, de foro sufficit unica citatio.*
12 *Relatio, & consilium ad promulgationem sententiæ quomodo adhibeatur, remissivè.*
13 *Judices inferiores Regni Valentiæ de consilio Assessorum judicare tenentur.*
14 *Sententiæ in Regia Audientia quomodo deliberentur.*
15 *Interventio trium necessaria est in re summam quatuorcentum librarum excedente, sed duorum suffragia sententiam faciunt.*
16 *Advocatus judicare non potest litem in qua patrocinium præstitit.*
17 *Ita ut neque consensu partis defectus suppleatur.*
18 *Recusatione opus non est, quando subscriptio Advocati in ipsis actis reperitur.*
19 *Jurisdictio duorum Senatorum non egreditur summam quatuorcentum librarum.*
Decisio Regiæ Audientiæ, ibid.
20 *In lite ad Fiscum spectante Fiscalis interventio necessaria est.*
21 *In lite spectante ad ordinem militarem Beatæ Mariæ de Montesa, interventio unius ex Assessoribus togatis requiritur juxta forum.*
22 *Sententiæ Regiæ Audientiæ latino sermone cum motivis inscriptis feruntur.*
24 *Idem in Aragonia, Cathalonia, Sicilia, & aliis Regnis observatur.*
25 *Motiva non apponenda in sententiis plures tenuerunt.*
26 *In Regno Castellæ & aliis Provinciis sententiæ feruntur absque motivis.*
27 *Ad validitatem sententiæ sufficit expressio ejus quod diffinitur.*
28 *Jura expendantur* in l. si filius 23. in prin. ff. de jur. patron. in l. si maritus 46. ff. famil. hercis. & in l. fin. ff. de hæred. instit. *pro appositione motivorum.*
29 *Tex.* in l. Metrodorum 40. ff. de pœnis *expenditur ad idem in criminalibus.*
30 *Exempla hujus rei adducta per Barnabam Brisonium memorantur.*
31 *Tex.* in c. sicut 16. de sent. & re judic. *interpretatur.*
32 *Rota Romana observat morem apponendi motiva in sententiis.*
33 *Motiva sententiæ demonstrant curam Judicis in examine causæ judicandæ.*
34 *Expressio mala causæ, raro contingit, & leges non fiunt nisi de his quæ ut plurimum eveniunt.*
35 *Inris consultorum dignum est, proposita ratione dubitandi, rationem decidendi tradere, ibidem.*
Advocatorum abusus in impugnandis sententiis ubique experitur, ibid.

36 *Sententiarum ferendarum forma juxta praxim Regiæ Audientiæ.*
37 *Sententia conformis esse debet in libello.*
38 For. 2. quib. non nocet res judicat. *explicatur.*
39 *Sententia recte fertur dum conformis sit deductis in toto processu, si virtualiter insunt in libello.*
40 *Judicium ferendum est, secundum allegata, & probata.*
41 *Sententia dubia, vel obscura interpretanda est per acta processus.*
Acta sunt vehiculum ad sententiam, ibid.
42 *Judex tenetur judicare secundum leges communes, vel municipales.*
43 *Ex motivis clare dignoscitur an sententia feratur secundum leges.*
44 *Sententia debet continere condemnationem, vel absolutionem.*
45 *Condemnatio, vel absolutio per æquipollens sufficit ut sententia rite feratur.*
46 *Id quod non liquet tempore sententiæ reservandum est ad aliud examen.*
47 *Quomodo expediebantur lites tempore Consultorum si non liquebat.*
48 *In Regia Audientia ad decisionem non possunt devenire Senatores quin omnes dicant resolutionem meditatam habere, & tunc unica concione sententia resolutio sumenda est*
49 *Reservationes quibus formulis in Regia Audientia fiant.*
50 *Sententia subsignata atque perfecta apud officium apponitur, ad publicationem.*
51 *Forma publicandi sententiam, remissive traditur.*
52 *Sententia in Regno Valentiæ non requirit pronuntiationem ipsius Iudicis, sufficit recitatio facta per scribam mandante Judice.*
53 *Sententia recitata, an aliquid immutari possit.*
54 *Text.* in l. 2. C. de sentent. ex peric. recit. *expenditur.*
55 *Sententia re non integra, neque in syllaba immutari potest, hoc est postquam copia tradita est.*
Text. in l. fin. C. Theodos. de sent. ex peric. recit. *expenditur, ibid.*
56 *Sententiæ Regiæ Audientiæ publicantur in domo Regentis, ipso mandante.*
57 *Jurisdictio Regiæ Audientiæ residet in corpore, & ea quæ explicatione egent, fieri debent per eum qui præst.*
58 *Sententiæ publicantur per unum ex Regiis mandati scribis.*
59 *Sententia concipi debet verbis propriis, claris, atque intelligibilibus.*
60 *Sententiæ verba strictè sumenda sunt, itaut nihil in ea contineri dicatur, nisi quod expressum est, vel necesse sibi intelligi debet secundum expressa.*
61 *Sententia non solum dicere debet* Mevium condemnandum fore, *sed addendum* uti condemnamus.
62 *Pauli Xamar lapsus notatur in explicatione sententiæ Petri Belluga.*
63 *Absolvendum pronuntiare interloquutio est, quæ non arctat.*
64 *Sententia certa esse debet, & sub conditione non est ferenda.*
65 *Tex.* in l. 1. §. biduum 5. ff. quand. appell. sit. & l. qui testamento 37. ff. de excusat. *expenduntur.*
66 *Sententia finem liti non imponit, si sub conditione lata sit.*
67 *Sententia lata sub conditione, semper opponi potest defectus conditionis, itaut ex ea oriatur actio, & exceptio.*
68 *Sententia pars non debet concipi sub conditione, ex eisdem rationibus.*
69 *Tex.* in l. in sententiis 59. §. 2. ff. de re judic. *expenditur.*
70 *Conditio, vel modus poni potest in condemnatione accessionum, substantia principalis sententiæ.*
71 *Causa apponendi conditiones in sententiis plerumque procedit ex genio Judicis.*
72 *Factura litigantibus resultans, ex conditione, vel modo adhibitis in sententiis.*
73 *Sententia lata contra mortuum nulla est ipso jure.*
74 *Declara sciente Judice per acta secus si ignorante Judice lata sit.*
75 *Decisio Regiæ Audientiæ.*
76 *Tempus præfinitum Judicibus ad pronuntiandum in Aragonia, & Cathalonia.*
77 *Tempus concessum Judicibus Valentiæ ad pronuntiandum.*
78 *In observantia hujus dispositiones ex negligentia litigatorum.*
79 *Sententia diffinitivæ effectus præcipui.*
80 *Sententiæ effectus operantur quando facit transitum, in rem judicatam.*
81 *Sententiæ Regis latæ in Supremis Tribunalibus lateri ipsius inhærentibus, legis habent vigorem.*
82 *Quæ conclusio non procedit quoad se, neque dum lis pendet, adhibito aliquo remedio.*
83 *Sententiæ latæ in Regia Audientia Valentiæ ferantur nomine Regis, sed non immediate.*
84 *Tex.* in privil. 2. D. R. Joannis II. vers. & attento *expenditur.*
85 *Sententiæ Senatus Cathaloniæ vim legis non habent Neque Audientiæ Aragoniæ, ibid.*
86 *Rex non potest condere leges in Regnis Coronæ Aragonum absque Curia, dum sunt novi juris inductivæ in derogationem aliorum, non vero fiunt per modum interpretationis juris dubii.*
87 *Sententiæ Regis quæ obtinent vim legis, fiunt causa cognita, quare non resultant in derogationem fororum.*
88 *Sententiæ latæ contra legem nullæ sunt ipso jure.*
89 *Sententiæ Regiæ Audientiæ exemplo deservium in similibus.*
90 *Exemplis non est judicandum.*
91 *Exempla maximopere juvant ad interpretationem juris dubii.*
92 *Decisiones Regiæ Audientiæ amplectendæ sunt potiori ratione quam admittere solemus decisiones exterarum gentium, & doctrinas Doctorum.*
93 *Consuetudo judicandi sequenda est tanquam lex.*
94 *Sententia lata contra consuetudinem illius Provinciæ, est nulla.*
95 *Consuetudo judicandi inducitur per duos actus conformes.*
96 *Consuetudo judicandi per Judices inferiores non est attendenda.*
97 *Consuetudo judicandi, si sit contra legem attendenda non est, etiamsi esset Supremi Tribunalis Provinciæ.*
98 *Effectus sententiarum suspenduntur per appellationem.*
99 *Appellatio est remedium competens contra sententias Judicum inferiorum, supplicatio vero contra sententias Tribunalis judicantis nomine Regis.*
100 *Sententiæ Regiæ à quibus supplicatio interponitur fiunt exequibiles præstita cautione.*
101 *Remedia extraordinaria adhiberi solent ne Regiæ sententiæ exequibiles fiant præstita cautione, & quæ sint hæc.*

DUm de judicio in secunda, vel ulteriori instantia tractare debemus, de sententiarum promulgatione aliqua dicere necessarium est, nam appellatio supponit Judicis pronunciationem, cum nemo à gravamine nondum illato appellare divinando utiliter potest *l. 1. in. princ. ff. quand. appell. sit. l. ante sententiæ 7. C. quor. appell. non recip. for. 1. ut lit. pendent. for. 3. de appellat. for. 8. eod.* Dominus Crespi *obs. 114. num. 61.* pluribus Salgado *de*

reg. protect. p. 2. c. 2. ex num. 3. Quare antequam explicationem judicij appellationis desumamus, quæ per foros, stylos & consuetudines Regni Valentiæ, quoad prolationem sententiæ, statuta sunt, tradere de re erit. Supra *cap. 8. §. 9. in princ.* reservaveram præcipuam tractationem ad hunc locum; de sententiis jam tracto, de re judicata per discursum hujus capitis differere est necesse, ut in sequenti ad executionem judicari transeamus. Dictum remanet *in d. §. 9.* omne quod attinet ad sententias causarum criminalium; nunc de eisdem sententiis definitivis in civilibus agendum est.

2 *Sententiæ* nomen multifariam in jure nostro usurpari solet. Aliquando sumitur pro firma atque indubitata responsione tex. *in §. responsa prudentum 10 instit. de jur. nat. gent. & civil.* ibi: *sententiæ & opiniones eorum quibus permissum erat de jure respondere.* Aliquando pro consensu ponitur tex. *in l. 3. C. ubi & apud quem cogn. in integr. restit. agen.* sit ibi: *vel arbitros ex communi sententia electos.* Aliquando scientiam indicat tex. *in l. viduæ, C. de nupt.* ibi: *sine patris scientia non conveniam. Quod si in conventionis delectu mulieris voluntas patris repugnat sententiæ.* Nonunquam consilium, vel suffragium præstare sonat: tex. *in l. fin. ff. de Senator.* ibi: *quia hi soli in Senatu sententiam dicere solent.* tex. *in l. fin. C. de vendit. rer. civit. lib. 11.* ibi: *unumquemque eorum, qui convenerint lubemus sententiam quam pute utilem patriæ suæ designare.* Significat etiam interpretationem tex. *in l. cum talem princ. ff. de condit. & demonstr.* ibi: *sed displicuit sententia, non enim voto matris apponi tam ominosa non interponenda cautionis interpretatio debet.* Pariter importare solet formam jussionis tex. in *l. Divus 7. ff. de in integr. restit.* ibi: *in hanc sententiam rescripsit. & in l. cum antea 5. in princip. C. de recep. arbit.* ibi: *sed nulla sententia precedente communis electio ut illorum sententiæ starentur,* 3 *præcedebat.* sic similiter voluntatis declarationem judicat tex. *in l. 1. ff. qui testam. facer. poss.* ibi: *voluntatis nostræ justa sententia, & in l. 1. §. conventiones, de pact.* ibi: *ita & qui ex diversis animi motibus in unum consentiunt, id est in unam sententiam decurrunt.*

Licet, si verum amamus, omnes istæ significationes coincidunt in eo, quod sententia sit vera animi expressio, ita ut quid intelligamus explicetur; quod non dissonat sensui, in quo capiendum in præsenti nomen *Sen-* 4 *tentiæ* est. Quia pro sententia definitiva de qua agimus, accipienda est: *Judicis pronunciatio finem controversiæ imponens, absolvendo, vel condemnando,* sic probant tex. *in l. 1. de re judic. in l. fin. C. de error. advocat. l. properandum, C. de judic. &* Clarius *in l. 3. C. de sent. ex peric. recit.* De jure nostro *for. 4. de except. rei jud. for. 22. de verbor. signific. & for. 12. de appellat.* exornant præter ordin. in his juribus Speculator *tit. de sentent. in prin. lib. 2. part. 3.* Hostiens. *in summ. tit. de sent. num. 1.* Abbas *in rub. de sent. & re judic.* Maranta *in specul. ord. judic. part. 3. sexta princip. act. 1. de sent. ex num. 1.* Papiens. *in prax. tit. de forma sent. de fin. 3.* Rebuffus *in l. quod iussit in princip. ff. de re judic. & tract. de sent. execut. num. 2. & 3.* Alexand. *in l. postquam liti,* ubi etiam Iason, *C. de pact.* Glos. *in cap. 1. §. si vero verbo judicium de except.* Rota Roman. *diverf. lib. 3. decis. 854.* Vincent. de Franch. *decis. 346. num. 2. & dec. 364. num. 7.* Gimba *decis. 36. num. 8.* Ignatius Pereyra *tract. de revis. c. 16. num. 3.* Petrus Gregor. *lib. 50. syntagm. cap. 1. num. 2.* Jacob Cujac. *in paratit. ad tit. C. de sent. & interloc. omn. judic.* Pichard. *in manuduc. ad prax. p. 2. §. 2. num. 8. in prælud.* Bardaxi *ad for. 3. de litib. abbrevi. num. 2.* Sesse *de inhibit. c. 2. §. 3. ex num. 63.* Fontanella *de pact. nuptial. claus. 3. glos. 2. numer. 59.* Peguera *decis.* 5 *197. num. 6.* Ramon. *consil. 86. num. 4.* Valenzuel. *cons. 40. num. 51. & cons. 68. num. 5.* Loterius *de re beneficiar. lib. 3. quæst. 18. ex num. 1. cum seqq.* & rursus *ex num. 171.* late Scaccia *de sent. & re judic. glos. 14. quæst. 2. ex num. 1.* qui *num. 3.* explicat in quo sententia differat à re judicata, *& num. 47.* in quo differat à decreto de quo alibi qua notavimus *C. præced. §. 6. num. 50. cum seq.* sed hæc non sunt nostri instituti, & plures passim reperiuntur qui tractent: sicut neque pertinet ad nos explicare divisionem dum hi Doctores tradiderint signanter Scaccia *d. glos. 14. quæst. 3. & 4.* cum hic solum de diffinitiva tractare intendimus.

Concipienda igitur sententia est *incipiendo* ab in- 6
vocatione Divini Nominis: exprimendo etiam nomen Iudicis eam ferentis, cum titulis dignitatis, & expressione auctoritatis, qua fungitur, quæ omittuntur quia plures ex laudatis diffusè tradunt, signanter Scaccia *ibid. glos. 1. cum seqq.* quare non immoramur. Sequitur attestatio inspectionis actorum totius processus quam *vidits* dicimus, dum in præambulo ipsius sententiæ Iudex mediante actuario attestatur se vidisse sigillatim acta universa, quod opportunum est, nam sententia lata non visis actis, nulla ipso jure est per *tex. in l. 2. C. de edend.* tradunt Rota *diverf. decis. 18. numer. 2.* Valenzuela *consil. 171. num. 68.* Salgado *de reg. protect. p. 1 cap. 8. num. 13.* Giurba *obser. 42. num. 30.* pluribus Anton. Amato *var. lib. 2 resol. 71. ex num. 1.* visio actorum per Iudicem fit, si ex inferioribus quando acta inspicit, & scrutatur; si ex Senatoribus quando solemnis relatio eorum fit, & per actuarium adnotatur; unde corruit discursus non 7
credendi assertionem Iudicis, de quo Amato *d. resol. 71. num. 7.* & Scaccia *glos. 9. ex num. 31.* cui occurrendo fit satis dum per actuarium, vel Relatorem inspectio in actis adnotatur per quam apparet ex deductis atque probatis sententiam latam fuisse, ut ex Butrio, Bartulo, Vancio, Ancarrano & aliis notat Guido Pancirol. *in prax. part. 3. §. præmittuntur, pag. 197.* & post eum Faustinus *ibid. verb. visis,* & Scaccia *glos. 9.* per quatuor quæstiones, quas in hac tractatione consumpsit. Hinc etiam profluit ratio dispositionis *for. 48. anni 1564. & for. 148. curiar. ann. 1626.* dum in eis cavetur quod adnotatio visorum fieri debet per unum ex scribis mandati, qui in Regia Audientia deserviunt, nam cum relationes ut plurimum privatim fiant, ut dixi *cap. 10. §. 5. num. 30.* ad illos spectat hæc adnotatio; sed non observatur; forte quia majoribus negotiis detenti, de his curare non valent, & sic fit per actuarium cui Iudex committit.

Sententiam præcedere debet causæ conclusio, de cujus 8
forma dixi eodem *c. 10. §. 5. num. 22.* & citatio partis ad publicationem sententiæ. Consulto dixi citationem partis, non partium; nam cum una ex ipsis instat publicationem sententiæ, imo & ipsam citationem, illius præsentiam necessariam suppono: alias esset sententia ipso jure nulla, quia Iudex ex officio ad promulgationem devenire non potest per tex. *in l. 4. §. hoc autem, ff. de dam. infecto,* aliis relatis tradunt Ripoll *ad Peguer. in* 9
prax. rub. 24. num. 32. Gratian. *discep. forens. cap. 40. num. 23.* Salgado *de regi protect. part. 2. cap. 18. numer. 7.* & plutibus Cortiada *decis. 24. num. 198.* Alterius igitur partis citatio necessaria est.

Et quamvis de jure utraque parte præsente publicatio sententiæ fiebat, ad quod obtinendum, vadimonium per reum dabatur, ut tradunt Brisson. *lib. 5. de formul. in prin.* Carol. Sigon. *lib. 1. de Judic. civ. Rom. c. 26.* Jacob. Revard. *lib. singul. pro tribun. cap. 9.* & probant
textus *in l. de unoquoque 47. ff. de re judic. l. quæsitum 60 ff.* 10
eod. l. certum 6. §. si quis absente, ff. de confes. ut proponis, *C. quom. & quand. jud.* docent Brisonius *d. lib. 5. §. inter partes, pag. 514.* Gail. *obs. 109 lib. 1.* Afflictis *decis. 346.* Capic. *decis. 139.* Utril. *ad Afflict. in add. ad decis. 344.* Riccius *collect. decis. 1609.* Maranta *part. 6. memb. 1. num. 48.* Scaccia *de Judic. l. 1. cap. 91. non. 21. & de re judic. glos. 10. ex num. 1. cum glos. seq. ex num. 7.* Sed aliquo venire renuente ter citandus venit, ut contumax fiat ex tex. in
l. ad peremptorium, ff. de judic. cum vulgar. verum hæc om- 11
nia cessant in Regno Valentiæ, nam per *for 92. Cur. ann. 1626.* cautum expresse habemus quod unica citatio sufficiat

ficiat ad legitimam ſententiæ promulgationem, ſive fiat principali litigatori, ſive legitimo procuratori, mandante Iudice: in qua nihil aliud exprimitur, quam *inſtante Petro, citatum fuiſſe Ioannem ad publicationem ſententiæ in diem caſtrinum tali in cauſa*, ut verſatis in foro notum eſt.

12 Ex his ſequitur, quod relatio actorum debet præcedere, quæ in Regia Audientia fit per Iudicem ipſum Commiſſarium cauſæ modo quo dixi *d. §. 5. num. 30.* in Curiis inferiorum relatio non fit, ſed unuſquiſque Iudicum acta inſpicit, ut ibidem notavi.

In Regno Caſtellæ relationes cauſarum publice & palam fiunt per Actuarios illarum: utrum hæc praxis utilior ſit, dubitari merito valet. Si per Actuarios fiat partes quæ interſunt notare poſſunt, quæ per oblivionem omittuntur, & plerumque cura ipſarum non ſufficit, ne jacturam experiantur cum amore, odio, vel pretio relationes ſæpius fiant ad illorum arbitrium; & ab ipſis pendet brevitas aut mora expeditionis. Si Iudices ipſi acta ſcrutentur, ex ipſorum religione pendet omnia accurate ſcrutari. Et ſi meum judicium in his adhibendum eſt, quoad exterioritatem melior eſt forma procedendi per relationem actuarij; nam litigatoribus debitum officium imponitur coram ipſis acta referendo: quoad ſubſtantiam utilior eſt praxis inſpiciendi acta privatim ab ipſis judicibus, quibus deferendum puto in hoc quod eſt minus, dum defertur in judicio ferendo quod minus eſſe nemo dubitabit, experientia docente quod vigilantia judicis in rimandis meritis plerumque non ſufficit ad recte pronuntiandum vitiata cauſa in radice ipſius relationis. Poſtea conſilium adhibebatur.

13 Romæ per Prætorem quinque Senatores, & totidem Equites Romani ad conſilium vocabantur in diebus cognitionum, ut Iacob. Revard. tradit *d. cap. 9.* & Briſonius *d. lib. 5. de formul. §. in conſilium, pag. 535.* Iudices vero dati duos aut tres ſocios vel amicos Iuriſperitos advocabant, ut Carolus Sigonius tradit *d. lib. 1. de judic. cap. 28. verſ. atque unus.* Quiſque ſententiam ſive ſuf-
14 fragium ferebat, & quod majori parti placuiſſet, Iudex ipſe pronuntiabat. In Regno Valentiæ Magiſtratus inferiores de conſilio Aſſeſſorum judicare tenentur, ut dixi *ſup. cap. 6. §. 5.* quorum conſilium in judicialibus Magiſtratus reſpective ſequi tenentur, ut *ibid num. 32.* tradidi & in ſententia exprimi debet quod de Conſilio Aſſeſſoris fertur.

Reſpectu Regiæ Audientiæ, cauſa evocata, & uni ex Senatoribus cujuſque Aulæ commiſſa in ea lis proſequitur, concluditur atque recitatur modo quo tradidi *cap. 2. §. 2. num. 188.* Quibus adde quod licet *in for. 7. Curiar. anni 1585.* ſupplicatum enixe fuit quod ad concluſionem deſumendum, & definiendum lites, requireretur concurſus trium Senatorum, quod per leges Caſtellæ conſtitutum eſt *l. 43. tit. 5. lib. 2. recopil.* ubi Aze-
15 vedo Pichard. *in manuduct. p. 2. in prelud. §. 2. num. 16.* Larrea *Alleget. Fiſcal. 118. num. 11.* tamen decretum datum, eis precibus non fuit conforme; nam in eo dicitur *quod fiat deliberatio in quacumque cauſa ſecundum quod majori parti placuerit intervenientium.* Quare obſervatur, quod ſi ex quatuor Senatoribus ad unamquamque Aulam deſtinatis, unus valetudine vel alia de cauſa impediatur, dum tres tantum interſunt, ex uniformi ſuffragio duorum ſententia procedat. Quod ſemel in cauſa gravi evenire vidi. Res dura aliquibus videtur, ſed nititur deciſione text. *in l. duo ex tribus 39. ff. de re judic.* cum aliis congeſtis per D. Creſpi *obſ. 10. num. 19.* quibus adde textum, *in l. jubemus 34. C. de appellation.* ibi: *non prius cauſam dicerni quam per ſacram pragmaticam noſtri numinis juſſionem duo Magnifici Viri, vel patricij, vel conſulares, vel præfecturij, quos pro tempore nos elegerimus, inbeantur adjungi viro illuſtri pro tempore quæſtore noſtri palatij, & una cum eo in ſcriptis relationem diſcernere, & reſponſum relationi dandum ſua ſententia manifeſtare: ut tamen diſpoſitio hujuſmodi excellentiſſimorum judicum omnimodo rata ſit, nulli danda licentia contra provocationem eorum proferre ſententiam, vel aliam quamcumque dubitationem introducere.*

Sed audi pulchram ſpeciem: agebatur lis ardua ni- 16
mis inter Comitem de Geſtalgar, & Don Franciſcum Ludovicum Roca Equeſtris Ordinis ſancti Iacobi in mea Aula. Magnificus quondam Franciſcus Aguerre antequam unus Senatoris obtinuiſſet patrocinium in ea præſtiterat Don Franciſco. Relata fuit pars alium Senatorem die qua unus abſens reperiebatur, & remanentibus tribus tantum Magnificus Franciſcus Aguerre ſuffragium præſtitit & deciſa ad favorem ſui clientis ſententia publicata per Don Franciſcum Alreus *die 7. Iulij anni 1644.* Beneficio nullitatum Comes revocari ſupplicavit, quæ inſtantia mihi commiſſa fuit nulli dubium erat, quod Advocatus minime poteſt iudicare cauſam in qua patrocinium præſtitit text. *in l. quiſquis in princ. C. de poſtulan. l. fin. C. de aſſeſſorib. l. qui juriſdictioni præeſt 10. l. Prætor 17.* ubi Gloſſa, *ff. de juriſdict. omn. judic.* docent præter Ordinarios in his juribus Bertazol. *conſ. crim. 550. num. 2.* Cancer. *variar. lib. 1. cap. 22. num. 49. cum ſeqq.* Gratian. *diſcep. forenſ. cap. 4. num. 5.* Ramon *conſil. 35. num. 5.* Camil. Borrel. *in ſum. deciſ. tit. 65. de advocatis, num. 125.* Farinac. *in fragm. part. 2. verb. Iudex num. 848.* Cavedo *deciſ. Luſit. 20. part. 1.* Auguſt. Barboſa *in collect. ad c. poſthumo, 36. de appellat. num. 3.* Xamar *de offic. judic. & advocat. part. 3. q. 5. n. 46.* Giurba *deciſ. 99. n. 7.* Carol. de Graſſis *de exception. excep. 24. num. 6.* Fontanella *deciſ. 10. num. 12.* Larrea *d. allegat. 118. num. 7.*

Quæ concluſio adeo eſt vera, ut etiam de conſenſu 17
utriuſque partis Iudex eſſe non poſſit, quia in eodem cauſa jus dicere in qua quis patrocinium præſtitit monſtruoſum ac indicens videbitur, etiam ſi integerrimus vir ſit, duorum enim officium gerere incompatibiliter, jura namque unius fovendo, & judicium poſtea proferendo, quod à ſuſpicione nunquam liberabitur: notant Angelus *in d. l. Prætor, ff. de juriſdiction.* Mieres *ad conſt. Cathalon. part. 2. collat. 6. cap. 17. de profeſſor. juriſprud.* Xamar *dict. quæſt. 5 num. 45.* Fontanella *d. deciſ. 10. num. 21.* Giurba *deciſ. 54. num. 5.* Larrea *d. num. 10. ad* 18
med. Nec relevat dicere, quod excludi debet Senator qui patrocinium præſtitit mediante recuſatione, ut temerunt Craveta *conſ. 199. num. 14.* Gratian. *diſcep. for. cap. 4. num. 21.* Barboſa *ubi prox. dict. num. 3.* & Giurba *dict. num. 5.* qui alios laudant. Nam hoc procederet ſi pars læſa ſciret dictum Magnificum Doctorem Aguirre ſuffragium præſtaturum eſſe in ea cauſa: frequenter enim hæc evenire ſolent, & Senatores qui prænoſcunt, abſtinent ab interventione nemine inſtante ſecundum facultatem ipſis conceſſam per *for. 2. de judic.* de quo egi *cap. 10. §. 1. num. 202. cum ſeqq.* cum enim relatio privatim facta fuiſſet, & unus ex tribus intervenientibus parte inſcia, non ſolum patrocinium præſtiterat, verum in actis ſubſcriptiones ipſius pro cliente allegando repertæ fuerunt, viſum fuit tolerari non poſſe, ſicut nec toleratur in Senatu Cathaloniæ, ut aſſerit Fontanella *d. deciſ. 10. num. 21.* Cujus exemplar, in his quæ per noſtros foros expreſſa non ſunt, veneramur, & ſequimur. Excluſo igitur ſuffragio ipſius, & rema- 19
nentibus in Aula duobus tantum idoneis ad judicandum, juriſdictio eorum ſolum extendebatur ad decidendas cauſas quamot centum librarum, & infra juxta *cap. 6. pragmat. erectionis Regiæ Audientiæ, cum duobus Aulis in civilibus anni 1607.* Confirmatæ per *for. 22. Cur anni 1626.* Ex quibus me referente, nulla fuit declarata dicta ſententia ex defectu juriſdictionis, ſententia publica per Vincentium Ferrera Militem *die 11. Auguſti anni 1653.*

Sed nota, quod ſi in lite tractatur de re ſpectante ad 20

Fiſcum, Advocati Fiſcalis in criminalibus, vel Patrimonialis in civilibus neceſſaria eſt interventio ſub nullitatis decreto per tex. *in l. 3. §. divus, ff. de jur. Fiſc. l. ſi fiſcus 7. ff. eod. l. de unoquoque 47. §. 1. ff. de re judicat. l. fin. C. de Advocat. Fiſc.* ubi etiam de interventu in examine, id eſt relatione, *l. Rationalis 41. C. Theod. de appellat. for. 45. de Cur. & Bajul.* Belluga *in ſpecul. Princip. rubr. 1. numer. 5.* pluribus Alfarode *offici. fiſcal. gloſ. 9. num. 27. gloſ. 16. privil. 65. num. 210. gloſ. 18. num. 15. & gloſ. 34. §. 8. num. 229.* Ripoll. *ad Peguer. in in praxim rub. 27. num. 119. cum ſeqq.* Solorzan. *de Jur. Indiar. tom. 2. lib. 4. cap 6. ex num. 13.* Dominus Leo *deciſ. 187. num. 6.* Larrea *allegat. fiſcal. 1. num. 28.* & Paulus Xanar *de offic. judic. & Advocat. part. 2. quæſt. 6. ex numero trigeſimo,* ubi de ſubſcriptione ipſius ſententiæ, & de citatione
21 procuratoris fiſcalis plura cumulat ad rem. In rebus ſpectantibus ad noſtrum inclytum ordinem Beatæ Mariæ de Monteſſa, & ſancti Georgii de Alfama, intervenire debet unus ex Aſſeſſoribus, togatis ejuſdem Ordinis, qui ex Senatoribus ſunt, ut cautum reperitur per *cap. 24. Brach. Eccleſ. cur. anni 1626.* ut dixi *cap. 7. §. 4. num. 65.* Quæ diſpoſitio cum per modum legis præter jus commune inducta reperiatur, formam judicandi præſcribit ex his quæ dixi *ſup. cap. 3. §. 3. num. 17.* ob quod nullitatem producere ejus defectum credo, ſed obſervantia interveniendi viget, ita ut nunquam omiſſam audirem. Qua de cauſa cum Duæ Aulæ cauſarum civilium in Regia Audientia ſint, fere ſemper ex unaquaque unus Aſſeſſor deſumitur. Et ſi in Aula criminali aliquid ad ordinem ſpectans tractandum eſt, illico unus ex Aſſeſſoribus vocatur.

22 Re per conſilium deciſa, ſententia latino ſermone ſcribenda in brevi loco, eſt per ipſum relatorem, vel ſcribam, in cujus fine notatur qui interfuerint, & quis præfuit, ab eo ſumitur forma ſententiæ, ut dixi *d. c. 8. §. 9. n. 14. & 24.* Et in utroque, nempe brevi loco (ſive ut dicimus *Concluſione*) & ſententia exprimi debent motiva ad decidendum, ut expreſſe juſſum eſt in *for. 33. Curiar. anni 1565.* ibi: *ab motius juris fidchſ.* Quod jam tempori Petri Belluga in uſu erat, ut ipſe innuit in *ſpecul. rubr. 41. num. 32. verſ. item poteſt.* & nunc obſervatur ut docet Dominus Creſpi *obſer. 5. num. 107.* licet ad rationes in contrarium adductas nil reſponderit. Idem in Cathalonia obſervari tradunt Peguera *in praxi rubr. 24. non. 5.* ubi Ripoll. *num. 17. cum ſeqq.* Cancer. *va-*
23 *riar. lib. 3. cap. 17. numer. 407.* Fontanella *de paſt. clau. 7. gloſ. 3. part. 10. num. 49.* Joſeph. Ramon. *conſ. 100. n. 291.* Idem Fontanella *deciſ. 287. num. 18. & 19 & deciſ. 596. num. 6.* Xamar. *d. p. 1. quæſt. 15. num. 8.* in Aragonia tradunt Seſſe *deciſ. 290. & deciſ. 314.* D. Caſanate *conſ. 43. in temmate, & conſil. 44. n. 55.* ubi motiva ſententiarum
24 examinat, ſicut Ramon *ubi proximè.* De Regno Siciliæ mentionem hujus conſuetudinis faciunt Giurba *deciſ. 36. num. 9.* Maſtrillus *deciſ. 237. num. 14. lib. 3.* Antonius Amato *variar. lib. 2. reſol. 85. num. 10.* De aliis Regnis Boër. *deciſ. 172. num. 26.* Socin. Jun. *conſil. 181. num. 89. lib. 2.* Alexand. *conſil. 192. col. penult. verſ. nec prædictis obſtat. vol. 6.* Cavalcan. *de Brachio Regio part. 3. num. 329. & deciſ. 18. numer. 15.* Bartol. *in l. ſi is ad quem, ff. de adquir. hæredit.* Felin. *in c. inter cæteras, col. 1. de ſent. & re judic.* Socin. *conſil. 84. colum. 3. & conſil. 102. col. 2. & conſil. 124. col. 2. vol. 1.* Magon. *deciſ. 123. n. 16.* Scaccia *de re judic. gl. of. 14. q. 17. n. 72.*

25 In contrarium verò allegari ſolet textus *in c. ſicut 16. de ſent. & re judicat;* cujus auctoritate auſi fuere dicere aliqui Doctores, quod ſatius eſſet judex, qui ſententiæ ſuæ rationem exprimeret, ut Guido Pancirol. *in prax. d. part. 3. §. hodie tamen, pag. 197.* Maranta *in ſpecul. p. 6. act. 1. num. 118.* Vancius *de nullit. ex defect. proceſſ. n. 128.* Felin. ſibi contrarius *in c. quoniam contra, numer. 27. de probat.* Berous *conſil. 16. vol. 3.* Lancellotus *de attentat. part. 2. cap. 6.* Menoch. *conſil. 8. num. 69. & conſ. 91. n. 40.* Fauſtin. *ad Pancirol. ubi prox. verb. ſatius eſt Judex.* Quare in aliquibus Provinciis obſervatur nullam cauſam reddere ut cum Tiraquello, Capicio, Claro, Bonacoſa, 26
Bella-Comba, Vivio, Farinacio, Mendez de Caſtro, & Bucarono tradit Auguſtinus Barboſa *in collect. ad d. c. ſicut, num. 2.* Quibus addi poteſt praxis univerſi Regni Caſtellæ, cum adjacentibus, in quorum Tribunalibus, tam Supremis quam infimis, ſententiæ proferuntur abſque aliquo motivo, ratione, vel cauſa, ut ex his quæ tradit Gundiſalvus de Paz *in prax. tom. 1. part. 1. tempor. 11. num. 20. cum ſeqq.* colligitur, ubi ponit formulas ſententiarum diffinitivarum in ſpecie Spino *de teſtam. gloſ. 11. rubr. n. 8.* Valenzuela *conſ. 169. n. 55.*

Verum his non obſtantibus, noſtra praxis utilior 27
eſt, juri conſentanior, atque plurimorum calculo admiſſa. Licet enim ad ſubſiſtentiam ſeu validitatem ſententiæ ſufficiat expreſſio ejus quod definitur, ut docet Ulpian. *in l. in ſententiis 59. in princ. ff. de re judic.* ubi communiter Doctores. Tamen in ipſis juribus ratio decidendi à conſultis paſſim tradita reperitur; quibus nemo ex profeſſoribus juris prudentiæ arguere audebit fatuitatem. Trypho *in l. ſi filius 23. in princip. ff. de jur.* 28
patronat. clare motivum, ſeu rationem decidendi, quod eſt idem, exprimit ibi, *dixi non habendum propatroni filium, quia indignus eſt.* Ex quo modo cauſam expreſſit, nempe indignum filium eſſe, qui patris necem inultam reliquit. Paulus in *l. ſi maritus 46. ff. famil. herciſc.* ibi: *dicendum eſt præceptioni dotis locum eſſe: quia mortuo patre, quædam filios ſequuntur, etiam antequam fiant hæredes.*

Idem Paulus non reſpondendo tanquam conſultus 29
de jure, ſed referendo ſententiam Imperatoris, ut ex epigraphe textus reſultat *in l. fin. ff. de hæredib. inſtit.* ſic ait: *igitur pronunciavit hæreditatem ad Magnum pertinere, ſed legata ex poſteriore teſtamento eam præſtare debere.* His verbis ſententiam Inperatoris tradidit, ſed ſtatim motivum decidendi ſubjungit, ibi: *proinde atque ſi in poſterioribus tabulis ipſa fuiſſet hæres ſcripta* & ſic paſſim textus plurimos ſi attente perpenderis, rationem decidendi exprimentes reperies. In criminalibus pariter tex. *in l. Metrodorum 40. ff. de pœnis,* ubi Paulus *lib. 3. decretorum ſive ſententiarum Imperialium in cognitionibus prolatarum,* de cujus interpretatione diſſeruimus *c. tra-* 30
ced. §. 6. num. 50. ſic Imperatorem pronuntiaſſe refert. *Metrodorum, cum hoſtem fugientem ſciens ſuſceperit in inſulam deportari Philocteam, quod occultari eum non ignorans diu diſſimulaverit, in inſulam relegari placet.* Barnabas Briſonius *lib. 5. de formul. §. ſententiis, pag. 536.* clare hoc tradit dicens, *ſententiis autem præfationes nonnunquam adſcribebantur, quæ condemnationum cauſas comprehendebant.* Adducit exempla ex Valerio Maximo, & aliis deprompta d. tex. *in l. Metrodorum* ad rem allegando; quibus ego addenda jura ſuperius memorata in civilibus decrevi.

Neque his obſtat textus *in d. c. ſicut,* quo Innocen- 31
tius III. non definit famitatem eſſe in Judice motiva ſententiarum exprimere: imo dum dixit; *verum quia teſtimonium ipſorum, quaſi nude prolatum fuerat, cum de cauſis quæ judicem movere ſolent ad ſententiam proferendam, nihil dixerint, quid tenendum ſit, Sedem duciſti Apoſtolicam conſulendum. Cum autem in pleriſque locis in quibus etiam copia prudentum habetur, id moris exiſtat quod omnia quæ judicem movent non exprimantur in ſententiis præferendis,* ſupponit Pontifex in illis locis conſuetudine introductum fuiſſe non omnia quæ judicem movent exprimere: ex quo non inepte infertur quod in cæteris locis in quibus mos iſte non viget, exprimebantur; & adhuc in illis dum dicit, *non omnia exprimi,* aliqua exprimenda conſueviſſe. Solet etiam allegari tex. *in c. cum Bertoldus 18. eod. tit.* in quo licet arguantur motiva Archiepiſcopi per Pontificem, nihil habetur ex quo inferri valeat, quod ea ponere non liceat, vel non expediat. Quod plures Doctores ſint qui hanc partem 32
tueantur

teantur ex adductis ſupra clare liquet. Et quod Rota Romana hanc ſententiam ſequatur probat Scaccia *dict. num.* 71. dum aſſerit lege cautum reperiri, quod Judices Rotæ infra viginti dies facere motiva ſententiarum teneantur. Idem latius tradit Lotherius *tract. de re beneficiar. in apparatu ex num.* 176. Si enim Rota Romana tot elogiis ubique celebrata, hanc praxim obſervat; quis fatuitatem Judici obſervanti irrogabit? Recto regimini utilior hæc obſervantia eſt, dum judicibus imponitur neceſſitas exprimendi cauſas propter quas
33 ad ſic pronunciandum moventur; Nam per eas detegitur integritas, vel nequitia, ignorantia vel ſcientia, & effrenatæ libertati pronunciandi prolibito, in aliquibus, modus deſcribitur, ex cujus obſervantia reſultat, an ſecundum leges, an autem pro libito voluntatis ſententias dixerint. Demus quod ratio ex Felino adducta per Barboſam in *collect. d. c. ſicut num.* 2. aliquando experiatur; nempe, *quia in ſententia de facili poteſt mala cauſa exprimi, & bona ſupprimi, & propterea nulla eſt in ea cauſa inferenda, cum Judices minus eruditos ſæpe moveant cauſæ minus concludentes.* Id enim eſt, quod ad inſtar errorum
34 Medicorum, Judicum errores nunquam appareant etiam ſi ſententiæ in actis inſpiciantur. Fateor quod aliquando evenit, ſed raro, ac non inde mos excludendus. Sicut enim appellationis uſus neceſſarius eſt ad medelam iniquitatis, vel imperitiæ judicantis, nonnunquam evenit quod Judex *ad quem* bene latas ſententias in pejus reformat, quia non melius pronunciat qui noviſſimus ſententiam profert. Ut dixit Ulpianus *in l.* 1. *in princ. ff. de appellat.* ſed non inde uſus appellationis à judiciis excludendus venit; ſic ſimiliter licet aliquis judicum ex imperitia, vel prava animi deliberatione motivum non ſubſiſtens in jure, vel facto in ſententia apponat mos apponendi motiva à judiciis excludi non debet. Id enim raro contingit, & leges de eo quod uno alióve caſu accidere poſſunt, non fiunt, ſed de eis quæ ut plurimum eveniunt, tex. *in l.* 3. *&* 4. *ff. de legib. cum ſimilib.*
35 ſubnecti ſolet alia ratio, nempe quod perceptis motivis lites ex litibus ſeruntur, cum Advocari impugnare protinus motiva audent litigatoribus ſuadendo iniquitatem ſententiæ. Sed futilis, & inepta ratio eſt. Nam hi callidi argumentatores, & Juriſperiti fallaces, (ſic malos Cauſidicos appellat ſanctus Cyprianus *in lib. de ſingularitate Clericorum*) ſicut in Regno Valentiæ, ubi motiva ponuntur, neque ſententiæ, neque interlocutioni acquieſcunt, quin per trutinam appellationis, vel alterius remedii bis terque in judicium deducatur; ſic ſimiliter in Regno Caſtellæ in quo nunquam ponuntur, à qualibet pronunciatione provocant, & donec executoria reſultet, non ſilent, & licet eis deficiat anſa impugnandi motiva, nunquam deficit prætextus impugnandi ſententiam, ut per tredecim annos cauſas judicando in tribunalibus Caſtellæ expertus ſum. Veritas per ſe patet, & licet per ipſos obnubilari intentetur, ipſa ſui tutelam agit, ac tandem prævalet ipſorum nequitias detegendo; *eo pejores, quod qua peccant ipſi, juſtitiæ imputant, imo multoties judicum injuſtitiæ irrogant, ſuam avaritiam & prava conſilia*, ut dicebat Bartolus *in Argenide lib.* 3. Nihil enim tam dignum viro in jure perito eſt, quam propoſita per litigatores ratione dubitandi, rationem decidendi, cum ipſa deciſione explicare, quæ quidem explicatio in motivis contenta, pars ipſius ſententiæ eſt, ut in pluribus congeſtis probat Amato *dict. reſol.* 85. *num.* 10.

36 At ut pergamus, ſententiæ juxta praxim Regni Valentiæ ſic componendæ ſunt, ut ſummatim actoris petitio referatur demum exceptiones rei exarentur, poſtea motiva cum ratione decidendi aperiantur, & denique concluſio abſolutionis, vel condemnationis clare ſubſequatur; ſi enim aliquibus non liquet, ad majorem ſpeculationem, vel ad judicium ſummarium liquidationis reſervandum venit.

Petitio actoris neceſſariè referenda eſt, ut appareat 37
ſuper quibus judicium fertur, & ut ſententia libello conformis evadat, quod de jure neceſſariè requiritur tex. *in l. ut fundus* 18. *ff. commun. dividun. l. fin. C. de fideicom. liberat. C. licet de ſimonia.* docent Surdus *deciſ.* 295. *num.* 20. Maranta *d. part* 6. *tit. demum fertur ſententia, num* 61. Cancer. *d. lib.* 3. *cap.* 16. *num.* 21. Ripoll. *ad Peguer. in prax. d. rub.* 24. *num.* 30. Paz *in prax. dict. tempor.* 11. *num.* 14. Portol. *ad Molin. verbo ſententia, num.* 2. Seſſe *de inhibit. c.* 3. §. 3. *num.* 10. *& deciſ.* 80. *numer.* 9. Ramon, *conſil.* 50. *num.* 33. *& conſil.* 100. *num.* 433. *in fin.* Carleval. *tit.* 1. *diſput.* 2. *numer.* 964. Valenzuela *conſ.* 68. *num.* 6. *& conſil.* 169. *num.* 35. Gratian. *diſcept. forenſ. c.* 333. *num.* 11. *& c.* 183. *num.* 46. Ciriacus *controverſ.* 237. *n.* 19. *& cont.* 490. *num* 47. *& controver.* 494. *num.* 24. Maceratenſis *variar. lib.* 1. *reſol.* 2. *num.* 14. *& reſol.* 94. *ex* 1. *n.* 12. Larrea *deciſ.* 42. *num.* 34. & Joſephus Roſſa *conſultat.* 23. *n.* 25. cum aliis adductis per Scacciam *dict. gloſ.* 14. *quæſt.* 16. ubi ex profeſſo materiam tractat. De jure Re- 38
gni Valentiæ ad idem probandum allegari ſolet *for.* 2. *quib. non noc. res judicat.* ſed perperam, nam in eo ſolum dicitur, quod ſententia lata per Judicem datum, ad rem certam, de rebus ad eam non ſpectantibus non ſubſiſtit: quod valde diverſum eſt, quia Judex datus ad rem certam, nec actu nec habitu habet juriſdictionem ad alias res & ſic licet aliæ res deducantur in libello, vel in alia parte Judicii, ſemper nulliter pronunciat de rebus ad quas datus non fuit. Quare inhæ- 39
rendum eſt dictis *ſup. c.* 10. §. 1. *num.* 239. *cum ſeqq.* nempe totum proceſſum haberi pro libello, in his quæ virtualiter inſunt, in ipſo libello, ut cum Domino Leo, *deciſ.* 198. *ex numer.* 4. & Domino Creſpi *obſervat.* 32. *num.* 19. probavi, quibus adde Don Joan. Dexart. *deciſ. Sardin.* 100. *num.* 20 Larream *deciſ.* 42. *num.* 38. Seſſe *deciſ.* 80 *num.* 11. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 40. *num.* 9. Matienzum *in l.* 1. *tit.* 11. *gloſ.* 5. *num.* 3. *lib.* 5. *recopil.* Pratum *diſcept. for. lib.* 4. *cap.* 12. *numer.* 38. Roſſa *conſult.* 23. *numer.* 32. *&* 34. quæ quidem doctrina maxime procedit in Regia Audientia, quia Præfecto Prætorio æquiparatur ut dixi *cap.* 2. §. 2. *num.* 168. ex adductis per Merlinum Capicium, & alios quos laudat Pratus *d. n.* 38.

Exceptiones rei ſuccinte referendæ ſunt, quia judi- 40
cium ferendum eſt ſecundum allegata, & probata tex. *in Illicitas*, §. *veritas*, *ff. de Offic. Præſid. cæquoniam contra de probat. for.* 10. *de Cur. & Bajul. for.* 17. *de ſentent. & act.* pluribus Bardaxi *in for.* 5. *de advocat. num.* 1. Portol. *ad Molin in repertor. verb. ſententia, num.* 10. Seſſe *dec.* 115. *num.* 41. *ad fin.* Scaccia *d. gloſ.* 14. *quæſt.* 8. *num.* 4. *cum ſeqq.* Quomodo igitur apparebit ſecundum allegata pronunciatum fuiſſe, niſi in ipſa ſententia exceptiones allegatæ referantur? ſi enim ſententia dubia, vel obſcura 41
interpretari debet per acta, quæ ſunt vehiculum ad ſententiam, ut pluribus docent Valenzuela *conſil* 68. *n.* 8. Salgado *de Regia protectione, part.* 4. *cap.* 2. *num.* 69. & Dominus Creſpi *obſer.* 88. *num.* 4. nonne facilior erit interpretatio, ſi id quod geſtum eſt in ſententia expreſſum, ſaltim ſummariè, reperiatur? Ratio decidendi, ſive motiva tradenda ſunt, quia Judex tenetur pronunciare ſecundum leges tex. *in l. ſi expreſſim.* 19. *ff. de appellat. l.* 1. §. 2. *ff. quæ ſentent. ſin. appellat. recind.* Scaccia *de* 42
re jud. d. gloſ. 14. *quæſt.* 30. *num.* 8. Peguer. *in prax. d. rub.* 24. *num.* 8. Bardax. *in dict. for.* 5 *num.* 3. de jure noſtro *for.* 6. *&* 7. *de executo. rei jud.* Faciliter namque apparebit, ſententiam latam fuiſſe ſecundum, vel contra foros, ſi motiva, & rationes decidendo in ea reperiantur, ut ad rem notat Belluga *rub.* 41. *n.* 32.

Denique requiritur quod condemnatio, vel abſolu- 43
tio in ſententia exprimatur per tex. *in l.* 1. *l. ait Prætor*, §. 1. *l. in ſumma, ff. de re judicat. l. non quemadmodum, ff. de judiciis, l. cum Judex. l. Præſes, C. de ſent. & interlocut. omn. jud.* cum ſimilibus, & in noſtro textu clare dicitur

& omnes ſcribentes tenent; nam licet formalitas verborum ſublata reperiatur, ſaltim per æquipollens condemnatio, vel abſolutio ineſſe debet, ut pluribus probant Gloſſa, Fulgoſ. Alexander, Ancharranus, Dezianus, Zabarella, Vancius, Curtius Junior, Paulus de
44 Caſtro, Franciſcus Marcus, Ruinus, Riminaldus, Rebuffus, Myſingerus, Corſetus, Carterius, Giurba, Menochius, Villadiego, Alphonſus, Modicius, Tuſcus, Angiſanus, Campegius, Villalobos, Cornazanus, Mandellus, Craveta, Torniola, Sola, Beroius, Puteus, Maſtrillus, Barboſa, Gratianus, Muſcatellus, & Muta, adducti per Antoninum Amato *variar. lib.2. reſol.66. n.7.* Scaccia *d.gloſ.14. qu.4. ex n.1.& q.28. n.9.* Larrea *deciſ. 39.num.35.*

45 Dixi quod de eo de quo liquet reſervatio facienda eſt in ſententia ad majorem ſive pleniorem deliberationem, quod eo nititur, nam primevi Juriſconſulti, ſi non liquere de re propoſita ſibi cernebant pronunciabant, *non liquet.* Vel *amplius*, atque ita judicandi neceſſitate ſolvebantur, ut ex Aulo, Gellio tradit Briſonius *d.lib.5. de formul. §. interdum, pag.512.* & latius §.
46 *in conſilium vero miſſis, pag.535.* & tunc dies judicii differebatur. Text. *in l. Pomponius 13. §. fin. ff. de recep. arbitr.* ibi: *ſi forte urgeatur à Prætore ad ſententiam, æquiſſimum erit ſi juret ſibi de cauſa nondum liquere ſpatium ei ad pronuntiandum dari.* Non enim hodie judices compelluntur jurare ſed ſpatium conceditur ad libitum pro religione ipſorum, plura ad rem Briſon. *ubi prox.* & Carol. Sigonius *d. lib.1. de judic. civ. Rom. c.29. in prin-*
47 *cip.* Quæ diſpoſitio hodie obſervatur in Rota Romana, ut perſpicuè tradit Lotherius *d. tractat. de re beneficiar. in apparatu, nnmer.177.* adducens Gratianum *diſceptat. forenſ.cap.72. num.47. cum ſeqq.* Videndus etiam Larrea *d.deciſ.39. num. 35. ad fin.* quo breviter conſuetudinem judicandi per tabellas explicat. Quæ procedunt dum conformes judices ſunt, ſed ſi unus tantum ſibi non liquere aſſerebat, atque jurabat cæteri judicabant ut probat tex. *in l. Pomponius 36. ff. de re judic.* quam ad rem expendit D.Creſpi *obſer.10.n.21.& 22.*

48 In Regia Audientia Valentiæ hoc nequit evenire, quia de ſententia ſumenda agi non poteſt, quin omnes Judices dixerint ei qui præeſt, ſententiam illius litis meditatam atque reſoluram habere, ut dum ſuffragandi actus inchoetur, concio diſſolvi non poſſit, quin conſummata res ſit etiam ſi ultra horas aſſuetas progrediantur *ex for.6. cur. anni 1606.* mediante cujus diſpoſitione nemo poteſt dicere ſibi non liquere de quæſtio-
49 ne principali. Sed quia ſæpe deductum in judicium continet plura capita, quorum aliquod non eſt plene inſtructum, neceſſaria eſt reſervatio illius ad aliam inſpectionem, quod in Carhalonia obſervari teſtatur Peguera *d. rub.24. n. 10.* & in Romana Rota Lotherius *ubi prox. n.176.* Quod Secundum Stylum Regiæ Audientiæ explicatur ſub hac formula: *retinemus accordium ad debite providendum.* impolita locutione, ſed per uſum
50 longævum approbata, ut reſpectu Audientiæ verbalis quam Senatores in propriis habitaculis quotidie fovent ad aſſignationes, dum res liquida non eſt, obſervatur de quibus egi *cap.11. §.3. num.63. cum ſeqq.* Si autem id quod reſervandum venit reſpiciat acceſſoria quæ conſequenter veniunt in condemnatione, vel eam modificant, verbi gratia fructus, redditus, meliorationes impenſæ, vel uſuræ tunc reus condemnatur vel condemnatio modificatur, *liquidatione reſervata* eorum de quibus non liquet.

51 Sententiæ omnes ſcribi atque ſubſcribi per Judices debent forma qua dixi *d cap.8. §.9. ex num.19.* & poſtquam ſubſcriptæ ac ſubſignatæ ſunt apud ſcribam Mandati ad publicationem ponuntur, ut *ibid. num.26.* tradidi; quo notavi quæ neceſſitas inducta ſit per foros ne publicatio ſuſpendatur; *numer.36.* tradidi locum in quo publice recitari debent, *& num.49.* qualis citatio requiratur, ſi publicatio facienda ſit in' diverſo loco ab aſſueto. Pariter in *eod. §. 9. ex num. 16.* explicavi 52
quæ requirantur ad pronunciationem; quo modo juxta *for.3. de ſent. & act.* non eſt neceſſaria pronunciatio ipſius Judicis, cum ſufficiat, quod per ſcribam Curiæ recitetur publicè, parte inſtante, & Judice, mandante, *num. 40.* notando quæ ſpecialiter obſerventur in Regia Audientia; ſed quia *num.28.* dixi ipſam Regiam Audientiam ſupplere poſſe qualitatem omiſſam in ſententia poſtquam publicè recitata fuit, ad uberiorem declarationem ipſius; nota quod hæc non opponuntur cum his quæ poſtea tradidit D. Creſpi *obſ.88. n.13.* dum 53
ex Afflict. Cather. Franch. & Capicio Galeota docet proprium Principis eſſe declarare ſubſtantialia ſententiæ, quod concedo quando ex declaratione reſultat immutatio ſententiæ in ſubſtantiali parte ipſius, & adhuc hoc fieri debet parte citata, & audita juxta tex. *in d.l. de unoquoque, ff. de re jud. cum ſimilibus*; non autem in ſpecie de qua locutus fui, nempe quando ob lapſum calami aliquid ex acceſſoriis omiſſum fuit, vel aliter quam res ſe habet ſcriptum reperitur. Nam proculdubio per tex. *in l.2. C. de ſent.ex period.recit.* Proregi, ac Regiæ Aud. 54
correctio permiſſa eſt: cujus textus D. Creſpi mentionem non fecit. Verba textus ſic ſe habent, *ſed nec ſit eis, poſt hæc copia corrigendi, vel mutandi. Exceptis tam viris eminentiſſimis Præfectis Prætorio, quam aliis illuſtrem adminiſtrationem gerentibus, cæteriſque illuſtribus judicibus.* Prorex namque & Regia Audientia hac prærogativa funguntur, ut dixi *cap.2. §.1. ex num.11.* ſed hæc omnia intellige, re integra; nempe antequam copia ſententiæ parti tradita ſit, nam abſurdum eſſet, poſt traditam copiam, nec ſyllabam mutare; quomodo interpretandum puto tex. *in l. fin. C. Theodoſ. de ſent. ex peric. recit.* 55
cum his quæ *ibidem* tradit Jacobus Gothofredus; ita ut ſententia judicum inferiorum præſentibus partibus recitata immutari neutiquam poſſit; Judicum ſuperiorum vero, quorum amplior dignitas & ſublimior poteſtas eſt, non immutetur aliquid copia jam tradita.

Dixi ex *for. 3. de ſent. & actis* ſententiam recitatam 56
per actuarium, ſive ſcribam Curiæ de mandato Judicis valere, ac ſi per eundem Judicem recitata fuiſſet. Et quod ſententiæ pronunciatæ per Regiam Audientiam publicantur in domo Regentis Cancellariam; qui inſtante parte legitima publicari mandat. Et ratio hujus obſervantiæ eſt, quia licet in pleriſque ſententiis ferendis, Regens intervenire non poteſt; cum juriſdictio Regiæ Audientiæ reſideat in corpore diſtributo per Aulas, ut in ſimili dixerunt Valenzuela, Surdus, Franchis & alii congeſti per Ant. Amato *reſol.65. num.31. & ſeq.* cumque Regens ſit qui in ea Præſidis vices gerit, omnia quæ ſunt 57
ſuperioritatis ad ipſum ſpectant, & per ipſum explicantur ex pluribus congeſtis ſupra *c.2 §.2. n.171. cum ſeqq.* ſignanter *num.182.* Publicatio earum ſententiarum fit per unum ex Regii mandati ſcribis, de quorum officio & miniſterio *ibid.* tractavi *n.203. cum ſeqq.* Hi enim pericula ſententiarum, ſive, ut dicimus *concluſiones* retinent, & Regenti tempore publicationis tradunt; qui ea ſervat, & ex publicatis in quolibet anno duo volumina componere jubet, unum ex ſententiis latis in cauſis civilibus, & alium ex latis in cauſis criminalibus ut in Ar- 58
chivo Regio deponantur, de quo aliqua tetigi *d. §.9. n.24.* Per ipſum ſcribam Mandati dies publicationis notatur in calce ipſius ſententiæ cum expreſſione partis inſtantis, & alterius abſentia, vel præſentia; apponendo nomina teſtium, ut inſtrumentum publicum ad memoriam geſtorum remaneat. Et facta injunctione publicationis, effectus ſententiarum operari incipiunt, ad quod neceſſaria injunctio eſt ut pluribus comprobant Maceratenſis *lib.1. variar. reſol. 77. numer.14.* & Don Michaël Cortiada *deciſ.24. n.203.*

Sed quia, ut dixi, ſententia finem liti imponere debet, 59
Judex tenetur verbis propriis, claris, atque intelligibilibus

bus eam concipere, ut certum ſit quid in ea pronuncietur, ne litem ex lite ſerere videatur; adeo ut utilior ſit quod omiſſa elegantia latini ſermonis claritatem affectet, quantumvis Criticorum latratus exaudiat. Quia verba ſententiæ ſtricte interpretanda ſunt, ita ut nihil in ea contentum habeatur, niſi expreſſe dictum fuerit, 60 aut neceſſe ſubintelligi debeat tex. *in §. curare 32. inſtit. de action. & in l.3.C. de ſentent. quæ ſin. cert. quant. profer.* & utrobique Doctores: præter quos docent Paz *in prax. d.temp.11 num.12.*Cancer.*d.lib. 3. var.c.17.n.*412.Fontanella *deciſ. 98. n. 5.* Surdus *deciſ. 212.n.*13. Ioan. Garcia *de expenſ.c.6.n.* 16. Scaccia *de appellat. quæſt. 17. limit.6. memb.9.a n.*8. Ripoll *ad Peguer. d. rub.24.n.*20.*cum ſeqq.* Gratian. *diſcep. forenſ. c.* 694. *num.* 46. *& c.* 725.*n.*13.*& deciſ.*214.*n.* 11. Valenz. *conſ.* 68. *num.* 45. Ciarlin. *lib.*1. 61 *contr.c.*51. *n.* 51. Ciriac. *controv.* 47. *n.* 19. *& contr.* 367. *n.* 29. Salgado *de Reg. protect. p.* 4. *c.*9. *n.* 43. *&* 134 *& c.*12.*n.*6. *& n.*100. Dñs Creſpi *obſer.* 88. *n.* 2. apud quos plures, & plura de materia. Qua ratione, etiam ſi controverſum reperiatur inter Acaſium Ripoll, & Paulum Xamar, an ſufficiat in ſententia dicere *Pronunciamus Mevium condemnandum fore*: an vero neceſſarium ſit ſuperaddere *uti condemnamus*. de quo Peguera *d. rub.* 24. *n.*7.& ibi Ripoll *n.*22.& Xamar *d.p.*1.*q.*15.*n.*22.

62 In Regno Valentiæ opinio adducta per Pegueram & Ripoll in praxi admiſſa eſt; & nota lapſum Pauli Xamar dum pro ſua opinione allegat doctrinam Petri Belluga *in ſpecul rub.*25.*§.ſæpiſſime,n.*10.*in fin.* Quia Belluga dum defectum juriſdictionis in Judicibus Ordinariis oſtendit, ad procedendum in criminalibus contra Nobiles, & 63 Milites; ſubnectit, quod licet condemnatio ſubſiſtere non poſſit, ſubſiſtere poſſet abſolutio, non ita ut abſolvere militem abſolute poſſit, ſed *abſolvendum fore* pronunciando: quam pronunciationem interlocutoriam eſſe aſſerit; non arctans ſuperiorem, cui cognitio reſervata eſt; & ſic non tranſire in rem judicatam. Quod contra opinionem adducentis concludit, ſupponens quod ad diffinitivam non ſufficit *abſolvendum fore* dicere in ſententia, ſed *uti abſolvimus* addendum eſſe.

64 Ab eodem principio dimanat quod ſententia certa eſſe debet *d.§.curare 32 inſtit. de action. in l. hac ſententia, C. de ſent. quæ ſin. cert. quantit. l. ult. C.eod. l. in ſententiis 59.§.1 ff.de re judicat. l. ſi ſe obtulit.§. ſi quis condemnatus, ff. eod. cum ſimilib.* ſed ſi per relationem ad acta certitudo haberi poteſt, ſententia utique valet *d. l. in ſententiis in princi.l.ait Prator, §. ultim. ff. de re judic.* non autem ſi ſub conditione lata ſententia ſit tex. *in l.1 §.biduum,ff.quand. appel. ſit.* ibi. *Quid ergo ſi ſententia fuerit ſub conditione* 65 *dicta? utrum ex die ſententiæ, tempus computamus ad appellandum, an vero à die quo conditio ſententiæ extitit?ſane quidem non eſt ſub conditione dicenda ſententia.*bonus etiam tex. *in l. qui teſtamento 37. ff. de excuſat.* ibi: *Prator ita decrevit: ſi legitimum tutorem habenti tutor datus es, non eſt tibi neceſſaria excuſatio. Quero cum nemo patruus impuberi tutor eſſet, an nihilominus tutor remanſit? Reſpondi ſecundum ea quæ proponerentur, quamvis juſtas cauſas excuſationis haberet, non tamen eſſe excuſatum propter vitium pronunciationis.* Quo in textu Dionyſ. Gothofredus *in notis lit. H.* clare tenuit quod propter conditionem ſub qua ſententia concepta fuit, inutilis remanſit. Quod etiam docuit *in d. l.1. §. biduum, lit. F.* ſequuntur Coſta *ſelectar. lib.*1.*c.*8.*n.*5. Matienz. *in l. 7. tit.* 11. *glof.* 6. *n.* 29.*&* 34. 66 *lib. 5. recopil.* Macerarenſis *var.lib.* 2. *reſol. ultim.caſu* 39. *verſ. cum fuerit lata.* Larrea *deciſ.* 38. *num.*4 (Quod abſque dubio procedit in principali ſubſtantia ejus rei de qua controverſia eſt, non quoad acceſſiones ut ſtatim dicam) repugnat enim naturæ ſententiæ, cujus præcipuus effectus eſt finem liti imponere quod concipiatur ſub conditione. Nam ut dixit Baldus *in l. 1. num. 4. verſ. concludo ergo, C. de juris & fact.ignor.* dum ſententia lata eſt ſub conditione, vel modo ſemper opponi poteſt de defectu conditionis vel modi, non impleti; quod etiam tenuerunt Bartol. *in l. 1 §. parui, ff. quod vi aut clam.* Caſtrenſ. *conſ.*327.*num.*2.*vol.*2.Socin. Jun. *conſ.* 67. *num.*8. *vol.*1.Surdus *conſ.*186.*num.* 13.*&* 26. Qui ſubjungit rationem;nempe quia eodem tempore, eodemque inſtanti,& ex ipſo fonte, oritur actio, & exceptio; nam tunc agens non tantum ab alio repellitur,quantum à ſe ipſo repelli intelligitur, ut docuit ipſe Baldus *in l. ex his prædiis n. 1. C. de eviction.* ubi etiam Alexander, Nata *conſ.* 474.*num.*3.Beccius *conſ.* 45. *n.* 13. Salgado *d.p.*4.*cap.*13. *num.* 46. *&* 47. 67

Quæ de toto dicta ſunt, procedunt quoad partem, ut 68
probat tex.*in d.l.in ſententiis* 59. §. 2. *de re judic.* ibi: *Qui ſortis quidem condemnationem faciunt, de uſuris autem ita pronuntiant: uſuras ſi quæ competunt, ut præſentur; non recte pronunciant, debent enim de uſuris quoque cognoſcere & certam facere condemnationem.* idem probant tex. *in l.3.C. de ſent. quæ ſin.cert. quant & in l. quod in ſtipulatione 31.ff.de uſur.* Quæ,ut dixi,intelligenda ſunt reſpectu ſub- 69
ſtantiæ condemnationis; non vero reſpectu acceſſionis illiquidæ ut fructuum impenſarum, meliorationum, aut uſurarum; nam facta condemnatione earundem liquidatio poteſt, & ſolet reſervari, de qua poſtea ſummatim agendum eſt, vel in executione ipſiuſmet ſententiæ, ut pluribus oſtendit Salgado *d.p* 4. *c.* 10 *n.*1.*&* 4.vel ſepa- 70
ratim ante eam, ut in Regia Aud. obſervatur in judicio ſummario præparatorio ipſius executionis, de quo paſſim plura exempla conſpiciantur, & recenter me referente in cauſa adminiſtratorum Marchionatus de Almonacit, cum hæredibus Don Franciſci Ladron, quæ per litteras cauſa videndi, & recognoſcendi ducta fuit ad hoc Supremum; & me referente liquidata fuit condemnatio fructuum *hoc anno* 1675. *in menſe aprilis.*

Nec omittere poſſum adnotationem jacturæ ingentis 71
litigatoribus irrogatæ ex adjectione conditionis, vel modi in ſententiis definitivis. Sunt namque aliqui judices genio indeciſi,vel timidi natura, qui reſolutionem ſumere in re adhuc explorata non audent etiam ſi maximopere laborent in ſtudio dubiorum occurrentium, vel quia confunduntur in ſeligendis Auctorum doctrinis, vel quia ignorant juriſprudentiæ elementa, vel quia mentis fragilitate laborant, ita ut quæ noviſſime audiunt informantibus, in jure niti præſumunt. Iſti ſunt proclives ad concipiendas ſententias ſub conditione, vel modo, ita ut pronunciando nihil definiant. Hinc litigatores adinſtar ſyſiphi, dum collem litigii ſuperatam 72
credunt, ſaxo miſerrime delapſo, iterum laborare in ſuperanda colle tenentur; novam litem, & forte duriorem ſuſcipiendo; quare totis viribus judices procurare tenentur, ne eorum ſententiæ hac labe inficiantur. Id ipſum ex reſervatione non neceſſaria, reſultare contingit; cum plerumque anſam condemnato ſuſcitandi novam litem offerunt;quare reſervationes vitare tenentur, ne quod in mentem venire non ſolet, ex reſervatione indebita progrediatur.

Pariter attendere Judices debent, ne ſententia contra 73
mortuum proferatur: quia non valere docuit Ulpianus *in d.l.in ſententiis 59.§.fin. ff. de re jud.* ibi: *Si quis ex edicto peremptorio poſt mortem condemnatus eſt, non valet ſententia.* idem probant text. *in l de qua re, §. cum abſentem, ff.de judiciis, l. 2. ff. quæ ſent.ſit.apud.recind* Docent Romanus,Caſtillus, Franchis, Maſtrillus, Surdus, Cavedo, Reuſnerius, Græevus, & alii apud Amaiam *in l. ſuper creandis* 10 *n.* 5. *C. de jure fiſci.lib.*10 quibus adde Gaillum *lib.* 1. *obſ.* 109. *n.*3. *cum ſeqq.* Gratianum *diſcept. fo-* 74
*renſ.c.*18 *ex num.*19.*& c.*127. *num.* 33.*& cap.*243.*ex n.*9. *& c.*734 *n.*40.Valenzuelam *conſil.* 155 *nu.*41. Salgadum *de reg protect.n.*3.*c.*9 *n.* 138. Cortiadam *dec.*9. *n.* 53. *cum ſeqq.* Quod intellige dum Judici, ut Judici conſtat, de morte litigatoris; nam ſi ignoraverit mortem ſententia ſuſtinenda eſt, & executioni mandanda contra hæredes, vel ſucceſſores, ut fere omnes Doctores ad id addu- 75
cti tenent; & ſic deciſum fuit in Regia Audientia, Re-

gia ſententia publicata per Vincentium Ferrera militem Regii Mandati ſcribam *die 2. Septembris anni 1645.* referente Nobili Don Coſma Gombau. Quo in caſu mediante interlocutione exequi in hæredes, vel ſucceſſores jubetur ut ex Gailio notat Dionyſ. Gothofredus *in d. l. in ſententiis, §. fin. lit. B.*

76 Sed rogare poteris, an tempus judicibus præfinitum ſit, ad pronunciandum? De jure communi tempus judicibus dari ſolitum, docet Ulpianus *in l. ſi Judex 32. ff. de Judic.* Per *tex. in l. properandum 9. C. cod. in* § 1. tempus triennii judicibus aſſignatur, & Dionyſ. Gothofredus hoc tempus de jure digeſtorum aſſignatum tenuit dum allegat *d. l. ſi Judex, in fin.* ibi: *ita tamen ut legitimum tempus non excedat.* De triennio intelligi debere in Aragonia Judex infra tres menſes à concluſione pronunciare debet *for. 1. de litib. abreviandis* ubi Bardaxi *n. 1.* in Cathaloniæ infra centum dies *conſt. 12. ann. 1547.* Peguera *in praxi d. trib. 24. n. 1.* in Regno Caſtellæ intra viginti dies *l. 1. tit. 17. lib. 4. recopil.* Paz *in prax. de temp. 11. n. 17. &* 18.

77 & ſic in aliis Regnis, ſive Provinciis. At in Regno Valentiæ, infra bimeſtre à die traditionis proceſſus cauſa concluſa, Judex relationem facere tenetur, & intra ſemeſtre pronunciare, per *for 91. Cur. ann. 1626.* cujus diſpoſitio in praxi non obſervatur, an ex reverentia Judicibus præſtari ſolita, an vero ex deſidia, vel timore litigatorum, incertum eſt. Nemo curat de requirendo Judice ad obſervantiam, quod neceſſarium eſt ut judici in culpam imputari poſſit, tradidit Paz *d. temp. 11. num. 18.*

78 Mora in referendo experiri ſolet, dum licet plures conquerentes de mora audivi, neminem reclamantem percepi, & neſcio quo ducti errore, vel vana timiditate; ne, ut aiunt, Judices irritent, remedium forale adhibere recuſant; quando multo magis Judices irritant, in eos excandeſcendo, querelas verbales publicando, & non ſemel ad injurioſa verba perveniendo. In deliberatione ſumenda poſt factam relationem forum obſervari ſemper vidi, ita ut niſi raro menſis præterlapſus fuerit.

79 Sententia igitur rite lata, atque publicata finem imponit liti ſeu controverſiæ, Judicis officium implet, facit jus inter partes, de albo nigrum, de quadrato rotundum, pro veritate habetur, rei evidentiam generat, novam velut naturam producit, & alios plures effectus generat, ut probant text. *in c. veſtra de cohab. Cleric. c. in præſentia, de renunciat. l. is cui, ff. de Tutor. & Curator. dat. ab his l. 2. & 3. ff. de liber. agnoſc. l. Herennius, §. Caja, ff. de eviction. l. ingenuum, ff. de ſtat. hom. l. poſt rem 56. ff. de re judic. l. res judicata 107. ff. de regul. jur.* Docent Cephal. Mandellus lenis, Nata, Curtius, Rota, Iaſon & alii congeſti per Valenzuel. *conſ. 68. ex n 27. & conſ. 92. ex n. 98.* Prato *practicar. obſ. 62. ex n 4. & diſcep. for. n. 4 c. 17 n. 68. cum ſeqq. & c. 37. n. 45.* Noviſſime Ignatius Pereyra *tract. de reviſion. c. 5 n. 21.* ſed quia iſti effectus reſultant ex eo quod ſententia tranſitum fecerit in rem judicatam, ſigillatim tractanda ſunt dum de appellationibus, & cæteris remediis adhiberi ſolitis diſputabimus.

80 Solum hîc adnectendum duxi, quod ſententiæ Regis, latæ in Supremis Tribunalibus, atque conſiliis lateri ipſius aſſidentibus, quæ ab ipſo Rege dum ſolem niter expediuntur, ſubſignantur, legis habent vigorem textus expreſſus *in l. fin. C. de legib. c. in cauſis 19. de ſent. & re judic.* de jure Valentino *privil. 2. D. Regis Ioan. II.* Docent communiter hanc concluſionem DD. in his juribus, & poſt eos Vincent. de Franch. *dec. 238. n. 3.* Menoch. *de arbitrar. lib. 1. q. 1. n. 27. & conſ. 59. n. 10.* Guttier. *practicar. lib. 3. q. 16 n. 75.* Ioſeph Ludov. *deciſ. Peruſ. 90. n. 8. p. 2.* Mathæus de Afflictis *deciſ. 96. n. 11.* Guid. Pap. *deciſ. 50. ad fin.* Granat. *ad Veſtril. lib. 6. c. 1. n. 17.* Cancer. *var. lib. 3. c. 3. n. 73. & 74.* Ferrer *in conſtit. hac noſtra evident. 3 n. 63.* Dexart *de if. 100. n. 22.* Calixtus Ramirez *de*

81 *leg. Reg. §. 20. ex n 30.* Cavedo *deciſ 212. num. 1. p. 1.* Gama *dec. 33. in fin. & dec. 174. n. 10.* ubi Flores Diaz de Mena Ripoll *variar. c. 1. num. 2. & 3.* & ad Peguer. *d. rub. 24. n. 24.* Molinus *in repertor. verbo forus, & ibi* Portoles *n. 7.* Novar. *de gravam. vaſſallor. tom. 2. grav. 132. n. 7.* Caſtillo *lib. 5. controv. c. 89. n. 97.* Auguſt. Barboſa *in collect. dict. c. in cauſis, n. 3.* Xamar *de officio jud. p. 1. q. 15 n. 74.* Cortiada *dec. 24. n. 22.* Valenz. *conſ. 40. n. 55. conſ. 73 n. 13. conſ. 83. n. 116. & conſ. 169. n. 23. & 26.* Prato *diſcept. forenſ. d. p. 4. c. 15. n. 14. c. 17 num. 62. & c. 18. n. 8.* ex noſtratibus Dominus Leo *deciſ 81. num. 12. tom. 1. & deciſ. 10. n. 24. cum ſeqq. tom. 3.* Dominus Creſpi *obſer. 1. n. 194. cum ſeqq. & obſer. 22. ex n. 108.* Egoque dixi *c. 8. §. 5. n 32.* Dñs Creſpi 82 declarat hanc concluſionem aſſerendo non procedere quoad ſe *ibid. n. 219.* nec mirum quia Rex eſt ſupra leges, & ſic non aſtringitur ad obſervantiam, niſi in quantum ratio dirigit ut pluribus probavi *ſup. c. 1. §. 2. num. 39.* neque Supremum qui eum repræſentat ex identitate rationis, *n. 225* explicat etiam non producere hunc effectum lite pendente per aliquod remedium, neque id abſque ratione, cum adhuc juſtificatio ſententiæ in ſuſpenſo ſit: quare iſtæ declarationes amplectendæ ſunt. Sed quia Valenz. *d. conſ. 40. n. 64.* & Prato, *d. c. 18. n. 8.* ſententiis latis in Regia Aud. Valentiæ hanc prærogativam concedunt, & Doctores Aragonii & Catalauni innuere videntur ſuis 83 Audientiis, etiam poſſe competere, ex eo quod Suprema Tribunalia ſint, à quorum ſententiis non datur provocatio ad aliud tribunal, explicatione eget. Verum enim eſt quod ſententiæ in dictis Audientiis nomine Regis feruntur, ſed non ex eo vim legis habere tenendum eſt; quia non proferuntur immediatè nomine Regis, ſed mediante Prorege, dum dicitur: *Carolus Rex, & pro ſua Majeſtate N. ejus Locumtenens & Capitaneus generalis.* Proregi enim quamvis ampliſſima poteſtas conceſſa ſit ut dixi *c. 2. §. 1. ex n. 2.* quoad diſpoſitivam, nempe condendi leges, limitationem patitur ut dixi *ibid. §. 2. n. 54.*

Neque ſententiæ Regiæ Audientiæ ſubſignantur à 84 Rege ſicut ſententiæ latæ in hoc Supremo, & huic ſubſignationi debetur tota vis legis. Quæ etiam eſt ratio ne ſententia Supremi lite pendente vim legis habeat, quia nondum à Rege ſubſcripta fuit. Tradit hanc rationem Dñs Creſpi *obſ. 1. num. 83.* Quæ nititur in expreſſis verbis *d. privil. 2. Reg. Ioannis I I.* ibi: *attento quod ſententia Principis cauſa cognita promulgata vim legis obtinet, & pro lege ſervanda eſt generaliter inter omnes.* Loquebatur de ſententia lata per glorioſum Regem Alphonſum III. Valentiæ, & V. Aragoniæ, tunc feliciter regnantem; cujus Locumtenens Generalis erat in Corona Aragonum Rex Ioannes Navarræ; & ſic non dixit *quod ſententia noſtra,* ſed *quod ſententia Principis*, id eſt, *Regis*, de quo interpretatur hoc privilegium D. Leo, quam ſequitur D. Creſpi & Ego: quod tenent fere omnes adducti *ſup. n. 80.* Licet enim in rebus juſtitiæ, Audientiæ Aragoniæ, & Cathaloniæ ſuprema tribunalia dici poſſint, quia ab earum ſententiis nulla datur provocatio, ut dixi *tract. de re crim. contr. 1. n. 28. &* 35. tamen deficit poteſtas 85 legiſlativa; non proferuntur ſententiæ immediatæ nomine Regis; neque ab ipſo ſubſignantur, fatentur Ripoll, Cortiada & Calixtus Ramirez, vim legis non habere ſententias illarum Audientiarum ex defectu poteſtatis legiſlativæ, quod concedo; quamvis reſpectu Aragoniæ contrarium expreſſe dixerunt Molinus, & Portoles *d. verb. forus, n. 7.* ſed inquantum extendere dictum conan- 87 tur ad ipſum Regem non ſubſiſtit. Quia licet Rex non poſſit in noſtris Regnis condere leges abſque Curia, hoc intelligi debet de legibus novi juris inductivis contra contenta in foris, ut cum Belluga, & aliis probavi *c. 1. §. 2. ex n. 40* & Latius *c. 3. §. 1. n 126.* & poſt me D. Creſpi *d. obſ. 1 §. 3. ex n. 45.* non autem de his quæ per modum interpretationis juris dubii fiunt, abſque periculo derogationis fororum, vel conſtitutionum: ut late cum Cancerio, Mieres, Ferrer, Fontanella, Portoles, Suelves, Caſanate, & aliis probat D. Creſpi *d. obſ. 1. §. 4. ex n. 67. præcip. n. 78.* ubi plura ad rem congerit. Concedit Calixtus Ramirez hanc poteſtatem interpretandi

di dubia fororum justitiæ Aragonum *d.* §. 20. *num.* 28. & negabimus eam Regi ? *n.* 31. æquiparat sententias Regiæ Audientiæ quoad hæc cum sententiis Curiæ Justitiæ, & sic æqualis saltim potestas adest in Regia Audientia.

88 Ratio ob quam præjudicium inferri non potest dispositionibus foralibus est, quia ad hoc ut Regis sententiæ vim legis obtineant, debent ferri causa cognita, sic expresse dicitur in *d. l. fin. C. de legib. & d. privil. 2. Reg. Ioan. secundi*, & sic secundum leges latas fuisse dicendum est. Et licet aliquando fieret (quod non est credibile) tunc sententia nullius momenti erit tex. *in l. si expressim 19. ff. de appellat. l. 1. §. 2. ff. quæ sent. fin. appellat. rescind. l. 2. & l. 5. C. quand. provocar. non est, necess.* ubi Glossa, Gothofred. & cæteri scribentes. *for. 6. & 7. de execut. rei jud.* Fontanella *dec.* 205. *n.* 4. pluribus Amato *lib. 2. var. resol. 66. n.* 19. D. Leo *in jur. respons. post dec.* 173. *n.* 87. *& n.* 189.

89 *& in alio juris respons. post dec.* 210. *dub. 2. n.* 110. D. Crespi *obser.* 63. *n.* 26. Sed quia Regiæ Audientiæ magnam auctoritatem obtinent, earum sententiæ quamvis legis vim non obtineant, exemplaria ministrant, per quæ in similibus judicari possit. Licet enim exemplis judicandum non sit, ut expresse dixit Imperator *in l. nemo 13. C. de sent. & interlocut. om. jud. l. 1. C. de veter. jur. enuclean.*

90 *l. sed etsi 12. ff. de offic. præsid.* Tamen exempla maximopere juvant ad interpretationem juris dubii *tex. in l. filius emancipatus 14. ff. ad leg. Cornel. de falsi. l. 1. §. hac autem, ff. ad Senat. Conf. Silvanian. l. 3. C. de ædif. privat.* cum similibus congestis per Ripoll. *d. rub. 24 n.* 28. Cortiada *d. dec. 24. n.* 29. Ferd. Arias de Mesa *var. resol. lib. 3. c. 45. n.* 6. Et ratio est evidens, nam si in dubio unius vel alterius Doctoris dictum sequi possumus, ut cum Bartulo Valerio, Diana, Lezana & Salcedo docet D. Crespi *obs. 1. n.* 289. si Senatuum exterarum Provinciarum decisiones amplectimur ex ratione adducta per D. Leo *in admonitione ad lectorem p. 1. decis.* ibi: *prodeunt namque à Senatu decreta maturis digesta rationibus, multorum ingenio & labore limata.* Quanto magis secum est sequi decisiones Senatus,

91 cujus auctoritatem moram habemus, dum compositam vidimus ex viris in legibus ac negotiis patriis peritis atque versatis? Quæ ratio procedit etiamsi consuetudo judicandi non intercedat. Nam ea intercedente observari omnino debet tex. *in l. minime, ff. de legib. l. nam Imperator, ff. eod. d. l. nemo, C. de sent. & interlocut. om. judic. §. penult. instit. de satisdat.* bene ad rem Belluga *in speculat. rub.*

92 41. §. *leget Regni, n.* 43. *&* 44. Peguer. *tom. 2. dec. 26. n.* 14. Guttier. *d. lib. 3. practicar. q. 16. n.* 11. Grat. *discep. forens. c.* 158. *n.* 15. *c.* 460. *n.* 22. *& c.* 745. *nu.* 20. Ripoll. *d. rub.* 24. *n.* 28. Cortiada *d. dec.* 24. *n.* 22. *&* 23. D. Crespi *d. obser.* 1.

93 *n.* 289. *& obser.* 5 *n.* 231. *& obs.* 103. *n.* 71. Ubi tenet quod sententia lata contra consuetudinem judicandi vitio nullitatis laborat. Consuetudo vero judicandi per duos actus conformes inducta censetur. *tex. in l. 3. C. de Episcop. Audientia. c. ex parte, de consuetud. l. 5 tit. 2. p. 1.* docent Baldus *in l. de quib. vers. sed quare, ff. de legib.* Calicius *in extravag. Cum. c. 4. 5. & 6.* Vantius *de nullit. ex defect. proces. n.* 59. Vincent. de Franq. *decis. 91. n.* 16. Cæsar Barz. *dec. 98. n.* 12. Cavedo *dec.* 212. *n.* 1. *p.* 1. Fontanella *decis.* 398. *in fin.* Guttier. *d. c.* 16. *n.* 78. Molin. *de hispan. primogen.*

94 *lib. 2. c. 6. n.* 24. Garcia *de Nobilit. in divis. oper. n.* 57. Burgoz de Paz *q. 2. n.* 131. Perez de Lara *de anniversar. & Capellan. c. 5. ex n.* 47. Cavalcan *dec.* 28. *n.* 28. Mieres *de majorat. p. 4. q. 11. n.* 8. Flor. Diaz de Mena *in addit. ad Gamam decis.* 215. Valenzuela *cons.* 114. *n.* 43. Gratian *discep. for. d. c.* 745. *n.* 20. Sesse *dec.* 113. *n.* 8. Larrea *allegat.* 23. *nu.* 27. *& dec.* 47. *n.* 13. Dexart *d. dec.* 100. *n.* 12. Ripoll. *d. rub.* 24. *n.* 29. pluribus congestis Cortiada *dec. 3. n.* 34. *& d. dec.*

95 24. *num.* 32. Quæ quidem procedunt in sententiis supremarum Curiarum, cujusque Provinciæ; non autem in sententiis Judicum inferiorum, quia solum faciunt jus inter partes, quæ in judicio versatæ fuerunt, ut ex text.

96 *in d. l. nemo* inferunt Ripoll *d. rub.* 24. *n.* 25. & Cortiada *ubi prox.* cum plurimis ex laudatis *ibid.* Quæ omnia limita casu quo decisiones repugnent foris, nam tunc non est inspiciendum quid factum fuit, sed quod fieri debebat, ut probavi *sup. c.* 10. §. 3. *n.* 127. *cum seqq.*

Effectus omnes sententiæ suspenduntur per appellationem quæ est medicina sententiæ, ut dixit Fontanella 97
dec. 105. *n.* 24. Et cum sit remedium à jure naturali dimanans, quatenus est species defensionis, sanat vulnera illata per sententiam juxta tex. *in l. 1. ff. de appellat. c. omnis oppressus 3. q. 6. c. suggestam de appellationibus*, pluribus Maranta, Covarr. Scaccia & alii congesti per Salgadum *de Reg. protect. part. 1. capit. 1. prælud. 3. ex num.* 79.
Quod regulariter consequitur in Curiis judicum in- 98
feriorum, à quorum sententiis appellatio interponitur, & à superiore admittitur quoad utrumque effectum devolutivum, scilicet, & suspensivum, cum inhibitione mediante qua ligantur manus Judicum inferiorum, de quibus infra latius differendum est. Sed à sententiis latis in Regia Audientia cum non appellatio sed supplicatio adhibeatur tex. *in authent. quæ supplicatio, C. de precib. imper. offer.* Maranta Castro, Gabriel Pereyra, 99
Surdus, Tuscus, Menochius, Trentacinquius cum aliis adductis per Ignatium Pereira *tract. de revis. cap.* 27. *num.* 1. *&* 13. sententiæ fiunt exequibiles præstita cautione juxta text. *in dict. authent. quæ supplicatio cum plurimis.* Congestis per Pegueram, Cancerium, Fontanellam, Ripoll, Mathæum de Afflictis, Valenzuelam, Carlevalium, D. Leon, D. Vico, & alios plures Laudatos per Cortiadam *decis.* 38. *ex num* 8. quibus adde Dexart *decis.* 29. *ex num.* 1. *cum seqq.* Qua de causa qui succumbunt, & condemnati evadunt, dum executionem vitare desiderant, adhibent remedia suspensiva, nempe nullitatum, restitutionis in integrum, querelæ ex noviter deductis, & recursus, & ante sententiam litteras causa videndi & recognoscendi impetrare procurant; quæ omnia tendunt ad eundem finem, nempe impediendi effectus sententiæ, ut dixi *c.* 10. §. 1. *n.* 183. De his omnibus aliqua dicere debemus, ut clarius resultet quando sententia secundum foros, & praxim Regiæ Audientiæ transeat in judicatum; ut ad executionem ejusdem pervenire possit. Et sic figillatim de unoquoque remedio tractaturi sumus.

---

§. II.

De appellationibus ad interpretationem for. 5. eod. tit. *cum aliis juribus.*

FERDINANDUS REX. Anno 1510. Montisoni.

TEXTUS.

ITem per dar degut ordo a les profecucions de les causes de appellacions, que daci avant seran interposades, de les sentencies dels jutges ordinaris, o delegats, les quals moltes voltes se allarguen, o differexen per desidia, o negligencia, o per frau dels litigants. Per tal provehim, e ordenam, que apres que algu dels litigants se sera appellat de alguna sentencia de jutge ordinari, o delegat: a aquell tal appellant li hajen a ser dats apostols per lo jutge, lo qual haura pronunciat tal sentencia, dins terme de quince dies, apres que la tal appellacio sera interposada continuament comptadors. E que lo dit temps no pura esser porrogat per lo dit jutge *à quo*, e que lodit appellant sia diligent, e solicit en haver dins lodits quince dies los dits apostols, e haguts aquells los haja de fer intimar a la part appellada dins terme de cinch dies, si los dos litigants seran domiciliats en la mateixa Ciutat, Villa, o loch on la dita sentencia principal sera pronunciada. E si seran absents de la Ciutat, Villa, o loch, que la dita intimacio se haja a fer dins terme de deu dies. E si les dites

coses,

cosa, o alguna de aquelles no seran servades per lo tal appellant, que la tal appellacio sia haguda per deserta, e la dita sentencia principal sia portada a deguda execucio.

SUMMARIUM.

1 *Appellatio quid sit.*
2 *Appellatio judicialis interponi nequit à futuro gravamine.*
3 *Appellatio dari non potest de majori judice ad minorem.*
4 *Appellatio an in Regno Valentiæ aliquando detur ad æqualem.*
5 *Lex concedens Magistratui nominationem Judicis appellationis, concedit etiam majoritatem.*
6 *Bajulus generalis Regni Valentiæ assumendo Assessores ex Regia Audientia ad causas appellationum, assumit Judices superioris ordinis.*
Idem procedit respectu aliorum, quibus similis assumptio permittitur, ibid.
7 *Appellari potest ad Superiorem non gradatim, sed omisso medio.*
Appellatio de jure in causa propria interponenda olim erat intra biduum, in causa aliena intra triduum, hodie intra decem dies à lata sententia, ibid.
De jure Castellæ intra quinque, ibid.
8 *Terminus ad appellandum computatur de momento ad momentum.*
Idem de foro procedit, ibid.
9 *Appellationi adherens an teneatur facere intra decem dies.*
10 *Appellans in primo ex decem diebus, videtur renunciasse cæteris.*
11 *Appellatio in Regnis Castellæ interponenda est intra quinque dies.*
12 *Appellatio interposita à gravamine tractum successivum habente quocumque tempore utiliter interponitur.*
13 *Appellatio, verbo interposita utilis est si eodem die fiat coram ipso Judice.*
14 *Apostoli quid sint.*
15 *Apostoli de jure antiquitus petendi, accipiendi erant, atque reportandi intra quinque dies, nunc intra triginta.*
Apostolos Judices negare nequeunt, ibid.
16 *Apostoli juxta foros petendi, accipiendi, & reportandi sunt intra quindecim dies.*
17 *Apostolorum concessio non est necessariè spectanda.*
18 *Appellandi praxis in Regno Valentiæ.*
19 *Appellationis, & introductionis citatio intra quinque dies inter præsentes fieri debet, infra decem inter absentes.*
20 *Apostolis concessis receptis & injunctis appellans habet annum ad prosequendam causam.*
21 Fori 38. de appellat. *dispositio ut intra mensem à die appellationis causa terminetur, impracticabilis est.*
22 *Introductio appellationis habet vim apostolorum.*
23 *Decisio Regiæ Audientiæ.*
24 *Concessis per Judicem apostolis affirmativis, appellans habet annum ad instruendam causam.*
Decisio Regiæ Audientiæ, ibid.
25 *Appellans, bis, iterumque tenetur petere apostolos.*
26 *Apostolis non concessis, appellans potest prosequi causam*
27 *Apostoli quot, & quales sint.*
28 *Ad validitatem appellationis, non est necesse quod admittatur per Judicem à quo.*
29 *A denegatione appellationis non est necesse quod iterum appelletur, sed securum erit.*
30 *Appellatione prohibita, pariter censetur prohibitum appellare à denegatione.*
31 *Judici à quo conceditur facultas cognoscendi an sententia sit appellabilis, sed per hoc non tollitur potestas Judicis superioris, ut cognoscat an juste, vel injuste rejecta; vel admissa sit.*
32 *Decem dies ad appellandum fatales sunt, & computandi de momento ad momentum, qui neque auctoritate Judicis, vel conventione partium prorogabiles fieri possunt.*
33 *Appellatione interposita per procuratorem non habentem mandatum, non valet nisi ratihabitio subsequatur intra decem dies.*
34 *Idem procedit respectu quindecim dierum ad obtinendos apostolos, vel introducendum concessos.*
35 *Tempus datum ad prosequendam appellationem prorogari potest.*
36 *Tex.* in l. unic. C. Theodos. de dilat. ex consens. *expenditur.*
37 *Quinque, vel decem dies concessi ad injungendam appellationem, & introductionem prorogari nequeunt.*
38 *Inhibitio intra eosdem dies injungenda est, ne Judex à quo procedat ad executionem sententiæ.*
39 *Inhibitio justa, vel injusta ligat manus Judicis à quo.*
40 *Citatio necessaria est ad causam appellationis.*
41 *Citatione, vel injunctione appellationis facta post terminum foralem, causa remanet deserta.*
42 *Relatio nunci asserentis se quæsivisse appellatum ad faciendam injunctionem, non sufficit.*
43 *Appellans tenetur prosequi appellationem summa diligentia.*
Decisio Regiæ Audientiæ, ibid.
44 *Desertio odiosa est, quare restringenda venit.*
45 *Appellato absente à loco judicii, licet in eo reliquerit procuratorem, potest ei injunctio fieri intra decem dies.*
Decisio Regiæ Audientiæ.
46 *Minor restituitur adversus lapsum fatalium.*
47 *Major probata legitima causa restitui etiam debet.*
48 *Nullitatum propositio suspendit cursum decem dierum.*
49 *Nisi sint calumniosæ, vel improbabiles nullitates.*
Decisio Regiæ Audientiæ, ibid.
50 *Remedia hæc quando dicantur calumniosa, vel improbabilia, remissive.*
51 *Impedito fatalia non currunt, si impedimentum procedat à Judice.*
52 *Idem si impedimentum non procedat ex facto appellantis.*
53 *Appellationis reparatio quomodo fiebat antiquitus.*
Impedimenta apud quem Judicem verificari debent, ibidem.
54 *Suspenso exercitio Regiæ Audientiæ per absentiam Regis, vel Proregis, quid faciendum ne hæc tempora currant.*
55 *Appellatio non habita copia Judicis, fieri potest coram authenticis personis.*
56 *Decretum regulariter apponi solitum in libello introductionis appellationis, secundum praxim Valentiæ.*
57 *Dilatio trium dierum conceditur ad recusandum Judicem, si causa justa intercedat.*
58 *Appellans tenetur exprimere qualitatem causæ, tam in libello appellationis, quam introductionis, & quare.*
59 *Sed non est capiendum de causa gravaminis à quo appellatur, sed de causa seu lite in qua lata fuit sententia.*
60 *Impedimenti causæ quæ sint ne fatalia currant remissive.*
61 *Appellatio legitime interposita prodest sociis ejusdem litis.*
62 For. 24. de appellationib. *expenditur.*
63 *Socius, ut juvetur appellatione socii litis, an debeat habere scientiam appellationis, & appellare seorsim?*
64 *Seorsim appellans satis detegit animum, noluisse juvari appellatione consortis.*
65 *Appellationi renunciari potest, sed non in præjudicium tertii.*
66 *Appellatio socii absque illius scientia prodest socio ex foro.*
67 *Appellationis interposita per unum ex sociis eadem est causa defendendi in individuis.*

68 *Appellationis ſcientia neceſſaria eſt in conſorte litis de quo quæritur, an renunciaverit.*

69 *Renuntiatio eſt ſtrictiſſimæ naturæ, & ſic qualibet cauſa etiam leviſſima efficit ut non cenſeatur interveniſſe.*

70 *Ignorantia in dubio præſumitur adeſſe appellationis.*

71 *Appellatio ſimpliciter interpoſita comprehendit cuncta capita ſententiæ, & prodeſt appellato.*

72 *Idem procedit, etiam ſi capita diverſa ſint, connexa tamen, dum ab uno capite interponitur.*

73 *Secus ſi appellatum ſit à capitibus perjudicialibus, quæ connexa non ſunt.*

74 *Appellatus, ut ei proſit appellatio adverſarii, non tenetur adhærere appellationi intra decem dies.*

75 *Appellatione interpoſita, & introducta judicium ſit commune appellanti, & appellato ipſo jure.*

76 *Forus Valentiæ non requirit adheſionem appellati, ut appellatio ei proſit.*

77 *Appellatio devoluit cauſæ cognitionem Judici ad quem.*

78 *Appellatione extinguitur effectus ſententiæ pro tunc ac ſi lata non fuiſſet.*

79 *Sententia à quo extitit appellatum confirmari non poſſet niſi appellatio prodeſſe non poſſet appellato, non adhærenti.*

80 *Deciſio Sacri Supremi Regii Aragonum Conſilii.*

81 *Appellatio limitata producit devolutionem pariter limitatam.*

82 *Appellationes plerumque interponuntur fruſtrandi, atque tergiverſandi gratia, non ex juſta cauſa.*

83 *Appellatio regulariter admitti debet.*

84 *Appellatio tanquam favorabilis, admitti debet in caſu dubio.*

85 *Appellatio admitti debet, etiam caſu quo ſuperflua videatur.*

86 *Appellatio ſemper recipienda eſt, niſi expreſſe per legem denegata ſit.*

87 *In cauſa inappellabili, ſi ſemel appellatio admiſſa ſit, cauſa remanet appellabilis.*

88 *Taciturnitas partis quoad hoc conſenſum demonſtrat.*

89 *Tacente parte plura conceduntur, quæ ea reluctante denegarentur in judiciis.*

90 *Prohibitio recipiendi appellationem, reſpiciens perſonam Judicis, efficit quod neque taciturnitate, neque conſenſu partis admitti valeat.*

91 *Appellatio prohibita in negotio principali prohibita etiam eſt reſpectu incidentium, atque emergentium.*

92 *Appellatione prohibita, etiam prohibetur à rejectione appellare.*

93 *Appellatio nunquam cenſetur prohibita reſpectu notoriæ iniquitatis, vel gravaminis.*

94 *Appellatione interpoſita in cauſa non appellabili, à pluribus gravaminibus, uno notorio comprobato, quoad omnes cauſa appellabilis remanet.*

95 *Sententia continens plura capita, ſi quoad unum eſt appellabilis, quoad aliud non, tota ſit appellabilis.*

96 *Appellatio an recipienda ſit in criminalibus, & in cauſis competentiæ juriſdictionis actitatis ſecundum noſtra jura, remiſſive.*

97 *Appellatio an recipienda ſit, dignoſcitur ex dignitate vel privilegio Judicis pronuntiantis; ex genere perſonarum, & ex genere, vel numero cauſarum.*

98 *Sententia pronunciata per Principem inappellabilis eſt.*

99 *Sententia lata per Senatum nomine Principis, inappellabilis eſt, ſed ſupplicabilis remanet.*

100 *Appellatio non recipitur ab executore.*

101 *Niſi inferat novum gravamen exequendo ſententiam ſibi commiſſam.*

102 *Appellatio, quomodo interponenda, & proſequenda à ſententia lata in Curia Capitania generalis.*

103 *Appellatio ſecunda à ſententia lata in Curia tenuium non eſt recipienda ſi ſententia confirmata fuerit, ſecus ſi revocata ſit.*

104 *Appellatio à ſententia arbitrarium recipienda non eſt juxta forum.*

105 *Contumax appellans audiendus non eſt.*

106 *Contumax vere eſſe debet, qui exuitur facultate appellandi.*

Quis ſit verus contumax; ibid.

107 *Appellatio denegatur ei, qui poſt ſententiam poſtulat diem ad ſolvendum.*

Poſtulans diem ad ſolvendum ſententiam approbare videtur, ibid.

108 *Idem quoad illum qui quoquo modo ſententiam approbat.*

109 *Appellare non poteſt is cujus non intereſt quod in ſententia pronuntiatum fuit.*

110 *Appellatio recipienda non eſt à ſententia lata contra confeſſum.*

111 *Poſtulans aliquid judicialiter confitetur contenta in libello, & ſi pronuncietur ſecundum illum, appellans audiendus non eſt.*

112 *Niſi probato errore, & licet error probari nequeat poſt condemnationem, fallit ſi appellatio interpoſita fuerit.*

113 *Deciſio Regiæ Audientiæ.*

114 *Appellatio recipienda non eſt in cauſa executiva.*

115 *Quæ concluſio procedit etiam quoad effectum devolutivum.*

116 *Intelligi ſi executio inſtituta ſit pro redditibus cenſus reſervativi, conſignativi, vel vitalitii, aut debiti cum redditibus, ex pretio rei fructiferæ.*

117 *Appellatio in cauſa executiva inſtituta pro ſorte, vel vi clauſulæ guarentigiæ admittitur quoad devolutivum, & denegatur quoad ſuſpenſivum.*

118 *Appellandi facultas in clauſula guarentigiæ obligationis, renunciatur, quod fieri utiliter poteſt.*

119 *Appellatio in cauſa executiva inſtituta virtute condemnationis infra decem ſaluis exceptionibus admittitur, quoad utrumque effectum.*

120 *Appellatio in cauſa executiva inſtituta virtute legati admittenda eſt, quoad utrumque effectum.*

121 *Deciſio Regiæ Audientiæ.*

122 *Appellatio admittenda non eſt à mera interlocutione.*

123 *Ius canonicum concedit appellationem à mera interlocutione, jus civile negat, Forus Valentiæ ſequitur jus civile.*

124 *Per foros Valentiæ data eſt ſpecialis providentia ad provocandum à gravamine illato per meram interlocutionem.*

125 *Appellatio admittenda eſt ab interlocutione habente vim diffinitivæ.*

126 *Condemnatio facta per modum interlocutionis appellationem recipit.*

127 *Interlocutio habens vim diffinitivæ quæ ſit remiſſivè.*

128 *Appellatio recipienda non eſt in judiciis mere poſſeſſoriis.*

129 *Appellatio denegata in judiciis poſſeſſoriis, eſt quoad ſuſpenſivum, non quoad devolutivum.*

130 *Appellatio an admittatur in poſſeſſorio ex remedio l. fin. Cod. de edict. divi Adrian. toll. & for. 41. de teſtam.*

131 *Utroque litigatore parem titulum oſtendente, ſe hæredem aſſerendo, appellatio recipitur quoad utrumque effectum.*

Idem ſi condemnatio fructuum interveniat, ibid.

132 *Idem ſi contra alterum pronunciatum fuerit cum deciſione Regiæ Audientiæ.*

133 *Appellatio recipienda non eſt in cauſis minoris ſummæ, & à ſententiis ſpectantibus ad ædificia, & eorum ſervitutes, latis per Ædilem.*

134 *Appellatio*

134 *Appellatio recipienda non est à condemnatione lata pro pretio conductionis domus, vel agri, neque de rebus ad partem fructuum, vel sub tributo receptis.*

Quæ intellige respectu suspensivi effectus, nam quoad devolutivum appellationes recipiuntur, ibid.

135 *Appellatio non recipienda in causa dotis.*

136 *Limita si disceptatur de subsistentia ipsius dotis, vel de ejus constitutione.*

137 *Decisio Regia Audientiæ confirmata in Supremo.*

138 *Appellatio recipienda an sit in causa fiscali dum non agitur de lucro captando, sed de debito ex contractu fisci exigendo.*

139 *Plures tenent, quod recipienda non est quoad suspensivum, bene vero quoad devolutivum.*

Sed non observatur in praxi, ibid.

140 *De jure Regni Valentiæ hoc privilegium concessum videtur causis fiscalibus, sed non observatur, nisi dum adest obligatio cum clausula guarentigia, & executione privilegiata tanquam in debitis fiscalibus & regalibus.*

141 *Appellatio frivola recipienda non est.*

142 *Appellatio frivola quæ dicatur, remissive.*

143 *Appellans qui non gravatur in sententia frivolè appellasse dicendum est.*

144 *Praxis reficiendi appellationes, eo motivo quod interponantur* à nullo gravamine *frequens est in Regno Valentiæ.*

145 *Appellans à sententia legali frivole appellasse videtur.*

146 *Appellans ab eo quod Judex tenetur facere frivole appellat.*

147 *Appellatio in his quæ dilationem non patiuntur rejicitur quoad suspensivum.*

148 *Appellatio an recipienda sit à pronunciatione qua quis male carceribus mancipatus declaratur.*

149 *Negativa sententia admissa fuit per utramque Aulam Civilem Regiæ Audientiæ.*

150 *Appellatio recipi non potest à sententia Judicis procedentis virtute Commissionis cum clausula* appellatione remota.

151 *Declara respectu effectus suspensivi, nam quoad devolutivum admittenda appellatio est.*

Vel si sententia iniqua appareat, ibid.

152 *Appellatione denegata per legem intelligi debet, quoad utrumque effectum.*

153 *Appellationis denegatio, quid odiosum est, & stricte interpretandum.*

154 *Appellatio à tribus conformibus deneganda est quoad utrumque effectum.*

155 *Si tertia sententia continet novum gravamen appellatio recipi debet.*

Sententiæ quando dicantur conformes remissive, ibid.

156 *Pendente termino ad appellandum sententia exequi non potest.*

157 *In causa non appellabili, non sunt spectandi decem dies ad exequendum.*

158 *Licet Judex* ad quem *regulariter cognoscat an appellatum sit deferendum, quando exploratum est causam inappellabilem reperiri, Judex* à quo *utiliter procedit in executione.*

159 *Nisi inhibitione impediatur, quia tenetur parere.*

160 *Appellatione denegata, non est denegatum remedium nullitatum.*

161 *Neque remedium recursus ad superiorem.*

162 *Commissio ad cognoscendum de causa appellationis intra quod tempus edenda erat.*

163 *Quod observandum erit, si aliquando commissio ad hoc impetretur.*

164 *Appellans intra sex dies tenetur primitivum processum cum omnibus instrumentis in eo exhibitis.*

165 *Actor sive appellans, sive appellatus sit, de jure Cæsareo tenetur exhibere processum.*

166 *Appellans de jure Canonico sive actor, sive reus sit, tenetur exhibere processum.*

167 *De foro, Canonica dispositio procedit.*

168 *Sex dies tantum concessi forus ad edendum processum sub desertionis pœna.*

169 *Actuarius tenetur attestare diem traditionis exemplaris actorum, & quare.*

170 *Appellans interpellandus est judicialiter, ut illi sex dies currere incipiant.*

171 *Editio actorum injungi debet appellato, aliàs non valet.*

172 *Praxis Valentiæ non habet admissum, quod licet in eodem loco jus dicant Judex* à quo, *& Judex* ad quem, *acta originalia tradantur.*

173 *Appellans cogitur exhibere acta processus per copiam authenticam.*

174 *Editio actorum post sex dies admittitur in Curiis inferiorum purgando moram, & refectis expensis.*

Secus in Regia Audientia, ibid.

175 *Purgatio, seu emendatio moræ, quid sit, & quando habeat locum.*

176 *Fori dispositionem religiosè observat Regia Audientia. Curiæ inferiores ex inveterato usu, atque Stylo lenius procedunt.*

177 *Stylus Curiarum inferiorum jam vim legis obtinet.*

178 *Supplicationum causa ab una ad aliam Aulam interpositarum, expediuntur per acta originalis processus.*

179 *Defectuosa exhibitio etiam ex defectu instrumenti irrelevantis desertionem inducit.*

180 *Appellans onere edendi omnia acta gravatur per forum.*

181 *Decisio Regiæ Audientiæ.*

182 *Tertius appellans admittendus est, etiam in causa ex sui natura non appellabili, dum doceat de jure suo, saltim semiplene.*

183 *Tertius appellans cogitur edere processum cum omnibus documentis.*

184 *Desertionis pœna gravissima est.*

185 *Deserta appellatione, remanet inefficax tanquam si non esset, sententia transit in judicatum, & jurisdictio redit judici* à quo.

186 *Desertionis pœna introducta fuit, ne appellantes dolosè procedant in prosequenda appellatione.*

187 *Citandus est appellans, ut causa appellationis rite deserta pronuntietur.*

188 *In dubio contra desertionem pronuntiandum est.*

189 *Judex* ad quem *de desertione regulariter debet cognoscere.*

Judex à quo, *etiam de desertione potest cognoscere, ibidem.*

190 *In Supremis Senatibus non attenditur scrupulosè, causa desertionis.*

191 *A sententia desertionis datur appellatio, saltim quoad devolutivum.*

192 *Deserta appellatione, an censeatur deserta causa nullitatum, remissive.*

193 *In causa appellationis interposita ab interlocutoria, denegatur facultas probandi, quia ex deductis, & probatis justificari debet.*

194 *In causa appellationis interposita à diffinitiva probatio de jure admittitur.*

195 *Sed jus canonicum denegat terminum ad probandum dediscitis testificatis.*

196 *De foro, in causa appellationis probatio per testes non admittitur, si in prima instantia dilatio ad probandum concessa fuit, sive fiat, sive non.*

197 *Restitutio in integrum concedi potest ei cui privilegium competit, ad probandum in causa appellationis.*

198 *Testium objectiones probari possunt in causa appellationis, si dilatio ad ea probanda in prima instantia concessa non fuit.*

199 *Testium objectiones an probanda sint ante sententiam.*

200 *Leges*

200 *Leges Caſtellæ publicatis teſtibus concedunt ſex dies ad proponenda objecta teſtium, quibus elapſis denegant facultatem objectandi teſtes.*
201 *Idem in Cathalonia intra menſem fieri debet.*
202 *Reſtitutio in integrum ad probanda objecta teſtium concedenda eſt.*
203 *Deciſio Regia Audientiæ.*
204 *Reſponſiones exigi poſſunt ab adverſario in cauſa appellationis.*
205 *Dilatio qualis concedenda admiſſo ad probandum in cauſa appellationis.*
206 *Appellantis morte hæres proſequi debet appellationem, aut ſtare judicatis.*
207 *Deſertionis cauſa in hæredes tranſit.*
208 *Hæredi de jure digeſtorum ſolum concedi debebatur tempus quod defuncto deerat proſequendam appellationem.*
209 *De jure codicis, quatuor menſes conceſſi ſunt hæredi, ultra tempus quod deerat defuncto, qui computantur finito tempore conceſſo ad deliberandum.*
210 *Hæc dilatio intelligi debet conceſſa ad perorandam cauſam, non ad appellandum.*
211 *De foro iſta dilatio conceſſa non eſt, neque negata, & ſic tanquam omiſſa remanet in diſpoſitione juris.*
212 *Appellationis cauſa per horas expediri debet ſi prima inſtantia eo modo expedita fuerit.*
213 *Quod intellige permanente ratione celeritatis, nam ea ceſſante tempus opportunum concedi debet.*
214 *Obſervantia Regiæ Audientiæ.*
215 *Judex* ad quem, *ſolum poteſt pronunciare de his quæ controverſa fuerunt in prima inſtantia, & ad eum devoluta per appellationem.*
216 *Judex confirmans primam, vel ulteriorem ſententiam condemnare debet ſuccumbentem in expenſis.*
217 *Sententia ad favorem appellantis commutata, etiam in minima parte, condemnatio in expenſis ceſſat.*
218 *Prima ſententia revocata victus non debet condemnari in expenſis.*
219 *Contrarium plures tenent, & ſic deciſum dicitur in hoc Supremo.*
220 *Expenſæ debitæ ex contractu debentur etiam ſi qui eas promiſerit, habuerit legitimam cauſam litigandi.*
221 *Deciſio Regiæ Audientiæ.*
222 *Expenſæ litis ſecluſa promiſſione, æſtimandæ ſunt ex cauſa litigandi.*
223 *Temeritas litigandi efficit, quod condemnetur quis in expenſis, ſi clara ſit, etiam in prima inſtantia; in ſecunda vero minor ſufficit.*
224 *Obtinens in prima inſtantia, legitimam cauſam habet litigandi in ſecunda.*
225 *Condemnatus in expenſis in prima ſententia, ea revocata, cenſetur etiam revocata condemnatio expenſarum.*
226 *Deciſio Regiæ Audientiæ.*
227 *Tertia ſententia confirmans ſecundam revocatoriam primæ, & condemnans in expenſis ſimpliciter, an intelligenda ſit de ea tertia inſtantia, an de cæteris remiſſive.*
228 *Contumaciæ pœna eſt condemnatio in expenſis.*
229 *Diverſitas inter appellatum, & appellantem reſpective citatos, & non comparentes.*
230 *Appellatus contumax ſi confirmatio ſequatur, non condemnatur in expenſas, & quare.*
231 *Expenditur tex.* in l. ſancimus 15. C. de judic.
232 *Deciſio hujus Supremi.*
233 *Appellatus non comparens deſpicere cenſetur appellationem frivolam.*
234 *Pauperibus fatalia non currunt.*
235 *Appellato abſente, ſi juſtitiam foret acta primitivi pro eo allegant.*
237 *Judex confirmans ſententiam debet partes cum cauſa reſtituere Judici à quo.*
237 *Quod procedit de foro Valentiæ, etiam in appellatione à definitiva.*
238 *Exiſtente juſta cauſa retinendi, forus permittit Judici* ad quem *retentionem.*
239 *Evocatio appellationis una cum toto negotio principali, quando, & quomodo fiat.*

APpellationis materia diffuſa eſt nimis, & à pluribus doctiſſimis viris pro dignitate tractata; qua de cauſa ſuperfluum foret eundem lapidem à me revolvi, niſi in noſtris foris plures ſpecialitates reperirentur, quæ explicatione egent, ut forma procedendi in ſecunda, vel ulteriori inſtantia à Tyronibus percipiatur. Et quamquam excellentia cognitionis inſpecta, ſupplicationis remedio primus locus debeatur; dum regulis appellationis in cunctis ferme ſubjicitur, primum agendum eſt de appellatione, nam ejus natura præcognita facilius ſupplicationis naturam enodare potero. Eſt igitur appellatio: *Provocatio de minori ad majorem Judicem ratione gravaminis illati.* ut colligitur ex tex. 2
in l. 1. ff. de appellat. l. 1. C. ubi & apud quem, c. anteriorum. 6. quæſt. 6. c. conſuetud. in 6. c. Romana, de appell. eo. lib. 6. docent Maranta *in ſpecul. de ord. judic. part. 6. artic. 2. verb. quandoque appellatur.* Lancellot. *de attentat. part. 2. cap. 12. ex num. 2.* Abbas *in Rub. de appellat. num. 3.* Peguer. *in prax. rub. 21. num. 1.* & ibi Ripoll. Cæſar Barz. *de: if. 155. num. 15.* Surdus *deciſ. 335. num. 83. & conſil. 106. num. 10. lib. 1.* Cancer *variar. lib. 3. cap. 17. numer. 218. cum ſeq. & cap. 18. num. 128.* Petr. Gregor. *lib. 50. ſyntagm. cap. 2. ex num. 3.* Hugo Donel. *lib. 28. comment. cap 4.* & ibi Illiger. *lit. A. & B* Portol. *ad Molin. verb. appellatio, num. 2. & 3.* Petrus Barboſa *in l. 1. artic. 1. ff. de judic. num. 165.* Jacob. Cujacius *lib. 21. obſer. cap. 33.* Solorzan. *de jur. Indiar. tom. 2. lib. 3. cap. 9. ex numer. 19* Larrea *allegat. fiſcal. 52. num. 27.* Berlich. *practicab. part. 1. concluſ. 50. num. 1. cum ſeqq.* & latiſſime ultra omnes Sigiſmundus Scaccia *in pleno tract. de appellationibus, cap. 2. quæſt. 2. ex numer. 1.* qui hanc definitionem per totum articulum primum explicat, & exornat, cum aliquibus illationibus, in quibus tradendis non immoror. Solum notandam duxi quod ab ea definitione excluſi dictionem *vel inferendi:* quia in præſenti tractatione loquor de appellatione judiciali, quæ interponi non poteſt à futuro gravamine per tex. *in l. ante ſententia 7. cognor. appel. non recip. l. eum qui 50. C. Theodoſ. de appellat. for. 2. ut lit. pendent. for. 3. & 8. de appellat.* optime Jacobus Gothofredus *in comm. d. l. eum qui 50.* Scaccia *de appellat. q. 5. n. 101. cum ſeq.* & pluribus Salgado *de reg. protection. p. 2. c. 2. ex numero tertio*, quo exactiſſime de more materiam abſolvit. 3
Et licet in Regno Valentiæ appellatio non detur de majori ad minorem juxta notata per Scacc. *d. c. 1. n. 5.* tamen ad æqualem permitti aliquando videtur; ut in cauſis primæ appellationis; nam per *for. 25. ce appellat* Judex ordinarius nominare poteſt Judices appellationum, qui majores ipſo nominante in effectu non ſunt idem reſpectu Baronum de quibus dixi *c. 6. §. 1. n. 56.* in cauſis mercantilibus, ut tradidi *c. 4. §. 10. n. 13.* in emphyteuticalibus ut notavi *d. c. 6. §. 3. num. 7.* in cauſis jurium Generalitatis ad Deputatos Regni ſpectantibus ut habetur *ſup. c. 3. §. 2. n. 25.* in debitoribus civitatis quorum diſtrictio ſpectat ad Magiſtrum Rationum urbis ut tetigi *d. c. 4. §. 3. n. 31. & §. 4. num. 4.* & in cauſis patrimonii Regis, ad Bajulum Generalem ſpectantibus, ut dictum remanet *c. 2. §. 4. n. 20. & 21.* Hi omnes mutato Aſſeſſore de cauſis appellationum à ſententiis per eoſdem latis cognoſcunt. Verum hæc non obſtant; imo ex eis confirmatur ipſius definitionis proprietas; Nam lex concedens Magiſtratui poteſtatem 5

teſtatem nominandi Iudices appellationum, concedit nominatis ſuperiorem iuriſdictionem, cum cenſeatur conceſſiſſe omnia ſine quibus iuriſdictio ad cauſas appellationis definiendas, explicari non valet juxta tex. *in c.2. de offic. & poteſt. judic. delegat. l.2 ff. de juriſd.* cum aliis adductis *ſup. c.10. § 1. n.58.* Quibus addi poteſt, quod etiam ſi hæc deficiant cum diſpoſitio provocandi ad majorem Iudicem jure poſitivo ſtatuta ſit, poteſt Rex noſter, qui privilegia ſuperius memorata conceſſit, in ea diſpenſare; ut cum Valenzuela Petra, & aliis docet Solorzano *de jur. Indiar. to.2. lib.3. c.9.n.22.* Et ſic Iudices 6
appellationum nominati per hos Magiſtratus, ſuperiores in eis dumtaxat cauſis cenſendi ſunt, cum poteſtatem conceſſam à lege obineant, ad revocandas, vel confirmandas ſententias ipſorum Magiſtratuum.

Unde ad cauſas appellationum in patrimonialibus Bajulus tenetur deſumere Aſſeſſores ex Senatoribus Regiæ Aud. quo in caſu negari non poteſt quod deſumuntur ex ordine Superiorum. Idem ferme evenit in cauſis generalitatis, civitatis, & emphyteuticalibus, quia ſæpius impetrant à Proregibus quod eis aſſignet Iudices adjunctos ex Senatoribus ad cauſas, appellationum ut dixi *d.c.6.§ 3.ex n.23.* verum hæc omnia everti videntur ex pluribus congeſtis per Ioan. Bapt. de Thoro *in comp. deciſ. p. 2. verb. executio trium ſententiarum conformium*, & *verb. execution. trium ſententiarum prolatarum*: quo probat tres ſententias officialium Baronum pro una reputari, cum ſit unum tribunal & omnes Iudices repræſentent eandem perſonam, ſed in noſtro Regno hæc non procedunt, quia leges hanc poteſtatem concedunt Baronibus & cæteris Magiſtratibus memoratis, & reſervato recurſu ad ſuperiorem ceſſat inconve- 7
niens oppreſſionis in quo tota nititur reſolutio. Hodie enim omnes à ſententiis Ordinariorum ad Curiam Gubernationis diſtrictus deferuntur juxta *for.20. & 28. de Cur. & Bajul.* & ſecundæ appellationes, vel quæ interponuntur, à ſententiis latis in prima inſtantia in Curia Gubernationis deferuntur, & terminantur in Regia Aud. juxta formam *for.70. Cur. ann. 1564. & for.12. Curiar. anni 1585.* ut tetigi *d.c.2.§.2.num.29.* imo licet appellatio gradatim interponenda ſit ad immediatum ſuperiorem per tex. *in l. Imperatores, ff. de appell.* ut pluribus probant Petr. Greg. *lib.50. c.2. n.33.* Ant. Fab. *in C. lib 7. tit.27. defin.15. ad fin.* Giurba *obſ.56. n.9.* & Berlichius *d.concl.50. numer. 67. cum ſeqq.* Tamen omiſſo medio poteſt ad Tribunal Principis appellari ut docent Marian. *in c. ſignificaſti, n.35. de for. comp.* Scaccia *de appellat. q.7.n.17. cum ſeqq.* Gratian. *dec.78.n.31.* P. Barboſa *in d.l.1. art.1. n.166.* Berlich. *d.concl.50.num.78. cum ſeqq.* quorum doctrina in noſtro Regno prævalet ex ſingulari diſpoſitione contenta *in extravag. for. Styl. de la Governacio, c.5. ad fin.* ibi: *no es neceſſari haver recors al ſobira immediat del ſeyor del dir juſſitia, o officials*, & ſic obſervatur evocando quaſcumque cauſas appellationum, quæ in Regia Audientia introducuntur, à ſententiis ordinariorum, ut cunctis incolis dicti Regni notum eſt.

Appellatio, ſi juris civilis antiquiores diſpoſitiones obſervemus, interponenda erat in cauſa propria intra 8
biduum, in cauſa aliena intra triduum juxta tex. *in l.1. §. biduum 5. cum §. ſequenti, & §. in priori 11. ff. quando appel. ſit. l. qui ſuſpectum 20. §.1. ff. de appellat. l.3. ff. de appellat. recip. l.6. §. penult. C. de appellat.* Docent Donell. *d. lib.28. c.6.* ubi Illiger. *lit. RR.* Barnabas Briſon. *de formul. lib.5. §. caterum, pag.518.* Petrus Gregor. *dict. lib.50. c.2. num.27.* Scaccia *de appellat. quæſt.12. ex n.1.* Nunc autem interponi debet intra decem dies computandos de momento ad momentum, tex. *in authent. hodie, Cod. de appellat.* Novel. 23. *de appellat. & inr. qua temp. §.1. c. concertationi, de appel. in 6. c. cum dilecto, in fin. de election. c. ſignificaverunt de teſtib. d. for.2. ut lit. pendent. for.4. & 7. de execut. rei judicat. for.3. de appellat.* docent præter ordinarios in his juribus Petr. Gregor. *lib.4. de appellat. c.5. numer.11. & d. lib.50. ſyntagm. cap.2. num.27.* Cancer. *var. lib.1. c.17. num.18.* D. Leo *deciſ.17. n.19. & deciſ.142. num.3.* Peguera *in prax. d. tit. 27. n.3.* & ibi Ripoll. *n.59.* Donell. *d. lib.28. c.3.* ubi Illiger. *lit. RR. & 55.* Portoles *ad Molin. verb. appellatio. n.70.* Scaccia *de appellat. q.4. num.57. & d. q.12. ex num.2.* Maceratenſis *variar. lib.1. reſol.57. n.1. & reſol.77. num.5.* Giurba *obſer.4. num.4. & 5.* Berlich. *dict. concl. 50. n.93. & 105.* & aliis relatis Salgado *de reg. protect. part.2. cap.2. ex num.56. & part.3. cap.9. num.219.* In Regnis 9
Caſtellæ appellandum erat de jure antiquiori intra tres dies *l.1 tit.15. lib.2. fori legum.* jure partitarum intra decem. *l.22. tit.23. part.3.* nunc autem intra quinque dies. *l.1. tit.16. lib. 3. ordin. l. 1. tit. 18. lib. 4. recopilat.* de quo videndi Montalvus, Gregorius Lopez, Didacus Perez, & Azevedo in his juribus. Quæ quidem regula appellandi intra decem, limitationem non patitur, nam licet appellatio quocumque tempore interpoſita à gravamine habente tractum ſucceſſivum admitti debet per tex. *in C. ex parte tua*, ubi Panormit. & Decius Petrus Barboſa *in dict. l. 1. art.3. numero 18. ff. de judic.* vere intra decem ab illato gravamine interponi dicitur.

An autem adhærens appellationi alterius, teneatur 10
adhærere intra eoſdem decem dies, diſputat late Antoninus Amato *variar. lib.1. reſol.9. ex num 8.* & poſt eum Seſſe *deciſ.134. n.8.* Franchis *deciſ.254. n.4.* Fontanella *deciſ.413. ex n.12.* D. Leo *deciſ.17. n.12.* & diſtinguendum puto; nam ſi adhæſio fiat per appellatum in capitibus à quibus appellatum eſt, & in connexis; non eſt neceſſaria adhæſio intra decem, cum fieri poſſit etiam deſerta appellatione, ut pluribus probat Amato *dict. reſol.9. ex n.10.* ſi vero fiat ab aliis capitibus ſibi nocivis intra decem dies facienda eſt, ut cum Vincentio de Franch. & Gratiano tenent Fontanella *d. deciſ.413. n.13. & 14.* quam nota, quia decem dies computandos ab injunctione definivit, ut dicitur *num.15.* ſi autem adhæſio fiat per tertium infra decem dies adhærere debet, ut tradit Dominus Leo *dict. deciſ. 17. numero duodecimo*, qui 11
ſic diſtinguit. Si vero appellatio interpoſita fuit primo ex decem diebus videtur renuntiatum cæteris; nam licet Fontanella *de pactis nup. clauſ.1. num. 45.* contrarium tenuerit, tamen *deciſion.411* iterum diſputat & hæſitando difficultatem agnoſcit. Noſter enim forus clare cautum habet quod quindecim dies ad obtinendos apoſtolos computandi ſunt continuè poſtquam appellatio interpoſita fuit, ut in textu dicitur: igitur dies qui ſuperſunt ex decem, nunquam augere poſſunt quindecim, qui à certo termino nempe ab interpoſita appellatione computandi ſunt juxta forum.

Sed dubitari etiam ſolet, an appellatio verbo inter- 12
poſita ſubſiſtat? & ſubſiſtere probat text. *in l.2. & l.5. ff. de appellationib. l. litigatoribus 14. Cod. eod. tit. litigatoribus 7. C. Theodoſ. eod tit. juncta l. hi qui tempore 30. eod. C. & tit.* docent Petr. Gregor. *dict. lib. 50. capit. 2. numer.25* Illiger. ad Donel. *dict. lib.2. capit.6. lit. TT.* Anton Fab. *in C. lib. 7. tit.42. defin.12.* Briſon. *ubi prax. §. porro.* Fontanella *d. deciſ.411. num.12.* Berlich. *d.concl.50. num.93.* Novar. *ad pragm. Neapol. tit. de appellat. collect.1 num.11.* contrarium pluribus probare contendit Scac- 13
cia *d. quæſt.4. ex num.1* licet *num. 18. V. reſtringe tertio*, hanc ſententiam admittit, quando Iudex tali appellationi defert quem ſequi videtur Salgado *de reg. protect. part.2. cap.2. num.75. cum ſeq. & cap.10. num.55.* ſed nihilominus prima ſententia verior eſt, ſi in eodem actu proferendi ſententiam ſuccumbens Iudici dixerit. *appello*, ut clare in dictis juribus habetur, ſignanter in *dict l.5.* ibi: *ipſo die inter acta voce appellavit. d. l. litigatoribus 14.* ibi *illico appellare voce.* Quod in Regno Valentiæ dubitatione caret; nam in *for.2. de appellat.* clare dicitur, ibi: *tanoſt ab ſcrits, o meins de ſcrits ſepuſque appellat.* mediante quo cognitio devolvitur ſi cæteræ di-

ligentiæ

ligentiæ petendi apoſtolos, vel introducendi, atque citandi debitis temporibus ſubſequantur, ut tenent Faber & Illiger. *ubi prox.* ſi autem extra illum actum, vel altero die dicatur *appello*, itaut non illico, & coram Iudice fiat appellatio non ſubſiſtit, ut dicunt Scaccia, & Salgado in dictis locis.

14 Poſtquam appellatio legitime & debito tempore interpoſita eſt, apoſtoli petendi, impetrandi, atque reportandi ſunt. Hi enim ſunt libelli dimiſſorij Iudicis *à quo* dati appellanti, & directi ad eum qui de appellatione cognoturus eſt, cum notitia appellationis, & cauſæ tex. *in l. unic. in princip. ff. de libel. dimiſſor.* de quibus mentio expreſſa habetur *in l. Lucius Titius 9. ff. de jur. fiſc. l. dimiſſoria 106. ff. de verbor. ſignific. l. præcipimus 32. §. in his autem 2. C. de appellat. l. quoties 18. l. quoties 61. l. ſi appellationem 67. C. Theodoſ. de appellat.* Paulus *lib. 5. ſentent. tit. 34. cap. 1.* Cujacius *ibid. & lib. 24. obſer. cap. 29.* Donell. *d. lib. 28. comm. cap. 7.* & ibi Illiger. *lit. L.* Petrus Gregor. *d. lib. 50. cap. 2. num. 28.* Briſon. *d. §. porro.* Scaccia *de appellat. quæſt. 13. num. 1.* Ripoll. ad Peguer. *d. rub. 27. num. 67.* Cardinal. Otthobonus *deciſ. Rotæ 23. deciſ. 50.*

15 *deciſ. 89. & deciſ 94.* Qui quidem apoſtoli, de jure antiquo petendi, recipiendi, & reportandi erant intra quinque dies; nunc autem intra triginta, ut ex eiſdem juribus Doctores memorati deducunt, quibus addendi Xamar *de offic. judic. & Advocat. part. 3. quæſt. 4. num. 27.* & aliis relatis Berlich. *d. concl. 50. num. 117. cum ſeq.* Nec Iudici à quo appellabatur fas erat negare apoſtolos *d. l. eos 6. in fin. C. de appellat.* Sed hæc omnia innovata reperiuntur per foros Valentiæ, itaut quindecim tantum dies conceſſi ſint in noſtro textu ad petendos, obtinendos, & reportandos apoſtolos: quod etiam dicitur *in for. 4.*

16 *præced. de appellat.* Nec appellans cogitur ſpectare eorum conceſſionem, neque admiſſionem appellationis, quia ea interpoſita, & apoſtolis peritis quamvis non recipiatur, ſubſiſtit. *for. 1. de appellat.* cum aliis notatis *ſup. c. 8. §. 9. num. 88.* quibus adde Scacciam *d. quæſt. 13. ex num. 1.*

17 Quibus poſitis, praxis in Regia Audientia, & cæteris curiis eſt, quod oblato libello appellationis in quo apoſtoli affirmativi, vel ſaltim reverentiales poſtulantur, appellando à ſententia vel interlocutione habente vim diffinitivæ, ad Iudicem, vel Iudices, ad quem vel ad quos, ſecundum foros appellare poteſt, vel debet, actuarius notat diem (non horam ut Scaccia voluit *d. quæſt. 4. num. 58.*) & nomen appellantis in ipſo libello (quod dicitur *ponere Kalendarium*) ut incontinentis appareat quo die appellatum fuit, & nullo ſpectato Iudicis decreto, quia nil refert quod ab eo non recipiatur, dum ſatis eſt quod appellatio de jure ſubſiſtat, ut aliis

18 relatis notat Maceratenſis *var. lib. 2. reſol. 32. numer. 15.* imo neque porrecto ei libello, appellatio rata manet, Quo peracto intra quindecim dies ab appellatione interpoſita Iudici ad quem exhibetur ſimul cum libello introductionis, in quo narratur ſe appellaſſe à ſententia lata (verbi gratia) in Curia Gubernationis, in cauſa rei vindicationis cujuſdam domus, vel prædij per quam fuit condemnatus ad eam, vel illud reſtituendam, quare introducendo dictam cauſam poſtulat quod evocetur, & ei admittatur, & concedatur debita citatio & inhibitio. In cujus calce Iudex ſi res explorata ſit, introductionem admittit, inhibitionem cum citatione conce-

19 dendo. Citatio namque appellati infra quinque dies fieri debet inter præſentes, hoc eſt ſi uterque litigator in loco judicij commoratur, & infra decem ſi aliquis eorum extra locum iudicij habitaculum habet, ut in textu habetur.

Quæ praxis recepta eſt, ita, ut ſi Iudex qui ſententiam protulit infra dictos quindecim dies appellatione recepta apoſtolos conceſſerit pro obſervata ad unguem diſpoſitio noſtri textus habetur, & cauſa appellationis

20 poterit introduci abſque periculo deſertionis intra primum annum fatalem, ut de jure communi cautum reperitur per tex. *in l. appellationem 31. C. de appellat. l. 2. §. fin. & authent. ei qui appellat. C. de tempor. appellat. l. ſi appellationem 67. C. Theodoſ. de appellat. c. ſicut Romana, de appellat.* docent Petr Gregor. *dict. cap. 2. numer. 31.* Donell. *d. lib. 28. cap. 7.* ubi Illiger. *lit. R.* Gail. *lib. 1. obſer. 140.* Miſinger. *centur. 3. obſer. 94. & cent. 6. obſervat. 12.* Scaccia *de appellat. quæſt. 15. num. 12. verſ. ſextum*, cum qua ſententia tranſire videtur Dominus Leo *deciſ. 40. num. 18. tom. 3.* nam *num. 168.* quo reſpondit argumento 6. *d. num. 28.* deducto, hanc concluſionem non impugnat, imo eam comprobat *deciſ. 21. ex num. 2. eod. tom. 3.* Alij autem arbitrarium hoc tempus eſſe docuerunt, quorum plures congerit Berlichius *d. concl. 50. n. 132.* quod intelligendum puto, ſi Iudex *à quo*, in ipſa conceſſione apoſtolorum tempus introducendæ appellationis præfinierit, quod fieri poſſe certum eſt.

Et licet in Regno Valentiæ appellationis cauſas in- 21
tra menſem à die interpoſitionis terminandas eſſe dicatur *in for. 35. & for. 38. de appellat.* promulgatis per invictiſſimum Carolum V. *anno 1542.* obſervari hæc diſpoſitio nullomodo poteſt, ex eo quod à die appellationis interpoſitæ incipit curſus quindecim dierum ad petendos apoſtolos, vel introducendum, quibus completis, conceſſi ſunt quinque dies inter præſentes, vel decem inter abſentes ad citandum, vel injungendum; & ſic totus ferme menſis conſumitur abſque eo quod remaneat tempus ad inſtruendam litem appellationis, & cum *in for. 41. & 42. eod. tit.* aſſignatum fuiſſet bimeſtre, 22
& ſemeſtre ad pronunciandum in cauſa appellationis computandum à die traditionis proceſſus, quod de legitime concluſo intelligere debemus, idem diſpoſitio dictorum, *for. 35. & 38.* nunquam admiſſa in uſu judiciorum fuit, tanquam omnino impracticabilis, & ſecura fuit obſervantia regularis non recipiendi appellationem neque concedendi Apoſtolos, ſed introducendi coram ſuperiori appellationem intra dictos quindecim dies. Quæ quidem introductio habet vim apoſtolorum, ut deciſum fuit in Regia Audientia ſententia publicata per Don Franciſcum Alreus referente D. Leon. *die 12.* 23
Septembris 1610. inter Syndicum Villæ de Almoradi, & Geniſium Ferrizes confirmata in alia Aula ſententia publicata per eundem *die 15. Ianuarij 1611.* quod procedit ab eodem principio, nempe non eſſe neceſſariam admiſſionem appellationis, neque nocere denegationem Iudicis *à quo* ut *in dict. for. 1. de appellat.* habetur. Sed caſu quo iſte Iudex *à quo* appellationem admittit, & apoſtolos concedit, non reperitur tempus præfinitum per foros ad eam introducendam, nam aſſignatio temporis reſpicit conceſſionem apoſtolorum, ut *in dict. for. 4.* & in noſtro textu licitum, & ſic recurrere debemus ad jus commune per quod ſtatutum eſt quod infra annum fieri poſſit, ut dixi, & in terminis docet D. Creſpi *obſer. 15.* 24
num. 149. Et ſic invenio deciſum in Regia Audientia referente Magnifico Franciſco Ludovico Arino quondam Senatore, ſententia publicata per eundem Alreus *die 15. Octobris anni 1622.* ad favorem Ducis de Maqueda, & contra Ioannem Nadal incolam Civitatis Alonenſis, cujus cauſæ fuit actuarius Damianus Fabra: quæ nota; nam ſingularia in hac materia ſunt, cum raro appellationis recipiantur cum conceſſione apoſtolorum.

Dixi quod in libello appellationis peti debent apo- 25
ſtoli affirmativi, vel ſaltim reverentiales; & ratio eſt, nam appellans tenetur eos petere non tantum ſemel ſed bis, iterumque per tex. *in d. l. unic. §. 2. ff. de libell. dimiſſ. & in l. ſi appellationem 31. C. de appellat. cap. 1. c. 6. de appell. in 6. d. for. 4. eod. tit.* ibi: *e atorgar apoſtols afirmatius, o negatius, e ſino, ho fara paſque y ſua requeſt en loch, e temps convenients, de aqui avant lo appellant paſca proſeguir la ſua appellacio*, ita docent Cujacius *dict. lib. 24 obſervat. c. 29.* Donellus *d. lib. 28. cap. 7.* & ibi Illiger. *lit. L.* Petrus

Gregor. *d.c.2.n.28.* Scaccia *d. quæſt. 13.num.24. cum ſeqq.* Dñs Creſpi *d. obſ. 15. num. 149.* Pareja *de inſtrum. edit. part. 1. tit. 3. reſol. 1. ex num. 15.* quo praxim Caſtellæ expendit.

26 Dicuntur ergo apoſtoli affirmativi, dimiſſorij libelli, quibus Iudex *à quo* deferendo appellationi, appellantem à ſua poteſtate, & juriſdictione dimittit. Ut cum Speculatore, Franco, Maranta, Veſtrillo, Mandoſio, & aliis docet ipſe Scaccia *d. quæſt. 13. num. 10.* quibus adde Paulum Xamar *dict. quæſt. 4. numer. 24. cum ſeqq.* & Acaſium Ripoll. *dict. rub. 27. numer. 67.* qui alios congerunt.

27 Reverentiales apoſtoli dicuntur libelli dati per Iudicem, quando appellationem concedit, ſeu verius, eam denegare expreſſe non audet, propter reverentiam ſuperioris ad quem appellatum eſt. Ut eiſdem ferme relatis tradit ipſe Scaccia *d.quæſt.13.ex num. 18.* & ſequitur Xamar *ead m q. 4. num. 28.* dantur etiam apoſtoli conventionales quando partes conveniunt in proſequenda appellatione. Teſtimoniales quando non appellatur coram Iudice ex perhorreſcentia, vel quia ejus copia haberi non poteſt, ſed coram authenticis perſonis. Refutatorij quando Iudex appellationi non defert, ut hæc & alia ad rem explicat Scaccia *d. q. 13. artic. 2. per tot.* Ripoll. *dict. rub. 27 ex num.67.* Berlich. *dict. concluſ.50. ex num. 117.*

28 At in Regno Valentiæ apoſtoli petuntur ſed non ſpectantur neque reportari ſolent, cum intra eoſdem quindecim dies conceſſos ad eos obtinendos cauſa appellationis introducitur coram ſuperiori, ut docet Dñs Creſpi *d. obſ r. 15. num. 147. cum ſeqq.* ubi deciſiones Regiæ Audientiæ tradit, quo jure utimur. Quorum ratio eſt quia ad ſubſiſtentiam appellationis, non eſt neceſſaria admiſſio Iudicis à quo appellatur tex. *in l. 1. in prin. C. Imperator. 25. ff. de appellat. l. in majoribus 20. l. ſi quis 3. C. eod. tit. l. for. 1. eod. tit.* docent Donellus *d. lib. 28.*

29 *comm. c. 6. in prin.* ubi Illiger. *lit. A* Maceratenſ. *d. reſol. 32. num 15* ex quo dimanat, quod à denegatione appellationis non eſt neceſſarium rurſus appellare, ut tenuit Scaccia *de appellat. q. 11. artic. 1.* quem in hoc ſequitur Dominus Creſpi *d. obſ 15. num. 151.* quo æquiorem hanc ſententiam dixit, licet ſecurius eſſe iterum appellare cum illa ſalutari clauſula: *Volens ultimus eſſe in appellan-*

30 *do.* Ego ſuperfluum omnino credo. Nam appellatione prohibita prohibetur pariter appellare à denegatione rex. *in c. cum appellationibus de appellat. in 6.* pluribus Salgado *de reg. protect. vari. 3. cap. 17. ex num. 11 & c. 18. num. 38.* Iudici namque *à quo* conceditur cognitio articuli an ſententia appellabilis ſit, nec ne, Cancer *variar. lib. 3. c. 18. n. 38.* idem Salgado *d. cap. 17. numer. 52.*

31 daretur quippe proceſſus in infinitum ſi à denegatione iterum appellandum eſſet Et quamquam in hoc poſſet Iudex gravare, non ex eo tollitur poteſtas ſuperioris ad quem cognitio appellationis defertur, ut cognoſcat an juſte, vel injuſte rejecta, vel denegata ſit per tex. *in l. Chirographus 57. §. 1.* ubi Bartol. *notab. 1. ff. de admin. tutor.* Baldus, Speculator, Francus, Lancellotus, & Iulius Clarus, congeſti per Salgadum *d.c.17.n.53. & 54* denegans namque primam non eſt credendum quod recipiet ulteriorem appellationem.

32 Circa forales has diſpoſitiones, & obſervantiam inconcuſſam inducentes neceſſitatem appellandi intra decem dies, introducendi, quod ſucceſſit loco apoſtolorum, intra quindecim, & citandi appellatum ſeu ei injungendi appellationem & introductionem intra quinque, ſi eſt præſens, vel intra decem ſi fuerit abſens ſub deſertionis pœna, ut in ſimili diſpoſitione, licet diverſis dilationibus, bene fundat Giurba *deciſ. 34 ex num. 1.* Nora quod decem dies ad appellandum fatales ſunt, & computandi de momento ad momentum ut dixi, non reſpectu horarum, ſed dierum, itaut neque auctoritate judicis, vel conventione partium fieri poſſint prorogabiles, ut probat Gloſ. communiter recepta *in c. cum ſit Romana, de appellation. c. concertationi 8. eod. tit. lib. 6. d. for. 2. ut lit. pendent.* & in noſtro textu dicitur, ibi; *e que lo dit temps no puxa eſſer porrogat per lo dit Inge* docent Miſinger. *cent. 2. obſ 68. & centur. 3. obſer. 11.* Philip. Franchus *in d.c. cum ſit Romana, num. 7.* Ruginel. *de appellat. §. 4. cap. 1. num. 23. & §. 6. gloſ. 2. cap. 7. num. 3. cum ſeqq.* Scaccia *d. q. 12. num. 10. cum ſeqq. & q. 15 n. 219.* Cancer. *d. lib 3 cap 12. ex num. 37.* Peguera *d. rub. 27. num.* 13. ubi etiam Ripoll. *n. 140.* pluribus congeſtis Salgado 33
de reg. protec. d. part. 2. c. 2. ex num 56. itaut ſi appellatio interponatur per falſum procuratorem, ratihabitio neceſſaria ſit intra dictos decem dies, alias nullius momenti erit, ut cum Innocentio, Milio, Guidone Papæ, Hoſtienſ. Monaco, Socino, Corneo, Lancelloto, Roberto, Antonio Gomez, Tiraquello, & aliis probat Salgado *eodem c. 2 num. 67.* Quod etiam procedit reſpectu quin-
decim dierum ad obtinendos apoſtolos, vel introdu- 34
cendum datos, & pariter reſpectu quinque, vel decem dierum ad notificandum. Nam cum iſti termini non ſint conceſſi favore partium, ſed cauſæ publicæ, ne lites immortales fiant, ut in noſtro textu exprimitur, neque partium conſenſu immutari poteſt, neque Iudicis auctoritate, quia ei interdictum eſt. Unde reſultat, quod ex tribus fatalibus temporibus accurate explicatis per Petrum Gregorium *d.c.2. num. 32.* primum quod conceſſum eſt ad appellandum, & ſecundum quod ſtatutum eſt 35
ad introducendum & notificandum, prorogari per partes non poſſunt: tertium autem quod eſt inſtitutum ad proſequendum judicium appellationis reſpicit utriuſque partis favorem, & ſic poteſt per litigatores prorogari, vel ſuſpendi ſecundum Gloſſam *in l. properandum, verb. triennij, C. de judic.* & Bartol. *in authent. ſi tamen, C. de tempor. appellat.* ſequuntur Philip. Franchus *in c. ex ratione col. 12. & 14. de appell.* Petr. Gregor. *d. t. capit. 2. num. 31. ad fin.* Cancer *d.c.12 num. 37. & ſeqq.* Ripoll. *ad Peguer. d. rub. 27. num. 140.* Barboſ. *in d. l. properandum num. 22.*

Sed iſta diſtinctio difficilis redditur per tex. *in l. unic. C. Theod. de dilat. ex conſenſ.* per quem textum decem 36
dies ad appellandum prorogari poſſe ex conſenſu partium uſque ad duos menſes tenuit Iacob. Gothofr. *in comm.* Et quamquam tanta ſit auctoritas hujus doctoris, ſimilis interpretatio procul abeſt ab uſu judiciorum, quare à communi Doctorum ſententia non eſt recedendum. Imo verbis textus accurate perpenſis, nequaquam adaptari poterit illis: nam Honorius & Arcadius in eo de reprimenda facilitate litigantium in præſtando conſenſu ad differendas *cognitiones* tractant, & ne fiat, adjungunt rationem, ibi: *ne paulatim libera dilatione conceſſa ætates plerumque jurgantium veternoſis litibus conſeneſcant.* Eleganter quidem, ſed limitativè ad *cognitiones*; quo verbo continetur actus pronunciandi, non au- 37
tem appellandi, & nihilominus coarctant poteſtatem præſtandi conſenſum ac duos menſes; quod rationabile apparet dum tempus fatale cognitionum, annus ſaltim eſt. Sed cum tempus appellandi ſolum ad decem dies extendatur, non eſt veroſimile quod ad duos menſes extendere juſſerint in eadem conſtitutione, qua de limitando ab uſu in præſtando conſenſu tractabant. Ex quibus clare ſequitur quod conſtitutio de prorogatione conſenſu partium in *cognitionibus* tractat non de termino ad appellandum.

Dies etiam ad injungendam appellationem, & con- 38
ceſſionem apoſtolorum, ſive introductionem, fatales ſunt: itaut ſi præſenti non fiat injunctio intra quinque dies, & abſenti infra decem cauſa deſerta maneat, ut in noſtro textu dicitur. Et cum regulariter inhibitio admiſſa appellationis introductione, concedatur; illa Iudici *à quo* inſinuanda eſt, ne ad executionem ſententiæ procedat, nam de jure procedere poſſe abſque periculo retractationis, niſi revocata ſententia tenuerunt plures

relati

relati per Berlich. *d. conclus. 50. num. 142.* quod *in for. 1.*
39 *de appellat.* confirmari videtur, nam licet in eo dicatur quod denegatio appellationis, non nocet, tamen subjungitur quod cuncta gesta in lite permaneant in suo statu, & obtineant validitatem sicut obtinebant tempore latæ sententiæ. Est enim inhibitio, *Judicis superioris præceptum ligans manus inferioris ne ad ulteriora procedat, sub nullitatis decreto*: cujus praxis desumpta fuit ex tex. *in l. 1. in prin. & §. 1. ff. nih. innov. appellat. pend.* de qua videndi sunt plures adducti per Mandosf. & Sesse *implem. tractatib. de inhibit.* Farin. *in fragmen. criminal. p. 2. ex num. 312.* Ripoll. *ver. cap. 3. ex num. 181.* Barbosa *in collect. cap. 3. §. si vero, num 5. de appell. in 6.* Salgado *de reg. protect. p. 2. cap 10. in princ.* Et cum Judicis inferioris non sit inquirere an justa, vel injusta inhibitio sit, semper ligat manus ipsius ut docent Sesse *de inhib. cap 24. num. 7. & decis. 322. num. 6. tom. 2.* Macerat. *variar. lib. 2. resol. 14. n. 4.* Peguer. *d. rub. 27. num. 56. versic. sunt tamen,*
40 *ubi* Ripoll. *num. 186. cum seqq.* Et licet Farin. contrarium in loco citato probare videatur, procedit ejus opinio respectu pœnæ impositæ frangenti inhibitionem, non autem attentati quod committitur, etiam si inhibitio injusta sit, ut aliis relatis tradit Ripoll. *ubi prox. n 187.* injunctio igitur appellationis, & introductionis necessaria est, ut appellatus citatus remaneat ad judicium appellationis juxta tex. *in l. de unoquoque, ff. de re judic.* cum aliis adductis per Scacciam *d. quæst. 11. numer. 56.* Berlich. *d. conclus. 50. num. 157.* & Salgad. qui plures cumulat *d. part. 2. cap. 13. ex num. 85.* Et dum in nostro textu sic fieri cautum est sub desertionis pœna, ad unguem observandum erit, ut dicta pœna vitetur. Et sic injunctio facta post terminum foralem non vitat deser-
41 tionem, & ita decisum fuit in Regia Audientia referente Magnifico Doctore Joanne Baptista Just, sententia publicata per Don Joannem Daza *die 24. Martii anni* 1620 in favorem Hieronymæ Loret viduæ, contra Franciscum Canicia militem.

Nec sufficit ad vitandam desertionem relatio Nuncii attestantis, se quæsivisse appellatum in proprio habitaculo diversis diebus, & horis; ut tenuisse apparet
42 Ant. Faber. *in C. lib. 7. tit. 27. defin. 10.* quia appellans tenetur prosequi appellationem summa diligentia juxta textum *in l. fin. §. illud, C. de tempor. appellat. d. cap. cum sit Romana de appellat.* docent Scaccia *dict. q. 15. num. 156.* Cancer *d. lib. 3. cap. 18. num. 110.* Dominus Leo *decis. 88. num. 14. & 15.* ob quod ex qualibet omissione, vel negligentia desertionem incurrit; adeo ut quamquam principalis litigator quæratur dum habet procuratorem cui injunctio fieri possit, eo non quæsito causa de-
43 serta manet, ut fuit decisum in Regia Audientia sententia publicata per eundem Daza *die 11. Aprilis* 1611. ad favorem Balthasaris Escolano, contra Franciscum Martinez. Sed si appellatus absens fuerit quamvis in loco judicii reliquerit procuratorem, utilis erit injunctio ipsi appellato facta infra decem dies forales: Nam licet fieri posset procuratori intra quinque, utitur appellans suo jure, principalem quærendo, eique intra dies forales tanquam absenti injungendo. Desertio enim odiosa est, & in dubio contra eam pronuncia-
44 re debemus: ex traditis per Ant. Fab. *in C. d. tit. 27. defin. 1. num. 3. defin 5. num. 5. & 6. d. defin. 10. num. 4.* Ciarlin. *lib. 2. controvers. cap. 133. num. 19.* observata enim forma injungendi inducta per forum absque fraude, desertio non habet locum: ut decisum fuit in Regia Audientia me referente interlocutoria *diei 16. Januarii anni 1655.* in causa Don Petri Casasus, cum Michaële Fluvia Incola Villæ Algeziræ: Actuario Torres.

45 Sed per hoc non aufertur privilegium minorum, nam si minor omiserit appellare intra decem, apostolos petere, vel introducere intra quindecim, & injungere facere intra quinque, vel decem respective, beneficium restitutionis in integrum implorando subve-

niendus erit. Nam licet minor post pubertatem per se possit appellare ut ex tex. *in l. fin. §. ult. ff. de de appellat.* & aliis juribus probat Didacus Narbona *de etate anno 14. q. 23. num. 2. cum seqq.* tamen prosequi appellationem sine tutore nequit *l. Præses 6. C. qui vomod. & quand. jud.* Narbon. *ibi num. 6.* nihilominus restitutio ei competit ab eis 46
quæ omisit ex tex. *in l. minoribus 5. l. minoribus 8. C. de in integr. restit.* docent Nicolaus Boer *decis. 63. num. 4.* Mathens de Afflictis *decis. 475.* & ibi Ursil. Guido Pap. *decis. 32. num. 5.* Franchis *decis. 473. num. 1. & 4.* Capicius *decis. 109.* Giurba *decis. 18. num. 7. & 13.* Fontanella *decis. 106. num. 2.*; Ripoll. ad Peguer. *d. rub. 27. num. 136.* novissime Ignatius Pereyra *tract. de revisionib. cap 13 ex num. 1.* Quæ limitatio ita in praxi recepta est, ut minor restitutionem petens non teneatur probare aliam læsionem præter omissionem appellandi, vel prosequendi, ut Fontanella *ibidem* notat: Major autem regulariter non 47
restituitur, nisi legitimum impedimentum ostenderit, cum ei obstet dispositio tex. *in l. properandum, §. fin. C. de judic.* quæ probare tenetur impedimentum necessarium, ac inevitabile, per tex. *in c. ex ratione*, ubi Doctores *de appellat.* elegans ad rem tex. in *l. fin. §. illud, C. de tempor. appellat.* ibi: *nisi ipse appellator evidentissimi probationibus possit ostendere; se quidem summa ope nisum voluisse litem exercere, per judicem autem stetisse, vel aliam inexorabilem causam subsecutam, propter quam hoc facere minime valuit.* sic docent Fontanella *d. decis. 106. ex n. 3.* Scaccia *de appellat. quæst. 12. ex num. 127. & quæst. 15. num. 135. cum seq. & quæst. 19. ferme per tot.* Ciarlinus *lib. 2. contr. 134. num. 13.* coram quo Judice petenda sit restitutio ad appellandum tradit Cancer *lib. 2. var. cap. 1. num. 301.* dicens ex Bartulo, Baldo, Rebuffo, & aliis quod coram eo apud quem læsio contigerit: & sic ad appellandum, & apostolos impetrandum coram Judice *a quo*, ad citandum & prosequendum coram Judice *ad quem.*

Sed respectu impedimenti deducti ad obtinendam 48
restitutionem liceat aliquantulum immorari. Certum enim est quod si impedimentum procedat à Judice appellantem subveniendum esse *ex d. l. final. §. illud* juncta *authent. si appellatione secuta, C. de tempor. appell.* bonus etiam tex. *in l. 2. C. Theodos. de repar. appellation.* docent, præter laudatos *n. præced.* Petrus Gregor. *d. cap. 2. num. 31.* & Dominus Leo *d. decis. 88. num. 5.* si autem impedimentum non procedat à Judice, sed aliunde proveniat, non ex facto, vel voluntate appellantis, subveniri etiam debet quia fatalia ei non currunt tex. *in l. Præses 5. C. de ap-* 49
pellat. docent Ant. Thesaur. *decis 10. numer. 1. ad med.* Ciarlin. *d. c. 133. num. 27. cum seqq.* Berlich. *d. conclus. 50. num. 171.* Quo in casu reparandam esse appellationem docet Jacob. Gothofr. *in d. l. 2. & in l. fin. C. Theodos. de repar. appellat.* Hugo Donellus *d. l. 28. cap. 7.* remedium reparationis ab usu judiciorum recessisse affirmat, quod Valentiæ admissum est, nisi casu quo acta processus deperdita comprobantur, nam tunc reparatio admissa est, dum copia manu actuarii quoquo modo signata succedi loco registri mandari solet. Ant. Faber. *in C. lib. 7.* 50
tit. 27. defin. 15. vel alio legitimo modo. Sed hoc fieri mediante restitutione docet quem sequimur. Sed raro in praxi hæc continere solent, nisi pendente termino ad introducendam appellationem interpositam à sententia lata in Curia Gubernatoris, (quæ non habet alium superiorem præter Regiam Audientiam) ejus exercitium suspendatur per absentiam vel mortem Proregis. Dominus Crespi *d. obser. 15. num. 150.* innuit 51
quod in hoc casu appellans solicitus esse debet in impetrandos apostolos, mediante quo habebit integrum annum ad prosequendam appellationem juxta tex. *in d. authent. ei qui appellat.* vel adire Poregem, & causam appellationis introducere in Regia Audientia, quæ cum committatur. Bene, sed supposita communi praxi non concedendi apostolos si Judex, *a quo* eam insequendo

nolit apoſtolos dare; & ſuſpenſio exercitii Regiæ Audientiæ procedat ex morte Proregis, ut vidimus *anno* 1631. per obitum Marchionis de los Velez Don Ludovici Faxardo; *& anno* 1667. per mortem Marchionis
52 de Leganes; Quid fiendum erit? Quo in caſu teneo, quod impedimentum eſt evidens, ac notorium & per conſequens ſufficit allegatio; adhoc ut dies ſuſpenſionis exercitii Regiæ Audientiæ tollantur de medio, nec computentur in terminis eodem modo quo in Romana Curia, non computantur in ſimilibus dilationibus, dies quibus vacat Sedes Apoſtolica, per obitum ſummi Antiſtitis ut ſingulariter tradit Cardinalis Petrus Hotthobonus *deciſ. Rot.* 23. *ex num.* 2. & obſervabatur in Principatu Cathaloniæ ante conceſſionem *cap.* 56. *Curiar. anni* 1599. nam abſente Rege vel Prorege ſuperſedebatur in proſecutione & expeditione cauſarum ſupplicationis ut teſtatur Peguera *in praxi. Rub.* 26. *num.* 5.

53 Si autem impedimentum procedat ab ipſo appellante tam reſpectu primi temporis, quod datur ad appellandum, quam ſecundi quod datur ad introducendum (ſalva pace Domini Creſpi; qui *dict. obſ.* 15. *numer.* 147. hanc formam loquendi pragmaticorum errori adſcribit, ſed ego ductus auctoritate tex. *in l.* 3. *C. de tempor. appellat.* ibi: *quo provocationes eorum intra ſtatuta tempora introducantur.* ſequor veſtigia Doctiſſimi Antonii Fabri *in C. d. lib.* 7. *tit.* 27. *defin.* 10. *in princ.* dicens: *ſed tantum intra quod appellationem & interponi, & introduci oporteat.* Et alibi pluries) & injungendum difficillime dari poteſt impedimentum inexcuſabile, ne fiant iſtæ diligentiæ ſaltim per Procuratorem, quorum uſus ferme neceſſarius jam eſt in judiciis, ut alibi dixi. Reſpectu vero tertii temporis ad proſequendum judicium appellationis & obtinendam pronunciationem, & judici, & appellanti facilius occurrere valet impedimentum inevita-
54 bile, ſed iſta quæſtio non emergit in cauſis appellationum, in quibus non eſt definitum per foros in praxi admiſſos, tempus certum; ſed in cauſis ſupplicationum in quibus obſervatur curſus anni fatalis, ut §. *ſeq.* dicam. At injunctionis reſpectu ſuppoſita introductione impedimentum non poteſt provenire facto Judicis, quia in calce ipſius libelli introductionis decretum ponit in hunc modum: *intimetur ad tertiam & fiat inhibitio.* tradit Dominus Creſpi *d. obſ.* 15. *num.* 144. *in fin.* virtute namque ejus decreti, injunctio exequenda eſt per lictorem, vel Nuncium, cujus relationi ſtandum erit ex traditis per Fabrum *d. defin.* 10. niſi omiſſio Appellantis detegatur, ut in caſu deciſionis memoratæ *ſup. num.* 43.

55 Neque facile præſumere debemus quod Judex impediat, vel appellatus latitet, quando ſua intereſt quod cauſa celeriter expediatur. Sed quæres ad quid apponatur in decreto dictio *ad tertiam*? cui dubitationi dicendum eſt, quod de ſtylo Regiæ Audientiæ ponitur quoties noviter aliqua cauſa judici committitur ad effectum opponendi exceptionem incompetentiæ, vel recuſationis ſeu alteram quamlibet exceptionem reſpicientem perſonam judicis, de quibus egi *capit.* 10. §. 1.
56 *num.* 186. *cum ſeqq.* Quæ autem ſint legitima impedimenta ad hos effectus imponenda tradunt Doctores congeſti per Berlich. *dict. concluſ.* 50. *numer.* 173. qui per ſequentes tradit formam probandi ea: de quo etiam videndi Ciarlin. *d. cap.* 133. & 134. Scaccia *d. quæſt.* 12. *ex n.* 164. Fontanella *d. deciſ.* 107. *ex num.* 3. apud quos plures

57 Sed dubitari ſolet, quando nullitates principaliter proponuntur adverſus ſententiam, an currant decem dies ad appellandum? Et non currere infertur ex tex. *in l. intra utile tempus* 39. *in princip. ff. de minor. l. penenda* 6. *C. de temp. in integr. reſt. l. ult. prope fin. C. ad leg. Jul. de Adulter.* docent Bartol. *in l. ſi expreſſim.* 19. *num.* 7. *verſ. quandoque iſta duæ cauſæ, ff. de appellat.* & *in l.* 1. *num.* 8. *C. quand. pro-*
voc. non eſt neceſſ. Baldus *in l. contra majores* 16. *ad fin. n.* 4. *C. de inoffic. teſtam.* Alexander *conſ.* 72. *num.* 2. *lib.* 3. Vantius *de nullitat. tit. quoties, & intra quod tempus, num.* 12. Ant. Theſaur. *deciſ.* 10. *caſ.* 8. *num.* 10 Scaccia *de appellat. d. quæſt.* 12. *num.* 169. *& quæſt.* 15. *num.* 91. Dominus Leo *d deciſ.* 88. *num.* 4. aliis relatis Giurba *deciſ.* 100. *ex num.* 7.
Joan. Bapt. de Thoro *in comp. deciſ. part.* 3. *verb. appellatio* 58
admitti an debeat. Berlich. *dict. concluſ.* 50. *numer.* 111. Quam concluſionem reſtringunt fere omnes, quando nullitates calumnioſæ, vel improbabiles ſunt, ſecundum quam limitationem deciſum fuiſſe in Regia Audientia teſtatur Dominus D. Petrus Sanz *lit. N. obſer.* 7. ad favorem Petri Saura Alonenſis, contra Thomam Pina, ſententia publicata per Don Franciſcum Alreus
die 9. *Martii anni* 1634. Quando autem nullitates, vel 59
hujus generis remedia dicantur Calumnioſæ, vel improbabiles tradunt Scaccia *de appellat. quæſt.* 19. *remed.* 2. *numer.* 107. Thomas Carleval. *de Judic. lib.* 2. *titul.* 3. *diſput.* 16. *ex numer.* 44. Donat Marin. *lib.* 2. *variar. reſolut. capit.* 200. *numer.* 3. *& deciſ.* 16. *ex numer.* 4.

Appellatio legitime interpoſita prodeſt conſortibus 60
ejuſdem litis, ſi negotium æqualiter ad omnes pertinet, ſive condemnatio eos æqualiter comprehendit. Nam ſi unuſquiſque ſeparatim in aliquo condemnatus eſt, quilibet appellare tenetur, ſi deſiderat ſententiam in judicatum non tranſire tex. expreſſus *in l. ſi qui ſeparatim* 10. *in prin. &* §. *ſed cum adverſus plures, cum* §. *ſeq ff. de appellat. l.* 1. *& l.* 2. *C. ſi un. ex plur. cuna ſententia, de appellat. for.* 24. *eod. tit.* Quem ſic interpretari debemus dum de re præſtanda per plures in ſingulari loquitur, ibi: *ſobre alcuna coſa*, Tradunt communiter Doctores in his 61
juribus, & poſt eos Felin. *in c. cum ſuper.* 17. *num.* 9. *de ſent. & re judic.* Salicetus *in d. lib.* 1. *C. ſi un. ex plur.* Petr. Gregor. *d. lib.* 50. *c.* 2. *n* 40. Donell. *d. lib.* 28 *cap.* 5. ubi Illiger. *lit. B.* Scaccia *d. quæſt* 17. *num.* 77. *&* 78. Rota apud Farin. *in poſthum. tom.* 2. *deciſ.* 3. *&* 11. Dominus Leo *in reſponſ. jur. poſt. deciſ.* 173. *num.* 130. Joſeph. Ramon. *conſ.* 41. *num.* 2. Maceratenſ. *var. d. lib.* 2. *reſol.* 58. *ex numer.* 1. Fontanella *deciſ.* 143. *num.* 13. *& deciſ.* 521. *numer.* 2. *&* 3. Gratian *diſcept. for. cap.* 115. *num.* 39. Ant. Faber. *in c. lib.* 7. *tit.* 30. *defin.* 11. Riccius *collect.* 2733. *part.* 7 Harin. Piſtor. *lib.* 1. *quæſt.* 47. quorum omnes hanc diſtinctionem tradunt:
Sed aliqui ſubjungere ſolent, quod ut ſocius poſſit ju- 62
vari appellatione conſortis, probare debet habuiſſe notitiam illius appellationis, & quod in dubio præſumitur ignorantia juxta notata per Socinum *conſil.* 132. & pariter quod ſeorſim non appellet, nam ſeparatim appellando cenſetur declarare noluiſſe appellationem conſortis ſibi prodeſſe: cum ſua non pendeat ab alia ex traditis per Gratian. *d. c.* 115. *num.* 36. *cum ſeqq.* Quas 63
declarationes notat Dominus Don Petrus Sanz *in not. ad d. for.* 24. *& in ſuis obſervat. lit. A. obſer.* 3. referens ſic deciſum in Regia Audientia, ſententia publicata per Daza *die* 14. *Auguſti* 1620. Referente Magnifico Franciſco Ludovico Ariño, ad favorem Don Ludovici Sanz, contra Geniſium Torner. Cui traditioni libenter ſubſcribo quoad partem appellantis ſeorſim, quia facto ipſo ſatis explicat noluiſſe juvari appellatione alterius, & ei expreſſe appellando ſeparatim, renunciat, quod
facere poteſt juxta eundem *for.* 24. *de appellat.* ſicut de 64
jure per tex. *in l.* 2. §. *fin. ff. quib. appel. non licet. l. ſi quis libellos* 28. *C. de appellat. c. quamvis* 8. *eod. tit. in* 6. (licet contrarium ſanxiſſe videatur Valentinianum Juniorem *in l. revocare* 48. *C. Theodoſ. de appellat.* ſed correctum fuit per Honorium *in l. repugnantes* 56. *eod C. & tit.* & per Juſtinianum *in d. l. ſi quis* libellos) docent Petr. Gregor. *d. c.* 1. *n.* 42. Donell. *d. lib.* 28. *c* 6. & ibi Illiger. *lit. N.* Scaccia *d. q.* 17. *limit.* 2. *ex n.* 1. pluribus Salgado *de reg. protect. part.* 3. *c.* 9. *n.* 229.

Sed reſpectu neceſſitatis ſcientiæ appellationis con- 65
ſortis contrarium verius judico: nam in *d. for.* 24. *in fin.*
clare

clare dicitur quod appellatio litis consortis prosit sociis nisi casu quo manifeste renuntiatum sit. Quæ quidem exceptio, firmat regulam in contrarium tex. *in l. quæsitum, §. denique, ff. de fund. instr.* cum aliis congestis per August. Barbosa *axiomat.* 85. *num.* 4. ob quod juxta forum nullam requiri scientiam appellationis consortis, ut ei prosit, firmiter teneo. Et si discursus non fallit, Doctores loquentes de scientia, vel ignorantia appellationis consortis, confuse locuti fuere; nam si
66 supponimus causam individuam esse, sequitur quod eadem ratio sit quoad omnes, defendendi, & sic individue omnes æqualiter tangit, ita ut pronunciatum quoad unum, omnibus prosit, vel noceat; ut Doctores Superius congesti tenent, non solum quoad effectum prosequendi appellationem, verum etiam ad effectum quod si appellans obtineat revocationem sententiæ, cæteros comprehendat ipsa revocatio ut *in dict. for.* 24.
67 clare dicitur. Et sic suppositio scientiæ, meo quidem animo, requiritur ad hoc ut renuntiatio tacita procedens ex facto appellandi seorsim teneat, nam facto appellationi renunciare posse certum est per tex. *in l. fin. C. ut lite pendent.* ubi Doctores: pluribus congestis Scac. *d. limit. 2. num.* 12. *cum seqq.* Ignatius Pereyra *de revision. c.* 12. *n.* 18. *cum seqq.* ignorans namque socium appellasse, non videtur voluisse renuntiare appellationem consortis, cujus notitiam non habebat. Et cum renunciatio strictissimæ naturæ sit, quælibet levissima causa sufficit ad eam excludendam, ut pluribus probat Scaccia
68 *lib. 2. de Judiciis c. 5. n.* 163. *vers. comprobatur*; ut ita dicamus nequaquam renuntiatum fuisse appellationi consortis, cujus scientiam, vel notitiam, appellans seorsim, non habebat. Et hinc est quod in dubio pro ignorantia præsumatur, ut tenuit aliis relatis Gratian. *d. c.* 115. *n.* 39. quod favorabilius est gerenti actionem, ut ex Grato, Beccio, & Rota docet Scaccia *d. c. 5. n.* 163. *vers. corroboratur primo.*

69 Sic similiter appellatio simpliciter ab aliqua sententia interposita, quæ omnia capita illius comprehendit, prodest adversario litis tex. *in l. ampliorem* 39. *C. de appellat. for.* 46. *eod. tit.* docent præter ordinarios Surdus *decis.* 143. *num.* 4. Vincent. de Franch. *decis.* 467. *per tot.* Grivel. *decis. dolan.* 46. (*numer.* 1. & 2. Petr. Gregor. *dict. cap.* 2. *num.* 4. Gregorius X V. *decis.* 223. *num.* 4. & *decis.* 581. *num.* 5. ubi Addent. Dominus Leo *decis.* 17. *n.* 11. & *decis.* 103. *n.* 3. Ramon *cons.* 41. *n.* 7. Xamar *de offic. judic. part.* 1. *q.* 9. *n.* 120. Giurba *dec.* 30. *n.* 51. Petrus Caball. *cons.* 54. *num.* 12. *cum seqq. part.* 2. Peguera *decis.* 194. *num.* 11. & 15. & *decis.* 106. *ex n.* 1. Ioan. Bap. de Thoro *in comp. decis. part.* 1. *verbo appellatio unius*; Fontanella *decis.* 260. *n.* 17. *decis.* 412 *ex n.* 1. & *dec.* 413. *in princ.* Giurba *decis.* 30. & *obser.* 9. *per tot.* Valenzuela *consil.* 49. *n.* 10. Ganaverro *decis.* 51. *ex num.* 21. Cyriacus *contr.* 183. *n.* 4. *lib.* 1. Ignatius Pereyra *de revis. c.* 85. *n.* 3.
70 pluribus Salgado *d. p.* 3. *c.* 16. *n.* 66. & Antonin. Amato *lib.* 1. *var. resol.* 9. *numer.* 1. Quod procedit; etiam si sententia contineat diversa capita; connexa tamen; nam interposita appellatione ab uno capite ex connexis, ad cætera connexa se extendit ut cum Abbate, Felino, Parisio, Peregrino, Rota Romana, Surdo, Mastrillo, Castillo, Gabriele, Gratiano, Boerio, Giurba, Deciano, Franchis, Cavalcano, & aliis probat idem Amat. *dict. resol.* 9. *num.* 5. cæterum si appellatum fuerit à capitibus præjudicialibus, vel quatenus contra, non
71 extenditur ad capitula pro se pronunciata, nec prodesse poterit, appellatio in cæteris capitibus[1], nam cum appellatio limitata sit, & tot censeantur sententiæ quot sunt capita, dum appellat à gravatoriis, cætera adversario non appellante transeunt in rem judicatam tex. *in C. ad consultationem de sent. & re judic. C. Raymundus, & C. Raynaldus de testam. l. etiamsi* 29. §. 1. *ff. de minor. l.* 1. *C. si sep. rest. in integ. postul.* docent Ant. Faber. *in C. d. lib.* 7. *tit.* 26. *defin.* 20. Ripoll. *ad Peg. d. rub.* 27 *n.* 179. *cum seqq.* pluribus Salgad. *d. p.* 3. *c.* 15. *n.* 1. *per plures seqq.* & Amato *d. resol.* 9. *num.* 4. & 5.

Sed dubium esse solet, an appellatus cui prodesse potest appellatio adversarii, teneatur adhærere appellationi prædictæ infra decem dies concessos ad appellandum? quam quæstionem in terminis disputant Costa *de remediis subsidiar. remed.* 56. *per tot.* Scaccia *d. qu.* 12. *ex num.* 69. Cancer *dict. lib.* 1. *c.* 17. *ex num.* 65. & Amato *dict. resolut.* 9. *ex num.* 6. de qua remanent dicta *sup. n.* 10. *cum seq.* Plures cumulat Amato ubi *prox. num.* 8. tenentes adhærendum esse infra decem, & *numer.* 10. plures etiam, qui contrarium tuentur, quod verius est per tex. *in dict. l. ampliorem* cujus verba hanc partem expresse probantia expendit, adducens auctoritatem Don Ludovici Peguera, qui probat quod interposita appellatione, & legitime introducta judicium fit commune ipso jure, quoad caput appellatum cum connexis; Et rationem subjungit, ex eo quod in dicto textu nihil de adhæsione reperitur, & pro sua parte adducit Rotam, Ruginellum, Surdum, Imbrianum, Osascum, Craveram, Milium, Vantium, Pontem, Cephalum, Rebuffum, & alios, quibus adhæreo, addendo congestos per Ignatium Pereyra *tract. de revis. cap.* 85. *num.* 3 nempe Bartol. Giurb. Paz, Scaccia, Valenzuel. Salgad. & alios: Nam *in d. for.* 46. nihil de adhæsione dicitur, & sic ipso jure prodesse adversario appellationem in capite appellato atque connexis in Regno Valentiæ certissimum est. 72

Neque his obstat doctrina Domini Leon *dict. decis.* 17. *num.* 12. imo nostram traditionem comprobat; nam non tractat de appellatione adversarii in lite, vel adhæsione ipsius; sed ejus cujus nomine appellatum est, per non habentem mandatum; & hoc in casu, nihil mirum quod requiratur, adhæsio, vel ratihabitio infra decem dies ad appellandum concessos, ut bene considerat Ponte *consil.* 7. *n.* 11. cujus verba ipse D. Leo tradi *ibid.* & dixi supra, *d. n.* 10. & *n.* 33.

Ratio autem superioris doctrinæ est, quia appella- 75
tio prodest appellato etiam si non adhæreat infra decem, in capitibus appellatis, atque connexis; quia per eam devoluitur causæ cognitio judici *ad quem*, ut cum Iacob. de Aren. Castrense, Francho, Alexandro, Decio, Nisello, Petro Gregorio, Scaccia & aliis docet ipse Dominus Leo *decis.* 11. *num.* 5. ita ut interposita appellatione sententiæ effectus extinguantur juxta tex. *in l. in majoribus* 20. *C. de appellat. l.* 1. §. *fin. ff. ad Turpil. l.* 2. 76
§. *ultim. ff. de pœn. l. furti* 6. §. 1. *ff. de his qui not. infam.* cum aliis congestis per Donell. *d. lib.* 28. *c.* 4. ubi Illig. *lit. A*, Dominum Leo *decis.* 161. *num.* 5. Salgadum *de reg. protect. p.* 1. *c.* 4. *numer.* 39. & *p.* 2. *c.* 13. *ex n.* 106. Si enim appellato prodesse non posset Judex nequiret sententiam confirmare, etiam si justam reperiret: quod esset absurdum; & sic, sicut quoad hoc prodest, etiam prodesse debet quoad cæteros effectus contentos sub his quæ devoluta sunt: Et sic non est necessaria adhæsio, ut 77
Judex *ad quem* de cunctis ad eum devolutis cognoscat, etiam si cedant favore appellati non adhærentis. De quo plures decisiones Regiæ Audientiæ reperies, & me referente fuit decisum in hoc Supremo in causa Comitis de Ayamans, cum Don Hieronymo de Sales, ambo incolæ Balearis Majoris sententia publicata per Iosephum Olivano, Regii mandari scribam *die* 14. *Septembris anni* 1674. in qua fuit confirmata sententia Regiæ Audientiæ Majoricæ in forma communi quoad omnia capitula, licet appellatum fuisset ab uno tantum capite, absque adhæsione, quia fuerunt reputata connexa. Et per contrarium, ratio ob quam appellatus juvari 78
non potest appellatione limitata adversarii ad certa capita sententiæ, quoad reliqua, quæ connexa non sunt, sed separata; ea est, quia virtute appellationis limitatæ non devoluitur tota causa ad superiorem, nisi ea sola capita à quibus appellatum est cum connexis, ut pluribus probat Salgado *d. p.* 3. *c.* 15. *n.* 21.

79 Quanquam appellatio præſidium ſit oppreſſorum, theriaca contra venenum ſententiæ, & una ex præcipuis partibus defenſionis naturalis, ut aliis relatis late exornat. Salgado *de regia protect. part. 1. c. 1. prælud. 3. ex num. 81*, plerumque litigatores eo remedio utuntur magis fruſtrandi, atque tergiverſandi gratia quam quia juſtitiam fovere credant, vel juſtam cauſam appellandi habere præſumant ut ex tex. *in l. tutor. 41. ff. de uſur. & in l. negotiorum 24. de appellat.* Cordate infert ſubtiliſſimus Anton. Faber. *in Codic. d. lib. 7. titul. 26. defin. 41. numero ſecundo, in notis.* Qua de cauſa eadem jura quæ adeo appellationi favent, in plurimis appellationem denegandam conſtituerunt Et ut aliqua ex his explicemus, prænotanda ſunt ea quæ conducunt ad gene-
80 ralem intelligentiam dicendorum: in primis notandum eſt, quod appellatio regulariter admitti debet, text. *in l. 1. in princ. ff. de appellat. d. l. & in majoribus 20. C. eod. comites, c. ad Romanam 2. q. 6.* Bonus etiam tex. *in l. officii 4. C. Theod. de appel.* ibi: *offi ii cura eſt ut omnes omnino appellationes quæcumque fuerint, interpoſita ſolemniter curet accipere* Elegans etiam textus *in l. nemo 11. eod. C. & lit.* ibi: *ſæpe etiam ex eo querimonia litigantium oriuntur, quod a vobis, qui imaginem principalis diſceptationis accipitis, appellationum adminicula reſpuuntur. Quod inhiberi neceſſe eſt.* idem probatur *in l. multorum 58. cum duobus legibus ſequentibus eod. C. & tit.* docent Gloſſa *in l. reſtituere, ff. de renunciat* Bartholus, Innocentius, Baldus, Socinus, Angelus, Romanus, Alexander, Tiraquellus, Ripa, Contardus, & alii congeſti per D. Leo *deciſ. 2. to. 1. & deciſ. 20. n. 2. cum ſeqq.* [illegible] vendaſium *de exeq. man p. 1. c. 4. n.* [illegible] *ſ. 354. n. 9.* Larream *allegat. fiſcal.* [illegible] Salgado *de reg. protect. p. 2. c. 7. n. 37.* Xamar [illegible] *24. n. 142. cum ſeqq.* Maceratenſem *var. lib. 2. reſol. 60. caſ. 7. verſ. primo.* Giurbam *obſ. 114. n. 4.* Caſtillum *lib. 8. contr. c. 8. ex*
81 *num. 8. & c. 27. ex n. 1.* D. Creſpi *obſ. 60. n. 73.* apud quos plures. Ita ut etiam in caſu dubio appellatio admittenda ſit tanquam favorabilis docent Fontanella *dec. 403. n. 17.* Valenzuela *conſ. 195. num. 11. per plur. ſeqq.* Salcedo *de leg. Politica, lib. 1. c. 9. per tot.* Suelues *conſ. 3. n. 5. lib. 2.* Caſtillo *d. c. 8. n. 9.* Scaccia *de appel. q. 17. amp. 10. n. 60.* Salgado *d. p. 1. c. 2. §. 3. n. 31.* Solorz. *de jur. Indiar. tom. 2. lib. 4. c. 10. num. 58.* D. Creſpi *obſ. 1. n. 328.* noviſſime Cortiada *dec. 25. n. 15. & 39.* Ignatius Pereyra *tr. de revif. c. 23. n. 15.* & ego dixi *ſup. c. 7. §. 5. n. 22.* Imo etiam ſi ſuperflua appellatio videatur, ipſius admiſſio laudabilis dicitur: tex. ad rem ſingularis *in l. probamus 42. C. Theod. de*
82 *appellat.* cujus verba ſunt: *probamus verecundiam judicantis, ſuperfluam quoque recipiat provocationem, ne interim reliquum negotium audiret* Iacobus Gothofredus in Commentario hujus textus plura cumulat ad comprobandam concluſionem illius contra Cujacium; ſed mihi facilis ſolutio occurrit, ex eo quod ſuperflua appellatio recipitur plerumque ob reverentiam ſuperioris ad quem provocatur, ut reſpectu conceſſionis apoſtolorum reverentialium dicebamus cum Scaccia ex Xa-
83 mar *ſup. num. 27.* Quod in uſu frequentiſſimo eſt in hac Regia urbe cum plerumque ſuperfluè à ſententiis, vel interlocutionibus inferiorum appellatio interponatur per ipſum qui obtinuit, ad effectum conſequendi rem judicatam; quamvis non ſemel in ſua tela converuntur, nam pronuntiationes, quas favorabiles habebat,
84 revocari experitur. Quare concluſio certa ac indubitata reſultat, nempe appellationem ſemper admittendam eſſe, niſi expreſſe per legem, aut Principem denegata reperiatur: quam communiter ſequuntur omnes ſcribentes, ita ut ab ea neque in judicando neque in conſulendo recedendum ſit, ut notant Berlich. *d. concl. 50. n. 10* Coccin. *deciſ. Rot. 334. n. 4.* Fontanella *dec. 143. n. 15.* Ignatius Pereyra *de revif. c. 24. num. 40.* & D. Creſpi *obſ. 60. num. 73.* apud quos plures.

85 Secundo notandum eſt, quod in cauſa ex ſui natura inappellabili, ſi appellatio ſemel recepta ſit, appellabilis manet, quoad ulteriores inſtantias, & cæteros juris effectus, ut infertur ex tex. *in l. boves., §. hoc ſermone, ff. de verb. ſignif. l. pater, §. quindecim libertos, ff. de legat. 3. l. cæteræ, §. fin. ff. de legat. 1. l. 1. §. res vero, Cod. de impon. lucr. deſcrip. lib. 10. l. fin. C. de remiſſ. pignor.* cum aliis congeſtis per Menoch. *de arbitrar. lib. 1. queſt. 54. num. 23. cum ſeqq.* Ruginel. *de appellat. §. 6. gloſ. 2. c. 2. num. 16. & 17.* pluribus Dominus Leo *deciſ. 149. num. 4. & deciſ. 165. num. 3. & 5.* Salgado *de reg. protect. part. 3. cap. 4. num. 48. & 55. & cap. 18. num. 26. cum ſeqq.* ubi exemplum ponit in cauſa, quæ ex privilegio conceſſo actori inappellabilis manet, ſi hic in prima inſtantia ſuccumbit recte appellare poterit, & ſi in ſecunda obtinuerit, ex ſua appellatione cauſa quæ inappellabilis erat reo, appellabilis facta fuit quæ quotidie evenire 86
ſolent in cauſis executivis inappellabilibus ex ſui natura, ut illico dicam: ſecundum exemplum erit ſi de facto in cauſa non appellabili appellatum fuerit, & Judex *ad quem*, in libello introductionis antequam admittat, vel rejiciat injungi, vel dari copiam mandet, nam ſi appellato tacente admiſſa ſemel fuerit, jam cauſa quoad omnes inſtantias remanet appellabilis, quia taciturnitas partis conſenſum demonſtrat in judicialibus *c. qui* 87
tacet 43. de regul. jur. in l. 2. §. voluntatem, ff. ſoluto matrim. pluribus Auguſtin. Barboſa *in d. regul. 43. ex num. 6.* ad rem Giurba *deciſ. 14. num. 6.* Cancer. *var. lib. 3. c. 17. ex n. 1.* Barzius *deciſ. 144. n. 5* Coccin. *d. deciſ. 334. ex num. 4.* Fontanella *d. deciſ. 443. n. 15. & deciſ. 377. num. 20.* Gratian. *deciſ. 214. num. 7.* Surdus *deciſ. 24. num. 9.* Quare in Regia Audientia, & in hoc Supremo plura citata parte conceduntur ex illo motivo *quia nil fuit dictum*, quæ 88
non concederentur, ea reluctante; & in ſpecie appellationis ſemel admiſſæ in cauſa non appellabili, quod cauſa ad alias inſtantias appellabilis remaneat fuit me referente deciſum in Regia Audientia in dicta cauſa Don Petri Caſalus cum Michaële Fluvia interlocutione *diei 16. Januarii anni 1655.* Aliter ſtatuendum erit ſi prohibitio admittendi appellationem dirigatur judici; quia tunc admit poteſtatem, atque juriſdictionem ob 89
quod inutilis erit admiſſio, & cætera quæ ſequuntur, ut cum Ruginello, Iaffredo, Lanfranco, Balbo, Innocentio, Baldo, Panormitano, Butrio, Immola, Felino, & aliis docet Dominus Leo *d. deciſ. 165. n. 5. & d. deciſ. 149. n. 4.* quæ declaratio rara in praxi emergit, quia omnes fere prohibitiones non appellandi, diriguntur partibus, non judicibus.

Tertio notandum eſt, quod appellatione prohibita 90
in negotio principali cenſetur etiam prohibita reſpectu incidentium, & emergentium; quam ſententiam latiſſime fundat Salgadus *de reg. protect. p. 2. c. 6. ex n. 14. & c. 8. ex n. 34.* & licet contradictore non careat, in praxi judiciorum Valentiæ admiſſa eſt, ſicut in Cathalonia de qua praxi teſtatur Fontanella *deciſ. 26. numer. 5.* qui *num. 14. & 15.* duas deciſiones in terminis memorat, & hoc jure utimur.

Quarto notandum eſt, quod prohibita appellatione, 91
etiam cenſetur prohibita appellatio à rejectione illius, quia alias prohibitio principalis nullius roboris, vel efficaciæ remaneret, nec ſuum poſſet producere effectum. Quando enim aliquid prohibetur, prohibitum remanet omne id per quod pervenire poteſt ad rem prohibitam ut probat tex. *in l. oratio 16 ff. de ſponſal.* docent Bartolus, Menochius, Ancharranus, Tuſcus, & alii congeſti per Salgadum *d. p. 3. c. 17. n. 18. cum ſeqq.* quod in Praxi Valentiæ pariter admiſſum eſt.

Quinto notandum eſt, quod quamtumvis appel- 92
latio denegata reperiatur, nunquam denegatio extenditur reſpectu notoriæ iniquitatis, vel injuſtitiæ tex. *in c. inter cæteras in fin. de ſent. & re judic.* docent Noſter Belluga *in ſpecul. rub. 41. §. lege Regni, n. 51.* Petr. Barboſa *in l. ad peremptorium 68. n. 28. cum ſeqq. ff. de judic.* Cancer

var.

var. lib. 3. c. 18. num. 14. cum seqq. Tanaglius *de sacr. Rom. Audit. c. 1. n. 38.* Postius *de manutention. obser. 106. num. 83.* pluribus congestis Valenzuela *cons. 195. n. 33.* & Salgado *de reg. protect. p. 3. c. 9. n. 7.* Nam semper ab excessu recipienda est appellatio ut cum Parisio, Lancelloto, Rebuffo, Barzio, Tusco, & aliis tenuit ipse Salgadus *p. 4. c. 3. n. 16.* quibus adde Antonium Fabrum *in C. d. lib. 7. tit. 29. defin. 14.* Esse *decis. 334. n. 19. tom. 4.* & aliis relatis Dominus Crespi *observation. 10. num. 80.* quod adeo procedit, ut si in causa non appellabili, appellatum sit à pluribus gravaminibus, uno tantum comprobato notoriè injusto, vel iniquo, deferendum erit appellationi quoad omnes, textus *in l. appellanti*, §. *unic. ff. de appellation.* Mansuerus *in praxi tabr. de appellat. colum. penult. vers. item si appellans proponat.* Ioan. Baptist. de Thoro *in comp. decis. part. 1. verb. appellatio interposita à pluribus.*

Sexto notandum est, quod si sententia quoad unum
93 caput sit appellabilis, & quoad alia non, tota sit appellabilis, quod venit illative ex his quæ *num. præcedenti* diximus, & probatur ex *d. l. appellanti 5. in fin.* & sic docent Nicellus, Turturetus, Contardus, Costa, Puteus, Gabriel, Baldus, Tuschus, Pacianus, Meceratensis, Scaccia, Ruginellus & alii congesti per Giurbam *dec. 101. per tot.* Carleval. *de judic. lib. 1. tit. 2. disp. 8. n. 15. & tit. 3. disput. 12. num. 8.* pluribus relatis Cortiada *decis. 106. num. 122.*

94 Septimo notandum est, quod ad hoc ut judices facilius percipere possint, quæ appellationes recipiendæ sunt, vel quæ rejiciendæ, data est specialis providentia *in for. 70. Curiar. anni 1564.* cavendo, quod appellans teneatur tam in libello appellationis, quam in libello evocationis, sive introductionis, exprimere qualitatem causæ defunitæ per sententiam, à qua appellat, ne ei admittatur in casu non appellabili, cum semel admissa difficilis reddatur rejectio. Sed ista expressio causæ non
95 est eadem cum ea quam disputat Scaccia *de appell. q. 4. art. 4. per tot.* & post eum Salgado *dict. part. 2. c. 2. n. 13. cum seqq.* quia hi Doctores loquuntur de expressione causæ gravaminis illati per sententiam, quod respicit justificationem ipsius appellationis, & tenent quod necessaria sit expressio in appellatione ab interlocutoria, non autem in diffinitivæ appellatione. Forus autem noster loquitur de expressione qualitatis litis agitatæ, in qua promulgata fuit sententia, ut innotescat an ipsa lis seu causa privilegiata sit ad effectum denegandi, vel concedendi appellationem: & cum ab interlocutione habente vim diffinitivæ in Regno Valentiæ appellari possit ut dicam, illa distinctio non procedit; sed tam in appellatione à sententia, quam ab interlocutione habente vim diffinitivæ, causæ qualitas exprimi debet.

96 His itaque prænotatis, quæ generaliter deservire possunt ad materiam de qua agimus, omittendo appellationes interpositas in causis criminalibus de quibus specialia nostri Regni cerigi *sup. c. 8. §. 9. ex numer. 85.* & latius dixi *in tractat. de re criminal contr. 2. per tot.* Omissis pariter appellationibus in causis competentiarum jurisdictionis de quibus egi *sup. cap. 7. §. 1. num. 134.* & plura post me eruditissime collexerunt Illustrissimus Præsul Don Didacus Francus de Urtutigoyti *tract. de compet. jurisdict. q. 30. ex num. 10.* & Don Michaël de
97 Cortiada egregius Senator Barchinonensis *in decis. 25. num. 14. & 53. cum seqq.* Et proveniendo ad quæstiones civiles, de quibus in præsenti tracto. Suppono quod, quæ sententiæ appellationem recipiant, vel non, cognoscendum est ex dignitate, vel privilegio Judicis *à quo*; ex genere personarum appellantium; ex qualitate causarum; & ex numero appellationum.

98 Ex dignitate Judicis pronunciantis sententiam, appellatio in primis interponi non potest à sententia lata per Principem tex. *in l. 1. §. 1. ff. à quib. appellar. non licet* quo Ulpianus ait stultum esse appellare à Principis sententia, & nota differentiam; nam à rescripto Principis fas est appellare per tex. *in l. 1. §. 1. ff. de appellat.* quia subreptitiæ rescriptum impetrari potest, ut omnes notant; à sententia autem appellari fas non est, quia causa cognita neminem gravare præsumitur, qui omnia jura in scrinio pectoris habet. Hodie enim raro aut nunquam ipse Princeps jus dicit, vel judicat, & quando judicabat ad se ipsum provocare tolerabat, ut melius informatus in auditorio suo causa examinaretur, de quo locutus fuit Ulpianus *in l. minor autem 18. §. 1. & seqq. ff. de minor.* & Justinianus, *in novel. 113. c. 1.* ex nostratibus de materia tractant Esse *decis. 258. num. 15. tom. 3.* & Calixtus Ramirez *de leg. Reg. §. 25. n. 43.* hanc conclusionem tuentes.

Secundo ab auditorio sive Senatu Principis appel- 99
latio non datur *dd. 1. § 2.* ubi Doctor. sicut neque à Præfecto Prætorio *l. 1. §. 1 ff. de offi. Præfect. Prætor. l. à Proconsulibus 19. C. de appel.* pluribus Giurba *decis. 83. n. 9* late D. Crespi *obs. 9. num. 61.* bene tamen supplicari permittitur, *auth. quæ supplicatio, C. de precib. Imperator. offer.* tradunt Sola *ad constit. Sabaudiæ titul. de mod. & form. suppli. glos. 1 n. 3. &* 4. Ant. Thesaur. *in præfat. ad decision. num. 3.* Fontanella *decis. 271. n. 5.* Cancer *var. lib. 3. c. 18. per tot.* signanter *num. 31. cum seqq.* Dominus Crespi *ubi prox.* Et licet appellatio, & supplicatio eisdem ferme regulis regantur ex *l. fin. §. penult. C. de tempor. appellat. for. 37. de appell.* de quo dixi *d. c. 8. §. 9. num. 89.* & Dominus Leo notat *decis. 28. n. 3. decis. 42. n. 1. & decis. 165. n. 3.* cum in aliquibus differant, ut ipse ait *decis. 103. n. 5.* tractationem relinquimus *ad §. sequentem.*

Tertio appellatio non datur ab executore sententiæ 100
tex. *in l. ab executore 4. ff. de appellat. l. ab executore 5. C. quor. appellat. non recip. c. novit 43. de appellat. l. ab executione 11. 15. & 25. C. Theod. eod. tit. for. 22. de appella.* docent Donellus *d. lib. 28. c. 6.* & ibi Illiger. *lib. BB.* Boër. *decis. 259. n. 5.* Torreblanca de Magia *lib. 3. c. 30. n. 10.* Scacc. *de appel. q. 17. limit. 10. per tot.* Gratian. *discep. forens. c. 331. num. 1.* Amatis *decis. Ferrar. 43. per tot.* Berlich. *d. concl. 50. n. 49.* Dominus Leo *decis. 16. num. 5.* pluribus Ant. Amato *variar. lib. 1. resol. 6. n. 12.* Salgado *de reg. protect. p. 3. c. 6. ex num. 20.* Quare conclusionem 101
limita casu quo in exequendo inducat novum gravamen, in sententia non contentum, nam tunc appellari posse tenent communiter omnes; quod expresse cautum habemus *in d. for. 22.* & sic dato novo gravamine appellatio quoad utrumque effectum admittenda erit.

Quarto appellatio non admittitur in Regno Valen- 102
tiæ in forma ordinaria à sententia lata in Curia capitaniæ generalis, sed adinstat Regiæ sententiæ; nam licet nomine Regio non proferatur, profertur nomine Proregis, qui assimilatur Præfecto Prætorio, ut dixi *c. 2. §. 1. ex n. 11.* cum ad hoc Supremum appelletur *for. 25. cur. ann. 1604.* Et licet Ripoll ad Peguer. *d. rub. 27. n. 76.* dicat quod appellationes hujusmodi in Cathalonia deferuntur ad Regiam Audientiam, labitur; nam certius Cortiada notat *decis. 38. num. 38.* ad ipsum Proregem, & Ducem generalem deferri, qui duos ex Regia Aud. desumit ut assessores, *ex c. 44. curiar. anni 1599.* Et differentia 103
procedit, tum quia in Principatu Cathaloniæ Auditores Capitaniæ generalis desumebantur ex Advocatis, ob quod delatis appellationibus ad Senatores Regiæ Audientiæ ad judices superiores deferebantur. Tum quia causæ Cathaloniæ ad Supremum non veniunt ut notum est, quo posito non remanet Tribunal superius cui deferantur nisi Regia Audientia. In Regno Valentiæ Auditor Capitaniæ generalis desumitur ex Regia Audientia ob quod *in d. for. 25* cautum est quod appellationes deferantur ad hoc supremum tanquam superius ipsius Regiæ Audientiæ, ut me citato probat Cortiada *d. decis. 28. n. 38. in fin.* & D. Crespi *d. obs. 15. n. 251.*

Quinto ex privilegio speciali sententia lata in Curia 104
Consulum Maris, de rebus mercantibus, & maritimis, si

confirmata

confirmata fuerit per Judices appellationum, non recipit secundam appellationem, per *for* 17. *de appell.* Tradunt idem observari in Principatu Cathaloniæ Fontanella *decis.* 239. *n.* 19. *& dec.* 285. *n.* 9. Ripoll *ad Peg. d. rubr.* 27. *n.* 89. quia sic cautum reperitur *in c.* 15. *consulatus marit:* sed ibi observatur ad unguem, ita ut secunda appellatio nunquam recipiatur, sive secunda sententia sit confirmatoria, sive revocatoria. Noster autem forus temperat acerbitatem *d. c.* 15. ita ut à duobus conformibus appellatio non recipiatur ex privilegio commerciorum, à disformibus autem recipi mandat.

105 Sexto à sententia arbitrorum appellatio in Regno Valentiæ non est juxta *for.* 16. *de appellat.* cujus dispositio congruit cum *l.* 1. *C. de recep. arbitris*, & opponitur Canonicæ dispositioni contentæ in *c. judicibus* 33. 2. *q.* 6. ubi Glos. & communiter Doctores plura de re Salgadus *de reg. protect. p.* 3. *c.* 13. *per tot. signanter num.* 20. *cum seqq.* Ciriacus *contr.* 413. *n.* 31. *lib.* 3. Cortiada *d. dec.* 25. *ex n.* 14. & Episcopus Tirasonensis *d. tract. de comp. jurisdict. q.* 30. *ex n.* 2. sed in nostro Regno expresse per *d. for.* 16. denegata appellatio est ut in eo dicitur.

106 Septimo ex privilegiis specialibus appellationes ad aliud tribunal denegatæ sunt in causis Patrimonialibus, & cæteris de quibus egi *sup. num.* 4. *cum seqq.* sed ad eosdem Magistratus mutatis Assessoribus, quæ quia ibi tradita sunt, consulto omittuntur.

107 Respectu personarum. Primo appellatio deneganda est contumaci. tex. *in l. & post edictum*, §. *fin. l. si Prætor jusserit* 75. *ff. de judic. l. ex consensu* §. *ult. ff. de appellat. l.* 1. *C. quor. appellat. non recip. d. for.* 16. *de appellat.* docent Petr. Gregor. *d. c.* 1. *n.* 22. Donellus *d. lib.* 28. *c.* 3. ubi Illiger. *lit. F*, Petrus Barbosa *in d. l. si Prato.* §. *Marcellus, num.* 42. *ff. de judic.* Scaccia *de appel. q.* 17. *limit.* 3. *ex n.* 1. Salgad. *p.* 2. *c.* 8. *n.* 76. & novissimè Ignatius Pereyra *de revis. c.* 12. *ex n.* 1. apud quos plures; quibus junge Ciarlin. *lib.* 2. *contr. c.* 148. *ex n.* 3. sed ut conclusio procedat, debet de vera contumacia apparere, ut omnes D D. prælibati tenent. Quis autem verus contumax sit explicatur in eodem foro, nempe ut sit qui ter citatus non paruit, nec judici obtemperavit, quæ dispositio eadem est cum *l. contumacia* 53. *in princip. &* §. 1. *ff. de re judic. l. ad peremptorium* 68. *cum quinque legibus sequentibus*, *ff. de judic.* ubi communiter Doctores.

108 Secundo deneganda est appellatio ei qui post sententiam condemnatoriam postulaverit diem ad solvendam tex. *in l. tale pactum* 40. §. 1. *ff. de pact. l. ad solutionem* 5. *C. de re judic. for.* 48. *de appellat.* docent Cancer *d. lib.* 3. *c.* 18. *n.* 24 Rippoll *ad Peguer. d. rub.* 27. *n.* 127. Ant. Faber. *in C. d. lib.* 7. *titul.* 29. *defin.* 12. Petrus Caballus *cons.* 109. *n.* 4. *p.* 1. Ignatius Pereyra *de revis. dict. c.* 12. *numer.* 21. Scaccia *d. q.* 17. *limit.* 2. *vers. pone primo casum, num.* 28. *& num.* 60. & rationem tradunt ex eisdem juribus, nempe quod postulans diem ad solvendum sententiam approbare videtur, à qua jam non potest appellari. Sicut neque ille qui consensum præbuit executioni, nam res integra jam esse desiit ut ex *d. l. ad solutionem* docent Faber *d. titul.* 29. *defin.* 7. & Giurba *decis.* 35. *n.* 10. Pereyra *c.* 85. *n.* 16.

109 Tertio appellari nequit is cujus non interest text. *in d. l. ab executore* 4. §. *alio condemnato, ff. de appellat. l.* 1. *ff. de appellat. recip. c. veniens* 38. *vers. cum igitur. de testib. for.* 2. *&* 3. *de appellat.* docent Donellus *dict. lib.* 28. *c.* 6. ubi Illiger *lit. A*, Ant. Faber *in C. lib.* 4. *tit.* 10. *defin.* 11. *numer.* 2. *in not.* Merlin. *decision.* 4. *num.* 4. Petr. Gregor. *dict. cap.* 2. *num.* 39. Salgado *de reg. protect. p.* 2. *c.* 2. *num.* 3. *& c.* 8. *ex num.* 9.

110 Quarto appellatio à sententia lata contra confessum in judicio, recipienda non est tex. *in c. cum speciali* 6. §. *porro de appellat. c. Romana* 3. §. *si autem* & ibi Glos. *verb. vel de quo*, *eod. tit. in* 6. *l.* 1. *C. eod.* Peguera, Mieres, Gratianus, Mascardus, Grivellus, & alii congesti per Ripoll *dict. rub.* 27. *numer.* 172. *cum seqq.* Petrus Barbosa *in l. si debitori* 21. *num.* 130. *ff. de judic.* Merlin. *decis. Lucen.* 18. *ex numero primo.* Felinus Francus, Decius, Guido Papa, Alexander Farinaccius, Lancellotus & alii adducti per Scacciam *dict. quæstion.* 17. *limit.* 4. *ex numer.* 50. Quod de jure nostro probatur, *ex for.* 1. *de confessis* dum in eo dicitur, quod confessio judicialis habet vim rei judicatæ. Nam extante re judicata appellatio recipienda non est tex. *in l.* 1. *in prin. C. de re judicat.* cum vulgatis late congestis per Parejam *titul.* 6. *resol.* 9. *ex num.* 1. Unde profluit quod is qui aliquid ju- 111
dicialiter petit, videatur confiteri quidquid in libello instantiæ continetur Angel. *in l. non cogendum*, §. *si Procurator*, *ff. de Procurator.* Contard. *in l. diffamari in quæst. n.* 10 *& seq. ff. de inj. & manumis.* Rota apud Farinac. *in Posth. p.* 2. *decis.* 461. *n.* 3. Pareja *de instr. edit. tit.* 7. *resol.* 3. *num.* 1. *ad fin.* quare appellari non potest tex. *in c. per tuas de probat. & in l. generaliter*, *ff. de non numerata pecun.* Merlin. *decis.* 18. *num.* 6. elegans ad rem tex. *in l. generaliter* 12 §. *sed juramento*, *C. de rebus credit.* ibi: *quis enim ferendus est ad appellationis veniens auxilium, in his quæ ipse facienda procuravit?* Speculator, Nicellus, Petrus Gregorius, Ruginellus, Scaccia, & alii congesti per Salgadum *de reg. protect p.* 2. *cap.* 1. *num.* 266. Ni casu quo 112
per errorem libellum produxerit: nam licet regulariter error confessionis allegari non possit post condemnationem tex. *in l. error*, *C. de jur. & fact. ignor.* ubi Bartol. *numer.* 10. Angel. *in* §. *curare in fin. instit. de action.* hoc non procedit quando à condemnatione appellatum est, vel appellari potest ut docet Glossa *in l. fin. verb. appellari*, *ff. de appell.* ubi etiam Paulus de Castro *n.* 4. P. Barbosa *in dict. l. si debitori n.* 133. Unde sive Procurator, sive Principalis, deceptus libellum porrexerit, seu ut practici Regni Valentiæ dicunt *Kalendarium posuerit* in aliquo libello, in quo postulatur id quod 113
est contra intentionem ipsius; constito de errore, & deceptione in secunda instantia revocandum erit text. *in c. fin. de confess. c. cum causam de appellation. c. olim de censibus*, Speculator, Felinus, Brunus & alii congesti per Cancer *libro secundo, variar. cap.* 14. *num.* 9. & ita decisum fuit in Regia Audientia sententia publicata per Alreus *die* 3. *Januarii. anni* 1625. ad favorem Syndici Hospitalis generalis contra Don Petrum, & Don Christophorum Carroz. Nam in transactione inita inter has partes, conclusum fuerat quod in solutum crediti dicti Hospitalis darentur quædam domus pretio quatuor mille librarum, de quo impetrandum erat decretum à Regia Audientia: in libello autem porrecto, ut decretum concederetur, appositum fuit quod solutio fieret in censuali pessimæ conditionis, quo non animadverso syndicus posuit Kalendarium, quo mediante concessum fuit decretum, ut postulabatur; sed detecta deceptione, syndicus provocavit, auditus fuit ex hac ratione, & tandem obtinuit.

Ex genere causarum Primo appellatio recipienda 114
non est si causa sit executiva (Non loquor hic de executione sententiæ, cum jam dixerim *sup. numer.* 100. *cum seqq.* sed de causis executivis ex partium conventione, vel privilegio) text. *in l. ab execution.* 5. *C. quor. appellation. non recipiant. for.* 58. *de jur. emphyteut.* probant hanc conclusionem Bartol. Baldus, Salicetus, Romanus, Vestrillus, Barzius, Speculator, Alexander, Maranta, Asinius, Lancellotus, Ruginellus & alii congesti per Scacciam *dict. quæstion.* 17. *limit.* 10. *ex numero primo.* Petrus Caballus *consil.* 62. *numero sexto, part.* 2. Dominus Leo *dict. decision.* 16. *numero sexto*, *& decision.* 197. *ex numero sexto*, quo docet, neque quoad 115
devolutivum appellationem recipiendam esse, quo remotum fuisse dubium suscitatum per Petrum Belluga *in speculo rub.* 41. §. *leges Regni, numer.* 51. sed nota quod loquuntur, de executione instituta pro reditibus censualium, quibus hoc privilegium concessum fuit per *d. for.* 58. *cum seqq.* ut videre licet apud ipsum Dominum

Leo

Leo *ubi prox.* & clarius *dec.* 1. *n.* 13. *cum duob. seqq.* quod etiam explicat *in d. dec.* 129. *n.* 8. ita ut apud Valentinorum Curias, sive Tribunalia, executiones instituræ pro
116 reditibus censualium, sive reservativorum sive consignativorum, sive vitalitiorum, quod etiam extenditur ad redditus debiti procedentis ex pretio rei fructiferæ, quod *debitorium* appellatur (de quo ipse D. Leo *dec.* 48. *n* 2.) ad finem perducuntur appellatione remota, tam quoad effectum devolutivum quam suspensivum. Quod per dictos *forum* 58. & 59. inductum fuit favore incolarum Regni Valentiæ, ut fuit decisum in Regia Audientia ad favorem Comitis del Real, contra Don Ioannem Berastegui referente Domino Don Antonio Ferrer.

117 In cæteris autem executivis causis, sive sint pro forte eorundem censualium, casu quo ad id perveniri valet, vel debitorii ventientibus diebus solutionum, sive quia pro debito regulari instituitur ex vi guarentigiæ obligationis, appellatio admittenda est quoad devolutivum, non autem quoad suspensivum secundum tradita per Magonium *decision.* 18. *in principio.* Fran. Marcum *decision.* 392. *numero quarto*, *part.* 1. Covarruvian *practicar. c.* 23. *num.* 9. *vers. Tertium exemplum*, Sesse *de inhibit. c.* 2. §. 3. *num.* 83. & 84. Rota apud Postium *post tract. de manuten. decis.* 259. *n.* 3. *cum seq.* Cancer. *variar. lib.* 1. *c.* 17. *n.* 33. & *latius lib.* 2. *c.* 3. *ex num.* 19. Scaccia *d. q.* 17. *limit.* 9. *per tot.* Mastril. *dec.* 152. *p.* 2. Giurb. *dec.* 100.
118 *ex n.* 1. Fontanella *decis.* 384. *n.* 15. & sic in praxi Regiæ Audient. receptum testatur Dñs D. Petrus Sanz *lit. A, obser.* 9. & ego paritet testari possum. Et ratio est nam privilegium non appellandi contentum *in d. for.* 58. & 59. limitatum est ad executiones institutas pro reditibus; cæteræ namque executiones procedunt ex vi guarentigiæ quibus instrumenta roborantur; & in ipsa guarentigia adest pactum non appellandi, & mediante pacto, vel conventione facultas appellandi tolli potest text. *in l. fin.* §. *ultim. C. de tempor. appellat. l.* 1. §. 3. *ff. à quib. appellari non lic.* docent Maranta *de ordin. judic. part.* 6. *tit. de appellat. num.* 230. Sesse *decis.* 319. *num.* 22. *tom.* 3. Monter. *decis.* 8. *num.* 23. pluribus congestis Scaccia
119 *dict. quæst.* 17. *limit.* 2. *ex n.* 1. Si autem executio instituta fuerit virtute condemnationis infra decem salvis exceptionibus, de qua tractavi *c.* 11. §. 2. *ex n.* 1. *per plures sequentes*; appellatio admittitur quoad utrumque effectum; quod colligitur ex *for. fin. de dilat.* ibi: *edonada la sentencia confirmatoria de la condemnatio, e aquella passada en cosa jutgada.* dum enim requirit, quod sententia transeat in rem judicatam, appellationem suspensivam nec devolutivam excludit, ante executionem, quia de foro executioni sententia mandari nequit dum ab ea appellatum sit. *for.* 3. *de execut. rei judic.* innuit hæc Dominus Leo *decis.* 64. *num.* 18. licet *num.* 20. progre-
120 diatur ad cautelam sequestri pendente appellatione, quod eam supponit. Sic similiter si instituta fuerit executio pro legato, nam quamvis de jure valde controversum sit, an legati persecutio paratam habeat executionem, de qua quæstione tractant Gratian. *discep. forens. c.* 62. *n.* 16. *cum seqq.* Mare. Ant. Thomat. *decis. Maceratens.* 49 *per tot.* Valenz. *cons.* 10. *num.* 10. *cum seqq.* In Regno Valentiæ concessam habet viam executivam per *for.* 5. *de execut. rei. judicat.* Non tamen cum privilegio non appellandi, quia neque à jure neque à foro
121 prohibita appellatio est, & sic decisum in abstracto per duas Aulas Civiles Regiæ Audientiæ, *die* 26. *Septembris* 1633. refert Dominus Don Petrus Sanz *lit. L. observat.* 17. & postea in concreto per Aulam in qua jus dicebat, sententia publicata per Antonium Ludovicum Cases Regii Mandati scribam *die* 26. *Aprilis* 1634. ad favorem Don Eximenii Perez Bou, & Donnæ Annæ Mariæ Sanz conjugum, contra Don Ioannem Sanz, equestris Ordinis Calatravæ Domini Oppidi de Alboy, & postea pluries.

Secundo appellatio admittenda non est à mera in- 122
terlocutione per tex. *in l. ante sententiæ tempus, C. quor. appell. non recipi. l. apertissimè, C. de judic. l.* 2. *C. de episcop. Aud. l. cum* 37. *l. præscriptiones* 65. *C. Theodos. de appellat. l.* 3. & 5. *l. exceptis* 23. *C. Theod. quor. appellat. non recip.* Licet de jure Canonico appellatio à mera interlocutione recipienda tex. *in c. ut debitus honor, c. ex parte, c. cum sit Romana, de appellat.* sed jus civile optima cum 123
ratione eam negat, nempe ne ex una lite plures oriantur; quam partem sequitur *for.* 9. *de appellat.* eamque tuentur Petr. Greg. *d. c.* 2. *num.* 11. Peguera *in praxi d. rub.* 27. *n.* 4. & ibi Ripoll *n.* 71. Cancer *var. d. lib.* 3. *c.* 13. *n.* 4. Scaccia *d. q.* 17. *limit.* 47. *ex n.* 1. Petr. Barbos. *in l. si debitori* 21. *n.* 126. *ff. de judic.* Fontanella *dec.* 383. *ex n.* 1. Berlich. *d. concl.* 50 *n.* 42. *cum seqq.* Salgadus *de reg. protect. p.* 2. *c.* 1. *ex n.* 2. Amato. *var. lib.* 2. *resol.* 80. *n.* 4. Ex Valentinis Morla *in Empor. tit.* 2. *q.* 5. *n.* 22. & D. Leo *decis.* 16. *n.* 3. *cum seqq.* Quod omnino observandum est; dum ad provocandum de istis interlocutionibus, specialem providentiam præbent nostra jura, nam *in d. for.* 9. *cum duobus seqq.* remedium correctionis, vel remissionis in- 124
troductum habemus de quo differui *sup. cap.* 10. §. 1. *ex num.* 158. *per aliquos sequentes*, & sic praxi receptum est, ita ut à mera interloquutoria si aliquis appellationem interponat, repulsam experiatur, nec aliquis audet appellare, quin ipso libello dicat se appellari ab habente vim definitivæ. Nam si interlocutio diffinitivæ vim obtineat, appellatio admittenda est tex. *in l. intra utile,* 125
ff. de minor. for. 12. *de appellat.* docent Ant. Faber *in C. lib.* 7. *tit.* 26. *defin.* 3. *num.* 5. & *in not.* Portol. *ad Molin. verb. appellatio, num.* 11. *cum seqq.* Don Fran. Merlin. *controvers. forens. centur.* 1. *c.* 15. *n.* 4. Scaccia *de appell. qu.* 4. *n.* 2. & 12. Salgado *d. p.* 2. *c.* 1. *n.* 4. *per plur. seqq.* Morla, & Dominus Leo *ubi prox.* Quare si condemnatio aliqua 126
facta fuerit per modum interlocutionis, sive ut pragmatici Valentini dicere solent, *per provisionem cum intimetur* appellatio admittenda erit *for.* 12. *de appellat.* de quo textum expressum habemus *in l. in condemnationibus* 38. *C. Theodos. de appellat.* Nam licet Iacobus Gothofredus hunc textum interpretatus fuit de multa inflicta per judicem secundum *l.* & *in multa* 25. *C. eod.* huic opinioni non acquiesco, nam *in d. l. in condemnationibus*; Imperatores absolute dixerunt. *in condemnationibus appellationes jubemus admitti.* Ob quod sive condemnatio fiat per modum multæ, seu alio quovis modo, sub hac dispositione comprehenditur: quare in
praxi Valentiæ quotidie appellationes interponuntur, 127
& recipiuntur à condemnationibus factis præsentibus, & auditis partibus, vel cum cognitione causæ per viam provisionis. Quæ auten. dicatur interlocutio habens vim definitivæ, explicatur in *dict. for.* 12. & per eum aliis relatis Dominus Leo *dict. decis.* 16. *numer.* 8. *cum seqq.* de quo tradunt multa Scaccia *qu.* 17. *lim.* 17. *membr.* 1. *ex n.* 171. & Salgado *d. c.* 1. *ex n* 7.

Tertio deneganda est appellatio in possessoriis sum- 128
mariissimis, per text. *in l. unic. C. si de moment. possess. l. in interdicto* 22. *l. quisquis* 26. *C. Theodos. quor. appellation. non recip. l. unic. eod. C. si de moment. fuer. appellat.* de jure nostro adest *for.* 44. *de appellat.* negans appellationem in omnibus causis possessoriis de quo videndi Donell. *dict. lib.* 28. *cap.* 6. ubi Illiger. *lit. HH*, Petrus Gregor. *dict. lib.* 50. *cap.* 2. *num.* 13. *cum seq.* Peguer. *dict. rub.* 27. *num.* 7. ubi Ripoll. *numer.* 87. Giurba *observat.* 65. *num.* 11. Ciarlin. *lib.* 2. *controvers. cap.* 127. *per tot.* Ciriac. *controvers.* 366. *num.* 7. Scaccia *quæst.* 17. *limit.* 6. *membr.* 2. *ex numer.* 1. Valenzuela *consil.* 192. *ex numero quarto*, Postius *de manuten. observat.* 106. *ex n.* 57. Salgado *de reg. protect. part.* 3. *cap.* 12. *num.* 27. *cum seqq.* Antonin. Amato. *variar. lib.* 1. *resol.* 34. *numer.* 139. sed 129
si hæc judicia possessoria, quantumvis summarissima, habeant admixtam causam proprietatis, appellatio admittenda erit quia sapiunt naturam plenarii possessoris,

ris, ut tenuerunt Maranta *de ordin. judiciar. d. p. 6. tit. de appellat. n. 173. & 194* Bardaxi *ad for. 12. de apprehens. n. 4.* aliis relatis Giurba *decis. 101. num. 3.* Valenzuela *cons. 71. num. 78. & 79.* Quæ omnia intellige reſpectu effectus devolutivi, non autem ſuſpenſivi, ita ut in omni judicio poſſeſſorio ſummariſſimo appellatio quoad ſuſpenſivum deneganda ſit, & recipienda quoad devolutivum, ut omnia adducta per ipſum declarando tradit Scaccia *d. c. 12. n. 62.* qui per plures ſeqq. hanc declarationem exornat, & id ipſum tenuerunt Afflictis, Franchis, Campagna, Gabriel, Chaqueranus, Menochius, Gailius,
130 Renitendis, Ludoviſius, Pariſius, Laurentius, Caſtillus, Riccius, Peregrinus, Gravatus, Cagnolus, Giurba, & alii congeſti per Ioannem Baptiſtam de Thoro *in compend. deciſ. verb. appellari an poſſit.* Scaccia *d. qu. 17. limit. 6. membr. 2. numer. 41.* Fontanell. *de pact. nuptial. clauſ. 7. gloſ. 3. part. 10. ex num. 87.* Roderic. *de annu. reddit. lib. 1. quæſt. 17. n. 49.* Poſt. *dict. obſer. 106. numer. 66. & num. 88.* Ciarlin. *d. lib. 2. c. 190. n. 3.* Gratian. *diſcep. for. cap. 74. numer. 16. cum ſeqq. & cap. 130. num. 64.* Valenzuela *dict. conſil. 191. num. 4.* cum quo temperamento quotidiana praxis interpretata fuit *dict. for. 44.* ſicut *d. l. unic. C. ſi de moment. poſſ.* ut ii omnes Doctores, & plures alii per ipſos congeſti interpretantur.

Si autem interdictum adipiſcendæ poſſeſſionis in-
131 tentatum ſit ex remedio *l. fin. Cod. de edict. Divi Adrian. toll. & for.* 41. *de teſtam.* quando favore hæredis ſcripti pronuntiatum fuit mittendum eſſe in poſſeſſionem, appellatio denegatur quoad utrumque effectum, ut docent Menochius *de adipiſcend. remed. 4. num. 816.* Vivius *deciſ. 409 à n. 30.* Scaccia *d. qu. 17. limit. 6. memb. 4. num. 6.* Ruginell. *de appellat. §. 2. c. 3. num. 649.* Argelus *de adquir. poſſeſ. q. 19. art. 2. n. 11. & 12.* Quod limita, ſi uterque litigator parem titulum oſtenderit, dum unuſquiſque aſſerit ſe hæredem eſſe, ut notat Ruginel. *dict. cap. 3. n. 649. verſ. ſecus vero.* Vel ſi favore hæredis fiat condemna-
132 tio reſtitutionis fructuum, nam tunc indulitur naturam plenarii poſſeſſorii, & appellatio admittenda erit ut docent Menoch. *d. remed. 4. n. 876.* Ruginel. *d. n. 649. verſ. appellabitur.* Scaccia *d. q. 17. limit. 6. membr. 6. num. 37. verſ. reſtringe tertio* Argelus *ubi prox.* Et ſic deciſum in Regia Audientia refert Dominus Don Petrus Sanz *lit. A. obſer. 29.* in cauſa Ducis de Bejar cum Duce del Infantado, eo referente, interlocutione *dici 3. Novembris 1634.* admittendo ſupplicationem quoad utrumque effectum à ſententia publicata per Alreus *die 8. Auguſti præcedentis.*

133 Quarto non admittitur appellatio in cauſis minoris ſummæ, neque à ſententiis Ædilis in cauſis ſpectantibus ad Ædificia urbana, eorumque ſervitutes juxta *privil. 92. D. Reg. Iacobi I I.* de quibus aliqua reperies apud Pegueram *d. rub. 27. num. 14.* ubi Ripoll. *num. 117. cum ſeqq.* Scaccia *de appel. d. q. 17. lim. 6. memb. 9. n. 17. & limit. 43. n. 3.* Salgad. *p. 2. c. 7. n. 68. cum ſeqq.*

134 Quinto appellatio deneganda eſt à condemnationibus factis pro pretio conductionis domus, aliarumque poſſeſſionum ad partem fructuum, vel ſub tributo habitarum, ut expreſſe cautum eſt *in for. 21. de appellat.* & diſtingue caſus in eo contentos, nam ultima pars fori loquitur de Emphyteuſi, dum ait quod non detur appellatio ad Curias Regis, ſed ad ipſum Dominum Emphyteuſis juxta *for. 14. & 17. de jur. Emphyteut.* de quo dixi *ſup. c. 6. §. 3. ex n. 7.*

Sexto appellatio deneganda eſt, in cauſis dotalibus
135 ut docent Baldus *in novell. de dote p. 9. privil. 7. num. 1.* Afflict. *deciſ. 271. ex num. 1.* Oſaſcus *deciſ. 21. num. 20.* Scaccia *d. q. 17. limit. 8. num. 3.* qui omnes de effectu ſuſpenſivo loquuntur, nam quoad devolutivum tenent admittendam appellationem eſſe: quæ quidem diſpoſitio favore dotis, vel miſerationis cauſa, ſi vidua repetens dotem reperiatur, procedere eſt indubitatum, de quibus plura dixi *cap. 12. §. 1. ex num. 58.* ſed adhuc ad effectum devolutivum non procedit dum dubitatur de ſubſiſtentia dotis, quia deficiente ſubjecto cui privilegium conceſſum eſt, deficit etiam privilegium, tex. *in l. adigere, §. quamvis, ff. de jur. patron.* cum aliis congeſtis per Barboſam *axiom. 40. n. 4. & 9.* Et ſic appellatio admittitur quoad utrumque effectum ut deciſum fuit in Regia Audientia ſententia publicata per Caſes *die 23. Martii 1630.* in cauſa Ioannis Baptiſtæ Real, cum Geniſio Ferrer ejus ſocero, quæ fuit confirmata in hoc Supremo *anno 1633.* ut refert Dominus Don Petrus Sanz *lit. A. obſer. 4.*

Septimo in cauſis Fiſcalibus quando fiſcus non tra- 137
ctat de lucro captando, ſed de debito ex proprio contractu, vel tributis exigendo tex. *in l. 4. & in l. fin. C. quor. appellat. non recip.* ibi: *ut ei quem conſtiterit eſſe publicum debitorem appellationis beneficium denegetur.* idem de jure Caſtellæ procedit per *l. 13. circa fin. tit. 23. part. 3. lib. 13. tit. 18. lib. 4. recopil.* quibus adde tex. *in l. in civitatibus 6. l. in fiſcalibus 8. cum aliquibus ſeqq. C. Theodoſ. quor. appellat. non recipiantur.* Iacobus Gothofredus in *d. l. in civilibus* congerit alia concordantia jura, & alia impugnan- 138
tia hanc concluſionem; ſed eam pluribus comprobant Donellus *d. lib. 28. cap. 6.* ubi Illiger. *lit. FF.* Alfarus *de offi. fiſcal. gloſ. 16. privil. 13 ex num. 70.* qui explicat modo prædicto, quando fiſcus rem ſuam proſequitur, vel debitum ad patrimonium Principis ſpectans, & ait procedere tantum denegationem quoad ſuſpenſivum, non autem quoad devolutivum, & adhuc conquæritur de inobſervantia, vel quia à nemine iſta diſpoſitio allegatur, vel quia contrario uſu abrogata prorſus eſt.

In Regno Valentiæ diſpoſitionem expreſſam non 139
reperio, ſed veſtigia evidentiſſima, nam per *forum. 38. Cur. ann. 1585.* coæquata ſunt privilegia ærarii Civitatis cum privilegiis fiſci, ſed appellatio quoad ſuſpenſivum denegata eſt debitoribus Civitatis per *privil. 18. D. R. Alphonſi III.* ibi: *eoſdem in carceribus detinendo, cum pane, & aqua, prout forus ſuadet quouſque dicta Civitas ſit pleniſſime ſatisfactum, omni appellatione ſeu ſupplicatione remota.* Ergo eodem privilegio fiſcum uſum fuiſſe credere debemus; nam Civitas *in dict. for. 38.* licet minus privilegiata quam fiſcus, ei coæquata fuit, ſicut generalitas Regni, de qua *in cap. 18. Cur. ann. 1418. & cap. 23. Cur. ann. 1446.* adducti per Magnificum Guillermum Raymundum Mora quondam Egregium Senatorem, in 140
libro *compilationis fororum domus deputationis rub. 11. pag. 58.* in eis ſuos debitores diſtringere poſſe tanquam in debitis fiſcalibus & Regalibus expreſſe dicitur. Ut ſcripſi ſupra *cap. 3. §. 4. ex num. 2.* Et quotidie quoties contrahentes majus privilegium tribuere deliberant debito, quam reſultans ex clauſula guarentigiæ, in qua adeſt renunciatio appellationis ut dixi, ſuperaddunt quod executio fieri poſſit incipiendo à pignoribus, ut in debitis fiſcalibus & regalibus: ſignum evidens uberioris privilegii. Sed his obſtant ea quæ dixi *ſupr. cap. 2. §. 4. num. 19. cum ſeqq.* ex *privil. 31. Domini R. Ferdinandi I I.* nempe quod licet in cauſis Patrimonialibus prohibita ſit appellatio ad Regiam Audientiam, vel aliud Tribunal, tamen eodem jure permiſſa eſt ad Dominum Regem immediate, vel ad ipſum Bajulum, mutato Aſſeſſore; virtute cujus diſpoſitionis ad hoc Supremum per appellationem ducta fuit cauſa vertens inter Procuratorem Patrimonialem & Curſores ſive Veredos, cum Don Ferdinando de Valda & Caſtelvi Curſore Majore ſuper jure nominandi Veredos, quæ quia provocatum fuit à tribus conformibus, recepta non fuit. Sed in civi- 141
tate Valentiæ quotidie cauſæ appellationum agitantur deſumptis Aſſeſſoribus ex Regia Audientia. Sed nihilominus privilegium ſubſiſtere teneo; nam iſtæ appellationes virtute *d. privil. 31.* poſſunt admitti quoad devolutivum, non vero quoad ſuſpenſivum, licet nec iſto modo in uſu reperiri crediderim in cauſis ordi-

narii;

nariis ; nam in executivis privilegia fiscalia observantur.

142 Octavo appellatio frivola non est recipienda tex. *in c. cum appellationibus frivolis , de appellat. in* 6. Bartol. *in l.* 1. §. *interdum, ff. a quib. appel. non licet* Felinus, Menochius, Carrerius, Conradus, Lancellotus, Bertazolus, & alij apud Farinacium *in prax. q.* 38. *n.* 23. *& seqq.* Petrum Barbosa *in l. si de vi* 37. *num.* 145. *ff. de judic.* plurib. Salgado *de reg. protect. part.* 3. *cap.* 6. *per tot.* signanter *num.* 40. Qui *num.* 50. explicat quando appellatio frivola

143 dicatur; ita ut sit quando nulla legitima ratio adest , vel saltim probabiliter nec allegatur. Ob quod is qui ex sententia non gravatur frivole appellasse dicendum est tex. *in l. ult. in princip. ff. de appellat. recip. l.* 6. *C. quor. appellat. non recip.* Scaccia *de appellat. quæst.* 2. *num.* 38. Donellus *d. cap.* 6 ubi Illiger. *lit. GG.* Salgadus *dict. cap.* 6. *num.* 61. Amato *d. resol.* 6. *n.* 20. *cum seqq.* Ex his frequentissima esse solet denegatio in Regia Audientia eo motivo : *quia à nullo gravamine.*

144 Idem dicendum quando appellatio interponitur à sententia legali ; nam ab eo quod fit pro legis executione appellans audiendus non est tex. *in l. ult.* §. *fin. ff. de appellat. recip. c. consuluit* 29. *de appellat. c. relatum de cler. non resid. c. cum in cunctis* 7. *de elect. in* 6. cum plurib. congestis per Salgad. *d. cap.* 6. *ex num.* 1. vel quando appellatur ab eo quod Iudex tenetur facere text. *in c. cum in jure de officio delegat.* Salgadus *de reg. protect. p.* 1. *cap.* 4.

145 *num.* 5. qui per discursum operis pluta exempla appellationis frivolæ memorat. Et quando ratio appellandi nullo probabilitatis fundamento nititur , sed interponitur solo animo differendi , non tam frivola quam calumniosa existimari debet , & majori cum ratione rejicienda est, ut isti Doctores tradunt cum Scaccia *d. q.* 2. *num.* 50. licet si verum fateat , calumniosæ , vel frivolæ appellationis nulla ferme differentia quoad effectum reperitur , ut videre licet ex his quæ congerunt ipse Scaccia *lib.* 1. *de judic. cap.* 97. *n.* 84. *& de appellat. d. q.* 2. *num.* 38. *cum seqq.* Farinacius *d. q.* 38. *n.* 27. Salgadus *d. c.* 6. *num.* 47.

Nono appellari non potest in his quæ dilationem non patiuntur, ut puta in causa alimentorum, sic docentibus Sesse *decis.* 263. *num.* 3. *tom.* 3. Scaccia *de appellat. q.* 17. *limit.* 7. *ex num.* 1. Macetatensis *variorum, lib.* 1. *resol.* 93. *ex n.* 1. Giurba *obser.* 19. *n.* 18. *& decis.* 5. *n.* 47. Fontanella *decis.* 296. *n.* 6. pluribus congestis Castillo *lib.* 8. *controvers. c.* 8. *ex n.* 9. Salgado *de Reg. protect. p.* 3. *c.* 1. *ex n.* 1. & D. Leo *decis.* 28. *num.* 6. *cum seqq.* Qui omnes declarant hanc conclusionem ut intelligatur de alimentis futuris postulatis officio judicis ; non de præteritis, & jure actionis.

147 Decimo dubitari posset an appellatio admittenda esset à sententia qua quis iniuste carceri mancipatus pronunciatur ? Hanc quæstionem ad partes disputat ipse Salgado *de reg. protect part.* 2. *cap.* 4. *ex numer.* 238. & postquam pro carcerato plura deduxit , & praxi receptionem hanc partem fatetur *num.* 248. tenet appellationi deferendum quoad utrumque effectum , cujus

148 opinionem sequutas fuisse duas Aulas Civiles Regiæ Audientiæ *d.* 6. *Novembris anni* 1632. in causa Calixti Tafalla , detentum in carceribus habendo Balthasarem Muñoz refert Dominus Don Petrus Sanz *d. lit. A, obser.* 25. sed Salgadus disserit in terminis carcerati pro causa criminali , & etiam si tunc major timor esse debeat de fuga , si ex actis colligatur innocentia reum relaxandum esse non obstante appellatione docet *n.* 253. Ex quo infero , quod in civilibus cessante timore fugæ , vel constito de bono jure per acta favore libertatis appellationem quoad devolutivum tantum admittendam teneo.

149 Undecimo appellatio non datur ad omne id quod Iudex admittit , vel pronunciat cum illa clausula *si & in quantum de jure procedat.* quia ex simili admissione nemini gravamen inferri potest , quoniam jus certum est, & si de jure non posset admitti , nil factum est , cum nihil admissum remaneat, docent Immola *in l. Iudex* 55. *ff. de re judicat.* Nata *cons.* 32. *num.* 8. Tuscus *lit. A; conclus.* 397. Ruinus *cons.* 61. *num.* 27. *lib.* 5. Roland. *consil.* 77. *num.* 18. *lib.* 2. Alciatus *cons.* 409. *num.* 3. Caquer *decis.* 5. *num.* 9. Menoch. *de recuper. poss. remed.* 9. *num.* 331. Salgad. *p.* 3. *c.* 6. *num.* 62. Et sic decisum fuit in hoc Supremo in quadam causa remedio litterarum causa videndi ducta , in qua nihil produci potest , sed per sequelam remitti debet ex Regia Audientia *for.* 49. *cur. anni* 1604. fuit producta copia cujusdam sententiæ, & admissa cum dicta clausula , ac reputarum ac si producta non fuisset.

Duodecimo appellatio non datur à judice procedente cum clausula appellatione remota text. *in c. inter cæteras, de sent. & re judic. C. pastoralis,* §. *præterea , de offic. delegat.* docent Maranta *d. part.* 6. *tit. de appellat. n.* 336. Cenedo *Canonicar. quæst.* 45. *num.* 41. Macerat. *var. lib.* 1. *resol.* 81. *num.* 12. Petri Barbosa *in l. ad peremptorium* 68. *numer.* 25. *cum seqq. ff. de judic.* sed si appareat quod inique ; debet admitti appellatio quoad devolutivum text. *in dict. c. pastoralis , de appellat.* ubi Panormitan, Petrus Barbosa *in d. l.* 68. *num.* 27. Capicius *decis.* 111. *num.* 2. Antonius Gabriel *comm. opin. lib.* 2. *titul. de appellat. concl.* 1. Grattaticus *decis.* 35. *numer.* 3. Magonius *decis.* 32. *num.* 6. Muscatel. *in prax. Reg. conf. lib.* 1. *p.* 7. *glos. & condemnando num.* 103. Farin. *in prax. quæst.* 101. *num.* 76. *& seq.* Riccius *collect.* 1311. Ioan. Bap. de Thoro *part.* 1. *verb. appellari an possit à sententia.* sic in similibus de quibus apud Doctores laudatos plura reperies. Sed generaliter tenendum est quod licet denegata appellatione per legem , censeatur denegata quoad utrumque effectum ut cum Decio , Rolando, Lancelloto, Surdo & aliis tenuit Salgadus *de reg. protect. part.* 2. *cap.* 6. *n.* 48. & ante eum Dominus Leo *d. decis.* 197. *num.* 8. *cum seqq.* Tamen cum denegatio appellationis sit odiosa & admissio favorabilis ut omnes tenent , quorum plures congerit Valenzuela *cons.* 195. *ex num.* 7. quem sequuntur Cancer *var. lib.* 1. *cap.* 17. *num.* 80. *& lib.* 3. *cap.* 18. *num.* 9. Fontanella *decis.* 460. *num.* 12. Giurba *obser.* 114. *num.* 5. Salgadus *d. p.* 1. *cap.* 1. *prælud.* 3. *ex num.* 81. quælibet lex vel statutum prohibens appellationem stricte interpretari debet. Unde nisi in ipsa lege expressum sit , vel ex verbis ipsius aperte percipiatur , non intelligitur denegata quoad utrumque effectum , sed quoad suspensivum tantum , quæ declaratio summa æquitate nititur , cum justitiam foventi parum aut nihil interest quod absque præjudicio executionis , cognitio devoluatur ad superiorem ut cum Petro Belluga , Ludovisio , Portoles & aliis docet Dominus Leo *d. decis.* 197. *n.* 3. *&* 10. cujus doctrina in praxi Valentiæ obtinuit.

Denique appellatio deneganda venit ex numero sententiarum cum à tribus conformibus nulla provocatio admitti possit per text. *in l. unic. C. ne liceat in una. cad. sent. ter provocar. c. tertio provocare , c. tua nobis* 65. *distinct. c. tua directe* 39. *de appell. for.* 18. *cum duob. seqq. eod. tit.* docent Covarruvias *practicar. c.* 4. *num.* 7. *vers. quarta conclusio* Donell. *dict. lib.* 28. *cap.* 6. & ibi Illiger. *lit. QQ.* Petrus Gregor. *d. cap.* 2. *num.* 22. Giurba *decis.* 66. *num.* 6. late Salgado *d. part.* 3. *cap.* 16. *num.* 1. Ant. Amato. *d. resol.* 6. *num.* 2. novissime Ignatius Peyra *de revis. cap.* 20. *num.* 4. *cum seqq.* apud quos plures alios reperies. Contrarium observari in Cathalonia tradunt Cancer *d. c.* 17. *num.* 97. *& cap.* 18. *num.* 31. & Fontanella *decis.* 286. *num.* 10. *& decis.* 387. *num.* 2. in Germania aliisque Provinciis plures congesti per Illigerum ubi proxime, Surdus *consil.* 277. *num.* 11. Sed bene inspectis horum Doctorum verbis , potius locuti fuerunt de concessione ex mera Principis gratia , quæ adhuc fieri non posse tenuerunt plures congesti per Scaciam *quæst.* 17. *limit.* 1. *numer.* 2. sed in Regno Valentiæ dum habemus

forum expreſſum ab ejus obſervantia recedendum non eſt, nec adeſt memoria ab eo receſſum, neque per conceſſionem Principis unquam fuiſſe. Solum inſpici oportet, an tres ſententiæ latæ in cauſa de qua agitur, conformes ſint, de quo conſule plures Doctores congeſti per Giurbam *deciſ. 66. numer. 7.* nam ſi ſunt conformes, deneganda erit appellatio quoad utrumque effectum. Et quanquam cognitio quæſtionis an appellationi deferendum ſit, regulariter pertineat ad judicem qui de ea cognoturus eſt ex pluribus congeſtis per Giurbam *obſer. 88. num. 16.* aliquando etiam judici *à quo* permittitur; ſed non per hoc aufertur poteſtas ſuperioris ad videndum an juſte rejecta fuit, ut *ſupra n. 31.*

156 Quando autem ſententiæ dicantur conformes reperies apud congeſtos per Ioſeph. Ramon *conſil. 88. num. 3.* Salgadum *d. c. 16. num. 25. &* Pereyram *dict. cap. 20. num. 7.* Et ſolum addere debes quod ſi ultima ſententia novum gravamen contineat, appellatio admitti debet reſpectu illius; nam quoad illius prima ſententia reputatur, ut pluribus notat Giurba *deciſion. 66. num. 10.* Generaliter autem nota, quod licet pendente termino ad appellandum ſententia exequi non poſſit *ex for. 4. de execut. vel judic.* ut pluribus congeſtis probat Amato, *lib. 2.*

157 *var. reſol. 93. num. 5.* tamen in cauſa non appellabili ex natura ſua, non ſunt ſpectandi decem dies ad appellandum, ſed ſententiâ latâ, poterit Iudex ad executionem procedere docent Cancer *d. lib. 3. cap. 18. num 37.* Ripoll. *ad Peguer. d. rub 27. num. 182. cum ſeqq.* Salgad. *dict. p. 2. c. 1. num. 225. & part. 3. cap. 18. num. 23.* Niſi per inhibitionem ſuperioris Iudex pronuncians præventus fuerit.

158 Quia poſt inhibitionem caret juriſdictione ad proſequendum tex. *in c. Romana, §. fin. verſ. autem de appellat. in 6.* Nec judici *à quo* datum eſt cognoſcere an inhibitio juſta ſit: imo juſta, vel injuſta ligat ipſius manus ut dixi *ſup. num. 39.* Alias enim perverteretur ordo judiciorum, dum inferior de ſtatutis per ſuperiorem cognoſcere intentaret.

159 An autem ſublata appellatione cenſeatur ſublatum remedium dictionis de nullitate? negative reſpondendum eſt ex congeſtis per Seſſe *de inhibit. c. 5. §. 5. n. 5. & deciſion. 335. ex num. 1.* Cancer *d. c. 18. numer. 21.* Xamar *de offic. judic. p. 1. quæſt. 9. num. 179.* Fontanella *dec. 26. num. 16.* Berlich. *d. concl. 50. num. 41. verſ. 1.* idem dicendum eſt reſpectu recurſus ad ſuperiorem per text. *in l. 1. C. quand. libel. Imper. offer.* ut docent Cenedo *Canonic. q. 45. num. 59.* Calixtus Ramirez *de leg. reg. §. 25. num. 43.* Cancer. *d. cap. 18. num. 13.* Fontanella *deciſ. 390. num. 9.* Xamer *d. quæſt. 9. num. 178.* Giurba *d. obſervat. 114. n. 19.* Cortiada *d. deciſion. 25. n. 17.* & Dominus Creſpi *obſer. 10. n. 29. & 77. & obſ. 60. n. 73. & obſ. 69. num. 22.* noviſſime Ignatius Pereyra *de reviſ. d. c. 12. n. 4.*

161 Sed tranſeamus jam ad formam ſtatutam per foros, in proſecutione appellationis. In primis quando nondum erat erecta Regia Audientia permanenter jus di-

162 cens in Regno, cauſæ ſecundarum appellationum, & aliquando primarum committebantur Judicibus ſpecialibus intra ipſum Regnum, quia extra illum nemo cogi poterat litigare *for. 25. cum tribus ſeqq. de appellat.* & appellans qui obtinebat commiſſionem à Rege tenebatur eam exhibere ipſo Judici intra quinque dies, ſi impetrabatur in eodem loco Judicis, intra decem ſi in Regno non tamen in loco judicij impetrata fuiſſet, & intra viginti dies ſi extra Regnum conceſſa eſſet; quo termino clapſo ſententia executioni mandari debebat, ut expreſſe habetur *in for. 39. eod. tit.* Quæ diſpoſitio parum, aut nihil neceſſaria eſt, niſi aliquis appellaſſet directe ad Principem à ſententia lata in Curia Bajuliæ in Patrimonialibus, & commiſſionem obtinuiſſet more antiquo, quod perdifficile eſt, ut in praxi deducatur:

163 nam ſi de re parvi momenti agitur mutato Aſſeſſore finem appellans conſequitur, abſque ſumptibus mittendi ad curiam pro expeditione commiſſionis. Si de re magni momenti tractetur in hoc Supremo cognoſcendum erit. Utrum autem dum ſupplicatur à re deciſa in duabus Aulis civilibus, ſententiis inter ſe appoſitis, quæ minoris ſummæ ſit, atque introducenda de more in hoc Supremo, & committenda Aulæ Criminali; ſi commiſſio exhibita non fuerit intrà viginti à die expeditionis ſententia exequi poſſit? viderur quod non, quia ſequitur naturam ſupplicationis ad quam pars habet annum fatalem, ut dicam §. *ſeq.*

Appellans igitur poſt introductionem tenetur exhi- 164
bere primitivum proceſſum cum omnibus inſtrumentis atque documentis in eo rite exhibitis per utramque partem ut habetur *in c. cupientes 16. poſt princip. de elect. in 6.* ibi: *cum omnibus actis juribus & munimentis ſuis, & proceſſus ſuos contingentibus*, id ipſum probari videtur ex tex. *in l. ne cauſas 15. l. à proconſulibus 19. l. judicibus 24. l. præcipimus 32. §. in his autem, C. de appellat.* concluſio 165
enim de exhibendo proceſſu ab integro uniformis eſt in utroque jure: ſed differentia verſatur in eo quod jus Cæſareum actori hoc onus attribuit; & licet contrarium inferri poſſet ex tex. *in l. nemo arbitretur 3. C. de tempor. appell.* ibi: *ſed omnibus incumbendum eſſe vigilanti diligentia quo provocationes eorum intra ſtatuta tempora introducantur, itaut etiam geſta in judicio contra quod provocatum eſt, non prope finem temporis reædantur ſcrinio ſacrarum epiſtolarium, ne præpediatur per aſtutias fatalis rei terminus*, tamen communiter Doctores hanc opinionem profitentur. De jure Pontificio appellanti incum- 166
bit onus exhibendi omnia acta, quod in dubium eſt poſt Tridentinum *in c. cauſa omnes 20. verſ. præterea ſi quis, ſeſſ. 24. de reform.* de qua quæſtione videndi ſunt Farinacius *conſ. 69. num. 3. & 4.* Gratianus *diſcep. forenſ. cap. 121. num. 15.* Scaccia *de appellat. quæſt. 20. numer. 8.* Riccius *Deciſ. Cur. Arch. Neap. part. 4. deciſ. 334. ex n. 1. & collect. 1356.* Giurba *deciſ. 29. per tot. & obſer. 114. num. 23.* Novarius *in ſingul. jur. Canon. concl. 7.* Alphonſus Narbona *in l. 33. gloſ. unic. num. 5. tit. 25. lib. 4. recopil.* Rota apud Farin. *deciſ. 20. num. 1. deciſ. 104. in prin.* cum aliis congeſtis per Auguſt. Barboſ. *in collect. ad c. cauſa omnes, num. 60. cum ſeqq.* & Giurba *obſ. 42. ex num. 20.* Berlich. *d. concl. 50. ex num. 163.* Valenzuela 167
conſil. 171. ex num. 64. Salgad. *de reg. protect. part. 1. c. 2. §. 2. per tot.* Quam diſpoſitionem ſequitur praxis Valentiæ, & de jure Caſtellæ late differit Pareja omnino videndus *de inſtr. edit. part. 1. tit. 3. reſol. 3. ex numer. 14.* Et quamvis *num. 12.* teneat quod ſi appellatus deſiderat confirmationem ſententiæ debet exhibere acta proceſſus; apud nos appellatus compellere appellantem poteſt, & ſolet quod acta proceſſus exhibeat, ut ſtatim dicam.

His juribus & Doctrinis varia temporis ſpatia appa- 168
ret conceſſa fuiſſe ad hanc editionem faciendam, ſed de foro ſex tantum dies appellanti conceſſi ſunt ad exhibendum primitivum proceſſum ſub deſertionis pœna. Ita expreſſe cautum eſt *in for. 40. de appellat.* ut docet Dominus Leo *d. deciſ. 106. ex num. 1.* Et in fine fori cautum etiam eſt, quod actuarius notare teneatur diem traditionis copiæ actorum, quod jam cautum erat *in l.* 169
quoniam 13. C. Theodoſ. de appellat. rationem ſubjungens Imperator; nempe ne mora tradentis imputari poſſit. Appellanti ſeu ejus nomine gerulo, vel iſtius imputari valeat actuario tradenti, cui indicta pœna erat ſi intra tempora ſtatuta tranſmiſſio non fieret. Nec dubito hac ipſa ratione ſtatutum fuiſſe per forum, ſed de obſervantia hujus partis parum curant Judices. Forus namque Valentiæ quoad hanc exhibitionem conformis eſt
foro Aragoniæ 1. de appellat. eo ſuperaddito, quod in Ara- 170
gonia appellans infra menſem tenetur adire Judicem *ad quem* cum ipſo proceſſu, vel copia authentica appellationis ſub deſertionis pœna. In Regno Valentiæ appellans intra quindecim dies ab appellatione tenetur introducere cauſam, & poſt eam introductam habet

ſex

sex dies ad exhibendum primitivum processum, etiamsi appellans tertius sit de novo veniens ad causam, quod extenditur ad postulantem evocationem *ex c. 19. actor. Cur. Brach. Eccles. & Regal. an. 1626. fol. 96.* de quo videndi Dominus Leo *d. decis. 106.* Portol. *ad Molin. verb. appellatio, ex num. 25.* Sesse *decis. 34 ex num. 1. tom. 2.* Sed
171 praxis hujus *for. 40.* ea est, ut tempus hoc sex dierum non currat appellanti nisi judicialiter interpellato, quare appellatus eum cogere desiderans impetrat mandatum à Judice, quo appellanti jubetur *quod infra sex exhibeat processum primitivum ab integro sub desertionis pœna*, quo injuncto currunt sex dies, & eis elapsis causa deserta habetur.

Nec dubites hæc fieri posse virtute legis, cum in Aragonia etiamsi foris desit præfingens terminus ad prosequendam appellationem, Judices jubent quod *infra sex prosequatur sub eadem pœna* quæ tenet, ut Portoles &
172 Sesse tradunt *ubi proximè*. Ista exhibitio parti injungenda est, ut vitetur desertio, ut cum Bartulo, Felino, Parladoro, & aliis tenuit Salgadus *d. p. 3. cap. 18. num. 71. cum seqq.* Quibus adde Gratianum *dict. cap. 121. num. 30.* Ciarlinum *d. lib. 2. controvers. cap. 148. num. 43.* March. Ant. Amat. *decis. 53. num. 1.* Cardinalem Otthobonum. *decis. Rot. 29. num. 4.* Et quamquam Pareja *dict. titul. 3. resol. 1. num. 34.* ex praxi Rotæ Romanæ, & Tribunalium Regni Castellæ tradat, quod si Judex *à quo*, & Judex *ad quem* in eodem loco jus dicunt, non est necessaria exhibitio actorum per copiam seu exemplar authenticum, cum acta originalia primitivi processus tradantur.

173 In Regno Valentiæ hæc praxis admissa non est, quando à Curia inferioris ad Tribunal superius provocatur, nam copiam authenticam exhibere appellans compellitur, præmisso illo præcepto de ea exhibenda ab integro infra sex, sub desertionis pœna. Quibus elapsis si non exhibeatur, causa deserta pronunciatur: cum hac
174 differentia quod in Curiis inferiorum elapsis sex diebus fori post interpellationem, si copia actorum exhibeatur purgando moram & refectis expensis editio admittitur re integra; hoc est si nondum pronunciatum fuerit super desertione. Id ipsum observari in Ducatu Sabaudiæ refert Ant. Faber *in C. lib. 7. titul. 29. defin. 8.* Sed perpetuo, & ab ipso Senatu ut asserit; apud nos cum limitatione prædicta, ut in simili testantur Ursil. *ad Afflict. decis. 69. num 2.* & Joan. Bapt. de Thoro *in comp. decis. p. 2. verb. appellatio à diffinitiva.*

175 In Regia Audientia infra sex omnino copia actorum exhibenda est, neque purgationi moræ locus unquam datus fuit. Et ratio est, quia moræ purgatio est, culpam ex mora contractam sic eluere, ut omnis ejus pœna vitetur, tex. *in l. Stichum 8. l. quoties 14. ff. de novat.* Paul. Bellon. *de potest. eor. quæ fiunt in contin. c. 34. num 4. lib. 1.* Fontanella *decision. 406. num. 3.* pluribus Pichardus *in tract. de mora, ex num. 68.* & licet *num. 98.* plura cumulet ad emendationem moræ statuendam, tamen *num. 148.* distinctionem elegantem ponit ad rem, quam non tran-
176 scribo, cum ibi facilitet haberi possit. Cum enim *in dict. for. 40.* caveatur quod non exhibitio infra sex processus ab integro sententia ipso foro transeat in judicatum, satis de æquitate appellanti condonatur, dum præter id quod in foro dicitur, terminus ei non computatur quousque interpellatus judicialiter fuerit, mediante dicto præcepto; etsi non exhibuerit, in culpa est, quam diluere omnino non potest, juxta tex. *in l. communiter, C. de pact. inter emptor. & vendit. l. si quis ex lege, ff. de rei vin-*
177 *dic.* docent Mar. Ant. Amat. *decis. 70. num. 10.* Gratian. *discept. for. cap. 786. num. 31. & decis. 49. num. 11.* Vivius *decis. 531. num. 9.* aliis relatis Fontanella *dict. decis. 406. num 4. & seqq.* & hæc est praxis Regiæ Audientiæ, quam limitarem cum Matthæo de Afflict. *decis. 79.* Maranta *d. part. 6. tit. de appellat. num. 403.* & Hieronymo Portoles *ad Molin. d. verb. appellat. num. 34.* quando evidenter & absque affectatione appareret quod sex dies lapsi fuerunt culpa actuarii, qui noluit, vel non potuit dare appellanti copiam. Satis namque appellans gravatur onere illam petendi, nulla ei concessa compulsoria; licet si postulet concedatur.

In curiis inferioribus purgatio moræ admissa est ex 178
inveterato stylo qui jam vim legis obtinet, itaut si aliter fieret perperam fieri dicendum erit ex congestis per Domium Crespi *obser. 5. numer. 231. & obser. 103. num. 174.* in causis verò supplicationis à sententia lata in una Aula civili ad aliam supplicantes non coguntur acta per copiam exhibere, sed originalia transferuntur ut Pareja tradit *d. num. 34.* Et ratio differentiæ colligi potest ex his quæ congerit Joan. Bapt. de Thoro *in comp. decis. p. 1. verb. appellatio ab interlocutoria ad fin.* quæ deducitur ex Regia assistentia in Supremo Tribunali, repræsentative scilicet, quæ non adest in Curiis inferiorum. Sed hoc est rationem quærere observantiæ, & non meliorem observantiam eligere: pulchrius enim esset, & litigatoribus favorabilius, causas appellationis expedire per traditionem actorum originalium Curiarum in eodem loco existentium, qua unica diligentia & impensis, & laboribus, & protelationibus parceretur.

Actis diminutis exhibitis in substantialibus causa 179
remanet deserta, ut dixi cum imperfecta actorum exhibitione veritas apparere non possit, ut ex Tridentino *in d. c. causa omnes, ff. præterea* pluribus fundat Salgadus *d. §. 2. num. 2. cum seqq.* Sed dubitari aliquando solet, an omissio alicujus instrumenti irrelevantis, desertionem inducat; nam sic aliquando pronunciasse Rotam asserit Augustinus Barbosa *in collectan. d. c. causa omnes Tridentini num. 72.* & juxta nostri *for. 40.* decisionem causari desertionem tenendum est, dum appellans hoc onere gravatur exhibendi acta processus indefinite: quod est idem ac dicere quod universaliter teneatur cuncta acta producere, cum indefinita æquipolleat universali per tex. *in l. si servitus 22. ff. de servit. urban. prædior.* cum plu- 180
rimis congestis per Barbos. *axiomat. 123.* dicitur namque in foro quod appellans teneatur exhibere Judici *ad quem* processus litis, ibi; *los processos del pleit.* sub plurali locutione, quæ comprehendit omnia acta quæ fiunt judicialiter tex. *in c. quoniam contra de probat.* & sic tenuerunt Bartol. Bald. & cæteri scribentes *in Rubr. ff. de in jus vocand.* Calvinus & Albericus *in dictionar. verb. processus.* Gratianus *d. cap. 121. num. 9.* Marc. Ant. Thomat. *decis. Macerat. 9. per tot. & decis. 48. num. 3.* Berlich. *d. concl. 50. num. 168. cum seqq.* Dominus Leo *dict.* 181
decis. 106. num. 5. ubi sic definitum per Regiam Audientiam testatur & ratio est, quia multoties particula processus deficiens potest esse necessaria ad decisionem, & per eam variari justificationem appellationis, vel sententiæ, ut in simili considerat Salgad. *d. cap. 2. §. 2. num. 7.* neque in arbitrio partis, vel actuarii residere debet facultas detrahendi aliquid de processu: quare dum id quod deficit vere sit pars processus, causa appellationis deserta manet. Ut fuit decisum in Regia Audientia ad favorem Don Josephi Senris contra Don Didacum Vives *anno 1634.* ut refert Dominus Don Petrus Sanz *lit. P. observat 14.* Quando autem præsumatur ex integro acta producta fuisse, vel non petendum erit à Salgado *dict. §. 2. numer. 8. cum seqq.* & Pareja *dict. resol. 3. ex num. 21.*

Hæc autem necessitas exhibendi acta processus ab 182
appellante adeo vera est quod Tertius appellans, qui in causa non appellabili, admittendus est, per tex. *in l. ab executore, §. alio, ff. de appellat. l. 1. ff. de appellat. recip. l. si procuratorio, §. sed si alius, ff. quem admit. appel. sit. l. dominus, C. de appellat.* Novar. *ad pragm. Neapol. tit. de appellat. collect. 1. num. 24.* Gail *lib. 1. obser. 122. num. 1.* aliis relatis Berlich. *d. conclus. 50. num. 6.* Scaccia *de appellat. q. 5. n. 71.* Salgad. *de reg. protect. p. 4. cap. 8. ex num. 6.* Ripoll. *ad Pe-*

guer. d. rub. 27. num. 189. cum seqq. Tertius namque appellans sive citatus, sive non, in causa appellabili, vel non appellabili semper audiendus est *tex. in l. si perluforio, &*
183 *in l. a sententia, ff. de appellat. c. non solent. 2. q. 6. c. cum semper de re judicat.* Ruginel. *de appellat. § 2. cap. 1. num. 34.* Menoch. *de adipiscend. remed. 4. num. 845.* Dominus Leo *decis. 16. numer. 1. & decis. 129. ex numer 2.* Scaccia *dict. quæst. 17. limit. 6. memb. 4. ex num. 41.* Gabriel Pereyra *decis. 65. ex num. 1.* dum tamen saltim semiplene ostendat de jure suo, ut plures ex his tenent specialiter Ripoll. *ubi prox.* is inquam Tertius appellans processum primitivum sub eadem pœna tenetur infra sex exhibere ut cautum habemus *in cap. 10. actor. Cur. Brach. Eccles. & Regal. anni 1626.* & hoc jure utimur.

184 Cum autem hæc pœna desertionis gravissima sit, nam semel appellatione deserta adeo inefficax remanet, ut sic quasi si nunquam fuisset, transit sententia in rem judicatam, & jurisdictio redit Iudici *à quo*, & absque ea manet Judex *ad quem*, juxta tex. *in l abstinendum 4. l. si contra majorem. 8. l. quoniam nonnulli 18. C. de appellat. authent. ei qui appellat. C. de tempor. appellat. Clement. si ut de appellat. l. quoniam 14. C. Theod. eod. tit.* docent Dominus Leo *decis. 107. num. 4* & ante eum Petr Belluga *in speculo, libr. 23. num. 6.* Fontanella *decis. 403. num. 19.* Petr. Caball. *cons. 167. num. 7. part. 1* Macerat. *var. lib. 1. resol. 61. num. 15.* Giurb. *obser 88. num. 14.* Amato *var. lib. 1. resol. 9. num. 16.* Berlich. *d. conclus. 50. num. 106. vers. sententia autem* Scaccia *q. 15. num. 118. & num. 202. cum seq. & q. 17.*
185 *limit. 1. num 9.* Salgado *de reg. protect. p. 3. cap. 18. num. 74.* Et deserens appellationem videatur suo consensu sententiam confirmare *c. cum sit Romana, de appellat. l. ab eo, 3. cquom. & quando Judex. l. fin. § illud. C. de tempor. appellat.* notant Petrus Barbosa *in l. filius 15. num. 29. & 30. ff. de judic.* Ancarr. Alexand. Cephal. Afflict. Mastril. & Gratian. cum aliis congestis per Ciarlin. *lib. 2. controvers. cap 133. num. 62. & c. 134. num. 24.* aliqua notanda pro tyronibus sunt, ad majorem explicationem nostræ praxis.

186 In primis notare debemus quod ista pœna introducta fuit ne appellantes dolose se gererent in prosequendis appellationibus, quæ eorum favore facillimè recipiuntur: ut ait consultus *in l. fin. ff. de jurisdiction. l. 3. cum seq. C. eod. Clement. quamvis 2. de appellat.* & sic si elabi sinant fatalia tempora, non adimplendo ea quæ secundum foros facere tenentur, ut supra tradita manent, pœnam desertionis incurrunt, ut ex dictis satis resultat; quibus *adde for. 51. de appell.* in quo exprimitur ista ratio, superaddendo quod ad declarationem deser-
187 tionis citandus, & audiendus est appellans, ibi: *lo Jutge o aquell. qui sera conexedor stablirà a aquella appellacio cit per dret aquell quis sera appellat.* citatio secundum jus, est cum audientia ut per se patet, sic tenent Salgadus *dict. cap. 18. num. 73.* & Berlich. *d. conclus. 50. numer. 179.* Et ex eo quod desertio pœna sit, clare sequitur quod censenda est odiosa, ob quod in dubio contra eam erit
188 pronunciandum tex. *in l. 1. ff. si quis cautionib.* plura ad rem cumulat Giurba *decis. 20. num. 17. & decis. 34. num. 7. & 8.* sed in re tam nota non debemus immorari. Ex eisdem verbis *for. 51.* resultat quod Judex *ad quem* debet cognoscere de desertione; quod omnes Doctores fatentur.

Sed si desertio commissa fuerit antequam appellans compareat coram Judice *à quo*, ob lapsum decem die-
189 rum ad appellandum, vel quindecim ad introducendum, Judex *à quo* poterit de desertione pronunciare per tex. *in d. l. fin. ff. de juris*, cum aliis notatis *supra, num. 186.* & ita dixit Salgadus *ibidem. num. 69.* & ante eum Portol. *ad Molin. d. verb. appellatio, num. 116.* & Berlich. *dict. conclus. 50. num. 181. cum seqq.* quod in praxi admissum sæpius vidi. Ulterius licet inferior teneatur desertionem causa cognita declarare, ita ut si commissa fuerit, nequeat vitare declarationem: in Supremis Tribu-

nalibus non curatur scrupulose de desertione, ut ex- 190
presse cautum habemus *in for. 7. de appell.* & docet Dominus Leo *d. decis. 107. num. 15. cum seq. tom. 1. & decis. 40. num. 168. tom. 3.* idem de Consilio Neapolitano tradit Thoro *in compend. decis. p. 1. verb. appellatio deserta, & part. 2. verb. appellatio ad diffinitive*, & de Senatu Cathaloniæ Fontanella *decis. 119. num. 14.* imo in eis desertio nunquam debet declarari quin scruteur processus, & justitia utriusque partis appendatur (quamquam non ita exacte fieri dicat Fontanella *decis. 406. numer. 1.* sicut quando super meritis pronuntiandum est: quæ verba 191
potius calumniantis quam Doctoris differentis sunt) quia valde iniquum esset sententiam injustam per indirectum confirmare, desertam appellationem pronuntiando, ut post alios recte notat Dominus Leo *dict. decis. 107. ex num. 8.* sequitur Jacobi Cancer *d. lib. 3. cap. 18. num. 130. an fin.* An autem à sententia desertionis appellatio admittenda sit, disputat idem Salgado *d. cap. 18. num. 85. & 86.* quo tenuit non esse deferendum simili appellationi: cui sententiæ non acquiesco, nam declaratio desertionis continet novum gravamen irreparabile, & ab eo appellationem recipiendam esse jura clamant, ut pluribus probant Macerat. *lib. 2. var. resol. 9. num. 4.* &
Ciarlin. *d. c. 133. num. 35.* imo etiamsi sententia princi- 192
palis appellabilis non sit, sententiam desertionis appellabilem esse tradunt Ferrer *p. 3. obs. cap. 455.* Fontanella *decis. 119. num. 18. & decis. 403. num. 11.* pluribus relatis Giurba *d. obser. 88. num. 3.* licet in contrarium inclinare videatur *num. 6.* de quo late differitur per Fontanellam *d. decis. 403. cum dub. seqq.* Praxis admissa in Regia Audientia ea est, ut à desertione in causa sui natura appellabili, appellatio recipiatur, quoad utrumque effectum. In causa vero non appellabili, recipiatur, quoad devolutivum, tantum. An autem deserta appellationis causa, censeatur deserta causa nullitatum, vide optime differentem Sesse *decis. 356. ex n. 42. tom. 3.*

Interposita rite appellatione, eaque introducta ac 193
parte debito tempore citata observandum est, quod si interponatur ab interlocutoria deneganda est facultas probandi, cum omnino appellatio hæc justificanda sit ex antiquitus deductis atque probatis, non autem ex noviter deducendis, vel probandis tex. *in Clement. appellanti 5. de appellat. C. cordi 1. eodem tit. in 6.* Barcol. Gail. Romanus & alii congesti per Berlich. *dict. concl. 50. num. 104.* Dueñas, Socinus, Maranta, Greve, & Riccius, laudati per Augustin. Barbos. *in collect. d. Clem. 5. nu. 2.* Guido Pap. Bald. & Afflict. adducti per Novar. *ad pragm. Neapol. tit. de appellat. collect. 1 num. 19.* alii plures collecti per Salgadum *d. part. 1. cap 2 num 121. cum seqq.*
Si interponatur appellatio à sententia definitiva pro- 194
batio regulariter de jure admitti debet per textum *in l. per hanc 4. C. de tempor. appellat.* de quo late Fontanella *decis. 377. ex num. 14.* Scaccia *de appellat. q. 11 numer. 84. cum seqq.* de jure Pontificio didicitis semel testificatis, neque super eisdem capitulis, neque super directe contrariis probationes admittuntur, ut probat tex. *in c. fraternitatis 17. de testib. Clement. Testibus eod. tit.* docent Maranta *de ord. judic. d. p. 6 sit. de appellat. num. 147 cum* 195
seqq. Covarruv. *practicar. cap. 18 num. 5 vers. sexto præcæteris.* Peguera *decis. 195. ex num. 1.* Menoch. *de arbitrar. lib. 1. quæst. 34. num. 11. & quæst. 35. num. 2* Joseph. Ramon. *cons 88. num. 11.* Suarez *tom. 1. com. opp. lib. 4. tit. 10. n. 308.* Mascardus *de probat. conclus. 118.* Didacus Perez *in l. 4. tit. 11. lib. 3. ordin.* Ant. Fab. *in C. lib. 4. tit. 11. defin. 36. & 62. & tit. 15. defin. 39.* Azevedo *in l. 4. tit. 9. lib. 4. recopil.* Cevallos *com. contr. com. quæst. 350. num. 3.* Ripoll. *ad Peguer. in prax. rub. 18. num 40. & d. rub 27. num. 142.* Garcia *de nobilit. glos. 46. num. 6* Petr. Barbosa *in l. divortio, § fin. part. 2. numer. 65 ff. solut. matrim.* Gratian. *discept. forens. cap. 158. num. 9. cum seqq.* Fontan. *decis. 377. num. 14. cum seq.* Cancer. *var. lib. 1. cap. 20. num. 26. & 31* Giurba *decis. 73. num. 1.* Mysinger. *centur. 1. obser. 41.* Tuscus *lit. T. con-*

clus.

*cluſ.*294.*cum ſeqq.* Scaccia *de judic.lib.*2. *cap.*3. *num.*128. *& cap.*8. *mon.*223. Gail. *lib.*1. *obſer.*105. *num.* 2. Auguſt.
196 Barboſ. *in d.c.fraternitatis*, *num.*2. Quæ canonica reſolutio noſtro jure ferme comprobatur, nam per *for.* 44. *de teſtib. & for.* 36. *&* 37 *de appellat.* cautum habemus, quod in cauſa appellationis non poſſit admitti ad probandum is qui in prima inſtantia dilationem probatoriam obtinuit, ſive probaverit, ſive non; niſi probatio facienda ſit per inſtrumenta: Lapſis namque dilationibus probatio teſtium non admittitur niſi mediante beneficio reſtitutionis in integrum, ut probat Dominus Leo *deciſ.*96. *n.*1. 3. *&* 10. ubi deciſiones atque obſervantiam Regiæ Audientiæ memorat.

197 Quæ quidem diſpoſitio admittendi ad probandum per teſtes in judicio appellationis eum cui dilatio conceſſa non fuit in prima inſtantia non circunſcribitur ad probationem faciendam in materia principali, de qua eſt lis, ſed extenditur ad materiam objectivam teſtium productorum per adverſarium: Nam quantumvis de jure, valde controverſum ſit an objecta: teſtium probari poſſint in ſecunda, vel ulteriori inſtantia, quia
198 ante ſententiam probari oportere ſuadet tex. *in cap.* 1. *de exception. c. cum dilectus de fid. inſtrum. c. auditis de procurator.* ut teſtantur Hernia *ad conſt. Neapol. lib.*2. *conſtit. ultim. num.*6. Guido Papæ *deciſ.*500. *ex num.*2. Covarruv. *practic. d. cap.*18. *num.*5. *verſ. Ego vero*, qui late fundat hanc opinionem legibus Caſtellæ id ipſum comprobantibus. Avendañ. *reſp.*21. *verſ. & in hac materia, & de exeq. mand. lib.*2. *cap.*5. *num.*29. Auguſt. Barboſa *in collect. ad d. cap.*1. *de except. num.*2. Maranta *de ord. judic. part.*6.
199 *prin.*13. *num.*13. Didacus Perez *in l.*1. *tit.*4. *lib.*3. *ordin.* Paz *in prax. part.*1. *tom.*1. *temp.*9. *num.*7. Azevedo *in l.*1. *tit.*8. *lib.*4. *recopil. num.*5. Guttierrez *lib.* 1. *practicar. q.*64. *n.*1. Cancer. *var. lib.*1. *cap.* 20. *num.* 40. contrariam opinionem tenent Gloſſa *in d. cap.*1. *de except.* ubi Felinus, & Abbas. Idem Abbas *in cap. ſuper eo* 13. *de teſtib.* Afflictis *d. conſt. ultim. num.*13. Rebuffus *ad leg. Gal. tit. de reprobat. teſt. art.*4. *gloſ. unic. num.*7. Quorum dicta abſque difficultate procedunt dum in prima inſtantia dilatio conceſſa non fuit ad reprobationes ſeu objecta teſtium
200 probanda Covarruvias enim & cæteri Doctores Regni Caſtellæ loquuntur in terminis *d. l.*1. *tit.* 8. *lib.* 4. *recopil.* per quam publicatis atteſtationibus, conceduntur, ſex dies ad proponenda objecta, & poſtulandam dilationem ad ea probanda, quibus elapſis opponens audiendus non eſt. In principatu Cathaloniæ id ipſum cautum eſt, & ad hoc menſis dilatio aſſignata eſt *per conſt.*
201 4. *de dilat.* probat Cancer *d. num.*46. In quibus terminis cum aſſignata ſit per legem dilatio ad hunc effectum, qui in ea opponere objecta omittit, ei renunciat, & ſic nil mirum quod in ſecunda, vel ulteriori inſtantia probandi facultas non concedatur. Et nihilominus ex capite ignorantiæ objectorum vel alia juſta de cauſa reſtitutio in integrum concedi debet. In Regno Caſtellæ denegatur etiam minori viginti quinque annis, ut do-
202 cent Covarruv. *d. num.*5. *verſ. deinde ſcio.* Avend. *d. reſp.* 21. *num.*7. *verſ. ego tamen* Didacus Perez *in d. l.*1. *verſ. his tamen non obſtantibus.* Paz *d. tempor.*9. *num.*8 Sed in Cathalonia, & Valentia ſimilis reſtitutio omnibus concedi ſolet, ut cum Guttierrez, Avendaño, & Maſtrillo docent Cancer *d. c.*20. *num.*48. *verſic. hodie video* & Dominus Leo *d. deciſ.*96. *num.*10. Et ſic deciſum fuit per Regiam Audientiam me referente in cauſa Damiani Na-
203 varro cum Syndico Civitatis Valentiæ, qui ei oppoſuerat impedimentum ad inſaculationem officiorum ejuſdem Civitatis; nam cum non probaſſet objecta teſtium in prima, nec in ſecunda inſtantia, nec dilationem poſtulaſſet ad hunc effectum; in tertia, quæ coram me vertebatur, reſtitutionis beneficium imploravit, cujus ope Regia interlocutione *diei* 2. *Martii anni* 1654. dilatio conceſſa fuit, cujus cauſæ erat Actuarius Brunus Jover.

Quoad reſponſiones ab adverſario obtinendas dixi 204
*cap.*10. §. 2. *num.*19. *cum ſeq.* concedendas fore in quacumque parte litis, ſi Judici æquum videatur; & hoc comprehendit tam ſecundam quam ulteriorem inſtantiam ut tenent relati per Ripoll. *ad Peguer. dict. rub.*27. *n.*149. Sed dubitari poſſet, caſu quo appellans, vel appellatus, quia in hoc non differunt, admittendus ſit ad probandum ſive ſit in materia principali ſive in materia objectiva impugnativave (quia reſpectu illius eadem ratio militat) quæ dilatio concedenda ſit? & quamquam non adeſt ſpecialis diſpoſitio fori, cum *in* 205
*for.*35. *de teſtib.* latiſſimum arbitrium conceſſum judicibus ſit in concedendis dilationibus dum non excedant terminos forales, arbitrarium erit, dum in ſecunda, vel ulteriori inſtantia breviores quam in prima dilationes aſſignent, juxta facti probandi circunſtantias, quod obſervatur per Regiam Audientiam non ſe coarctando ad certam regulam, ſed arbitrando religioſe quod æquum videtur, ita ut neque poſtulans juſte conquæri poſſit facultatem probandi denegatam fuiſſe ex brevitate, neque adverſarius de immoderata dilatione.

Si pendente appellatione mors intercedat appellan- 206
tis, nemini dubium erit quod hæres proſequi appellationem poterit per tex. *in l. unic. ff. ſi pend. appell. morſ. inter. l.*1. *C. eod. l. unic. C. Theodoſ. eod.* docent Petrus Gregor. *dict. lib.*50. *ſyntagm. cap.*2. *num.*32. Scaccia *de appellat. quæſt.*15. *n.*6. *& num.* 260. cogitur namque hæres appellationem proſequi, vel parere Sententiæ, imo & cauſa deſertionis in hæredem tranſire docuit Ant. Faber. *in C. dict. lib.*4. *tit* 12. *defin.* 2. ſed videndum eſt, 207
num hæredi fatalia currant? & jure digeſtorum inſpecto videtur, quod hæredi datur tantum tempus quod deerat defuncto ad proſequendam appellationem tex. *in l. tempus* 29. *ff. de re judic.* ibi: *Tempus quod datur judicati etiam hæredibus cæteriſque qui in locum ejus ſuccedunt tribuitur: videlicet quod ex tempore deeſt.* Jure autem codicis quatuor menſes ultra tempora reſidua hæredibus indulgentur, computandi à finito tempore per leges conceſſo ad deliberandum. Textus expreſſus
in l. fin. C. ſi pendent. appell. in quo Imperator Conſtan- 208
tinus Magnus ſic eleganter dixit. *ſi unus ex litigatoribus adhuc pendente appellatione defunctus ſit: non reſiduum tantum temporis hæredes ejus habeant: ſed etiam alios quatuor menſes; ſi n autem ad deliberationem hæreditatis certum tempus indulgetur, poſt lapſum ejus temporis quatuor menſium numerabitur ſpatium: ne ignorantes negotium, vel etiam ſuper adeunda hæreditate dubitantes, priuſquam aliquod commodum ſentiant, damnis affici compellantur.* de quo videndi Donellus *dict. lib.*28. *cap* 8. *& ibi*: Illiger. *lit. N*, 209
Petr. Gregor. *de appellat. l.* 8. *c.*4. *n.* 8. *& ſeqq. & dict. lib.*50. *ſyntagm. cap.* 2. *num.*32. *in fin.* Jacob. Cujac. *in comment. ad hunc tit. circa fin.* Dionyſ. Gothofr. *in not. ad l. fin. lit. X*, & Jacob. ejus filius *in comm. ad dict. l. unic. C. Theod.* ſed hoc interpretatur ipſe Jacob. Gothofr. ad perorandam cauſam, non autem ad appellandum, & introducendum, nam hæc tempora juxta foros ita fatalia ſunt, ut neque per judicem neque per partes prorogari poſſint ut dictum remaneat; quare videbatur requiri 210
ſpecialis mentio. In praxi obſervari vidi quod hæres appellet à die notitiæ, ut in ſimili dixit Dominus Leo *deciſ.*142. *ex num* 4. nam licet fictione juris hæres eadem perſona cum defuncto cenſeatur tex. *in l. hæredem, ff. de verb. ſignif. cum ſimilib.* tamen reſpectu notitiæ tanquam tertius reputandus eſt, quia ſcientiæ, vel ignorantia perſonam individuam reſpiciunt *l.* 3. *in pr. n. ff. de jur. & fac. ignor.* ibi: *plurimum intereſt utrum quis de alterius cauſa & facto non ſciret; an de jure ſuo ignoret*, de jure Valentiæ *in for.*23. *de appellation.* clare dicitur quod 211
defuncto appellante hæredes teneantur proſequi appellationem, vel parere ſententiæ, & cum hæc deciſio deſumpta ſit à jure nempe *à dict. l.* 1. *C. ſi pendent. appell.*

interpretanda erit ſecundum jus, in quo iſta ſpecialitas conceſſionis quatuor menſium adeſt licet in uſu judiciorum, ut dictum remanet, parum, aut nihil introducta reperiatur, vel oblivione, vel ignorantia Conſidicorum. Cæterum ſi hæres hanc dilationem poſtulaverit non dubitarem concedere, etiam ad appellandum, & introducendum; quia lege expreſſa conceſſa reperitur quæ potentior eſt ludice vel partium conſenſu, & nulla fororum diſpoſitione excluſa reperitur.

212 Cauſa appellationis ejuſdem naturæ eſt cum cauſa principali, ut ſuperius dictum remanet, ex quo infertur quod ſi in cauſa principali per horas procedatur, in cauſa appellationis per horas etiam procedendum ſit, ut docent Vincent. de Franch. *deciſ.* 252. *num.* 5. Capiblanc. de Baron. *pragm.* 8. *num.* 54. Muſcatel. *in prax. ſacr. conſil. lib.* 2. *part.* 3. *gloſ. inſtantia n.* 12. Riccius *collect.* 620. Ioan. Bapt. de Thoro *in comp. deciſ. p.* 1. *verbo* 213 *appellatio cum ſit ejuſdem naturæ.* Quod obſervatur in Regia Audientia permanente cauſa, celeritatem requirente, ſed ea ceſſante tempus opportunum conceditur juxta qualitatem negotij, ut videre licet in dicta cauſa Damiani Navarro; nam inſtante die ſortis ad officia civitatis, & oppoſito ei impedimento, Advocati urbis ad quos cognitio, juxta privilegium inſaculationis in prima inſtantia ſpectat, per horas cauſam expedierunt 214 cum inhabilem pronunciando. Appellavit ad Regiam Audientiam, & cauſa commiſſa fuit nobili Don Coſma Gombau, & cum dies ſortis etiam inſtaret per horas pariter auditus fuit & inhabilitas confirmata. Supplicavit poſt diem ſortis, & mihi cauſa commiſſa fuit, & cum jam celeritatis ratio ceſſaret, auditus fuit ſummarie, ſed non per horas, & conceſſo termino ad probandum objecta teſtium, ut dixi, me referente inhabilis etiam declaratus fuit.

215 Appellationis cauſa rite proſecuta judex qui de ea cognoſcit pronunciare debet de juſtitia, vel injuſtitia ſententiæ, & nullatenus valet extendere judicium ultra id, de quo in prima inſtantia tractatum fuit: probat tex. *in l. per hanc, C. de tempor. appellat. l. eoſ. C. de appellat. l. præfecti* 17. *ff. de minor. l.* 1. *§. ultim. ff. ad Turpil. l.* 1. *in princ. ff. de appellat. l. nihil* 52. *C. Theodoſ. eod.* docent præter ordinarios in his jurib. Petrus Barboſa *in dict. l. ſi de vi* 37. *num.* 454. *ff. de judic.* Fontanella *deciſ.* 377. *n.* 7. *cum ſeqq. & deciſ.* 405. *ex num.* 2. plures congeſti per Berlich. *dict. concl.* 56. *n.* 198. Scacciam *de appellat. quæſt.* 17. *limit.* 47. *memb.* 2. *à num.* 12. Salgadum *de Reg. protect. part.* 3. *c.* 11. *ex num.* 54. Dominus Leo *deciſ.* 42. 216 *num.* 2. *& deciſ.* 98. *n.* 9. *cum ſeqq.* niſi tantum procedere ad confirmationem, vel revocationem ſententiæ à qua extitit appellatum; eo ſuperaddito, quod ſi ſententia confirmetur, appellans condemnandus eſt in expenſis, per *for.* 32. *de ſent. & act.* quod de jure procedit per *Novell.* 49. *de his qui ingred. appellat. cap.* 2. *§. ſi vero inferior. l. properandum, §. ſin autem, C. de judic. l. quotiens* 49. *cum l. ſeq. l. objecta* 44. *C. Theodoſ. de appellat. cap. ut debitus honor.* 59. *de appellat. c. calumnia de pœn. c. olim. de privil. C. finem litibus de dolo & contumac.* docent Covarr. *practicar. c.* 27. *ex num.* 1. plurib. Petr. Barboſ. *in l. eum qui temere* 79. *in princ. ex n.* 81. *ff. de judic.* quo legem Caſtellæ noſtro foro ſimilem late interpretatur. Berlich. *dict. concl.* 50. *num.* 211. Quæ concluſio procedit etiamſi appellatum fuerit ab interlocutoria habente vim diffinitivæ docent Afflictis *deciſ.* 41. *n.* 2. Tapia *rit.* 91. *num.* 6. *& in pragm. odia litium, num.* 18. Muſcatel. *in prax. lib.* 2. *p.* 1. *gloſ. ſententian.* 25. *& part.* 3. *gloſ. reformando n.* 52. Riccius *collect. deciſ.* 1311. Ioan. Bap. de Thoro *d. p.* 1. *verb. appellans ab interlocutoria.* Et ſic obſervat communis praxis Regni Valentiæ.

217 Verumtamen, ſi ſententia favore appellantis in aliquo quantumvis minimo commutetur, expenſæ non debebuntur *for.* 47. *de appellat.* quod ab omnibus admiſſum eſt. Sed aliquando dubitatum vidi, an ſi prima ſententia revocata ſit, victus teneatur ſolvere expenſas, & Iudex appellationis poſſit eum condemnare ad illas præſtandas victo in prima inſtantia, qui quidem victor evaſit in ſecunda? Et condemnari poſſe ſuadetur ex traditis per Guid. Papæ *deciſ.* 137. *num.* 1. *verſ. aut in primis,* 218 Capell. Tholoſan. *deciſ.* 222. *num.* 1. Verall. *deciſ.* 179. *& deciſ.* 340. Barzi *deciſ.* 113. *in fin.* Amatis *deciſ. Ferrar.* 16. *num.* 24. Camil. Borrel. *in ſum. deciſ. lib.* 2. *tit.* 39. *num.* 208. *cum ſeqq.* & ratio eſt, quia deſiſtere debuit ex quo detecta fuit injuſtitia ipſius. Et ſic deciſum fuiſſe in hoc Supremo contra Dominum Don Andream Sanz, tunc Aſſeſſorem Bajuliæ generalis, ad favorem Galzerandi, 219 & Guillielmi Raymundi de Angreſola dominorum utilium ſcribaniæ ipſius Curiæ *anno* 1623. refert D. D. Petrus Sanz *lit. E. obſer.* 5. ſuperaddens quod ſententia obtenta per Aſſeſſorem in Regia Audientia fuit ex eiſdem actis revocata in hoc Supremo; ſignum evidens quod detectum fuit aliquid ex quo reſultabat non habuiſſe juſtam cauſam litigandi, quia ſi eam habuiſſet excuſaretur per tex. *in l. qui ſolidum* 78. *§. etiam, ff. de legat.* 2. ibi: *nec aliud ſervabitur in litis ſumptibus ſi ratio litigandi non fuit.* Potuit forſan tractari (acta hujus litis 220 inſpicere non potui) de expenſis debitis ex pacto, ſeu conventione ſpeciali alicujus contractus; quia tunc debentur jure actionis, & etiamſi debitor ſeu appellans habuerit juſtam cauſam litigandi, tenetur eas ſolvere ut docent Gloſ. *in l.* 3. *§ ſi rem, verb. fortaſſis, ff. de legat.* 2. Paulus de Caſtro *in d. l. properandum, §. ſive autem alterutra, num.* 5. *C. de judic.* Decius *conſ.* 74. *num.* 2. Covarr. *d. cap.* 27. *num.* 3. *verſ. hæc tamen ſexta,* aliis relatis Amat. *d. deciſ.* 16. *num.* 25. qua de cauſa legitime ad eas præſtandas condemnabitur: & ſic deciſum fuit in Regia Au- 221 dientia, ſententia publicata per Don Ioanem Daza *die* 22. *Octobris anni* 1633. in favorem Eliſabethæ Boſch. & Cortel, contra Hieronymam Beltran & Ramon. Si autem non jure actionis ſeu contractus cauſa, debeantur, ſed condemnatio officio Iudicis, parte inſtante facienda ſit, tunc æſtimanda eſt ratio litigandi, nam is qui temere litigat, in expenſis condemnandus eſt ex *d. l. qui ſolidum* 78. *§. etiam* cum cæteris traditis *ſup. numer.* 217. Nam quiſquis temere litigare audet hanc pœnam te- 222 meritatis inter alias reportat, etiam in prima inſtantia, quamquam in ſecunda levior temeritas ſufficiat: ut ex d. textu deducunt interpretes, ſignanter Doctiſſimus Covarruvias *dict. cap.* 37. *num.* 3. *in princip.* Sed ſi non temere, imo juſta de cauſa litigat, condemnari in expenſis non poterit ut *in d. l.* 78 *§. etiam* expreſſe cautum reperitur. 223 Iuſta enim cauſa litigandi regulariter reputatur, reportaſſe ſententiam pro ſe in prima inſtantia, juxta notata per Bartol. *in d. l. properandum, §. ſive autem, C. de judic.* Bardaxi *in foro unic. de ſervit. & aqua, num.* 2. Rebuf. *tractat. de expenſ. damn. & inter. art.* 1. *gloſ. unic. numer.* 39. Scaccia *de appellat. q.* 17. *limit.* 21. *num.* 54. *verſ. Ratio eſt,* qui hanc materiam diſputat ibid. *ex numer.* 46. & Salgadus *de reg. proſect. part.* 3. *cap.* 16. *numer.* 35. *cum ſeqq.*

At in hac materia tam in Regia Audientia, quam in 224 hoc Supremo ex leviſſima ratione ſuccumbentes excuſari ſolent à ſolutione expenſarum, ut quotidie in praxi experimur, cum pœnalis ſit hæc condemnatio, & ſic reſtringenda venit. Et ideo ſi in prima inſtantia unus ex litigatoribus condemnatus fuerit in expenſis, & iſta ſententia revocetur per appellationem, condemnatio expenſarum revocata manet, ut tenuerunt Granucius 225 *Theorem.* 6. Cancer *variar. lib.* 3. *cap.* 18. *numer.* 96. & ſic deciſum in Regia Audientia refert Dominus Don Petrus Sanz *dict. lit. E. obſer.* 5. ſed ſi in ſimili caſu ſupervenerit ſententia tertia confirmans ſecundam, & condemnans ſuccumbentem in expenſis, intelligenda condemnatio ſit de illa inſtantia tantum, an vero de omnibus expenſis cauſatis in tribus? vide optime differentes Sigiſmundum, Scacciam *de re judic. gloſ.* 15. *num.* 40. *cum* 226 *ſeqq.*

seqq. & de appellat. d. q. 17 limit. 21 num. 47. cum seqq. Salgadum *de reg. protect. part. 3. cap. 16. ex num. 35. qui n. 36.* probat quod ubi petitæ expensæ sunt, & in sententia omissa condemnatio, vel absolutio censetur victum absolutum fuisse; sed hæc in praxi Valentiæ non emergunt, cum sententiæ omnes, vel aliquem condemnent
127 in expensis, vel neturam in expensis condemnandam pronuntient. An autem ab ista condemnatione possit appellari vide eundem Salgadum *ibidem num. 37. cum seqq.* qui optime distinguit casus in quibus necessaria appellatio sit; *& num. 35.* dixerat quod si in tertia sententia condemnatio expensarum fiat, de qua nihil in duabus primis tractatum fuisset, quod poterit ab hac condemnatione appellari cum novum gravamen contineat.

128 Et quia regulariter pœna contumaciæ est solutio expensarum dubitari posset si appellans citatus ad causam appellationis non compareat condemnandus sit in expensis? Ratio dubitandi est, nam pro eo confirmatio sententiæ sequi potest, dum ex actis appareat justa, & valde dissonans foret, quod is qui obtinet condemnatus in expensis sub eadem sententia appareat. In appel-
129 lante enim diversa militat ratio; nam causam appellationis non prosequendo intra tempora statuta appellatum vexat, & effectum sententiæ subvertit, ob quod pœnam desertionis incurrit, ut dixi *supra numer. 32.* & sic Judex justissime eum condemnat in expensis, quarum occasionem appellando præbuit, ut scite perpendit Ant. Faber *in C. lib. 7. tit. 26. defin. 7.* Appellatus enim non solum habet justam causam litigandi, verum justi-
130 tiam fovet, dato quod sententia per eum obtenta confirmanda venit, quare cessat ratio solvendi expensas. Attamen condemnandum esse docet Ant. Faber ibid. *per tex. in l. sancimus 15. C. de judiciis.* Hoc dubium emersit in causa me referente decisa, inter Syndicum Civitatis
131 Valentiæ provocantem ex una, & Ludovicum Gresses ex altera, nam sententia Regiæ Audientiæ confirmata fuit in hoc Supremo, Regia sententia publicata per Iosephum Ricarte Regii mandati scribam *die 2. Septembris anni 1675.* Ludovicus Gresses neque per se, neque per Procuratorem comparuit, & dubitabatur incidenter, an condemnandus ex contumacia in expensis esset. Et salva pace Doctissimi Antonii Fabri, dictus tex. *in l. sancimus*, non loquitur in specie ad quam eum adducit, loquitur enim de eo qui damnum adversario intulit ex contumacia, & postea audiri desiderat, quo in casu nemini dubium est quod reficere damna tenetur. Verba Imperatoris sic se habent: *non aliter ei judicialem aditum*
132 *revelare, sed omnem claudere ei judiciorum copiam, nisi prius omnia damna restituat.* Ludovicus Gresses citatus non comparuit, forte quia provocationem frivolam despiciens, ad confirmationem nulla allegatione opus esse cognoverat; nec audiri voluit, nec damnum intulit, imo præ paupertate non comparuisse extra judicium nomine ejus dicebatur, & pauperibus fatalia non currere
133 probat tex. *in l. si procuratorem, §. ignorantes, ff. mand.* cum pluribus aliis congestis per Giurbam *decis. 18. num. 2. &* de materia vide Fontanellam *d. decis. 106. ex numer. 3. & decis. 425. ex num. 1.* demum quia appellato absente in causa appellationis procedi potest, & debet, & si ex actis primæ instantiæ appareat quod bene fuit pronunciatum, & male appellarum, appellatus qui justam causam fovet obtinebit, non obstante ejus absentia, vel
134 omissione allegandi per tex. *in d. l. properandum 13. §. & si quidem 2. vers. sin autem ex gestis, cum §. sequens. C. de judic. l. & post edictum 73. ad fin. ff. eod.* Quia appellatus non tenetur comparere præcisè, & sua jura allegare; sed per acta primæ instantiæ satis allegat, ut pro eo pronuncietur, & sententia confirmanda sit ut docent Collerus *part. 1. decis. 104. per tot.* Hartman. Pistor *part. 1. quæst. 3. num. 18.* Berlich. *d. conclus. 50. num. 190.* quo in casu neque in expensis condemnandus est Coller *d. dec. 104. num. 25.* Berlich *d. concl. 50. num. 191.* Fontanella *dec. 412. num. 2.* Et sic Syndicus condemnatus fuit in expensis, neque de discussione hujus articuli aliquid reperies in sententia, quia confirmatio facta fuit in forma communi, sed re vera sic decisum fuit ut posset deveniri ad condemnandum Syndicum in expensis. 235

Denique Judex appellationis confirmans sententiam tenetur partes cum causa Judici *à quo* restituere *for. 59. curiar. anni 1626.* Quæ dispositio desumpta fuit ex tex. *in d. c. cum debitus honor 59. de appellat.* pro cujus interpretatione plura congerit Augustinus Barbosa *in coll. ad hunc tex.* Sed notandum est, quod *d. c. ut debitus honor* communiter interpretatur de appellante ab interlocutoria; nostet forus de diffinitiva loquitur, ibi: *apres* 236
de publicada la sentencia, & ibi: *pera que execute la sen-* 237
tencia. qua de causa restitutio partium, & causæ ad exequendum fieri debet, nisi ex rationabili causa per superiorem retineatur. Ut in decreto ipsius fori dicitur ibi: *si no es en cas que parega haveri causes justes pera no haverse de restituir.* Quæ autem sit justa ratio retinendi partes & causam tradit Petrus Barbosa *in l. 1. articul. 1.* 238
n. 33. ff. de judic. quem sequitur Augustinus *in d. collect. n. 9.* exemplum ponendo, quando pars medio juramento, vel alio modo ostenderit se non spectare per Judicem *à quo*, Justitiam sibi ministrari; & sic de stylo Curiæ Romanæ fieri tradunt.

Sed in Regno Valentiæ rarissime causæ retinentur, quando sententia confirmatur, nisi appellatus vexationes appellantis allegando, appellationis causam una cum toto negotio principali evocari ad superiorem postulaverit, quod concedi solet & debet ex traditis per 239
Andr. Gail *lib. 1. obser. 136.* Ant. Fabrum *d. lib. 7. C. tit. 26. defin. 26.* Berlich. *d. concl. 50. n. 213. vers. alia tamen longe.* Sed si in aliquo gravasse partes appareat tunc causam Judex Superior retinere debet per tex. *in c. dispendia de rescriptis in 6.* docent Decius, Novarius, Covarruvias, Rota Avinonensis, Gonzales, Amaro, Valenzuela & alii congesti per Giurb. *obs. 56. n. 14.* de quo videndi etiam plures laudati per Berlich. *d. concl. 50. num. 199. cum seqq.*

---

§. III.

De remedio supplicationis, revisionis, vel reclamationis à sententiis latis in Consistoriis Principis, ad interpretationem for. 1. ut. lit. pendent. *cum aliis juribus.*

IACOBUS I. REX.

TEXTUS.

Algu no pusqua suplicar pendent, o durant lo pleit, si donchs aquell qui conexara del pleit no volie mostrar los actes, o pronunciament, ço es sentencies interlocutories.

SUMMARIUM.

1 *Supplicationis remedium jure extraordinario introductum fuit.*

2 *Supplicationis remedium concessum fuit adversus sententias Principis, vel Præfecti Prætorii, qui vice sacra judicat.*

3 *Supplicatio, reclamatio, & revisio idem effectu sunt.*

4 *Supplicationis remedium effectum est ordinarium, postquam per legem concessum est.*

5 *Supplicationis remedium vigebat Aragoniæ tempore Regis Iacobi I. sed hodie in usu non est, nam loco ejus subrogatum est remedium electionis firmæ.*

6 *Supplicationis remedium Valentiæ derivatum est per leges usque ad nostra tempora.*

7 *Supplicationis remedium non pendet ex gratiosa Principis concessione; sed ex mera justitia concedendum est.*

8 *Supplicationis remedium regulandum est per ea quæ de appellatione statuta sunt, nisi aliud expresse cautum reperiatur.*

9 *Quod de foro procedit.*

10 *Sed in aliquibus fallit.*

11 *Appellatio ad superiorem interponitur.*

12 *Supplicatio ad idem Tribunal defertur, & sæpius ad eosdem Judices.*

13 *Supplicatio interdum interponitur ad ipsum Principem.*

14 *Supplicatio etiam interponebatur ad ipsum Præfectum Prætorio.*

15 *Supplicationis causæ ab exordio Regiæ Aud. Valentinæ reservatæ, per ipsum jus institutionis, Principi fuerunt.*

16 *Supplicationum causæ minoris summæ concessæ sunt ipsi Regiæ Audientiæ.*

17 *Sed non eisdem Judicibus, sed alteri Aulæ ex civilibus.*

18 *Si in causa minoris summæ sententiarum diversitas, sequatur, supplicatur ad Principem in Supremo, & in eo causa committitur Aulæ criminali ejusdem Reg. Aud.*

19 *Supplicatio in causis majoris summæ duarum mille librarum interponitur ad Principem in Supremo.*

20 *Supplicatio in utroq; casu interponenda est intra decem dies.*

21 *Supplicatio à sententiis Regiæ Audientiæ Valentinæ, licet interponatur ad Supremum Aragonum Concilium, non inde sequitur quod non sit vera Cancellaria & Prætoriale Consilium.*

22 *Appellatio requirit petitionem Apostolorum, vel introductionem infra quindecim dies: supplicatio vero potest introduci intra annum fatalem.*

23 *Appellatus potest adhærere appellationi adversarii absque alia solemnitate.*

24 *Supplicatus ut adhæsio ei prosit, tenetur præstare cautionem pro expensis.*

25 *Observantia Lusitaniæ non influit in Regno Valentiæ, quia non requiritur impetratio gratiæ, ut supplicatio admittatur.*

26 *Executionem sententiæ postulans in capitibus sibi favorabilibus, non approbat sententiam in aliis sibi nocivis, à quibus supplicavit.*

27 *Appellans arguit de iniquitate sententiam, & conqueritur de Judicis errore, vel ignorantia.*

28 *Supplicans errorem proprium, vel adversarii calliditatem, & circumventionem allegat.*

29 *Appellanti licet semel, atque iterum provocare, supplicanti non nisi semel.*

30 *Appellatio suspendit judicatum, & litem ponit in statu contestationis.*

31 *Supplicatio effectum judicati non suspendit, cum præstita cautione sententia executioni deducatur.*

32 *Quod in Regno Castellæ non observatur, ex nova dispositione.*

33 *Judex Appellationis inhibet Judicem à quo ne ad executionem procedat.*

34 *Supplicationis remedium inhibitionem ex natura sua excludit, & num. 35.*

36 *Causa supplicationum majoris summæ, vel minoris, si de re subjecta fidei commisso successivo agatur spectant privative ad Supremum.*

37 *Summa quantitas non regulatur ex sententia sive condemnatione, sed ex petitione.*

38 *Causa majoris summæ, vel de re fideicommissi, nulliter introducitur in alia Aula.*

39 *Neque ad id aliquid operatur consensus partis, vel prorogatio tacita, aut expressa.*

40 *Jurisdictio limitata ad certam summam, prorogabilis non est.*

41 *Dispositio negativa fortior est, quia derogat potestatem secus agendi.*

42 *In reservatis Principi non datur prorogatio tacita, neque expressa.*

43 *Quæ nullitas non excusatur etiam secuta ratihabitione Principis.*

44 *Decisio Regiæ Audientiæ id ipsum in necessarium antecedens supponens.*

45 *Doctores Valentini aliam opinionem sequentes, non memorant reservationem contentam* in privilegio institutionis Regiæ Audientiæ *ex quo desumenda est ratio decidendi.*

46 *Supplicationis causæ introductæ in altera Aula Regiæ Audientiæ faciliter expediuntur, & quare.*

47 *Supplicationis causæ expediendæ in Supremo, majores solemnitates requirunt.*

48 *Solemnia quæ sint, & quomodo exhibenda in Supremo. Decretum admittens supplicationem, quale interponatur in Regia Audientia, ibid.*

49 *Dilationes quæ conceduntur ad comparendum in Supremo.*

50 *Causæ quæ recta via per appellationem duci possunt ad Supremum.*

51 *Appellationum causæ quæ solemnia requirant, ut in Supremo admittantur.*

52 *Inhibitio in his casibus datur nisi appellatio admissa tantum sit quoad devolutivum, quia tunc causæ cognitio ad inhibitionem concedendam desideratur.*

53 *Recursus à denegata appellatione, vel supplicatione qualiter introducatur.*

54 *Citatio in literis concessis recursu introducto, quæ contineat.*

55 *Tertia sportularum pars, debita ex pronunciatione evocationis, extra processum adest, & sic non imputatur.*

56 *Annus fatalis in supplicatione computatur à die quo supplicatio interposita fuit.*

57 *Cautio pro expensis non admissa, vel præstita in Regia Audientia an admitti, vel præstari possit in Supremo.*

58 *Admissio supplicationis semper præcedit oblationem, & præstationem cautionis pro expensis.*

59 *Impedito facto judicis, non curit annus fatalis.*

60 *Annus fatalis ad prosequendam supplicationis causam concessus est.*

61 *Annus hic accelerari potest dum Judicis substantialia non deficiant.*

62 *Adimpletis per supplicantem intra annum eis quæ ad ipsum spectant, sententia non transit in rem judicatam.*

63 *Fatalia in Supremis non currunt, non interveniente negligentia partis.*

64 *Supremus concedit quotidie prorogationem fatalium.*

65 *In consistorio Principis non est attendenda mora expeditionis, nisi procedat ex negligentia litigantis.*

66 *Senatus Principem repræsentat, & est pars corporis ipsius.*

67 *Partium desidia, & cavillationes in protelandis litibus perpenduntur.*

68 *Instauratoriæ fatalium post desertionem incassum quomodo petantur.*

69 *Instauratoriæ solum à Principe conceduntur, quia est de regalibus.*

70 *Princeps in concedenda gratia rationabiliter se gerere debet.*

71 *Ante declarationem desertionis Regia Audientia potest cognoscere de meritis causæ despecta desertione.*

72 *Praxis petendi instauratorias in Supremo Aragonum consilio.*

73 *Pauper non habens fidejussores, sive ad expensas, sive ad faciendam sententiam exequibilem, admittendus est cum juratoria cautione.*

74 *Etiam si statutum pro forma requirat cautionem.*

75 *Doctores contrariam sententiam tuentes.*

76 *Negativa opinio magis recepta est in Supremis Curiis, si agatur de re magni momenti.*

77 *Distinctio Ioannis Dexart respectu rei peritura, vel non peritura, rejicitur.*

78 *Prima sententia in puncto juris verior est & amplectenda.*

da quoties jus pauperis perire poteſt ſi non admittatur juratoria cautio.

79 *Deciſio Regia Audientiæ, & Supremi.*

80 *Depoſitum, & pignora ſuccedere poſſunt loco cautionis.*

81 *Tabula numularia civitatis Valentiæ offerri, & admitti ſolet loco cautionis, & de praxi.*

82 *Omnes poſtulantes executionem ſententiæ à qua ſupplicatum eſt, tenentur præſtare idoneam cautionem.*

83 *Prælati, Magnates, Titulati, Barones, Univerſitates & divites ſub regula comprehenduntur.*

84 *Limita in eo qui redundantia fortunarum idoneus per notorietatem facti judicatur.*

85 *Cautiones in Regno Valentiæ non periculo Tabellionum, ſed judicantium & admittentium, recipiuntur.*

86 *Arbitrium judicantium diſcernit an cautio ſufficiens ſit ad id de quo agitur.*

87 *Obligatio civitatis Valentiæ, vel Capituli Almæ Sedis Metropolitanæ ejuſdem, admittitur loco cautionis per Reg. Aud. ſed cæteris Univerſitatibus denegatur.*

1 SUpplicationis remedium, jure extraordinario ex mera Principis gratia introductum, adverſus ſententias eorum judicum qui nomine ipſius Principis judicant in collaterali Senatu, vel in Prætorianis conventibus latas, quia ob excellentiam appellare fas non eſt, conceſſum à principio fuit, ut probat tex. *in l. unic. §. 1. ff. de offic. Præfect. Prætor. l. 1 §. 1. & 2. ff. à quib. appell. non licet, l. ſi quis 30. l. jubemus 34. C. de appell. l. ſi quis 5. & aut. quæ ſupp. C. de precib. Imper. offer.* cum aliis pluribus congeſtis per
2 P. Rebuffum *ad leg. Gal. tit. de ſupplicat. in proem. ex n. 12.* Don Ludov. Peguera *in prax. rubr. 26. n. 2.* & ibi Ripoll *n. 7.* Oliban. *de action. p. 2. lib. 1. c. 15. n. 17.* plura & plures recenter congerens Ignatius Pereyra *tract. de reviſionib. c. 3. per tot.* ſupplicatio namque, reviſio, & reclamatio ſinonima ſunt, & effectu unum & idem, ut præter laudatos firmant Scacc. *de appell. q. 19. remed. 3. n. 1. cum ſeq.*
3 Fontanel. *dec. 411. n. 17.* Calix. Ramirez *de leg. Reg. §. 25. n. 43.* Novar. *ad pragm. Neapol. tit. de offic. ſacr. conſil. collect. 4. ex n. 2.* Ciriacus *contr. lib. 2. c. 213. n. 20* Capicius Galeota *lib. 1. c. 19 ex n. 2.* Sed jam ordinarium remedium effectum eſt, poſtquam lege expreſſa conceſſum reperitur ut bene notant Fontanella *dec. 5. n. 15.* & Ripoll
4 *in prax. Peguer. d. rub. 26. n. 8.* Giurba *dec. 35. n. 4.* in noſtro enim textu generaliter conceditur finita lite; & ea pendente caſu quo Judex edere partibus acta proceſſus renuat, vel interlocutiones, quod jure cautum reperiebatur ut ſtatim probabo: & ſic nemo negare poterit quod
5 per forum conceſſum eſt à glorioſiſſimo Iacobo I. ab ipſa expugnatione Regni. Quod tranſlatum à Regno Aragoniæ fuit, in quo tunc temporis in uſu erat hoc remedium licet poſtea interdictum ex foro ſpeciali, & in ejus locum ſubrogata electio juris firmæ, quæ ſupplicationis naturam ſapit, ut ex vitali Epiſcopo tradit Ramirez *d. n. 43.* ſunt enim verba noſtri fori deſumpta ex
6 verbis Conſtantini Imperatoris *in l. 2. C. ut lit. pendent. & in l. ſupplicare 6. C. Theod. de appell.* Si enim jure Valentino à priſtino illo tempore per legem introductum hoc remedium reperitur, dum in ea regula datur ſupplicandi; elare ſequitur jam admiſſum jure ordinario fuiſſe, & derivatum in poſteros, ut reſultat ex tex. *in extravag. ſuper fide juſſ. præſtanda fol. 57.* quæ eſt pragmatica Regis Petri II. & eadem cum promulgata, Cathaloniæ per eundem Reg. Petrum quam de verbo ad verbum poſuit Thomas Mieres *p. 2. collat. 6. c. 8. Cur. Montiſ. poſt n. 60.* ſic mentio de ſupplicatione habetur *in privil. 18. Regis Alphonſi III. in privil. 36. Regis Ferdinand. II. in for.*
7 *6. 7. & 37. de appell.* qui ſunt invicti Caroli V. *in for. 18. cur. anni* 1604. qui eſt Philippi II. apud Caſtellanos III. *& c. 9. actor. cur. Brachiorum Eccleſiaſtici & Militaris anni* 1626. quod eſt Philippi III. apud Caſtellanos IV. quare recte concluditur, remedium hoc ordinarium effectum fuiſſe: & ſic non pendere jam ex gratioſa Principis conceſſione, ut Rebuffus Pereyra & alii dixerunt *locis citatis*, ſed concedendum neceſſarie eſſe cunctis implorantibus, in caſibus à jure permiſſis.

Omittendo igitur Ethymologiam nominis, differentias 8
ſupplicationis, ac formam impetrandi à Principe litteras gratioſas, Senatui remiſſas de quibus late Rebuf. & Pereyra *locis citatis* cum omnia hæc ſupervacanea ſint, in Regno Valent. ſicut in cæteris Regnis Hiſp Monarchiæ poſtquam remedium, hoc effectum fuit ordinarium, & in ipſis Senatibus conceditur, vel denegatur in caſibus in jure expreſſis: Statuendum eſt, quod remedium ſupplicationis in eo regulariter differt ab appellatione, ut concedatur in omnibus caſibus in quibus appellatio denegata reperitur propter excellentiam Judicis proferentis ſententiam, adverſus quam interponitur, & ſic regulariter ad inſtar appellationis tractatur, concluditur, atque diffinitur: ut expreſſe cautum habemus in *d. for. 37. de appell.* 9
ibi: *de juſticia à pari debent judicari les cauſes de apellacions, e ſuplicacions.* Et de jure idem probat tex. *in l. fin. §. cui conſentaneum, C. de temp. appell.* docent Rebuf. *d. tract. de ſupplicat. in proem. n. 75.* D. Leo *dec. 28. n. 3. deciſ. 42. n. 1. dec. 103. n. 2. tom. 1. dec. 165. n. 7. dec. 166. n. 11. to. 2.* Ioſeph. Ramon. *conſ. 41. n. 7.* Fontanella *dec. 404. ex n. 11. dec. 408. n. 8. & dec. 411. n. 18. cum ſeqq.* Ant Faber. *in C. lib. 7. tit. 14. defin. 2. n. 4. in alleg.* Valenz. *conſ. 195. n. 4.* Scacc. *de appel. q. 19. remed. 3. per tot.* præcipue *n. 24.* Ant. Amato *var. lib. 1. reſol. 6. ex n. 22.* Ciriac. *contr. 183. n. 6. & contr. 413. n. 14.* Ciarl. *contr. lib. 2. c. 148. ex n. 23.* Capic. Galeota *lib. 1. contr. 19. n. 43.* Giurba *dec. 30. n. 7.* Pareja *de inſtr. edit. 12. tit. 6. reſ. 6. n. 11.* Ignatius Pereyra *de reviſ. c. 9. ex n. 1.* 10
c. 46. n. 11. & c. 82. n. 16. de quo aliqua prænotavi ſup. *c. 8. §. 9. n. 89. & tr. de re crim. contr. 1. n. 66. in fin.* Sed quia in aliquibus differunt; iſta concluſio ſic accipienda eſt, ut procedat dum in jure aliter expreſſum non reperiatur. Quare notandæ ſunt differentiæ obſervatæ in foro, & praxi noſtri Regni Valentiæ inter appellationem, & ſupplicationem; quæ quidem magis ritum procedendi, quam rectum in judicando reſpiciunt: ut eis cogniris, quoad cætera judicium ſupplicationis reguletur per ea quæ notata ſunt § *præced.* in quo de appellatione differui.

Prima differentia in eo conſiſtit, quod appellatio ad 11
ſuperiorem Judicem interponatur per ea quæ dixi *d. §. præced. n. 2. cum ſeqq.* ſupplicatio vero interponitur ad eundem Judicem, ſive Tribunal, à quo ſententia ſupplicata dimanat. tex. *in d. l. unic. ff. de offici Præfect. Prætor.* ibi: *niſi ab ipſis Præfectis Prætorii.* cui non obſtat tex. *in l. unic. C. de ſent. Præfect. Prætor.* dum dicitur quod ſupplicatio interponatur ad Principem ipſum intra biennium. Nam hoc jus immutatum fuit per Juſtinianum Impe- 12
ratorem *in Novella 119. c. 5.* concedendo licentiam ſupplicandi ad ipſum Præfectum Prætorio, ſive ad ejuſdem intra decem dies, quo facto ſententia executioni dari nequit, niſi præſtita cautione, ut ſtatim dicam. Licet per hoc novum jus non videtur abrogata facultas ſupplicandi ad Principem intra biennium *ut in fin. d. c. 5. ejuſdem novellæ* dicitur.

In Regno Valentiæ ita hæc in praxi recepta ſunt, 13
ut in appellatione ſemper cauſa deferatur ad alium Judicem Superiorem ut *dixi d. §. præced. ex n. 2.* in cauſis vero ſupplicationis ab initio inſtitutionis Regiæ Audientiæ (quæ Prætorialis eſt dum judicat nomine Principis, ſicut Cæſarauguſtana, & Barchinonenſis) cauſæ ſupplicationis reſervatæ Principi omnino remanſerunt, ut expreſſe dicitur *in privil. 36. §. e mes ſtatuim, ſanc. im, eordenam que nengunes cauſes D. Regis Ferdinandi II.* in 14
quo inſtitutio Regiæ Audientiæ continetur. Verba ſunt hæc: *ſino tan ſolament les cauſes de ſuplicacions, de les ſentencies promulgades en dit noſtre real conſell: la cognicio, y deciſio de les quals a noſtra Real perſona reſervam.* De hoc jure meminit D. Creſpi *obſer. 15 n. 15.* licet hanc ſpecialitatem omiſit; quod mirandum eſt, dum de cauſis, quæ extra Regnum judicari non poſſunt, differe-

bat;

bat ; & ignorare non poterat cauſas ſupplicationis quotidie extra Regnum diffiniri. Poſtea ut impenſis in
15 rebus parvi momenti parceretur per *d. for.* 18. *Cur. anni* 1604 ſtatutum fuit, quod in cauſis minoris ſummæ mille librarum, dum non ſint de bonis fideicommiſſo ſucceſſivo ſubjectis, debeat ſupplicatio interponi ad aliam Aulam ejuſdem Regiæ Audientiæ. Tunc enim ſolum inſtituræ reperiebantur duæ Aulæ, una civilis, & altera criminalis, & ſic ſupplicationes iſtæ ducendæ erant in Aula criminali. Sed quia præ multitudine ne-
16 gotiorum una Aula civilis non ſufficeret, per *Regiam Pragmaticam ann.* 1607. inſtitutæ duæ Aulæ civiles fuerunt, inſtante Regno, cujus pragmaticæ diſpoſitio, diſpoſitione *for.* 22. *curiar. anni* 1626. confirmata fuit. *in c.* 4. *ejuſdem pragm.* cautum fuit, quod ſupplicatio in his cauſis minoris ſummæ, de una ad aliam Aulam civilem interponeretur, quod ab eo tempore praxi receptum eſt. Si enim deformes ſententiæ reſultarent, cautum fuit
17 in eodem *for.* 18 *anni* 1604. quod ſupplicatio interponeretur ad Supremum, ſed poſt *d. pragm. anni* 1607. ita admiſſum eſt, ut ſupplicatio ſecunda à ſententiis deformibus Aularum civilium interponatur ad Supremum, & in ea introducta ſi cauſa minoris ſummæ eſt, committitur decidenda in Aula criminali, ſed hæc diſpoſitio,
18 quoad regulandam minorem ſummam, extenſa eſt ad cauſas duarum mille librarum per *c.* 9. *actor. Cur. Brach. Eccleſiaſt. & Militaris ejuſdem anni* 1626. cujus diſpoſitio tanquam foralis admiſſa eſt, vel quia deficit proteſtatio Brachii Regalis, ut dixi, *ſup. c.* 1. § 2. *n.* 49. *&* concepta reperiatur per verba inducentia diſpoſitionem generalem, ut notat Dominus Creſpi *obſ.* 1. *n.* 198. Vd
19 quia tanquam favorabilis litigatoribus, nullus ex Brachio Regali exceptionem oppoſuit, quæ ei competebat ex defectu conſenſus illius Brachii. Et ſic hodie viget uſus ſupplicandi ad aliam Aulam civilem in cauſis à duobus mille libris, & infra, & in ſuo caſu Supremum committit Aulæ criminali definitionem ſecundæ ſupplicationis, ut dixi. Ita ut ſupplicatio interponatur ad Principem juxta *d. l. unic. C. de ſent. Præfect. Prator.* in cauſis nempe majoris ſummæ, & ad idem Tribunal juxta *d. l. unic. ff. de offic. Præfect. Prætor. d. Novel.* 119. *c.* 5. in cauſis nempe minoris ſummæ.

Ex quibus clare colligitur, quod licet à ſententiis
20 Regiæ Audientiæ Valentinæ ſupplicatio interponatur ad Supremum, non ex eo amiſit præeminentiam Prætorialis conſiſtorii, nam in *d. l. unic. C. de ſent. Præfect. Prator.* clare dicitur, quod ſupplicatio interponenda erat ad Principem, abſque eo quod excellentia illius conſiſtorii abrogaretur. Sed utroque caſu ſive interpo-
21 natur ſupplicatio ad Principem in Supremo, ſive ad aliam Aulam in eadem Regia Audientia, ſemper intra decem dies interponenda eſt, ut expreſſe cautum eſt *in d. extravag. c.* 2. & notant D. Leo *deciſ.* 88. *n.* 8. & Fontanella *d. dec.* 408. *n.* 10. alias ſententia tranſit in rem judicatam ut *in eod. c.* 2. *extravag.* dicitur.

Secunda differentia eſt, quod ſecundum foros Valen-
22 tiæ in cauſa appellationis apoſtoli poſtulandi ſunt infra quindecim dies ab ipſa appellatione, vel juxta praxim in hoc termino cauſa ipſa introducenda eſt coram Judice *ad quem* ut probavi *d.* §. *præced. cap.* 16. *cum ſeqq.* Supplicatio vero non requirit apoſtolorum poſtulationem, neque tam celerem introductionem, quia totum annum fatalem habet, conceſſum ad introducendam, proſequendam, & concludendam cauſam ut *in eod. c.* 2. *ejuſdem extravag.* dicitur, & notat D. Leo *d. deciſ.* 88. *n.* 9. Anno tamen elapſo cauſa remanet deſerta, & ſententia tranſit in rem judicatam, & amplius de meritis cognoſci non poteſt, niſi inſtauratoriæ ex mera gratia Principis obtineantur, vel ex capite injuſtitiæ deſertio deſpiciatur, ut infra dicam.

23 Tertia differentia eſt, quod appellatus poteſt adhærere appellationi adverſarii nulla obſervata ſolemnitate, ut pluribus congeſtis dixi *d.* §. *præced. num.* 10. & tunc prodeſt ei appellatio adverſarii, etiam quoad capita ſententiæ non appellata, dum adhæreat intra decem dies, etiam ſi connexa non ſint. Imo ſi à ſententia ſimpliciter interponatur, in totum appellato prodeſt ut docent Ramon *d. conſ.* 41. *n.* 7. Ciriac. *d. controverſ.* 183. *n.* 4. & pluribus Ignatius Pereyra *d. tract de reviſ. c.* 85. *n.* 3. & notavi *d.* §. *præced. n.* 73. *cum ſeqq.* At vero in cauſa ſupplicationis, ut remedium ſupplicato prodeſſe poſſit, quoad capita non contenta in ſupplicatione adverſarii, non ſufficit ei adhærere intra decem dies; ſed requiritur quod præſtet cautionem de expenſis ſolvendis caſu ſuccumbentiæ, juxta formam *d. extravag. cap.* 1. ne ad imparia judicentur. Ut docet Domin. Leo *d. dec.* 103. *n.* 3. quem citat & ſequitur Fontanella *deciſ.* 413. *n.* 10 ea nimirum ratione, quod in Pragmatica Regis Petri, quæ ut dixi etiam promulgata fuit in Principatu Cathaloniæ, clare dicitur, ſed ab ea Audientia, quoad hoc non obſervari fatetur. Quibus non obſtant tradita per Alvar. Valaſc. *conſult.* 51. *n.* 23. *&* 24. & Pereyram *d. c.* 85. *ex n.* 9. tenentes quod ſupplicatio ſive reviſio, non prodeſt adverſario impetrantis remedium, ſive ſupplicatio gratioſa ſit, ſive Juſtitiæ, quod ipſe Pereyra explicat *c.* 87. *n.* 6. *cum ſeqq.* in rebus dividuis. Sed hoc non procedit extra Luſitaniam, quia ut bene dicit Giurba *d. dec.* 30. *n.* 8. id procedit ex eo, quod apud Luſitanos non omnibus competit remedium reviſionis, ſed eis tantum quibus ſpeciali gratia Princeps conceſſit, nam de Juſtitia ſolum admittitur in duabus ſpeciebus, nempe falſitatis probationum, vel corruptionis Judicis, ut tradit idem Pereyra *c.* 7. *n.* 2.

At in Regno Valentiæ, ſicut in Regno Siciliæ, omnibus indiſtincte competit ut Giurba probat *d. num.* 8. Quare adhærens ſupplicationi ſui adverſarii, ad obti-
26 nendam revocationem in capitibus præjudicialibus, cautionem pro expenſis offerendo, & præſtando ſupplicationem in effectu interponit, & ſic ea juvari debet ut docet D. Leo *dict. deciſ.* 103. *n.* 3. Neque adhuc ex eo quod executionem poſtulet in capitibus ſibi proficuis, ſententiam probat, quoad præjudicialia, quæ non ſunt connexa; nam tot cenſentur ſententiæ quot ſunt capita ut *ex tex. in l. ſi qui ſeparatim* 10. §. *ſi quod, ff. de appellat.* cum Scaccia, Antonio Gomez. Cancerio. Gregor. Lopez, Tuſco, Azevedo, Bolaños, Salgado, Barboſa, Ayllon, Peguera & Ripoll probavi *tract. de re criminal. controverſ.* 3. *num.* 50. Ex quo principio ſequitur, quod approbatio aliquorum capitum non excludit remedium imploratum adverſus capita ſeparata, quomodo intelligenda ſunt tradita per Pariſium *conſil.* 118. Cravetam *conſil.* 103. *n.* 12. *cum ſeqq.* Tuſcum *lit. R, concluſ.* 313. *n.* 16. *&* 17. Valaſcum *d. conſult* 51. *n.* 55. Petrum Gregorium *ſyntagm. lib.* 50. *c.* 1. *n.* 41. Giurbam *d. deciſ.* 66. *n.* 4. Scacciam *d. remed.* 3 *num.* 11. & alios congeſtos *d.* §. *præced. n.* 108 nam reſpectu eorum, quorum executio poſtulatur, cum connexis, quia approbata remanent, ſupplicatio prodeſſe non poterit. Secus vero quoad capita impugnata, quæ nullam connexitatem habent cum approbatis, ut explicat Fontanella *d. deciſ.* 413. *num.* 7. *&* 8.

Quarta differentia eſt, quod appellans arguit de ini-
27 quitate ſententiam, conqueritur de errore judicis, vel de ignorantia per tex. *in l. apertiſſimi, C. de judic. l.* 1. *ff. de appellat* Faber. *in C. lib.* 3. *diffin.* 14. *tit.* 3. *n.* 8. *in alleg.* Fontanella *dec.* 271. *n.* 5. *&* 6. cum ſimil. At ſupplicans erro-
28 rem proprium allegat in facto, & adverſarii calliditatem, vel circumventionem ut colligitur ex tex. *in l. Præfecti* 17. *ff. de minor.* cum aliis latè congeſtis per Rebuffum *ubi ſup. n* 9. *cum ſeqq.* D. Creſpi *d. obſ.* 9. *num.* 61. Qui enim appellat, judicem accuſat, non ſe ipſum: qui vero ſupplicat, ſe & ſui inconſultam facilitatem, & errorem proprium accuſare debet, ut in ſimili notat Dionyſ. Gothofred. *ad d. l. Præfecti*, licet Fontanella *deciſ.* 412. *n.* 22.

hanc

hanc differentiam omnino non agnoſcat, ea ductus ratione, quod ſupplicationis remedium conceſſum ordinario ſit per conſtitutiones: ſed per hoc non aufertur vinculum reverentiæ debitæ Prætorianis Senatibus, qui nomine Principis ſententias ferunt, ut ipſe tandem agnoſcit.

29 Quinta differentia eſt, quod appellatio poteſt bis interponi à quolibet gravamine, ut habetur expreſſum in Rubrica, *& l. uni. C. ne liceat tertio provocar.* & de jure noſtro *in for.* 20. *de appell.* ſupplicatio verò ſemel à qualibet ex partibus interponi valet tex. *in l. fin. ff. de collect. detegend. d. l. ſi quis* 5. *C. de precib. Imper. offer.* tradunt Rebuf. *ubi ſup. num.* 88. Ciriac. *dict. controverſ.* 183. *numero octavo*, Fontanella *deciſ.* 117. *numer.* 7. Cancer *var. lib.* 3. *c.* 18. *n.* 31 Joſeph. Ramon *conſ.* 88. *n.* 1. Ant. Amato *d. reſol.* 6. *n.* 1. Larrea *dec.* 59. *n.* 3. *& 16. & dec.* 77. *n.* 1. plura & plures congerens Salgad. *de reg. protect. p.* 3. *c.* 16. *num.* 68.

30 Niſi illato novo gravamine, nam hoc in caſu, ab eo ſupplicatio admittitur, quæ non ſecunda, ſed prima effecta eſt, de quo late Ferrer. Peguera, & Cancer apud Ramon. *d. conſ.* 88 *n.* 3. Larrea *d. dec.* 77. Vela *diſert.* 35. *n.* 52. vel in Regno Caſtellæ, in quo certis in caſibus ſupplicatio ſecunda admittitur juxta legem *ſego hia* quæ eſt *l.* 1. *& 4. tit.* 20. *lib.* 4. *recop* ſub pœna mille, & quingentorum aureorum de qua late Azevedo *in his jurib.* Larrea *dec.* 78 Pareja *d. reſolut.* 6. *per tot* qui alios congerunt. Sed hæc diſpoſitio ſolum in eo Regno obſervatur.

31 Sexta differentia eſt, quod appellatio regulariter ſuſpendit judicatum tex. *in l. 1. in fin. ff. ad Turpil. & in rubr. & l. unic ff. nil. novar. appell. pend. l. appell. C. de appell. c. venientes de jur. juran. for. 2. d. appell.* & communiter DD. in his juribus. At ſupplicatio judicati effectum non ſuſpendit, ſi cautio debita præſtetur. *d. aut. quæ ſupplic. C. de precib. imperat. offer. d. Novella* 119. *c.* 5. *d. extravag. proviſ. ſup. caut. c.* 2. docent Rebuffus *ubi ſup. n.* 89. Ramon. *conſ.*

32 100. *n.* 313. Novar. *ad pragm. Neapol. d. collect* 4. *n.* 12. Ciriacus *contr.* 180. *c.* 4. *& contr.* 185. *n.* 7. D. Leo, Carlevalius, Cancerius, Fontanella, Thoro, Berlichius & alii per me congeſti *ſup.* 10. §. 1. *n.* 164. Quibus addendi congeſti per Velam *diſert.* 36. *n.* 21. *& 24.* qui bene tradit rationem quare in Regno Caſtellæ ſententia prima cujuſlibet Senatus exequibilis non fiat; nempe quia licet jure partitarum præſtita cautione executioni mandaretur, ſecundum jus commune, per *l. fin. verſ. e ſi entonce tit.* 24. *part.* 3. novo jure, hoc eſt *l.* 2. *in fin. tit.* 19. *& l.* 1. *in fine etiam tit.* 20. *lib.* 4. *recopilat.* immutatum fuit.

33 Septima differentia eſt, quod Judex appellationis inhibet eo ipſo quo appellationem ipſam admittit, Judicem à quo provocatum eſt, ut dixi §. *præced. n.* 38. *cum ſeq.* At vero in ſupplicatione inhibitio non conceditur, neque neceſſaria eſt: tum quia religioſiſſime ea interpoſita ſuſpenſio obſervatur quouſque cautio præſtetur: tum etiam quia quanquam ſupplicationis cauſa in Supremo introducatur, nunquam ab eo inhibitio dimanat, ut alibi dixi,

34 & ante me D. Leo *d. dec.* 88. *n.* 13. Neque dimanare poteſt abſque præjudicio naturæ ipſius cauſæ ſupplicationis. Nam ſi ex eo quod ſententia nomine Principis proferatur, exequibilis eſt ex ſui natura præſtita cautione, ex juribus ſuperius allatis; clare ſequitur quod per inhibitionem, quæ ligat manus judicis *à quo*, deſtrueretur potior prærogativa Regiæ ſententiæ contra id ipſum quod jura ſuadent.

35 His differentiis notatis, ad quas cæteræ, ſi quæ ſunt, reduci poſſunt; cum duo ſint genera ſupplicationum in praxi Regni admiſſarum juxta foros; unum earum quæ interponuntur ad idem Tribunal in alia Aula civili, & aliud earum quæ deferuntur ad Supremum; tenendum eſt quod in ſuo origine cognitio harum cauſarum totaliter pertinebat ad Supremum; quia Catholicus Rex Ferdinandus *in d. privil.* 36 §. *emes, ſtatuim*, expreſſis verbis *ſupra* relatis *n.* 15. ſibi reſervavit cognitionem cauſarum ſup-

36 plicationum; & poſt multos annos, centum ferme, per *d. for.* 18 *cur. Aam.* 1604. conceſſum fuit quod cauſæ minoris ſummæ mille librarum tractari poſſent in Aula criminali & per *pragm. anni* 1607. in alia Aula civili; & per *d. c.* 9. *actor. Curiæ anni* 1626. extenſa diſpoſitio fuit ad cauſas non excedentes duas mille libras. Ex quibus non obſcure infertur, quod reſervatio pertinaet in omnibus cauſis excedentibus hanc ſummam; & adhuc intra eam, ſi de re fideicommiſſo ſucceſſivo tractetur, etiam permanet reſervatio, quia exceptio hæc adeſt *in dict. for.* 18. & comprehenditur *in decreto d. c.* 9. Hæc ſumma regulanda 37
eſt per id quod continetur in petitione, non in condemnatione, ut optime notat Fontanella *dec.* 214. *n.* 3 Quare ſi aliter fiat, cauſam ſupplicationis majoris ſummæ, vel de re ſubjecta fideicommiſſo in alia Aula introducendo, nullius momenti judicium erit *per for.* 3 *in prin. quib. non nocet res jud.* tex. *in l. non dubium, C. de legib.* cum vulgat. D. Creſpi *obſ.* 6. *n.* 132. cum aliis quæ congreſſi *cap.* 8. §. 9. *n.* 80. deficit namque juriſdictio, quæ eſt baſis totius judicii. Neque iſte defectus ſanari poterit conſenſu partium, vel ex tacita, aut expreſſa prorogatione: quia juriſdictio limitata ad certam ſummam prorogabilis non eſt tex. *in C. P. & G. de offic. delegat. l. repetita* 40. ubi Bald. *C. de Epiſcop. & Cler.* Felin. *in c. cæterum num.* 22. *de judic.* Socinus *in c. ſignificaſti numer.* 30. *for. d. compet.* Iaſon *in l. teſtamenta n.* 2. ubi etiam Rimin. *C. de teſt.* Fran. Marcus *dec.* 529. *n.* 7. *p.* 2. Nata *conſ.* 82. *n.* 7 Vantius *de nullit. tit. ex defect. jur. n.* 5. Amat *dec.* 9. *n.* 22 Gratian. *deciſ* 78. 39
n. 3. D. Leo *dec.* 105. *n.* 6 qui omnes tenent inſanabile hoc vitium eſſe. Et quanquam contrarium probari videatur in *l. de qua re*, §. 1. *de jud. for.* 22. *de judic.* cum aliis congeſtis per D. Leo *d. dec.* 105 *n* 14 Fontanellam *d. dec.* 375. *n.* 6 & per me *c.* 5. § 4. *n.* 27 procedit dummodo aliter ſpecialiter non ſit cautum, & nos cautum aliter in ſpecie habemus *in d. privil.* 36. §. *emes.* & hoc modo limitat dictum 40
D. Leo *d. dec.* 105. *n.* 15. Quæ maxime procedunt quando limitatio non reſpicit favorem litigantium, ſed publicam utilitatem quam Rex Ferdinandus contemplavit in *d. privil.* 36. Et quando diſpoſitio concepta eſt per dictionem negativam, tex. *in c. cum dilectus* & ibi Gloſſa *verb. à ſuſpenſis, de conſuetud* plutibus Fontanella *d. dec.* 375. *n.* 13. *cum ſeqq.* & *dec.* 387. *ex n.* 17. D. Leo & cæteri congeſti §. *præced. ex n.* 88. ſed *d. c.* 9. conceptum eſt cum dictione negativa, ibi: *ſi ſera de major ſuma de mil liures y* 41
que no exedaixca de doſmil. Ergo dum excedit, nequit Regia Aud. introductionem admittere in alia Aula, neque de cauſa judicare, etiam ſi utraque pars conſenſum præſter. 42

Demum quia ut dixi, cognitio cauſarum ſupplicationis à Regiis ſententiis interpoſitæ, reſervata per Principem ſibi fuit in *d. privi.* 36 §. *emes, ſtatuim. in fin.* ſed in reſervatis Principi non datur prorogatio tex. *in c. per venerabilem*, §. *inſuper qui ſi. ſine legiti. n. l.* 1. *& 2.* ubi DD. *C. ſis non compet. jud. certa ratione cum ſeq. C. quand. provocar. non eſt neceſſ. l.* 2. §. 2. *ff. de judic. l. ſi per errorem, ff. de juriſdic. omn. judic. l. jus publicum, ff. de patris. l. teſtandi cauſa* 13. *C. de teſtam. l. licet, C. d. judic. l.* 2. *C. de jur. fiſ.* quod expreſſe dixit Ulpian. *in l. l.* 2. §. 2. *ff. de judic.* ibi: *niſi ſpecialiter Principali juſſione prorogatio furrit inhibita*, docent Bartol. *in l. obſervare, num.* 6. *& 7 ff. de offic. Proconſ.* Baldus *in cap.* 1. §. *fi. num.* 19. *de prohib. feud. alien. per Feder. & in l.* 1. *col.* 13. *C. q ci accuſ. non poſ.* congeſti per Tuſcum *lit. P. concl.* 927. *num.* 33 Covarruv. *in epit ad* 4. *de cretal. part.* 2. *cap.* 8. §. 8. *num.* 3. Capicius *deciſ.* 9. *num.* 4. *&* 14. Peregrin. *de fideicom. art.* 23. *num.* 17. Petr. Barboſa *in l.* 1 *art.* 3. *num.* 136. *& ſeq. ff. de judi.* & melius ad rem *art* 4. *num.* 37. Capiblanc. *de Baron. prar.* 8. *num.* 105 Car- 43
leval. *de jud. lib.* 1. *d. diſput.* 2. *numer.* 1128. *cum ſeqq.* Cancer *var. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 217. Cortiada *deciſ.* 27. *numer.* 83. Quod adeo procedit, ut nullitas iſta ſanari nequeat etiam approbatione Principis, ut expreſſe docet Solorzanus *de jur. Indiar. tom.* 2. *lib.* 2. *capit.* 28 *numer.* 20. dicens *Quando juriſdictio eſt ablata inferiori, vel reſervata ſuperiori, non poteſt inferior de cauſa cognoſcere, ex tacito, neque*

expreſſo

expresso consensu litigatorum, neque ejus jurisdictio prorogari etiam non opposita nullitate, imo nec acta ab eo validari, aut ratificari per ratihabitionem illius qui poterat delegare. Quod pluribus jutibus atque auctoritatibus de more confirmat. Ad id valde conducit decisio Regiæ Audientiæ adducta per DD. Petrum Sanz *lit. S. observat.* 19. dum in ea supponitur illum qui postulaverat bis mille libras, obtinuisse condemnationem in quingentis tantum, renunciasse ulteriori petitioni, ut sibi
44 admitteretur supplicatio in altera Aula (quæ renunciatio fieri potest ex doctrina Ananiæ *singul.* 469. Vincentii *de Franchis dec.* 141. *& dec.* 308. Bobadillæ *politicor. lib.3.ca.8.num.* 238. Scipion. Roviti *ad pragm. Neapol. tit. de offi. sacri consil. prag.4.num.* 8.) si enim renunciatio necessaria fuit, clare convincitur quod permanente petitione pro majori summa supplicatio non fuisset admissa tanquam pertinens ad Supremum. Sic refert decisum sub Auditione Magni Ducis Ioannis Baptistæ Polo in favorem Augustinæ Belart contra Ioannem Pichon
45 *die* 31. *Ianuarii* 1633. & eam adducit ad probandum quod ex consensu partium, Regia Audientia cognoscere potest in alia Aula causam supplicationis majoris summæ: quod & tenuerat ipse Polo *ad dec.* 180.

En fundamenta utriusque opinionis. Sed meo Judicio res difficultate caret adhibito fœdere distinctionis. Quando enim limitatio solum respicit litigantis favorem, tunc enim dubium non est per ipsius consensum suppleri ut mihi probat eleganter tex. *in l. si Judex* 41. *ff. de minor.* ibi: *quia unicuique licet contemnere ea quæ pro se introducta sunt.* & sic vidimus quotidie subsistere renunciationem proprii fori, & submissionem alieni ut dixi *d.cap.* 5. §. 4 *num.* 28. à quo non discedo. Quando vero prohibitio non solum respicit utilitatem litigantis, sed auctoritatem Principis reservantis, qui tanquam fons, & origo jurisdictionis potest prohibere per tex. *in l. judicium solvitur, ff. de judic.* dummodo ipse facultatem non concedat, inferiores neque de consensu partium judicare poterunt. In nostra specie reservatio ipsi Principi *in d.privil.* 36. patens est; & sic non obstante voluntate partium in summis majoribus reservatio permanet, ac per consequens nullitas judicii provenientis *ex for.* 3. *quib. non nocet res judic.* dictumque Doctissimi Avunculi mei DD. Petri Sanz & Doctoris Polo non subsistit, cum neuter de dispositione *dict. privil.* 36. mentionem faciat, & ab ea desumenda est ratio decidendi.

46 Causæ igitur rite introductæ in alia Aula Regiæ Audientiæ per supplicationem, faciliter instruuntur, nam solemnia præ manibus habentur inspectis actis primæ instantiæ: litteræ citatoriæ non expediuntur cum citatio fiat per injunctionem libelli ipsius introductionis, admissæ; nisi supplicatus absens reperiatur, quia tunc postulandæ, & concedendæ litteræ sunt, cum termino competenti ad comparendum. Compulsoria non requiritur cum peracta originalis processus supplicationis causa expediatur, ut dixi §. *præced. num.* 178. Non gravantur litigatores onere solvendi sportulas cum ita cautum sit *in d.for.* 18. Et in quacumque hebdomade primus dies Audientiæ destinatus sit ad expeditionem causarum supplicationis. Ut habetur *in c. 5. d. prag.*
47 *erect. duar. Aular. anni* 1607. per forum confirmatæ. Quare celeriter, adhibita solita diligentia, finis harum causarum habetur. Causæ vero quæ pertinent ad Supremum difficilius aguntur, cum ad admissionem exigatur exhibitio solemnium, quæ consistunt in libello supplicationis interpositæ cum provisione fieri solita per Regiam Audientiam, quando admissibilis est, nempe *caveat juxta pragmaticam.* in cautione oblata, admissa atque recepta per publicum instrumentum, & in simplici copia ab scriba Mandati designata, ipsius sententiæ. His enim exhibitis in Supremo, simul cum suppli-
48 ci libello introductionis, admittitur, & concedunntur litteræ citatoriæ & compulsoriæ cum termino assueto. Nempe ad causas Regni Valentiæ triginta dies conceduntur; ad causas Insularum Balearium tres menses, ad causas Regni Sardiniæ sex menses: quod intellige si ibi lares habuerit citandus, nam si longius progressus fuerit, competens tempus ad comparendum debet ei assignari.

Ex istis metipsis Regnis aliquæ causæ sunt, quæ recta 49
via ad Supremum per appellationem duci possunt, ut causæ Regii Patrimonii, sententiarum latarum in Capitania Generali, vel per Regios Visitatores, sive officialium Regiorum, sive Universitatum. Istæ namque sententiæ latæ non sunt in Consistorio Prætoriali, sive in Regia Audientia, & non fruuntur privilegiis Regiarum 50
sententiarum, sicut neque latæ per Gubernatores Minoricæ, vel Ebusi, quare dici non potest quod ab eis supplicatur, sed tantum quod appellatio interponitur; ac per consequens necessaria cautio non est pro expensis solvendis, neque exhibenda sunt solemnia tempore introductionis; sed tantum copia libelli appellationis, 51
& sententiæ exhibita, introductio in Supremo admittitur, & conceduntur litteræ citatoriæ, compulsoriæ, & inhibitoriæ, ne Judex *à quo* ad executionem sententiæ procedat; quia hujusmodi sententiæ ex sui natura exequibiles non sunt, & apostolis postulatis, Judex *à quo* supersedere debet, ut cautum est *in l. 3. C. de appellat.* per tempus saltem primi fatalis; ut ipsius manus in quocumque eventu ligatæ remaneant, inhibitio conceditur; sicut in cæteris appellationibus, nisi ipsa appellatio admissa tantum veniat quoad devolutivum, & denegata quoad suspensivum prout in causis visitationum plerumque fit.

Si autem per viam recursus causæ introducantur, quod 52
evenit quoties appellatio, vel supplicatio denegata fuit, & appellans, vel supplicans non acquieverit denegationi, & recursum emittit ad Supremum à denegatione, appellando, vel supplicando; iterum volens esse ultimus in eo, & in recurrendo; quamquam Judex *à quo* dicat 53
ad calcem hujus libelli: *jam fuit debite provisum*, cum duobus libellis appellationis, vel supplicationis scilicet, & recursus, atque copia sententiæ, causa recursus introducitur in Supremo, & committitur uni ex Dominis ad recognoscendum supplicata, & dicere debet, *expediantur litteræ ad dicendum cur evocationi locus non sit.* cum prælibato termino, respective ad regionem ex qua causa ducitur, & in his litteris de stylo ponitur clausula *quod fiat citatio, casu quo opus fuerit, ad continuandam to-* 54
tam causam usque ad sententiam diffinitivam, & illius executionem inclusive. Et causa cognita conceditur evocatio, & inhibitio, si de jure procedat. Sicut causa etiam cognita solet inhibitio dari, si per inspectionem actorum appareat injuste denegatam fuisse appellationem quoad suspensivum.

Illum ipsum observatur, expediendi litteras ad dicendum cur evocationi locus non sit, quando pars asserit sibi admissam fuisse appellationem, vel supplicationem, sed non exhibet solemnia, aut libellum appellatio- 55
nis admissæ, quia etiamsi affirmet non creditur, & tantum compulsoria conceditur cum litteris citatoriis ut transportatis actis appareat an preces veritate nitantur: quibus perfectis, & concluso articulo, quod juris fuerit pronunciatur respectu evocationis, & suo in casu inhibitionis. Ex qua pronuntiatione debetur tertia pars sportularum totius causæ, quæ tertia non imputatur in salario principali, quia iste articulus dicitur *extra processum* cum non pertineat ad merita causæ. Quæ omnia habentur in summario formæ instruendi causas in Supremo, ipsius auctoritate typis dato *anno* 1659.

Ex his clare resultat quod tradita per DD. Fran. Hier. 56
Leo *decis.* 88. *ex n.9.* mutuata ut asserit, à Domino Regente

gente Joanne Sentis seniore subsistere nequeunt: neque adaptari possunt cum his quæ in praxi observantur tam in Regia Audientia, quam in Supremo. Licet enim verum sit quod primo loco dicit annum fatalem computandum esse à die supplicationis interpositæ ut constat *in d. extravag. c. 2.* & in supremo sæpius decisum est: quod addit, nempe quod oblata cautione, bis, iterumque in Regia Audientia, si ibi non recipiatur debet petere acta authentica processus, & causam supplicationis introducere in Supremo, & in eo postulare cautionem sibi admitti, & admittetur prout sæpius admis-
57 sam vidit; impossibile est quod sic se habeat. Nam ad hoc ut modo regulari introductio supplicationis admittatur debet constare de solemnibus ut dixi: & ut solemnia in Regia Audientia tradantur, tenetur succumbens supplicationem interponere, obtinere dictum decretum *caveat juxta pragmaticam* cautionem offerre, ejus receptionem impetrare per decretum *recipiatur cautio oblata*, eam effective præstare mediante instrumento authentico in actis posito, quibus factis nemini solemnia denegantur: aliquo ex his deficiente nemini conceduntur. Atqui solemnibus deficientibus introductio non admittitur: ergo perperam dicitur quod cautio hæc
58 præstari solet in Supremo. Si irregulariter procedatur, recursus emittitur: denegata supplicatione, & tunc non supplicationis causam, sed recursus introducit gravatus; debetque obtinere evocationem, & postea revocationem denegationis cum admissione supplicationis, quo in casu fateor libenter quod cautio recipi potest in Supremo. Neque enim de Regia Audientia præsumendum est, quod admissionem cautionis renuat juxta pragmaticam, quia solum ad expensas præstatur, ad quod quælibet sufficit, & libenter admittitur, neque de his controversiam unquam vidi, aut audivi. Acta processus authentica nemini traduntur, nisi ope compulsoriæ, vel auctoritate Judicis finita lite, dum integra postulantur; quæ omnia ipsis tyronibus notoria sunt. Et denique in ipsa *decis.* 88. supponitur disceptatio super admissione, vel repulsa supplicationis quomodo ergo cautio offerenda erat; si nondum jussum erat quod
59 caveret? Ex quibus omnibus convincitur non obscure; quod D. Regens Sentis, vel alitet dixit & à transcriptoribus vitiarum fuit, vel lapsum incurrerat, quoad praxim harum causarum. Si enim declaratio disceptationis super admissione vel repulsa supplicationis interpositæ impediatur facto Judicis, lapsus fatalium *non* imputatur supplicanti, ut dixi cum eodem D. Leo §. *præced. num* 51. si cavillatione partis, sic similiter, cum malitiis non sit indulgendum ut omnes Doctores tenent. Sed ex desidia, vel culpa propria procedat, sibi imputet, cum vigilantibus, & non dormientibus jura subveniant.

60 Annus enim præfinitus est *in d. extravag. c. 2.* ad prosequendam causam supplicationis, ibi: *quod pars supplicans infra unum annum à die supplicationis in antea continue sequentem causam ejusdem supplicationis prosequi teneantur, & ipsa causa infra unum annum debeat terminari, alias quod lapso dicto anno ipse sententiæ in rem judicatam habeantur.* Qui quidem annus per partes, Judice annuente, accelerari potest si substantialia perficiantur,
61 ut in casu D. Leon. *decis. 21. per tot. tom. 3.* sed regulariter concessum est ad introducendam, prosequendam, instruendam & concludendam causam supplicationis: Nam ista sunt ea quæ per supplicantem fieri possunt; quibus intra annum perfectis sententia in rem judicatam minimè transire potest, cum ea quæ spectant an decisionem Judicis sunt, & parti nocere non possunt si per eam non stetit quominus causa decidatur: ex eleganti ratione Justiniani Imperatoris *in l. fin. § 3. C. de tempor. appellat.* ibi: *cum iniquum sit propter occupationes florentissimi ordinis, quas circa nostra pietatis ministeria*
62 *habere noscitur, causam hominum deperire.* Tum quia in

hoc Supremo fatalia non currunt ut dicitur *in d. for. 72. de appellat.* & de jure tradunt Afflictis *decis. 78. numer. 4.* Capicius *decis. 109. num 5.* Christinus *decis. Belgicar. 114. vol. 4.* Ant. Faber. *in C. lib. 7. tit. 27. defin. 15. in princ.* Scaccia *de appellat. quæst. 15. nor. 131. cum seqq.* Galeota *d. contr. 19. num. 5. & 11. cum seqq.* Donat. Marin. *quotid. resol. lib. 2. cap. 79. num. 2.* Quod ego intelligo dum non 63
steterit per supplicantem, ut isti Doctores explicant, signanter Galeota, Rebuffus, Guido Papæ, Gailius, Thesaurus, Faber, & alii, absque eo quod obstent adducta per Marinis. *d. cap. 79. num. 2.* quia non negat de jure sic procedere, & observari in Regno Neapolis antequam pragmatica de qua tractant ederetur: sed dispositio ipsius non attinet ad nos. Tum etiam quia Senatus Supremus in quo istæ causæ supplicationis introducuntur, concedere potest, & solet prorogationem 64
fatalium, ut quotidie experimur adhuc ad diligentias faciendas per partes; quæ praxis nititur in text. *in Authent. ei qui appellat. C. de tempor. appellat.* per quem & secundi, & Tertii fatalis concedendi arbitrium Judici datur: de quo vide plures congestos per Giurbam *decis.* 116. *n.* 13. & 19.

Denique quia hoc specialiter concessum est Consistorio Principis per tex. *in authent. sed & his. C. eod.* Canonizata in *C. ei qui* 41. 2. *quæst. 6. ad fin.* cujus verba sunt. *sed & his quæ speratur in Consistorio Principis inferri, absque damno more maneat intacta, donec ipse faciat eam introduci, & à proceribus secundum morem dirimi.* 65
Hanc decisionem textus interpretatur Dionysius Gothofredus *in not. ad ipsum textum lit. C* dicens: *sistat per Principem quominus judicetur, non current tempora appellationis donec Princeps constituat qui cognoscat.* Sed idem procedit respectu Senatorum ut in simili considerat Ant. Faber. *in C. lib. 7. tit. 14. def. 1. num. 2. in allegat.* ibi: *exemplo ejus quod de Principe scriptum est, sunt enim Senatores pars corporis Principis, l. quisquis 5. C. ad leg. Jul. Majest.* vel quia summis negotiis ad Principem spectanti- 66
bus occupati, non semper vacare possunt expeditioni Judicialium ex *dict. tex. in l. fin. §. 3. C. de temp. appell.* cujus verba dedi *num.* 61. Verum ista ex abundanti dicuntur, raro namque per Senatorem, vel Senatores stat, quominus causæ expediantur. Plerumque partium desidia, plerumque causidicorum cavillatione litium exitus protelatur. Et nonnunquam ipsi litigatores clamantes pro expeditione, necessarias diligentias facere negligunt; cujus rei exemplum referam, quia ad rem maximopere conducit. Clamores cujusdam litigatoris 67
pro adipiscenda decisione litis ductæ ad Supremum ope remedii *videndi ac recognoscendi* ab anno 1593. ansam præbuerunt Senatui ad inspiciendum litis statum. Dominus cui commissa erat, ingenue fassus fuit, se expertem esse idiomatis Valentini, in quo acta universa compilata reperiebantur, ob quod relationem facere, facile non erat. Hac de causa abrogata ei commissio fuit, & mihi concessa. Ultra biennium transactum est, & pars quæ ingenter clamores emiserat, non solum diligentias ad expeditionem necessarias omisit, verum usque in hodiernum diem neglexit apponere in actis commissionem mihi concessam. Hujus generis plura exempla memorari possent, si expediret, vel luberet.

Aliquando etiam post commissam desertionem, vel 68
lapsum fatalium instauratoriæ postulantur, per quas causis jam mortuis spiritum vitæ Princeps inspirat juxta tex. *in l. 2. vers. quid si ita, l. fin. §. 4. C. de tempor. appellat.* de quo remedio tractant Bartol. *in l. divi fratres, ff. de pœnis, & in l. 1. §. si quis ultro, num. 3. ff. eod.* Baldus *in l. peremptorias C. sent. recind. non poss.* Jason. *in l. benefic. num. 31. ff. de constit. Princ.* Afinius *in prax. §. 2. c. 16. per tot. præcip. n. 14. & 15.* Guid. Pap. *dec. 185.* Afflict. *in c. quæ sint regal. n. 96.* Angel. *in l. 2. C. de tempor. appellat.* Gramat. *decis. 103. n. 11.* Nata *consil. 636. n. 76.* Maranta *de ordin. judic. part. 5. tit. & omnia fiant durante instantia ex n. 46.*

Capicius *decis.* 165 *in princ.* Boërius *decis.* 247. *n.* 10. Paris de Puteo *tract. de syndicat. verb. sententia verf. restat. n.* 5. Rolandus *d. consil.* 82. *ex n.* 11, *lib.* 4 Calic. *in extravag. Curia. c.* 7 *verb. consesimo primo.* Menoch. *conf.* 380. *n.* 4. Ponte *de potest. Proreg. tit. de diverf. provis. c.* 20. §. 1. *num.* 22. Costa *de remed. subsidiar. remed.* 94. *ex num.* 1. Carrozius *decision.* 44. *num.* 3. *& seqq.* Mieres *ad constit. Cathal in const. Reg. Alphonsi cap.* 11. *num.* 54. Fontanella *decision.* 198. *num.* 5. Ripoll. *tract. de regal. cap.* 13. *per tot.* & præcipue ad rem, *num.* 50. *cum seqq.* Dominus Leo *decision.* 107. *num.* 6. *&* 7. pluribus Giurba *dec.* 36. *num.* 11. Quæ quidem potestas instaurandi causas jam mortuas solo Supremo Principi superiorem non recognoscenti concessa est; & ea uti debet casu quo rationabilis causa concurrit, ut omnes isti Doctores tradunt, quorum aliqui causas enumerant. Quod nititur in eo quod semper Princeps in concedenda gratia rationabiliter se gerere debet per tex. *in l.* 2. *C de precib. Imper. offer.* docent Maranta *de ordin. judiciar. dict. part.* 5. *tit. & omnia fiant durante instantia, num.* 32. Ripoll. *dict. cap.* 13. *num.* 5. *&* 9. *& cap.* 24. *num.* 4. Dueñas *regul.* 43. *num.* 1. Alciatus *de præsump. regul.* 3. *præsum.* 8. *numer.* 4. Pinellus *ad rubr. C. de recind. vendit. part.* 1. *c.* 24. *num.* 5. Melo *de induc. q.* 34. *n.* 3. *cum seqq.* Ignac. Pereyra *de revis. c.* 8. *num.* 4. 69 70

In Regno Valentiæ de hac potestate expressa mentio adest *in for.* 7. *de appellat.* per quem exterminatur controversia ab aliquibus suscitata, aut scilicet post declaratam causam desertam instauratio concedi possit, ad text. *in l. fin. C. sent. recind. non posse*, nam in eo affirmativa statuitur his verbis. *Suplicata vostra Magestat sia merce de aquella statuir poder, e deure atorgar instauratories de les causes de suplicacions que seran introduides en lo sacre e real Consell e sera declarat esser desertes, e atorgar aquelles à aquells que les demanaran. E aço sia entes, e sentenga aixi en los fets passats presents, com sdevendors, Plau a sa Magestat.* Quod explica cum D. Leo *d. decis.* 107. *num.* 18. dum per Principem in Supremo fiat, quia ante declarationem desertionis, etiam si tempora fatalia lapsa sunt, Regia Audientia poterit de meritis causæ cognoscere spreta desertione, ut ibid. docet *n.* 19 quia cum sit Prætoriale Consistorium, Principis nomine judicant, non debet scrupulose curare de desertione, sed attende ad rei justitiam ut dixi §. *praced. n.* 190. *cum seqq.* Praxis autem postulandi instauratoriam ea est, ut in Supremo suplex libellus offeratur, factum narrando, causam rationabilem ad concessionem exponendo, & postulando quod Princeps hac regalia utendo, sibi instauratoriam concedat spiritum vitæ causæ jam extinctæ inspirando, ut de meritis cognosci valeat. Quo recepto, litteræ citatoriæ conceduntur, & parte citata, & audita articulus, causa cognita expeditur. Nam licet Doctores dicant quod ex mera gratia concessio ista pendet, nostri Reges summa justificatione hac gratiosa potestate utuntur, citato, & audito eo cujus interest, ne subreptionis, vel obreptionis vitium intercedat. 71 72

Sed quia in ipsis supplicationum cansis cautio præstanda est per supplicantem pro expensis, & per supplicatum, pro restitutione judicati, cum accessionibus, & sententiam exequibilem facere desiderat, pendente judicio supplicationis juxta *text. in d. authen. qua supplicatio, & in d. extravag. foror. cap.* 1. *&* 2. aliqua quæ frequenter in usu sunt notare debemus. In primis notandum est, quod licet valde controversum per Doctores sit, an pauper non habens fidejussores admittendus veniat cum juratoria cautione; & quod admittendus sit probat expresse text. *in authent. Generaliter, C. de Episc. & cleric.* ibi: *aut si fidejussorem dare non valet, super iisdem juratoriam exponat cautionem, & tactis sacrosanctis Evangeliis, affirmet se fidejussorem dare non posse*, docent Guid Pap. *decis.* 50. *num.* 3. *&* *decis.* 189. *n.* 1. Rolandus *conf.* 43. *num.* 22 *lib.* 2. Rebuff. *ad leg. Gal. d. tit. de supp. art.* 5. *glos. unic. verf. si sit pauper.* Monteroso *in pract. tract.* 5. *cap.* 8 *num.* 7. Paz *in prax. tom.* 1 *part.* 7. *cap.* 11. *num.* 95. Azevedo *in l.* 1, *numer.* 11. *tit.* 20 *lib.* 4. *recopil.* Craveta *consil.* 299. *ex num.* 1. Riminald. Iun. *consil.* 48. *num.* 20. Ant. Sola *ad constit. Sabaud. tit. de sent. execut. decr. ne sup. deb. glos.* 3. *num.* 5. Ursil. ad Afflict. *decis.* 231. *num.* 2. Fran. Marc. *decis.* 468. *ad fin. part.* 1. Andr. Gail. *practicar. lib.* 2. *obs.* 47. *num.* 9. Novar. *quæst. forens. lib.* 1. *quæst.* 163. *num.* 1. Carrozius *de except. cons. præjud. sent. except.* 106. *num.* 2. Giurba *de zin.* 4. *num.* 15. Alvarez *de privil. pauper. part.* 1. *quæst.* 53. *num.* 13. *cum seqq.* Fontanella *de pact. claus.* 4. *glos.* 18. *part.* 4. *num.* 81. Trentacinq. *var. resol. lib.* 2. *tit. de appellat. resol.* 11 *num.* 9. Heringius *de fidejussor. c.* 18. *num.* 101. Quod procedit etiamsi statuto, vel lege cautum pro forma sit, quod cautio detur ut *ex d. authen. Generaliter* colligitur, & tenent Osaschus *decision.* 70. *num.* 3. Beccius *consil.* 1 *ex num.* 18. Uvesembech. *in paratitl. ad tit. ff. qui satisdar. cogant. num.* 10. Sebast. Medicis *de casib. fortuit. p.* 1. *quæst.* 4. *n.* 23. Carrozius *de oblat. part.* 2. *quæst.* 20. *num.* 41. Petr. Barbos. *in l. divortio,* §. *interdum, num.* 15. *&* 29. *ff. solut. matrim.* Cevallos *comm. contr. com. quæst.* 66. *num,* 5. Seraphin. *de privil. juram. privil.* 18. *numer.* 12. *&* 33. Masulus *ad Capitium decision.* 169 *num.* 2 Joan. Bap. *de Thoro in comp. decision. tom.* 1. *verb. cautio præstanda, & tom.* 2. *eod. verb.* Guttierrez *in repet. l. nemo potest, num.* 294. *ff. de legat.* 1. *Et Canonicar. quæstion. lib.* 2, *cap.* 19 *num.* 4. Surdus *consil.* 68. *num.* 7. *& decision.* 141. *ex numer.* 7. Borrel. *consil.* 54. *num.* 9. Faquin. *lib.* 11. *controv. cap.* 63. Farinac. *in prax. crim. quæst.* 107 *num.* 38. Heringius *dict. cap.* 18. *num.* 89. Scharder *de feud. part.* 10. *sect.* 20. *num.* 296. Marta *voto* 158. *num.* 8. Scaccia *de appellat. d. q.* 19 *remed.* 3 *n.* 27. *verf. subdeclara*, Aug. Barbosa *in collect. ad d. auth. qua supplicio n.* 8. Dexart. *decis. Sardin.* 29. *n.* 3. 73 74

Contrariam sententiam tenuerunt Rambadus & Pisardus *in addit.* 1. *ad d. decision.* 189. *Guidon. Papæ* Seraphin. *d. privil.* 18. *num.* 41. Camil. Borrel. *in sum. decis. tom.* 2. *tit.* 34 *num.* 89. Giurb. *d. decision.* 4. *num.* 38. Thesaur. *quæst. forens. lib.* 1. *quæst.* 87. *numer.* 5. Fontanella *claus.* 7. *glos.* 3. *num.* 11. *num.* 30. *& decision.* 402. *ex num.* 1. Dexart. 4. *decision.* 29 *num.* 4 Vincent. de Franchis *dec.* 200. *n.* 27. Petrus Barbosa *in d. l. divortio*, §. *interdum, numer.* 27. *qui* alios congerunt. In hoc conflictu opinionum, quarum prima textu expresso nititur, & majori Doctorum numero fulcitur; secunda vero magis recepta in Supremis Senatibus videtur, nam ita judicatum testantur in Senatu Neapolitano Franchis, in Pedemontano Thesaurus, in Siculo Giurba, in Sardo Dexart, in Cathalauno Fontanella; quid sequendum sit non est facile deliberare. Et quanquam fœdere distinctionis conciliare tentet Sola relatus per Dexart *d. decision.* 19. *num.* 5. ita ut prima procedat si res de qua agitur peritura non sit, & persona non suspecta; secunda vero quando periculo amissionis res tradenda subjicitur, vel persona suspecta habetur, ut etiam Rambaudus, & Pisardus *in d. addit. innuunt*: tamen difficultatem non removent, nam ut bene Fontanella notat *d. decis.* 402. *num.* 15 *cum seqq.* cautio non datur solum ad restitutionem rei, sed adjectionum etiam, & sic per eam cautionem juratoriam quamquam præservetur jus partis quoad rem non perituram, præservari nequit quoad damna; eo quod interest. Quare cum in puncto juris prima verior appareat tenendam censeo, quoties jus pauperis perituræ est, si juratoria cautio non admittatur, etiam si periculum adversarij immineat, quia privilegium pauperibus concessum servari oportet eo ipso quo à lege concessum est. Pariter obligatio cum juratoria cautione admittenda erit, si is qui fidejussorem non invenit bona immobilia æquivalentia possideat per textum, *in l. si sciendum* 15. *in princip. ff. qui satisdar. cogant.* ibi: *possessores immobilium rerum satisdari non compelli.* Idem probat 75 76 77 78

text.

text. *in l. fin. autem 6. verſic. & ſi quidem Cod. de Curator. furioſ.* Quod quomodo in praxi receptum ſit, ſtatim dicam.

In rebus modici præjudicij hanc primam opinionem tam in Regia Audientia, quam in Supremo admiſſam invenio: nam referente DD. Petro Sanz interlocutione *diei 9. Maij anni 1633.* Don Franciſcus Ladron, quia pauper admiſſus fuit ad præſtandam cautionem juratoriam pro proſequenda cauſa ſupplicationis, quam fovebat contra Comitem de Sinarcas pro alimentis conſequendis. Actuario Balthaſare Blanes in cauſa firmæ juris tenutæ ſtatus de Sinarcas, ad continuandam poſſeſſionem admiſſa fuit Comitiſſa Domna Mariana de Velaſco, contra eundem Don Franciſcum Ladron, cum cautione juratoria, quia vidua erat, ſententia publicata in Regia Audientia cum votis Supremi, ubi late articulus diſceptatus fuit ſub examine Domini Regentis Don Joſephi Romeu *anno 1664.* In qua cauſa etiam aderat qualitas parvi præjudicij reſultantis ex firma juris ſecundum tradita per Seſſe *tract. de inhibit. c. 28. num. 3.* In caſibus vero ingentis præjudicij, offerendo quod res vel pecunia deponatur in tuto loco cautionis, concedi ſolet ſecundum textum *in l. 1. & 2. ff. de uſufr. ear. rer. quæ uſu conſum.* cum aliis congeſtis per Dexart, & Fontanella *locis citatis*, quibus adde Ioan. Bap. de Thoro. *d. p. 2. verb. cautio præſtanda.* Et ſic dum pro executione ſententiæ à qua ſupplicatum eſt, ad quantitatem exigendam, vel de re fructifera recuperanda, qui fidejuſſorem non habent loco cautionis offerre ſolent tabulam numulariam urbis, quæ conſuetudo jam vigebat in civitate Barchinonæ tempore Thomæ Mieres ut teſtatur *in dict. cap. 8. Petr. III. num. 171. collat. 3.* ut in ea deponatur quantitas exigenda vel pretium fructuum adminiſtrandorum per idoneam perſonam ab ipſo Senatu eligendam: poſſeſſione principali inalienabili manente, ibique remaneat donec cautio data ſit: & licet non omnino placeat ſtylus hujuſmodi Fontanellæ *d. deciſ. 402. ex num. 7.* tamen in Regia Audientia, ſicut in Catholonia viget, per quem ſaltim quoad ſortem vel pretium fructuum adverſarij indemnitatem conſulitur. Si verò res perire poteſt ad executionem non proceditur, niſi data idonea cautione.

Sed merito dubitabis an ſub hac generalitate præſtandi idoneam cautionem omnes poſtulantes executionem ſententiæ à qua fuit ſupplicatum, nemo excipiatur; & dico quod ſecundum praxim Regiæ Audientiæ nemo eximitur per text. *in l. 1. in princip. verſ. ſemper, ff. ut legator. vel fideicom. nom. cau.* ibi: *ſemper autem ſatisdare cogitur cujuſcumque ſit dignitatis vel facultatum, quarumcumque*, ita ut licet Prælatus, Magnates, Titulati, Barones, Univerſitates numeroſæ, vel divites ſint, non audiuntur quin ſententiam exequibilem faciant mediante idonea cautione. Et ratio eſt quia quoties lex, vel ſtatutum pro forma requirit cautionem, etiam divites cautionem præſtare tenentur, text. *in l. minor. 51. §. fin. cum duob. ſeqq. ff. de Procurator.* quarum verba ſunt: *is qui ſuſcepit defenſionem etſi locupletiſſimus eſt, etſi conſularis ſit, non videtur defendere niſi ſatisdare fuerit paratus.* Docent Petrus Barboſa *ubi prox. num. 33.* Surdus *deciſion. 295. num. 13.* quos plures ex relatis *ſupra num. 73. & 74* ſequuntur. Sed hæc generalis regula limitanda venit quando redundantia fororum ea eſt, ut per cautionem nihil ſecuritatis ſuperaddatur, quæ limitatio nititur in textuali ratione deprompta ex *d. l. ſciendum 15. in prin. ff. quì ſatisdar. cogant. l. legitimos 5. §. 1. ff. de legit. tutor. l. ergo 4. §. addici 8. ff. de fideicomm. libertat. l. quicumque 7. C. de fund. patrimonial. lib. 11. l. de creationibus 27. C. de Epiſcopal. Aud. Authent. cui relictum C. de indict. viduit. tollen.* docent aliis relatis Surdus *dict. deciſ. 295. num. 3* Gaſpar Ant. Theſaur. *quæſt. forenſ. lib. 1. q. 21. n. 7.* Petrus Barboſa *dict. num. 33. ad fin. cum ſeqq.* Carroz *de oſſ. p. 2. q. 79. n. 7.* apud quos alios repe-

ries. Sed cum in Regno Valentiæ non periculo Tabellionum, ſive Magiſtrorum actorum recipiantur ut in Regno Caſtellæ, & Neapolitano (de quo docte Marinis *libro primo, Quotidianar. capit. 3. & libro ſecundo, cap. 8.* diſſerit) per quam obſervantiam litigatores ab immani tributo exempti ſunt, ſed ipſorum Iudicum approbatione cautiones recipiantur; quare periculo eorum cedit juxta textum *in l. 1. & tot. t. t. ff. & C. de Magiſtr. conveniend.* eorum ab arbitrio pendet diſcernere quæ cautio idonea ſit. Ambæ Aulæ civiles ex concordi voto definitum reliquerunt *die 7. Septembris anni 1632.* quod regula prædicta ſolum limitetur quoties civitates Valentiæ, vel capitulum Almæ ſedis cautionem præſtare tenentur, ita ut nuda obligatione ſyndici uniuſcujuſque cum ſufficienti mandato, loco cautionis admittatur. Quia notorietate facti apparet per fidejuſſores nihil ſecuritatis adijci prædictæ obligationi; ſive tractetur de reficiendis expenſis, ſive de reſtituendo eo quod in executione ſententiæ traditum fuerit. Cum adjectione damni vel ejus quod intereſt. Poſſident enim iſtæ duæ Univerſitates ampliſſima patrimonia cum reditibus opulentis cum indefectibilitate perſonarum, & facilitate conveniendi & exigendi; quæ in aliis univerſitatibus non concurrunt, nam licet ex redundantia patrimonij idem dici poſſet, non eſt facilis exactio cum reſidant extra locum judicii. Quare omnes præter iſtas excluſas ab hac prærogativa ſunt, & ſic praxi receptum eſt ut teſtatur DD. Petr Sanz *lit. C. obſer. 47.*

§. IV.

De remedio litterarum cauſa videndi, & recognoſcendi obtinendarum, ſpecialiter per foros Valentiæ, conceſſo, ad inſtar relationis, pro explicatione for. 25. verſ fin. de appellationibus.

IACOBUS I. REX.

TEXTUS.

REtengut anos, que ſi anos ſeran feyts clams, e volem ver; e entendre en aquels pleits, que opuſcam fer, e no altre noſtre Lochtinent.

SUMMARIUM.

1 *Materia ſterilitas perpenditur.*
2 *Hujus remedii primus inſtitutor in Regno Valentiæ, fuit inclytus Rex Jacobus I.*
3 *Origo immediata hujus remedii dimanat ab eo, quod Reges Aragonum obſervare ſolebant.*
4 *Nominis ipſius remedii origo, à re ipſa deſumitur.*
5 *Relationis uſus inter Romanos ab antiquo vigebat.*
6 *Relatio fiebat, Principem conſulendo de re gravi; ſummarie cauſa relata, cum tranſmiſſione actorum.*
Relatio nunquam fiebat niſi ante ſententiam; ſacram juſſionem ſpectando, ad pronunciationem, ibid.
Reſponſo Principis accepto, ſecundum ipſum pronunciabatur, ibid.
7 *Tex.* in l. ubi falſi 22. C. ad leg. Cornel. de falſ. *expenditur.*
8 *Relationis remedium in paucis negotiis, ex magna & urgenti cauſa concedebatur à principio.*
9 *Dilatio concedenda non eſt in cauſa relata Principi.*
10 *Tres Judices; ex præcinctis Aula deſignabantur ad expeditionem cauſarum, Principi relatarum.*
11 *Idem ad unguem obſervatur in remedio litterarum cauſa videndi, & recognoſcendi conceſſarum.*

12 *Sed in aliquibus praxis nostra differt à praxi Romanorum, & num. seqq.*

13 *Relatio fiebat motu proprio Judicis, sed littera non conceduntur ad nutum Judicis, cum ex arbitrio Regis dependeat.*

14 *Ratio differentiæ inducenda traditur.*

15 *Text. in Novell. 114. c. 1. expenditur.*

16 *In concessione harum litterarum, non sunt exprimenda motiva, & quare.*

17 *Provocatio, vel aliud remedium legale, non admittitur à decreto concedente has litteras.*

18 *Observantia Sacri Supremi Regii Aragonum Consilii, in despiciendis contradictionibus oppositis ante, vel in ipsa concessione.*

19 *Contradictiones istæ solum attendantur in vim informationis extrajudicialis.*

20 *Litteræ istæ raro, difficillime, & ex magna atque evidenti causa concedi debent.*

21 *Ex genere personarum litigantium concedi solent, nempe si inter potentiores lis ducatur, & timetur discordia.*

22 *Oppressio debilioris à potente, causam tribuit huic concessioni.*

23 *Qualitas bonorum de quibus controversia est, concessionem justificat.*

24 *Causa comprehendentes dignitates, vel jurisdictiones, participant de regalibus, & semper ardua sunt.*

25 *Suspicio Judicis, causam tribuit concessioni harum litterarum.*

26 *Fatica justitiæ expressa, vel tacita quantum emergat.*

27 *Judex Superior ex omissione inferioris, potest ei auferre cognitionem causæ, & sic multo magis Princeps.*

28 *Perhorrescentia an procedat ex asperitate, vel indignatione Judicis.*

29 *Judicis indignatio excæcat illius mentem ad discernendam veritatem.*

30 *Consanguineus litigatoris sedens in Senatu ubi causa ducitur, an tribuat causam huic concessioni.*

31 *De jure prohibitum erat concedere relationem ad unius ex litigatoribus querimoniam.*

32 *De foro, ad unius ex litigatoribus querelam, littera istæ conceduntur.*

33 *Quæ causæ ducendæ sint ad Supremum, nullius precedentiæ instantia.*

34 *Causæ capitales nobilium, & in quibus tractatur de ingenuitate, vel nobilitate sanguinis, transmittendæ sunt ad Supremum: hæ ante pronunciationem, illæ ante executionem.*

35 *De jure tenebatur Judex edere relationem partibus, & refutatorios libellos spectare ante transmissionem.*

36 *Siculi in usu habent hoc remedium, sed tantum in causis feudalibus.*

37 *Siculi transmittunt Supremo Senatui Italiæ causas feudales, cum votis Judicum, ac motivis.*

38 *Siculi licet vota transmittant cum motivis, non edunt litigatoribus relationes, neque libellos refutatorios spectare tenentur.*

39 *Valentini nec vota, nec motiva transmittunt, nec relationem faciunt, quam edant, nec refutatorios libellos spectant; sed integra acta processus, citatis partibus compulsata transmittunt.*

40 *Transmissio actorum processus, æquivalet relationi edita cum refutatoriis.*

41 *In hoc Supremo transmissis actis, non sunt admittenda instantiæ, nisi quæ conducunt ad expeditionem litis.*

Quæ addenda sunt, & cuncta respicientia instructionem causæ, peragenda sunt coram Judice, à quo transmittitur, per modum sequelæ, ibid.

42 *Documenta reperta in scriniis hujus Supremi, quæ abstrahuntur citata parte, an hic edi possint?*

43 *Lites ductæ ad Supremum, ope hujus remedii, nequaquam pendent in Supremo, sed coram primo Judice.*

44 *De jure Romano noviori, relatio regulariter deneganda erat.*

45 *In Regno Valentiæ, non adest regula præter arbitrium Principis, ad concedendas, vel denegandas has litteras.*

46 *Ratio differentiæ procedit, ex diversitate personæ, cui arbitrium datum est.*

47 *De jure prohibitum partibus erat, accedere intra annum ad limina Aulæ Principis, sequendo relationem.*

48 *Valentinis non est interdicta accessio ad Aulam Regis, sequendo transmissionem actorum ex hoc remedio.*

49 *Acta transmitti debuerant intra limitatum tempus, & causa desidiæ sub devolutionis pœna.*

50 *Remedium in Supremo aliquando adhibitum si de cavillatione patris constat.*

51 *De jure non dabatur provocatio à sententia lata secundum responsum Principis, datum ad consultationem.*

52 *Sed hoc limitabatur, quando Judex relationem faciebat animo auferendi facultatem provocandi.*

53 *Supplicationis remedium concessum est à sententiis latis cum votis Supremi.*

54 *Nullitatis remedium in hoc casu denegatum est.*

DIxi cum Berlichio, Scaccia & aliis *c.* 10. §. 1. *n.* 183. 1
quod remedia appellationis, revisionis, nullitatum, restitutionis & similia quæ interponuntur ad infringendam pronunciationem Judicis, tendunt ad eundem finem, quare eisdem ferme regulis constant, atque tractantur: ob quod in hoc capite de cunctis tracto. Remedium obtinendi à Principe quod causa transmittatur ad Sacrum Supremum Regium Aragonum Senatum, causa videndi, & recognoscendi, de quo nunc tracto, non tendit ad infrigendam pronunciationem Judicis, & sic videtur non spectare ad ipsum caput: adhibetur namque ante sententiam, ut notum est. Cum autem reguletur ad instar relationis, ut statim probabo, & de relationibus juris consulti tractent simul cum appellationibus ut patet ex *Rub. 1. lib. 49. ff.* & Imperatores li- 2
cet diversis titulis, relationes, & appellationes ponant, ut constat, ex *C. Justinianeo. lib. 7. tit. 61. cum seq.* & *C. Theodosiano, lib. 11. tit. 30. & 31.* tamen consecutive eos collocant, & in Rubrica *de appellationibus*, plura de relatione jura reperiantur, hinc est quod in hoc capite, de eo necessarium sit tractare; Sterilem materiam enodare aggredior: quia exteri nihil de ea scriptum habent; & licet ex nostratibus Dñs Regens Don Fran. Hieron. Leo *decis. 95. ex num. 8.* & Dñs Vicecancellarius Don Christoph. Crespi *obser. 15. n. 1. obser. 26. per tot.* aliqua attingant, forales dispositiones memorando, non tamen aggressi fuere explicationem jurium à quibus hæc observantia mutuata fuit, ob quod ex eorum dictis percipi nequit, an nostra praxis congruat cum his quæ observabantur tempore Romanorum. Hæc tradere operæ pretium duxi, quibus perceptis facilius tyrones intelligent principia juris, à quibus deprompta sunt ea quæ nunc observantur.

Inclytus Rex Iacobus I. postquam in textu sanxerat 3
nullam licem extrahendam esse à Regno Valentiæ ut judicaretur, addit. *retinere penes se potestatem, quod si aliquis querelam porrexerit ad ipsum Regem, ob quam vellet videre, & intendere de his litibus quod per ipsum fieri valeat, & non per alium suum locum tenentem.* Quam facultatem, etiamsi specialiter non retinuisset, & adhuc si contrarium concessisset, per ipsum fieri posset; ut respectu perhorrescentiæ dixi *sup.* cum Thoma Mieres & aliis.

aliis. *d. cap.* 10. §. 1. *num.* 221. *cum seqq.* quid Princeps à se nequit abdicare facultatem audiendi querelas subditorum, & adhibendi remedia necessaria. Hujus facultatis usus ad praxim redactus est per viam relationis, quod originem sumpsit, ab eo quod Reges nostri observare solebant, dum in suo Comitatu inter alios Magistratus Aulæ ducebant Iudices Curiæ, & Auditores: ut ex Vitali Episcopo Oscensi, tradit Hier. Blancas *in comm. rer. Arag. pag.* 419. Qui essent Judices Curiæ, tradidi *trac. de re criminal. contr.* 1 *num.* 12. nempe qui de criminibus puniendis curabant, & jus reddebant familiaribus Regis. *De Auditoribus hæc tantum Blancas. ait: vt Auditoribus minime permissa esset potestas decernendi, sed audiendi tantummodo, deque singulis ad Regem referendi.*

4 Ex his clare sequitur quod usus relationis faciendæ ad Reges vigebat, & sic Rex Iacobus facultate sibi reservata uti assuevit, mediante relatione, cum ipse per se vacare non posset ad inspiciendas lites, quæ per hoc remedium ad ipsum transmitebantur: factaque relatione, quid justum æquumque erat jubere solitus fuit. Quam facultatem & usum posteris reliquit, itaut in vim Supremæ Regaliæ, sibi reservatæ, querelas subditorum expedire valerent successores in Regno. Et cum ad hoc obtinendum litteræ Regiæ expediantur, quibus Judici de lite cognoscenti juberur 1 quod acta processus transmittat. Cum sit in puncto ferendæ sententiæ, ad videndum & recognoscendum ea, inde remedium ipsum nomen sortitum fuit, & dicitur *litterarum causa videndi, & recognoscendi.* Quo nomine utuntur Auctores laudati supra & nos omnes utimur.

5 Hoc remedium trahendi causas ad cognitionem Principis, ut eis visis atque exploratis, quid faciendum sit, Judici de causa cognoscenti rescribatur, & secundum responsum Principis sententiam ferat, assimilatur, ut dixi, imo idem ferme est, cum relatione Principi fieri, solita, & comprehensa in *d. Rubrica.* 1. *lib.* 49. *ff. de appellationib. & relationib.* & in Rubricis memoratis in Codicibus
6 Theodos. & Justin. *de relat. & de appellat.* Sed non omnino praxis nostra congruit, ut inferius dicam. Substantia namque relationis consistebat apud Romanos in eo, quod Iudex procedens in lite gravi, Principi se relaturum pronunciabat, eique factum summarie referebat, ipsum consulendo, & sacram jussionem spectando, ac interim judicium differebat, atque responso accepto, secundum ipsum pronunciabat. Quod clare probat tex. *in l.* 3. *C. de relation.* junctis. *l.* 4. *& 5. C. Theodos. eod. tit.* Bonus ad rem textus *in l. ubi falsi.* 22. *C. ad leg. Cornel. de falsi.* cujus verba reperiuntur etiam *in l. cum in petitorio,*
7 *C. Theod. eod. tit.* quæ ad id ipsum probandum retuli *d. tract. de re crim. controvers.* 3. *num.* 15. nec pudet iterum tradere, cum necessaria sint ad intentum; & sic se habent. *Nec ulla quæ sentiat interlocutione divulget, sed tanquam ad imitationem relationis, qua solum audiendi mandat officium, præbeat notionem.*

Non ignoro Imperatorem Constantinum in eo jure Judices procedentes in crimine falsi instruxisse, de modo procedendi contra falsarios, quare plura comprehendit unum ex quibus expenderam *d. tract. de re criminal. contr.* 28. *num.* 17. inter quæ comprehenditur observantia secreti, durante causæ instructione, ut satis declarant verba illa *nec ulla quæ sentiat interlocutione divulget.* Sed simul naturam relationis in sequentibus explicat, ut notat Iacob. Gothofred. *in comm. ad d. l. cum in petitorio vers. ex his interim, prope fin.* Optimus etiam textus *in l. provincialis* 13. *C. Theodos. de accusat. & inscrip.* cujus verba sunt. *Provincialis Judex, vel intra Italiam, cum in ejus disceptationem criminalis causa dictio, adversus Senatorem inciderit, intendendi quidem examinis, & cognoscendi causas habeat potestatem, verum nihil de animadversione decernens, integro, non causa, sed capitis statu, refe-*

rat ad scientiam nostram, vel ad inclytas potestates. in eo enim procedendi potestas Judici relinquitur, sed non decidendi; ex quo recte inferri valet ratio consulendi Regiam Majestatem cum transmissione processus in causis capitalibus nobilium, de quo infra dicendum est. Hæc & alia jura ad rem expendunt Iacobus Cujacius *ad tit. C. de relat.* & Iacob. Gothofred *in comment. eorund. jur.* Ex quibus clare comprobatur id quod dixeram. Quod verò eo remedio uti in paucis debeamus, & non nisi ex magna, & evidenti causa probat. tex. *in l.* 1. *C. Theodos. de relat.* ibi: *super paucis, quæ juridica sententia non possunt, nostram debes consulere Majestatem: ne occupationes nostras interrumpas, cum litigatoribus legitimum remaneat arbitrium à sententia provocandi.* Hic textus Judicibus, quorum arbitrio tunc consultationes fiebant, libertatem consulendi coarctavit, nè occupationes summæ Principis absque necessitate interrumperent. Quæ 9 quidem ratio viget etiamsi à Principe remedium impetrandum sit, cum æqualiter occupationes graviores interrumpantur; sed ipse dum concedit necessitatem remedii contemplando, ut subditis auxilium impartiri valeat, inter cæteras præcipuas curas hanc prout ratio suadet admittere non recusat. Sed non est inferioris ordinis ratio quam Honorius perpendit *in l. in negotiis civilibus* 55 *C. Theodos. de appellat.* ut accurate Iacobus Gothofredus exponit *in d. l.* 1. respiciens utilitatem litigantium, cum innumeris incommodis exponantur, tum ex mora expeditionis, tum etiam ex gravioribus impensis ministrandis in Aula.

Tempore consultorum acta processus cum relatione, 10
sive consultatione non transmittebantur ut colligitur ex *d. l.* 1. §. 1. *ff. de appellat.* Sed jure Codicis superaddita fuit necessitas transmittendi acta integra, ut probant text. *in l. fin. C. de relation. l.* 4. *& 5. C. Theo. eod. tit. l. ne causas* 15. *C. de appellat.* Et insuper in his causis ad Principem relatis nulla dilatio concedebatur ad probandum, tex. *in l. cum nobis* 5. *C. de dilation.* etiamsi per Judicem concessa non fuisset, ut in eo textu dicitur, de quo videndi Dionys. Gothofredus, & August. Barbosius eo, qui rationem tradunt. Ad Judicium sumendum tres saltem ex illustrioribus Administris Aulæ adhibebantur ut probat tex. *in l. jubemus* 34 *C. de appellat.* ibi 1 *duo Magnifici viri, vel Patricii, vel consulares, vel Præfectorii, quos pro tempore nos elegerimus jubeantur adjungi, viro illustri pro tempore Quæstori nostri Palatii, & una cum eo inscriptis relationem discernere, & responsum relationi dandum sua sententia manifestare.*

Hæc omnia cum his quæ geruntur in expeditione 11
causarum transmissarum, ope hujus remedii, ad unguem observantur: nam Judex à quo causa ducitur, notionem plenam habet ad instruendam causam, sed potestatem decidendi interdictam sub nullitatis decreto. Universa acta processus citatis partibus compulsata transmittere debet, non per manus litigantium, sed clausa, & subsignata; cum litteris ad Principem directis. Nulla dilatio ad instruendam litem in Aula conceditur, neque aliqua 12
instantia admittitur nisi quæ tendit ad expeditionem Et si aliquid peragendum sit, coram ipso Judice perficiendum est, & ab ipso transmittendum per modum sequelæ ex *for.* 49. *Curr. ann.* 1604. ut mox dicetur. Causam ipsam decernunt Domini de Supremo, & nomine Principis responsum, sive vota cum litteris Regiis transmittuntur, ut secundum ea pronuncietur ab ipso Judice, vel à Regia Audientia de causa cognoscente, ut Dominus Leo, & Dominus Crespi locis citatis tradunt. Et sic in substantialibus, hoc remedium cum relatione, & consultatione in usu habita per Romanos congruit.

Sed dices quod nostra praxis in pluribus differt à 13
praxi ipsorum Romanorum, quod concedo; veruntamen ex ipsarum differentiarum explicatione quid ob-

ſervandum ſit clarius percipietur. Prima differentia conſiſtit in eo quod relationes à principio intet Romanos fiebant ad arbitrium ipſorum Judicum, quia de deciſione dubitabant ut teſtatur Conſtantinus *in l. 1. in prin. C. de relation.* ibi: *ſi quis Judicum duxerit referendum.* Eadem verba habentur *in l. 2. C. Theodoſ. eod. tit.* Sed apud nos non pendet ex arbitrio Judicum concedere hoc remedium: imo arbitrio Principis reſervatum eſt, ut in noſtro textu dicitur ibi: *retengut a nos.* Quod eſt idem ac ſi diceret: nobis reſervato in vim Supremæ poteſtatis, ac ſuperioris juriſdictionis, recognoſcere cauſas, quas volemus. Et ratio eſt (ultra eam, quod Su-
14 premum arbitrium in omnibus Principis eſt) illa quam exponit Jacobus Gothofredus *in comment. add. d. l. 2. C. Theodoſ. de relat.* nempe quia Judices inferiores ægrè ferentes quod à ſuis ſententiis provocaretur, atque à ſe judicata ab aliis Magiſtratibus appellationis remedio retractarentur, quaſi ea re injuriam ſibi, & contumeliam fieri arbitrantes, relationis medio aburebantur ſe ſe (etiamſi nihil dubitarent) ad Principem relaturos comminantes, litigatores deterrebant, eoſque incommodo dilationis vexabant. Quare noviſſimo jure Juſtinianus huic damno occurrens hanc facultatem referendi coercuit *in Novell. 114. cap. 1.* ea nimirum ratione. *Quod enim in legum poſitum eſt poteſtate, non egebit aliqua extrinſecus diſpoſitione.* Si enim per leges ſtatutum eſt, quando appellatio recipienda, vel deneganda eſt, non debet pendere ex arbitrio judicum cauſam inap-
15 pellabilem facere Principi referendo.

Hac ipſa de cauſa Jacobus Rex noſter ſibi reſervaſſe hanc poteſtatem credere debemus, non aliis conceſſit: ne ea, illo modo vel alio abuterentur. Nam cum innegabile ſit quod aliquando ſic fieri oportet, Princeps ipſe non inferior Judex inſpiciat atque deliberet, non inferior Judex vel Magiſtratus ut ipſe Juſtinianus ſenſerat *dict. cap. 1.* his verbis: *ſi quod enim ad nos negotium apud judicem jam dictum aut antequam hoc principium ſumat perſpeximus nos hoc per proprium noſtrum ju-*
16 *dicium diſponere, & dicere: hoc nequaquam alterius judicis egebit Judicio.* Hinc profluit ratio non exprimendi motiva in litteris conceſſionis hujumodi; quibus hoc remedium datur, ſed dicere ſolum: *juſtis de cauſis noſtrum Regium animum digne moventibus.* Nam cum Princeps ſit qui loquatur, voluntatis expreſſionem rationabilem ſignificare ſufficit; non neceſſitatem concedendi exprimere debet ſicut de ſupplicatione dicebamus §. *præced. num. 7* Hinc quod reviſio, nec aliud remedium legale admittendum ſit ab iſta conceſſione; quia in his quæ pendent ex voluntate Principis nulla pro-
17 vocatio recipi valet per tex. *in l. 1. §. 1. ff. à quib. appel. non lic.* Hinc etiam, quod licet aliquis præveniendo inſtantiam adverſarii, libellum offerat in quo conceſſioni ſe opponat, poſtulando judicialiter audiri, licet libellus recipiatur cum decreto ordinario: *ſuis caſu & loco habebitur reſpectus qualis de jure habendus erit.* Si nihil relevans ſignificet; contradictio deſpicitur, & litteræ conceduntur, ut fuit obſervatum in inſtantia facta per Domnam Mariam de Borja; & Valterra contra Don
18 Gaſparem Malferit, reſpectu litis loci de Ayelo, nam non obſtante contradictione prætentionali, litteræ conceſſæ fuerunt. Idem proviſum in cauſa Don Raymundi Brondo, cum Don Hieronymo de Sales *die 9. Octobris* 1675. ſub mei examine actuario Don Joſepho Ricarte Regii Mandati Scriba. Quorum ratio eſt, quod ex arbitrio Principis pender iſta conceſſio, & ut dixit Ulpianus in *dict. l. 1. §. 1. ſtultum eſt admonere à Principe appellare fas non eſſe.* Et ſic ea quæ ab arbitrio ipſius pendent judicialiter diſcutienda non ſunt; atque adeo extrajudicialiter cauſa conceſſionis examinanda eſt; &
19 ipſa contradictio ut plurimum admitti poteſt in vim aliqualis informationis extrajudicialis; & nonnunquam ex eo quod deducitur in contradictione detegitur ratio concedendi. Abſque contradictione plerumque denegatur, & ea interveniente non ex deductis in libello contradictionis, ſed alia de cauſa remedium excluditur. Ut me referente denegatæ litteræ fuerunt Domnæ Victoriæ Dalp interlocutione *diei 23. Octobris ejuſdem anni* 1675. non ex deductis in contradictione facta per Doctorem Vincentium Gazull, ſed ex alia diverſa ratione; actuante Don Hieronymo Garcia, etiam Scriba Mandati.

Sed interrogabis quæ cauſæ contemplari debent ad 20
conceſſionem harum litterarum? Nam D. Leo *d. dec. 95.* de hoc non tractat. Et Dominus Creſpi *in dict. obſer. 26. num. 11.* tantum aſſerit quod: *difficillime, ac raro concedi debent & cum magna, & evidenti cauſa*, ſicut reſpectu ſummi Pontificis dixit Tridentina Synodus *in c. cauſa omnes 20. ſeſſ. 24. de reformat.* Ad quod dico, quod licet in arbitrariis regula certa dari non poſſit, & plures cauſæ ſint quæ rationabiliter arbitrium movere poſſunt; ad tres ſpecies reducuntur: nempe ex genere perſonarum ex qualitate bonorum in lite deductorum, & ex ſuſpicione judicum de cauſa cognoſcentium. Ex ge- 21
nere Perſonarum concedi debent ſi lis ſuſcitata ſit inter ponentes, & in judicium deducta ſit res ingentis valoris, veluti ſi inter Magnates, Proceres, aut Nobiliores Provinciæ lis ducatur, & ex calore quo controverſia ducitur timetur ſcandalum, rixa, vel diſcordia inter ipſos; quam in eadem Provincia compeſcere facile non ſit; tunc enim Princeps tenetur ſuas partes interponere, & ad ſe cauſam trahere juxta tex. *in c. regis officium 23. quæſt. 5. cum vulgat.* vel ſi unus ex litigatoribus potentior alio ſit & debilioris oppreſſio timetur tex. *in illicitas 6. §. ne potentiores, ff. de offic. Præ-* 22
ſid. l. 1. §. 1. C. ne liceat potent. ibi: *quare cum interſit in univerſum omnium, & præcipue tenuiorum qui ſæpe importunis potentium interceſſionibus opprimuntur inter litigatores audientiam impertiri debebis.*

Ex quibus verbis colligunt interpretes congeſti per Auguſt. Barboſ. *in collect. dict. text. num. 4.* quod in ſublevandis oppreſſis à potentioribus, gradus juriſdictionum non debent ſemper obſervari. Et rationem dedit Ulpianus *l. nec quicquam 9. §. advocatos, ff. de offic. Proconſul.* ibi: *cæterum opprimi aliquem per adverſarii ſui potentiam non oportet, hoc enim etiam ad invidiam ejus qui provinciæ præeſt, ſpectat:* de quo videndi Aviles in *c. Prætor. 6. gloſ. notifique n. 3.* Bolaños *in Cur. Philip. part. 1. § 6. num. 5.* & alii paſſim, qui de caſibus curiæ in terminis legum Caſtellæ ſcripſerunt. In his ſpeciebus, & ſimilibus juſte Princeps ſua ſuprema poteſtate utendo poteſt litteras has concedere, ſicut Pontifex ex juſta & rationabili cauſa reſcripto ſuæ manus ſignaculo munito, poteſt cauſas ad Ordinarios ſpectantes ad ſe advocare vel aliis committere juxta *d. cap. cauſæ omnes*, de cujus interpretatione vide Barboſam *in collect. ad hunc text.* & Salgad. *tract. de ſupp. ad Santiſ. p. 2. cap. 3. per* 23
tot. præcip. num. 13. Ex qualitate bonorum ſi agatur de Magno ſtatu, vel Baronia, aut oppidis quibus annexa eſt dignitas Ducis, Marchionis, vel Comitis, aut juriſdictio cum mero & mixto imperio; quia iſtæ cauſæ merito judicium Principis deſiderant, cujus eſt diſcernere de his quæ participant plura de regalibus, tum ne alicui indigne adjudicentur, tum etiam quia omnes iſtæ cauſæ arduæ ſunt ut in ſimili perpendunt Matienſus *in l. 9. gloſ. 2. tit. 7. lib. 5. recopilat. num. 1. & 2.* Paz *de temata tract. 2. cap. 63. ex num 5.* Ludovic. Molin. *de hiſpa-* 24
nor. Primog. in proœm. ad princip. & lib. 3. cap. 13. ex n. 1. Ex ſuſpicione judicum videtur præcipua cauſa contemplata in noſtro textu ibi *feran feits clams.* Querelæ namque ad Superiorem rectæ de judice procedente, ſolum in his quæ judicialiter tractantur, emitti poſſe videntur, nam ſi contra adverſarium porrigantur; neceſſarium non eſt adire ſuperiorem dum adeſt Judex qui eam compeſcere poſſit.

Hæc

25 Hæc eſt cauſa quæ frequentius deducitur, & quæ facilius excludi poteſt cum adſit remedium ordinarium recuſationis; ſed ſæpius partes conqueruntur de ipſis judicibus, vel quia juſtitiam adminiſtrare differunt, aut nolunt, quo in caſu practici noſtri dicere ſolent, quod ſuperior reperitur in fatica juſtitiæ; de qua tentionem habes *in for.* 8. *de pignor.* in *for.* 99. *de not. ſcib. & ſal.* & in aliis. Expreſſa ſi dixerit ſe cauſam nolle expedire; tacita ſi ita differat, ut nolle juſtitiam facere vi-
16 deatur: & in utroque caſu Judex ſuperior poteſt ſumere cognitionem cauſæ per text. *in c. ſignificantibus de offic. & poteſt. jud. delegat.* Ubi Innocent. & per *Novell.* 80. *de queſtor. c. 3. verſ. ſi vero forſan*; quod forali diſpoſitione confirmatum eſt, *in extravag. ſtyl de la governacio, cap. 5. & 6.* notat ſingulariter Petrus Belluga *in ſpecul. Princip. Rub. 16. §. Princeps, num. 7 & 8.* Quid autem fatica Juſtitiæ ſit, explicat Thom. Mieres *in conſt. Cathal. collat. 2. in Cur. Barchin. Regis Petr. II. cap. 33. numer. 16.* Si enim hac de cauſa ſuperior inferiori cognitionem cauſæ tollere poteſt per viam juridicam; multo magis Princeps eam tollere poterit per uſum ſupremæ rega-
27 liæ, ſibi reſervatæ has litteras concedendo. In fatica, expreſſa non eſt credibile quod Regia Audientia privanda veniat cognitione cauſæ, ſed in tacita plures querelas audimus, & in his caſibus, ut juſte procedatur ſolet ſupremum ſecrete ab ipſis Proregibus informari, per quorum relationes veritas facti
28 percipitur. Vel quia aſpere nimis ipſi Judices litigatores tractant, & indignanter eorum inſtantias audiunt, ex quo etiam ſi formalis perhorreſcentia non reſultet ex his quæ congeſſi *cap.* 10. §. 1. *num.* 219. tamen negari nequit, quod reſultat vehemens ſuſpicio indignationis, quæ ſufficit ad juſtificandum uſum regaliæ. Nam ut dicitur in *proverb. cap. 27. verſ. 4.* ibi: *ira non habet miſericordiam, nec erumpens furor, & impetus concitati quis ferre poterit?* unum ex præcipuis quæ notat Gregorius Nazianzenus in Julianum *oratio. 4.* eſt: *cum Judicis munere fungeretur aulam clamoribus, & membrorum ſtrepitu implebat, non aliter ac ſi ipſe eſſet, cuivis, & damnum inferretur.*

29 Fateor ingenuè quod importunitas aliquorum provocat Judicem etiam mitem; ſed nihilominus Judex caveat ab indignationis ſignorum oſtenſione; quia indignatio & ira mentem excæcat, ut bene dixit Sapientiſſimus Alphonſus Caſtellæ Rex *in l. 10. tit. 5. part. 2.* ibi: *Caloque ficieren deſta guiſa mas ſemejaria vengança que juſticia. E por ende dixeron los ſabios que la ſana embarga el corazon del ome de manera quel non dexa es coger la verdad.* Inimicitias ex his gigni nemo eſt qui neſciat, & hæc ſufficiens cauſa recuſationis eſt, ut pluribus probat Fontanella *deciſ. 14. cum ſeqq.* Et abſque dubio procedit in Judice oſtendente ſigna indignationis. Et ſic quando Princeps percepit quod Judex dedit ſignum indignationis in aliquem ex litigatoribus juſte per conceſſionem ha-
30 rum litterarum periculo occurrit. Conſanguinitas, vel affinitas Judicis cum litigatore, eum removet ab officio judicandi ut tradit aliis relatis Fontanella *deciſ. 8. eum ſeq.* ſed ad hos excludendos non eſt neceſſarium hoc remedium, ipſi ſponte abſtinentur, vel per recuſationem rejiciuntur: Sed etiam ſi excludantur dum in Senatu ſedet conſanguineus, vel affinis alicujus ex litigatoribus, qui auctoritate inter cæteros pollet, vel vehemens ſe exhibet in agendo negotium conſanguinei, vel affinis, defenſores cauſidicos concutiendo, ſive ſuggerendo inferiores miniſtros, aut alia operando auctoritate, vel colore Senatoriæ dignitatis, licet ex hoc non inſurgat cauſa recuſandi collegas, ut concludit Fontanella *deciſ. 15. n. 12.* negari non poteſt quod datur adverſario ingens cauſa ſuſpicandi ut cum Alexandro Raudenſi *conſil. 47. ex num. 31. lib. 1.* & Gerardo Maynar-
31 do *deciſ. 82. lib. 1.* ipſe Fontanella perpendit *d. deciſ. 15. num. 7.* Quibus addi poteſt quod per *l. 10. tit. 3. lib. 4. recopilat.* prohibitum eſt quod lis ſpectans ad Senatorem actualem alicujus Senatus, vel ad illius uxorem & liberos trahatur ad ipſum Senatum etiam ſi ſit caſus Curiæ; cujus legis rationem tribuit Azevedus *ibid.* his verbis: *& ratio prohibitionis manifeſte patet, quia ipſi quaſi Judices in cauſa propria viderentur:* Quem ſequitur Carlevalius *de Judic. tom. 1. tit. 1. diſp. 2. num. 590.* Quare Princeps ſua regalia utendo poteſt amputare cauſas ſuſpicandi, & judicium omnibus æquale exhibere, has litteras concedendo. Quoad cæteras cauſas recuſandi Judices ſimilis ratiocinatio procedit itaut quando ſufficiens cauſa non detegatur ad recuſandum Judicem, cum tamen adſit rationabilis cauſa ſuſpicandi inæqualitatem judicii, poterit Princeps ſuo arbitrio uti.

Secunda differentia verſatur in eo quod de jure pro- 32
hibitum erat ad unius litigatorum querimoniam, relationem concedere text. *in l. fin. C. Theodoſ. de relat.* cum ſumma ambitio arbitraretur digna pœnæ litis amiſſionis, ut *in eodem textu* dicitur; utriuſque partis inſtantia neceſſaria erat tex. *in l. 1. C. Theodoſ. de appellat.* ibi: *cognitis utriuſque actionibus.* ut Iacobus Gothofredus exponit, *in commenta. d. l. fin. de relat. in princip.*

At verb inter nos ad conceſſionem harum litterarum 33
ſolum: neceſſaria eſt unius partis querela, vel inſtantia, ut *in tex.* dicitur ibi: *ſi a nos ſeran feyts clams.* Querela enim ab uno ex litigatoribus porrigitur. Et dictio illa *Si* conditionem importat, ut notum eſt ex pluribus congeſtis per Barboſam *diction. 364. ex num. 1.* adjecta namque eſt verbo futuri temporis nempe *ſeran* hoc eſt *erint*, quare in cauſis privatorum nunquam ex officio litteræ conceduntur, ſed ſpectatur adimplementum conditionis ſcilicet inſtantia querelantis. Et ratio eſt quia in civilibus nihil ferme ex mero Judicis officio operandum eſt ut pluribus demonſtravi *d. cap. 10. §. 1. num. 152.* & ſic noſter Rex Iacobus partis querimoniam deſideravit, cauſam rationabilem allegantis; & hoc jure utimur. Tantum in duabus ſpeciebus ſimilis relatio, ſeu 34
actorum tranſmiſſio faciendam eſſe juſſum eſt. Prima in cauſis capitalibus nobilium vel eorum privilegia fruentium, quia juxtà *for. 12. Cur. ann. 1604.* ſententia capitalis executioni mandari nequit in eo privilegio fruentes, quin conſulatur Regia Majeſtas cum tranſmiſſione proceſſus de quo egi *ſupr. cap. 8. §. 9. num. 90.* & poſt me Dominus Creſpi. *obſer. 13. ex num. 44.* licet adhoc neceſſarium ſit quod reus ſupplicationem interponat, quæ denegatur, & tunc ex officio jubetur conſuli Regiam Majeſtatem, cum tranſmiſſione proceſſus: & licet ipſe Dominus Creſpi *ibid. num. 54.* differentiam conſtituat inter hoc remedium, & illud, tamen Regia Audientia junctis tribus Aulis contrarium definivit, ut ipſe fatetur. Verum ego cum tribus Aulis calculum pono dum nullo juris fundamento, opinionem Domini Creſpi fulcitam inſpicio; & ratio quam adducit neceſſitatis conſulendi Principem, in utroque caſu adeſt, & adimpletur in Supremo, nam ut ipſe fatetur *ibid. num. 49.* Rex noſter juſſerat, quod conſultationes ſententiarum capitalium nobilium, equitumve, cum expediantur per viam judicialis cognitionis (ad quod tranſmittitur proceſſus) minime ei conſultantur, ſed ſolùm Dominus Vicecancellarius ei referat quid reſolutum fuerit; quare remanet in terminis cognitionis judicialis, ſicut hoc remedium. Secunda in cauſis ingenuitatis, nobilitatiſve ſanguinis, ſive de poſſeſſione, ſive de proprietate tractetur; & pariter de civilitate honoraria Civitatis Valentiæ; quia iſtæ cauſæ tranſmittendæ ſunt juxta Reſcripta Regia *dierum 3. Octobris, & 28. Decembris anni 1623. & 30. Aprilis 1624.* Quibus forma procedendi in his cauſis datur, de quo aliqua notat Dominus Creſpi *obſer. 14. ad fin.* In reliquis vero inſtantia partis neceſſaria eſt ut dixi: nemini invito beneficium confertur.

Tertia differentia conſiſtit in eo, quod in relationi- 35

bus quæ fiebant tempore Romanorum, ex reſcripto Magni Conſtantini contento *in l. 1. C. de relat. & in l. 3. & 5. C. Theod. eod. tit. & in d. l. 1. C. Theodoſ. de appellat.* Judex tenebatur litigatoribus edere exemplum relationis intra decem dies à pronunciatione, ipſius relationis fiendæ, ut is qui minus plenam, vel contrariam ſibi perciperet, refutatorios libellos intra quinque proponeret apud acta, quidem dies continui, & peremptorii erant, atque ipſis elapſis nemo audiri poterat. Hujus ſolemnitatis fiendæ extat memoria *in l. 5. 8. & 24. C. Theodoſ. de appellat.* ac in aliis congeſtis per Iacob. Gothofred. *in comment. ad d. l. 1. C. Theodoſ. de appellat.* 36 ubi rationem hujus diſpoſitionis inducendæ accurate exponit. Siculi qui à Regibus Aragonum hoc remedium participarunt, in cauſis feudalibus, út cum Intrigliolo, Milanenſi, Petro Gregorio, Maſtrillo, & aliis tradit Dominus Leo *d. deciſ. 93. num. 11. cum ſeqq.* ad Supremum Senatum Italiæ proceſſus acta tranſmittunt cauſa videndi, & recognoſcendi, cum votis, atque motivis Judicum Magnæ Curiæ. Verba Petri Gregorii *tract. de cauſ. feudal. q. 56. verſ. ad rem ſpectanda*, quæ hic probant, ſic ſe habent. *Quia Dominus Rex qui concedit juriſdictionem* 37 *in dictis cauſis Magiſtro Juſtitiario, & quatuor Judicibus Magnæ Curiæ poteſt certo modo inhibere ne in tali cauſa feudali dicant, ſeu pronuntient, antequam eorum vota, & juſtificationes eorum, ad ejus Sacrum Regium Conſilium cauſa recognoſcendi tranſmittantur.* Hoc veſtigium permanet in Senatu Italiæ à noſtro Supremo mutuatum, tempore quo unum & idem Conſilium cum noſtro erat. Quod etiam in uſu aliquando habetur in cauſis Status Mediolanenſis. Neque in Regno Caſtellæ incognitum eſt, nam ſæpe pars quæ creditur gravata à procedimentis Aulæ Supremæ Criminum, ad Conſilium Supremum Caſtellæ recurrit, in quo cauſæ cognitio non aſſumitur, ſed dici ſolet: *el Relator venga a hazer relacion citadas las partes.* & ea facta quæ fienda ſint Aulæ inſinuat. Id ipſum in effectu fit cum litteris cauſa videndi, ſed quia præ diſtantia relator videre non poteſt, neceſſarium eſt quod acta tranſmittantur.

38 Ex quibus duo inferuntur. Primum quod remedium in Regno Siciliæ non eſt generaliter admiſſum ad omnes cauſas; ſed dumtaxat ad feudales, & in eis tantum in his, ad quas Princeps conceſſerit: Secundum, quod Judices vota tranſmittunt, cum motivis ea juſtificantibus; ſed non editis relationibus, neque refutatoriis libellis acceptis; prout de jure Romanorum fiebat. Apud Valentinos, neque relatio editur, neque refutatio permittitur, ſed tantum copia authentica omnium actorum proceſſus, compulſata citatis partibus, cum litteris Judicis procedentis continentibus ſe, pro executione juſſorum, remittere ad manus Principis in Supremo, acta proceſſus legitime concluſi ac in puncto ferendæ ſententiæ, ut in forma ſolita ſibi reſcribatur. Quibus receptis, & partibus auditis in his quæ conducunt ad expeditionem, quid faciendum ſit deliberatur, & vota tranſmittuntur ipſi Judici, ut ſecundum ea pronuntiet.

39 Sed iſta tranſmiſſio proceſſus æquivalet editioni relationis, cum copia actorum univerſum factum continens, tranſmittatur. Et dum partes citantur ad compulſam faciendam, aperitur eis via ad refutandum, vel deducendum quicquid ſibi expedire crediderint. Abſque eo quod de ipſo facto aliquid detrahi valeat, cum acta proceſſus ab integro tranſmittenda ſint, cum injunctione eorum, quorum intereſt: & ſic ceſſat ratio arguendi quod in alicujus præjudicium aliquid additum, vel de-
40 tractum fuit. Quæ quidem praxis notoria eſt cunctis in foro verſantibus: ſicut, quod in hoc Supremo nihil admittitur, neque admitti poteſt cauſæ inſtructionem reſpiciens, ſed id tantum, quod conducit ad expeditionem litis, & ad informandum Judices de juſtitia partium. Nam caſu quo aliquid addendum de inſtructione proceſſus ſit, id peragendum eſt coram Judice procedente, & ab ipſo per modum ſequelæ pariter tranſmittendum, 41
ut expreſſe cautum eſt *in for. 49. Cur. ann. 1604.* Et ratio deſumpta fuit ex tex. *in l. cum à nobis 5. C. de dilat. & in d. l. 1. C. de relationib.* ibi: *ſed ne ad nos mittatur aliquid quod plena inſtructione indigeat.* ut innuit Dñs Creſpi *d. obſer. 26. num. 8.* qui breviter praxim attingit, his juribus quibus nititur omiſſis. Ex quibus depromitur, quod in judiciis cognitionem Principis deſiderantibus, ſive dilatio conceſſa per inferiorem ſit, ſive non ſit conceſſa, dilatio probatoria non eſt concedenda. Quare tranſmiſſio geſtorum, poſt primam tranſmiſſionem in modum ſequelæ, novam diſpoſitionem expoſtulavit, contentam *in d. for. 49.* cujus verbis ſatis deprehenditur difficultas, quæ verſabatur ante ipſam diſpoſitionem.

Verum aliquando dubitatum in Supremo fuit, an ſi 42
documenta ad cauſam per hoc remedium ductum conferentia, reperiantur in ſcriniis ipſius Supremi, & ad ea exhibenda, ad inſtantiam unius partis altera citata extrahantur, an legitime poſſint edi? Et dicebatur ſumma æquitate niti, quod editio admitteretur ad inutiles circuitus vitandos per *text. in Clem. Auditor. de reſcript.* 43
cum aliis congeſtis per Barboſ. *axiomat. 43. n. 1.* ſed huic rationi reſpondebatur, quod circuitus inutilis omnino non erat (quo in caſu axioma fallentiam recipit ut aliis congeſtis notat Barboſ. *ibid. num. 4.*) Nam cum cauſa in hoc Supremo non pendeat, ille cujus intereſt non poteſt in eo documenta eo modo edita, impugnare, vel ea diluere aliis documentis, quæ forſan habet, & ſi obſervantia hac de cauſa vulneraretur, importunis litigantium cautelis omnino deſtrueretur, quod audiri non debet. Res adhuc ſub lite eſt, quare deciſionem tradere nequeo.

Quarta differentia conſideratur in eo, quod de jure 44
Romanorum relatio regulariter deneganda erat, ex conſtitutione Theodoſii, Arcadii, & Honorii Imperatorum contenta *in d. l. in negotiis civilibus 55. C. Theodoſ. de appellat.* Apud nos, dum ex arbitrio Principis pendet conceſſio hujus remedii, neque neceſſaria eſt regula excludens, neque regula certis in caſibus concedens; ſed arbitrariè concedendum remedium eſt, vel denegandum, ſecundum id quod ſuadet ratio expreſſa in precibus, ſive in libello quo poſtulatur. Et ratio differentiæ 45
eſt perſpicua, nam inter Romanos Judex inferior arbitrabatur an relationi locus eſſet, & cum plerumque Judices ipſis litigatoribus comminabat ſe Principi relaturos ne à ſententia per ipſos ferenda provocaretur, quod plurium malorum origo erat; ideo neceſſarium fuit quod Imperatores huic malo occurrerent in tempeſtivas, ſive in opportunas relationes prohibendo hac elegantiſſima atque graviſſima conſtitutione, ut Iacobus 46
Gothofredus *in commentario ejuſdem textus* notat. At apud nos cum ſolus Princeps ſit qui remedium hoc concedere poteſt, & ejus arbitrio dependeat has litteras concedere, ſtimando an querela impetrantis rationabiliter porrigatur, ante appellationis, vel ſupplicationis judicium: imo ante pronunciationem ſententiæ, ideo non eſt neceſſaria regula excludens, vel concedens remedium, cum æqua lance in hoc Supremo inſpiciatur quando remedium concedendum vel denegandum ſit.

Quinta differentia ſit quod de jure Romanorum par- 47
tibus interdictum erat accedere ad limina Palatii ſequendo conſultationem, vel relationem ſub pœna amiſſionis medietatis litis per text. *in l. quiſquam 34. C. Theod. de appellat.* cujus conſtitutionis rationem aliis juribus congeſtis, tradit Iacob. Gothofred. *in comm. ejuſd.* quæ prohibitio poſtea limitata fuit ad primum annum, & eo elapſo abſque pronunciatione, permiſſa fuit acceſſio ad limina Palatii tex. *in l. cum antea 47. C. Theod. eod. tit.* & 48
merito; nam ſi ex multiplicitate negotiorum, vel alia de cauſa intra primum annum reſponſum non dabatur; æquitate ſuadente poſt lapſum ipſius, permiſſum unicuique

cuique fuit, jus ſuum proſequi ad limina Palatii accedendo. At Valentinis, & cæteris, quibus hoc remedium concedi ſolet, non eſt prohibitum ad limina Palatii venire, cauſam ſuam ſequendo, cum neque in noſtro textu neque alibi ſimilis prohibitio reperiatur: imo juxta praxim neceſſaria eſt permiſſio accedendi, quia partes formaliter citantur, allegationes earum audiuntur, & quicquid deducere velint dum conducat ad expeditionem: quare permittendum eſt quod ad limina Palatii accedant, per ſe, vel per ſuos Procuratores.

49 Sed licet hæc prima pars dicti text. *in l. ſi quiſquam* non obſervetur; ſecunda pars ipſius obſervari debuerat, dum præfinit tempus intra quod Judex remittere relationem debebat. Certum namque tempus præfiniendum erat in ipſis litteris ad tranſmiſſionem actorum. Fateor quidem quod partium negligentia, deſidia, vel cavillatione plerumque tranſmiſſio differtur; cujus rei cauſa eſſe ſolet, quod proceſſus tranſmittendus eſt legitime concluſus, & in puncto ferendæ ſententiæ, & ſemper unus ex litigatoribus nititur in concluſione differenda, ita ut aliquando neceſſarium fuit quod Supremum juberet acta tranſmitti in quocumque ſtatu reperirentur; ut factum fuit in lite poſſeſſoria Status de Sinarcas & Chelva: aliquando tempus præfinitum ad tranſmiſſionem ut in lite vertente inter. Dominam Victoriam Artes, cum Don Franciſco Muñoz & Artes Equeſtris Ordinis Divi Iacobi, in qua me referente aſſignati fuere duo menſes ad tranſmiſſionem. Et ſicut de appellatione, & ſupplicatione dicebamus, quod præfinitum tempus eſt intra quod concludi debent, ſub deſertionis pœna; ita ad deciſionem impetrandam in cauſis per hoc remedium tranſmiſſis tempus præfiniendum erat ſub pœna devolutionis ad ipſos Judices. Verum hæc diſpoſitionem foralem deſiderant, quare extra curias generales fieri nequit.

51 Sexta differentia contemplatur in eo, quod de jure Romanorum à ſententia lata conſultatione Principis præcedente, & ſecundum ipſius reſponſum provocatio non admittebatur. Nam licet de jure digeſtorum conceſſa appellatio videretur à reſcripto Principis, lato ad conſultationem Præſidis Provinciæ vel cujuſvis alterius, per tex. *in l. 1. §. 1. ff. de appellat.* Hoc intelligendum de his quæ extra judicium gerebantur, in quibus mentiendi ratio ſuadebat, ut ab ipſo Principe ad ipſum Principem melius informatum provocatio daretur, quod ſatis ſignificat Ulpianus in ratione decidendi
52 *d. tex.* ibi: *ſi in conſulendo mentitus eſt.* Sed in judicialibus cauſa plene examinata, & partibus auditis, nequaquam argui Princeps de Negligentia, aut incuria poterit. Quare poſtquam relatio edenda erat, refutatorii libelli admittendi, & acta tranſmittenda, ceſſavit omnino poſſibilitas mentiendi, aut minus plene Principem informandi, & ſic de jure Codicis provocatio non admittebatur ut probat tex. *in l. jubemus* 34. *C. de appellat.* de quo plura apud Gail. *lib. 1. obſer. fin.* Donell. *lib. 28. comm. capit. 6* ubi Illiger. *lit. Z.* Cujac. *lib. 12. obſer. cap. 3.* Petr. Gregor. *lib. 50. ſyntag. capit. 2. numer. 24.* imo ſic provocans pœna irremiſſibiliter irrogabatur tex. *in l. 2. C. ut lite pendent.* Quæ diſpoſitio limitabatur caſu quo Judex animo vitandi provocationem relationem facere decernebat. tex in *d. l. 2. C. de relat.* ibi: *ne à ſe provocaretur relatione præmiſſa terreat litigantes, ſciens quod*
53 *ſi hoc fecerit, nihilominus jure appellationis res agitabitur.* idem ferme dicitur *in l. 2. C. Theodoſ. de relation. & in l. nonnulli 13. eod. C. Theod. de appellat.* ubi Iacob. Gothofred. Sed cum ſupplicandi remedium introductum ſit, quo nec incuria neque negligentia Principis arguitur, ſed circumventio adverſarii, aut ipſius ſupplicantis error ut dixi §. *præced. numer.* 28. inde ſupplicationis remedium admiſſum eſt à ſententiis latis cum votis Supremi, non ſecus ac ſi in ipſa Regia Audientia ſimpliciter latæ forent ſententiæ, ut omnibus in foro verſantibus notum eſt. Quod ſumma æquitate nititur, & longæva conſuetudine comprobatum eſt. Imo aliud fieri non poterat, dum à ſententis in ipſo Supremo latis, ſupplicatio ſuis in caſibus quotidie admittatur.

Ex his differentiis faciliter percipere poteris naturam hujus remedii, & praxim ipſius, ſecundum obſervantiam hujus Supremi. Et licet remedium ſupplicationis à ſententiis ſic latis permiſſum ſit, nullitatum propoſitio adverſus ſententias latas cum votis Supremi prohibita eſt modo quo explicabimus *in §. ſequenti.* 54

§. V.

De Nullitatis remedio ad explicationem for. 8. verſ. perço enaden de execut. rei judic. *& aliorum jurium.*

ALPHONSUS II. REX, Anno. 1329. Valentiæ.

TEXTUS.

PEr ço enadem al dit privilegi ordenam, que ſi contra execucio demanada de ſentencia, ſeran allegades, o poſades rahons de nullitat, e aquelles nullitats no aparran evident ment per proces, o per lectura de la ſentencia de laqual ſera demanada execucio: no contraſtant les dites rahons de nullitats, ſobre les quals nullitats ſia en los dits caſos conegut è pronunciat per lo Iutge qui fara la dita execucio, dins lo temps ordenats per fur a fer la dita execucio. Empero ſi per la dita coneixenca ſera viſt al Iutge, que la ſentencia ſia nulla, aquella no men a execucio.

SUMMARIUM.

1 *Nullitatis remedium dicitur auxilium commune, propter publicam auctoritatem introductum.*
2 *Doctores tractantes de nullitatis dictione notantur.*
3 *Nullitatis mentio in jure civili, & Canonico, repetita ſæpius.*
4 *Nullitates proponi ſolent, per viam actionis, & per viam exceptionis.*
5 *Nullitates ſolent opponi ſimul cum appellatione, & ſeorſim ab ea.*
6 *Nullitates in Regno Valentiæ per viam exceptionis, dici ſolent non ad impediendam executionem, ſed ad obtinendam revocationem ſententiæ.*
7 *Sed hoc in caſu, dici non poſſunt niſi ſimul cum appellatione.*
8 *Nullitas dicta ſimul cum appellatione, poteſt ſeorſim proſequi.*
9 *Nullitatis, & appellationis cauſa, licet ſeorſim proſequi poſſit, terminanda tamen eſt unica ſententia.*
10 *Nullitatis cauſa, inſtitui ſolet coram Judice à quo, prout de jure fiebat.*
11 *Nullitatis dictio per modum actionis, vel per modum exceptionis, quando, & quomodo fiat.*
12 *Nullitatis dictio antequam ſententia tranſeat in judicatum per modum exceptionis fit.*
13 *Nullitatis dictio, ad retractationem ſententiæ, raro effectum producit, & quare adhibeatur.*
14 *Nullitas dicta ſimul cum appellatione, cognitionem ipſius devolvit Judici* ad quem.
15 *Nullitas dicta in appellatione, diſcutienda eſt ſimul cum ea, quia nullitas appellationi ineſt, & appellatio nullitati.*

16 *Nullitas*

16 *Nullitas dicta in appellatione, producit effectum ſuſpenſivum ſententiæ, ex vi ipſius appellationis.*

17 *Geſta pendente appellatione, & nullitate, ad executionem ſententiæ, attentata ſunt, & revocanda veniunt.*

18 *Nullitas dicta ſeorſim ab appellatione diſcutienda eſt coram Judice, qui ſententiam tulit.*

19 *Nullitas dicta principaliter ad retractationem ſententiæ, omiſſo remedio appellationis coram eodem Judice diſcuti poteſt.*

20 *Judex non dicitur functus officio ſuo, ſi ſententia fuerit nulla.*

21 *Nullitas dicta ſeparatim ab appellatione, non producit de jure effectum ſuſpenſivum.*

22 *Nullitati dictæ extra appellationem, jura Regni Valentiæ non concedunt effectum ſuſpenſivum.*

23 *Nullitati dictæ præveniendo executionem, aliqui Doctores concedunt effectum ſuſpenſivum.*

24 *Sed hoc procedit non ex vi propoſitæ nullitatis, ſed præcepti Judicis inhibentis.*

25 *Executio peracta poſt nullitatem præventionaliter dictam, non revocatur tanquam attentata, quouſque ſententia pronuncietur nulla.*

26 *Nullitas hæc agendo proponitur, & nullitas per modum actionis dicta, non habet effectum ſuſpenſivum ex foro Valentiæ.*

Praxis Regni Valentiæ concedens effectum ſuſpenſivum nullitati dictæ ſeorſim ab appellatione improbatur, ibid.

27 *Foralis diſpoſitio adeſt negans effectum ſuſpenſivum nullitati.*

28 *Ordinatio Sacri Supremi Regii Aragonum Conſilii, excludit remedium nullitatis, tam adverſus ſententias, quam adverſus interlocutiones.*

29 *Decreta Supremi vim legis habent ad omnes caſus ſimiles.*

30 Forus 7. de execut. rei jud. *caſus in quibus ſententia nulla eſt deſcribit, ſed nihil de forma, modo, vel tempore opponendi nullitates, neque de effectu ſuſpenſivo, continet.*

31 *Textus noſter* privil. 155. D. Regis Iacobi II. *declarat, & addit quod nullitatis ſententiæ exceptio, non habeatur in conſideratione niſi evidenter ex actis reſultet.*

32 *Nullitatis judicium intentatum per modum exceptionis, neque admittit probationem extrinſecam, neque producit effectum ſuſpenſivum.*

33 *Praxis dicendi nullitatem infra decem dies conceſſos ad appellandum, deſumpta eſt* à privil. 23. D. Regis Petri I.

Praxis denegandi terminum ad probationes extrinſecas in judicio nullitatis deſumpta fuit ex noſtro textu, ibidem.

34 Privil. 23. *non concedit nullitati effectum ſuſpenſivum,* & for. 8. de excep. rei judic. *expreſſe negat illum.*

35 Regia Pragmatica anni 1624. *ſaluberrimam diſpoſitionem continet, foris conformem.*

36 *Pragmatica eſt abrogata per non uſum.*

37 *Facultas dicendi de nullitate durat per triginta annos.*

38 *Lex non poteſt tollere defenſionem, ſed poteſt dare formam, tempus, & modum ipſi defenſioni.*

39 *Statuta varia memorantur, quibus limitatur tempus allegandi nullitatem.*

40 *Jus Valentinum non ſolum limitat tempus dicendi nullitatem, verum prohibet quod dicatur niſi in appellatione.*

41 *Facultas dicendi nullitatem per viam exceptionis, non poteſt progredi ultra triginta annos, quia jus exequendi eo tempore præſcribitur.*

42 *Nullitas notoria, & evidens reſultans ex actis ſuſpenſivum effectum producit.*

43 *Nullitas requirens altiorem indaginem, non producit effectum ſuſpenſivum.*

44 *Nullitas apparens ſtatim, dicitur quæ verificari poteſt in termino dari ſolito ad probandas exceptiones in judicio executivo.*

45 *In Regno Valentiæ quia non poteſt concedi terminus ad probandum per teſtes in executivis, nullitas eſt comprobanda ex actis.*

46 *Nullitas dicta in judicio executivo, induitur illius ſtrictam naturam.*

47 *Nullitas diſcutio, expoſcit judicium ordinarium.*

48 *Nullitas dicta adverſus condemnationem comprehenditur ſub hoc textu.*

49 *Nullitatis dicta per modum exceptionis, judicium ſummarium ſemper eſt.*

50 *Nullitatis dicta per modum actionis, judicium eſt plenarium,* & *n.* 54.

51 *Duæ ſententiæ Supremæ Curiæ cum cauſæ cognitione conformes, æquivalent tribus inferiorum Judicum.*

52 *Nullitatis dictio non ſuſpendit ſententiam de jure, niſi ex actis appareat.*

53 For. 12. de execut. rei judicat. *corrigit jus commune, dum nullitati reſultanti ex actis, denegat effectum ſuſpenſivum.* 4.

55 *Nullitates per viam exceptionis, ſolum admitti debent, ſi reſultant ex actis.*

56 *Judex antequam admittat judicium nullitatis per viam exceptionis, debet examinare an reſultent ex actis.*

57 *Nullitatis judicium admiſſum in Regia Audientia poſt decem dies, ex quo monſtruoſa interlocutoria reſidtavit.*

58 *Nullitas turbida non poteſt producere effectum ſuſpenſivum.*

59 *Ratio ne pandantur merita cauſæ, ante diffinitivam, quando attendi debet.*

60 *Nullitas conſiſtens in* Recto *æquivalet, imo excedit nullitatem ritualem.*

61 *Nullitas reſultans ex injuſtitia ita evidens eſſe debet, quod nulla dubitatione obnubiletur.*

62 *Nullitas ritualis, dum ſententia juſta ex ſe appareat, venit rejicienda, & ſententia confirmanda.*

63 *Nullitas ritualis ſemper conſideranda eſt in his quorum ſubſtantia pendet ex ritu.*

64 *Nullitates frivolæ, improbabiles, vel calumnioſæ deſpici debent.*

65 *Sententia repellens nullitatem, numerum non facit ad conſtituendam rem judicatam, niſi partes ſubinſtrant in diſcutione meritorum.*

66 *Nullitas in dubio rejicienda eſt.*

67 *Nullitatem allegans, ſi ei cauſam dederit, audiendus non eſt.*

NUllitatis remedium propoſuimus *ſup. cap.* 10. §. 1. *num.* 156. *& num.* 167. *cum aliquibus ſequentibus.* Sed cum ibi ſolum ageretur de remediis opponi ſolitis, adverſus interlocutiones latas in ingreſſu litis, ad ipſius progreſſum impediendum, ſolum notata relinquimus ea quæ ad illum finem neceſſaria viſa fuerunt. Nunc de nullitate oppoſita adverſus ſententias diffinitivas tractaturi ſumus, quare aliquantulum diffuſus agendum erit. Nullitatis namque remedium dici ſolet auxilium commune, propter utilitatem publicam introductum, dum per illud cauſarum merita diſcutiuntur ut veritas patens eluceſcat, & ſolemnitates judiciorum examinantur, ne contra juris ordinem procedatur. Ut notant Vancius *tract. de nullit. c.* 1 *n.* 17. & Donatus Ant. Marinis *reſ. quotid. lib.* 1. *c.* 118 *n.* 7. Verum hanc publicam utilitatem conculcatam non ſemel experimur, calliditate litigantium; 2

tium; *qui ad fatigandum adversarios solum proponunt nullitatem, ut illos pluribus vexent Judiciis.* Verba sunt Doctissimi Marii Giurba *decis. Sicil. 70. num. 16.* Plura de nullitatibus congessit Sebastianus Vaneius in pleno tractatu præ manibus à cunctis habito, & post eum Covarruvias *practicar. cap. 24. & 25.* Peguera *in praxi Rubr. 28.* ubi etiam Accasius, Ripoll, Petrus Gregorius Tolosanus *lib. 50. syntagm. cap. 2. ex num. 14.* Stephanus Gratianus *decis. 6. ex num. 38.* Hugo Donellus *lib. 27. comment. cap. 6.* & ibi Osualdus Illiger. Lancellotus Contradus *tractat. de offic. Prator. in caus. civil. verb. sententia,* Gutierrez *lib. 1. practicar. cap. 96.* Collerus *de proceff. execut. part. 4. capit. 1. ex numer. 60.* Petrus Barbosa *in l. si de vi 37. ex numer. 104. ff. de judic.* Sesse *tractat. de inhibit. capit. 5. §. 5. ex numer. 25. & capit. 11. §. 1. num. 10. cum seqq. & decision. 230. ex numer. 30.* Hieronym. Portol. *ad repert. Molin. verb. Nullitas,* Martin. Monter *decision. 22. ex numero quarto,* Sigismundus Scaccia *tract. de appellat. lib. 3. capit. 2. quæst. 19. per tot.* Cardin. Tuscus *lit. N. conclusion. 138. cum sequentibus.* August. Barbosa *in vot. decis. lib. 2. vot. 51. & in collect. ad Clement. ut Calumniis de sentent. & re judicat.* Borgn. Cavalcanus *part. 1 decision. 10. cum duob. sequentibus.* Valenzuela *cons. 182. ex numer. 10.* Fontanella *de pact. nuptial. tom. 1. claus. 3. glos. 3. ex numer. 10.* Gail. *lib. 1. obs. 44.* Intrigliol. *decis. 10.* Antonin. Amato *variar. lib. 1. resol. 36. per tot. & lib. 2. resol. 63. in prin.* Dominus Leo *decis. 11. per t.* & pluribus aliis congestis Matthias Berlichius *practicab. tom. 1. conclus. 61. per tot.* Thomas Carleval. *de Judic. tom. 2. libro secundo, titul. 3. disput. 16.* & Salgado *de Reg. protect. part. 3. capit. 9. per tot.*

3 Hujus remedii repetita mentio habetur in jure; nam si inspiciamus nullitatem spectantem ad rectum, hoc est quando notorie sententia injusta est, prout evenit si contra expressam legem, aut constitutionem lata fuit, vel nullo jure nititur, de ea tractabant Jurisconsulti *in l. quædam mulier 41. ff. famil. herciscund. l. fin. ff. de jur. patronat. l. si expressim. 19. ff. de appellat. l. 1. §. 1. & 2. l. fin. ff. quæ sentent. sin. appellat. rescind. l. non dubium, Codic. de legib.* Nullitas namque nulla efficacior ad subvertendam sententiam reperiri valet, quam notoria iniquitas, vel injustitia ipsius. Si attendamus ad ritum, hoc est ad formam judicii prætermissam, vel subversam in substantialibus est tex. *in l. 4. §. condemnatum, ff. de re judic. l. non putavit 8. §. non quevis. 2. ff. de bonor. possess. contr. tabul. l. aut nullum 4. C. de legit. hared. l. 1. & 2. C. quando provocar. non est necess. l. ea qua 7. C. quom & quand. judex. l. 1. l. ex stipulat. 7. C. de sent. & interlocut. om. jud.* In jure Canonico tex. *in* C. *ei qui appellat fin. 2. quæst. 6. c. 1. de appellat. c. fraternitatis, de frig. & malefic. cap. 2. de purgat. Canon. c. illud. 8. de jur. patronat. c. non præstat 52. de regul. jur. in 6. & in clement. ut Calumniis de sent. & re judic.* Et Doctores communiter in his juribus. In Regno Valentiæ admissum idem remedium reperitur *in Privil. 23. Domini Reg. Petri I.* in *nostro tex.* & *in for. 12. ejus. tit. de execut. rei judic. in for. 9. curiar. anni 1604.* & *in c. 30. gravam. Cur. anni 1626.* & in usu judiciorum frequentissimum est.

Et ut clarius procedamus, distinguere necesse est 4
modos proponendi nullitates; nam præter vulgarem differentiam proponendi nullitatem jam in vim actionis, & jam in vim exceptionis, de hoc agitur in *nostro textu* & de illo *in dict. for. 12. eod. tit.* de quo infra, solet etiam dividi modus dicendi nullitatem, 5
simul cum appellatione, & seorsim ab ea, de qua differentia late tractant Doctores congesti per Scacciam *dict. quæst. 19. remed. 1. conclus. 6. ex num. 73.* & Berlich. *dict. concl. 61. numer. 31. cum sequent.* Sed in Regno Valentiæ frequentior modus dicendi nullitatem est, per viam exceptionis, non solum ad impediendam executionem judicati, sed ad retractationem sententiæ obtinendam antequam rei judicatæ auctoritatem obtineat, ut statim dicam, desumendo praxim *ex dict. privil. 23.* cujus verba attente perpensa, similem praxim excludunt, cum in eo expresse cautum reperiatur, quod sententia dici nulla non possit, nisi simul cum appellatione, quæ dispositio mutuata, seu derivata videtur à Regno Aragoniæ, nam ut Portoles cum Molino 6
tradit *dict. verb. nullitas, numer. 5.* in eo Regno nullitatis remedium de perse, sine appellatione, vel electione firmæ, intentari non potest, verba *dict. privil. 23.* sic se habent. *Adhuc statuimus, & ordinamus, quod aliquis nequeat dicere quod sententia sit nulla, nisi in appellatione: quam nullitatem posuerit infra decem dies, postquam sententia lata fuerit: & transactis dictis decem diebus, nullatenus possit dicere quod sententia sit nulla.* id ipsum expressum habemus *in privil. 82. Domini Reg. Iacobi I I.* ibi; *quo cavetur quod sententia habeat dici nulla infra decem dies, & in appellatione.* declarat in *hoc privil. 82.* Iacobus noster, quod 7
sub illa dispositione non comprehenduntur nullitates manifeste resultantes ex actis processus, & tribuit illis eandem interpretationem quam ei damus.

Quare non est mirandum, quod nullitati dictæ simul cum appellatione infra decem dies concedatur effectus suspensivus sententiæ, ut illico explicabo. Et quamvis in verbis subsequentibus, videatur concessa facultas appellanti, ad prosequendum pro libito causam quoad nullitatem, vel quoad appellationem, aut quoad utrumque, ibi: *ducat causam de nullitate, vel de appellatione quamlibet ipse voluerit: aut totum insimul.* Tamen amplius mens Regis Petri explicatur in fine, dum cautum relinquit, quod unica sententia per Judicem appellationis, tam nullitas, quam appellatio definiatur, ut expresse dicitur his verbis. *Qua quidem causa nullitatum, aut appellationis, sit determinata in una sententia per illum judicem qui in ea fuerit assignatus.* liberum namque erat appellanti prosequi nullitatem; vel appellationem sigillatim, vel insimul, sed Judici non erat permissum separate de una, vel alia pronunciare, sed conjunctim una sententia definire: & hoc non Judici sententiam ferenti, ut de stylo fieri 9
asserit Dominus Leo *dict. decis. 11. numer. 8.* sed Judici appellationis; quia eo in tempore nondum erant Valentiæ Judices permanentes, qui de appellationibus cognoscerent, sed assignabantur per Principem, vel per Magistratus ut notavi *sup. hoc eod. cap. §. 2. n. 4. cum sequentibus.* ac per consequens, dicens Rex Petrus causam definiendam unica sententia esse per Judicem assignatum, intelligi debet ad appellationem, & nullitatem.

Ex quibus manifeste deprehenditur, quod praxis 10
cognoscendi de nullitate ipsos Judices, qui sententias tulerunt, deviat à dispositione contenta *in dict. privil. 23.* licet congruat cum dispositione juris juxta textum *in l. si Præses, C. quomod. & quand. Judex, & in dict. l. 1. C. de sent. & interlocut. omn. judic.* quod fatentur Portoles, aliis congestis *dict. num. 5.* Iacobus Cancer *lib. 2. variar. cap. 2. ex num. 287.* docte disputans an Judex qui tulit sententiam cognoscere possit de nullitate seorsim ab appellatione dicta, juxta *constitutiones Cathalonie 2. & 6. tit. de appellat.* Et tenet quod sic, sed notare debes, quod nititur ea ratione, nempe non esse prohibitum in constitutionibus dicere nullitatem separate ab appellatione. Quare recte sequitur, 11
quod ejus doctrina adaptari non potest *dict. privil. 23.* nam in eo expresse prohibetur dicere nullitatem nisi in appellatione. Sed ut Dominus Leo testatur *dict. decis. 11. num. 8.* stylo observato in Regia Audientia, introductum est, quod nullitas possit dici coram eodem

Judice,

Judice, qui ſententiam tulerat, quod juris communis regulis congruit, ſed non juris ſpecialis Regni Valentiæ, ut infra dicam: & hoc non ſolum quando tractatur de executione ſententiæ, qui eſt caſus dicendi nullitatem per viam exceptionis, ut notant omnes ſcribentes, & melius cæteris Carleval. *dict. diſp. 16. ex num. 111* vel quando præveniendo executionem per viam actionis, nulla mota lite, condemnatus per viam actionis,
12 ſeparata inſtantia, imo proceſſu, intendit ſententiam tanquam nullam non obſervari, de quo idem Carleval. *ibid. num. 20.* quod eſt contentum *in dict. for. 12.* ſed in tertia ſpecie uſu frequentiori, nempe, quando ſententia nondum executioni mandari poteſt, quia judicati vim non obtinet, neque de executione lis mota eſt; ſed ne exequibilis fiat nullitas proponitur, intra decem dies ad appellandum præfinitos, de quo non habemus aliam diſpoſitionem præter contentam *in d. privil. 23.* à qua praxis deduci poſſit, cum recentiores ipſi praxi maximopere obſtent.

Hic modus proponendi nullitatem raro ſana intentione adhibetur: nam licet aliquando contingere poſſit, quod eo utantur diſerti Cauſidici, ad finem obtinendi annullationem ſententiæ, dum non ignorant quod ex defectu ſolemnitatis judicii, ſententiæ non ſunt
13 retractandæ juxta *for. 5. de clam. non mutand.* dum cernunt quod in ſupremis Tribunalibus, fere nunquam contingat judicium claudicare in ſubſtantialibus; & quod in eis ſententia licet nulla detegatur, venit confirmanda ſi juſta eſt, ut inferius dicam, dum nullitates proponunt, non ſperant retractationem ſententiæ, quia in hoc judicio intentionem ſuam comprobare non valent ampliori, ſeu uberiori probatione, cum extrinſeca denegata ſit; nam ut Caliſtratus dixit *in l. divi Fratres. 27. ff. de pœnis.* non ſolent Præſides Provinciarum ea quæ pronuntiaverunt reſcindere, ex quibus ſequitur; quod ad unum ex duobus finibus nullitatis remedio utuntur: vel ad protelandam litem ſub ſpe quod pendente judicio nullitatis non eurrunt decem dies ad appellandum ex dictis ſupra *hoc c. §. 2. num. 57.* vel ad impediendum per indirectum, quod ſententia exequibilis fiat, mediante cautione, de quo egi *d. cap. §. 3. n. 31.* Quare neceſſarium duxi diſputare, an nullitatis dictio, producat ſemper effectum ſuſpenſivum, impedientem executionem ſententiæ.

14 Certiſſimum in jure eſt, quod nullitas dicta in appellatione, cognitionem devolvit Judici *ad quem*, ſimul cum negocio principali ipſius appellationis, ut probant jura *in d. l. quædam mulier 41. ff. famil. herciſc. & in d. l. fin. ff. de jur. patronat.* ad quod tendit diſpoſitio *d. priv. 23.* & tradunt Peguera *d. rub. 28. num. 6.* Ant. de Butr. *in c. exhibit, n. 16. de Judic.* Ioſep. Ludovic. *deciſ. 470. numer. 13.* Ramon *conſil. 73. num. 57. & conſil. 88. num. 9.* Mictes *ad conſt. Cathelon. d. cap. 14. num. 18.* Ripoll. *d. rub. 28. num. 21.* Scaccia *de appellat. q. 17. limit. 19. num. 8. & 9* Dominus Leo *dict. deciſ. 11. num. 4.* Et ratio eſt, quia nullitas ſic dicta, appellationi ineſt, & appellatio nullitati, docent congeſti
15 per Cardinalem Tuſcum *lit. A. concluſ. 394. num. 4* Giurbam *d. deciſ. 70. num. 13.* Francum *in c. dilecto. num. 149. de Appellat.* Scacciam *d. q. 19. remed. 1. concluſ. 3. num. 13.* Ramon. *conſil. 73. num. 57. & conſil. 88. num. 9.* Ciarlin. *controverſ. for. lib. 2. cap. 125. num. 49.* Moneta, Muſcatellus, Gailius, Rota, & Vancius, per Fontanellam *deciſ. 285. num. 12 & deciſ. 458. num. 5.* Quo in caſu, qui appellat, vel ſupplicat, & nullitatem dicit, non ignorat quod nullitas diſcutienda eſt ſimul cum appellatione, vel ſupplicatione, ut cum Bartolo, Vancio, Salicetо, Anania, Puteo, Peruſino, Cornazio, Turreto, Deciano, Bellamera, Caballo, Alexandeo, Rolando, Ferreto, Franciſco Marco, Nata Carrozio, Cartario, Franchis, Magonio, Oddo, Vivio, Maſtrillo, Guidone, Muſcatello, Riminaldo, Carpano, Aldovino, Marta, & Peregrino
16 tradidit Giurba *d. deciſ. 70. num. 1.* Et in hac ſpecie nemo dubitat de effectu ſuſpenſivo producto à remedio ordinario appellationis, vel ſupplicationis, docent Vancius *tit. quot. & quib. mod. num. 34.* Oſaſcus *conſ. 69. num. 23.* Peregrinus *conſ. 91. num. 5. vol. 4.* Giurba *deciſ. 19. num. 3.* Quod adeo procedit, ut geſta pendente hac appellatione per Judicem *à quo*, attenta ſint, & proinde tanquam nulla revocari debent tex. *in l. 1. & ibi Doctores ff. nihil novar. appellat. pend.* & in *c. paſtoralis de offic. jud. delegat. c. bona, c. dilecta, de appellat. c. venientes, de jur. juran.* docent Gratianus, Muſcatellus, Decianus, Turre-17 tus, Dueñas, Burſatus, Rolandus, Surdus, Carpanus, Lancellotus, & alii congeſti per Marium Giurba *d. deciſ. 19. num. 4.* in quibus neminem dubitantem inveni.

Si autem nullitates dicantur ſeorſim ab appellatione, dum in ritu conſiſtant, cognitio ſpectare poteſt ad Judicem qui ſententiam tulit, ut cum Boſſio & Rolando tenuit Eſſe *de inhibit. c. 11. §. 1. num. 11.* & ſic de ſtylo obſervari in noſtro Regno Valentiæ teſtatur Dominus Leo *d. deciſ. 11. num. 8.* quod intelligendum eſt dum ipſe 18
qui appellat nullitatem dicit ritualem, non autem reſpicientem rectum, quia omnia ad merita cauſæ ſpectantia devolvuntur ad Judicem *ad quem*: ut idem Dominus Leo tradidit *d. deciſ. 11. ex num. 4.* Sed ſi omiſſo medio appellationis, vel ſupplicationis, nullitas proponatur, quod de jure fieri poſſe fatetur Ant. Faber *in C. lib. 7. tit. 19. defin. 20. & tit. 27. defin. 17.* ipſe Judex qui ſententiam tulit cognoſcit de nullitate, ſive rectum, ſi ritum reſpiciat. Quia licet Judex lata ſententia functus ſit officio ſuo tex. *in l. Judex 55. ff. de re judic. cum vulgat.* 19
hæc regula fallit, data nullitate ſententiæ, cum reducatur lis ad caſum non latæ ſententiæ, quia lata ſi nulla eſt, reputatur tanquam ſi non eſſet. tex. *in d. l. 4. §. condemnatum, ff. de re judicat. l. ſi expreſſim 19. in fin. ff. de appellat. d. l. 1. C. de ſent. & interloc. omn. judic.* docent Petrus 20
Barboſa *in d. l. ſi de vi, num. 104.* Baldus *in l. data opera, num. 59. C. de his qui accuſar. non poſſ.* Ripa *in d. l. 4. §. condemnatum, num. 3. & 4.* Surdus *conſil. 3. num. 9. cum ſeqq.* Padilla *in l. 1. C. de jur. & fact. ignor. num. 32.* Eſſe *dict. deciſ. 230. num. 34* Paz *in prax. tempor. 1. p. 1. tom. 1. tit. de nullit. num 6. & 7.* Salgado qui alios congerit *de reg. protect. part. 3. c. 9. n. 9.* & Don Michael Frances Vrrutigoyti *variar. lib. 1. c. 57. n. 29.*

Sed in hoc caſu, nempe quando nullitas ſeorſim ab 21
appellatione dicta fuit, ſecluſa evidenter ex actis reſultante, valde dubium eſt, quod effectum ſuſpenſivum producat, ſic mihi probant Modeſtinus in *l. ſi Præſes provincia 27. ff. de re judic.* & Caliſtratus *in l. cum prolatis 32. ff. eod.* expreſſe docentes quod judicati auctoritas permanet, niſi appellatio interpoſita ſit; ſic tenent communiter Doctores Baldus *in l. unic. C. ne liceat in una ead. ſent. tert. provoc. num 1. verſ. aut non, & n. 9. verſ. item nota,* Maſcardus *de probat. concl. 687. num. 1. cum ſeqq.* Miſinger. *centur. 4. obſer. 64.* Gail. *obſer. 127. num. 10. lib. 1.* Scaccia *d. quæſt. 19. remed. 1. concl. 5. ex num. 1.* Innocentius, Canarius, Lancellotus, Molina, Monter, Vanncius, Imbrianus, Maranta, Cavalcanus, Maſtrillus, Fontanella, Franchis, Milanenſis, Cancer, Tuſcus, Burſatus, Surdus, Beroius, Cartarius, Covarruvias, Hondedeus, Parladorus, Guttierez, Ruginellus, Suarez, Gratianus, Caldas Pereyra, & alii congeſſi per Antonin. Amato *d. reſol. 36. num. 1.* quibus adde Cyriacum *contr. 185. num. 16.* Betlichium *d. concluſ. 61. num. 11.* Poſtium *obſer. 12. num. 4. tract. de manuten.* & poſt eum Rota *deciſ. 622. num. 3.* Urritigoyti 22
variar. cap. 54. ex num. 136. Neque *in dict. privil. 23.* hic effectus tribuitur, neque in alio ex noſtris foris reperitur conceſſus, nam noſtro textu ſolum conceditur nullitati notoriæ reſultanti ex ipſiſmet actis, & ſententia, ut aperte dicitur in eo. Imo licet praxis admiſſum habeat hunc effectum concedere, ſimilis ſtylus abrogatus eſt ex juribus infra expendendis, ſed cum ea limitatione concedi ſolet, ut plerumque nullitates ante admiſſionem

missionem scrutentur, & frivolæ, improbabiles, vel calumniosæ apparent, statim rejiciuntur, ut dixi *d.c.10. §.1.num.168. cum seq.*

23 Sed quamquam aliqui Doctores tenuisse videantur, quod si succumbens præveniendo executionem petat sententiam declarari nullam, & mandari actori quod lite nullitatis pendente conquiescat, impediri effectum sententiæ, & ipsius executionem, sic scripserunt Bartol. Bald. Ripa, Alexander, Jason, & Paul. de Castro *in d.l.4.§.condemnatum, num.3 ff.de re judic.* Didacus Covarr. *practicar. cap.24.numero 6. vers.tandem in hac quæstione*, Scaccia *dict. concluf.4. numer.2.* Lancellot. *de attent. cap. 17. limit. 6. num 8.* plures relati per Berlichium *d. concluf.61. num.13. vers.non obstante quod contrarium velit*

24 *Speculator.* Verum hæc traditio nostræ non obstat, quia ipsius auctores ita eam explicant, ut tota vis argumenti diluatur. Nam requirunt expressam instantiam proponentis nullitatem, in adversarium ut ei per Judicem præcipiatur, ne aliquid pendente judicio nullitatis innovet, ut ipse Scaccia declarat *dict. concluf.4.num.2. vers. secundo advertendum est.* Et sic suspensio executionis sententiæ non procedit à nullitatis propositione,

25 sed à præcepto vel inhibitione Judicis. Et in isto casu si ad executionem procedatur, gesta non revocantur tanquam attentata, quousque sententia pronunciata fuerit nulla, ut tradit idem Scacc. *ibid.* & latius *eadem concluf.4. numer.12. cum seq.* Quod aliter procedit in appellatione, cum jus expresse prohibeat aliquid novari appellatione pendente *dict. l.1. ff. nil. novar. appel. pend.* quare cum Vancio recte dicit Berlichius *dict. concluf.61. numer.31. in fi.* quod utilius est appellationi nullitatem accumulare, & ita cumulatam proponere, quam sim-

26 pliciter eam solam deducere. Et adhuc dictum horum Doctorum procedit dum nullitates dicuntur in vim actionis, præveniendo scilicet executionem, ut ipsimet explicant: sed nullitatibus dictis per modum actionis Regno Valentiæ denegatus expresse est effectus suspensivus per *for. 12. de execut. rei judicat.* ergo nulla dispositio foralis favet concessioni effectus suspensivi communiter in praxi admissi, si nullitates intra decem dies à prolatione sententiæ dicantur.

27 Quamquam enim hanc praxim non nego, nemo mirari debet, quod eam improbem, quia præterquam quod, ut dictum est, nulla forali dispositione juvatur, foralis dispositio adest praxim hanc improbans. Nam in *Regia Pragmatica data Cordubæ die 24. Februarii anni 1624. & publicata Valentiæ die 15. Martii subsequentis*, manu Principis subscripta, & per hoc Supremum solemniter expedita, expresse cautum est, quod nullitati effectus suspensivus non tribuatur; quod centum aurei deponendi sint per opponentem nullitatem antequam admittatur, quos amittere debet, si in illo judicio succubuerit; quod sportulæ nullæ lucrentur per Judices (salarium sententiæ dicuntur) & quod in

28 Regia Audientia admitti nequeat dictio nullitatis à sententia lata cum votis hujus Supremi, sed partes teneantur adire ipsum Supremum, ut hæc & alia in ipsa Pragmatica habentur. Hanc dispositionem revocatam aliqui credunt *per dict. cap.30. gravam. Curiæ anni 1626.* Sed perperam; nam in decreto ipsius capitis, in quo consistit vis legis ut alibi dixi, solum habetur: *Quod respecta partis in qua dicitur non posse uti remedio nullitatis, qui usus fuit remedio suplicationis, observetur d. privil.23. Domini Regis Petri I. & in cæteris dicta pragmatica permaneat in suo robore.* sed dispositio *d. privil.23.* non tribuit effectum suspensivum nullitati dictæ seorsim ab appellatione, imo nec permittit dicere nullitatem extra appellationem: ergo quoad hoc non est derogata dispositio pragmaticæ, sed generaliter in Curia confirmata fuit, in his quæ non pugnant cum ipso *privilegio*, quod dubitationem non recipit.

Deinde *in cap. 32. ordinationum hujus Supremi* clare 29
dicitur, quod remedium nullitatis non admittatur dum partes ad interlocutiones habent remedium revisionis, & ad diffinitivas remedium supplicationis. Verba ordinationis sunt hæc *Tiene acordado el consejo, que no se admitan peticiones diziendo las partes nullidades de sentencias, o provisiones del consejo porque han de usar del remedio de suplicacio en las sentencias, y en las provisiones interlocutorias de revision.* Quod ratione duplici nititur: nempe quia habens remedium ordinarium audiendus non est si extraordinarium adhibeat per tex. *in l. in causa 16. in princip. ff. de minor.* ibi: *Nam si communi auxilio, & mero jure munitus sit; non debet ei tribui extraordinarium auxilium.* cum aliis congestis per Ripoll. *de regal. cap. 13. num. 31.* & Ignatium Pereyra *d. revis. cap.7. num.28. & 29.* Non enim remedia ad præsidium inno- 30
centiæ inventa, verti debent in vinculum iniquitatis. *c.suggestum*, ubi Doctores *de appel.* Scaccia *quæst.3. ex num.1.* Salgado *de reg. protect.part.1. cavit.2. numer.148.* Et quia irreverenter procedit quia nulliter pronunciasse Principem, seu ejus Tribunal asserit, non enim præsumuntur errare, qui omnia jura in scrinio pectoris habent tex. *in l.omnium, C de testam.* ubi communiter scribentes: Princeps namque ea habere dicitur in suis consiliariis ut exponit Petr. Rebuffus *tract.de supplicat. in volum. const. Gal. in præfat. numer. 11.* cui enim ridiculum non est, audire tyronem cauſidicum, arguendo de nullitate sententiam à Senatu gravissimo pronunciatam? Hæc enim Supremi ordinatio habet vim legis ut late probavi *hoc eod. avit.§ 1. numer.81. cum seq.* & continet ferme idem quod *dict. pragm. anni 1624.* & sic adest legalis dispositio per pragmaticalem sanctionem statuta, ordinatione Supremi corroborata, & in Curia generali expresse confirmata excludens stylum, seu verius abusum utendi remedio nullitatis indistinctim.

Nec dici potest quod per *for.7. & 8. de executione rei* 31
judicat. data est forma proponendi nullitates prout in narrativa *dict. cap.30. gravam. anni 1626.* dicitur. Quia in his foris tale non reperitur. *in foro 7.* solum describi reperiuntur casus in quibus sententia nulla est juxta tex. *in d.l.2. C.quand. provoc. non est necess. & in d. cap. ei qui appellat fin.2. quæst.6. cum similibus*; in quibus exemplificando, nullitates; simpliciter indicantur. Sed nihil in eo foro reperitur, de modo, tempore, vel forma opponendi nullitatem; neque de effectibus ab ea propositione productis; vel producendis. *in for. 8.* qui est noster textus, Rex Alphonsus II. (correcto errore, ex traditis per Dominum Crespi *observat. 4. numer.38.*) explicando *privil.155. Domini Reg. Jacob. II* quo cautum est, quod in judicio executivo non admittantur exceptiones nisi probatæ per instrumentum, publica auctoritate confectum; superaddit, quod si petita executione sententiæ, nullitas opponatur adversus ipsam sententiam nulla habeatur ratio ipsius nisi evidenter appareat ex eisdem 32
actis, & sententia; quod de jure procedit, ut ex dictis patet, & plures sic tenentes congerit Berlich. *concluf.61. num. 17.* Et sic nullitates per viam exceptionis dictæ, tam juxta forum, quam juxta praxim, etiamsi dicantur separatim ab appellatione, non admittunt probationem extrinsecam, neque effectum suspensivum producere debent, quod interpretando nostrum textum docuit Petrus Belluga *in specul. Rub. 41. §. leges. Regni vers. sed. multoties dubitavi*, quem sequuntur Vantius *tit. quot & quibus modis, num.32.* Lancellot. *de attent. p.2. cap.17. num.94.* Socin. *cons.78. num. 4. lib. 3.* Menoch. *de recipiss. possess. remed.4. num.885.* Vincent. Carroz *de except. adver. præjud. sentent. except.235. num.27. vers. primus est casus*, Gimba *decis.4. num.21. & decis.69. num.25.* Scaccia *d.q.19.rem.1. concl.4. num.25. & 31. & concluf.5. num.4. & 23.* Pacif. *de salvian interdict. inspect.2.cap.2.num.133.* Don Fran. Castillo *decis. Sicil.8. num.8. p.1.* Sesse *decis.*

230. *ex num.* 30. Rota apud Greg. XV. *decis.* 508. *ex num.* 1. & Dominus Crespi *observat.* 116 *numer.* 153. *& seqq.* & sic decisum est per Regiam Audientiam referente Mag. Polo *die* 20. *Decembris* 1633. ad favorem Petri Joannis Saura contra Thomam Pino, quo confirmatum fuit in alia Aula referente Mora sententia publicata per Alreus *eod. anno.*

33 His ita se habentibus, dum denegari non potest quod praxis dicendi nullitatem intra decem dies à prolatione sententiæ desumpta fuit *ex dict. privil.* 23 ut cunctis notum est; & ex nostro textu jus denegandi terminum ad probationem extrinsecam, ut inconcusse observatur: & merito, nam defectus ritus ex actis resultare debet, & notoria injustitia ex probatis, & deductis, non ex his quæ probabuntur inspicienda est: ut plures ex memoratis Doctoribus notant. Quare ultra expressa in
34 his juribus, effectus suspensivus tribuendus est? imo contra expressa, nam in nostro textu dicitur *la dita sentencia sia menada a execucio no contrastants les dites nullitats.* Quibus additur dispositio *Pragmaticæ*, quam salubertimam, & foris conformem semper reputavi, & desumptam ex dispositione *for.* 9. *Cur. ann.* 1604. in quo, licet tantum tractetur de nullitate dicta adversus interlocutiones, dum forma, datur deponendi certam summam antequam admittatur, ut cum succumbens amittat, loco pœnæ temeritatis dicendi nullitatem, contra
35 duas interlocutorias conformes factas cum cognitione causæ, dispositio contenta pragmatica non deviat à foris, dum ex ipsis dispositionem mutuavit: & quod omnem ambiguitatem excludit, est decretum *d. cap* 30. *gravam. ann.* 1626 in quo causa in Curia generali solem-
36 niter examinata, pragmatica confirmata fuit. Usu receptam non esse fateor libenter; sed hoc an sufficiens sit dubitari merito potest, quia forte discussum formiter non fuit, ut possit dici decisum. Ego quando ad Senatoriam dignitatem promotus fui, usu receptum inveni in Regia Audientia lucrari salaria ex judiciis nullitatis seorsim à supplicatione dictis, adversus diffinitivas sententias, semperque dubitavi & nunc etiam dubito, quod fiat absque transgressione pragmaticæ. In judicio supplicationis id ipsum dispositum fuit *in capit.* 5. *pragm. anni* 1607. vulgariter dictæ *institutionum duarum Aularum civilium* quod in viridi observantia est. Nec dici valet quod procedit ex confirmatione facta *in for.* 22. *dict. Cur. anni* 1626. nam *d. pragm. anni* 1624. pariter confirmata fuit *in d. cap.* 30. *gravam. ejusd. Cur.* Cur ergo tam variè? prorsus ignoro: & si causa lucrandi salaria, nullitatis remedium facilius admittatur, quam fori & privilegium permittunt, resultabit error pejor priore.

37 Verum contra nostram traditionem argui posset dicendo ad quid deservit restrictio temporis ad proponendas nullitates per viam exceptionis contenta *in d. privil.* 23. Nam de jure perpetua erat facultas opponendi nullitatem per viam exceptionis, ex eo quod licet dictæ in vim actionis facultas, triginta annorum spatio præscribatur, ex traditis per Socinum *cons.* 106. *num.* 6. *volum.* 3. Baldum *in l. scire oportet*, §. *fin. ff. de excusat. tutor.* cum aliis plurimis congestis per Berlichium *dict. concl.* 61. *num.* 4. & Marinis *dict. lib.* 1. *quotid. resol. cap* 37. *num.* 10. cum ea quæ sunt temporalia ad agendum perpetua sint ad excipiendum ex pluribus congestis per Sesse *d. decis.* 230. *num.* 44. Berlichium *d. num.* 4. & Carleval. *dict. disp.* 16. *ex num.* 8. facultas dicendi nullitatem per viam exceptioni, perpetua reputatur. Et dum Dominus Rex Petrus I. *in dict. privil.* 23. æquiparat nullitatem cum appellatione quoad tempus utendi remediis; quoad cætera quale est effectum suspensivum producere, æquiparata remedia remanserunt.

38 Sed ista ratio non convincit, nam licet lex non possit omnino tollere ea quæ defensionem concernunt, ut alibi dixi, potest tamen modum & tempus præfingere ad adhibendam defensionem. Et sic perpetua facultas dicendi nullitatem per viam exceptionis restricta fuit *in dict. privil.* 23. quoad modum, ut fiat in appellatione, & quoad tempus quod fiat intra decennium. Sic in Cathalonia per *constit.* 1. *& 6. de appellat.* reductum tempus fuit ad eosdem decem dies: in Regno Castellæ 39
ad sexaginta dies *per l.* 2. *tit.* 17. *lib.* 4. *recopil.* in Regno Lusitaniæ infra sex dies, *ex* §. 17. *tit. de execut. lib.* 3. *ordin.* in Regno Neapolis facultas dicendi nullitatem per viam actionis limitatam ex triginta annis ad decem, *per pragm.* 77. *cap.* 21. *tit. de offic. S. R. Consil.* Mantuæ ad decem dies *ex stat. sub Rubr. de tempor. appellat.* in eodem Regno Neapolis tempus opponendi exceptiones contra sententias diffinitivas limitatum est ad triginta dies *per cap.* 25. *pragm.* 4. *de dilat.* de quibus videndi sunt Jason. *in l.* 1. *num.* 9. *ff. de jurisd.* Paril. *cons.* 95. *num.* 36. *volum.* 1. Gama *decis.* 340. *num.* 1. & 2. Jacobus Cancer. *variar. dict. lib.* 2. *cap.* 2. *ex num.* 292. Fontanella *de pact. nuptial. dict. clausul.* 3. *gloss.* 3. *numer.* 43. Ciriacus *contr.* 187. *ex num.* 1. Joann. Paul. Melij. *obser.* 6. *num.* 18. Ignatius Pereyra *de revis. cap.* 6. *num.* 3. Carleval. *dict. disput.* 16. *num.* 8. Azevedo Guttierrez & alii quos congessi *tract. de re criminal. contr.* 70. *num.* 6. *cum seqq.* quibus adde Joan. Baptist. de Thoro *in comp. decis. p.* 2. *verbo nullitatis remedium, & part.* 4. *verb. nullitas adversus decreta interlocutoria*: quo probat dicendam in eo Regno esse intra decem dies etiam si interlocutio habeat vim diffinitivæ; sicut enim in his Regnis tempora ad hos effectus limitantur, sic in nostro Regno limitatum est tempus dicendi nullitatem: cum hac tamen differentia, quod in illis Regnis dispositio non videtur extensa ad aliud, ut de constitutione Cathaloniæ firmat Cancer. *dict. c.* 2. *n.* 295. & sic de cæteris; & dispositio *d. privil.* 23. extenditur ad prohibendam propositionem nullitatis aliter quam in appellatione, ut ex verbis congestis *sup n.* 6. clare probatur. 40

Neque omittere possum quod meo judicio vane Doctores laborarunt in reddenda, ratione disparitatis inter dictionem nullitatis per viam actionis, vel per viam exceptionis: ex eo quod illa triginta annorum spatio præscribatur, hæc autem perpetua sit, de quo late Carleval. *d. disput.* 16. *ex numer.* 8. nam methodica, non practica materia est, quia nullitas, exceptionis modo, dicta allegatur quando agitur de executione sententiæ, ut omnes Doctores fatentur, sed jus exequendi sententiam triginta annorum tempore præscribitur tex. *in l.* 3. *C. de præscript. trig. vel quadr. ann.* docent Nata *consil.* 222. Matth. de Afflict. *decis.* 245. Carroz. *de except. adversus sent. præjud. except.* 6. Maranta *de ord. judicior. p.* 6. *tit. de execut. sent. num.* 54. Asin. *in prax. part.* 1. §. 1. *c.* 2. *limit.* 18. *ex num.* 1. Cultell. *orat.* 1. *num.* 63. Plures congerens Salgad. *de reg. protect. part.* 4. *cap.* 2. *ex numer.* 4. ergo frustra quæritur an facultas dicendi nullitatem excipiendo permaneat, perempto jure exequendi sententiam. 41

Sed omnia superius expensa intelligenda; vel declaranda sunt juxta nostrum textum, & distinctionem communiter per Doctores amplexam; nempe quod nullitas patens ex actis executionem suspendat, illa vero quæ altiorem indaginem requirit effectum suspensivum non producat. Hanc distinctionem docte notavit cum Bartolo, Romano, Canario, Gaillio, Contardo, Angelo, Cumano, Castrense, Imola, Alexandro, Jasone, Zasio, Ripa, Baldo, Saliceto, Covarruvia, Gabriele 42
Afflictis, Franco, Socino, Lancelloto, Vancio, Rebuffo, Garcia, Mysingerio, Vivio, Scaccia, Giurba, Intrigliolo, Roderico, Censio Argelio & Parladoro, Thomas Carleval. *d. disput.* 16. *ex num.* 2. Quibus adde Tuscum *lit. N, concl* 137. *num.* 5. Mascardum *de probat. concl.* 687. *num.* 9. *cum seqq.* Ciarlin. *lib.* 2. *controv. c.* 133. *num.* 101. Berlich. *d. concl.* 61. *num.* 17. Amat. *d. resol.* 36.

ex

44 *ex num. 9. & resol. 63. num.3.* (licet non desint qui teneant quod nullitas dicta seorsim ab appellatione etiam si ex actis resultet, attendenda non erit, ut aliis congestis dixit Cyriacus *contr. 183. num. 3 & 15.*) Et quanquam ipse Carlevalius exemplificando *num. 10.* casus in quibus nullitas dicatur verificari in prompta, & in quibus requirat altiorem indaginem, tradat quod de jure communi, de jure Castellæ dicatur probari in continenti, dum probatur ex actis, vel per testes intra tempus concedi solitum ad probandas exceptiones in causa executiva, quem sequuntur congesti per Salga-
45 dum *de req. protect. p.3 .9 n.25.* vel summarie & in brevissima dilatione assignanda, ut de consuetudine Regni Siciliæ tradit Amato *.. resol. 63. n.3.* cum in Regno Valentiæ probatio extrinseca per testes non admittatur in causis executivis neque in causis nullitatis, ut *in nostro text.* habetur, & ex dictis patet, ac latius dicemus *cap. seqq.* hinc est quod in judicio nullitatum altiorem indaginem requirere dicamus, quicquid probatione extrinseca eget ut quotidiana praxis observat, negando terminum ad probandum in causis nullitatis dictis seorsim ab appellatione, ut ex Vantio & Ranchino tenuit Gratianus *discept. fo . ap 121 num.9.* & sic decisum fuit per Regiam Audientiam referente Nobile Don Christophoro Cardona *die 21. Januarii 1629.* in causa Don Ludovici Sorell, cum Domino Comite de Albatera Don Gaspare Rocafull. Cum enim nullitates istæ in ritu consistant, & ipsarum probatio reducatur ad verificandum defectum citationis, legitimitatis personæ, vel alicujus termini substantialis, hæc aliunde probari nequeunt nisi ex actis, ut cum Bartolo, Vitali, Staphilio, Rota, Cardinali, Alexandro, Vancio, Scaccia, Gabriele, Lancelloto, Cæsare, Contardo, Caputaquem, Cassiodoro, Capicio, Osasco, & Avendaño docet Salgadus, *d. c. 9. n.26. cum seqq.*

46 Verum replicari poterit, quod in nostro textu datur forma dicendi nullitatem sententiæ, quando agitur de illius executione, ut habetur ibi: *si contra executio demanada de sentencia seran allegades, ò posseades rahons de nullit.* quare cum remedium adhibeatur cœpto jam judicio executivo, dictio nullitatis indutur eis naturam strictam; quæ ratio non procedit quando nullitas dicitur antequam sententia rei judicatæ auctoritatem obtineat, vel exequibilis fiat, quo in casu judicium ordinarium exposcit, ut regulariter evenit per tex. *in l. Ju-*
47 *dices 9. C. de Judiciis* docent Rota *decis. 380.* Bellamera *decis. 317. tit. de Judic.* Giurba *decis. 49. num.4.* Scaccia *d. concl. 4. ex num. 1.* Dominus Crespi *obser. 1. num. 333.* Non inquam obstat: nam textus noster loquitur de nullitate dicta per modum exceptionis universaliter dum *privil. 155. Dom. R. Jacobi II.* quod explicat, non solum tractat de exceptionibus oppositis adversus sententias transactas in rem judicatam, sed adversus condemnationes, & obligationes factas sub pœna. Quarti, ut in eo dicitur, ibi: *necnon sub condemnationibus, & obligationibus sua pœna quarti factis vel faciendis*, & ibi: *seu quæ-*
48 *vis aliâ exceptio per adversam partem opposita fuerit.* Quæ verba declarando ait Alphonsus in *nostro textu*, quod si nullitates non probentur ex actis sententia exequatur eis non obstantibus; & sic dubitari non potest intellexisse de nullitate per viam exceptionis dicta, & comprehensa in privilegio sub nomine exceptionis, oppositæ non solum sententiæ vim rei judicatæ obtinenti sed condemnationi, vel obligationi factæ, vel faciendæ sub pœna quarti. Loquitur namque Alphon-
49 sus retento themate propositi per Jacobum Patrem *in d. privil. 155.* Dicta igitur nullitate per modum exceptionis infra decem, sive adversus sententiam, sive adversus condemnationem, summarie de plano, de ea cognoscendum est, denegato termino ad probandum per probationem extrinsecam sicut praxis admissum habet in omni Curia totius Regni. At *in for. 12. eod. tit. de*

execut. rei judic. datur forma dicendi nullitatem per viam actionis contra rem judicatam per tres sententias 50
conformes: ita ut licet ex actis resultet evidenter, vel consistat in defectu jurisdictionis, non producat effectum suspensivum, nec admittatur in eo processu; sed reservatur jus ad aliam instantiam judicii plenarii: verba fori sunt hæc *salvo dret al allegant en altra instancia de Juhi plenari, aixi sobre les dites nullitats com contra los Juges, o algu de aquella, si hauran feyt lo plet seu.*

Idem procedit si duæ sententiæ conformes latæ fuerint prævia cognitione causæ in Regia Audientia, ut colligitur ex *d. for. 9. Cur. anni 1604* cum aliis congestis supra *hoc cap. § 3. num.29.* De jure communi fateor controversum reperiri an nullitates suspendant senten- 51
tiæ effectum sed communior, & receptior opinio est negativa, ut dixi, nisi in casu quo evidenter apparent ex actis, vel respiciant potestatem Judicis, legitimitatem personæ, aut citationem; & in secunda instantia actorum transmissorum, defectum, ut docent Covarruv. *practicar. cap.25. num.2.* Magon. *decis. Floren.104. n.17.* Carroz. *de except. adverss. præjud. sent. except.47. num.42.* Gratian. *discept. forens. cap.581. num.13.* Scaccia *d. q.19. remed.1. concl.4. ex num.25. & concl.5. ex num.1.* Valen- 52
zuel. *cons.48. num.13. & consil.182. ex num. 14* Giurba *observat. 82. ex num. 20.* Salgado *de reg. protect. part.1. cap.8. num.13. & part. 3. cap.9. num.4. cum sec. & n.26.* alios congestos *tract. de re crimin. contr 76 num 8.* Sed hæc omnia correcta sunt in Regno Valentiæ per *d. for. 12.* & solum reservatur facultas dicendi nullitatem adversus sententias conformes in alio judicio plenario nulla concessa suspensione effectus sententiæ, & sic in no- 53
stris foris expressa habetur differentia tam respectu dicendi nullitatem per viam actionis, & per viam exceptionis, quam respectu formæ admittendi, & effectum producendi. Sigismundus Scaccia *d. com. 4. num.1. vers. hinc conclusionis ratio*, non tractat de nullitate dicta per modum exceptionis; sed de dicta per modum actionis dum docet via ordinaria agendum esse; Giurba *d. dec. 49. num. 1.* clare tenet judicium nullitatis sequi naturam ejus cui adhibetur, & sic cæteri Doctores intelligendi sunt. Et quanquam Dominus Crespi *d. num.333.* 54
non satis declaret in quo casu loquatur, intelligendus est in terminis *d. for. 12* qui judicium plenarium in alia instantia concedit, non autem juxta nostrum textum, in quo expresse habetur pronunciandum de nullitate intra terminum assignatur per foros ad judicium executivum; neque secundum *d. privil. 23.* in quo prohibetur dici nullitatem nisi in appellatione.

Ex quibus omnibus concludere debemus, quod nul- 55
litates dictæ per modum exceptionis in eodem processu solum admitti possunt dum ex eisdem actis resultant; quarum judicia summarie expedienda sunt, & quod effectum suspensivum tantum producere possunt, dum ex inspectione actorum notoriæ fiunt. Ex quo fundamento resultat praxis quam tradidi *d. cap.10. § 1. num.167. & seqq.* scrutandi libellum nullitatis allegatæ conferendo eum actis, & si ex eis comprobatio resultat, admitti libellus debet: sin minus rejici statim saluber- 56
rimo decreto adhibito: *non procedunt nullitates.* Quod à sapientissimis Senatoribus sæpius observatum vidi, præsertim respectu nullitatum oppositarum adversus interlocutiones: & non semel dum proponebantur adversus diffinitivas; sed nunc omisso prævio illo examine probabilitatis admitti solent contra dispositionem *d. pragm. anni 1624* confirmatæ *in Curia anni 1626. cap.30. gravam.* Quod salva pace Dominorum 57
nocivos effectus producit. Exemplum ponam in lite vertente inter Don Jacobum Sapena ex una, & Domnam Merinam Santapau, & Domnam Vincentiam Sapena partes ex altera. Nullitates admissæ fuerunt adversus diffinitivam non solum post decem dies, sed post

annum diſceptatum acerrime fuit, an effectum ſuſpenſivum producerent, & Regia interlocutione *dies* 4. *Maii anni* 1629. ex deliberatione Aulæ pronuntiavit
58 Nobilis Don Gaſpar Tarraga, nullitatem eſſe turbidam & altiorem indaginem requirere, reſervando ad diffinitivam an effectum ſuſpenſivum produxiſſet & jubendo quod partes infra decem inſtruerent proceſſum, quibus elapſis remaneret in puncto ferendæ ſententiæ. Hæc quidem interlocutio diſcrepat prorſus à communi ſententia Doctorum; nam ſi altiorem indaginem requirebat; effectu ſuſpenſivo notoriè carebat. Si enim ſic prönunciatum fuit, ne panderentur merita cauſæ, ut
59 in ſimili notat, & laudat Fontanella *deciſ.* 26. *numer.* 2. *& deciſ.* 85. *num.* 9. *&* 10. perperam facta fuit, tum quia eo ipſo quod dicebatur altiorem indaginem requirere, inferebatur effectum ſuſpenſivum non producere, & ſic merita pandebantur; tum etiam quia Fontanella laudat interlocutiones ſimiles, caſu quo, nullitate de jure procedente, ſententia revocanda veniebat; in quo nullum inconveniens ſequebatur. At in caſu prædicto, poſtea nullitates repulſæ fuerunt, & tacitè conceſſus fuit effectus ſuſpenſivus; dum notoriè concedendus non erat, ut eventus ipſe demonſtravit.

60 Quæ nullitates admiſſibiles ſint juxta foros inferri valet ex *d. for.* 7. *de execut. rei judic.* Cum ſimilibus notatis per Doctores *in d. l.* 2. *C. quando provocar. non eſt neceſ. & in d. c. ei qui appellat. fin.* 2. *quæſt.* 6. in quibus explicandis non immoror, cum non ſcribam tractatum de nullitatibus. Solum placet adnotare diſtinctionem in praxi communiter amplexam, dum conſiſtunt in recto, vel in ritu. Nam nullitas reſpiciens rectum efficacior eſt rituali, quia ratione notoriæ injuſtitiæ ſententia ita nulla eſt, ut nunquam tranſitum facere poſſit in rem judicatam *d. l. quadam mulier* 41. *ff. famil. hercis. dict. l. fin. ff. de jure patronat. d. l. ſi expreſſim* 19. *ff. de appellat. for.* 6. *& for.* 7. *in princ. de execut. rei judicat. dict. privil.* 82. *Domini R. Jacob. II. C. inter cæteras, de ſentent. & re judic.* docent Innocentius *in C. cum Bertoldus, eod. tit.* Bertazol. *conſ.* 469. *num.* 2. *vol.* 3. Afflictis *deciſ.* 30. *num.* 5. Barcius *deciſ.* 45. Farinacius *in ſelect. tom.* 1. *deciſ. Rot.* 151. *num.* 3. *& in noviter noviſſ. dec.* 77. Oſaſcus *deciſ.* 1. *numer.* 49. Caſtillo *deciſ. Sicil.* 4. *part. lib.* 1. Novar. *ad pragm. Neapol. titul. de offic. ſacr. conſil. collect.* 4. *num.* 26. Gratian. *diſcept. for. c.* 61. *num.* 10. *& c.* 266. *num.* 14. Carol. de Graſ. *deciſ.* 2. *num.* 6. *tit. de ſolut.* Riccius *collect. deciſ.* 770. *ad fin.* Fontanella *d. deciſ.* 26. *ex num.* 19. *deciſ.* 205. *num.* 4. *deciſ.* 205. *num.* 10. *deciſ.*
61 391. *numer.* 25. ſed ad iſtum finem ſententias adeo clare debet continere iniquitatem, ut nulla dubitatio, vel offuſcatio injuſtitiæ interveniat; nam ea interveniente ſententia ſuſtinetur ut cum Angelo, Rota, Seraphino & aliis notant Scaccia *tract. de re judic. gloſ.* 14. *qu.* 11. *num.* 60. Seſſe *de inhibit. dict. cap.* 5. §. 6. *numer.* 5. *in fin.* Maceratenſ. *var. lib.* 1. *reſol.* 58. *num.* 5. Ciarlin. *controverſ. forenſ. lib.* 1. *cap.* 49. *ex num.* 36. Salgado *d. n.* 9. *n.* 34. *&* 36. Poſtius *tract. de manuten. obſer.* 12. *num.* 4. *& poſt eum.* Rota *deciſ.* 622. *numer.* 3. eadem Rota apud Othobonum. *deciſ.* 29. *numer.* 26. Don. Mich. Franſ. Urrutigoyti *var. d. c.* 54. *num.* 136. *cum ſeqq.* At nullitas rituali ſi ſententia quoad merita juſta eſt, venit confirmanda, præcipue in Supremis Curiis nomine Principis jus dicentibus, per tex. *in l. fin.* §. *ult. ff quod metus cauſa.* Quid enim oporter forali diſpoſitione nullitatum remedium admiſſum eſſe, ſi hæc generalitas reperitur derogata per ſpecialitatem contentam *in for.* 7. *de Cur. & Bajul.* ibi: *in Curiis ordinariorum & delegatorum dicti Regni procedi valeat ſine omni figura judicii ſolum attenta veritate negotii: & quod aliqua ſententia non valeat dici nulla occaſione* obmiſſionis ordinis judiciarii ſubſtantialis. Idem cautum eſt *in for.* 5 *de clam. non mutan.* de quo aliqua dixi *dict. cap.* 10. §. 1. *num.* 6. *& n.* 329. *cum ſeqq.* quibus adde ad rem Cancer. *var. lib.* 3. *cap.* 17. *num.* 55. *cum ſeqq.* *& num.* 563. Vivium *deciſ.* 351. *lib.* 2. Myſinger. *obſervat.* 62. *centur.* 4. Afflictis *deciſ.* 250. *& deciſ.* 283. Barboſam *lib.* 2. *voto* 51. *per tot.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 206. *num.* 4. *& c.* 266. *num.* 15. Salgadum *de reg. protect. dict. part.* 3. *cap.* 9. *num.* 2. *&* 6. Gabrielem Pereyra *deciſ.* 19. *ex num.* 1. *deciſ.* 76. *num.* 4. Ant. Faber *in C. lib.* 3. *tit.* 12. *defin.* 24. Dominus Leo *deciſ.* 189. *ex numer.* 3. aliis relatis Carleval. *dict. diſp.* 16. *num.* 49. Pluribus de more Giurbam *obſer.* 108. *num.* 9. *cum ſeqq.* qui interpretando Regi Ferdinandi legem *d. deciſ.* 70. *num.* 16. hanc pulchram rationem ſubjungit. *Statuentis Ferdinandi Regis mens fuit litigantium calumnias comprimere, qui ad defatigandum adverſarios ſolam proponunt nullitatem ut illos pluribus vexent judiciis. In ea odium proponentium nullitatem, & in favorem eorum qui ſententiam obtinuerant, ſtatuit Rex, ut parte in meritis audita ſi ſententiæ fuerit juſta confirmetur, ſicque reparetur nullitas.* Aliqua ad rem congeſſi *tract. de re crimin. controverſ.* 70. *num.* 38. Quæ doctrina pluribus Regiæ Audientiæ deciſionibus illuſtrata reperitur, quas congerunt Dominus Leo *d. deciſion.* 189. *num.* 7. & Dominus Don. Petrus Sanz *in ſuis obſervat. lit. S. obſervat.* 6. An autem pariter procedat in his, quæ in ſolo ritu conſiſtunt, ut eſt diſtractio bonorum, dicam *cap. ſequenti.*

Plura inferri poſſunt ex hac doctrina, veluti quod ſi 64
nullitates frivolæ, improbabiles, vel calumnioſæ appareant non ſuſpendunt curſum decem dierum ad appellandum, ut cum Bartulo, Baldo, & aliis probat Joan. Garcia *de nobil. gloſ* 6. §. 2. *n.* 28. & dixi *ſup. hoc cap.* §. 2. *num.* 57. *cum ſeqq.* Quod ſententia ſuper nullitate lata non facit numerum ad conſtituendam rem judicatam per text. *in Clement.* 1. *de ſent. & re judicat.* pluribus congeſtis docent Didacus Covarruvias *pract. capit.* 25. *num.* 5. & Salgado *dict. part.* 3. *cap.* 16. *ex num.* 47. & ratio eſt, quia regulariter ſententia nullitatis tendit ad 65
diverſum finem ac ſententia lata ſuper meritis, nempe ad detegendum vitium judicii, & ſic me referente fuit deciſum in Regia Audientia *die* 16. *Januarii* 1655. in cauſa Don Petri Caſaſus, cum Michaële Flavja, actuante Torres. Sed ſi partes ſubintrant diſcutionem meritorum, & de eis cognitum ſit, ſententia repulſæ nullitatis jam tendit ad eundem finem, & convenit in ſubſtantia, & qualitate cum prima, & numerum facere debet, ſic tradunt Ruginel. *tract. de appellation.* §. 12. *gloſ.* 1. *numero decimo, verſ. omneſque.* Foſſan. *deciſ.* 228. Decius *conſil.* 385. *numer.* 2. Scaccia *de appellat. quæſt.* 17. *limit.* 1. *num.* 21. *& de Judic. cauſ. civil. & crimin. lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 447. Salgad. *d. cap.* 16. *numer.* 26. ſed hæc & ſimilia omitto libenter, concludendo, quod in dubio 66
nullitas repellenda venit per text. *in l. quoties* 12. *ff. de reb. dubiis* quem ad rem expendit Doctiſſimus Præſul Valenzuela *conſil.* 72. *num.* 41. aliis congeſtis idem renuit Antonius Amato *reſol.* 56. *num.* 11. Et quod allegans nullitatem, ſi dedit ei cauſam audiendus non eſt per text. *in l.* 1. §. *ſi omnes, ff. de ventr. inſpiciend.* docent 67
Craveta, Caprarius, Vancius, Magonius, Hondedeus, Rolandus & alii congeſti per Cyriacum *contr.* 181. *num.* 68. quod procedit non ſolum agendo, verum etiam excipiendo, aliis relatis idem Cyriacus *contr.* 416 *num.* 10. Joſeph. Roſſa *conſult.* 14. *num.* 70. *& conſult.* 15. plura qui cupit, capiat ex Doctoribus ſupra memoratis.

§. VI.

De Reſtitutione in integrum, implorata adverſus ſententiam diffinitivam, vel rem judicatam ad interpretationem fori 11. de reſtit. minor. ***& aliorum jurium.***

JACOBUS I. REX.

TEXTUS.

LA Cort puſque preſent lo Senyor Rey o abſent el Regne de Valencia donar benefici de reſtitucio als menors de vint anys: e ales altres perſones: les quals dejen haver reſtitucio; e reſtaurar als menors qualque dan hauran pres dintre vint anys.

SUMMARIUM.

1 *Reſtitutio in integrum dicitur auxilium extraordinarium, & quare.*
2 *Reſtitutionis in integrum beneficium non ſolis minoribus, ſed cunctis concedi poteſt.*
3 *Fori Regni Valentiæ non ſolum minoribus hoc beneficium pollicentur.*
4 *Reſtitutionis gratioſa materia hic non tractatur.*
5 *Reſtitutio in integrum principaliter, & incidenter implorari ſolet.*
6 *Reſtitutio in integrum læſionem cauſam ipſius læſionis ſupponit.*
7 *Reſtitutionis petendæ cauſa in minore faciliter probatur, difficilius reſpectu majorum viginti annis.*
8 *Reſtitutionis beneficium non ſolum adverſus ſententias imploratur, ſed adverſus quaſcumque res quibus læſio ſequatur.*
9 *Differentia quæ verſatur inter majores, & minores reſtitutionem implorantes eſt, quod minor directe reſtituitur adverſus ſententiam, major vero tantum ad appellandum.*
10 *Textus* in l. fin. ff. de in integ. reſt. *emendatus expenditur.*
11 *Textus noſter deſumptus eſt* ex l. præſes 42. ff. de minor. *quæ expenditur.*
12 *Tempus implorandi beneficium reſtitutionis de jure digeſtorum annus erat.*
Conſtantini Magni conſtitutione, varia temporis ſpatia ad hoc conceſſa fuere, ibid.
13 *Juſtinianus quadriennium conceſſit univerſaliter ad implorandum hoc beneficium.*
14 *Fori Regni Valentiæ ſolum biennium concedunt.*
15 *Tempus implorandi reſtitutionis beneficium, currit à die ſcientiæ læſionis.*
16 *Reſtitutio implorata intra tempus ſtatutum ſuſpendit effectus ſententiæ.*
17 *Niſi calumnioſe petatur animo ſcilicet impedienda executionis.*
18 *Vel adverſus ſententiam Principis*
19 *Reſtitutio implorata adverſus ſententiam Principis ſapit naturam ſupplicationis, & ſic præſtita cautione exequibilis fit.*
20 *Sed in Regia Audientia admiſſa & ſic præſtita cautione niſi allegata ſuſpicione calumniæ, non deveniatur ad executionem ſententiæ.*
21 *Deciſio Regiæ Audientiæ.*
22 *Reſtitutione implorata poſt cœptam executionem, non ſuſpenditur executio.*
23 *Sed ultimo decreto ratio reſtitutionis habenda eſt.*
24 *Cauſarum Patroni non facile judicatis quieſcunt.*
25 *Reſtitutio ſæpius imploratur animo impediendi executionem ſententiæ.*
26 *Reſtitutionis beneficium elective competit cum ſupplicatione*
27 *Minor qui ſupplicationem interpoſuit, ſi ex omiſſione implorandi reſtitutionem lædatur, reſtitui poteſt.*
28 *Reſtitutionis in integrum remedium ſpecies appellationis vel ſupplicationis eſt.*
29 *Reſtitutionis beneficium pinguius quam appellationis remedium dicitur, ſed appellationis fortius eſt.*
30 *Reſtitutionis remedium concurrere poteſt cum remedio nullitatis.*
31 *Sed declara* alternative, *dicendo ſententiam nullam, & ſi qua ſit, beneficium reſtitutionis implorando.*
32 *Deciſio Regiæ Audientiæ.*
33 *Si plures collitigantes ſint, an unuſquiſque remedio diverſo uti poſſit.*
34 *Coharentia cauſa contemplanda eſt ad admittendum beneficium reſtitutionis.*
35 *Ex defectu allegationis hujus incompatibilitatis remedia diverſa proſequi ſolent.*
36 *Ad beneficium reſtitutionis admittendum præcedere debet examen juſtificationis læſionis, & cauſæ.*
37 *Obſervantia Regiæ Audientiæ omittit examen hujus juſtificationis, ex eo quod reſtitutio in dubio concedenda ſit.*
38 *Praxis Regni Valentiæ, quoad admiſſionem remedii traditur.*
39 *Allegatio calumniæ, vel malitiæ ſpectatur, ut cauſa cognita ad executionem ſententiæ procedatur præſtita cautione.*
40 *Sententia nullitate detecta, non eſt opus reſtitutione.*
41 *Reſtitutio implorata cenſetur per clauſulam ſalutarem* omni & meliori modo.
42 *Si poſtuletur id quod ſola reſtitutione concedi poteſt, ipſa reſtitutio implorata videtur.*
43 *Deciſio Regiæ Audientiæ.*
44 *Judices ordinarii poſſunt concedere reſtitutionem.*
45 *Sed iſta concluſio procedit dum beneficium imploratur adverſus ſententiam ipſius, vel inferioris.*
46 *Reſtitutionis beneficium regulariter imploratur coram Judice proferente ſententiam.*
47 *Reſtitutio in integrum poteſt imlorari coram ſuperiori.*
48 *Reſtitutio ad totam cauſam quando imploretur, & quos effectus producat.*
49 *Superioris eſt reformare ſententias inferiorum.*
50 *Reſtitutio implorata adverſus ſententiam tantum quid operetur.*
51 *Quæ cauſæ alleganda ſint ad hoc ut reſtitutio majori concedatur remiſſive.*

REſtitutionis in integrum beneficium dicitur ab Ulpiano *in l. in cauſa cognitione 16. in prin. ff. de minor.* & à Caliſtrato *in l. 2. ff. ex quib. cauſ. major.* Auxilium extraordinarium. Quia irregulariter jure Prætorio pollicebatur ad ſubveniendum lapſos aut circumſcriptos adverſarii calliditate, ut idem Ulpianus docet *in l. 1. ff. de in integ. reſtit.* Quare certiſſimum eſt, quod licet frequentius per minores imploretur: nemo tamen videtur excluſus quem Prætor in integrum ſe reſtituturum non polliceatur, ut dicebat Paulus *in l. nemo 5. ff. eodem.* ut latè docuerunt Petrus Rebuffus *ad leg. Gal. tom. 2. tit. de reſtit. in integ. in præfat. num. 11.* Sforcius Oddo *pleno tract. de reſt. in int. part. 1 queſt. 1.* Maranta *de ordin. judic. part. 6. num. 77. cum ſeqq.* Ant. Gomez *lib. 2. variar. cap. 14.* ubi pluribus congeſtis Ayllon. Verolus *in cap. 1. de integ. reſtit. à num. 123* Petr. Gregor. *lib. 50. ſyntagm. cap. 1. ex num. 38. & tract. de appellat. c. 8.* Hugo Donellus *lib. 21. comment. 21. ex cap. 4.* ubi Illiger. Morla *in Emporio titul. 5. per tot.* Fontanella *deciſ. 111. cum aliquib. ſeqq.* Scacia *de appellat. quæſt. 19. remed. 2. ex num. 10.* Garcia *de Nobilit. gloſ. 6. §. 1. num. 36.* Torre-

blanca *de jur. ſpirit. lib.15. cap. 12. num.106.* Thoro *in compend. deciſ. verb. reſtitutio in integrum an concedenda, lib.2.* Novar. *ad pragm. Neapol. ad prag.1. de minor. collect.1. per tot.* Marin. *lib. 2. quotidianar. cap.96. ex n.10.*
5 apud quos plures. Quod agnoſcens Jacobus Rex noſter *in hoc for. 11.* non ſolum minoribus auxilium reſtitutionis in integrum conceſſit, verum etiam cæteris, ut in eo dicitur ibi : *als menors de vint anys e a les altres perſones les quals dejen haver reſtitucio.* Quæ quidem ver-
4 ba excluduntur ad reſtitutionem gratioſam per Principem faciendam, de qua hic non agimus, ſed reſtitutionem comprehendit æquitate ſuadente per viam juſtitiæ concedendam, quæ ab illa in pluribus differt ut notant Oddo *dict. p.1. quæſt.1. articul.5.* Garcia *de nobilitat. d. glo.6. §.1. ex num.43.* Illiger. *ad Donell. d. lib.21. cap.5. lit. B.* Scaccia *de appel. quæſt. 19. remed. 2. num. 26. cum*
5 *ſeqq.* ſed comprehendunt tam reſtitutionem principaliter, quam incidenter imploratam. Sed quia hæc peti non poteſt adverſus ſententiam ex doctrina Abbat. *in c.ſuſcitato 6. num 5. de jur. juran.* Ferreti *conſil.43. n.3. & 5.* Æmil. *conſil. 56. num.2.* Rolandi *conſil.26. ex n.1. tom.2.* Riminaldi Junioris *conſ.103. numer.52.* Magonii *deciſ.67. num.14.* Ciriac. *controverſ.380. numer. 34. cum ſeqq.* ideo *in hoc §.* tantum de principaliter implorata adverſus ſententiam ſcilicet, ad illius tractationem verbum inſtituimus. Sed quia conceſſio remedii requi-
6 rit læſionem, & juſtam cauſam implorandi per text. *in l.3. ff. eod. l.quod ſi minor. 24. §. non ſemper, l non omnia 44. ff. de minor. for. 14. de reſtit. minor.* ut pluribus congeſtis probat Gratianus *diſcep. forenſ. cap.762. ex num. 15.* & minores eo ipſo quod tales ſint cauſam legitimam implorandi probatam habent text. *in d. l. 1. ff. de minor.* quia ſola ætatis debilitas ſufficit ad obtinendum bene-
7 ficium hoc, inde fit quod minores frequentius eo utantur quam majores, quibus difficilior eſt comprobatio cauſæ *l.2. ff. ex quib. cauſ majores.* Neque hoc auxilium adverſus ſententias tantum in uſu eſt, de quo late *in l.1. & tot. titul. C. ſi adverſ. rem judic. l. divus 7. ff. de in integr. reſtit. l. Præfecti. cum l. ſeqq. ff. de minor. cap. 1. de reſtit. in integ. in 6. c. ſuſcita eod.* tradunt Oddus *d. tract. de reſtit. part.2. quæſt.72. art.1. & 4. numer.66. & qu.43.*
8 *num.1. & 35.* Turret. *conſil. 54. numer. 3. lib. 3.* Burſat. *conſ. 101. num. 25.* Surdus *conſil. 70 num.13.* Morla *in empor. d.tit.5. quæſt. 3. num. 12.* Ant. Amato *var. lib.2. reſol.65. ex num. 1.* ſed etiam adverſus contractus, & cæteras res geſtas ex quibus læſio ſequatur, & cauſa implorandi legitime oſtendatur *dict. l.1. ff. de minor. dict. l.1. ff. ex quib. cauſ. major.* & in Codice Juſtiniani plures rubricæ reperiuntur, quæ tractant de iſtis reſtitutionibus. Quod de jure Valentino probat *for. 2. eod. tit.*

9 Sed quoad judicialia hæc differentia verſatur inter implorantes majores, vel minores quod minores etiam ſi a tutoribus, vel curatoribus defendantur, cauſa cognita reſtituuntur directe adverſus ſententiam. Majores vero ſi per procuratores defenſi fuerint, ſubveniuntur tantum ad appellandum, tex. *in l.fin. ff. de in integ. reſtit.* Quam differentiam nota uti textualem; & licet Gloſſa, & Bartolus *ibid.* dixerint quod majores indefenſi ad totam cauſam reſtituuntur, minores autem legitime defenſi reſtituuntur, quos etiam ſequuti fuerunt Baldus & Rebuf. *in dict. proœm. nu. 27.* Jacob. Cujac. *in eod. tex.* ſed hæc interpretatio corruit, dum aſſerunt quod minor legitime defenſus reſtituendus eſt indefenſus minime, quia ſententia non ſubſiſtit per tex. *in l. penult. C. ſi adver. rem judicat.* ſi enim legitime defenſus fuerit, ſententia ſuſtinetur, & læſio probari non poterit, quia ad eam probandam requiritur quod verificetur omiſſio in probando, vel allegando; & quod ſi allegaſſet, vel probaſſet ea quæ omiſit, ſententia veniret revocanda, ut cum Oddone, Guid. Pap. Alex. Roland. Fran. Marco, Rota, Benitend. Turrer, & Beroio tenet Maceraten. *lib.2. var. reſol.8. num.56.* his & aliis congeſtis Gratian. *dict. cap.762. num.18. & 19.* Ex quibus recte concluditur, quod legitime defenſus etiamſi minor ſit, non debet in integrum reſtitui. Demum Gloſſa, Bartolus, & Baldus tenuerunt quod reſtitutio concedenda erat adverſus *rem publicam* ut in littera textus dicitur, ſed perperam, nam ut cum Goveano, & Cujacio, *ubi prox.* notat Gothofredus contra *rem judicatam* dicere debuit. Quæ enim æquitas ſuadere poterit quod minori legitime defenſo ſuccurratur? ſenſus itaque eſt, ut minori qualitercumque defenſo, ſuccurratur per reſtitutionem quoad totam cauſam: majori vero ad appellandum tantum. Et 10
ſic minor per hoc auxilium poterit directe agere ad retractationem ſententiæ, in eo nempe judicio reſtitutionis; major autem nequaquam, ſed tantum ut ſibi appellandi facultas concedatur, & in judicio appellationis tractabit de revocatione ſententiæ.

Hæc per noſtros foros ſtatuta ſunt: reſpectu minorum noſtra interpretatio clare habetur *in for. 4. eod. tit.* ibi: *en ço que porran provar que ſeran dammificats.* Quoad majores in *noſtro tex.* quia poſtquam Jacobus Rex conſtituit, quod reſtitutio concedatur minoribus, & cæteris perſonis quibus debeatur, ſubjungit quod minoribus reficiatur læſio illata intra minorem ætatem; dum enim diſcretive loquitur omnibus remedium con- 11
cedendo, & ſolis minoribus reparationem læſionis ibidem dando, intelligere debemus quod eadem differentia retenta minoribus tanquam magis privilegiatis, læſionis reparationem conceſſit in eodem judicio reſtitutionis, majoribus tantum conceſſa facultate appellandi. Quoad amplius ſuadetur ex eo quod iſte forus deſumptus fuit ex textu *in l. præſes 42. ff. de minorib.* ut in apoſtilla dicti fori dicitur. Ulpianus enim *in d. l. præſes* ſic dixit: *quod enim appellatio interpoſita majoribus præſtat, hoc beneficio ætatis conſequuntur minores.* Hæc verba regulariter interpretantur eo ſenſu ut minor per reſtitutionem conſequatur eundem effectum ac major per appellationem; ſed negari non poteſt, quod concordant cum *d. l. fin.* ſenſum extendendo ad id quod dicimus, nempe quod minori conceditur privilegium agendi directe ad retractationem ſententiæ mediante reſtitutione, ſed majori tantum ad appellandum, ut in judicio appellationis retractationem conſequantur.

Dices quod non ſemel majores in judicio reſtitutio- 12
nis retractationem obtinent, quod non nego; fatendo pariter, quod in praxi hanc differentiam admiſſam non viderim; ſed ſimiliter certum eſt, quod hæc diſpoſitio non deducitur, & ſic quanquam certa ſit; ex conſenſu partis de meritis ſententiæ tractando judicium ſuſtinetur, ſicut ſubintrando diſcutionem meritorum rei judicatæ ſecunda ſententia ſuſtinetur contra primam ut dicebamus *cap.præced. §.1. num.161.* ubi plura congeſſi. An autem major factus tempore prolationis ſententiæ reſtituatur adverſus eam, ſi lis dum minor erat ſuſcitata fuerit differunt, aliis relatis Morla *dict. q.3. num.14.* Odd. *d.q.72. art.5. n.76.* & Amato *d. reſol.65. ex n.2.*

De jure digeſtorum annus uti is concedebatur ad 13
implorandum beneficium reſtitutionis computandus à die quo experiundi poteſtas erat *d. l. 1. §. item ſi quid, ff. ex quibus cauſ. ma.* Ex Conſtantini reſcripto contento *in l.2. C. Theodoſ. de integr. reſtit.* varia temporum ſpatia, ſecundum differentiam regionum, aſſignata erant, ſed Juſtinianus *in l.fin. C. de tempor. in integ. reſtit.* omnia adæquavit, quadriennium continuum univerſaliter concedendo, ita ut minoribus à die quo vigeſimo & ſexti anni dies illuxit quadriennium computetur. Majoribus vero à die ceſſationis impedimenti, ut in tex. habetur & docet Cujacius *in tract. de diverſ. tempor. præſcript. cap.22.*

In noſtro Regno major ætatis quiſque reputatur ab 14
anno vigeſimo completo, & tempus implorandi beneficium reſtitutionis ad biennium reſtrictum eſt tam in

minori

minori quam in majori *for.* 1. 2. & 4. *eod. tit.* notat Mor-
la *d. tit.* 5. *in princip. numer.* 8. Computatur itaque hoc
biennium minoribus à die impleti anni vigesimi, quo
fiunt ætate majores, ut in dictis juribus, dicitur, nisi pro-
15 babilis ignorantia læsionis allegaverint, nam eo in ca-
su currit à die notitiæ, ut tenuerunt Ripa *in l. admonen-
di, minor.* 17. *ff. de jur. jurand.* Oddus *de restit. quæst.* 76.
numer. 38. & *quæstion.* 10. *a num.* 37. Majoribus vero à die
actus gesti, ut *in dict. for.* 2. dicitur; quod ego intelligo
de læsione resultante ex actu ab ipso implorante gesto,
cum læsio tunc ignorari regulariter non videatur. Si
vero ab alio gestum fuerit, vel ignorantia non culpa-
bilis comprobetur, à die notitiæ computandum erit, ut
16 docent Baldus *in l. falsam, C. si ex fals. instr.* Hipol. de
Marsil. *singular.* 572. Caldas Pereyra *in repet. l. si curato-
rem habens, vers. infra legitimum, C. de in integ. restitut.*
Gratian. *discep. forens. cap.* 408. *numer.* 12. Ant. Gomez
lib. 2. *cap.* 14. *num.* 7. ubi Ayllon. Cancer. *variar. lib.* 2.
cap. 1. *num.* 233. & *lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 86. Marinis *quoti-
dian. resolut. lib.* 1. *cap.* 299. *num.* 10. Valenzuela *consil.*
182. *num.* 20. Ciriacus *contr.* 270. *num.* 41. *cum seqq.* Et
sic decisum fuit in Regia Audientia Valentiæ, senten-
tia publicata per Franciscum Paulum Alreus *die* 2. *Sep-
tembris anni* 1611. ad favorem Mariæ Magdalenæ del
Bosch. & de Benavent, contra Don Michaëlem Jofre.

17 Ex his infertur differentia præcipua inter hoc be-
neficium, & remedia appellationis, supplicationis,
vel nullitatis, nam hæc ut suspendant effectus sententiæ
adhibenda sunt intra decem dies peremptorios, modo
quo diximus in proximioribus. At vero hoc benefi-
cium restitutionis in integrum imploratum intra tem-
pus duorum annorum suspendit effectus sententiæ, ita
ut nihil innovandum sit ea pendente text. *in unic. C.
in integ. rest. postulat. ne quid novi fiat.* quam conclusio-
nem tenent & exornant aliis relatis Amat. *decis.* 181.
Vincen. de Franch. *decis.* 86. *num. penult.* Michaël Ferrer
& cæteri congesti per Fontanellam *de pact. nuptial. tom.* 1.
claus. 4. *glos.* 18. *p.* 1. *num.* 102. Cancer. *dict. lib.* 2.
cap. 1. *num.* 243. Scaccia *dict. quæst.* 19. *remed.* 2. *ex n.* 64.
& 85. Giurba *decis.* 29. *num.* 6. Valenzuela *cons.* 62. *n.* 89.
Noster Episcopus Carthaginensis Dominus Rojas *de-
cis. Rot.* 125. *num.* 1.

18 Hæc regula limitatur si restitutio calumnioſe im-
ploretur, per text. *in c. suscitata, de in integr. restit.* ubi
communiter Canonistæ *l. minor.* 18 §. 1. *ff. de minor.* do-
cent præter ordinarios Gratianus *discep. for. dict. c.* 762.
num. 22. *cum seqq.* Carleval. *de Judic. lib.* 2. *tit.* 3. *disp.* 16.
num. 4. Cancer, *dict. cap.* 1. *num.* 263. Novar. *dict. col-
lect.* 1. *de minor. num.* 23. Ioan. Bap. de Thoro *lib.* 2. *verb.
restitutio in integrum majori*, vel si adversus sententiam
Principis imploretur *dict. l. minor.* 18. §. 1. docent Co-
varruv. *pract. cap.* 25. *num.* 7. *vers. item quia*, Gravat. *ad
Vestril. lib.* 8 *cap.* 1. *num.* 19. Boer. *decis.* 65. *num.* 7. Me-
noch. *de adipiscend. poss. remed.* 4. *num.* 831. Lancellot.
de attent. quæst. 18. *ex num.* 109. Afflic. *decis.* 356. *num.* 3.
Oddus *part.* 1. *quæst.* 43. *art.* 2. *num.* 51. Scaccia *dict. re-
med.* 2. *num.* 107. Flores de Mena *var. lib.* 1. *quæst.* 5. *n.* 6.
Ioan. Bap. de Thoro *in compend. decis. lib.* 2. *verb. restitu-
tio in integrum adversus sententiam* Carleval. *d. disput.* 16.
num. 45. Capicius *dec.* 53. *ex num.* 1. Capella Tholos.
decis. 54. *ubi* Aufred. Benitend. *decis.* 85. *num.* 13. Fran.
Marcus *decis.* 54. *num.* 3. Thesaur. *decis.* 181. *num.* 2. & 3.
Rota Bonon. *decis.* 85. *in fin.* Fontanella *decis.* 114. *n.* 15.
& *decis.* 116. *num.* 12. *cum seqq* Marin. *dict. lib.* 1. *c.* 200.
num. 3. & *decis.* 16. *num.* 4. Augustin. Barbosa *in collect. d.
cap. suscitata, & in dict. l. unic. num.* 10. ex duplici ratio-
19 ne, nempe quod suspicionem calumniæ præseferat,
Principis sententiam captiosam arguendo, ut ex *dict. l.
minor. & dict. cap. suscitata* infertur: & quia restitutio
implorata adversus sententiam Principis sapit naturam
supplicationis text. *in l. Præfecti* 17. *ff. de minor. l. divi fra-
tres* 27. *ff. de pœnis* ut infra dicam *num.* 28. & sic execu-
tioni deducenda venit præstita cautione text. *in authent.
quæ supplicatio de præcib. imper. offer. dict. c. suscitata*, cum
aliis congestis per Garciam *de nobil. d. glos.* 6. §. 2. *n.* 21.
& per me hoc *cap.* §. 3. *num.* 21. sed quamvis Regia Au- 20
dientia Valentina nomine Principis sententias ferat,
non tamen eas executioni deducit pendente beneficio
restitutionis, oblata simpliciter cautione sequendo Do-
ctrinam Saliceti *in l.* 1. *C. ne liceat tert. provocar.* appro-
batam per Garciam *d.* §. 2. *ex num.* 31. Nisi expresse de-
ductum sit, quod calumniam sapit, & tunc causa cog-
nita ad executionem præstita cautione procedi man-
dat, sic in ea decisum fuit Regia sententia publicata
per eundem Alreus *die* 4. *Maii* 1592. inter Syndicum
villæ de Cullera, & syndicum oppidi de Zueca, & *anno* 21
1630 inter Dyonisium Dassio Patrem, & legitimum
administratorem Domnæ Silviæ Dasio, cum Domna
Sebastiana de Herrero: & recenter me referente in hoc
Supremo, in causa Marchionis de Benedites cum Al-
mirato Aragonum *anno* 1674. Sed in hac specie, cum
non solum ducta fuisset ad Supremum causa hæc, sed
simul principalis ex remedio litterarum causa videndi,
& recognoscendi, & sententia confirmata fuisset eo-
dem die, non fuit adjectum onus cautionis specialis,
cum jam remedium excluſum reperiretur. Et in hoc ar- 22
ticulo nota, quod si beneficium restitutionis denega-
tum sit, & à tali denegatione appellatio interponatur,
etiam, si admissa fuerit, non suspendit executionem
sententiæ contra quam imploratum fuit, ex traditis
per Magonium *decis.* 132. *num.* 11. & clarius per Vinc.
de Franchis *decis.* 702. *num.* 4. & Novarium *d. collect.* 1.
num. 34 præstita tamen cautione, ut idem Franchis ex-
plicat.

Limitatur pariter prædicta conclusio, quando bene- 23
ficium restitutionis imploratum fuit incœpta jam exe-
cutione sententiæ, nam eo in casu executio non debet
suspendi ex pluribus congestis per Vincent. Carroz. *de
except. adverf. sent. præjud. excep.* 48. *num.* 57. Gratian. *de-
cis.* 172. *num.* 3. Franch. *decis.* 86. *ex num.* 1. Puteum *de-
cis.* 10. *de in integ. rest.* Caputaq. *decis.* 339. *num.* 2. *part.* 1.
Marin. *dict. lib.* 2. *quotid. cap.* 200. *ex num.* 1. Fontanell. *d.
decis.* 116. *num.* 6. qui bene explicat; quando executio
cœpta dicatur, pluribus congestis D. Præsul Rojas *dict.
decis.* 325. *num.* 4. Quam conclusionem declara cum
Carleval. *dict. disput.* 16. *num.* 34. ita ut cursus executio-
nis non suspendatur, sed in ultimo decreto ipsius execu-
tionis, ratio restitutionis habeatur, ista videlicet for-
ma, quod si justificetur, pignora non distrahantur &
imploranti restituantur.

At quia causarum Patroni; non facile judicatis quies- 24
cunt, ne ipsorum errores detegantur, ut fatetur Fonta-
nella *dict. decis.* 113. *num.* 1. & 2. dum cernunt supplica-
tionis remedium effectum suspensivum stabilem non
producere, quia sententiæ Regiæ mediante cautione
exequibiles fiunt ut dixi *sup. hoc cap.* §. 3. *ex num.* 31. Re-
stitutionis beneficium adhibent, quod elective cum
supplicatione pluribus in casibus competit, & omissa
supplicatione, restitutionem implorant ut tradit Do-
minus Leo *decis.* 166. *num.* 7. *cum seqq.* cujus doctrinam 25
non bene perceptam expendit Fontanella *eod. decis.* 113.
num. 6. Quia noster Leo, minime docet quod in Regno
Valentiæ post intentatum remedium ordinarium sup-
plicationis illius renunciatio simpliciter admittitur, ut
prosequi valeat extraordinarium restitutionis, contra
dispositionem textus *in d. l. in causa, in princip. ff. de mi-
nor. d. l.* 2. *ff. ex quib. caus. major.* Quod enim *n.* 9. tradi-
dit, est, quod sæpius restitutionis remedium pinguius est
remedio appellationis, vel supplicationis, & si minor
ex eo quod supplicationem elegerit læsus evaserit, posse
restitui adversus electionem supplicationis, & hac re-
stitutione obtenta, iterum restitutionem implorare po- 26
terit adversus sententiam; quod est valde diversum. Ne-
que ex eo derogatur regula *d. l. in causa* 16. & *d. l.* 2. quæ

dictat cessare remedium extraordinarium ubi adest ordinarium : non enim opus esset speciali restitutione adversus electionem remedii ordinarii, nisi dicta regula subsisteret. Et quamquam difficile sit quod ex hac electione læsio resultet sufficiens ad concedendam restitutionem per textum *in l. scio 4 ff. de in integ. restit.* in qua Caliſtratus respondit, ex minima læsione restitutionem non esse concedendam in magnis, *l. si quis 9. in fin. ff. de dolo. l. bona fide 54. ff. de contr. emptio.* cum simil.

27 Verumtamen est quod aliquando gravis læsio resultare poterit, ad quem casum utilis erit similis praxis ; est enim certissimum quod ista remedia cumulari non possunt, ita ut uno eodemque tempore prosequantur, sed alternative eligi possunt ab eo cui utrumque competit ex doctrina Bartol. *in l. si expressim, num. 9. ff. de appellat.* Oldradi *consil.* 103. *in ult. dub.* Oddonis *de*
28 *restitut. quæst.* 17. *art.* 16. *numer.* 118. cum aliis congestis per Fontanellam *dict. decis.* 113. *ex num.* 7. Imo si veritatem amamus, fateri debemus quod restitutio in integrum quoad effectum, species appellationis vel supplicationis est, text. *in l. Præses* 42. *ff. de minor. & in l. si causa cognita* 32. *C. de transact.* ibi : *appellationis, vel in integrum restitutionis solemnitate suspensa non est* docent Baldus *consil.* 441. *num* 11. *vol.* 1. Benitend. *decision.* 85. Magon. *d. decis.* 132. *num.* 4. *inter Florentinas.* Cevallos *com. contr. commun. quæst* 830. *num.* 19. Garcia *d. glos.* 6. §. 2. *num.* 20. *&* 26. Oddo. *dict. quæst.* 42. *ex num.* 1. Ioan. Bap. de Thoro *in compend. dict. lib.* 2. *verb. restitutio an concedenda sit majori,* Giurba *decis.* 20. *num.* 11. Carleval. *d. dispu.* 16. *num.* 41. & Dominus Crespi *obser.* 9. *num.* 61. ferme idem asserit, dum hæc remedia æquiparat.

29 Ex quo principio oritur, quod restitutio implorata adversus sententiam à qua appellandum est, executioni non mandetur, quia appellatio per se suspendit tex. in *l. 1. & tot. tit. ff. nil. novar. appell. pendent.* At vero implorata adversus sententiam à qua non potest appellari, sed supplicandum est, exequibilis sit præstita cautione sicut interposita supplicatione fieri solet. Et quamquam Dominus Leo *ubi proxim.* electionem concedat ea ratione quod restitutio, pinguius remedium sit : tamen fortius, & securius est remedium appellationis, ut docent Albericus, Baldus, & Paul. de Castr. *in l. fin. C. si adversus libert.* Vincent. de Franch. *decision.* 684. *num.* 5. Thoro *ubi proxime*, & ratio est manifesta, nam minor restituitur ad appellandum, *l. ait Prætor 7. §. penult. ff. de minor.* si enim pinguius esset restitutionis remedium directe imploratum adversus sententiam, supervacanea esset restitutio ei concessa ad appellandum : quare in puncto juris certissimum est quod restitutio non est concedenda ubi minor juvari potest remedio ordinario.

30 Respectu remedii nullitatis dubitari merito potest, nam in illo judicio frequentius solum agatur de nullitate rituali *ut §. præced.* dixi, raro namque evidens injustitia in sententia continetur notorie ; quare objecta nullitate ut de meritis sententiæ tractetur solet implorari beneficium restitutionis desumpta praxi ex text. *in c. constitutus* 8. *de in integr. restit.* ubi communiter Doctores Guido Pap. *singul.* 220 *& decision.* 143. Andr. Gail. *lib.* 1. *de pace publ. c.* 25. *ex num.* 1. Rovit. *ad pragm.* 1. *de minor. numer.* 2. Thoro *in comp. decision. lib.* 1. *verb.*
31 *restitutio in integrum an concedenda sit*, Valenzuela *consil.* 182. *numer.* 22. Sed hoc intelligendum est alternative: nempe dicendo sententiam nullam, & si qua sit restitutionem implorando prout factum esse conspicimus in specie *d. c. constitutus.* In Regno Valentiæ hoc difficultate non caret, quia ut probavi *§. præced. num.* 5. nullitas dici non potest nisi in appellatione, & cum is cui appellatio competit restitui volens, audiendus non est, sic similiter qui nullam sententiam dixit ; nam nullitas
32 remedium ordinarium à pluribus reputatur. Magnificus Ioannes Baptista Polo *in suis adversar. adverſ.* 1387 expresse asserit in hanc sententiam Regium illum Senatum inclinasse, & concludit sic decisum fuisse regia interlocutione *dici* 15. *Octobris anni* 1623. in causa Conductorum Vectigalium, cum Syndico Civitatis Valentiæ. Si receptum esset in praxi quod nullitas non admittatur, nisi in appellatione absque dubio hæc sententia admittenda esset ; verum quia passim nullitates recipiuntur extra appellationem, auctoritas text. *in d. c. constitutus* cogit me recedere ab opinione doctissimi illius Senatoris.

Quæ intelligenda sunt si unus tantum litigator ipsis 33 remediis uti velit, sed si sunt plures, qui contra te litem fovent, & postquam obtinuisti unus appellat, vel supplicat ; alius nullitatem dicit, & alius beneficium restitutionis implorat ; concurrere ne poterint hæc remedia uno eodemque tempore ? Vide ad rem optime differentem Fontanellam *decis.* 521. *per tot.* ubi tradit decisionem Senatus Cathaloniæ pro utraque parte ; sed 34 meo judicio, diffinitum per primam Aulam negando concursum remediorum fortioribus nititur fundamentis, quare huic sententiæ adhæreo : addendo, quod si ad impediendam executionem sententiæ præstita cautione, sustineretur judicium restitutionis suscitatum per unum ex adversariis, permanente etiam judicio appellationis, vel supplicationis de re connexa vel individua, sequeretur maximum absurdum, quia causa appellationis, vel supplicationis prosequenda esset coram 35 Judice *ad quem*, causaque restitutionis coram Judice *à quo*, multiplicarentur judicia, causæ continentia divideretur, & possent resultare sententiæ diffinitivæ ad invicem oppositæ : quando Modestinus in restitutione concedenda, vel deneganda coherentiam contemplandam docet *in l. etiamsi pater* 29. §. *ex causa, ff. de minor.* notat ad rem Morla *d. q.* 5. *num.* 15. *vers. non obstat tertio.* Hæc quoad appellationem ; quoad nullitatem veo, ipsa læsionem comprobat, & ob eam restitutio concedenda est, ut cum Abbate, Seraphino, Cavaliero, & aliis probat Rojas *decis.* 114. *num.* 1. *&* 6. & sic nullitas concurre non potest cum restitutione, cum præambula sit ad admittendum remedium. Hæc in praxi subsistunt, quamvis aliquando qui protelare lites desiderant, dolose hæc remedia adhibent seorsim, & nihil opponens is cujus interest, transeunt quamquam immerito, ex defectu contradictoris.

Sed ut pergamus, inquirere debemus an ad admis- 36 sionem instantiæ restitutionis in integrum præcedere debeat aliquod examen ? & certissimi juris est per tex. *in l. 3. ff. de in integr. restit.* ibi : *ut justitiam earum causarum examinet, an veræ sint, quarum nomine singulis subvenit d. l. utori autem* 18. §. 1. *ff. de minor.* ibi : *Glabrionem Acilium, Divus, Severus, & Imperator, Antoninus non audierunt incolorate restitus desiderantem.* ubi communiter Doctores, Fontanella *d. decis.* 114. *num.* 5. accuratè praxim Cathaloniæ tradit, dicens quod ad admissionem instantiæ restitutionis necessaria est aliqualis justificatio seu fumus justitiæ. Idem dixerant Giurba *decis.* 33. *num.* 6. Gratian. *discep. forens.* 449. *n.* 44. Ciarlinus *lib.* 2. *controvers. c.* 134. *n.* 10. apud quos plures ; ad retractationem vero sententiæ, ope restitutionis admissæ plena justificatio.

In praxi Regni Valentiæ idem ferme observatur, 37 dempto eo, quod ad instantiam admittendam non fit examen solemniter alicujus justificationis, forte quia remedium favorabile est, & in dubio admittendum, ut cum Decio, Afflictis, Rolando, Tapia, Gravato, Deciano, Eugen. Barcio Cevallos, Aldovino, Tusco Menochio & aliis docet Giurba *decis.* 18. *ex num.* 10. *&* *decis.* 67. *ex num.* 3. itaut oblato libello in quo restitu- 38 tionis beneficium imploratur expressam causæ evocationem postulando, ea concessa, Judex injunctionem decernit, & in articulo evocationis, si pars contradi-

xerit

xerit juſtificatio poſtulationis examinatur : & ſi calumnioſe petita cenſeatur, tunc pars poſtulat quod tanquam talis repellatur, & durante hac diſcuſſione ſententia executioni deducatur præſtita cautione. Remedium 38 fotmiter admittendum eſſe nunquam pronunciatum vidi, ſed evocatione confirmata probationum termini, ſi res exigat, concedunter, allegationes accipiuntur, & cauſa concluſa quid de jure procedat pronunciatur. Quæ quidem praxis non differt ab ea, quam de ſtylo Rotæ Romanæ tradit Poſtius *tract. de manuten. obſervat.* 8. *n.* 98. Partis itaque obtinentis pro ſe ſententiam, allegatio calumniæ doli, ſeu malitiæ ſpectatur ad 40 exequendam ſententiam præſtita cautione ; & cauſæ cognitio adhibetur ; & hoc modo deductum fuit in dicta cauſa Marchionis de Benedites, atque in aliis quarum mentionem fecimus, & regulariter executio conceditur ex calumnia præſumpta, nam ſi detegitur manifeſta, abſque cautione ad executionem procedendum eſt, ex traditis per Lacellotum *de attent. p.* 2. *c.* 18. *n.* 58. *cum ſeqq.* aliis relatis Magon. *d. dec.* 132. *n.* 7. & 8.

41 Dubitari non ſemel vidi, ſi is cui competit beneficium reſtitutionis in integram, reparationem læſionis poſtulaverit, & in inſtantia ad quam illo opus habet, non exprimit eo uti ſe velle, ſed adhibeat clauſulam ſalutarem *omni & meliori modo* : cenſendus ſit reſtitutionem imploraſſe ? & affirmative reſpondendum eſt duplici ex ratione. Prima eſt ex vi ipſius clauſulæ ut docent Mantica *de tacit. & ambig. convention. lib.* 11. *tit.* 20. *num.* 44. aliis relatis Giurba *deciſ.* 77. *numer.* 12. Maceratenſ. *variar. lib.* 1. *reſol.* 54. *num.* 6. *in fin. & lib.* 2. 42 *reſol.* 8. *num.* 43. *cum ſeqq.* Barboſa *de clauſul. uſufreq. clauſ.* 95. *num.* 1. *cum ſeqq.* Secunda quam expendit Giurba *ibid.* quia dum poſtulatur id, quod ſolo beneficio reſtitutionis concedi poteſt, in neceſſarium antecedens, cenſetur imploratum beneficium, ex traditis per Benitend. *deciſion. num.* 5. Gail. *lib.* 1. *obſer.* 140. *numer.* 6. & aliis congeſtis per Giurbam *ubi prox.* Et ſic deciſum fuiſſe in Regia Audientia tanquam in dubium refert 43 idem Polo *Adver.* 139. contra Don Gaſparem Artes, & ad favorem Franciſci Mallent certo nomine *anno* 1620. Et quamquam æquiorem hanc partem credo, ut clientulo proſit inſtantia, neceſſarium eſt, quod ſit ex his perſonis quibus indubitanter beneficium competit, nam dubio emergente cum remedium extraordinarium ſit, expreſſionem requirere tenendum eſt : ob quod diſerti Advocati, nunquam obliviſcuntur implorare expreſſe beneficium ; iſtæ namque omiſſiones triſtiſſimos effectus producere ſolent, vel ſaltim litigioſum exitum facere, ejus rei de qua dubitatio non haberetur.

44 Quis Judicum cognoſcere debeat de reſtitutionis quæſtione pariter dubitari ſolet. De quo late tractant Doctores ſuperius congeſti ſignanter Morla *d. tit.* 5. *in princip. num.* 10. *verſ. ſexto, præmittendum eſt* : Sed juxta contenta in noſtro textu difficultate caret, nam Judicibus ordinariis data eſt juriſdictio ad con- 45 cedendam reſtitutionem *d. l. in cauſa* 16. §. *fin. ff. de minor. l. præfecti* 17. *ff. eod.* quod intellige ſi ſententia adverſus quam reſtitutio implorata fuit, lata reperiatur per ipſos vel ſuos prædeceſſores, vel per aliquem ex inferioribus, non autem ſi per Superiores Judices juxta *d. tex. in l. minor autem.* ut notant Morla *ubi proxime* & Scaccia *d. remed.* 2. *num.* 31. qui alios laudant ; & ſi ordinarius habeat Tribunal cum adminiſtratione juriſdictionis, ut dignoſcatur quod in viam juris de hoc tractandum eſt ; ad excluſionem Magiſtratus, qui non habet adminiſtrationem juriſdictionis, ut Gerens vices Gubernatoris ſive Juſtitia in civilibus abſque Aſſeſſore reſtitutionem concedere nequeunt, quia de Conſilio Aſſeſſoris cauſæ cognitionem adhibere tenentur, ut dixi *cap.* 6. §. 5. *ex n.* 32. Quæ concluſio deducitur *ex c. cauſa* 46 ubi Gloſſa & Doctores *de in integr. reſtit.* Sed cum à communiter contingentibus beneficium hoc imploratur ad impediendum effectum ſententiæ, & litem protelandam, ſemper ferme, coram Judice à quo ſententia lata fuit, quæſtio reſtitutionis in integrum ſuſcitatur, conando oſtendere quod ipſe læſionem intulit, & ab ipſo reparatio petenda venit, ut reſpectu ejus qui omiſit appellare intra tempora præfinita tradunt Scaccia *d. remed.* 2. *num.* 39. & Valenz. *d. conſil.* 182. *num.* 26. Et quamquam non dubitem reſtitutionem peti poſſe tex. *in l.* 1. *& tot. tit. C. ubi. & apud quem.* quod etiam habetur 47 in noſtro textu, tamen in praxi nunquam vidi reſtitutionem imploratam principaliter coram ſuperiori, ſed coram eodem Judice. Sed ſi imploretur, & concedatur, tenebit, cum ſuperioris ſit reformare ſententias inferioris, ut cum Abbate & aliis notat Scaccia. *d. remed.* 2. *n.* 31. *verſ. ratio.* Ex qua declaratione ipſe accurate infert 48 *n.* 35. quod ſicut inferior non poteſt reſtituere adverſus ſententiam ſuperioris, ſic ſimiliter reſtitutionem concedere non poteſt adverſus contractum confirmatum decreto ſuperioris, quod docuerat Oddo *de reſt. p.* 2. *q.* 2. *art.* 19. *n.* 145. *verſ. amplia.* Quæ eſt utiliſſima extentio in praxi, cum quotidie in ea coram inferiori introducatur diſceptatio de ſubſiſtentia actus roborati decreto ſuperioris, de quo neque per viam reſtitutionis in integrum inferior cognoſcere poteſt ex tex. *in l. nihil.* 35. *ff. de reg. jur.*

Si autem implorans reſtitutionis in integrum bene- 49 ficium probare aliquid intendat, dubitabis an ei terminus concedendus ſit ? Et reſolutio hujus quæſtionis pendet ex forma implorandi ; nam ſi reſtitutio dirigatur adverſus omiſſam appellationem, ea conceſſa reſtauratur tota cauſa tam ad allegandum quam ad probandum. Idem evenit ſi omiſſo remedio appellationis reſtitutio dirigatur ad totam cauſam ; in quolibet ex his caſibus allegato atque probato id quod ſententiam deſtruit, ipſa ſententia debet retractari per tex. *in l.* 2. *C. ſi ſæp. reſtit in integ. poſtul. gloſ. in l.* 1. *C. eod.* Hæc enim forma im- 50 plorandi dicitur ad totam cauſam per Bartol. *in l.* 1. *C. ſi adverſ. rem judicat.* quæ non ſolum prodeſt ad appellandum ſuo in caſu, verum etiam adverſus læſionem reſultantem ex omiſſis probationibus, tex. *in l. minor* 36. *ff. de minor.* ubi eleganter Gloſſa, Bart. & cæteri interpretes. Si vero imploretur tantum adverſus ſententiam, ſupponendo proceſſum rite factum, atque concluſum, & læſionem reſultare ex pronuntiatis in ſententia, quia perperam judicatum fuit, reſtitutio tantum prodeſt ad iterum pronuntiandum, nullis factis probationibus, quare in primo caſu concedenda eſt dilatio ad probandum juxta naturam cauſæ de qua agitur, itaut ſemper dilatio hæc minor aliquantum ſit quam ordinaria. In ſecundo vero caſu, facultas probandi eſt denegandæ ex Doctrina Pauli de Caſtro *in l. fin. C. ſi adverſ. rem judic.* Gregorii Lopez *in l.* 16. *tit.* 11. *part.* 3. *verb. que lo deſatuſe*, & Ioannis Garcia *diſt. gloſ.* 6. §. 2. *ex num.* 1.

Cauſæ vero ex quibus reſtitutio in integrum concedi 51 debet minori, inquirere non eſt neceſſe, cum ipſa ætatis debilitas ſufficiens ſit ut omnes Doctores fatentur. Majori vero plures cauſæ aſſignari poſſunt ex facto proprio, ut metus, *l. metum* 9. §. *ex hoc edicto* 7. *ff. quod met. cauſ.* dolus, *l.* 2. *ff. ex quib. cauſ. major.* juſtus error, *l.* 2. *ff. eod.* omiſſio, *d. l.* 1. ex impedimento naturæ & aliæ plures, quas congerunt Oddo *p.* 1. *q.* 1. *art.* 16. *ex num.* 106. Diarenus *de reſtit. in integr. cap.* 1. Cujac. *ad Rubricam, ff. hoc tit.* Donellus *lib.* 21. *comment. cap.* 5. *cum ſeqq.* ubi Illiget & compendioſe Iacobus Gothofredus *in paratitlon ad tit. C. Theodoſ. de integri reſti.* Sed hæc jam non pertinent ad inſtitutum noſtrum, quare cum aliis ad materiam ſpectantibus petenda ſunt à Doctoribus Superius memoratis.

§. VII.

§. VII.

De recursu per simplicem querelam interpositio, adversus sententiam pro explicatione for. 16. de clam.non mutando.

MARTINUS REX. Anno 1403. Valentiæ.

TEXTVS.

PLeyt de recors que sia de Ciutats o Viles Reals, o singulars de aquelles, lo qual devall de causa, o pleyt la qual, o lo qual segons fur se tracte, o dela tractar de nua paraula, e sens scrits: per semblant sia tractat, e menat de nua paraula, e sens alcuna scriptura.

SUMMARIUM.

1 *Regis officium est subleuare vi oppressos à manu calumniatorum.*

2 *Recursus denegandus non est, his quibus remedium ordinarium denegatur.*

3 *Appellatione prohibita, recursus ad Superiorem prohibitus non est.*

4 *Sententia sustinenda non est, si contineat iniquitatem manifestam.*

5 *Judices non faciliter sententiam à se pronunciatam retractant, licet rectius procedant dum non pudet errorem corrigere.*

6 *Recursus ad Superiorem quare, & quando concedatur.*
Recursus per viam simplicis querelæ quid sit, ibid.

7 *Quando sententia dicatur notoriè injusta.*

8 *Recurrens ad Superiorem solum audiendus est, si non habeat remedium ordinarium ex foro.*

9 *Hoc fundamento nititur praxis admittendi recursus emissos ab Ecclesiasticis per suos Judices oppressos.*
Et à gravaminibus illatis per Barones Vassallis, ibid.
Et ab impedimentis oppositis in electionibus per sortem fiendis, ibid.

10 *Recursus emissus adversus sententiam, tendit ad eundem finem ac appellatio.*

11 *Appellatio, & querela distinguuntur inter se.*

12 *Omnis appellatio est querela, sed non omnis querela est appellatio.*

13 *Appellatio, & simplex querela neque eisdem regulis constant, neque eadem tempora observant.*

14 *Recursus atque simplicis querelæ instantia, statim est disceptanda, atque finienda.*

15 *Recursus instantia secundum foros Valentiæ infra tres, vel quinque dies terminari debet.*

16 *Recursus adhibitus ad instar appellationis, vel supplicationis expediri eo modo debet.*

17 *Recursus emissus per viam simplicis querelæ non expeditur ad instar appellationis.*

18 *Recursus sequitur naturam illius causæ cui adhibetur, & num. seq.*

19 *Recursus officio nobili Judicis ex æquitate admittendus.*

1 REgis proprium officium est, facere judicium, & justitiam, & liberare de manu calumniatorum vi oppressos; ut ex sacra pagina doctrinam libans, docet Sanctus Hieronymus relatus *in c. reguem 23. caus. 23. q. 5.* quam conclusionem pluribus congestis exornavi *supr. cap. 7. §. 1. ex num. 60. & tract. de re criminal. contro-*
2 *vers. 78. ex num. 1.* Hac de causa eis quibus remedium ordinarium appellationis, supplicationisve denegatur, competit remedium recursus ad Superiorem, iniquitatem sententiæ allegando, ut re inspecta mature, gravamen auferatur, & quod de jure procedat pronuncietur. Nam licet pluribus ex causis appellatio, vel supplicatio prohibeatur, ut in superioribus dixi; recursus ad Superiorem prohibitus non est, ut docent Vincentius 3
de Franchis *decision. 148.* Iacob. Menochius *de arbitr. judic. q. 70. ex num. 21.* Steph. Gratianus *decision. 86. n. 12.* Farinacius *in praxi q. 17. num. 32. cum seq. & q. 101. ex num. 105.* Giurba *consil. 66. ex num. 9.* Valenzuela *consil. 195. num. 37. cum seqq.* Marius Cultelli *in Cod. leg. siculor. ad leg. Martini controvers. 15. num. 2.* Scaccia *de appellat. quæst. 19. remed. 3. num. 1.* Augustin. Barbosa *voto. 4. num. 79. lib. 1.* Michaël Ferrer. *obser. p. 3. cap. 22.* Iacob. Cancer. *var. part. 3. c. 18. ex num. 15.* Xamar. *de offic. jud. & Advocat. p. 1. quæst. 9. num. 179.* Fontanella *decision. 186. cum seqq.* Don Iosep. Vela *dissert. 36. num. 28.* Thomas Delbene *de immunit. tom. 1. c. 8. dubit. 47. sect. 7. num. 6. & tom. 2. cap. 16. dub. 42. sect. 3.* Dom. Vico *ad pragm. Sardin. lib. 1. tit. 11. c. 2. num. 6.* Don Michaël Cortiada *decision. 25. num. 27.* cujus rei rationem tradidit Summus Pontifex *in c. inter cæteris. 9. de sent. & re judic.* dicens. *Nec* 4
debet ei stare si iniquitatem contineat manifestam: Unde licet appellatio denegata sit, quia tres sententiæ conformes sint, vel quia propter excellentiam judicantis excluſa sit; vel alia de causa, si iniquitatem sententia contineat, debet per Superiorem retractari.

Ne enim iniquitas hæc prævaleat, opportunum, ac necessarium fuit concedere aditum ad Superiorem per viam recursus, & simplicis querelæ, quibus nominibus promiscuè vsi fuerunt *for. 19. 20. & seq. de Cur. & Bajul.* si enim causa ex se inappellabilis, ex iniquitate appellabilis fit, ut pluribus probavi *supr. hoc eod. capit. §. 2. numero nonagesimo secundo,* dum de Judice pronunciante non facile credendum sit, à se pronuntiata retractaturum, neque sententiam in aliquo mutaturum, ut apertè fatetur Calistratus *in l. Divi Fratres 27. ff. de pœn.* (licet satius, vel sanctius sit, ea quæ Judices 5
tanquam homines errasse conspiciunt abjecto pudore corrigere *c. qualiter 17. de accusat.*) imo neque appellationem admissurum in casu non appellabili, cum plures sint qui indignationem manifestant ex eo quod à sua sententia provocant, ut rescripsit Constans Imperator *in l. 1. C. de relat.* ibi: *ne à se provocetur, relatione præmissa terreat litigantes.* ut iniquitas prævalere non possit, necessarium fuit concedere aditum per remedium extraordinarium ad Superiorem, ut gravamen auferat, & ju- 6
stitiam æqua lance ministret: mediante recursu & simplici querela, quod in substantia est provocatio extraordinaria oppressi ad potentiorem, omissis solemnitatibus, ut ab oppressione liberetur.

Quæ definitio, vel si mavis descriptio desumitur ex textu *in cap. ex suscepto, de for. competent. l. unde si Nerva 79. ff. pro socio. l. si quis in ea culpa 2. in fi. C. de Custod. rer. Authent. de quæstor. §. super hoc. collat. 6.* tractant Gabriel Pereyra *in pleno tract. de man. Reg. per tot. signanter lib. 1. c. 7. ex n. 1.* Cevallos *in trac. de via violent.* Salgad. *de protect. reg.* Scaccia *de appellat. q. 8. n. 143. & q. 19 remed. 3.* in terminis noster Petrus Belluga *in specul. Princip. vrb. 38. §. conquerentur, n. 3.* Dñs Leo *decis. 49. n. 5. cum seqq. lib. 1.* 7
& lib. 3. decis. 20. ex n. 6. ubi plures congessit. Dñs Crespi *obser. 10. n. 77. & observat. 60. n. 77. cum seqq.* Peguera *in Praxi c. 21. ex n. 3.* & ibi: Ripoll. Fontanella *decis. 286. decis. 287. per tot. decis. 341. ex n. 12. decis. 389. n. 18. & decis. 390. n. 23.* quo remissive tradit, quando sententia dicatur manifestam iniquitatem continere, ut aditus patens ad Principem sit.

Quæ omnia absque dubio procedunt, quoties remedium ordinarium denegatur, per tex. *in l. in causa cognitione 16. in princip. ff. de minor.* de quo aliqua dixi §. *prædicto. n. 1. & 29.* Quod dispositione forali illustratur; nam *in for. 1. ad fin. in extravag. qualiter Vassal. Magistr. Montes. fol. 29. pag. 2.* hæc verba habentur: *puix de les dites im-* 8

justicies,

justicies, o grenges, lo agreujat no pogues haver remey, o auxili de appellacio o suplicacio: nos rahonable, que no puixa recorrer ne haver extraordinari auxili de recors. Ex qua dispositione dimanat, quod in praxi admissum sit quod recursum emittens ad Superiorem audiatur solum dum non habet remedium ordinarium, quod de jure docuerunt Costa *de remed. subsid. remed.* 2 2 *n.* 4. Dsis. Leo *decis.* 2 *n.* 34. Ripoll. *d. c.* 21. *n.* 6. Fontanella *d. decis.* 287. *n.* 20. Qua ratione nititur tota praxis recursus emissi à Judicibus Ecclesiasticis, modo quo dixi *sup. c.* 7. §. 1. *ex n.* 58. *& d. contr.* 78. *per tot.* Quod etiam admittatur à gravaminibus illatis per Barones ut tradidi *sup. c.* 6. §. 1. *ex n.* 57. de qua materia duo volumina scripsit Ioan. Mar. Novar. qui cum Luca de Pena *in l. in sacris, C. de prox. sacr. scrin. lib.* 12. & Covarr. *in repet. regul. possessor. part.* 2. §. 20. probat maximum gravamen esse quod Barones prohibeant Vassallis recursum ad Superiorem, sic tenet *lib.* 1. *gravam.* 251. *ex n.* 1. *& lib* 2. *gravam.* 81 *n.* 4. id ipsum evenit respectu impedimentorum oppositorum insaculatis ad concursum electionis per sortem, de quo egi *sup. c.* 4. §. 9. *n.* 2. & in aliis plurimis de quibus nunc non tracto, quia suo loco dicta remanent: solum hic tractandum est, de recursu admisso adversus sententiam quæ appellationem, vel supplicationem non admittit.

Qui quidem recursus licet tendat ad eundem finem ad quem tendunt appellatio, & supplicatio, nempe ad retractationem sententiæ præjudicialis, non tamen eisdem regulis constat, neque eadem tempora servat; nam re bene inspecta aliud est recursus vel simplex querela, aliud appellatio, notant Contard. *in l.* 1. *C. si de moment. possess. q.* 8. *n.* 13. *&* 20. Maranta *de ordin judic. part.* 6. *vers. & quandoque appellatur, n.* 114. Maceratens. *variar. lib.* 1. *resol.* 42. *n.* 12. imo ut bene notat Iacobus Gothofredus *in l. si nominatus* 12. *C. Theodos. de appellat. & Consult.* se habent tanquam superius & inferius; nam omnis appellatio Querela est: tex. *in l. Præfecti* 17. *ff. de minor.* ibi: *quia appellatio iniquitatis querelam continet.* Sed non omnis querela appellatio est. tex. *in l. ab eo* 3. *C. quomod. & quand. Judex.* in quo Antoninus Imperator aperte docet, quod à sententia lata in absentem (à qua appellatione opus non est. l. 1. §. *item cum ex edicto. ff. quæ sentent. appellat. recind.*) opus querela est, ibi: *si ubi primum cognovistis non illico de statutis querelam detulistis.* Non inquam querela tempora appellationis observat, ut probat textus *in d. l. si nominatus* 12. *C. Theod. de appellat.* ibi: *non appellatio sed querela hoc esse videbitur, ideoque nec tempora appellationum servanda sunt, sed mox super hujusmodi querimoniis disceptandum.* Quæ verba interpretatur Iacob. Gothofr. *in comm. ejus. tex.* ita ut illico, nullis observatis terminis, vel solemnitatibus, de querela discepteturatque cognoscatur. Quod confirmari mihi videtur ex tex. *in c.* 2. *de officio Judicis*, in quo Gregorius IX. Summus Pontifex, dum docet quod sine litis contestatione potest haberi recursus, satis indicat quod solemnitates judiciales observandæ non sunt, cum de solemnibus judicii litis contestatio censeatur *l.* 1. *C. de lit. contest. c.* 1. *ut lite non contest. cum simil.* Unde evenit quod omnes Doctores de recursu tractantes quos laudavimus *sup. n.* 6. *&* 7. extrajudicialem notionem recursum appellent, nulla namque observata solemnitate judiciali, si de oppressione constat, gravatus sublevandus venit.

Qua de causa fori nostri cautum habent quod recursus emissus ad Superiorem intra tres, vel ad summum intra quinque dies purgandus est, hoc est definiendus, si inter præsentes tractetur, si vero inter absentes infra decem, nisi per Judicem justa ratione aliud statuatur. *for.* 22. *&* 23. *de Cur. & Bajul.* Mediante qua dispositione, recte concluditur quod in Regno Valentiæ recursus non servat tempora appellationis, & brevissime expediri debet. Neque regulariter in causis civilibus in usu est, nisi in casu denegatæ appellationis, vel supplicationis ea forma qua dixi *supr. hoc eod. c.* §. 3. *n.* 52. *cum seqq.* Et quamquam Scaccia *d. remed.* 3 *n.* 24. dixerit quod in causa recursus procedi debet sicut in causa appellationis, non deducta deducendo, & non probata probando; procedit dum recursus emittitur ad instar appellationis, vel supplicationis, in quibus terminis ipse locutus fuit *in d. remed.* 3. *ex n.* 1. de quo non tracto, neque nego quod observanda sint solemnia prædicta,

Hæc autem non procedunt quando recursus emittitur per viam simplicis querelæ, & remedii extraordinarii, officium nobile Judicis implorando; nam sicut deficiente actione ex æquitate officium hoc intrat, ut in tex. *l. plane, §. sed benignius, ff. de petit. hered. l. fin. ff. eod. l. qui per collusionem, §. fin. ff. de act. empt. l. Quintus, ff. de adm. legat.* docent Surdus *cons.* 536. *n.* 5. Gratian. *discept. forens. tom.* 4. *c.* 793. *n.* 22. Valasc. *cons.* 172. *n.* 9. Fontanel. *de pact. claus.* 4. *glos.* 18. *p.* 2. *n.* 83. Calvin. *de æquit. lib.* 1. *c.* 77. *n.* 12. Costa *de remed. subsid. remed.* 33. *ex n.* 1. Xamar. *de offi. judic. p.* 1. *q.* 9. *n.* 162. *&* 174. Olea *de cess. jur. tit.* 3. *q.* 8. *n.* 40. Ignatius Pereyra *de revis. c.* 69. *n.* 29. sic similiter denegata appellatione officium nobile Judicis Superioris imploratur, vel ut eam admittere ex æquirate jubeat, vel iniquitatem sententiæ reparet.

Quare in hoc sensu distinguitur recursus, ab eo de quo dicere Doctores solent quod promiscue sumitur cum appellatione, supplicatione, revisione vel reclamatione, ut Maranta *de ord. judic. part.* 6. *verb. & quandoque appellatur act.* 2. *à n.* 11. Afflictis *decis.* 231. *n.* 3. Roland. *cons.* 38. *n.* 4. Seraphin. *decis.* 495 *n.* 9. Trentacinq. *var. lib.* 2. *tit. de appellat. resol.* 3. *n.* 6. *cum seq.* Scaccia *d. q.* 19 *rem.* 3. *n.* 1. *&* 30. *cum seqq.* Fontanella *decis.* 422. *n.* 17. Muta *decis.* 42. *n.* 2. Vela *dissert.* 36. *n.* 21. Cabedo *decis.* 11. *n.* 17. *p.* 1. *& decis.* 67. *ex n.* 1. *p.* 2. Ignatius Pereyra *de revis. c.* 1 *n.* 8. Quam differentiam effectus ipse demonstrat: in tebus Ecclesiasticis appellatio, reclamatio, seu revisio ad Judices seculares prohibita est, non tamen recursus, ut dixi *d. c.* 7. §. 1. *ex n.* 58. idem respectu causarum Baronum quibus concessa est omnimoda jurisdictio, quoad omnes instantias, ut scripsi *d. c.* 6. §. 1. *ex n.* 57. & sic in cæteris. Et ipse Scaccia *eod. tract. de appel. q.* 11. *n.* 81. fatetur recursum emitti posse per viam querelæ lapsis decem diebus ad appellandum; quia facultas implorandi officium Judicis durat spatio triginta annorum arg. *tex. in l. videamus, ff. de eo quod met. caus. l. sicut in rem, ubi Glos. verb. qui persecutione, C. de præscrip. trig. vel quadr. ann.* Tiraquell. *de retract. lignag.* §. 35. *glos.* 4. *n.* 4. Carleval. plures congerens *de judic. lib.* 1. *tit.* 3. *disp.* 4. *n.* 15. Valenzuel. *consil.* 26. *n.* 54. Ignac. Pereyra *d. c.* 96. *n.* 30. Sed quoniam, ut dixi, ista remedia promiscue usurpari solent, dicta respectu appellationis, supplicationis vel nullitatis succedant, dum recursus emittitur ad instar eorum remediorum. Sed si emittatur tanquam remedium extraordinarium per viam simplicis querelæ, summarie, brevissime instruendus, atque concludendus est, ut dicitur *in d. for.* 22. *&* 23. *de Cur. & Bajul.* in cæteris autem causa tractari debet sicut illa in qua emittitur, nam dum in nostro textu clare dicitur quod si causa ducta fuit verbaliter, sine scriptis recursus expediendus est, clare elicitur, quod mens fori ea fuit, ut articulus recursus sequatur naturam causæ cui adhibetur, nempe si causa ordinaria est, adhibita cognitione ordinaria; si executiva, servata forma executionis, & sic de cæteris.

CAPUT

CAPUT XII. & ULT.

De Judicio Executivo.

§. I.

De his quæ habent paratam exequutionem, ad explicationem for. 5. de execution. rei judic. *& aliorum jurium.*

IACOBUS I. REX.

TEXTUS.

HA Cort man que sien menats a executio testaments, e sentencies, e els dits dels arbitres, e convinencies, e poses, e transactions, e amigables composicions que seran feytes entre alguns.

SUMMARIUM.

1 *Publicè interest quod auctoritas judiciorum permaneat.*
2 *Sententia frustra lata esset, nisi ipsius executio subsequeretur.*
3 *Executionis descriptio, tradita à Mathia Colero, exploditur.*
4 *Executio plura desiderat, antequam ultimus actus perficiatur.*
5 *Instrumenta auctoritate publica confecta, de jure non habebant paratam executionem.*
6 *Instrumenta in aliquibus casibus de jure habebant paratam executionem.*
7 *Executionis descriptio ex juribus ipsis deprompta, assignatur.*
8 *Descriptio hæc explicat omnem omnino executionem.*
9 *Exequendi jus, non semper competit ei cui competit jus cognoscendi, atque pronuntiandi.*
10 *Executio petenda est à Judice competenti rei executive conventi.*
11 *Magistratibus ordinariis competit jus exequendi suas sententias, & latas à Judicibus per eos datis.*
Magistratus quis dicatur remissive, ibid.
12 *Judici ordinario per Forum concessa est potestas exequendi.*
13 *Is cui mandata est jurisdictio, habet jus exequendi sententias à se datas.*
14 *Delegati Judices distinguuntur, à Judicibus datis; licet ab aliquibus confundantur.*
15 *Judex delegatus, licet non suo nomine sed delegantis, exercet jurisdictionem: datus vero jurisdictionem non habet, sed mudam notionem.*
16 For. 14. de execut. rei judic. *explicandus desumitur.*
17 *Concessa jurisdictione, concessum est omne id quod requiritur, ad explicationem ipsius.*
18 *Praxis comprobans nostram distinctionem, & interpretationem dicti fori.*
19 *Judices dati secundum praxim, & foros designantur.*
20 *Judex qui sententiam primam tulit, eam executioni mandat si transierit in rem judicatam, vel appellatio deserta sit.*
21 *Judex primæ sententiæ si appellatio prosecuta sit, non mandat executioni, sive confirmetur, sive infirmetur.*
22 *Judex à quo sive admiserit appellationem, sive ea denegata inhibitus sit, remanet absque jurisdictione ad exequendum.*
23 *Actio judicati non nascitur ex sententia confirmata, sed ex confirmante.*
24 *Judex Superior in Regno Valentiæ, tenetur restituere partes, & causam inferiori, si sententia confirmetur.*
25 *Clausula guarentigiæ obligationis, continet renunciationem proprii fori, cum facultate eligendi, atque variandi judicium, & Judices.*
26 *Executionem instans potest Judicem eligere, atque variare.*
27 *Sed Judex electus debet esse Regius, intra Regnum, & obtinens jurisdictionem ordinariam.*
28 *Causa expediendæ sunt intra eandem provinciam.*
29 *Secularis non potest conveniri coram Ecclesiastico Judice, neque coram Judice exercente jurisdictionem Baronis, ex vi renunciationis proprii fori.*
30 For. 40. Cur. anni 1604. *explicatur.*
31 *Jurisdictio limitata ad certum genus causarum, non est prorogabilis ad aliud.*
32 *Prorogatio non valet in præjudicium Regiæ jurisdictionis.*
33 *Jurisdictio limitata ad certam quantitatem, prorogabilis est.*
34 *Variatio judicii non admittitur post evocationem ad Regiam Audientiam.*
35 *Ultimæ voluntates paratam habent, ex foro executionem.*
36 *Via executiva debetur legatis, & fideicommissis specialibus.*
Executio instituta pro legato, vel fideicommisso speciali, admittit appellationem quoad utrumque effectum, ibid.
37 *Hereditas, vel fideicommissum universale antiquitus petebatur per viam executivam, sed hodie summarie, & non executive, petitur.*
38 *Remedium executivum concessum pro hæreditate, vel fideicommisso universali, requirit sententiam successionis.*
39 *Judex qui cognoscat de successione non est originis, vel domicilii litigantium, sed ordinarius territorii in quo bona sita sunt.*
40 *Si in diversis territoriis bona reperiantur, Judeis illius in quo major pars bonorum sita est, debet cognoscere ex foro.*
41 *Domini Don Christophori Crespi Doctrina quoad hæc expungitur.*
Minor pars bonorum accessio est majoris partis, & ipsius naturam sequi debet, ibid.
42 *Institutor fideicommissi successivi ex bonis sitis in diversis regionibus, indivisibilitatem præcipit, & in re sua est moderator, & arbiter, ac ponit legem quam vult.*
43 *Jurisdictioni injuria non infertur ex hac indivisibilitate bonorum.*
44 *Sententiæ executioni mandandæ sunt si transitum fecerint in judicatum.*
45 *Quando juxta foros sententia obtineat auctoritatem rei judicatæ.*
46 *Sententiæ arbitrorum executioni mandari debent per Judicem ordinarium.*
47 *Arbitri jurisdictionem non habent, sed mudam notionem.*
48 *Pacta & transactiones executionem paratam habent, si adsit clausula guarentigiæ obligationis, sicut omnes contractus.*
49 *Nomen* posa *contentum in textu idem est ac* transactio.
50 *Evictionis causa executiva est, secundum forum.*
51 *Denunciationis necessitas, quomodo sublata est per forum ad evictionem.*
52 *Denunciatio litis de jure necessaria est ut de evictione agi possit.*
53 *Renunciatio denunciationis de æquitate non est observanda, secundum aliquos.*
54 *Emptor Curiæ, sive judicialis, non deponens infra decem dies pretium, compellendus est executive, per districtionem personæ, & bonorum.*
55 *Confessus in judicio de re certa executive compellendus est.*
56 *Chirographum judicialiter recognitum producit viam executivam.*
57 *Condemnatio infra decem salvis exceptionibus paratam*

producit

producit executionem usque ad venditionem bonorum exclusive.

58 *Jus exequendi sententiam vel instrumentum præscribi non posse videtur ob malam fidem.*

59 *Mala fides omnem præscriptionem excludit.*

60 *Jus exequendi præscriptibile est, omni jure.*

61 *Jus exequendi in profanis non potest permanere ultra triginta annos, in Ecclesiasticis ultra quadraginta.*

62 *Mala fides non excludit longissimi temporis præscriptionem.*

63 *Bona fides non desideratur ad præscribendum jus executivum.*

64 *Mala fides non obstat ei qui nihil iniquum agit.*

65 *Instantia non perimitur temporis cursu, cœpta semel executione, sed si nihil actum est, neque datur instantia neque peremptio.*

66 *Debitum omne in Regno Valentiæ præscribitur spatio triginta annorum.*

67 *Jus exequendi in pluribus Regnis spatio decem annorum præscribitur.*

68 *Jus exequendi Chirographum recognitum decennio præscribitur, sed an computandum à die recognitionis, vel à die confectionis traditur remissive.*

69 *Decisio Regiæ Audientiæ.*

70 *Praxis non exequendi instrumenta censualium nisi pro viginti novem annis cum dimidio redituum in prophanis, & pro triginta novem cum dimidio in Ecclesiasticis.*

71 *Reservatio juris executivi, procedentis ex instrumento, virtute cujus obtenta fuit sententia præscripta, in dubium revocatur.*

72 *Instantia de jure Cæsareo triennio perimitur.*

73 *Debito præscripto, non remanet subjectum de quo reservetur instantia.*

74 *Jus executivum enatum ex instrumento guarentigio, non habet majora privilegia quam enatum ex sententia.*

75 *Instantia in Regno Valentiæ temporis lapsu non perimuntur.*

76 *Idem de jure Pontificio procedit.*

77 *Sed intellige de peremptione triennii, non autem longissimi temporis.*

78 *Secluso dolo, vel circumventione adversarii in lite.*

79 *Ratio æquitatis suadet quod etiam instantia triginta annorum cursu perimatur.*

80 *Interruptio præscriptionis juris executivi, quomodo, & quando fiat.*

81 *Perpetuatio instantiæ ut plurimum extenditur usque ad quadragesimum annum ex constitutione Justiniani.*

82 *Sententia lata contra principalem, executioni deduci potest contra fidejussorem judicii non citatum.*

83 *Non autem contra fidejussorem contractus.*

84 *Limita in sententia lata pro erario universitatis, & annona, quia executioni mandatur contra fidejussorem non citatum administratoris.*

85 *Præcipue si administrator causam legitime defenderit.*

86 *Decisio Regiæ Audientiæ.*

87 *Interruptio præscriptionis juris executivi facta contra unum ex Correis debendi nocet cæteris.*

88 *Sed non nocet simplici fidejussori contractus.*

89 *Bene vero fidejussori obligato, tanquam principalis reus debendi.*

90 *Et fidejussori judicii.*

91 *Nocet pariter cæteris hæredibus facta cum uno si conveniantur actione personali.*

Secus si actione hypothecaria, ibid.

92 *Facta cum uno ex tertiis possessoribus non nocet cæteris.*

93 *Sententia executioni deducitur præstita cautione quando, in ea nil dictum fuit de impensis vel meliorationibus etiamsi petantur.*

94 *Quod intellige si illiquida sint, & altiorem indaginem requirant.*

95 *Si autem liquida fuerint executionem impediunt.*

96 *Sententia executioni mandari non potest si in ea expressum est, quod solvantur expensæ, vel meliorationes, antequam effective solvantur.*

97 *Limita casu quo illiquida fuerunt, & in ipsa sententia datus terminus ad liquidandum, & morosus fuit is cujus interest.*

98 *Condemnatio cum fructibus computandis cum meliorationibus & impensis; si excedant fructus, liquidanda sunt summarie ante executionem.*

99 *Condemnatio salvis juribus meliorationum reo condemnato, & eorum liquidatione in posterum reservata, exequenda est præstita cautione.*

100 *Meliorationes opposita post sententiam non impediunt executionem.*

101 *Clausula* salvis juribus *est præservativa, & tantum operatur ut illæsa remaneant.*

102 *Clausula* salvo jure *limitat, & modificat dispositionem.*

Sed in sententia solum habet vim declarativam, ibid.

103 *Condemnatio liquidi, non retardatur per reservationem illiquidi.*

104 *Sententia continens quid certum, non retardatur ex reservatione incerti, per quod possit modificari, vel resolvi.*

105 *Reservatio non intelligitur in clare decisis.*

106 *Condemnatio loquitur per verbum præsens, reservatio per futurum, & ordo sententiæ est servandus.*

107 *Meliorationes in genere an producant retentionem.*

108 *Fidejussor de judicio sisti in prima instantia an teneatur in secunda.*

109 *Sententia sine actis an exequenda sit.*

110 *Decis.*

PUblicè interest quod juris sui distributio, inter litigatores per sententiam facta, effectum sortiatur; quem non obtineret nisi sua Judicibus, rebusque judicatis constaret auctoritas, ut docet tex. *in l. 2. §. post originem 13. ff. de orig. jur. l. nullus 14. C. de judic.* fierent namque alias decreta elusoria & vana judicia *l. si Prætor 75. ff. de judic. l. fin. ff. ne quid in loc. publ. l. 1. §. hujus studii. ff. de just. & jur.* Et lites de cætero fierent immortales. *l. fin. ff. pro suo. l. quidam 21. ff. de reb. creditis. l. 1. §. inde quæritur, ff. de non. oper. nunciat. l. 3. §. tametsi, ff. de recep. arbitr.* ubi communiter Doctores. Quibus ex juribus inferunt quod frustra sententia fertur nisi executio illius subsequatur, ut cum Gailio, Misingero, & aliis late probat Berlich. *practicab. lib. 1. conclusion. 79. numero secundo.* Executionem ipsam de qua in hoc capite tractandum est, definivit, seu verius descripsit Matthias Colerus. *in præfat. tract. proces. executivi, num. 9.* his verbis. *ultimus actus judiciarius expeditus coram Judice adito, sive in plenario, sive in summario; quo mediante creditor, aut Dominus, id quod ipsi debetur consequitur, vel rem recuperat.* Sed meo judicio similis descriptio non convenit executioni, sed actui eam perficienti. Licet enim tota executio fiat per modum actus, non tamen unico actu fieri potest, quare executio incœpta videtur, & tamen perfecta non remanet, nec effectum solutionis, aut restitutionis producit. Actus namque ille per quem inchoatur, ultimus dici non potest in judicio, quippe qui ad realem traditionem rei, vel quantitatis in sententia contentæ, plura præambula requiruntur, ut ad verum traditionis effectum deveniatur. Ut expeditio mandati de parendo sententiæ, pignorum captio, subastatio, distractio, districtio personæ, adhibitio manus militaris, possessionis traditio, & similia quæ executionis sunt, & causæ cognitionem

licet ſummariſſimam, atque ordinem judicii deſiderant.

Neque ſub hac deſcriptione comprehendi poſſunt executiones ultimarum voluntatum, inſtrumentorum, vel confeſſionum judicialium, quarum primus actus
5 Judiciarius ipſam executionem inſtituit. Qua de cauſa, eam rejiciendo aliam quærere debemus, deductam ex ipſis juribus; de executione tractantibus, mediante qua veniamus in cognitionem ipſius. Et quantumvis regulariter verum ſit, quod de jure Romanorum inſtrumenta, auctoritate publica confecta, non habuerunt paratam executionem ut inferunt interpretes ex tex. *in l. minor. 40. ff. de minor. l. 4. §. ſi ex conventione, ff. de re judicat. l. 2. C. de execut. rei judicat.* cum ſimil. traditis per Aſin. *in tract. jur. execut. §. 1. cap. 2. ex num. 1.* Cancer. *var. lib. 2. cap. 3. ex num. 1.* Giurb. *obſervat. 74. num. 1.* Berlich. *practicab. d. lib. 1. concl. 80. num. 5.* & multis congeſtis Carleval. *de judic. tom. 2. tit. 3. diſput. 1. num. 22.* pluribus
6 etiam laudatis Antonin. Amato *var. lib. 2. reſol. 63. num. 8.* Tamen nonnunquam pro contractibus, & inſtrumentis executio ſtatim concedebatur, ut in ſpecie depoſiti, de quo eſt expreſſus textus *in l. ſi quis 11. C. depoſit.* quo Imperator illico cogendum depoſitarium reſcripſit ad reſtitutionem, reſervatis exceptionibus altiorem indaginem requirentibus, ad aliud judicium. Neque hoc jure tantum Codicis obſervabatur, nam tempore Conſultorum idem fieri colligitur *ex l. cum pro quo 17. ff. de in jus vocan.* ut aliis relatis notat Aſin. *d. §. 1. cap. 3. num. 1. & ſeqq.* & poſt eum Carleval. alia exempla adducens *d. tit. 3. diſp. 6. n. 2.* quare non erit impoſſibile quod ex ipſis juribus alia deſcriptio, cunctas executiones complectens eliciatur.

Deſcribi igitur executio poteſt in hunc modum. *Forma procedendi contra condemnatum, vel obligatum ſine*
7 *ordinariis judiciorum ſolemnibus, per mandata, adhibita etiam manu militari, vel pignoribus captis, atque diſtractis, ſummatim, & appellatione remota ut fiat ſatis creditori, vel res vero Domino tradatur.* Quæ definitio, ſive deſcriptio deducitur ex tex. *in l. à Divo Pio. 15. §. in venditione, ff. de re judicat. d. l. minor. 4. ff. de minor. l. ab executore 4. ff. de appell. l. 1. 2. & ſeqq. C. de execut. re. judic. c. cum aliquibus 6. de ſent. & re judicat.* cum aliis congeſtis per Colet. *de proceſſ. execut. part. 3. cap. 8. num. 8.* Paz *in prax.*
8 *tom. 1. part. 4. in præfat. num. 1* Carleval. *d. tit. 3. diſp. 3. per tot.* Qui licet non ponant formiter noſtram deſcriptionem, modum exequendi explicando, omnia in ea contenta tradunt, & exprimunt. In ea enim comprehenſam habemus executionem ſententiæ, in qua reus condemnatur ad ſolvendum debitum quantitatis, ad relaxan-
9 dam rem actori quam injuſte detinebat, ſive per mandatum de immittendo fiat, ſive reſtituendo, ſive relaxando, adhibita etiam compulſione per ſatellites quæ dicitur, manus militaris: comprehenditur pariter quicquid exequendum venit virtute ultimi elogii, contractus, Chirographi recogniti vel confeſſionis judicialis, ut ex dicendis apparebit.

10 Sed quia plerumque, uni competit jus cognoſcendi, & condemnandi; atque alteri jus exequendi ut cum Palacio Rub. Bobadilla, & aliis notat Fontanella *deciſ. 309. num. 18.* & aliis plurimis congeſtis Carleval. *de jud. lib. 2. tit. 3. diſput. 17. in princip.* Inquirere debemus apud quem executio peranda ſit. Regulam generalem pono quod apud Judicem competentem; quam colligunt Doctores ex *tex. in l. fin. C. de edict. di. Adrian. toll.* ibi: *competenti Judici inſtrumentum oſtenderit.* de quo plura Colerus *p. 2. cap 1. ex num. 6.* & Berlich. *d. p. 1. concl. 79. ex num. 7.* Et licet non ſatis exploratum ſit inter Doctores, quis ſit Judex competens ad eam concedendam, ut facilius percipi queat, diſtinguere oportet, an ex actu judiciali jus exequendum procedat, an ab extrajudiciali. Si a judiciali originem habet, ut puta a ſententia in judicatum tranſacta, confeſſione vel Chirographo judicialiter recognito, Judici apud quem hæc facta ſunt competit jus exequendi ſi juriſdictionem exercet.

Hi Magiſtratus dicuntur, quibus conceſſum eſt ſen- 11
tentias à ſe latas vel à Judicibus ab ipſis datis executioni mandare tex. *in d. l. à Divo Pio, in prin. ff. de re judic.* ubi Doctores. Intelligendo per Magiſtratum; *publicæ perſonæ, quæ juriſdictioni præeſt.* ut definivit doctiſſimus Iacob. Cujac. *in paratit. ad tit. ff. de origin. jur.* probant tex. *in l. 2. §. ex actis 16. ff. eod. l. 1. ff. ad leg. Jul. de ambit. l. honor 14. ff. de muner. & honor. l. cui præcipua 57. ff. de verbor. ſig-* 12
nific. de quo videndi Maſtril. *de Magiſtrat. in prælud. num. 34.* Otthomanus *in epitom. tit. de juriſdic. num. 6. & lib. 6. obſervat. cap. 23.* Petr. Gregor. *lib. 4. de republ. c. 5. cum ſeq. & lib. 47. ſyntagm. cap. 12.* Hugo Donel. *lib. 17. com. c. 7.* ubi Illiger. *lit. E. & N.* Petrus Barboſa *in l. cum Prætor 12. §. 1. num. 24. ff. de judic.* In noſtro textu clare poteſtas iſta conceſſa eſt *Curiæ*, id eſt *la Cort* uniuſcujuſque loci; per quod nomen Iacobus noſter, *Judicem ordinarium* exprimit, ut notum eſt. Ita ut quicumque juriſdictionem ordinariam exerceat exequi ſententiam à ſe dictam in ſibi ſubditum poſſit. Pariter executioni man- 13
dare ſententiam à ſe dictam poterit is cui juriſdictio mandata eſt, ut ex tex. *in l. fin. ad fin. C. de judic.* tenuit Gloſſa *in c. quiſquis 2. q. 6. verb. quiſquis, verſ. ſed hoc non eſt verum.* Quam ſecuti fuerunt Berojus *in c. ſignificaſti, num. 9. de off. c. & poteſt. judic. delegat.* Alciatus *in rubr. de offic. ordinar. n. 13.* Barboſa in *d. l. cum prætor. §. 1. n. 210. ff. de judiciis.* Pluribus Vela *differt. 45. num. 25. cum ſeqq.* aliis relatis Ant. Pichardus *in manuduct. ad prax. part. 2. præcep. 4. ex n. 14.*

Nec te moveat opinio Accurſii, atque ſequacium *in d. l. à Divo Pio, verb. à ſe datis*, qui conſtanter tenent non poſſe delegatum ſententiam ſuam executioni mandare; nam ipſe, & ſequaces confundunt Judices datos, cum Judicibus delegatis, quando inter ipſos magna verſatur differentia: Judex namque delegatus licet non 14
ſuo nomine ſed delegantis exercet juriſdictionem tex. *in l. more 5. l. ſolet. 16. ff. de juriſdict. l. 1. §. qui mandatam, l. 3. ff. de offic. ejuſ.* Judex verò datus nec juriſdictionem habet nec exercet, ſed nudam notionem obtinet *d. l. ſi Prætor, §. 1. ff. de judic. l. 1. & tot. tit. C. de pedan. judicib.* Petrus Barboſa *in l. 1. art. 1. num. 53. ff. de judic.* Donel. *d. lib. 17. cap. 21.* & ibi Illiger. *lit. F.* Pichard. *in manuduc. p. 2. in prælud. §. 7. ex num. 1.* de quo plura Briſonius *lib. 5. de formul.* Judex igitur datus lata ſententia functus fuit 15
officio ſuo, quare Magiſtratui, qui eum dedit, competit jus exequendi ut *in d. l. à Divo Pio, in princ.* clare dicitur.

Quæ quidem differentia non abeſt à noſtris foris, nam in *for. 8. ad fin. de Cur. & Bajul.* delegandi poteſtas conceditur Ordinariis Judicibus legitime impeditis, ibi: *puſca los pleyts o algun de aquells algun ſabi habitador de Valencia delegar*, quod in duobus foris ſequentibus repetitur. De Judice dato loquitur *for. 26. de judic.* ibi: *que aquell no ſia donat en Iutge lo qual la una de les parts no menada ment damanara.* deſumptus namque fuit ex *l. obſervandum, ff. eod. tit.* quæ de Judice dato ab omnibus ſcribentibus interpretatur: expreſſius *in for. 2. quibus non noc. res judic.* Et de utroque reperitur mentio in *for. 54. de Cur. & Bajul.* ibi: *quant la cort delegará, o comanara algun pleit o pleits*, & ibi: *que ſeran comanats o delegats.* diverſificando namque caſus plane unum ab altero diſtinguit.

Quibus poſitis explicandus venit *for. 14. de execut. rei* 16
judic. alias difficilliſimus: dicitur in eo quod ſententia executioni mandanda eſt per Judicem ordinarium, vel Delegatum Principis, qui eam tulit, ſed ſententia data per Delegatum Judicis ordinarii non per ipſum, ſed per ordinarium exequutioni mandetur: non enim intelligendus eſt forus de delegatione per quam mandata fuit juriſdictio, nam

ut

ut ſupra diximus, is cui juriſdictio mandata eſt, eam exercere licet alieno nomine; quare poterit exequi ſuam
17 ſententiam ut cum Beroio, Alciato, Petro Barboſa, Pichardo & aliis remanet probatum. Et ratio eſt evidens: quia conceſſa juriſdictione conceſſum eſt omne id quod requiritur ad explicationem ipſius juriſdictionis text. *in l. 2. ff. de juriſdict. & in cap. 2. de offic. & poteſt. judic. delegat.* ubi Doctores. *For. 37. de juriſ. om. judic.* & nota ibi: *totes aquelles coſes li ſon atorgades ſens les quals aquella juriſdictio opoder no pot acabar ni cumplir.* ſi enim omne id conceſſum eſt ſine quo juriſdictio adimpleri non poteſt; juriſdictionis implementum non in ſententia, ſed in executione conſiſtit: imo ſententia evaneſcit ſi executioni non deducatur, dum forus cum juriſdictione concedit quicquid neceſſarium eſt ad eam implendam & conſumandam, ad exequendam poteſtatem concedit. Quam interpretationem ſequuntur Bartol. Felinus, Guttierrez, Portoles, Peguera, Marta, Fontanella, Barboſa, & Salgado congeſti per Ripoll. *in prax. rub. 29. num. 34. cum ſeqq.* ſignanter *numer. 41.*
18 optime ad rem Vela *diſertat. 45. num. 25.* ſed *d. for. 14.* intelligendus eſt de judicibus datis, qui notionem tantum conceſſam habent, & abuſivè delegati dicuntur ut in *d. for. 2. quib. non nocet res jud.*

Quod amplius ſuadetur ex eo, quod *d. for. 14.* deſumptus fuit ex *dict. l. à Divo Pio, in princip.* qua Ulpianus de judicibus datis, & arbitris tantum locutus fuit. Judices enim dati plerumque arbitri dicebantur, ut pluribus probat Briſon. *d. lib. 5. de formulis, §. dabantur vero Judices, pag. 465.* Quæ in praxi quotidie obſervatur, ſubdelegati namque Magiſtratuum & Aſſeſſorum executioni mandant ſuas ſententias, & decreta. Delegati dominorum directorum, atque Baronum pariter, & quod magis eſt Ego vidi ſententiam capitalem executioni mandatam per Don Hieronymum Ferrer, Equeſtris Ordinis Divi Iacobi, atque Præſentorem de Orcheta ſubdelegatum ſpectabilis Don Ludovici Ferrer gerentis Vices Generalis Gubernatoris Civitatis & Regni Valentiæ, anno 1640. Et aliam per Don Emanuelem Vives Equeſtris Ordinis Beatæ Mariæ de Monteſa ſubdelegatum ſpectabilis Don Baſilii de Caſtelui etiam gerentis Vices Generalis Gubernatoris anno
19 1654. & ſic adeſt inconcuſſa obſervantia. Sed dices qui Judices dati in praxi conſpiciuntur? & reſpondeo computatores rationum tutelæ, vel curæ, de quibus *in for. 56. cum ſeq. de Curia & Bajul. foro 17. de reſtit. minor.* de quibus Dominus Leo *deciſion. 112. num. 6. cum ſeqq.* diviſores, qui in judiciis familiæ herciſcundæ, vel communi dividundo per ordinarios dantur, quibus ſimplex notio conceſſa eſt, Arbitri forales de quibus egi *c. 10 §. 1. num. 341. cum ſeqq.* de quibus Pichardus Ripoll & cæteri congeſti ſupra.

12 Hæc procedunt abſque dubio, quando ſententia ob omiſſam appellationem, propter deſertionem, vel ex conſenſu partium ei acquieſcentium tranſitum fecit in judicatum. Sed caſu quo appellatio legitime interpoſita & proſecuta fuit, aliud de jure communi procedit; nam ſive ſententia confirmetur per Judicem ad quem provocatum fuit, ſive per ipſum revocetur; huic, non judici *à quo*, ſpectat juriſdictio mandandi executioni.
21 Quia ſi Judex primus detulit appellationi ſibi juriſdictionem abdicavit, & in ſuperiorem tranſtulit, ſi denegaverit, inhibitio ſubſequitur introductionem; & ligatæ manus ejus remanent ad exequendum docet Imperator *in l. eos qui 6. in princip. Cod. de appellat. l. præcipimus 32. §. in his autem omnibus ad fin. verſ. officiis videlicet, C. eod. Novel. 123. de ſanctiſſim. Epiſcop. C. ſi quis contra 21. §. ſi quis autem litigantium.* Notant Bartol. *in d. l. à Divo Pio, num. 15.* Colerus *d. part. 2. cap. 1 num. 109.* Guttierrez *practicar. lib. 1. quæſt. 97.* Parladot. *rer. quotid. lib. 2. c. fin. §. 1. num. 3. & 24.* Molin. *verb. executio*, & ibi Portoles *numer. 60.* Cevallos *comm. contr. Commun.*

quæſt. 617. per tot. Rodrig. *de execut. cap. 1. n. 18.* Cancer 24
var. lib. 3. cap. 17. num. 368. cum ſeqq. Noguerol *alleg. 15. num. 15.* Berlich. *d. concl. 79. num. 7. 11. & 64. cum ſeqq.* Quæ doctrina ea nititur ratione, quia actio judicati non oritur ex ſententia confirmata, ſed ex confirmante, ut cum Gloſſa *in l. fuvi, in princip. ff. de his qui not. inf. verbo hodie, & in l. chirographis, §. fin. ff. de admin. tutor. verb. ablatus. & in l. ſi quis prore, ff. ad Senat. Conſ. Trebel. & in l. eos, C. de appellat. verb. injuſtam & in cap. paſtoris, §. præterea, de offic. delegat. verb. diſcuſſa*, tenent Angelus, Alexander, Azevedus, Rodriguez, Salcedus, Gregorius Lopez, Rebuffus, Ferrarienſis, & Colerus congeſti per Salgadum *de reg. protect. part. 4. c. 11. n. 39.* Et ſic Judex confirmans qui dedit actionem, exequi judicatum debet.

Sed in Regno Valentiæ hæc concluſio ceſſavit poſt- 23
quam per *for. 59. Cur. anni 1626.* cautum fuit, quod Judices Superiores teneantur quando ſententiam confirmant reſtituere partes, & cauſam judici à quo provocatum fuit, & primam ſententiam tulit, niſi adſit ra- 24
tionabilis cauſa retinendi, ut latius aliquantulum dixi *ſup. cap. 12. §. 2. num. 236. cum ſeqq.* Quod praxi receptum eſt, quando in omnibus ſententia inferioris venit confirmanda. At ſi revocetur, vel in minimo commutetur, tunc Judex Superior retinet cauſam & ab eo petenda executio eſt eo coram ipſo proſequenda.

Si autem ab extrajudiciali actu jus exequendum pro- 25
cedat, ut in teſtamentis & ultimis voluntatibus evenit, Judex Ordinarius loci competens eſt, & ei commiſſa executio per textum noſtrum reperitur. In conventionibus, pactis, tranſactionibus ex contractibus, quamvis in textu detur jus exequendi ordinario, non ſemper ei competit; executiva namque hæc fiunt ex vi clauſulæ obligationis guarentigiæ, ut late dixi ſupra *cap. 11. §. 1. ex num. 86.* & cum in ipſa clauſula appo- 26
natur renunciatio proprii fori, ſubmiſſio foro eligendo per alium contrahentem cum facultate variandi Judicem & judicium; hinc eſt quod licet Judex ordinarius domicilii, vel loci contractus poteſtatem habeat exequendi, exercitium non habet niſi Judex electus per creditorem; quod fieri poſſe probat tex. *in l. ſi quis in conſcribendo, & l. penult. C. de pact. l. 1. & 2. ff. de judic.* de quo plura congerunt Anton. Amato *variar. lib. 1. reſol. 33. ex numer. 9.* Peguera *in prax. rubr. 4. num. 22. &* ibidem Ripoll *ex num. 105.* plures cumulans Carleval. 27
de jud. tom. 1. tit. 1. diſp. 2. num. 219. & num. 1251. cum ſeqq. Pareja *d. inſtrum. edit. tit. 2. reſolut. 9. num. 114.* ex noſtratibus Dominus Leo *deciſion. 105. & deciſ. 134.* imo in executivis unuſquiſque valet variare res, perſonas, & modum ſeu viam agendi ex doctrina Iaſonis *conſil. 9. numer. 41. verſ. ſed nos ſumus in mera executione*, ubi Bec. *in addit. volum. 1.* idem Iaſon *conſ. 28. numer. 8.* Becc. *conſ. 17. num. 3.* Surdus *deciſion. 44. num. 17.* Borgn. *deciſ. 1. numer. 15.* Ciriacus *contr. 318. numer. 43.* aliis relatis Pareja *de inſtr. edit. tit. 4. §. 6. n. 122.*

Quæ quidem electio tenet ſi fiat in aliquo ex Judicibus regiam juriſdictionem exercentibus, ordinariam ſcilicet, ut loco citato dixi, & aliqua prælibaveram *ſupr. cap. 1. §. 4. num. 21. cap. 4. §. 10. numer. 7. & capit. 5. §. 4. num. 28. cum ſeqq.* Requiritur in quam quod juriſdictio electa exerceatur intra Regnum ipſum, quia in eadem Provincia cauſæ expediri debent tex. *in l. 3. ff. de offic. Præf.* ubi Gloſſa, *Abſentem, quæ in prob. C. ubi de crim. agi oport.* cum aliis congeſtis per Bellugam *in ſpec. Princip. Rub. 26. verſ. Ieſu Chriſti, num. 17.* Petrum 28
Barboſa *in l. hæres abſens 19 ff. de judic. §. 1. num. 131. cum ſeqq.* ſed melius *in l. 1. art. 3. ex num. 162.* Covarruvias *practicar. cap. 10. ex num. 34.* Alciat. *de præſumpt. c. 36.* aliis congeſtis Parlador. *d. lib. 2. c. fin. §. 1. part. 2. ex n. 2.* Cancer *var. lib. 1. cap. 17. ex num. 45. & lib. 2. cap. 2. ex num. 124.* Seſſe *de inhibit. c. 2. §. 3. num. 48.* Petr. Greg. *Lib. 4. ſyntagm. cap. 1. numer. 6. & 7.* Berlich. *d. concl. 79.*

numer. 69. & Dominus Creſpi *obſervat.* 15. *num.* 17. *qui num.* 26. plures alios congerit. Sic cautum eſt *in for.* 19. & 20. *de judiciis in for.* 2. 50. & 51. *de juriſd. om. judic.*

29 & *in for.* 25. *de appellat.* dum in eo cautum habemus, quod omnes omnino cauſæ intra Regnum actitentur, & definiantur. Debet pariter eſſe juriſdictio ordinaria, ut pluribus probat Barboſa in *d. l.* 1. *art.* 1. *numer.* 204. *cum ſeqq. ff. de judic.* Et Regia ut excludantur Judices delegati, Eccleſiaſtici, & Baronum, quod ſatis innuit Dominus Leo *d. deciſ.* 105. *per tot.* & *d. deciſion.* 134. *ex num.* 1. & ab actuariis metipſis, in elongatione exprimitur, ut videre licet apud practicos noſtros Terraſſa & Exulbi, *in formular.* dum hanc clauſulam elongatam tradunt, de quo plura colligere potes ex traditis per Barboſam *in locis citatis*, & per Ioan. Mariam Novarium *in præx. elect. & variet. fori*, præcipue *ſect.* 1. *q.* 12. *ex n.* 1. & *ſect.* 4. *q.* 50. *ex n.* 3.

30 Quibus non obſtat *for.* 40. *Cur. anni* 1604. quo cautum eſt, quod vaſſalli Baronum executive conveniri nequeant coram judicibus Regiis, niſi proprio foro renunciaverint: ex quo arguendo à contrario ſenſu videbatur quòd dici poterat quod Vaſſalli Regis in Curia Baronis executive conveniri poterant ſi proprio foro renunciaverint. Non enim procedit argumentum quia fori non admittunt has interpretationes ut docet Dominus Creſpi *obſervat.* 1. *num.* 16. & 43. & ego dixi

31 *ſup. cap.* 1 §. 2. *num.* 29. & ut ſtatim dicam juriſdictio limitata ad certum genus cauſarum non eſt prorogabilis ad aliud genus. Barones enim habent juriſdictionem limitatam ad cauſas, geſtorum in ipſa Baronia & contra Regiam juriſdictionem prorogatio dari non poteſt, neque ſubmiſſio ex traditis per Bellugam *in*

32 *ſpecul. rubr.* 23. §. *ſed pone*, *num.* 12. de quo videndi Barboſa *in d. l.* 1. *art.* 3. *num.* 163. *cum ſeqq.* & Carleval. *de jud. d. tit.* 1. *diſp.* 2. *q.* 8. *ſect.* 2. & 4 ubi plura cumulant ad rem.

Sed ab hac electione non excluditur Judex cujus juriſdictio limitata eſt ad certam quantitatem, nam conſenſu partium prorogari poteſt ad cauſam majoris

33 ſummæ, ut probat *for.* 22. *de judic.* ibi: *Lo Iutge empero qui entro à certa ſuma deu Iutgar, encara de major ſuma pot Iutgar, ſi les parts ſi acorden.* Unde prorogatio, & ſubmiſſio comprehendit juriſdictionem Subjuſtitiæ quem nominare ſolemus, *Juſtitiam tercentorum ſoliderum* ut notaveram *ſup. d.* 5. §. 4. *num.* 28. Verum juriſdictio limitata ad certum genus cauſarum non eſt prorogabilis, nec idonea ad eligendam, ratione ſubmiſſionis, virtute hujus clauſulæ, ad aliud genus ut probavi *dict.*

34 *cap.* 4. §. 10. *num.* 7. *cum ſeqq.* dum de juriſdictione Conſulum Logiæ maris in cauſis mercantilibus, & maritimis verbum inſtitui, & probatur *ex for.* 120. *Cur. anni* 1564. in quo habetur quod per Curiam Judicis decimarum nemo executive conveniri poſſit, niſi verus debita decimarum vel primus emptor ipſarum; quibus adde congeſta per Ant. Amato *d. reſol.* 33. *num.* 16. & *ſeq.* Quo jure utimur, dummodo variatio non fiat poſt evocationem cauſæ ad Regiam Audientiam, vel poſt concluſum in ea, etiam ſi ſit coram inferiori, ut notat Dominus Leo *d. deciſ.* 134. *per tot.*

35 His ſuppoſitis deveniendo ad interpretationem noſtri textus, in primis dicitur in eo, quod Curia, id eſt *Judex ordinarius* executioni mandet ultimas voluntates teſtamento contentas: quod intellige cum Barboſa *in d. l. hæres abſens*, *in princ. ex num.* 1. de Judice Ordinario loci domicilii defuncti, ubi bona in quibus ſucceditur ſita ſunt. Quibus verbis clare excluditur controverſia ingens inter Doctores agitata, an pro contentis in teſtamento via executiva conceſſa ſit, de quo ali-

36 qua dixi *ſup. cap.* 11 §. 2. *ex num.* 18. Pro legatis & fideicommiſſis ſpecialibus res dubio caret, attenta diſpoſitione noſtri fori, ut quotidiana praxis demonſtrat, quia ſic communiter obſervatur, ita ut via executiva in hæredem concedatur legatario, vel fideicommiſſario; eo ſuperaddito quod licet regulariter in cauſis executivis appellatio non admittatur, pro legatis, vel fideicommiſſis in executione appellatio, quoad utrumque effectum, admitti debet ut dixi *cap.* 12. §. 2. *num.* 120. Pro hæreditate, vel fideicommiſſo univerſali, & ſucceſſivo, anti- 37
quitus virtute hujus fori mandatum executivum concedebatur, ut retuli *cap.* 10. §. 2. *n.* 120. *cum ſeqq.*

Verum jam re melius inſpecta ſummarie in cauſis 38
poſſeſſoriis proceditur ex remedio *d. l. fin. Cod. de edict. Di. Adrian. toll.* cui congruit *for.* 41. *de teſtam.* Nam licet veriſſimum ſit, quod hoc remedium executivum dicitur, ut in *d. l. fin.* habetur & tradunt Collerus *p.* 3. *cap.* 2. *num.* 30 Theſaur. *deciſ.* 21. *num.* 9. Boerius *deciſ.* 295. *num.* 12. Aſin. *in tract. de execut.* §. 1. *cap.* 11 *cum ſeqq.* Berlich. *d. quæſt.* 80. *num.* 9. Paz *de tenuta*, *cap.* 2. *n* 13. & *cap.* 25. *num.* 7. Argelus *de acquir. poſſ. quæſt.* 1. *art.* 1. *num.* 13. & alibi paſſim, pluribus congeſtis Carleval. *titul.* 3. *diſp.* 5. *num.* 14. Tamen cum non ſemper exploratum ſit petentem poſſeſſionem ex hoc remedio, ſucceſſorem, vel vocatum eſſe, & ſic ſive vacans poſſeſſio ſit, ut per judicem vero ſucceſſori tradatur, ſive ab alio obtenta, ut auferatur manu militari adhibita (qui ſunt modi exequendi traditi in his terminis per Carleval. *d. tit.* 3. *diſt.* 1 *num.* 2. & 3) ſemper debet præcedere pronunciatio per quam cauſa ſummatim cognita id ipſum fieri decernatur, ut Carleval. ſupponit & omnes fatentur. Non enim ad immiſſionem poſtulandam 39
devenire ſolet, cui nihil obeſt quo minus eam obtineat; poſtulat enim, quia eſt qui ſi opponat & ſuccedendi jus dubium facere contendat, qui legitimus contradictor dicitur, de quo late Argelus *tot. tract. de legit. contrad.* ſignanter *art.* 1. *quæſt.* 1. *ex num.* 3. ſed hæc præſentis inſtituti non ſunt forſan alibi tractabo, ſolum adnectere neceſſarium habeo, quod licet executio teſtamentorum per noſtrum forum Judici Ordinario commiſſa ſit, quod intelligendum dixi de Ordinario loci domicilii defuncti, quod procedit in prima & immediata ſucceſſione; in ulterioribus vero de Ordinario territorii ubi bona ſita reperiuntur, ut explicat Barboſa *loco citato*, vel in quo major pars eorum eſt. Quod expreſſe probat *for. unic. ubi de hæredit. agi oport.* 40
his verbis: *en aquell loch on ha ſon domicili, ço es ſon alberch, aquell qui es demanat, o ſien aquell loch on les coſes de la heretat ſon, es. aquell qui es demanat, aqui deu eſſer determinat lo pleyt de tota la heretat, o lla on la major part de la heretat ſera.* latine hæc verba dicunt: *in eo loco in quo habet domicilium, id eſt habitaculum reus conventus, vel ſi in eo loco ubi res hæreditatis adſunt, reperitur reus conventus, ibi debet definiri lis totius hæreditatis, aut ubi major pars hæreditatis erit.* id ipſum probat text. in *l. ſi fideicommiſſum* 50. *ff. de judic.* & *in l. unic. C. ubi de hæred. agi. oport.* An autem diſpoſitio procedat ſi bona hæreditatis ſita ſint in diverſis Regnis, legenti patet. Plura congeſſit contrariam opinionem tuendo Dominus Creſpi *d. obſervat.* 15. *ex num.* 265. nulla facta mentione hujus *fori* per cujus diſpoſitionem meo judicio 41
quæſtio decidenda erat, junctis plurimis ab eometipſo congeſtis pro ratione dubitandi *ex num.* 256. *Forus* namque 4. *ubi in rem actio* perperam allegatur, dum de hæreditate univerſa diſceptandum venit, quia judicium univerſale eſt, diviſionem non patiens, ne continentia cauſæ dividatur, & monſtruoſæ ſententiæ procedant ex eodem fonte, ſcilicet diſpoſitione à qua ſucceſſio derivatur. Minor pars bonorum acceſſoria eſt majoris, & ejus naturam ſequi debet, ut cæteræ acceſſiones pluribus Barboſa *Axiom.* 4. *ex n.* 1. ſignanter *num.* 7. unum 42
corpus, & una hæreditas facta fuit ex diſpoſitione inſtitutoris qui fideicommiſſum indiviſibile relinquens ex bonis in diverſis Regnis conſtitutis; quod principaliter intendit eſt uni tantum ſucceſſionem deferri, & ſic minorem partem, licet in alio territorio conſtituram,

majori

majori inſeparabiliter unitam atque incorporatam reliquit. Dominus enim in re ſua legem quam vult ponere poteſt, cum ipſius ſit moderator & arbiter. *l. ea lege* & ibi Doctores, *ff. de condict. ob cauſ.* cum aliis à me
43 congeſtis *ſup. c.* 2. §. 5. *n.* 48. & hoc abſque injuria juriſdictionis territorii minoris partis, quia per accidens ſe habet, nihil enim ejus intereſt quod à judice territorii majoris partis jus ſuccedendi pronuncietur, dummodo ad executionem pronunciationis litteris rogatoriis, ſive ſubſidiariis, utatur, ut dicitur *in d. l. à divo Pio* 15. §. *ſententiam Romæ*, *ff. de re judicat.* Hæc enim ſententia prævaluit: ſed de his dicta ſufficiant, ad inſtitutum per me proſecutum.

44 Pergit noſter Jacobus, & ſtatuit quod ſententiæ executioni per Curiam mandentur, quod intellige de unaquaque Curia reſpectu ſententiarum in ea latarum, ſi in rem judicatam tranſierint, ut habetur *in for.* 4. *eod. tit. de execut. rei judic.* Quod evenit ut in eo dicitur ſi infra decem dies appellatum non fuerit, ſi ex conventione partium receſſum ſit ab appellatione, aut ſententia
45 confirmetur, vel ſi appellationis cauſa deſerta dicatur. In qualibet ex his caſibus ſententia executioni deducenda eſt per judicem qui eam tulit; cui adde ſi ſententia exequibilis ex ſua natura ſit vel exequibilis fiat præſtita cautione modo quo dixi *cap.* 11. §. 2. & 3. Et intellige quod reſpectu ſententiæ confirmatæ vel deſertæ dictæ, de jure Judex appellationis exequi debet, niſi cauſa & partes judici *à quo* ad exequendum reſtitutæ fuerint, ut dictum remanet ſupra *num.* 23.

46 Demum dicitur in textu quod dicta arbitrorum executioni deducantur per Curiam ſive *Judicem ordinarium*. Pronuntiationes etenim arbitrorum de jure noſtro exequibiles ſunt, tum quia in textu clare dicitur; tum quia ab eis appellatio non datur *for.* 17. *de appell. & de jure tex. in l.* 1. *C. de recep. arbitr.* ut dixi *dict. c.* 11. §. 2. *num.* 104. Tum etiam quia recenſendo ab eo quod per arbitros pronuntiatum eſt pœna compromiſſi
47 committitur & venit caſus compulſionis. Cum enim arbitri juriſdictionem non exerceant; nec eam obtineant ad exequendum ex traditis per Cancer *lib.* 2. *var. cap.* 3. *num.* 17. ſed ſolum ſimplicem notionem ut *ſupr. num.* 19. dixi; neceſſarium fuit aſſignare judicem qui executioni mandet. Sed obiter nota quod *in d. l.* 1. clare dicitur quod ſententia arbitrorum argui de nullitate poſſit, ita ut ſi lata ſit non ſervata forma compromiſſi executionem non meretur; ſervandus enim eſt exitus cauſæ nullitatis antequam ad executionem perveniatur.

48 Conventiones, pacta, tranſactiones, contractus, & cæteræ conventiones mediante inſtrumento publico roborato clauſula guarentigiæ obligationis exequibiles
49 ſunt à foro. Sed quia hæc materia tractata remanet *d. c.* 11. *n.* 1. *n.* 86. *cum ſeqq.* non repeto. Solum adnotandum venit, quod Neoterici dubitare poſſunt quid Jacobus noſter intellexit per nomen *poſſa*, repertum in noſtro textu, inter ea quæ executionem paratam habere dicuntur: & ſynonimum eſſe cum tranſactione aperte colligitur ex *fer.* 1. *de tranſaction.*

Præter hæc quæ in noſtro textu continentur in caſu
50 evictioni ſecundum noſtros foros competit emptori via executiva pro re evicta, contra autorem mediatum, vel immediatum, etiamſi evictio expreſſe promiſſa non fuerit, neque de ea ſit inſtrumentum confectum publicum, & executivum, dummodo is cui evicta fuit intra decem denunciare litem fecerit auctori in quem regreſſum prætendit: niſi expreſſe renuntiatum fuerit
51 neceſſitati denunciandi litem. Quæ quidem executio concedenda eſt pro his quæ reſultant ex tenore ſententiæ, cujus vi res evicta dicitur per alia legitima & authentica documenta, reſervato jure in via ſummaria condemnativa ad proſequendum damna; melioramenta, & expenſas. Ut expreſſe cautum eſt *in for.* 31. *de evi-*

ction. & docet Dominus Leo *deciſ.* 64. *num.* 3. Quem ſequitur noſter Morla *in empor. tit.* 9. *num.* 36. in quo nota ſpecialitatem, nempe confirmationem municipalis legis, de remiſſione denunciandi litem, quam regulariter neceſſariam dicunt Doctores per tex. in *l. ſi rem* 29. §. *ultim. l. minor* 39. §. 1. *verſ. denunciare*, *l. ſi fundo* 53. §. 1. *ff. de evict. cum ſimil.* docent Capicius *deciſ.* 106. *per tot.* Roſenal. *de feudis*, *cap.* 8. *concl.* 30. *num.* 4. *& in ſchol. lit. F.* Vincentius de Franch. *deciſ.* 523. Fontanella *de pact. dotal. clauſ.* 5. *gloſ.* 8. *part.* 14. *num.* 69. *cum ſeqq.* Qui tenet quod licet renunciatum neceſſitati denunciandi ſit; tamen de æquitate faciendam eſſe denuntiationem cum Rebuffo, Ancarrano & Maſtrillo; quod ego 53
ampliandum credo; ubi non adeſt lex vel ſtatutum approbans renunciationem, ſecus extante lege cui ſtandum erit. Et cum in noſtro Regno per *d. for.* 31. approbata renunciatio denunciationis ſit, ideo executionem procedere non facta denunciatione, ſi ei expreſſe renunciatum fuerit, teneo: quod pluribus comprobant Molin. *verb. evictio*, & ibi Portoles *num.* 7. Mangilius *de evict. quæſt.* 4. *numer.* 27. *cum ſeqq.* Guzman *in eod. tract. quæſt.* 1. *ex n.* 30. & ſic praxi receptum eſt. Niſi in ipſo inſtrumento expreſſe in pactum deductum ſit quod venditor non teneatur de evictione niſi ex facto proprio, nam in hoc caſu etiam ſi res evincatur ex facto ſui prædeceſſoris univerſalis, non tenebitur; ut pluribus comprobant Molin. & Portol. *d. verſ. evictio*; *num.* 19. de quo vide Morlam *d. tit.* 9. *n.* 37. qui difficilem hanc quæſtionem accurate diſputat.

Pariter datur via executiva privilegiata contra emp- 54
torem bonorum judicialiter diſtractorum, quem *emptorem Curiæ* nuncupamus, quia ſi non deponit pretium rei diſtractæ infra decem dies ab addictione, per diſtrictionem perſonæ & bonorum nulla ſolemnitate ſpectata compellendus eſt, ut expreſſe cautum habemus *in for.* 15. *ſum duob. ſeqq. de eviction.* ſed ſimplex emptor vel conductor inter privatos, executive conveniri nequit, niſi ſcriptura authentica, & publica cum clauſula guarentigiæ obligationis, executioni ſubjiciatur.

Confeſſus in judicio de re certa etiam conveniri 55
executive poteſt ac ſi condemnatus fuiſſet per ſententiam in rem judicatam tranſlatam ex *for.* 1. & 4. *de confeſſis.* Quare tenui ſupr. *cap.* 10. §. 4. *num.* 74. *cum ſeqq.* cum Belluga, Morla, & Domino Leo, quod chirographus judicialiter recognitus paratam habet executionem in Regno Valentiæ, quantumvis in uſu non ſit. Quæ omnia paratam habere executionem de jure Ca- 56
ſtellæ probat *l.* 1. *cum aliis ſeq. tit.* 21. *lib.* 4. *recopil.* tractant de materia Colerus *part.* 2. *cap.* 2. *ex num.* 1. Azevd. *in d. l.* 1. Didacus Perez *in l.* 4. & 5. *tit.* 8. *lib.* 3. *ordin.* Roder. Suarez *in l. poſt rem judicatam notabil.* 1. & *in explicat. leg. Regni.* Parladorus *rer. quot. l. lib.* 2. *c. fin. part.* 1. *per aliquot* §. Rodriguez *tract. de execution. cap.* 1. Hevia Bolaños *in Cur. Philip. part.* 2. §. 2. *uſque ad* 7. Villadiego *in polit. cap.* 2. *ex num.* 1. Monterroſo *in pract. part.* 8. *ex num.* 2. Carleval. *d. tit.* 2. *diſp.* 8. *ex n.* 2. & *tit.* 3. *diſp.* 1. & *ſeqq.* Valenz. *conſil.* 86. *ex n.* 33. Berlich. *d. p.* 1. *q.* 80. *ex n.* 1. Ripoll *d. rub.* 29. *per tot.*

De condemnatione *infra decem ſalvis exceptionibus*, 57
dixi paratam habere executionem in noſtro Regno, quæ ſolum proſequi valet uſque ad diſtractionem pignorum, ſeu venditionem bonorum excluſive, de quo egi *c.* 11. §. 1. *n.* 9. & 42. *cum ſeqq.* quare non repeto.

Circa quæ frequenter dubitari ſolet an jus exequen- 58
di perpetuum ſit, an vero præſcriptione, ſeu temporis curſu perimi poſſit? Rationem dubitandi offert difficultas ſeu verius impoſſibilitas præſcribendi, ſuppoſita ſcientia debiti in condemnato, vel inſtrumento guarentigia obligatione roborato in debitore; cum ex ea reſultet mala fides, qua omnis præſcriptio excluditur per text. *in c. vigilanti*, & *c. fin. de præſcript.* ubi Doctores ſignanter Auguſt. Barboſa plura colligens; Va- 59

lenz. *conſ.*187. *num.*131. de jure noſtro *for.* 1. *verſ.* encevra 1. *de præſcript.* Dominus Leo *deciſ.*46. *num.* 2. Cum vulgatis. Quibus addi poteſt, quod actio in factum quæ competit ex re judicata, efficitur litigioſa ex temporis curſu: ſed pendente lite non currit præſcriptio, quia lis & inſtantia nullo temporis curſu perimuntur in Regno Valentiæ, ex eo quod judicandum ſit ex bono & æquo, attenta facti veritate, ut probavi *ſup. c.*10. §.1. *num.*6. & 329. docent Achil. *tit. de ſent. ex re judic. deciſion.*5. *num.* 2. & 3. Caputaq. *deciſion.*362. *num.*3. *cum ſeqq. part.*2. pluribus Gratian. *diſcept. forenſ. c.* 403. *ex numer.*1. rationem juris tradens ob quam tam de Cæſareo, quam de Pontificio præſcriptio ſententiæ in rem judicatam tranſactæ impediatur.

60 Sed verius eſt jus exequendi non eam præſcribi, quam perimi temporis curſu: in pœnam & odium ejus qui noluit, vel negligit uti jure ſuo quare nulla ratione impeditur condemnatus, vel obligatus adquirere jus impediendi executionem ſeu ex vera excipiendi, quando de ea tractatur, dum victor, ſeu creditor per plures annos taciturnitatis receſſiſſe à jure executivo, proprio facto videtur, in cujus deſidiæ pœnam ita cautum eſt: Jus namque exequendi in profanis non poteſt nec de-
61 bet ultra triginta annos durare; & in Eccleſiaſticis ultra quadraginta tex. *in l.*3. *C. de præſcript. 30 vigin. vel quadrag. anner. auth. quas actiones, C. de Sacroſ. Eccleſ. c.*6. & 8. *de præſcription. for.*5. *in fin. for.*6. *etiam in fin.* & *for.*12. *eod. tit.* docent Nata *conſ.*222. *per tot.* Marius Cultel. *orat.*1. *ex num.*63. Afflict. *deciſ.*245. *ex num.*1. Carroz. *de except. adverſ. ſent. præjud. except.*60. *per tot.* Maranta *de ord. jud. part.*6. *tit. de exeq. ſent. n.*54. Aſin. *in prax. part.*1. §.1. *cap.*2. *limit.*18. *ex n.*1. Covarr. *in regul. poſſeſſor. part.*2. §.2. *num.*3. & 5. Cancer *var. lib.* 1. *cap.*15. *num.*2. plurib. Carleval. *d. tom.*2. *tit.*3. *diſput.*4. *num.*1. & 15. *cum ſeqq.* Fontanella *deciſ.*479. *num.*5. *cum deciſ. ſeq. num.*11. Molin. *de Hiſpanor. Primog. lib.*2. *cap.* 6. *num.* 51. *ubi addent.* Portoles *ad Molin. in repertor. verbo forma juris, num.* 132. Salgado
62 *de reg. protect. par.*4. *cap.* 2. *num.* 21. *cum ſeqq.* Dominus Leo *deciſ.*61. *num.*2. & 30. Neque hic conſiderari valet mala fides, ad effectum impediendi hanc præſcriptionem tum quia *in d. for.*5. & 6. *ad fin.* clare excipitur caſus longi temporis nempe triginta annorum, ibi: *no haura callat per ſpay de trenta anys*, quod ſufficit ut ipſa non obſtet, ut in ſimili probat Fontanella *deciſ.* 75. *num.*15. *Foros* namque 1. tractat de præſcriptione triennali, in qua verſatur differens ratio ad exigendam bonam fidem cum breviſſimum tempus ſit, cujus vis ita debilis cenſetur, ut ex qualibet cauſa etiam levior excludatur.

Præſcriptio vera longeva cum nitatur in utilitate publica, cujus intereſt ne rerum dominia per incerta vagentur, non eſt neceſſaria omnino bona fides ut
63 Fontanella conſiderat. Tum quia licet in omni præſcriptione de jure Pontificio bona fides requiratur, in præſcribendo jure executivo regula non procedit quia adquirens nihil agit quod inſici mala fide poſſit, ut contaminetur acquiſitio. Habens jus executivum non utens eo, in cauſa eſt quod adquiratur ut cum Franco, Balbo, Gregorio Lopez, Covarruvia, Gomezio, Didaco Perez, Meſſia, Guttierrez, Graſiano, Parladoro Barboſa,
64 Tuſco, Cevallos, Azevedo, Caravita, Rodriguez, Bolaños, Villadiego & Scaccia docet Carleval. *ubi prox. n.*2. Tum etiam, quia nullum jus excludit adquiſitionem ejus qui nihil injuſte, vel inique operando ſe habet mere paſſive; & ex facto taciturnitate vel deſidia ejus qui amittit aliquid lucratur; ſibi igitur imputet adverſarius qui tandiu tacuit, & per tam longum tempus non curavit de executione contentorum in ſententia vel inſtrumento condemnatus, vel debitor citra malam fidem potuit tacere: & nihil agere ut conſiderant Balb. *tract. de præſcription. part.*3. *p.*5. *principal. q.*3. *num.*2. eleganter Ant. Fab. *in C. lib.*7. *tit.*13. *defin.*12. Peregrin. *conſ.*110. *vol.* 5. Hieron. Gabriel. *conſ.* 149. *ex num.* 2. Barboſa *ad l. ſicut* 3. *num.*159. *cum ſeq. C. de præſcript.* Joan. Bapt. de Thoro *in comp. deciſ. tom.*2. *verb. jus executivum*, adducendo deciſionem Senatus Neapolitani pluribus Carleval. *d. tit.*3. *diſput.*4. *ex n.*1. qui duas rationes pulchre explicat *n.*3. & 4. & Fontanella *d. deciſ.*75. *num.*17. qui aliam expendit.

Reſpectu peremptionis inſtantiæ bene reſpondit 65
Achil. de Gra[illegible] *deciſ.*5. dicens, quod quando poſt cœptam executionem ſententiæ tempus labitur, non perimitur inſtantia executionis, quia interrupta fuit præſcriptio quælibet, dum actum expreſſum relinquit ſe uti velle jure executionis, ſecus vero quando obtinuit ſententiam, & de executione inchoanda per longum tempus non curavit, nam ex ſuo facto reſultat explicatio animi nolentis uti jure exequendi, à quo per
66 taciturnitatem, & deſidiam receſſiſſe videtur. Quæ multo fortius procedunt in noſtro Regno, cum nullus forus obſtet; imo non inepte confirmari videntur ex ratione *d. for.*12. *de præſcript.* Quo expreſſe cautum eſt, quod debitor quicumque, exceptione longiſſimi temporis, nempe triginta annorum, tuetur contra creditorem, poſt tam longam taciturnitatem debitum exigentem. Dubitabit nemo debitum eſſe principale; & jus exequendi, acceſſorium? Si enim triginta annorum curriculo debitum amittitur quod eſt magis, tenebimus quod in executivum permanebit intactum?

Quibus addi poteſt quod de jure Caſtellæ jus exe- 67
quendi perimitur per decennium ex *l.*6. *tit.*15. *lib.*4. *recopil.* ut ibid. docent Azevedus *ex num.* 1. Parlador. *rer. quotid. lib.*1. *cap.*1. §.1. *in princ.* Oroſius *in l. omnes populi, num.*75. *ff. de juſt.* & *jur.* & *in l. de quibus, num.*125. *ff. de legib.* Mieres *de majorat. part.*1. *queſt.*58. *num.*51. Gregor. Lopez *in l.*22. *tit.*29. *partit.*3. *gloſ.*1. & *in l.*5. *tit.*8. *part.*6. *gloſ.*9. Covarruv. *in d. regula poſſeſſor, par.*2. §.11. Anton. Gomez & cæteri Tauriſtæ *in l* 63. *Tauri.* Milanenſis *deciſ.*15. *num.*16. *part.*2. Maynardus *deciſ.*68. *lib.*3. Franch. *deciſ.*341. *ex numer.* 2. Rovit. *de inſtrum. liquid. num.*46. Vulpel. *in praxi, cap.*19. *numer.*26. *ad fin.* Giurba *obſervat.*14. *num.*3. Olanus *in concordia antimoniar. jur. verb. jus exequendi, num.*57. Gomez de Leon. *allegat.*88. *num.*2. Aviles *in cap.*4. *Prætor. gloſ. execucion, num.*69. Paz *in prax. tom.*1. *part.*4. *cap.*3. *num.*11. Guttierrez *conſil.*47. *n.*4. & 5. & *in l. neino poteſt, num.*205. *ff. de legat.*2. aliis relatis Valenzuela *conſ.*21. *ex num.*1. Carleval. *d. diſput.*4. *num.*5. Don. Joſeph. Vela *diſſert.*26. *ex num* 1. Larrea *deciſ.*49. *per tot.* Pareja *de inſtrum. edit. part.*2. *tit.*7. *reſol.*7. *ex num.*1. Olea *de ceſſion. jur. tit.*1. *q.*1. *ex num.*66. qui cum 68
Vela, & Larrea optime diſſerit, an jus exequendi Chirographum recognitum judicialiter præſcribatur, decennio computato, à die confectionis, vel à die recognitionis (in quo articulo ſententiam ipſius ſecutus fui, dum in Tribunalibus Caſtellæ lites judicavi, in quibus frequens quæſtio hæc eſt, & receptior doctrina iſta) Si enim tot tantiſque auctoritatibus præſcriptio decennii approbatur, quanto magis longeva illa præſcriptio triginta annorum per jus commune introducta & à noſtris foris approbata? Sic deciſum ſæpius in Regia 69
Audientia reperitur, ſignanter ſententia publicata per Alreus *die* 11. *Aprilis* 1615. inter Franciſcum Scriva, & Franciſcum Martinez certis nominibus: & ſententia publicata per Daza *die* 27. *Martii anni* 1635. inter Joannam Annam Perez, & Elionoram Fernandez de Meſſa.

Ex hac doctrina procedit communis praxis non exequendi pro annuis redditibus, niſi tantum ad exactionem pro viginti novem annis cum dimidio decurſis in pro- 70
fanis; & pro triginta novem annis cum dimidio in Eccleſiaſticis, ut notum eſt; de quo tractat Carleval. *d. diſput.*4. *ex num.*16. Sed in ultima ſententia *anni* 1635. reſervata reperiuntur jura executiva ratione inſtantiæ priſtinæ

pristinæ executionis, ut de novo actor eis uti posset ac si nunquam lata fuisset sententia illa cujus executio
71 perempta, vel præscripta pronunciabatur. Reservata itaque fuerunt eo motivo quod instantiæ in Regno nunquam perimuntur, etiamsi per longevi temporis cursum deserta remaneat. Quæ assertio, seu limitatio mihi non placet, tum quia de jure communi Romanorum peremptio instantiæ introducta fuit bono publico exigente per tex. *in l. properandum, C. de judic. & de jure, ff.* licet non tam brevi curriculo temporis reperiuntur vestigia *in l. 2. ff. judic. solvi* ibi: *cum lite mortua nulla res sit,*
72 quæ verba interpretatur Cujacius *lib. 71. Paul. ad edict.* de peremptione instantiæ *l. 3. ff. quæ in fraud. credit.* ibi; *vel litem mori patiatur.* & alibi tractant de materia Maresc. *variar. lib 1 cap. 122. num. 10.* Camil. de Medicis *cons. 6. num. 1.* Capiblanc. *de Baron. pragm. 11. num. 213.* Covarr. *in c. quamvis pactum, part. 2. §. 1. numer. 4.* Afflict. *decis. 245. num. 12. & decis. 345. numer. 10.* Cancer *variar. lib. 3. cap. 16. ex num. 12.* Salgado *de reg. protect. part. 4. cap. 2. num. 4.* Carleval. *d. disput. 4. num. 15.* pluribus Aniquino *de prævent. inst. cap. 2. q. 5. per tot.* apud quos plu-
73 res alios reperies. Tum quia dum in Regno Valentiæ omne debitum præscribitur spatio triginta annorum ex *for. 12. de præscript.* multo magis instantiam præscribi tenendum est; quia si id quod meum indubitanter est amitto per omissionem tanti temporis, multo magis amitti debet dubius litis eventus; & cum in casu dictæ sententiæ amissum fuisse jus exequendi ob lapsum triginta annorum, quod *in foro* expressum non est, amissum debitum pariter dicere debemus vi *fori*, in quo expresse definitur. Sententia namque ipsa comprobatur lapsus hujus temporis à die pronunciationis; ergo multo magis ex ea probatur major temporis lapsus à die contractæ obligationis, ex qua debitum resultabat; quo posito non remanebat subjectum de quo instantia per-
74 maneret. Tum denique quia jura executiva profluentia ex instrumento debiti non gaudent majori prærogativa, vel privilegio quam enata ex sententia, & re judicata, cum hæc æquiparentur, & tota vis executiva obligationis guarentigiæ consistat in eo quod obtineat sententia rei judicatæ transactæ vigorem, ut in ipsa clausula dicitur, & omnes scribentes agnoscunt: ut tradunt Covarruvias *practicar. cap. 16. ad fin.* Esse *de inhibit. in Anacephal. num. 39. cum seq.* Berlich. *practicab. p. 1. concl. 81. num. 17.* Cancer *variar. lib. 2. cap. 16. n. 97.* Carleval. *d. disput. 4. num. 8. & 15.* & pluribus congestis *tit. 2. disput. 7. num. 9.* Noguerol. *allegat. 15. ex numer. 2.* Sed in eadem sententia pronuntiatum fuit præscripta remansisse jura executiva judicati; ergo pariter jura executiva primæ obligationis.

75 Fateor quod in Regno Valentiæ instantiæ per triennium non perimuntur, vel ex ratione à pragmaticis vulgo data, nempe quia procedendum est attenta facti veritate, sed sicut hæc non excludit desertionem causæ appellationis ut ex *for. 5. de appellat. dixi, cap. 12. §. 2. in prin.* & *in for. 4. de execut. rei jud.* habetur, quæ species peremptionis instantiæ est, ut ex Sigismundo Scaccia *tract. de appellat. q 15. num. 243.* probat Aniquino *d. q. 5. num. 8 & seqq.* sic pariter non excludit cæteras peremp-
76 tiones instantiæ. Vel quia jus Pontificium sequimur, in quo sic cautum reperitur *in c. pen. ult. de judic.* & tenent Covarruv. *in d. c. quamvis pactum, part. 2. §. 1. num. 4. de pact.* Maranta *de ordin. judiciar. part. 5. num. 14. & 21.* Vant. *de nullit. tit. ex defect. jur ordin. num. 126.* Suarez de Paz *in pract. tom. 1. de justa ant. num. 11.* Mandos. *de annal. casib. num. 133. in tract. Doctor. tom. 17. pag. 214.* Giurb. plures de more congerens *decis. 116. num. 3.* Gambacurt. *de offic. leg. à late, lib. 3. num. 469.* Cancer *variar. lib. 2. cap. 12. num. 27.* Salgado *d. part. 4. cap. 2. n. 15. & 21.* Gutierrez *de juram. confirm. par. 3. cap. 5. num. 3.* Barb. *in collect. d. cap. venerabilis, penult. num. 2. de judic.* Sed hoc ego intelligendum puto de peremptione instantiæ per triennium juxta *d. l. properandum, C. de judic.* quæ est excluſa per *d. c. penult.* non autem de longi temporis peremptione per omissionem persecutionis ipsius tri- 77
ginta vel pluribus annis. Hæc enim maximopere juvatur dispositio dictor. *for. 5. 6. & 12. de præscription.*

Quibus non obstat differentia actionis, ab instantia quæ perpetuari dicitur per contestationem, & in executivis facta citatione, ut Salgadus *d. cap. 2. num. 21.* & Carleval. *d. disput. 4. num. 21.* notant: Nam ista perpetuatio non debet intelligi de infinito tempore, sed de triginta annis juxta constitutionem Theodosii junioris contentam *in l. unic. C. Theodos. de action. cert. temp. fin.* & Valentiniani *Novella 8. de trigint. annor. præscript.* de qua eleganter Jacob. Gothofr *in comm. d. l. unic.* & de 78
jure plura congerunt Tuscus *lit. C. conclus. 385. num. 6.* Cassador. *decis. 5. ut lit. pendent. & decis. 7. de dolo & contumacia.* Achiles *dec. 196. & decision. 200.* Salgado *dict. num 21. cum seqq.* Aniquin. *d. c. 5. num. 6.* non enim hoc in casu tam peremptа instantia dicitur quam derelicta, quamvis in effectu utroque in casu extincta remanet; nisi adsit adversarii dolus, machinatio, vel circumventio, nam tunc nullum tempus currit ex doctrina Innocentii *in d. c. venerabilis.* Thomæ Gramat. *dec. 69. num. 3.* & Valenz. *consil. 4. num. 52.* ipsa namque ratio 79
justitiæ, & æquitatis, quæ suadet procedendo attenta facti veritate, quod instantia facile non perimatur; suadet quoque quod de relinquens usum sui juris per triginta, vel plures annos amittat quod habebat; nam plerumque doloso animo fit, ut pereat scilicet notitia solutionis, vel modus defensionis per mortem ejus qui instructus erat, vel per fragilitatem ætatis successoris, vel ex
alia causa ex his quæ temporis cursu superveniunt. Et 80
utcumque sit, perpetuatio instantiæ legitime facta non progreditur metas quadraginta annorum per tex. *in l. fin. C. de præscrit. trig. vel quadrag. ann.* de quo videndi Salgadus *d. cap. 2. num. 48. cum seqq.* Jacob. Cujac. *lib. 18. obser. cap. 29.* Jacob. Gothofr. *ad l. 2. C. Theod. de long. temp. præscript.* Fontanella *decision. 294. per tot.* præcipuè 81
num. 28 ubi ponit decisionem Senatus Carthalauni, cui non acquievit Pareja *de instrumentor. edit. d. tit. 7. resol. 7. num. 6. cum seqq.* & Aniquin. *d. c. 5 per tot.* Quomodo vero, & quando interrumpatur hæc præscriptio viæ executivæ, vel instantiæ peremptio tradunt Giurba *d. obs. 74. n. 4* & Carleval. *d. disp. 4. n. 21.*

Dubitari etiam solet sententia lata contra princi- 82
palem obligatum executioni mandari possit contra fidejussorem non citatum, neque vocatum ad judicium, absque novo processu? Et si fuerit fidejussor judicii absque dubio contra eum executioni mandari potest absque novo processu ex traditis per Peguer. *dec. 199. in fin & in prax. d. rub. 29. num. 21.* ubi Ripoll. *ex num. 80.* Cartar. *d. dec. 119.* Carroz. *decision. 136.* Surd. *consil. 218. à num. 11.* Scaccia *de sent. & re judic. glos. 14 q. 12. num. 70.* Giurb. *d. observat. 74. num. 24.* Dominum Leo *dec. 40. n. 2.* 83
& 4. Quod procedit etiamsi cautio data fit in Curia Judicis inferioris, & causa evocata fuerit ad Regiam Audientiam, tex. *in l. proponebatur, ff. de judic.* docent Cancer *var. lib. 3. cap. 12. num. 107.* Peguera *decision. 171. & in prax. d. rub. 29. num. 20.* & ibi Ripoll. *num. 84.* Fontanella *de pact. nuptialib. claus. 4. glos. 10. p. 1. num. 67.*
quo jure utimur. Si vero fidejussor contractus sit, exequi 84
sententia lata cum principali, eo non citato minime potest absque novo processu & sententia rex. *in l. à sententia, in princip.* ubi Bartol. & cæteri scribentes, *ff. de appellat.* cum pluribus congestis per D. Leo *d. decision. 4. num. 3. & 4.* Mastril. *d. c. 20. p. 1.* Cancer *lib. 2. var. cap 5. num. 96.* Scaccia *d. q. 12. num. 74.* Peguera *d. rub. 29. n. 21.* & ibi Ripoll. *num. 84.* Pirrum Maurum *de fidejussor. part. 2. sect. 4. cap. 43. & sect. 9. cap. 15.* Quæ conclusio li- 85
mitari solet quando sententia lata fuit ad favorem ærarii Universitatis, & annonæ; quia executioni mandari potest contra fidejussorem administratoris condemna-

ti, quamtumvis fidejussor vocatus non fuerit ad causam; præcipuè si administrator legitime eam defenderit, docent Alexander *consil.*84. *num.*4. *vol.*3. Tuscus *lit.S. concluſ.*174. *num.*30. & 31. Burſat. *conſil.*203 *volum.*2. Pirr.Maur. *d. ſect.*4. *cap.*34 *n.*18. *limit.*12. & ſic deciſum fuit in Regia Audientia ad favorem Syndici Villæ de Carcaxent, contra Eliſabetham Joannam Selma, & de Giſbert ſententia Regia publicata per Don Franciſcum Alreus Regii mandati ſcribam *die* 24 *Octobris* 1634. referente Domino Don Petro Sanz, qui hæc notat *in ſuis obſervat. lit S obſr.*13. & 18. 86

Sed nota pulchra dubia ad praxim noſtri Regni ſuſcitata, atque deciſa per Marium Giurba *d. obſervat.*74. *ex num.*11. ſpectantia ad hæc quæ diſſerui in proximioribus. Primum dubium eſt, an interruptio præſcriptionis juris executivi facta contra unum ex pluribus reis debendi noceat cæteris? & nocere affirmat per tex. *in l. fin. C. de duobus reis.* & allegat Bartolum, Alexandrum Rovitum, Guttierrez, Beccium, Fontanellam, atque Theſaurum; quare citato ad executionem uno ex iſtis reis, cæteri amplius non præſcribent ut tradit *d. n.*11. *cum ſeqq.* 87

Secundum dubium eſt an interruptio præſcriptionis juris executivi facta contra principalem debitorem in actione perſonali noceat ſimplici fidejuſſori contractus ignoranti, & inſcio, vel non citato? & minime nocere tenet cum Gloſſa, Bartulo, Cancerio & Fontanella ut habetur *d. obſ.*74. *n.*19. itaut non obſtante proſecutione executionis in principalem, fidejuſſor poſſit adimplere tempus præſcriptionis. 88

Tertium dubium eſt, an hæc interruptio præſcriptionis juris executivi facta vero priuncipali debitori, noceat fidejuſſori qui ſe obligavit tanquam principalis, reus debendi, cum aſſuetis renunciationibus? & nocere docet cum Baldo, Rebuffo, Cancerio, Fontanella, Surdo, Eſcobar, & aliis: nam licet iſte revera fidejuſſor ſit, hoc eſt quoad cæteros obligatos non autem reſpectu creditoris cui ſe omnes æqualiter obligaverunt, ita *d.obſ.*74. *n.*20. *cum duob. ſeqq.* 89

Quartum dubium eſt, an interruptio hujus præſcriptionis juris executivi facta principali reo debendi noceat fidejuſſori judicii? & nocere ſcripſit, cum Cancerio Fontanella, Peguera, Carrozio, Eſcobar, & aliis *d. obſ.* 74. *num.*24. ex ratione ſuperius allata, nempe quia executio ſententiæ in eum fieri poteſt etiamſi citatus non fuit; ergo permanente effectu ſententiæ contra principalem, permanet pariter contra fidejuſſorem judicii. 90

Quintum dubium eſt, an interruptio hujus præſcriptionis facta uni ex hæredibus, noceat cæteris? & diſtinguit cum Alexandro, Rodriguez Tuſco, Milanenſi & aliis; itaut ſi conveniatur unus ex hæredibus actione perſonali, cum omnes defunctum repræſentent, interruptio uni facta nocet reliquis cohæredibus; ſecus ſi actione hypothecaria, cum unuſquiſque teneatur ex eo quod poſſidet ſic habetur *ibid. num.*25. 91

Sextum dubium eſt, an interruptio hujus præſcriptionis juris executivi facta uni ex tertiis poſſeſſoribus noceat aliis, & minime nocere dicit cum Alexandro Magonio, Fontanella, Valenzuela, Caſtillo & aliis ut reperitur *ibidem, num.*27. Quod limitat *n.*29. caſu quo hæredes vel tertii poſſeſſores ſubduxiſſent reum conventum, vel dolus quoquo modo interveniat ex Apoſtilla ad Alexandrum & Tuſco. 92

Item in dubium revocari poteſt, an ſententia exequenda ſit antequam detrahantur ex re in condemnatione contenta melioramenta, impenſæ, vel credita; ſaltim præſtita cautione ad ſolutionem faciendam quando liquidata fuerint? In quo dubio tres caſus diſtinguere debemus. 93

Primus caſus eſt, quando in ſententia fuit quis ſimpliciter condemnatus ad rei reſtitutionem nulla facta in ea mentione detractionum expenſarum creditorum, aut melioramentorum; in quo caſu præſtita cautione exequenda ſententia venit ſi jura deducta pro detractionibus conſequendis liquida non ſint nec de facili liquidari poſſint, imo requirant altiorem indaginem. Ut docent Benintend. *deciſ.*77. *num.*10. Puteus *dec.*471. Pacificus *de Salviano interdict. inſpect.*2. *num.*245. & 249. Cavalcan. *dec.*28. *num.*7. *part.*1. Cancer *var. lib.*3. *cap.*17. *num.*496. & *ſeq.* Peregrin. *de fideicom. art.*50. *num.*81. Maſtril. *deciſion* 98. *num.*9. *part.*1. Scrader. *de feud. part.*2. *Nona principal ſect.*2. *num.* 31. *verſ. in hoc tamen* Pirr. Maur. *tract. de retent. num.*43. Cartar. *deciſion.*15. *num.*17 Hieron. Laur. *deciſ.*104. *per tot.* Theſaur. *queſt. forenſ. lib.*2. *q.*96. *num.*8. Marius Muta *dec.*19. *num.*13. Mareſcot. *variar lib.*2. *cap.*112. *num.* 34. Giurba *deciſion.* 69. *num.*17. Carrozius *de locate. pag. mihi* 220. *num.* 18. ſecus ſtatuendum erit, ſi jura liquida ſint, nam in hoc caſu etiamſi opponantur poſt ſententiam, & in ea nulla ſit facta mentio detractionum, executionem impediunt ex doctrina Annaniæ *conſil.* 43. *per tot.* quem ſequuntur ferme omnes congeſti ſupra. 94 95

Secundus caſus eſt, quando reus condemnatur ad reſtitutionem ſolutis prius melioramentis, vel detractis creditis, ſive impenſis: in quo eſt concluſio indubitata non poſſe ad executionem ſententiæ deveniri quin prius omnia ſolvantur, nec ſufficit cautio de ſolvendis expenſis, vel melioramentis: nam liquidata jura remanſerunt in ipſa ſententia, quæ exequi nequit niſi conditio ſolvendi ea, ſub qua fuit concepta, purificetur. Ut docent Puteus, Pacificus, Maſtrillus, & Peregrinus *ubi prox.* Rota apud Farin. *in novis. p.*1. *deciſion.*111. *n.*3. & *part.*2. *dec.*151. *à num.*3. Peguer. *deciſion.*181. *num.*3. & in prax. *d. rub.*29. *num.*13. & ibi Ripoll. *à num.*74. *verſ. ſat dictum eſt.* qui alios congerit. Quæ concluſio limitatur caſu quo jura illiquida ſint, & in ipſa ſententia liquidari in poſterum mandantur ut *ibid. not.* Peguer. *num.*4. & etiamſi conditionalis ſententia ſit, dum in ea aſſignatur terminus ad liquidandum, & is cujus intereſt, mora contracta, labi ſinit terminum; itaut per eum ſteterit quominus, liquidarentur, tum ſententia executioni mandanda eſt præſtita cautione ex Doctr. Cartar. *diſt. dec.*15. *num.*2. & 37. & Giurb. *d. dec.*60. *num.*18. qui alios adducunt. Sed ſi condemnatio contineat reſtitutionem rei cum fructibus, itaut fructus computandi ſint in melioramentis vel impenſis: hæc excedunt fructus reſicienda ſunt liquidatione facta ſummarie ante executionem ut cum Capicio, Peregrino, Anania, Tapia, Cartario, Maſtrillo, Parladoro, & aliis probat Thoro *in comp. deciſ. p.*1. *verb. executio ſententiæ lata ſuper reſtitutione rei.* ubi obſervantiam Senatus Neapolitani per remiſſionem commiſſarii; ad liquidandum, tradit. 96 97 98

Tertius eſt caſus, quando ſententia continet condemnationem ſalvis juribus reo condemnato pro impenſis, & melioramentis, quorum liquidationem in poſterum reſervat. In quo ſententia executioni mandanda eſt præſtita cautione. Itaut executio non impediatur, neque retardetur per hanc reſervationem, ſicut quando hæc jura opponuntur poſt latam ſententiam. Sic docent Aſinius *in prax.* §.31. *ampliat.*14. Surdus *conſ.*186. *n.*22. *lib.*2. Simon de Prætis *de interpret. ultim volunt. lib.*5 *interpret.*3. *dub.*1. *num.*226 Rota Bononienſis *deciſion.*106. *num.*39. Cavalc. *conſil.*93. *num.*11. *lib.*1. Marzar. *de fideicom. q.*71. *per tot.* Ant. Ciofius *conſil.*20. *n.*12. *verſ. tertio, lib.*2. Quæ concluſio pluribus rationibus juridicis comprobatur. 99 100

Prima ratio eſt quia clauſula *ſalvis juribus*, eſt præſervativa ejus quod competit, & tantummodo operatur ut illæſa jura remaneant, abſque eo quod novum jus tribuat; ut docent Marta *de clauſ. part.*1. *clauſ.*149. *n.*3. & *clauſ.*150. *num.*1. & 9. Aldovinus *conſ.* 5. *num.* 30. & *conſ.*110. *num.*12. *verſ. & illa clauſula, cum n. ſeqq.* Seſſa- 101

deciſ.

*decis.*206.*num.*7. Barbosa *de clausul. usufre.clausul.*139.*n.*3. Et licet verbum *salvo jure* limitet, & modificet dispositionem, ut tenuit Simon de Prætis *ubi prox. num.*219. 102 tamen in nostra specie, in qua nihil liquidum reservatur tantum habet vim declarativam reservandi jura illæsa si quæ competunt, & liquidari queunt ut per ipsum Sim.de Prætis dicitur *num.* 220. sequuntur Ciosius *cons.*135. *num.*1 *lib.*1. Cavalcan. *consil.*93. *num.*22 & alii congesti per Cardinalem Tuscum *practicar. lit.R. concl.* 244. *& concl.*245 *num.*10. *&* 11. & sic sæpius decisum fuisse per Regiam Audientiam refert Dominus Don Petrus Sanz *in suis observat.lit.S.observat* 13.

103 Secunda ratio est quia sententia qua reus condemnatur ad relaxandum, vel restituendum, continet quid certum, & liquidum in quo executio fiat, & non debet retardari executio propter reservationem rei incertæ, vel illiquidæ, ut docent Ciosius *d. consil.*20. *num.*3. *&* 5. *lib.*2. Corneus *consil.*239. *n.*3.*lib.*3. Cartar. *d.decision.*15. *numer.*24. Giurba *d. decision.* 60. *numer.*23. Quibus addi potest quod sicut in compensatione non est admittendum illiquidum ad retardandam solutionem illiquidi §.*in bonæ fidei* 30. *inst.de act.*/.*si debens* 22.*ff.de compensat. l.ultim. C. eod.* multo minus retentio rei debitæ competat quin liquidum sit id quod melioratum, vel impensum dicitur. De quo vide plura colligentem Berlichium *practic. ab. p.*3. *concl.*42.*ex num.*11. qui licet in terminis feudorum scribat, ad cæteras restitutiones in quibus melioramenta facta dicuntur extendi potest.

104 Tertia est, quia si sententia vel instrumentum continet quid purum, & liquidum,etiam quod veniat moderanda, vel melioranda sive modificanda, aut resolvenda per reservatas exceptiones, conditiones, vel calculationes, dum hæc non perficiuntur executioni mandari debet ut docent Cartarius *de ision.* 49 *ex n.* 1. Giurba *dict.decis.* 60.*num.* 21. ergo idem dicendum est dum melioramenta & impensæ non liquidantur.

105 Quarta, quia reservatio non extenditur ad clare decisa per sententiam, & ideo executionem impedire non valet docent Grammaticus *decis.*66. *num.*5. Aponte *consil.*49. *num.* 15. *lib.* 1 alios adducens Tuscus *d. concl.* 245. *n.* 4. *& seqq.*

Quinta, quia si in eadem sententia, vel instrumento quid liquidum reperiatur; & aliquid illiquidum, executio liquidi non est suspendenda propter illiquidum tex.*in l.quidam existimaverunt, ff.de rebus credit.* Socinus Escovar & alii congesti per Salgadum *de reg. protect. part.*1. *cap.*7. *num.*126. ergo ex illiquidis reservatis executio suspendenda erit; quod etiam renuit pluribus relatis Carleval. *de judicat.* 3.*disput.*15.*per tot.*

106 Sexta, quia reservatio subsequitur condemnationem relaxandi, aut restituendi rem, sive adjudicationem possessionis, & verbum *in posterum* apponi solitum præscribit ordinem procedendi successive, quare ultimo loco, post executionem scilicet de reservatis juribus cognoscendum est. Sic tenuerunt Giurba *dict. decis.* 6. *num.*31. *&* 32. Peregrin. *dict.artic.*50. *num.* 83. Cancer. 107 *dict.cap.*17. *numer.*505. An autem melioramenta in genere probata retentionem producant, videndi sunt Gratian. *discept. forens. cap.*494. *num.*12.*&* *cap.*926. *num.*17. Thomas, Sanchez *consil. moral. lib.*4. *cap.* 1. *dub.* 32. & Carleval. *dict. disput.*15. *per tot.* utrum autem fidejussor de judicio sisti, & judicatum solvi in prima instantia subsecuta absolutione teneatur si reus in secunda instantia appellationis nempe fuerit condemnatus, quanquam Gabriel. *tit. de fidejussor. con lus.* 4. *numero secun-* 108 *do*, *vers.* contrarium cum aliis affirmativam tenuerit, verius est non teneri per tex. *in l.cum apud Sempronium*, *ff. jud. solvi* tenent Franchis *decision.* 208. *numero primo*, *decision.*601. *per tot.* Farinac. *in prax. quæstion.*33. *numer.*110. 116. *&* 117. Marc. Anton. de Amatis *decision.*59. quam opinionem amplector tanquam in re odiosa favorabiliori licet in contrarium inclinari videatur Fontanella *de pact. claus.*4. *glos.* 10. *part.*1. *à num.*65.

Dubitari frequenter solet an sententia sine actis exe- 109
cutionem mereatur, nam regulariter exequendam non esse tenuerunt Gabriel. *consil.*43. *numer.*47. *volum.*1. Baldus *consil.* 399. *lib.*4 Tuscus *lit.E*, *conclusion.* 492. *numero vigesimo quinto.* Rocius *in prax. decision.* 215. Salgad. *de reg. protect. part.*4.*capit.* 1. *num.* 48 verum ista conclusio communiter limitatur in antiquis, nam omnia præsumuntur rite gesta Baldus *in l. emancipatione*, *ff. de fid. instrum.* Alexander *consil.*30. *num.*7 *lib.*5. Decius *consil.*375. *numero tertio.* Gabriel. *de sententiis*, *conclusion.* 4. *numer.* 34. Cassiodor. *decision.*3. *de procurator.* Cancer. *variarum libro tertio*, *capit.*19. *numero sex-* 110
to. Gregor.XV. *decision.* 535. *numero octavo*, aliis relatis Salgado *de reg. protect. dict. part.*4. *cap.*1. *num.*10. *cum seqq.* ubi quod dicatur tempus antiquum. Sed in Regia Audientia decennio hoc privilegium tribuitur, ut fuit decisum sententia publicata per Vincentium Ferrera, militem *die* 20. *Augusti* 1656. referente Nobile Don Cosma Gombau, inter Lucretiam Desprats & Antonium Sanchez Alonensem; quæ me referente confirmata fuit sententia publicata per eundem *die* 14. *Novembris ejusdem anni.* Idem pronuntiatum fuit referente Nobili Domino Don Antonio Ferrer, ad favorem Domnæ Mariæ de Aguilar. contra Domnam Silviam Dasio *eodem anno* 1656.

§. II.

De executione quam Pragmatici juris ***vocant, ad interpretationem*** for. 9. cum sequentib. de execut. rei judic. ***& aliorum*** ***jurium.***

JACOBUS II. REX. Valentiæ anno 1358.

TEXTUS.

SI exepcio alguna sera possada contra carta de deute, de venda de censal, o de violari, o de altra qualsevol obligacio moustrada en Juhi, aquella no sia rebuda no es monstra ab carta, o altra scriptura publica. Si donchs no sera exepcio de Fals.

SUMMARIUM.

1 *Duplex executio observatur in foro Valentiæ, alia* juris, *& altera* facti.

2 *Executio* juris *dicitur illa summaria cognitio, in qua discutitur an ad executionem facti, seu realem distractionem pignorum, procedendum sit.*
Judicium dici etiam solet causa rationem, ibid.

3 *Executio* facti *est ipsa pignorum captio, atque distractio.*

4 *Causa minoris summa triginta librarum sententiam exequibilem producit, præstita cautione etiam in Curia judicium inferiorum.*

5 *Retroclamum sive reclamatio precedit executionem in Curiis inferiorum.*

6 *Retroclamum quid sit.*

7 *Reclamationes, una fiunt in Regno Valentiæ, in quibus differat à factis in Principatu Cathaloniæ.*

8 *Reclamandi solemnitas nullius fermè utilitatis est.*

9 *Mandatum executivum conceditur cum termino decem dierum ad solvendum, vel allegandum exceptiones.*

10 *Mandatum executivum non conceditur in Regia Audientia*

dientia pro comentis in ſententia exequibili, ſed mandatum de parendo ſententiæ.

11 *Mandata de parendo iura quinque tres vel duos dies æquivalent in termino mandatis executivis.*

12 *Executio adjudicationis rei, quomodo perficiatur.*

13 *Executio condemnationis pro quantitate quomodo concedatur.*

14 *Mandatum executionum perſonaliter injungi debet vel in domo propria habitationis relinqui, uni ex domeſticis.*

15 *Via executiva neceſſe requirit legitimam citationem.*

16 *Citatio legitima requiritur, ad proſequendam executionem etiam, ſi ipſa executio inchoanda ſit, per actum aptionis pignorum.*

17 *Citatio ad viam executivam perſonalis eſſe debet.*

18 *Limita in abſente, vel latitante, nam ſufficit quod fiat in domo propria habitationis.*

19 *Deciſio Supremi.*

20 *Reus infra decem tenetur opponere, & probare exceptiones congruentes adverſus mandatum executivum.*

21 *Juſſio comparendi partes, ad quid introducta, & uſu recepta.*

Lapſo termino decem dierum abſque oppoſitione exceptionum, mandatum executivum tranſit in judicatum, & executionem facti proceditur, ibidem.

22 *Pronunciatio fieri ſolita partibus comparentibus.*

23 *Oppoſitis exceptionibus, eiſque admiſſis, mandatum reſolvitur in ſimplicem citationem ad effectum judicii rationum.*

24 *Partibus non comparentibus, quibus remediis uti debent, tam actor, quam reus ad ſui juris tutelam.*

25 *Exceptiones admittenda in cauſa executiva, quæ ſint juxta foros.*

26 *Nullitatis exceptio etiam reſultans ex actis excluſa eſt per forum contra tres ſententias conformes, reſervato jure ad aliam inſtantiam.*

27 *Probatio extrinſeca per teſtes facienda, excluſa eſt à foro in cauſis executivis.*

28 *Niſi actor teſtes produxerit, nam tunc etiam reo admittendi ſunt.*

29 *Limita ſi reus produxerit chirographum ſolutionis, quia in concomitantiam teſtes admitti debent.*

30 *Neceſſitas comprobandi ſubſcriptionem chirographi, procedit ab actore negante.*

31 *Comprobatio ſubſcriptionis per ocularem inſpectionem, adhibitis peritis, admittenda eſt in judicio executivo.*

32 *Periti teſtes non ſunt, ſed Judicum vices ſungantur.*

33 *Deciſio Regiæ Audientiæ.*

34 *Deciſio Regiæ Audientiæ in terminis judicii nullitatum.*

35 *Terminus ad probandum in concomitantiam breviſſimus eſſe debet.*

36 *Exceptiones modificativæ admitti debent in judicio executivo.*

37 *Exceptio retentionis, ex eo quod imminet evictio in limine contractus modificativa eſt, & admittenda in judicio executionis.*

38 *Deciſio Regiæ Audientiæ.*

39 *Exceptio dimanans ex ventre inſtrumenti, an admitti debeat.*

40 *Nullitatis inſtrumenti exceptio, vel ſententiæ non bis confirmatæ, admitti debet in judicio executivo.*

41 *Belluga ſcripſit antequam* for. 12. de execut. rei judic. *ederetur, & ſic ejus doctrina non eſt admittenda in caſu ſententiæ bis confirmatæ.*

42 *Exceptio falſitatis inſtrumenti, non eſt excluſa à judicio executivo, quod procedit in exceptione nullitatis.*

43 *Exceptionum reſervatio ad aliam inſtantiam, quam* requiſitionis *vocamus, juſtificat excluſionem aliarum exceptionum, & probationis extrinſecæ.*

44 *Fori non denegant defenſionem, ſed modum adhibendi eam definiunt.*

45 *Exceptiones, quas fori excludunt, altiorem indaginem requirere declarant.*

46 *Judicium requiſitionis per partem ſuſcitari debet, non autem per Judicem.*

47 *Deciſio Regiæ Audientiæ.*

48 *Judicium requiſitionis, via ordinaria, & plenarie agendum eſt.*

49 *Judex non debet eſſe velox in exequendo, ſi cognovit reum juſtitiam fovere in judicio requiſitionis.*

80 *Judex executionis competens eſt ad cognoſcendum de judicio requiſitionis licet actor non ſit ſuæ juriſdictionis.*

51 *Actor non poteſt declinare juriſdictionem Judicis per ipſum electi.*

52 *Judex conventionis competens ſit ad cognoſcendum de reconventione, licet reconventus non ſit ſuæ juriſdictionis, etiam data incapacitate.*

53 *Reconventio juxta forum non poteſt fieri niſi coram Judice conventionis, & ponenda eſt intra triduum, à conteſtatione.*

54 *Reconventio quando, & quomodo procedat in judicio executivo.*

55 *Judicium requiſitionis continet ſpeciem reconventionis.*

56 *Sed non participat privilegium ipſius, quoad ſuſpenſionem via executivæ.*

57 *Si actor nolit reſpondere requiſitioni poteſt ei denegari audientia in judicio executionis.*

58 *Admiſſis probationibus extrinſecis per teſtes, in judicio executivo, controvertitur in ordinarium.*

59 *Actor ex ſententia, vel inſtrumento duplicem actionem conſequitur, ordinariam ſcilicet, & executivam.*

60 *Judicium executivum ſæpius convertitur in ordinarium, ex neceſſitate dum detegitur defectus juris executivi.*

61 *Inſtituens judicium executivum, poteſt in eo obtinere condemnationem.*

Deciſio Regiæ Audientiæ, ibid.

62 *Judicium executivum poteſt converti in ordinarium ex voluntate actoris ſi eligit viam ordinariam.*

63 *Electa via ordinaria non patet regreſſus ad executivam.*

64 *Actor producens teſtes, vel dum patitur produci à reo, voluntariè diſcedit à via executiva, & ingreditur ordinariam.*

65 *Deciſio Regiæ Audientiæ.*

66 *Cauſa ſemel effecta ordinaria, ſemper ordinaria, & appellabilis remanet.*

67 *Executio inſtituta pro reditibus cenſualium, in pluribus privilegiata reperitur per foros.*

68 *Privilegia hæc conceſſa ſunt favore incolarum Regni Valentiæ, & ſic non extenduntur ad exteros.*

Deciſio Regiæ Audientiæ, ibid.

69 *Repulſa rationum per ſententiam habentem diffinitivam facienda eſt.*

70 *Conceſſio mandati executivi uniformis eſt non citato reo, ſed difformis reſpectu earum rerum quæ in ipſo convenire ſolent.*

71 *Mandatum executivum in noſtro Regno continet præceptum ſolvendi infra decem, vel opponendi legitimas exceptiones, in Regno Caſtellæ quod fiat executio in perſona, & bonis debitoris.*

72 *In Regno Valentiæ non eſt neceſſaria ſubſcriptio judicis: ſecus in Regno Caſtellæ.*

73 *In Regno Valentiæ ante captionem pignorum currunt decem dies ad opponendas exceptiones: in Regno Caſtellæ poſt captionem pignorum dantur decem dies ad opponendas & probandas exceptiones.*

74 *In Regno Valentiæ revocato mandato executivo non poſſunt remanere pignora in poſſe Curiæ, ſecus in Regnis Aragoniæ, & Caſtellæ.*

75 *Sententia repulſæ rationum regulariter inappellabilis eſt ſaltim quoad ſuſpenſivum; ſed revocatoria mandati executivi, appellabilis eſt quoad utrumque effectum.*

76 *Pacta executiva non egrediuntur perſonas nominatas in inſtrumento.*

77 *Jura executiva exerceri nequeunt contra non contentum in inſtrumento.*

78 *Declara niſi agens via executiva ſit ſucceſſor ejus, qui eam obtinuit, vel habeat jura ceſſa.*

79 *Hæres una eademque perſona cenſetur cum defuncto, & in eum tranſeunt actiones activæ, & paſſivæ.*

80 *Hæres cenſetur nominatus in inſtrumento licet de eo non fiat mentio.*

81 *Ceſſio jurium tranſfert in ceſſionarium jus executivum.*

82 *Succeſſor univerſalis uti poteſt jure executivo.*

83 *Succeſſor particularis virtute ceſſionis jurium, utitur via executiva.*

84 *In hæredem, & ſucceſſorem univerſalem abſque dubio tranſeunt jura paſſiva executionis.*

85 *In ſucceſſorem particularem minime, niſi ſuccedat cum expreſſione oneris.*

86 *Succeſſor particularis debet pati jura executiva enata ex actione reali, ſive ſpeciali hypotheca, quam poſſidet.*

87 *In Regno Caſtellæ præter ſpecialem ſubjugationem hypothecæ, requiritur pactum abſolutum de non alienando.*

88 *Sed de jure communi & Valentino tale pactum non requiritur, quia per ſpecialem ſubjugationem vis afficitur onere reali, & cum eo tranſit.*

89 *Actor in via executiva tam actiones paſſivas quam activas inſtrumentis publicis probare ſtatim debet.*

90 *Unum inſtrumentum aliis liquidari poteſt, & debet.*

91 *Extrema probanda contra detinentem rem ſpecialiter ſubjugatam perdifficile eſt, quod inſtrumentis verificentur.*

Dominium rei ſubjugatæ apud ſubjugantem tempore ſubjugationis baſis eſt totius obligationis.

92 *Caſus ſpecialis in quo debitor tenetur probare identitatem rei ſubjugatæ cenſui, pro quo executio inſtituitur.*

1 DUplicem executionem praxis Regni Valentiæ obſervat aliam *juris*, & aliam *facti*, duorum terminorum uſus nec ſpecialis in eo Regno eſt, nec novus, nam eos reperies expreſſos per doctiſſimum Sigiſmundum Scaccia *tractat. de appellat. quæſtion. 17. limit 9.* & aliis relatis per Franciſcum Nigrum Cyriacum *controverſ. jur. lib. 2. controverſ 222. numero quinto*, Juris executio dicitur ſummaria illa cognitio in qua breviter, & de plano infra decem dies mandati executivi, diſcutitur de viribus exceptionum contra eum oppoſitarum, quas fori patiuntur admitti, in ſimilibus judiciis: quæ cognitio per noſtros practicos dici ſolet *Judicium rationum*. Ex eo denominato vocabulo, quod in eodem
2 mandato executivo reus moneatur, quod ſi aliquas habet rationes propter quas executio non habeat locum, deducat intra eoſdem decem dies: & à Berlichio *lib. 1. practicabil. concluſ. 81. numero 2. cum ſeqq.* dicitur *primus terminus proceſſus executivi*. Executionem *facti* nuncupamus illam, qua diſcuſſis iſtis rationibus, eiſque rejectis, ad captionem pignorum procedendum eſt, eorumque diſtractionem uſque dum creditori fiat ſatis. Quod ab eodem Berlich. *dict. concluſ. 80. ex numero ſecundo, ſecundus terminus* appellatur. Et ut clarius 3
procedamus *in hoc §.* ſolum tractabimus de executione *juris*, & ad ſequentem reſervabimus tractationem executionis *facti* ſecundum ſolemnitates per foros inductas, quæ ſpecialitates plurimas continent. & ſimul de his quæ ex inveterato Curiarum ſtylo obſervantur, & obſervari debent.

Si enim executio inſtituenda eſt virtute ſententiæ 4
in rem judicatam tranſactæ pro quantitate, & illa obtenta fuerit in Curia judicum inferiorum, vel ſi cauſa infimæ quantitatis ſit, nempe *triginta librarum*, & *infra*, quæ quamvis appellatum ſit exequibilis efficitur præſtita cautione juxta *for. 75. Curiar. anni 1585.* (de quo non ſimili differit Ripoll. *in prax. Peguer. rubr. 29. ex numer. 56.*) neceſſarium eſt, quod *retroclamum* porrigatur, ut expreſſe dicitur *in for. fin. de dilat.* Eſt 5
enim *reclam* ſive *reclamatio* ſecunda querela, vel inſtantia actoris, qui virtute primæ obtinuit ſententiam pro ſe mediante qua, executioni deduci poſtulat condemnationem, ut explicant Belluga *in ſpecul. Princip. Rub. 41. §. leges Regni, numero decimo quinto, verſ. ad tertium*, & Dominus Leo *de iſion. 7. numer. 5.* Tractant de hac reclamatione Mieres *ad conſil. titul. Cathal. collat. 6. in Curia Perpin. C. de elongament. numero octavo.* Cancer. *variar. libro ſecundo, cap 13. numero decimo tertio, & capit. 14. numero decimo ſeptimo.* Xamar *de offic. judic. part. 1. quæſtion. 24. numer. 115.* & Ripoll. *poſt dic. prax. in ordinat. judi. Rub. 16. per tot. & variar. capit. 14. numer. 1. & 90.* Et Don Michaël de Cortiada *deciſion. 0. numer. 160. cum ſequent.* de quo aliqua prælibavimus *ſup. capit. 11. §. 2. numer. 32. cum ſeqq.* ſed nota obiter magnam differentiam quæ verſa- 7
tur inter reclamationes uſu receptas in Regno Valentiæ, & aſſuetas in Principatu Catholoniæ; in eo enim fiunt quoties executio tigida inſtrumenti guarentigia roborati, quod *ſcriptura tertii*, dicitur inſtituenda eſt, ut ipſa executio concedatur, ſicut patet ex his, quæ Cancer, Xamar, Ripoll, & Cortiada *locis citatis* tradunt: qui nihil de reclamatione facienda executionem ſententiæ dixerunt.

In noſtro vero Regno *reclamatio* non requiritur ad 8
obtinendam executionem inſtrumenti guarentigia corroborati, nam eo Curiæ oſtenſo abſque libelli oblatione, vel alia ſolemnitate conceditur: & ſolum ex vi *dic. for. fin* ad executionem ſententiæ, vel condemnationis requiritur: quo jure utimur; ſed Mieres *ubi prox.* noſtram praxim expreſsè confirmat, dum clare dicit retroclamum eſſe ſecundam querelam quæ fit poſt dies clami, ut fieri poſſit executio; quare ſequitur quod non loquebatur de executione inſtrumenti, ſive ſcripturæ tertii, nam inchoatur per *verbum amum* ut prælibati Doctores, ſignanter Ripoll. oſtendunt, 9
ſed de executione ſententiæ quæ ſupponit primam querelam ſive *Clamorem* Et ex eo quod concludit, nempe aliter obſervari Barchinonæ: i nuit quod tradita per Cancerium, & alios procedunt ſecundum praxim dictæ civitatis. Sed ſolemnitas pulſandi *reclamationem* cum fiat abſque partis citatione, ſolum reſpicit modum poſtulandi ſententiæ executionem ſub ea formula, quæ ſi omitteretur nullius momenti fore exiſtimarem, licet verum ſit, quod nulli conceditur, niſi ea mediante; cujus ſtyli vis induceret nullitatem ſi omitteretur.

Conceſſo igitur mandato executorio, apponitur 10
in eo terminus decem dierum tam ad allegandas exceptiones quam ad ſolvendum juxta *for. 12. de dilat. for. 10. & 13. de execution. rei judicat. for. 58. de jur. emphyteut.*

emphyteut. for. 35. Cur. ann. 1604. for. 16. Cur. ann. 1626. in quibus, & aliis habetur expressa mentio horum decem dierum, quod observatur in ipsis Curiis inferiorum tam ex mandatis executivis datis virtute sententiarum exequibilium, quam virtute instrumen-
11 torum guarentigia clausula corroboratorum. Sed in Regia Audientia aliter proceditur; nam facta sententia exequibili, sive procedat ex præstatione cautionis, sive quia transitum fecit in judicatum, mandatum executivum pro contentis in condemnatione non postulatur, neque conceditur; sed mandatum de parendo sententiæ intra quinque dies desumpta praxi ex textu *in l. defendente 21. ff. de auctor. tutor.*
12 de quo videndi sunt Afflictis, Caravita, Maranta & alii congesti per Carleval. *de judic. tom. secundo, titulo tertio, disputat. 1. numero quarto, & 25.* Quo injuncto, reus si habet exceptionem competentem, eam opponit; quæ debet esse ex permissis per foros ad viam executivam, ut expressum habetur in *capite duodecimo, pragmat. Ordination. Vespasian. Gonzaga Proregis anni 1577.* sed ea repulsa, aut non opposita, transacto termino, aliud mandatum impetratur, & conceditur de parendo sententiæ intra triduum; ac deque aliud intra biduum, quæ nuncupantur à pragmaticis mandata *de cinch, tres, y dos.*

13 Quæ dilationes continent eundem terminum decem dierum, concedi solitum in mandatis executivis Curiarum inferiorum; distributum in his tribus commination ibus, ut justius, & securius procedatur. Quibus peractis, & termino completo, si id quod in sententia continetur sit adjudicatio rei immobilis, conceditur mandatum de immittendo manu militari per litteras solemnes in his quæ extra contributionem generalem civitatis Valentiæ peragenda sunt, cum commissione data uni ex Apparitoribus, vel Satellitibus, juxta negotii qualitatem & nonunquam ipsi Judici, si res adeo gravis sit, quod ejus præsentiam, atque auctoritatem expostulet. Quæ quidem forma desumpta ex
14 tex. *in l. restituere 68. ff. de regul. jur. l. 1. C. de execut. rei judic.* est tradita per Carleval. *d. tit. 3. disput. 1. num. 2.* & Berlich. *d. part. 1. conclus. 81. num. 23.* qui alios congerunt. Si autem intra contributionem operandum sit, virtute ipsius decreti executor possessionem, vel rem ipsam tradit. Quando vero de quantitate tractatur, eadem distinctione adhibita, commissio conceditur ad procedendum in executione facti, captis pignoribus, eisque juxta formam fori distractis. Si vero executio instituenda sit in Regia Audientia virtute instrumenti, quarentigia corroborati, mandatum executivum postulatur, & conceditur. Sed hoc raro evenit, cum frequentius mandato executivo obtento in curia inferioris, eoque injuncto, causa executionis variatur ad Regiam Audientiam, de quo dixi §. *præcedent.*

15 Mandato igitur expedito, injungendum est reo personaliter, vel in domo propriæ habitationis relinquendum, quod habet vim injunctionis, si domestico relinquatur, & in defectum ipsius viciniori, ex his quæ notavimus *capit.* 10. §. 1. *numer. 26. cum seqq* dempto eo, quod non sit aliqua diligentia ad inquirendum an latitet, vel non, quod ex inveterato stylo Curiarum quotidie observatur, itaut jam vim legis obtineat ex traditis per Dominum Crespi *observat. 10. numer. 46. & 51.* ut alibi dixi: in quo neminem dubitantem inveni, ita ut facta relatione, per nuncium, seu lictorem se consimilem mandatum reliquisse in domo habitationis Mævii, uni ex consanguineis, vel domesticis, habeatur pro facta injunctione legitima. Sed si injunctio perso-
16 nalis, domi facta deficiat, executio nullius momenti reputatur ex *for. 7. de execut. rei judic. for. 1. & 2. inib. non nec. res judicat. for. 3. de bon. auctor. jud. poss.* docent Bartol. *in l. à Divo Pio, §. in vendit. ff. de re judicat. & in l. nec quicquam, § ubi decretum in 2. lectur. numer. 12. ff. de offic. Proconf.* plurib. Carleval. *d. lib. 1. de judic. tit. 1. disp. 2. num. 914. & lib. 2. tit. 3. disput. 1. numer. 24.* Jacob. Cancer. *variar. lib. 3. cap. 17. numer. 355.* Peguera *in prax. Rub. 29. num. 21. cum seqq.* & ibi Ripoll. *num. 88.* pluribus etiam Pareja *tract. de instrum. edit. part. 2. titul. 6. resolut. 9. numer. 26. & titul. 7. resol. 7. num. 14.* si enim similis citatio omitteretur inauditus atque indefensus maneret, 17
quod jus non patitur, cum reus etiam in executivis uti possit exceptionibus per foros permissis, & modificativis ut *in for. 8. & 9. de execut. rei judic.* dicitur, & statim explicamus.

Quare in Provinciis, quarum leges executionem per actum inchoari cavent, ut in Regno Castellæ regulariter, in Regno Aragoniæ in causis depositi, commodati & cæteris privilegiatis, in Cathalonia in obligationibus nuncupatis *scripturæ tertii* & similibus, procedit tantum ad effectum incipiendi à captione pignorum, vel personæ, & ferendi aliqua proclamata, quibus factis reo injungitur status executionis, ut currere inci- 18
piant decem dies, per ipsas leges concessos, ad opponendas & probandas exceptiones ut habetur *in l. 19. titul. 11. lib. 4. recepil.* ut aliis congestis probat Carleval. *d. disputat. 1. numer. 27. cum seqq.* & Pareja *dict. titul. 6. resolut. 1. numer. 25. & dict. titul. 7. resolut. 7. ex numer. 13.* in Regno Aragoniæ fit per firmam juris, in quo judicio allegari & probari possunt exceptiones, ut testatur Esse *tract. de inhibit. in anacephal. numer. 80. cum seqq.* In Principatu Cathaloniæ dantur triginta dies reo ad probandas exceptiones, ut testatur Ripoll. *dict. Rub. 29. num. 47. & seqq.* Quod ista citatio perso- 19
nalis esse debeat probat tex. *in l. nam ita Divus 39. ff. de adoption. l. 1. §. final. ff. quando appellan. sit. l. 1. C. de sentent. & interlocut. om. judic. l. nulla 23. C. de procur.* docent Bartol. Bald. & cæteri scribentes *in dict. l. 1.* Jason *in l. furioso, ff. de re judicat. numer. 2.* Vantius *de nullit. titul. ex defect. cit. numer. 58. cum seqq.* Andr. Gail. *observat. 14. numer. 1.* Ant. Matthæus *de auction. lib. 1. capit. 12. numer. 122.* Trevisi. *decis. 55. per tot.* Gratianus *discept. forens. capit. 145. numer. 2. & decis. 154. numer. 3.* Postius *de subhast. inspect. 23. numer. 4.* Carleval. & Pareja *ubi proxim.* qui solum limitant in casu latitationis, nam 20
subrogari ejus loco citationem factam in domo habitationis relinquendo memoriam in' scriptis, uni ex consanguineis domesticis, vel vicinioribus; quod in Regno Valentiæ fit, relinquendo consimilem mandatum, ut dixi, quo deficiente corruit executio, ut fuit decisum in hoc Supremo sententia publicata per Don Ludovicum Boer Regii Mandati scribam *die 22. Maii 1675.* ad favorem Domnæ Michaelæ Oñate, contra Petrum Quevedo Civem Valentinum annullando executionem, & revocando sententiam Regiæ Audientiæ, ex defectu hujus citationis. Verba ad ad rem
spectantia sunt hæc. *Attento quod primum mandatum* 21
executivum impetratum per eundem Quevedo in Curia dicti Judicis ordinarii die 26. Januarii 1671. pro pensionibus decursis censualis de quo agitur, nemini in actis injunctum reperitur, nec in domo propria habitationis Domnæ Michaelæ relictum, & sic deficit prima citatio, quæ est basis, & fundamentum totius judicii, licet enim Matthæus de Oquendo notarius, tanquam procurator ad lites dictæ Domnæ Michaelæ, rationes contra eum proposuit die 4. Februarii subsequentis, quæ repulsæ fuerunt; ex eo non potest suppleri defectus citationis, necessario fienda in persona, vel domo rei executive conventi, juxta foros & communem praxim dicti Regni.

Facta hujusmodi citatione, virtute præcepti de 22
parendo, vel mandati executivi, suis respective in casibus infra terminum in eo contentum (in quo non computantur feriæ Paschales juxta *dict. for. 16. Curiar. anni 1626.*) Reus se opponit allegando exceptio-
nes

nes quas habere credit, contra ipsum, quas Judex ex officio examinare tenetur secundum *for. 20. Curiar. anni 1547.* de cujus observantia non semper curatur; in Regia Audientia eis admissis per decretum de injungendo parti expediri solent: in Curiis inferiorum Judex apponit decretum hujus tenoris *compareant partes crastina die hora audientiæ, & providebitur.* Quo injuncto actori antequam terminus
23 expiret (nam eo elapso præceptum transit in judicatum, ex congestis per Colerum *p. 1. capit. 9. numer. 2.* & Berlich. *dict. conclus. 80. numer. 63.* & ad executionem facti proceditur) partibusque comparentibus discutitur in publica audientia, an executio remaneat justificata in juribus activis, & passivis, & an exceptiones allegatæ subsistant. Actor namque instrumenta virtute quorum executionem impetravit, edit; Judici, & parti ea ostendendo, ut appareat eundem actorem, creditum liquidum & executivum habere, & reum debitorem esse, ex condemnatione, vel instrumento paratam habente exe-
24 cutionem. Reus verò allegat exceptiones instrumentis publicis comprobandas; & eis summarie ac de plano auditis Judex pronunciat. Si jura tam activa, quam passiva liquide probata remanent, & nulla exceptio foralis comprobetur: *quod habitis pro repulsis rationibus, procedatur ad ulteriora in executione.* Et tunc tempus remanens ex decem diebus, solum deservit reo pro dilatione ad solvendum. Si jura activa, vel passiva non justificantur,
25 revocatur statim mandatum executivum. Si autem aliqua dubitatio emergat, tam respectu probationis jurium activorum, quam passivorum ab Actore probandorum, vel exceptio legitima opponatur, exigens aliquam liquidationem, tunc Judex pronunciat. *quod supersedeatur in executione & procedatur in causa rationum*, ut instructo processu executivo, quid juris sit statui possit: juxta praxim traditam per Sesse *dict. tract. de inhibit. in Anacephal. ex num. 52. & cap. 4. §. 2. & c. 5. §. 8. per tot.* Quo facto mandatum ipsum resolvitur in vim simplicis citationis, ut docuerunt Petrus Belluga *dict. Rub. 41. §. leges Regni, vers. ad tertium.* & Dominus Leo
26 *in responso jur. post decis. 163. num. 129.* Licet verbis Petri Belluga bene scrutaris, non fuit locutus ibi de mandato executivo, sed de præcepto de solvendo, vel condemnatione infra decem salvis, quæ sunt valde diversa. Quanquam negare non possim, eandem rationem militare in mandato executivo admissis per Judicem rationibus, ad effectum dumtaxat, procedendi in eo judicio summarissimo rationum, & respectu partis, non vero Judicis ut explicat Fontanella *de pact. nuptial. to. 2. claus.*
27 *6. glos. 1. part. 4. num. 14.* Et supersedendum tunc esse in executione dubio caret, quousque de viribus exceptionum cognoscatur; si autem reus non compareat ter citatus, admissis contumaciis, repelluntur rationes, & in executione procedendum est, ut tradit Berlich. *d. conclus. 81. n. 20.* Si autem actor non compareat, quod raro evenire solet, admissa contumacia per contrariam, supersederi jubetur, in cursu decem dierum, & si bis monitus contumax efficiatur, revocandum mandatum venit.

28 His, pro tyronibus, breviter traditis, transeundo ad exceptiones quas fori in judiciis executivis admittunt, tenendum est, quod sunt contentæ *in privil. 10. Domini Regis Iacobi secundi*, cujus verba posui pro textu *sup. cap. 11. §. 2. & in for. 8. cum duob. seqq. for. 58. & 59. de jur. emphyteutic.* de qua materia plura & pulchre per Bellugam *dict. Rub. 41. §. leges Regni, vers. ad tertium*; quæ in summa sunt solutionis, absolutionis, & transactionis, instrumento publico probandæ, vel nullitatis resultantis ex eisdem actis, quæ nunquam exclusa censetur, ut Doctores passim notant. Sed de jure nostro, in
29 casu trium sententiarum conformium, exceptio nullitatis evidentis, vel non evidentis etiam ex actis resultantis, exclusa est à judicio executivo, & reservata ad aliud *for. 12. de execut. rei judicat.* cui congruit jus Castellæ *in l. 1. tit. 21. lib. 4. recopilat.* ubi Azevedo, Avendano, Parlador. & alii congesti per Valenzuel. *consil. 123. num. 6.* & Giurbam *decis. 14. num. 8.* Sed istæ exceptiones sic per foros admittuntur, ut probatio extrinseca testium omnino exclusa à judicio executivo remaneat. Quod clare docuit Dominus Leo *decis. 64. num. 2. cum* 30
seqq. sequuntur Menochius *de arbitrar. cas. 17 num. 8. lib. 2.* Colerus *de proces. execut. part. 3. cap. 1. num. 12. cum seqq.* Monter *decis. 30. ex num. 1.* Ripoll. *variar. cap. 14. num. 150. cum seqq.* Guizar. *decis. 9. num. 21.* Castillo *decis. 124. num. 6. lib. 2.* Fontanella *decis. 244. n. 6. & seq.* Cancer *dict. lib. 2. cap. 3. ex n. 54.* Surdus *cons. 186. num. 26.* alios adducens Giurba *decis. 55. num. 2.* Nisi
31 actor testes produxerit, nam tunc permitti quoque reo nemo ignorat, ut tradidit Dominus Leo *dict. decis. 64. num. 14.* Quod evenit, quoties actor ad liquidandum id quod interest, damna, vel impensas, in ipso instrumento promissas, testes producit; vel quando instituens executionem adversus tertium possessorem specialis hypothecæ censûs, probare intendit subjugationem, identitatem, & similia extrema; qui sunt casus frequentiores in quibus opus habet probatione extrinseca testium quos retigit Dominus Leo *dict. decis. 64. n. 9. & 14.*

Quibus addendus est casus in quo reus in judicio 32
executivo ad probandam solutionem exhibet chyrographum manu creditoris subscriptum; si enim ipse negat subscriptionem, poterit reus in concomitantiam chyrographi producere testes. Nam licet eos excludant Petrus Gregor. *tract. de censib. quæst. 9. num. 12.* & Milanensis *decis. 15. num. 129. lib. 2.* nostram sententiam probat Belluga *dict. rubr. 41. §. leges Regni, num. 42. vers. est videre* rationem tradens, nempe quia necessitas comprobandi subscriptionem, procedit ab actore negante, quare non debet excludi per ea quæ docet Innocentius *in vi tam litteras de testib.* licet enim fori ex- 33
cludant probationem per testes faciendam, non excludunt probationem mixtam, dum fit simul per documenta, & testes docent Bartol. *in l. quicumque, num. 2. C. de oper. public. lib. 10.* Iason *in l. si ex cautione q. 7. & ibi* Salicetus *coll. 4. C. de non numer. pecun.* Butrius *in c. auditis col. 2. vers. sexto, de restit. in integ.* Mascard. *de probat. conclus. 933. num. 3.* Flam. Cartar. *decis. execut. 9.* Gratian. *discep. forens. cap. 438. num. 23. & cap. 168. n. 18.* Ripoll. *variar. dict. cap. 14. num. 130. & num. 165.* idem 34
dicendum venit si comprobatio subscriptionis fieri postuletur per comparationem litterarum, non enim fit per testes; sed per evidentiam rei, & oculatem inspectionem, adhibitis peritis; quod à nullo Judicio exclusum est, ut tenuerunt Alvar. *tract. de præsumpt. part. 2 num. 19.* Tiraquel. *de retract. lignag. §. 4. glos. 1. num. 13.* Gratian. *discept. for. cap. 277. num. 7.* Periti namque, qui comprobant, vel excludunt, non sunt dicendi testes, cum per Judicium intellectus secundum peritiam artis dicant, in quo quodammodo funguntur officio 35
Judicum, vel arbitratorum, tex. *in cap. quia judicante de præsump. l. certi juris C. de judic. glos. in l. hac edictali §. his consequenter, C. de secund. nup. verb. sacramenta.* docent Surdus *cons. 452. num. 30. lib. 4.* Gratian. *discept. forens. cap. 263. num. 20. & cap. 600. num. 5. & 25.* Garcia, Fontanella, Pacianus, Amaya Sanchez & alios quos laudavi *sup. cap. 8. §. 5. num. 21. cum seqq.*

Quare concludere debemus quod testes recipi possunt, vel adhiberi periti ad comprobationem subscriptionis chyrographi, & sic decisum fuit in Regia Audientia ad favorem Michaëlis Vaquero, & aliorum, contra Baptistam Gilde Villarluengo; & ad favorem Comitissæ de la Puebla Domnæ Mariæ Corella, contra 36
Don Hieronymum Ruiz de Corella in hoc Supremo,

quæ deciſiones factæ fuerunt in terminis comprobationis per comparationem litterarum & ocularis inſpectionis. Et ad comprobationem ſtimationis reo ſubjugatæ in cauſa executiva; ſic pariter deciſum fuit in Regia Audientia referente Nob. Don Raimundo Mora ex duarum Aularum civilium deliberatione *in menſe Junii anni* 1633. & ſub examine Nob. Avunculi mei D.D. Petri Sanz *die* 13. *Septembris* 1639. in cauſa Ducis de Bejar & Mandos & colendiſſimi ſoceri mei Marchionis Orani, actuatio Madril: & in terminis receptionis teſtium in judicio nullitatum (à quo pariter excluſa eſt
37 probatio per teſtes ut dixi *cap.* 12. §. 5. *num.* 33. ſicut in cauſa executiva) in concomitantiam chyrographi ad probandam ſubſcriptionem, ſic deciſum fuit in eadem Regia Audientia referente nob. D. Gaſpare Tarrega ad favorem Don Petri Peralta contra Marchionem de Aytona in cauſa tenutæ oppidi de Pardines *anno* 1625. actuario Ioſepho Ægidio Ramirez; ex quibus clare deprehenditur quod teſtes admittendi ſunt quoad contenta in documentis concomitantibus, vel comprobationem ipſorum, nam alias non eſſet probatio mixta quam admittimus; ſed regularis quam excluſam habemus, & in his terminis locutus fuit Belluga *d. num.* 42. *verſ.* eſt videre ibi: *probatio per litterarum comparationes & alias per teſtes qui viderunt ſcribi.* cum aliis congeſtis *ſup. cap.* 10. §. 2. *num.* 235. ſed terminus breviſſimus in his caſibus concedendus eſt, ut tenent Franchis *deciſ.* 631. *per tot.* & Ioan. Bap. Thoro *in compen. deciſ. tom.* 1. *verb. Terminus ad concomitandum*, qui duos tantum dies conceſſos fuiſſe tradunt.

38 Docet etiam Belluga, non eſſe excluſas à judicio executivo exceptiones modificativas, ex tex. *in l. Neſſennius*, §. *fin. de re judic. Lametſi*, *ff. ad Senat. conſil. Macedon. l.* 1. *C. de fur. & fact. ignor.* cum aliis ab ipſo congeſtis *d. rub.* 41. §. *leges Regni*, *n.* 20. quod exemplificat in privilegio ne quis condemnetur ultra quam facere poſſit, in compenſatione, deductione melioramentorum, & impenſarum, cum ſimilibus de quibus ali-
39 qua dixi §. *præced. n.* 99. *cum ſeqq* Evictionis imminentis in limine contractus, ob quod competit retentio *for.* 7. *de evict.* docent D. Leo *deciſ.* 47. *per tot.* Cancer. *var. lib.* 1. *c.* 13. *n.* 21. Maſtril. *deciſion.* 160. *num.* 6. *&* 21. ut fuit deciſum in Regia Audientia ſententia publicata per Alreus *die* 9. *Februarii anni* 1637. ad favorem Gabrielis Cabanes, contra Don Eximenum Perez Bou, confirmata in alia Aula ſententia publicata per eundem *die* 11. *Auguſti ipſius anni*. Iſtæ namque exceptiones non detrahunt ſententiæ, nec rei judicatæ auctoritatem labefactant, ſed modum ſolutionis determinant; de quibus videndi ſunt Scaccia *de appellat. quæſt.* 17. *limit.* 10. *n.* 47. Mareſcotus *var. lib.* 1. *c.* 121. Valenzuela *conſil.* 181. *n.* 53. Fontanella *deciſ.* 46. *num.* 22. Ripoll. *variar. c.* 14. *n.* 136. *cum ſeqq.* Larrea *deciſ* 82. *num.* 6. Salgadus
40 *de Reg. protect. p.* 4. *c.* 7. *ex n.* 39. & Carlevalius *d. tit.* 3. *diſput.* 17. *num.* 14. An vero admittenda ſit in judicio executivo exceptio dimanans ex ipſomet inſtrumento, vide optime differentem Fontanellam *deciſion.* 243. *cum ſeqq.* ubi deciſionem illius Senatus cum motivis adducit Cancer. *dict. lib.* 2. *c.* 3. *num.* 106. Ripoll. *variar. dict. c.* 14. *num.* 143.

41 Verum quia diximus, nullitatem in caſu trium ſententiarum conformium admitti non poſſe *ex d. for.* 12. in judicio executivo, etiam ſi reſultet ex actis, inquirere debemus an etiam procedat reſpectu inſtrumenti; vel ſententiæ quæ tranſitum fecit in judicatum, non tamen bis confirmata fuit? Et cum *d. for.* 12. diſpoſitio exorbitans, & odioſa ſit, ex traditis per Bellugam *ubi prox. num.* 17. *in fin.* Covarruv. *practicar. c.* 25. *num.* 2. Magon. *deciſ. Flor* 104. *numer.* 17. Carroz. *de excep. adver. ſent. præjudicial. excep.* 47. *n.* 42. Scaccia *d. quæſt.* 19. *remed.* 1.
42 *concl.* 4. *num.* 25. *cum concl. ſeq. ferme per tot.* reſtrigenda eſt ad caſum ſpecificum, ita ut in caſu ſententiæ non bis confirmatæ ſolum excludatur nullitas extrinſeca non reſultans ex actis juxta *for.* 8. *de execut. rei judic.* quod dixit Belluga dictum forum illuſtrando *ibidem num.* 18. Et licet ipſe loquatur etiam de tribus ſententiis conformibus, ejus opinio non procedit, poſt diſpoſitionem *d. for.* 12. qui fuit promulgatus poſtquam Belluga ſcripſit. Nam ut ipſe teſtatur in fine ſpeculi Principum, opus illud perfecit *die* 17. *Januarii anni* 1441. & *dict. for.* 12. editus fuit *anno* 1446. ut in eo habetur

Neque *d. for.* 12. repugnat *cum for.* 7. *eod. tit.* ut putaverat Dominus Creſpi *obſer.* 95. *num.* 10. credens *for.* 7 loqui de nullitate reſpiciente rectum ſive juſtitiam originalem, & *for.* 12. ritualem nullitatem rejiciendo. Nam *d. for.* 12. omnem nullitatem excludit, & cum ſit diſpoſitio poſterior, nempe Regis Ioannis II. cum *for.* 7. ſit Regis Iacobi I. & in exordio ejuſdem *for.* 12. dicatur diſponi ad obviandas calumnias, & verba ſint uberrima, credendum eſſe reneo, quod corrigit *dict. for.* 7. quoad admittendam exceptionem nullitatum in ipſo judicio executivo, reſervando eam ad aliud judicium, & hoc ſive reſpiciat ritum ſive rectum, quod expreſſe probatur ex *eod. for.* 12. in quo dicitur *quod etiam ſi nullitas oſtendatur per proceſſum, vel inſtrumenta publica*: nullitas namque offenſa per proceſſum ritualis eſſe poteſt, ſed quæ comprobatur per inſtrumenta publica juſtitiam originalem concernit. Dominus Creſpi *loco citato* incidenter hæc dixit, & majoribus curis occupatus, non eſt mirum quod æquivocationem caperet. *for.* 7. ſolum loquitur de manifeſto juris errore, quo in caſu ſemper provocatio permiſſa eſt, ut dixi *cap.* 12. §. 2. *numer* 93. Reſpectu verò inſtrumenti, expreſſe re- 43
ſervatam habemus in judicio executivo exceptionem falſitatis, ita ut in eo admittenda ſit, ſicut in *noſtro ſtylo* in dicitur. Cujus diſpoſitio extendi debet ad nullitatem ipſius inſtrumenti; reſultantem ex eo; cum operetur quod inſtrumentum non ſit, detecta nullitate, quare caret effectibus ab eo procedentibus, ex traditis per Alvar. Valas *conſult.* 71. *numer.* 9. *in fin.* Guttierrez *in repet dict. l. nemo poteſt*, *num.* 373. *ff. de legat.* 1. *& de juram. confirmat. part.* 1. *numer.* 99. Padill. *in l. cum ea quæ numer.* 15. *Cod. de tranſact.* Cachet. *deciſion.* 180. *num.* 3. *&* 4. Cancer *variar. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 33. *& lib.* 3. *cap.* 2. *nu.* 217. *& cap.* 18. *numer.* 29. Bardax. *ad for.* 25. *de appreh. num.* 21. Seſſe *de inhib. cap.* 5. §. 8. *ex num.* 44. *& cap.* 17. 11. Valenzuel. *conſil.* 168. *numer.* 36. Quæ concluſio non extenditur ad nullitatem contractus contenti in inſtrumento; nam ex illa executio non impeditur, ut notat Cancer *d. c.* 3. *n.* 36.

Sed ne arguas de iniquitate noſtros foros, exclu- 44
dentes dictas exceptiones à judicio executivo, & probationem cunctarum per teſtes, attende quod in ipſa excluſione reſervatur parti jus ad agendum in alio judicio, ſive inſtantia quam *requeſta* ſive *requiſitionis* nuncupamus. Non inquam fori defenſionem reis executive conventis ſuſtulerunt, ſed modum vſui defenſionis ipſius impoſuerunt, ſtimando cæteras exceptiones, & omnes quæ veniunt probandæ per teſtes, tan- 45
quam requirentes altiorem indaginem; quare ad aliud judicium eas reſervatas reliquerunt. Cujus rei habes plura exempla in jure ut *in l. ſi quis* 11. *Cod. de poſit.* nam poſt quam Imperator reſcripſit depoſitum ſtatim eſſe reſtituendum, ſubjungit: *& poſtea legitimæ actiones integræ quoque ei reſerventur.* ſic *in l. fin. Cod de edict. Div. Adrian. toll. in l. quod in diem.* §. *ſi rationem*, *ff de compenſat. l. ille à quo* 13. §. *ſi de teſtamento, cum* §. *ſequent. ff. ad Trebell.* & clarius *in l.* 3. §. *ibidem*, 13. *ff. ad exhib.* his verbis: *ſi obſcurior vel quæ habet altiorem quæſtionem differendam in directum judicium, re exhiberi juſſa.* Do- 46
cent in terminis Belluga *dict. rubr.* 41 §. *leges Regni*, *numer.* 17. Dominus Leo *deciſion.* 48. *num.* 6. *in fin.* Dominus Creſpi *dict. obſervat.* 95. *numer.* 10. Romanus *conſil.* 36.

fil. 36. Bolognetus *in l. qui Rome*, §. *duo fratres*, *ff. de verbor. obligat.* Afflictis *decisim.* 381. *per tot.* Capicius *decision.* 167 Escobar *de ratiocin. cap.* 21. *numer.* 30. Valenzuel. *consil.* 97. *numer.* 225. *& consil.* 181. *num.* 17. *cum seqq.* Giurba *decision.* 21. *ex num.* 1. *& decision.* 69. *nu.* 18. Castillo *de ision.* 5. *numer.* 62. Fontanella *decision.* 166. *n.* 5. & latius *de pact. nuptial. tom.* 2. *cl.* 10. *glos. unic. n.* 17. Ripoll *variar. dict. cavir.* 14. *num.* 153. *cum seqq.* Larrea
47 *decision.* 18. *num* 13. Carleval. plures cumulans *d. tit.* 3. *disput.* 16 *ex numer.* 2. Verumtamen est, quod instantia requisitionis suscitanda est per partem cujus interest, non vero per Judicem ex officio, ex his quæ dixi *sup. cap.* 10. §. 1. *numer.* 152. *cum seqq.* Neque oblatis probationibus exclusis à judicio executivo, poterit admittere ad instantiam requisitionis non suscitatam, quia non debet, nec potest recipere probationes quæ non concernunt petitionem spectantem ad ipsum judicium ex doctrina originali Baldi quam omnes amplectuntur *in l.* 1. *num.* 8. *C. ut in poss. legator.* ut dixit Morla *in Empor. tit.* 2. *quæst.* 8. *num.* 3. & sequitur Salgadus *in laber. cred.*
48 *part.* 3. *cap.* 1. *num.* 31. *cum seqq.* Quare recta cum ratione improbata fuit per Regiam Audientiam iniquitas, sive cavillatio, cujusdam inferioris, qui in capitulis probatoriis sibi oblatis per reum executive conventum, ut concederet terminum ad probandum per testes quasdam exceptiones in causa executiva; dixit quod concedebat ad probandam in causa requisitionis, quam adhuc non suscitaverat; & sic revocata fuit provisio de recipiendis testibus, in mea Aulea, referente Domino Don Antonio Ferrer Regia interlocutione *diei* 5. *De embris anni* 1653. Quæ confirmata fuit in altera Aula ad quam per supplicationem fuit devoluta, sub examine Magnifici Doctoris Joannis Arquez Jover.

49 Cum enim judicium, sive instantia *requisitionis* tam adversus tres sententias conformes de nullitate impugnatas, quam adversus quamcumque aliam executionem, via ordinaria instituì, & prosequi debet ut dicitur in *d. for.* 12. his verbis, *salvo dret al allegant en altra instancia de Jubi plenari*, & in *d. for.* 13. ibi: *salvo dret sobre les altres exceptions en altra instancia de juhi plene-*
50 *ra.* Quod notaverat Dominus Leo *decis.* 53 *num.* 3. *ad fin.* tenendum est, quod per judicium *requisitionis* non debet suspendi via executiva; liquidum enim per illiquidum non retardatur, vel suspenditur, ut docent Azevedo, *in l.* 1. *tit.* 21. *lib.* 4. *recopil. num.* 143. Valenz. *d. consil.* 181. *num.* 17. Carleval. *d. tit* 3. *disp.* 14. *ex num.* 7. Salgadus plures cumulans *in laber. creditor. p.* 1. *c.* 16. *ex n.* 9. ut plurimum si probationibus factis in instantia *requisitionis* Judex cognoverit quod fovet justam causam, quia semper notum est ei quid in examine testium factum fuit ut cum Postio dixi *sup. c.* 10. § 2. *num.* 148. non debet esse velox in exequendo, sed rem temperari, itaut eodem tempore causæ ambæ expediantur, ex traditis per Bellugam Magistraliter loquentem *d. rub.* 41. *§ leges Regni* 17. *vers. nam cum interim*; cujus doctrina in praxi recepta est.

51 In quibus terminis dubitari posset, quis sit Judex competens ad cognoscendum de judicio requisitionis? si enim executio coram Ordinario utriusque litigatoris instituta sit, res dubitatione caret, cum de jurisdictione ipsius non sit hæsitandum Sed pone quod reus conventus executive fuit coram suo Judice, cujus subditus non est actor, vel quod virtute facultatis eligendi Judicem, electus sit is sub cujus jurisdictione nemo ex litigatoribus viget; is enim incompetens est respectu utriusque, sed ex conventione partium competens fit ad
52 executivum? si coram eo judicium *requisitionis* ad infringendam executionem suscitetur non poterit per actorem jurisdictio ipsius declinari; quia licet judicium ordinarium sit, cum expresse dirigitur ad infringendam executionem, is qui ad ipsam cum Judicem elegit, ne-

quit recusare judicium ipsius tex. expressus *in l. cum Papinianus* 14. *cum authent. seq. C. de sent. & interlocut. om. jud.* verba sunt elegantia ibi: *liceat Judici, vel contra actorem ferre sententiam, & aliquid eum dacturum, vel facturum pronunciare, nulla ei opponenda exceptione, quod non competens Judex agentis esse cognoscatur: cujus enim agendo observat arbitrium, eum habere & contra se Judicem in eodem negotio non dedignetur.* ubi scite Imperator, non rescripsit *in eadem lite, vel causa*, sed *in eodem negotio* cum ejusdem negotii absque dubio sit instantia tendens ad infringendam executionem

Hinc inferunt accuratè Doctores, quod Judex con- 53
ventionis sit competens reconventionis quamquam actor exemptus sit ab illius jurisdictione, imo licet alias videatur incapax, capax remanet ut accidit quando clericus qui coram Judice laico convenerat secularem, si reconveniatur ab ipso coram eodem Judice, nam Judex laicus utiliter cognoscit de reconventione per hunc tex. juncto *c.* 1. *de mut. petit.* de quo videndi Anton. de Matthæis *tract. de reconvent. ex n.* 59. Maranta *de ord. judic. part* 4 *distinction.* 6. *n.* 3. *& distinct.* 12. *num.* 17. Gregor. Lopez *in l.* 57. *tit.* 6. *p.* 1. Afflictis *decis.* 173. *ex num.* 1 Covar. *practi. c.* 31. *per to* Dueñas *regul.* 202. Julius Clar. *lib.* 5. *sentent. §* fin. *q.* 36. Scaccia *de judic. lib.* 1. *cap* 11. *num.* 93 Josephus Ludovic. *conclus.* 38. *num.* 42. Carol. de Graf. *de effect. clericat. effect.* 1. *num.* 746. *cum seqq.* Petr. Barbosa *in l.* 1 *art.* 1. *num.* 62. *cum seqq. & num.* 158. *ff. de judic. & in l. qui prior, num.* 10 *cum seqq. sod. tit.* Augustin. Barbosa *in d. c.* 1 *de mut. petit. ex num* 4. Cancer *var. lib.* 2 *cap.* 13. *num.* 54. Carleval. *tit.* 1. *disput.* 2 *n.* 976. *& tit.* 2. *disp.* 1. 6. *num.* 26. *& disput* 7. *num.* 3. pluribus 54
Larrea *decis.* 4. *num.* 11. imo juxta foros reconventio fieri non potest, nisi coram eodem Judice conventionis, & intra triduum à die contestationis *for.* 1. *vers. ne pulsue, cum vers. seq. de clam. non mutand.* de quo vide Doctores nuper allegatos, signanter Carleval. *d. disput.* 7. *ex n.* 9. & ex nostratibus Morlam *in empor. tit.* 2. *q.* 13. *per tot.* Qui respectu clerici aliquas limitationes ponunt, quarum præcipua est ne reconventio fiat de negotio spirituali; sed mihi difficillimum videtur quod in praxi eveniat casus reconventionis rei spiritualis, nam licet reconventio fieri possit de re diversa, ut aliis relatis notat Cancer *d. c.* 13 *num.* 30. Larrea *d. decis.* 4. *num.* 12. hoc intelligerem, dum aliquam connexitatem habet cum deductis in conventione, neque aliud suadent verba jurium ab eo allegatorum; ut latè fundat Thesaur. *lib.* 1. *forens. q.* 98. *ex n.* 4. non enim fieri potest unio causarum, si omnino separatæ fuerint; quo posito, ut reconventio de re spirituali fiat necesse est, quod conventio spiritualitatem sapiat, quo in casu, & si laicus conventus sit, debet fieri coram Judice Ecclesiastico. Tractant 55
pariter dicti Doctores quomodo reconventio proponenda sit in causa executiva; itaut si reconventio fiat virtute actionis, ordinarium judicium requirentis, admittenda non sit ad effectum impediendi cursum viæ executivæ; si vero fiat ope juris executivi, tunc simul & semel cum judicio executio conventionis agi, & terminari debet, quod notaverant Ripoll. *d.* 14 *num.* 144. & plures relati per Carleval. *d. disp.* 7. *n.* 10 de quo aliqua ad rem prælibavi *c.* 1. §. 1. *ex n.* 52. loquens in terminis causæ summariæ.

Ex quo utiliter infero, quod licet judicium requisi- 56
tionis quodammodo contineat speciem reconventionis, cum mutua petitio sit facta per reum adversus actorem definivit Cancer *d. c.* 13. *num.* 1 dum ex foris citatis, in judicio plenario tractandum sit, non participat privilegium reconventionis, quoad suspensionem viæ executivæ, & ut pari passu ducendum sit cum illa, ita quod eodem tempore definiri valeat; quod clare deducitur ex traditis per Carleval. *dict. disputat.* 7. *num.* 11.

Infero pariter ex eo quod judicium requisitionis sa-

piat reconventionem, quod ſi actor nolit reſpondere petitioni requiſitionis, ultra remedia tradita *ſup. c.* 10. §. 1. poterit ei denegari audientia in via executiva per tex. *in c. ſolicitudinem in fin. de appellat. c. quod autem* 23. *q.* 7. ubi Gloſſ. *verb. contraria, & in c. quam præpoſterum* 13. *q.* 2. *c. litteras de præſumpt.* docent Speculator, Maranta, Arias Pinel. Guttierrez, Bobadilla, Navarrus, Bernardus Diaz, Gratinus, & alii congeſti per Salgad. *de Reg. protec. d. part.* 3. *c.* 8. *n.* 65. *cum ſeqq.* Baldus, Hoſtienſis, Butrius, Marianus, Socinus, & cæteri adducti per Carleval. *d. diſput.* 7. *n.* 3. Non enim æquum eſt, quod actor executionem violenter proſequatur, & diffugia quærat ad reſpondendum in reconventione, vel requiſitione.

58 Dubitari etiam poterit, num in caſibus in quibus actor extrinſecas teſtium probationes adhibet, vel patitur per reum adhiberi judicium executivum convertatur in ordinarium? Ad cujus quæſtionis deciſionem ſuppono, quod omnes cauſæ regulariter judicium ordinarium requirunt ex ſui natura, itaut executivæ non fiant niſi ſpeciali privilegio juventur; quare faciliter cauſæ executivæ convertuntur in ordinarias primevam naturam reaſſumendo, & cauſæ ordinariæ nunquam converteruntur in executivas docent lato calamo Giurba *deciſ.* 74. *num.* 12. Salgad. *de reg. protect. part.* 2. *cap.* 13. *n.* 38. *per plur. ſeqq. num.* 99. *cum ſeqq. & num.* 134.
59 *cum ſeqq. & in Laber. creditor. p.* 1. *cap.* 16. *a num.* 34. Unde actor qui intendit executionem obtinere pro contentis in ſententia, vel inſtrumento, habens duas actiones aliam ordinariam, & aliam executivam, poteſt uti ea quam eligit; & ſic electione & facto diſcedens ab executiva eam convertit in ordinariam; non vero econtra, ut iſti Doctores tenent. Quod aliquando evenit ex neceſſitate, dum incœpta via executiva apparet executionem non juſte, vel rite conceſſam fuiſſe. De quo late
60 diſputat Carleval. *d. tit.* 2. *diſput.* 8. *ex num.* 3. Et tunc actor ipſe cognoſcendo defectum viæ executivæ, poſtulat reum condemnari, & audiri debet in eodem judicio, abſque eo quod remittatur ad aliud, juxta doctrinam Borgn. Cavalcan. *deciſ.* 35. *num.* 5. quam pluribus illuſtrat ipſe Carleval *dict. diſp.* 8. *num.* 3. & ſic praxi receptum eſſe in Supremis Senatibus Caſtellæ teſtatur, ſicut etiam receptum eſt in Regia Audientia Valentiæ ut fuit deciſum ſententia publicata per Ber-
61 begal *die* 9. *Februar. anni* 1606. inter Ioannem Alcaraz, & Don Raymundum de Rocafull, & ſententia publicata per Alreus *die* 21. *Octobris* 1625. inter Doctorem Xulbe, & Don Ludovicum Tallada, & ſententia publicata per Caſes loco ipſius Alreus *die* 13. *Maii* 1634. inter ſyndicum oppidi de Muchamel & Doctorem Theophilum Thimotheum Blanco, referente Magn.
62 Doctore Ioanne Bap. Polo. Voluntarie plerumque evenit, ſi ipſe actor qui viam executivam elegit, ad viam ordinariam regreditur, nam ea ſemel ingreſſa non permittitur regreſſus ad executivam cum pœnitentiæ locus non ſit, nec ei concedatur iterum variare per tex. *in l. minor annis viginti quinque cui fideicommiſſum* 40. *ff. de minor.* ut tenuerunt Caſtrenſis, Decius, Romanus, Graſſis, Cavalcanus, Lancellotus, Capicius, Maranta, Gramaticus, Avendaño, Carrozius & alii congeſti per Giurbam *deciſ.* 55. *num.* 18. Fontanella *de pact. nuptial. tom.* 2. *claus.* 7. *gloſ.* 2. *part.* 5. *ex num.* 27. *& deciſ.* 140. *n.* 12. Cenſius *tract. de cenſib. q.* 95. *num.* 28. Baldus, Burgos de Paz, Azevedus, Parladorus, Gundiſalvus de Paz, Rota Gonzalez, Guttierrez, Scaccia, Gratianus, & Molina, congeſti per Salgadum *dict. part.* 2. *cap.* 13. *num.* 110. *& part.* 3. *cap.* 2. *num.* 60. Suarez, Valdes, Salon de Paz, Aviles, Meneſius, Monter, Maſtrillus, Valenzuela, Seſſe, Cancer, & alii plures adducti per Carleval. *d. tit.* 3. *diſp.* 14. *n.* 2. quibus adde Berlichium *practicab. d. p.* 1. *concluſ.* 80. *num.* 23.

63 Et quanquam aliqui tenuerint quod refectis expenſis, actor poterit recedere à via ordinaria, & remeare ad executivam, ut Gundizalvus de Paz, Felicianus & alii ex citatis, ſolum procedere poterit ſi actor dum aperit viam ordinariam, proteſtatus fuerit ſe velle conſervare jura executiva ut notarunt Cancer *dict. lib.* 1. *var. cap.* 17. *num.* 4. & Cenſius *dict. quæſt.* 95. *num.* 30. Et deficiente proteſtatione noſtram ſententiam tuetur ipſe Cancer *lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 124. Quando enim ipſe 64 actor producit teſtes, vel patitur quod per reum producantur in cauſa, quæ ſecundum foros non eſt capax ſimilis productionis, cenſetur aggreſſum fuiſſe viam ordinariam, conſenſum præbendo ut in eam convertatur via executiva; & ſic jam nequit executivam proſequi, ſed condemnationem ſpectare tenetur ut deciſum ſæpius fuit in Regia Audientia, nempe interlocutoria *diei* 21. *Octobris anni* 1633. referente eodem Mag. Polo in- 65 ter Vincentiam Navarro & de Polop; atque Petrum Foyos actuario Madril. & inter Nobiles Don Onufrium Sanz, de la Lloſa Locumtenentem Bajuli Generalis, & Don Hieronymum Funes Mañoz, de Conſilio Regis noſtri, in Supremo Italiæ, & in pluribus aliis ut cunctis in foro Valentino verſantibus notum eſt. Cum 66 enim cauſa ſemel effecta ordinaria ſemper remanet ordinaria, ut ex Lancelloto, Roberto, Rota, Pontano, Gonzalez, & aliis docet Salgado *d. c.* 13. *num.* 111. *cum ſeqq.* inde non ſolum remanet ordinaria, verum appellabilis efficitur ex late congeſtis *ſup. c.* 12. §. 2. *ex num.* 84. *per plur. ſeq.*

Pluribus privilegiis proſecuta in noſtro Regno Va- 67 lentiæ reperitur via executiva inſtituta pro redditibus, ſive penſionibus cenſualium reſervativorum conſignativorum vel vitalitiorum, & debiti cum reſponſione redditurum, reſultantis expreſſio rei fructiferæ venditæ habita fide de pretio, quod *debitorium* inter nos dicitur; quæ privilegia continentur *in for.* 58. *&* 59. *de jure emphyteut.* quorum primus vulgo dicitur pragmatica cenſualium Domini Regis Alphonſi, & ſecundus pragmatica cenſualium Regis Ioannis: ad quorum ſimilitudinem *in for.* 63. *ejuſd. tit.* adeſt pragmatica violariorum, ſive cenſualium vitalitiorum Regis Ferdinandi Catholici, & iſtæ tres ſanctiones approbante Curia, in vim fori tranſierunt, de quibus plura tradidit Petrus Belluga *d. rub.* 41. §. *leges Regni per tot.* & tractant de materia ex noſtratibus Thomas Cerdan *in viſit. carcer. c.* 9. *num.* 26. *&* c. 10. *num.* 12. late Doctiſſimus Magiſter F. Michaël Salon. *in* 2. 2. *D. Thom. part.* 2. *tract. de cenſibus*, Ægidius Trullench. *lib.* 7. *decalogi capit.* 21. *per tot.* Præſul Acaſius March. *reſol. Moral. lib.* 1. *verbo cenſos.* Canonicus Ioſeph Carſi *Quæſtor. moral. centur.* 1. *c.* 26. Dominus Leo *deciſion.* 1. *ex num.* 3. *deciſ.* 53. *per tot. & deciſion.* 137. *ex n.* 1. Dominus Creſpi *obſer.* 28. *per tot. & obſer.* 36. *per tot. atque obſer.* 110. *ex n.* 12. Noviſſime Do- 68 ctor Ioſephus Lop, urbis Valentinæ diſertiſſimus Advocatus Ordinarius, *tract. de inſtitut. & progreſſu operis publici nuncupati Murorum & Vallorum c.* 40. Ex alienigenis Mieres *ad conſtit. Cathal. poſt collat.* 11. *ad conſtit. Cenſual.* Ripoll *variar. c.* 14. *ferme per tot.* Fontanella *de patr. nuptial. clauſ.* 4. *gloſ.* 18. *p.* 1. *cum aliquib. ſeqq.* ſignanter *p.* 4. *ex n.* 15. *&* 27. Molin. *in repert verb. cenſualia*, ubi etiam Portoles. Bardaxi *ad for. unic. de citat. ex admonition. n.* 2. Seſſe *de inhibit. c.* 4. §. 8. *ex n.* 1. Amat. *variar. lib.* 1. *reſol.* 31. Tapia *in recopil. leg. Reg. Neapol. ad pragm.* 1. *de cenſib. lib* 4. Felician. Cenſius, Duardus, in pleniſſimis tractibus. Giurba *in deciſ. & obſervat.* paſſim. Pratus *diſceptat. forenſ. lib.* 4. *c.* 30. *num.* 46. *cum ſeqq.* & alii plures, ab ipſis congeſti, ſed quia hæc materia vaſtiſſima eſt ſpecialem tractatum deſiderans, peritioti tractandam relinquo: ſolum adnotaſſe ſufficiat, quod privilegia conceſſa per dictas pragmaticas ſanctiones ſolum reſpiciunt naturales, & incolas ejuſdem Regni; quare reſpectu extraneorum res remanet in terminis juris communis prout deciſum credo in cauſa

ſa Don Joannis Beraſtegui & aliorum cum Comite del Real uti Domini Oppidi de Catarroja ſpecialis hypotheca: cujuſdam cenſus referente Nobile Don Antonio Ferrer.

Cauſa rationum legitimè concluſa, ſubſequitur ſententia, vel repulſæ earundum rationum ſive exceptionum vel revocationis mandati executivi, quam plures interlocutoriam eſſe dixerunt, habentem tamen vim definitivæ. Sic docent Iaſon *in l. imperium, num. 5. & 6. de juriſ. om. judic.* Angelus *conſ. 114. & conſ. 115.* Portol. *& Molin. in repert. verb ſententia, num. 15. ad fin.* Cancer. *var. lib. 1. cap. 17. num. 38.* licet non deſunt, qui definitivam eſſe crediderunt, ut Romanus *conſ. 174.* Maranta *part. 6. tit. & demum fertur ſententia numer. 24.* Rota Genuenſ. *deciſion. 164. num. 12. cum ſeqq.* Peguera *deciſion. 197. n. 7.* Fontanella *deciſ. 184. ex numer. 1. & deciſ. 283. nu. 15.* quam opinionem ſequitur Regia Audientia, nam ſententiam fert, & plerumque idem obſervatur in Curiis inferiorum. Sed nota differentium inter modum procedendi in Regno Valentiæ, & in
70 aliis Regnis atque provinciis. Nam licet quoad conceſſionem mandati executivi, reo non citato, uniformiter procedatur; tamen ipſum mandatum diverſa continet. Nam in noſtro Regno dirigitur debitori, cui jubetur infra decem ſolvere, aut ſi quas habet rationes propter quas fieri non debeat eas intra eoſdem dies deducat, alias ad executionem facti devenietur; quod continet clauſulam juſtificativam. Sic in Germania fieri ſcripſit Berlich. *dict. concluſ. 81. num. 11.* Unde ſcite dixit Giurba *obſervat. 48. num. 1.* quod injunctio hujus mandati executivi continet partem ſubſtantialem judicii ex tex. *in l. ſi cum nulla, ff. de re judicat.* quod
71 etiam firmat Carthar. *deciſ. 74. num. 24.* in Regno Caſtellæ mandata executiva diriguntur Apparitoribus, quibus jubetur quod executionem faciant in bonis, & perſona debitoris pro quantitate petita, cum expenſis. Ut tradiderunt Gundiſal. *de Paz in praxi c. 4. tom. 1. cap. 2. nu. 3. cum ſeqq.* & aliis relatis Carleval. *dict. tit. 3. diſput. 1. num. 27. cum ſeq.* ubi plures congerit, in Regno Aragoniæ in cauſis privilegiatis, captis pignoribus
72 executio inchoatur Seſſe *in tract. de inhib. in anacephal. numer. 59.* in Principatu Cathaloniæ ſi agitur de ſcriptura tertii, dato retroclamo per captionem pignorum, & perſonæ inchoatur. Ripoll. *rub. 16. per tot.* ſi de executione ſententiæ agitur, ad expediendam commiſſionem reus citatur ut tradit Peguer. *dict. rub. 29. numer. 21.* ubi Ripoll. *num 48.* in noſtro Regno mandatum ſubſcribitur ab actuario, & ſigillo Curiæ munitur, ita ut neceſſaria non ſit ſubſcriptio Magiſtratus; vel Judicis, ut notum eſt, tractando de inferioribus, & ſic deciſum fuit per Regiam Audientiam, tempore Reginæ Mariæ, uxoris, & Locumtenentis Regis Alphonſi III. *die 18. Martii anni 1441.* his verbis, *ſimilia mandata executoria per longum tempus, jam præteritum, fuiſſe proviſa, & ſolita, provideri abſque ſcientia dicti Gubernatoris, & ſignatura ſui Aſſeſſoris.* In Regia vero Audientia mandata executiva expediuntur ſolemni forma Cancellariæ.
73 Cum ſubſcriptione Regentis, & Relatoris. In Regno Caſtellæ per Judicem & actuarium hæc mandata ſubſcribuntur Paz *dict. cap. 2. numer. 24.* In Cathalonia per Judicem vel relatorem, & in Regno Aragonum per Regentem ut ex Seſſe Peguera & Ripoll. *locis citatis* deducitur. In noſtro Regno primum conceditur terminus ad audiendum reum; & probandas exceptiones, & niſi eis rejectis, non devenitur ad captionem pignorum, neque ad captionem perſonæ niſi in certis ſpeciebus in defectum bonorum ut praxis docet & teſtatur Cerdan. *dict. cap. 8. 9. & 10.* Pract. Papienſ. Colerus, & alii apud Berlich. *dict. concluſ. 81. num. 4.* in Regno Caſtel-
74 læ inchoatur executio à pignorum, vel perſonæ captione, dantiſque duobus præconiis reo injungitur ſtatus executionis ut currere incipiant decem dies legales ad

opponendas & probandas exceptiones ut tradunt Par. Carleval & alii ab eo congeſti *locis citatis.*

Ex quibus ſequitur quod in caſu revocationis mandati executivi non remanent pignora capta, quæ retineri poſſint in poſſe Curiæ quo uſque creditori fiat ſatis etiamſi conventus vere debitor ſit, & condemnatus evadat, ut ex præxi Caſtellæ fiendum ſuadet Carleval. *dict. tit. 2. diſput. 8. num. 3. & 4.* & ex praxi Aragoniæ Seſſe *in anacephal. num. 61. cum ſeqq.* Et ratio eſt, quia nondum capta pignora fuerunt, & ſic retineri in curia nequeunt. Imo ſi condemnatio ſubſequatur, *reclamatio* porrigenda eſt, & executio de novo inchoanda. Verum hæc ſpectant ad executionem facti, & ſic 75
de eis *in §. ſeq.* plura dicemus: ſolum adnectere decrevi, quod iſta ſententia qua repelluntur rationes, inappellabilis eſt modo quo diximus *dict. cap. 12. §. 12. ex numer. 100. & numer. 114. cum ſeqq.* Si vero mandatum executivum revocatum fuerit, tunc ſententia appellabilis manet, nam privilegium introductum favore creditoris non debet ipſius damnum retorqueri, ut in ſpecie tradiderunt Scatcja *de appellat. quæſtio. 17. limit. 10. num 21.* & Jacob. Cancer *var. lib. 1. cap. 17 num. 29. verſicul. & ſic ego.* ſed ſi in ſecunda ſententia revocetur prima, & mandatum executorium confirmetur, iſta ſententia appellabilis manet ex his quæ dixi *dict. c. 12. §. 2. num. 85.*

Sed quoniam dixi actorem executionem poſtulan- 76
tem teneri habere paratam probationem jurium activorum atque paſſivorum, explicare, amplius teneor quomodo id in praxi receptum ſit. Ad quod ſuppono, quod regulariter pacta executiva non egrediuntur perſonas nominatas in inſtrumento, ita ut reſpectu juris agendi non poſſint tertio in eo non contento; ut ex Rebuffo, Manſuero, Imberto, & Domino Caſanate probat Giurba *deciſion. 100 num. 48* ex Jaſone, Baldo, Maranta, Guttierrez & Suarez Jacob. Cancer *dict. lib. 2. cap. 3. num. 90. & 91.* pluribus congeſtis Vela *diſc. 27. num. 4.* Sic ſimiliter jura executiva exerceri nequeunt 77
contra tertium in inſtrumento non nominatum, ut ex Baldo, Immola, Cabell. Gratian. Cavalcan. Parlador. Riminald. Menoch. & Amat. docuit Giurba *deciſ. 62. n. 22.* & ex Maranta, Decio, Alexandro, Ruino & aliis Cancer *dict. cap. 3. num. 82.* Quibus adde Seſſe *de inhibit. cap. 12. ferme per tot.* Carleval. *dict. tit. 3. diſput. 11. ex num. 1.* D. Leo *deciſ. 1. num. 11.* Amat. *variar. lib. 1. reſolut. 13. num. 23. cum ſeqq.* Olea *de ceſſ. jur. titul. 6. q. 4. ex num. 1.* aliis relatis Fontanella *deciſ. 18. numer. 15. & deciſ. 421. num. 9. cum ſeqq.* qui *num. 17. & 18.* explicat obſervantiam Senatus Cathaloniæ: ſed iſta regula in- 78
telligenda eſt, ita ut agens via executiva non ſit ſucceſſor ſpecialis, vel univerſalis ejus qui obtinuit jura executiva, ſive titulo hæreditario, ſive per ceſſionem ut docent Giurba *dict. deciſ. 100. num. 48. & deciſ. 104. num. 1.* Cancer *variar. dict. lib. 2. cap. 3. num. 93.* & ratio eſt, nam hæres una eademque perſona reputatur cum defuncto, quare tranſeunt in eum omnes actiones defuncti tam paſſivæ, quam activæ per text. *in l. 12. Cod. de hæred. action. l. pactum, ff. de probat. l. nihil. 24. ff. de verb. ſignif. l. hæredem 59. l. hæreditas 63. ff. de regul. jur. l. cum hæres 23. in princ. ff. de acquir. hæred.* cum plurib. ad 79
exornationem congeſtis per Carleval. *dict. tit. 3. diſp. 9. num. 2.* ſemper hæres nominatus cenſetur, licet in contractu de eo non fiat mentio, ut aliis relatis tenuerunt Cancer *dict. can. 3. numer. 2* Dominus Caſanate *conſ. 7. numer. 26. & conſ. 45. numer. 61.* etiam in pœnalibus ut pluribus de more probat Valenzuel. *conſil. 10. num. 50. conſ. 72. num. 47.* & cluius ad rem *conſ. 60 numer. 30.* & ſic expreſſum eſſe ſolet in ipſis inſtrumentis, guarentigia corroboratis, nam expreſſis verbis conceduntur jura executiva *contrahenti & ſuis*, per quod verbum, omnes ſucceſſores tam ex ſanguine quam extranei ſignificantur ex pluribus congeſtis per Auguſt. Barboſa

80 *tract. de appellat. verb. utr. jur. appellat. 257. per tot.* Respectu cessionarii probat *tex. in l. in judicio 47. ff. famil. herciscun.* docent Bartol. Baldus, Socinus, Alexander, Benedictus, Boerius, Suarez, Parladorus, Ruinus, Berous Romanus, Barzius, Colerus, Costa, & alii congesti per Ferdinandum Arias de Messa doctissimum quondam Antecessorem Salmantinum *var. lib. 1. c. 21. ex num. 1.* Mercurial Merlin. *tractat. de pignor. & hypot.*
81 *lib. 2. quæstion. 15. num. 10. cum seqq.* Cens. *de cens. lib. 1. quæst. 95. ex numer. 7.* & ratio est nam per cessionem, cessionarius expresse ponitur in locum cedentis, ut notat Giurba *dict. decis. 104. num. 1.* De successoribus specialibus notant Berlich. *d. ct. concl. 80. ex num. 16.* qui plures laudat Ciarlinus *controvers. lib. 2. cap. 179. num. 4.* Barbosa, Bertazolus, Rodriguez, Sesse, Gallus, Intrigliolus, Thoro, Pacificus, Borellus, Giurba, Cancer, Surdus, Rota, Farinacius, Censius, Valenzuela, Fontanella, Carpanus, & alii congesti per Oleam *dict. quæst. 4. num. 3.* quibus adde Dominum Leo. *decis. 29.*
82 *num 9. & decis. 160. num. 3.* Parladorum, Mastrillum, Castillum, Costam & alios congestos per Noguerol *alleg. 2. numer. 122.* qui bene de successoribus universalibus tractat, & generaliter cuicumque competere potest actio ex instrumento, competit etiam jus executivum pluribus Vela *dict. dissert. 27 num. 25. cum seq.* Quare sive actorem habeas successorem universalem, sive specialem cum cessione, posse uti juribus activis executionis sub dubio non est; is enim, sub nomine tertii non continetur, quia subrogatur in locum ejus qui in instrumento appositus fuit.

83 Quoad jura passiva respectu hæredis, vel successoris universalis idem dicendum est, ex eadem ratione quod in eum transeunt omnes actiones, tam activæ, quam passivæ ut Doctores laudati *sup. num. 78.* dicunt, quæ non militat in successore speciali, vel singulari juxta tex. *in l. fin. ff. de contr. emption. l. non adversus, C. si certum petat. l. hæres alieni, C. de donat. l. cum qui, C. de oblig. & action.* docent Bartol. Angelus, Immola, Socinus, Iason, Claudius de Saicello, Ripa, Alexander, & alii congesti per Amat. *dict. resol. 13. num. 17.* Nisi rem ac-
84 quisierit cum expresso onere faciendi satis debitum de quo agitur, vel acquisierit rem specialiter subjugatam censui; in qua specie versatur aliqua differentia inter praxim Castellæ, & nostri Regni; Quia in Regno Castellæ ut recta via possit executive conveniri detinens rem specialiter subjugatam, requiritur etiam quod in ipso contractu subjugationis, apponatur pactum absolutum de non alienando ipsam rem, desumpta pra-
85 xi *ex tex. l. si creditor, §. ultim. ff. de distract. pignor.* docent Bartol. Matiencus, Suarez, Valdes, Colerus, Paz, Covarruvias, Surdus, & alii congesti per Carleval. *dict. tit. 3. disput. 11. num. 3.* qui late & bene praxim Castellæ explicat, de quo latè etiam Vela *dissert. 14. ex n. 31.* significanter *num. 39.*

At in Regno Valentiæ, & in aliis plurimis, possessor sive detentor specialis hypothecæ executive via recta
86 convenitur, ita ut compellatur solvere, vel rem dimittere ut docent Petrus Gregor. Siculus *tract. de censib. quæst. 6. ex num. 9. & num. 29.* ubi Mastril. *ex num. 91.* Marius Giurba *decis. 22. per tot.* Follerus *in prax. censual. verb. tanquam res judicatas, num. 39.* Rovitus *ad pragm. 1. de censib. num. 20.* Mauson. *de causis executiv. lib. 1. quæst. 7. empl. 6. ex num. 17.* Carleval. *dict. disput. 11. num. 5.* Marius Cultelli *decis. sicul. 22. num. 2.* Amato *d.*
87 *resol. 31. num. 1. cum seqq.* Ioan. Baptista de Thoro *in compend. decis. p. 1. verb. exequi an possit, & part. 3. verb. executio pro censibus.* Giurba *obser. 20. per tot.* Noguerol *dict. allegat. 2. ex num. 109.* Donat. Marin. *quotidianar. resol. lib. 1. cap. 12. num. 4.* qui exhiber solidissimam rationem: nempe quod per impositionem census super re certa, remanet affecta oneri reali, & sic semper transit cum hoc onere, in quemcumque successorem, sive specialem sive universalem, tex. *in Clement. 1. de censib. & in l. rescripto, §. sciendum. ff. de muner. & honor.* cum aliis congestis per Cravet. *cons. 217. num. 5.* Valasc. *de jur. emphit. quæst. 32. num. 14.* Guttierrez *practicar. lib. 2. cap. 167. num. 1.* Dominus Leo *decis. 167. ex num. 2.* quod in Regno Valentiæ absque dubio procedit, cum in censualium impositionibus, celebratur vere & proprie contractus emphyteusis, ut idem Dominus Leo probat *dict. decis. 1. ex num. 9.* tum etiam, quia *in dict. for. 58. cum sequent.* clare cautum reperitur. Ob quod non obstant tradita per Censium *dict. quæst. 95. num. 21. cum seq.* & Fontanell. *de pact. nupt. tom. 2. claus. 7. glos. 1. p. 4. ex num. 3.* cum aliis eos sequentibus, nam quicquid de jure procedat nos legem habemus, hanc controversiam diriment, & sic observari mandantem. Nec Fontanella in totum abest à nostra traditione *dum num. 14.* fatetur modum procedendi Principatus Cathaloniæ in his casibus executivum esse; licet non per executionem rigidam incipiendo à captione pignorum, & personarum: sed à præcepto de solvendo quod idem ferme continet ac mandatum executivum nostri Regni per quod juris executio instituitur, & de quo diximus.

Cum enim creditor agendo via executiva omnia 89
explorata, & liquida ostendere teneatur, nam quodlibet obstaculum eam impedit, & in ordinariam convertit: ideo paratus debet ingredi cum Instrumentis probantibus jura activa ad se pertinere, & jura passiva aperte comprehendere reum impeditum ut Judici, & parti ostendere in continenti possit, se creditorem esse, & conventum verum debitorem, ita quod si hæc non probaverit per instrumenta publica, nihil egisse dicendum est: si enim uterque in instrumento de cujus 90
executione tractatur nominati sint, res difficultate caret; si verò aliqua persona ex ipsis mutata fuerit, tunc opus est quod jura sive activa, sive passiva, liquida appareant per alia instrumenta publica; nam ut dixi *sup. cap. 11. §. 1. num. 113.* unum instrumentum liquidum fieri potest per alium, ut executioni mandetur. Quod regulariter observatur, quia viam executivam instituentes parata omnia habere solent, ut prote- 91
lationi locus non sit. Sed si actor ad hanc liquidationem opus habeat extrinseca probatione testium, ut sæpe evenire solet in executionibus instituris contra detinentes res specialiter subjugatas, cum difficillimum sit probare per instrumenta quatuor illa extrema, sine quibus executio in rem non procedit, nempe subjugationem specialem; dominium rei subjugatæ in subjugante tempore subjugationis (quæ est basis totius obligationis realis, ut scite dixerat Giurba *obser. 20. num. 6.* & ante eum Dominus Leo *d.* 92
decis. 167. num. 15. predictum for. 58. de jur. emphyteut. ad id allegando) identitas per designationem situs, cum duobus confinibus; & possessio actualis in re impedito; eo ipso quo probatio extrinseca adhibetur, causa executiva convertitur in ordinariam, ut dictum remanet. Quæ quidem regulariter procedunt; sed casu quo Dominus oppidorum Sarracenorum expulsorum, conveniatur pro censualibus ab ipsis specialiter impositis super bonis immobilibus in quibus Domini successerunt; juxta *pragm. anni 1614. cap. 5.* creditor 93
censualis non tenetur aliquid probare ad consequendam solutionem redituum; Dominus verò qui rem dimittere vult, potius quam solvere, gravatur onere probandi identitatem rei subjugatæ, quod hodie ferme impossibile est, cum confinia possessionum confusa ex temporis transcursu reperiantur.

88

§. III.

De executione facti, atque distractione bonorum tam mobilium, quam immobilium, adinterpretationem , For. 13. de eviction. *& aliorum jurium.*

ALPHONSUS III. REX. Valentiæ anno 1417.

TEXTUS.

LOs nostres Alguazirs, en les execucions, que faran, de nostres sentencies, o de nostres manaments, hajen a fer subhastar, los bens mobler per deu dies. E los sehents per trenta dies, segons que per fur es ordenat.

SUMMARIUM.

1 *Ultimus actus judicii, ad quem cæteri diriguntur, est executio facti.*

2 *Executio restitutionis rei, vel adjudicationis, quomodo fienda, remissive, ibid.*

Executio quomodo peragenda, si quis condemnatur ad factum.

Executio de qua agitur, est quando quis condemnatur, vel obligatus reperitur, ad solvendam liquidam quantitatem, ibid.

3 *Executio rigida incipiendo per pactum à captione pignorum conventione partium insurgere potest.*

4 *Executio in Nobiles, & fruentes privilegio militari, incipit à commutatione præstandi* capillevatorem.

5 Capollevador *quis dicatur, secundum nostram praxim.*

6 Capllevatarum, commendarum, & emptionum Curiæ *obligationes, quo tempore perimantur.*

7 *Transmissio curiæ fit, ad effectum capiendi pignora, è domo debitoris.*

8 Capllevatæ emptionis *curiæ, & ultimæ addictionis, sive* remata prens *praxis.*

9 *Emptor curiæ, non deponens pretium intra decem, patitur rigidam executionem in persona, & bonis, nulla servata fororum solemnitate.*

10 *Litteræ, & commissiones expediuntur in unaquaque Curia, secundum proprium stylum.*

11 *Commissio dari nequit in Regia Audientia Apparitori, seu Birroario, in causis non excedentibus centum libras.*

12 Tornada de Cort en blanc. *quid significet.*

13 *Captio personæ, de foro non procedit, nisi in subsidium, nempe deficientibus bonis.*

14 *Vacuis manibus Curia redeunte, proceditur ad captionem personæ.*

Nobiles, & cæteri fruentes privilegio Militari, in civilibus non carcerantur, nisi pro debitis fiscalibus, vel universitatis, ibid.

15 *Bonis mobilibus deficientibus, proceditur ad distractionem immobilium.*

16 *Ordo in executionibus servandus est secundum jus.*

17 *Bona privilegiata Nobilium, qua dicantur.*

18 *Hoc privilegium renunciari valet, cum decisione Regiæ Audientiæ.*

19 *Sed excipe in armis, equis, & lectulis.*

20 *Liberi nequeunt in executione vendi Doctori, nisi fiat pro pretio conductionis domus, ad quam advecti sint.*

21 *Deficiente reo debendi in bonis mobilibus, si executio fiat pro annuis reditibus, committitur stipulatio, & est locus redemptionis census.*

22 *Praxis interpellandi reum virtute hujus stipulationis, & condemnandi eum ad luendum.*

23 *Personalis esse debet hæc interpellatio, ut incidat in hanc pœnam.*

24 *Decisio Supremi.*

25 *Hæc observantia difficilis redditur in censu vitalitio.*

26 *In Regno Valentiæ admissa est, sed semper difficilis manet.*

27 *Ex redditione Curiæ vacuis manibus, infertur inopia debitoris, ut restitutioni dotis, constante matrimonio locus sit, & ut excludatur ab insinuationibus urbanis.*

28 *Debitor non potest offerre bona immobilia unde solvat, nisi fiat ante terminum, & retroclamum.*

29 *Debitore deficiente in bonis Nobilibus competit creditori jus offerendi bona immobilia, qua distrahantur.*

30 *Licitatio introducta est, ad vitandas fraudes executorum in distractionibus judicialibus.*

31 *Tempus licitationis mobilium decem dierum; immobilium, triginta.*

32 *Decem dies superaddendi ex gratia, secundum stylum obtinentem vim legis.*

33 *Forma subhastandi deficiente, distractio corruit.*

34 *Quicquid contra forum est, nullitatem inducit.*

35 *Forma deficiente, quicquid geritur nullius momenti est.*

36 *Bona pretiosissima non solum licitari debent in loco eorum, & judicii; verum in civitatibus Regni, & in confinantibus Provinciis ipsius.*

37 *Oppositio tertii in re credititio non impedit executionis cursum, nec audiendus est, nisi in quantum prælationem deducit.*

38 *Oppositio tertii, jura proprietatis, in re Curiæ oblata deducentis, suspendit cursum executionis, ut summatim audiatur.*

39 *Res distrahenda judicialiter, æstimanda est per peritos.*

40 *Necessitas æstimationis rei venalis, licet in foris non sit expressa, ex ipsis deducitur, concludenter.*

41 *Stylo inveterato, hæc necessitas comprobatur.*

42 *Stylus Curiarum, legis vim obtinet, ita ut omitti non valeat.*

43 *Licitatoribus non repertis, creditori permittitur rem licitare.*

44 *Creditor licitans, compellitur offerre aliquid amplius quam importent duæ partes ex tribus pretii, secundum æstimationem factam per peritos.*

45 *Decisio Regiæ Audientiæ.*

46 *Diminutio pretii compensatur cum facultate redimendi rem, pro eodem pretio, concessa debitori, quam vocamus* Carta de gracia.

47 *Facultas redimendi rem, pro eodem pretio, intra tempus, à judice præfixum, pretio æstimabilis est.*

48 *Si res pretiosa sit, & non reperiatur licitator qui duas partes ex tribus offerat, quid fiendum?*

49 *Percipiens aliquid ex pretio rei per Curiam venditæ censetur consensum præbuisse distractione, & sic non potest eam im[pug]na*
Decisio Regiæ Audientiæ, num. 51.

50 *Distractio judicialis annullatur ex læsione enormissima.*

52 *Decisio Regiæ Audientiæ.*

Creditores enormissimam læsionem, ex distractione pignoris judicialis, si consenserint, prohare nequeunt, ibidem.

53 *In distributione pretii rei immobilis, intra Gubernationem Civitatis Valentiæ, gradus non attendantur creditorum, sed per æs, & libram fieri debet.*

54 *Nisi præcedat excussio, vel debitor solvendo non reperiatur.*

Decisiones Regiæ Audientiæ, ibid.

55 *Dominus rei distractæ, non potest querelam ponere de læsione ultra dimidium, re æstimata, quia facilis calumnia detegitur.*

56 *Distractio debet fieri sigillatim, non calumniative plurium bonorum.*

57 *Æstimata re qua distrahi debet, diminutio pretii facile compensatur cum jure retinendi ipsam rem.*

58 *Executio facienda est cum minori damno rei debendi.*

59 *In distrahendis rebus minorum, Judex tenetur inquirere, an in mobilibus, fructibus, vel reditibus decursis, habeat; ne ad distractionem immobilium perveniatur.*

60 *Res pretiosa non est distrahenda, si ex fructibus, vel reditibus, commode creditor solutionem consequi possit.*

61 *Re in solutum recepta per creditorem inæstimata, licet minus valeat quam creditum, non valet amplius petere.*

62 *Æstimatione precedente, tunc tantundem recipere videtur, & pro reliquau executionem prosequi potest.*

63 *Licitatore non invento, si creditor licitare nolit, potest cogi ut rem æstimatam in solutum recipiat.*

64 *Adjudicatio rei oblata, jure pignoris, in Regno Valentiæ in usu non est.*

65 *Distractio facta pro minori pretio quam oblato, nulla est.*

66 *Decisio Regiæ Audientiæ.*

67 *Cursoris, seu Præconis Curiæ relationi, quoad licitationem standum est.*

68 *Die ultima deductionis assignato, plus danti hasta fiscalis traditur in signum realis venditionis.*

68 *Emptori per licitationem, injungitur in eodem actu, pretium infra decem in posse Curiæ deponere.*

70 *Necessitas deponendi pretium, est de forma distractionis judicialis.*

71 *Curia non potest habere fidem de pretio, rei judicialiter distractæ.*

72 *Pretium rei judicialiter distractæ, non recte solvitur, per venditionem census, quia est habere fidem de pretio.*

73 *Nisi interveniat consensus ejus cujus interest, & exprimatur tempore licitationis.*

74 *Creditor an cæteris præferendus sit in licitatione?*

75 *Creditor suppresso nomine emens pignus judiciale, tutus est, dum absit dolus, vel fraus.*

76 *Declara, si tanquam extraneus licitator subjiciatur necessitati deponendi integrum pretium.*

77 *Et adhuc licentia judicis præcedere debet.*

Saltim, si sub conditione retinendi pretium in solutum sui crediti, ibid.

78 *Decisio Regiæ Audientiæ.*

79 *Qua exequenda fuerint extra territorium Judicis exequentis, perficiuntur mediantibus litteris subsidiariis, sive requisitoriis.*

80 *Regia Audientia in toto Regno præceptive procedit, & per proprios Satellites jussa executioni deducit.*

81 *De litteris requisitoriis, qui Doctores tractent.*

82 *Judex requisitus vendere bona debitoris in suo territorio sita, potest cognoscere de oppositione proprietaria tertii.*

83 *Judex requisitus tenetur exequi sententiam injustam, non vero nullam.*

Sententia continens notorium juris errorem nulla est, ibid.

84 *Executio facta virtute condemnationis iniquæ, vel injustæ nullius momenti est.*

85 *Sententia revocata non revocari distractionem judicialem in ejusdem executione factam aliqui tenuerunt.*

86 *Nam solum competere actionem adversus exacta dicunt.*

87 *Revocata sententia corruunt cuncta in executionem ipsius gesta.*

88 *Decisio Regiæ Audientiæ adhibito remedio appellationis, & nullitatum adversus executionem.*

89 *Sed causa revocandi decretum de vendendo est nullitas derivata ex iniquitate sententia revocata.*

AGgredimur ultimum actum judicii, ad quem cæteri diriguntur; nempe executionem facti, & distractionem bonorum Curiæ oblatorum, in quo plura specialia per stylos, & praxim Regni Valentiæ admissa reperies. Sed ut clarius procedamus, nota quod hic non tracto de executione sententiæ, per quam quis condemnatus reperitur ad restitutionem alicujus rei, vel ad relaxandam possessionem ipsius, quia remissive aliqua dixi §. *præced. num.* 12. Neque de executione sententiæ, in qua quis condemnatur ad factum, de quo late disputat Thomas Carleval. *de jud. part.* 2. *tit.* 3. *disput.* 3. *per tot.* Sed de executione facienda pro quantitate liquide debita, sive virtute sententiæ in rem judicatam transactæ, seu exequibilis factæ; sive per instrumentum clausula guarentigia corroboratum; quæ pari jure executioni mandari debent, ut remanet dictum. 1 2

Repulsis igitur rationibus, vel exceptionibus oppositis adversus mandatum executivum modo *in* §. *precedenti* dicto, vel eis non oppositis intra decem dies, ex quo ipsum mandatum transit in judicatum; vel si executio ex conventione partium rigida esse debeat, per pactum incipiendo à captione pignorum prout in debitis fiscalibus fieri solet, de quo Calicius *in Mægarit. fiscal. dub.* 3. *num.* 7. & 28. Sixtin. *de regal. lib.* 1. *cap.* 14. *num.* 165. *cum seqq.* noster Mora *ad for. deput. rubr.* 11. *num.* 37. & *in not. lit. A, & B*, instante actore, Judex mandat quod *accedat Curia* ad domum debitoris, ut pignora judicialiter capiantur: quod à forensibus dici solet *possar la Cort.* Quod regulariter nulla prævia citatione mandari solet; esset namque debitorem citare, eum prævenire ad bona occultanda. Cujus rei solum exceptio adest usu recepta, quando executio dirigitur adversus nobilem vel alium fruentem privilegii militaribus, nam isti comminandi sunt, quod infra biduum præstent fidejussorem depositarium *Capllevador* dicitur, nostro vernaculo idiomate, ut in *for.* 9. *cum aliquib. seq. de secur. præst.* Quod inquam idem est atque fidejussor depositarius, ut ex Sesse, Domino Leo, & Domino Crespi, statim dicam; quod aliquid amplius est ac *fianza de seneamiento*, ut in Regno Castellæ dici solet; cujus privilegii originem & praxim tradunt Dominus Leo *decision.* 64. *numero decimo octavo & decision.* 202. *numero duodecimo*, Sesse *in Anaceph. tract. de inhib. numer.* 67. sed plenius explicat Dominus Crespi *observation.* 13. *ex n.* 7. signanter *num.* 11. 3 4 5

Quæ solemnitas, si omittatur, executionis viam retardat, quousque fieri jubeatur: non secus ac solemnitas urbanitatis assueta in Regno Castellæ cum personis illustribus, nempe Titulo Castellæ, vel Aragonis, condecoratis, & Senatoribus ac Regiæ domus, & Curiæ Præfectis, eorúmque uxoribus, ut mandatum executivum non subscribatur, nisi hæc dicantur: *desele recado de mi parte*, eoque facto, mediante actuario qui fidem de his in actis præstat, Judex tunc mandatum ipsum subscribit. Horum fidejussorum obligatio in criminalibus biennio expirat *for.* 72. *Cur anni* 1585. respectu scilicet personæ: sed respectu bonorum tam tam in civilibus quam criminalibus quinquennio præscribitur, computando à die quo *Capitulevatio, commanda vel emptio Curiæ* executioni deduci potest, ut expresse dicitur *in for.* 130. *Cur. anni* 1626. licet enim antea per 6

triginta

triginta annos hæc durarent *for. 25. de crimin. for. 17. de evict.* in *dict. for. 130.* hæc jura correcta remanserunt.

7 Transmissa curia, apparitor scilicet, & actuarius hæc exequuntur, in domo propriæ habitationis rei debendi, pignora sufficientia ad solutionem debiti cum expensis adnotantur, & extrahuntur, ex pecunia vel bonis mobilibus; quæ subhastari illico jubentur 8 per decem dies *for. 10. de eviction.* & *in nostro tex.* pariter dicitur. Qui enim existimationem in pretio habent, ad vitandam extractionem pignorum, & eorum publicam auctionem, præstant fidejussorem seu *Capitlevatorem*, qui in actis testatur se recepisse in depositum sive commendam, bona sufficientia ad solutionem debiti pro quo fit executio, cum expensis; transactisque decem diebus foralibus subhastationi assignatis, ipse caplevator constituitur in actis emptor Curiæ, eorundem bonorum; & transactis decem diebus ad deponendum pretium assignatis *in for. 13. de evict.* compellitur per districtionem bonorum, & personæ ad tradendum pretium quod dici- 9 tur *tornada de Cort de remata preus for. 15. de evict.* Quæ omnia si extra locum judicii peragenda sunt, litteris solemnibus fieri jubentur. Hanc praxim explicat Dominus Leo *dict. decision. 64. ex numero decimo-octavo*, quæ potius respicit solemnia peragenda per actuarios executores, quam per Judices; quare adnotasse sufficiat. Quando enim reus debendi latitat & domum propriæ habitationis observatam relinquit, Judex mandat eam violenter aperiri, quod satelli- 10 tes executioni deducunt, convocatis duobus ex vicinioribus in testes adnotationis, & extractionis bonorum; & tunc dicitur *vaja la clau de conte.*

Ad hæc omnia exequenda litteræ, & commissiones opportunæ expediri solent, secundum uniuscujusque Curiæ stylum; litteræ namque subsidiales sive requisitoriæ dicuntur, quando extra proprium 11 territorium executio fieri debet; commissiones vero, quando per proprios satellites, in locis remotis à loco judicii, intra territorium, & propriam jurisdictionem, tamen res exequenda venit. Eo animadverso, quod si quantitas pro qua executio prosequitur in Regia Audientia, non excedit summam centum librarum, commissio danda est uno ex Birroariis, non vero Apparitori ut immodicis expensis parcatur, *capite trigesimo tertio, actor. Cur. Brach. Regal. anni 1626.* si enim excedat, Apparitori Regio dari potest, quas commissiones Regens Cancellariam 12 distribuit, sed tenetur præferre Apparitores ordinarios, extraordinariis, ut dicitur *in for. 134. dict. Cur. anni 1626.* Si vero bona mobilia non inveniantur in domo propriæ habitationis rei debendi, nec per eum caputlevator, seu fidejussor offeratur, tunc dicitur in albis Curiam remeasse, vulgo *feu le cort en blanch.* Quod licet non daserviat ad faciliorem debiti exactionem, aliquos effectus producit.

Primus effectus est, quod dum ex foro proce- 13 di nequit ad captionem personæ, nisi in subsidium bonorum & in casibus specialibus cumulatis per Thomam Cerdan *in visitat. Carcer. capite octavo, cum duobus sequentibus*, eo ipso quo per vacuam recursionem Curiæ apparet bona mobilia reperta non 14 fuisse, procedi potest, & debet ad captionem personæ: quia jam in subsidium proceditur, ut ipse Cerdanos tendit, cum ipse rem mirabiliter expediat, ad eum lectorem remittimus, de quo vide notata *sup. c. 11. §. 2. num. 75.* Sed hoc non procedit respectu Nobilium, vel fruentium privilegio militari, quorum personæ in civilibus capi non possunt *ex for. 38. cur. anni 1585.* de quo videndi Fontanella *de pact. nuptial. p. 1. claus. 3. glos. 3. ex num. 11.* & Dñs Crespi. *d. observat. 13. num. 18.* nisi executio prosequatur pro debitis fiscalibus, vel universitatis; quæ in *eod. for. 38.* excepta repetiuntur, ut notat Dominus Crespi *d. observat. 13. numer. 19.*

Secundus effectus est, quod bonis mobilibus non 15 repertis poterit judex transire ad distractionem bonorum immobilium Curiæ offerendorum per ipsum actorem. Quia ut ordo in executione servetur juxta tex. *in l. à divo Pio, §. in vendit. ff. de re judic. for. 12. de dilat.* à mobilibus incipiendum est, demum immobilia offerri debent, ac tandem ad jura & actiones deveniendum est, *for. 12. de evict.* tradunt Dominus Leo *dec. 1. num. 27.* & Dominus Crespi *d. obser. 13. num. 14.* & plura congerens Ioan. Bap. de Thoro *in comp. dec. p. 3. verbo executio facienda*, & Carleval. *de jud. tom. 2. tit. 3.* 16 *disp. 1. ex num. 11.* Sed respectu Nobilium, & cæterorum fruentium privilegio militari, in executionibus civilibus extrahi eis nequeunt vestes propriæ nec suorum familiarium, arma, lectuli, arcæ, & alia contenta *in for. 38. de pignor.* quæ bona privilegiata dicuntur. Sed huic privilegio renunciari valet, ut quotidie renunciatur, quo in casu, solum excepta manent arma, equi, & lectulum *in d. for. 38. anni 1581.* ut docet Dominus Crespi *d. obser. 13. num. 15.* & sic decisum fuit in Regia Audientia sententia publicata per Alreus *die 27. Aprilis* 17 1628. inter Don Hyeronimum Corella, & suos creditores, referente Nobile Don Marcho Antonio Sisternes.

Ex qua dispositione derivatur, quod Doctori nequeant extrahi libri quos habet ad exercitium scientiæ vel facultatis, quam profitetur; quia eadem ratio quæ suadet, militi non auferenda esse arma, vel equi; 18 præstat utique ne libri Doctori auferantur ex doctrina Baldi communiter recepta *in l. Macedoniani, C. ad Senat. Consl. Macedon.* Ut tenent Aviles *in cap. Prætor. c. 1. verb. nillevaran. num. 2.* (etiam si sit in subsidium) Amat. Roder. *de exeq. sent. cap. 5. à num. 6.* Gratian. *discep. forens. c. 50. à num. 26.* Carroz. *de excep. adverss. præjud. sent. excep. 56.* Solum excipi ab aliquibus solet debitum conductionis domus, quia eo privilegio gaudet in bonis ad eam advectis, ut pro pretio debito executio fieri possit in libris, ut dicunt. Petr. Rebuf- 19 fus *ad leg. Gal. tit. de litter. oblig. art. 4. glos. 2. num. 17.* & 18. Pascal. *de virib. potest. p. 4. c. 6. num. 69. vers. & hujusmodi.* Facta igitur reversione curiæ vacuis manibus, jam constat judicialiter non adesse bona mobilia, & sic patens est transitus ad immobilia.

Tertius effectus est, quod deficiente debitore in bo- 20 nis mobilibus si executio fit pro reditibus census; quanquam fors non debeatur ex natura contractus, committitur stipulatio in instrumento venditionis census contenta, nempè se facturum habere licere redditus, & si debitor judicialiter interpellatus quod infra decem faciat habere licere reditus alios sit casus luitionis; 21 elapso termino non solutis redditibus, vel non ostensa justa causa ob quam non teneatur, condemnandus est ad luendum, atque restituendam sortem. Et facta reclamatione, nova executio pro sorte in eum instituitur, ut quotidiana praxis demonstrat. Sed hæc interpellatio personalis esse debet, ut teneat, quia pœnale præceptum includit, & procurator non valet Dominum facere incidere in pœnam tex. *in l. creditor, §. Lucius, ff. mandat.* & *in Clem. non potest de procur.* docent Bartol. *in l. si procurator, num. 7.* & ibi Iason *num. 5. ff de condit. & dem.* Surdus *de alim. tit. 9. qu. 26. num. 112.* Caldas Pereyra *de empt. c. 15. num. 12.* Cancer. *var. l. 2. c. 16. num. 6. cum seq.* August. Barbosa *de claus. usufruct. claus. 35. num. 43.* Ignatius Pereyra *tract. de recis. cap. 11. num. 3.* & ego dixi *sup. c. 7. §. 1. num. 224.* Quo posito; 22 & deficiente citatione personali, gesta nullius effectus sunt tex. *in l. de unoquoque ff. de re jud. for. 7. de exec.*

rei

rei jud. & ſic deciſum fuit in Regia Audientia ſententia publicata per Benavides loco Vincentii Ferrera *die* 5. *Martii* 1665. inter Bernardum Puig, & Vincentium Caſtello, & in hoc Supremo inter Dominam Michaëlam de Oñate, & Petrum Quevedo ſententia
23 publicata per Don Ludovicum Boër *die* 22. *Maii* 1675. Neque executio pro ſorte concedenda eſt, quin dicta condemnatio tranſeat in rem judicatam. Licet enim ſummarie in his procedendum ſit, non tamen exequutive niſi hæc omnia præcedant.

Sed dubitari poſſet an idem obſervandum ſit reſpectu cenſualium vitalitiorum? Affirmative reſpondent Ponte *conſ.* 41. *d.* 1. Molfeſius *Conſ.* 8. Tapia *dec.* 25.
24 Riccius *in pr. for. Eccl. p.* 3. *reſ.* 92. *in fin.* qui deciſionem Senatus Neapolitani adducit. Negativam tuentur Rov. *ad pragm.* 2. *de cenſib. n.* 4. Don Mar. *quot. reſ. l.* 1. *c.* 306. *ex num.* 3. Praxis Valentini Senatus primam opinionem ſequitur, deductam ex *d. for.* 63. *de jur. emphyt.* ibi: *item que no es Carreguen: Violaris ab algun pacte inſigne, e deshoneſt; e ſignanter ab pacto, qui ſi noy ferma tal perſona, o altre conſenblant pacte, que ſia, o fos cas, o*
25 *loch de luiſio.* Quaſi ex hac exceptione inducatur regula in contrarium, ita ut ſolum prohibeatur luiſio deducta in pactum, non vero quæ reſultat ex commiſſione ſtipulationis, *faciendi valere & tenere* redditus. Sed ratio adducta per Marinis, nempe cenſum vitalitium non juſtificari niſi pretium amiſſum in æternum cenſeatur, fortiſſima eſt, quam pluribus utriuſque ſcholæ, Theologiæ ſcilicet, & juris Pontificii, auctoritatibus comprobat, Ciriacus *controverſ. l.* 1. *controv.*
26 1. *per tot.* ſignanter *n.* 4. & 10. quibus adde ex noſtratibus P. Salon *d tract. de cenſib. art.* 5. *contr.* 2. *verſ. ex his patet*, & Trullench. *lib.* 7. *decal. c.* 21. *dub.* 6. *num.* 4. Saltim, ſi redditus computentur minori prætio quam cenſus perpetui. Si enim ad ſubſiſtentiam vitalitii ſupponimus neceſſariam amiſſionem ſortis, nulla debet remanere ſpes recuperandi illam, etiamſi per indirectum fiat: Sed jam parum aut nihil hi contractus in commertiorum uſus ſunt, poſtquam invaluit abuſus cambiorum.

Quartus effectus eſt, quod ex deficientia bonorum
27 mobilium, inferatur virum illam ad inopiam tendere, & ſic demiſſa curia vacuis manibus, venit caſus reſtitutionis dotis conſtante matrimonio, & extrahendi eum ab inſaculatione officiorum Civitatis, juxta *c.* 8. *ſecund. inſac.* de quo egi ſup *c.* 4. §. 8. *num.* 8. & 9. ſed hæc hujus inſpectionis non ſunt.

Reperto debitore non ſolvendo, ex defectu mo-
28 bilium, tunc creditori conceſſa eſt facultas offerendi Curiæ, bona immobilia ſufficientia ad ſolutionem debiti, & expenſarum ut diſtrahantur. Docet Ant. Matheus *de auct. lib.* 1. *cap.* 12. *num.* 7. Licet enim *in for.* 6. *de quart. & pœn. Cur.* debitori permittatur offerre bona immobilia, ut diſtrahantur, & creditori, fiat ſaris; hoc debet eſſe ante terminum condemnationis, & retroclamum, ut ibi dicitur; non vero incœpta
29 jam executione, imo pluries rejicere vidi oblationes immobilium, factas per debitores, contradicente creditore, & eas præpoſteras, atque calumnioſas allegante. Oblatis ergo bonis Curiæ illicò adnotari in libro ad hoc inſtituto & licitari jubentur, per triginta dies forales, ut *in d. for.* 10. *& in noſtro tex.* dicitur: quæ licitatio non ſolum in loco judicii, verum in loco ubi bona ſita ſunt fieri debet ut in eis dicitur, & notant
30 Gregor. Lopez *in l.* 33. *tit.* 26. *art.* 2. *gloſ.* 2. Avendan. *de exeq. mandat. p.* 1. *c.* 6. *num.* 21. & *in diction. verb. Almoneda.* Bolaños *in Cur. Philip. p.* 2. §. 22. *numer.* 4. Ut majori pretio diſtrahi poſſit *d. for.* 10. *de evict. for.* 101. *de lend. hoſtal. & curſorib.* Hæc enim ſubhaſtatio in uſu judiciorum admiſſa eſt, ad vi-
31 tandas fraudes exequentium diſtractiones, ut docent Gratian. *diſcept. forenſ. c.* 479. *n.* 21. & *c.* 811. *num.* 12. Fenſonius *ad ſtat. urb. Rom. c.* 94. *n.* 69. *cum ſeqq.* Mang. *de ſubhaſt. q.* 25. *numer.* 15. *qu.* 27. *num.* 12. *qu.* 59. *num.* 10. *qu.* 74. *num.* 7. & *qu.* 156. *num.* 9. Poſthius *de ſubhaſt. inſpect.* 111. *num.* 57. late Ant. Math. *de auction. d. lib.* 1. *cap.* 2. *per tot.* Berlich. *practicab. lib.* 1. *concluſ.* 81. *num.* 153. Amaya *in l.* 4. *de fid. inſtr. & jur. haſt. fiſ. lib.* 10. *ex num.* 2. Qui plura de ſolemnitatibus requiſitis tradunt.

Ultra hos triginta dies forales, ex inveterato Cutia- 32
rum Regni Valentiæ ſtylo, prorogatur ſubhaſtatio formiter, per alios decem dies, magis ex gratia quam de jure. Sed adeo uſus hujus prorogationis invaluit, quod vim legis, & fori jam obtinet, ut notat Dominus Leo *in reſp. jur. poſt deciſ.* 173. *num.* 75. Quorum aliquo deficiente, quicquid agitur, nullum eſt; tum quia ſi contra diſpoſita in foris fiat, hoc vitio laborat, 33
quia quicquid contra forum eſt, nullitatem inducit, ut dixit Molinus *in repertor. verb. fori, pag.* 155. Bardaxi pariter *in for. unic. quod extran. à Regno, numer.* 4. & poſt eos Seſſe *de inhibit. cap.* 11. *numer.* 9. Tum quia in his hæc forma data eſt jam ex foro, jam ex uſu curia- 34
rum, quæ ad unguem, & ſpecifice obſervari debet per tex. *in l. cum contra C. ſi vendit. pignor.* ubi Gloſ. *verb. poſſeſſorem* Bartol. Baldus, & alii congeſti per Bellugam *in ſpecul. Princ. rubr.* 41. §. *leges Regni, num.* 43. *in fin.* Covarr. & alii congeſti per Dominum Leo *deciſ.* 108. *numer.* 4. *& in d. reſponſ. jur. numer.* 71. *cum ſeqq.* Et 35
adhuc ſi bona Curiæ oblata pretioſiſſima ſint, ut puta caſtra, oppida, villæ, & ſimilia, cum juriſdictione, mero, ac mixto imperio, vel cum dignitate annexa, non ſolum ſubhaſtanda ſunt in locis ſitus, & judicii, ut *in d. for.* 10. dicitur, ſed in cæteris civitatibus, & villis inſignioribus totius Regni, verum in civitatibus proximioribus Provinciarum confinantium, ut teſtatur Dominus Leo *d. reſp. jur. num.* 121. ut debitum pretium reperiatur, & quanto pretioſiora ſunt, majori cum ſolemnitate alienentur. Sed ad id non eſt ſtatum per foros tempus, quare in arbitrio judicis remanebit, pro ut de jure late & pulchrè Berlich. *d. conc.* 81. *n.* 161.

Quando ad ſubhaſtationem bonorum immobilium per- 36
venitur, frequentiſſimum eſt quod tertius ſe opponat, alienationem eorum impedire conando; ſed ſi ſolum jus credititicium deducat, regula eſt, quod executionem neque impediat neque ſuſpendat, neque aliter audiatur, niſi inquantum ſe admittendum, & præferendum in diſtributione pretii deducat; tex. *in l. à divo Pio, §. ſi rerum* ubi Doctores *ff. de re judic.* Docent Mieres Peguera, Olibanus, Cancerius, Fontanella, & alii plures congeſti per Salgadum *in labyrint. p.* 1. *cap.* 11. *per tot.* 37
plura ad rem collexit Berlich. *d. p.* 1. *concluſ.* 64. & 65. in terminis Giurb. *deciſ.* 61. *per tot.* Dominus Leo *dec.* 54. *num.* 8. & 21. & ſic deciſum fuit in Regia Audientia ſententia publicata per Daza, *die* 4. *Martii* 1628. inter Patrem Sebaſtianum Velazquez, & Honoratum Valero, referente Nobile D. Don Andrea Sanz, & alia ſententia publicata per Caſes *die* 11. *Ianu. ejuſdem anni.* inter Don Othgerium Cathala, & Marcum Antonium Gamir militem referente Nob. Don Gaſpare Tarraga. Hæc enim ſententia in terminis executionis eſt, altera in terminis judicii condemnativi. Si autem jus dominii 38
deducatur, & de proprietate rei Curiæ oblatæ agendum ſit, executio ſuſpendi debet, ipſum tertium ſummatim audiendo. *d. l. à divo Pio, §. ſi verum*, ubi Doctor. *ff. de re judic. For. unic. §. item ſi ſuper aliquo &, §. ſi autem in extravag. proviſ. ſuper oppoſ. contract. fol.* 18. Idem dicitur in precibus *for.* 65. *de jur. emphyt.* quæ narrativa licet forus revocatus ſit per *for.* 62. *cur. anni.* 1547. confirmat concluſionem, quæ adhuc ex ipſa revocatione firmatur. Idem de jure Canonico procedit tex. *in c. veniens*, ubi Doctores *de teſtibus* docent Covar. *practicar. c.* 16. *ex num.* 1. Cancer. *variar. libr.* 206. *c.* 16. *n.* 62. pluribus Giurba *dec.* 64. *ex n.* 1. Poſthius *de ſubh. inſpect.*

inſpect. 18. *n.* 47. ex noſtratibus Dominus Leo *dec.* 116. *n.* 8. *& 27. cum ſeq. & dec.* 192. *n.* 15. Lata meſſis pateret, ſi affectaremus paginas implere, cum tertii oppoſitoris materia fœcunda nimis ſit; ſed ſufficiat attigiſſe ea quæ neceſſario conducunt ad id de quo agimus.

39 Obſervatur etiam tanquam forma ſubſtantialis, ipſius diſtractionis pignoris, quod ipſum per peritos taxetur, quæ obſervantia deſumpta fuit à jure communi per tex. *in l. non intelligitur. §. divi fratres, ff. de jur fiſci* ibi: *Et juſta pretia non ex præteritu evictione, ſed ex præſenti æſtimatione conſtituit. & in l. Orphanotrophos* 32. *C. de Epiſc. & Clerico* ibi: *ſi quas earundem rerum propter fœnus forſitan, vel aliam urgentem cauſam, vel eo quod ſervari non poſſint, alienandas eſſe perſpexerint, prius habita æſtimatione liceat eis alienationis inire contractum.*

40 Bonus ad rem textus *in l. ſi quos, C. de reſcind. vendit.* ibi *ſi quos debitorum mole depreſſos, neceſſitas publicæ annonæ adſtringat, proprias diſtrahere facultates, rei qualitas, & tempus quantitas, æſtimetur, ne ſub nomine ſubſiſtentionis publicæ locus fraudibus relinquatur, ut poſſeſſionibus viliori pretio diſtractis plus exactor ex gratia, quam debitor ex pretio conſequatur*: docent Bart. *in d. l. non intelligitur, §. divi fratres, num.* 2. Rebuffus *ad leg. Gabr. tract. de præcon. art.* 1. *glo.* 2. Vincent. de Franchis *deciſ.* 54. *num.* 6. *&* 7. Ant. Gomez *to.* 2. *var. c.* 9. *num. fin. verſ. quarto infero*, vbi Ayllon, Paulus de Caſtro *in l. ſi quos, num.* 2. *C. de reſcin. vendit.* Afflictis *dec.* 358. Aſin. *de exitur.* §. 4. *c.* 82. *num.* 3. Rolandus *conſ.* 32. *n.* 33. *l.* 1. Flores de Mena *in ad dit. ad Gamam dec.* 40. Surdus *conſ.* 39. *per tot* Berlich. plura colligens *d. concluſ.* 81. *ex num.* 1. Poſthius *de ſubhaſt. inſpect.* 24. *num.* 115. *per plur. ſeqq.* Amaya *in d. l.* 4. *n.* 9. Dominus Lebrun. *reſp. cur. an.* 92. *vſq; ad n.* 103. vbi Deciſiones tam Regiæ Audientiæ, quam hujus Supremi adducit.

41 Et licet in foris non ſit expreſſa neceſſitas æſtimandi bona Curiæ oblata, dum *in d. for.* 12. *de evictionibus* dicitur quod non veneant cumulatim, ſed diſtinctim, ita ut de pretio uniuſcujuſque appareat, ſuperaddita ea ratione ibi *per manera que juſt pren ſe poixatrobar*: ut hoc obtineri poſſit, in neceſſarium antecedens requirit taxationem, & ſic ex antiquiſſimo ſtylo obſervatur ut aſſerit Dominus Leo *in eod. reſp. jur. num.* 85. & ego atteſtor, ita ut jam iſta obſervantia vim legis, & fori obtineat, per tex. *in l. minima, ff. de legib.* docent

42 Bellnga *d. rub.* 41. §. *leges Regni, numer.* 44. Covarr. *variar l.* 2. *cap.* 11. *num.* 3. cum aliis congeſtis per Dominum Creſpi *obſerv.* 10. *numer.* 46. ut alibi dixi. Cujus taxationis uſus adhibetur inſtante actore, poſtquam res venalis ſubhaſtata fuit per triginta dies forales; antequam prorogatio decem dierum ex gratia decernatur; licet non credam neceſſarium eſſe quod eo tunc fiat. Et utilitas in plurimis ex ea reſultat præter præcipuam ſtatuendi juſtum earum rerum pretium, quæ ſubhaſtationi exponuntur.

43 Primum eſt; quia ex antiquiſſimo Curiarum ſtylo, ſi licitator extraneus non reperiatur, creditori per Judicem permittitur, quod rem emere licitando poſſit; ita ut minime admittatur niſi offerens aliquid amplius quam important duæ partes, ex tribus pretii taxati, de qua praxi teſtatur Dominus Leo *deciſ.* 25. *num.* 3. non facta igitur taxatione, nequit apparere an plus, quam duæ illæ partes important, præſtet; nam ſi in aliquo deficiat diſtractio Judicialis nullius momenti eſt, ut fuit

44 deciſum in Regia Audientia referente nobile Don Coſma Fenoliet decreto de vendendo publicato per Caſes *die* 5. *Martii anni* 1627. inter Antonium Roca, & Joannem Monteſinos Oriolenſes; erat namque facta venditio bonorum per Judicem ordinarium illius Civitatis pro minori pretio quam importabant duæ ex tribus partibus & aliquid amplius: ſed actor id cognoſcens, in judicio appellationis obtulit duas partes, & aliquid amplius pretii, & ſic admiſſus, habita pro nulla venditione Curiæ judicis à quo de novo facta fuit in Regia Audientia. Sic etiam deciſum fuit ſub meo examine *anno* 1653. inter Vincentium Corts Notarium, & quendam incolam Villænovæ Caſtilionis, nam venditio judicialis facta per judicem ordinarium dictæ Villæ, tanquam nulla revocata fuit, ob ſimilem defectum in pretio. 45

Demum ſi licitator offerat totam æſtimationem, & venditio facta reperiatur pro minori pretio, pariter annullatur, quia non fuit facta pro majori pretio oblato, tex. *in auth. hoc jus porrectum, C. de ſacroſ. Eccleſ. l. penes* 4. *C. de vectigal.* cum aliis congeſtis per Amayam *in d. l.* 4. *num.* 2. *cum ſeqq.* ut me referente dicto *anno* 1653. annullatum fuit decretum de vendendo obtentum per Balthaſarem Maſcaro, contra Don Franciſcum Ludovicum Roca, Equeſtris Ordinis Divi Jacobi, quo vendebatur domus principalis, quam poſſidebat in vico *del governador vell.* pro duabus partibus, & aliquid amplius æſtimationis; ſed in actis repertum fuit inſtrumentum per ipſum Maſcaro conceſſum, in quo totum pretium æſtimationis offerebatur; erat exaratum manu ipſius actuarii, qui erat probatiſſimæ fidei, quod ſi deficeret aliud ſuſpicaretur, ſed in Nicolaum Simo omnis ſuſpicio aberat, quare decretum revocatum fuit. Hæc omnia deficiente æſtimatione conſequi non poterant.

Neque iniqua cenſenda eſt hæc diminutio pretii, 46
quia ad eam non pervenitur niſi ſolum in ſubſidium ex defectu majoris licitatoris; & tunc compenſatur cum facultate reluendi pignus in auctione venditum, pro eodem pretio, intra terminum per Judicem in ipſo decreto aſſignatum, quod pretio æſtimabile eſt, adeò quod Ant. Mathæus *d. lib.* 1. *c.* 12. *num.* 23. cum Aufredo, Rebuffo, & aliis, auſus fuit dicere non poſſe per Judicem concedi. Verum in Regno Valentiæ uſu re- 47
ceptiſſimum eſt ut teſtatur Dominus Leo *deciſ.* 172. *num.* 11. ubi jura & auctoritates, quibus hæc praxis nititur, cumulat, de quo vide Berlich. *d. concluſ.* 81. *num.* 191. *cum ſeqq.* Regulariter ex diminutione dictæ tertiæ partis, vel circiter, concedi ſolet tempus quatuor annorum ad reluendum ſive recuperandum pignus pro eodem pretio, quod vernacula lingua noſtra dicitur *Carta de gracia*, cujus uſus adeo placuit, ut in 48
pluribus contractibus ex conventione partium apponatur. Si enim ex defectu aliorum bonorum res ingentis pretii venalis Curiæ offeratur, non reperto licitatore extraneo, & admiſſo ipſo creditore, qui nihil præter debitum cum expenſis offerre paratus ſit, tunc tempus licitationis prorogatur, bis, iterumque, ad arbitrium Judicis, debitorem comminando quod majorem licitatorem quærat, aliàs pignus venundabitur pro pretio oblato; quæ ſi non præſtiterit intra tempus in comminationibus aſſignatum, diſtrahitur pro eo pretio; & tunc tempus ad reluendum pignus pro eodem pretio, ſive *Carta de gracia* elongatur ad plures annos ſecundum arbitrium judicantis, & diminutionem pretii; habita proportione ad prædicta; quod aliquando obſervatum fuiſſe in Regia Audientia audivi, ab integerrimo, & doctiſſimo Senatore, Joanne Baptiſta Polo; ſed rarò hæc eveniunt, ſolum præ manibus habui cauſam executionis inſtitutæ per Domnam Mariam Poil, pro reditibus cujuſdam cenſus ſummam capientibus trium mille librarum 49
contra Nobilem Don Hieronymum Zanoguera, Equeſtris Ordinis Divi Jacobi, ac Magiſtrum Rationum Regiæ Curiæ. Fuit enim Curiæ oblata Domus principalis, quam reus debendi poſſidebat in platea horreæ publicæ, *ſive del Almodi*, quæ quidem taxata fuerat pretio ſeptem mille librarum; offerebatur per actricem pretium trium mille librarum in ſolutum ſui crediti; ſed pendente ſecunda prorogatione ſubhaſtationis cum dicta comminatione, res

tranſactione

transactione partium sopita fuit : verum oblatio pretii admissa reperitur per Regiam Audientiam modo prædicto, & concessæ fuerunt duæ prorogationes cum dicta comminatione.

50 Secundum ad quod taxatio deservit, est quod licet verum sit, eum qui aliquid percipit ex pretio rei distractæ per Curiam, censeatur consensum præbuisse alienationi, ac remisisse jura hypothecæ, vel alia quæcumque ad se spectantia, in tali re per tex. *in l. fi. debitor. 41. §. 1. ff. quibus mod. pign. vel hyp. sol. l. liberis, §. 1. ff. de liberal. caus. l. si filius 30. ff. de minor. l. si probaveris. l. cum te, C. de remiss. pignor.* de jure nostro *for. 4. de rebus non alienan.* tradunt Tiraquel. *de retract. §. 1. glossa nona, numer. 237.* Surdus *decisione 163. numer. 3.* Mantica *de tacit. & ambig. convent. libr. 11. titul. 31. numer. 36. cum sequentibus* Gratianus *disceptatione forensi capit. 38 numer. 19. & capit. 281. à numer. 5.* ex nostratibus Dominus Leo *decisione 167.*

51 *per totam.* qui alios congerit, & sic decisum fuit in Regia Audientia, sententia publicata per Don Joannem Daza *die 16. Junii 1603.* in causa Don Gasparis de Mompalau, cum Domna Esperantia Catala. Tamen sæpius ratione enormissimæ læsionis, implorata restitutione, emptor Curiæ pulsatur ; quia ex hac læsione distractio judicialis annullatur ex textu, *in l. 2. C. de rescindenda venditione, l. si quos, C. eod.* Glos. *ibid.* & Doctor. de jure nostro *foro 2. eodem titulo* docent Romanus *in l. si quis cum aliter, ff. de verborum obligatione, numer. 8.* ubi etiam Alexander *numer. 16.* Abbas *in c. cum causa, numer. 6. de emptione, & venditione*, Dueñas *regul. 187. numer. 10.* Anton. Gomez *lib. 2. variar. capit. 2. numer. 23.* ubi Ayllon. Pinellus *in l. 2. part. 2. cap. 2. numer. 25. cum seqq. C. de bon. mater.* ubi Padilla *numer. 30.* Trentacinquius *variar. resol. 1. numer. 4.* Matiensus *in l. 1. glos. 9. titul. 11. libro 5. recopil.* Azeved. *in eod. l. 1. num. 31.* Manchaca *contr. illust. libr. 3. capit. 61. numer. 1.* Cevallos *Com. contr. com. quæst. 536. numer. 2. & 3.* Cancer *variar. libro 1. cap. 13. num. 26.* Morla *in empor. tit. 9. quæst. 23. per totam*, Gratian. *discept. forens. cap. 7. numer. 10. & cap. 96. num. 30.* Ant. Fab. *in C. lib. 4. tit. 30. defin. 25.* Petrus Surdus *cons. 39. numer. 4.* Mastrill. *decis. 33. numer. 2.* Parlador. *libr. 2. rer. quotidianar. capit. fin. part. 5. §. 1. 6. numer. decimo*, Hermosilla *in libr. 53. tit. 5. p. 5.*

52 *gloss. quarta, numer. 13.* Salgadus *in labor. creditor. part. 3. cap. 10. numer. 4. & 5.* Berlich. *d. conclus. 81. num. 201.* Postius *de subhast. inspect. 49. numer. 77. & inspect. 61. num. 39.* Paulus Darau. *decis. 37. numer. 14.* pluribus Amaya. *in d. l. 4. numer. 57. cum sequentibus*, & sic decisum antiquitus fuisse in Regia Audientia adnotatum reperio in apostilis manuscriptis ad foros, in causa Beatricis Magne & Hæredum Augustini Parent.

Sed ut clarius materia ista absolvatur distinguendum esse credo, inter creditores habentes jus hypothecæ, & proprietarium habentem Dominium in re

53 de qua agitur. Creditores enim aliquid participando de pretio rei judicialiter distractæ, in totum discedere videntur à juribus hypothecæ sibi spectantis in tali re ; qui læsionem enormissimam probare non valent dato consensu ad alienationem *for. 34. de testament. for. 11. in fin. de evictio.* docet Dominus Leo *d. decis. 167. n. 11. cum seqq.* nec jura prioritatis, vel potioritatis, allegare valebunt. Nam licet de jure nostro procedat regula juris communis *qui prior est tempore potior est jure for. 18. & 23. de pignor.* cum de pretio immobilium tractatur, in Civitate Valentiæ, & tota gubernatione ipsius, hæc regula non procedit nisi facta discussione bonorum debitoris ; ea namque non facta, ex inveterato stylo Curiarum, pretium distribuendum est inter creditores ante decretum de vendendo legitimè oppositos per æs, & libram, sive ut dicere solemus *per sou, y per*

livra, de qua praxi testantur Dns Leo *d. dec. 162. n. 12.* & Dns Crespi *obs. 58. n. 6.* Quæ limitatur casu quo 54
etiam non discussis formiter bonis, debitor notoriè solvendo non est, ut docent Bartol. *in l. fin. ff. si cert. petat. & in l. decem, ff. de verb. obligat.* Afflict. *decis. 318. num. 3.* Valenz. *consil. 19. num. 33.* Bellamera *decis. 91. num. 19.* Mantica *de tacit. & ambig. convent. lib. 17. num. 20. tom. 2.* Negus. *de pignor. part. 8. princip. memb. 1. n. 12.* Carroz. *de excuss. bon. p. 2. q. 35. per tot.* & sic sæpe decisum fuit in Regia Audientia ut sententia publicata per Alreus *die 15. Junii 1618.* inter Elisabetham Sanchis, & Franciscum Ciurat, referente Nob. Don Gaspare Tarraga sententia publicata per Daza *die 13. Octobris 1622.* inter Don Georgium Maradas, & creditores Hieronymi Pasqual. referente Domino Don Melchiore Sisternes, & alia sententia publicata per Alreus *die 9. Februarii anni 1623.* referente Mag. Ludovico Ariño, inter creditores Don Christophori Colon, & sic in pluribus aliis. Si 55
enim creditor participat pretium secundum hanc observantiam læsionem probare nequit, nam quia jus constituit ; ut dixi *sup. num. 42.* tum quia in distributione conqueri potest de errore calculi, non verò emptorem Curiæ molestare. Si facta excussione, & graduatione multo minùs quia ei acquiescit pretium participando. At verò Dominus rei, facta taxatione legitima rei venditæ, & distractione judiciali modò quo dixi licèat habeat jus ad revocationem ex enormissima læsione, eam probare nequibit ; quia per taxationem omnis ansa calumniandi præcluditur, licet in aliquo casu probari valeat ut notat Amaya *ubi proxime.*

Tertium ad quod æstimatio rei distrahendæ deser- 56
vit, quod dum ex dispositione *d. for. 2.* distractio specificè, non cumulativè facienda sit ut probat Dominus Leo *d. decis. 25.* facta taxatione specifica bonorum, detegitur justificatio ; vel nequitia distractionis facta comprobatione pretii, cum ipsa taxatione, ut evenit in casu ejusdem decisionis, & in specie à me relata *sup. num. 45.* ut sic faciliter remedium adhibeatur.

Quartum est, quia casu quo in subsidium non in- 57
veniendi majorem licitatorem, res distrahenda venit pro minori pretio quam taxato, præcedentibus requisitis superius memoratis, judex potest arbitrari tempus concedendum ad reluitionem pignoris pro eodem pretio, ita ut æqualitas in recompensatione servetur.

Quintum est, quod dum executionem facere ju- 58
dex teneatur cum minori damno debitoris juxta tex. *in d. l. à Divo Pio, §. sed & illud, ff. de re judic.* ut docent Glos. *in l. quandiu, C. de distract. pignor.* Belluga *d. rub. 41. §. Leges Regni, num. 43.* Dominus Leo *in d. jur. responsi. n. 120.* aliis relatis Berlich. *d. conclus. 81. numer. 44. & 62.* quod de jure nostro expressum est *in for. fin. de dilation.* ibi *sens altre per juy del contrari.* Ex quo profluit quod incipiendum sit à mobilibus, eisque deficientibus ad immobilia transeundum sit ac tandem ad jura & actiones deveniatur, juxta text. *in d. l. à Divo Pio, §. in venditione* ut superius dictum est, si executio contra minorem viginti quinque an- 59
nis, vel pupillum instituatur, Judex tenetur inquirere, an minor vel pupillus in mobilibus, fructibus, vel redditibus decursis bona habeat, ne ad distractionem immobilium deveniatur tex. *in l. magis puto, §. non passim 9. ff. de reb. eorum.* docent Colerus *de proces. execut. part. 3. c. 9. n. 31.* Simoncel. *de decret. tit. 1. numer. 27.* Fusar. *de substit. quæst. 542. ex num. 1.* Montan. *de tutel. c. 33. n. 19.* Surdus *cons. 115. n. 55.* Mastril. *decis. 121. n. 1.* Molin. *de Hispan. Primog. lib. 4. c. 7. n. 1.* ubi Addent. *vers. eodem.* Thomas Carleval. *de jud. p. 2. tit. 3. disp. 1. n. 8.* Et in omni executione, pro modico

debito,

debito, res pretiosa distrahenda non est; sed ex fructibus, vel redditibus creditor solutus demittendus est, juxta doctrinam Gloss. *in d. l. quandiu 6. C. de distract. ignor.* quam sequuntur Molina *de hisp. primog. lib. 1. p. 10. num. 4. & lib. 4. c. 7. ex n. 1.* ubi Addent. pluribus Giurb. *dec. 20. per tot. & obser. 26.* Berlich. *d. conclus. 81. n. 109.* conducunt tradita per Dominum Leo *dec. 184. n. 15. & 16.* Ad arbitrandum igitur discrimen inter debitum, & valorem rei oblatæ, & discernendum an sit locus distrahendi pignus, vel ad judicandi fructus, aut assignandi redditus super eadem re; taxatio illa deservit, & sine illa difficillimum esset arbitrium exercere.

61 Sextum est, quod si in solutum crediti rem Curiæ in pignus judiciale oblatam, creditor recipere voluerit, ea inestimatè recepta, licet minoris pretii sit, quam debitum, non potest aliquid amplius petere per tex. *in d. l. à Divo Pio. § si pignora vers. non poss. ff. de re judicat.* ubi Bart. Jass. & Alexan. Moz. Coler. Practica, Papiensis, Baldus, Castrensis, & alii congesti per Berlich *à cons. 81. n. 119.* & per Carleval. *d. disp. 1. n.*

62 23. At si æstimatio præcedat, tunc tantumdem in solutum recepisse videtur, & pro reliquatu executionem prosequi poterit Berlich. *d. conc. 81. n. 118.* Carleval. *d. n. 13.* imo re æstimata, & licitatore non reperto, si creditor licitare nolit, cogi potest per Iudicem, quod ipsam rem insolutum accipiat, per tex. *in aut. hoc nisi*

63 *C. de solution.* tradunt aliis relatis Carleval. *d. num. 13.* & Berlich. *ead. concl. 81. n. 144.* Quod in praxi Valentiæ rarò, aut nunquam visum fuit, quia omnes creditores, licitatores fiunt quoties extraneus licitator non reperitur, inducti forsan ex lucro consequendi pignora judicialia, cum diminutione 3. partis veræ æstimationis.

64 Et quamquam in aliquibus Regnis, bona Curiæ oblata: adjudicari creditori solent jure pignoris, hypothecæ pro debito; de quo latè Carleval. *d. disp. 1. numer. 18.* & Berlich *d. conc. 81. ex. nu. 132.* quod in usu judiciorum Castellæ frequentissimum est, tamen ingens seminarium litium continet, nam fructus rei sic possessæ imputantur in sortem, ut omnes Doctores tradunt, & de jure nostro probat *for. 28 de pignor.* & in computandis fructibus molestissimas controversias gigni expertus fui, hac de causa opinor quod in nostro Regno in usu admissum non est, licet si debitor solum possideat bona fidecommisso subjecta utilis est hæc adjudicatio, quæ saltim tenet vita possessoris durante, ut considerat Carleval. *d. num. 18.*

65 Septimum est, quod subhastatio introducta est ut majus pretium offerenti res venundetur ut ex Berlic. *d. concl. 81. n. 166.* Post. *de inspect. 49. per tot.* Ant. Mat. *d. c. 10.* Domino Leo *dec. 108. n. 14.* & Amaya *in. d. l. 4. ex n. 2.* resultat; si pro minori pretio quam oblato venundata sit, illico deregitur fraus vel error, ut læso subveniri possit, sicut ex dictis patet.

66 Facta igitur subhastatione, & auctionibus, de quibus constat vel constare debet, in actis per relationem cursoris, sive Preconis Curiæ, cujus relatio probat ex his quæ notavi *sup. cap. 11. §. 2. n. 68. cum seqq.* tam respectu triginta dierum foralium, quam decem ex gratia concessorum, & taxatione valoris per peritos dies ultimæ addictionis assignatur, & citatis his quorum interest, in loco judicii, accensa candela, iterum subhastantur bona oblata, & candela extin-

67 cta, plus danti hasta fiscalis traditur in signum veræ venditionis; quam Iudex celebrat solemniter emptori jubendo quod infra decem pretium deponat juxta forum; & ratio est, quia Curia non potest habere fidem de pretio per *tex. in d. l. à Divo Pio, §. sed si emptor ff. de re judic. for. 15. de evictio.* docent Arentin. *in d. §. sed si emptor, n. 4.* Balduin. *de pignor. c. 18. col. 7.* Rebuf. *tract. de precon. licit. & subhast. art. 5. glos. 1. n. 18.*

68 Asin. *de exec. §. 4. c. 136. n. 8. & §. 6. c. 27. n. 1. & cap. 31. n. 47.* Iodochius *de subhast. c. 5. n. 3.* Papon. *lib. 18. tit. 6. arrest. 15.* Carpan. *ad statut. Mediol. lib. 1. cap. 248. n. 14.* Ant. Faber *in C. l. 8. tit. 16. defin. 32. n. 3. in not.* Gratian. *discep. forens. c. 6. n. 4. & 6. & c. 321. n. 4.* Nov. *ad leg. si tempora, nu. 20. C. de fide instr. & jur. hast. fisc. l. 10.* Mang. *de evic. q. 45. n. 18. & q. 61. n. 7. & 115. n. 1. & q. 117. n. 3. & q. 180. n. 3. & q. 185. in princ.* Posth. *de subhast. inspect. 37. n. 1. & 11* Berlich. *d. concl. 81. n. 180. cum seqq.* Fontanella *de pact. claus. 7. glos. 3. p. 6. num. 20.* pluribus Amaya *in d. l. 4. C. de fid. instr. & jur. hast. fisc.* 69 *num. 10.* vbi plura de istis solemnitatibus reperies, Salgado *in labor. credit p. 3. c. 2. ex n. 2.* & nota necessitatem deponendi pretium, nam *in d. for. 15. de evict.* dicitur *Aquell qui compraua alguna cosa de la cort, sia tengut de posar dins deu dies que sa compra haura feta, lopreu de la cosa comprada*, dictio namque *sia tengut*, id est *teneatur* inducit formam specifice adimplendam, ut ex Tiraquello Beroio, & Augustino Barbosa dixi 70 *sup. c. 3. §. 3. n. 17.* qua non impleta actus corruit, ut tenent Novar. & Mangil. *ubi prox.* Giurb. *decis. 53. numer. 1.* Gregor. *15. decis. 23. num. 2.* Rota *apud Pironen. decis. 98. num 2.* Post. *d. inspect. 37. num. 21.* Salgad. *d. c. 2.* 71 *num. 2.* Curia namque non potest habere fidem de pretio, ut ex *d. l. à divo Pio, §. sed si emptor. vers. oportet* ubi Doctores probat Dominus Leo *in d. respons. jur. num. 165. cum seqq.* ita ut si in obolo depositum diminutum reperiatur, nihil actum sit *ut num 166.* cum *seqq.* clarè ostendit.

Quod adeò verum est, ut nec pretium solutum di- 72 catur si ex eo vendatur censuale, quia jam est habere fidem de pretio docent Covarru. *var. lib. 3. c. 11. n. 15.* Alex. Ludov. *dec. 113. n. 8* Salg. *in labor. d. c. 2. n. 5. 6. & seqq.* Et licet aliqui limitent hanc conclusionem, casu quæ interveniat consensus ejus qui pretium exigere debet; hoc solum procedit, si tempore licitationis pretium sub hac conditione offeratur, non autem si post ultimam addictionem fieri vellet, ut explicant idem Salgado *d. p. 3. c. 10. n. 12.* & Post. *d. inspect. 37. num. 94.* 73 & ratio est, quia in auctione apponere licet conditiones re integra, id est in initio: non verò postea, Mangil. *de subhast. q. 79. per tot.* Ant Matth. *de auct. li. 2. c. 2. n. 22* quod ideò inductum est, ut judex possit discernere, inspectis conditionibus, an auctio admittenda sit, necne.

Diximus supra, creditorem non admitti ad licitan- 74 dum per tex. *in l. 2. C. si in caus. judic.* ut ex Bart. Baldo, Paulo, Zacio, Cumano, Neguz Meire probat Carlev. *d. tit. 3. disp 1. n. 7* Quod dubitatione non caret, nam imò creditorem præferendum cæteris licitatoribus infertur ex tex. *in l. 1. ff. de privil. creditor.* quidam tenuerunt, nempe Brunus, Asinius, Parladorus, Maranta, Faber, & Franchis ut tradit ipse Carleval. *ibidem.* & aliis relatis Berlich. *d. conclus. 81. num. 164.* Antonius Matth. *de auct. d. c. 10. ex n. 13.* Salg. *in labor. p. 2. c. 2. ex* 75 *n. 14.* Et quod magis est, etiam si creditor supposito nomine vel per suppositam personam pignus judiciale emerit, tutus est dummodo dolus absit, vel circumventio, ita Caldas Pereyra, Scaccia, Surdus, Parladorus, Hermosilla, Franchis, Carrozius, Valenzuela, Seraphinus, Amatis, & alii congesti per Salg. *in labor. p. 1. c. 16. n. 16. cum seqq.* Berlich. *d. concl. 81. n. 165. & 185. cum seqq.* Ant. Matth. *d. c. 10. num. 12. cum seqq.*

Sed hoc procedere debet, dum creditor tanquam ex- 76 traneus licitator ad subhastationem accedit, & tunc pretium integrum deponere tenebitur. *d. l. 2. C. si in caus. judic. l. cum qui 17. ff. qui potior.* tradunt Ant. Matth. *d. lib. 1. c. 13. n. 7.* Berlich. *d. concl. 81. n. 212* secus dicendum venit, si auctio per eum fiat ea conditione, ut pretium retineat in solutum crediti, & expensarum, quæ frequentior forma licitandi est in credito- 77 ribus, nam tunc judex cognoscere debet an talis conditio admittenda sit, sed ego in utroque casu necessariam licentiam judicis arbitror ex d. tex. *in d. l. 2.* ibi *ad licitationem secundum constituta fuerit admissus*, ita ut

nisi, in subsidium creditor per judicem admittatur, quod dixit Mathæus de Afflictis *decis.* 358. quem sequitur Berlich. *d. concl.* 81. *n.* 187. *in fin.* Et sic decisum fuit in
78 Regia Audientia, sententia publicata per Cases *die* 6. *Martii* 1625. referente Magn. Ludovico Ariño, inter Ioannem Morales, & Iosephum Arboleda. Et cum regulariter creditor postulet admitti ad licitandum cum conditione retinendi pretium in solutum crediti, si plures creditores concurrant in illa executione, nullus ex eis admittendus est fuit decisum sententia publicata per eundem Cases *die vigesima prima Augusti* 1621. referente Nobile Don Christophoro Cardona, inter Comitissam de Almenara, & Comitem de Fuentes, quam ego intelligendam puto, si sub ea conditione licitaverit, nam si tanquam extraneus pretium solvere offerat admittendum puto, per tex. *in l. cum bona* 16. *ff. de bon. auct. judic. poss.*

79 Sed quia plura exequenda frequenter veniunt, extra territorium Judicis procedentis, operandum erit mediantibus litteris subsidiariis, hortatoriis, sive requisitoriis, ut expresse dicitur *in d. l. à Divo Pio*, §. 1. ubi Doctores *c.* 1. *de offic. ordin. c. dilecto de sent. excom. in* 6.
80 ubi Canonistæ. Quod intellige, ita ut Regia Audientia cujus jurisdictio superior, in totum Regnum diffunditur, præceptivis litteris utatur, quibus cunctis Judicibus imperat exequi sua decreta ut *in d. l. à Divo Pio* §. 1. exprimitur respectu Romæ de quo aliqua prænotavi *sup. c.* 10. §. 1. *ex n.* 40. & per suos Apparitores, atque satellites exequi mandat, ut quotidie vi-
81 detur. Cæteri verò Judices in suo territorio per proprios Ministros executioni mandant suas jussiones: extra ipsum verò mediantibus litteris requisitoriis, Judici territorii solemniter transmissis, de quibus plura tractata reperies per Iacobum Cancer, *var. lib.* 2. *c.* 15. *per tot.* Asinium *in prax.* §. 31. *c.* 9. *ex n.* 1. Costam *de remed. subsid. remed.* 16. *ex n.* 9. Ciarlinum *lib.* 1. *contr. c.* 60. *n.* 10. Paz *in prax. p.* 4. *tom.* 1. *c.* 2. *ex n.* 1. Parlador. *rer. quotidian. lib.* 2. *c. fin. p.* 2. §. 1. *ex n.* 7. Valenzuelam. *consil.* 9. *ex n.* 5. Ripoll. *var. c.* 3. *ex n.* 105. & *ad Peguer. in prax. rub.* 29. *n.* 15. & 71. *cum seqq.* Salgadum *in labor. creditor. p.* 1. *c.* 5. *ex n.* 6. & *de reg. protect. p.* 4. *c.* 5. *ex n.* 50. Carleval. *de judic. lib.* 1. *tit.* 1. *disp.* 2. *ex n.* 17. Berlich. *d. p.* 1. *concluss.* 79. *ex n.* 71. Pichard. *in mamdatis. ad prax. p.* 2. *præcep.* 4. *ex n.* 1. Noguerol. *allegat.* 12. *ex num.* 42. plura colligens Pareja *de instr. edict. p.* 1. *tit.* 2. *ref.* 9. *ex n.* 5. ex nostratibus Dñs Leo *dec.* 87. *per tot.* & Dñs Crespi *obs.* 14. *ex n.* 75. & *obs.* 15. *n.* 284. *cum seqq.*

82 In istis terminis dubitari posset, an Judex requisitus, mediantibus his litteris, ut venalia exponat bona rei debendi, quæ in illius territorio sunt, posset cognoscere de instantia tertii jura proprietatis allegantis, sive ut dicere solemus *de oppositione proprietaria* per tertium suscitata? & posse tenendum est ex textu *in d. l. à Divo Pio*, §. *si super rebus*, ubi Barthol. *n.* 6. Covar. *practicar. c.* 16. *n.* 5. Menoch. *de arbitrar. q.* 38. *n.* 8. & 16. Mieres *ad const. Cathal. p.* 1. *in cur. Iacob.* 2. *Barch. c.* 17. *ex n.* 5. Iacob. Cancer *var. lib.* 2. *c.* 2. *p.* 246. & *seqq.* Et sic decisum fuit in Regia Audientia sententia publicata per Don Franciscum Alreus *die* 28. *Septembris anni* 1610. inter Isacum & David Laymeres, & Ioannem Baptistam, ac Vincentium Escorcafigo.

83 Et nota, quod licet Judex requisitus teneatur exequi sententiam injustam, non tamen nullam ut latè disputat Dominus Leo *dec.* 168. *per tot.* sed hoc intelligendum, dum injustitia notoria ex actis non resultet nam manifestus juris error computatur inter nullitates notorias *for.* 7. *de execut. rei jud.* executio namque facta virtute injustæ condemnationis, nullius momenti est, ut docent Mangil. *de subhast. q.* 195. *n.* 4. Rota Roman. *post hunc. tract. decis.* 3. *n.* 5. Greg. XV. *decis.* 375. *ex n.* 5. Posthius *tract. de manut. obser.* 12. *n.* 107. & Rota *ibid. dec.* 323. *n.* 5. idem Posth. *de subhast. inspect.* 61. *n.* 16.

Ex quo poterit desumi ratio decidendi, ad illam celebrem quæstionem; an scilicet revocata sententia virtute cujus executio prosequuta fuit, & bona distracta ritè reperiuntur, retractetur venditio ista bo- 85
norum tertio facta, ita ut emptor teneatur rem cum fructibus restituere? An verò victori tantum competat jus ad pretium sub fidejus. (quam dicimus *de tornador*) traditum juxta *for.* 9. *de eviction. & tex in l. illud, l. procurator* 1. §. *fin. cum lege sequenti, ff. de tribut. act.* de qua tractant Doctores *in his juribus* Vincent. de Franch. *decis.* 200. *num.* 5. & 18. Surdus *decis.* 122. *in princ.* Giurba *decis.* 4. *num.* 40. Gaito *de credit. c.* 3. *q.* 11. *n.* 1317. Castillo *controvers. lib.* 4. *c.* 61. *n.* 74. Gratian. *discep. forens. c.* 37. *n.* 34. *cum seqq.* Salgad. *de sup. ad Sanctis. p.* 2. *c.* 13. *ex n.* 11. & *de reg. protect. p.* 4. *c.* 12. *ex numer.* 90. & *in labor. creditor. p.* 1. *c.* 8. *ex n.* 24. & *p.* 2. *c.* 6. *per tot.* Et solum victori competere actionem ad pretium tenuerunt Baldus *in auth. ei qui col. fin. vers. sed* 86
quid processum, C. de bon. auctor. jud. possid. Franch. *decis.* 660. *ex num.* 1. Ant. Faber. *in C. lib.* 7. *tit.* 32. *defin.* 20. *n.* 16. & 17. & *lib.* 8. *tit.* 17. *defin.* 23. Fontanella *de pact. nupt. claus.* 7. *glos.* 2. *p.* 5 *num.* 8. & *p.* 10. *n.* 23. plures congesti per Carleval *d. tit.* 3. *disp.* 24. *n.* 14. qui testatur de observantia Senatus Neapolitani: sed contrarium
87 resultat ex eo quod diximus, nam derecta sententia injusta per revocationem, fundamentum executionis evanuit, & omnia in pristinum statum ponenda sunt ut docent Glos. *in c. accedens. verb. universa ut lite non contest.* Ananias *singul.* 472. & *allegat.* 93. *num.* 2. Amatis *decis.* 75. Cavalcan. *decis.* 40. *ex n.* 2. *p.* 2. Carroz. *de decis.* 220. *ex num.* 4. Franchis sibi contrarius *dec.* 120. & *decis.* 136. Flores de Mena *ad Gammam. decis.* 40. Rodrig. *de execut. c.* 6. *n.* 53. *cum seq.* Cevallos *com. con. com. q.* 663. *ex num.* 6. & *q.* 763. *n.* 48. Rebuf. *ad leg. Gal. de sent. execut. art.* 5. *glo.* 3. *n.* 3. Carleval. *tit.* 2. *disp.* 8. *n.* 17. aliis relatis Giurba *decis.* 89 *ex n.* 1. & *decis.* 105. *n.* 14.
& sic decisum fuit in Regia Audientia sententia pu- 88
blicata per Don Ioan. Daza *die* 31. *Martii* 1635. referente Nob. Don Onufrio. Bartholomæo Ginart, in causa hæredum Stephani Martinez de Fresneda, cum hæredibus Petri Martinez de Alonensibus. Bene verum est quod appellatio interposita fuit, & nullitates dictæ adversus decretum de vendendo, quarum ope revocata omnia fuere; quo in casu cessat controversia, nam Doctores primæ opinionis loquuntur casu quo appellatum non sit, ut testatur Carleval. *d. n.* 14. & res restitui jussa fuit cum fructibus à die judicialis notitiæ remediorum; nam fructus regulariter data bona fide restituendi per emptorem non sunt ut docuit Ma- 89
gistraliter Amaya *in d. l.* 4. *c. de fid. instr. & jur. hast. fisc. l.* 10. *ex n.* 50. ubi plura. Rectè namq; appellatio interposita fuit, sed motivum revocationis decreti de vendendo his rationibus nitebatur: sed jam finem imponere debemus huic tractatui, ne in infinitum extendatur; satis enim modum procedendi aperuimus, ut cætera percipi possint, ex his quæ congessimus; sed aliqua de expensis adjicienda sunt.

§. IV. & VLTIMUS.

De Condemnatione, & taxatione expensarum, ad interpretionem for. 26. de sent. & actis. *& aliorum* jurium.

IACOBUS I. REX.

TEXTVS.

EN lo pleyt principal sien restituides les despeses, que seran feytes, per aquell qui sera condemnat el pleyt principal; aixi empero sia entes, que si appellacions hi ha, no sia tengut de redre les despeses, entro quel pleyt de les appellacions sia de tot en tot determenat.

SUMMARIUM.

SUMMARIUM.

1 *Textus desumptus fuit ex jure communi, & sic secundum eum interpretandus erit.*
2 *Praxim Regni Valentiæ, quoad condemnationem expensarum, scitè tradidit Dominus Crespi, cui lectorem remittere debemus.*
3 *Condemnatio expensarum regulariter non egreditur processales, & sic personales non debentur, nisi expressa habeatur mentio in condemnatione.*
4 *Condemnatus ante diffinitivam, ad præstandos sumptus litis inopi adversario, non solum debet solvere factas, sed faciendas.*
5 *Condemnatio expensarum solum comprehendit verè factas.*
6 *Taxatio alimentorum, & sumptuum litis, diversis regulis gubernanda, quam taxatio expensarum.*
7 *Taxatio alimentorum, & sumptuum litis, arbitrio judicis regulari debet, secundum facti circunstantias.*
8 *Sub condemnatione sumptuum necessariorum ad litem prosequendam continetur honorarium Advocati ad scribendum in jure.*
9 *Judex negans litigatori allegationes Advocati in jure, tollit defensionem, & partem gravat.*
10 *Decisio Supremi.*
11 *Condemnatus in expensas in prima instantia si revocata fuerit sententia non tenetur eas præstare.*
12 *Condemnatio expensarum est accessoria condemnationis principalis.*
13 *Decisio Regiæ Audientiæ.*
14 *Condemnatus in expensas in aliquo articulo incidenti, non liberatur ab earum præstatione, si obtineat in diffinitiva.*
15 *Obtinens in prima instantia, succumbens ex eisdem actis in secunda potest condemnari in expensas.*
16 *Decisio Supremi.*
17 *Limitari hæc conclusio solet ad casum expensarum debitarum jure actionis.*
18 *Decisio Regiæ Audientiæ.*
19 *Salarium sententiæ sive sportulæ de jure quomodo arbitrabantur.*
20 *Judices ordinarii, & eorum subdelegati non possunt aliquid capere ratione salarii sententiæ, etiam si in gradu Appellationis jus dixerint.*
21 *Idem casuum est respectu Assessoris Gubernationis.*
22 *Idem respectu Assessoris Bajuli Generalis, vel localis demptis causis patrimonialibus.*
23 *Idem respectu Assessoris Gubernationis ultra Sexonam, etiam si procedat virtute commissionis superioris in respectante ad suam jurisdictionem.*
Quæ ampliatio omnes ordinarios comprehendit ibidem.
24 *Idem respectu Auditoris Capitaniæ Generalis.*
25 *Nemo judicum in prima instantia potest percipere salarium in toto Regno nisi Regia Audientia.*
Justitia in prima instantia debet sine stipendio aliquo ministrari. ibid.
26 *Judices Baronum, Dominorum oppidorum cum mixto imperio, & rerum emphiteticalium, sub hac regula comprehenduntur.*
27 *Consules mercatorum, non possunt aliquid percipere pro salario sententiæ in prima instantia.*
28 *Ante forum* anni 1604. *in plurimis Consules salarium sententiæ percipere nequibant.*
29 *Assessor Bajuliæ generalis, vel localis post* d. for. anni 1604. *non potest percipere salarium sententiæ, neque in patrimonialibus in prima instantia.*
30 *Fiscus nunquam tenetur solvere expensas.*
31 *Gerens officium fiscalis ex manifesta calumnia potest ex propriis condemnari in expensas, non verò sub nomine officii ut ex fisco solvantur.*
32 *Fiscalis non tenetur solvere partem aliquam salarii, sed is cujus jura coadjuvat, vel adversarius si condemnetur in expensas.*
33 *Syndicus Generalitatis Regni Valen. in plurimis privilegiis fisci gaudet, sicut in respectantibus ad salaria sententiæ.*
34 *Res mali exempli esset quod privatus litigans cum fisco totum salarium sententiæ in prima instantia persolveret.*
Consuetudo contraria nihil in his operatur. ibid.
35 *Judex ordinarius, cui committitur discutio computorum, & rationum, rectè potest percipere salarium.*
36 *Judex ordinarius procedens ex commissione superioris, in lite non spectante ad suam jurisdictionem, potest percipere salarium sententiæ.*
37 *Subdelegatus Assessoris Gubernationis, si is legitimè impeditus reperiatur, potest percipere salarium sententiæ: quod cessat postquam duo Assessores instituti sunt, & unus alteri substituere, in casu impedimenti jussum est.*
38 *Assessor Gubernationis, si ad instantiam partis relationem litis fecerit in Regia Audientia, potest percipere dimidium salarium.*
39 *Proceres artis notariæ, quæ salaria percipere possint ex consilio dato judici ordinario in rebus ad suam peritiam spectantibus.*
40 *Salarium sententiæ in criminalibus non percipitur in Regia Audientia.*
41 *Judici delegato in secunda vel ulteriori instantia criminali, debetur salarium sententiæ.*
In Supremo debentur salaria sententiarum criminalium. ibid.
42 *In lite oppositionis* Crediticiæ, *non debetur salarium sententiæ, bene verò si sit oppositio* proprietaria.
43 *In lite super validitate Guidatici adducentis victualia, non debetur salarium sententiæ.*
44 *Nemo Judicum percipere potest salarium à partibus, sed deponendum est apud tabularium, vel scribam.*
Et exigendum sententia jam formata, & apud officium posita. ibid.
45 *Transactione facta post conclusum in causa debetur medietas salarii.*
46 *Quod intellige causa nondum resoluta, quia si merita causa discussa sunt, & diffinitum quid pronuntiandum, totum salarium debetur.*
47 *Partibus tacentibus per triennium salarium distribuitur in Catbaloniæ, in Regno Valentiæ non ita.*
48 *Salaria sententiarum per menses lucrata distribuenda inter omnes Judices præsentes in Regia Audientia in illo mense, etiamsi tantum unus dies præsens fuit; In Supremo inter præsentes, & absentes, statim atque sententiæ resolutio perfecta est.*
In Regia Audientia Regens Cancellariam non lucratur salaria sententiæ; In Supremo Dominus Vicecancellarius percipit duplicem portionem. ibid.
49 *Ex qualibet sententia, licet plures Judices sint, unum tantum salarium debetur.*
50 *Salaria sententiarum quomodo computanda sint.*
51 *Causæ anomalæ, quæ dicantur in hoc Supremo, remissive.*
52 *Causa adducta ex consensu litigantium ad Supremum in prima instantia, anomala censentur.*
53 *In computatione salarii sententiæ, attenditur quantum petitum, non quantum condemnatum.*
54 *Ex lite ducta ad Supremum beneficio litterarum* causa videndi, & recognoscendi, *dimidium salarii sententiæ percipitur, in Supremo, & aliud dimidium à judice causam instruente.*
55 *Quæ dispositio procedens ex* foro Valentiæ *ad cæteras provincias extensa est.*
56 *In causis visitationum, quæ salaria debeantur in Supremo.*
57 *Impetrans Judices Associatos, tenetur solvere salaria*

sententiarum ipsis debita, ad respectum dominorum Regentium.

58 *Si Associati impetrentur ad articulum recusationis, quantitas deponenda non augetur, quia loco pœnæ applicanda est, si succumbat.*

59 *De correctionibus, & revisionibus quæ salaria debeantur?*

60 *Judices inferiores ex interlocutionibus tertiam partem salarii sententiæ percipere possunt: in Regia Audientia duæ tertiæ, quod in desuetudinem abiit.*

61 *In Supremo duæ tertiæ percipiuntur, quæ computantur in salario sententiæ si intra processum interlocutio fiat, non verò si extra processum.*

62 *Advocatis, & procuratoribus debetur palmarium victoriæ, si obtineatur sententia cum condemnatione expensarum.*

63 *Quomodo computetur palmarium Advocati, & procuratoris.*

64 *Palmarium debetur assistentibus in lite tempore sententiæ.*

65 *Advocato fiscali interveniente ipsi salarium sive palmarium integrum debetur.*

Idem de Procuratore Fisci, ibid.

66 *Quæ jura debeantur actuariis causarum, & scribis Regii Mandati, remissive.*

67 *Pars quæ usa fuit actis processus, tenetur reficere dimidium juris compulsæ parti reportanti acta.*

68 *Nisi pars utens actis exhibitis, solverit jura compulsa.*

69 *Scribis Regii Mandati debetur jus custodiæ actorum.*

70 *Fallit in actis reportatis ex Regno Valentiæ.*

71 *Causa nobilitatis reputantur anomalæ quoad salarium sententiæ sed non ex eo debentur jura custodiæ.*

Decisio Supremi, ibid.

1 NOster textus desumptus fuit *ex l. properandum*, §. *sin autem alterutra*, *C. de judic.* & sic omnes interpretationes juris admittit ut alibi dixi, nempe *sup. c.* 10. §. 1. *num.* 206. ob quod necessitas condemnandi succumbentem ad expensas in definitiva, solum procedit quando succumbens non habuit justam causam litigandi; nam etiamsi lege, vel statuto cautum reperiatur quod succumbens debeat condemnari ad eas, omnes tenent sic intelligendum esse ut docent Fontanella *de pact. nuptial. claus.* 4. *glos.* 18. *p.* 4. *ex n.* 112. *& dec.* 315. *n.* 9. *cum seq. dec.* 463. *n.* 28. *cum seqq.* Cancer. *var. lib.* 2. *c.* 6. *ex n.* 31. Ripoll. *ad Peguer. in prax. rub.* 30. *n.* 19. Berlich. *practic. conclus. lib.* 1. *concl.* 78. *ex num.* 13. Don Michaël Cortiada *decis.* 22. *num.* 99. *&* 101. quam interpretationem in terminis nostri fori sequitur Dominus Crespi *observ.* 48 *n.* 9. & 10. Qui *in d. observ.* 48. concta, quæ respiciunt condemnationem expensarum, secundum observantiam Regiæ Audientiæ; & hujus Supremi doctissimè tractavit, & cum meus absit a vitio transcribendi aliorum dicta, libenter lectorem ad eum remitto: solum ad exornationem addendi sunt Covar. *practic. c.* 27. *per tot.* Paz *in praxi tom.* 1. *p.* 1. *rebus por.* 4. *n.* 37. *cum seqq.* Giurba *decis.* 81. *ex n.* 1. Berlich. bene differens *d. conclus.* 78. *per tot.* Peguera *in prax. Rub.* 30. & ibi Ripoll. Salgado *de reg. protect. p.* 3. *c.* 16. *ex n.* 35 & Cortiada *d. dec.* 22. *ex n.* 75. Qui omnes, cum adductis per Dominum Crespi, materiam absolvunt, & alios congerunt; unanimes tenentes, quod condemnatio expensarum regulariter non excedit processales, quia personales specialem mentionem requirunt. Unde casu quo litigator, non ex contractu jure actionis condemnandus veniat, neque ex quasi contractu judiciali; absque legitima causa litigandi; sed quia officio judicis condemnatus est in separata instantia, ad subministrandas adversario inopi expensas necessarias ad prosecutionem litis, dubitatum fuit an solum teneatur expensas vere factas præstare; verum etiam eas, quas adversarius facere debet ad sui juris necessariam defensionem? 2 3

Hic casus se obtulit definiendus, in lite sub meo examine pendente inter Michaëlem Saftre, & Ioannem Baptistam Saftre Majoris Balearis incolas, in gradu supplicationis interpositæ à sententia lata in Regia Audientia illius Regni. Reperitur instantia facta separato processu, in eadem Audientia, per quam Michaël tanquam inops postulavit sibi assignari sumptus litis, & alimenta solvendos per Ioannem Baptistam Avunculum ipsius, & adversarium in lite; & pronuntiatum hunc teneri præstare Michaëli quinquaginta libras annuas ad alimenta, & expensas necessarias ad prosecutionem litis in Supremo: à quo decreto nemo ex eis reclamavit. Postulabat Michaël, virtute ipsius decreti, quod sibi solverentur expensæ factæ, quas modo soliti adveraverat, & centum nummi argentei unciales vulgò *reales de a ocho* ad honorarium persolvendum Advocato, qui allegationem in jure scribere pro eo debebat, ad sui juris necessariam defensionem; quæ quantitas minor est quam taxata per jus commune, ad honorarium Patrono causæ præstandum, quæ extendi potest ad centum aureos, juxta tex. *in l.* 1. §. *in honorariis*, *& §. sicut*, *ff. de var. & extraord. cognit.* ubi Doctores. Negandum esse, pro parte Ioannis Baptistæ dicebatur, ex eo quod intaxatione expensarum, ea quæ verè facta sunt in lite, tantum veniunt, juxta doctrinam Iacobi Cancer *var. d. lib.* 2. *c.* 6. *n.* 32. Fontanell. *d. decis.* 95. *n.* 14. & Domini Crespi *d. observat.* 48. *n.* 28. Sed contrarium censuit Senatus; quia ista, controversia non erat decidenda per regulas condemnationis in expensas, factæ in diffinitiva, quæ sapiunt pœnam temeritatis litigandi, sine justa causa; quo in casu certum est tantum venire ea, quæ realiter in lite expensa probantur, & nihil aliud nisi in condemnatione expressè dicatur. Sed secundum regulas taxationis alimentorum, & sumptuum litis de quo latè Surdus, *tract. de aliment. tit.* 4. *q.* 17. *per tot.* Fontanell. *de pact. nupt. claus.* 6. *glos.* 2. *p.* 3. *ex n.* 1. signanter *n.* 60. Dominus Casanate *cons.* 25. Majus Cultel. *de donat. tom.* 2. *tract.* 2. *divers.* 1. *special.* 23. *ex num.* 35. Molin. *de hisp. Primog. lib.* 2. *tot. c.* 15. *ubi Add.* Paz *de tenuta p.* 2. *c.* 46. Salg. *in laber. creditor. p.* 1. *c.* 25 *n.* 49 Castillo *contr. lib.* 3. *de alimentis*, *c.* 7. *n.* 20. Dominus Leo *dec.* 28. *n.* 9. Quorum plures docent, id arbitrio judicantis discernendum esse, habita ratione ad facultates unius, inopia alterius, & fumo justitiæ pro se habentis. 4 6 7 8

Et quanquam regulariter Judices simul arbitrari, & taxare soleant, quantum pro alimentis, & litis expensis præstandum sit; dum in decreto de quo agimus, separate pronunciatum fuit, dum præter quantitatem assignatam pro alimentis, additum fuit quod Ioannes Baptista præstaret necessaria ad prosequendam litem, sub ea continetur absque dubio honorarium solvendum Advocato, pro allegationibus quas dixi necessarias sæpè esse ad defensionem causæ, *sup. c.* 10. §. 5. *ex n.* 7. Quod adeò verum est, ut defensionem tollere, & partem gravare judicem eas denegando dixerint Felinus, Grassis, & alii congesti per Giurbam *dec.* 68. *n.* 5. & 6. præcipuè in lite ardua, qualis hæc de qua tractamus est, secundum quod arbitratus fuit Senatus; cujus defensio absque allegationibus prosequi congruenter nequibat. Et sic Regia provisione publicata per Don Ludovicum Boër Regii Mandati scribam *die* 22. *Iun.* 1676. taxata fuit quantitas sexcentorum regalium argenteorum, ad prædictum effectum, deponendorum in posse scribæ; pro quibus expediri litteras juxta stylum jussum fuit, quæ omni cum effectu transmissæ fuerunt dictæ Regiæ Audientiæ ut eas executioni deduceret. 9 10

Poterit etiam dubitari an is qui condemnatus fuit in prima instantia cum expensis, obtinens in secunda instantia revocationem sententiæ absque expressione condemnationis expensarum, sed cum clausula ordinaria *& neutram in expensis condemnamus* teneatur illas solvere, vel absolutus ab earum præstatione censeatur? 11

Et

12 Et non teneri ad solutionem, sed absolutum fuisse; sequitur ex eo, quod impensarum condemnatio accessoria sit condemnationis principalis text. *in l. 3. & 4. C. de fruct. & lit. expens.* docent Ant. Faber *in C. lib. 3. tit. 12. defin. 10. n. 3.* Scaccia *de re judicat. gl. 15. n. 40.* Fontan. *dec. 95. n. 12.* Larrea *allegat. 29. n. 39.* Pereyra *de revis. c. 42. n. 5.* & sic in specie tenuerunt Cancer *var lib. 1. c. 17. n. 92. & lib. 3. c. 18. n. 96.* Giurba *dec. 81. n. 1.* Mieres *ad constit. cathal. p. 2. collat. 6. c. 13. n. 94.* Xamar *de off. jud.*

13 *& advocati p. 3. q. 4. n. 32.* Ripoll. *ad Peg. in prax d. rub. 30. n. 19.* & sic decisum fuit in Regia Audientia, sententia publicata per Don Franciscum Algeus *die 11. Septembris 1672.* ad favorem Michaëlis Godes, contra Petrum Diez, sub examine Domini Don Petri Sanz.

14 Quod procedit respectu condemnationis expensarum contentæ in diffinitiva, nam si quis condemnatus fuerit in aliquo altercato ad solvendas expensas, non liberatur ab earum præstatione, etiam si postea obtinuerit diffinitivam cum condemnatione expensarum; ut docent Jason, Speculator & alii congesti per Berlich. *d. concl. 78. n. 19.* Vincent. de Franch. *dec. 331.* ubi Addent Ant. Faber *in C. lib. 7. tit. 18. defin. 29.* Fontanella *d. dec. 95. n. 26.*

15 Per contrarium, qui obtinuit in prima instantia, revocata sententia ex eisdem actis, plerumque potest condemnari in expensis, ut docent Guido Pap. *dec. 131. vers. in Primis. sub n. 1.* Gratian. *dec. 138 num. 4.* Capella Tholos. *dec. 222. princ.* Verillus *dec. 179. lib. 1.* Andr. Gail. *lib. 1. obs. c. 42. n. 5.* Faquineus *contr. lib. 1. c. 41. vers. altera est sententia*, Camill. Borrell. *in sum. dec. lib. 2. tit. 39. n. 208. cum seqq.* Afflict. *dec. 42. n. 1.* Ripoll *ad Peg.*

16 *d. rub. 30. n. 43.* Quam sententiam secutus fuit hoc Supremum in causa memorata *sup. c. 12. §. 2. n. 217. cum seqq.* licet contrarium teneri videantur Vivius *dec. 74. n. 5.* Cesar. Barz. *dec. 113. in fin.* Amatis *dec. Ferr. 16. n. 24.*

17 Quas opiniones conciliat Amatis dicens hoc non simpliciter procedere, sed quando expensæ debentur jure actionis, quia promissæ fuerant in instrumento; quo in casu, licet habuerit justam causam litigandi, non excusatur à præstatione impensarum, in quo omnes concordant, & in specie dixerunt Covarr. *pract. 27. ad fin.*

18 Mieres, Fontanella, Amati & cæteri congesti per Ripoll *d. n. 43. cum seqq.* & sic decisum fuit in Regia Audientia, sententia publicata per Don Joannem Daza *die 22. Octobr. 1633.* inter Elisabetham Bosch, & Hieronymam Beltran referente Nobile D. Balthazare Sanz.

19 Quia verò DD. congesti per Dominum Crespi *d. observ. 48.* multum laborant in definiendo, quid pro sportulis, sive salario sententiæ Judicibus debeatur, enodare debemus, quid circa hoc per nostros foros, & pragmaticas sanctiones constitutum est. De jure arbitrandum erat secundum litis valorem, processus magnitudinem, & laboris atque studii præstationem ut tradunt DD. *in rub. C. de sportul.* signanter Iacob. Cujac. & Uvesembech. *in paratit. ad eam*, idem Cujac. *lib. 17. obs. c. 12.* cum aliis congestis per August. Barb. *in ead. rubr.* & Ignatium Pereyra *de revis. c. 56. n. 5.* Sed quia plerumque, ex

20 lite modici valoris ingens processus coalescat; & plures quæstiones juris intricati suscitantur, & per contrarium lites magni valoris, paucissimis paginis continentur, & nullo ferme labore definiti valent, inde apud nos constitutum est, quod salarium sententiæ reguletur per valorem litis ne totum pretium ipsius, in solvendis sportulis consumatur.

Et ut clarius procedatur, constituo primam regulam

21 quod Judices ordinarii salarium sententiæ lucrari non possunt, neque quando ipsi sententiam proferant neque quando eorum subdelegati pronuntiant, etiamsi per appellationem procedant, prout de jure Canonico statutum est *in c. cum ab omni de vit. & honest. cleric.* cum late, & docte congestis per Grat. *discept. forens. c. 561. ex n. 1.* & de jure Cæsareo per *auth. de mand. Princip. §. il-*

22 *lud*, & *authent. de Judic. §. ne autem labor.* notant Corce-

tus *singul. 197.* cum aliis congestis per Grat. *d. cap. 561. numer. 9.* de jure nostri Regni, quoad Assessores ordinariorum *for. 54. 60. & 61. de Cur. & Bajul. for. 76. cum duobus seq. de not. scrib. & salar.* Quoad Assessores Gubernationis tam in prima instantia, quam appellationis, etiamsi ex commissione superioris procedant, dum sit in negotiis spectantibus ad suam jurisdictionem *for. 55. cum duob. seqq. de Cur. & Bajul.* Quoad Assessores Bajulorum, tam gene- 23
ralium, quam localium exceptis causis patrimonial. *for. 22. Cur. anni 1585.* Quoad Assessorem Gubernationis ultra sexonum, etiamsi procedat ex commissione speciali superioris in rebus ad suam jurisdictionem spectantibus *for. 162. d. cur. ann. 1585. & for. 169. Cur. anni 1604.* Quoad Auditorem rerum 24
Militiæ, sive ut dicere solemus *Capitanie generalis for. 8. dict. Cur. anni 1604.* Et generaliter quoad omnes Judices Regni cognoscentes in prima instantia, excepta Regia Audientia. *cap. 76. actor. Cur. Brach. Reg. d. Cur. anni 1604.* Et ratio hujus dispositionis expressa habetur *in for. 99. de not. scrib. & salar.* his verbis. *Cum judicia ordinariorum fiant, & fieri de-* 25
beant franque secundum foros. Ad quod consequendum cum Domini jurisdictionum ad administrationem Justitiæ subditis teneantur, adstringuntur habere judices cum debito salario designatos ad usum jurisdictionis, & administrationem justitiæ; quia nemo Judicem, non habens de publico sufficientes redditus, tenetur gratis judicare, cum hoc onus respiciat Dominum jurisdictionis, ut notat Gratian. *d. cap. 561. numer 8. cum seq.*

Ex quo clare sequitur, quod Judices Baronum, 26
dominorum oppidorum cum infima jurisdictione, quam nuncupamus *Alphonsinam*, & rerum emphyteuticalium, à subditis salaria sententiæ petere, vel percipere non possint in prima instantia, sed ab ipsis Baronibus, & Dominis concedenti salario subveniri debent, quia hæc omnia expressa sunt *in dict. cap. 76.*

Quo posito, infero primum, quod licet per 27
for. 100. not. scrib. & salar. permissum antiquitus esset Consulibus Mercatorum, percipere salaria sententiarum ad rationem trium denariorum pro libra, dum unum salarium non excederet summam decem librarum, post promulgationem *d. cap. 76.* quod comprehendit universalia Tribunalia Regni; in prima instantia Consules, jam nihil percipere valent, ita ut dispositio *dict. for. 100.* solùm prosit judicibus 28
appellationum, & adhuc isti salaria in secunda instantia percipere nequeunt, ex venditionibus bonorum, ex causis executivis, neque ex condemnationibus factis salvis exceptionibus *for. 101. 103. & 104. de not. scrib. & salar.* & si aliquid in contrarium observatum fuerit non relevat; quia consuetudo in his nihil operatur, ut pluribus concludit Gratian. *d. c. 561. num. 6.* cui congruunt dicta *sup. c.*

Secundum infero, quod per *d. cap. 76.* derogata 29
fuit exceptio apposita *in d. for. 22. Cur. anni 1585.* quatenus in eo dicitur, quod Assessores Bajulorum in causis patrimonialibus percipere possint salaria sententiæ, nam *in d. cap. 76.* hæc verba habentur, *Que en primera instancia, e qualsevols, causes, afers y negocis judicials, per tots los Tribunals de la ciutat de Valencia, ciutats e Viles Reals, locbs de senyoria d'Reynes los litigants sien franchs de tot salari com es aixi de Justicia. Plau à sa Magestat quant als salaris de sentencies, excepto lo tribunal de la Real Audiencia, en respecte del qual hi ha feta particular disposicio.* Sub qui- 30
bus verbis nemini dubium est, comprehendi Tribunal Bajuliæ; animadverso quod licet in patrimonialibus haberet exceptionem; dum Rex solum excipit Tribunal Regiæ Audientiæ ex speciali dispositione; nempe recipiendi salaria sententiæ dimidiata, in sub-

sidium stipendij pubici, ut *in pragmatica sanctione erectionis duarum Aularum Civilium Anni 1607. cap. 2.* dicitur, ista exceptio firmat regulam in contrarium respectu cæterorum tribunalium Regni, & universalitas verborum nempe quod *in prima instantia in quibuscumque causis, factis, vel negotiis*, salaria non exigantur; causas patrimoniales comprehensas esse resultat; quæ quidem dispositio favorabilis est, tum quia conformis Juri communi, tum quia impensarum gravamen
31 subditis tollit, tum etiam quia fisco nociva non est, cum ex eo ipse non gravetur plus solvere, imo ipse neque in prima neque in ulterioribus instantiis solvere expensas debet, ut docent Iulius Clarus *lib. 5. recep. sent. §. fin. quæst. 10. vers. sed nunquid* Guid. Pap. *decis. 259.* Cabedo *decis. 119. num. 25.* Gamma *decis. 349. ad fin.* Boer. *decis. 324. num. 1.* Caball. *resol. crimin. casu 296. num. 19.* Peregrin. *de jur. fisci. lib. 3. tit. fin. num. ultim.* Thesaur. *quæst. forens. lib. 1. quæst. 45. num. 2. cum seqq.* Solorz. *de jur. Indiar. tom. 2. lib. 4. cap. 6. num. 129.* Gratian. *discept. forens. cap. 33. num. 41.* Fontanella *decis. 424. num. 3.* Larrea *alleg. Fiscal. 1. num. 28.* Ignatius Pereyra *tract. de revis. c. 75. num. 10.* Cortiada *dec. 20. ex num. 23.*

32 Et quanquam Fontanella *ibid. num. 16.* Valenzuela *consil. 50. num. 8.* & alij per ipsos congestos, Alfar. *de offic. fis. al. gloss. 16. privil. 70. num. 216.* de quo dixi aliqua *supra cap. 10. §. 3. num. 57.* asserant posse condemnari, & aliquando condemnatum evadere in expensas, loquuntur in casu manifestæ calumniæ, quo non fiscalis ex fisco, sed qui gerit officium fiscalis ex bonis propriis, & ex manifesta calumnia condemnari valent, sic Fontanella *d. decis. 424. num. 16.* Valenz. *dict. cons. 50. num. 9.* Cortiada *d. decis. 20. num. 24.* qui plures congerunt in his terminis loquentes: quod fiscum non afficit, nam est adinstar judicis per dolum judicantis, qui facit litem suam, & ex propriis facultatibus tenetur parti reficere damna, & expensas: de quo Paulus Xamar *de offic. judic. p. 1. quæst. 17.* plura colligens. Non enim fiscalis debet salarium sententiæ
33 solvere, ut cautum est in *Pragm. sanct. hujus supp. intitulata Arancel de los derechos edita anno 1659. in cap. 20.* ipse per se nunquam solvit, sed non ex eo is cujus jura coadjuvat, à solutione eximitur: sicut neque adversarius fisci condemnatus in expensas eximitur solvere partem salarij ad fiscum spectantem. Eodem privilegio gaudet Syndicus Generalitatis, & Deputationis Regni Valentiæ, quia in pluribus fisco æquiparatur *for. 143. Cur. ann. 1585.* tradit Mora *ad for. deputat. R. nbr. 11. n. 37.*
34 vbi alium forum D. Regis Alphonsi adducit, & expendit. Si enim fiscus in nihilo gravatur, & singulares ad quorum favorem facta dispositio fuit, duplici onere gravari solent; cum non solùm solvere compellantur partem ad eos spectantem, sed etiam ad fiscum, quod res mali exempli est, ut perpendit Fontanella *d. decis. 424 num. 8.* quare gravandi sunt ex observantia clandestina, quæ non tenet ut ex Gratiano *d. n 6.* dixi & potius corruptela, & abusus dici valet? Assessores Bajulorum habent ex publico competentia salaria, quare in prima instantia tenentur gratis justitiam ministrare, ut jura, & fori clamant, neque locupletandi sunt ex aliena substantia contra expressè decisa *in d. c. 76.*

35 Sed ista regula generalis, aliquas limitationes patitur. Prima est, quod si Iudici, vel Assessori ordinario committitur Iudicium computorum, sive discutio rationum alicujus administrationis, cum calculare & discutere non sit de spectantibus ad judices & literatos text. *in l. 3. & 4 C. de discussor. lib. 10.* vbi Doctor. permissum est quod possit percipi salarium, *for. 56. & 57. de Cur. & Bajul.*

36 Secunda limitatio est, si per superiorem commissa fuerit cognitio alicujus causæ Iudici, vel Assessori ordinario, in re non spectante ad suam jurisdictionem, ut expressè cautum est *in for. 59. de Cur. & Bajul.* percipere salarium sententiæ poterit, quia neque reipublicæ adstrictus est gratis laborare in non spectantibus ad suam jurisdictionem, neque in eo negotio procedit tanquam ordinarius.

Tertia limitatio est, si Assessor ordinarius Gubernationis legitimè impediatur, quia tunc ejus subdelegatus sententiam ferens, potest percipere salarium, secus si subdelegatio non necessaria, sed voluntaria fuerit, ut expressè cautum reperitur *in for. 60. de Cur. & Bajul.* sed hodie difficilis est casus necessariæ subdelegationis, postquam creati fuerunt duo Assessores Gubernationis, unus ad causas civiles, & alius ad causas criminales, & jussum quod ad invicem casu impedimenti substituantur; ut dixi *supra c. 2. §. 3. n. 40.* neque namque de publico stipendium habent, & sic minime salarium sententiæ exigere potest, quæ est ratio decidendi contenta *in for. 56. vol. 11.* ibi: *no reciplant à nadie salaria d. for. 76. de nou.* ibi: *com pero fuera del present Regne de Valencia iutge, o Assessor qui tinga salari ordinari, no puixa ni deia pendre salari algu, de les provisions, e sentencies de les causes que davans aquell se tracten.* & sic in alijs. Pluribus Xamar *de off. Iudic. & Advocat. p. 1. quæst. 19. num. 2.* Sed sive quæque legitimè impediatur, locus erit huic dispositioni, dummodo in prima instantia non sit.

Quarta limitatio est, quod si Assessor Gubernationis ad instantiam alicujus litigatoris, jubeatur facere relationem litis in Regio Consilio, potest percipere dimidium salarij sententiæ, ut cautum est in *d. for. 60. de cur. & Bajul. ad finem.* nam ubi dicitur, hoc non spectat ad summ officium, quare dignus habitus fuit lucrandi premium laboris extraordinarij. Hæc observantia vigebat quando in Regno Valentiæ non aderat Regia Audientia permanens, nam postquam instituta fuit, cessavit omnino.

Quinta limitatio est, in peritis sive proceribus, artis notariæ, quibus etiam si in prima instantia Consilium præbuerint Iudici ordinario, in rebus spectantibus ad suam peritiam, debetur salarium contentum *in for. 84. de not. scrib. & salar.* hoc est, si in concreto consilium præbeatur de aliquo instrumento, percipiant id quod juxta foros pro eo instrumento debetur notario stipulanti. Si in abstracto, reguletur ad rationem octo denariorum pro libra valoris rei de qua agitur, dum summam quindecim librarum non excedat. Sed hoc salarium eis non debetur tanquam Iudicibus, sed tanquam peritis artis ipsius notariæ, cum periti qui stipendium de publico non habent, non teneantur gratis consilium præstare, vel relationem facere.

Secunda regula generalis est, quod in causis criminalibus salarium sententiæ non debetur in Regia Audientia *for. 38. cur. anni 1564.* tradit Don Raym. Mor. *in compil. foror. deput. rubr. 35. num. 1. ad fin.* idem de Regia Audientia Cathaloniæ testantur Mieres & alij congesti per Xamar *d. quæstione 19. num. 73.* Ratio dubitandi desumi posset ex *for. 90. de not. scrib. & salar.* vbi assignatur salarium sententiæ Iudicibus criminalibus. Sed quia Iudicibus Curiæ, majus salarium assignatum de publico est, quam civilium causarum Auditoribus, hinc est quod salarium sententiæ eis prohibeatur & non istis.

Ex quo infero quod Iudicibus delegatis, dum in prima instantia non sit, debetur salarium sententiæ criminalis, secundum taxam contentam *in d. for. 90.* & in casu dubitationis, ordinario commissum est eum taxare ut ibi dicitur. In hoc supremo salarium sententiæ criminalis debetur, ut dicitur *in cap. 17. & pragmat. anni 1659.* regulandum secundum dictum forum.

Tertia regula est, quod in lite oppositionem tertij jus credititium deducens, quam vocare solemus *oppo-*

sitionem,

sitionem credititiam, salarium sententiæ non debeatur. Sed si jus proprietatis, vel dominii, per tertium deducatur in judicium, quod dicitur *oppositio proprietaria*, salarium sententiæ debeatur, in casibus alias per foros permissis. Quo pacto interpretandus est *for.* 91. *de not. scrib. & salar.*

43 Quarta regula est, quod de lite super validitate Guidatici, adducenti victualia ad urbes & Regnum de quibus *in for.* 26. *de Guidat.* cum aliis congestis per Dominum Crespi. *observ.* 86. *num.* 6. salarium sententiæ non debetur *for.* 95. *de not. scrib. & salar.* quod intelligo in omni instantia: nam si solum comprehenderet primam instantiam, non remaneret causa Guidatici privilegiata, quod abest à mente *dicti for.* 95. *& à cap.* 20. *gravaminum. Cur. ann.* 1604. per quod jussum fuit, restitui salarium in eo contentum.

44 Quinta regula est, quod nullus judicum, quibus permissum est percipere salarium sententiæ, potest eum capere à manu litigatoris, imò expressè prohibitum reperitur, & cautum quod partes salaria sententiarum deponere teneantur, apud tabularium publicum vel in posse scribæ, eo ipso quo causa legitimè concluſa sit, & ad hoc compellantur remediis Prætoriis; & facta sententia, & in officio posita, Iudex à depositario salarium percipiat, & hoc sub pœna infamiæ, & amissionis officii *for.* 86. *cum duob. seqq. de not. scrib. & salar. for.* 44. *Cur. ann.* 1585. Xamar *d. q.* 19. *num.* 20.

45 Quæ regula limitationem admitit, transactione inter litigatores subsecuta, concluſa jam causa, nam si adhuc sententia resoluta non sit, debetur medietas salarii, ratione instructionis. Si autem sententia resoluta sit, totum salarium debetur, *for.* 92. *de not. scrib. & salar.* sic interpretatus, per *capit.* 26. *dict. pragmat. ann.* 1659. *& for.* 44. *ann* 1564. & ratio est, quia per
46 Iudicem labor habitus fuit definiendi, & per ipsum non stetit, quominus sententia proferatur, ut docent Gratianus, Cavalcanus, Ramon, Xamar, & alii congesti per Ripoll. *ad Peguer. in prax. d. rubr.* 30. *numero* 60. *cum seqq.* & sic in usu Judiciorum receptum est, signanter in hoc supremo, & quanquam dum Senatoris minus gessi in Regia Audientia Valentina, casus non occurrit, sic observatum credo, & observandum teneo, quia ratio ubi est eadem, & ut dixit Dominus Crespi *d. observ.* 48. *numer.* 2. omnia quæ in Cathalonia observantur, nos etiam observamus; & Doctores
47 prædicti sic per eum Senatum observari testantur. Sed quanquam recta cum ratione superaddant, quod si partes per triennium post depositum tacuerint, salarium distribuatur, tanquam lucratum; in Regia Audientia Valentina, hoc nunquam observari vidi, imò audivi ingentes quantitates in depositio Tabulæ numulariæ extare. In ea enim Audientia omnes Iudices causarum civilium æqualiter participant salaria sententiarum lucrata *juxta cap.* 2. *dict. pragm. ann.* 1607.
48 quæ vim fori jam habet *for.* 22. *Cur. anni* 1626. Per menses inter octo civiles Auditores præsentes etiam tantùm unus dies in civitate adsit distribui solent, excluso Regente quanquam in causa definitione interveniat, Juxta consuetudinem approbatam *per cap.* 10. *ordinationum Reg. Aud. ab invicto Carolo V. editarum anno* 1543. & *d. cap.* 2. *pragm. ann.* 1607. cum de Regente non loquatur. In hoc Supremo statim atque resolutio sententiæ desumitur, distributio fit, de qua participant tam absentes quam præsentes si intra hæc Regna reperiantur, & Dominus Vicecancellarius portionem duplicatam percipit: in Regia Audientia Valentiæ absentes per totum mensem nil participant.

49 Sexta regula est, quod ex qualibet sententia, sive sit unus, sive sint plures Iudices, unum tantum salarium debetur, quod computandum est secundum valorem rei de qua agitur, ad rationem octo denariorum pro unaquaque libra Monetæ, dummodo non excedat summam millè solidorum, sive quinquaginta librarum, *for.* 89. *de not. scrib. & salar.* sed in Regia Audientia solùm computandum venit ad rationem quatuor denariorum pro libra, ita ut excedere non possit summam viginti quinque librarum. Cum quo 50
temperamento concessum fuit quod etiam in prima instantia salaria percipi possint. *for.* 37. *Cur. anni* 1564. Mora *d. Rubr.* 35. *numero* 1. scribis mandati debetur ad rationem unius denarii pro libra, sed excedere non potest summam sex librarum, & quinque solidorum *for.* 43. *Cur. d. ann.* 1564. Quæ omnia deponenda sunt in Tabula Numularia urbis, ad nomen scribæ Mandati, & ad *Soltam*, ut dicere solemus, Regiæ Audientiæ *dict. for.* 44. *Cur. anni* 1564.

In hoc supremo salaria sententiarum regulantur 51
ad rationem contentam *in d. for.* 89. *de not. scrib. & salar.* & sic in causis regularibus non excedit summam quinquaginta librarum pro Iudicibus, & pro scribis mandati duodecim librarum, & decem solidorum in causis adductis à Regno Valentiæ; & sex librarum & quinque solidorum ex adductis ab insulis ut habetur *in cap.* 13. *&* 14. *dicte pragm. anni* 1659. Quod etiam observandum venit in Regiis decretis 52
ibidem postulatis *cap.* 19. *eiusd. pragm.* In causis anomalis, quæ in prima instantia in hoc Supremo definiuntur, de quibus Dominus Crespi *observ.* 114. *numer.* 22. majus salarium debetur; Iudicibus, nempè, ad rationem solidi pro unaquaque libra valoris; ita ut non possit excedere summam septuaginta & quinque librarum; & scribis mandati decem librarum *capit.* 16. *eiusd. pragm.* Inter anomalas quoad hæc, connumerantur causæ nobilitatis sanguinis ut dicitur *in ead. pragm. tit. forma introducendi causas*, §. *de causis militia ad fin.* Et cum *anno* 1675. deciderentur in Su- 53
premo lites suscitatæ, inter admodum illustrem Ducissam Sugurbii, & illustrem D. Petrum ab Aragone, super successione dicti Status in prima instantia evocatæ de consensu partium ad Supremum, anomalæ, quoad salaria reputatæ fuerunt, ex deliberatione ipsius Supremi.

Quæ omnia computanda sunt secundum quantita- 54
tem deductam in petitione, non secundum contenta in condemnatione. Vt ex Bobadilla, Gratiano, Gutierrez, Ferrer, Fontanella, Xamar, Mieres, Mastrillo, & Fabro, tradit Ripoll. *d. rubr.* 30. *num.* 83. In litibus verò, quæ adducuntur ex remedio *litterarum causa videndi, & recognoscendi*, dimidium salarii sententiæ debetur Iudicibus hujus supremi, & aliud dimidium Iudici, vel Iudicibus instruentibus processum, *for.* 96. *de not. scrib. & salar.* Et licet ista dispositio specialis sit 55
Regni Valentiæ; idem observari jussum est in cæteris causis, quæ ex hoc remedio adduci solent ex aliis Provinciis, sive insulis, ex deliberatione ipsius Supremi *diei* 12. *Julii anni* 1665. in causis visitationis Officialium Regni Valentiæ, vel Vniversitatum ipsius, salarium ordinarium percipitur; sed si adducatur ex insulis, quia tanquam anomalæ reputantur, salarium majus debetur. Vt dicitur *in d. pragm. anni 1659. tit. de forma exped. caus. §. causas anomalas.*

Sed nota, quod si aliquis ex litigatoribus impetra- 56
verit à Domino Nostro Rege Associatos judices, qui simul cum Dominis de Supremo causam definiant, compellitur deponere salarium debitum Associatis, ad rationem ejus quod Dominis de Supremo debetur; ne in damnum eorundem cedat, quod litigator pro suo interesse extra ordinem quærit. Sic jussum fuit decreto Regio dato ad consultationem *diei* 6. *Julii anni* 1666. Quod non extenditur ad casum impetratio- 57
nis Associatorum, pro decidendo articulo recusationis; nam ea quæ deponuntur, loco pœnæ inducta sunt, & solum debentur casu succumbentiæ recusantis: sic decisum fuit in Supremo *die* 11. *Februarii anni* 1667.

in causa Status de Maza, inter illustrem Ducem de Besar, & Mandas, & Egregium Dominum Comitem de Albatera. Et postea me referente in causa Baroniæ de Moxent, inter Domnam Briandam Maza, &
58 Egregiam Comitissam de la Granja. Pro decidenda correctione petita coram delegato inferiori debetur salarium unius ducati ut plurimùm, *for. 98. de not. scrib. & salar.* in Regia Audientia ex revisionibus salarium non debetur, quia remedium est introdu-
59 ctum ad meras interlocutiones. In Supremo si interlocutio habeat vim diffinitivæ, interveniente contradictione partis, si ex interlocutione à qua petita fuit, non fuerit perceptum salarium, percipitur tertia pars salarii debiti pro diffinitiva; si autem à prima provisione perceptum, si non recipitur: quo in casu provisio Regia expediri debet nomine Domini Regis, & subscribi ab omnibus Judicibus intervenientibus, in ipsius expeditione.

60 Septima regula est, quod judex inferior ex interlocutionibus habentibus vim diffinitivæ, solum potest percipere tertiam partem salarii principalis, causæ, ab eo extrahendam, *for. 93. de not. scrib. & salar.* In Regia Audientia duæ tertiæ desumebantur antiquitus, tuncque istæ interlocutiones per provisiones Regias, nomine Proregis ab omnibus subscriptas, & per scribam mandati subsignatas, publicabantur: Quod ferme totaliter in desuetudinem abiit, ita ut per provisiones nomine relatoris, ac per actuarios receptas, omnes expediantur, reservato integro salario ad de-
61 finitivam. In hoc supremo duæ tertiæ desumuntur juxta *cap 18. dict. pragm. anni 1659.* & hæ imputantur in salarium si ex meritis internis processus provisio sit. Si verò articulus non respiciat merita causæ, sed sit extra processum, percipitur, & debetur tertia pars salarii; quæ ab eo detrahenda non est, quod arbitratur ipsum Consilium Supremum, secundum facti circunstantias, ut dicitur *in eod. c. 18.*

62 Octava regula est, quod Advocatis, & Procuratoribus obtinentibus sententiam pro clientulo, cum expensarum condemnatione, debetur palmarium victoriæ, modo quo docuit Dominus Crespi *d. observ. 48. ex num. 20.* computandum pro Advocato, ad rationem medietatis salarii sententiæ, & pro procuratore, quartæ partis ejusdem *for. 105. de not. scrib. & salar. c. 25.*
63 *dict. pragm. anni 1659.* de quo videndi Pegnera *in prax. d. rub. 30. num. 4. & 5.* & ibi Ripoll *num. 66. cum seqq.* Monter *decis. 36.* Gratian. *discept. forens. cap. 49. num. 28.* Cancer *var. lib. 1. c. 6. num. 31.* Fontanella *de pact. nuptial. claus. 6. gloss. 1. p. 1. n. 16. & decis. 423. n. 9. & decis. 426. num. 15.* Et casu quo Advocatus, sive Procurator varietur, solum percipit palmarium qui obtinentem defendit, tempore quo sententia fertur
64 *cap. 28. & 29. d. pragm.* Sed si plures tunc defensionem prosequantur, inter omnes palma distribui debet, sicut respectu Judicum dixi *sup. num. 49.* solum gaudet speciali privilegio Advocatus Fisci, nam, si alios litigatores coadjuvando, sententiam obtinuerit, cum expensarum condemnatione, ipse totum palmarium victoriæ lucratur, & idem procedit respectu Procuratoris fisci, ut habetur *in cap. 29. ejusd. pragm.* de quo videndi sunt Fontanella *d. decis. 424. num. 8.* Ripoll. *d. rub. 30. num. 58.* & Dominus Crespi *d. observ. 48. ex numer. 20.*

Jura quæ debentur actuariis scribis mandati, & 65
cæteris Officialibus, habes *in for. 54. cum plur. seqq. de not. scrib. & salar.* & *in cap. 1. cum aliquibus seqq. d. pragm. anni 1659. & in ordination. Regiæ Aud. quæ compilata præ manibus habentur ut legantur primo die juridico cujuslibet anni.* Sed hæc judicis non sunt, cum scribis mandati deferatur adjuratio ipsorum, tanquam res ab omnibus nota; licet per abusum non omnia ad unguem observentur; quod dignum sane rigida punitione erat; sed neque litigatores de his coram judicibus conqueruntur, nec adhuc interrogati manifestant. Solùm igitur adnotandum venit, quod in hoc 66
Supremo is qui causam quomodolibet introducit, tenetur reportare acta processus, ut dixi *sup. cap. 2. §. 2. ex num. 164. per plures seqq.* exhibitis ergo actis, si altera pars eis utatur, communicata recipiendo, tenetur exhibenti reficere medietatem jurium compulsæ & copiæ, ut expresè cautum est in *cap. 6. dicta pragm.* Quod intelligendum de juribus copiæ, & compulsæ primitivi processus tantùm; non autem de juribus processuum reportatorum; quia citra insertionem, & more Regiæ Audientiæ exhibiti inlite reperiuntur, ut fuit 67
decisum in hoc Supremo *die 24. Septembris anni 1669.* in causa dicti Status de Maza.

Sed dubium pulchrum suscitatum fuit, in lite quæ meo examine pendet, inter Marchionem del Rafat, & Marchionissam viduam prædecessoris: Marchio namque causam supplicationis introduxerat, & acta primitivi reportaverat; Procurator Marchionissæ, ea communicata receperat, & illicò postulatum fuit, quod compelleretur solvere dimidium jurium compulsæ: replicabatur Marchionissam reportasse acta quorum copiam exhibui, & ex ea apparebat solvisse jura; sed ob vitandam multiplicitatem actorum, ea solemniter non produxerat, quare ex receptione productorum non teneri concludebat. Verba pragmaticæ hæc sunt. *He-* 68
viendo pagado alla la una de dichas partes el derecho, y gastos de la compulsa, si despues la otra tomare aquí el processo communicado, le toca pagar la met ad. In specie proposita probabatur non unam partem, sed ambas solvisse jura compulsæ, quare ex communicatione non tenebatur, & sic decisum fuit per Supremum.

Similiter dubitatum fuit, pro interpretatione dictæ 69
pragmaticæ, in causa nobilitatis sanguinis Hieronymi Barbera, an deberetur jus custodiæ actorum scribæ Regii mandati, quod regulariter debetur, demptis causis adductis à Regno Valentiæ secundum *for. 54. de not. scrib. & salar.* ut expressum est *in c. 4. d. pragm.* di- 70
cebatur quod licet causa adducta fuisset ex eo Regno, cum anomala reputetur ut dixi *sup. num. 52.* sequendo hanc naturam debebatur dictum jus, ac si in prima instantia suscitata fuisset, sed de annomalis debetur salarium custodiæ; igitur pariter de causis nobilitatis. Sed non deberi pronunciatum fuit, quia dispositio *dict. for. 54.* causas comprehendit, & *d. c. 16. d. pragm.* has causas annomalas reputat tantùm quoad salarium sententiæ, & sic extendi dispositio non debet ad prohibita per dictum forum.

His itaque absolutis, cessat jam nostra tractatio, quia 71
adimpletum remanet quod promisimus in fine libri secundi, hoc est causarum civilium ritum explicare, utinam ad gloriam omnipotentis Dei, & utilitatem charissimæ Patriæ, cui hoc munus offerimus.

INDEX

INDEX RERUM, ET VERBORUM.

PRIOR NUMERUS CAPUT, SECUNDUS PARAGRAPHUM, tertius numerum marginalem denotat.

A

BEATI A Divi Bernardi extincta fuit, & in ejus locum subrogatum Cœnobium Divi Michaëlis, Ordinis S. Hieronymi, cap. 3. §. 1. num. 50.

Abbas Populeti, Ordinis Cistercienſis, interventum habet in Curia, & admittitur ad officia Generalitatis Regni, 3. 1. 43.

Abbas de Valdigne, ejuſdem ordinis, pariter admittitur, ibid.

Abbas de Benifaçà, ejuſdem Ordinis, etiam, ibid.

Abbati ſanctarum Crucium an atributa ſit aliqua juriſdictio in ordine Monteſiæ, 7. 4. 78.

Abbas ſanctarum Crucium an delegatum habuerit primam nominationem Magiſtri Monteſiæ, 7. 4. 76.

Abbas ſanctarum Crucium non habet commiſſam viſitationem Ordinis Monteſiæ, ibid. 7. 5. 77.

Abbas ſanctarum Crucium, vel Vallisdignæ in viſitatione Ordinis Monteſiæ interventus aſſimilatur Aſſeſſori, aut Conſiliaribus, ibid. 129.

Abbatiſſa ex officio poteſt habere collationem Beneficiorum, ibid. 163.

Abdicatio poteſtatis à Principe tendit in damnum Reipublicæ, 5. 3. 64.

Abſentem verſus quomodo procedatur, ut dici poſſit legitimè citatus, 8. 7. 4. & ſeq.

Abſentes an condemnari poſſint, ibid. 27.

Abſentes an cenſeantur convicti, & confeſſi, ibid. 29.

Abſenti minori an curator decerni debeat, ibid. 44.

Abſentiæ proceſſus.

Vide *Contumacialis.*

Abſentes quomodo citentur per R. Audientiam, 9. 1. 40.

Abſentes à territorio Judicis inferioris citantur per litteras requiſitorias, ib. 41.

Abſens à Regno ſi in loco certo degerit per litteras perſonaliter citandus eſt, ibid. 42.

Abſenti Curator ſive defenſor dandus non eſt ſi degerit in certo loco, ibid.

Abſenti appellatione quomodo injungenda.

Vide *Appellatio.*

Abſolutus in prima inſtantia, & condemnatus in ſecunda ex eiſdem actis condemnari poteſt in expenſas, 12. 4. 5.

Abuſus apponendi oblatas, & Kalendarios remedio dignus 9. 1. 17.

Abutens privilegio, eo privandus eſt, 5. 3. 15.

Abſurdum ſequeretur ſi in crimine mandati facti plurimorum ob incertitudinem exequentium ſtarim mitius puniretur, 8. 8. 88.

Academiæ Valentiæ erectio, vide verbo *Schola.*

Accuſator ſubſcribere tenetur ad pœnam talionis, juxta forum, 44. 29.

Accuſatio nulla eſt ſine ſubſcriptione prædicta, ibid. 32.

Accuſare poſſunt univerſitates per Sindicos, ſicut pupilli per ſuos tutores, ibid 33.

Accuſatus de crimine arcendus eſt ab honoribus, 4. 8. 26.

Accuſatus non arcetur ab honoribus, ſi non procedatur juris ordine ſervato, ibid. 28.

Accuſatus, qui fama notatus non reperitur apud probos viros, non debet arceri, ibid. 29.

Accuſatus poſt annum admittendus eſt, ſi per cum non ſteterit quominus cauſa expediatur, ibid 30.

Accuſatore deficiente ſequi nequit condemnatio in criminalibus, 8. 1. 7.

Accuſationem non interveniſſe, vel ab ea deſtitiſſe, idem in jure eſt, ibid. 21.

Accuſatoris vices induit Fiſci Procurator in Regno Valentiæ, ibid 24.

Accuſationis remedium ab Aula receſſit, ibid 39.

Accuſatio in Regno non admittitur, quin procedat ſummiſſio ad pœnam talionis, & obligatio de ſolvendis expenſis, 8. 3. 8.

Accuſatio, & denunciatio promiſcue in Regno ſumuntur, 8. 6. 2.

Accuſato reo, confeſſio exigi debet juxta foros ſuper accuſatione, ibid. 13.

Accuſatorum ſi aliqui abſentes ſint, & aliqui carceribus mancipati, quomodo procedatur, ibid. 14.

Accuſatus de uno furto ſecuta confeſſione aliorum de omnibus punitur, 8. 8. 18.

Accuſare de adulterio ſolus maritus poteſt, ibid. 188.

Accuſare de inceſtu quis poſſit, ibid.

Accuſare maritum adulterum an uxor poſſit, ibidem 190.

Accuſans uxorem de adulterio ridiculus videtur, ibid. 193.

Acoliti nuptias contrahere poſſunt, 7. 2. 20.

Acceſſoriè unio duarum Eccleſiarum quando fiat, ibid. 371.

Acceſſus ſoluti ad ſolutam punibilis non eſt, ibidem 184.

Acceſſus viri conjugati ad ſolutam punibilis eſt, ibid. 196.

Actiones in factum quæ competunt loco interdictarum pro juribus publicis, populares dicuntur, 5. 3. 76.

Actus Curiæ quid, 12. 49.

Actus Curiæ unius Brachii ſi ab aliis non impugnetur, vel proteſtatione excludatur, omnes de Regno ligat, & vim fori obtinet, ibidem.

Actus habentes verba prolata in genere interpretari debent in his quæ cadunt ſub poteſtate agentis, 5. 4. 26.

Index Rerum,

Actuarii cauſarum civilium quot, 2.2.211
Actuarii cauſarum criminalium, ibidem 212
Acta proceſſus fieri debent poſt publicationem ejuſdem, diebus utilibus, 8.6.30
Acta inſeri debent in cauſa criminali, quamquam nulliter geſta, 8.8 177
Actori currit dilatio probatoria à die conceſſionis, 8.6.17
Actuarius cauſæ criminalis non poteſt teſtimonium dicere, aut relationem facere in ea, 8.2 49
Actuarius cauſæ Eccleſiaſticæ non debet eſſe Eccleſiaſticus, 8.8.289
Acte Comparendo quid ſit, 9.1.11
Actuarii cauſarum nequeunt excuſari ab appoſitione Kalendarii, ibid.16
Actor tenetur edere actionem reo ante litis conteſtationem, ibid.94
Actor nomine proprio vel ceſſo agens non tenetur juſtificare perſonam ſui ante litis conteſtationem, ib. 96. & 226. cum ſeq.
Actor non eſt compellendus cum diſpendio pluries edere inſtrumenta, ibid.99
Actionem edere, vide *Edere*.
Actor quibus modis juvari poteſt adverſus remedia injuſtè adhibita, ibid.177
Actor contra hæredem agens an teneatur perſonam illius legitimare oſtendendo hæredem eſſe, & adiiſſe, ibid.228.& ſeqq.
Actor an aliquando teneatur legitimare perſonam rei, ibid.230
Actus non extenditur ultra voluntatem agentis, ibid. 275.& 9. 4.48
Actori quando incipiat currere dilatio probatoria, vide *Dilatio*.
Actuarius tenetur atteſtare diem traditionis copiæ, 11. 2.169
Acta judicii quæ dicantur, 9.4. 49
Acta judicii etiam dicuntur quæ fiunt coram arbitris, & per modum voluntariæ juriſdictionis, ibid.51. & ſeq.
Acta judicii à quo ſubſignanda ſint, ibid. 52.& 55.
Actuarii uniuſcujuſque Curiæ habent poteſtatem, & auctoritatem ſpecialem ad acta illius Curiæ, ibid. 54
Actuarii Locumtenens eandem poteſtatem habet ac principalis, ibid.56
Actuarii officium ſupponit atque requirit induſtriam perſonalem, ibid.57
Actuarii Curiarum inferiorum per quos nominandi, & approbandi, ibid.58
Actuarii inferiorum per ſe officium gerere debent, & ſi nominant Locumtenentem ſuo periculo eſt, ibid. 9
Actorum judicii copia ſubſignata à Tabellione non actuario Curiæ authenticam fidem non habet, ibid. 60
Actorum unus, vel alter à Tabellione non actuario receptum, non reddit proceſſum nullum. bene verò ſi totus proceſſus à non actuario fiat, ibidem 61
Actorum productio regulariter fit eo modo quo ingeri poſſint in proceſſu, ibid.62
Actorum productio citra inſertionem & more Regiæ Audientiæ quando habeat locum, ibid.63
Acta producta more Regiæ Audientiæ an ſint pars proceſſus, ibid 64
Acta licet non revelantia videantur, producta coram Judice *à quo*, exhibenda ſunt Judici *ad quem*, ibid. 66
Acta judicii ſi redarguantur, intra triginta dies debet fieri, ibid.67
Acta judicii ſi impugnanda ſunt per appellationem, vel ſupplicationem infra decem dies, ibid. 67
Actor videtur is qui provocat ad judicium, 10.5.49
Actoris vices ſuſtinet, qui perturbationem patitur, vel timet in ſua poſſeſſione dum provocat ad judicium, ibid.50
Actore conſentiente Judex poteſt ſecundum forum cognoſcere ſimul de petitorio & poſſeſſorio, ibid. 175
Actoris vices ſuſtinet provocans ad judicia duplicia, quo conſentiente poterit Judex de petitorio, & poſſeſſorio cognoſcere, ſecus ſi provocatus conſentiat, ibid. 176.cum ſeq.
Actori in petitorio, non convenit poſſidere, ibid. 187
Actorum viſio, vide *viſio*.
Actio judicati non naſcitur ex ſententia confirmata, ſed ex confirmante, 12.1.23
Actori nolenti reſpondere in judicio requiſitionis, denegari debet audientia in executivo, 12.2.57
Actor ex ſententia vel inſtrumento conſequitur actionem ordinariam, & executivam, & electa ordinaria non habet regreſſum ad executivam, ibid. 59. & ſeq.
Actor in via executiva tam actiones activas, quam paſſivas probare ſtatim debet, ibid.89
Actuariis quæ jura debeantur, 12.4.66
Addictionis ultimæ die aſſignato plus dandi haſta fiſcalis traditur in ſignum venditionis, 12.3.68
Addictionis litteræ, hoc eſt *de remate apreus*, vide *litteræ*.
Ademprivorum nomine quæ comprehenduntur, 5.3. 16
Ademprivorum nomine contenta, ſunt juris publici, ibid. 19
Ademprivorum uſus non ſolùm conceſſus fuit incolis Urbis ad proprias neceſſitates, ſed etiam ad vendendum, & alienandum, ibid.20
Ademprivorum defenſio ſpectat ad Juratos Urbis, & quoad hæc habent quæſitam juriſdictionem in Regno per conſuetudinem, ibid.22
Ademprivorum cauſæ an poſſint tractari in Regia Audientia, ibid.27
Adhæſio appellationis, vide *appellatio*.
Adjudicatio rei oblatæ & æſtimatæ fieri debet creditori nolenti licitare, in ſolutum ſui crediti, 12.3.63.
Adjudicatio rei oblatæ jure pignoris in Regno Valentiæ uſu receepta non eſt, ibid.64
Adjutor Locumtenentis Theſaurarii, quis & quo utatur officio, 2.2.206
Adjutoris Magiſtri Rationalis Regiæ Curiæ officium, 2.4.48.
Adminiſtri Regii per ſolum Regem judicari in criminalibus poſſunt, 2.2.47
Adminiſtratio officialibus Urbis conceſſa in rebus annonæ, non præjudicatur ex ſuperintendentia Proregis, 2.1.83
Adminiſtratores Generalitatis qui, & quale officium obtineant, 3 2.33
Adminiſtratores Præceptoriarum Ordinum militarium, ad quas ſpectat vox in Brachio Eccleſiaſtico, non admittuntur ſicut ipſi præceptores, neque in Brachio neque ad officia, 3.3.3.
Adminiſtratio Noſocomii generalis, qualis, & quibus deferatur, 4.3.144
Adminiſtratores rerum urbanarum an arceantur à concurſu officiorum finita adminiſtratione, dum rationes non reddiderint, 4.8.19
Adminiſtratores rerum urbanarum, & jurium ipſius urbis plures ſunt, 4.10.19
Adminiſtratio perpetua Ordinis Monteſiæ conceſſa Regibus Aragonum, 7.4.15.58
Adminiſtratio Ordinis Monteſiæ exercetur per Locumtenentem

cumtenentem generalem ex eo desumptum, 7.4.23
Administrator Montesiæ, vide omnia quæ dicuntur verbo *Magister*.
Administratori generali Montesiæ triplex jurisdictio tribuitur,& qualis,7.4.28
Administratori Ordinis Calatravæ concessa fuit jurisdictio spiritualis, ibid.7.4.99
Administratori Alcantaræ idem, ibid.7.4.99
Administrator Montesiæ est superior Priore Monasterii illius, nam ipsi subordinatur Prior, 7.4.108
Administratio Tutoris, vel Curatoris cessat finito tempore satisdationis rem pupilli salvam fore, 9.1.309
Administrator Ordinis Montesiæ ex vi unionis, exercere debet jurisdictionalia in personas ipsius, per idoneos ipsius ordinis, 7.4.22
Adulteram uxorem necans qua pœna puniatur, 8.8.62
Adulterium ex mero Iudicis officio prosequi non valet, ibid.187
Adulteram uxorem solus maritus accusat, ibid. 188
Adulteria maritorum an possint accusari per uxores, ibid. 190
Adulteria maritorum uxores exasperat, ibid. 190
Adulterii accusationem instituens ridiculus videtur, ibid. 193
Adulteriam uxoris tolerantes qua pœna plectantur, ibid. 195
Adulterii pœna in marito, ibid.
Advocati fiscalis munus apud nos discretum est inter duos Togatos, quorum unus curat de criminalibus, & jurisdictione, alius verò de patrimonio, cæteriſque Regalibus,2.2.194.& 195
Advocatus fisci habet apud nos votum decisivum, 6.5.34
Advocatus fisci non potest alium substituere ad res intra Senatum agendas, ibid.104
Advocatus patrimonialis pariter, ibid.
Advocatus fiscalis, vide *Fisci Patronus*.
Advocatus patrimonialis, vide *Patrimonii Advocatus*.
Advocare an possint Assessores, vide verbo *Assessores*.
Advocatus Fisci est Judex contentionum inter Regios Officiales, ex foro, 7.5.9
Advocatus Fisci cognoscit de contentionibus suscitatis inter Bajulum, & alios Regios Officiales, ibid. 10
Advocati Fiscalis sententia in contentione jurisdictionis est appellabilis,ibid.21
Advocati Fiscalis sententia in hac contentione est simplex pronuntiatio super competentia Judicis, vel jurisdictionis, ibid.25
Advocati Fiscalis subscriptio est necessaria ad validitatem accusationis, 8.9.25
Advocatus Fisci quando interponat decretum de amplius instruendo,ibid.30
Advocatus Fiscalis an possit imperari, quod aliquem accuset, ibid.32
Advocatus Fisci non debet accusare ex deliberatione Senatus, ibid.33
Advocatus Fisci non tenetur inquisitionem transmittere jussu Principis, ibid.
Advocatus Fisci non debet, nec potest accusare sine probatione,ibid 34
Advocatus Fisci potest persequi cuncta crimina, ob quæ pœna corporalis debeatur, nisi per forum expresse prohibeatur,ibid.42
Advocati consulentes reo legitimè interrogato veritatem negare peccant, 8.4.10
Advocati, & Procuratores consulentes reo negare veritatem, quando legitimè interrogatur, puniri possunt, ibid.
Advocatorum disputationes quando introductæ, ad judicia, 9.5.2.& seq.
Advocatorum dignitas, & vitia quibus aliquando commaculatur,ibid.4
Advocatorum disputationes necessariæ sunt ad veritatem indagandam, ibid.7
Advocatorum disputationes in facto debent fieri publicatis testibus, in jure vero concluſa & relata causa, ibid.9.& 10
Advocati non faciliter judicatis, acquiescunt, 11.6.24
Advocatorum orationes audiendæ concluſa causa, 9.5.35
Advocatorum superfluæ orationes causam offuscare solent, ibid.
Advocati quod, & quando admittendi sunt ad orandum, ibid.36
Advocati honorarium peti potest in audientia verbali, 10.3.47.& seq.
Advocatus judicare nequit litem in qua patrocinium præstitit, & iste defectus partium consensu suppleri nequit, 12.1.16 & seq.
Advocatus absque recusatione excludendus est à judicando litem in qua patrocinium præstitit, & allegationes subscripsit,ibid.18
Advocatis & Procuratoribus debetur palmarium victoriæ,& quomodo computandum,12.3.12.
Advocato fiscali interveniente ipsi debetur totum palmarium,ibid.64.
Advocato postulanti tempus ad scribendum in jure de foro negari potest, sed de æquitate in arduis conceditur,9.5.38
Advocati honorarium pro allegationibus in jure an computandum in expensis, 12.4.10.& seq.
Ædilis electio,4.1.18
Ædilis officium quod sit,4.4.39
Ædilis de quibus curat, 4.4.42
Ædilis antiquum nomen, & novum apud nos, ibid.39
Ædilis nostræ Urbis an sit idem ac Ædilis Cerealis, ibid.40
Ædilis officium regere, Miles compelli non potest, ibid.41
Ædilis cognoscere debet summariſſime, ut cognoscit, ibid.44
Ædilem metuentia loca quæ sint ex Seneca, ibid.45
Ædilis in foro piscium venalium quam potestatem habeat, ibid.46
Ædilis de minimis curat, & sic verbaliter causas audit, atque definit, 10.4.54.
Ægritudo an diem differat in criminalibus, 8.6.34.
Ægritudo non differt causam celeritatem desiderantem,ibid 40
Ægrotus an torqueri possit, ibid 38
Æquatoris effectus,& officia, 7.3.202
Æquè principaliter unio inter duas Ecclesias, religioneſvè, quando fiat, 8.8.369
Æquinoctiorum vera supputatio à quo Zodiaco desumant, juxta calculum per Sedem Apostolicam approbatum,7.3.186.& seq.
Æquinoctialis circuli ratio, 192
Æstimatio ejus quod interest in summariſſimo juris firmæ regulanda est respectu ejus quod interest in plenario, 10.5.108
Æstimanda est per petitos res Curiæ, & subhastationi oblata antequam distrahatur, 12.3.39.& seq.
Æstimata re quæ distrahenda offertur diminutio pretii compensatur cum facultate luendi,ibid.57
Æstimatione præcedente si creditor in solutum receperit rem oblatam tantundem censetur recepiſſe, ut pro reliquatu executionem prosequi valeat: inæstimata vero re insolutum recepta licet minus valeat quam creditum non potest amplius petere, ibid.61.& seq.
Ætas ad Senatoriam dignitatem requisita,2.2.135
Ætas necessaria ad officium judicis, juxta forum, 6.5.

Index Rerum,

Affectata rixa præsumptio est animi deliberati ad occidendum, 8.8.81

Affectatio rixæ est clara, quando is, cum quo rixa habenda est, inermis, & vinctus reperitur, ibid.

Affectata excusatio dolum comprobat, ibid.89

Affines an repellantur à testimonio in causa affinis, 8.8.241

Affines inimici, non veri sed præsumpti, an probent, ibid.242

Agarenorum tempore Philosophia Medicina, & Astronomia cultæ in Hispania fuerunt, 4.3.66

Agarenorum tempore Schola celebris adfuit in urbe Corduba, ibid.67

Agarenorum Reges insignes in arte medendi, ibid.

Agentes & consentientes cooperativè pari pœna puniuntur, ibid.85

Agens alieno nomine statim debet legitimare sui personam 9.1.137

Agens conjunctorio nomine, vide *conjunctorio*.

Aggravans delictum, vide *Qualitas*.

Aggressor Clericus, an occidi possit, 8.8.112

Aggressor in rixa quis dicatur, ibid.49

Aggressor an teneatur pœna ordinaria, ibid.50

Aggressores domus alienæ animo deliberato damnificandi, capite plectendi ibid.117.& seq

Agriculturam imitantur Reges, Principes, Rectores, 8.10.164

Alcadiorum domus monetæ officium, privilegia, jurisdictio, & potestas, vide verbo *Monetarius*.

Alcantara Ordo militaris de novo admissus fuit ad officia Generalitatis, & interventum in Comitiis inter voces Ecclesiastici Brachii, 3.1.43

Alcantaræ Ordo Militaris obtinet jurisdictionem spiritualem, 7.4.99

Aleatores puniuntur sine processu, 8.9.75

Alfonsina jurisdictio verbo *jurisdictio*.

Alguazelli ordinarii munus, & præstantia, 2.2.203

Alguazelli extraordinarii officium, ibid.210

Alguazelli inter viles non enumerantur nec sustinent vices accusatoris, sicque probant, 8.8.232. & seq.

Aliena re utentes ad alium usum, quam destinatum à domino, committunt furtum, 8.8.31

Alienigena ab urbe multipliciter intelligi potest, 5.3.80

Alienigenis à Regno, subditis tamen D. Regis Aragonum concessa fuit immunitas, media acquisitione civilitatis, & non aliis, ibid.81

Alienigenæ & Advenæ plerumque subvertunt bonos mores, 8.10.17

Alienatio prædiorum pupilli, vel minoris quas solemnitates requirat, 10.6.53.& seq.

Alienatio bonorum fideicommissi absque justa causa facta nullius momenti est, ibid.67

Alienationum decreta vide *decretum*.

Allegationes an admittendæ sint postquam sententia est penes scribam, 8.9.34

Allegatio contraria facto, non est attendenda, 9.1.273

Allegationes tam in facto quam in jure quando fiendæ, 9.5.1.& seqq.

Allegationes in facto apud Valentinos dicuntur *resolutories*, ibid.14

Allegationes in jure dici solent *memorials*, ibid.

Allegandi in jure tempus præfinitum non est sed arbitrarium, ibid.16

Allegandi in facto facultas limitata est ad unicum scriptum, ibid.17

Allegandi facultas concedenda iterum est si post conclusionem edita fuerint instrumenta, & concessa dilatio impugnativa dum pars probaverit, ibid.19

Allegationes juris in scriptis frequentiores & utiliores sunt Valentiæ quam orationes, ibid.37

Allegationes juris in scriptis an edendæ sint parti, ibid.40

Allegationes Advocatorum non admittunt causæ mercantiles, 10.4.46

Alimenta quomodo taxanda Militibus mole creditorum gravatis, ope privilegii militaris ne conveniantur ultra quam facere possint, 3.4.21

Alimentorum concessio favorabilis est, sed favorabilius carcerem vitare ex quacunque causa, ibid.29

Alimenta & sumptus litis arbitrio judicis taxantur secundum facti circunstantias, 2.4.7

Per alium facere, est idem ac facere per se, 6.5.83

Alquezarensis Cœnobii erectio, & constructio, 2.5.16

Alteri per alterum conditio deterior non fit, 5.4.22

Altiorem indaginem requirentia non sunt judicii summarissimi juris firmæ, 10.5.171

Altiorem indaginem quæ requirant, ibid.172

Altiorem indaginem exceptiones requirentes, vide *Exceptiones*.

Amici an repellantur à testimonio in criminalibus, 8.8.241

Amicus an admittatur in judicio conjunctorio nomine, 9.1.289

Amicitia arcta æquiparatur consanguintati, ibid.290

Amortizationis jus, & ejus origo apud nos, 2.5.100. & 111

Ampliare dilationem foralem probatoriam Judex non potest, 9.2.137 & 154.& 223

Angulorum cœli divisio, 7.3.199

Animi deliberati qualitas cum resideat in mente, conjecturis probanda est, 8.8.46 & seq.

Anomalæ causæ quæ dicantur in Supremo, 12.4.51

Annonæ causæ & jurisdictio ad Juratos privative pertinet, 4.3.37

Annus cœptus pro completo habetur, sed non quoad obtinenda officia Urbis, 4.5.14

Anni dimensio ex solis motu mensium verò ex motu Lunæ percipitur, 7.3.181

Annus fatalis ad supplicationis causas instruendas ex quo computetur, 11.3.56.& seq.

Annus fatalis ampliari vel acceleratì an possit, ibid.& 61

Antonii Fabri doctrina laudatur, 7.1.42

S. Antoninus Archiepiscopus Florentinus, & ejus authoritas commendatur, 4.3.79.& 89

Antiquior de Senatu officium Regentis Cancellariam, eo absente, vel impedito gerit, 2.2.199

Apostolos elegit Christus Dominus pauperes, & quare, 8.8.221

Apostolicæ Sedis approbatio quoad remedium extrajudicialis defensionis succurrendi vi oppressis, 7.1.67

Apostolicæ Sedis approbationes, quoad formam executionis concordiæ contentionum inter Judices Ecclesiasticos, & Regios, 7.1.11

Apostolicæ Sedis approbatio regaliæ cognitionis in exemptos, ibid.208

Apostolicæ Sedis approbatio quoad praxim compellendi Ecclesiasticos contumaces per remedia prætoria, ibid.214

Apostoli in appellatione qui dicantur, 11.2.14.& 27

Apostoli quando & quomodo petendi sunt, ibid.15.& seq.

Apostolis concessis quod tempus detur ad prosequendam appellationem, ibid.20.& 24

Apparatus verus vel fictus an requiratur ut reo currat dilatio probatoria in materia principali, 9.2.96

Apparatus solum requiritur à foro ut currere incipiat reo dilatio in materia objectiva, & disparitatis ratio, ibid.98.& seq.

Apparatus verus, vel fictus quis dicatur, ibid.103.

Apparatus praxis, varia & incerta eſt in foro Valentino, ibid. 104
Apparatus quando neceſſarius eſt ad dilationem in materia principali, ibid. 106
Apparatus uſus ferme receſſit ab Aula niſi in caſibus expreſſis in foris, ibid. 116
Apparatus in quibus caſibus neceſſarius ſit juxta foros, ibid. 117
Apparitores, vide *Birroarii.*
Appellatio à ſententia Alcadiorum domus monetæ reſervata eſt Regiæ Audientiæ, 2. 6 29
Appellatio à decreto Senatus in cauſa recurſus ob impedimentum oppoſitum ad concurſum electionis per ſortem, non ſuſpendit judicatum, 4. 9. 6
Appellationis remedium opportunum eſt ad electiones, ibid. 14
Appellatio in electionibus an admittatur quoad utrumque effectum, ibid. 15
Appellatio admittitur quoad utrumque effectum, ſi interponatur ante adeptam poſſeſſionem officii, ibid. 16
Appellatio non admittitur quoad ſuſpenſivum, ſi interponatur poſt poſſeſſionem officii adeptam, ibid. 17.
Appellatio admittitur quoad utrumque effectum, ſi electio peccaverit in forma, ibid. 18
Appellatio admittitur quoad utrum effectum, ſi tempore adeptæ poſſeſſionis appellans proteſtatus ſit, ibid. 119
Appellatione pendente currit electo tempus officii, ibid. 21
Appellationis cauſa durante quis lucretur ſalarium officii, ibid. 22
Appellare an poſſit electus ab electione, ibid. 35
Appellationum Judices in Conſulatu maris, vel mercatorum, 4. 10. 15
Appellationum Iudices in cauſis Conſulatus privativè cognoſcunt, ibid. 16
Appellatio ſecunda an concedatur in his cauſis, ibid. 17
Appellationis ſecundæ Iudices à quo nominentur, ibid. 18
Appellationis cauſa inter ſubditos domini obtinentis Alfonſinam tantùm, vide verbo *Dominus Alfonſina,*
Appellatio à ſententia Bajuli in patrimonialibus ad Regiam Audientiam non datur, 2. 4. 21
Appellationis cauſa in re cenſita ut cenſita, ut pertinet ad dominum directum, ut prima inſtantia, 6. 3. 7
Appellationis cauſa non venit in conceſſione ſine mentione ſpeciali, ibid. 25
Appellationis remedium; an detur in cauſa contentionis declarata per Cancellarium juxta concordiam, 7. 1. 134
Appellationis remedium, an concedatur à ſententia lata per Advocatum Fiſcalem in cauſa contentionis inter Regios Officiales, 7. 5. 21
Appellatio eſt de genere permiſſorum, ibid. 23
Appellatio ſemel permittitur in competentiam fori, ibid. 24
Appellatio in criminalibus non ſolum eſt permiſſa condemnato, ſed cuilibet pro eo, 8. 9. 85
Appellari poſſunt fœminæ pro condemnato criminaliter, licet pro aliis poſtulare nequeant, ibid. 86
Appellatio in criminalibus admitti debet juxta foros, ibid. 87
Appellationis admiſſio, vel denegatio apud nos non eſt in uſu, ibid. 88
Appellatio vel ſupplicatio tanquam frivola denegatur in articulo declarationis litem conteſtatam fuiſſe miniſterio legis, 9. 1. 151
Appellatio & ſupplicatio idem ferme in effectu ſunt, ibid. 174
Appellatio denegata eſt à mere interlocutoria, ibid. & 11. 2. 122
Appellatio deneganda eſt à repulſa exceptionis dilatoriæ dempta declinatoria fori, ibid. 175
Appellatio admittenda eſt ab interlocutoria habente vim diffinitivæ, ibid. 176. & 11. 2. 125
Appellatio permiſſa eſt è denegatione dilationis probatoriæ, 9. 2. 226
Appellationis remedium opportunum eſt ad res expeditas per juriſdictionem voluntariam, 10. 6. 8. & ſeq.
Appellatio non eſt remedium opportunum ad tutelæ vel Curæ dationem, ibid. 17. & ſeq.
Appellatio recipitur à rejectione excuſationis non verò ab ipſa datione tutoris, vel curatoris, ibid. 19
Appellatio recte interponitur à declarationibus juris ſuccedendi ab inteſtato, ſive in fideicommiſſo, vel majoratu, aut vinculo, ibid. 35
Appellatio remedium opportunum eſt adverſus decreta pro alienatione prædiorum pupilli ſeu minoris & bonorum fideicommiſſi, ibid. 74
Appellationem recipiunt decreta de ſequeſtrando, ſive emparamenta, ibid. 97
Appellationum interpoſitarum judicia à decretis ſequuntur naturam primævi judicii, ibid. 102
Appellatio utiliter interponitur à præcepto ſive inhibitione, de non faciendis actis, ibid. 99
Appellatio pronunciationem ſupponit, 11. 1. 1
Appellatio ſuſpendit effectus ſententiæ, ibid. 98
Appellatio eſt remedium competens adverſus ſententiam, ibid.
Appellatio quid ſit, 11. 2. 1. & ſeq.
Appellatio judicialis interponi non poteſt à futuro gravamine, ibid. 2
Appellatio dari nequit de majori ad minorem Judicem ibid. 3
Appellatio non unquam datur ad æqualem Judicem, ibid. 4
Appellari poteſt ad ſuperiorem omiſſo medio, ibid. 7
Appellatio intra quod tempus interponenda, ibid. 8. & ſeq.
Appellandi tempus decem dierum ſcilicet computatur de momento ad momentum, ibid. 8. & 32
Appellationi inhærens an ſervare debeat hæc tempora, ibid. 9
Appellans in primo die cæteros renunciaſſe videtur, ibid. 10
Appellatio à gravamine tractum ſucceſſivum habente, quocumque tempore utiliter interponitur, ibid. 12
Appellatio verbo interpoſita quando utilis ſit, ibid. 13
Appellandi praxis in Regno Valentiæ, ibid. 18. & ſeq.
Appellatio quando introducenda & quomodo injungenda, ibid. 19
Appellationis introductio habet vim Apoſtolorum, ibid. 22
Appellans bis iterumque Apoſtolos petere debet, ibid. 25
Appellans non conceſſis Apoſtolis, proſequi appellationem poteſt, ibid. 26
Appellatio tenet etiam ſi per Judicem non ſit admiſſa, ibid. 28
Appellatio à denegatione an requiratur, ibid 29
Appellatione prohibita, prohibitum etiam eſt appellare à denegatione, ibid. 30. & 92
Appellabilis an cauſa ſit ad quem Judicem pronunciare pertineat, ibid. 31
Appellatione interpoſita nomine procuratorio per non habentem mandatum non valet niſi ſequatur ratihabitio intra decem dies, ibid. 33
Appellatio introducta nomine procuratorio per non habentem mandatum non valet niſi ſequatur ratihabitio intra quindecim, ibid. 34

Index Rerum,

Appellans tenetur prosequi appellationem summa cum diligentia, ibid. 43
Appellato absente à loco judicii relicto procuratore quo tempore citatio facienda, ibid. 45
Appellationis reparatio quomodo fieri solita fuit, ibid. 49
Appellatio non habita copia Iudicis fienda coram authenticis personis, ibid. 55
Appellationis introductio, vox peritorum est observans proprietatem sermonis, & terminorum juris, ibid. 53.
Appellans tenetur exprimere causæ qualitatem in libello appellationis, & introductionis, ib. 58. & seqq.
Appellatio prodest conferri litis, ibid. 61. & seq.
Appellationi, & introductioni, quæ decreta dentur, ib 56.
Appellationi renunciari valet dum non fiat in præjudicium tertii, ibid. 65
Appellans seorsim à consorte detegit animum & manifestat noluisse juvari appellatione consortis, ibid. 64
Appellatio socii absque scientia consortem juvat, ibid. 66
Appellationis scientia necessaria est quando quæritur an quis renunciaverit, ibid. 68
Apellatio simpliciter interposita comprehendit omnia contenta in sententia, ibid. 71
Appellatio à capitibus præjudicialibus ad ea restringitur, ibid. 73
Appellatus ut ei prosit appellatio non tenetur adhærere. ibid. 74. & seq.
Appellatione interposita & introducta judicium commune fit, ibid. 75
Appellatione quomodo extinguantur effectus sententiæ, ibid 78. seq.
Appellatio devolvit cognitionem judici *ad quem*, ibid. 77
Appellatio limitata; devolutionem limitatam producit, ibid. 81
Appellationis ignorantia respectu consortis in dubio præsumenda, ibid. 70
Appellatio plerumque interponitur tergiversandi gratia, ibid. 82
Appellatio regulariter admitti debet ibid. 83
Appellatio tanquam favorabilis in dubio admitti debet; ibid. & seq.
Appellatio semel admissa in causa sui natura non appellabili eam appellabilem reddit, ibid. 87
Appellabilem plerumque facit causam non appellabilem taciturnitas appellati, ibid. 89
Appellatio prohibita in negotio principali, prohibita etiam est quoad incidentia, ibid 91
Appellatio nunquam censetur prohibita à notorio gravamine, ibid. 93
Appellatio interposita à pluribus gravaminibus, uno notorio comprobato, quoad omnes recipienda est, ibid. 94
Appellatio an recipienda in criminalibus, & competentiis jurisdictionis, ibid. 96
Appellatio an recipienda, vel non ex quibus cognoscatur, ibid. 97
Appellabilis sit tota sententia continens plura capitu si quoad vnum appellabilis sit, ibid, 95
Appellatio non recipitur à sententia Principis, neque Senatus, sed suplicatio, ibid. 98. & seq.
Appellatio non recipitur ab executore, ibid. 100. & seq.
Appellatio à Curia Capitaniæ generalis quomodo interponenda, & prosequenda, ibid. 102
Appellatio secunda à sententia Consulum maris non recipienda si confirmat, secus si revocat primam, ibid. 103
Appellatio à sententia arbitrorum non recipienda, ibid 104
Appellatio contumacis nonrecipienda, ibid. 105
Appellatio non recipienda si interponatur ab eo qui post sententiam postulavit diem ad solvendum, ibid. 107. & seq.
Appellatio interposita ab eo cujus non interest, non recipienda, ibid. 109
Appellatio interposita à confesso non est recipienda, ibid. 110
Appellatio an recipienda in causa executiva, ibid. 114 cum seq.
Appellandi facultas renunciatur in obligatione guarentigia, ibid. 118
Appellatio in causa executiva pro legato vel condemnatione *infra decem salvis* admittenda est quoad utrumque effectum, ibid. 119. cum seq.
Appellatio recipienda non est in judiciis mere possessoriis saltim quoad suspensivum, ibid. 128. & seq.
Appellatio an admittenda in interdicto ex remedio *l. fin. C. de edict. div. Adria. toll.* ibid. 130. & seq.
Appellatio non recipienda in causa minoris summæ, ibid 133
Appellatio non recipienda in causis spectantibus ad ædificia & servitutes eorum quæ sunt de jurisdictione ædilis, ibid. 133.
Appellatio recipienda non est de condemnatione pro locato, vel pro rebus ad certam partem fructuum, vel sub tributo receptis, ibid. 134. & seq.
Appellatio an recipienda sit in causa dotis, ibid. 135. & seq.
Appellatio an recipienda sit in negociis fiscalibus, ibid. 138.
Appellatio frivola recipienda non est, ibid. 140. cum seq.
Appellatio à nullo gravamine recipienda non est, ibid. 143. seq.
Appellatio à sententia legali frivola est, ibid. 145
Appellatio ab eo quod Iudex tenetur facere frivola est, ibid. 146
Appellatio in his quæ dilationem non patiuntur non recipienda quoad suspensivum, ibid. 147
Appellatio an recipienda à declaratione injustæ capturæ, ibid. 148. & seq.
Appellatio denegata per legem intelligi debet negata quoad vtrumque effectum, ibid. 152
Appellationis denegatio odiosa est, & stricte interpretanda, ibid. 153
Appellatio à tribus sententiis conformibus denegenda quoad utrumque effectum, ibid. 154. & seq.
Appellatione denegata an nullitas vel recursus denegentur, ibid. & 12. 7. 3
Appellationis commissio intra quod tempus edenda, ibid. 162
Appellans *infra sex* tenetur edere primitivum cum omnibus actis, sub desertionis poena, ibid. 164
Appellatio non est recipienda à Iudice procedente appellatione remota, ibid. 150. & seq.
Appellans interpellandus judicialiter est ut ei currat dilatio ad exhibendum primitivum processum, ibid. 170
Apellato injungenda est editio primitivi, ibid. 171
Appellans cogitur exhibere primitivum per copiam authenticam, licet in eodem loco ambo Iudices procedant, ibid. 172. & seq.
Appellans onere edendi acta primitivi oneratur per forum, ibid. 180
Appellans tertius admittendus etiam in causa non appellabili si docet quod sua interest saltim semiplene, ibid. 182
Appellans tertius cogitur edere acta primitivi, ibid. 183
Appellans ab interlocutione an admittatur ad probandum, ibid. 193
Appellans à diffinitiva de jure civili admittendus est ad

ad probandum de jure Canonico nomine didiſcitis reſtificatis, de foro non eſt admittendus ſi in prima inſtantia habuit dilationem etiam ſi non probaverit, ibid.194.cum ſeq.
Appellans an admittendus ad probandum in materia objectiva, ibid.198.& ſeq.
Appellans an reſtituatur integrum ad probandum, ibid.197
Appellanti admiſſo ad probandum quæ dilatio concedi debet, ibid.205
Appellantis morte hæres proſequi debet appellationem, aut ſtare judicatis, ibid.206
Appellantis hæredi quod tempus concedatur ad proſequendam appellationem, ibid.208.& ſeq.
Appellationis cauſa per horas expedienda eſt ſi prima inſtantia eo modo expedita fuit, ibid.2.1.2
Appellans & Appellatus in quibus differant non comparendo, ibid.229
Appellatus contumax obtinendo, an condemnetur in expenſas, ibid.230
Appellatus qui non comparuit videtur appellationem frivolam deſpexiſſe, ibid.233
Appellationis evocatio una cum toto negotio principali quando, & quo modo fiat, ibid 239
Apppellatio requirit petitionem apoſtolorum vel introductionem intra quindecim dies, 11.3.22
Appellatus adhærens appellationi non præſtat aliam ſolemnitatem, ibid.23
Appellans arguit de iniquitate ſententiam, & conqueritur de errore vel ignorantia Judicis, ibid.27
Appellatio bis permittitur, ibd.29
Appellatio ſuſpendit judicatum, ibid.30
Appellationis Judex inhibet Judicem *à quo*, ibidem 73
Appellationes recta via introducendæ in Supremo quas ſolemnitates requirant, 11.3..51.
Appellatio & querela in quibus differant, 11.7.11.
Appellatio omnis, querela eſt; ſed non omnis querela eſt appellatio.
Appellatio interpoſita à ſententia Prælati, procedentis tanquam Baro cui deferenda eſt, 7.4.30.
Apprehenſores non de familia, ſed auxiliatores particulares, plenè probant, 8.8.239.
Approbatus ſemel non poteſt ampius reprobari ſine nova cauſa, 4.9.5
Approbatio Pontificis, an ſit de eſſentia veræ religionis, 7.4.42
Approbatio Sedis Apoſtolicæ, vide *Apoſtolicæ.*
Aquandi jus non comprehenditur ſub jure paſcendi, 5.1.9
Aquandi ſervitus, Vide *Servitus.*
Aragonum & Navarræ Regna in Hiſpania comprehenduntur, 2.5.25
Arbitrorum electio, juxta concordiam contentionum, ad quem pertineat, 7.1.114.& 120
Arbitri iſti an ſint Judices, & qua juriſdictione fungantur, ibid.119
Arbitri infra quinque dies terminare dubium debent, ibid.120
Arbitrorum quilibet non poteſt procedere ſine alio ibidem.
Arbitri nominatio differri nequit, ob non ſolutas expenſas, ibid.
Arbitri terminum quinque dierum prorogare nequeunt, ibid.122
Arbitrorum vota extra terminum lata nullius momenti ſunt, ibid.
Arbitri ſummariè procedunt, ibid.124
Arbiter pro Eccleſia, an poſſit eſſe laicus, ibidem 135
Arbitri nominatio regulariter reſpicit officium non perſonam nominati, ibid.136
Arbitrium liberum hominis nunquam læditur ab influxu cœleſti, 7.3.79.& ſeq.
Arbitrium Judicis regulari debet juxta leges in ſimilibus diſponentes, 8.8.202
Arbitrium ampliſſimum Judicibus fori concedunt in coarctandis dilationibus probatoriis, 10.1.29
Arbitraria eſt forma procedendi per *compareant partes*, 10 3.67
Arbitri juriſdictionem non habent ſed nudam notionem, 12.1.47
Arcabuſii exploſio etiam ſi non vulneraverit, comprenheditur ſub Bulla Julii III. Pontificis, 7. 2. in textu.
Arcabuſii delatio, & exploſio, vide *Delatio, Exploſio.*
Archiepiſcopus Valentinus habet primam vocem Brachii Eccleſiaſtici in Comitiis; & admittitur ad officia Generalitatis, 3.1.41
Archiepiſcopus eſt ſuperior ſuffraganeorum præſertim in actu viſitandi, 7.4 132
Archiepiſcopos, quam juriſdictionem, exerceat in diſtrictu ſuffraganei, ibid.134
Archiepiſcopus litigans coram laico an teneatur reſpondere ad poſitiones, 9.2.38.& ſeq.
Archiepiſcopi dignitas ad inſtar Archiflaminis erecta fuit, ibid 47
Archiepiſcopus compelli non poteſt jurare inconſulto Romano Pontifice, ibid.51
Archiepiſcopus cui ſubeſt, ibid.53
Archiepiſcopalis dignitatis ſublimitas, ibid.54
Archiepiſcopi perſona nulli laicorum ſubjecta eſt, ibid 61
Archiepiſcopus litigando de mero facto poſſeſſionis in Regia Audientia agnovit juriſdictionem, ſed non potuit ſubjicere perſonam, ibid.63
Archiepiſcopus reſpondendo ſemel paruit & aſſertioni ipſius ſtandum, ibid 72
Archivum publicum ad quid inſtitutum, 9.4.26. cum ſequent.
Archivum Curiæ Judicis Ordinarii in civilibus Valentiæ publicum eſt, & in eo regiſtrantur inſtrumenta extra Regnum confecta, ibid.25.& ſeq.
Archiva Curiarum Gubernationis & Bajuliæ generalis auctoritatem habent in rebus ad eas ſpectantibus & non ampius, ibid.56
Areopagitæ noctu judicabant, & quare, 8.9.42
Argumentum à *contrario ſenſu non* procedit *in* diſpoſitionibus negativis, 3.3.20.
Argumentum à contrario ſenſu validum in jure eſt, 5.3.37
Argumentum ab aliquo animali ad hominem procedit in corporalibus, 7.3.104
Argumentum à defectu Ordinis ad juriſdictionem ſpiritualem, vel è contra non procedit, 8.8.303
Armorum genus non probat exceſſum à moderamine inculpatæ tutelæ, in repentinis, ibid.114
Armorum qualitas occidendi animum deliberatum indicat, ibid.80
Armoniam profitentur Principes Reges; & Imperatores, 8.10.165
Articulorum libellus. Vide *Libellus.*
Articuli impertinentes. Vide *Capitula.*
Articuli ad probandum regulariter non admittuntur lapſis dilationibus, 10.2.47
Articulorum copia conceditur in Regno Valentiæ ſecus in Regno Caſtellæ in eo quo interrogatorii non conceditur, ibid.54
Articuli non ſunt de ſubſtantia Judicii, ibid.55
Articuli ſuſcitati completa dilatione forali deliberatoria, non impediunt conteſtationem, 9.1.140
Artis notariæ exercitium quibus patet in civitate, & in Regno, ibid.60.cum ſeq.
Artis notariæ Proceres, vide *Notarii.*

Index Rerum,

Artifex retinens rem sibi traditam ad operandum in suo artificio tenetur de furto, 8.8.30
Assassinium comprehenditur sub Bulla Julii III. 7.2. in textu.
Assertio fœminæ raptæ dicentis de consensu ipsius abductam fuisse an excusat à pœna, 8.8.181
Assessores Gubernationis urbis, & Regni duo sunt, unus ad civiles, & alius ad criminales, 2.3.25
Assessores Gubernationis toga insigniuntur, ibid.
Assessor Gubernationis ultra Sucronem toga insignitur, ibid.
Assessores Gubernationis naturales esse debent, ibid.27
Assessores Gubernationis Urbis ad invicem substituuntur, ibid 40
Assessores Bajulæ generalis qui sint, & qualiter decorentur, 2.4.21.& 29
Assessoris Ordinariorum munus non requirit qualitatem nuptiarum ut cætera officia Urbis, 4.5.14.& 15
Assessoris etymon, & natura 6.5.2
Assessores Consiliarii dicti, & quare, ibid 4
Assessores Comites dicebantur olim, & ab eis deducitur origo hujus dignitatis, ibid.6
Assessores Jovis qui, ibid.9
Assessoris munere functi præstantissimi viri, ibid.10
Assessoris munus ad quid introductum fuit, ibid.14
Assessoris officii antiquitas, ibid.19
Assessoris, & Judicis, aut Magistratus officia incompatibilia sunt ubi discreta reperiuntur, ibid.25
Assessores à jure non utebantur jurisdictione, ibid.27
Assessor Judicis Ecclesiastici esse potest laicus, ibid.28
Assessores qui habeant jurisdictionem hodie, ibid.29. & 30
Assessoris necessarii consilium sequendum omnino est, ibid.32
Assessoris assumpti votum, an sit consultivum, vel decisivum, ibid.35
Assessor an expiret mortuo Officiali, ibid.38
Assessor an revocari possit, ibid.42
Assessoris officium an sit dignitas, ibid.48
Assessor fruitur omnibus privilegiis concessis Officiali, cui assidet, ibid.50
Assessor æquali honore tractandus, ibid.53
Assessores an possint dicere jus in propria domo, & quo nomine, ibid.66
Assessor an possit fungi munere Advocati in sua Curia, ibid.71
Assessoribus Gubernationis an prohibeatur munus Advocati, ibid.73
Assessor an possit patrocinari causam appellationis coram Judice superiori, ibid.74
Assessoribus generaliter interdictum est patrocinium causarum, ibid.76
Assessoria quælibet totum hominem requirit, ibid. 78
Assessores Ordinariorum an sub hac dispositione comprehendantur, ibid.81
Assessor an possit alteri Advocato aperire modum advocandi, ibid.82
Assessores non possunt puniri per Magistratum, cui assident, ibid.85
Assessores Ordinariorum sportulas, sive salarium sententiarum lucrari minimè possunt, ibid.88
Assessor Bajuliæ generalis in quibus casibus lucrari salarium possit, ibid.89
Assessor Capitaniæ generalis non lucratur sportulas, sive salarium sententiarum ex foro, ibid.90
Assessor Baronis non habens salarium ab eo, an utiliter exigat à partibus litigantibus, ibid.92
Assessores quas qualitates habere debeant, ibid.93
Assessores an exteri esse possint, ibidem 101
Assessores an substituere possint, ibidem 103
Assessorum electiones, ibid.129
Assessores à jure non obtinent jurisdictionem, 7.4. 130
Assessoribus ordinariorum non debetur salarium in prima nec secunda instantia, neque eorum subdelegatis, 12.4.21.& seqq.
Assessor Bajuli percipit salaria sententiarum in Patrimonialibus, ibid. 22
Assessor Bajuli hodie neque in patrimonialibus potest percipere salaria sententiarum primæ instantiæ, ibid. 29
Assessores Gubernationum neque in prima neque in ulteriori instantia percipere possunt salaria sententiæ etiam si procedant ex commissione, dum sit de re spectante ad suam jurisdictionem, ibid 23
Assessor Gubernationis relationem faciens in Regia Audientia de lite lucrari potest dimidium salarii sententiæ, ibid 38
Assessores Ordinis Montesiæ post unionem desumuntur ex Senatoribus Regiæ Audientiæ Civilis, 7.4.24
Assignationes coram Judicibus habendæ quæ dicantur, 10.3.64
Assisiarum causæ ad Juratos privativè spectant, 4.3. 40
Assistentia in rixa facit judicium, 7.1.161
Associati quando assignandi sunt judici delegato per dominum directum, 6.3.24
Associati nominatio, si desumendus sit ex Regio Concilio, non pertinet ad dominum directum, sed ad ipsum Concilium, ibid.27.& 30
Associatus de Regio Concilio præcedere debet cuicunque judici, ibidem 32
Associantes delinquentem cum sclopo quando teneantur pœna dilationis ad malos usus, 8.8.149
Associatus dandus est judici ordinario recusato, 9.1. 204
Associato & ordinario discordantibus in sententia quid fiendum, 9.1.207
Associato recusato quid fiendum, ibid.208
Associatos Judices impetrans in Supremo tenetur deponere portionem salarii sententiæ eis debitam, 12. 4.57
Associatos impetrans ad articulum recusationis nisi amplius deponere tenetur quam contentum in pragmatica, quia loco pœnæ est, ibid.58
Astrologiæ judiciariæ usus reprobatur ab antiquo, 7.3. 50.& seq.
Astrologia naturalis à nemine reprobatur, ibid. 60. imò approbatur, 99
Astrologia superstitionibus mixta, ab omnibus reprobatur, ibid.61
Astrologia infici potest ab idololatria, ibid 65
Astrorum scientia fuit Theologia Ethnicorum, ibid.
Astrorum influxus necessarios asserere, est hæreticum dictum, ibid.66
Astrologia solum consequitur conjecturalem quandam præsumptionem, mediam inter necessarium, & possibile, ibid.71
Astologia naturalis solum differit de his, quæ ex casualitate naturali provenire possunt, ibid.72
Astrorum influxus vis, juxta Divi Dionysii Areopagitæ dictum, ibid.73
Astrorum influxus vis juxta Divum Thomam & Aristotelem, ibid 74. & seq.
Astra an moveant animam rationalem, ibid 76
Astrologi quo pacto possint differere de vitæ duratione, ibid.83
Astrologi inspicere nequeunt Christi nativitatis thema, ut ex ea eventus vitæ ipsius scrutentur, bene vero ad radicem motum Planetarum, ibid. 85. & seq.
Astrologi nequeunt inspicere Nativitatem B. Mariæ ad percipiendos eventus, ibid.88

Aſtrologia non poteſt judicare de futuris excedentibus cauſalitatem phyſicam, & naturalem, ibid.91
Aſtrologi interrogationes judicare nequeunt, ibid. 92
Aſtrologus an vanæ obſervantiæ vitium aliquando incurrat, ibid.98
Aſtrologia pura, & naturalis penitùs omnino, ibid. 99
Aſtra operantur in inferioribus motu, & lumine, ibid. 102
Aſtra operantur in animalibus ſenſibiliter, ibid.103
Aſtra quo pacto ſint cauſæ in ſublunaribus, ibidem 105
Aſtra an ſint ſigna ad placitum, vel naturalia, ibid.106. & ſeq.
Aſtrologus an poſſit prædicere aliquid de actionibus ad arbitrium ſpectantibus, ibid.107
Aſtrologi Chriſtiani quo pacto loqui debent, ne ex dicto determinetur actus voluntatis, ibid.110
Aſtrologus actum voluntatis determinans in ſuis prædictionibus, errat in Theologiam, & Philoſophiam, ibid.114
Aſtrologi an poſſint dicere aliquid quoad futura contingentia, ibid.115.& ſeq.
Aſtra ſigna naturalia ſunt, ibid.119
Aſtra non ſunt ſigna neceſſaria, ſed poſſibilia, ibid. 124
Aſtra an ſint ſigna ad placitum Dei, ibid.125
Aſtrologi an poſſint dicere aliquid de morte violenta, percuſſionibus, & his ſimilia, ibid.127
Aſtrologi rerum conjectura utuntur, ibid.128
Aſtrologi an artem perfectè adquirant, ibid. 129. & ſeq.
Aſtronomiæ præcepta, quoad motus ſtellarum neceſſariò computantur, & colliguntur, ibid.136
Aſtra per aërem, tanquam per vehiculum mittunt influxus, ibid.143
Aſtra ſunt igneæ naturæ, ibid.153
Aſtrologorum judicium de gemellis, ibid. 161. & ſeq.
Aſtrologi quamquam non conveniant inter ſe, inde ars non afficitur, ibid.173
Aſtrologi quamquam errent, non inde vanam ſcientiam reddunt, ibid.175
Aſtrologorum diſcordantes opiniones, quo pacto à ſapientibus ad concordiam redigantur, ibid.177
Aſtronomiæ non Aſtrologiæ eſt deſcriptio circulorum diſtantiarum, dimenſio, motumque calculatio, ibid. 178
Aſtrorum nomina approbata in ſacra Pagina, ibid. 207. & ſeq.
Aſtra, & conſtellationes nominibus Chriſtianis illuſtrata, ibid.215.& ſeq.
Aſtrorum aſpectus quomodo obſerventur, ibidem 221
Aſtrorum ſcientia difficiliter adipiſcitur, ibid.223
Aſtrorum natura, motus, & virtutes, quomodo ab hominibus percipiantur, ibid.225
Aſtrologus fuit Chriſtus, & plures Sancti, ibidem 230
Aſtrologi Reges atque Imperatores, ibid 234
Aſtrologi plures appellantur, qui alias artes profitentur, ibid.235
Aſtrologiæ uſus non eſt vulgarizandus, ibid.237
Aſtrologia quibus neceſſaria, ibid.238
Aſtrologiæ utilitas, ibid.240
Aſtrologum in dubio prædixiſſe, ex ſcientia naturali eſt credendum, ibid.241
Aſtrologus non poteſt prædicere particularia, ibid. 242
Aſtrologus prædicens actus per voluntatem determinatos, puniendus, ibid.244
Aſtrologus aſſerens neceſſitatem influxus, vel prædictionis, eſt ſuſpectus de hæreſi, ibidem 243
Aſtrologus futura contingentia prædicens, quæ nullam habent connexionem cum cauſis naturalibus, eſt ſuſpectus, ibid.241
Aſtrologus prædicens actus liberi arbitrii, vel contingentia, non neceſſariò, nec probabiliter, ſed conjecturaliter puniri non debet, ibid.246
Aſtrologus utens libris prohibitis puniendus eſt, alio non edocto, ibid.247
Aſtrologus prædicens aliquid de ſtatu Sedis Apoſtolicæ, vita Pontificis, &c. puniendus eſt, ibid.249
Aſtrologus condiens figuram cœleſtem contra præcepta veræ Aſtronomiæ utitur ſcientia divinatoria, ibid. 250
Aſtrologus vel quilibet alius utens electionibus ad humanos actus omnes ſuſpectus eſt, ibid.252
Aſtrologus adhibens principia non phyſica ad judicium deſumenda, ſuperſtitioſus eſt, ibid.253
Aſtrologus aſſerens ſe poſſe cognoſcere ea, quæ in mente hominum recondita ſunt, ſuſpectus redditur, ibid.254
Aſtrologus, vel quilibet utens ad vitandos influxus rebus naturaliter non aptis, ſuperſtitioſus eſt, ibid.255
Aſtrologus utens inſtrumentis incognitis, characteribus exquiſitis, numeris paribus, vel imparibus, nominibus nati, vel parentum, menſis, vel anni, & ſic ſimilibus, maleficus eſt, ibid.256
Avaritia in Conſiliario, & Judice condemnatur, 2.2. 103
Audacia in judicando reprehenditur ſemper, ibid.100
Auditores computorum Generalitatis quot, & quo officio fungantur, 3.2.31
Audientia Regia, quæ celebrabatur tempore Regis Martini eadem cum noſtra, 5.3.30
Audientia Regia, vide verbo *Conſilium*, & *Senatus*.
Auditores vide verbo *Conſiliarii*, & *Senatores*.
Audientia Regia habet ſuperioritatem & juriſdictionem in toto Regno & juſſa per proprios Apparitores, vel ſarellites executioni mandat, 9.1.40.& 12. 3. 8
Audientia Regia cognoſcit de mero facto poſſeſſionis rei Eccleſiaſticæ, 9. 2. 57
Audientiæ verbalis origo, forma, & cognitio, 10. 3.5. & ſeq.
Audientia verbalis dicitur miſerorum præſidium, ibid. 46
Audientiæ verbalis cauſæ, quæ ſint, ibid.44.& ſeq.
Audientia Regia percipit ſalaria ſententiarum in prima inſtantia, 12.4.25
Audientia Regia non percipit ſalaria ſententiarum criminalium, ibid 40
Audientia Regia ex interlocutionibus duas tertias ſalarii percipere poteſt, ſed non ſolet uti, ibid 60
Audientia Regia poteſt cognoſcere de his quæ indirectè tangunt perſonas Eccleſiaſticas quatenus conducunt ad factum poſſeſſionis, 9.2.59
Audientia Regia incapax eſt cognoſcendi de perſona Archiepiſcopi, ibid.64
Audientia Regia non habet Relatores extraordinarios, 9.5.28
Audientia Regia obſervat relationes ſecretas niſi à parte aliud petatur, ibid.30
Audientiæ Regiæ ſententia non valet ſi excedat ſummam quatuorcentum librarum quin tres ſaltim Senatores interveniant, 11.1.12
Auditor Capitaniæ generalis non poteſt percipere ſalaria ſententiarum, 12.4.24
Audientiæ exercitio ſuſpenſo quid faciendum ne tempora appellationum pereant, 11.1.54
Aularum noſtri Senatus diſtributio actualis, 2. 2. 16. & 62
Aulas Senatus poteſt Prorex coadunare, ibid.63

Index Rerum,

Aulæ Senatus Valentini, quo pacto convocentur ad contentionum declarationes fiendas per Cancellarium juxta concordiam, 7.1. 127
Aulæ civiles, & ſuo in caſu criminalis ad hoc vocantur, ibid. 128. & ſeqq.
Aureus quid importet apud nos, 8.8.60
Auctores approbantes uſum remedii extraordinarii defenſionis oppreſſorum per viam violentiæ, 7. 159
Auctores approbantes uſum Aſtrologiæ *judiciariæ*, 7. 3. 99
Auctoris neceſſitudo erga militiam Beatæ Mariæ de Monteſa, 7.4.1
Auctor rixæ in dolo præſumitur, 8.8.51
Auxiliatores delinquentium mitius puniuntur quando non cooperati ſunt in crimine, ibid. 94
Auxiliator homicidæ, vel alterius criminis qua pœna plectendus, ibid. 98
Auxiliatores Bannitorum, vide verbo *Receptores*.
Auxilium ante delictum, vel in eo ipſo, pari pœna puniendum, 8.8.91
Auxilium poſt delictum mitius punitur, ibid. 92
Auxilium ante delictum ſi eſt remotum, mitiùs punitur, ibid. 93

B.

Bajuli Generalis Curia tertia eſt ordine, & præeminentia, 2.4.1
Bajuli nomen diverſas habet in jure ſignificationes, ibid. 2
Bajulus apud authores linguæ Latinæ quis, ibid. 3
Bajulus apud nos eſt nomen dignitatis, & officii, ibid. 4
Bajulus generalis eſt Procurator Cæſaris, ibid. 5
Bajuli etymon, ibid. 6
Bajulus à bajulando dictus non ineptè, ibid. 7
Bajuli generalis præcipua cura qualis, ibid. 9
Bajuli officium à Regno capto introductum, ibid. 10
Bajulus erat Iudex Agarenorum, & Iudæorum, dum in Vrbe habitarunt, ibid. 11
Bajulus dat facultatem armandi fuſtes, naves, triremes, ibid. 12
Bajulus eſt Iudex criminum patratorum in litore maris, ibid. 13
Bajulus eſt Iudex cauſarum ſuorum officialium, ibid. 15
Bajulus cognoſcebat de crimine plagii patrato per Agarenos, ibid. 14
Bajulo commiſſa cognitio contentionum Alcadiorum domus monetæ, ibid. 15
Bajulus cognoſcit de quæſtionibus piſcationis in palude appellato la *Albufera*, ibid.
Bajulus cognoſcit de fraudibus factis extrahendo à Regno bona prohibita, ibid.
Bajulus cognoſcit de quæſtionibus incilis villæ Algeziræ, vulgò nuncupati *la Cequia Real*, ibid. 16
Bajulus eſt Iudex fluminum, & molendinorum, atque riparum eorum in toto Regno, etiam in terris Baronum, ibid. 16
Bajulus eſt Iudex naufragii, etiam in terris Baronum, ibid.
Bajulus erat Iudex in cauſis fœminarum Domus pœnitentiæ, ibid. & 4.3.15
Bajulus cognoſcit de conſtructione molendinorum, clibanorum, & balneorum, 2.4.18
Bajuli juriſdictio ordinaria eſt, ibid. 19
Bajulus in patrimonialibus immediatè ſubeſt Principi, ibid.
Bajuli ſententia in patrimonialibus non habet appellationem ad Regiam Audientiam, ibid. 21
Bajuli ſententia in gradu appellationis quo pacto feratur, ibid.
Bajuli generali juriſdictio prorogabilis, ibid. 22, & 23.
Bajulus delegare poteſt, ibid.
Bajulus antiquitus in electionibus officialium Vrbis pluribus præeminentiis fungebatur, ibid. 24
Bajulus plura amiſit per expulſionem Agarenorum, ibid. 25
Bajuliæ generalis diviſio, ibid. 26
Bajulus generalis ultra Sexonam civitatis Alonenſis, & illius partis Regni titulo, decoratur, ibid. 27
Bajuli generales Aſſeſſores habent togatos, ibid. 29
Bajulus generalis Vrbis, & Regni habet Locumtenentem generalem in officio à Rege creatum, ibid. 30
Bajulus generalis Alonenſis tantum habet Locumtenentes locales ibid.
Bajulus Alonenſis, Locumtenens Bajuli generalis Valentini appellatur in noſtro jure, ibid. 31
Bajuliæ officiales numerantur, ibid. 32
Bajuli debent eſſe naturales, ibid. 33
Bajuli officium ob ſpecialem diſpoſitionem, nemo cogendus eſt ſubire, ibid.
Bajulus generalis comprehenditur ſub diſpoſitione fori deferentis Juriſdictionem Advocato Fiſcali in cauſis contentionum inter Officiales Regios, 7.5.10
Bajulus generalis Regni Valentiæ aſſumendo ad cauſas appellationum Aſſeſſores ex Regia Audientia, aſſumit vere ſuperiores, 11.2.6
Bajuli Aſſeſſor, vide *Aſſeſſor*.
Baliſtæ exploſio, etiamſi non vulneravit, comprehenditur ſub decreto Iulii Tertii, 3.2. in text.
Bancus Regius, ad quem citantur Eccleſiaſtici Iudices delegati quid apud nos ſit, 7.1.30
Ad Bancum citatio quando procedat, ibid. 196
Banniti divagantes in commitiva, qua pœna puniantur, 8.8. 124. & ſeq.
Bannitorum commitivæ, quas qualitates habere debent, ut pœna ordinaria pragmaticarum ſubiiciatur, ibid. 125
Bannitorum divagatio qualis probanda eſt, ibid. 126
Bannitorum coadunatorum numerus, quomodo probandus, ibid. 127
Bannitorum delicta patrata per commitivam, quomodo probanda, ibid. 128
Bannitorum divagatio, an probari poſſit per teſtes ſingulares, ibid. 129. & ſeqq.
Bannitorum receptatores, vide verb. *Receptator*.
Bannitorum perſecutio generalis, 8.10.141. & 154. cum ſequent.
Baptiſmi gradus in Eccleſia Dei qualis eſt, 7.2.7
Barataríæ crimen, an ſit idem cum furto, 8.8.26
Barboſæ doctrina de auctoritate decretorum compilatorum per Gratianum diſcutitur, 7.1.64
Baroniarum cauſæ an poſſint evocari ad Reg. Audient. 2.2.36
Barones non cognoſcunt de crimine læſæ Majeſtatis divinæ, & humanæ, falſæ monetæ, & plagii, ibid. 37. & 6.1.64
Barones habent juriſdictionem conceſſam, cumulativè in quatuor caſibus contentis in foro 150. *Curiæ* 1604. & ſeqq. 2.2.38. & 6.1.65
Barones in cauſis pœnarum impoſitarum per Regias pragmaticas habent juriſdictionem cumulativè conceſſam 2.2.39. & 9.1.65
Barones in cauſis comitivarum an poſſint cognoſcere, 2.2.40
Barones non poſſunt operas imponere ſubditis, 6.2.3. De Baronibus Doctores qui tractant, 6.1.47
Baronis nomine comprehenduntur illuſtriores dignitates, ibid. 48
Baronum natura diverſa, ibid. 49. & 50
Barones in Aragonia quam poteſtatem habeant, ibid. 51
Baronis nomine in Catalonia, qui veniant, ibid. 52
Baronis nomine apud nos intelliguntur obtinentes merum imperium, & non alii, ibid. 54
Baro proprie quid ſit, ibid. 55
Baronum juriſdictio privativè conceſſa eſt, tam in prima,

ma, quàm in aliis inſtantiis, ibid. 56
Baro quando dicatur gravare, ut locus ſit recurſui, ibid. 58
Baro deferens appellationi interpoſitæ ad Regia Tribunalia renunciat ſuo juri, ibid. 60
Baro faciens actum per quem renunciatio ſimilis judicatur, facit cauſam evocabilem, & amittit illius cognitionem, ibid. 61
Baro, cujus perſona offenſa eſt, ſuſpectus redditur ad judicandum, ibid. 63
Baro an cognoſcere poſſit de crimine falſæ monetæ, ex legitima materia confecta, ſub ſignatura alieni Principis, ibid. 64
Baro non cognoſcit de Militibus, aut fruentibus privilegio militari, ibid. 67
Baro non cognoſcit de alio barone, in ſua terra delinquente, vel contrahente, ibid. 68
Baro non cognoſcit de domino oppidi habente mixtum imperium, ibid. 69
Baro non cognoſcit de condomino, vel combarone, ibid. 70
Baro non cognoſcit de cauſa inter ipſum, & vaſſallum ibid. 71
Baro non cognoſcit de famoſo latrone, bannito, nec de receptante, ibid. 72
Baro non cognoſcit de Regio officiali delinquente in ſua terra, ibid. 73
Baro non cognoſcit de vaſſallo obtinente ſalvam guardiam, ibid. 74
Baro non cognoſcit quando reperitur in dolo, ibidem 75
Baro non cognoſcit de offenſa facta officiali Regio, ibid. 76
Baro non cognoſcit de crimine patrato dum Princeps reperitur in terra baronis, ibid. 77
Baronum juriſdictio an deroget privilegio miſerabilium perſonarum, ut vidua, pupillus, &c. ibid. 79
Baro non poteſt imponere vectigalia, ibid. 83
Baro concedit univerſitatibus ſuæ ditionis facultatem imponendi contributiones, ibid. 84
Baro poteſt viſitare oppida ſuæ baroniæ, ibid. 85
Baro poteſt evocare ad ſe cauſas ſuorum officialium, ibid. 86
Baro an concedat officiali juriſdictionem privativè ad ſe, ibid. 87
Baro poteſt mutare locum juriſdictionis, & cauſas extrahere à baronia, ibid. 89
Baro an poſſit apponere officialem in oppido alieno, in quo habet merum imperium ad cauſas quæ ſunt ſuæ Juriſdictionis, ibid. 91
Baronis an debeantur homagia, ibid. 92
Baro tenetur jurare obſervantiam privilegiorum baroniæ, ibid. 94
Baro cognoſcit de delictis ſuorum Officialium, ibid. 96
Baro an teneatur ad damna, ex male geſtis per ſuum Officialem in officio, ibid. 99
Baro poteſt remittere pœnas, ibid. 101
Baro quando dicatur excedere in remittendo pœnas, ibid. 102
Baro an poſſit remittere delicta extra territorium commiſſa à ſuo ſubdito, ibid. 105
Baroni an competat privativè facultas remittendi delicta ad eum ſpectantia, ibid 106
Baro non poteſt indulgere pœnas delationis armorum igneorum ad malos uſus, ibid. 104
Baronis juriſdictio an ſpectet ad uſufructuariam tenutariam, vel quemlibet alium poſſidentem jure pignoris, ibid. 110
Barones non poſſunt eligi Familiares S. Officii Inquiſitionis, 7. 3. 41
Baronum contentiones, ad quem Judicem pertineant decidendæ, 7. 5. 29
Barones an habeant Jus confiſcandi, 8. 8. 181
Barones quamquam conceſſam habeant cognitionem criminum, quibus annexa eſt pœna confiſcationis, non tamen bona confiſcata ſibi adquirunt, 8. 9. 123
Barones abutentes juriſdictione puniendi ſunt, 9. 1. 222
Baronum Judices, vide *Judex*.
Baro qui Prælatus eſt forales diſpoſitiones ſervare tenetur in ſententiis quas ut Baro fert, & ad Regios Judices appellationes remittere, 7. 4. 30
Belli proximiras recto regimini noxia eſt, 8. 10. 19
Belluga explicatur, dum loquitur de tranſmiſſione inquiſitionis, 8. 1. 9
Belluga ſcripſit antequam ederetur *for.* 12. *de execut. re judic.* & ſic de ejus materia loquendo attendendus non eſt, 12. 2. 41
Benedictus Decimus tertius Ordinem Divi Gregorii de Alfama univit, & incorporavit cum Ordine Monteſiæ, 7. 4. 11
Beneficiarus quid probare debet, ut privilegio fori fruatur, 7. 1. 174
Beneficiati in ſacris non initiati, an comprehendantur ſub diſpoſitione bullæ Julii Tertii, 7. 2. 5
Beneficii collatio, an firmius reddat privilegium fori, ibid. 23. & ſeq.
Beneficium quomodo requiratur juxta Tridentinum ad privilegium fori, ibid 24
Beneficium faciliùs amittitur, quàm tonſura, ibid. 25
Beneficium verbis, & facto amittitur, ibidem. 26. & ſeq.
Beneficium ſemel amiſſum, non recuperatur, abſque nova collatione, ibid. 27
Beneficiatus, an teneatur habitum, & tonſuram deferre, ex Tridentino, ibid. 28
Beneficium ſupponit perſonam ſacratam à tonſura, ſicque ipſam non ſacrat, ibid. 30
Beneficium datur propter officium, ibid. 31
Beneficiati quare recitare teneantur divinum Officium, ibid. 39
Beneficiati tenentur recitare ratione juſtitiæ, ibid. 40
Beneficiatus non reportans fructus ad mediocrem ſuſtentationem, an teneatur quotidie recitare, ibid. 41
Beneficiati obligatio quoad recitandum, in quo diſtinguatur à ſacris initiati, ibid. 42
Beneficii, quæ cauſæ ſint, ibid. 50. & ſeq.
Beneficii, & officii æquiparatio in plurimis, ibid. 51
Beneficii ſpiritualitas à quo proveniat, ibid. 53
Beneficiatus in minoribus comprehenditur ſub diſpoſitione bullæ, ex identitate rationis, ibid. 55
Beneficiari poſſunt contrahere nuptias, ibid. 20
Beneficium reſtitutionis in integrum, vide *Reſtitutio*.
Beneficii regularis incapax, eſt pariter incapax penſionis ſuper illud reſervatæ, 8. 9. 135
S. Bernardus quomodo depinxit Milites Templarios, 12. 1. 41
Birroarii reos perſequentes, quod crimen committant extorquendos pecunias ab ipſis, 8. 8. 23
Birroarii, & cæteri de familia inferiores poſſunt committere crimina barattariæ, concuſſionis, & alia ſimilia, ibid. 27
Birroarii, & cæteri Satellites non ſunt teſtes integræ fidei, ibid. 229
Birroarii, & cæteri Satellites probant in criminibus levibus, ibid. 230
Birroarii, & cæteri Satellites, an faciant Judicium ad torturam, ibid. 231
Birroarii in his, ex quibus utilitatem habere poſſunt, non ſunt integræ fidei, ibid.
Birroarii probant in criminibus difficilis probationis ſi alio vitio non laborant, ibid. 234

Birroarii plures an plenè probent in criminalibus, ibid. 235

Bonorum *de realengo*, natura, & origo, 2. 5. 44

Bonorum *de realengo*, jurisdictio est penes judices laicos, etiamsi ab Ecclesia, vel Ecclesiastico possideantur, tam in hac, quàm in Diœcesi Orcelensi, ibidem 99

Bona *de realengo*, deferuntur ab intestato proximioribus Clerici, & è contra, ibid. 110

Bonorum *de realengo*, jurisdictio est penes Regem, etiamsi agatur actione personali, 5. 1. 23

Bona fideicommisso, vel majoratui perpetuè suppositа non tenentur ad solutionem quindennii, ibid. 115

Bona fideicommisso suppositа, plerumque alienantur, ibid. 122

Bona Ecclesiæ, aut universitati quæsita, inalienabilia sunt, ibid. 123

Bonum commune comprehendit privatum, 3. 1. 114

Bonum particulare respiciens non est lex, sed privilegium, ibid.

Bona Militum mole creditorum gravatorum venduntur, deductis his, quæ ad alimenta designantur, nisi suppositа majoratui, aut fideicommisso sint, 3. 4. 22. & 24

Bona reservata Militaribus in executione ad instantiam privati, non reservantur in executione fiscali, Generalitatis, vel Urbis, ibid. 34

Bona confiscata ob crimen raptus cui applicentur, 8. 8. 173

Bonorum publicatio, an comprehendat bona sita in alieno territorio, 8. 9. 109. & seq.

Bona allodialia non adquiruntur Fisco per publicationem, sed domino directo juxta foros, ibid. 121

Bona confiscata per Judicem inferiorem, an comprehendant bona sita extra territorium judicantis, ibid. 122

Bona confiscata per Baronem non adquiruntur ei, sed Fisco Principis, 123

Bona confiscata ob crimen Deum offendens, intelliguntur ubique sita sint, ibid. 124

Bona confiscata ob crimen offendens homines, quibus quærantur extra Provinciam judicantis, ibid. 125

Bona fiscalia emens, securus remanet, secus si confiscata sint, vel debitoris Fisci, ibid. 136

Bona litigiosa emens, præjudicatur ex sententia lata sine citatione illius, cum eo, quem principaliter negotium tangit, ibid. 137

Bonorum minor pars est accessio majoris, 12. 1. 41

Bonorum indivisibilitas nullam jacturam infert jurisdictioni, ibid. 43

Bona fides non desideratur ad præscribendum jus executivum, ibid. 63

Bonis mobilibus deficientibus transeundum est in executione ad immobilia, 12. 3. 15

Bona privilegiata Nobilium quæ dicantur, ibid. 17

Bona preciosissima non solum licitari debent in loco situs & judicii, verum in civitatibus Regni, & in confiniis, ibid. 36

Bona mobilia subhastanda sunt per decem dies, ib. 31

Bona immobilia subhastanda sunt per triginta dies forales, & decem amplius ex gratia, ibid. 31. & seq.

Boale, sive *Bovalar*, quid sit, 5. 2. 17. & 24

Boalia apud Græcos, quid, ibid. 18

Boalis constitutio qua de causa apud nos inducta, ibid. 22

Bobadillæ doctrina impugnatur, quoad tradita de Ordine Montesiæ, 7. 4. 66

Bovalar, nomen à quo derivetur in idiomate nostro, ibid. 23. & 24

Brachia Regnum repræsentantia in Comitiis generalibus tria sunt apud nos, 3. 1. 36

Brachia apud Aragonenses quatuor sunt, ibid. 37

Brachia, sive status Regni apud omnes nationes sunt tria, ibid. 38

Brachiorum distributio in Ecclesiasticum, Militare, & Regale antiquissima est, ibid. 39

Brachium in quo differat ab Stamento in nostro Regno, ibid. 40

Brachium Ecclesiæ olim ex quatuordecim vocibus constituebatur, hodie novem cum decem vocibus constat, nova adjectione vocis Alcantaræ, ibid. 43

Brachii Ecclesiastici voces enumerantur, ibid.

Brachii Ecclesiastici Syndicus quis sit, vel esse debeat, ibid. 45

Brachii Ecclesiastici voces antiquæ cum novis conferuntur, & explicantur, ibid. 49

Brachii Ecclesiastici voces, quos substituere debent, ibid. 54

Brachii Ecclesiastici voces, substitutos in Urbe habere compelluntur, ibid. 55

Brachium Militare ex quibus componatur, ibid 56

Brachium Militare ordinem non observat in sedendo, neque in sententiam ferendo, ibid. 65

Brachii Militaris voces, si aliquando graduandæ sint, id fit forte, ibid. 66

Brachii Militaris Syndicus quis, & de ejus electione, ibid. 67

Brachii Militaris deliberationes fiunt ex concordi voto, & nemine discrepante, ibid. 72. & 73

Brachii Militaris electi quo pacto, & per quos nominentur, ibid. 74

Brachii Militaris singuli possunt intervenire in cœtu electorum, & habent votum consultivum in quacumque re, ibid. 77

Brachii Regalis, sive domanialis voces, ibid. 78

Brachii Regalis Syndicus, est Syndicus Urbis, qui ad Rationalatum eligitur, ibid 79

Brachii Ecclesiastici electiones ad officia Generalitatis, 3. 3. 1

Brachii Militaris electiones ad hæc officia, ibid. 2

Brachii Regalis electiones ad ipsa officia, ibid. 3

Brachii Militaris singulares, non comprehenduntur sub dispositione aggressionis domus alienæ, vulgo *trencament de alberch*, 8. 8. 118

Brachii Ecclesiastici, vel Militaris vasalli, non comprehenduntur sub dispositione inducente confessionem ex fractione carceris, 8. 9. 68

Bullarum retentio, quando in Regno in usu sit, 7. 1. 198

Bullæ Pontificiæ approbantes praxim nostram, quoad contentiones, & concordiam interpretandam, ibid. 211

Bullæ Pontificiæ ex quibus resultat approbatio compellendi Ecclesiasticos contumaces per remedia prætoria, ibid. 214

Bulla Pontificia approbans Regaliam cognitionis exemptorum, ibid. 208

Bulla Julii III. concedens Regi nostro cognitionem in certos Clericos, certa crimina patrantes, 7. 2. in tex. & num. 1. cum seqq.

Bulla Clementis Octavi expenditur, ibid. 64

Bulla Julii III. utrum comprehendat Beneficiatos in minoribus, vide *Beneficiati*.

Bulla Julii III. post Tridentinum interpretari debet, ut effectum sortiatur, 7. 2. 48

Bullæ Pontificiæ in quibus Milites Calatravenses veri Religiosi dicuntur, & tales tractantur à Sede Apostolica, 7. 4. 51. & seq.

Bulla erectionis Ordinis Montesiæ, 7. 4. 94

Bulla incorporationis Magistratus Montesiæ in Regia Corona Aragonum, per modum administrationis perpetuæ, ibid. 166

C.

CAdavera damnatorum ſepeliri nequeunt inconſulto Principe, 8. 9. 111
Cadavera damnatorum, an gaudeant immunitate Eccleſiæ, ibid. 112
Calculatio motus Aſtrorum ad Aſtronomiam non ad Aſtrologiam ſpectat, 7. 3. 178
Calatravenſis Ordo admittitur in Comitiis, 3. 1. 43
Calatravæ vox in Brachio Eccleſiaſtico ſpectat ad Præceptorem de Bexis, qui eſt ex eo ordine, ibid 52
Caltravenſis Ordinis filiatio eſt Ordo Monteſiæ, 7 4. 7
Calatravenſis Ordinis privilegia conceſſa Ordini Monteſiæ, ibid. 13
Calatravæ Ordo exemptus à poteſtate, & juriſdictione Ordinarii, 7. 4. 86
Calatravæ Ordo habet juriſdictionem ſpiritualem, quæ ſpectat ad Adminiſtratorem perpetuum, ibid. 99
Calatravæ Ordo eligit Priorem ex ſe ipſo, ibid. 116
Calatravæ Ordo nullam ſuperioritatem obtinet in Ordinem Monteſiæ, præterquam in actu viſitationis, qui commiſſus fuit Magiſtro illius ibid. 131
Calatravæ Militia Ordinis Ciſtercienſis eſt, & una Religio cum ea, 7. 4. 57
Calumniæ juramentum, vide *Juramentum.*
Calumnia reſtitutionis in integrum imploratæ adverſus ſententiam allegari debet ut executioni mandetur præſtita cautione, 11. 6. 39
Cambiorum Nundinalium Cauſæ evocari ad Regiam Audientiam ſemper poſſunt, quia privilegiis mercaturæ non gaudent, 10. 4. 34
Campaneam divagari, vide *Bannit.*
Cancellariæ nomen dupliciter ſumitur, & ex hoc explicantur, 2. 2. 147
Cancellariæ nomen impropriè tribuitur Regiis Auditoriis, ſive Audientiis, ibid. 149
Cancellariæ officiales qui, ibid. 150
Cancellarius quis tempore Romanorum, ibid. 153
Cancellarii nominis derivatio, ibid. 153
Cancellarius Coronæ Aragonum, eſſe debet Prælatus magnus, vel notabilis perſona Eccleſiaſtica, ib. 154
Cancellarius Academiæ Valentinæ, eſt Præſul Valentinus, 4. 3. 73
Cancellarius Regius eſt Judex contentionum, 7. 11. per tot.
Cancellario, per quem præſentandus eſt proceſſus contentionis, ibid. 225
Cancellarius intra triginta dies declarare debet contentionem, ibid.
Cancellario intra terminum non declarante res eſt deciſa ad favorem Eccleſiæ, ibid.
Cancellarius quomodo formet proceſſum contentionis, ibid. 126
Cancellarius ad intermedia magni momenti ſolet Senatores vocare, ibid. 131
Cancellarius quid diffinire poſſit in judicio contentionis, ibid. 132
Cancellarii ſententia quo pacto concipiatur, ibid. 133
Cancellarii ſententia, an admittat appellationem, ib. 134
Cancellarius de conſenſu Curiarum terminum prorogat, ibid. 121
Candidatos proponere ad Senatoriam dignitatem, cui incumbat, 2. 2. 63
Candidati proponendi forma, ibid. 68
Canones decreti Gratiani, quam auctoritatem obtineant, 7. 1. 61. & ſeq.
Canones deſumpti ex ſcriptis Patrum, Pontificum, atque ex Conciliis, auctoritatem Canonicam habent, ibid. 66. & ſeq.
Canones viam violentiæ approbantes, ibid. 66
Canonici Juris dubium tollitur per ſtatutum, ibid. 185
Canonicas Horas recitare, ad quos pertineat, 7. 2. 35 & ſeq.
Canoniſtis Doctoribus competit tractatio quæſtionum moralium fori interni, 7. 4. 46
Canoniſtis ac juriſperitis, non Theologis competit reſolutio eorum quæ ſunt fori externi, ibid.
Canonicorum almæ Sedis Valent. unus admittitur in cœtu Curatorum operum publicorum, appellato *de muro, y valls*, ut nomine Cleri interveniat, 4. 11. 21
Cantabrica lingua, an ſit illa, quam primùm Tubal adduxit in Hiſpaniam, 8. 9. 3
Capitalis ſententia in Militem exequi non poteſt, inconſulto Principe, 4. 2. 7
Capitalis inimicitia facit judicium ad torturam contra inimicum, etiamſi alii aſſiſtant in rixa, 7. 1. 168
Capitalis pœna debetur ex aggreſſione alicujus habitaculi, 8. 8. 119
Capitalis pœna impoſita Militaribus exequi nequit inconſulto Principe cum tranſmiſſione proceſſus, 8. 9. 90
Capitalis pœna vide *Pœna.*
Capituli almæ Sedis Valentinæ Syndicus, eſt Syndicus Brachii Eccleſiaſtici tam in Curia, quàm extra, 3. 1. 45
Capitulum almæ Sedis habet interventum in Curia, & admittitur ad officia Generalitatis, ibid. 43
Capitulum Sedis Segobricenſis etiam, ibid.
Capitulum Sedis Dertuſenſis, ibid.
Capitulum Sedis Orcelenſis, ibid.
Capitulum vices totius Cleri Diœceſis ſuſtinet, 3. 2. 122
Capitulum almæ Sedis non eſt protector Academiæ Valentinæ, 4. 3. 72
Capitulum Almæ Sedis Metropolitanæ Valentiæ tanquam idoneum admittitur abſque cautione in judicialibus quæ cautionem deſiderant, 11. 3. 87
Capitula probatoria impertinentia ad cauſam an rejicienda ſint juxta foros, 9. 2. 27
Caput levatorem dare quid dicatur, 12. 5. 5. & ſeq.
Capleutæ quo tempore perimantur, ibid. 6
Capleutæ, emptionis Curiæ, & ultimæ addictionis ſive *de remata preus* praxis, ibid. 8
Captio perſonæ in civilibus ſecundum foros non conceditur niſi in ſubſidium, deficientibus bonis in quibus fiat executio, 10. 3. 13. & 12. 2. 4
Captura reorum quo pacto facienda, 8. 3. 1
Capturæ materiam qui tractent, ibid.
Capturæ apud nos praxis, ibid. 4
Captura quomodo fieri mandetur in cauſa accuſationis, ibid. 7
Captura perſonæ privilegiatæ, an facienda ſit, ibid. 11
Captura fœminæ honeſtæ quando procedat, ibid. 12
Captura indebitè fit ratione loci, ibid. 16
Captura in Eccleſia fieri nequit ratione immunitatis, ibid. 17
Captura an fieri poſſit in palatio Principis, ibid. 20
Capto reo an morbus diem differat, 8. 5 36
Caracter an imprimatur ea ſuſceptione primæ tonſuræ, 7. 2. 9
Caracteres, planetas, & ſigna ſignificantes ad catholicum uſum tranſlati, 7. 3. 217
Carcerari qui nequit pro debito civili fruitur privilegio, ne conveniatur, niſi in quantum facere poſſit, 3. 4. 17
Carcer eſt mala manſio, ibid 30
Carcerari qui poteſt, excluditur à privilegio militari, ibid. 26
Carceris remedium quoad debita civilia, eſt ſubſidiarium deficientibus aliis bonis, ibid. 30
Carcerem paſſus pro debito civili, non utitur privilegio militari, ibid. 31.
Carceratum eximentes à manibus familiæ pœna legis Juliæ

Juliæ Majestatis tenentur, 8. 8. 96. & 104
Carceris fractor fatetur crimen, & condemnatur nulla forali solemnitate observata, 8. 9. 67. & seq.
Carceris fractor si sit Brachii Militaris, vel Ecclesiastici, sub hac dispositione non continetur, & judicatur juxta jus commune, ibid 68
Carceris remedium, vide *Capere*.
Cardinalis Convenarum Legatus Sedis Apostolicæ fuit, ad concordiam incundam cum Rege Aragonum, super competentia jurisdictionis, 7. 1. 26
Cardinum cœlestium distributio, 7. 5. 199
Carta de gracia quod sit, 12. 3. 46
Cartusiensis Ordinis vox pro Cœnobio de Valdechrist, 3 1. 43
Castellæ Senatus decreta in Aragonum Regnis exequi nequit in vim sententiæ, vel alterius jussionis, 8. 9. 127
Castellæ lingua an derivetur à Latina, ibid. 10.
Castellæ Regnum observat militibus regularibus privilegium fori, tanquam religiosis, non verò immunitatem à præstatione vectigalium, 7. 4. 69. & seqq.
Castitatis votum an recipiat magis vel minus, ibid. 60.
Castitas conjugalis non habet incomparibilitatem cum perfectione, ibid. 61
Castigatio non nocet, sed medetur specie nocendi, 8. 10. 163
Casta fœmina, ex divagatione meretrix redditur, 8. 8. 69
Castitatis votum simpliciter necessarium an sit, ad statum religiosum, 7. 4. 60
Castitatis votum, an dispensabile sit Religioso in eo statu permanenti, ibid.
Castitatis conjugalis votum, an includat aliquid consilii, ibid.
Casuale crimen parricidii in Ecclesia non ledit immunitatem, & sic ex eo non amittitur, 7. 1. 169
Catalauni à Gallis jura monetariorum mutuarunt, & ab eis ad nos deducta fuerunt, 2. 6. 14
Cathedræ in Academia Valentina institutæ sunt ad omnes scientias edocendas, 4. 3. 98
Ad Cathedram moderandam electa est industria personæ, ibid. 114
Ad Cathedras moderandas ascenditur per vigilias, labores, & studia, ibid. 115
Cathedræ an possint moderari per substitutos, ib. 115
Catholica nomina Planetarum, signorum, & constellationum, 7. 3. 216. & seq.
Causæ civiles quæ possint evocari ad Reg. Aud. 2. 2. 31
Causæ criminales quæ possint evocari ad Reg. Audientiam, ibid. 32
Causæ Gubernationum Regni, an possint evocari in prima instantia, ibid. 33
Causæ decimales, an sint evocabiles in prima instantia, ibid. 34
Causæ executivæ an sint evocabiles, ibid. 35.
Causæ Baronum, & dominorum oppidorum, quo pacto evocentur, ibid. 36
Causæ Baronum, vide verb. *Baro*.
Causæ exactionum jurium Civitatis, an evocari possint, ibid. 42
Causæ exactionum jurium Generalitatis, an possint evocari, ibid. 43
Causæ Patrimonii Principis, an sint evocabiles, ibid. 44
Causæ delictorum officialium præcipuorum obtinentium titulum Principis, an sint evocabiles, ibid. 45
Causæ custodiæ Urbis tempore pestis, an sint evocabiles, ibid. 49
Causæ spectantes ad statuta Academiæ Valentinæ, an sint evocabiles, ibid. 50
Causæ decimales, vide verb. *Decimæ*.
Causæ spectantes ad Gubernatorem, vide verb. *Gubernator*.
Causæ spectantes ad Bajulum, vide verbo *Bajulus*.
Causæ appellationum à sententia Alcadiorum domus monetæ reservatæ sunt Regiæ Audientiæ omnino, 2. 6. 29
Causa legitima existente curiales tenentur donativum concedere Principi, tam in foro fori, quàm in foro poli, 3 1. 140
Causa hæc non debet esse proxima, ut teneatur, ibid. 141
Causa plerumque explicari non potest, ibid.
Causæ in prima instantia quando spectant ad Judices ordinarios, 4. 2. 15
Causarum devolutio ad Ordinarios, ob suspensionem exercitii Senatus, quomodo fiat, ibid. 26
Causa publicæ utilitatis, ut alicui jus quæsitum tollatur, qualis esse debet à jure, & foro. 4. 7. 22
Causæ quæ requirantur ad privationem officii semel concessi per Principem, 6. 5. 44
Causæ aliquæ sunt, quarum cognitio nunquam spectat ad Senatum, ibid. 204
Causæ fidei ad Inquisitores privativè spectant, 7. 3. 6. & 43
Causa fidei sufficiens est, ut reus pro quocumque crimine detentus, illico Inquisitoribus tradatur, ibid. 7
Causæ spectantes ad Inquisitores, ita eis relinquuntur, ut nec per viam violentiæ aliquis audiatur, ibid. 8
Causæ Familiarium, & aliorum laicorum extra fidem, ad Inquisitores spectant ex jurisdictione Regia, sibi mandata, ibid. 9
Causa criminalis quando dicatur, dum agitur de jurisdictione, 7. 5. 8
Causæ ex mutatione personæ pronuntiantis non mutant naturam, ibid. 26
Causa celeritatem desiderans non debet differri ob morbum rei, 8. 5. 40
Causa fisci, & partis privatæ post publicationem quoad ritum, minimè differunt, ibid. 44
Causæ criminales quarum pœna pecuniaria est, an infra biduum expediendæ, sint, 8. 9. 52
Causæ criminales, quarum pœna est corporis afflictiva, an infra quadraginta sint expediendæ, ibid. 53
Causa legitimæ absentiæ, an admittatur per procuratorem in processu contumaciæ, 8. 7. 32.
Causæ continentiæ exceptio est species declinatoriæ & statim terminari debet, 9. 1. 190. cum seq.
Causæ ad ordinarios devolutæ ex suspensione exercitii Regiæ Audientiæ non sunt iterum evocandæ, 9. 2. 122.
Causæ minoris summæ plerumque à Tironibus patrocinatur, ibid. 125.
Causa concluſa admittitur probatio per evidentiam rei ibid. 238.
Causæ omnes summarie & de plano tractandæ sunt in Regno Valentiæ, respectu habito ad solemnitates juris 10. 1. 1 & seq.
Causæ summariæ distinctæ à plenariis secundum nostros foros reperiuntur, ibid. 3. & 12.
Causæ summariæ quæ sint, ibid. 6.
Causa summaria quæ dicatur, ibid. 7.
Causa summaria quas solemnitates excludat, ibid. 8.
Causa executiva lato modo summaria dicitur, ibid. 8.
Causæ omnes regulariter judicio plenario tractari debent, ibid. 10.
Causæ summariæ ex quibus rebus fiant, ibid. 11.
Causæ summariæ secundum foros quæ sint, ibid. 14.
Causa ordinaria libelli solemnem oblationem exposcit, summaria non, ibid 15. & seq.
Causa summaria necessitatem citationis non excludit, ibid. 18.
Causæ summariæ primum decretum, ibid. 19.
Causa summaria non admittit discussionem dilatoriarum, ibid. 20.
Causa ordinaria litis contestationem requirit, summaria non, ibid. 24. & seq.

Causa ordinaria plenas dilationes probatorias admittit, summaria breviores, ibid. 27. & seq.
Causa summaria an admittat dilationes probatorias in materia objectiva, & impugnativa, ibid. 30. & 33
Causa semel effecta summaria remanet summaria, ibid. 32
Causa summaria conclusionem non requirit, ibid. 36
Causa summaria sententiam paritur de probatis & non deductis, ibid. 38
Causa summaria quid permittat si libellus offeratur, ibid. 39. ubi de correctione, & additione.
Causæ summariæ sententia in quibus faciat jus inter partes, ibid. 41. & seq.
Causæ summariæ an patiantur cumulationes, ibid. 43 & seq.
Causa proprietatis cumulanda cum causa possessionis si habeat admixtam proprietatem, ibid. 51
Causa summaria quando admittat reconventionem, ibid. 52
Causa ordinaria summariam absorbit, ibid. 55
Causis summariis privilegia concessa sunt favore actoris, ibid. 57
Causæ viduarum summariæ tractandæ sunt, ibid. 61
Causæ dotis omnes sunt summariæ, ibid. 75
Causarum summariarum ritus à quo ex fotis desumptus est, 10. 2. 34
Causa summaria datur agenti ex vendito vel locato, ibid. 43. & 59
Causa summaria servat quod tempora probatoria æqualiter partibus curratur, ibid. 50
Causa summaria, non requirit solemnitatem ponendi articulos, ibid. 51
Causæ summariæ regulares, & irregulares esse solent, 10. 3. 1. & seq.
Causæ quæ sint tractandæ in Audientia verbali, & quo ritu tractentur, ibid. 5. & 9. & 40
Causæ extraordinariæ cognitionis ad quorum cognitionem reservabantur, ibid. 14
Causæ verbales celeriter expediendæ, ibid. 38. & 44
Causa verbalis non est nec esse potest si de debito in scriptis constat, ibid. 56
Causæ Mercantiles quæ in scriptis admittant, 10. 4. 26
Causæ Mercantiles non admittunt causidicos procuratores, ibid. 22
Causæ mercantilis ritus, ibid 24. cum seqq.
Causæ mercantiles quando evocari possunt ad Regiam Audientiam, & cum quibus qualitatibus transeant, ibid. 30. & seq.
Causæ Consulatus observare debent capitula Batchinonensis Consulatus in his quæ per foros specialiter provisa non sunt, ibid. 29. & seqq.
Causæ cambiorum evocabiles sunt, ibid. 34
Causæ mercantiles an supplicationem admittant si evocatæ sint, ibid. 38
Causæ mercantiles majoris summæ tractari possunt in scriptis, ibid. 39
Causæ mercantiles coram ordinariis quando & quomodo possint tractari, ibid. 41. & seq.
Causarum mercantilium privilegia renunciari possunt ibid. 44
Causæ mercantiles non admittunt allegationes Advocatorum, ibid. 46. & seq.
Causæ majoris summæ quomodo tractandæ in Curia Subjustitiæ, ibid. 51
Causæ minoris summæ primam tantum appellationem recipiunt, ibid.
Causæ cognitio semper intelligitur secundum naturam negotii, 10. 5. 151
Causa appellationis vide *Appellatio.*
Causa supplicationis, vide *Supplicatio.*
Causa majoris summæ duarum mille librarum, vel minoris de re fideicommissi successivi semper pertinet quoad supplicationem ad Supremum, 11. 3. 36. & sequent.
Causæ appellationum quæ recta via possunt introduci in Supremo, ibid. 50
Causæ ducendæ ad Supremum tiulla parte petente, 11. 4. 33. & seq.
Causa evictionis, vide *Evictio.*
Causa semel effecta ordinaria semper remanet ordinaria, 12. 2. 66
Causa minoris summæ triginta librarum ex prima sententia exequibilis est præstita cautione, ibid. 4
Causæ tractandæ coram Prælato Barone regulandæ sunt per foros, 7. 4. 31
Causæ civiles & criminales personarum ordinis Montesiæ quomodo tractandæ, ibid. 32. cum seqq.
Cautio judicio sisti & judicatum solvi quæ solet præstari in Curia consulatus nuncupata *securitas de Judi* nequiter extorqueri plerumque solet, 10. 4. 49
Cautio præstanda in firma juris per firmantem, 10. 5. 13. cum seq.
Cautionem offerenti antiquitus concedebatur mandatum *de manutenendo*, etiam si non probasset possessionem, ibid 61
Cautio hæc non extenditur ad fructus, ibid. 211
Cautio oblata per possessorem ad conservationem rerum restringitur, ibid. 217
Cautio quomodo præstanda in summarissimo juris firmæ, ibid. 219
Cautiones ad firmas juris diversimode præstantur in Regnis coronæ Aragonum, ibid. 229
Cautio juratoria ad firmandum de jure admittenda est non habenti fidejussorem, ibid. 221
Cautio per supplicantem pro expensis non admissa vel recepta in Regia Audientia an possit admitti, vel recipi in Supremo, 11. 3. 57
Cautio de rato quando admittenda, 9. 1. 288
Cautio idonea ab omnibus præstanda est ad faciendam exequibilem sententiam à qua supplicatum fuit, ibid. 82. & seq.
Cautiones in Regno Valentiæ quorum periculo fiant, ibid. 85
Celera consilia evertere solent, 2. 2. 100
Celeritas ingenii in cognoscendo, non in deliberando laudatur, ibid.
Celeritas in exequendo, mora in deliberando requiritur ad optimum regimen, ibid. 101
Celeritas in puniendo aliquando necessaria, 8. 10. 170
Clericis punitio compescit crimina seditiosa, ibid. 23
Cœlestis militia æquiparatur armatæ, 3. 4. 18
Cœnobium S. Sepulchri Ordinis Cistercienfis conservatum in Urbe tempore Agarenorum, & in eo Christiani mixti arabes fovebantur, quoad spiritualia, 4. 3. 86
Censualis venditio est nullius momenti deficiente licentia domini obtinentis merum imperium, univerfitatis vendentis, 6. 2. 21
Censuali contractu nullo, ob defectum licentiæ, pensiones solutæ non computantur in sortem, ibidem 26
Census rei emphyteuticæ potest pertinere ad unum, & dominium directum ad alium, 6. 3. 10
Censuum reddirus in executione plura privilegia concessa sunt, 12. 2. 67
Censuum redditus quo tempore præscribantur, 12. 1. 70
Census redditus si non solvantur intra decem dies communicationis judicialis debitor condemnandus est ad luendum, 12. 3. 22
Census vitalitius an comprehendatur sub hac dispositione, ibid. 25
Centenaria possessio æquipollet immemoriali, 4. 4. 38

Cessio transfert in cessionarium jura executiva, 12.2. 81
Cessio bonorum non prodest emptori, vel conductori ut à carcere liberetur, 10.2.176.& seq.
Chirographi recognitio, vide *Scriptura privata.*
Chirographum judicialiter recognitum paratam habet executionem, 12.1.56
Christiani cum Agarenis commercium habere solebant, dum Hispaniam dominati sunt, 4.3.84
Christus Dominus Pastorem se esse asseruit in hoc mundo, 5 1.6
Christus Dominus urbanus, & affabilis fuit, 6.5.59
Christi Domini nativitas *inspici* nequit, ut ex ea eventus vitæ scisciteutur, bene verò ad radicem motuum orbium cœlestium percipiendam, 8. 10. 85. & seq.
Christus, ut homo, subjiciebatur miseriis vitam humanam consequentibus, ibid.
Christus assumpsit naturam humanam, modo mirabili, excedente omnem naturalem cognitionem, ibid. 86
Christus Astrologus fuit, ibid.230
Circularis motus primi mobilis quomodo percipiatur, ibid.135
Circulorum descriptio ad Astronomiam spectat, ibid. 178
Circulorum describendorum in sphæra ratio, ibid.179. cum seq. & 190. cum seq.
Cisterciensis Ordinis voces in Brachio Ecclesiastico, 3. 1.43
Cistercienses regulæ est Ordo Montesiæ, & verè sunt Religiosi, 7.4.51
Cisterciensis Ordo exemptus est à potestate, & jurisdictione Ordinarii, 7.4.86
Cistercienses Ordinis privilegia communicata Ordini Montesiæ, ibid.7.4.51.& 59
Cistercienses Ordinis fratres laici, capaces sunt jurisdictionis spiritualis, ibid.154
Cistercienses Ordo an fuisset unitus cum Ordine Montesiæ, vide verbo *Unio.*
Citatio ad bancum Regium, quomodo antiquitus fiebat in Cataloniæ Principatu, & Regno Valentiæ, 7. 1.30
Citatio ad bancum Regium in usu est, quoties agendum venit cum Ecclesiastico delegato, ibid.192
Citatio ad bancum Regium, quibus in casibus procedat, ibid.196.& seq.
Citatio ad bancum Regium non faciliter conceditur, sed adhibita magna circunspectione, quando aliter succurri nequit, ibid.199
Citatio necessaria est, ad hoc ut legitimè versus quemlibet procedatur, 8.7.2
Citatio est de jure naturali, ibid.
Citationis materiam qui tractent, ibid. 3
Citandi reum absentem praxis, ibid.4
Citatio linearum qualis apud nos, ibid.5
Citatio linearum non habenti domicilium in Regno, fit in loco delicti, ibid.6
Citatio litterarum subsidiariarum extra Regnum in criminalibus non est usu recepta, ibid.7
Citatio fienda in loco Curiæ per lictorem exequitur, ibid.8
Citationum linearum contumaciæ, quo pacto accusandæ sunt, ibid.9
Citatio fienda extra locum Curiæ intra Regnum tamen quomodo fienda, ibid.10
Citatio una pro tribus quando fiat, ibid.13
Citatio per edictum juxta forum, ibid.18
Citatio unica an sufficiat, ibid.23
Citatio per edictum est requisitum necessarium, ut reus habeatur pro confesso, ibid.24
Citatio quid continere debeat, ibid.25
Citatio quo in loco facienda est, si domus in qua degebat reus tempore patrati criminis, demolita, vel diruta reperiatur, ibid.46. & seq.
Citatio facta ampliori termino, quàm statuto per forum, & pragmaticam an vitiet processum contumaciæ, ibid.49
Citatio facta per litteras citatorias, vel media commissione si fiat in die feriata, licet in loco Curiæ utilis sit, vel è contra, an vitiet processum, ibid.61
Citatio continens qualitatem criminis, quæ ex actis non verificatur, an vitiet processum, ibid.62
Citatio ad pronuntiationem sententiæ extra locum assuetum specialis esse debet, 8.9.49
Citationes in Regno Valentiæ fiunt post oblatum libellum, 9.1.22
Citatio fit per injunctionem libelli, ibid.
Citatio quid sit, ibid. 23
Citato per injunctionem libelli novæ induciæ concedendæ non sunt, ibid.24
Citatio semper necessaria est ad legitimandum Judicium, ibid.25.& 36
Citationis defectu Judicia nulla efficiuntur, ibid.
Citatio personalis præsenti fienda est, ibid.26
Citatio ad domum fieri potest latitanti, ibid.& seq.
Citatio per quos exequenda, ibid.33
Citatione semel facta cum mandato constituendi procuratorem, cessat necessitas ulteriòris citationis personalis, ibid.37
Citationes factæ in loco ad citandum signato per inferiorem an evocata causa utiles sint, ibid.38
Citato extra Regnum tempus ad comparendum dari debet, ibid.43
Citatio cui non est datum competens tempus ad comparendum inefficax est, ibid.
Citatio per edicta tantum est utilis ad citandas incertas personas, ibid.47
Citatio prima quando fieri utiliter possit procuratori, ibid 49. & seq.
Citatio pupilli vel minoris quomodo fienda utiliter, ibid.76.& seq.
Citatio universitatis quomodo facienda est, ibid.85
Citationes Regni Valentiæ regulariter sunt libellatæ, ibid.101
Citatio ad videndum jurare testes necessaria est, 9. 2. 199
Citatio necessaria est ad condemnationem *infra decem salvis exceptionibus*, 10.2.6
Citatio necessaria est in admissione juris firmæ positæ pendente jam lite, 10. 5. 92
Citatio an necessaria ad revocandam admissionem juris firmæ injustam & de facto concessam, ibid. 226
Citatio requiritur ad revocationem inhibitionis, ibid. 227
Citatio ad publicationem sententiæ qualis requiratur, 11.1.8.& seq.
Citatio ad appellationem qualis requiratur, 11.2.40. & seq.
Citatio contenta in litteris concedi solitis in Supremo emisso recursu quid contineat, 11.3.54
Citatio necessaria est in judicio executivo, 12.2.15. & seq.
Citatio in executivis personalis esse debet nisi reus latiter & tunc sufficit facta in domo habitationis ipsius, ibid.18
Civilia judicia quomodo exercenda in personas Ordinis Montesiæ, 7.4.33
Civitatis Valentiæ impositionum causæ an evocari possint, 2.4.42
Civitas Valentiæ quinque voces habet in Comitiis generalibus, 3. 1. 78
Civitatis Valentiæ voces, an constituant dimidium Brachii Regalis, ibid.81

Civitati Valentiæ plurima privilegia concessa per Sereniſſimos Reges Aragonum, 4. 3. 41
Civitates recognoſcentes ſuperiorem, non mittunt ad Principem Legatum, ſed Syndicum, ibid. 44
Civis honoratus, apud nos quis dicatur, & ad quos effectus, 4. 5. 11
Civitas reſpectu totius regni, privata perſona reputatur, 4. 7. 24.
Civitas Valentiæ cautionem non præſtat, ſed cum nuda obligatione admittitur in his quæ requirunt cautionem, 11. 3. 87
Civilitas quo pacto adquiratur in Urbe Valentiæ, 5. 3. 2
Civilitatis conceſſio per quos Magiſtratus fiat, ibid. 8
Civilitas adquiritur ex contracto domicilio per decennium, ibid. 9
Civilitatem obtinentes in pluribus ſunt immunes à præſtatione vectigalium Regiorum, ibid. 31. & 34
Civilitate conceſſa an cenſeatur conceſſa immunitas tributorum, ibid. 35. & 53
Civilitas concedi non poteſt Clericis conjugatis, ibid. 70
Civilitatis conceſſio interpretari debet ſalvis juribus regiis, ibid. 72
Civium immunitas non extenditur ad merces, ſed ad res uſus proprii tantum, ibid. 82
Clavarii Generalitatis qui, 3. 2. 32
Clavarii Noſocomii generalis, 4. 3. 144
Claviger major Monteſiæ quo in caſu gubernare Ordinem ſolebat, 7. 4. 21
Clauſula ſaluberrima in legibus condendis apponenda, 3. 1. 106
Clauſula *cuenta con pago*, quid importet, 4. 8. 20
Clauſula *mera & libera voluntate durante*, quid importet, 4. 6. 9
Clauſula juſtificativa in firma juris, vide *Firma juris.*
Clauſula juſtificativa in condemnatione *infra decem ſalvis*, vide *Condemnatio.*
Clauſula juſtificativa in declaratione juris ſuccedendi, vide *Declaratio.*
Clauſulæ libelli articulorum remiſſive, 9. 2. 17
Clauſula juſtificativa non ſanat defectum citationis, 10. 2. 7
Clauſula guarentigia, vide *Guarentigia.*
Clauſula juſtificativa nec requiritur nec apponitur in firma juris admiſſa cum citatione partis, 10. 5. 93
Clauſula *Salvis juribus* quid operetur, 12. 1. 101
Clementiæ fama utilis imperium inchoantibus, 8. 10. 40
Clemens V. in concilio Viennenſi Ordinem Militarem Templariorum penitus extinxit, 7. 4. 3
Clericus convenus ratione bonorum *de realengo*, coram laico judice conveniendus eſt, etiamſi agatur actione perſonali, 2. 5. 44. & 5. 1. 23
Clericus convenus ratione bonorum *de realengo*, non cenſetur Clericus, ſed quidem de vniverſitate poſſidens rem regiæ ditionis, 2. 5. 50
Clerici adquirentes bona *de realengo*, tenentur diſponere inter laicos, ibid. 109
Cleri ſuccedunt proximioribus ab inteſtato in bonis *de realengo*, e contra, ibid. 110
Clerici, & Eccleſiæ litigare debent coram Rege ſuper re donata ab ipſo Rege, ibid. 103
Clerici tenentur ſolvere onera realia & vicinalia, ib. 106
Clerici tenentur contribuere in juribus fabricæ murorum, & vallorum, 4. 11. 15
Clerici, an in dubio debeant contribuere, nec ne, conſuetudini multum defertur, ibid. 18
Clerici qualiter obtineant privilegium, ne conveniantur ex c. *Odoardus* de ſolutionibus, 3. 4. 17. & 19
Clericorum, bona quare non venduntur in executione, ibid. 22
Clericus convenus ex dolo, maleficio, vel quaſi, non fruitur hoc beneficio, ibid. 25
Clericatus quæſtio ad quem judicem pertineat, 7. 1. 8
Clericus habens requiſita Tridentini gaudet privilegio fori, ibid. 173
Clericus qui conſecutus fuit clericatum in fraudem juriſdictionis Regiæ, per quem judicem cognoſcatur, ibid.
Clericatus quomodo probetur, ibid. 174
Clerici beneficiati quid probare debent ad privilegium fori, ibid.
Clerici conjugati in civilibus non gaudent privilegio fori, ibid. 175
Clericus pro debito civili, caſu quo non gaudeat, quoquomodo detrudendus in carcerem, ibid. 177
Clerici ſimpliciter tonſurati non ſunt immunes à vectigalibus, ibid. 186
Clerici minorum Ordinum ſubjiciuntur Regiæ juriſdictioni in criminibus contentis in bulla Iulii III. 7. 2. 8
Clericorum exemtio, an ſit de jure divino, ibid. 2
Clerici certi, vel in certo loco, vel ratione certi criminis ſubjici per Papam poſſunt juriſdictioni laicorum, ibid. 3
Clerici Beneficiati, vide verbo *Beneficiati.*
Clericalis tonſuræ gradus in Eccleſia Dei, ibid. 9
Clerici primæ tonſuræ à jure gaudebant privilegio fori, ibid. 12
Clericatus effectus eſt privilegium fori, ibid. 13
Clericatui nil addi poteſt, ut privilegium fori firmetur, præterquam character, ibid. 22
Clericatus renuntiari nequit, ibid. 26
Clericatus nunquam amittitur, ibid.
Clerici minorum Ordinum non tenentur recitare Horas Canonicas, ex conſuetudine, ſecus de jure, ibid. 35
Clericus ex vi ſtatus deputatus eſt ad laudes Deo perſolvendas, ibid.
Clericus ubique tenetur Horas recitare juxta juris decreta, ibid. 38
Clerici jure naturali obſtricti ſunt ad referendum Deo majores gratias, quàm laici, ibid. 46
Clericus immiſcens ſe enormibus, etiam ſi Sacerdos ſit, amittit privilegium fori, ibid. 56
Clerici vel Monachi conjugati an aliquando admiſſi fuerint in Eccleſia, 7. 4. 74
Clericatus qualitas in occiſo plenè probanda eſt, ut pœna augeatur, 8. 8. 26
Clericum aggreſſorem occidens ad ſui defenſionem, neque in pœnam Canonis, neque in pœnam legis incurrit, ibid. 112
Clericum occidentes qua pœna puniantur, ibid. 57
Clerici conjugati incapaces ſunt exercitii juriſdictionis Eccleſiaſticæ, & ſpiritualis, 7. 4. 155
Clerici fraudulenter ſacros ſuſcipientes Ordines poſt delictum ſolum Prælato ſubſunt quoad diſtributionem perſonarum, 9. 2. 55
Clericum reconventum coram laico & per eum condemnatum, Eccleſiaſticus cogit ſolvere, ibid. 56
Clibani dominus, vide verb. *Furni.*
Cloacæ Romanæ opus mirum per Tarquinium Priſcum Præfectum, 3. 4. 6
Cloacæ Romanæ purgatæ, ibid. 9
Cloacæ Valentiæ conſtructæ per Romanos, ib. 10. & 11.
Cloacina Dea, quæ, & qualis, ibid. 7.
Cloacina Venus, ibid. 8
Cluere quid ſignificet, ibid.
Coadjutores Magiſtri Rationalis Regiæ Curiæ, qui, 2. 4. 48
Coadunatio reprobata in commitiva Bannitorum, qualiter probanda, 8. 8. 115
Cogere quid ſignificat, 8. 2. 52
Cognitio rei Eccleſiaſticæ ad Eccleſiam ſpectat, 7. 1. 5
Cognitio in exemptos ad Regem Aragoniæ ſpectat, quoties exempti à juriſdictione Ordinarii non habent judicem in Regno, ibid. 101. & ſeq.

Index Rerum,

Cognitio in exemptos intelligitur etiam quoad coërtionem corporalem, ibid. 204
Cognitio in exemptos spectat etiam ad Gubernatorem Regni, ibid. 207
Cognitio in exemptos auctoritate Pontificia, confirmata fuit ab antiquo, ibid. 208
Cognitio scientifica futurorum per Astrologiam adipisci nequit, 7.3.70
Cognoscens dominam, filiam, vel sororem, consobrinam, aut conjunctam domini, cui servit, capite punitur, 8.8.161
Cognitio summaria, vide *Causa.*
Cognitio per *Comparcam partes* in quibus adhibenda, 10. 3. 61
Cohærentia causæ contemplanda est ut ex privilegio unius alteri litigatori restitutio in integrum concedatur, 1.6. 34
Coitus damnati, qui sint, ibid. 186
Collario Beneficii privilegium fori non immutat, 7. 2. 23
Collario inter Regios Senatores, quomodo habeatur ad contentiones dirimendas, 7.5.3
Collegium reprobatum quod sit, 9.2.171
Collegium artis notariæ Valentiæ est etiam collegium Procuratorum, 9.1.58
Colerici, & sanguinei debent esse Senatores, & Consiliarii 2.2. 141
Coloniarum Decuriones, qui, 4.3.12
Colonia quid, ibid. 47
Columna Reipublicæ est Tribunal sancti Officii Inquisitionis, 7.3.2
Coluri quo pacto considerentur, & constituantur, ibid. 193
Comitia generalia, vide *Curia.*
Comites ab Assessoribus originem ducunt, 6.5.5
Comitis Oropesiæ gubernium, ejusque auspicia, 8.10.33
Comitis Oropesiæ vigilantia, ibid. 53
Comitis Oropesiæ, & nostri Senatus constantia tempore pestis, ibid. 55
Comes Oropesiæ peste laboravit, ibid. 62
Comitis Oropesiæ prudentia, & dexteritas in persecutione Bannitorum, ibid. 176
Commenda judicialis quo tempore perimatur, 12.3.6
Commendator Conventus B. Mariæ de Mercede, non habet interventum in Curia, sed Magister Generalis ejusdem Ordinis, 3. 1.52
Commercia exercentibus privilegia plura concessa sunt, 10 4.2
Comminationum occupationis temporalitatum forma, 7.1.210
Commissarii Regii qui, 2.2.213
Commissiones quæ fiunt per Regentem, ibid. 20
Commissio Iudicis, an requiratur ad citationem, 8. 7. 14
Commissio Iudicis Ordinarii Vrbis in criminalibus verbo fieri soler ad citationes processus contumaciæ, ibid. 11
Commissio ad cognoscendum de appellatione intra quod tempus edenda, 1.1 2.162. & seq.
Commissiones ad exequendum quomodo dandæ sunt, 12 3.11.& seq.
Commitivæ Bannitorum, vide *Banniti.*
Commodati agens pro rebus mobilibus, Regiam Audientiam verbalem adire potest, 10.3.53
Communicatio privilegiorum Cistercienſis Ordinis, Calatravæ favore Ordinis Montesiæ, 7.4.87
Communicatio processus an æquivaleat traditioni copiæ, 9.3.5.& 55
Communitates rigantium non sunt Universitates legitime formatæ, neque gaudent earum privilegiis, 9. 2.172.& seq
Comparens reus intra annum spontaneè audiendus est, etiam si condemnatus reperiatur per contumacialem processum, 8. 7. 36
Comparendi partes causæ, vide *Cognitio.*
Comparendi partes jussio ad quid introducta est Valentiæ in judiciis executivis, 12. 2. 21
Compellendi Judices Ecclesiasticos contumaces praxis, 7.1.209
Competentia, vide *Contentio.*
Competentiæ juris causa est appellabilis, 7.5.24
Compilationis fororum error in supputando anno quo conditi fuerunt fori, 2.5.54
Computorum Auditores in Generalitate, qui, 3.2.31
Computationum memoriæ inter ementes & vendentes, non habentur pro scriptura debiti ut causa excludatur ab Audientia verbali, 10.3.58
Complexio decens qualis in Consiliario, 2.2.140
Complexio fons à quo dimanant animi passiones, 8. 10. 11
Complexio Valentinorum qualis, ibid. 12.
Comprobatio fidei scripturæ redargutæ civiliter quomodo facienda, 9.4.98
Comprobatio fidei scripturæ redargutæ transfert onus probandi falsitatem in redarguentem, ibid. 99
Compromittendi exceptio inducta per forum inter conjunctas personas, qua in vim dilatoriæ opponi solet, non debet attendi, & quare, 9.1.341.& seq.
Concessiones sedis Apostolicæ factæ Regibus Arag. de decimis, 2.5.3.& seq.
Concessio pascuorum facta incolis urbis per universum Regnum extensa fuit ad incolas aliorum, demptа defesia Albuferæ, 5.1.13
Concessio Julii III. favore Regum Valentinorum, ne cognoscant de Clericis minorum Ordinum patrantibus certa crimina enormia, non est novum jus, sed declaratorium enormium criminum, 7.2.57
Conceptio Julii III. limitata est ad certos Clericos, certa relicta patrantes, in certo loco, ibid. 4
Concessio limitata ad certum effectum non extenditur ad aliud, 8.9.70
Concessio copiæ necessariò sequitur decretum de injungendo, 9.2.100
Concedere restitutionem, vide *Restitutio*
Concio vocata ad subventionem ærarii Urbis anni 1646. per Comitem Oropesiæ, 9.10.36
Concio sanitatis erecta anno 1646. ibid 60
Concilium Lateranense sub Alexandro III. quo anno celebratum, 2.5.39
Concilium Tridentinum quibus concedat privilegium fori, 7.2.49
Concilium Constantiense confirmavit incorporationem Ordinis Divi Georgii de Alfama cum Ordine Montesiæ, 7.4.12
Concilii Trdentini requisita servantur in Ordine Montesiæ quoad emissionem professionis, ibidem 62
Conclusio causæ criminalis quomodo fiat, 8.5.46
Conclusio processus contumaciæ, 8.7.22
Conclusio libelli articulari qualis esse debeat, 9.2.17
Conclusio causæ habet vim renunciationis terminorum, & probationum, 9.4 109
Conclusio causæ non excludit probationem in materia impugnativa si altera pars post eam instrumenta produxerit, ibid. 110
Conclusio causæ excludit quidquid in processu inferendum veniebat, 9 5.13
Conclusio solemnis causæ quomodo fieri debet, ibid. 21
Conclusio causæ qua forma fiat secundum praxim Valentiæ, ibid. 22 & seq
Conclusionis dissensus quomodo fiat, ibid. 25
Concludendi præceptum quo modo dari solitum, ibid. 23

Concludendi præceptum non auffert jus instruendi causam non consentienti, ibid. 26
Conclusionem causæ semper Judex ex justa ratione revocare potest, ibid. 27
Concomitantia quid dicatur, 9.2.255
Concomitando instrumenta testes recipi possunt lapsis dilationibus, ibid. & 9.3.44
Concomitando instrumenta testes recipi possint in judicio nullitatum, & executivo, 12.2.29.
Concordiæ sancti Officii Inquisitionis confirmatæ per forum, 4.7.28
Concordia inter Ecclesiam, & Regem quoad contentiones jurisdictionis, quæ appellatur serenissimæ Reginæ Elionoris, & Cardinalis Convenarum, 7.1 in prin.
Concordiæ textus conformis sacris Canonibus, ibid. 13
Concordiæ medium favorabile Ecclesiæ, ibid. 14
Concordia confirmata per plures summos Pontifices, ibid. 11
Concordia immutavit formam gravaminum per Ecclesias propositorum, ibid. 27
Concordia sanxit de pluribus, quæ in gravaminibus non continebantur, ibid. 28
Concordia non est formanda ad omnimodam utilitatem unius ex concordantibus, ibid. 29
Concordia non solum gravamina reparavit, sed tradidit formam de cætero observandam, ibid. 32
Concordiæ interpretatio à Sede Apostolica emanata juxta nostram praxim, ibid. 34. & seq.
Concordiæ explicatio per Doctores nostræ Coronæ, ibid. 38. & seq.
Concordia in casu notorio cavet, quòd Arbitri eligantur, ibid. 49
Concordata inter Tribunalia Regia, & sancti Officii Inquisitionis, 7.3.12. & seq.
Concordata hujus Regni extenduntur ad Diœcesim Orcelis, quæ est districtus Inquisitionis Murciæ, ibid. 13
Concordata comprehendunt Officiales laicos sancti Officii, quos vocant *Tituladas*, ibid. 38
Concubinarii excluduntur ab officiis publicis, sed usu non est receptum, 4.8.11
Concubinarios laicos non potest persequi Ordinarius Ecclesiasticus, quin trina monitio præcedat, 7.1.170
Concubinatus pœna apud nos, 8.8.197
Concubinatus minimè permissibilis, ob alia mala vitanda, & quare, ibid. 199
Concurrentes cum æquali jure ad eandem rem licet plures non constituunt legitimam Universitatem, 9.2.171
Concussionis crimen, an æquiparetur furto, 8.8.26
Condemnatus contumacialiter audiri nequit, 8.7.31
Condemnatus contumacialiter quando audiatur, ibid. 33. & seq.
Condemnatio ad pœnam ordinariam, an sequi possit ex judiciis violentis, 8.8.2
Condemnatus ad torturam tanquam cadaver non est torquendus acerbius, 8.9.100
Condemnationis executio, quoad pœnam pecuniariam, ibid. 126
Condemnatio *infra decem salvis* exceptionibus in usu judiciorum Valentiæ est & quid sit, & an à jure dimanet, 10.2.4. & seq.
Condemnatio infra decem salvis, requirit citationem, ibid. 6
Condemnatio infra decem salvis, oppositis exceptionibus, resolvitur in citationem, ibid. 7
Condemnatio infra decem salvis nociva est etiamsi resolvatur in citationem, ibid. 8. & 11
Condemnatio infra decem salvis oppositis exceptionibus executioni potest deduci usque ad venditionem bonorum exclusivè, ibid. 9. & 42. & 12.1.37. sed raro fit, ibid. 33
Condemnatio infra decem salvis in usu est Curiarum inferiorum, sed non Regiæ Audientiæ, ibid. 12. & seq.
Condemnatio infra decem salvis ad instar præcepti de solvendo datur, ibid. 15. & 28
Condemnatio infra decem salvis in foris explicari solet per condemnationem sub pœna quarti, ibid. 41
Condemnatio infra decem salvis sit ex sola inspectione instrumenti, ibid. 42
Condemnatio cum fructibus computandis cum meliorationis & impensis, si fructus excedant, liquidationem summariam requirit ante executionem, 12.1.98
Condemnatio salvis juribus meliorationum, & impensarum reservata liquidatione an exequenda præstita cautione, ibid. 99
Condemnatio liquidi non retardatur per illiquidum, ibid. 103
Condemnatio loquitur de præsenti liquidatio de futuro, & ordo sententiæ servandus est, ibid. 106
Condemnationis expensarum praxis remissivè 12.4.2
Condemnatio expensarum regulariter solum comprehendit processales, ibid. 3
Condemnatio præstandi alimenta & sumptus necessarios ad prosequendam litem quid comprehendat, ibid. 4. & seq.
Condemnatus ad expensas in prima instantia revocata sententia an liberetur, ibid. 11.
Condemnatio expensarum accessoria est, ibid. 12.
Condemnatus in expensas in aliquo articulo, obtinens in diffinitiva, an liberetur, ibid. 14. cætera, vide *Expensa*.
Conditio apposita in sententia an reddat eam nullam, 11.1.64
Conductores jurium Urbis, & eorum parentes, vel liberi arcendi à muneribus, 4.8.17
Conductores reperti non solvendo detinendi sunt in carcere donec solverint, 10.2.75
Conductoribus non solventibus minimè juvat beneficium cessionis bonorum, ibid. 76
Conferentiæ inter dominum Regentem Cancellariam, & Inquisitorem antiquiorem, quo in loco habeantur, 7.3.19
Conferentia pendente nil innovari potest, ibid. 19
Conferentia pendente, an processus informativus, instrui valeat, ibid. 30
Conferentia habita si discordes existant, reus in criminibus gravibus manet carceratus, in levibus relaxandus fidejussoribus, ibid. 31
Confessio bis exigenda est à reo in criminalibus, nempe ex officio, & super accusatione, 8.4.1
Confessio an exigi possit, in processu informativo, ibid. 2
Confessio exigi debet personaliter per Judicem, ibidem 3
Confessio exigitur in Regno absque juramento, ibid. 4. & seq.
Confessio ex officio exacta in processu informativo probat, ibid. 24
Confessio judicialis ex legitima causa revocari valet, ibid. 25
Confessio qualificata dividi nequit ad pœnam ordinariam, ibid. 26
Confitentes delictum cum qualitate diminuente, vel modificante, pœna extraordinaria plectuntur, ibid. 27
Confessio ficta admittit probationem in contrarium, 8.7.2
Confessio incidenter emanata, an sufficiat ad condemnandum, 8.8.256. & seq.

Confessio incidenter emanata in judicio generaliter ordinato ad punitionem criminis confessi, sufficit ad condemnandum, ibid. 261
Confessio emanata in causa quæ formatur in capite, & membris alicujus multitudinis, si confitens est de membris, condemnandus venit, ibid. 262
Confessio incidenter emanata coram judice inquirente probat, si crimen est annexum cum eo, de quo principaliter agebatur, ibid 263
Confessio incidenter emanata sufficit ad condemnandum, quia judicatur facti veritate attenta, ibid. 264
Confessio emanata coram judice incompetenti, an probet, ibid. 266, & seq.
Confessio validat nullitatem processus, etiam si proveniat ex defectu citationis, ibid. 267
Confessio emanata coram judice incompetenti, an faciat judiciam ad torturam, ibid. 273
Confessio habet vim condemnationis s ibid. 275
Confessio diluit quiquid in contrarium dicatur, ibid.
Confessio non habendi possessionem excludit à manutentione., 10. 5. 195
Confessio superat omne genus probationis ita ut confessus in judicio pro condemnato habeatur, ibid. 196
Confessus & convictus ex contumacia potest admitti ad contrarium probandum, 9. 2. 81
Confessio ficta non egreditur contenta in positionibus, ibid. 89
Confessio judicialis de re certa paratam habet executionem, 9. 4. 75. & seq. & 12. 1. 55
Confessus urgendus non est suscipere judicium, 10. 2 25
Confessio instrumentalis an idem operetur ac judicialis, ibid. 26
Confessio an sufficiat ad instruendam litem, 9. 2. 35
Confirmatio fori, vel privilegii nil de novo addit, sed quod antea erat concessum in sua natura conservat, 1. 2. 35
Conficiens instrumentum publicum tanquam Notarius, quia pœna puniatur, 8. 8. 36
Confirmatio Apostolica denotat, an aliquis Ordo sit vere Religio, 7. 4. 55
Confiscata bona ob crimen raptus fœminæ honestatem applicanda sint, 8. 8. 173
Confiscare quid sit, ibid. 174
Confiscationis pœna an possit imponi quando ob defectum probationis plectitur reus extra ordinem, ibid. 176
Confiscandi jus an habeant Barones, ibid 181
Confiscatio an comprehendat bona in alieno territorio, 8. 9. 120
Confiscatio facta per Judicem inferiorem, an comprehendat bona sita in tota Provincia, extra territorium tamen, ibid. 122
Confiscatio facta per Baronem non ei bona, sed fisco Principis defert, ibid. 123
Confiscatio bonorum ratione criminis Deum offendentis omnia bona comprehendit vbique sita, ibid. 124
Confiscatio bonorum ob crimen homines offendens quibus bona deferat extra territorium, ibid. 125
Confrontatio, & recognitio rei quo pacto fiat, 8. 4. 29
Confrontatio ad convincendum reum licèt utilis sit, non tamen est necessaria, ibid. 31
Confrontatio solet esse periculis exposita, ibid. 32
Confrontatio quomodo fiat loco repertionis, ibid. 33
Confugiens ad Ecclesiam an possit carcere, atque custodibus detineri, 7. 1. 145
Confugiens ad Ecclesiam, si notoriè appareat de delicto, ob quod gaudere nequit immunitate, extrahi potest per laicum, ibid, 151
Confugiens ad unam Ecclesiam, ad aliam ex causa transferri potest, ibid. 152
Confugiens ad Ecclesiam non gaudet immunitate, si in Ecclesia deliquerit, ibid. 168
Congregationis Cardinalium decisiones pro militibus regularibus eos tractantes ut veros religiosos, 7. 4. 63
Conjunctorio nomine agentes non tenentur ostendere mandatum, sed cavere de rato, 9. 1. 287
Conjunctorio nomine an admittendus amicus pro amico in judicio, ibid. 289
Conjudices, vide *Associatus*.
Conjugii qualitas qualiter requiratur ad officia urbana, 4. 5. 17
Consanguinei repelluntur à testimonio, & quando, 8 8. & seq.
Conscientia formidabilis testis, qui semper accusat, 8. 10. 96
Consensus fœminæ raptæ ad nuptias non excusat rapientem à pœna, 8. 8. 181
Consensus eorum, quorum interesse potest, requiritur ad unionem Ecclesiarum, ibid. 375
Consensus partis non tribuit jurisdictionem non habenti, ibid. 272
Consensus rei quoad discussionem petitoris non excludit eum à manutentione; secus in actore, 10. 5. 187
Consensu litigantium plura fiunt præter ordinem procedendi, de quorum subsistentia merito dubitatur, 10. 1. 35
Conservatores Academiæ Valentinæ, qui 4. 5. 17
Conservatores Judices in Regno non admittuntur in præjudicium cognitionis in exemptos, 7. 1. 260
Consilium Principis quid sit, ibid. 2
Consilium vicem sensuum Principis sustinet, ibid.
Consilium Regium Valentinum institutum eodem tempore, quo munus Proregis, ibid. 3
Consilii Regii Valentini prima mentio in jure nostro anno 1315. ibid. 4
Consilium Regium Valentinum ante pragmaticam Dñi R. Ferdinandi II. informe, & incertum erat, ibid. 9
Consilium Regium olim statuebatur per pragmaticas sanctiones, ibid 10
Consilium per foros statutum ab anno 1564. ibid.
Consilium à principio temporaliter statuebatur, ibid. 12
Consilium statutum perpetuè, ibid. 13
Consilii sedes, quot, ibid. 14
Consilii Regii Senatores, qui nunc sedes implent, ibid. 15
De Consilio Doctores tractantes, ibid. 18
Consilii Regii jurisdictio ordinaria est, imò Consilium habetur, ut est, pro Ordinario Ordinariorum, ibid. 19. & 6. 5. 31
Consilium, vide verb. *Senatus*.
Consilium Regium Valentinum, nomine Regis judicat, 2. 2. 22
Consilium Regium Valentinum est verè Cancellaria, ibi.
Consilium cognoscit de omnibus causis, de quibus Ordinarii cognoscere nequeunt, ex defectu jurisdictionis, ibid. 27
Consilium cognoscit de causis miserabilium personarum, ibid. 28
Consilium cognoscit de appellationibus interpositis à sententiis aliorum judicum, ibid. 29
Consilium decernit, an sua sit jurisdictio, ibid.
Consilium cognoscit de crimine læsæ Majestatis, & de excessibus officialium, & delictis Procerum, ibid. 30
Consilio Regio tribuitur Majestatis attributum, dum Rex est in Vrbe, quia judicat immediatè nomine illius, dum ibi residet, 2. 2. 23
Consilii Regii locus, est patria communis regnicolis, ibid. 24
A Consilii Regii sententia non datur appellatio, sed supplicatio, ibid. 25

Consilium mutare, non est inconstantia, sed virtus docilitatis, dum ratio sequebatur, ibid. 105
Consiliarius irrequisitus, non debet consulere, nisi urgente necessitate, ibid. 132
Consilium Patrimoniale quale apud nos, 2.4.34
Consilium generale Urbis judicat causas criminales præcipuas, quæ ducuntur coram Ordinario Urbis, 4.2.11
Consilii generalis judicium hodie non est necessarium neque utile, ibid. 13
Consiliarii ejusdem Consilii Urbis, qui discedunt ab eo quod Advocatus Consilii consulit, peccant gravissimè sine fructu, ibid. 14
Consiliarii Urbis assimilantur Decurionibus, 4. 3. 14
Consilium generale Urbis ad instar Comitiorum centuriatorum congregatur, & eligitur, ibid. 19
Consilium generale Urbis populum repræsentat, ibid. 21
Consilii generalis deliberatio requiritur ad alienationem rerum Civitatis, ibid. 23
Consilium generale Urbis potestatem in plurimis tribuit Juratis, ibid. 24
Consilii generalis electio defertur Juratis, ibid.
Consiliarii Principis non sedent cum eo ad judicandum, 6.5.7
Consilium Urbis condit statuta, non ex jurisdictione, sed ex administratione, 5.4.21.& 24
Consilium quale adhibendum ad promulgationem sententiæ, 11.5.12
Consilium, vide *Supremum*, & *Audientia*.
Consistorium quid sit, 6.5.8
Consistoriales causæ evocabiles omnes sunt, 2.2.52
Consortes litis an admittendi pro consortibus absque mandato, vel cum ratione de rato, 9.1.291
Constellationum Firmamenti nomina in sacra Pagina approbata, 7.3.210.& seq.
Constellatio generalis diluit particulares, ibid. 170
Constitutiones Cataloniæ sequendæ sunt in Regno quoad materiam contentionum, ex foro, 7.1.194
Constructio murorum, & vallorum an cedat in utilitatem Ecclesiæ, 4.11.160
Consuetudo cognoscendi judices laicos, de bonis *de realengo*, ab Ecclesiasticis possessis quo tempore introducta, 2.5.58
Consuetudo judicandi Reges de decimis à Regno capto, ibid. 60
Consuetudine introductum est in hoc Regno, quod omnes qui fruuntur privilegio militari non conveniantur ultra quàm facere possint, deducto, ne egeant, 3.4.14
Consuetudo hæc non viget in debitis fiscalibus Generalitatis, & Urbis Valentiæ, ibid. 35
Consuetudo centenaria æquipollet universali, 4. 4. 38
Consuetudo contra forum reprobata est, 6.5.25
Consuetudo immemorialis, dum non sit irrationalis, tenet, etiam casu quo consuetudo reprobetur à foro, ib. 26
Consuetudine sublata non censetur sublatum privilegium resultans ex immemoriali, ibid. 27
Consuetudini tribuitur, quod deliberationes Brachii Militaris fiant, ex concordi voto, & nemine discrepante, 3. 1. 73
Consuetudo generalis totius orbis Christiani opitulandi vi oppressos, 7.1.76
Consuetudo hujus Regni Valentiæ quoad hæc, 77.& 95
Consuetudo in parte quomodo intelligatur de toto, ibid. 79
Consuetudo hujus Regni plerisque exemplis comprobatur, ibid. 82
Consuetudo occupandi temporalitates Ecclesiasticorum contumacium, approbata per Sedem Apostolicam, ibid. 111. cum seq.
Consuetudo judicandi quam vim obtineat, 8.2.15
Consuetudo concedendi terminum reo ad patibulum damnato, ut præparetur, rationabilis est, 8.9.109
Consuendo non juvat in expresse prohibitis, 12.4.34. & exterminanda, 10.2.119
Consuetudo judicandi, vide *Judicandi*, & 11.1.93
Consuetudo, vide *Stylus*.
Consules mercatorum, sive maris, quo tempore creati in Urbe, 4.10.1
Consulum unus peritus in rebus maritimis, alter in rebus mercaturæ esse debet, ibid. 2
Consulum jurisdictio, ibid. 3
De Consulibus Doctores tractantes, ibid. 5
Consulum jurisdictio ordinaria, ibid. 6
Consulum jurisdictio prorogabilis minimè est, ibid. 7
Consulum jurisdictio privativè concessa, ibid 9
Consulum jurisdictio privativa, an excludat privilegium miserabilitatis, ibid. 10
Consules qui eligi possint, ibid. 15
Consulatus maris origo, 10.4.1 & seq.
Consulatus judicia quas specialitates servare debent, ibid. 20.& seq.
Consulatus jurisdictio privativa est respectu Curiarum inferiorum, non vero Regiæ Audientiæ, ibid. 31
Consulatus judices appellationum habet, sed hodie pauca exercent, ibid. 36
Consulatus causæ an probationes admittant in gradu appellationis, ibid. 37
Consules possunt judicare absque Assessore, ibid. 45
Consules an salaria sententiarum possint percipere, in prima instantia, 12.4.27
Consultatio cum transmutatione processus in causa capitali viri militaris Ordinis, quomodo fienda, 8. 9.92
Contagionis in urbe principium anno 1647. 8.10.68
Contagionis illius causa, 48.& 54
Contentionum jurisdictionum in hoc Regno species, 7.1.1
Contentionum expediendarum forma, ibid. 2
Contentio admittenda est in casu notorio, & claro, ibid. 33. & 49
Contentio admittenda, etiamsi Clericus detentus sit in carceribus Ecclesiæ, ibid. 54
Contentio admissa, Presbytero in Ecclesiastico carcere detruso, ibid. 55
Contentiones admissæ in causis Ecclesiasticis, ibid. 56
Contentionis inter Ordinarios, & Regem praxis, ibid. 114
Contentio formari nequit nisi ad instantiam Fisci, ibid.
Contentionis libellus quomodo proponendus, ibid. 115
Contentionis litteræ sine arbitri nominatione temperandæ sunt eum nominando, ibid. 120
Contentionis litteræ contra stylum expeditæ, veniunt revocandæ, ibid.
Contentionis judicium quando ad Cancellarium deferatur, ibid. 121.
Contentione pendente nihil est innovandum, ibid. 137
Contentione pendente, an recipi possint informationes summariæ de crimine, de quo agitur, 138. & seq.
Contentio juxta formam concordiæ suscitari potest per Judices ordinarios inferiores, ibid 218
Contentiones cum Inquisitoribus quomodo suscitentur, & expediantur, 7.3.11.& seq.
Contentiones jurisdictionis cum Ordine Montesiæ, quomodo expediri debent, 7.4.63
Contentione emergente inter aliquem Judicem delegatum immediatè à Principe, & Ordinem Montesiæ, ipse cum Assessore antiquiori Ordinis confert, ibid 66
Contentio quotuplex sit inter laicos hujus Regni, 7. 5. 1

Contentiones inter Aulas Senatus, vel Senatores, causarum civilium, quo pacto expediantur, ibidem 2
Contentionis forma inter Aulas civiles, & criminalem, ibid.6
Contentionum inter Regios officiales Judex, est Advocatus fisci, ex foro, ibid.9
Contentionum materiam qui tractent, ibid.19. & seq. & 30
Contentionis causa utrum appellationem admittat, ibid.21. & seq.
Contentiones inter Barones adinvicem, vel aliquem eorum, & Regios Ordinarios, ad Senatum spectant, ibid.19
Contentio miseranda inter Medicos de contentione, 8. 10.47
Contentiosa jurisdictio, vide *Jurisdictio.*
Contestatio litis ministerio legis fit, sed necessaria est pronunciatio, 9.1.147. & seq.
Contentiosa jurisdictio quando exerceatur, ibid. 284
Continentiæ causæ exceptio opponi debet, 10.1.48
Continentia causæ ne dividatur, cumulandæ sunt lites diversæ speciei, ibid.49
Contrafirma juris quid dicatur, 10 5.10.& seqq.
Contrafirma juris ponitur per eum qui intelligit esse in possessione ejus rei super qua alius firmavit, & in ea procedendum eo modo quo in firma, ibid.69
Contrafirmæ cætera, vide *Firma juris.*
Contribuere Ecclesiastici an teneantur in juribus Generalitatis, & murorum, & vallorum, vide verb. *Clerici, & Ecclesiastici.*
Contributionis generalis oppida tenentur ad jura murorum, & vallorum, 4.11.30
Controversia in urbe de restituenda insaculatione ad officia potiora ejusdem, 8.10.38
Contumacia Judicum Ecclesiasticorum defert potestatem laico, ut eos compellat per remedia prætoria, 7 1.122
Contumacialis processus quomodo fiat, 8.7. per tot.
Contumaciæ citationum linearum quomodo accusentur, 8.7.9
Contumaciæ accusatio necessaria est, ibid.12
Contumaciæ citationis edicti quomodo accusandæ, 19. & seq.
Contumaciarum edicti repetitio, ibid.21
Contumaciæ declaratio an præcedere debeat condemnationem, ibid.30
Contumax non est audiendus, ibid.31
Contumaciali processu in ritu peccante, reus audiendus est, ibid. 33
Contumacialis processus solemnitates sub decreto nullitates observandæ sunt, ibid. 34
Contumax captus in Regno Castellæ audiendus est, ibid 37
Contumaces quo pacto in Castella audiantur, ibid.39
Contumaci capto in Castellæ Regno, quæ dilatio concedatur, ibid.42
Contumacialis sententia lata in minorem annullatur, ibid.43
Contumacialis processus cadens à syllaba, corruit, ibid.53
Contumacia tutoris, vel Curatoris in proponenda excusatione non purgatur, 10.6.28
Contumaciæ pœna regularis est condemnatio in expensas, 11.2.228
Contumaciæ pœna, vide *Pœna.*
Contumaciæ pœna etiam est quod dispositæ contra contumaces odiosa non dicantur, 9.2.86
Conventiones, & pacta an habeant paratam executionem, 10.1.84
Conventio de solvenda vel restituenda dote semper adest in pactis dotalibus, ibid.85
Conventus de Portacœli Prior, non habet interventum in Curia neque in Brachio Ecclesiastico, 3. 1. 5
Conventus Divi Michaëlis de los Reys habet interventum in Curia, & Prior nomine illius, ibid 50
Convicto & confesso per contumaciam declarato an concedenda sit appellatio vel restitutio, 9. 1. 145
Convocario ad tutelam, vel curam decernendam quomodo fiat, 9. 1. 83
Convocatio Aulæ ad quam attinet, ut contentionis causa pronuntietur, & discutiatur quomodo fiat, 7. 1. 28
Convocatio quomodo, & ad quem locum fiat ad relationem peritorum in crimine falsi, 8. 5. 5. & seq.
Copia indiciorum an concedenda sit testi torquendo, 8.2.51
Copia libelli expensis actoris danda est reo in causa majoris summæ, 9.1.90
Copia instrumentorum quando danda sit, vel non, ibid. 91. cum seq.
Copiæ concessio sequitur decretum de injungendo, 9. 2.100
Copia cujuslibet libelli tenetur reus sumere in ipso die injunctionis, ibid.101
Copia libelli semel data non est iterum danda, ibid. 107
Copiæ traditio, vel concessio idem effectu sunt ad notitiam judicialem habendam, ibid.107
Copia franca quando danda articulorum per modum additionis positorum, ibid.112
Copia franca libelli articulati danda est si primus oratione soluta conceptus fuerit, ibid.113
Copiæ concessio cum apparatu, præter in casibus à foro expressis, pendet ex arbitrio Judicis, ibid.118
Copia actorum à Tabellione non actuario facta, non habet fidem, 9.4.59
Copia primitivi, vide *Appellatio.*
Corporis delicti probatio est principium inquisitionis, 8.2.3
Corpus delicti ante omnia est probandum, ibid.6
Corpus delicti quomodo probetur, ibid.9
Corpus delicti in crimine propinati veneni, ibid.16
Corpore delicti non plenè probato in crimine propinati veneni, condemnatio sequi potest extra ordinem, ibid.19
Corpus delicti in crimine stupri, quomodo probetur, ibid.20
Corpus delicti facti permanentis, an constare debeat necessariò per inspectionem Curiæ, ibid.28
Corpore delicti non plenè probato, reus relaxandus est fidejussoribus, ibid.33
Corpore delicti non plenè probato, an subsequi possit condemnatio, ibid.32
Corporalis pœna levior, est major qualibet pœna pecuniaria, 8.8.177
Corporali pœna non imposita, sic similiter pœna confiscationis imponi nequit, ibid.179
Corporis Christi festum quando, & quare institutum, 8.10.151
Correctio, vide *Revisio.*
Corroboratoria testium dilatio, quæ & qualis sit, 9. 3 29
Corroborationis via admitti debet ad probandum is cujus probatio in totum reprobata est, ibid.41
Cosmographia ex circulorum cœlestium descriptione, & distributione componitur, 7.3.206
Creatio Magistratuum, & Officialium est de regalibus, 6.4.7
Creditori permittitur licitare rem Curiæ oblatam, aliis licitatoribus non repertis, 12.3.43
Creditor admissus ad licitandum compellitur offerre

duas

duas tertias partes, & aliquid amplius valoris rei, ibid. 44
Creditores participantes pretium rei sibi hypotecatæ venditionem judicialem approbant, ibid. 52
Creditor an cæteris præferendus sit in licitatione, ibid. 74
Creditor per alium emens rem obligatam tutus est dum absit dolus, ibid. 75
Crimina mixti fori non possunt persequi ab Ecclesiastico nisi per censuras in laicos, 7. 1. 170. & seq.
Crimina excepta in concordatis Inquisitionis quæ sint, 7. 3. 37
Crimina reservata Regiæ jurisdictioni in oppidis dominationis Montesiæ, 7. 4. 172
Crimen fractionis itineris quo in casu spectet ad jurisdictionem Ordinis Montesiæ, ibid. 174
Criminalis jurisdictionis causa, seu quæstio in abstracto, ad Civilem Aulam Senatus spectat, in concreto verò ad Criminalem, 7. 5. 8
Crimina omnia an persequi possint in Regno ex mero officio judicis, 8. 1. 3. & seq.
Crimen privatum, si pœna corporalis sit prosequi potest à Fisco, ibid. 19
Criminis mandari inquisitio, an fieri possit, quin constet de mandatario, 8. 2. 10. & seq.
Criminis veneni propinati corpus quomodo probetur, ibid. 16
Crimina excepta ad capturam in Ecclesia, 8. 3. 19
Criminis socii an probent, 8. 8. 215. & seq.
Crimina levia an probentur per dicta Birroarii, vel Satellitis, ibid. 230
Crimina difficilis probationis, an pariter probentur ex dictis Birroarii, vel Satellitis, ibid. 233
Crimina patrata in conspectu Judicis exercentis, puniuntur sine solemnitate, 8. 9. 72
Crimina patrata feria sexta Hebdomadis majoris, sive Veneris sancti, an puniti possint sine solemnitate, ibid. 73
Crimina aleatorum puniuntur sine processu, ibid. 75
Crimina levia puniuntur sine processu, ibid. 77
Criminis execrandi, subreptionis Corporis Christi narratio, 8. 10. per tot.
Criminis istius factum ex inquisitione resultans, ibid. 69. & seq.
Criminis istius detectio, ibid. 174
Crucis signum facere debet testis loco subscriptionis, si scribere nescit, 8. 2. 63
Crucis signum attestari debent duo testes scribere scientes, ibid.
Crucis signum non attestatur per duos testes in civilibus, ibid. 64
Culpa intercedente postulantis, secunda dilatio concedenda non est, secus si impedimentum ab alio procedat, 9. 2. 206
Cumulationis materia pulchra, 10. 1. 46
Curator excusationem dare debet à nominatione, non appellare, 10. 6. 17. & seq. & vide *Excusatio* & *Tutor*.
Curator sive defensor bonorum absentis quando dandus est ex foro, 9. 1. 48
Curatoris dandi forma, ibid. 81
Curator necessario dandus minori per Judicem Valentiæ, ibid. 80. & 82
Curatores operum publicorum eliguntur ad instar officialium Generalitatis Regni, 4. 11. 1
Curatores operum publicorum administrant, simul cum officialibus Urbis, jura imposita pro reparatione murorum, & vallorum, ibid. 2
Cura viarum publicarum antiquissima est, ibid. 3
Cura viarum publicarum primitus ad Censorem, deinde ad Prætorem Romæ pertinuit, ibid. 4
Cura animarum Ordinis Montesiæ habitualiter commissa fuit Magistro ejusdem, 8. 8. 324
Curatores operum publicorum curabant de alveo Tyberis, & de cloacis, 4. 11. 5
Curatores murorum, & vallorum ad quid in Valentina Urbe instituti, ibid. 13
Curatores isti, quomodo eligantur quotannis, ibid. 14
Curatores isti statuere possunt licet jurisdictionem non obtineant, ibid. 27
Curiæ quare appellantur Comitia generalia, 3. 1. 3
Curia quid sit, ibid.
Curiæ institutæ à Romulo quales fuerint à principio, ibid. 4
Curiæ ab antiquissimo tempore in usu sunt, ibid. 5
Curiæ generales quando apud nos initiatæ, ibid 6
Curiæ apud Aragonenses celebratæ primùm tempore R. Iacob. I. ibid. 7
Curiæ quando in usu cœperunt esse apud Catalanos, ibid. 8
Curiæ an sint celebratæ apud Valentinos tempore Iacobi I. incertum est ex foris, ibid. 13
Curiæ apud nos primùm celebratæ tempore Regis Petri I. anno 1283. juxta foros, ibid. 14
Curiæ indici debent jussu Regis, ibid. 15
Curias celebrare solus Rex potest, ibid. 16
Curiæ celebrari possunt per Principem primogenitum, ibid. 22
Curiæ celebrari possunt per aliquem ex Regni consensu, legitima causa urgente, ibid. 23
Curiæ celebratæ per primogenitos Regum nostrorum, ibid. 24
Curiæ celebratæ per alios, de consensu Regni Valentiæ, ibid. 26
Curiæ celebrantur extra Regnum, quando non solum Valentinis, sed Aragonensibus, & Catalanis indicuntur, ibid. 27
Curiæ extra Regnum habitæ enumerantur, ibid. 28
Curiæ in uno loco inceptæ, ad alium transferri possunt, ibid. 29
Curiarum omnium Catalogus cum successione Regum, ibid. 30
Curiæ celebratæ per Reginam Mariam, annis 1437. & 1438. incertæ, ibid. 51
Curiarum anni 1645. capitula quare non edantur, ibid. 32
Curiæ de triennio in triennium celebrari debent, nisi adsit legitimum impedimentum, ibid. 34
Ad Curias qui vocentur, ibid. 36
Curiarum nostrarum Brachia, ibid. & vide verbo *Brachia*.
Curiæ sedendi modus, ibid. 82
Curiæ differentia à Parlamento, ibid. 35
Curiarum convocandarum causæ, ibid. 84
Curiales non sua, sed publica curare debent, ibid. 117. & 142
Curiæ congregantur ut leges fiant, ibid 95
Curiæ convocantur, ut Rex donativis subveniatur, ibid. 136
Curia Gubernationis, vide verbo *Gubernator*, & verbo *Gerens vices*.
Curia Bajuliæ, vide verbo *Bajulus*.
Curia causarum decimalium, vide verbo *Decimarum Curia*.
Curia justitiæ, vide verbo *Justitia*.
Curiis Ecclesiasticorum Ordinariorum, & Regiis quomodolibet contendentibus, subintrat dispositio concordiæ Reginæ Eleonoris, & Cardinalis Convenarum, 7. 1. 33
Curiæ pulsantis injunctio, non est usu recepta, ad expeditionem literarum, ibid. 116
Curiæ quibus verbis uti debent in literis, ibid. 118
Curiarum arbitri, vide *Arbitri*.

Curiæ innovare nil possunt pendente contestatione, 7. 1. 119
Curiæ nominare debent arbitros; cætera ad eos, & ad Cancellarium spectant, ibid. 120
Curiarum stylus circa dilationem ob morbum in causis criminum, 8. 5. 41
Curiarum inferiorum sententiæ lingua vernacula ferendæ sunt, 8. 9. 13
Curiarum solemnia anni 1645. 8. 10. 32
Curiæ emptor, vide *Emptor*.
Curiæ emptio quo tempore perimatur, 12. 3. 8
Curiæ emptor quis dicatur, & de praxi, ibid.
Curia in albis reddere, id est *cort en blanch*, quid dicatur, ibid. 12. & seq.
Curia non potest habere fidem de pretio, ibid. 71
Curiosi qui dicantur, 4. 13. 53
Cursoris majoris officium antiquitus cognitum, ibid. 33
Cursoris publici, à Veredo ordinario differentia, ibid. 43
Cursor major subest Præfecto Prætorio in rebus ad officium spectantibus, ibid. 44
Cursor major absque licentia Præfecti Prætorio, evectionem alicui concedere nequit, ibid. 45
Cursor major quod lucrum capiat, ibid. 50
Cursor major tenetur subire onera officii, ibid. 51
Cursor major non habet jurisdictionem, ibid. 63
Cursores ab itinere recto deviare non possunt, ibid. 47
Ad cursum publicum quæ necessaria sint, ut celeritas consequatur, ibid. 52
Cursores, & cæteri officiales ad cursum publicum destinari quo modo se gerere debent, ibid. 61
Cursores & cæteri officiales tenentur ad interesse, & damnum datum ob retrodationem, ibid. 62.
Cursoris Curiæ relationi standum est quoad subhastationes, 12. 3. 67
Cursus quinque dierum in judicio arbitrorum ad contentionem continuus, & peremptorius est, 7. 1. 27

D.

Datio tutoris vel curatoris, vide *Curator*, & *Tutor*.
Dæmonis ope aliqua dici solent per Astrologos, mediis interrogationibus, quæ verâ postea apparent, 7. 3. 93
Debitor Civitatis, vel jurium murorum & vallorum, non gaudet privilegio fori concesso monetariis, 2. 6. 23. & 24
Debita Generalitatis an æquiparentur realibus, & fiscalibus, 3. 4. 2
Debita Generalitatis, & Urbis exigi possunt tanquam fiscalia, ibid. 6
Debita Generalitatis, & Urbis æquiparantur fiscalibus quoad capturam personæ debitoris, ibid. 7
Debitum ratione contractus in oppidis quæ non sunt Regiæ ditionis non obtineant hoc privilegium, ibid. 42
Debitum resultans ex mala administratione universitatis non regiæ, quia habet implicitum delictum, excludit privilegium militare, ibid. 43
Debitor Generalitatis, vel urbis, an teneatur ad usuras, ibid. 44
Debitores fisci arcentur ab officiis publicis, 4. 8. 15.
Debitores Generalitatis, vel Urbis impediuntur respectivè, ad officia earum per sortem, ibid. 16
Debitor ut impediatur, non dicitur qui debet parvam quantitatem, ibid. 18
Debitum omne Valentiæ præscribitur spatio triginta annorum, 12. 1. 66
Debito præscripto non remanet subjectum de quo reserveturinstantia, ibid. 73
Debitor quando teneatur probare identitatem rei subingaræ censui de quo agitur, ibid. 92
Debitor non potest Curiæ offerre bona immobilia unde solutio fiat, nisi ante terminum & reclamationem, 12. 3. 28
Debitor qui deficit in bonis mobilibus præbet facultatem creditori ut immobilia offerat quæ distrahantur, ibid. 29
Decem dies ultra triginta forales concedendi sunt ex gratia ad subhastandum bona immobilia, ibid. 32
Decimarum judex non concurrit cum aliis Magistratibus, 2. 5. 1
Decimarum causæ ad judicem laicum pertinent in Regno, & quare, ibid. 2
Decimæ apud nos effectæ sunt profanæ, & quare, ibid. 29
Decimarum concessiones factæ per Sedem Apostolicam cum Regio Sancio Ramirez, ibid. 3
Decimarum plures concessiones factæ per Reges Aragonum virtute concessionis Pontificiæ, ibid. 7
Decimæ semel factæ profanæ, sunt de jurisdictione Regis, ibid. 31
Decimæ pleno jure adquisitæ fuerunt nostris Regibus, eo ipso quo Regna infidelibus eripiebant, ibidem 33
Decimæ an quæsitæ fuissent Iacobo titulo feudi, ibid. 36
Decimarum alienatio prohibita Episcopis per concilium Lateranense, ibid. 38
Decimarum alienatio prohibita Episcopis ante dictum Concilium, ibid. 39
Decimandi jus, à jure divino procedens, an remanserit penes Ecclesiam, ibid. 41
Decimarum temporalis perceptio, profana effecta fuit, ex concessione Pontificia, ibid. 42
Decimarum jurisdictio ex concessione Regia ad favorem Ecclesiæ, an pristinam naturam obtinuerit, ibid. 43
Decimarum jurisdictio, usu comprobante ad Regem spectat, ibid. 60
Decimarum jurisdictio exercetur per judicem specialem, ibid. 71
Decimarum judex nominatur à Rege vel Prorege, & in ejus posse præstat juramentum, ibid. 72
Decimarum judicis origo, ibid. 73
Decimarum judex creatus fuit ex mero executore, ibid. 74
Decimarum judex an sit executor jurisdictionis Ecclesiasticæ, ibid. 75
Decimarum Curia profana est, etiamsi reperiatur intra domum Præsulis Valentini, ibid. 80
Decimarum judex, actuarius, cæterique ministri illius Curiæ, laici sunt, ibid. 81
Decimarum Curia, separata à Curia Ordinarii Ecclesiastici, ibid. 83
Decimarum jurisdictio per quos administretur in universo Regno, ibid. 86
Decimarum cognitio est de regalibus reservatis, ibid. 105
Decimæ, si hodie efficerentur Ecclesiasticæ, non redundarent in utilitatem Ecclesiæ quoad fructus, ibid. 101
Decisiones Regiæ Audientiæ quam auctoritatem habeant ad sic judicandum, 11. 1. 92
Decisiones congregationis Cardinalium, & Rotæ Romanæ pro Militibus regularibus quoad verum statum religionis, 7. 4. 63
Declaratio contumaciæ præcedere debet condemnationem, sed fieri potest in eadem sententia, 8. 7. 30
Declarationes contra foros non sunt attendendæ, 9. 1. 127
Declarationes juris succedendi ab intestato vel jure vinculi, seu fideicommissi quomodo fiant Valentiæ, 10. 6. 33. & seq.

Declarationes juris ſuccedendi an ſint ſententiæ, vel pronunciationes præparatoriæ alterius judicii, ibid. 34
Declarationes juris ſuccedendi an juſte contineant mandatum de immittendo in poſſeſſionem, ibid. 38
Declarationes juris ſuccedendi quare contineant clauſulam juſtificativam ſi à nemine detinetur, & de inefficacia ipſius, ibid. 39
Declinatoriæ exceptionis repulſa, ſemel appellabilis eſt, 9. 1. 162
Declinatoriæ repulſa in Supremis ſupplicationem non admittit, ibid.
Declinatoria fori reſpicit perſonam judicis, ibid. 186
Declinatoria omnino excludens judicem in quacumque parte judicii opponatur audiri & expediri debet, ibid. & 9. 2. 64
Declinans juriſdictionem ſi ſuccumbat, non appellando reddit judicem competentem, 9. 1. 189
Declinatoria oppoſita antequam prorogatio juriſdictionis induci valeat, illico diſcutienda & definienda eſt, ibidem. 194
Declinatoria propoſita per partem ab eodem judice definienda eſt, ibid. 295
Declinatoria ſuſcitata coram alio Judice, qui inhibitionem miſerit, competentiam juriſdictionis ſuſcitat, & modo ſolito definienda eſt, ibid. 196
Decreta Dei conditionata eſſe poſſunt, quia in eo adeſt voluntas conditionata, 4. 3 160
Decretum regulandum ad contenta petitione, 4. 9. 32
Decretum Gratiani non publica, ſed privata authoritate fuit compilatum, 7. 1. 62
Decretum eſt corpus juris canonici, ibid. 63
Decreti authoritas quomodo regulanda, ibid. 64
Decreta SS. Patrum tranſlata ad libtum decreti Gratiani, quam authoritatem habeant, ibid. 65
Decreta Pontificum, atque Conciliorum, ibid. 66
Decretum de capiendo an fieri debeat ante captuſam, 8. 3. 5
Decretum ordinariè factum in accuſationis caſu, continet decretum de capiendo, ibid. 10
Decreta Senatus Caſtellæ quo pacto executioni deducuntur in hoc Regno, 8. 9. 127. & ſeq.
Decretum primum per Judicem apponendum in libello quo lis ſuſcitatur, 9. 1. 13
Decreti impetratio requirit operationem Procuratoris Cauſidici, non inſtitoris, vel adminiſtratoris, ibid. 285
Decretum ordinarium apponendum in libello articulorum, 9. 2. 18
Decretum de recipiendis teſtibus in cauſa ordinaria non datur niſi oblato libello articulorum, 10. 2. 53
Decretum ad alienandum prædia Eccleſiarum per Judicem ſecularem in Regno Valentiæ dandum eſt, 10. 6. 10
Decretum gratioſum legitimo contradictore apparente, transfertur ad contentioſam juriſdictionem, ibid. 12
Decreta lata per viam gubernationis ad contentioſam juriſdictionem tranſeunt aliquo reclamante, ibid. 13
Decretum plura ſignificat, ibid. 44
Decretum dandum ad alienationes prædiorum quid ſit, ibid. 45
Decretum in quo differat à ſententia, ibid. 46
Decretum plura comprehendit quam ſententia, ibid. 47
Decretum interponitur dum aliquid poſtulatur à judice, non à parte, ibid. 48
Decretum datur non ex præſcripto legis ſed ex æquitate arbitrio judicis, ibid. 49
Decretum interponitur ubi jus deficit, ibid.
Decretum cauſæ cognitionem deſiderat ſub nullitate, ibid. 50. & 75
Decreta quomodo, & quando dabantur per Prætorem, ibid. 51
Decretum neceſſarium eſt in alienatione prædiorum pupilli, Eccleſiæ, minoris & univerſitatis, ibid. 52. & ſeqq.
Decretum ex cauſa majoris utilitatis non eſt dandum niſi evidens ſit, ibid. 58. & 83
Decreta ad alienandum bona fideicommiſſi vel majoratus in Regno Valentiæ fiunt per viam declarationis voluntatis, ibid. 64
Decreta ad alienandum bona fideicommiſſi an per ordinarios dari poſſint Valentiæ, ibid. 65
Decreta ad alienandum bona fideicommiſſi ex quibus cauſis concedi debent, ibid. 66
Decreta hodie in Curia juſtitiæ civilis concedi nequeunt niſi ambo Aſſeſſores ſubſcripſerint, ibid. 68. & ſeq.
Decretorum dandorum poteſtas limitari debet, & quare, ibid. 69
Decretorum dandorum poteſtas ſoli Prætori & Præſidi Provinciæ conceſſa fuit, ibid. 70
Decretum eſt nullum ex defectu cauſæ etiam in modico, ibid. 79 & ſeq.
Decretum eſt nullum ex defectu ſolemnitatis, ibid. 81
Decreta in Regno Valentiæ ſolemnitates exprimunt in ipſa ſcriptura, ibid. 82
Decretum ratione majoris utilitatis fideicommiſſi etiamſi evidens ſit non procedit in re alienari prohibita ratione ſpecialis affectionis, ibid. 84
Decreta dantur ad confirmandas tranſactiones, & contractus, ibid. 86
Decreta confirmantia conventiones pariunt effectus rei judicatæ, & viæ executivæ privilegiatæ, ibid. 87
Decreta omnia licet voluntariæ juriſdictionis ſint, transferri ſolent ad contentioſam, ibid. 100
Decretorum cauſæ ſummarie expediendæ ſunt, ibidem 101
Decretum per quod admittitur ſupplicatio à ſententia quale ſit, 11. 3 48
Decreta Supremi vim legis obtinent, 11. 5. 29
Decretum de non innovando, 11. 2. 15
Decuriones in militia qui, 4. 3. 11
Decuriones Coloniarum qui, ibid. 12. & 16.
Decuriones non ſunt Jurati urbis Valentiæ, ibid. 13
Decuriones ſunt, Conſiliarii Concilii generalis urbis, ibid. 14
Defectus licentiæ Domini obtinentis merum imperium in univerſitate, an reddat contractum cenſualis nullum ipſo jure, 6. 2. 23
Defectus ordinis ſacerdotalis non præbet argumentum ad juriſdictionem ſpiritualem, 7. 4. 82
Defectus formæ in ſuperfluis, vitiat actum, quando ſub decreto irritante omnia requiruntur, 8. 7. 35
Defectus mandati exceptio impedit ratihabitionem, 9. 1. 244. & ſeq.
Defectus mandati oppoſitio repetenda eſt in quolibet actu, ibid. 247
Defectus mandati ſuppletur comparente domino, & proſequente litem ibid. 296
Defenſio extraordinaria per viam violentiæ, approbata per ſummos Antiſtites, 7. 1. 67
Defenſio extraordinaria hæc approbata per Rotam Romanam, ibid 68
Defenſio hæc forali diſpoſitione nititur, ibidem & ſeq.
Defenſio hæc generali conſuetudine totius orbis Chriſtiani juvatur, ibid. 76
Defenſionis ſimilis uſus in hoc Regno Valentiæ ab antiquo receptus, ibid. 77. & ſeq.
Defenſio an concedatur teſti torquendo, 8. 2. 1

Defensio reo denegari nequit in quacumque parte litis, 8. 5. 34.
Defensio an denegetur reo in articulo recursus ad declarationem Majoralium artis Notariæ, quamvis terminus ad probandum non concedatur, ibid. 35
Defensio non tollitur quando qualitas relativè ad acta processus comprehenditur, & exprimitur in accusatione, 8. 6. 12
Defensio aliqua resultans ex processu informativo est consideranda in causa contumaciali, 8. 7. 27
Defensionis propriæ necessitas, 8. 8. 110
Defensionis propriæ causa, Clericus impunè occidi potest, ibid. 112. & seq.
Defensio extrajudicialis oppressi non solum spectat ad Principem ex consuetudine, sed jure naturali, divino, & Canonico, 7. 1. 60
Defensor boni, vide *Curator*.
Deferens arma sulfurea non gaudet privilegio fori concesso monetariis, 2. 6. 25
Defesias constituere an possint Domini oppidorum, 5. 2. per tot.
Defesias constituere possunt domini oppidorum de licentia Regis, sine injuria tertii, ibid. 15. & 16
Definitiones Ordinis Montesiæ in c. 331. & 70. explicantur, 7. 4. 33. & seq.
Definitiones Ordinis Montesiæ comprobantes jurisdictionem spiritualem Magistro illius competere, & nunc administratori perpetuo, ibid. 109
Delatio, vide *Denunciatio*.
Delatio habitus, & tonsuræ, qualis requiratur in Clericis hujus Regni, 7. 1. 176
Delatio habitus, & tonsuræ an requiratur in Clerico Beneficiato minorum juxta Tridentinum, 7. 2. 28
Delatio jurisjurandi juxta fori formam quo pacto reo fiat, 8. 4. 7
Delationis tormentorum manualium vocatæ ad malos usus, pœna, 8. 8. 146. & seq.
Delationis ad malos usus pœna, an comprehendat socios delinquentis cum sclopo, ibid. 149
Delationis simplicis pœna, ibid. 152. & seq.
Delegare qui possint, Vide, verbo *Substituere*, *& substituti*.
Delegatus quando possit subdelegare alium, 6. 5. 104
Delegatus ad substituendum tantum, an debeat esse ex eodem gremio, vel habere easdem qualitates cum delegante, & delegato, ibid. 112
Delegati æquiparantur procuratoribus, ibid. 115
Delegati nominatio est species electionis, ibid. 119
Delegati potestas non expirat ex morte constituentis, re jam incœpta, ibid. 41
Delegati Judices Ecclesiastici citantur ad Bancum Regium, 7. 1. 81. & seq.
Delegati Judices non comprehenduntur sub dispositione concordiæ serenissimæ Reginæ Elionoris, ibid. 192
Delegati Ecclesiastici, quibus in casibus citantur ad Bancum Regium, ibid. 196. & seq.
Delegati immediatè à Principe, in contentione cum Ordine Montesiæ, conferunt cum Assessore antiquiori, 7. 4. 66
Delegatio strictè interpretanda est, 8. 8. 353
Deliberatum homicidii crimen comprehenditur sub indultu Julii III. Clericos Regiæ supponente jurisdictioni, 7. 2. in text.
Deliberati homicidii qualitas, vide *Homicidium*.
Deliberatio rei an cedere vel contendere velit quo pacto solet exprimi in lite, 9. 1. 115
Deliberatoria dilatio, vide *Dilatio*.
Delicta Officialium Baronum, in his quæ pertinent ad Principem, non possunt puniri per Baronem, 6. 1. 98
Delicta Officialium Regiorum præcipuorum an puniri possint per alium quàm per Regem, 2. 2. 46
Delictum grave quod reputetur, 7. 1. 168
Delicta mixti fori non possunt persequi per Judicem Ecclesiasticum in laicos, nisi per censuras, ibid. 170
Delictum est scopus Judicis inquirentis, 8. 2. 4
Delictum ante omnia probari debet, ibid. 6
Delicti corpus quomodo probetur, ibid. 9
Delicti corpus in facto permanente an constare debeat per Curiæ inspectionem, ibid. 28
Delicti corpore non plenè probato condemnatio an sequi possit, ibid. 32
Delicti corpore non plenè probato, an reus relaxandus sit fidejussoribus, ibid. 33
Delicti patrati locus subsidiarius est ad citationem, quando domicilium rei ignoratur, 8. 7. 6
Delinquens coram Judice punitur ab eo, licet non sit de sua jurisdictione, 6. 1. 78
Delinquere sine causa nemo præsumitur, 8. 8. 87
Delinquens in una Ecclesia potest capi in alia, 7. 1. 154
Delinquens à loco remoto ab Ecclesia, & necans, aut vulnerans existentem in ea, vel è contra, non gaudet immunitate, ibid. 163
Delinquens in Ecclesia etiamsi non delinqueret sub spe immunitatis amittit privilegium, ibid. 169
Delinquens in Ecclesia casu, & fortuito gaudet illius immunitate, ibid.
Denuntiatio criminis quomodo apud nos fiat, 8. 1. 23
Denuntiatio nullius roboris est si non subscribatur per Fisci Patronum, ibid. 25
Denuntiationis libellus quæ continere debeat, ibidem 29
Denuntiatio an fiat Principis, Proregis jussu, vel ex deliberatione Senatus, ibid. 32. & seq.
Denuntiare quibus in casibus Fiscus debeat, & possit, ibid. 8. & 41
Denuntiatio quid, 8. 2. 1. & 8. 6. 1
Denuntiatio, & accusatio promiscue sumuntur, 8. 6. 2
Denuntiationis, seu accusationis fiscalis forma, ibidem 3
Denunciandi litem necessitas in evictione quando & quomodo sublata est per foros, 12. 1. 51. & seq.
Deponentes falsum in uno, in omnibus suspecti manent, 8. 2. 25
Deponentes in substantialibus verum, licet in accessoriis mendacium dicant, non reputantur suspecti, ibid. 25
Depopulatores agrorum, vide verbo *Querela*.
Depopulator agrorum non utitur privilegio fori concesso monetariis, 2. 6. 22
Deprehensa in adulterio quæ dicatur, 8. 8. 68
Deputati officii origo, & natura, 3. 2. 2
Deputati quot à principio fuerint, ibid. 3
Deputationis officiis perfecta forma quando data fuit, ibid. 4.
Deputati ab initio collectores jurium Generalitatis erant, ibid. 6
Deputati officii amplitudo, ibid. 7
Deputati apud nos non curant de defensione fororum, ibid. 10
Deputati an sint Neophilaces, ibid. 12
Deputati exactoribus, & Quæstoribus Provincialibus, assimilantur, ibid. 14
Deputati cognoscunt privativè de rebus spectantibus ad jura Generalitatis, ibid. 25
Deputati an habeant liberum, & generalem administrationem, ibid. 27
Deputati nominant officiales, ibid. 28
Deputatorum deliberationes quomodo fiant, ibidem 29
Deputationis officia triennalia, ibid. 34

Deputati Valentini in quo differant ab aliis Deputatis, ibid. 36
Deputato decedente, electio nova intra decem dies fieri debet, ibid. 39
Deputationis officia necessaria non sunt quia renuntiari possunt, ibid. 40
Deputationis electiones, 3. 3. 1
Deputatus Nobilis potest admitti ad juramentum, etiamsi Militaris non admittatur, & è contra, ibidem 15
Deputatus Nobilis non potest substituere Militem, vel Generosum, & è contra, ibid. 14
Deputationis officia debent conferri naturalibus, demptis vocibus Brachii Ecclesiastici, ibid. 28
Deputati cognoscunt de debitore Generalitatis, & de debitore illius privativè, 3. 4. 1
Deputationis debita, vide *Debitor.*
Deputationis Syndicus habet privilegium trahendi causas ad suos judices, 3. 4. 5
Deputati an possint mittere Syndicum ad Principem inconsulto Prorege, 4. 3. 49
Desertio odiosa est, quare restringi debet, 11. 2. 44. & 188. & pœna gravissima, ibid. 184
Desertionem inducit defectus edendi primitivum integrum, etiamsi consistat in instrumento irrelevanti, 11. 2. 179
Deserta appellatione sententia transit in judicatum, ibid. 185
Desertio quare introducta, ibid. 186
Deserta appellatione an censeatur deserta nullitas, ibid. 191
Desertio per quem judicem pronunciari debeat, ibid. 189
Desertionis sententia admittit appellationem quoad devolutivum saltim, ibid. 191
Desperatio veniæ ferocitatem auget, 8. 10. 41
Devolutio electionis ad superiorem procedit, si electores scienter idoneum exeluserint, vel indignum admiserint, 4. 9. 26
Devolutionis jure cum utitur superior, debet eligere ex matriculatis ad officium de quo agitur, ibidem 27
Devolutio sublata per decretum fori 21. Curiar. ann. 1626. quæ sit, ibid. 33
Deus an habeat voluntatem, & decreta conditionata, vide verb. *Decreta.*
Deus credi unus, & coli à Senatoribus debet, 2. 2. 74
Deus unus ab Ethnicis credebatur, ibid.
Deum unum fatentur dæmonia, ibid. 75
Deus sibi soli reservatam habet cognitionem futurorum, 7. 3. 68. & seq.
Deus corporibus cœlestibus utitur ad significandas res ingentes, ibid. 120
Deus Pater, Filio commisit munus judicandi, quia voluit homines per hominem judicari, 10. 3. 27
Dialis Flamen, vide *Flamen.*
Dicessus à domo matiri sufficiens est, ut dos amittatur per uxorem, 8. 8. 68
Dictio *tantum* quid importet, 7. 2. 19
Dictio *dictorum* relativa est, & refertur ad contentos in instrumento, 7. 5. 12
Dictio *alius quivis* ad quos extendatur, ibid. 13
Dictio *vel* disjunctiva, aliquando pro declarativa sumitur, 9. 1. 59
Dictio *procura* quid importet, ibid. 256
Dictio *omne* quid importet, ibid. 261
Dictio *quicquid*, quid importet, ibid. 262
Dictio *ratificando* quid importet, ibid. 263
Dictio *confirmando* quid, ibid. 264
Dictio *actum* quid, ibid. 265
Dictio *gestum*, ibid. 266
Dictio *procuratum* quid, ibid. 267
Dictio *O*, idest *vel*, alternativam dispositionem denotat, 10. 2. 66
Dictio *possa* quid significet, 12. 1. 49
Dictio *Cort en blanc*, vide *Curia.*
Dierum nomina ab Ethnicorum diis derivata, 7. 3. 209
Dies termini an computatur in termino, 8. 6. 18. & seq.
Diebus feriatis, vel festivis an contumaciæ accusari possint, 8. 7. 20.
Differentia inter Nobiles, Generosos, & Milites, 3. 1. 57
Dignitates militiæ Montesiæ describuntur, 7. 4. 18. & seq & 26
Dilatio ordinaria in criminalibus qualis sit juxta foros, 8. 6. 15
Dilatio brevior juxta foros qualis, ibid. 16
Dilatio probatoria quando currat, ibid. 17
Dilationes forales ad favorem rei, ampliari possunt, ibid. 21
Dilationis suspensio vulgò *faltrita*, denegari debet actori finita forali, non extante causa, ibidem 24
Dilationibus lapsis an concedatur restitutio in integrum actori, ibid. 25
Dilatio propagatur Fisco usque ad sententiam, si intra dilationem petierit, ibid. 27
Dilationibus lapsis Fiscus juvatur ope restitutionis, ibid. 28
Dilatio qualis concedatur reo condemnato contumacialiter, adducto à Regno Castellæ, 8. 7. 42
Dilationes legales an ampliari, vel minui possint, ibid. 54
Dilatio trium dierum concedenda reo, ut præparetur ad supplicium, an sit necessaria, 8 9. 107
Dilatio quinque, vel trium dierum in primo decreto libelli datur tam ad deliberandum quam ad opponendas exceptiones dilatorias, 9 1. 111
Dilatio probatoria non currit ante litem contestatam, ibid. 116
Dilatio deliberatoria qualis & quanta concedatur jure Pontificio, civili & aliorum Regnorum, ibid. 120. cum seq.
Dilatione deliberatoria completa, opponens dilatorias audiendus non est, ibid. 124
Dilatio deliberatoria incipit currere à die injunctionis libelli, vel traditionis copiæ illius peremptoriè, ibid. 136
Dilatio probatoria de rigore currit à die completæ deliberatoriæ, ibid. 137. & seq.
Dilationes forales partibus concessæ sunt ita ut neque reo deficiat tempus ad defensionem, neque actori ad probandam intentionem suam, ibid. 153
Dilatio foralis currit à die notificationis, non à die confirmationis, ibid. 184
Dilatio probatoria quo modo postulanda & concedenda sit, 9. 2. 15
Dilatio probatoria suspenditur donec responsiones postulatæ exigantur, ibid. 30
Dilatio probatoria in materia principali currit actori à die notificationis responsionum, ibid. 90
Dilatio probatoria non postulatis responsionibus currit à die concessionis decreti de recipiendis testibus, ibid. 91
Dilatio probatoria foralis in materia principali est quadraginta dierum, ibid. 92
Dilatio probatoria currit reo à quarta die concessionis, vel traditionis copiæ libelli articulorum actoris, ibid. 95
Dilatio probatoria in materia principali ex vi fori absque judicis, vel partis facto debet currere, ibid. 109 & 218

Dilatio concedi deberet utrique parti unica interlocutione, ſed hoc requirit novam diſpoſitionem, ibid. 126
Dilatio quadraginta dierum per noſtros foros ſtatuta brevior eſt cæteris concedi ſolitis in aliis Regionibus, ibid. 127. cum ſeqq.
Dilatio foralis nulla de cauſa prorogari poteſt, ibid. 134. & 154
Dilatio foralis præciſa & peremptoria eſt, ibid. 138
Dilatio probatoria non currit in Feriis Paſchalibus, neque repentinis, ibid. 139. & ſeq.
Dilatio non currit ſi quæcumque feriæ abſorbeant majorem partem illius, ibid. 141
Dilationes quomodo arctari ſoleant in Regia Audientia, ibid. 142
Dilatio data per legem ad probandum, & probatum habendum intelligi debet; & quo temperamento ſumma æquitate Regia Audientia hæc obſervat, ibid 146. & 151
Dilatio data ad probandum, & probatum habendum habet vim concluſionis cauſæ, ibid. 148
Dilatione forali completa nequit Judex aliam concedere, niſi ex magna cauſa, ibid. 151
Dilatione labente ſi aliquis ex teſtibus legitimè impediatur, quoad eum ſuſpenſio dilationis conceditur uſque ad publicationem, ibid. 156
Dilationis conceſſio contra forum non tenet, ibid. 159
Dilatio concedenda in replicatione, triplicatione & ſimilibus, ibid. 160. cum ſeq.
Dilationes duas tendentes ad diverſos fines eodem tempore concedere judex poteſt, & currere debent, ibid. 163
Dilatione probatoria completa ſtatim Judex tenetur publicare teſtes, ibid. 173
Dilatio ultra marina an comprehendatur in reſtitutione ad probandum, ibid. 177
Dilatio ad partes longinquas, vel tranſmarinas quæ ſit, & qualiter concedenda, ibid. 184. cum ſeq.
Dilatio tranſmarina an computetur cum ordinaria forali, ibid. 187
Dilatio tranſmarina quomodo poſtulanda ubi dilatio foralis arctata fuerit. ibid. 188
Dilatio tranſmarina quanta eſſe debeat tam ad Europæ regiones, quam Indiarum, ibid. 189. & ſeq.
Dilationem poſtulans ad partes longinquas, ſi nihil probaverit, qua pœna afficiendus erit, ibid. 201
Dilationem ampliorem quam ordinariam non petens ad probandum extra Regnum, an teneatur obſervare ſolemnitates forales ad probandum in longinquis partibus, ibid. 194. & ſeq.
Dilatione tranſmarina completa an rurſus ex cauſa alia ſit concedenda, ibid. 205. & ſeqq.
Dilationis probatoriæ aſſignatio an ſit de ſubſtantia judicii, ibid. 211. & ſeqq.
Dilatio aſſignari debet per Judicem ut appareat à quo die computanda ſit, ibid. 2. 9
Dilationum conceſſio adinventa fuit, ut lites brevius expedirentur, ibid. 222
Dilatio ut currat parti conceſſio injungenda eſt, ibid. 220
Dilatio arctatur ad arbitrium Judicis, ibid. 223
Dilatione non conceſſa ſi probationes fiant an ſuſtinendæ ſint, ibid. 227
Dilatione completa an teſtes recipi poſſint in concomitantia inſtrumenti, ibid. 230
Dilatio in materia objectiva teſtium currere nequit ante publicationem, 9. 3. 17
Dilatione objectiva deficiente proceſſus remanet nullus ſi per partem poſtulata fuerit, ibid. 20. cum ſeq.
Dilatio objectiva quando concedenda, ibid. 25
Dilatio ad allegandum eſt decem dierum, 9. 5. 15
Dilatio objectiva foralis quadraginta dierum eſt, ibid. 28. præciſa ſt peremptoria, 9. 3. 30
Dilatio ad corroborandos teſtes quæ ſit & quando currere incipiat, ibid. 29
Dilatio objectiva ſi elapſa ſit minor debet in integrum reſtitui, ibid. 37
Dilatio tranſmarina concedenda eſt in materia objectiva, ibid. 60
Dilatio objectiva prorogari poteſt ratione loci, vel temporis, ibid. 61
Dilatione objectiva elapſa admitti debet probatio per evidentiam facti, ibid. 63
Dilatio impugnativa eſt triginta dierum, 9. 4 67
Dilatio impugnativa quomodo concedenda, ibid. 88
Dilatio impugnativa ſi denegetur, an proceſſus reddatur nullus, ibid. 108
Dilatio impugnativa neganda non eſt ſi poſt concluſionem inſtrumenta producantur, ibid. 110
Dilatio impugnativa concedenda non eſt ante conteſtationem, ibid. 111
Dilationem objectivam, vel impugnativam poſtulans recedere videtur à via ſummaria, 10. 1. 31
Dilatio per foros conceſſa ad condemnationes *infra decem ſalvis* eſt ad probandum, & probatum habendum, 10. 2. 36
Dilatio decem dierum in condemnatione *infra decem ſalvis* an ſit prorogabilis, ibid. 37. & ſeq.
Dilatio reo non currit, regulariter quin actor articulos ponat, ibid. 48
Dilationes concedendæ ad comparendum in Supremo, 11. 3. 49
Dilationes probatoriæ in ſummariis qualiter partibus currant, 10. 2. 50
Dilatio in ſummariis concedi ſolet abſque poſitione articulorum, ibid. 55
Dilatio ſpecialis in materia objectiva ſive ad reprobandos teſtes non conceditur in ſummariis, 10. 1. 21 & 10. 5. 113. cum ſeqq.
Dilatio trium dierum concedi ſolita in Regia Audientia quando appellatio introducitur ad quid deſerviat, 11. 2. 57
Dilatio qualis concedenda ſit appellanti admiſſo ad probandum, ibid. 205
Dilatio qualis danda ſit hæredi appellantis ad proſequendam appellationem, ibid. 208. & ſeq.
Dilatio ad probandum in concomitantiam documentorum breviſſima eſſe debet, nempe duorum dierum, 12. 2. 35
Dilatorias exceptiones opponens, lapſa dilatione deliberatoria audiendus non eſt, 9. 1. 124
Dilatorias opponens lapſa dilatione deliberatoria, non in vim dilatoriæ, ſed ad alium effectum audiri valet, ibid. 132. cum ſeq.
Dilatoriæ omnes opponendæ ſunt in eodem libello, ibid. 138. & ſeq.
Dilatoriæ extra tempus forale oppoſitæ non impediunt conteſtationem, ibid. 140
Dilatoriam opponit qui poſtulat reviſionem ab evocatione, ibid. 161
Dilatoriarum omiſſio parvi præjudicii reputatur, ibid. 179
Dilatorias qui omiſit opponere ante conteſtationem eis renunciaſſe creditur, ibid. 181
Dilatoriam *minor* opponens lapſo tempore forali an audiatur, ibid. 182. cum ſeq.
Dilatoriæ reſpicientes libellum ſtatim rejiciendæ ſunt de foro, ibid. 328
Dilatoriæ merita reſpicientes reſervandæ ad diffinitivam, ibid. 335
Dilatoriæ perjudiciales, ritum attingentes non ſunt reſervandæ ſed cito expediendæ, ibid. 339. & ſeq.

Dilatoria compromissi ineundi inter conjunctos ex abusu non est attendenda, ibid. 341. & seq.
Diminutio pretii in distractione judiciali compensatur cum facultate reluendi, 12. 3. 46
Discordiæ inter Professores scientiarum nocive plurimùm sunt, 2. 3. 18
Discordia Regentis Cancellariam & Inquisitoris antiquioris efficit, ut reus detineatur pro gravioribus criminibus, in levibus fidejussoribus relaxetur, 7. 3 31
Dispensatio strictè interpretanda, 7, 2. 59
Dispensatio ex defectu natalium non restringitur ad primam tonsuram, sed extenditur ad omnes minores Ordines, & beneficium simplex, 61. & seq.
Dispensare in Ordine Montesiæ quis possit quoad plura, 7. 4. 101. & seq.
Dispensator Principis est Magister Rationalis, 2. 4. 41
Dispositio *for.* 38. *Cur. sam.* 1585. quo cavetur, quod pro debito fisci, Generalitatis, vel Vrbis carcerati Milites possint, extenditur ad hæredes, 3. 4. 36
Disposita in concordia serenissimæ Reginæ Elionoris, præter propositionem gravaminum Ecclesiæ, 7, 1. 28
Dispositio loquens de Ordinariis judicibus non extenditur ad Delegatos, 7. 5. 15
Dispositio *for.* 104. *de Cur. & Baiul.* solum comprehendit Curiam justitiæ sed ex observantia extensa ad omnes Curias reperitur, 8. 5. 3. & seq.
Dispositiones poenales non admittunt interpretationem extensivam, 8. 8. 12
Dispositio negativa fortior est affirmativa & quare, 11. 3. 4
Et simplex arbitrium dat, 7. 4. 43
Disputationes Advocatorum, vide *Advocatus*, & *Allegationes*.
Distractio judicialis corruit deficiente forma, 12. 3. 33
Distractio judicialis annullatur ex læsione enormissima, ibid. 50
Distractio bonorum debet fieri sigillatim si plures res simul distrahantur ut innotescat pretium cujusque, ibid. 56
Distrahendo bona minorum quomodo judex se gerere debet, ibid, 59
Distractio rei pretiosæ faciendâ non est pro modico debito, sed ex redditibus creditori solutio danda, ibid. 61
Distractio pro minori pretio quam oblato nulla est, ibid. 65
Distributio pretii rei judicialiter venditæ in Gubernatione Valentiæ fit per æs & libram dum non præcesserit excussio vel debitor notorie solvendo non sit, ibid. 53. & seq.
Districtio personæ arguit Superioritatem, 9. 1. 52
Districtio personæ Archiepiscopi nihil commune habet cum facto possessionis de quo litigat, & laicus Iudex cognoscere potest, ibid. 60
Dissimulatio qualis in Senatore permittatur, 2. 2. 45
Divagatio fœminam castam reddit meretricem, 8. 8. 9
Divagio per campaneam, vide *Bannitus*.
Diversitas usus regaliæ cognitionis in exemptos, quoad Regna Coronæ Aragonum, 7. 1. 203
Dividuum quid sit in jure, 3. 3. 9
Divinatio quid sit, 7. 3. 68
Divisio Zodiaci in signa, & gradus cum fundamento in re, ibid. 180. & seq.
Divitiæ malorum omnium causa, & origo, 8. 8. 214
Divitis filia pauper non est 10. 1. 76
Docilitas in consiliario qualis requiratur, 2. 2. 104
Docilitas quid sit, 6. 5. 25
Doctoribus competit privilegium militare, ne conveniantur, nisi in quantum facere possint, 3. 4. 16
Doctorum gradus, vide verbo *Gradus*.
Doctores bullati, non sunt verè Doctores, 4. 3. 106
Doctores Coronæ Aragonum concordiam nostram interpretantes, 7. 1. 38
Doctores, Valentini de concordia verbum instituentes, ibid. 48. & seq.
Doctores approbantes salutiferum remedium subveniendi vi oppressis, ex regalia per viam violentiæ, ibid. 59
Doctores comprobantes regaliam cognitionis in exemptos, ibid. 22
Doctores approbantes praxim compellendi Iudices Ecclesiasticos contumaces, ibid. 213
Doctores totius literaturæ propugnantes & expugnantes Astrologiam, 7. 3. 54. & 99
Doctores de Militia Montesiæ scribentes, 7. 4. 8. & 28 cum seq.
Doctores tenentes quod Milites Ordinum Militarium, non sunt veri Religiosi referantur, & impugnantur, 7. 4. 44
Doctores de contentionibus tractantes, 7. 5. 20. & 30
Doctori distinguenti credendum est in conflictu opinionum, 8. 2. 53
Doctores de citatione tractantes, 8. 7. 3
Doctrina Augustini Barbosa de auctoritate decreti Gratiani discutitur, 7. 1. 64
Doctrina Prosperi Farinacii ex Rota discutitur, quoad viam violentiæ, ibid.
Doctrina domini Don Fran. Hieron. de Leon, quoad viam violentiæ explicatur, ibid. 78. & 101.
Doctrina P. Ioannis de Mandariaga in arenam vocatur, ibid. 99.
Doctrina Thomæ del Bene impugnatur, 101.
Doctrina domini Thomæ Cerdan explicatur, ibid. 54
Doctrina Petri Belluga de nullitatibus admittendis adversus tres sententias conformes non est attendenda, quia scripsit ante editionem *for.* 12. *de execut. rei judic.* 12. 2. 41.
Doctrina Domini Don Hieronymi de Leon quoad traditionem copiæ instrumentorum de quibus fit mentio in libello explicatur, 9. 1. 107
Doctrina Alphonsi de Azevedo notatur, in his quæ dixit de Associato ordinarii recusari, qui etiam recusatur, ibid. 209.
Dolor angetur per visum malorum, 8. 10. 58.
Dolus intervenire potest in legibus condendis, 4. 7. 21
Domestici Ecclesiasticarum laici non gaudent privilegio fori, 8. 10. 181
Domesticus præsumitur complex criminis in domo patrati, 8. 10. 95
Domesticus domestici an repellatur à testimonio, 8. 8. 244
S. Dominicus Patriarcha Valentiæ operam dedit Philosophiæ, 4. 3. 79
S. Dominicus quo tempore natus, & ordinem fundavit, ibid. 82
Dominus in alienatione rei propriæ legem sibi congruentem ponere potest, 2. 1. 21
Domini oppidorum, nullum habent dominium in pascuis publicis, 5. 1. 21
Domini oppidorum, in quibus adsunt quindecim domus cum vassallis, adquirunt mixtum imperium, 6. 2. 2
Domini obtinentes jurisdictionem Alfonsinam, de quibus cognoscant, ibid. 3
Dominus Alfonsinæ an cognoscat de crimine homicidii rixori, ibid. 7
Dominus Alfonsinæ an possit imponere poenam remissii temporalis, ibid. 10
Domini Alfonsinæ in criminalibus solum cognoscunt de subditis, ibid. 11
Domini Alfonsinæ lucrantur medietatem pœnæ pecuniariæ criminis excepti à sua jurisdictione, ibidem 14

Domini Alphonſinæ habent juriſdictionem in prima inſtantia tantum, juxta foros, ibid. 15
Domini Alfonſinæ, an obtineant juriſdictionem privativè, ibid. 15
Domini Alfonſinæ, an poſſint concedere univerſitatibus licentiam ad imponendas contributiones, ibid 16
Domini Alfonſinæ, an poſſint viſitare univerſitates ſuorum ſubditorum, ibid. 17
Domini Alphonſinæ, an utiliter concedant facultatem univerſitatibus ad vendendum cenſualia, ibid. 18
Dominus Alphonſinæ pro ſuo intereſſe poteſt comparere coram domino ſupremæ juriſdictionis, caſu quo male tractet ſubditos illius, ibid. 29
Dominus Alfonſinæ non poteſt imponere operas ſubditis, ibid. 30
Dominis duobus concurrentibus, & mandantibus eidem ſubdito, cui obtemperare debet, ibid. 41
Dominus Alfonſinæ an amittat juriſdictionem ex diminutione quindecim domuum, ibid. 32
Domini directi à jure non habent juriſdictionem in re emphyteutica, 6.3.4.& 5
Domini feudorum habent juriſdictionem in feudis à jure, ibid. 4
Domini directi à foro habent juriſdictionem in re cenſita, ibid. 6
Dominis directis juriſdictio conceſſa eſt privativè, etiam in cauſis poſſeſſoriis & appellationum, ibid. 7
Domino directo competit juriſdictio, non vero illi, cui ac non ſolvendus venit, ibid. 11
Domini directi dant judices delegatos ad has cauſas, ibid. 14
Dominorum directorum juriſdictio ordinaria eſt, ibid. 15
Domini directi ubicumque intra Regnum juriſdictionem exercere poſſunt, ibid. 17
Domini directi non eligunt conjudices, ſive aſſociatos judicis delegati, ſi deſumendi ſunt de Regio Conſilio, ibid. 27
Domini obtinentes juriſdictionem titulo gubernatorio tenentur cauſas expedire cum intervenu Regii fiſci Advocati, 6.4.18
Domini obtinentes juriſdictionem titulo gubernatorio non poſſunt nominare fiſcum, ibid 19
Domini obtinentes hanc juriſdictionem cum facultate nominandi ſucceſſorem, quomodo ea utuntur, ibid. 20
Domini juriſdictionum tenentur adminiſtrare juſtitiam in prima inſtantia propriis impenſis, 6.5.91
Domini oppidorum non poſſunt alienare paſcua publica, 5.2.13
Domini utiles prædiorum poſſunt in eis prata, ſive defeſas conſtituere, ibid. 14
Domini domus prævigna comprehenditur ſub diſpoſitione *for. 5. de adulteriis*, 8.8.164
Dominam cognoſcentes, vide *Famulus*.
Dominus rei diſtractæ ſi ea æſtimata antea fuit, non poterit faciliter conqueri de enormiſſima, 12.3.55
Domino comparente in judicio an cenſeatur revocatum mandatum conceſſum Procuratori, 9.1.297 & ſeq.
Dominium paſcuorum univerſitati adquiritur, utilitas verò ſingulis de univerſitate irrevocabiliter, 5.2.11
Dominium rei ſubjugatæ apud ſubjugantem, tempore ſubjugationis, eſt baſis totius obligationis, 12.3.91
Domus aggreſſor cum ſchala non gaudet privilegio fori monetariis conceſſo, 2.6.20
Domus pœnitentiæ, ad fœminas quæſtuarias converſas recipiendas, mirabilis conſtructio, 4.3.149
Domus pœnitentiæ antiqua non eadem cum domo, ſub invocatione Sancti Gregorii conſtructa, ibid. 154
Domorum cœli diſtributio cum reali fundamento, 7.3.198
Domus alienæ aggreſſio, vide *Aggreſſio*.
Domus cuilibet eſſe debet tutiſſimum aſylum, 8.8.117
Domus ad quam fit aggreſſio, non eſt intelligenda ratione proprietatis, dominii, vel alterius juris, præterquam quoad habitationis, ibid. 121
Dos Univerſitatis eſt aſſignatio termini, nam eo aluntur Cives, 5.2.8
Dos eſt patrimonium fœminarum, 10.1.70
Dos pluribus privilegiis gaudet, ibid. 73
Dos favorabilior eſt Fiſco, ibid. 77.
Dotis cauſa executiva eſt in Regno Siciliæ, ſed non Valentiæ, ibid. 79.& 82
Dotalia jura quæ ſint, ibid. 71
Dotandi Eccleſias onus impoſitum Regibus Aragonum in conceſſione Pontificia decimarum, non ſuſpendit adquiſitionem earum, 2.5.32
Dotandi onus non erat implendum ex decimis, ibid. 34
Dotatio Eccleſiæ Valentinæ, ibid. 55
Dubium notorietatis vulgò nuncupatum dubium de dubio, quando ſuſcitetur in contentionibus cum Ordinario Eccleſiaſtico, 7.1.51
Dubium prædictum quando proponatur, ibid. 118
Dubium notorietatis ſuſcitatur in contentionibus cum Inquiſitione, 7.3.27
Dubia ex relatione proceſſus reſultantia quæ reſpiciunt originalem juſtitiam partibus per Judicem communicanda ſunt juxta forum, 9.5.41
Dubiis partibus communicatis tempus opportunum concedendum eſt ad reſpondendum, ibid. 42
Ducis de Arcos adventus, & progreſſus in regimine hujus Regni, 8.10.20
Duellantes ſolebant de jure firmare, 10.5.26
Duellum tolerabatur in ſubſidium propter defectum probationis ad rem judicialiter perſequendam, ibid. 56
Duellandi mos mutuatus fuit à Romanis, & Germanis, ibid. 57
Duellandi mos ſemper illicitus fuit & & ſolum ſuſtinebatur in vim conſuetudinis, licet pravæ, ibidem 58
Duellum tantumdem omnino improbatum per Tridentinum, ibid. 59
Duelli provocario comprehenditur ſub decreto Julii III. 7.2. in tex.
Dulia, ſive dula quid ſit, 5.2.21
Duodecim domorum cœli diſtributio, 7.3.198
Duratio vitæ an cognoſci queat per Aſtrologos, ibid. 83

E.

Eccleſiæ Valentinæ diſſenſus non poteſt eſſe obſtaculum adquiſitioni decimarum extante conceſſione Apoſtolica, Regibus facta, 2.5.68
Eccleſia conventa ratione bonorum de *Realengo*, coram judice laico, non cenſetur Eccleſia, ſed quidam de univerſitate poſſidens rem Regiæ ditionis, ibid. 50
Eccleſiæ libertas non infringitur ex prohibitione alienandi in eam aliqua bona, ibid 49
Eccleſia ſuper re donata per Regem debet litigare coram Rege, ibid. 103
Eccleſia adquirens bona de realengo tenetur ſubire omnia onera realia, & vicinalia, ibid. 106
Eccleſia tenetur ſolvere jus amortizationis ad adquiſitionem bonorum *de realengo*, ibid. 111
Eccleſia ſolvit quindennium domino directo, ex bonis emphyteuticalibus per eam adquiſitis, ibid. 173
Eccleſiæ bona quæſita, inalienabilia efficiuntur, ibid. 123

Eccleſiaſticum Brachium, vel Stamentum, vide verbo *Brachium*, *Stamentum*, *& Status.*
Eccleſiaſtici ſolvunt jura generalitatis, 3. 2. 19
Eccleſiaſticorum bona *de realengo*, cum ſint ſub juriſdictione regia poſſunt onere gravati, ibid. 20
Eccleſiaſtici gravatur accedente conſenſu Prælati. & Cleri, ibid. 21
Eccleſiaſtici ſunt ſub juriſdictione deputatorum, in rebus jurium generalitatis, ex conceſſione Adriani VI. Pontificis, ibid. 26
Eccleſiaſtici quare admittantur ad munera murorum, & vallorum in noſtra vrbe, 4. 7. 14
Eccleſiaſtici excluduntur à muneribus vrbis, 4. 8. 2
Eccleſiaſtici an teneantur contribuere in juribus impoſitis pro reparatione murorum, &c. Vide verbo *Clerici.*
Eccleſiaſtici qui pacem publicam perturbant, an poſſint expelli à Regno, quando aliter ſuccurri non valet, 2. 1. 77
Eccleſiarum Cathedralium totius Regni deſcriptio, 7 1. 3
Eccleſiarum conſtitutio, & erectio poſt Agarenorum tirannidem, ibid. 4.
Eccleſiaſtica juriſdictio ordinaria per quos adminiſtretur in Regno, ibid. 5
Eccleſiæ Valentinæ amplitudo, ibid. 6
Eccleſiarum Regni Præbendæ, ibid.
Eccleſiaſtico ſtarui utilior eſt via concordiæ in contentionibus, ibid. 14
Eccleſia ſemper intendit ampliare viam concordiæ, ibid. 18
Eccleſiaſtica juriſdictio quomodo contendat cum juriſdictione Regia, ibid. 114
Eccleſiaſtica Curia, vide *Curia.*
Eccleſia obtinet in contentione, Cancellario intra terminum non declarante, ibid. 125
Eccleſiæ arbiter an poſſit eſſe laicus, ibid. 135
Eccleſiaſticæ juriſdictionis conſenſus non eſt expectandus in Regno, ut confuga compedibus, vel cuſtodibus in Eccleſia detineatur, ibid 149
Eccleſia ſi non eſt apta ad cuſtodiam rei confugientis, reus poteſt ad aliam aptiorem transferri, ibidem 152
Eccleſia ſpoliata ante omnia eſt reſtituenda, ibid. 153 & ſeq.
Eccleſia vbique eſt vna, ibid. 155
Eccleſiæ ſpolium ceſſat, reſtituto reo ad aliam ædem, etiam in diverſa Diœceſi conſtituatur, ibid. 156
Eccleſiaſticus quo pacto procedat in laicos pro crimine mixti fori, ibid. 170
Eccleſiaſticus quomodo procedat in laicos concubinarios, ibid. & 272
Eccleſiæ ſervitores an ſint immunes à vectigalibus, ibid. 184
Eccleſiaſtici delegati, vide *Delegati*, *& Judices.*
Eccleſiaſtici exempti à juriſdictione Ordinarii, vide *Exempti.*
Eccleſia tres gradus habet, per quos homines ab hominibus diſtinguit, & quales ſint, 7. 2. 6. & ſeq.
Eccleſiaſtici Prælati in juriſdictione temporali, quam obtinent in feudo à Principe laico habito, judicantur ut laici Barones, 8. 8. 281. & ſeq.
Eccleſiaſticæ cauſæ actuarius eſſe poteſt laicus, ibid. 289
Eccleſiaſticas dignitates & Prælaturas Beatus Petrus Apoſtolus inſtituit adinſtar Sacerdotum Ethnicorum eorumque gradus inſtituit, 9. 2. 46
Eclyptica via quæ ſit, 7. 3. 179
Edere actionem quid diſtinctum eſt ab editione jurium, vel inſtrumentorum 9. 1. 103
Editio actionis antiquitus facienda erat ante citationem, ibid. 104
Editio inſtrumentorum facienda eſt in conteſtatione, ibid. 105
Edere actionem, & exprimere in libello idem eſt, ibid. 106
Edita actione de jure, nihil ampliùs reus petere poteſt ad liberandum, ibid.
Editio inſtrumentorum poſt litem conteſtatam favore rei procedit, non favore actoris, ibid. 109
Edere inſtrumenta æqualiter debent actor & reus ſecundum foros, ibid. 110
Editionis inſtrumentorum tempus opportunum eſt à conteſtatione uſque ad finem dilationis probatoriæ in materia principali, 9. 4. 1. & ſeq.
Editio inſtrumentorum fieri poteſt Valentiæ uſque ad publicationem ſententiæ, & quomodo id procedat, ibid. 2. & ſeq.
Editio inſtrumentorum in cauſa jam tranſmiſſa ad Supremum per literas cauſa videndi quo pacto fiat, ibid. 9
Edendorum inſtrumentorum triplex ſpecies, ibid. 10
Editio quomodo fiat, ibid. 40
Edita inſtrumenta non inſeruntur in negotiis voluntariæ juriſdictionis, ibid. 41
Edita inſtrumenta in negotio contentioſæ juriſdictionis inſeri debent, ibid. 42
Edens inſtrumentum confitetur quod in eo continetur, ibid. 43. & ſeq.
Editis inſtrumentis poſt concluſionem dilatio impugnativa negari non poteſt ibid 110
Editis inſtrumentis ante conteſtationem non conceditur dilatio impugnativa niſi poſt eam ibid. 111
Editio actorum primitivi ad quem ſpectet in judicio appellationis, 11. 2. 164. & ſeqq.
Editio actorum primitivi injungi debet appellato, ibid. 171
Editio primitivi debet fieri per copiam authenticam, ibid. 173
Editio primitivi quando & quomodo admittatur purgando moram, ibid 174
Editio defectuoſa primitivi defertionem judicis, ibid. 179
Edictum perpetuum Prætoris quid comprehendebat, 11. 2. 43
Edicti citatio in proceſſu contumaciæ quomodo perficiatur, juxta foros, 8. 7. 18. & ſeq.
Edicti contumaciæ quo pacto accuſentur, & reperantur, ibid. 20. & ſeq.
Edicti citatio neceſſaria eſt, ut quis habeatur pro convicto, & confeſſo, ibid. 24
Edicta de præcautione publicata tempore epidemiæ, 8. 10. 61
Editui Cantores, & cæteri Eccleſiæ ſervitores laici, an gaudeant privilegio fori, & Canonis, 7. 1. 178
Ædificare in ſuo per æmulationem quando quis dicatur, & prohibitum ſit, 5. 2. 40
Efficiens cauſa beneficii quæ ſit, 7. 2. 50
Effectus reales diviſionis cardinum, ſive angulorum cœleſtium, 7. 3. 199
Egregiæ perſonæ in cauſis arduis coguntur comparere coram Judice, ut teſtimonium dicant, ſecus in aliis, 8. 2. 38
Egregii, vide *Nobiles.*
Elegantia aſpectus Senatoris auget ejus auctoritatem, 2. 2. 143
Electio Conciliarii, & Senatoris, res magni momenti eſt, ibid. 146
Electiones ad officia generalitatis quo modo fiant, 3. 3. 1
Electiones ad officia vrbis. 4 1 per tot.
Electio facta abſque illo qui obtinuit in recurſu, nulla eſt, etiamſi provocatum fuerit à declaratione ſuper habilitate habita, 4. 9 4
Electio peccans in forma nulla eſt quoad omnes, ibid. 23

Index Rerum,

Electio non peccans in forma, non est quoad habiles nulla sed tantum quoad inhabiles, ibid.24
Electio ad superiorem revolvitur, si electores scienter indignum admiserint, vel dignum excluserint, ibid. 26
Electionis species est insaculatio, ibid.7
Electionis Principis, factæ ad insaculationem, est executio per sortem extractio ad officia, ibid.12
Electio facienda per superiorem virtute devolutionis, fieri debet ex matriculatis, ibid.17
Electio successoris in jurisdictione titulo gubernatorio concessa, quo pacto fieri possit, 6.4.21
Electi Brachii militaris, quo pacto, & per quos nominentur, 3.1.74
Electores, & examinatores qui, & qualiter eligantur in eo Brachio, ibid.75
Eligendorum ad Officia Generalitatis qualitates, 3.3.4
Electores Brachii militaris discretivè eliguntur, Milites à Nobilibus, & è contra, ibid.12
Elector nobilis non potest nominare examinatorem ex militibus, ibid.13
Electi nobiles non possunt substituere Militem, aut è contra, ibid.14
Electus potest appellare ab electione ad sui favorem facta, 4.9.35
Electus cui competit excusatio, tacendo consentire videtur, ibid.36
Electus non obtinet potestatem ab eligente, sed ab eo de cujus mandato eligitur, 6.5.113
Electionibus Astrologiæ utens ad omnes actus humanos suspectus est de superstitione ex vana observantia, 7.3.252
Eligendus ad Prælatiam regularem, debet regulam illius Ordinis profiteri, 7.4.150
Eligendus ad Prælatiam regularem, an debeat obtinere sacerdotium, vel aliquem Ecclesiasticum Ordinem, ibid.151
Elionor Regina Aragonum Serenissima, & Cardinalis Convenarum arbitri fuerunt deputati per Sedem Apostolicam ad concordiam ineundam super competentia jurisdictionum, 7.1.26
Electa via ordinaria non patet regressus ad executivam, 12.1.63
Elementa juris à Romanis ortum habuerunt, 9.2.45
Eloquentia requiritur in Consiliario, & Senatore, 2.2.124
Eloquentiæ gloria cum Jurisprudentia communis, ibid.125
Eloquentia non consistit in multiloquio, ibid.126
Emendatio moræ quid sit, 11.2.175
Emens rem fiscalem securus remanet, secus rem confiscatam, vel debitoris fisci, 8.9.136
Emens rem litigiosam præjudicatur, ex sententia lata cum principali etiamsi non citetur, ibid. 137. & seq.
Emparamentum, sive ut nostrates dicunt *Empara* quid sit, & quomodo concedatur, 10.6.88.& seqq.
Emparamenti transgressor ultra pœnam tenetur ad interesse, & damna, ibid.89
Emparamentum fit per viam tuitivæ præparationis ad aliud judicium, ibid.
Emparamentum acceptans constituitur depositarius, & consumens in dolo est, ibid.92
Emparamenti pœna qualis, & in pluribus per foros usu recepta reperitur, ibid.93
Emparamentum à jure non fuit incognitum, ibid.94
Emparamentum quomodo tollendum, ibid.96
Emparamentum decreta appellationem recipiunt, ibid. 97
Emphasis Consiliarii qualis esse debeat, 2.2.127
Emphiteusis materiam Doctores qui tractent, 6.3.1 & 2
Emphiteusis hujus regni sapiùs naturam feudi, ibid. 4
Emphiteusi concessa, tria jura oriuntur, & quæ sint hæc, ibid. 11
Emphiteuta non possunt extrahi ad litigandum extra unam dietam à son domicilio, quia conductum solvatur, ibid. 17. & 18
Emphiteuta in lite actionis personalis litigat cum domino directo coram Ordinariis, nisi agatur de solutione Canonis, ibid.20.& 21
Emptio & venditio correlativa sunt, & promiscue usurpantur & eisdem ferme regulis constant, 10.2.57
Emptio Curiæ quo tempore perimatur, 12.3.6
Emptor summariè agit ad traditionem rei emptæ, 10.2.56
Emptor agens ex vendito pretium offerre debet, ut venditor traditionem rei, ibid.58
Emptori non solventi non prodest beneficium cessionis bonorum, ut à carceribus liberetur, ibid.76
Emptor Curiæ quomodo compellendus pretium deponere, 12.3.9
Emptori per licitationem injungitur in ipsa traditione hastæ fiscalis necessitas deponendi pretium infra decem, ibid.69
Epidemia quid ex Galeno, 8.10.50
Epidemia, vide *Contagio*.
Episcopi nec ante, nec post Concilium Lateranense, potuerunt infeudare decimas, 2.5.38
Episcopi querela ratione tertiæ decimarum partis, reservatæ per Regem Jacobum, ibid.66
Episcopi reprehensi per Summos Pontifices, quia impediebant executionem cessionis decimarum, ibid. 69
Episcopus Dertusensis habet interventum in Comitiis, & admittitur ad officia Generalitatis, 3.1.43
Episcopus Segobricensis etiam, ibid.
Episcopus Orcelensis pariter, ibid.
Episcopi, vide *Judices Ordinarii Ecclesiastici*, & *Prælati*.
Episcopi habent jurisdictionem in Diœcesi, ex vi muneris non immediatè à Christo Domino, sed per summum Pontificem, 8.8.307
Episcopi non cognoscunt de regularibus, quia exempti illi sunt, licet à principio sub eorum jurisdictione extitissent, ibid.309
Episcopi nequeunt compelli ad jurandum inconsulto Romano Pontifice, 9.2.51
Episcopus cogi nequit ad testimonium ferendum, ibid. 67
Episcopum cogere flagitium sonat ex mente Imperatoris, ibid.68
Episcopus nec volens decenter admittitur ad testificandum, ibid.69
Episcopus cogi non potest ad respondendum in lite, ibid.70
Episcoporum facilitas in dicendis testimoniis non conducit ut cogi possint ad respondendum, ibid. 71
Equi ad evectiones publicas destinati, non omnibus concedendi sunt, 4.11.46
Equos non destinatos ad vereda in cursum commodans, qua pœna plectendus sit, ibid.49
Erigere universitatem, ad quem spectet in territorio Ordinis Montesiæ, 7.4.177
Escriptures qui libelli dicantur in foro Valentino, 9.1.11
Essentia religionis consistit in emissione votorum substantialium, 7.4.47 & 50
Essentia veræ religionis, quid, ibid.31
Eucharistiæ semper venerandæ furtum sacrilegium anno 1648. patratum, 8.10. tot.

Eucharistia reverenter colitur de Regno Valentiæ, ibid.152
Evocatio, & evocare quid sit, 2.2.31
Evocatio appellationis uno cum toto negotio principali quando, & quo modo fiat, 11.2.239
Evocabiles causæ ad Senatum, vide *Causa.*
Evocatio causæ Consulatus, vide *Consulatus.*
Evocatio causæ cambii, vide *Cambium.*
Examen testium in criminalibus, an committi possit actuario, 8.2.37
Examen testium, an præcedere debeat jurisjurandi delatio, ibid.41
Examen ritus processus contumacialis, quomodo fiat in Senatu, 8.7.26
Exceptio defectus licentiæ Domini meri imperii ad venditionem censualis, vide *Licentia.*
Exceptio dilatoriæ, vide *Dilatoria.*
Exceptio declinatoria, vide *Declinatoria.*
Exceptio firmat regulam in contrarium, 5.3.51
Exceptio non aditæ hæreditatis reservanda est ad definitivam, 9.1.236
Exceptiones quæ debent admitti in executivis, 12.1.25
Exceptionibus admissis in executivis mandatum resolvitur in citationem, ibid.23
Exceptiones modificativæ an admittantur in executivis, ibid.36
Exceptio retentionis ex eo quod imminet evictio in limine contractus modificativa est & admittenda in executivis, ibid. 37.
Exceptio dimanans ex venere instrumenti an admittendi in executione, ibid. 39
Exceptio nullitatis instrumenti vel sententiæ an admittenda in executivis, ibid.40
Exceptio falsitatis instrumenti admittitur in executivis, ibid 42
Exceptiones regulares reservandæ ad judicium requisitionis ex foro, ibid.43
Exceptiones quæ reservantur ad judicium requisitionis altiorem indaginem requirere videntur, ibid.45
Exceptio Clericorum à jurisdictione laicorum Judicum, an sit de jure divino, vel positivo, 7.2.2
Excusationis remedium proprium est in datione tutoris vel curatoris, 10.6.18.& seq.
Excessus formæ utilior parti, an vitiet actum, 8.7.5
Executiva via, vide *Via.*
Exequi sententia potest ante decem dies ad appellandum, si causa appellabilis non fuerit, 11.2.157
Executio per acta pendente nullitate non revocatur tanquam attentata quousque sententia pronuntietur nulla, 11.5.25
Executionis descriptio, 12.1.3.& seq.
Executionem paratam an habeant de jure instrumenta, ibid.& seq.
Exequendi jus non semper competit eis qui pronuntiant, ibid.9
Executio petenda à judice competente, ibid.10
Exequendi jus, vide *Judex.*
Executionem instans quando possit eligere judicem, ibid.26.& seq.
Executio quando variari possit, ibid.
Executionem paratam habent ultimæ voluntates, ex foro, ibid.35.& seq.
Executio ducta pro legato, vel fideicommisso speciali appellabilis est quoad utrumque effectum, ibid.
Executio olim dabatur pro hæreditate, vel fideicommisso successivo, sed hodie non, ibid. 17. & 9.2 120
Executio datur pro sententia in rem judicatam transacta, 12.1.44
Executio danda est pro sententia arbitri, ibid.46
Executio datur pro pactis & conventionibus guarentigia corroboratis, ibid.48
Executio datur pro evictione, ibid.50
Executio privilegiata datur contra emptorem Curiæ, ut pretium deponat, ibid.54
Executio concedenda est contra confessum de re certa, ibid.55
Executio danda est pro chirographo recognito, ibid. 56
Executio quomodo prosequenda ex condemnatione infra decem salvis, ibid.57
Exequendi jus an præscribatur, ibid.58.& seq.
Executione cœpta, instantia non permittitur, sed si nihil actum fuerit in executione, neque datur instantia, neque peremptio, ibid.65
Exequendi chirographum, jus quo tempore perimatur, à quo computandum, ibid.68
Exequendi jus enatum ex instrumento non habet majora privilegia quam ex sententia, ibid.74
Executio pro redditibus census per quot annos concedenda, ibid.70
Executio sententiæ datur contra fidejussorem judicii non citatum, secus in fidejussorem contractus, ibid. 82.& seq.
Executivi juris præscriptio quando & quomodo interrumpatur, ibid 87.& seq.
Executio sententiæ quando impediatur propter melioramenta, & expensas, ibid.91.& seq.
Executio sententiæ certæ & liquidæ non retardatur propter illiquidum vel incertum, ibid.103
Executio sententiæ sine actis quando procedat, ibid. 109
Executionum alia est juris, & alia facti, 12.2.1.& seq.
Executivum mandatum, vide *Mandatum.*
Executio adjudicationis rei, vel missionis in possessionem quomodo fiat, ibid.12
Executio primæ sententiæ datur præstita cautione in causa minoris summæ triginta librarum, ibid.4
Executio pro facto promisso quomodo detur remissivè, 12.3.2
Executio requirit citationem, & qualem, 12.2.15.cum seq.
Executionis judicium non admittit probationes extrinsecas testium, ibid.27
Executio instituta pro redditibus censualium pluribus privilegiis gaudet, ibid.67
Executio non est danda nisi nominato, & contra nominatum in instrumento vel sententia, ibid.76.cum seqq.
Executio rigida per pactum incipiendo à pignoribus quando detur, 12.3.3
Executio facti contra nobiles & cæteros fruentes privilegio militari, à quo incipienda, ibid.4
Executio occupationis temporalitatum, quomodo perficiatur, 7.1.269.& seq.
Executionem sententiæ in processu contumaciali latæ præcedit rei recognitio, 8.7.45
Executio pœnæ capitalis, quomodo peragenda, 8.9.106
Executio pœnæ capitalis in Militarem, non fit quin consulatur Regia Majestas cum transmissione processus, ibid.90.& seq.
Executio pœnæ capitalis peragi potest diebus feriatis, ibid.100
Executiva pœnæ pecuniariæ quo pacto fiat, 113.&
Executiva causa instituta virtute venditionis censualis, an impediatur per exceptionem defectus licentiæ domini meri imperii. Vide verbo *Licentia.*
Exempla prosunt valdè ad gubernationem, & prudentiam adquirendam, 2.2.123
Exempla plurima usus defensionis per viam violentiæ, 7.1.82
Exempla occupationis temporalitatum, ibid.212

Exemplum cujuſdam peſſimi conſilii, quoad confeſſionem rei in agone, pro exoneratione alterius, 8.2.12
Exemplum imperantis, obſequium auget obedientis, 8.10.57
Exemplis non eſt judicandum, 11.1.90
Exempla plurimum juvant ad interpretationem juris dubii, ibid.91
Exempti à juribus Generalitatis, qui ſunt in hoc regno, 3.2.24
Exemptio à præſtatione jurium ob cauſam duodecim filiorum. Vide verbo *Parentes.*
Exemptos à præſtationibus gubernare, non eſt perniciosum Reipublicæ,4.7.7
Exemptio jurium conceditur ipſis gubernantibus, ibid 8
Exempti non ſunt faciles ad jura nova imponenda, ibid.9
Exempti à jurium Generalitatis præſtatione, admittuntur ad ea officia, ibid.14
Exemptio jurium urbis, quo jure pertineat ad Officiales ſanctæ Inquiſitionis, ibid.19
Exempti Eccleſiaſtici, non habentes judicem in Regno, judicantur per Regem, 7.1.201
Exemptorum cognitio extenditur uſque ad corporalem coërcitionem, ibid.204
Exempti poſſunt judicari per Gubernatorem Regni, ibid.207
Exemptorum cognitio bulla Pontificia confirmata, ibid 208
Exemptio Ordinis Ciſtercienſis, Calatravæ, & Monteſiæ à juriſdictione Ordinarii, 7.4.86
Exemptus cui committitur nudum factum nominandi conſervatorem, non adquirit per nominationem aliquam juriſdictionem, ibid.120
Exercitium juriſdictionis ſpiritualis in pluribus apud Magiſtrum Monteſiæ, & nunc apud Adminiſtratorem generalem, 7.4.100.& ſeq.
Exhibere, vide *Editio.*
Exilium perpetuum non poteſt imponi ab habente mixtum imperium, ſive juriſdictionem Alphonſinam, 5.2.5
Eximentes carceratum à manibus familiæ pœna legis Juliæ Majeſtatis tenentur, 8.8.96.& ſeq.
Eximens carceratum, ſi ſit officialis, gravius peccat, ibid 97
Exorciſtæ nuptias contrahere poſſunt, 7.2.29
Expenſæ debentur ex retardata exceptione in cauſa contentionis, 3.1.130
Expenſæ debentur, à ſuccumbente in cauſa appellationis, 11.2.216.& ſeq.
Expenſæ debitæ ex contractu non excuſantur, ob juſtam cauſam litigandi, ibid.220
Expenſæ litis ſecluſa promiſſione regulandæ ex juſta cauſa litigandi, ibid.222
Expenſæ debentur in prima inſtantia ex manifeſta temeritate litigandi, ibid.223
Expenſarum condemnatio revocata manet ſi ſententia revocetur, ibid.225
Expenſarum condemnatio ex tertia ſententia an extendatur ad alias inſtantias, ibid.227
Expenſarum condemnatio regulariter eſt pœna contumaciæ, ibid.228
Expenſarum condemnatio, vide *Condemnatio.*
Exploſio tormenti manualis qualiter puniatur, 8.8.140
Exploſionis pœna debetur etiamſi non ſequatur perfecta exploſio, dummodo clavis tormenti excutiatur, ibid.141
Exploſio apud nos facta fuit crimen ſpeciale, ibid.142
Exploſionis pœna, ut debeatur, debet fieri deliberatè, ibid.143
Exploſioni non eſt impoſita pœna pecuniaria, ſed delationi ad malos uſus, ibid.146.& ſeq.
Exploſione interveniente remanet probata qualitas mali uſus in deferente, ibid.
Exploſio voluntariè cauſa facta non punitur pœna ordinaria, neque pœna dilationis ad malos uſus, ſed delationis ſimplicis, ibid.152
Extenſio pœnæ arbitrariæ uſque ad mortem, regulanda eſt juxta leges in ſimili diſponentes, 8.8.102
Exterminari à Regno per poteſtatem œconomicam, qui poſſint, 2.1.66
Exterminationis remedium, non paſſim uſu recipi debet, ibid.78
Exterarum gentium tyrannide, litteræ armis ceſſere in Hiſpania,4.3.64
Exteri an ſint apti ad officia, & munera Reipublicæ, 4.5.25
Exteri qui dicantur ad civilitatem, cum tributorum immunitate obtinendam, 5.3.71.& ſeqq.
Extinctiva unio inter duas Eccleſias, quæ ſit, 7.4.137
Extrema probanda contra detinentem rem ſpecialiter ſubjugatam cenſui, ut executio procedat, 12.3.91

F.

FAber ſuæ fortunæ unuſquiſque eſſe poteſt, 4.8.9
Fabrica murorum, & vallorum. Vide verbo *Curatores operum publicorum.*
Fabricæ veteris nova diſtinctio, & ſeparatio, 4.11.19
Fabulæ antiquitus tradebant cuncta præcepta Philoſophiæ, 7.3.212
Fabulæ tria continent hiſtoriam, doctrinam, & fictionem,ibid.213
Fabularum uſus apud Orthodoxos omni umbra idololatriæ carer, ibid.214
Facies percuſſio cum re ſordida comprehenditur in decreto Julii III. 7.2. in textu.
Facilitas veniæ incentivum tribuit delinquendi 4.2.18
Facti nocturni teſtes, quam rationem reddere debent, 8.8.204
Factis duobus repugnantibus quale attendendum ſit, 9.1.274
Facti memoriale quo caſu fieri debet ad expeditionem litis, 9.5.32
Factionum hic Valentia ab antiquo laborat, 8.10.7. & ſeq.
Factionum origo in hoc Regno, ibid.10
Factionum perſecutio, vide *Banniti.*
Facultas nominandi ſucceſſorem in juriſdictione titulo gubernatorio conceſſa, an expiret facta ſemel nominatione, 6.4.18
Facultas vendendi cenſualia ſuper bonis Univerſitatis. Vide verbo *Licentia.*
Facultas redimendi rem judicialiter diſtractam pro eodem pretio, dicitur *Carta de gratia* 12.3.46
Facultas hæc compenſat diminutionem pretii, ibid.47
Facultas ad alienandum bona fideicommiſſi, vinculi, vel majoratus quomodo concedatur in Regno Valentiæ, 10.6.64.& ſeq.
Facultas hæc quomodo concedatur in Regno Caſtellæ, 10.6.59
Facultas dicendi ſententiam nullam jure actionis durat triginta annos 10.5.41
Fadiga de juſtitia, quid, 2.2.41
Falſitas non nociva punibilis non eſt, 8.8.52
Falſitas apta nocere,punibilis non eſt,præſertim in Notario, ibid.53.
Falſi pœna an imponatur non ſecuto effectu quando lex conſiderat ſolum factum, ibid.54

Falsi pœna an teneatur conficiens instrumenta, ut publica persona, cum auctoritatem non habeat, ibid. 36
Falsi crimen comprehenditur in decreto Julii III. 7. 21 in text.
Falsæ monetæ pariter, ibid.
Falsum deponens in uno, in omnibus præsumitur falsum dixisse, si est in substantialibus, secus in accessoriis, 8. 2. 23. & seq.
Falsitatis exceptio, vide *Exceptio.*
Falsi redargutio, vide *Redargutio.*
Fama publica quo pacto probetur, 8. 8. 201
Fama qualis esse debet, ut inventio rei furatæ habeatur pro plena probatione, 8. 8. 6
Familiæ resistens atrociter necari potest, ibid. 116
Familiarium Inquisitionis causæ spectant ad Inquisitores ex delegata jurisdictione Regia, 7. 3. 9
Familiaris remittendus Inquisitoribus, remittitur expensis illius, ibid. 32
Familiares quomodo fruantur privilegio fori Inquisitionis apud nos, & in aliis Regnis, ibidem. 33. & seq.
Familiares actores sequi debent forum rei, ibid. 35
Familiares renuntiare valent privilegium fori, ibidem 36
Familiares in criminibus exceptis non gaudent, ibid. 37
Familiares non gaudent privilegio fori in crimine delationis tormenti manualis, ibid. 38
Familiares qualiter admittendi sunt per Inquisitores, ibid. 40
Familiares esse nequeunt Titulati, & Barones, atque Potentes, ibid. 41
Familiares non fruuntur privilegio fori in criminibus patratis ante adeptam familiaturam, ibid. 42
Familiares compelluntur testimonium ferre coram Judicibus Regiis, ibid. 43
Familiares tenentur observare pragmaticas delationis armorum, ibid. 44
Familiaris cujusvis socius, in quolibet crimine non gaudet privilegio fori, ibid. 46
Famuli cognoscentes dominam, filiam, sororem, consobrinam, conjunctamve domini, capite puniuntur, 8. 8. 161
Famuli rapientes aliquam ex dictis, etiamsi intuitu contrahendi cum ea fiat, pari pœna plectuntur, ibid. 162
Famuli tenentur ad eandem pœnam si intra annum à die decessus à famulatu talia crimina patraverint, ibid.
Famuli intelliguntur omnes illi qui servare fidelitatem debent, ibid. 163
Famuli nomen comprehendit pedagogum filii familias, ibid. 164
Famuli propriè qui sint, ibid. 165
Famulus cognoscens prævignam domini, an sub hac dispositione comprehendatur, ibid. 164
Famulorum cujuscumque generis salaria in Audientia verbali peti possint, 10. 3. 38
Farinarii doctrina de causis violentiæ discutitur, 7. 1. 61. & 69
Farinarii doctrina de probatione mandatarii amplexa in Senatu, 8. 2. 12
Fato potestatem concedere hæreticum est, 7. 3. 66. & seq.
Fatalia, vide *Appellatio*, & *Tempus.*
Fatalia in supremis non currunt, nisi intervenisse negligentia, 10. 3. 63
Fatalis annus, vide *Annus.*
Fatalium instauratoria, vide, *Instauratoria.*
Fatica justitiæ quid sit, & quando emergat tacite, vel expresse, 11. 4. 26
Fecialium officium apud nos, *Reyes de armas*, 3. 1. 83
Feudi titulus, quo Ecclesia tertiam decimarum partem concedere volebat Iacobo I. nullius momenti fuit, 2. 5. 37
Feudum decimarum non potuerunt concedere Episcopi, nec ante, nec post Concilium Lateranense sub Alexandro III ibid. 38
Feudi dominus jurisdictionem habet in feudo, 6. 3. 4
Feudi naturam sapit emphiteusis in hoc regno, ibid.
Feriæ quæ non computantur in dilationibus juxta foros, vide *Dilatio.*
Ferocitas augetur desperatione, 8. 10. 41
Fidei causæ spectant ad Inquisitores absque dubii propositione, 7. 3. 5
Fides instrumentorum quomodo comprobanda, 9. 4. 98
Fideicommissi perpetui constitutio, an valeant de bonis emphiteuticis sine assensu domini directi, 2. 5. 115
Fideicommissi bona plerumque alienantur, ibid. 122
Fideicommissi specialis persecutio de jure non est executiva, bene verò de foro, 10. 2. 23. cum seq.
Fidem de pretio non potest habere Judex, seu Curia rem debitoris distrahens, 9. 3. 71
Fidem de pretio habere dicitur qui pretium solvere permittit per venditionem census nisi adsit consensus partis, & exprimatur tempore licitationis, ibid. 72. & seq.
Fidejussor ad supplicationem, vel firmam juris, vide *Cautio.*
Fidejussor non citatus quando pati possit executionem sententiæ latæ contra principalem, 12. 1 82. & seq.
Fidejussori non nocet interruptio præscriptionis juris executivi facta principali, nisi ipse tanquam principalis reus debendi obligatus sit, ibid. 88
Fidejussor judicio sisti, & judicatum solvi in prima instantia datus, an teneatur in secunda, ibid. 108
Fidejussores dati in principio officii, extenduntur ad tempus prorogatum ob non adventum successoris in eo, 2. 1. 44
Filiorum procreatio in omni Republica præmio potitur, 4. 6. 31
Filius si coram patre torqueatur, illico pater fatetur crimen, ibid. 44
Filius est pars corporis patris, ibid. 46
Filius jejunare pro patre potest, ibid. 47
Filius an possit esse Juratus, dum pater est Syndicus, 8. 14
Filia dominæ comprehenditur sub dispositione loquente de filia domini, 8. 8. 167
Filiario Ordinis Calatravensis est Militia Montesiæ, ibid. 7. 4. 87
Finalis causa beneficii Ecclesiastici, 7. 2. 51
Finis determinat actus morales, 7. 4. 54
Firmæ juris judicium dimanat à lege duodecim tabularum, 10. 5. 2
Firmæ juris judicium diversum nomen habet in unaquaque Provincia, ibid. 5. & seq.
Firmæ juris nomen, quo utimur, à jure civili depromptum est, ibid. 10. & seq.
Firmare de jure quid dicatur, ibid 12. & seqq.
Firma juris in Cathalonia quid dicatur, ibid. 16. & seq.
Firma juris in Aragonia quid, ibid. 19. & seq.
Firma juris possessoria impetratur quando nondum apparet quis actor, vel quis reus esse debet in lite, ibid. 24
Firmare de jure personaliter firmam impetrans de foro debet, ibid. 25
Firmare de jure duellantes solebant, ibid. 26
Firma juris antiquitus in pluribus negotiis dabatur, ibid. 27
Firmæ juris remedium hodie tantum Valentiæ in usu

est ad causas possessorias, sive pro tuenda possessione, ibid. 28
Firmæ juris virtute datur mandatum de manutenendo cum clausula justificativa, ibid. 29
Firma juris quæ habet ex interdicto uti possidetis, ibid 45. & 54
Firmæ juris remedium nititur in possessione, ibid. 46
Firma juris supponit possessionem, ibid. 52
Firma juris olim concedebatur cuicumque offerenti cautionem, etiamsi possessionem non probasset, ibid. 61. secus hodie, ibid. & seq.
Firma juris quomodo petenda secundum praxim Valentiæ, ibid. 63
Firmæ juris primum decretum quale, ibid. 64
Firmæ juris admissio quomodo fiat, ibidem 65. & seq.
Firmæ juris concessio resolvitur in citationem comparente, & contradicente parte, ibid. 67
Firma juris producit effectum data cautione, postquam datur mandatum de manutenendo, ibid. 68
Firma & contrafirma separaris processibus actitantur, sed congruentius esset quod cumularentur, ibid. 74
Firmæ confirmatio interlocutione solet fieri, revocatio sententiam exigit & quare, ibid. 75
Firmæ confirmationem obtinens reus constituitur, ad judicium subsequens, & interim gaudet commodo possessionis, ibid. 76
Firma & contrafirma revocatis partes recurrunt ad interdictum adipiscendæ, ibid. 77
Firma & contrafirma confirmatis seu repertis æqualiter justificatis, Judex ex officio articulum *quis interim* manutenendus sit in possessione suscitat, ibid. 78
Firmæ & contrafirmæ remedia apud Valentinos præparativa sunt interdicti *interim*, ibidem 81. & 105
Firma in citationem resoluta, adversarius contrafirmans, cui non admittitur, nisi citatio firmantis; in eodem statu reperitur, ibid. 83
Firma conceditur etiamsi possessio non probetur nisi per unicum testem, ibid. 84
Firmæ juris concessio dicitur parvi præjudicii, ibidem 91
Firmam impugnans, etiamsi non contra firmaverit admittitur ad probandum, ibid. 86
Firma posita pendente lite, non admittitur nisi citata parte, & si concedatur, non est opus clausula justificativa, ibid. 92
Firma postulata pendente lite potest concedi absque citatione ubi adest periculum in mora, ibid. 94
Firma regulariter postulatur ante litem motam, & non expresso nomine ejus à quo perturbatio timetur, vel patitur, ibid. 95
Firmæ judicium non permittit minori restitutionem ad probandum, ibid. 97. & seq.
Firmæ judicium præparativum est plenarii possessorii, ibid. 105
Firmæ judicium solum attendit factum possessionis, ibid. 121
Firmæ judicium non disputat de jure sed de facto possessionis, ibid. 122
Firma tuetur illicitum, illegitimum & injustum possessorem, ibid. 123. nisi appareat de injustitia vel iniquitate, ibid. & seq.
Firmantes de jure non sunt repellendi à possessione absque causæ cognitione, quod intellige in possessorio sive summario, sive summarissimo, non autem in petitorio, ibid. 149
Firmæ judicium est momentaneæ possessionis, ibidem 150
Firmæ judicium non extenditur ad justificationem possessionis, nisi partes subintrent in discussione meritorum tacite vel expresse, ibidem 153. & 158. cum seqq.
Firmæ judicium non est capax discussionis earum rerum quæ altiorem indaginem requirunt, ibid. 171
Firmæ juris judicium non est cumulandum cum petitorio nisi de consensu partium, ibid. 173. & seq.
Firma juris ut plurimum conceditur absque citatione, ibid. 206
Firmæ juris concessio quod tempus attendere debet, ibid. 207
Firmare de jure in effectu quid sit, ibid. 210
Firma juris injuste, & de facto provisa, debet de facto revocari, ibid. 21. 23
Firmans de jure non habens fidejussorem admittitur cum cautione juratoria, ibid. 221
Firmæ injusta concessio, justissimè de facto revocata, ibid. 228
Fisci patroni munus divisum apud nos, & quo pacto, 2. 2. 194
Fisci patronus de quibus curet, ibid. 195
Fisci patronus in Regno, obtinet interventum, & suffragium decisivum, 6. 5. 34
Fiscus litigans facit cumulare petitorium cum possessorio, 6. 1. 32
Fiscus semper habet fundatam intentionem in regalibus, ibid. 34
Fisci favore in regalibus judicium semper est mixtum, ibid. 33
Fiscus in regalibus non litigat sine possessione, ibid. 37
Fiscus interrumpit de facto possessionem de facto occuparam, ibid. 36. & 38
Fisci Advocatus, vide *Advocatus*.
Fisci Procurator, vide *Procurator*.
Fiscus restituitur in integrum, etiam contra factum Judicis, 8. 2. 31
Fisci Procurator non potest intervenire in examine testium, ibid. 48
Fiscus quo pacto provocare soleat ab injusta relatione Majoralium artis Notariæ, 8. 5. 26
Fisci causa est eadem cum causa privati, post publicationem processus in omnibus ferè, 8. 6. 44
Fisco utilis est insertio auctorum per Judicem incompetentem, in processu per Judicem debitum fulminato, 8. 8. 276
Fisci favore in distractione bonorum pro exigenda pœna pecuniaria in criminalibus, non sunt servandæ solemnitates forales, 8. 9. 114
Fiscus in pœnalibus, an præferendus sit aliis creditoribus, vel adquirat hypothecam, ibid. 118
Fiscus non adquirit bona allodialia confiscata, ibidem 121
Fiscus Principis adquirit bona confiscata per Barones, ibid. 123
Fiscus non tenetur ad solutionem juris copiæ processus, 9. 3. 52
Fiscalis interventio necessaria est in deliberatione sententiæ de re fisci, 11. 1. 20
Fiscalis non condemnatur ad expensas, 12. 4. 30. & seq.
Fiscalis tanquam privatus potest ex propriis propter manifestam calumniam ad expensas condemnari, non vero nomine officii ut ex fisco solvantur, ibidem 31
Fiscalis non tenetur partem salarii sententiæ solvere, bene is cujus jus coadjuvat, vel adversarius si condemnetur, ibid. 32. & seqq.
Flamen dialis non cogebatur per Prætorem jurare, 9. 2. 43
Flumina sunt æterni regionum termini, 2. 3. 23
Fluminum, riparum, & molendinorum in eis constructorum jurisdictio, pertinet ad Bajulum, etiam in terra Baronum, 2. 4. 17

Fontanellæ decisio 556. explicatur, 8. 1. 20
Fœlicitas est viaticum futuri supplicii, 8. 10. 9
Fœminæ an succedere possint in jurisdictione concessa, titulo gubernatorio in hoc Regno, 6. 4. 24
Fœminæ honestæ an capi possint pro crimine, 8. 3. 12. & seq.
Fœmina cujus pudicitia patitur, faciliter præstat consensum ad nuptias, 8. 8. 181
Fœminæ mutabiles, & inconstantes sunt, ibid. 247. & 253
Fœminæ à jure civili non excluduntur à testificando in causa criminali, ibid. 248
Fœminæ non probant in causa accusationis, secus in causa inquisitionis, ibid. 249
Fœminæ juxta jus Canonicum non excluduntur, ibid. 251
Fœminæ si admittantur ad testimonium non plenè probant, ibid. 235
Fœminæ capaces sunt jurisdictionis spiritualis in habitu, ibid. 391
Fœminæ licèt postulare pro aliis nequeant, pro condemnato criminaliter possunt appellare, 8.9.86
Fœminæ regulariter mitius puniuntur, 8. 8. 107
Fœminæ puniuntur pœna ignis in crimine veneni propinati, ibid. 106
Fœminæ ad veneni propinationem procliviores sunt, quàm viri, & ob hanc causam gravius puniuntur, ibid. 108
Fœminæ non compellendæ personaliter comparere in Audientia verbali, 10. 3. 11
Fœtus dum in utero est, pars viscerum matris censetur, 7. 3. 140. & seq.
Fœtus in utero non per se alitur, aut spirat, sed per umbilicum à matre respirationem, & alimentum sumit, ibid. 144. cum seq.
Fœtus mutationis ætris quo pacto suscipiat, ibidem 145
Fœtus ex materia seminali efformatur, ibid. 148
Fœtus quando informetur anima rationali, ibid. 141. 155
Fori Regni Valentiæ conditi sunt, de consilio Procerum, 1. 2. 2
Fori conditi, & scripti Catalauno idiomate, & quare, ibid. 3
Fori in Regno jus commune sunt omnibus, ibid. 10
Forus qui desumitur à jure civili, omnes interpretationes illius admittere debet, ibid. 14. & 5. 3. 24
Fori admittunt interpretationem intrinsecam, 1. 2. 16. & 6. 1. 12
Fori habent vim Canonis Provincialis, 1. 2. 30. & 5. 1. 25
Fori conditi per Regem Iacobum Primum, non sunt leges pactionatæ, nec habent vim contractus, 1. 2. 31
Fori Regis Iacobi I. non sunt irrevocabiles, ibid. 32
Fori Jurati, quomodo capi debent, quoad irrevocabilitatem, ibid. 34
Fori confirmati quo pacto habendi sunt, ibid. 35
Fori conditi in Curia generali mediante pecuniæ oblatione, irrevocabiles fiunt, ibid. 37
Fori revocari possunt exigente bono publico, ibid. 44
Fori omnes ligant, ibid. 48
Foro deficiente recurrendum est ad jus canonicum primum, & demum ad jus civile, tanquam ad rationem scriptam, ibid. 11
Fori de consensu totius Curiæ fieri debent, ibid. 47
Fori, vide, verbo *Leges*
Fori quo tempore conditi fuere, 2. 5. 52
Fori conditi, anno 1239. vel 1240. ibid. 55. & 6. 1. 29
Fororum condendorum tempore nondum erat Episcopus Valentiæ consecratus, 2. 5. 56
Fori sunt consuetudines scriptæ, ibid. 57
Forali dispositione procedendi via, in casu violentiæ est cauta, 7. 1. 71
Fori habent vim Canonis Provincialis, & approbantur à Sede Apostolica, ibid. 75
Fori Regni Valentiæ limitarunt confugia delinquentibus, & an hoc statui possit per Regem, ibidem 164
Fori privilegium, vide *Clericus*.
Fori privilegium non extenditur de persona ad personam, 7. 1. 185
Fori privilegio utrum gaudeant Æditui, Cantores, & cæteri servitores Ecclesiæ, ibid. 178
Fori privilegio an gaudeant servitores, & domestici laici Ecclesiasticorum, ibid. 181
Fori privilegio, an utantur Oblati, Sorores, Eremitæ, & similes, non translati irrevocabiliter in Religionem, ibid. 187
Fori privilegio gaudent à jure omnes tonsurati, 7. 2. 12
Fori privilegium non firmatur post Clericatum, nisi charactere Ordinis sacri, ibid. 12
Fori privilegium non corroboratur per collationem beneficii, ibid. 23. & seq.
Fori privilegium an cassetur ex requisitis Tridentini, ibid. 24
Fori privilegium non immutatur per Ordinem sacrum, sed irrevocabile redditur, ibid 25
Fori privilegio qui fruantur post Tridentinum, ibidem 49
Fori privilegium amittitur per Sacerdotem immiscentem se enormibus, ibid. 56
Fori privilegio fruuntur Milites Ordinis Montesiæ, etiamsi novitii sint, 7. 4. 64
Fori privilegio gaudent Milites regulares in Regno Castellæ, ibid. 70
Fori privilegio fruuntur uxores ipsorum Militum Montesiæ, ibid. 71
Fori privilegio fruuntur viduæ Militum Montesiæ, ibid. 75
Fori interpretandi sunt, ita ut absurdum vitetur, 8. 2. 40
Fori interpretationem intrinsecam admittunt, ibidem 59
Fori non admittunt extensivam interpretationem, 8. 8. 12
Forus 9. *de malefactoribus*, non comprehendit Milites, & eorum vasallos, 8. 8. 118
Forus Aragonum prohibens nuptias inter rapientem, & raptam, nullius momenti est, ibid. 182
Forus noster imponens pœnam raptori, etiamsi nuptiæ sequantur, subsistit, ibid. 183
Forales solemnitates, vide *Solemnitates*.
Fori Regni Valentiæ læsi non fuere ex pœna imposita Bannito per Ducem de Arcos die 6. Ianuarii, 1643 8. 10. 26
Fori desumpti à jure communi eadem interpretationes recipiunt, 9. 1. 206
Foro deficiente recurrendum est ad jus commune tanquam ad rationem naturalem scriptam, ibidem 207
Fori declinatoria, vide *Declinatoria*.
Fori declinatoria ex incapacitate judicis, admitti debet non solum post comparitionem, & sententiam, sed post decretum de exequendo, 9. 2. 186
Fori amplissimum arbitrium concedunt judicibus in coarctandis dilationibus probatoriis, 10. 1. 29
Fororum vis non in narrativa sed in decretis residet, 10. 5. 150
Fororum dispositiones religiosè observantur in Regia Audientia, 11. 2. 176
Foralis dispositio negans effectum suspensivum nullitati, 11. 5. 27

Index Rerum,

Forma ſervanda in conceſſione gratiæ pœnarum per Progerem facienda, 2.1.103.
Forma proponendi candidatos ad Senatoriam dignitatem, 2.2.68
Forma actus eſt individuæ naturæ, 3.3.6
Forma actus per quæ verba inducatur, ut ſubſtantialis cenſeatur, ibid.17
Forma ſervanda in conceſſione indulti, ſive gratiæ faciendæ per judices ordinarios, 4.2.19
Forma apponendi impedimenta ad officia urbis, 4. 9. 1
Forma fori non obſervata ſententia adeo nulla eſt, ut non egeat revocatione, 8. 8. 80
Forma procedendi in cauſis criminalibus Religioſorum, & Militum Monteſiæ, 7. 4. 33. & ſeq.
Forma propoſitionis gravaminum Eccleſiæ ad concordiam ineundam cum Rege, 7. 1. 21
Forma concordiæ non congruit cum formalitate propoſitionis Eccleſiæ, ibid. 27
Forma per concordiam tradita in expediendis contentionibus, ibid. 32
Forma procedendi per concordiam cum ordinario Eccleſiaſtico, ſi vim infert, favore Eccleſiæ eſt introducta, ibid. 69
Forma procedendi cum Delegato per citationem ad Bancum Regium, ibid. 81
Forma procedendi juxta concordiam non extenditur ad Delegatos, ibid. 93
Forma antiquior, & recens Stemmatis Ordinis Monteſiæ, 7. 4. 7. & ſeq.
Forma compellendi Inquiſitorem renitentem admittere contentionem juxta concordata, ſi procedat contra ipſam, 7. 3. 25. & ſeq.
Formæ defectus in ſuperfluis, an vitiet actum, 8.6.35
Formæ exceſſus vtilior parti an vitiet actum, ibid. 51
Forma citationis mutatur ex conceſſione amplioris termini in cauſa contumaciali, ibid. 59
Formula qua utitur Epiſcopus dum tonſuram confert, 7.2.11
Formalis cauſa beneficii quæ ſit, ibid 51
Forma inducitur quoties lex ſtatuit aliquid neceſſe fiendum, 9.3.52
Formæ omiſſio vitiat actum, ibid. 53
Forma ſubhaſtandi deficiente, diſtractio judicialis nulla eſt, 12.3.33
Forma deficientæ quicquid geritur nullum eſt, ibidem 35
Fortitudo in animo Conſiliarii, non in corpore requiritur, 2. 2. 107
Fractor carceris, vide *Carcer*,
Fraudantes in pondere, & menſura non gaudent privilegio fori conceſſo monetariis, 2. 6.21
V. Fr. Franciſcus *del niño Jeſus*, Ordinis Carmelitani Diſcalceatorum, promotor conſtructionis domus ſancti Gregorii ad fœminas quæſtuarias converſas inſtruendas, 4. 3. 149
V. Fr. Franciſci promiſſio de non ingredienda peſte in urbem, ibid. 150
V. Fr. Franciſci promiſſio in dubium revocata, anno 1647. & dubii ſolutio, ibid. 158
Don Franciſcus Sanz undecimus Magiſter Monteſiæ, Adavus authoris, 7.4.2
Fratrum alicujus Ordinis nomine veri Religioſi ſignificantur, ibid 58
Fratres Monteſiæ verè Religioſi ſunt, 7.4.38. & ſeq.
Fratres Clerici Monteſiæ an nececeſſe intervenire debeant tanquam ſeniores, in cauſa criminali alicujus ex illis, 7.4.36
Fratres Milites, vide verbo *Miles*.
Fratres Ordinis Monteſiæ eligebant Magiſtrum, 7. 4. 97
Fratres Monteſiæ ex vi voti tenentur obedire Magiſtro, ibid. 105
Fratres laici Ordinis Ciſtercienſis, capaces ſunt juriſdictionis Eccleſiaſticæ, ibid. 154
Frivola remedia, vide *Remedia*, *Appellatio*.
Fructuum ſolam perceptionem in quibus oppidis Ordo Monteſiæ obtineat, 7. 4. 169
Fructuum condemnatio non procedit in judicio firmæ juris ſecundum obſervantiam Regni Valentiæ, 10.5 215
Frumentum extrahi nequit à Regno, 5.1.17
Frumentum quod vehitur ad Urbem ſequeſtrari nequit, ibid. 18
Fugæ inſtrumentum quo pacto conficiatur, 8.4.36
Furatæ rei inventio quod indicium faciat juxta jus commune, 8.8.3
Furatæ rei inventio juxta forum habetur pro plena probatione, ſi reus malæ famæ ſit, ibid. 4. & ſeq.
Furata res penes aliquem inventa non probat furtum, ſi reus doceat authorem, à quo habuit, ibidem 9. & ſeq.
Furatæ rei pars apud aliquem inventa an ſufficiat ad condemnandum pro toto furto, ibid. 11
Furni, ſive clibani dominus, an arceatur ab officiis Urbis, 4.8.7
Furti ſimplicis pœna quæ ſit, 8.8.17
Furtum an committant Birroarii extorquentes pecunias, ibid. 23. & ſeq.
Furti ſecundi, vel tertii pœna ut ſubintret, an ſufficiat ſola probatio, vel requiratur condemnatio, ibid. 18
Furti pœna tenetur rem ſibi traditam ad operandum in ſuo artificio ad alios uſus transfundens, ibidem 30
Furtum committit utens re aliena ad alium uſum, quàm deſtinatus à domino, ibid 31
Furtum ſacrilegum ſacræ Euchariſtiæ anno 1648. patratum, 8.10. per totum.
Fuſtigationis pœna homini libero abſque ſententia irrogari nequit, 8.9.78
Futurorum cognitio ſoli Deo reſervata eſt, 7.3.69
Futura excedentia cauſalitatem phyſicam, & naturalem, excedunt etiam cognitionem Aſtrologi, ibidem 91
Futurum contingens quibus modis inſpici poteſt in cauſis, 115. & ſeq.
Futura contingentia, quæ nullam habent connexionem cum cauſis naturalibus, prædici nequeunt, ibid. 245. & ſeq.

G.

GAbrieli Pareja dictum quoad immunitatem Militum Regularium expungitur, 7.4.75
Gallorum bona an ſequeſtrari poſſint, ſi obtinuerint civilitatem, 5.3.47
Gaſparis Eſcolano dictum de antiqua Valentina Schola explicatur, 3.4.63
Gemelli naſci nequeunt ſub eodem inſtanti, 7. 5. 161
Gemelli à communiter contingentibus ſymbolizant in habitu corporis, & inclinationibus, ibidem 164
Gemellorum exempla vetuſta, & recentiora, ibidem 165
Generalis Magiſter Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede, habet interventum in Curia, 3.1.52
Generalitatis Regni jurium cauſæ an ſint evocabiles ad Regiam Audientiam, 2.2.43
Generalitatis Regni nomen unde derivetur, 3.2.16
Generalitatis jura ad quid imponantur in hoc Regno, ibid. 1
Generalitatis jura impenduntur à Rege, Regina & Principe, quod inurbanum eſt, ibid. 17

Generalitatis jura ab Ecclesiasticis impenduntur, ibid. 19
Generalitatis jura per Summum Pontificem confirmata, ibid. 23
Generales constellationes vincunt particulares, 7. 3. 170
Generalis Prælatus cujusvis Religionis jurisdictionem obtinet independentem ab alio ejusdem, & ab ipso omnes, 7. 4. 91
Generalis Magister Ordinis Montesiæ, vide *Magister.*
Generalis Locumtenens Magistri Montesiæ, vide *Locumtenens.*
Generales accipiunt jurisdictionem mediante Religione, 7. 4. 96
Generales habent in suis subditis totius Religionis jurisdictionem quasi Episcopalem, ibid. 90
Generalis Bannitorum persecutio, 8. 10. 141. & seq.
Generosi qui dicantur, 3. 1. 58
Generosi, vide verbo. *Milites.*
Genium Consiliarii, vel Senatoris, quale esse debeat, 2. 2. 97
Genus armorum præsumptionem præbet animi deliberati occidendi, 8. 8. 80
In genere quando aliquid probatum dicatur, ibidem 132
Gerentis vices gubernatoris generalis Regni officium, 2. 3. 3
Gerentis vices officium assimilatur Prætori, ibidem 18
Gerens vices urbis, & Regni Dominationis titulo decoratur, ibid. 21
Gerens vices urbis, & Regni habet trinum Locumtenentem, ibid. 22
Gerens vices Orcelis, & Regni ultra sexonam, unicum Locumtenentem localem habet, ibid. 24
Gerens vices Urbis, & Regni habet duos Assessores togatos, ibid. 25
Gerentis vices titulo ultra Sucronem concesso, officium locumtenentis concessum est tantum, ibidem 30
Gerentis vices Locumtenens generalis quod exercitium habeat, ibid. 31
Gerens vices dum regit officium Proregis, an exerceat in Curia gubernationis, ibid. 34
Gerens vices, potest mandare Locumtenenti generali, ibid. 35
Gerens vices, & Locumtenentes ejus, quo pacto subrogare possint, ibid. 39
Gerens vices, quomodo præstat juramentum, ibidem, 41
Gerens vices, non se debet intromittere in causis ad Ordinarios spectantibus, ibid. 43
Gerentis vices insigne, ibid. 77
Gerens vices, quæ possit, vide verbo *Gubernator.*
Gerens vices Gubernatoris est Judex superior in Regno, dum jurisdictio Regiæ Audientiæ obdormit, 7. 1. 220
Gerens vices, obdormiente jurisdictione Regiæ Audientiæ, poterit compellere Ecclesiasticos contumaces per remedia prætoria, ibid.
Gerens vices ultra Sexonam hæc facere potest in dicto casu, limitativè ad suum districtum, ibidem 221
Gerens vices Gubernatoris tenetur accedere ad domum Senatoris quoties vocatur ob causam arduam, 8. 2. 39
Gerens vices Gubernatoris non habet certam sedem in Regno ad jus dicendum, 8. 9. 38
Gerens vices dum jus dicit in Urbe, tenetur pronuntiare in loco assueto, nempe Curia propria, ibidem 39
Gerens vices judicat de exemptis, 7. 1. 207
Gerens officium fiscalis potest ex propriis condemnari in expensas propter manifestam calumniam, non vero nomine officii ut ex fisco solvantur, 12. 4. 41
Gesta per falsum Procuratorem ratificari possunt ante oppositam exceptionem, non verò postea, 9. 1. 244 & seq.
Gothorum tempore, quæ literæ in Hispania floruere, 4. 3. 65
Gradus, & honores scientiarum indignis conferri nequeunt, ibid. 102
Gradus scientiarum, non sunt propriè honores, sed honorum insignia, ibid. 103
Graduum origo Imperatori Augusto tribuitur, ibidem 105
Gradus Bullæ, non est vere gradus, ibid. 106
Gradus Artium liberalium, licitè indignis conferri nequeunt, ibid. 111
Gradus in Ecclesia tres sunt, per quos homines ab hominibus separantur, 7. 2. 6
Gradus Baptismi, ibid. 7
Gradus electionis, sive clericatus, ibid. 8
Gradui secundo evehitur quis per tonsuram clericalem, 9.
Gradus signi, seu characteris, ibid. 15
Gradus secundi omnes, comprehenduntur in Bulla Julii III. sub nomine simpliciter tonsurati, ibidem 18
Gradus secundi omnes tenentur recitare Horas canonicas ex dispositione juris, secus de consuetudine, ibid. 35
Gratias majores tenentur reddere Deo omnes secundi gradus, juxta jus naturale, ibid. 46
Gravamina proponere in Comitiis generalibus, cuique licet, 3. 2. 85
Gravaminum proponendorum in Curia generali natura traditur, ibid. 86
Gravaminis remedium debet respicere bonum commune, etsi particulare, absque tertii injuria, ibid. 87
Gravamen debet continere expressam operationem contra forum, aut justitiam indubiam, ibid. 89
Gravamen ita debet proponi, ut ex narratione illius, dedecus nemini resultare possit, ibid. 90
Gravaminis propositio non debet respicere personam gravantis, sed substantiam facti, ibid. 91
Gravamina proponi possunt in Curia adversus inferiores, ibid. 92
Gravate quando quis dicatur, ibid. 93
Gravamina dupliciter proponuntur, & hoc explicatur, ibid. 94
Gravaminis provisio executioni deducitur præstita cautione, casu quo supplicatio interponatur, ibid.
Gravati in impedimentis sibi oppositis ad concursus fortis, in electionibus Generalitatis, & Urbis recursus ad Senatum remedio juvantur, 4 9. 2
Grave crimen quod dicatur, 7. 2. 168
S. Gregorii domus fundatio mirabilis, 4. 3. 149
Gregorii VII. Summi Pontificis Bulla, continens concessionem decimarum, traditur ad literam 2. 5. 3
Gregorius VII. quo tempore Sedem Pontificiam occuparit, ibid. 6. & 9
Grex sine pastore, cæcus sine duce, 8 10. 56
Guarentigiæ obligationis vis, & effectus, 10. 1. 86. cum seqq.
Guarentigiæ robur à lege dimanat & voluntate contrahentium inducitur, ibid. 87 cum seqq.
Guarentigiæ forma, & substantia in tota Hispania, ibid. 94
Guarentigia & ejus effectus pertinent ad substantiam contractus, ibid. 95
Guarentigiæ verbum quid significet, ibid. 97
Guarentigiæ clausula continet renuntiationem proprii fori

fori cum facultate eligendi atque variandi, 12. 1 25
Gubernatoris officium, ad cujus repræsentationem factum, 2. 1. 55
Gubernatoris Curia est prima post Curiam Regis, 2.3.1
Gubernator Præsidi Provinciæ an assimiletur, ibid. 2
Gubernator à principio Procurator Regis dicebatur, ibid. 4
Gubernator non est ille Procurator Principis, qui jus inter Fiscum, & privatum dicebat, ibid. 5
Gubernator non creatus, sed nascitur, ibid. 6
Gubernandi scientia, non tam discitur in actu speculativo, quàm practico, ibid. 9
Gubernatores Regni non primogeniti Regis, ibid. 11
Gubernatoris officii primordia in hoc Regno, ibid. 14
Gubernator generalis Proregi assimilabatur, ibid. 17
Gubernationum distributio in Regno, ibid 19
Gubernatoris jurisdictio ordinaria est, ibid. 38
Gubernatoris Assessores ad invicem substituuntur, ex rescripto Principis, ibid 40
Gubernatoris Assessores jurant in posse Gerentis vices, ibid. 41
Gubernatoris jurisdictio est suprema omnium, dempta Regia Audientia, ibid. 42
Gubernator cognoscit de causis viduarum, pupillorum, & miserabilium personarum, ibid. 44
Gubernator cognoscit causas appellationum, ibid. 45
Gubernator cognoscit de crimine læsæ Majestatis, falsæ monetæ, & plagii, violationis itinerum, & resistentiæ, ibid. 46
Gubernator cognoscit de causis universitatum, ibid. 47
Gubernator cognoscit de querelis, & recursibus ab oppressionibus inferiorum, ibid. 48
Gubernator cognoscit de criminibus suorum officialium, ibid. 49
Gubernator cognoscit de crimine sodomiæ, ibidem 50
Gubernator debet visitare universitates Regiæ ditionis, & eas in quibus domini non habent merum imperium, sed mixtum tantum, ibid. 51. & 52
Gubernator cognoscit de causis inter dominos oppidorum, & vasallos suscitatis, ibid. 53
Gubernator cognoscit de causis incilis de Moncada, ibid. 54
Gubernator cognoscit de causis officialium urbis, & villarum regiæ ditionis, ibid. 55
Gubernator potest cogere judices, etiam in his in quibus non habet jurisdictionem, ut justitiam administret, ibid. 56
Gubernator cognoscit de causis Fiscalibus, quæ tractari nequeunt propter absentiam Regis, ibid. 57
Gubernator, absente Rege, tenetur visitare die veneris cujusvis hebdomadis carceratos, ibid. 58
Gubernator moderatur immoderata salaria exacti per judices delegatos, eorumque excessus reprimit, ibid. 59
Gubernator est judex exemptorum, qui non habent judicem in Regno, ibid. 60
Gubernator cognoscit, & præest in congregationibus Universitatum, & Collegiorum, ibid. 61
Gubernator jubere potest arbitris, quod concordent in laudo, vel tertium eligant, ibid. 62
Gubernator habet facultatem agratiandi, & quo pacto, ibid. 63
Gubernator Valentiæ, in quo distinguatur à Gubernatoribus Aragonum, & Cathaloniæ, ibid. 71
Gubernationis Curia est media inter Ordinarios, & Regiam Audientiam, ibid. 73
Gubernationis Curiæ, sive officio, nil additur jurisdictionis, aut potestatis per absentiam Proregis, ibid. 74
Gubernationis litteræ, quomodo expediuntur, dum agitur cum Locumtenente Thesaurarii, & Magistro Rationali, ibid. 76
Gubernator in Regno, nemo potest appellari, ibidem 78
Gubernator, naturalis Regni esse debet, ibid 27
Gubernatorio nomine jurisdictio, quo pacto quæratur. Vide verbo *Jurisdictio titulo gubernatorio.*
Gubernator est judex exemptorum non habentium judicem in Regno, 7.1.207
Gubernator potest compellere Judices Ecclesiasticos contumaces, obdormiente Regiæ Audientiæ jurisdictione, per remedia prætoria, ibid. 220
Gubernator, vide *Gerens vices.*
Gubernationum Assessores, vide *Assessores.*
Gymnasii Valentini statutorum cansæ an sint evocabiles, 2.2.43
Gymnasium Valentinum. Vide verbo *Schola.*

H.

HAbitator urbis quis de jure dicatur, 5.3.5
Habitatio decem annorum requiritur ad civilitatem obtinendam, ibid. 9
Habitantes urbem animo redeundi ad proprios lares non adquirunt civilitatem, ibid. 14
Habitualis jurisdictio, vide *Jurisdictio.*
Habitus delatio an requiratur in Clerico beneficiato juxta Tridentinum, 7.2.28
Habitum, sive stemma militiæ Montesiæ quis concedat, 7.4.102
Hæredes debitoris Fisci, Generalitatis, vel Urbis an fruantur privilegio militari, 3.4.36
Hæredes in bonis hæreditariis non sunt melioris conditionis, quàm testator erat, ibid. 38
Hæres quomodo compellendus est adire, vel repudiare hæreditatem, 9.1.231
Hæredi an prosit, vel noceat interruptio possessionis facta uni ex cohæredibus, 12.1.91
Hæres una persona censetur cum defuncto, 12.2.79
Hæres succedit in juribus activis & passivis defuncti, & censetur nominatus in instrumento, vel sententia, ibid. 80. & seqq.
Hermenegildi Matthei & Sanz, Theologiæ Doctoris, Præpositi Sedis Valentinæ, & sacræ paginæ Expositoris vespertini, fratris Auctoris, animi dotes commemorantur, 4.3.97
Heremitæ an gaudeant privilegio fori, 7.1.187
S. Hieronymi Ordinis vox in Brachio Ecclesiastico, 3.1.43
Hippocomii qui sint, 4.11.59
Hippoliti de Samper lapsus notatur, 7.4.17. & 23
Hispani priùs quam Græci Philosophiam agnoverunt, & coluerunt, 4.3.56
Hispania à tempore Ninî litteras obtinuit, ibid. 38
Hispania à Tubale habitata, ibid. 59
Hispani ante adventum Phenicum, in tranquillo statu Philosophiam colebant, ibid. 61
Hispania an tempore Gothorum literarum studia obtinuisset, ibid 65
Hispania tempore Agarenorum, Philosophiam, Medicinam, & Astronomiam coluit. ibid. 66
Hispaniæ linguæ quot, & quales, vide *Lingua.*
Historiæ cognitio in Senatore, & Regio Consiliario necessaria, 2.2.122
Homo potentiam habet ad intelligibilia cognoscenda, 7.3.224
Homicidia per insidias, vel deliberatè non gaudet immunitate Ecclesiæ, 7.1.161
Homicidium proditorie, seu deliberatè patratum, comprehenditur in decreto Julii III. 7. 2. in tex.
Homicidium regulariter punitur pœna capitali, 8.8.

Homicidium in rixa patratum qua pœna puniatur, ibid. 39
Homicidium ad defensionem qua pœna plectatur, ibid. 41
Homicidium voluntarium qua pœna puniatur, ibid. 40
Homicidii qualitas diminuens pœnam, probanda est per allegantem, 43
Homicidii pœna imponenda est juxta qualitatem resultantem ex probatis, ibid. 42
Homicidii voluntarii, vel deliberati qualitas probanda per Fiscum, ibid. 45
Homicidii rixosi pœna imponi debet juxta regulas juris, ibid. 8
Homicidii pœna pecuniaria applicata per forum hæredibus occisi, pertinet ad hæredes ex sanguine, non ad extraneos, ibid. 53. & seq.
Homicidium patratum in personam Clerici, qua pœna puniatur, ibid 57. & seq.
Homicidium uxoris adulteræ an excusetur à pœna, ibid, 62
Homicidium patratum per plures animo deliberato, omnes pœnæ capitali subjicit, ibid. 71
Homicidium per plures patratum quos afficiat, ibid. 74
Homicidium patratu mper plures rixantes quos afficiat, ibid. 73
Homicidium patratum ex improvisa causa, non potest dici præmeditatum, ibid. 76
Homicidæ prava qualitas præsumptio est animi deliberati ad occidendum, ibid. 79
Homicidii deliberati judicium est affectata rixa, ibid. 81
Homicidii deliberati judicium est inimicitia præcedens, præsertim si sit capitalis, ibid. 78
Homicidii deliberati judicium est pluralitas vulnerum, ibid. 77
Homicidii deliberati judicium est mandatum, & instantanea executio sine alia causa, ibid. 82
Homicidæ auxiliator qua pœna punitur, ibid. 98
Homicidium ex eo solùm quòd cum sclopo patretur dolosum apparet, ibid. 145
Honores literarum tribuuntur ad instar Athletarum, 4 3. 104
Honores scientiarum Vide verbo *Gradus*.
Honos calami, non ut triumphus militaris, ex alienis spoliis ditatur, 4. 3. 57
Horæ incertitudo ad operationes astrologicas quomodo corrigi valet, ibid, 7. 3. 138
Horologii error quo pacto reparetur, ibid, 168
Hospitalis, sive Nosocomii generalis Valentini primordia, & progressus ab ipsius fundatione, 4. 3 , 124
Hospitalitas propriè quid sit, ibid 125
Hospitalitas, quo in loco exercetur apud Valentinos, ibid. 126
Hospitale, quid propriè, ibid. 125
Hospitale abusivè, ibid. 119
Hospitis ab hoste differentia, ibid. 127
Hospitale Vide verbo *Nosocomium*.
Humanitas est propria virtus hominis, 2. 1. 108
Humanitas in Senatore temperanda est, ita, ut facilitas non diminuat auctoritatem, neque severitas amorem, ibid. 109
Hypothecæ specialis detentor recta via executionem pati debet, 12. 2. 86. cum seqq.

I.

Iacobus Primus Rex piissimus in Ecclesias, 2. 5. 62
Iacobus Primus Rex, vindicavit à manibus Agarenorum Regnum Valentiæ, & Murciæ, 1. 1. 10. 2. 5. 91
Iacobus Primus Rex foros de Consilio Procerum fecit, 1. 2. 2
S. Iacobi ordo militaris vocem habet in Brachio Ecclesiastico, 3. 1. 43
Idiota judex esse nequit, 6. 5. 16
Idololatria præcipuæ species superstitionis, 7. 3. 64
Idololatria quo pacto possit inficere Astrologum, & Astrologiam, ibid. 65
Iesus Christus paupertatem elegit ad perhibendum testimonium veritati, 8 8. 220
Ignorantia in homine effectus est peccati; ibidem 131
Ignorantia qualis probanda ut majori restitutio concedatur, 9. 2. 182
Ignorantia appellationis consortis in dubio præsumitur. 11. 2. 70
Illustres, vide *Nobiles*.
Illustrissimi Domini don Christophori Crespi de Valdaura Vicecancellarii meritissimi animi dotes, 6 5. 11
Immemorialis consuendo derogat dispositione legis, 4. 4. 36
Immemoriali æquivalet centenaria consuetudo, ibid. 38
Immemorialis possessio vim tituli habet, & est species probationis tituli, 6. 1. 20
Immunitas præstationis vectigalium concessa advenis properantibus ad urbem, & contrahentibus civilatem, qualis sit, 3. 3. 50
Immunitas tributorum quo pacto spectat ad Cives vrbis, ibid. 39
Immunitatis Ecclesiæ argumentum non procedit quoad decimas, 2. 5. 98
Immunitatis Ecclesiæ quæstio ad Ecclesiam ipsum attinet, 7. 1. 8
Immunitas Ecclesiæ quoad locum destinatum ad confugium, limitativè concessa in hoc Regno, ibidem 164
Immunitatis limitatio non extenditur ad Diœcesim Orcelis, ibid. 165
Immunitas Ecclesiæ an sit de jure divino, vel positivo, ibid. 190
Immunitas à præstatione vectigalium est quid temporale, ibid. 191
Impedimentum vnius non vitiat actum quoad alios non impeditos, dum forma non requirit certum numerum, 3. 3. 22
Impedimenta temporalia ad concursus per sortem officiorum vrbis, & perpetua, 4. 8. 2. & 12
Impedimentum opponens tenetur eum probare, ibid. 9
Impedimenta quæ obsunt tempore matriculæ, an ex post facto purgari possint, ibid. 10
Impeditus tempore electionis mittere potest procuratorem, & qualem, 6. 5. 118.
Impedimentum perpetuum rei diem non differt in causa criminali, 8. 6. 39
Impedimentum legitimum ut secunda dilatio ad partes longinquas vel transmarinas concedatur, quomodo probandum, 9. 2. 209
Impedito fatalia non currunt, si impedimentum procedat à judice, 11. 2. 51. & 11. 3. 59
Impedimentum procedens non culpa vel facto appellantis suspendit cursum fatalium, ibid. 52
Impedimenta apud quem judicem verificanda, ibid. 53
Impedimenti justæ quæ causæ sint ne fatalia currant, ibid. 60
Impensæ, vide *Melioramenta*.
Imperatoris potestas non extenditur ad Regna Hispaniæ, neque ad Regnum Valentiæ, 1. 2 8
Imperii vires in consensu obedientium sunt, 8. 10. 138
Imperii decreta contrario imperio revocari possunt, 10. 6. 16

Index Rerum,

Imperitus an poſſit eſſe judex, 6.5.18
Improbi conſilia contagione authoris vileſcunt, 2.2.92
Impugnativa materia, vide *Dilatio.*
Impugnativæ probationes, vide *Probatio.*
Impugnationes inſtrumentorum quæ frequentiores ſint, 9.4.104
Impugnatio jurium productorum pertinet ad defenſionem, ibid 105
Imputario in crimine falſi famam lethaliter vulnerat, 8.5.11
Incapacitas ſuccedendi quoad viros Religioſos in majoratibus provenit ex voluntate Inſtitutoris, 7.4.47
Incapacitas ordinaris ſacri non influit in capacitatem juriſdictionis ſpiritualis, 7.4.159
Incapax beneficii regularis, eſt incapax penſionis reſervatæ ſuper illum, 8.9.133
Incendii crimen comprehenditur ſub decreto Julii III. 7.2. *in tex.*
Incertitudo horæ nativitatis non eſt imperfectio artis ſiderum, ſed artificis, 7.3.137
Incertitudo in crimine mandati non minuit pœnam, quando quis exequi procurat & incertum eſt quis executus fuerit, 8.8.88
Inceſtus crimen ex mero judicis officio perſequi non poteſt, juxta forum, ibid.187
Inceſtus crimen à quibus perſequi, vel accuſari poſſit, ibid.188
Incilium Præfecti, vide verbo *Præfecti incilium.*
Incilis Regii Algeziræ juriſdictio ſpectat ad Bajulum, 2.4.16
Incilis de Moncada juriſdictio pertinet ad Gubernationem, 2.3.54
Indecentia advocandi per eos, qui roga inſigniuntur, 6.5.79
Indecentia an ſequatur ex eo quòd reus morti tradatur eadem die, quo ſacram Euchariſtiam ſumpſit, 8.9.108
Indefinita æquipollet univerſali, 11.2.180
Indefinita non æquipollent univerſali in odioſis, 3.3.9
Indi Reges curſu publico utebantur etiamſi barbarè vivebant, 4.11.41
Indiarum Regna per aſtronomicas obſervationes in novo orbe explorata fuere, 7.3.206
Indicia quæ requirantur ad capturam, 8.3.3
Indicia quæ requirantur ad tranſmittendam inquiſitionem, ſive ad accuſandum, 8.6.4
Indicia urgentiora, & violenta probant plenè in Senatu, & Curia ſuprema, 8.8.
Iudicium ad torquendum, an reſultet ex dictis Birroariorum, vel Satellitum, ibid.231
Indidividuum qui ſit, 3.3.9
Indulta quo pacto concedantur per Proregem, 2.1.95
Indultus Bannitorum conditio, & Petri Jolvi defectio, 8.10.42
Inæqualitas generis rependitur virtute & ſcientia, 6.5.56
Inferiores Miniſtri de familia patrare ſolent crimina Barataræ, concuſſionis, & alia hujus generis, 8.8.27
Inferioris Judicis ſententia, vide *Sententia.*
Infeudatio decimarum prohibita Epiſcopis eſt, ante, & poſt Concilium Lateranenſe, ſub Alexandro III. ſummo Antiſtite, 2.5.38
Infeudatio decimarum non tollit juriſdictionem Regi, ibid.40
Informatio Curiæ an proſequi poſſit poſt ſuſcitatam contentionem juriſdictionis, 7.1.138. & ſeq.
Informatio Curiæ non eſt actus judicii, ibid.143
Informationes ex officio judicis an recipi poſſint conferentia pendente cum Inquiſitoribus, 7.1.30
Informatio Curiæ an incipi poſſit ante probationem corporis delicti, 8.2.7
Influxus ſiderum vis ex D. Dionyſio, S. Thoma, & Ariſtotele, 7.3.76.& ſeq.
Influxus efficacia in rebus materialibus innegabilis, ibid. 101
Influxus ſiderum quando inquiruntur in nato, ibid. 146
Ingenium Senatoris, quale eſſe debet ad utilitatem Reipublicæ, 2.2.97
Ingenia maxima, periculoſa ad gubernationem, ibid. 98
Ingenium igneum omnino arcendum, ibid. 99
Ingenii celeritas in cognoſcendo, non in deliberando requiritur, ibid.100
Inimicus inimicum necans, deliberatè necaſſe præſumitur, 8.8.78
Inimicus inquiſiti repellitur à teſtimonio, ibid 240. & ſeq.
Iniquo tradere Magiſtratum, eſt ponere enſem nudum in manu furioſi, 2.2.89
Iniqua quæ ex ſe ſunt, aliquando juſtiſſimè concedunntur, 10.6.40
In integrum reſtitutio, vide *Reſtitutio.*
In integrum reſtitutio concedi an debeat actori ad probandum in criminalibus, 8.6.25
In integrum reſtitutio ad probandum, an concedatur Fiſco, ibid.28
Injunctio Curiæ pulſantis an uſu recepta ſit, ad expeditionem literarum contentionis, 7.1.116
Injunctio monitionum pœnalium, facienda eſt Iudicibus Eccleſiaſticis perſonaliter, ibid.223
Injunctio productionis inſtrumentorum an legitimata citationem contineat, 9.4.87. cætera, vide *Citatio.*
Injurioſa verba ſuperat judicium, 7.1.24
Inhibitiones non ſolvendi, vide *Empæramentum.*
Inhibitiones de non faciendis actis, vide *Mandatum.*
Inhibitio judicis *ad quem*, quando injungi debet Iudici *à quo*, 11.2.38
Inhibitio juſta vel injuſta ligat manus inferioris, ibid. 39
Inopia debitoris colligitur ſi deficiat in bonis mobilibus, 12.3.27
Inopi debitori quando aſſignanda ſint alimenta & ſumptus litis, vide *Alimenta.*
Inopes arcentur ab officiis publicis, & quare, 4.8.10
Inquiſitionis officium contra hæreticam pravitatem inſtitutum in Regnis Hiſpaniæ pro obtinenda integritate Fidei, & Religionis, 2.2.81
Inquiſitionis privilegia cedunt in utilitatem totius Regni, & Monarchiæ Hiſpanorum, 4.7.23
Inquiſitionis privilegia, an quæſita ſint per actus civiles, ibid.33
Inquiſitionis officiales excluduntur ab officiis urbis, 4.8.10
Inquiſitionis concordiæ, confirmatæ per forum, 4.7.78
Inquiſitorum decreta quare per viam violentiæ non examinantur, 7.1.102.& ſeq.
Inquiſitionis ſupremæ Senatus, perpetua eſt conſtitutio in Regnis Hiſpaniæ, ibid.106
Inquiſitionis, atque Inquiſitorum contra hæreticam pravitatem commendatio, 7.3.1
Inquiſitionis Valentinæ origo, ibid.4
Inquiſitorum juriſdictio verſatur circa res Fidei, ibid.5
Inquiſitores cognoſcunt de cauſis Fidei abſque dubii propoſitione, ibid.6
Inquiſitoribus tradendus eſt quilibet reus, ſi petatur ob cauſam Fidei, ibid.7
Inquiſitoribus traditur quæliber cauſa ad eos ſpectans, ita ut neq; per viam violentiæ aliquis audiatur, ibid.8.

Inquisitorum jurisdictio, juxta magis receptam sententiam est delegata, ibid. 5
Inquisitorum jurisdictio in plurimis Regia est, ibid. 9 & seq.
Inquisitionis, & Regiæ jurisdictionis concordata, ibid 12
Inquisitio si contendat cum Regia jurisdictione, quomodo dubium proponat & dirimat. vel è contra, ibid. & seq.
Inquisitio Murciæ comprehenditur, his concordatis quoad patrem Regni contentam sub Diœcesi Orcelis, quæ est illius districtus, ibid. 13
Inquisitor antiquior dum confert cùm domino Regente, incedere debet prout in suo tribunali, ibid. 22
Inquisitores qua forma compellantur ad executionem concordatorum, ibid. 23. & seq.
Inquisitores nequeunt procedere, juxta concordata, per censuras, ibid. 24
Inquisitionis Officiales titulati, vide *Officialis.*
Inquisitionis Familiares, vide *Familiaris.*
Inquisitores nequeunt admittere in Familiares Titulatos, Barones, atque Potentes, 7. 3. 41
Inquisitio quid sit, & quomodo ex remedio ordinario factum fuit ordinarium, 8. 1. 1
Inquisitionis remedium in causis criminalibus in hoc Regno Valentiæ inductum est à foro, & sic est ordinarium, ibid 2
Inquiri ex mero officio an possint omnes causæ criminales, ibid. 3
Inquisitioni ex mero officio locus est, quoties pœna corporalis irroganda venit, ibid. 8. & 41
Inquisitionis verbum quid juxta foros importet, ibid. 11
Inquisitio transmissa quid sit, ibid. 13
Inquisitio apud nos non instituitur absque accusatore, ibid, 22
Inquisitionis transmittendæ praxis, ibid. 26
Inquisitionis praxis apud nos, est eadem cum praxi procedendi in sancto Officio Inquisitionis, ibid. 28
Inquisitionis transmissio in hoc Regno non pendet à judice inquirente, ibid. 32
Inquisitio transmitti non debet jussu Principis, ibid. 33.
Inquirendi via quo pacto pareat, 8. 1. 2
Inquisitio incipit à probatione corporis delicti, ibid. 3
Inquisitio in crimine mandati, an fieri possit non constito de mandatario, ibid. 10
Inquisitus inter reos non annumeratur ante accusationem, 8 5. 40
Inquisitus quo pacto audiri debet à peritis, in relatione fienda pro crimine falsi, & in articulo recursus ejusdem, ibid. 45
Inquisito terminus ad probandum non conceditur in articulo recursus dictæ relationis, ibid. 47
Inquisitio debet esse clara, & certa, continens omnes delicti qualitates, 8. 6. 5
Inquirendi occulta duæ viæ, cruciatus, & præmium, 8 10. 127
Insaculationis vrbis revocatio, & restitutio, 8. 10. 37 & seq.
Insaculatio Brachii militaris ad officia Generalitatis Regni, 3. 3. 5
Insaculatio ad officia urbana quo modo fit, 4. 1. 22
Insaculandi ad officia urbis, Milites, aut Cives esse debent, 4. 5. 1
Insaculandi ad officia urbis, majores viginti quinque annis sint, ibid. 12
Insaculandi ad officia Generalitatis, majores viginti quatuor annis esse debent, ibid. 13
Insaculandi ad officia prædicta debent jam uxorem habere, ibid. 17
Insaculandi debent esse naturales Regni, ibid. 21
Insaculandi in rebus œconomicis experientia sint præditi, ibid. 20
Insaculationis primæ privilegium. fuit remuneratorium, & transivit in contractum, ibid. 12. & 25
Insaculati habent jus quæsitum ad sortes, quia electi per Principem sunt, ad eas, 4. 9. 7
Insaculati habiles ad sortem, in causa recursus, etiam si ab eligentibus, vel opponentibus appellatio interponatur à decreto habilitante, excludi nequeunt, ibid. 8
Insaculationis executio, extractio per sortem est, ibid 12
Insanorum, sive innocentium hospitium à quo fundatum, & quo pacto administratum à principio fuit, 4. 3. 141. & 142
Inspirationes Dei distinguuntur ab inclinatione naturali, & illuminatione Angeli Custodis, 7. 3. 82
Instantiæ factæ nomine procuratorio non edito mandato an nullæ sint, 9. 1. 141 & seq.
Instantia non perimitur temporis cursu si cœpta semel sit executio, 12. 1. 65
Instantiæ de jure triennio perimebantur, ibid. 72
Instantia Valentiæ non perimitur triennio bene longissimo tempore, ibid. 75. & seq.
Instauratorias concedere solius principis est, 11. 3. 69
Instauratoriæ fatalium post desertionem incursam quo modo perendæ, ibid 68
Interpellatio judicialis necessaria non est ante judicium cœptum, 9 1. 19
Institutor fideicommissi successivi vel majoratus ex bonis fitis in diversis regionibus indivisibilitatem quærit, & utens re sua nemini injuriam facit, 12. 1. 42
Instrumentum publicum conficiens cum Notarius non sit, qua pœne plectatur, 8. 8. 36
Instrumento confecta per Tabelliones sive Notarios Ecclesiasticos non probant in negotiis secularium, 9. 1 75
Instrumenta comprobantia actionem debent edi in dilatione probatoria, 9. 2. 165
Instrumentorum editio procrastina nociva esse solet, ibid. 166
Instrumenta de jure & foro quando edenda sint, ibid. 231. cum seq. & 9. 3. 43. & 9. 4. 1. cum seq.
Instrumentorum editio, vide *Editio.*
Instrumenta publica ut quid inventa, 9. 4. 11. cum seqq.
Instrumenti copia desumpta ab Archivo publico probat, 9. 4. 26. & seqq.
Instrumenta registrata in archivo publico ad quid, & de forma, ibid. 28. & seq.
Instrumenta registrata impugnari possunt, ibid. 31
Instrumenta imponenda sunt intra triginta dies concessione copiæ cum apparatu, ibid. 67
Instrumenta producta, adversarium non afficiunt, nisi citatum cum assignatione termini ad dicendum contra, ibid. 68
Instrumentorum redargutio civilis non est in usu Valentiæ, ibid 91. cum seq.
Instrumentis editis post conclusam causam non est deneganda dilatio impugnativa, ibid. 110
Instrumentis editis ante contestationem parte instante, impugnari non possunt usque ad tempus probandi, ibid. 111
Instrumenta publica de jure viam executivam an habuerint, 10 1. 99 & 12. 1. 5. & seq.
Instrumenta nuptialia non roborantur guarentigia, 10. 1. 91. & 103
Instrumenta guarentigia roborata si illiquida sint non pariunt viam executivam, ibid. 109

Index Rerum,

Instrumenta dotalia illiquida sunt, sed alio instrumento liquidari an possint, ibid.113
Instrumentum promissionis dotis diversum est à pactis dotalibus sive nuptialibus, ibid.115
Instrumenti liquidatio requirit judicium præparativum, ibid. 116
Instrumenta plura sæpe producunt liquidam probationem, ibid.114.& 12.2.90
Intemperantia sumptuum in ornatu supellectile, & conviviis nociva est in republica, 2.1.88
Interessor, vide *Proxeneta.*
Interdictum uti possidetis ad quid adhiberi solitum, 10.5.30
Interdictum uti possidetis discernabat actorem à reo, dabatur pro incorporalibus, & exigebat cautionem, ibid.31.cum seq.
Interdictum uti possidetis ferme idem est cum summarissimo juris firmæ, ibid.35
Interdicta omnia summaria cognitione expediebantur, ibid.38
Interdictum, uti possidetis interdum officio judicis dabatur, ibid.42
Interdictum interim quomodo suscitandum, ibid.106
Interdicta restitutoria rationem habent restituendi fructus ex quo reddita sunt non autem prohibitoria, ibid.212
Interdictum retinendæ prohibitorium est, ibid.213
Interlocutio habens vim diffinitivæ appellabilis est, sed adhibita revisione, vel correctione si confirmetur in appellabilis redditur, 9.1.160
Interlocutiones Regiæ Audientiæ exequibiles sunt præstita cautione, ibid.164
Interlocutoria habens vim diffinitivæ quæ dicatur, ibid.176.& 11.2.127
Interesse rei furatæ non debetur à condemnato extra ordinem pro ipsius furto, 8.8.21
Interpres, vide *Proxeneta.*
Interpretatio fororum, vide *Forus.*
Interpretatio extensiva non admittitur in foris, neque in dispositionibus pœnalibus, 8.8.12
Interrogationes futurorum, & rerum occultarum omnino reprobatæ in Astrologia, 7.3.92
Interrogationes adjutæ à dæmonibus, ibid.93
Interrogans nullius stellæ vi, vel influxu moveri potest, ibid.94
Interrogandorum testium ante depositiones praxis, 9.1.94.& 3.242.& seq.
Interrogatoriorum omissio an vitiet examen, ibid.245 & seq.
Interruptio præscriptionis juris executivi quomodo, & quando fiat, 12.1.80
Interruptio hæc facta contra unum ex reis debendi nocet cæteris, & an fidejussoribus, ibidem 87. cum seq.
Interruptio ista facta uni ex hæredibus an noceat cæteris, ibid.91
Interruptio hæc facta uno ex tertiis possessoribus, ibid. 92
Interventus unius ex Assessoribus Montesiæ in Senatu, dum agitur de re Ordinis, 7.4.180
Interventus Procuratoris Fisci in examine testium, vide *Fisci Procurator.*
Introductio appellationis, vide *Appellatio.*
Inventio rei furatæ de jure facit indicium ad torquendum, 8.8.3
Inventio rei furatæ de foro plene probat, juncta mala fama, ibid.4
Inventio rei furatæ non probat, si doceatur auctor, ibid.9
Inventio partis rei furatæ in magno furto non sufficit ad condemnandum pœna totius, ibid.11
Inventio parti magni furti sufficit ad condemnandum pro illa parte, & aliquid amplius, ibidem 15
Inventio partis furti sufficit ad pœnam ordinariam quando factum fuit cum qualitate eam includente, etiam in parte, ibid.19
Inutiles circuitus vitandi sunt, 9.1.247
Itali obtinentes civilitatem, non sunt immunes à præstatione tributorum in Regno, 5.3.68
Joannes Gilabertus Jofre Ordinis B. Mariæ de Mercede, vir sanctimonia clarus, promotor fuit constructionis Nosocomii insanorum, 4.3.13
Joannes XXII. Ordinem Montesiæ, erexit anno 1316. ad preces Regis Aragonum, 7.4.5
D. Josephus Exea laudatur, 8.3.20
Jovis Assessor quis, 6.5.9
Irregularitas non est impedimentum irritans ordines, 7.1.173
Ivanus de Bardaxi impugnatur, quoad tradita de contentione, ibid.12
Judex Regiæ Curæ est Senator causarum criminalium, 2.2.5
Judex pius dum punit, non odio habet sontem, sed crimen, ibid.85
Judex pius gloriatur dum prohibet, non dum punit delicta, ibid.86
Judex Rectus Rempublicam amore prosequitur, ibid. 87
Judicis conscientia, vide verbo *Senator.*
Judex sine conscientia, est diabolus, ibid.89
Judici sententiam ferenti, non exequenti, sportulæ, sive averiæ debentur, 2.3.70
Judex decimalium causarum, vide verbo *Decimarum Judex.*
Judex ordinarius urbis, vide verbo *Justitia.*
Judices appellationum in causis mercantilibus, vide *Appellationis judices.*
Judex Ecclesiasticus potest habere assessorem laicum, 6.5.25
Judicis delegati electio pertinet ad dominium directum, 6.3.23
Judici delegato an dandus sit conjudex ibid.24
Judex tenetur sequi Consilium sui Assessoris necessarii, ibid.32
Judicis ætas juxta foros, ibid.95
Judex laicus catenis, & custodibus detinere potest reum confugientem ad Ecclesiam, 7.1.148
Judices Ecclesiastici delegati citantur ab bancum Regium quoties cum eis contenditur, ibid.192
Judices delegati non comprehenduntur, sub dispositione concordiæ, ibid.193
Judices delegati, quibus in casibus citentur ad bancum Regium, ibid.196
Judices conservatores in Regno non admittuntur in præjudicium regaliæ cognitionis in exemptos, ibid. 110
Judex exemptorum quis sit in Regno, ibid.201.& seq.
Judices Ecclesiastici contumaces quomodo compellantur, ibid.209
Judices laici quoad contenta in decreto Julii III. censentur delegati Pontificis, 7.2.62
Judices laici auctoritate Ecclesiæ eis in casibus jus dicunt in Clericos, ibid.63
Judex delegatus immediatè à Principe confert cum Assessore antiquiori Ordinis Montesiæ loco Regentis in contentionibus, 7.4.181
Judici nunquam interdicta est veritatis indagatio mediante informatione. 8.1.12.
Judex per se debet testes examinare, ibid.31
Judex non tenetur officium impartiri non petentibus, ibid..6
Judicis inquirentis scopus est delictum, 8.2.4
Judex tenetur examinare personaliter testes in criminalibus, ibid.35

Judex tenetur apponere in ſcriptis quidquid dicat teſtis examinatus, etiam contra Fiſcum, ibid. 42
Judex ordinarius judicare debet de conſilio Iuratorum, & proborum hominum, 8. 5. 20
Judicis officium quid ſit, ibid. 17
Judex dicta peritorum corrigere poteſt, & debet, ibid. 27
Judex non arctatur per actoris libellum in uſu ſui arbitrii, 8. 68
Judex ex officio debet inquirere innocentiam rei, ibid. 12
Judicis commiſſio requiritur ad citationem faciendam, 8. 7. 14
Judicis nomen contineri debet in citatione, ibid. 25
Judex non debet eſſe clementior lege, ibid. 55
Judices non tantum committunt crimina barataria concuſſionis, & ſimilia, ſed etiam inferiores de familia, 8. 8. 27
Judicis, & judicii prorogatio an detur in criminalibus, ibid. 268 & ſeq.
Judicis habentis ſufficientem juriſdictionem prorogatio procedit, ibid. 271. & ſeq.
Judicis incompetentis geſta inſeri debent neceſſario in actis, ibid. 277
Judex tenetur ſententiam perſonaliter pronuntiare, 8. 9. 16
Judices Regii Senatus an neceſſariò teneantur manu propria ſcribere ſententias, vel concluſiones, ibid. 24
Judex punire poteſt ſine proceſſu delinquentem coram eo, ibid. 72
Judex Eccleſiaſticus, vide *Eccleſiaſticus.*
Judicis inferioris ſententia, vide *Sententia.*
Judex quæ attendere debeat in datione tutorum, & Curatorum, 9. 1. 84.
Judex ex arbitrio diſcernere debet an neceſſaria ſit editio inſtrumentorum ad deliberandum, ibidem 101
Judex in civilibus nil ex officio facere poteſt nec ſupplere, ibid. 152. & 11. 6. 2
Judex Valentiæ poteſt abſtineri à cognitione, 9. 1. 202 & ſeq.
Judex Ordinarius ſuſpectus dictus eligit aſſociatum, ibid. 204
Judex ordinarius ſi diſſentiat cum aſſociato quid fiendum, ibid. 207
Judex ordinarius omnino à judicando excludi poteſt, ibid. 210
Judices ſuperiores quomodo recuſandi, ibidem 211. & ſeq.
Judex tenetur aſſignare locum tutum ad judicium, ibid. 224
Judex tenetur lites abbreviare, ibid. 337
Judex ex officio repellere teſtem poteſt, ſed quando & quomodo, 9. 3. 8. & 27
Judicio infotmatio ad repellendos teſtes an proſit, ibid. 40
Judicis arbitrio, non partis relinquitur an civiliter vel criminaliter procedendum ſit ex falſitate inſtrumenti, 9. 4. 102
Judex ampliſſimum arbitrium habet in coarctanda dilatione probatoria, 10 1. 29
Judicem ex officio procedere differt ab officio judicis implorato 10. 4. 44
Judex aliquando poteſt ſed non cogitur judicare ſimul poſſeſſorium & petitorium, ibid. 178
Judicis ſubſcriptio naturam, aut ſtatum cauſæ non mutat, 10. 6. 6
Judicum inferiorum geſta non ſunt attendenda & quare, ibid. 32
Judex habens notitiam juris tertii ex officio tenetur eum ad litem vocare, ibid. 42
Judex concedens decretum abſque juſta cauſa quæ mala generet, ibid. 56. & ſeq.
Judex concedens decretum ad alienandum prædium minoris urgente Ære alieno, debet curare quod prætium in ſolvendis creditoribus convertatur, ibidem 55
Judex *ad quem* regulariter cognoſcit an appellationi ſit deferendum, ſed aliquando Judex *à quo*, 11. 2. 158
Judex *à quo* recte procedit exequendo ſi ſententia appellabilis non eſt dummodo inhibitus non fuerit, ibid. & ſeq.
Judex *à quo*, & Judex *ad quem* poſſunt cognoſcere de deſertione, ibid. 189. & ſeq.
Judex *ad quem* ſolum pronunciare poteſt de devolutis ipſi, ibid. 215
Judex appellationis confirmans ſententiam debet condemnare ſuccumbentem in expenſas, ibid. 216
Judex confirmans debet partes, & cauſam judici *à quo* reſtituere, ibid. 236. & ſeq.
Judex ſuperior ex omiſſione inferioris poteſt ad ſe evocare cauſæ cognitionem, 11 4. 27
Judicis indignatio quæ mala gignat, ibid. 29
Judex tenebatur edere relationem Principi faciendam, & refutatorios libellos ſpectare, ibid 35
Judex procedens ad executionem pendente appellatione & nullitate, attentatè agit, 11. 5. 17
Judex non dicitur functus officio, ſententia reperta nulla, ibid. 20
Judicis inhibitio ſuſpendit executionem, non autem nullitas dicta præveniendo, ibid. 24
Judex nullitates examinare debet antequam admittat, ibid. 56
Judices non faciliter retractant ſententias à ſe pronunciatas, licet juſtius procedant dum non pudet errores proprios corrigere, ibid. 12. 7. 5
Judicis ex nobili officio admitti debet recurſus oppreſſi, ibid. 19
Iudex ordinarius habet jus exequendi ſuas ſententias, 12. 1. 12
Iudex cui mandata eſt juriſdictio habet jus exequendi ſententias à ſe datas, ibid. 13
Iudex datus non habet jus exequendi, ibid.
Iudicis dati, à delegato differentia, ibid. 14
Iudex datus non habet juriſdictionem ſed nudam notionem, ibid. 17
Iudex qui primam ſententiam tulit quando eam exequi poſſit, ibid. 20. & ſeq.
Iudex ſuperior confirmans tenetur cauſam reſtituere, ibid. 24
Judicis eligendi atque variandi facultas cui concedatur, ibid. 25. & ſeq.
Iudex electus qualis eſſe debet, 27. & ſeqq.
Iudex cognoſcens de ſucceſſione, quis eſſe debet, ibid. 39. & ſeq.
Iudex non debet eſſe velox in exequendo ſi cognoſcit reum juſtitiam fovere in cauſa requiſitionis, 12. 2. 49
Iudex executionis competens eſt requiſitionis, ibid. 50
Iudex conventionis, competens eſt reconventionis, ibid. 52
Iudex non poteſt habere fidem de pretio re diſtracta, 12. 3. 71
Iudicis licentia præcedere debet ut creditor admittatur ad licitandum, ibid. 77
Iudex requiſitus vendere bona, poteſt cognoſcere de oppoſitione tertii, ibid. 82
Iudex requiſitus tenetur exequi ſententiam injuſtam ſed non nullam, ibid. 83
Iudex negans allegationes tollit defenſionem & partem gravat, 12. 4. 9
Iudex arbitrium habet in taxandis alimentis & ſumptus litis inopi ſecundum facti circumſtantias, ibid. 7
Iudicum nemo, dempta, Regia Audientia, poteſt in prima inſtantia percipere ſalarium ſententiæ, ibid. 25. cum ſeqq.

Index Rerum,

Iudex ordinarius ex quibus percipiat salaria sententiarum, ibid. 35. & seq.
Iudex delegatus quando percipiat salarium sententiæ in criminalibus, ibid. 41
Iudex non potest percipere salaria à manu litigantis, sed à deposito, postquam sententiam posuit in officio, ibid. 44 & seqq.
Iudices quas tertias salarii percipere possint, ibid. 60
Iudicandum est Valentiæ attenta veritate facti, 9.1.6. & 329
Iudicandi officium proprium Regis est, 12. 3. 16. & seq.
Iudicandi munus quibus relictum, ibid. 26. & seq.
Iudicati actio non à confirmata, sed à confirmante sententia ortum habet, 12.1.23
Iudicium dierum criticorum desumitur à Medicis ex aspectibus luminarium, 7.3.222
Iudicium criminale solemne inchoatur post publicationem processus, 8. 6. 29
Iudicium in causis criminalibus Ordinis Montesiæ, qualiter formetur in Religiosos, tam Clericos, quàm Milites, 7.4. 4
Iudicium petitionem in scriptis admittens excedere debet tercentum solidos, 9.1 6
Iudicium ordinarium, vide *Ordinarium* & totum caput, 10. & vide *Causa*.
Iudicium summarium vide *summarium* & tot caput, 10. & vide *Causa*.
Iudicium summarissimum, vide *Summarissimum*, & tot. §. 5. *cap.* 10. & vide *Causa*.
Iudicia Regiæ Audientiæ verbalis, vide *Causa* & *Audientia*.
Iudicia expedienda per compareant partes quæ sint, 10.3. 61. cum seq.
Iudicia consularus, vide *Consulatus* & *causa mercantiles*.
Iudicium executivum, vide *Executio*.
Iudicium momentaneæ possessionis an sit idem cum summarissimo juris firmæ, 10.5.36
Iudicium ordinarium non potest esse præparativum summarissimi, ibid. 107
Iudiciorum auctoritas publicè interest quod permaneat, 12.1.1
Iudicium rationum quod dicatur in juris firma, vide *firma juris*.
Iudicium rationum quod dicatur in executivis, 12. 2.2
Iudicium requisitionis quod sit, & ad quid institutum, ibid. 43. & seqq.
Iudicium requisitionis per partes non per Iudicem suscitandum est, ibid. 46
Iudicium requisitionis ordinaria via agendum est, ibid. 48
Iudicium requisitionis continet speciem reconventionis, ibid. 55
Iudicium executivum convertitur in ordinarium ex testium receptione, ibid. 58 & 64
Iudicium executivum sæpe convertitur in ordinarium, & quomodo, ibid. 60. & seqq.
Iudicium executivum instituens potest in eo condemnationem obtinere etiamsi executio non procedat, ibid. 61
Iudicium executivum versum in ordinarium facto actoris non potest ad executivum revertere, ibid. 62. & seqq.
Iulius II. Pontifex in sua Bulla non tam novè sanxit, quàm delicta enormia declaravit, 7.2.33
Iuramentum de servandis foris à Rege factum, intelligitur juxta naturam eorundem fororum, 1.2.34
Juramentum præstitum in ingressu officii temporalis, extenditur ad tempus prorogatum, 2.1.44
Iuramentum est personale, ibid. 72
Iuramentum, obligatio, & cautio, ut civilitas adquiratur, quam ob causam inducta, 5.3.8
Iurare judices an teneantur, antequam judicent, 6.5.85
Iuramentum quare ante formale examen testium desideretur, 8.2.47
Iuramenti delatio an præcedere debeat examen testis, 41. & seq.
Iuramentum virum requiratur in reo, à quo confessio exigitur, 8.4.4. & seq.
Iuramentis delationis praxis in reo, juxta formam fori, ibid. 7
Iuramentum de non revocando procuratorem tenet, 9. 1.79
Iuramentum est de forma recusationis, quando ordinarius recusatur, ibid. 205
Iuramentum calumniæ licet primus actus dicatur judicii post contestationem, ex foro in quacumque parte præstandum est si postuletur, 9.2.1. & seq.
Iuramenti Calumniæ denegatio vitiat processum, ibid. 6
Iuramentum Calumniæ postulatum coram actuario non vero coram Iudice non annullat processum ex omissione, ibid. 8
Iuramentum Calumniæ censetur remissum si partes post petitionem ad ulteriora procedunt, ibid. 9
Iuramentum Calumniæ præstare recusans cadit à causa, sed necessaria est Iudicis declaratio, ibid 11. & seq.
Iuramentum generale Calumniæ raro postulatur, ibid. 13
Iuramentum Calumniæ sub qua forma præstandum Valentiæ, ibid. 14
Iuramentum de non revelando præstitum per Procuratorem ad quos referatur, ibid. 43
Iuramenti omissio vitiat examen testium, ibid. 250
Iurasse testes præsumitur appositio die examinis, quia refertur ad juramentum, ibid. 251. & seq.
Iurasse testes quando præsumatur, ibid. 255
Iurati à principio quatuor tantum fuerunt, nunc sunt sex, multis abhinc annis, 4.1.12. & 4.3 1
Iuratorum potestas in rebus annonæ non infringitur ex superintendentia Proregis Regni, 2.1.83
Iurati vrbis Valentiæ habent auctoritatem proceris, & de eorum insignibus, 4.3.2. & seqq.
Iurati an sint propriè Decuriones, ibid. 11
Iurati administratores Reipublicæ sunt, & defensores civitatis, ibid. 20
Iurati populum non repræsentant propriè, ibid. 21
Iurati non habent liberam administrationem, ibid. 22
Iurati non possunt alienare res civitatis, neque expendere pecunias publicas, sine potestate Consilii, ibid. 23
Iurati potestatem obtinent à Consilio generali, ibid. 24
Iurati Consiliarios Consilii generalis eligunt, ibid.
Iurati ex natura officii, nullam habent jurisdictionem, ibid. 25
Iuratis quare in aliquibus jurisdictio concessa sit, ibid. 27
Iurati possunt prohibere ne victualia extrahantur, ibid.
Iurati habent concessam custodiam rerum prohibitarum, ibid.
Iurati possunt prohibere, ne pecora à Regno extrahantur, ibid. 29
Iurati possunt armare contra piratas, & eos punire, ibid.
Iurati possunt facere statuta, ibid 30
Iurati concedunt ordinationes officiis mechanicis, & de causis ad hæc spectantibus cognoscunt, ibid. 31
Iurati cognoscunt de paludibus, vulgò *Mariales*, ibid.
Iurati curant de sanitate tempore pestis, ibid.
Iurati cognoscunt de divisione aquarum fluminis Turiæ, & de incilibus, dempto Regio de Moncada, ibid. 31
Iurati cognoscunt de fœminis inhonestis reclusis in domo S. Gregorii, ibid.
Iurati cognoscunt de statutis Academiæ simul cum *claustro*, ibid.

Iurati possunt indicere ferias, ibid. 32
Iurati possunt catenis claudere angulos vrbis, ibid.
Iurati possunt in emphiteusim concedere plateas, ibid. 33
Iurati possunt dituere ædificia, vrbis ornatum perturbantia, ibid.
Iurati possunt imponere collectas, & contributiones cum licentia domini Regis, ibid. 34
Iurati cognoscunt de causis Assistiarum, ibid.
Iurati quæ sint concessa privativè quoad alios, ibid. 35
Iurati non possunt mittere Syndicum vulgò, *Embaxador*, ad Principem, sine licentia Proregis, ibid. 43
Iurati an durante officio possint puniri, ibid. 51
Iurati vrbis obtinent jus patronatus in aliquibus rebus ingentibus, ibid. 54
Iurati civitatem propriè non repræsentant, 4. 6. 21
Iurati per se non possunt imponere nova jura, 4. 7. 10
Iuratus filius an esse possit, dum pater Syndicus est, 4. 8. 24
Iurati cum Iustitia concedunt civilitatem, 5. 3. 8
Iurati concedendo civilitatem an concedant immunitatem tributorum, ibid 35
Iurati possunt denegare civilitatem, ibid 56
Iurati exercent potestatem, & jurisdictionem non jure dominii, sed administrationis, ibid. 57
Iurati sunt judices causarum defensionis ademptivorum, 5. 4. 8
Iurati an cognoscant, de querelis damni dati ratione pascuorum, apud nos nuncupatis, *Clams de tales*, ibid. 11
Iurati non possunt adiri in rebus spectantibus ad jurisdictionem Iustitiæ tercentorum solidorum, ibid. 14
Iurati non possunt habere jurisdictionem aliquam à Consilio generali, ibid. 18
Iurati soli non possunt statuere in rebus ad pascua spectantibus, ibid. 19
Iurati vrbis quo pacto faciant relationem in crimine falsi de suspicione, vide *relationes*.
Iurati quomodo sedeant in Senatu Regio, quando vocantur ad has relationes, 8. 5. 5
Iurari quomodo sedeant in aliis Curiis inferiorum, ibid. 7 & seq.
Iurati, & majorales Artis Notariæ nullam jurisdictionem habent in crimine falsi, ibid. 16
Iurati ad Regem legatio anno 1646 8. 10. 43. & 45
Iura imponenda pro reficiendis muris, vallis, & viis publicis à quo imponi possint, 4. 11. 23
Iura impendenda ab Ecclesiasticis, quo pacto imponantur, ibid. 24
Iurisconsultorum copia, indicium malæ constitutæ Reipublicæ juxta Platonem, 2. 2. 116
Iurisconsulti Sacerdotes juris olim nuncupati, ibidem 118
Iurisconsultus dignior non dignoscitur ex numero litium, sed ex gloria triumphi, ibid. 121
Iurisconsulti arcentur ab officiis, & honoribus vrbis, 4. 8. 5
Iurisconsultis, & canonum professoribus reservata est disputatio rerum ad forum externum spectantium, 7. 4. 46
Iurisconsultorum responsa ex disputationibus Advocatorum dimanasse intelligitur, 9. 5. 8
Iurisdictio Regii Consilii ordinaria est, imò Consilium est Ordinarius Ordinariorum, 2. 2. 19. & 6. 5. 22
Iurisdictione privative concessa, an censeatur derogarum privilegio miserabilium personarum, 2. 1. 52
Iurisdictio omnis à capite Regis, tanquam à fonte procedit, 2. 1. 1. & 6. 1. 7
Iurisdictio ordinaria potest dari per modum mandati, 2. 1. 25
Iurisdictio Proregis est ordinaria, & eadem cum jurisdictione Consilii, ibid. 24. & 46
Jurisdictio emanata per modum mandati censetur delegata, ibid. 35
Jurisdictionis ordinariæ Proregis effectus, ibid. 49
Jurisdictio Gubernatoris ordinaria est, 2. 2. 38
Jurisdictio Gubernatoris est superior cæteris totius Regni, dempta Regia Audientia, ibid. 42
Jurisdictio ordinaria Vrbis, & oppidorum omnium Regni per Justitiam administratur, 4. 2. 1
Jurisdictio Juratis demandata, non privativè expresse, cumulativè censetur, quia est concessa in officium, 2. 3. 35
Jurisdictio Alfonsina denominatur à Rege Alfonso Secundo, qui eam concessit in Regno, 6. 2. 1
Jurisdictio suprema, vide *Merum imperium*.
Jurisdictio in rebus incilium, & irrigationis, Urbi concessa est, 4. 10. 22
Jurisdictio in rebus fabricarum murorum, & vallorum, pertinet ad Rationalem Urbis, 4. 11 26
Jurisdictio Alfonsina in quibus delictis procedat, 6. 2. 3
Jurisdictio Alfonsina idem est, ac mixtum imperium, ib. 4
Jurisdictionem Alfonsinam obtinens, non potest imponere pœnam exilii perpetui, ibid. 5
Jurisdictio Alfonsina, an procedat in prima instantia tantum, ibid. 15
Jurisdictio Alfonsina pertinet ad dominos privative, ibid 15
Jurisdictio Alfonsina, an amittatur per diminutionem quindecim dominorum, ibid. 32
Jurisdictio est domini directi in re censita, etiamsi causa sit possessoria, summarissima, 6. 3. 6
Jurisdictio in re censita, spectat ad dominum directum, non verò ad exigentem canonem, ibid. 11
Jurisdictio Judicis delegati per dominum directum, an sit ordinaria, ibid. 15
Jurisdictionis species ut cognoscatur, non est inspicienda persona judicantis, sed ejus cujus nomine judicat, ibid. 26
Jurisdictio titulo gubernatorio quo pacto concedatur, 6. 4. 1
Jurisdictio titulo gubernatorio ad hæredes transmissibilis concedi potest, ibid. 2
Jurisdictio omnis est incorporata Regiæ Diademati, & sic inalienabilis, ibid. 4
Jurisdictionis titulo gubernatorio concessio, ob quod inducta, ibid. 5
Jurisdictionis concessio in officium non est alienatio, ibid. 6
Jurisdictionis in gubernium concessio non lædit jurisdictionem Ordinariorum, quia cumulativè impartitur, ibid. 16
Jurisdictio titulo Gubernatorio, privativè quæritur, quoad Curiam Gubernationis, ibid. 12
Jurisdictio titulo gubernatorio subjicitur R. Audientiæ, ibid. 17
Jurisdictionis titulo gubernatorio concessio, non potest revocari sine causa, ibid. 20
Jurisdictio titulo gubernatorio non sequitur naturam castri, vel oppidi, in quibus est concessa, sed personam, cui facta est, ibid. 21
In jurisdictione titulo gubernatorio nominari potest successor in testamento, vel inter vivos, ibid. 22
In jurisdictione titulo gubernatorio, succedunt venientes ab intestato, ibid. 23
In jurisdictione titulo gubernatorio, an fœminæ succedere possint, ibid. 24
Jurisdictione concessa titulo gubernatorio, an facultas nominandi successorem expiret, semel facta electione, effectu non secuto, ibid. 25
Jurisdictionum distributio in Regno, quoad dominium, 6. 1. 46
Jurisdictio concessa per Baronem officiali proprio, an cumulativè, vel privativè censeatur, ibid, 86

Index Rerum,

Jurisdictio Baroniæ an pertineat ad usufructuarium, & tenutariam, ibid. 110
Jurisdictionem infimam habens, potest impedire ingressum sui territorii, 5. 3. 12
Jurisdictio juris pascendi, vel in rebus pascuorum non absolutè spectat ad Juratos Urbis, ibid. 26
Jurisdictio defensionis ademprivorum, quomodo pertineat ad Juratos Urbis, ibid. 26
Jurisdictio nemini quæritur per binum actum judicandi, 5. 4. 23
Jurisdictio in officium concessa semper est cumulative, 6. 1. 1
Jurisdictio in dominium concessa est privativè, ibidem 3
Jurisdictio quæritur privilegio, vel consuetudine, 1. 6. 40
Jurisdictio suprema est de regalibus, ibid. 8
Jurisdictio non recognoscens superiorem, non est adquisibilis, ibid. 15
Jurisdictio per possessionem adquisita, an censeatur cumulativè, vel privative, ibid. 44
Jurisdictio cujusvis Magistratus, vide sub nomine proprio.
In jurisdictionalibus semper censetur reservata auctoritas superioris, 5. 3. 60
In jurisdictionalibus non datur possessorium sine tituli discussione, 6. 1. 9
Jurisdictio ordinaria Ecclesiastica per quos in Regno ministretur, 7. 1. 5
Jurisdictio Regia, in Corona Aragonum antiquitus, sola cognoscebat de contentionibus, citando Judices Ecclesiasticos ad bancum Regium, ibid. 15
Jurisdictionis quæstiones omnes inter Ordinarios Ecclesiasticos, & Regios Judices, terminantur per viam concordiæ, ibid. 20
Jurisdictio Regia læditur, quando impeditur per Ecclesiasticum, etiam si agatur de re Ecclesiastica, dummodo ad eam possit pertinere, ibid. 31
Jurisdictiones tenentur admittere contentionem in casu notorio, & claro, saltim quoad dubium notorietatis, ibid. 33. & seq.
Jurisdictionum literæ quid continere debent, ibid. 117
Jurisdictio arbitrorum qualis sit, ibid. 119
Jurisdictio Cancellarii ad quæ se extendat, ibid. 132
Jurisdictione Senatus obdormiente, Gubernator compellere potest Ecclesiasticos contumaces per remedia prætoria, ibid. 220
Jurisdictione Senatus obdormiente, Judex superior, qui remanet in Regno, est Gerens vices, ibid.
Jurisdictio in Clericos primæ tonsuræ certa crimina patrantes intra Regnum, conceditur Regi per Julium III. ibid. 3
Jurisdictionem supremam quibus in casibus, vel oppidis obtineat Ordo Montesiæ, ejusque Præceptores, atque species in quibus dividitur, 7. 4. 29. & 168
Jurisdictionem simplicem, seu, ut dicimus, Alfonsinam, quibus in locis obtineat prædictus Ordo, ibid. 169
Jurisdictio Ordinis Montesiæ non extenditur ad Milites degentes in oppidis Magistratus Montesiæ, vel Præceptoriarum, si non sint Religiosi ejusdem, vel non agatur de re censita Ordini, ibid. 173
Jurisdictio Ordinis an extendatur ad crimen fractionis itineris, ibid. 174
Jurisdictio non est concessa Juratis, neque Majoralibus Artis Notariæ in crimine falsi, 8. 5. 17
Jurisdictio etiamsi eis concederetur ad relationem faciendam in crimine falsi, non inde excluderetur jus provocandi, ibid. 30
Jurisdictionis defectus an validetur ex confessione in criminalibus, 8. 8. 167
Jurisdictio triplex spectat ad Magistrum Montesiæ, & Administratorem perpetuum illius, 7. 4. 28
Jurisdictio temporalis ad eum pertinens, tanquam sæcularis tractari debet, ibid.
Jurisdictio temporalis concessa Prælatis in feudis, tanquam cæterorum Baronum sæcularium judicatur, ibid. 7. 4. 30
Jurisdictio Ecclesiastica contentiosa in Religiosos Montesiæ pariter residebat in Magistro, & hodie in Administratore perpetuo, ibid. 32
Jurisdictionis totius Ordinis Montesiæ sunt capaces Milites illius, quia verè Religiosi, ibid. 158
Jurisdictio spiritualis Ordinis Montesiæ apud quem residet, ibid. 7. 4. 76
Jurisdictio spiritualis quid distinctum est à potestate clavium, 7. 4. 81
Jurisdictionis defectu plura peragere nequeunt Presbyteri, in his, ad quæ necessaria est potestas clavium, 7. 4. 81
Jurisdictionem spiritualem obtinentes plura exercere per se nequeunt ex defectu potestatis Ordinis, ibid. 82
Jurisdictio spiritualis spectat ad proprium Sacerdotem, ibid. 83
Jurisdictionis spiritualis fons perennis est summus Pontifex, ibid.
Jurisdictio spiritualis ordinaria est in Episcopo, & quomodo, ibid. 84
Jurisdictio spiritualis ordinaria quomodo spectet ad Parochos.
Jurisdictio Episcoporum comprehendebat olim Regulares, ibid. 85
Jurisdictio ordinaria hodie non extenditur ad Regulares, quia sunt exempti, ibid. 86
Jurisdictionis exemptio quoad Ordines Cistercii, Calatravæ, & Montesiæ, ibid. & seq.
Jurisdictio Regularium in spiritualibus residet penes Prælatos, ibid. 90
Jurisdictio Prælatorum quasi Episcopalis, ibid. 91
Jurisdictio Prælati Generalis cujusvis Ordinis, est independens ab alio, cæterorum verò dependet ab eo, ibid. 91
Jurisdictio spiritualis in ordine Montesiæ pertinet ad Magistrum, ibid. 93
Jurisdictio attributa Prælatis Generalibus accipitur mediante Religione, ibid. 160
Jurisdictio spiritualis Ordinis Calatravæ ad quem spectet, ibid. 99
Jurisdictionis spiritualis exercitium in plurimis penes Magistrum, ibid. 100. & seq.
Jurisdictionis quasi possessio quo pacto probetur, ibid. 107
Jurisdictionis concessæ Priori exercitium à Magistro dimanat, ibid. 108
Jurisdictionis spiritualis exercitium concessum Priori, per specialia instituta Ordinis Montesiæ, & non Cistercienses, ei attribuitur, ibid. 109
Jurisdictionem spiritualem exercet qui statuit de ea, ibid. 110
Jurisdictio spiritualis spectat ad Religiones militares respectivè, ibid. 111. & seq.
Jurisdictio non quæritur ex nuda nominatione Prælati, ibid. 120
Jurisdictio non quæritur ab exempto ex nominatione Conservatoris, ibid. 121
Jurisdictio limitata ad aliquem actum, eo perfecto extincta remanet, ibid. 124
Jurisdictionalis actus est visitare, ibid. 125
Jurisdictio à jure non tribuitur Assessoribus, ibidem 129
Nec est illius, sed ejus, cui assidet, ibid. 130
Jurisdictio, quam exercet Archiepiscopus in districtu Suffraganei, dum visitat, ibid. 134
Jurisdictionem Ecclesiasticam, & spiritualem exercere valent

valent fratres laici in ordine Ciſtercienſi, quia Religioſi ſunt, ibid. 154
Juriſdictionis Eccleſiaſticæ, & ſpiritualis non ſunt capaces Clerici conjugati, ibid. 155
Juriſdictio ſpiritualis poteſt obtineri à Prælato Regularium, etiamſi ordinibus careat, in habitu, & quomodo eam gerere valeat, ibid. 158
Juriſdictio ſpiritualis in Ordinibus Regularium reſidet penes ipſas Religiones, ibid. 160
Juriſdictio ſpiritualis an concedi poſſit fœminis, ibid. 161. & ſeq.
Juriſdictio Locumtenentis generalis Magiſtri Monteſiæ latè traditur, ibid. 165. & ſeq.
Juriſdictio Eccleſiaſtica, vide *Eccleſiaſtica, & Curia.*
Juriſdictiones, vide *Contentio.*
Juriſdictionis prorogatio, vide *Prorogatio.*
Juriſdictio voluntaria, vide *Voluntaria.*
Juriſdictio contentioſa, vide *Contentioſa.*
Juriſdictione conceſſa, cenſetur conceſſum omne neceſſarium ad uſum illius, 11.2.58.& 13.1.17
Juriſdictio conſulatus, vide *Conſulatus & cauſa mercantiles.*
Juriſdictio in officium conceſſa cumulativa intelligitur reſpectu concedentis, 10. 4. 32
Juriſdictionem incompetentis prorogat qui non tenetur reſpondere, dum reſpondit, 10. 5. 160
Juriſdictionis diviſio in contentioſam & voluntariam, 10. 6. 1.& ſeq.
Juriſdictio voluntaria an diſtinguatur ab imperio, vel officio nobili judicis, ibid. 2
Juriſdictionis voluntariæ quæ ſint, ibid. 5
Juriſdictionis voluntariæ cognitiones ſummatim expediendæ ſunt, ibid.
Juriſdictionis voluntariæ geſta ad contentioſam ſæpe transferuntur, ibid. 7
Juriſdictio unius Senatoris non extenditur ad cauſas excedentes ſummam ducentarum librarum, 11.1.19. & ſeq.
Juriſdictio duorum Senatorum non extenditur ultra valorem quatuor centum librarum, ibid.
Juriſdictio Regiæ Audientiæ ad omnia ſe extendit dum tres Senatores ſaltim interveniant, ibid.
Juriſdictio Regiæ Audientiæ reſidet in corpore, & quæ explicanda ſunt pertinent ad Regentem, vel eum qui præſidet, ibid. 57
Juriſdictio limitata ad certum genus cauſarum non poteſt prorogari ad aliud, 12. 1. 31
Juriſdictionis prorogatio non valet in præjudicium Regiæ juriſdictionis, ibid. 33
Juriſdictio limitata ad quantitatem prorogabilis eſt, ibid. 33
Juriſdictio nequit declinari ſi judex electus ſit per ipſum declinantem, 12. 2. 51
Juriſprudentiæ neceſſaria ſcientia eſt in Senatore, & Principibus, 2. 2. 114.& ſeqq.
Juriſprudentia non ſolum ſpeculativè requiritur in Senatore, ſed practicè ibid. 120
Jus decimandi, vide verb. *Decima.*
Jure ſuo ſine cauſa nemo privandus, 4. 6. 5
Jus tertio quæſitum tolli poteſt interveniente cauſa publicæ utilitatis, 4. 7. 22
Juri quæſito per actus civiles, derogari poteſt per Principem, ibid. 31
Jure divino, an verò poſitivo exceptio Clericorum procedat, 7. 2. 2
Jurium urbis quæſtio, quoad ſervitores laicos Eccleſiæ, per quem judicanda, 7. 1. 89
Juris quæſtiones nequeunt terminari per Mayorales Artis Notariæ, in relationibus ad crimen falſi, 8. 5. 14
Juris quæſtio non debet teſtium depoſitionibus committi, ibid. 19
Jus vindictæ proximioribus occiſi, non hæredibus extraneis defertur, 8. 8. 55
Jus eligendi Magiſtrum ad quem ſpectabat in Ordine Monteſiæ 7. 4. 125
Jus nominandi Prælatum, jure proprio obtinet Ordo Monteſiæ, ſicque obtinet juriſdictionem, ibidem 125
Jus viſitandi Ordinem Monteſiæ, non fuit conceſſum Abbati ſanctarum Crucium, ſed Magiſtro Calatravæ, ibid. 126
Jus viſitandi ſolùm probat juriſdictionem ad actum viſitationis, ibid. 127
Juri patronatus ſubjecta Eccleſia, neceſſario obtinere debet conſenſum patroni, ut alii uniatur, ibidem, 147
Juris firma, vide *Firma.*
Jus commune Regni Valentiæ eſt contentum in foris, 9. 1. 5
Jus honorarium quod eſſet, 9. 2. 43
Jus executivum, vide *Executio.*
Jus exequendi an poſſit præſcribi, 12.1.58 & ſeqq.
Juſtitia criminalis, & civilis, ambo ex Militibus, vel Civibus, an eſſe poſſint, 4. 1. 26
Juſtitiæ officium aſſimilatur Præfecto Urbis, 4. 2. 2
Juſtitiæ Curia, quoad juriſdictionem, obtinet, in Regno, tertium locum, ibid. 3
Juſtitiæ officii diviſio, ibid. 4
Juſtitia criminalis exercet merum, & mixtum imperium, ibid. 5
Juſtitia non cognoſcit de Militibus in criminalibus, ibid. 6
Juſtitia licet condemnare poſſit Milites ad pœnam pecuniariam, exequi ſententiam minimè poteſt, ibid. 8
Juſtitia Urbis Valentiæ cognoſcit de Militibus, ibidem 9
Juſtitia Urbis Valentiæ cognoſcit extra territorium, ibid. 10
Juſtitia judicat de conſilio probarum hominum, & in quibus caſibus, ibid. 11
Juſtitia poteſt condonare, ſeu remittere pœnas, & in quibus caſibus hoc procedat, ibid. 15
Juſtitia non poteſt remittere delicta quæ Proregi interdicuntur, ibid. 20
Juſtitia non poteſt remittere crimen percuſſionis ignominioſæ, ibid. 21
Juſtitia non poteſt remittere pœnas impoſitas per mandata pœnalia Regiæ Audientiæ, licet exequi poſſit, ibid. 22
Juſtitia non poteſt concubinarium ter indulgere, ibid 23
Juſtitia, abſente Prorege, cognoſcit jure devolutionis, de cauſis radicatis in Senatu, ibid. 26
Juſtitia, ceſſante Regii Senatus exercitio, cognoſcit tantum de eis cauſis quæ ad ipſum ſpectabant ante evocationem, ibid. 28
Juſtitia, ceſſante Regii Senatus exercitio non cognoſcit de cauſis per ſententiam terminatis, ibid. 30
Juſtitia non poteſt remittere pœnas impoſitas per ſententiam Senatus, ibid. 31
Juſtitia non auget ſuam juriſdictionem ex devolutione, ibid. 33
Juſtitia Civilis cognoſcit de omnibus cauſis civilibus in prima inſtantia, ibid. 37
Juſtitia civilis eligit proxeneras Urbis, ibid.
Juſtitia civilis præeſt in cœtu, in quo creantur Tabelliones, ibid. 49
Juſtitia civilis poteſt inquirere contra uſurarios, ibid. 50
Juſtitia civilis concedit licentiam habendi tabernas rerum venalium, ibid.
Juſtitia civilis dat Judices, ibid. 51
Juſtitia tam civilis, quàm criminalis poteſt ſubſtituere, ibid.

Justitia tercentorum solidorum, vide verb. *Subjustitia.*
Justitia in criminalibus Urbis, solet concedere commissionem lictoribus verbaliter, ad citandos reos absentes, 7. 1. 1
Justitia in prima instantia omnibus debet gratis ministrari, 12. 4. 25
Juventus in schola instruenda à voluntatibus arcenda est, 4. 3. 120
Juvenibus majus periculum infertur à voluptatibus, quàm ab hostibus armatis, ibid. 121
Juvenes, dum mala cernunt, admonentur quid facere possint, ibid. 122

K.

Kalendarium apponere in libello quid dicatur, 10. 1. 16
Kalendarium apponere nemo actuariorum recusare potest, ibid.
Kalendarii concedendi abusus dignus remedio, ibid. 17. & seq.

L.

Laboriosus Senator esse debet, ut muneri satisfacere dicatur, 2. 2. 111
Laici Judices, vide *Judex*, *Clericus*, *Rex.*
Laicorum causæ ad Prælatos jure Baroniæ spectantes, agitari debent juxta leges laicorum, 8. 8. 282
Laicus concubinarius, vide *concubinarius*, & *Episcopus.*
Lata sententia, vide *Publicatio*, *Sententia.*
Latrocinium in strata publica, continetur in decreto Julii III. 7. 2. in tex.
Latrocinium, & perjurium ex paupertate suspicatur, sed ex divitiis abnegario Dei, 8. 8. 225
Laudes impendere Deo recitando Horas Canonicas, ad quos spectet, 7. 2. 33
Laurentius Salon Civis, aliis novem Civibus Valentinis associatis, Nosocomium insanorum, vulgò, *Dels folls*, construxit, 4. 3. 133
Lectio Theologiæ Valentiæ instituta in alma Sede à Regno debellato, 4. 3. 69
Lector Theologiæ fuit S. Vincentius Ferrer in alma Sede per sexennium, ibid. 70
Lectorum nomine omnes minores ordines significantur, 7. 2. 21
Legales dilationes augeri, vel minui nequeunt in processibus contumacialibus, 8. 7. 54
Legationis Jurati Valentini ad Regem causa, 8. 10. 43. & 45
Legati causa de jure executiva non est, bene verò de foro, 10. 2. 23. & seq.
Legati causa, vide *Executio.*
Leges Imperatorum non disponunt in Regno, ut jura, sed ut ratio scripta sequuntur, 1. 2. 9
Legis verba, absque ratione non aperiunt mentem, ibid. 18
Legis spiritus ratio, ibid. 29
Legis anima, mens, & ratio, corpus verò verba, ibid. 27
Leges fiunt in Curia, sive Comitiis generalibus, 3. 1. 95
Legis vera diffinitio, ibid. 98
Lex est ordinatio rationis, quia est modus imperandi, quod ad rationem spectat, ibid. 99
Lex voluntate sola, niti non debet, ibid. 200
Lex non est voluntas Principis, absque ratione, sed iniquitas, ibid. 101
Lex non est præceptum injustum, licet adinstar legis feratur, ibid. 104
Leges obligant in foro conscientiæ, etiamsi civiles sint, ibid. 107
Leges ex pluralitate infirmantur, ibid. 110
Lex debet esse loco, temporique conveniens, ibidem 111
Lex sine pœna condigna, est causa delictorum, ibidem 112
Lex ordinari debet ad bonum commune, ibid. 113
Lex jam lata publicæ salutis causa prætermitti debet, ibid. 117
Lex exprimi debet verbis clarissimis, ibid. 118
Legis interpretatio vitari non potest sine claritate verborum, ibid. 119
Legis claritas non consistit in multiplicitate verborum, ibid. 120
Lege prohiberi nequeunt omnes actus vitiosi, ibid. 122
Legis civilis, à Canonica differentia, quoad finem, ibid. 123
Lex ferri debet ab habente supremam potestatem, ibid. 125
Legislativa potestas in hoc Regno non fuit translata à populo in Regem, ibid 126
Legem propositam in Curia à Brachiis, quæ non contrarietur foris, Rex decretare ad libitum potest, & decretum tenet, ibid. 134
Lex ita proposita si aliquid in derogationem fori contineat, & decretum diversimode à propositione fiat, tenet, Brachiis non dissentientibus, ibid. 135
Lex pactionata revocari potest de consensu paciscentis, 4. 6. 20
Lex lata in speciale odium alicujus doli arguitur, 4. 7. 20
Leges disponentes quòd reus audiatur, procedunt quando lis contestata est, 8. 5. 27
Lex quando considerat solum factum, in falsi crimine, pœnam imponit etiam non secuto damno si factum perfectum sit, & sit aptum nocere, 8. 8. 34
Leges aliquæ nocivæ apparent, 8. 10. 14
Leges Valentinæ breviores dilationes cæteris concedunt, 9. 1. 4
Lege non distinguente, nec nos distinguere debemus, ibid. 209
Leges latæ in contumaces, odiosæ non sunt, 9. 2. 86
Lege fieri potest quod uni testi credatur, 10. 2. 68
Leges & statuta deviantes à jure communi strictè interpretandæ sunt, ibid. 72
Lex concedens Magistratui dare judices appellationum concedit eis majoritatem, 11. 2. 5
Lex non potest tollere defensionem sed potest præscribere formam, tempus & modum ipsius, 11. 4. 58
Legitima causa existente dilatio actori prorogatur in criminalibus, 8. 6. 23
Legitima causa absentiæ allegari potest nomine rei absentis, 8. 7. 23
Leo X. Papa communicavit Ordini Montesiæ gratias omnes, & privilegia concessas, & concedendas Ordinibus Calatravæ, & Cistercii, 7. 4. 87
Læsæ Majestatis crimen continetur in decreto Julii III. 7. 2. in tex.
Læsio enormissima annullat distractionem judicialem, 12. 3. 50. & seqq.
Lepra laborantes quo in hospitio foveantur in hac urbe, 4. 3. 147
Leviora crimina probantur per depositiones Birroariorum, & Satellitum, 8. 8. 230
Levia crimina puniuntur sine processu, 8. 9. 76
Levia crimina quæ dicantur, ibid. 77
Lexda, sive *Leuda*, quid sit, 5. 3. 33
Libellus contentionis quomodo proponendus est, 7. 1. 115
Libellus reputatur totus processus in Regno Valentiæ, 8. 6. 11
Libelli primi forma, 9. 1. 7
Libellus distributus in articulis ad initiandam causam ab usu recessit, ibid. 8
Libellandi species, ibid. 10

Libellorum differentia quoad ſe, ibid. 11
Libelli offerendi in Regia Audientia forma, & ritus, ibid. 12
Libellum eſſe totum proceſſum quo modo intelligatur, ibid. 329. & ſeqq.
Libelli corrigendi modus, & praxis, ibid. 332
Libellus poſitionum, vel articulorum quomodo concipiendus, 9. 2. 16
Libelli articulorum clauſulæ & concluſio, ibid. 17. & ſeqq.
Libelli articulorum decretum, ibid. 18
Liberalitas in Senatore qualis requiratur, 2. 2. 102
Liberorum procreatio in omni Republica favore proſequuta eſt, 4. 6. 31
Liberum arbitrium hominis nunquam læditur ab influxu, 7. 3. 79
Liberum arbitrium, poſito influxu, operatur id quod eligit, ibid. 81
Libris prohibitis utens ad aſtrologicas operationes, puniri poteſt, etſi aliunde non deliquerit, ibid. 247
Libris ab Inquiſitoribus expurgatis utens ad operationes aſtrologicas, puniri non debet, ſi aliunde non conſtat de aliqua ſuperſtitioſa operatione, ibidem 248
Libri nequeunt vendi Doctori in executione, 12. 3. 20
Licentia imponendi contributiones in oppidis, an concedi poſſit per dominos meri imperii, 6. 1. 84
Licentia imponendi contributiones, an concedatur per dominos mixti imperii, ſive Alfonſinæ juriſdictionis in oppidis propriis, 6. 2. 16
Licentia ad venditionem cenſualium ſuper bonis univerſitatum, an concedatur utiliter per dominos Alfonſinæ, ibid. 18
Licentia alienandi bona de univerſitate reſervatur domino ſupremæ, quia eſt de regalibus, ibid. 19
Licentiæ legitimæ defectu redditur contractus nullus, ibid. 25
Licentiæ defectus exceptio opponi poteſt in executiva cauſa inſtituta virtute inſtrumenti venditionis cenſualis, ibid. 22
Licitatio introducta eſt ad vitandas frandes in venditionibus judicialibus, ibid. 30. 6. 14 19.
Licitandi tempus in bonis mobilibus eſt decem dierum, ibid. 31
Licitandi tempus in immobilibus eſt triginta dierum, ibid.
Licitandi bona immobilia tempus ſemper prorogatur per decem dies de gratia, & non de jure, ibid. 32
Licitandi forma deficiente, nulla remanet venditio judicialis, ibid. 35
Licitatio rei pretioſiſſimæ quomodo fieri debet, ibid. 36
Licitatoribus non repertis permittitur creditori rem licitare, ibid. 43
Licitatore extraneo non reperto, ſi creditor licitare noluerit, compellendus eſt rem in ſolutum recipere, ibid. 63
Lictores apparitores qui apud nos, & quibus aſſimilentur, 2. 2. 208. & 214
Lictor an utiliter poſſit aliquem citare ad proceſſum abſentiæ, ſine judicis commiſſione, 8. 7. 10
Lictori referenti ſe de commiſſione Iudicis citaſſe, an credatur, ibid. 15
Lictores an probent, vide *Satellites Birrarii.*
Lictores Valentini probatæ fidei ſunt in faciendis citationibus, 9. 1. 34
Lignandi jus conceſſum incolis, ſive Civibus Urbis per totum Regnum, ad quid, 5. 3. 21
Limitatio temporis eam vim habet, ut finito eo, contrariam contineat diſpoſitionem, 2. 1. 34
Limitata reperitur in hoc Regno immunitas Eccleſiarum quoad confugium, dempta Diœceſi Orcelis, 7. 1. 164
Linearum citationes in proceſſu contumaciæ quomodo fiant, 8. 7. 5
Linearum contumaciæ quo pacto accuſentur, ibid. 9
Linearum citatio, unica pro tribus quando fiat, ibid. 13
Lingua per Tubalem adducta in Hiſpaniam incerta eſt, 8. 9. 2
Lingua Cantabriæ an ſit illa, ibid. 3
Linguæ plures ab antiquo memoratæ in Hiſpania, ibid. 4
Lingua Valentina, qua nunc utimur, an ſit eadem cum illa, de qua Strabo, & Luitprandus, ibid.
Linguæ Valentinæ præſtantia, ibid. 6
Linguæ Valentinæ debetur rimarum uſus, ibid. 7
Linguas omnes Valentini faciliter diſcimus, ibid. 8
Lingua Caſtellæ an derivata ſit à lingua Latina, ibid. 10
Linguæ omnes reſultantes ex Latina & vernaculis aliarum Provinciarum, ſub verbo *Romance* comprehenduntur, ibid. 11
Lingua ipſa Latina comprehenditur ſub verbo *Romance*, ibid. 15
Lingua vernacula, ſententiæ Iudicum inferiorum feruntur, Senatus verò latino ſermone, ibid. 13. & ſeq.
Liquidatio inſtrumenti, vide *Inſtrumentum.*
Liquidatio reſervata in ſententia non ſuſpendit illius executionem dum eſt pro impenſis vel melioramentis præſtita cautione, 12. 1. 99
Liquidatio ſummarie facienda eſt ante executionem ſententiæ ſi fructus cum melioramentis veniunt compenſandi, ibid. 98
Lis in criminalibus quando conteſtetur, 8. 5. 27
litigatores conqueruntur de immortalitate litium dum ipſi plerumque in culpa ſunt, 9. 1. 3
Litis initium quod ſit tam reſpectu judicis, quam actoris vel rei, ibid. 21
Litium abbreviandarum remedia deficiunt, deficientibus partibus in petendo, ibid. 153
Litis pendentiæ exceptio ſpeciem declinatoriæ continet, ibid. 190
Litis pendentiæ exceptio mere dilatoria eſt, & opponenda ante conteſtationem, ibid. 193
Litigantium zelotipya in varios errores ipſos adducit, ibid. 203
Litis nomen ad quæ ſe extendat, ibid. 275
Lis à quo tempore dicatur pendere, ibid. 276
Litis nomen extenditur uſque ad officium judicis, ibid. 277
Lites exiſtunt antequam in judicium deducantur, ibid. 278
Lis eſt ab eo tempore quo actio enata eſt, ibid. 279
Lites tenetur judex abbreviare, ibid. 337
Lites ex compromiſſo non finem ſed initium ſumunt, ibid. 344
Litigantium frequens querela quod inuditi condemnentur, ſed ſæpius ridicula, 9. 5. 39
Lis vindiciarum quæ erat, 10. 5. 3
Liti cauſam dare, qui actus dicantur, ibid. 165
Liti an actus cauſam præbeat in arbitrio judicantis eſt cognoſcere, ibid. 167
Lites ductæ ad ſupremum ex remedio literarum cauſa videndi non dicuntur pendere in eo, ſed coram judice primævo, 11. 4. 43
Literæ cognitæ in Hiſpania à tempore Nini, 4. 3. 58
Literæ armis ceſſere in Hiſpania exterarum gentium tirannide, ibid. 64
Literarum antiquitas remiſſivè, ibid. 68
Literarum habitacula fuerunt Monaſteria Monachorum, uſque ad annum 1200. ibid. 85
Literarum honores, vide verb. *Gradus.*
Literæ faciunt plus duplo videre ſcientificos, 6. 5. 97
Literæ matres omnium virtutum, ibid. 98

Literæ jurisdictionum contendentium juxta concordiam, quid continere solent, 7. 1. 117
Litteræ contentionis sine nominatione arbitri temperandæ sunt, cum nominando, ibid. 120
Literæ contra stylum, & formam revocandæ sunt, ibid.
Literæ Ecclesiasticorum quando, & quo pacto apprehendi debent, & retineri, ibid. 198
Literarum subsidiariarum citatio, extra Regnum non procedit, ad causam contumacialem in criminalibus, 8. 7. 7
Literæ requisitoriæ, vide *Requisitoriæ.*
Literæ requisitoriæ sive subsidiales intra Regnum præsentandæ, quibus dirigi debent, 9. 1. 41
Literarum causa videndi remedium excludit editionem, & instructionem litis in supremo, cum fieri debeat coram judice primævo, ut remittatur per modum sequelæ, 9. 3. 9. & 11. 4. 41
Literæ impetratæ mediante juris firma continent mandatum de manutenendo cum clausula justificativa, 10. 5. 29
Literarum causa videndi remedium à D. Rege Iacobo Primo Valentiæ institutum fuit, 11. 4. 2
Literarum causa videndi remedium ad instar relationis Principi faciendæ in usu est, ibid. 11
Literæ causa videndi tantum per Principem conceduntur, ibid. 13
Literarum causa videndi concessio non exprimit motiva, ibid. 16
Literarum causa videndi concessio est gratiosa, & sic nec admittit supplicationem, nec aliud remedium legale, ibid. 17
Literæ causa videndi raro, difficillimè & ex magna causa concedi debent & solent: & quæ istæ sint, ibid. 20. cum seqq.
Literæ causa videndi ad unius litigatoris instantiam conceduntur, ibid. 32
Literarum causa videndi remedio utuntur Siculi in feudalibus, ibid. 36
Literarum causæ videndi effectus in Supremo Consilio Castellæ in usu sunt, & quo pacto, ibid. 37
Literæ & commissiones quomodo expediantur in executivis, 12. 3. 10
Literarum requisitoriarum usus in executivis remissive, ibid. 79. & seq.
Loca assueta ad pronuntiandum quæ sint, 8. 9. 37
Loca Ædilem metuentia quæ, 4. 4. 45
Locumtenentes Gerentis vices Gubernatoris Urbis, & Regni tres sunt, unus generalis, & duo locales, 2. 3. 21
Locumtenens gerentis vices Orcelis, & Regni ultra Sexonam localis est, ibid. 24
Locumtenentes ultra Sucronem, & Uxonem habent Assessores, ibid. 25
Locumtenentes, non sunt Gubernatoris, sed Gerentis vices, ibid. 28
Locumtenens est destinatus ad districtus Locumtenentiarum, licet in titulo dicatur Gerens vices, ibid. 30
Locumtenens generalis, quam jurisdictionem exerceat, ibid. 31
Locumtenens generalis quomodo interveniat in visitatione carceris, quæ fit per Gerentem vices, ibid. 33
Locumtenens Gerentis vices præfertur subrogato ejus, ibid. 67
Locumtenentes Gubernationis debent esse naturales, ibid. 27
Locumtenentes Bajuliarum generalium Urbis, & Regni, 2. 4. 30
Locumtenens Magistri Rationalis Regiæ Curiæ, utitur omnibus præeminentiis ad eam spectantibus, ibidem 47
Locumtenens Justitiæ criminalis, qua potestate fruatur, 6. 5. 65
Locumtenens Ædilis, ibid.
Locumtenens generalis Domini Regis, vide verb. *Prorex.*
Locumtenentes Magistratuum Regni qualiter distinguantur quoad exercitium, ibid.
Don Ludovici Crespi, & Borja Episcopi Orcelensis virtus, & doctrina commendantur, 4. 3. 94
Locumtenens Actuarii, vide *Actuarius.*
Locumtenentis Generalis Magistri Montesiæ, nomen & origo traditur, 7. 4. 23
Locumtenens generalis Magistri Montesiæ plenissimam potestatem habet, ampliorem illa concessa Præsidi supremi Senatus Ordinum, 8. 8. 165
Locumtenens generalis Montesiæ, vide *Magister.*
Longinquas partes quas dicamus ad effectum concedendi ampliores dilationes probatorias, 9. 2. 184. cum seq
Longinquæ partes censentur quæ extra Regni confinia sunt, ibid. 194
Luendi census poena committitur per debitorem interpellatum quod infra decem faciat habere licere reditus, si non paruerit, 12. 3. 21. & seq
Luendi vitalitium censum spes non debet remanere ut licite contrahatur, ibid. 25
Luxuria plurima damna infert, 8. 8. 198

M.

Magister Militum quis, & quando institutus fuit, 2. 2. 169
Magistri Militum potestatem habet Prorex, ibid. 58. & 170
Magister Rationalis sequitur Bajulum ordine, & prærogativa, 2. 4. 35
Magister Rationalis in Catalonia præcedit Bajulum, secus apud nos, ibid. 36
Magister Rationalis Principis dispensator est, ibidem 41
Magistri Rationalis initium apud nos, ibid. 42
Magister rationalis cognoscit de causis civilibus officialium [illegible] ibid. 44
Magister Rationalis habet jurisdictionem ad tuendam jurisdictionem, & privilegia domus monetæ, ibidem 45
Magister Rationalis ad quæstiones juris desumit Consultores ex Regio Consilio, quos ipse nominat, ibid. 46
Magister Rationalis habet Locumtenentem à Rege datum, & coadjutores, ibid. 47
Magister Rationalis habet Aulam in Regia, ibid. 50
Magister monetariorum, sive domus conflandæ monetæ, apud nos dictæ *La Seca*, jurisdictionem habet à Rege, 2. 6. 1. & 16
Magister monetariorum antiquitus institutus, ibid. 2
Magister monetariorum, officium nobile, ibid. 27
Magister Ordinis B. Mariæ de Montesa habet interventum in Comitiis generalibus, & secundum locum in Brachio Ecclesiastico, 3. 1. 43
Magistri artium, indigni creari nequeunt, 4. 3. 111
Magister Montesiæ omnia totius religionis gubernabat, 7. 4. 14
Magistro absente Præceptor Major vel claviger ejus vices gerebat, ibid. 21
Magister Frater Ioannes Martinez Ordinis Prædicatorum impugnatur in his quæ dixit quoad statum Militum Regularium, ibid. 44. & seqq.
Magistri Montesiæ quot, & qui fuerint, 7. 4. 16
Magister Montesiæ undecimus, Illustrissimus Dan Franciscus Sanz, adavus Auctoris, ibid. 1. & 14
Magistro Montesiæ triplex jurisdictio concessa fuit, & qualis, 7. 4. 28

Magiſter obtinebat juriſdictionem temporalem in caſtris, & oppidis Magiſtratus, 7.4.29
Magiſtro competit juriſdictio Eccleſiaſtica contentioſa in omnes Religioſos Ordinis, 7.4.32
Magiſter quomodo procedere debet, 7.4.33
Magiſtri primi electio, ſeu verius nominatio, reſervata Sedi Apoſtolicæ, an fuiſſet commiſſa Abbati ſanctarum Crucium, 7.4.77
Magiſter, & Milites Monteſiæ, quia nullo charactere Ordinis inſigniti ſunt, incapaces remanent poteſtatis clavium, 7.4.80
Magiſter, eſt ſupremus Prælatus à quo cæteri Prælati locales dpendent, ibid.92.108.& ſeq.
Magiſtro Monteſiæ conceſſa fuit cura animarum Ordinis habitualiter, ibid.95
Magiſter Monteſiæ juriſdictionem accipiebat ab ipſo ordine, ibid.96
Magiſter Monteſiæ confert beneficia, & plura alia exercet juriſdictionis ſpiritualis, ibid.108.& ſeq.
Magiſter Monteſiæ nullo juris, vel conſuetudinis vinculo tenetur ad electionem Prioris ex Cœnobio ſanctarum Crucium, ibid.117
Magiſtro Monteſiæ conceſſa, ſpectant ad Adminiſtratorem generalem, & geruntur per Locumtenentem, vide verbo *Adminiſtrator*.
Magiſtratus incorporatio in Regio Diademate per modum Adminiſtrationis perpetuæ, ibid.396
Magiſtratus gradatim, non per ſaltum, concedendi ſunt, 2.2.69
Magiſtratus cui à lege aſſignatur Aſſeſſor, etiamſi Juriſperitus ſit, Aſſeſſorem habere debet, 6.5.21
Magiſtratuum urbanitas qualis, ibid.58
Magiſtratus qui ſubſtituere poſſint, ibid.103
Magiſtratus an poſſit creare vicarium, ibid.106
Magiſtratus Catholici, veros Dei Antiſtites venerati tenentur, 9.2.49
Magiſtratus in judicando legibus adſtringuntur, 10.3.29. & ſeqq.
Magiſtratibus ordinariis competit jus exequendi ſuas ſententias, & latas à Judicibus datis per eos, 12.1.11
Magiſtratus qui dicantur, ibid.
Magnetis mirabilis virtus, demonſtrans motus cœleſtium Orbium, 7.3.227
Magni furti pars apud aliquem inventa, quam probationem faciat, 8.8.11
Magni furti pœna qualis apud nos, ibidem 17. & ſeq.
Majoralium artis Notariæ relatio in crimine falſi, vide *Relatio*.
Majorales artis Notariæ in quo loco ſedeant, quando vocantur ad relationem, in Senatu, quàm in aliis Curiis, 8.5.5.& ſeq.
Majoralium relatio, eſt petitorum in arte ſcribendi, & tabellionatus, ibid.13
Majorales non poſſunt quæſtiones juris terminare in ſua relatione, ibid.14
Majorales nullam habent juriſdictionem, ibidem 16
Majorales, & Proceres Tabellionum ſolum relationem facere poſſunt de ſpectantibus ad artem, quàm profitentur ibid.24
Majoratibus injuſtam relationem facientibus, Fiſcus per viam recurſus gravamen illatum removere ſolet, ibid.26
Majores quatuordecim annorum, & minores viginti, quid probent in criminalibus, 8.8.210
Majores viginti quinque annis eſſe debent qui admittuntur ad officia Urbis, 4.5.12
Majores viginti quatuor annis eſſe debent qui admittuntur ad officia Generalitatis, 18
Majores viginti annis eſſe debent, qui admittuntur ad officium Judicis, 6.5.94
Majoris ætatis qui dicantur in Regno Valentiæ, 9.1.302
Major an reſtituatur ad probandum, 9.2.178
Major tenetur probare cauſam ex qua reſtitui poſtulat, ibid.180
Major probata cauſa reſtituitur adverſus lapſum fatalium, 11.2.47
Mala fides regulariter præſcriptionem excludit, 12.1.59
Mala fides non attenditur in præſcriptione longiſſimi temporis, ibid. 62
Mala fides non obſtat ei qui nihil iniquum agit, ibid. 64
Mala fama inquiſiti, requiſita per forum, ut res furatæ inventa penes aliquem, ut probet debet eſſe in eodem genere mali, 8.8.6
Malus ſemper præſumitur malus in eodem genere, ibid.7
Mali uſus delatio, vide *Delatio*.
Malum vitare pulchrius, quam punire, 8.8.200
Mala à peccatis earnis prodeuntia, ibid.198
Malorum plurimorum cauſæ ſunt divitiæ, ibidem 224
Malorum minimum eligendum, 8.10.44
Mala phiſiognomia inquiſiti, indicium criminis eſt, ibid.97
Mala ſæpè ejus generis ſunt ut coërceri nequeant, 3.1.124
Mandatum quantumcumque generale, non ſubjicit principalem delicto, aut pœnæ, 7.1.124
Mandati criminis inquiſitio, an fieri poſſit, quin conſtet de Mandatario, 8.2.10
Mandantem verſus proſequi nequit, quin mandatarius nominetur, ibid.13
Mandatum ſine cauſa apparente, & inſtantanea executio inter inimicos capitales, animum deliberatum occidendi demonſtrat, 8.8.82
Mandantes, & mandatarii in atrocioribus eadem pœna plectuntur, ibid.83
Mandatarii repentinè mandatum exequentes in dolo ſunt, etiamſi non appareat de prævia deliberatione, ibid.84
Mandantibus pluribus, & uno exequente an omnes teneantur eadem pœna, ibid.134.& ſeq.
Mandatum conſtituendi Procuratorem quando, & quibus fiendum, 9.1.35
Mandatum non præſumitur niſi probetur, ibid.238
Mandatum ſtatim edi debet per agentem vel defendentem procuratorio nomine, ibid.
Mandatum edere quandocumque de jure ſufficit, ibid. 239
Mandato non edito an inſtantiæ dicantur nullæ, ibid. 241. & ſeq.
Mandatum quamtumvis generale non extenditur ad litem de qua conſtituens non potuit cogitare, neque procuratorem inſtruere, ibid.252.& ſeq.
Mandatum ſpeciale requiritur ad prorogandam juriſdictionem, niſi ſit generale cum libera, ibid. 253.& ſeq.
Mandatum edendum eſt juxta foros in prima inſtantia, & debet eſſe conceſſum in ſcriptis, ibid.255
Mandatum de jure conjecturis probatur, ibid.
Mandatum an aliter probari poſſit ex magna cauſa ibid.257
Mandatum *ad lites largè* comprehendit lites in lato ſignificato, ibid.277
Mandata executiva expediri ſolebant pro poſſeſſione hæreditatis, vel fideicommiſſi univerſalis ſucceſſivi, 9.2.120
Mandatum monitorium, & præceptum ſinonima ſunt, 10.2.31
Mandatum de manutenendo olim dabatur cuicunque

offerenti cautionem, etiamsi non probasset possessionem, 10. 5. 61
Mandata de non faciendis actis ad quid ordinentur, 10 6. 98
Mandata de non faciendis actis continent interlocutionem habentem vim diffinitivæ & sic appellationem recipiunt, ibid. 99
Mandatum executivum quomodo concedatur, & quid contineat Valentiæ, 12. 2, 9
Mandatum executivum non conceditur in Regia Audientia pro contentis in sententia exequibili, sed mandatum de parendo sententiæ, ibid. 10
Mandata de parendo sententiæ infra quinque, tres, & duos dies quomodo fiant, ibid. 11.
Mandatum executivum quas solennitates observare debet, ibid. 70. & seq.
Manus mortua quæ, & differentia illius à fidei commisso, 2. 5. 111
Manutentio concessa in juris forma parvi præjudicii dicitur, 10. 5. 91
Manutentio non est concedenda ei qui non fovet justam causam, ibid. 137
Manutentionem postulans derecta injustitia absque altiore indagine, non est audiendus, ibid. 138
Manutentio juvare non potest renuncianti judicium possessorium, ibid. 181
Manutentio concedenda est quando adversarius fatetur possessionem postulantis, ibid. 184
Manutentione juvari nequit qui suo facto cecidit à possessione, ibid. 184
Manutentio non competit spoliato, ibid. 186
Manutentio potest ex integro peti, & semel denegata iterum peti ac impetrari, ibid. 190
Manutentio concessa per judicem inhibitum à superiore nulla, & attentata est, ibid. 197
Manutentio denegata ex defectu possessionis, ea probata debet concedi, ibid 191
Manutentio concessa per judicem inhibitum potest revalidari coram superiore inhibente, probata possessione, ibid. 193
Manutentionis concessio quod tempus attendere debet, ibid. 205
Manutentio conservat res in statu quo reperit, ib. 209
B. Maria vrbanam comitatem ostendit Angelo annuntianti, 6. 5. 60
B. Mariæ Virginis simulachrum venerandum sub Invocatione *de los Desamparados*, 4. 3. 136
Mariæ sanctissimæ Deiparæ Nativitas, inquiri non potest ab Astrologis, & quare, 7. 3. 88
Maria producta fuit fere tota ex gratia, ibid. 89
Maritus vxorem adulteram necans statim ac deprehendit eam in adulterio, excusatur à pœna homicidii, 8 8. 62
Maritus occidens vxorem more meretricio adjuvetam, an excusetur, ibid. 65
Maritus plus offenditur ex vita meretricia vxoris, quam ex simplici adulterio, ibid. 67
Maritus quando dicatur apprehensam in adulterio necasse, ibid. 68
Mariti domum deserens amittit dotem, ibid.
Maritus solus accusare vxorem adulteram potest, ib. 188
Maritum adulterum accusare vxor nequit, nec ib. 190
Maritorum adulteria exasperant vxores, ibid. 191
Maritus vxorem de adulterio accusans ridiculus reputatur, ibid. 193
Maritus adulterium vxoris tolerans qua pena puniatur, ibid. 195
Maritus non potest esse curator bonorum uxoris, 9. 1 · 323. cum seqq.
Mares an concurrat in generatione, active, 7. 3. 149
Mater mortua statim dissecanda est, ne fœtus pereant, ex defectu anhelitus, ibid. 156
Materia principalis, vide *Dilatio*.
Materia objectiva, vide *Dilatio*.
Materia impugnativa, vide *Dilatio*.
Materialis causa beneficii quæ sit, 7. 2. 51
Matema Græcè quid significet, 7. 3. 56
Mathematica plohibita qualis, ibid. 58. & seq.
Mathematicus quis in rigorosa significatione, ibid. 55
Ad matrimonium præmiis invitatus, utique gentium 4. 5. 18
Mediator, vide *Proxeneta*.
Medici sæpe falluntur, sed ex hoc non damnatur medendi ars, 7. 3. 176
Medicis necessaria cognitio astrorum, ibid. 238
Medicorum de contagione pernicioſa altercatio, 8. 10 47
Melancholici & phlegmatica non sunt apti ad Senatoriam dignitatem, 2. 2. 141
Meliorationum petitio an retardet executionem sententiæ, 12. 1. 37. & seq.
Meliorationa petita post sententiam non impediunt executionem, ibid. 100
Meliorationa in genere probata an producant retentionem, ibid. 107
Meliorationa & impensæ quæ compensandæ veniunt cum fructibus liquidationem summariam requirunt ante executionem sententiæ, ibid. 98
Meliorationorum, & impensarum liquidatione in posterum reservata sententia exequi debet præstita cautione, ibid. 99
Memorialia in facto quando fieri est jubendum, 9. 5 52
Mercatorum Consules, & eorum juridictio, vide verb. *Consules*.
Mercatura pluribus privilegiis prosequuta est, 4 10. 4
Mercaturæ honestæ vsus non derogat nobilitati, 10 4. 7
Mercantiles causæ, vide *Causa*.
Meretrix redditur fœmina, etiam si casta fuisset, divagando, 8. 8 69
Meridiani circuli constitutio realis, 7. 3. 197
Merita causæ ne pandatur ante sententiam diffinitivam quando judex attendere debet, 11. 5. 59
Merum imperium an comprehendatur sub nomine jurisdictionis, 6. 1. 45
Mero imperio concesso à jure non venit facultas agratiandi, ibid. 107
Merum imperium recognoscens superiorem, adquisibile est, 6. 1. 16
Merum imperium quæritur per possessionem, & qualem, ibid. 18
Metroici qui dicantur, 2. 1. 68
Militare Brachium, Status, vel Stamentum, vide verb. *Brachium*, *Stamentum*, *Status*
Militum inter se differentia, 3. 1. 57
Milites, sive *Cavalers*, qui dicantur apud nos, ibidem 59
Militarium insaculatio ad officia Generalitatis, 3. 3. 5
Militares habilitandi ad matriculam ex duplici genere sunt. ibid. 8
Militarium electiones in domo Generalitatis divisæ sunt inter Nobiles & Generosos, aut Milites, ibid. 10
Milites, & Generosi in Brachio Militari discretivè scribuntur in albo à Nobilibus, ibid. 11
Militum Electores divisim eliguntur ab Electoribus Nobilium, ibid. 12
Militaris Elector non potest nominare Examinatorum nobilem, ibid. 13
Militares Deputati, vel Electi non possunt substituere Nobilem, ibid. 14
Militaris Deputatus admittitur ad jusiurandum, etiamsi Nobilis impediatur, ibid. 15

Militaris, qui obtinuit officium Deputationis, debet vacare per duo triennia, etiam quoad ſubſtitutionem, in eodem officio, ibid. 31
Milites non fruuntur privilegio militari, ne conveniantur ultra quam facere poſſint in debitis Generalitatis Urbis, Fiſci, vide verb. *Privilegium.*
Militia cœleſtis æquiparatur armatæ, 3. 4. 18
Militum alimenta quomodo taxari debent, quando mole creditorum gravati, privilegium militare allegatur, ne condemnetur vltra quam facere poſſunt, ibid. 21
Militum bona, deductis alimentis, venduntur ut fiat ſatis creditoribus, ibid. 24
Milites non fruuntur privilegio militari, quando conveniuntur ex dolo, maleficio, vel quaſi, ibid. 25
Militibus non reſervantur bona in executione pro debito Fiſci Generalitatis, vel Vrbis, quæ tanquam privilegiata reſervantur in executione privati, ibidem 34
Militari ſtatui major ignominia reſultat ex carceratione, quam ex mendicitate, ibid. 32
Milites non compelluntur admittere officium Ædilis, & quare, 4. 4. 41
Milites Ordinum militarium excluduntur ab officiis Vrbis, & Generalitatis per Brachium Militare, 4. 8. 3
Miles, qui officium actu obtinet, ſi ſtemma Ordinis militaris aſſumpſerit, amittit ipſo facto officium, & matriculam, 3. 3. 35. & 4. 84
Militare debito modo, eſt opus inſignis charitatis, 7. 4 40
Militares Equites quo pacto emitunt votum caſtitatis, ibid. 42
Milites Monteſiæ vivunt in obedientia, caſtitate, & paupertate, juxta modum approbatum, ut verè religioſum, ibid. 38. & 55
Militares Ordines circa perfectionem vitæ activæ, verſantur, ibid. 61
Milites Monteſiæ gaudent privilegio fori, & Canonis, etiam Novitii, ibid. 64. & ſeq.
Militum Monteſiæ vxores privilegium fori participant, ibid. 70
Militum Monteſiæ viduæ pariter, ibid. 75
Milites degentes in oppidis Ordinis non ſunt de juriſdictione ipſius, niſi habitum obtineant, vel agatur de recenſita Ordini, ibid. 173
Milites Monteſiæ, vide *Monteſia.*
Milites Monteſiæ tanquam veri Religioſi capaces ſunt cujuſvis juriſdictionis ipſius Ordinis, 7. 4. 158
Militares Religiones omnes obtinent juriſdictionem ſpiritualem, ibid. 112
Militari privilegio fruentes quo in loco incarcerari debent, 8. 9. 59
Militares non ligantur ſub diſpoſitione inducente confeſſionem ex fractione carceris, ibid. 68
Militares, & eorum vaſſalli non tenentur ſub diſpoſitione *for. 9. de malefactoribus*, 8. 8 118
Militarium vaſſalli pariter, ibid.
Militari pœna capitali impoſita conſulitur Regia Majeſta cum tranſmiſſione proceſſus, ibid. 90
Militari privilegio fruentes an poſſint torqueri, ibidem 104
Milites regulares gaudent immunitate à vectigalibus, 7. 4. 67
Milites obtinentes beneficia Eccleſiaſtica, vel penſiones amittunt eas profeſſionem emittendo, ibidem 71
Militum regularium privilegia an communicentur vxoribus, ibid. 72
Milites, & privilegiis militaribus fruentes quo modo tractandi in executivis cauſis, 12. 3. 4. & ſeq. & 14
Miniſtri togati, vide *Senatores,*
Miniſtri togati de Regio Conſilio non poſſunt ſubſtituere 6. 5. 104
Minores ordines omnes ſub nomine Lectorum ſignificantur, 7. 2. 21
Minores decem & octo annis torqueri apud nos non poſſunt, 8. 2. 55
Minores quatuordecim annis à jure non torquentur, 56
Minores quatuordecim annorum, & majores ſeptem, ferula cædi poſſunt ad eruendam veritatem, ibid. 57
Minori abſenti an decernendus curator ſit ad cauſam criminalem, 8. 7. 4
Minores viginti annis non ſunt teſtes integræ fidei, 8 8. 107. & ſeq.
Minor ætatis non eſt perſona legitima ad judicium etiam ſi doctor in jure ſit, 9. 1. 78
Minor non habens curatorem citari poteſt in propria perſona, & cogendus per judicem nominare curatorem, ibid 79
Minor in Regno Valentiæ numquam Curatorem nominat, quia eo invito datur per Patrem vel judicem, ibid. 80
Minor non reſtituitur contra deciſa in judicio recuſationis, ibid. 214
Minor reſtitui poteſt ad probandum lapſis dilationibus, 9. 2. 167
Minor reſtituitur adverſus lapſum dilationis objectivæ, 9. 3. 37
Minor reſtituitur adverſus lapſum fatalium, 11. 2 46
Minor qui ſupplicavit à ſententia, ſi ex omiſſione implorandi beneficium reſtitutionis lædatur, reſtituendus eſt, 11. 6. 27
Mirabiles perſonæ, vide *Pupillus, Pauper, Vidua,* &c.
Miſericordia non colebatur ab Stoicis tanquam virtus, 8. 10. 28
Miſericordia quid juxta eorum placita, ibid. 29
Miſericordia eſt virtus juxta doctrinam S. Auguſtini, ibid. 30
Mobilibus bonis deficientibus poteſt judex ad venditionem immobilium, 12. 3. 15
Moderamen inculpatæ tutelæ non excluditur ex genere armorum, 8. 8. 113
Modus contrahendi domicilium, & civilitatem in Urbe, 5. 3. 2
Modus procedendi juxta concordiam ſereniſſimæ Reginæ Elionoris, non procedit cum judicibus delegatis, quia eos non comprehendit ejus diſpoſitio, 7. 1 193
Moiſes exemplum judicandi Regibus præbuit, ut majoribus ſibi reſervatis, per Magiſtratus cætera abſolvantur, 12. 3. 30
Molendinorum domini arcentur ab officiis Vrbis, 4 8. 7
Momentaneæ poſſeſſionis judicium, vide *judicium*, & *firma.*
Momentanea poſſeſſio eſt parvi præjudicii & quomodo, 10. 5. 110
Momentaneum ſui natura vitio litigantium redditur diuturnum, ibid. 111
Monarchicum modum regiminis ſequuntur religiones, 7. 4. 89
Monaſterium ſancti Baſilii in Urbe tempore Agarenorum remanſit, 4. 3. 86
Monaſterium Calatravæ fuit erectum Monteſiæ ſub ſpeciali Magiſtro gubernandum, 7. 4. 15. & 19
Monaſterii & Fratrum nomina quid importent in materia regularium, ibid. 58
Monaſticæ diſciplinæ rigor mitigatus in pluribus eſt per Sedem Apoſtolicam, ibid. 47
Monitorium dicitur in Regno Aragonum, præceptum de ſolvendo, 10. 2. 31

Monetarii olim inter viles annumerabantur, 2.6.3
Monetarii privilegio fruuntur apud nos, & quare, ibid.4
Monetariorum Præpoſiti antiquitus aderant, ibid.5
Monetariorum Collegia antiquitus cognita, ibidem 11
Monetariorum Magiſter olim, ibid.12
Moneta tempore Imperatorum Romanorum Lugduni conficiebatur, ibid.13
Monetariorum privilegia derivata à Gallia in Cataloniam, & abhinc in noſtram Urbem, ibid.14
Monetariorum Magiſter, & Alcadii de quibus cognoſcant, ibid.16
Monetariorum juriſdictio privativè conceſſa, ibidem 17
Monetarii in *quibus* non fruantur privilegio fori, ibid. cum ſeqq.
Monetariorum Alcadii officia annualia obtinent, ibid. 29
Monetariorum cauſæ, in gradu appellationis in Regio Senatu decidiuntur, tantum, ibid.
Monialem rapiens, qua pœnâ plectatur remiſſivè, 8.8. 171
Monitiones pœnales in Eccleſiaſticos contumaces, quomodo fiant, 7.1.209
Monitiones pœnales injungendæ ſunt perſonaliter, ibid.223
Monteſiæ Militiæ origo, 7.4.4. & 8. 8. 323
Monteſiæ Militia inſtituta ſub Joanne Papa XXII. anno 1316. ibid. 5
Monteſiæ Militia dotata ex bonis Militum Templariorum, ibid. 6
Monteſiæ Militia eſt filiatio Calatravæ, ibidem 7. & 87
Monteſiæ Stemma antiquitus, & recens, 7.4.12
Monteſiæ Ordo aggregatus, & unitus fuit Ordini Divi Georgii de Alfama, 7.4.11
Monteſiæ Ordo fruitur omnibus privilegiis conceſſis, & concedendis Ordini Ciſtercienſi, & Calatravæ, ibid.13.& 51
Monteſiæ Magiſtri enumerantur, ibid.161
Monteſiæ dignitates, & Præceptoriæ deſcribuntur, ibid. 18. & 26
Monteſiæ Ordo conceſſus per modum adminiſtrationis perpetuæ Regibus Aragonum, ibid.15.22
Monteſiæ Milites ſunt verè Religioſi, 7. 4. 38. cum ſeq.
Monteſiæ Ordo inſtitutus ſub regula Ciſtercienſi, ibid. 56.& ſeq.
Monteſiæ Ordo obſervat formam Tridentini in emiſſione profeſſionis, ibid.62
Monteſiæ cauſa evocata ad Senatum expediri debet interveniente uno ex Aſſeſſoribus Ordinis, ibidem 180
Monteſiæ juriſdictio cum Regia quomodo contendat, ibid.178
Monteſiæ Ordo exemptus eſt à juriſdictione Ordinarii, ibid. 87
Monteſiæ Ordinis juriſdictio ſpiritualis ſpectat ad Magiſtrum, ibid.93. & ſeq.
Monteſiæ Prior exercitium juriſdictionis capit à Magiſtro, ibid.108
Monteſiæ Prior, vide *Prior*.
Monteſiæ Ordo conceſſum habuit jus eligendi Prælatum jure proprio, ibid.97
Monteſiæ viſitatio ad quos ſpectet, ibid.126.& ſeq.
Monteſiæ Prior ſubordinatur in omnibus Adminiſtratori perpetuo, & illius Locumtenenti generali, ſicut antea ſuberat Magiſtro, ibid.164
Monteſiæ Prior deſumebatur ex Ciſtercienſibus, nunc ex Fratribus Clericis, 7.4.20
Monteſiæ Prior ſpiritualia exercet & eo impedito Frater Clericus Presbiter antiquior ſub nomine Præſidentis, ibid.21
Monteſiæ ordo an ſit unitus Ciſtercienſi, ibid.79
More purgatio, vide *Purgatio*.
Mora expeditionis in Supremis non attendenda niſi procedat ex negligentia partis, 11.3.65
Morales diſputationes tam ad Canonum Profeſſores quam ad Theologos ſpectant, 7.4.46
Morales res ſortiuntur formam à fine, 7.4.54
Morbus ſonticus rei an diem differat in criminalibus, 8.6.34.& ſeq.
Morbo à ſuperiori cauſa ruente, à Numine remedium eſt poſtulandum, 8.10 335
Mos proponendi tres Candidatos in locum demortuorum ad officia vacantia, quo derivetur, 2.2.70
Morum integritas in Senatore requiritur, ibid.90
Motiva ſententiæ an exprimenda, 11.1.25.& ſeq.
Motiva in conceſſione litterarum cauſa videndi & recognoſcendi non exprimuntur, 11.4.16
Mulieris raptæ aſſertio, vide *Aſſertio*.
Mulier, vide *Fœmina*, & *Uxor*.
Multitudo criminum aggravat pœnam, 8.8.28
Multitudo illatorum vulnerum judicium eſt animi deliberati, ibid.76.& 80
Multi concurrentes ad homicidium, vide *Plures*.
Municipes qui dicantur, 4.5.45
Munerum adminiſtratio interdicta minoribus, 4.6.38
Munera, vide verb. *Officium*.
Murorum, & vallorum adminiſtratio mixtim ex Generaliiate, & Urbe coaleſcit, ibid.12
Murorum, & vallorum operarii, vide verbo *Curatores operum publicorum*.
Mutantes domicilium, & venientes ad Urbem, non omnes admitti debent, 5.3.11
Murus Judex eſſe nequit, & quare, 8.9.17

N.

NArrativa tanquam pars gratiæ verificari debet ab impetrante, 4.7.15
Naturales debent eſſe eligendi, ad officia Urbis, & Regni, 4.5.22
Naturalis Aſtrologia, vide *Aſtrologia*.
Nativitatis Chriſti Domini thema cœleſte, an poſſit ſcrutari, 7.3.85.& ſeq.
Nativitatis B. Mariæ thema an poſſit ab Aſtrologis inſpici, ibid.88
Navi ſubmerſa qui in ea pereunt non ſub eadem cœli poſitione nati ſunt, & quare, ibid 169
Navigatio plurimis privilegiis proſequuta reperitur, 4. 10.4
Nautica ars in Æquatoris exiſtentia reali tota verſatur, 7.3.206
Nautæ plures utilitates captant ab Aſtrorum cognitione, ibid.140
Neceſſitas effectus influxus Aſtrorum, ſapit hæreſim, 7.3.66.& 242
Neceſſitas defenſionis per quem probanda ſit, ut à pœna homicidii reus excuſetur, 8.8.47
Neceſſitas ad alienandum bona fideicommiſſi, vel majoratus evidens eſſe debet, ut decretum concedi poſſit, 10.6.78
Negativa diſpoſitio fortior eſt affirmativa, 12.3.41
Negotiorum geſtor non tenentur edere mandatum ſed cavere de rato, 9.1.287
Negotiatio an deroget nobilitati, 10.4.7.cum ſeq.
Negotiatio ex ſe neminem nobilitat, ſed neque demit nobilitati, ibid.16
Negotiatio non per ſe ſed per alios adminiſtrata non lædit nobilitatem, ibid.12
Negotiatio per ſemetipſum tractata ſemper lædit exiſtimationem, ibid.19

Nemo à poſſeſſione expelli poteſt ſine cauſæ cognitione, 6. 1. 39
Nemo præſumitur delinquere ſine cauſa, 8. 8. 87
Nobilitas in Conſiliario requiritur, 2.2.138
Nobilium differentia, inter ſe apud nos, 3. 1. 57
Nobilitatis demonſtratio præcipua, ex interventu in Brachio Militari, ibid. 64
Nobilitatis vera diffinitio, 2.2.139
Nobilium electiones diſcretæ ſunt ab electionibus Militum, & Generoſorum, quoad officia Generalitatis 3.3.10
Nobilis Deputatus poteſt admitti ad jusjurandum, & poſſeſſionem officii, etiamſi Generoſus impediatur, & è contra, ibid.15
Nobiles an fruantur privilegio Militari, ne condemnentur, ultra quam facere poſſint, vide verbo *Privilegium.*
Nobiles an excludantur ab officiis urbanis, 4.5.2
Nobilis fuit Chriſtus, & plures Apoſtolorum, ibid.3
Nobiles ad officia approbati in ſacra pagina, ibid.
Nobiles electi ad honores à Theſeo, & à Romulo, ibid.6
Nobiles cæteris paribus præferendi ſunt, quoad honores, & munera, ibid.8
Nobiles in Urbe Valentiæ noviter admiſſi, ibid.10
Nobiles, egregii, & illuſtres compelli poſſunt perſonaliter comparere in Audientia verbali, 10.3.12
Nobilitati non derogat negotiatio vel mercatura honeſta, 10.4.7.& ſeq.
Nobilitati obeſt negotiatio ſordida, ibid.
Nobilitatis decor ex conſuetudine regionis pendet, ibid.11
Nobilitatis atque Militiæ cauſæ tranſmittendæ ad ſupremum ſunt ut decidantur nulla parte petente, 12. 4. 34
Nobiles & militares quomodo in civilibus executive conveniendi ſunt, 12.3.4.& ſeq.
Nobiles & cæteri fruentes privilegio militari nequeunt in carcerem mitti in civilibus niſi pro debito fiſcali, vel univerſitatis, ibid.14
Nobiles & cæteri fruentes privilegio militari quæ bona habeant privilegiata, ibid.17
Nobilitatis ſanguinis cauſæ adductæ ad ſupremum in quibus annmalæ reputentur, 12.4.51.& 71
Nocturni facti teſtes quid pro ratione dicere debent de viſu deponentes, 8.8.204
Nocturno tempore an jus dici poſſit, 8.9.42.& ſeq.
Nocturno tempore ſententia prolata requirit ſoremnitatem trium luminum, ibid.
Nomine Lectorum in Eccleſia qui comprehendantur, 7.2.21
Nomina Aſtrorum ab Ethniicis impoſito fuere, 7.3. 207
Nomina ſiderum ex ſacra Pagina comprobata, ibidem 208
Nomina dierum ſub Idolorum appellatione contenta, nil nocumenti inducunt orthodoxæ fidei, ibid. 209
Nomina conſtellationum in ſacra Pagina uſu recepta, ibid.210.& ſeq.
Nomine catholica planetarum, ſignorum, & conſtellationum, ibid.216.& ſeq.
Nomina fratrum alicujus Ordinis, vere Religioſi ſignificantur, 7.4.58
Nomen actoris, & Judicis an debeat contineri in citatione, 8.7.25
Nomine famuli qui comprehendantur, 8.8.165
Nomine filiæ domini, comprehenditur filia dominæ, ibid 162
Nomenclatura teſtium producendorum ad quid petatur, & concedatur, 9.2.93
Nominatio ſubſtituri eſt ſpecies electionis, 6.5.119
Nominatio Arbitrorum in contentione juriſdictionum ad quem ſpectet, 7.1.120
Nominatio Arbitri reſpicit officium, regulariter, non perſonam, ibid.136
Nominationem primi Magiſtri Monteſiæ reſervata Sedi Apoſtolicæ commiſſam fuiſſe Abbati ſanctarum Crucium Monachi Ciſtercienſes aſſerunt, 7. 4 77
Noſocomii generalis inſtitutio, & conſtructio, 4. 3. 124
Noſocomium proprium eſt hoſpitium ad fovendos languentes, & ægrotos deſtinatum, ibid.128
Noſocomii inſanorum inſtitutio, & primus promotor, ibid.132
Noſocomii generalis initium, ibid.142
Noſocomii generalis adminiſtratio mira, ibid.144
Noſocomii generalis confirmatio Apoſtolica, & Regia, ibid. 145
Noſocomium Divi Lazari ad leproſos fovendos, & curandos, ibid.147
Noſocomia alia in Urbe, ibid.148
Noſocomium generale viſitatur de mandato Principis, ibid.162
Notarii à ſecretis ſancti Officii mittendi ſunt ad dominum Regentem pro ſuſcitanda conferentia per Inquiſitores, 7.3.16
Notariorum Majorales, vide *Majorales*, & *Relatio.*
Notariorum Proceres, vide *Proceres.*
Notarius qui non eſt, conficiens inſtrumenta de re verè geſta, tanquam ſi eſſet, qua pœna plectatur, 8.8. 36
Notarius laicus actuare poteſt cauſam Eccleſiaſticam, & ſpiritualem, 8.8.289
Notarii Valentiæ honorificam artem profitentur, 9. 1.61
Notarii Valentiæ, vide *Procuratores.*
Notarii Valentiæ habent auctoritatem conficiendi inſtrumenta per totum Regnum, 9.4.15.& ſeq.
Notarii Regales qui dicantur & quam poteſtatem habeant, ibid.16
Notarius quot exempla inſtrumenti tradere poſſit, ibid. 22. & ſeq.
Notarii privati an poſſint ſubſignare acta judicii, ibid. 52
Notariæ proceres percipiunt ſalaria conſiliorum de rebus ſpectantibus ad ſuam peritiam, 12.4.39
Notorium etiamſi ſit id, de quo conceditur, contentio juxta concordiam admitti debet, 7.1.49
Notorietatis dubium quomodo ſuſcitetur in contentionibus, ibid 51.& 118
Notorii appellatione quid veniat, ibid 52
Notorietatis dubium ſuſcitatur in conferentiis cum Inquiſitoribus, 7.3.17
Notorietas facit, quod peritorum judicium omitti poſſit, quamvis ſtatutum prohibeat judicare ſine peritis, 8.5.29
Novalium decimæ noſtris Regibus conceſſæ, 2. 5. 126
Novalium materia remiſſivè, ibid.128
Novitas gratiſſima eſt diabolo, 6.5.47
Novitii Ordinis Monteſiæ an fruantur privilegio fori, 7.4.64
Novitii veniunt appellatione Religioſorum, ibid.
Novitii reſidentia in Conventu Monteſiæ poteſt diſpenſari per Magiſtum, ibid.103
Novorum jurium, aut allegationum interpoſitio, an differat pronuntiationem, poſtquam ſententia eſt in poſſe ſcribæ, 8.9.34.& ſeq.
Nudum miniſterium quando limitetur conceſſum 6.5. 127
Nudum miniſterium committi poteſt inhabili, non verò incapaci, ibid.128

Index Rerum,

Nullitates ſententiæ in criminalibus quomodo proponantur, 8.9.82
Nullitates in criminalibus an producant effectum ſuſpenſivum, ibid.
Nullitates in criminalibus quando admittendæ ſint, ibid.43
Nullitas præcipua judicii provenit ex defectu juriſdictionis, 9.1.131
Nullitatis remedium infra decem dies adhibitum effectum ſuſpenſivum præſtat, ibid.167
Nullitatis remedium non eſt comperens ad meras interlocutiones, ibid.168. ſed ſæpius admitti ſolet, ibidem.
Nullitates frivolæ ſtatim *rejiciendæ* ſunt, ibid.169
Nullitates frivolæ & *improbabiles* non ſuſpendunt curſum fatalium, *ibid.*170
Nullitatum repulſa in cauſa inappellabili, appellationem non recipit, ibid.172
Nullitates allegatæ poſt tres, vel quinque dies forales, licet infra decem ab injunctione libelli cum primo decreto, vim dilatoriæ non habent, ibid.173
Nullitas procedens ex denegatione juramenti calumniæ quomodo capienda, 9.2.7
Nullitatis remedium adhiberi ſolet adverſus conceſſionem firmæ, vel contrafirmæ, 10.5.71
Nullitates ex eiſdem actis juſtificandæ ſunt, ibid.72
Nullitatis vitio laborat alienatio bonorum fideicommiſſi, ſi decretum deficit in juſtificatione cauſæ, 10.6.67
Nullitas ritualis deſpici ſolet, quando decretum vel ſententia juſtitia pollent, ibid.73
Nullitatis vitio laborat decretum datum abſque cauſæ cognitione, ibid.50
Nullitatum dictio ſuſpendit curſum fatalium niſi frivolæ & improbabiles ſint, 11.2.57.& ſeqq.
Nullitates calumnioſæ, frivolæ, vel improbabiles quæ dicantur, ibid.59
Nullitates non ſunt excluſæ per denegationem appellationis, ibid.160
Nullitas ex defectu juriſdictionis non tollitur ex ratihabitione Principis, 11.3.43
Nullitatis remedium non admittitur adverſus ſententiam latam cum votis Supremi, 11.4.54
Nullitatis remedium quare dicatur auxilium commune, 11.5.1.& ſeq.
Nullitatis mentio habetur in utroque jure, ibid.3
Nullitates dici ſolent vel per modum actionis, vel exceptionis, ibid.4.& 11
Nullitates dici ſolent, vel ſimul vel ſeorſim ab appellatione, ibid.5
Nullitates dici ſolent Valentiæ regulariter per modum exceptionis ad obtinendam revocationem ſententiæ, vel interlocutionis, ibid.6.& ſeq.
Nullitas dicta in appellatione ſeorſim proſequi poteſt, ſed unica ſententia terminandæ ſunt cum ea, ibid.8.& ſeq.
Nullitatis cauſa ſæpius introducitur coram judice *à quo* prout de jure fiebat, ibid.10
Nullitas quæ dicitur antequam ſententia tranſeat in judicatum per modum exceptionis eſt, ibid.12
Nullitatis dictio ad retractationem ſententiæ raro effectum producit, & quare, ibid.13
Nullitas dicta in appellatione devolvit cognitionem judici *ad quem*, quia ineſt & effectum ſuſpenſivum producit, ibid.& ſeq.
Nullitas dicta ſeorſim ab appellatione diſcutienda eſt coram judice, *à quo*, ibid.18
Nullitas dicta principaliter ad retractationem ſententiæ coram judice *à quo* diſcuti debet, ibid 19
Nullitas dicta ſeorſim ab appellatione non producit de jure effectum ſuſpenſivum, ſed in praxi Valentiæ ſic, licet perperam, ibid.21.& 26. cum ſeq.
Nullitas dicta præveniendo executionem an producat effectum ſuſpenſivum, ibid.23.& ſeq.
Nullitatis dictio denegata in Supremo, per ordinationes tam adverſus ſententias quam interlocutiones, ibid.28
Nullitates dictæ per modum exceptionis non admittunt probationem extrinſecam per teſtes neque dant effectum ſuſpenſivum, ibid.32.& ſeq.
Nullitas dicta intra decem dies datos ad appellandum à quo jure dimanat, ibid.33
Nullitas quo tempore dicenda, ibid.
Nullitas juxta foros dici non poteſt niſi in appellatione, ibid.40
Nullitas notoria ex actis ſuſpenſivum effectum producit, ibid.42.& 45
Nullitas requirens altiorem indaginem non dat effectum ſuſpenſivum ibid 43
Nullitas apparens ſtatim, quæ dicatur, ibid.44
Nullitas dicta in judicio executivo, induitur naturam ejus, ibid.46
Nullitatis dictæ per modum actionis diſcutio requirit judicium ordinarium, ibid.47.50.& 54
Nullitas dicta adverſus condemnationem comprehenditur in foro, ibid.48
Nullitas dicta per modum exceptionis ſummatim expedienda eſt, ibid.49
Nullitas non ſuſpendit ſententiam niſi quæ ex actis apparet, ibid.52
Nullitates per viam exceptionis ſolum admitti debent in quantum reſultant ex actis, ibid.55
Nullitates examinandæ ſunt per judicem antequam, admittantur, ibid.56
Nullitatis judicium admiſſum poſt decem dies ex quo monſtruoſa interlocutio reſultavit, ibid.57
Nullitas turbida non producit effectum ſuſpenſivum, ibid.58
Nullitas conſiſtens in recto prævalet rituali, ibidem 60
Nullitas ut reſultet ex injuſtitia evidens eſſe debet, ibid.61
Nullitas ritualis ſi ſententia juſta ſit non prodeſt, ibid. 62
Nullitas ritualis maximopere attendenda in his quorum ſubſtantia ex ritu pendet, ibid.63
Nullitates frivolæ, calumnioſæ, & improbabiles deſpiciendæ ſunt, ibid.64
Nullitas in dubio rejicienda eſt, ibid.66
Nullitatem allegans ſi ei cauſam dederit audiendus non eſt, ibid.67
Nullitatis exceptio non admittitur in judicio executivo pro tribus ſententiis conformibus inſtituto, 12.2.26 & 40
Nullitatis inſtrumenti exceptio an admittenda in executivis, ibid.42
Nullitatem inducit quicquid contra forum fit, 12.3 34
Nulla pinguior victima Deo mactari poteſt, quàm reus iniquus, 8.6.2
Numerus coadunatorum qualis eſſe debeat ad probationem commitivæ Bannitorum reprobatæ, 8.8.123
Numerus teſtium, vide *Teſtes*.
Nuntiare quid ſit, 8.6.2
Nuntii Apoſtolici poteſtas regulata ad mandatum, quod obtinet à Pontifice ſummo 7.1.107
Nuntii poteſtas incerta eſt in hoc ævo, ibid.108
Nuntio referente ſe de Judicis commiſſione citaſſe, an ſit credendum, 8.7.15
Nuptiarum intuitus non excuſat famulum cognoſcentem aut rapientem conjunctam domini, ibid.202
Nuptam rapiens tenetur pœna raptus, ibid.171
Nuptiarum qualitas delictum raptus aggravat, ibidem 172

Nuptiæ subsecutæ non excusant à pœna raptus, ibid. 183
Nuptiæ favoribus prosecutæ, quia sobolem legitimam præstant, 6. 5. 34. & 4. 5. 19
Nutritione corpora nostra moventur, 7. 3. 150. & seq.

O.

OBjectionum testium probatio, vide *Dilatio*, & *Probatio*.
Objectorum in testes probatio concludentissima esse debet, 9. 3. 2
Objectio testium de jure qualis, ibid. 3. & seq.
Objecta contra personas testium opponi possunt ante publicationem non verò contra attestationes, ibid. 16
Objectivæ materiæ dilatio, vide *Dilatio*.
Objectandi testes facultas pertinet ad naturalem defensionem, ibid. 19
Objectione proposita contra personam testis, judex non potest ad ulteriora procedere quin de ea cognoscat, ibid. 23
Objecta testium lapsa dilatione probari possunt per instrumenta, ibid. 41. & tunc testes in concomitantiam recipi possunt, ibid. 44
Objecta resultantia ex processu semper opponi possunt, ibid. 46 & seq.
Objectiva materia currit concessa dilatione, & copia attestationum per apparatum, ibid. 49
Oblatio libelli, sive *Oblata* per Scribam Regii Mandati apponi debet, 9. 1. 15
Oblata nullius momenti est, si libellus infra biduum non communicetur in Audientia publica, ibid. 16
Oblati Cœnobiorum an gaudeant privilegio fori Ecclesia stici, 7. 1. 187
Obligatio recitandi Horas Canonicas omnes Clericos comprehendit à jure, 7. 2. 34. & seq.
Obligationem recitandi in sacris initiato ad consuetudinem aliqui revocant, ibid. 47
Oblivio facile præsumi debet de facto antiquo, 9. 2. 74
Oblivio per Decennium inducitur, ibid. 77
Oblivio facilius præsumitur in persona plurimis curis, & negotiis occupata, ibid. 78
Oblivio facile suaderur in senectute gravatis, ibid. 79
Observantia optima legum interpres, 4. 2. 27
Observantia Senatus tempore cessationis exercitii, ibid. 36
Observantia subsecuta admittendi contentiones in quocumque dubio, plusquam centenaria probatur, 7. 1. 53
Observantia nostri Senatus quoad citationem ad bancum Regium, ibid. 195
Observantia regaliæ cognoscendi de exemptis, ibidem 105
Observantia Senatus quoad executionem injunctionum monitorii pœnalis, ibid. 225
Observantiam per vetustam cognoscendi de contentionibus suscitatis cum Bajulo generali, obtinet Advocatus Fisci, 7. 5. 18
Observantia gravissimorum virorum quoad transmissionem, sive denuntiationem in omni crimine, ob quod pœna corporalis debeatur, nisi per forum expressè interdicatur, 8. 1. 44
Observantia Senatus denegandi copiam judiciorum testi torquendo, 8. 2. 54
Observantia Theologorum in consulendis reis ad proprias confessiones, 8. 4. 11
Observantia subsecuta relationis majoralium artis Notariæ in causis inquisitis per Senatum, 8. 5. 3
Observantia Senatus quoad citationem in causa contumaciæ domo rei dituta, vel demolita, 8. 7. 48
Observantia Senatus quoad pœnam ordinariam imponendam marito occidenti uxorem adulteram ex intervallo, 8. 8. 64
Observantia Senatus quoad coërcitionem concubinatus soluti cum soluta, ibid. 185
Observantia Senatus quoad fidem testium, quibus objicitur paupertas, ibid. 228
Observantia Senatus, quoad fidem fœminarum, quæ in testes producuntur in causis criminum, ibid. 252
Observantia Senatus quoad prorogationem jurisdictionis in criminalibus, ibid. 270
Observantia nominandi seniores adjunctos ad causas criminales Ordinis Montesiæ, 7. 4. 37
Observantia Senatus quoad correctionem sententiæ post publicationem, 8. 9. 29
Observantia Senatus quoad tempus pronuntiandi, atque jus dicendi, ibid. 44
Obstetrices probant corpus criminis stupri, 8. 2. 20
Obstetrices sæpè falluntur, ibid. 21
Obtinens in prima instantia legitimam causam habet litigandi in secunda, 11. 2. 224
Ocularis inspectionis probatio admittitur post conclusionem causæ, 9. 2. 238
Ocularis inspectio habet locum in materia objectiva, 9. 3. 63
Occidens Principem, parricidium vere patrat, 2. 1. 107
Occupatio temporalitatum à Sede Apostolica approbata, 7. 1. 112
Oeconomica, & politica, specie differunt, 2. 1. 61
Oeconomicæ potestatis virtute, quæ fiant per Prorege, ibid. 66
Oeconomiam imitatur Principatus, ibid. 62
Offensi consensus an requiratur ad indultum criminis, 2. 2. 93
Offerenti cautionem olim mandatum de manutenendo dabatur, etiam non probata possessione, 10. 5. 61
Offerendi bona immobilia facultas conceditur creditori, si debitor deficit in bonis mobilibus, 12. 3. 29
Officium tacite prorogatur, dum non mittitur successor, 2. 1. 42
Officium nunquam extinguitur, donec successor pervenerit, ibid. 43
Officium non dicitur novum, ex continuatione ob non adventum successoris, sed veteris extensio, ibid. 44
Officium unum quodque, *vide sub proprio nomine*.
Officia plures ambiunt, quibus denegari debent, 2. 2. 72
Officia mechanica exercentes in spectantibus ad officia, non utuntur privilegio fori monetariis concesso, 2. 6. 19
Officia Generalitatis non possunt conferri nisi naturalibus, 3. 3. 28
Officia spectantia ad Brachium Ecclesiasticum, quo pacto conferantur exteris, ibid. 30
Officia urbana in Corona Aragonum sunt valde diversa, ab officiis civitatum Castellæ, 4. 1. 1
Officia urbana Valentiæ, ibid. 2
Officii Justitiæ origo, & natura, ibid. 3. & 10
Officii Justitiæ divisio, ibid. 4
Officii Justitiæ electio antiqua, & nova, ibid. 7
Officii Jurati origo, & natura, ibid. 12
Officium Juratorum, electiones antiquæ, & neotericæ, ibid. 13
Officium Ædilis, & ejus electio, ibid. 18
Officia urbana annalia sunt, ibid.
Officium Rationalis triennale est, ibid.
Officium Syndicorum olim perpetuum unum, hodie duobus divisum, & ad triennium, ibid. 19
Officii Rationalis electio antiqua, & nova, ibid. 20
Officii Syndicorum electio, vide verbo *Syndicus*.

Index Rerum,

Officium proxenetæ, vide verbo *Proxeneta.*
Officia vendere, Principi reservatum est, 4. 2. 46
Officia urbana plurima, 4. 3. 41
Officium Rectoris Universitatis, vel Scholæ, vide verbo *Rector.*
Officium expirat, si tempus ad quod fit electio, transeat durante lite, 4. 4. 20
Officii salarium debetur à litigante, si electus obtinere debuit, quando facto ipsius tempus labitur, ibid. 21
Officia majora Urbis non conferuntur nisi Militibus, aut Civibus honoratis, 4. 5. 1
Officii privatio est pœna, ibid. 6
Officiorum Urbis impedimenta, vide verbo *Impedimenta.*
Officium actu obtinens non admittitur ad concursum, 4. 8. 13
Officia infima *plura* in Urbe, 4. 10. 20
Officiales Regii, Inquisitionis, & perpetui ipsius Urbis, arcentur ab honoribus per sortem tribuendis, 4. 8. 10
Officiales ad cursum publicum destinati, ad quid teneantur, 4. 11. 61
Officiales Baronis an revocati possint ab ipso, 6. 5. 45
Officialis iniquam sententiam ferens consilio Assessoris necessarii, non tenetur, ibid. 68
Officialis male judicans de consilio Assessoris ab ipso assumpti, tenetur, quia malè eligit, ibid. 69
Officialis, an teneatur Assessorem exhibere, ibid. 70
Officialis an præcipere possit Locumtenenti, vel Assessori, vel eos punire, ibid. 84
Officium Regentis Cancellariam gerens, non convocatur ad contentiones jurisdictionis, 7. 1. 128
Officium legationis, Ecclesiasticis injunctum, in quo consistat, 7. 2. 32
Officiales titulati sancti Officii comprehenduntur in concordatis, 7. 3. 28
Officium sanctæ Inquisitionis, vide *Inquisitio*, & *Inquisitores.*
Officia circuli æquatoris, ibid. 202. & seq.
Officia Ordinis Montesiæ qui possideant, 7. 4. 25
Officiales inferiores familiæ patrare solent crimina Barataria concussionis, & similia, 8. 8. 27
Officialis opem præstans delinquenti post delictum, qua pœna puniatur, ibid. 95
Officialis gravius cæteris peccat criminoso auxiliando, ibid. 97
Officialis graviter delinquit, quando criminosos associat, ut crimen occultetur, & probationes pereant, ibid. 99
Officiales pretio corrupti pœna arbitraria plectuntur, ibid. 100
Officiales opem præstantes Bannitis, quibus pœnis subjiciantur, ibid. 101
Officii jure, Abbatissa, vel Priorissa potest habere collationem beneficiorum, 7. 4. 163
Officium judicis implorare, non est idem ac de officio judicem procedere, 10. 5. 44
Operarii murorum, & vallorum, vide verb. *Curatores operum publicorum.*
Onera realia & vicinalia, quæ sint juxta foros, 2. 5. 106
Opificum mercedes in Audientia verbali peti possunt, 10. 3. 38
Opinio quælibet sufficit ad vitandam labem perjurii, 8. 2. 26
Opinio in provincia recepta omnino sequi debet, 8. 8. 213
Oppidi reædificatio permissa est, si semel, atque iterum diruatur 6. 2. 36
Oppidorum constructio est permissa, etiamsi redundet in damnum domini meri imperii, vel directi, ibid. 38
Oppositio tertii si credititia sit, sive jure crediri nixa non suspendit executionem, 10. 3. 37
Oppositio tertii proprietaria, sive jura proprietatis & domini deducentis, suspendit executionem donec summatim de ea cognoscatur, ibid. 38
Oppressi quomodo succurrantur per viam violentiæ, vide *Recursus.*
Orcelis Diœcesis quo pacto adquisita, tradita, & recuperata, cum decimis fuit, ibid. 91
Ordinis Beatæ Mariæ de Montesa vox in Brachio Ecclesiastico, 3. 1. 45
Ordinis Cistercienses voces, ibid.
Ordinis Calatravæ vox, ibid.
Ordinis Divi Ioannis Hierosolimitani vox, ibid.
Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede vox, ibid.
Ordinis Divi Iacobi vox, ibid.
Ordinis sancti Hieronymi vox, ibid.
Ordinis Cartusiensis vox, ibid.
Ordinis Alcantaræ vox, ibid.
Ordinationum concessarum per Juratos officiis mechanicis, causæ non pertinent ad Juratos privativè, 4. 3. 38
Ordinanti, non exequenti tribuitur, actus, 6. 5. 114
Ordinarii Ecclesiastici qualiter contendant cum Regia jurisdictione, 7. 1. 1
Ordinaria jurisdictio Ecclesiæ per quos administretur in Regno, ibid. 5
Ordinarii inferiores Regiam jurisdictionem gerentes possunt contentionem suscitare juxta concordiam, ibid. 216. & seq.
Ordinarii non possunt procedere ad occupationem temporalitatum, ibid. 218
Ordinaria pœna, vide *Pœna.*
Ordinati sacris Ordinibus tenentur, virtute Religionis, recitare divinum Officium, 7. 2. 40
Ordo an sit tonsura, 7. 2. 9. & seq.
Ordines minores comprehenduntur sub nomine Lectoris, ibid. 21
Ordo sacer privilegii fori naturam non mutat, sed irrevocabilem constituit, ibid. 25
Ordo Subdiaconatus, effectus fuit sacer, ex irrevocabili dedicatione Ecclesiæ per votum, ibid. 44
Ordines minores omnes comprehenduntur sub dispensatione defectu natalium, ibid. 60
Ordo Templariorum, vide *Templarii.*
Ordo Montesiæ, vide *Montesia.*
Ordo Divi Georgii de Alfama, ejusque origo, & confirmatio, 7. 4. 9. & seq.
Ordinis Calatravæ privilegia concessa Montesiæ, ibid. 12. 59. 87
Ordinis perpetua administratio, vide *Administratio.*
Ordinis Cistercienses exemptio à jurisdictione Ordinarii, 4. 7. 86
Ordinis Calatravæ exemptio, ibid. 7. 4. 86
Ordinis Montesiæ, 4. 7. 87
Ordines Militares omnes obtinent jurisdictionem spiritualem, & per suos eam administrant, ibid. 88
Ordinis Cistercienses unio, & incorporatio cum Ordine Montesiæ, an facta fuerit, ibidem 79. & seq.
Ordinis sacri qualitas, an requiratur jure naturali, vel divino, ad Prælaturam Regularium, ibid. 151
Ordinis sacerdotalis incapacitas, an influat incapacitatem jurisdictionis spiritualis, ibid. 152
Ordines Regulares habent jurisdictionem spiritualem, & ab ipsis in Prælatos dimanat, ibid. 112
Ordinarium judicium, vide, *Causa.*
Ordinarius Judex, vide *Judex.*
Ordo juris in executione servandus est, 12. 3. 16
Ordo sententiæ servandus, 12. 1. 106
Organa corporea quo pacto deserviant voluntati, 7. 3. 109

Origo Valentinorum , 8. 10. 13
Orizontis realis conſtitutio , 7. 3. 196
Ornatus exceſſus quæ mala pariat , 2. 1. 87
Oropeſiæ Comes , vide *Comes.*
Orozius celebris Scriptor laudatur , 10. 5. 105
Orphanorum pater de quibus curet in Urbe , 2. 6. 30
Orphanorum pater non eſt propriè judex , ſed Curator, ibid. 31
Orphani qui dicantur , ibid. 32

P.

PActa dotalia vel nuptialia , vide *Inſtrumentum.*
Pacta executiva non egrediuntur perſonas contentas in inſtrumento , 12. 2. 76
Pacto fieri poteſt quod detur executio rigida & privilegiata incipiendo à captione pignorum , 12. 3. 3
Palatia Principum refugia eſſe ſolent delinquentium, 8. 3. 20
Palentiæ Sanctus Dominicus an literis operam dediſſet , 4. 3. 81
Palentina Schola conſtructa anno 1209. ibid. 82
Palmarium victoriæ , vide *Advocatus.*
Papa , vide *Pontifex.*
Papa laicis concedere poteſt juriſdictionem limitatam in Clericos , 7. 2. 3
Papa eſt fons perennis , à quo profluit tota juriſdictio ſpiritualis , 7. 4. 83
Papa eſt Paſtor omnium fidelium , ibid. 83
Papæ auctoritas requiritur ad unionem duorum Ordinum Regularium , ibid. 143
Papinianus Juriſconſultus Aſſeſſores habuit in Prætura , 6. 5. 22
Pararius , vide *Proxeneta.*
Parentes duodecim filiorum exempti ſunt à jure , à præſtationibus , & oneribus , 4. 6. 26
Parentes duodecim filiorum ob exemptionem jurium, non excluduntur ab honoribus , ibid. 30
Parentes duodecim filiorum ob exemptionem non declinabunt à regiminis recta via , ibid. 41
Parentes plus in filiis terrentur , quàm in ſe ipſis , & ratio , ibid. 42
Parhippi qui dicantur , 4. 11. 60
Parlamenti differentia à Curia , 3. 1. 35
Parochi qui ſint , 4. 11. 54
Parochi habent juriſdictionem ordinariam ſpiritualem , tanquam coadjutores Epiſcoporum , in ſua Parochia , ibid. 84
Partis privatæ conſenſus an requiratur ad validitatem indulti criminis à Prorege , vel ab alio Magiſtratu conceſſi , 2. 1. 93
Partis privatæ , & Fiſci cauſa non differt quoad rerum poſt publicationem proceſſus , 8. 6. 44
Partis rei furatæ inventio , vide *Inventio.*
Partis conſenſus non tribuit juriſdictionem non habenti , 8. 8. 272
Partes ſi deficiant in petendo , deficiunt remedia abreviandi lites , 9. 1. 153. deſidia laborant , 11. 3. 67
Pater poteſt remittere offenſam filio factam ſine conſenſu illius , 2. 1. 105
Pater orphanorum , vide. *Orphani.*
Pater quinque filiorum à muneribus publicis excuſatur , 4. 6. 40
Pater torquendus eſt prius, quàm filius , ſi ambo initiati de crimine reperiantur , & quare , ibid. 44
Patris corporis , filius eſt pars , ibid. 46
Pater , & filius faciliter in eandem ſententiam coëunt, 4. 8. 12
Pater & filius adinvicem impediuntur in officiis ejuſdem cœtus , ibid. 21
Patre exiſtente Syndico , an filius poſſit eſſe Juratus , vel è contra , ibid. 24
Patrimoniales cauſæ non ſunt evocabiles , nec ad recognoſcendum , 2. 2. 51. & 2. 4. 19
Patrimoniale Conſilium , ſive ut apud nos dicitur *Junta patrimonial* , ibid. 34
Patrimonii Regii Advocatus de quibus curare debet, 2. 2. 196
Patrimonialis Procurator admittitur in Conſilio Patrimoniali , 2. 4. 34
Patronus Fiſci , vide *Advocatus Fiſci.*
Patroni conſenſus requiritur , ad unionem Eccleſiarum de jure patronatus , 8. 8. 377
Patrum Eccleſiæ ſcripta , deducta in decreto Gratiani, quam auctoritatem habeant , 7. 1. 65
Patrum Eccleſiæ teſtimonia in Aſtrologos , 7. 3. 53. & pro Aſtrologis , ibid. 76. cum ſeq.
Paſcuorum pulchra materia , 5. 1. 1
Paſcendi pecora labor ad otium accedit , ibid. 2
Paſcendi exercitium utile , ibid. 4
Paſcendi jus conceſſum in toto Regno incolis Urbis Valentiæ , & aliorum oppidorum , ibid. 8
Paſcendi jus non comprehendit jus aquandi , niſi expreſsè dicatur , ibid. 9
Paſcendi ſervitus impoſita ad favorem Urbis in bonis Eccleſiaſticis , ibid. 20
Paſcendi , & aquandi ſervitutes reales ſunt , & quare, ibid. 26
Paſcua ad univerſitatem ſpectant , ibid. 10
Paſcuorum uſus , & utilitas ad ſingulos de univerſitate, ibid. 11
Paſcuorum conceſſionis ratio , ibid. 15
Paſcuorum uſus non poteſt auferri incolis oppidi per dominum , neque per Rectores ejuſdem , 5. 2. 11
Paſcere gregem in locis irriguis termini Urbis , qui appellantur *la horta de Valencia* , prohibitum eſt , 5. 4. 5
Paſtores optimorum Principum ſymbolum , 5. 1. 6
Paſtor fuit Chriſtus Dominus , David , Moyſes , & alii, ibid.
Pauperum tutela commendata eſt Juſtitiæ in civilibus, 4. 2. 44
Pauper non poteſt ſe ipſum eligere in re tribuenda pauperibus , ibid. 47
Pauperum languentium cura gratiſſima Deo , 4. 3. 130
Paupertas an diminuat fidem teſtium , 7. 3. 218
Paupertas potius reperitur apud probos , quàm apud pravos , ibid. 222
Paupertatis miſerabilis conditio , & tamen à prudentioribus colitur , ibid. 223
Pauper indicium latrocinii , & perjurii ; divitiæ negationis Dei , ibid. 225
Pauperes deponentes pro Fiſco integræ fidei ſunt , & quare , ibid. 227
Paupertatis votum circa materiam valde diverſificatur in religionibus , 7. 4. 47
Pauperibus fatalia non currunt , 11. 2. 234
Pauper non habens fidejuſſorem admittitur cum juratoria cautione , ibid. 73. & ſeq. & 10. 5. 221
Peculatus crimen an patretur per Birroarios pecunias extorquentes , 8. 8. 24
Peculatus crimen gravius ex furto , ibid. 25
Pecunia eſt vita,& ſanguis hominum , 4. 6. 48
Pecuniaria pœna , vide *Pœna.*
Pedaticum , vel *Peatge* quid ſit , 5. 3. 32
Pendente contentione nihil eſt innovandum, 7. 1. 29
Penſiones cenſuum , vide *Redditus.*
Percuſſionis ignominioſæ pœna irremiſſibilis eſt reſpectu Gubernatoris , & juſtitiæ , 4. 2. 21
Percuſſio cum re ſordida in facie, eſt crimen contentum in Bulla Julii Tertii , 7. 2. in text.

Peremptio inſtantiæ, vide *Inſtantiæ.*
Perhorreſcentiæ exceptio eſt ſpecies recuſationis, 9. 1. 216
Perhorreſcentia quomodo procedat in Regno Valentiæ, ibid. 217
Perhorreſentia habet locum in civilibus, ibid. 218
Perhorreſcentia Valentiæ non probatur per juramentum allegantis, ſed per legitimas probationes, ibid.
Perhorreſcentia non alleganda contra Judices Superiores, ibid. 219
Perhorreſcentiæ cauſa probata, lis evocanda ad tribunal Principis, ibid. 220
Perhorreſcentia non poteſt allegari per vaſallos Nobilium, ibid. 221
Perhorreſcentia loci judicii admittenda eſt, ibidem 223
Periti debent eſſe deponentes de corpore delicti in crimine veneni, 8. 2. 18
Peritorum in arte, eſt relatio Juratorum & Majoralium artis Notarii, 8. 5. 13
Periti in arte, teſtes reputantur, ibid. 21
Peritorum in arte relatio, judicio in aliquibus aſſimilatur, ibid. 22
Peritorum relatio eſt ſpecies probationis, ibidem 23
Periti deponentes de ſpectantibus ad artem, quam profitentur, plenè probant, ibid. 25
Peritorum dicta injuſta corrigenda ſunt per Judicem, ibid. 27
Peritorum judicium omitti poteſt ex notorietate, licet ſtatuto caveatur quod non judicetur ſine peritis, ibid. 29
Peritorum relationes non excluduntur ex publicatione atteſtationum, 9. 2. 240
Periti qui adhibentur in ocularibus inſpectionibus teſtes non ſunt, 12. 2. 32
Perpetuum impedimentum rei diem judicii differre nequit, 8. 5. 39
Perpetuario inſtantiæ ad quod tempus extendatur, 12. 1. 81
Perſecutio Bannitorum, 8. 10. 35. & 39. & ſection. 3. per tot.
Perſonæ communes eligendæ ſunt ad dubia juriſdictionalia terminanda, & quales, 7. 1. 10
Peſtis, vide *Contagio, Epidemia.*
Petitorii meritis in poſſeſſorio deductis, quamquam limitative ad corroborandam poſſeſſionem, qui potiora jura oſtendit ad petitorium obtinebit in poſſeſſorio, 10. 5. 156
Petitorium agens non videtur poſſidere, ibidem 183
B. Petrus, vide *Eccleſiaſticæ dignitates.*
B. Petrus ad abolendam idolorum memoriam quæ fecerit, 9. 2. 48
Philoſophia Senatoris, qualis eſſe debeat, 4. 2. 112
Philoſophia cognita in Hiſpania, antequam in Græcia, vide *Hiſpania.*
Philoſophia culta tempore Agarenorum, ibid.
Philoſophiæ præcepta antiquitus ſub fabulis tradebantur, 7. 3. 212
Philoſophi antiqui conſtituti fuerunt à Deo præceptores gentium, ad res naturæ, & morales, ibid. 228
Philoſophi Aſtrologi plures, ibid. 233
Phiſiognomia mala inquiſiti, indicium facit in eum, 8. 10. 97
Pietas Conſiliarii, vide verb. *Senator.*
Pietas vera quid ſit, 2. 2. 84
Phlegmatici, & melancholici non ſunt habiles ad Senatoriam dignitatem, ibid. 141
Plagii crimen continetur in bulla Julii Tertii, 7. 2 in text.
Pluralitas criminum aggravat pœnam, 8. 8. 25
Plures concurrentes in homicidio voluntario, an omnes teneantur, ibid. 73
Plures concurrentes in homicidio deliberate patrato, omnes tenentur, ibid. 77
Plures concurrentes in homicidio patrato in rixa, non tenentur, niſi quilibet de eo, quod fecit, ibidem, 73
Plures linguæ in Hiſpania olim, & nunc vigent, 8. 9. 4
Pluribus vocatis ad idem judicium omnes citare oportet, ſed cogendi convenire in unum vel duos procuratores, 9. 1. 73
Pœna impoſita à jure divino, vel naturali remitti nequit à Principe ſine offenſi conſenſu, 2. 1. 102
Explicatur, ibid. 108
Pœnæ omnes juſta cauſa interveniente, remitti poſſunt, ibid. 109
Pœna remigii temporalis, exilii perpetui, vel verberum, an imponi poſſit per dominos Alfonſinæ, vide *Dominus*, & *Juriſdictio.*
Pœnæ querelarum damni dati ex paſcuis, continentur intra limites poteſtatis Juſtitiæ tercentorum ſolidorum, ſive Subjuſtitiæ, 5. 4. 4
Pœnæ & remedia prætoria in Eccleſiaſticos contumaces, 7. 1. 209
Pœnæ iſtæ ſunt effectus contumaciæ, ibid. 222
Pœna ſine crimine nunquam infligitur, 8. 2. 5
Pœna convicti, & confeſſi, an poſſit imponi reo reſpondere recuſanti, 8. 4. 17
Pœna ſimplicis furti quæ ſit, juxta foros, 8. 8. 13
Pœna magni furti qualis, ibid. & 17
Pœna extra ordinem impoſita ob crimen furti ex defectu probationis, reus nequit condemnari ad reſtitutionem rei ablatæ, ibid. 21
Pœna falſi an debeatur ſi falſitas nociva non fuit, ibid. 32
Pœna falſi imponenda eſt non ſecuto effectu quando falſitas eſt apta nocere, & lex ſolum conſiderat factum, ibid. 34
Pœna conficientis inſtrumenta de re vere geſta cum notarius non ſit, ibid. 36
Pœna regulariter in homicidio eſt capitalis, ibidem 37
Pœna homicidii rixoſi, ibid. 39
Pœna homicidii voluntarii, ibid. 40
Pœna homicidii patrati ad propriam defenſionem, ibid. 41
Pœna homicidii qualiter imponenda, ibid. 42
Pœna homicidii rixoſi regulari debet juxta juris regulas, reſpectivè ad forum, ibid. 48
Pœna pecuniaria homicidii cui applicari debeat, ibid. 53
Pœna ſuperaddita noſtro jure necanti Clericum, ibid. 57 & ſeq.
Pœna homicidii an teneatur maritus uxorem necans in adulterio deprehenſam, ibid. 62. & ſeq.
Pœna homicidii deliberati tenentur omnes concurrentes, ibid. 71
Pœna homicidii rixoſi an comprehendat omnes, ſi plures ſint, ibid. 73
Pœna imponenda auxiliatoribus delinquentis, arbitraria eſt, ſed extendi poteſt uſque ad capitalem, ibid. 98 & ſeq.
Pœna officialis opem præſtantis Bannitis, ibidem 101
Pœna criminis beneficii, ibid. 106. & ſeq.
Pœna aggreſſionis alieni habitaculi animo damnificandi, apud nos *Combatiment de Alberch*, ibid. 116. & ſeq.
Pœna capitalis debetur ex leviſſimo damno in ſimili aggreſſione, ibid. 119

Pœna coadunatorum, vulgò *aquadrillas*, in committiva reprobata Bannitorum, ibid. 114
Pœna explosionis tormenti manualis sive sclopi, ibid. 140
Pœna explosionis debetur, etiam non secuto damno, ibid. 141
Pœna pecuniaria non imponitur ratione explosionis, sed delationis ad malos usus, ibidem 146. & seq.
Pœna corporalis delationis ad malos usus an absorbeatur in pœna explosionis, ibid. 148
Pœna pragmaticæ delationis armorum ignis, an comprehendat associantes, & quomodo, ibidem, 149
Pœna corporalis & pecuniaria, an debeatur in solidum in criminibus, ibid. 151
Pœna pecuniaria criminis per plures patrati, non debetur in solidum, sed uno solvente cæteri liberantur juxta nostros foros, ibid. 156. & seq.
Pœna famuli cognoscentis conjunctam domini, ibid. 161 & seq.
Pœna raptus juxta foros, ibid. 169
Pœna raptus tenetur rapiens ruptam, ibid. 171
Pœna rapientis Monialem, ibid.
Pœna confiscationis an imponi possit quando extra ordinem in corpore plectitur, ibid. 176
Pœna corporalis levior, gravior est quacumque pecuniaria, ibid. 177
Pœna duplex ab statuto imposita copulativè, æqualiter debet imponi, ibid. 178
Pœna corporali non imposita, neque pœna confiscationis imponenda venit, ibid. 179
Pœna raptus non vitatur ob assertionem fœminæ raptæ, de consensu ipsius raptam asserentis, ibidem 181
Pœna raptus non vitatur ob nuptias subsecutas inter rapientem, & raptam, ibid. 183
Pœna mariti permittentis adulterium uxoris, ibidem 195
Pœna adulterii in marito, ibid.
Pœna receptantium Bannitos, & illis quoquo modo opem præstantium, ibid. 133
Pœna imposita per Magistrum Montesiæ, seu ejus Locumtenentem adimplere debent omnes Ordinis, ibid. 7. 4. 105
Pœna criminis si pecuniaria sit, causa intra biduum expediri debet, 8. 9. 52
Pœna corporalis si sit, causa expediri debet intra quadraginta dies, ibid. 53
Pœna quibus in casibus imponi possit sine processu, ibid. 64. & seq
Pœna fustigationis regulariter imponi nequit, absque processu, ibid. 78
Pœna capitalis imposita Militari, non exequitur, quin consulatur Regia Majestas cum transmissione processus, ibid. 90
Pœna capitalis quomodo exequatur, ibid. 106
Pœna pecuniaria quomodo exequatur, ibid. 113
Pœnæ pecuniariæ executio an fieri possit contra hæredes defuncti, ibid. 117
Pœna pecuniaria an exigi possit ex bonis sitis extra territorium pronuntiantis, vel extra Provinciam, ibid. 120. & seq.
Pœna vinculum validius est deterrens homines à maleficiis, 8. 10. 27
Pœna confiscationis, vide *Confiscatio.*
Pœna neminem damnat, sed maleficium, 8. 10. 168
Pœna non à voluntate impellente, sed à necessitate compellente imponitur, ibid. 169
Pœnales dispositiones non admittunt interpretationem extensivam, 8. 8. 122
Pœna contumacis, nempe mittendi actorem in possessione bonorum eis in usu non est, 9. 1. 45
Pœna nolentis præstare juramentum calumniæ, 9. 2. 11
Pœna postulantis dilationem ad partes longinquas si nihil probaverit, ibid. 201
Pœna quarti, vide *Quarti.*
Poëtarum dicta in Astrologos, 7. 3. 95
Polares circuli quo pacto considerantur in Astronomia, 7. 3. 194
Politica, & œconomia specie differunt inter se, 2. 1. 61
Ponderis, & mensuræ fraudes persequuntur per Ædilem, vide verb. *Ædilis.*
Ponderis, & mensuræ fraudum cognitio, non spectat ad Magistrum, & Alcadios domus monetæ in monetarios, 2. 6. 21
Pontificum decreta in Astrologos, 7. 3. 51
Pontifex an possit dispensare religioso votum castitatis, in eodem statu permanenti, 7. 4. 43
Pontificum decreta, vel rescripta contenta in libro decreti Gratiani, quam auctoritatem obtineant, 7. 1. 65
Pontifex, non est credendum quod velit destruere ea quæ conservare intendit, 7. 4. 53
Pontifex, vide *Papa.*
Populus an repræsentetur per Juratos, vel per Consilium generale, vide verb. *Juratus, & Consilium generale.*
Populi pueritiam imitantur, 2. 1. 86
Populus honeste oblectandus, ibid.
Populi tristitia cogitationes adversus Principem, vel Magistratus excitat, ibid. 87
Populi studia panis, & circenses, ibid.
Possessio nulla quæri potest in Regalibus contra Principem, 6. 1. 7
Possessio immemorialis probat titulum, ibid. 20. & 21 & vide verbo *Immemorialis.*
Possessionis nomine non venit immemorialis, nisi exprimatur, 6. 1. 24
Possessio cui jus resistit, non est manutenibilis, ibidem 35
Possessio de facto occupata contra Principem, de facto interrumpi potest, ibid. 36
Possessio interrumpi debet à fisco audita parte, licet summarissimè, ibid. 38
Possessio titulata non est admissibilis, nisi in quantum titulo conformatur, ibid. 41
Possidens Baroniam jure pignoris, utitur jurisdictione, ibid. 113
Possidens Baroniæ usumfructum non utitur jurisdictione, ibid.
Possessio jurisdictionis, seu quasi, quomodo probetur, 7. 4. 107
Possessionis factum merum de re Ecclesiastica cognosci valet per Regiam Audientiam, & cæteros laicos, 9. 2. 57
Possessorium summarissimum, vide *firma juris.*
Possessionem allegans reus esse desiderat, 10. 5. 47
Possessionem non habens nec potest firmare de jure, nec contrafirmare, ibid. 62. & 70
Possessoriæ causæ leviores probationes requirunt, ibid. 85
Possessor injustus, illegitimus, & illicitus quando manutenendus, ibid. 123
Possidere vi quis dicatur, ibid. 127
Possidere clam quis dicatur, ibid. 128
Possidere precario quis dicatur, ibid. 132
Possessio in successorem vi legis plerumque transfertur, ibid. 129
Possessio translata vi legis qualis dicatur, ibid. 130
Possessio translata vi legis manutenibilis est contra detinentem naturalem quia ei debentur omnia remedia possessoria, ibid. 131
Possessionis vitia respectu extraneorum à causa fere nunquam in judicio deducuntur, ibid. 133

Poſſeſſio infecta ab initio apprehenſionis manutenibilis non eſt, ibid. 135
Poſſeſſio improba non eſt manutenibilis in ſupremis Tribunalibus, ibid. 136
Poſſeſſio turbida, intricata, vel obſcura non eſt manutenibilis, ibid. 139
Poſſeſſione turbida effecta ſubintrandum eſt in cognitione meritorum, ibid. 140
Poſſeſſio turbida quæ dicatur, ibid. 141
Poſſeſſio infecta manet per quancumque contradictionem ante perfectionem actus, ibid. 142
Poſſeſſio manutenibilis non adquiritur per actum auctoritate propria geſtum de quo adverſarius ſimul atque notitiam habuit, conquæritur indicialiter, ibid. 143
Poſſeſſionis factum non ſufficit ad manutentionem ſi habet admixtam cauſam proprietatis, ibid. 144
Poſſeſſio quando dicatur habere admixtam cauſam proprietatis, ibid. 145
Poſſeſſoria cauſa coram laico de re Eccleſiaſtica introducta, poterit laicus guſtare merita proprietatis, non ut de proprietate judicet, ſed ut melius de poſſeſſione judicium proferat, ibid. 146
Poſſeſſio ſæpe pendet à titulo, & proprietate, ibid. 157
Poſſeſſorius actus liti cauſam præbens non eſt manutenibilis, ibid. 164
Poſſeſſio habens contra ſe vehementem reſiſtentiam juris non eſt manutenibilis, niſi colorato titulo juvetur, ibid. 168. cum ſeq.
Poſſeſſorio judicio renuncians confitetur ſe non eſſe in poſſeſſione, ibid. 181
Poſſeſſorio judicio tantum ab utraque parte inſtructo, ceſſat ratio cumulandi petitorium, ex tituli editione deſumpta, ibid. 180
Poſſeſſionem amittens ex proprio facto manutenendus non eſt, ibid. 185
Poſſeſſorium ſummariſſimum juris firmæ an poſſit cumulari cum petitorio, ibid. 173
Poſſeſſio probata coram ſuperiore inhibente revalidat manutentionem conceſſam à judice inhibito, ibid. 192
Poſſeſſionem non habere confitens perperam poſtulat manutentionem, ibid. 195
Poſſeſſio jure familiaritatis non eſt manutenibilis, nec poſſeſſio dici poteſt, ibid. 197
Poſſidens jure pignoris conſervat poſſeſſionem quamvis patiatur dominum poſſidere jure proprietatis, ibid. 200
Poſſeſſionem pignorum dotalium vidua relinquens filio, reſervata ſibi aliqua pars annua, non cenſetur amiſiſſe, ibid. 198
Poſſeſſio poteſt eſſe penes duos in ſolidum, diverſis reſpectibus, ibid. 203
Poſitionum libellus, vide *Libellus*.
Poſitiones ſuperfluæ, & impertinentes ad cauſam rejiciendæ ſunt, 9.2.26
Poſitiones an fieri poſſint in cauſa ſummaria, completa dilatione, 10.2.46
Potentes eligi nequeunt Familiares ſancti Officii Inquiſitionis, 7.3.41
Potentiæ an moveri poſſint ab influxu cœleſtium corporum, ibid. 77
Poteſtas Principis, vide *Princeps*.
Poteſtatem obtinens ad nudum miniſterium delegandi an debeat habere qualitates ad officium requiſitas in delegante, & delegato, 6.5.124
Poteſtatis Principis abdicatio cedit in damnum Reipublicæ, & non venit in conceſſione generali, quia eſt ex ſupremis regalibus, 5.3.64
Poteſtas removendi violentiam Principem ſpectat, jure divino, naturali, & Pontificio, 7.1.60
Poteſtas removendi violentiam ſpectat ad Regem, & ſic nemo poteſt ea uti ſuo nomine, niſi quatenus ab eo concedatur, ibid. 105
Poteſtas removendi violentiam extenditur ad procedimenta Nuntii Apoſtolici, ibid. 109
Poteſtas deponendi è præbendis & beneficiis reſidet penes Magiſtrum Montesi, 7.4.106
Pragmaticæ ſanctiones & edicta, à quo tempore robur obtineant, 2.2.52
Pragmaticæ vide *Prorex*, & *Senatus*.
Pragmaticæ fieri poſſunt, quibus pœna ex mero officio Judicis exigi valeat, 8.1.45
Pragmaticæ armorum ignis, pœnæ, vide *Pœna*.
Pragmaticæ ſanctiones de recuſatione Judicum Regiæ Audientiæ & Supremi in pluribus congruunt cum legibus recopilationis de materia tractantibus, 9. 1. 212
Pragmatica ſanctio de nullitatibus promulgata *anno* 1624. ſaluberrimam diſpoſitionem continet, foris conformem, ſed an in uſu ſit, dubitatur, 11.5.35. & ſeq.
Prata & defeſias conſtituere in fundis propriis poſſunt domini ipſorum prædiorum, 5.2.14
Prata & defeſias conſtituere in terminis oppidorum poſſunt domini, cum facultate Regia, & abſque tertii injuria, ibid. 15
Prava qualitas inquiſiti, præſumptio eſt animi doloſi & deliberati, 8.8.79
Praxis ſcientiæ legalis, vide *Senator*.
Praxis ſcientiæ legalis qualis requiratur in Aſſeſſore ordinarii, 6.5.99
Praxis contentionum juxta concordiam Reginæ Elionoris, 7.1.114
Praxis ſuſcitandi conferentias cum Inquiſitoribus, 7.3.14
Praxis procedendi cum Inquiſitore renuente, ibid. 23. & ſeq.
Praxis procedenti cum Eccleſiaſtico contumaci, 7.1.209
Praxis contentionis cum Ordine Monteſiæ, 7.4.178. & ſeq.
Praxis contentionum inter Aulas civiles & criminalem Senatus, 7.5.7.
Praxis Senatus quoad reum nolentem reſpondere ad interrogata, 8.4.20
Praxis relationis Majoralium Tabellionum in crimine falſi, 8.5.4
Praxis citandi reos abſentes, 8.7.4
Præcautio in Urbe qualis inſtituta fuit tempore graſſantis peſtis, 8.10.59
Præcautio edicta, ibid. 63
Præceptor de Bexis Ordinis Calatravæ, habet interventum in Curia, & vocem in Brachio Eccleſiaſtico, 3.1.43
Præceptor de Torrent Ordinis D. Joannis Hieroſolymitani, etiam, ibid.
Præceptor de Orcheta Ordinis Sancti Iacobi, etiam, ibid.
Præceptoria Ordinis de Alcantara, noviter inſtituta, etiam, ibid.
Præceptum injuſtum ad inſtar legis latum, non eſt lex, ſed iniquitas, ibid. 101
Præceptoriæ Ordinum Militarium ſunt beneficia regularia, 8.9.132
Præceptoriæ Ordinis Monteſiæ enumerantur, 7.4.17
Præceptor Major Militiæ Monteſiæ abſente Magiſtro omnia gubernabat, 7.4.21
Præcepti de ſolvendo forma & ratio concedendi, 10.2.13. cum ſeqq.
Præceptum de ſolvendo an habeat vim ſententiæ, vel condemnationis, ibid. 16
Præceptum de ſolvendo à quo jure dimanat, ibidem 10
Præceptum de ſolvendo dicitur monitorium in Regno Aragoniæ, ibid. 31

Præceptum de non faciendis actis ad quid impetratur, 10.5.98
Præconis Regiæ Audientiæ officium, & de quibus curet, 2.2.215
Prædicere aliquid de actibus ad arbitrium spectantibus an possit Astrologus, 7.3.107
Prædicens actus per voluntatem determinatos puniendus est, ibid.244
Prædices actus liberos, vel futura contingentia, non necessario, nec probabiliter, sed conjecturaliter, non incurrit in poenas decreti Sixti Quinti, ibidem 246
Prædicens aliquid de statu Sedis Apostolicæ, Reipublicæ Christianæ, vita, aut morte Pontificis Romani, aut ejus consanguineorum in tertio gradu, puniendus est ex decreto Urbani Octavi, ibid.249
Præfectus Prætorio quis tempore Romanorum, 2.2.161
Præfectus Prætorio quale officium obtinebat, ibidem 166
Præfecti Prætorio officium quomodo pertinere dicatur ad Proregem, & ad Vicecancellarium, ibidem 167
Præfecti incilium quale officium obtineant in Urbe, 4.10.21
Præfecti incilium de quibus cognoscant, ibid.
Præfectorum jurisdictio Urbi concessa, ibid.22
Prælati obtinentes officia Deputationis, pro Brachio Ecclesiastico, quos teneantur substituere, 3.3.35
Prælati qui sedes implent in Regno Valentiæ, 7.1.5
Prælati Ecclesiastici in jurisdictione feudi, vel Baroniæ, tanquam laici Barones reputantur, 7.4.30
Prælati in causis Baroniæ non possunt uti censuris, ibid 31
Prælati Regularium quam potestatem, & jurisdictionem habeant in Ordine, ibid 100.& seq.
Prælati generales in suis Religionibus habent jurisdictionem quasi Episcopalem, ibid.90
Prælati Regularium, neque jure naturali, neque divino debent habere Ordines sacros, ibid.151
Prælatorum Regularium plures fuerunt sine Ordinibus, ibid.153
Prælati Regularium etiamsi laici sint, ex concessione Pontificia possunt obtinere jurisdictionem spiritualem, ibid.158
Præpositi monetæ conflandæ tempore Imperatorum Romanorum, 2.6.10
Præpositurarum in alma Sede Valentina origo, 4.3.39
Præpositurae undecim suppressæ, ibid.
Præpositura mensis Februarii sola remanens suppressa à Sixto V. & ejus proventus applicati Scholæ Valentinæ, & quo pacto, ibid.99. & seq.
Præpositurae decem & octo institutæ in alma Sede, ut totidem Cathedras Theologiæ, Juris Pontificii, & Cæsarei moderarentur per Præpositos, ibid.49
Præpositurae ad decem novissimè redactæ, ibid.95
Præpositi qui hodie Sedes implent, ibid.96
Præpositorum præeminentiæ, ibid.97
Præscriptio contra forum, vel legem quo tempore inducatur, 4.2.32
Præscriptio sine possessione non datur, 6.1.22
Præscriptio, vide *Debitum*, & *Executio*.
Præscriptionis interruptio, vide *Interruptio*.
Præsens quis dicatur ad effectum citationis, 9.1.39. cætera; vide *Citatio*.
Præsentium causæ, quando in ea etiam absentes accusati sunt, quomodo prosequantur, 8.6.14
Præsentia litigantium an necessaria sit ad prolationem sententiæ, 8.9.48.& seq.
Præsidiis Regni Valentiæ periculum totius Provinciæ exitium augurabat, 8.10.63
Præsumptio ex præsumptione orta non est attendenda, 8.8.243
Præsulis Valentini mors tempore grassantis pestis, 8.10.67
Prætoria remedia quæ sint, 7.1.215
Prætoris edictum & jus, vide *Edictum & jus honorarium*.
Prætori vel Præsidi Provinciæ solum fuit concessa facultas dandi decreta ad alienandum, 10.6.70
Præventionis materiam qui tractent, 9.1.90
Preces declarant rescriptum, 4.6.28
Presbytero capto in carcere judicis Ecclesiastici, fuit admissa contentio super dubio notorietatis, in vim concordiæ Reginæ Elienoris, 7.1.55
Primi mobilis motus quo pacto inspici debent, 7.3.135
Primitivi processus editio, vide *Editio*.
Primogeniti Regum Aragonum Gubernatores generales Regnorum à nostro jure sunt, 2.3.6
Primogenitus Regis certissimam habet Regni successionem, ibid.7
Princeps solus indicat de suis administris, 2.2.47
Princeps solus prorogat potestatem à se concessam, 2.1.31
Princeps pater, patronus, curator, & defensor subditorum est, ibid.64.& 10
Princeps medicus est in Regno, ibid.71.
Princeps est medicus Reipub. ibid.84
Princeps ut caput Reipublicæ, potest remittere offensam illius, ibid.102
Principem occidens committit proprium parricidium, ibid.107
Princeps, ut paret subditi, potest remittere offensam illius, ibid.108
Princeps credendus est, quoad existentiam justæ causæ ad indultum, ibid.110
Princeps non potest sua scientia cuncta complere, 2.2.71
Principes optimi subito fieri non possunt, 2.3.8
Principi non expedit vendere officia, licet solus possit, 4.2.46
Principis contractus sunt leges, ibid.14
Princeps exemptum matriculæ adscribendo, cum eo dispensare videtur, ibid.25
Princeps tantum disponere solet de his quæ secundum leges potest, 4.7.3
Princeps derogare potest jure quæsito per actus civiles, de jure, sed in Regno minimè, 4.7.31
Princeps per legem generalem moderari potest jurisdictionem Baronis, 6.1.10
Princeps potest concedere gratias delictorum patratorum in terra Baronum, ibid.10
Princeps non est solutus legibus, quas juravit, 5.1.49
Princeps non abdicavit per foros à se potestatem excludendi exteros à civilitate, ibid.66
Princeps tantum disponere potest de eis, quæ secundum leges permissa ei sunt, 4.7.3
Princeps an habeat potestatem relevandi oppressos, vide *Recursus*, & *Potestas*.
Princeps an possit temperare Fisco, ut aliquem accuset, 8.1.33
Principis nomine sequi potest condemnatio ex confessione incidenter emanata, 8.8.264
Princeps noster tanquam Rex Aragonum, est Administrator perpetuus Ordinis, & Magistratus Montesiæ, ibid.7.4.166
Principes agriculturam imitantur, 8.10.164
Principes armoniam profitentur, ibid.165
Principis subscriptio naturam, aut statum negotii non mutat, 10.6.6
Principi reservata non prorogantur ad alium ex partium consensu, 11.3.42

Principis consistorium non attendit moram expeditionis, nisi procedat ex negligentia partium, ibidem 65
Princeps in concessione gratiæ rationabiliter se gerere debet, ibid.70
Principis rescripta favore militum regularium eos tractantia ut veros religiosos, 7.4.63
Princeps Jacobus, primogenitus D. Regis Jacobi secundi Aragonum fuit miles Montesiæ, ibid.27
Principatus imitator œconomiæ, 2.1.62
Principatus primum hominis est generatio, 7.3.139
Principium hoc quæ respiciat, ibid.158
Principium secundum hominis, quod est nativitas quæ respiciat, ibid.159
Prior Conventus Montesiæ obtinet jurisdictionem à Magistro, 7.4.108
Prior Montesiæ habet jurisdictionis exercitium definitum per statuta ejusdem Militaris Ordinis, & non Cistercienſis, ibid.109
Prior Montesiæ non est conventualis, neque claustralis, & sic obtinet minorem auctoritatem, quàm Priores Abbatiarum Cistertii, ibid.111
Priores Ordinum Militarium sancti Joannis, Calatravæ, Alcantaræ, & Divi Jacobi, quid sint, ibid.113.& seq.
Prior Montesiæ non debet, jure cogente, desumi ex Monasterio sanctarum Crucium, ibid.117
Prior Montesiæ subordinatus Administratori perpetuo, & Locumtenenti generali ejusdem, ibid.164
Priorissa ex officio habere potest collationem beneficiorum, ibid.163.& seq.
Prior Montesiæ desumebatur ex Cistercienſibus, nunc ex Fratribus Clericis, 7.4.20
Prior Montesiæ spiritualia exercet & eo impedito Frater Presbiter antiquior, ibid.21
Privata scriptura, vide *Scriptura.*
Privilegium quid sit, 1.2.56
Privilegium pluribus concessum, censetur tot privilegia continere, quot sunt personæ, quæ directe veniunt ad eam, 3.3.21
Privilegium militare *ne condemnentur ultra quam facere possint*, non procedit quoad delicta fiscalia, Generalitatis, vel Urbis, 3.4.8
Privilegium militare prædictum quo jure concessum Militibus, ibid.9
Privilegium militare *ne condemnetur*, &c. Militibus honorariæ militiæ competit in Regno ex consuetudine, ibid.13
Privilegio *ne conveniantur*, &c. fruuntur ex consuetudine omnes, quibus privilegia militaria communicata sunt, ibid.15
Privilegio *ne conveniatur*, &c. fruitur quicunque carcerari nequit pro debito civili, ibid 17.& 26
Privilegio *ne conveniatur*, &c. praxis in hoc Regno, ibid.20
Privilegium *ne conveniatur*, &c. non conceditur ei qui convenitur ex dolo, malefico, vel quasi, ibid.21
Privilegium concessum personæ potius est quàm concessum bonis, ibid.32
Privilegium militare *ne conveniatur*, &c. non competit hæredibus debitoris fisci, Generalitatis, vel Urbis, ibid.36
Privilegium obligationis transit in quascunque personas, ibid.47
Privilegium primæ insaculationis transivit in contractum, 4.6.12.& 19
Privilegiums contractus, irrevocabilis est, ibid.15
Privilegia parentibus concessa, utplurimùm sunt quoad honores, ibid.36
Privilegia scholasticorum, 4.3.101
Privileg. S. Officii Inquisitionis cedunt in utilitatem totius Regni, 4.7.23
Privilegium exemptionis à præstatione jurium, non tribuitur Inquisitionis officialibus per actus civiles, ibid.33
Privilegia Regni habent vim contractus, 5.3.41. sed intellige dum intervenit pecuniæ oblatio, 1.2.51
Privilegium non extenditur de persona ad personam, 7.1.185
Privilegium fori Familiarium, vide *Familiares.*
Privilegia Ordinis Cistertii, & Calatravæ concessa Ordini Montesiæ, 7.4.13.56.& 87
Privilegia stricti juris sunt, & sic minimè extensione adjuvari possunt, 5.5.14
Privilegiata persona, an comprehendatur sub decreto de capiendis reis, 8.3.11
Privilegio Militari fruentes, quomodo, & uti detinendi sunt, 8.9.59
Privilegium fori, vide *Fori privilegium.*
Privilegium Militare, vide *Militares.*
Privilegia alicui Ordini concessa nequeunt renuntiari per singulares illius, 7.4.68
Privilegio fori, & canonis gaudent Milites regulares etiam Novitii, ibid.64.& seq.
Privilegia hæc an communicentur uxoribus, ibidem 72
Probatio corporis delicti qualis esse debeat, 8.2.9.& seq.
Probatoria dilatio qualis in criminalibus concedatur, 8.6.15.& seq.
Probatoriæ dilationes quando currere incipiant in criminalibus, ibid.17
Probandi terminus qualis concedatur reo capto in Regno Castellæ, 8.7.42
Probationes in criminalibus meridiana luce clariores esse debent, 8.8.1
Probatio plena an resultet indiciis & conjecturis, ibid.2.
Probatio furti resultat ex inventione rei furatæ, penes diffamatum de illo crimine, ibid.4.& seq.
Probare tenetur reus, rem ab alio habuisse, ut vitet probationem resultantem ex inventione rei furatæ, ibid.10
Probatio Clericatus qualiter facienda, ut pœna occidentis Clericum subintret, 8.8.95
Probatio criminum patratorum per commitivam, qualis requiratur juxta pragmaticas, ibid.128
Probari an possit divagatio per campaneam in commitiva, per testes singulares, ibid.129
Probatoria dilatio, vide *Dilatio.*
Probatio objectionum contra dicta vel personas testium requirit examen attestationum, 9.2.102
Probatio per evidentiam rei admittenda post conclusum in causa, ibid.238.
Probationibus alicujus in totum reprobatis quomodo admittendus ad iterum probandum, 9.3.41
Probationes raro fiunt in materia impugnativa, ibid.103
Probationes in causis summariis plerumque fiunt absque articulis, 10.2.55
Proceres artis notariæ. Vide *Notaria.*
Proceres notariorum nominantur, ut cum Majoralibus relationem faciant, in crimine falsi, 8.5.6
Processus contentionis perficiendus est coram Cancellario, 7.1.126
Processus informativus instrui possit pendente contentione cum Inquisitoribus, 7.3.39
Processu informativo nondum perfecto, adhuc non datur lis in criminalibus, 8.5.39
Processus habetur in Regno pro libello, quia in eo proceditur attenta facti veritate, 8.6 9.& seq.
Processus quomodo publicatur, ibid.14
Processus publicatio est initium veri judicii in criminalibus, ibid.29

Proceſſus informativus conficitur diebus feriatis, ibid. 30
Proceſſus acta poſt publicationem fieri debent diebus utilibus, ibid.
Proceſſus in abſentes variæ formæ, & quare, 8. 7. 1
Proceſſus contumacialis concluſio, quomodo fiat, ibid. 22
Proceſſu contumaciali in aliquo peccante, totus corruit, ibid 33
Proceſſus contumacialis ſolemnitates, ſub nullitatis decreto inductæ ſunt, ibid. 34
Proceſſus contumacialis validus remanet in rem captum in Caſtellæ Regno, etiamſi audiatur, ibidem 39
In proceſſu contumaciali qui cadit à ſyllaba, cadit à cauſa, ibid. 53
Proceſſus contumacialis forma mutatur ex conceſſione amplioris termini, ibid. 59
Proceſſus laicorum degentium in Baronia Eccleſiaſtici Prælati, fieri debent juxta leges laicorum, 8. 8. 282
Proceſſus, & procedendi forma in cauſa criminali contra Militem, aut fratrem Monteſiæ, ſecundum illius definitiones, 7. 4. 34
Proceſſum totum eſſe libellum quomodo intelligatur, 9. 1. 329. & ſeq.
Proceſſus redditur nullus ex denegatione juramenti calumniæ, 9. 2. 6
Prdceſſus acta communicata recipiens tenetur ſolvere medietatem jurium copiæ & compulſæ, niſi jam ſolviſſet in provincia à qua reportantur, 10. 4. 67. & ſeq.
Proceſſus, vide *Acta*, & *Appellatio* & *Editio*.
Procuratores fiſci qui, 2. 2. 202
Procuratoribus aſſimilantur delegati ſive ſubſtituti Officialium, 6. 5. 115
Procurator ex mandato, quantumvis generali, non ſubjicit pœnæ, aut delicto principalem, 7. 1. 224
Procurator abſentis in criminalibus, an admittatur, vide *Abſens*.
Procurator Fiſci vices accuſatoris induit in cauſis criminalibus, 8. 1. 24
Procurator Fiſci neminem accuſat, quin libellus ſubſcribatur per Fiſci patronum, ibid. 25
Procurator Fiſci quod officium gerat, ibid. 36
Procuratori citato ad inchoandam litem concedenda eſt dilatio ad dominum conſulendum, 9. 1. 52
Procurator ut citetur, debet habere acceptatum mandatum, ibid. 54
Procurator ſemel acceptans mandatum non poteſt jam recuſare, ibid. 55
Procurator privatus poteſt recuſare mandatum, ſecus is qui ex collegio procuratorum eſt, ibid. 56
Procuratores publica auctoritate creati compellendi ſunt acceptare mandata, ibid. 57
Procuratorum collegium, vide *Collegium*.
Procuratoris officium exercent Notarii Valentiæ, ibid. 60. cum ſeqq.
Procuratoris revocatio an fieri poſſit ante litem conteſtatam, ibid. 66. cum ſeqq.
Procurator conſtitutus de mandato Judicis revocari nequit, ibid. 68
Procurator conſtitutus cum juramento non revocandi an poſſit revocare, ibid. 70
Procurator conſtitutus voluntariè quandoque revocari poteſt dum pars acquieſcat, ibid. 71
Procuratoris revocatio poſt conteſtationem calumnioſa præſumitur, ibid. 72
Procurator ſtatim edere mandatum tenetur de foro, aliàs nulliter agit, ibid. 23. cum ſeq.
Procuratorum deſidia in edendis mandatis abſque fructu, & de remedio, ibid. 249. cum ſeq.
Procurare quid importet, ibid. 267
Procurator habens mandatum ſed non ſufficiens admittitur cum cautione de rato, ibid. 292
Procurator tutoris vel curatoris tanquam factus Dominus litis an poſſit appellare, vel proſequi, ibid. 392
Cætera, vide verbo *Tutor*.
Procurator non poteſt facere quod Dominus incidat in pœnam, 9. 2. 82. & 13. 3. 21
Procurator in quibus præjudicium inferre Domino poſſit, 9. 2. 83. & ſeq.
Procurator propriis expenſis tenetur certiorem Dominum facere quod veniat ad reſpondendum, ibid. 85
Procuratoris palmarium, vide *Advocatus*.
Proditio comprehenditur in decreto Julii Tertii, 7. 2 in text.
Productio inſtrumentorum an differat ſententiæ publicationem, 8. 9 30. & ſeq.
Profeſſores ſcientiarum non debent Cathedras per ſubſtitutos moderari, 4. 3. 113
Profeſſio fit in poſſe Magiſtri Monteſiæ, vel commiſſarii ab eo conſtituti, 7. 4. 104
Prognoſtica Aſtrologi Chriſtiani quomodo fieri debent, quoad actus voluntatis, 7. 2 110
Prohibitio alienandi bona aliqua in Eccleſiam, non infringit libertatem illius, 2. 5. 29
Prohibitio adquirendi bona certa, niſi adquirens ſubeat juriſdictionem alicujus, tenet, ibid.
Promiſſio de ſolvenda vel reſtituenda dote eſt conditionalis, 10. 1. 111
Pronuntiatio perſonalis Judicis, an neceſſaria ſit à jure, 8. 9. 16
Pronuntiatio perſonalis non eſt neceſſaria à foro, ibid. 21
Propinati veneni, vide *Venenum*.
Propriæ defenſionis neceſſitas, vide *Defenſio*.
Prorex poteſt condere ſtatuta, & pragmaticas ſanctiones, 2. 2. 53
Prorex non poteſt rollere ſtatuta Superioris, ibid. 54
Proregis edicta, ſi fiant de conſilio Senatus, perpetua ſunt, ibid. 55
Prorex habet poteſtatem Magiſtri Militis, vel Ducis generalis, ibid. 58
Prorex privativè ad alios curat de rebus ſpectantibus ad generale Regni regimen, ibid. 59
Prorex poteſt Aulas Senatus coadunare, ibid. 63
Prorex ſupplere poteſt ex una Aula, vel ex Advocatis Fiſcali, & Patrimoniali, numerum Aulæ deficientis, ibid. 66
Prorex eſt primus Magiſtratus in Regno, & Principem repræſentat, 2. 1. 2. & ſeqq.
Proregis officium antiquiſſimum, ibid. 5
Prorex eſt Locumtenens Regis, ibid. 6
Proregis apud nos inſtitutio, ibid. 8
Prorex aſſimilatur præfecto Prætorio, Præſidi Provinciæ, & Proconſuli, ibid. 12. & 167 cum ſeqq.
Prorex utitur privilegiis Regis, ibid. 14 & 32
Proregis officium nullum ſymbolum habet melius, quàm ſigillum, ibid. 15
Prorex eſt alter nos Regis, ibid.
Proregis officium tribuitur magnatibus, ibid. 16
Proreges Valentini plures ex Rege nati, ibid. 17
Prorex Primus, non natus ex Rege, Raimundus de Moncada, ibid. 18
Proreges Valentini enumerantur, ibid. 17. & ſeqq.
Prorex præfertur Prælatis, Proceribus, & Magiſtratibus, ibid. 21
Prorex ſedet in loco Regis, ibid. 22
Proregis juriſdictio ordinaria eſt, ac eadem, cum juriſdictione Regii Conſilii, quia ſunt unum corpus, ibid. 24. & 46
Proregis officium non expirat per mortem Principis, ibid. 28

Prorex finito triennio continuare tenetur, usque ad adventum successoris, ibid. 29
Prorex habet potestatem subordinatam legibus Provinciæ, ibid. 57
Prorex non habet plenitudinem potestatis legibus absolutam, ibid. 58
Prorex tenetur jurare observationem errorum, ibidem 59
Prorex habet quadruplicem potestatem, ibid. 60
Prorex expellere potest à Regno *Metroicos*, virtute potestatis œconomicæ, quam habet, ibid. 66
Prorex concedere potest privilegia, ibid. 73
Prorex curare debet de ubertate annonæ, & quomodo, ibid. 80
Prorex debet curare, quod populus honestè oblectetur, ibid. 85
Prorex delictorum indulta concedere potest, & quomodo, ibid. 93
Proregis potestas cessat præsente Rege, & quare, ibid. 54
Prorex cum Senatu proponit candidatos ad Senatoriam dignitatem, 2. 2. 67
Prorege mortuo, vel absente cessat exercitium jurisdictionis Senatus, & quomodo, 4. 2. 26
Prorege mortuo, vel absente à toto Regno, lapsus decem dierum non est expectandus ad suspensionem exercitii jurisdictionis Senatus, ibid. 35
Proregentis officium gerens, non convocatur cum cæteris illius Aulæ, ad contentionum causas, 7. 1. 128
Prorex an possit jubere fisco, quod aliquem accuset, 8. 1. 32
Proreges Audientiam verbalem celebrant ut querelas pauperum de potentioribus audiant, 10. 3. 33. & seq.
Prorogatio officii an fiat finito primo termino, 2. 1. 32
Prorogatio obtineri, & exhiberi debet intra terminum, ibid. 33
Prorogatio dilationis an concedatur actori, vel reo, 8. 6. 24. & seq.
Prorogata jurisdictione non est locus pœnitentiæ, 9. 1. 188
Prorogationis materiam qui tractent, ibid. 189
Prorogatio quale mandatum requirat, ibid. 253
Prorogatio non procedit ubi est incapacitas, 9. 2. 64
Prorogatio fatalium in Supremo concedi solet, 11. 3. 54
Protestatio contraria facto, non est attendenda, 9. 1. 273
Protestatio in extrajudicialibus censetur repetita in omnibus subsequentibus actis, secus in judicialibus, 10. 5. 201
Protestatio contraria facto quæ dicatur, ibid. 202
Protocolla quæ dicantur, & de providentia in eis servandis, 9. 4. 21
Provisio quid importet, 10. 1. 69
Provocans ad judicium actor censetur, 10. 5. 49
Provocans ad judicia duplicia, vide *Actor*.
Provocator, & aggressor quis dicatur, 8. 8. 49
Provocator tenetur pœna ordinaria si occiderit, ibid. 50
Proximioribus occisi, defertur jus vindictæ, non hæredibus extraneis, 8. 8. 55
Proxeneta Regiæ Audientiæ de quibus curat, 2. 2. 215
Proxenetæ nominantur per Justitiam civilem, & quomodo, 4. 2. 37
Proxenetæ officium debetur pauperibus, & vendi non potest, ibid. 42
Proxeneta, mediator, interessor, pararius, interpres, Synonyma sunt & significant eos, qui in contractibus interveniunt, ut facilius conventiones fiant, 10. 2. 60
Proxenetæ olim erant qui interveniebant in judiciis atque nuptiis, ibid. 61
Proxenetæ officinæ contractuum dici solent, sed nonnunquam iniquitatum tegumenta sunt, ibid. 62
Proxeneta de jure non probat conventionem in qua intercessit, ibid. 63. & seq.
Proxeneta de lucro captando tractat quando deponit de conventione, ibid. 64
Proxenetæ an juxta forum idonei testes sint, ibid. 65
Proxenetæ sunt personæ publica auctoritate destinatæ, ibid. 68
Proxenetæ secundum pragmaticos plene probant conventiones, ibid. 67
Proxenetæ non sunt idonei testes ad probandam perfectionem contractus, ibid. 69
Proxenetæ secundum forum solum probant qualitatem solutionis promissæ, ibid. 71
Proxenetæ & Precones in quibus differant, ibid. 73
Prudentia Senatoris necessaria est, ad rectum regimen, 2. 2. 128
Prudentia in libris non reperitur, licet ejus compendium literis contineatur, ibid. 129
Publicæ vocis, & famæ probatio, quomodo fiat, 8. 8. 201
Publicatio processus criminalis, est principium judicii, 8. 6. 29
Publicari sententia debet in loco assueto, 8. 9. 35
Publicatio sententiæ, vide *Sententia*.
Publicatis attestationibus, jam testes quamvis jurati, in scriptis redigi non possunt, 9. 2. 152
Publicatio testium vel attestationum per Judicem facienda est, statim atque percipit dilationem lapsam fuisse, & de materia, ibid. 153. & 284. cum seqq.
Pudor unum ex vinculis est, deterrens homines à malefaciendo, 8. 10. 27
Pulchritudo in Consiliario qualis requiratur, 2. 2. 142
Punitio criminum non ad pœnam, sed ad medicinam inventa est, 8. 8. 109
Punitio non nocet, sed medetur specie nocendi, 8. 10. 167
Punitio celerrima in seditiosis necessaria, ibid. 24. & seq.
Pupillorum, viduarum, ac miserabilium personarum privilegia non derogantur quoad electionem fori, sine specifica mentione, 2. 2. 51
Pupillus non est persona legitima ad judicium, 9. 1. 77. & 306
Pupillus quis dicatur de foro, ibid. 303
Pupillus & miserabiles personæ quibus privilegiis in judicio gaudent, 10. 1. 65. & seq.
Pura nominatio, vide *Nominatio*.
Purgatio, seu emendatio moræ quid sit, & quando habeat locum, 11. 2. 175
Putredo ætris in corporibus viventium, per respirationem recipitur, 7. 3. 154

Q.

Quadragintæ dies destinati ad causas criminales per *for. 19. de crimin.* quomodo currebant, 8. 9. 57
Qualitas requisita ad officium, debet adesse tempore electionis, 4. 2. 34
Qualitates requisitæ ad officium Senatoris, 2. 2. 73. & seqq.
Qualitates quæ requirantur ad matriculam officiorum Urbis, 4. 9. 13
Qualitates deficientes tempore matriculæ, an suppleri possint ex post facto, ibid. 10
Qualitates requisitæ ad Assessorias Ordinariorum obtinendas, 6. 5. 93
Qualitates in substituto eædem requiruntur, ac in principali, ibid. 107
Qualitates requisitæ ad officium in principali, & delegato, an requirantur in substituto ad nudum factum, vel ministerium delegandi, ibid. 182
Qualitas requisita in vocali, ad electionem, requiritur in procuratore quem mittit loco sui, ibid. 118
Qualitate criminis nondum nota, reus extrahi non pote-

teſt ab Eccleſia ad quem confugit, 7. 1. 162
Qualitas circumferens juriſdictionem an plene, vel ſemiplene ſit probanda in judicio contentionis, ibid. 166
Qualitates qualiter probandæ ſunt ad privilegium fori juxta Tridentinum, ibid. 173
Qualitates Tridentini quæ, ibid. 174
Qualitates requiſitæ in Beneficiato, ibid.
Qualitatum diviſio ad prognoſtica ferenda, 7. 3. 113
Qualitas aggravans delictum, & augens pœnam, an neceſſario ſit exprimenda in accuſatione, 8. 6. 7
Qualitas relativè expreſſa ad acta proceſſus non tollit defenſionem reo, ibid. 12
Qualitas criminis appoſita in citatione, non verificata in cauſa, an vitiet contumaciam, 8. 7. 62
Qualitas homicidii ſpecificatur approbatione reſultante ex actis, 8. 8. 42
Qualitas diminuens pœnam criminis, per quem probanda ſit, ibid. 43
Qualitas homicidii deliberati, vel voluntarii, requiritur à lege, ut pœna ordinaria ſubintret, & ſic probanda eſt per actorem, ibid. 45
Qualitates deliberati, inſidioſi, aut rixoſi, &c. in animo, ut plurimum reſident, & ſic probantur per conjecturas, ibid. 46
Qualitas defenſionis probanda eſt per reum, ſi ex actis non appareat, ibid. 47
Qualitas clericatus probanda eſt concludenter, ut pœna occidentis Clericum imponatur, ibid. 59
Qualitas armorum arguit animum deliberatum, ibid. 80
Qualitates requiſitæ ad probationem divagationis in comitiva Bannitorum, ibid. 123
Qualitates augentes pœnam in receptatoribus Bannitorum, ibid. 135
Qualitas augens pœnam, quia inhæret perſonæ mandantis, an augeatur in mandatario, vel è contra, ibid. 137
Qualitas quæ ineſt ab initio delicti in mandante, influit in mandatarium, ibid. 138
Qualitas nuptiarum in rapta, delictum raptus aggravat, ibid. 122
Qualitates requiſitæ ad probationem famæ publicæ, ibid. 201
Qualitas Ordinis ſacerdotalis, vel alterius cujuſlibet, neque à jure divino, neque naturali requiritur ad Prælaturam Regularium, ibid. 7. 4. 151
Qualitas torturæ inferendæ condemnato tanquam cadaveri, 8. 9. 102
Quarti pœna impoſita calumnioſis litigatoribus per foros fuit, 10. 2. 2
Quarti pœna ſolum comprehendebat debitores quantitatis, ibid. 3
Quarti pœna abrogata in totum fuit, ibid. 4
Quarti pœna ad quid adhibebatur in condemnationibus ex vendito, vel locato, ibid. 45
Quaſi Epiſcopalem juriſdictionem obtinent Prælati regularium in ſua Religione, 7. 4. 90
Quaſi Epiſcopalem dignitatem, & juriſdictionem obtinet Magiſter Monteſiæ, ſive Adminiſtrator perpetuus ac ejus Locumtenens in Ordine, ibid. 93
Quaſi poſſeſſio juriſdictionis quo pacto probetur, ibid. 107
Querelæ damni dati ratione paſcuorum, apud nos nuncupatæ, *Clams de tales*, tractari debent coram Juſtitia, tercentorum ſolidorum, vel Subjuſtitia, non autem coram Juratis, 5. 4. 3. & 10
Querelarum pœnæ, quæ ſint, ibid. 4
Querelæ iſtæ ſemper ſpectant ad Ordinarios, ibidem 13
Querela frequens litigantium eſt quod lites diuturnæ fiant, & ipſi in culpa eſſe ſolent, 9. 1. 2
Querela etiam litigantium eſt quod inauditi condemnantur, ſed ſæpius ridicula, 9. 5. 39
Querela ſimplex per viam recurſus, vide *Recurſus*.
Querela ſimplex in quibus diſtinguatur ab appellatione, 11. 7. 11
Querela eſt omnis appellatio ſed non eſt appellatio omnis quærela, ibid. 12
Querela & appellatio neque eiſdem regulis conſtant, neque eadem tempora ſervant, ibid. 13
Querelæ ſimplicis inſtantia ſtatim diſceptanda atque definienda eſt, ibid. 14
Quæſtio ſolutionis jurium Urbis ad quos Judices ſpectet, 7. 1. 189
Quæſtio de Militibus Regularibus an ſint vere Religioſi qualiter tractetur, 7. 4. 45. & ſeqq.
Qui à ſe aliquam rem conſequi nequit, tenetur conſulere peritiores, 8. 5. 12
Quindennii jus quod, 2. 5. 113
Quindennium an debeatur ex bonis fideicommiſſo perpetuo ſuppoſitis, ibid. 115
Quicdennia conſuetudine introducta ſunt, ibidem 110

R.

RApiens filiam, vel conjunctam domini ſui, punitur pœna capitis etiamſi intuitu nuptiarum patraverit, 8. 8. 162
Raptores qua pœna puniantur, ibid. 169. & ſeq.
Raptor non excuſatur, etiamſi rapta dixerit, de ipſius conſenſu raptam fuiſſe, ibid. 181
Raptor non vitiat pœnam ducendo raptam, ibidem 183
Raptus crimen continetur in decreto Julii III. 7. 2. in text.
Ratio procedendi cum Ordinario per viam concordiæ, quando ipſe vim inferre dicitur, 7. 1. 97
Ratio omnia moderatur in homine, 5. 1. 103
Ratio eſt anima legis, 1. 2. 27
Ratio ob quam Aſtrologi verum aliquando dicunt, quoad inclinationes hominum, ſine liberi arbitrii læſione, 7. 3. 80
Ratio, ob quam accidentia hominis referuntur ad nativitatem, non verò ad generationem, ibid. 160
Ratio, ob quam nomina catholica impoſita fideribus uſu non recipiantur, ibid. 220
Ratio religioſi ſtatus an requirat facere perfectiora, 7. 4. 61
Rationes allegandæ contra conceſſionem firmæ vel contrafirmæ juris infra decem formant judicium ſpeciale. 10. 5. 69. & ſeq.
Rationum judicium in executivis vide *Executio*, & *Judicium*.
Ratiocinatio juvat ad arcana naturæ intelligenda, 7. 3. 80
Rationalis Urbis officium, 4. 4. 1
Rationalis officium, ſimile Quæſtori Urbano, ibid.
Rationalis noſtræ Urbis præcipua cura quæ ſit, ibid. 2
Rationalis privativè cognoſcit de debitoribus Urbis, ibid. 4
Rationalis dat judices appellationum, & cognoſcit de debitore debitoris, ibid. 5
Rationalis animadvertit in eos qui doloſe rationem rerum urbanarum reddunt, ibid. 6
Rationalis olim exigebat rationes ab adminiſtratoribus Noſocomiorum, domus mulierum pœnitentium, & confraternitatis, *Dels Beguins*. ibid. 7
Rationalis exigere rationes poteſt à colligentibus eleemoſynas pro redemptione Captivorum, ibid. 8
Rationalis in judicialibus procedit de conſilio Advocatorum

tatorum Urbis, & habet Aulam in Archivo ſui officii, ibid. 9
Rationalis poteſt compellere lanliones, ut ſolvant conductoribus macelli (ſi adſint) quid quid debent, ibid. 10
Rationalis poteſt coërcere eos qui cum juratis irreverenter ſe gerunt, ibid. 11
Rationalis officii inſtitutio, ibid. 12
Rationalis electio nova, & antiqua quomodo perficiatur, ibid. 13
Rationalis intervenit in deliberationibus cum juratis & quod habeat ſuffragium, ibid 14
Rationalis officium triennale eſt, ibid. 14. & 4. 1. 18
Rationalatus tempus per Principem Protogabatur, 4 4. 15
Rationalatus prorogatio non eſt interdicta per privilegia inſaculationis, ibid. 16
Rationalatus, tempore impedimenti, vel vacantis principalis, commendari ſolet, & debet jurato primario civium, ibid. 17
Rationalis officium, ut expiret, non expectatur adventus ſucceſſoris, ibid.
Rationalatus commendatio finitur cum officio jurati, ibid. 18
Ratihabitio geſtorum nomine procuratorio impeditur per oppoſitionem exceptionis defectus mandati, 9 1. 247
Ratihabitio ſuum effectum producit in ſpectantibus ad voluntariam juriſdictionem, ibid. 259
Ratihabitio generalis omnia comprehendit, & nihil excludit, ibid. 260 & ſeq.
Ratihabitio fieri poteſt quocumque tempore, etiam poſt ſententiam latam contra ratihabentem, ibidem 270
Ratihabitione legitimantur, vel convaleſcunt omnia quæ impetrata per habentem mandatum valerent, ibid. 286
Realia, & vicinalia onera quæ ſint juxta foros, 2. 5. 108
Receptatores, & auxiliatores Bannitorum qua pœna plectantur, 8. 8. 133
Receptatio an probari valeat per unicum actum, ibid. 144
Receptatorum pœna ex quibus augeatur, ibid. 135
Recitatio ſententiæ, vide *Sententia.*
Rector Academiæ, ſeu Scholæ Valentinæ, ex Canonicis, vel Dignitatibus almæ Sedis deſumitur, 4. 3. 99
Rector Academiæ, quomodo eligatur, ibid.
de Rectoris Academiæ officio, & privilegiis, qui Doctores tractent, ibid 100
Rector Academiæ, ex juſta cauſa per eoſdem Electores revocari à munere poteſt, ibid.
Reclamatio quid ſit, 10. 2. 32. & 12. 2. 5. cum ſeq.
Reclamationes quæ fiunt Valentiæ in quibus differant à factis in Cathalonia, 12. 2. 7
Reclamandi ſolemnitas ad quid introducta, ibid. 8
Recognitio rei per teſtes quo pacto facienda eſt, cum praxi recognitionis, 8. 4 29. & ſeq.
Recognitio rei faciendæ eſt ante executionem ſententiæ contumacialis, 8. 7 45
Reconventio intra triduum ſuſcitanda, coram eodem judice, 12. 2. 27
Reconventionis judicium coram judice conventionis agendum eſt, 12. 3. 52
Reconventio intentata poſt condemnationem non eſt audienda, ibid. 55
Reconventio dici non poteſt lis ſuſcitata contra maritum, ſi uxor agit in conventione proprio nomine, ibid.
Recurſus ad Senatum, remedium uſu frequentiſſimum in electionibus, 4. 9. 2
Recurſus praxis, ibid. 3
Recurſu pendente nil innovandum eſt, ibid.
Recurſus reſervatus ſuperiori, 6. 1. 57
Recurſus expeditio praxis in cauſis Baronum, ibidem 59
Recurſus materia per viam violentiæ injuſtè in dubium revocatur, 7. 1. 57
Recurſus, vide *Defenſio.*
Recurſus articulus dum interponitur ab injuſta relatione Majoralium Notariæ in crimine falſi, 8. 5. 2. & ſeq.
Recurſus oppreſſi ad Principem nunquam poteſt excludi, 9. 1. 222
Recurſus ad ſuperiorem permittitur etiam denegata appellatione, 11. 2. 161
Recurſus à denegata appellatione, vel ſupplicatione qualiter introducendum, 11. 3. 53
Recurſus denegandus non eſt quibus remedium ordinarium denegatur, 11. 7. 2. & ſeq.
Recurſus quare & quando eſt concedendus, ibid. 6
Recurſus per viam ſimplicis querelæ quid ſit, ibid. & vide *Querela.*
Recurſus emiſſus adverſus ſententiam ſapit naturam appellationis, ibid. 10
Recurſus inſtantia ſecundum foros infra tres, vel quinque dies terminari debet, ibid. 15
Recurſus ſapiens naturam appellationis vel ſupplicationis, eodem modo tractandus, ibid. 16
Recurſus ſequitur naturam cauſæ cui adhibetur, ibid. 18. & ſeqq.
Recurſus officio nobili Judicis admittendus eſt de æquitate, ibid. 19
Recuſationis materiam qui tractent, 9. 1. 197
Recuſatio opponenda eſt ante litem conteſtatam, ibid. 198
Recuſatio poſt litem conteſtatam requirit novam notitiam cauſæ, ibid. 199
Recuſationis cauſa neque notitia illius non eſt ſcrupuloſe indaganda, ibid. 200. & ſeqq.
Recuſationes Gerentis vices Gubernatoris, Bajuli generalis atque Aſſeſſorum eorumdem quomodo proponantur remiſſive, ibid. 206
Recuſatio ordinarii requirit juramentum ſub nullitate, ibid. 205
Recuſatio vaga & incerta quæ dicatur, ibid. 210
Recuſationum decreta nullum remedium admittunt, ibid. 213. & ſeq.
Recuſationis cauſa ſubſtantiatur in Supremo non citata parte, ſecus Valentiæ, ibid. 215
Reculans præſtare juramentum calumniæ cadit à cauſa, 9. 2. 11
Recuſationis opus non eſt ſi Judex reperiatur patrocinium præſtaſſe in eadem lites & allegationes ſubſcripſiſſe ut à judicatura excluadatur, 11. 1. 18
Redargutio civilis inſtrumentorum in praxi Valentiæ parum admiſſa, 9. 4 91. & ſeq.
Redargutionis civilis, & criminalis differentia, ibid. 97
Redargutiones improbantur ab Ant. Fabro, ibidem 100
Redditum cenſus executio privilegiata, vide *Executio.*
Redditum cenſus executio pro quibus annis concedenda, 12. 1. 70
Redditus cenſus ſi non ſolvantur intra decem dies comminationis ſub pœna luendi, elapſo termino debitor condemnandus eſt ad luendum, 12. 3. 22. & ſeqq.
Regaliæ primæ claſſis incommunicabiles ſunt, 6. 1. 12
Regaliæ ſecundæ claſſis communicabiles per privilegium, & poſſeſſionem, ibid. 13
Regaliæ ſecundæ claſſis incommunicabiles ſunt, ſi ex alienatione

alienatione sequatur damnum enorme Regno, aut Regio Patrimonio, ibid.14
Regaliæ inalienabiles sunt apud nos, non solum quoad proprietatem, sed quoad possessionem,& nudam tenutam, ibid.23
In Regalibus judicium semper est mixtum favore fisci, ibid.33
In Regalibus Rex semper habet fundatam intentionem, ibid 34
In Regalibus judicia summaria exclusa sunt favore fisci, ibid.35
In Regalibus fiscus non litigat sine possessione, ibid. 37
In Regalibus ad interrumpendam possessionem sufficit unica citatio, ibid.40
Regaliæ recursus per viam violentiæ innegabilis, est in Regnis totius Hispaniæ,7.1.58
Regaliæ istius vis consistit in removenda violentia, non in hoc, vel illo modo, aut medio, ibid.73. & seq
Regalia cognitionis exemptorum, ibid.201.& seq.
Regalia cognoscendi Regem de exemptis non comprehendit personas ordinis Montesiæ, 7.4.63
Regentis Cancellariam officii præstantia describitur, 2. 2.17.& 171
Regens Cancellariam non committit causas, sed distribuit, ibid.20.& 182
Regens Cancellariam præest in Regia Audientia, & Cancellariam administrat, ac regit, ibid.172.& 197
Regentis munus primum est in Regno post Proregem, ibid.173
Regens præcedit omnes Titulatos, Magnates, Barones, & Magistratus Regni, ibid.
Regens præstat, non solum juramentum, sed homagia fidelitatis, ibid.175
Regens non solum jurat se servaturum, sed facturum servare foros, & jura regni, ibid 177
Regens non potest sibi causam committere, ibidem 179
Regens in omni Aula interventum habet, ibid.
Regens habet exercitium jurisdictionis civilis, & criminalis, ibid.
Regens intervenit in contentionibus Inquisitionis, vel Ordinis Montesiæ cum Inquisitore, vel Assessore antiquior respectivè, ibid.
Regens dat commissiones ad creandos notarios Regni, ibid.181
Regens defert jusjurandum omnibus officialibus Togatis inferioribus, ibid.
Regens commissarios executores eligit, ibid.
Regens usque ad certam summam de pecunia fisci dispensat, ibid.
Regens est tertius in causis contentionum, quæ inter Senatores suscitantur, ibid.
Regente impedito, antiquior de Senatu illius officium gerit, ibid.199
Regentis instrumenta, non multitudinis arbitrio attemperanda, 8.10.166
Regens Cancellariam à jure præferendus est Inquisitoribus, 7 3.20
Regens ex consuetudine confert cum Inquisitore in domo Inquisitionis, ibid.21
Regens conferentia habenda, intercedere debet, prout sedet in Tribunali, ibid.22
Regens est tertius in collationibus, quæ habentur inter Senatores Aularum Civilium, casu discordiæ,7. 5.4
Regens Cancellariam in Regia Audientia non percipit salaria sententiarum,12.4.48
Regia Audientia, vide verbo *Senatus*, & verbo *Consilium*.
Regia dignitas nunquam moritur, 2.1.53
Regia dignitas, & potestas semper est una, 3.1.131
Regiæ dignitatis prior scopus est justitiæ administratio, posterior verò divisio terminorum, 5.2.5
Regia dignitas paternitati assimilatur, ibid.7
Regiam jurisdictionem exercent Inquisitores in omnes laicos, de quibus cognoscunt extra Fidei, 7. 3.9.& seq.
Regii Senatus non cognoscunt, nec judicialiter procedunt in recursibus per viam violentiæ, 7.1.70
Regius Senatus Valentinus quo pacto procedat cum Ordinario, vel delegato per viam violentiæ, ibid.81. & seq.
Regis officium est judicium facere & judicare,10.3.16. cum seq.
Regum per se judicantium varia exempla, ibid.19
Reges quare aliis hominibus munus judicandi committant, ibid.28
Reges legibus in judicando non adstringuntur sicut Magistratus, ibid.29
Reges majora sibi judicari reservant & quæ sint ista, ibid.31
Reges per se audire tenentur querelas pauperum de potentioribus, ibid.32
Reges mercaturam exercuerunt, & exercent, 10. 4.8
Regis officium est sublevare vi oppressos, 11.7.1
Regia Audientia, vide *Audientia*.
Registrata instrumenta, vide *Instrumenta*.
Registratio instrumenti supponit examen solemnitatum, 9.4.32
Regnum Valentiæ per dominum Jacobum I. Regem invictum, debellatum, & ab Agarenorum faucibus vindicatum,anno 1238.1.1.10
Regnum Murciæ ab eodem Rege vindicatum, 2. 5. 81
Regnum Navarræ cum decimis transivit in ditionem Castellæ, ibid.93
Regnum representatur propriè in Curia generali, 31. 1.1
In Regno proceditur sola facti veritate inspecta, 8. 6.9
In Regno totus processus habetur pro libello, ibid. 11
Regulæ ad cognoscendum an Astrologus superstitiosè agat, 7.3.241.& seq.
Regulæ ad cognoscendum an thema cœleste erigatur juxta Astrologiæ veræ præcepta, ibid.251
Regula cujusvis Ordinis demonstrat an sit vera Religio, 7.4.55
Regula generalis, per quam causæ contentionum inter Regios Auditores civilium causarum terminantur, 7. 5.5
Regula Montesiani Ordinis,est cisterciensis, 7.4.56
Regulares ad postulandum uniliter, debent obtinere licentiam Superioris expressè, 6.5.122
Regularis ex quocumque mandato, non potest substituere quin concurrat licentia Superioris, ibid.123
Regulares à principio sub jurisdictione Episcoporum vigebant, 7.4.85
Regulares omnes exempti sunt hodie jurisdictione Episcoporum, ibid.85
Regularium Prælati, vide *Prælati*.
Regularium Prælatura non requirit qualitatem Ordinis à jure naturali, vel divino, 7.4.151
Regularium plures Prælati in spiritualibus, exitere sine ordinibus sacris, ibid.153
Regularium Prælati, quamvis laici sint ex concessione Pontificia possunt obtinere jurisdictionem spiritualem in habitu, ibid.158
Regulares verè dicuntur Milites Ordinum,7.4.58
Relationi Scribæ mandari standum est quoad admissionem conferentiæ cum Inquisitore, 7.3.17

Relatio facienda per Juratos, & Majorales Artis Notariæ in crimine falsi, introducta per forum, 8.5.1. & 9
Relatio hæc, solum fori verbis attentis, fieri debet in Curia Ordinariorum, ibid.2
Relationis hujus praxis, ibid.4
Relatio est peritorum in arte Tabellionatus, ibid.13
Relatores causarum qui Judices non sint, excluſi à Regia Audientia, & regulariter in Supremo, 9.5. 28
Relator causæ est ipse Judex cui instructio commissa est, ibid.29
Relationes secretæ regulariter fiunt, ibid.30
Relatio publica facienda est parte petente, ibid.31
Relationes causarum in Curiis inferiorum Valentiæ non fiunt, ibid.33
Relationes secretæ Judicibus molestæ sed partibus utiliores sunt, ibid.34
Relatio facti in scriptis sive *memorial ajustado* quomodo, & quando in arduis facienda, ibid.32
Relationis ad Principem usus inter Romanos qualis, 11.4.5
Relatio ad Principem quomodo fiebat, ibid.6
Relationis remedium raro & ex magna, atque urgenti causa dabatur, ibid.8
Relationis responsum quomodo dabatur, ibid.& 10
Relationis remedium dilationem non patiebatur, ibidem 9
Relatio fiebat motu proprio Judicis, ibid.13
Relatio concedi non poterat ad unius ex litigatoribus querimoniam, ibid.31
Relaxatio fidejussorum quando in criminalibus procedat, 8.9.60
Relaxatio an sit absolutio, ibid.61
Relaxatio non habet locum ex causa ægritudinis in criminibus capitalibus, ibid.62
Relegatus à patria, ab Urbe, in qua noster Senatus Regius, relegatus censetur, 2.2.24
Religionis unitas valdè prodest ad salutem Reipublicæ, quia unitatem subditorum parit, 2.2.77
Religio deterret homines à malefaciendo, 8.10.27
Religionis specie quamplurima ingentia perficiuntur, ibid.147
Religionis tuitio Regnorum asylum, ibid.148
Religio Montesiæ, vide *Montesia Ordo.*
Religionem nec cogi, nec imperari posse, hæreticorum assertio est, 7.3.48
Religiones militares an sint verè Religiones, 7.4.38.& seq.
Religionis essentia an sit approbatio summi Pontificis, ibid. 42
Religiones militares circa perfectionem vitæ activæ versantur, ibid.43
Religiones militares omnes habent jurisdictionem spiritualem, ibid.112
Religiosi status essentia consistit in emissione votorum substantialium, 7.4.41.& 54
Religioso an dispensare possit Papa votum castitatis, in eo statu permanenti, ibid.43
Religiosi status an sit proprium, & necessarium vivere in summa paupertate, vel obedientia, ibid.47
Religiosi verè, nomine Fratrum alicujus Ordinis continentur, ibid.58
Religiosus non tenetur omnia perfectiora exequi, ibid. 54
Religiosorum appellatione veniunt novitii, ibidem 64
Religionis essentia in quo consistat, 7.4.41.& 54
Religio quælibet modum sibi determinatum habet in materia votorum, ibid.
Religiosi veri obtinent dignitates, & beneficia, cum redditibus, & religiosi permanent, ibid.49
Religiosi obtinentes dignitates, & beneficia habent liberam administrationem reddituum, ibidem & seq.
Remedium extrordinarium non conceditur, cui competit ordinarium, 3.1.87
Remedium non debet adhiberi desperata salus reperitur, ibid.124
Remedia per quæ Ecclesiasticus contumax compelli solet ad parendum, 7.1.111
Remedia assueta in Ecclesiasticos contumaces approbata per Sedem Apostolicam geminatè, ibid.112
Remedia prætoria quæ sint, ibid.115
Remedia pestilentiæ tempore qualia applicata in Urbe, 8.10.52
Remedium necesse imponendum ad reprimendum abusum concedendi oblatas & Kalendarios non edito libello, 9.1.18
Remedia per foros concessa adversus pronunciationes judicum effectum suspensivum habentia, ibidem 154
Remedia hæc non sunt per foros adinventa, sed à jure deprompta, ibid.155
Remediis injusti interpositis quomodo actor excludere debet, ibid.177
Remedia hæc ad eundem finem tendunt & promiscuè dicta quoad unum, quoad alia procedunt, ibidem 180
Remedia frivola quærens non debet ex eis commodum reportare, ibid.184
Remedia extraordinaria adhiberi solent adversus regias sententias ne exequibiles fiant, 11.1.101
Remedium litterarum causa videndi & recognoscendi, vide *Littera.*
Remissoria ad recipiendos testes quomodo postulanda, & quæ solemnitates si extra Regnum mittatur, requirat, 9.2.194.& seqq.
Remissio partis an requiratur ad indultum à Magistratu concessum, 2.1.100
Renuncians semel excusationi, an pro illa tantum vice, vel perpetuò renunciasse videatur, 4.9.37
Renuncians tacite, vel expresse judicio possessorio fatetur se non esse in possessione, & non potest manuteneri, 10.5.181
Renunciatio denuntiationis in evictione, de æquitate non est attendenda secundum aliquos, secus de foro, 12.1.53
Replicationi, duplicationi & similibus quæ dilatio danda sit, 9.2.160.cum seqq.
Reprobatio testium quomodo fieri debet, 9.3.3.& seq.
Reprobatio ex mero Judicis officio an fieri possit, ibid.7
Reprobationes an præjudiciales sint causæ, ibid.24
Reprobatio reprobantium testium quæ & qualis sit, ibid.31
Reprobandi reprobatorios testes dilatio quæ requirat, ibid.50
Repulsa rationum in executivis an per sententiam, vel per interlocutionem fiat, 12.2.69
Requisitoriæ litteræ, vide *Littera.*
Requisitions judicium, vide *Judicium.*
Requisita Tridentini ad privilegium fori quid operentur, 7.14.& 24
Requisita Tridentini ad emittendam professionem in Religionibus approbatis servantur in Ordine Montesiæ, 7.4.62
Res judicialiter distrahenda, æstimari prius debet per peritos, 12.3.39
Re pretiosa Curiæ oblata licitatoribus non repertis quid fiendum, ibid.48
Res morales ex fine fortiuntur formam, 7.4.54
Res furata, vide *Inventio.*

Res alicui tradita ad operandum in proprio artificio, si in alium vsum conversa sit, furtum committitur, 8.8.30
Rescriptum Principis legis habet vigorem, 3.3.24
Rescriptum Principis mandantis, quod jus alicuius per justitiæ tramites decernatur, non potest continere contra forum, & vtilitati publicæ repugnare, ibidem 25
Rescripta contra utilitatem publicam nullius momenti sunt, 4.7.4
Rescriptorum obreptio, vel subreptio, per quæ inducantur, ibid. 6
Rescripta nulla executioni mandari non debent, ibidem 16
Rescripta ex quibus alicui injuria infertur, nulla sunt, ibid. 18
Rescriptum posterius, ut primum revocet, debet expressam mentionem facere de illo, ibid. 27
Rescripta interpretari debent, ita ut effectum operentur, ibid.
Rescripta Principis contra immunitates civium Vrbis, an sint impetrata nulliter, & contra foros, 5. 3.48. & 90
Reservata Principi per prorogationem non communicantur alteri, 11.3.42
Reservatio sub clausula *salvis juribus* an impediat executionem sententiæ, 12.1.99
Reservatio incerti non retardat executionem certi contenti in sententia, ibid. 104
Reservatio nunquam extenditur ad expressè decisa, ibid. 105
Responsiones adversarii in lite in quacumque parte judicii concedendæ sunt, 9.2. 11
Responsionum exigendarum praxis, ibid. 21
Responsiones an concedendæ concluſa causa & sententia penes scribam, ibid 23
Responsionum postulatio, nec concessio non differt publicationem sententiæ, ibid. 24
Responsiones potest judex denegare, ibid. 25
Respondere recusans quomodo compellendus, ibidem 28
Responsiones obtinere quando postulans compellatur, ibid. 29
Responsionum effectus sensibilis rarus, ibid. 34
Respondere tenetur quicumque litigat, ibid. 59
Respondens indirectè, compellendus est quod directe respondet, ibid. 40
Respondere nemo cogitur interrogatus de alieno facto, ibid. 75
Respondere *regulatè* quomodo capiendum, ibid. 76
Responsiones in causa universitatis exiguntur ab officialibus, ibid. 80
Responsiones Syndici an tequirant speciale mandatum, ibid. 81
Responsiones concedendæ sunt in judicio appellationis, 11.2.204
Responsiones principis ad relationes quomodo fiebant, 9.4.10
Responso Principis accepto secundum eum pronunciabatur, ibid. 5
Responsa prudentum ex disputationibus Advocatorum dimanarunt, 9.5.8
Responsio ad argumenta contra recursum per viam violentiæ adducta, 7.1.110. & seq.
Respondere recusans, vide *Reus*.
Respublica nititur basi veræ ac puræ Religionis, 7. 3.2
Restitutio rei, vide *Reus*.
Restitutio in integrum an concedatur actori ad probandum in criminalibus, 8.6.25
Restitutio in integrum an concedatur Fisco in criminalibus, ibid. 28
Restitutionis beneficium an suspendat publicationem sententiæ, si imploretur, ea apud Scribam deposita, 8. 9. 32
Restitutio in integrum conceditur Fisco, etiam contra factum Judicis, 8.2.31
Restitutionis in integrum beneficium quibus debeatur, 9.1. 178
Restitutio implorata adversus lapsum dilationis foralis, vel alias calumniosè denegatur, ibid. 180
Restitutio ad probandum lapsis dilationibus quibus concedatur, 9.2. 167
Restitutio quomodo concedenda est majori ex capite ignorantiæ, ibid. 182
Restitutio concedenda est minori adversus lapsum dilationis objectivæ materiæ, 9. 3. 33
Restitutio ad probandum in summarissimo juris firmæ an concedenda, 10 5.97.& seq.
Restitutio in judiciis summariis non est concedenda, ibid. 115
Restitutio ad probandum an concedenda appellanti, tam in materia principali quam objectiva, 11.2.197. & 202
Restitutionis remedium extra ordinem datur, 11.6.1.& seq.
Restitutionis beneficium non solum minoribus, verum cunctis tam de jure quam de foro concedi potest, ibid. 2
Restitutio gratiosa, vide *Instauratoria*.
Restitutio principaliter, & incidenter implorari solet, ibid. 5
Restitutio læsionem, & causam supponit atque requirit, ibid. 6
Restitutionis causa facile in minori credenda, difficilius in majori, ibid. 7. & 9
Restitutio adversus sententias, interlocutiones & cæteras res nocivas implorari potest, ibid. 8
Restitutionis implorandæ tempora tam de jure quam de foro, ibid. 12.& à quo die computetur, ibid. 15
Restitutio an tribuat effectum suspensivum, ibid. 16
Restitutio implorata adversus sententiam principis sapit supplicationem, & præstita cautione executioni mandari debet, ibid. 18. & seq.
Restitutio implorata post cœptam executionem non suspendit, ibid 22
Restitutio sæpius imploratur ad impediendam executionem, ibid. 25
Restitutionis beneficium electivè concurrit cum appellatione, atque supplicatione, ibid. 26
Restitutio adversus omissam restitutionem an detur, ibid. 27
Restitutionis remedium species est appellationis, supplicationisve, ibid. 28
Restitutionis remedium pinguius dicitur, sed appellationis fortius, ibid. 29
Restitutionis remedium alternativè concurrere potest cum nullitate, ibid. 30
Restitutio ut admittatur an præcedere debeat examen læsionis, & causæ, ibid. 36. & seqq.
Restitutio an censeatur implorata per simplicem petitionem, cum clausula *omni & meliori modo*, ibidem 41
Restitutionem an concedere possit Judex ordinarius adversus sententias à se latas, ibid 44
Restitutio implorari potest coram eodem judice, & Superiori, ibid. 46. & seq.
Restitutio ad coram causam quando imploretur, & quos effectus producat, ibid. 49
Restitutio implorata adversus sententiam tantum quid operetur, ibid. 50
Restitutio ex quibus cansis concedenda est majori, ibid. 51
Retroclamum, vide *Reclamatio*.

Index Rerum,

Reviſionis & correctionis remedia idem effectus ſunt, 9. 1. 158
Reviſio vel correctio quomodo petenda & proſequenda, ibid. 159
Reviſionis ſeu correctionis remedio ſemel rejecto non admittit alium poſt ſe, ibid.
Reviſionem petens ab evocatione cauſæ dilatoriam exceptionem apponit, ibid. 161
Reviſio petita à decreto de injungendo tanquam frivola ſtatim rejicienda, ibid. 165
Reviſionis remedium adverſus conceſſionem firmæ vel contrafirmæ frequens ſed non neceſſarium, 10. 5. 71
Reviſionis remedium ſpeciali providentia inductum fuit ad meras interlocutiones, 11. 2. 124
Revocatio Procuratoris, vide *Procurator*.
Reus ſi notoriè non gaudet privilegio immunitatis, extrahi poteſt ab Eccleſia, 7. 1. 151
Reus abſtractus ab una Eccleſia, ſi reſtituatur alteri, ceſſat ſpolium, ibid. 155
Reus abſtractus an ſit omnino reſtituendus ante omnia, ſi jam declaratum ſit non gaudere, ibid. 158
Reus detentus in carceribus Regiis, ſi petatur ab Inquiſitoribus ob cauſam Fidei, ſtatim eſt tradendus, 7. 3. 7
Reus negans crimen, de quo eſt legitimè interrogatus, non excuſatur à peccato, 8. 4. 6
Reus non legitimè interrogatus, poteſt celare veritatem, ibid 9
Reus non reſpondens ad interrogationes Judicis, torqueri poteſt, ibid 13
Reus non reſpondens in levioribus, pœna pecuniaria conſtringitur, ibid 16
Reus non reſpondens, tribus monitionibus monendis, ibid. 17
Reus an poſſit compelli reſpondere ſub pœna convicti, & confeſſi, ibid. 18. & ſeq.
Reus ut appareat fugiſſe, conficiendum eſt inſtrumentum fugæ, ibid.
Reus citari ſolet in articulo recurſus emiſſi per Fiſcum ab injuſta relatione Majoralium, 8. 5. 33
Reo an ſit denegandus terminus, & copia, in hoc articulo, ibid. 35. & ſeq.
Reo denegatur defenſio in proceſſu informativo, ibid. 36
Reus audiendus eſt poſt litem conteſtatam, & libelli oblationem, ibid. 37
Reus accuſatus reſpondere debet ſuper denuntiatione, ſive ab eo exigenda eſt confeſſio ex foro, 8. 6. 13
Reus captus, licèt morbo ſontico laboret, dies differri nequit, ibid. 36
Reus ægrotans relaxandus eſt fidejuſſoribus, ibidem 37
Reus abſens in criminalibus qua forma eſt citandus, 8. 7. 1. & ſeq.
Reus abſens an condemnari poſſit, ibid. 27
Reus abſens an habeatur pro convicto, & confeſſo, ibid. 29
Reus abſens audiendus non eſt, ibid. 31
Reus abſens auditur ad allegandam juſtam cauſam abſentiæ, ibid. 32
Reus ſponte comparens intra annum publicationis ſententiæ, audiendus eſt, ibid. 36
Reus captus in Regno Caſtellæ, qualiter audiendus, ibid. 37. & ſeq.
Reo condemnato ad pœnam extraordinariam defectu probationis ex furto, condemnari nequit ad reſtitutionem rei furatæ, 8. 8. 21
Reus quando relaxandus ſit fidejuſſoribus, 8. 9. 58
Reus condemnatus ad torturam tanquam cadaver, non debet acerbiùs torqueri, 8. 9. 100. & ſeq.
Reus ut confeſſus & convictus ex contumacia declaretur ter comminandus eſt, 9. 1. 144
Reus convictus declaratus appellare poteſt, ibid. 145
Reo comparente, & diffugia quærente conteſtatio litis ſit miniſterio legis, ſed judex pronuntiare factam eſſe debet, ibid. 147
Reus eo ipſo quo citatur ad judicium legitima perſona cenſetur, ibid 229
Reus cogendus eſt reſpondere an hæres ſit & non reſpondente convictus & confeſſus, declarandus, ibid, 232. cum ſeq.
Reo quando incipiat currere dilatio probatoria, vide *Dilatio*.
Reus tenetur copiam ſumere in ſcriptis libelli in ipſo die injunctionis, ibid. 101
Reus plus favendus in defenſione quam actor in actione, ibid. 145
Reo tolerandum non eſt quod omittat articulos ponere intra dilationem, 21. 2. 49
Reus per contumaciam condemnatus in Audientia Verbali non eſt audiendus niſi debitum deponat, 10. 3. 13
Reo comparente in Audientia verbali auditur & cauſa ſubſtantiatur ſummatim arbitrio judicantis, ibid. 14
Reus ter citatus ſi non compareat verus contumax efficitur, ibid. 42
Reo deficiente in bonis mobilibus poteſt pro debito carcerari, 12. 3. 13
Reo deficiente in bonis mobilibus, tranſeundum eſt ad diſtractionem immobilium, ibid. 15
Reo deficiente in bonis mobilibus, ſi executio fiat pro redditibus cenſus, cenſetur commiſſa ſtipulatio faciendi habere licere, & comminatus elapſo termino condemnari poteſt ad luendum, & de praxi, ibid. 21 & ſeq.
Rex cum eſt in Regno Valentiæ, præſidet in Senatu Valentino, & ſententiæ, atque decreta, ejus nomine feruntur, & in ſupplicibus libellis ad Senatum emiſſis attributum majeſtatis apponitur, 2. 2. 23
Rex Valentiæ non recognoſcit ſuperiorem, 1, 2. 4
Regis poteſtas ex juſtitia orta eſt, ibid. 38
Rex in Regno habet poteſtatem legibus abſolutam, ibid. 4. & 4. 6. 9
Rex non eſt ſolutus legibus quoad vim directivam, 1. 2. 39
Rex per modum legis an foros revocare poſſit, ibid. 14. & 3. 1. 127
Rex in Aragonum Regnis, eſt ſolus legiſlator, 1. 2. 42. & 3. 1. 128
Rege præſente ceſſat officium Proregis, & quare, 1. 2. 54
Reges Hiſpaniæ unitatem Religionis Catholicæ, Apoſtolicæ Romanæ fatentur, & fovent, 2. 2. 80
Reges Hiſpaniæ non parcunt impenſis, aut laboribus pro amplianda Fide, & tuenda, ibid. 81
Reges Hiſpaniæ Tribunal ſanctæ Inquiſitionis erigi curarunt, & fovent, ut integritas Religionis diu permaneat, ibid.
Regum Aragonum virtutes, 2. 3. 10
Res cognoſcit de quæſtione agitata verſus Clericum, vel Eccleſiam ſuper re donata ab ipſo Rege, 2. 5. 103
Rex debet perſonaliter viſitare Provincias ſuorum Regnorum, 3 1 17
Rex eſt anima imperii, ibid. 18
Rex ut ſol omnia ſua præſentia perluſtrat, ibid. 20
Regis præſentia in utilitatem Regni cedit, ibid. 21
Rex Iacobus I. Regnum Valentiæ, & Murciæ vindicavit. Vide verbo *Regnum*.
Rex Iacobus I. celebravit Curias ſolemnes, ante omnes Aragonibus, & Catalaunis, 3. 1. 7. & ſeqq.
Rex Petrus I. filius Iacobi, celebravit Curias Valentinis primùm, an. 1283. ibid. 14

Regum Valentinorum felix, fausta que successio, compendiosè traditur, ibid. 30
Rex non habet majorem potestatem se ipso, etiam in Curia generali, ibid. 130
Rex non pendet à Curia, sed Curia à Rege, ibid. 132
Rex decretare ad libitum potest foros propositos in Curia, ibid. 134
Regis decretum contra propositionem, etiamsi de dispositis in foris agatur, tenet, Brachiis non dissentientibus, aut protestantibus, ibid. 135
Rex donativis subvenindus in committis, ibid. 136
Regi debentur jure naturæ tributa, dum tria concurrant, ibid. 139
Reges Cordubæ Mahometani, insignes fuerunt in arte medendi, 4. 3. 67
Rex quomodo cognoscat de bonis de *realengo*. Vide verbo, *Bona de realengo*.
Reges ob annonæ penuriam, plura concedunt, quæ alias non erant concessuri, 5. 1. 19
Rex dotat oppida terminos assignando, 5. 2. 8
Rex solus potest concedere immunitatem tributorum, 5. 3. 54
Rex potest jubere, ne aliquis admittatur in civem, ibid. 59
Regis joannis sanctio, de aliquibus exteris non admittendis, non est contra foros, ibid. 69
Rex Aragonum est judex exemptorum Ecclesiasticorum non habentium judicem in Regno, 7. 1. 201
Rex Valentiæ concessam habet à Sede Apostolica jurisdictionem in Clericos minorum Ordinum delinquentes in certis criminibus, 7. 2. in tex. & n. 1. cum seq.
Rex an possit mandare suo Fisco aliquem accusare, 8 1. 33
Rex de quibus curare debet, ibid. 37. & seq.
Rigantes ex aqua ejusdem fontis, rivi vel infilis an constituant universitatem legitimam, 9. 7. 171. & vide *Communitas*.
Rimarum metrum originem habuit ex vernacula lingua Valentinorum, 8. 9. 7
Ritus processus contumaciæ, vide *processus*.
Ritus causæ fiscalis, vel privati, non defert post publicationem, 8. 6. 44
Rixæ author in dolo præsumitur, 8. 8. 51
Rixosi homicidii pœna, ibid. 39. & 48. & 73
Romanç quid significet, 8. 9. 9. & seq.
Rotæ Romanæ decisiones approbantes viam violentiæ, ibid.

S.

Sacerdotes, qui administrare Sacramenta possint, ex defectu jurisdictionis plura peragere non possunt, 7. 4. 81
Sacerdos vestalis non cogebatur jurare per Prætorem, 9. 2. 43
Sacrum supremum ac Regium Aragonum Consilium percipit salaria sententiarum criminalium, 12. 4. 41 cætera, vide *Supremum*.
Sacer ordo privilegii fori naturam non mutat, 7. 2. 25
Sacris initiati quare tenentur recitare Horas canonicas, ibid 39
Sacræ paginæ loca in Astrologos, & pro eis, 7. 3. 51. & 70. cum seq.
Sajones, sive curiosi, qui sint, 4. 11. 53
Salarium officii, de cujus electione sub lite disputatur, an debeatur electo à collitigante, 4. 4. 21
Salaria sententiarum non debentur Assessoribus Ordinariorum, 6. 5. 90
Salaria sententiarum in prima instantia nemini debentur in Regno, dempta Regia Audientia, ibid.
Salarium sententiæ, an utiliter exigat à litigantibus, Assessor Baronis, in prima instantia, qui non habet assignarum salarium à Barone, ibid.
Salaria famulorum, & opificum in Audientia verbali peti possunt. 12. 3. 38. & seq.
Salaria & mercedes petitæ per famulos vel opifices virtute instrumenti promissionis excludantur ab audientia verbali, ibid. 60
Salarium sententiæ non debetur alicui ex judicibus ordinariis in toto Regno Valentiæ ex prima instantia, neque eorum subdelegatis, adhuc in appellatione, 12. 4. 20
Salaria sive sportulæ quomodo de jure arbitrabantur, ibid. 19
Salaria sententiarum criminalium non percipiuntur in Regia Audientia: bene verò à delegatis in secunda vel ulteriori instantia, & in Supremo, ibid. 40
Salarium non debetur ex lite oppositionis crediticiæ, bene verò proprietariæ, ibid. 42
Salarium non debetur ex lite super validitate Guidatici adducentis victualia, ibid. 43
Salaria ne judices percipiant à litigatoribus sed à deposito, ibid. 44
Salarii dimidium debetur transigentibus partibus post conclusionem, & totum post resolutam causam, ibid 45 & seq.
Salarium an percipi possit tacentibus partibus per triennium post depositum, ibid. 47
Salaria quomodo distribuantur in Regia Audientia, ibid. 48. & seq. vbi de Supremo
Salarium unum debetur ex qualibet sententia licet plures sint judices, ibid 49
Salaria quomodo computanda, ibid. 50
Salaria taxanda ex eo quod in petitione deductum, non in condemnatione contentum, ibid. 53
Salaria causarum anomalarum quo modo computentur in Supremo: ibid. 52
Salarium litis causa videndi adducte ad Supremum pro medietate distribuitur inter ipsum Supremum, & judicem instruentem, ibid. 54. & seq.
Salaria in causis visitationis quo pacto percipiantur in Supremo, ibid.
Salarii portio spectans ad judices associatos tenetur deponere qui eos impetravit, ibid 57
Salaria correctionis, & revisionis quæ sint, ibid. 59
Salarii tertias pro interlocutionibus, quomodo percipiant, judices, ibid. 60. cum seq. & 12. 3. 55
Saltus, vel prata de licentia Regis constitui possunt, dum fiat sine tertii injuria: 5. 2. 15
Salvetat, vide *Suspensio*
Salvitas dilationis probatoriæ ex causa legitima, an concedenda actori in criminalibus, 8. 6. 23. & seq.
Salvus conductus Bannitis concessus, & quare. 8. 10. 42
Sanctum officium Inquisitionis, vide *Inquisitio*.
Sancti Astrologi, 7. 3. 232
Sancti urbani, & civiles esse solent, 6. 5. 61
Sanctiones speciales formam capiunt à volontate concedentis, 4. 6. 29
Sanguinei, & cholerici sunt apti ad Senatoriam dignitatem, 1. 2. 141
Sanguinis jura per jus civile dirimi nequeunt. 10. 4 17
Satisdatione tutoris, vel Curatoris admissa ad certum tempus eo finito administrare nequeunt, nisi alium præstiterint, 9. 1. 309. & vide *Cautio*.
Scholæ Valentinæ laudes, 4. 3. 8
Schola Sagunti floruit à tempore Thubalis, ibid. 62
Schola celebris fuit in Urbe Cordubæ, tempore Agarenorum, ibid. 67
Schola Valentina constructa fuit de consilio sancti Vincentii Ferrarii, ibid. 71
Schola Valentina auctoritate Regia, & Pontificia, confirmata, & erecta, ibid 71

Scholæ Valentinæ patronatus jus non pertinet ad Capitulum almæ sedis, ibid. 72
Scholæ Valentinæ statuta per quos fiant, & mutentur, ibid. 73
Scholæ Valentinæ Conservatores qui, ibid. 74
Schola Valentina administratur per Urbis Officiales, ibid. 75
Scholæ Valentinæ filii in omni scientia insignes evaserunt, ibid. 77. & 91
Schola Valentina, quo tempore fundata fuit, ibidem 82
Scholaris indignus, gradum alicujus scientiæ postulans, peccat mortaliter, ibid. 109
Scholasticorum privilegia remissivè, ibid. 101
Scientia legalis, qualis requiratur in Assessoribus Ordinariorum, 6. 5. 99
Scientia futurorum nemini permissa, nisi à Deo, 7. 3. 69
Scientiæ imperfectæ ab hominibus adipiscuntur, ibid. 130
Scribæ mandati Regii, in nostro Senatu, qui, & quibus assimilentur, 2. 2. 202
Scriba major Regiæ Curiæ, vulgò, *Cap de taula*, quod officium gerat, ibid. 205
Scribæ regestri munus explicatur, ibid. 207
Scribæ causarum civilium, & criminalium, qui, & quot, ibid. 211
Scribæ Deputationis electio, 3. 2. 28
Scribæ Juratorum rectè potest mandari, ex legitima causa, ne deliberationes certas scribat, aut in actis redigat, 4. 3. 53
Scriba mandati mittendus est per Regentem Cancellariam, cùm conferentia suscitatur, vel admittitur, cum Inquisitoribus, 7. 3. 15
Scribæ mandari relatio probat quoad admissionem hujus conferentiæ, ibid. 17
Scribis, sive actuariis quæ jura debeantur, remissivè, 12. 4. 66. vide, *Actuarius*.
Scribis mandati in Supremo debentur jura custodiæ actorum, sed non ex causis adductis ex Regno Valentiæ etiam si nobilitatis sanguinis sint, ibid. 69
Scribis mandati quæ salaria debeantur, vide ubi agitur de salariis sententiarum Regiæ Audientiæ & Supremi.
Scripturæ necessitas non tollit necessitatem pronuntiandi sententiam, 8. 9. 19
Scripturæ quod genus libelli sint, 9. 1. 11
Scriptura privata quando probet in judicio, 9. 4. 68 & seqq.
Scriptura privata judicialiter recognita paratam habet executionem licet Valentiæ parum in usu sit, ibid. 71. & seqq. & 13. 1
Scriptura privata si comprobetur per testes de nota manu scribentis, in civilibus plene probat de stylo curiarum, ibid. 77. cum seqq.
Scripturæ productæ & non impugnatæ probant licet privatæ sint, ibid. 107
Seca dicitur apud nos domus Regia, conflandæ monetæ destinata, 2. 6. 1
Secatores qui dicantur, ibid. 2
Secretum Consiliarii quale requiratur, 2. 2. 110
Secretum Regii Consilii servandum sub juramento, & censura, ibid.
Secreta servare quis teneatur, 4. 3. 52
Secretarii Sancti Officii Inquisitionis munus non oberat tempore primæ infacularionis, ut admitteretur ad officia Urbis, 4. 7. per tot.
Secretarius Urbis habet interventum cum Juratis, & aliis, in rebus pertinentibus ad Scholam Valentinam, 4. 3. 76
Sedendi in Curia modus, 3. 1. 82
Sedendi modus inter Senatores Regii Consilii, atque ordo suffragandi, 2. 2. 187
Sedendi modus quando Jurati Vrbis vocantur cum Majoralibus Notariæ, ad relationem faciendam in crimine falsi. 8. 5. 5. & seq.
Sedis Apostolicæ explicita approbatio, compellendi Ecclesiasticos contumaces per remedia prætoria, 7. 1. 215
Sedis Valentinæ amplitudo, atque Præbendæ, ibidem 16
Seditionis authores sanguine luere debent quæ patravere, 8. 10. 25
Seditio celerrimè compescenda, ibid. 25
Semel malus semper præsumitur malus in eodem genere, 8. 8. 7
Semiplena probatio sufficit Fisco in contentionis judicio, 7. 1. 168
Senatores; vide verbo *Consiliarii*.
Senatores nostri Senatus in rebus regiminis habent suffragium, & quale, 2. 2. 60
Senatui defertur provocatio, vel supplicatio à decreto Prorègis, in rebus regiminis, si aliquis lædatur, ibid. 61
Senatus nostri Aulæ quo pacto distributæ, ibidem 16 & 62
Senator sine causa excludi nequit ab interventu litis sibi commissæ, vel Aulæ propriæ, in qua radicata est, ibid. 65
Senatoris bonitas qualis requiratur, ibid. 75
Senator unum Deum credere debet, ibid. 74
Senatoris pietas qualis esse debeat, ibid. 83
Senatoris conscientia, & mores quales, ibidem 88. & 90
Senator veritatem amare debet, ibid. 94
Senator quo modo possit uti dissimulatione, ibidem 95
Senatoris ingenium quale, ibid. 97
Senatoris scientia, & virtutes, ibid. 102. cum seqq.
Senator debet scire Philosophiam, & quomodo, ac qualem, ibid. 113
Senator juris scientiam habere debet, tam speculativè, quàm practicè, ibid. 114. & 120
Senator historiæ cognitionem habeat, ibid. 121
Senatoris eloquentia, ibid. 122
Senator interrogatus ita respondeat, ut graviora sint dicta rogatis, ibid. 127
Senatoris prudentia, ibid. 128
Senator non dicat sententiam admonentem, ibidem 130
Senatoris vigilantia, ibid. 131
Senatoris ætas, ibid. 135
Senatoris nobilitas, ibid. 138
Senatoris complexio, ibid. 140
Senator conveniente corporis dispositione ornetur, ibid. 142
Senatoris electio multum perpendi debet, ibidem 14
Senatores nostri Senatus, non solum causas dijudicant, sed pluribus aliis negotiis occupantur, & quæ sint, enumerantur, ibid. 187
Senatores qualiter sedeant in nostro Senatu, & dicant sententiam, ibid. 189
Senatores nostri Senatus, cui ex Magistratibus Romanorum assimilentur, ibid. 190
Senatus Romani authoritas tempore Regum, Reipublicæ, & Imperatorum describitur, ibid. 192
Senatores nostri Senatus, verè, & propriè Senatores sunt, ibid. 193
Senatus Valentinus SACRI titulo decoratur, ab antiquo, ibidem.
Senator antiquior præsidet in Aula, in qua Regens Cancellariam non reperitur, ibid. 198
Senator antiquior gerit munus Regentis eo impedito, ibid. 199
Senator Preregentis officium gerens omnibus prærogativis Regenti concessis utitur, ibid. 201

Senatores noſtri Senatus, Aſſeſſores Baronum eſſe nequeunt ex foro, 6. 80
Senatores noſtri Senatus, ſubſtituere nequeunt, 6. 104
Senatores Aularum Civilium quomodo convocentur ad deciſionem contentionis juxta concordiam, 7. 3. 128
Senatores ſuffragia conſultiva tantùm obtinent, ſed Cancellarius adhæret majori parti, ibid. 129
Senatores Aulæ Criminalis quo in caſu vocandi ſunt, ibid. 130
Senatus ex deliberatione, an fiſci Patronus poſſit aliquem accuſare, 8. 1. 33
Senatus Caſtellæ decreta in Coronæ Aragonum Regnis, exequi nequeunt, & quare, 8. 9. 127
Senatus Valentini juriſdictione obdormiente, ad quem deferatur poteſtas compellendi Eccleſiaſticos contumaces, ibid. 220
Senatus Valentini conſtantia, & vigilantiſſima cura tempore peſtis, 8. 10. 55. & 64
Senatores quot intervenire debent in deliberatione ſententiæ, 11. 1. 19
Seniores, qui ex ordine Monteſiæ aſſumendi ſunt, ut conjudices, ad cauſas criminales perſonarum Ordinis decidendas, ex quibus deſumi debeant juxta definitiones, 7. 4. 36
Senſitivum appetitum quo pacto imperetur à voluntate, 7. 3. 108
Sententiam qualiter Senatores dicant in Senatu, 2. 2. 188
Sententia arbitralis ad erectionem Noſocomii generalis, 4. 3. 143
Sententia in cauſa immunitatis jurium, vel tributorum, in eundem effectum, vim judicati habet, quoad omnes illius ſpecies, 5. 4. 75
Sententiæ, ſeu vota arbitrorum in contentione juriſdictionis, extra terminum quinque dierum prolatas nullius momenti ſunt, 7. 1. 122
Sententia Cancellarii eſt interlocutoria, ibid. 132
Sententia Cancellarii quomodo concipiatur, & exaretur, ibid. 133
Sententia Cancellarii non admittit appellationem, ibid. 134
Sententia lata per Fiſci Advocatum in cauſa contentionis, an admittat remedium appellationis, 7. 5. 21
Sententia Advocati Fiſcalis eſt ſimplex pronuntiatio ſuper competentia Judicis, vel juriſdictionis, ibid. 25 & 8. 8. 213
Sententia admiſſa in Provincia ſequi debet, quamquam contraria, ſit communior, ibid. 28
Sententiæ ſacri Supremi Aragonum Conſilii, vim legis obtinent, 8. 1. 32
Sententia debet conformari libello, 8. 6. 8
Sententiæ communi idiomate ferri debent, 8. 9. 1. & 12
Sententiæ Curiarum inferiorum vernacula lingua ferantur, ibid. 13
Sententiæ Senatus Latino ſermone exarantur, ibidem 14
Sententiam pronuntiare nequit mutus & ſic Judex eſſe non poteſt, ibid. 17
Sententiæ neceſſario in ſcriptis ferri debent de jure noviſſimo, ibid. 19
Sententiæ neceſſario ſcribendæ ex foro, ibid. 20. & ſeq.
Sententiæ perſonalis pronuntiatio non requiritur à foro, ibid. 21
Sententia Judicis inferioris ſcribi poteſt à quocumque Actuario juſſu Judicis, ibid. 23
Sententiæ Senatus per quem ſcribi debent, ibid. 24
Sententia poſt publicationem corrigi nequit, ibidem 25
Sententia apud officium depoſita an poſſit immutari, ibid. 26
Sententia apud officium depoſita perinde habetur, ac ſi recitata fuiſſet, ibid. 27
Sententia eadem die publicationis corrigi valet, quoad qualitatem, etiamſi reſpiciat ſubſtantiam, ibidem 28
Sententiæ publicatio an differri queat poſtquam eſt depoſita apud officium, ibid. 30
Sententiæ recitatio an ſuſpendatur per beneficium reſtitutionis in integrum, ibid. 32. & ſeq.
Sententiæ recitatio an ſuſpendatur per novas allegationes, ibid. 34
Sententia publicari debet in loco aſſueto, ibid. 36. & ſeq.
Sententiæ quo tempore recitandæ ſint, ibidem 42 & ſeq.
Sententia noctu prolata an ſit nulla, & de ſolemnitate trium luminum, ibid. 47
Sententia ferri debet præſentibus litigatoribus, ibid. 48
Sententia ferri nequit utroque litigatore abſente, ibid. 49
Sententiæ in criminalibus reo præſente recitantur, ob quod non eſt neceſſaria alia citatio, ibid. 50
Sententia lata non obſervatis ſolemnitatibus foralibus, eſt nulla, ibid. 63
Sententia ferenda contra fractorem carceris, non requirit ſolemnitates forales, ibid. 64
Sententia in relaxatum per Judicem Eccleſiæ, non requirit ſolemnitates forales, ibid. 71. & ſeq.
Sententia ferenda in delinquentem coram Judice exercente, non requirit ſolemnitates, ibid 72
Sententiæ in eos qui delinquunt die Veneris ſancti, an requirant ſolemnitates, ibid. 73. & ſeq.
Sententia lata contra formam fori nulla eſt, taliter quod non eget revocatione, ibid. 80
Sententiæ criminalis nullitates, an ſint admittendæ necne, ibid. 82
Sententiæ appellatio, vide *Appellatio*.
Sententia capitalis quo pacto exequenda ſit, ibidem 106
Sententiæ criminalis executio, an fieri poſſit diebus feriatis, ibid. 110
Sententiæ Regiæ Audientiæ exequibiles ſiunt præſtita cautione, 9. 1. 164. & 12. 1. 100
Sententiæ effectus ſuſpenditur per appellationem, 9. 1. 271. & 12. 2
Sententiæ publicatio non ſuſpendenda per poſtulationem reſponſionum, 9. 2. 24. neque per editionem inſtrumentorum, 9. 4
Sententia lata in cauſa fideicommiſſi aut vinculi ſucceſſivi vel majoratus ex confeſſione Poſſeſſoris, ſucceſſores non afficit, 9. 2. 36
Sententia in cauſa ſummaria vel ordinaria. Vide *Cauſa*.
Sententiæ Supremi vim legis habent, 10. 5. 43. & 11. 1. 81. & ſeqq.
Sententia in rem judicatam tranſacta non poteſt retractari, niſi partes ſubintrent in diſcutione meritorum, 10. 5. 161
Sententia lata in judicio ſummario, vel executivo an faciat judicatum ad petitorium, ibid. 162
Sententia quid ſit, 11. 1. 2. & ſeqq.
Sententia in quo differat à decreto, ibid. 5. & 10. 6. 46
Sententia lata abſque partis inſtantia nulla eſt, 11. 1. 9
Sententia inter Romanos utraque parte adſtante ferebatur, ibid. 10
Sententiæ in Regia Audientia, quomodo deliberandæ, ibid. 14
Sententiæ judicum inferiorum de Conſilio Aſſeſſorum ferendæ ſunt, ibid. 13
Sententiæ Regiæ Audientiæ latino ſermone cum motivis in civilibus ferendæ ſunt, ibid. 22

Sententia in re fiscali deliberanda est cum interventu Regii Fisci Advocati, ibid.20
Sententia in re spectante ad Militiam Montesiæ deliberanda est cum interventu unius ex Assessoribus togatis ipsius, ibid.21
Sententia an requirat motiva justificantia, ibid.24. & seqq.
Sententiarum ferendarum forma in nostro Regno, ibid. 36
Sententia conformis esse debet libello, ibid.37.& seq.
Sententia dubia vel obscura interpretanda est per acta processus, ibid.41
Sententia debet continere absolutionem vel condemnationem, saltem per æquipollens,ibid.44.& seq.
Sententia in arduis deliberanda est post studium, & meditationem, ibid 48
Sententia subsignata & perfecta apud officium ponenda est, ibid.50
Sententia Valentiæ non requirit pronunciationem ipsius judicis, sufficit recitatio per scribam facienda mandante judice,ibid.52
Sententia recitata an aliquid immutari possit, ibid.53
Sententiæ Regiæ Audientiæ recitantur in domo Regentis per Scribas mandati, ibid.56.& seqq.
Sententia quibus verbis concipienda est, ibid.59
Sententiæ verba strictè interpretanda sunt, ibid.60
Sententia non solum debet dicere, *Mevium, vel Titium condemnandum fore & esse*, sed addendum *ut condemnamus*, & sic in absolutione, ibid.61
Sententia certa esse debet, nec concipi sub conditione, ibid.64 & seqq.
Sententia lata contra mortuum an nulla sit, ibid.77.& seqq.
Sententia intra quod tempus pronuncianda, ibid.76. & seqq.
Sententiæ diffinitivæ præcipui effectus, ibidem 79. & seqq.
Sententiæ effectus resultant si transit in judicatum, ibid 80
Sententiæ Regiæ Audientiæ feruntur nomine Regis, & exemplo deserviunt, ibid 83.& 89
Sententia lata contra legem nulla est ipso jure, & an sit contra consuetudinem, ibid.88.& 94
Sententiæ effectus suspenduntur per appellationem, ibid.98
Sententia à qua appellatum fuit non posset confirmari nisi appellatio prodesset appellato non adhærenti, 11.2.79
Sententia in uno capite appellabilis, quo ad cætera appellabilis redditur, ibid.95
Sententia Principis, & Senatus appellabilis non est sed supplicabilis, ibid.98.& seq.
Sententiæ quæ dicantur conformes, 11.2.155
Sententia executioni mandari non potest pendente termino ad appellandum nisi causa ex se inappellabilis sit, ibid.156.& seq.
Sententia in causa inappellabili exequenda non est extante inhibitione superioris, ibid.559
Sententia desertionis an admittat appellationem, ibid. 191
Sententia commutata vel in minima parte appellans excusatur ab expensis, ibid.217
Sententia prima revocata an succumbens condemnetur in expensas, ibid.218
Sententia revocata etiam condemnatio expensarum revocatur licet non fiat expressa mentio, ibid.225
Sententia tertia confirmans secundam revocatoriam primæ dum simpliciter condemnat in expensas, de ea instantia tantum intelligi debet, ibid.227
Sententiæ executionem postulans quoad capita favorabilia non censetur approbare nociva à quibus appellavit, vel supplicavit, 12.3.26
Sententia lata secundum responsum Principis ad consultationem nunquam admittit provocationem, 11. 4.51
Sententia capitalis in nobiles, & fruentes privilegio militari consulenda cum Principe transmissis actis ad Supremum, ibid.34
Sententia lata cum votis Supremi in lite ducta ex remedio litterarum causa videndi supplicationem admittit, sed non nullitatum dictionem, ibidem 53.& seqq.
Sententiæ duæ conformes Supremæ Curiæ latæ cum causæ cognitione æquivalent tribus, 11.5.51
Sententia repulsæ nullitatis an faciat numerum, ibid. 65
Sententias inferiorum reformare superioris est, 11.6. 48
Sententiæ nullitate detecta non est opus restitutione, ibid.40
Sententia continens iniquitatem manifestam sustinenda non est, 11.7.4.& 12.2 83
Sententia quæ dicatur notoriè injusta, ibid.7
Sententia frustra lata esset nisi executioni mandaretur, 12.1.2
Sententia confirmans, non confirmata, producit actionem judicati, ibid.23
Sententia executioni mandanda dum transit in judicatum, ibid.44
Sententia quando transeat in judicatum secundum foros, ibid.46
Sententiæ executio quo tempore præscribatur, ibid.58. & seqq.
Sententia lata contra principalem quando exequenda contra fidejussorem non citatum, ibid.82.& seqq.
Sententiæ executio quando ex reservatione vel detractionis fiat præstita cautione, vel non, ibid.93. cum seqq.
Sententia sine actis an exequi possit, ibid.109
Sententiæ ordo servandus est in executione, ibidem 106
Sententia fertur quando repelluntur rationes in executivis,12.2.69
Sententia repulsæ rationum an appellabilis sit in executivis, ibid.75
Sententia revocans mandatum executivum appellabilis est, ibid.
Sententia revocata, an revocetur distractio judicialis in ipsius executionem facta, ibid.85
Sepeliri nequeunt cadavera damnatorum sine jussu Principis, 8.9.111
Sequestrum an necessarium in possessorio, 10.3.43
Sequestratio, vide *Emparamentum.*
Seriam materiam tractantes, non debent immiscere turpiter dicta, aut facta, 7.3.96
Servientes Ecclesiæ de mandato Episcopi, habent officium, 7.2.53
Servientes Ecclesiæ juxta Tridentinum, an obtineant aliquid spiritualitatis, ibid.54
Servitores laici Ecclesiæ non sunt immunes à præstatione vectigalium, 7.1.184
Servitores laici Ecclesiæ, vel Ecclesiasticorum an gaudeant privilegio fori, ibid.181
Serviendi verbum latitudinem habet in suo genere, 8. 8.166
Servitus pascendi imposita est in bonis Ecclesiasticis Regni favore incolarum Urbis, 5.1.20
Servitutes pascendi, & aquandi inter prædiorum rusticorum servitutes enumerantur,& sunt tales,ib.24.& 26
Servitutes impositæ intuitu Urbis transferuntur ad successores, ibid.27
Servitutes lege imponi possunt, ibid.28
Sesso impugnatur in his quæ de Militibus Montesiæ scripsit, 7.4.67

Siculi utuntur in feudalibus remedio literarum causa videndi & quomodo, 11. 4. 36. cum seq.
Sidera, vide *Astra*.
Sidera quando causæ sint in sublunaribus, 7. 3. 105
Signa ad placitum, an Astra dici possint, ibid. 106
Signa naturalia an sint, ibid.
Signa mirabiliter conspecta in cœlo, ibid. 121
Signum Ezechiæ, ibid. 122
Signa possibilia sunt stellæ, non necessaria, ibidem 124
Signa ad placitum Dei, an sint stellæ, ibid. 125
Signa Zodiaci nil per se significant, aut influunt, sed Planetæ in eis, ibid. 189
Signa Zodiaci à quo mutuarunt nomina, ibid. 188
Silentium in Consiliario, & Senatore, maximopere requiritur, 2. 2. 110
Silentium Senatoris, non tantum requiritur in ore, sed etiam in corde, mente, & fronte, ibid.
Simplicis furti qualis sit pœna, 8. 8. 13
Simplex querela, vide *Querela*, & *Recursus*.
Simulachrum Beatæ Deiparæ Mariæ Virginis, sub invocatione *de los Desamparados* quando institutum vel consecratum ignoratur, 4. 3. 136. cum seqq.
Simulachrum B. Mariæ *de los Desamparados* ad Regiam perducitur, ob pestem Proregis, & festivè restituitur, 7. 10. 66
Situs Regni Valentiæ ad delinquendum aptissimus, 7. 10. 15
Sixti Quinti decretum in Astrologos 7. 3. 67. & seq.
Socius criminis Familiaris delinquentis, non gaudet privilegio fori Inquisitionis, 7. 3. 45. & seq.
Socii criminis de jure non probant in socios, 8. 8. 215
Socii criminis juxta foros probant, ibid. 216
Sodomiæ crimen comprehenditur in decreto Julii III. 7. 2. in text.
Sol eclypsim passus fuit ante lapsum primi parentis, 7. 3. 123
Sol auctor omnium motuum est, ibid. 191
Solemnitates juris non debent attendi quando adest periculum in mora, 8. 2. 8
Solemnitates processus contumacialis sub nullitatis decreto indictæ sunt, 8. 7. 34
Solemnitas observata in specie uberiori reo utili, an vitiet actum, ibid 50
Solemnia quæ dicantur & quomodo exhibenda per supplicantem in Supremo, 11. 3. 48
Solemnitates majores observant causæ per supplicationem adductæ ad Supremum quam in altera Aula Regiæ Audientiæ, ibid. 47
Solemnitates forales ad concedendam dilationem probatoriam ad partes longinquas vel transmarinas, 9. 2. 185. & seqq.
Solemnitates instrumentorum de foro quæ sint, 9. 4. 20
Solidus quid importet, 4. 1. 6
Sorores vulgò *Beatas*, an gaudeant privilegio fori Ecclesiastici, 7. 1. 178
Sortis electio institutta ad officium Justiciæ Urbis ab anno 1283. 4. 1. 9
Sortis forma ad officia Urbis, ibid. 24
Sortis electio an legitima sit, ibid. 27
Sors ut justa sit, mitti debet inter dignos, ibid. 32
Sortis electio est executio electionis factæ per Principem ad matriculam, 4. 9. 12
Specialis hypothecæ extrema probanda contra tertium possessorem, 12. 2. 91. & vide *Tertius Possessor*.
Spectaculorum domus procul ab Schola, ubi scientiæ edocentur, esse debet, 4. 3. 123
Spira, quam gerunt Jurati Urbis super humerum insignitum, quid significet, ibid. 6
Spiræ usus antiquissimus, ibid. 8
Spiratio omnibus animalibus necessaria ad conservationem vitæ, 7. 3. 152. & seq.
Spiritualitas Beneficii Ecclesiastici à quo proveniat, 7. 2. 53
Spiritualis jurisdictio, vide *Jurisdictio*.
Spoliatum se docens non potest manuteneri, 10. 5. 186
Sportulæ, vide verbo, *Salaria sententiarum*.
Stamentorum Regni divisio, 3. 1. 39
Stamenti differentia à Brachio, ibid. 40
Stamenta Regna quid tractare possunt extra Curias, ibid. 41
Stamenti Militaris deliberationes fiunt ex concordi voto, & nemine discrepante, ibid. 72
Stamenti Regalis voces, 3. 1. 80
Stamenti Regalis repræsentatio extra Curias residet penes Urbem Valentiæ, ibid.
Statuum Regni divisio in Ecclesiasticum Militarem, & Regalem, sive Popularem, antiquissima, ibid. 39
Statuere de spectantibus ad jurisdictionem spiritualem est usus ipsius jurisdictionis, 7. 4. 110
Status religiosus, vide *Religiosus*.
Status Regni perturbatio tempore inchoantis regiminis Ducis de Arcos, 7. 10. 20
Statutorum Urbis causæ, vulgò *Stablements*, privativè ad Juratos spectant, 4. 3. 36
Statuta Scholæ Valentinæ per quos fieri debent, ibid. 73
Statuta condere in Consilio generali Urbis, administrationis est, non jurisdictionis, ibid. 21
Statutum quamvis prohibeat judicare sine peritis, ex notorietate judicium peritorum omitti potest, 8. 5. 29
Statuta disponentia quod reus semper audiatur, procedunt lite contestata, ibid. 37
Statuta ordinum militarium quoad exclusionem eorum quorum parentes mercaturam exercuerunt quomodo intelligenda sunt, 10 4. 19
Statutum per legem favore alicujus intelligitur eo petente, ibid.
Stellæ, vide *Astra*.
Stellæ sunt in cœlo tanquam characteres in libro, 7. 3. 126
Stemma Ordinis Montesiæ vetus, & recens, 7. 4. 12. & seq.
Stimatio, vide *Æstimatio*.
Stipendia quibus militibus concedebantur antiquitus, 3. 4. 1
Stoici, Bardesani, & Priscillianistæ fati potentiam docebant, 7. 3. 66. & 141
Stupri corpus quo pacto probetur, 8. 2. 20
Stylus Curiarum Regni quoad dilationem diei ob morbum sonticum, 7. 6. 41
Stylus efficere potest quod testes de nota manu plene probent, 9. 4. 79
Stylus efficere potest quod scriptura privata plene probet, ibid. 80
Stylus quando articulandus, & probandus, ibid. 81. & seq.
Stylus Supremorum tribunalium vim legis habet, ibid. 83. & seqq. & 10. 6. 40
Stylus Curiarum inferiorum observandus est tanquam lex in unaquaque earum, 11. 2. 177
Subcommendator Montesiæ qui sit, 7. 4. 2
Subclaviger Montesiæ qui, ibid.
Subdiaconatus ordo, facer factus fuit, ex dedicatione perpetua Ecclesiæ, quæ resultat ex voto, 7. 4. 44
Subdelegati Assessorum, vide *Assessor*.
Subdelegatus Assessoris gubernationis & legitime impedito poterat percipere salarium sententiæ, sed hodie non, & quare, 12. 4. 37
Subhastatio, vide *Licitatio*.
Subjugatio specialis, vide *Tertius Possessor*.

Subjugatæ rei dominium in subjugante tempore subjugationis est basis obligationis, 12.2.91
Subjustitiæ causæ. Vide *Causa.*
Subjustitia, sive Justitia tercentorum solidorum, Judex ordinarius est in rebus ad eum spectantibus, 5.4.2
Subjustitia cognoscit de querelis damni dati ratione pascuorum, ibid. 3
Subjustitia non potest concedere licentiam pascendi in locis irriguis termini Urbis, quos *Horta de Valencia*, appellamus, ibid. 6
Subjustitia jurando statuta Urbis non tribuit jurisdictionem non habenti, ibid. 23
Subjustitia usque ad summam tercentorum solidorum cognoscit civiliter, 2.6.& 5.4.27
Subjustitiæ jurisdictio prorogabilis an sit, ibid. 28
Subreptio quæ sit, 4.7.6
Subscriptio Principis vel judicis non mutat statum vel naturam rei, 10.6.6
Subsignatio actorum judicii à tabellione non actuario facta, non reddit acta nulla, sed copiam absque fide relinquit, 9.4.59
Substituti officialium Deputationis vel Generalitatis esse non possunt, qui ipsum officium obtinuerunt per duo triennia antecedentia, 3.3.30
Substituti officialium Generalitatis jurare tenentur, ibid. 33
Substituti Ecclesiasticorum obtinentium hæc officia, qui esse debent, ibid. 34
Substitutiones Cathedrarum an admitti possint, 4.31. 113
Substitutorum qualitates, ibid. 117
Substitutiones officialium Gubernationis, 2.3.39.& 6. 5.105
Substituere ex causa necessitatis quando contingat, ibid. 106
Substituti debent esse ejusdem qualitatis cum substituente, ibid. 107
Substituti non possunt subdelegare loco sui, nisi expresse concedatur in substitutione, ibid. 108
Substituendi actus non potest fieri citra jus, & nomen officii, ibid. 117
Successor proprio jure, litem antecessoris agendo tanquam ejus procurator, vel negotiorum gestor, judicium agnoscit, & postea succedens non potest gesta impugnare, 9.1.299
Successor universalis uti potest jure executivo antecessoris, 12.2.82
Successor particularis virtute cessionis pariter, ibidem 83
Successor universalis executivè convenitur, ibid. 84
Successor particularis non convenitur executivè nisi successerit agnoscendo onus, ibid. 85
Successor particularis in re specialiter hypotecata patitur executionem in quantum possidet, ibid. 86
Summa seu valor quam exposcunt causæ ducendæ ad Supremum non ex condemnatione sed ex petitione regulari debet, 11.3.37
Summaria causa, vide *Causa.*
Summariissimum possessorium, vide *Firma juris.*
Summus Pontifex Ecclesiam gubernat sanctissimè, infallibili Spiritus sancti assistentia illustratus, in rebus Fidei, & morum, 2.1.76
Sumptus litis & alimenta taxantur arbitrio Judicis secundum facti circunstantias, 12.4.7
Sumptus necessarii ad prosequendam causam qui sint, ibid. 8.& seq.
Superfluitates sumptuum ornatus, & supellectilis, nocivæ, 2.1.87
Superioris est sententias inferiorum reformare, 11.6. 48
Superioritas Magistri Calatravæ in Ordine Montesiæ est restricta ad actum visitandi, 7.4.141
Supernaturali ex causa orientia, ab Astrologis cognosci nequeunt, 7.3.84
Superstitio quid remissivè, ibid. 63
Superstitionis genera quæ in Astrologia reperi possunt, vide *Astrologia.*
Supplicatio in criminalibus an admittatur, 8.9.89
Supplicacions quod genus libelli sint, 9.1.11
Supplicatio remedium opportunum est adversus sententias Tribunalis Principis, vel Præfecti Prætorio, 11.2.99.& 11.3.2
Supplicationis remedium jure extraordinario introductum fuit, 11.3.1.& seq.
Supplicatio, reclamatio, revisio pro uno eodemque remedio usurpari solent, ibid. 3
Supplicationis remedium jam est ordinarium, ibid. 4
Supplicationis remedium per foros introductum, & ab Aragonia Valentiæ adductum fuit, ibid. 5.& seq.
Supplicationis remedium est justitiæ non gratiæ, ibid. 7
Supplicatio & appellatio idem effectus sunt, ibid. 8
Supplicatio ad idem Tribunal, & plerumque ad eosdem judices, ibid. 11.& seq.
Supplicatio interponitur ad ipsum Principem, ibid. 13
Supplicationis causæ reservatæ ad Principem ipsum, ab institutione Regiæ Audientiæ, ibid. 15.& 35
Supplicationis causæ minoris summæ concessæ postea fuerunt ipsi Regiæ Audientiæ, sed non ad eosdem judices deferendæ, imo alteri Aulæ ex civilibus, ibid. 17
Supplicatio in causa minoris summæ si diversæ sententiæ sint committitur Aulæ Criminali, ibidem 18
Supplicatio in causa duarum mille librarum, & amplius, ad Supremum reservata est, ibid. 19
Supplicatio interponenda est infra decem dies peremptorios, ibid. 20
Supplicatio concessa ad Supremum non efficit quod Regia Audientia Cancellaria non sit, & Prætoriale Consilium, ibid. 21
Supplicatio intra annum introducenda & instruenda est, ibid. 22
Supplicatus adhærens supplicationi, tenetur præstare cautionem, ibid. 23.& seq.
Supplicans errorem proprium, vel adversarii callidita tem allegat, ibid. 27.& seq.
Supplicare semel licet, ibid. 29
Supplicatio effectum suspensivum non præstat data cautione, ibid. 30.& seq.
Supplicatio inhibitionem regulariter excludit, ibid. 33
Supplicatio majoris summæ vel de re fideicommissi privativè ad Supremum defertur, ibid. 34.& seq.
Supplicatio reservata ad supremum nulliter in Regia Audientia introducitur, ibid. 38
Supplicationum causæ faciliter in Regia Audientia expediuntur, in Supremo majores solemnitates requirunt, ibid. 46.& seq.
Supplicatione denegata recursus emittendus est, & quomodo, ibid. 55
Supplicationis admissionem præcedit oblatio, & præstatio cautionis, ibid. 58
Supplicii viaticum est fœlicitas, 8.10.9
Supremum concedit prorogationem faralium, 11.3.58
Supremi Senatus Principem repræsentant, & Senatores dicuntur partes corporis Principis, ibid. 67
Supremi Tribunalis nil magis dignum reperitur quam proprias sententias corrigere, 10.5.116
Supremum Tribunal non debet prorogare detisionem ejus quod sibi liquidè constat, nec lites ex litibus ferre, ibid. 138
Suspensio cursus cujusvis dilationis quam nostri Pragmatici *Salvetæ* vocare solent, antiquitus facillimè concedebatur, sed jam non ita, 9.2.123

Syndicus Brachii Eccleſiaſtici quis, 3. 1. 45
Syndicus Brachii Eccleſiaſtici præeſt in illo Brachio, ibid. 44
Syndicus Brachii Militaris quis, & quomodo eligatur, ibid. 67
Syndici Brachii Militaris officium expirat ante adventum ſucceſſoris, & quare, ibid. 69
Syndici Militaris Brachii officium expirat per propoſitionem Curiæ, ibid. 70
Syndici Militaris creati ad Curiam officium, expirat cum ipſa Curia, ibid. 71
Syndicus militaris de conſilio duorum, ſive ut dicimus, *aconſejado*, quomodo nominet electos, ibid. 76
Syndicus Brachii Regalis quis, ibid. 79
Syndicus Deputationis quomodo eligatur, 3. 2. 28
Syndicus Deputationis, vel Urbis habet privilegium fiſcale trahendi cauſas ad ſuos Judices, 3. 4. 5
Syndici Urbis electio, olim perpetua, hodie ad triennium fit, 4. 1. 19. & 4. 4. 12
Syndicorum diviſio, tempore quo effectum fuit officium triennale, 4. 4. 23
Syndicorum unus Cameralis vocatur alius Rationalatus, ibid. 24
Syndici licet eligi debeant ex civibus, ſi durante officio obtineant cingulum militiæ, non amittunt officium Syndici, ibid. 25
Syndicorum poteſtas pendet à mandato Conſilii generalis Urbis, ibid. 26
Syndici Cameralis interventus cum Juratis, ibid.
Syndicus Urbis Valentiæ, accuſando non ſubſcribit legitimæ ad pœnam talionis, ibid. 32
Syndicus nomine proprio debet accuſare ad utilitatem Univerſitatis, ibid. 34
Syndicus Valentiæ nomine Univerſitatis accuſat, & ſubſcribit, de conſuetudine, & accuſatio ſuſtinetur ex immemoriali, ibid. 35
Syndicus utiliter citatur pro Univerſitate, 9. 1. 85
Syndici æquiparantur Tutoribus, & Curatoribus, defenſoreſque ſunt, ibid. 86. cum ſeq.
Syndicus Univerſitatis litigantis ut reſpondeat poſſeſſionibus adverſarii non eget dilatione, neque ſpeciali mandato, 9. 2. 81

T.

Tabellarii qui dicantur, 4. 1. 57
Tabelliones quomodo Valentiæ creandi ſunt, 19. 4. 13. & ſeqq.
Tabellio, vide *Actuarius*, & *Notarius* & *Inſtrumentum*.
Tabellionum Proceres, & Majorales, vide *Proceres*, *Majorales*; *Relatio*.
Tabulam dare quid ſignificet, 10. 2. 78. & 81
Tacens conſentire videtur, 4. 4. 44
Taurorum agitationes per Theſſalos adinventæ, & Romam adductæ per Cæſarem Dictatorem, 5. 2. 19
Taurorum agitationes, aliorumque ludorum apud Hiſpanos frequentantur, quia uſus eorum approbatur, 2. 1. 87
Taxatio expenſarum, vide *Expenſæ*.
Taxatio alimentorum, & ſumptuum litis diverſis regulis gubernandum quam taxatio expenſarum, 12. 4. 6
Taxatio alimentorum & ſumptuum litis arbitrio judicis regulatur ſecundum facti circumſtantias, ibid. 7 & ſeq.
Temeritas litigandi cauſa eſt condemnandi in expenſas, etiam in prima inſtantia, 11. 2. 223
Templariorum militum Ordo penitus extinctus ſub Clemente Quinto, 7. 4. 3
Templariorum bona Monteſiæ addicta in hoc Regno, ibid. 6
Tempus praxis requiſitæ à foro ad officium Aſſeſſoris Ordinariorum continuum eſſe debet, 6. 5. 168
Tempus primæ reſpirationis conſideratur in naſcente, ad influxus cæleſtes indicandos, 7. 3. 147
Tempus datum ad appellandum prorogari nequit ſed bene conceſſum ad proſequendum, 11. 2. 32. & 35
Tempus datum ad introducendum, & citandum non prorogatur, ibid. 37
Tempus ad probandum, vide *Dilatio*.
Tempus ſubhaſtationis, vide *Licitatio*.
Tenacitas ſententiæ in Conſiliario, vel Senatore, valdè nociva, 2. 2. 106
Tenutaria exercere jurisdictionem debet in Baronia, quam tenet jure pignoris, 6. 1. 112
Terminus oppidi probatur ex Regia conceſſione, 5. 2. 4
Terminus Arbitrorum ad decidendam contentionem juxta concordiam Reginæ Elionoris, eſt quinque dierum, 17. 1. 120
Termino elapſo, vota Arbitrorum lata nullius momenti ſunt, ibid. 122
Terminus *arbitrorum continuus* eſt, *ibid.* 123
Termino elapſo res defertur ad Cancellarium, ſive jam Arbitri diffinivérint, ſive non, ibid. 125
Termini probationum, an poſſint prorogari, ibidem 122
Terminus judicii Cancellarii, eſt triginta dierum, ibid. 125
Termino contentionis elapſo ſine declaratione, cenſetur declaratio facta favore Eccleſiæ, ibid.
Terminus ad probandum denegari reo debet in articulo recurſus, ob relationem iniquam Majoralium Tabellionum emiſſi, 8. 5. 35. & ſeq.
Termini legalis aſſignatio non admittit remedium ſuſpenſivum, 9. 1. 155
Terminus ad appellandum & ſupplicandum computari debet de momento ad momentum, 11. 2. 8. & 32 & 11. 3. 20. cætera, vide *Dilatio*.
Tertii oppoſitio, vide *Oppoſitio*.
Tertio appellanti à datione Tutoris denegatur remedium, 10. 6. 25
Tertius appellans, vide *Appellans*.
Tertia ſententia, vide *Sententia*.
Tertia ſalarii, vide *Salarium*.
Tertio poſſeſſori an noceat interruptio præſcriptionis executivi facta alio, 12. 1. 92
Tertius poſſeſſor executivè convenire poteſt directè ratione hypothecæ ſive rei ſpecialiter ſubjugatæ, 12. 2. 86. & ſeqq.
Tertius poſſeſſor ratione rei ſpecialiter ſubjugatæ recta via executivè convenitur in Regno Valentiæ etiamſi pactum abſolutum de non alienando deficiat in obligatione, ibid. 88
Tertulliani locus explicatur, 4. 3. 43
Teſtis unicus deponens de tonſura, non probat in judicio contentionis, 7. 1. 174
Teſtes deponentes falſum in uno, in omnibus cenſentur falſum dixiſſe, 8. 2. 23. & ſeq.
Teſtes perſonaliter examinandi ſunt per Judicem in criminalibus, ibid. 35. & ſeq.
Teſtium examen committi nequit Actuario in crimine, ob quod debetur pœna corporalis, ibid. 37
Teſtibus an deferatur juramentum ante examen, ibid. 41. & ſeq.
Teſtes examinari nequeunt interveniente Fiſci Procuratore, ibid. 48
Teſtes quomodo examinandi ſunt remiſſivè, *ibid.* 49
Teſtes an torqueri poſſint ad eruendam veritatem, ibid. 50
Teſti torquendo an concedenda ſit copia indiciorum, ibid. 52. & ſeq.
Teſtis minor an poſſit torqueri, *ibid.* 55. & ſeq.
Teſtis de crimine interrogatus tenetur dicere quidquid ſcit, ibid. 60. & ſeq.

Teſtes ſubſcribere debent depoſitionem, ibid. 62
Teſtes ſcribere neſcientes, quomodo ſubſcribant, ibid. 63
Teſtium confrontatio, & recognitio quomodo exequenda, 8. 4. 29
Teſtes confrontandi ad repetitionem dicti interrogari poſſunt per partem, ibid. 34
Teſtes examinati pro informatione Curiæ, reum non afficiunt quin repetantur cum ejus injunctione, 8. 5. 41
Teſtium repetitio quo pacto facienda, 8. 6. 45
Teſtes deponentes de fama publica, quam rationem reddere debent, 8. 8 201
Teſtes facti nocturni quam rationem reddere tenentur, ibid. 204
Teſtes integræ fidei viginti annis majores ſint, ibid. 207
Teſtes majores quatuordecim annis & minores viginti admittuntur, ſed non ſunt integræ fidei, ibid. 210. & ſeq.
Teſtes complices, aut ſocii criminis an probent, ibid. 215.
Teſtes pauperes an ſint integræ fidei, ibid. 218. & ſeq.
Teſtes Birroarii, Apparitores, & Satellites, vide *Birroarii.*
Teſtes Alguazelli, vide *Alguazelli.*
Teſtes apprehenſores, vide *Apprehenſores.*
Teſtis inimicus repellitur, ibid. 240
Teſtes conſanguinei, affines domeſtici, amici, vel inimici, an repellantur, ibid 241. & ſeq.
Teſtis fœmina an admittatur in criminalibus, ibid. 247. & ſeq.
Teſtis confitens incidenter delictum an poſſit puniri, ibid. 256 & ſeq.
Teſtes non ſolum jurare, verum etiam deponere intra dilationem debent, 9. 2. 143
Teſtes examinandi ſunt citata parte, ibid. 200
Teſtes in concomitantiam inſtrumenti produci poſſunt completa dilatione & didiſcitis teſtificatis, ibid. 230. & 234
Teſtis in concernentibus ocularem inſpectionem recipi debet poſt concluſum in cauſa ſi tunc fiat, ibid. 239
Teſtes abſque juramento non probant, ibid. 250
Teſtes præſente parte jurare debent, ibid. 253. & vide *Juramentum.*
Teſtes obſcurè deponentes publicatis atteſtationibus poterit judex iterum examinare, ibid. 260
Teſtes male examinati, culpa examinantis repetendi ſunt, ibid. 261
Teſtes male examinati culpa producentis repetendi non ſunt, ibid. 266
Teſtes ſummatim examinati an probent, ibid. 267
Teſtes ſubſcribere debent depoſitiones etſi neſciant facere propria manu ſignum crucis, ibid 269. & ſeq.
Teſtes interrogandi ſunt de circunſtantiis facti, ibid. 271
Teſtibus injungenda eſt obligatio non revelandi teſtificata, ante publicationem, ibid. 272
Teſtes deponentes extra contenta in capitulis non probant, ibid. 273
Teſtes jurare debent, coram judice, & ab eo examinari in arduis ſaltim, ibid. 275
Teſti compulſo venire ad locum judicii ſolvi debet viaticum, ibid. 281
Teſtium publicatio, vide *Judex*, & *Publicatio.*
Teſtium reprobatio rara in civilibus, 9. 3. 1. & vide *Dilatio objectiva*, & *Objecta*, & *Reprobatio.*
Teſtium perſonæ ex conſenſu partium approbari nequeunt ſi vitia ſint ejus qualitatis quod publice interſit eos repellere, bene verò ſi cedat in damnum vel utilitatem partium, 9. 3. 9. & ſeqq.
Teſtes deponentes de re quæ non conſiſtit in facto ſed in jure non probant, ibid. 10
Teſtium reprobandorum tempus de jure tam Civili quam Canonico, ibid. 12. & ſeq.
Teſtium reprobationes præjudiciales cauſæ ſunt, ibid. 24
Teſtium reprobantium reprobatio qualis eſt, ibidem, 31
Teſtis per aliquem productus non poteſt ab ipſo reprobari quoad perſonam, ſecus quoad dicta, ibid. 32 & ſeq.
Teſtes didiſcitis teſtificatis recipi nequeunt ſuper eiſdem capitulis vel directo contrariis, ibid. 35. niſi tendat ad corroborationem, ibid. 36
Teſtes in concomitantiam inſtrumenti reprobantis teſtes recipi poſſunt lapſa dilatione objectiva, ibidem 44
Teſtes contraria dicentes an regulandi per numerum, ibid. 65. cum ſeq.
Teſtes de nota manu ſcribentis plene comprobant ſubſcriptionem, 9. 4. 77
Teſtium depoſitiones vim ſumunt à juramento, 10. 2. 52
Teſtium recipiendorum decretum in cauſa ordinaria non datur niſi oblato prius libello articulorum, ibid. 53
Teſtes ad firmam juris obtinendam recipiuntur per viam ſummariæ informationis non citata parte, 10. 5. 88
Teſtes in firma juris producti neque interrogantur, neque repetuntur ad inſtantiam adverſarii, ibid. 89
Teſtes de univerſitate quorum intereſt ut ſingulorum, non admittuntur in juris firma univerſitatis, ibidem 99
Teſtis de re ſua nemo eſſe poteſt, ibid. 100
Teſtes de univerſitate reprobantur etiam ſi intereſſe eos tangat ut univerſos, ibid. 101
Teſtium repulſa in ſummariſſimo non admittenda, ibid. 102. niſi reſultet ex actis, ibid. & 112
Teſtium veriſimilitudo an attendatur in ſummariis, ibid. 117. & ſeq.
Teſtium probatio reo non admittitur Valentiæ regulariter in executivis, 12. 2. 27. niſi actor produxerit, ibid. 28
Teſtium probatio admittenda reo in executivis concomitando, ibid. 29
Teſtes dici non poſſunt periti adhibiti in oculari inſpectione, ibid. 32
Theologia Ethnicorum tota in aſtris verſabatur, 7. 3. 65
Theologis neceſſaria eſt cognitio Aſtrologiæ, ibid. 238
Theologorum obſervatio in conſulendis reis, quoad reſponſiones, 8. 4. 11
Thema cœleſte ad horam Nativitatis Domini Ieſu Chriſti, & B. Mariæ ejus Matris, an inſpici poſſit per Aſtrologos, 7. 3. 83. & ſeq.
Theſaurarii Locumtenens, quis in noſtro Senatu, & cui aſſimiletur, 2. 2. 184
Theſaurii Locumtenens non poteſt eſſe ex Miniſtris Togatis Senatus, ibid. 185
Theſaurarius, ſive Locumtenens illius ſolum curat de pecunia procedente ex pœnis, & maleficiis, ibid.
S. Thomas Aquinatis explicatur in his quæ dixit de conjugio excludente ſtatum religionis, 7. 4. 44
Thomæ Delbene doctrina explicatur, 2. 5. 112
Thoro impugnatur in his quæ de Monteſianis Militibus dixit, 7. 4. 66
Titulo exhibito, poſſeſſio non eſt admiſſibilis, niſi in quantum titulo confirmatur, 6. 1. 41
Titulus vitioſus, & nullus, non poteſt præſtare juſtam cauſam præſcribendi, ibid. 42

Titulati nequeunt admitti in Familiares Inquisitionis 7. 3. 41
Titulum allegans vel exhibens in summarissimo juris firmæ discedit à mero facto possessionis, & de meritis tractare intendit, 10. 5. 154
Tituli propositio infirmat efficaciam possessionis, ut titulus permaneat cum suis qualitatibus, ibidem 155
Tituli nullitate evidente detecta nec possessio diuturna manutenibilis est, ibid. 170
Tituli nullitas, requirens altiorem indaginem non vitiat possessionem ad effectum manutentionis, ibid. 171
Titulum exhibens limitative ad adminiculandam possessionem non præbet consensum ad cognoscendum de meritis proprietatis, secus si exhibeatur absque limitatione, ibid 179
Tonsura clericalis an sit ordo, & characterem imprimat, 7.2.9
Tortura inferri potest reo recusanti respondere in confessione propria, 8.4.13
Tortura hæc non datur ad eruendam veritatem, sed ad habendam responsionem, ibid. 14
Tortura hæc solum imponi debet delictis gravibus, ibid. 15
Torturæ via tutior est in recusante respondere, quàm impositio pœnæ convicti, & confessi, ibid. 22
Tortura an imponatur testi verosimiliter informato, vide *Testis*.
Tortura qua de causa inferatur, 8.9.93
Torturæ acerbitas, & dubia fides, ibid.
Torturæ genera innovari nequeunt juxta foros, ibid. 95
Torturæ genera apud nos quæ, ibid. 96
Tortura post condemnationem apud nos, quo pacto inferatur, ibid. 97
Tortura quibus de causis reo condemnato irrogetur, ibid.
Torturæ famoso irroganda qualis esse debeat, ibid. 98
Tortura tanquam cadaveri quando, & quomodo irroganda, ibid. 99. & seq.
Tortus tanquam cadaver, ob quod dicitur, ibidem 101
Torturæ gradus, qui, ibid. 103
Torqueri an possint privilegio Militari fruentes, ibid.
Tractatorii qui dicantur, 4.11.48
Traditio copiæ, vide *Copia*.
Transmarina dilatio, vide *Dilatio*.
Transmissio inquisitionis apud nos non fit sine accusatore, 8.1.22
Transmittendi inquisitionem praxis, ibid. 26. & seq.
Transmissio inquisitionis non pendet in hoc Regno à Judice inquirente, ibid. 32
Transmissio actorum primitivi processus ex remedio litterarum causa videndi æquivalet relationi, 11. 4. 40
Transumptum instrumenti quid requirat ut probet, 9.4.25
Tributa debentur Regibus, 3.1.138
Tributorum immunitas concessa Civibus Valentinis, & qualis, 5.3.34
Tributorum immunitatem an concedant Jurati, ibid. 35
Tributa nervi Reipublicæ, ibid. 62
Tributa portoria ad quid fuerint inventa, ibid. 63
Tributa debent Itali in solidum, licet civilitatem in Urbe adepti sint, & quare, ibid. 68
Tributorum immunitas concessa civibus Urbis, non pertinet ad eos in mercimoniis, & rebus mercaturæ, sed in rebus ad usus proprios destinatis, ibid. 82
Tridentini dispositio an mutaverit quæ à jure statuta erant quoad privilegium fori, 7.2.14. & seq.
Triduum concedi solet damnatis, ultimo supplicio, ut præparentur, & an hoc sit necessarium, 8.10.7
Triennio vacare debet eligendus ab eodem officio, computando à die electionis, 4.8.14
Triennii vacationis tempus non consideratur quando officium in commendam traditur, 4.3.19
Tubal quam linguam adduxerit Hispaniæ incertum est, 8.9.2
Tutelæ omnes regulantur per dispositiones loquentes de testamentaria, 10.6.22
Tutelæ & Tutoris decernendi forma, 9.1.81
Tutor nonine proprio accusat ad utilitatem pupilli, 4.4.34
Tutores illico debent personas legitimare, 9.1.300
Tutores an possint agere ante confectionem inventarii, ibid. 305
Tutor testamentarius neque jurat neque cautionem præstat in Regno Valentiæ, ibid. 306. & seq.
Tutor dativus jurare & cautionem dare tenetur, ibidem 307
Tutor finita tutela in Regno Valentiæ prosequitur administrationem tanquam curator, ibid. 308
Tutor dativus nulliter agit dum cautionem non præstat, ibid. 309. cum seq.
Tutori si re integra opponatur finitum esse tempus cautionis, non admittendus in judicio, ibid. 311.
Tutor & Curator an possint constituere procuratorem, ibid. 316. & seqq.
Tutoris Procurator dominus litis effectus dicitur per contestationem, ibid. 318
Tutoris dario per inquisitionem causa cognita fieri debet, 10.6.4
Tutoris dati remedium excusatio est, non appellatio, ibid. 17. & seq.
Tutor rite appellat à rejectione excusationis, ibidem 20
Tutores plerumque testamento dantur ad quod appellationis remedium deservire nequit, ibid. 21
Tutores dandi potestas patribus concessa est, ibidem 22
Tutores intra quod tempus excusationem ponere debent ut audiantur, ibid. 26. & seq.
Tutor non opponens excusationem intra quinquaginta dies, ab injunctione, contumaciam purgare non potest, ibid. 28. & seq.

V.

Vacatio triennii ad idem officium Urbis obtinendum, 4.8.14
Vacatio duorum trienniorum ad officium idem Generalis obtinedum, 3.3.31
Valentia in Hispania Tarraconensi, & in Editanis sita, 1.1.2. & 3
Valentiæ amœnitas, ibid.
Valentia à Rege Romo condita, & Roma nuncupata, ibid. 2. & 4.3.57
Valentiæ Regnum Agarenis descriptum, ibid. 9
Valentiæ expugnatio ab inclyto Jacobo I. ibid. 10
Valentiæ Regnum quæ comprehendat, ibid. 14
Valentia magna ex parte ex Catalaunis repleta post expugnationem, 1.2.1
Valentiæ Regum compendiosa successio, 3.1.30
Valentia non est Colonia, sed Metropolis, 4.3.18.
Valentiæ urbs habet jus patronatus in aliquibus rebus ingentibus, ibid. 54
Valentia Urbs Scholam, seu Universitatem construxit, ibid. 75
Valentiæ Sanctus Dominicus Patriarcha litteris operam dedit, ibid. 79. & 83

Index Rerum,

Valentia poſt mortem Divi Dominici ab infidelium faucibus erepta, ibid.80
Valentiæ tempore Agarenorum conſervabatur Monaſterium Ordinis S. Baſilii, ubi nunc adeſt Parrochialis Eccleſia Divi Bartholomæi, ibid.86
Valentia Viriati Militibus data fuit, non vero Militibus Romanis qui in Viriatum dimicarunt, 1.1.2.& 4.11.12
Valentiæ non ſunt agri vacantes ad paſcua, 5.1.116
Valentiæ an in uſu ſit regalia ſuccurrendi vi oppreſſis, per viam violentiæ, vide *Defenſio.*
Valentia ab antiquo factionum luc laborat, 8.10.7.& ſeq.
Valentiæ amœnitas, ibid.8
Valentiæ ſitus, ibid.15
Valentinarum Eccleſiarum deſcriptio, vide *Eccleſiæ.*
Valentina lingua qua nunc utimur, an ſit eadem cum Valentina antiqua, 8.9.5
Valentinæ linguæ præſtantia, ibid. 6
Valentina lingua mater rimarum, ibid. 7
Valentini faciliter, & fœliciter diſcunt externas linguas, ibid. 8
Valentinorum complexio, ibid. 12
Valentinorum origo. ibid. 13
Valentinorum pietas, ibid. 146. & ſeq.
Valentinis deberur ratio annorum computandorum à Chriſti nativitate, ibid. 150
Valentinorum divini cultus eximia cura, ibid. 153
Valentini tenentur ſequi conſtituriones Cataloniæ, quoad contentiones juxta foros, 7.1.194
Valentia jus commune habet in foris propriis, 9 1.5
Valentini utuntur remedio literarum cauſa videndi & recognoſcendi, 11.4.2.& ſeq.
Valentini in uſu harum literarum nec vota nec motiva tranſmittunt, nec relationem faciunt, nec refutatorios ſpectant, ſed acta integra tranſmittunt, ibid. 39
Valentinis non eſt interdicta acceſſio ad Aulam Principis ſequendo tranſmiſſionem actorum, ibid.48
Valentinum jus non ſolum limitat tempus dicendi nullitatem, verum prohibet quod dicatur niſi in appellatione, 11.5.40
Vana obſervantia quid, 7.3.97
Vanæ obſervantiæ vitium quando Aſtrologi incurrere dicantur, ibid, 98
Variare judicium quis poſſit, 12.1.25.& ſeq.
Variatio judicii non admittitur poſt evocationem cauſæ ad Regiam Audientiam, ibid. 34
Vaſſallus Militantis Brachii detentus in carcere Urbis, Regiæ ditionis, an fareatur crimen, carcerem frangendo, 8.9.70
Ubertas Regni Valentiæ, 8.10.16
Vectigalia impoſita in Comitiis ad quid imponantur, 3.2.1
Vendere officia Princeps poteſt ſolus, ſed non ſemper expedit, 4.2.46
Vendere officia prætextus eleemoſynæ de pretio faciendæ, illicitum, ibid. 48
Vendere non poteſt juſtitia in civilibus officium proxenetæ, quia pauperibus debetur, ibid.45
Venditio, & venditor, vide, *Emptio, & Emptor.*
Venditio Curiæ fieri ſolet pro duabus tertiis partibus, & aliquid amplius totius valoris rei Curiæ addictæ, 12.3.44.& ſeqq.
Venditio Curiæ rei pretioſæ non repertis licitatoribus poteſt fieri minori prætio conceſſa facultate luendi per longum tempus, ibid. 48.cætera, vide *Diſtractio.*
Veneficii crimen qua pœna plectatur. 8.8.106
Veneficii crimen frequentius patratur per fœminas, 108
Verbum *Romanç* quid ſignificet, 8.9.& 9.& 15
Venia quando & à quibus petenda eſt in principio litis, 9.1.20
Venus Cloacina, vel Cluarina, qualis fuit, 4.1.18
Verbo tenus conferentiæ ſuſcitari ſolent, inter Regiam juriſdictionem, & Inquiſitores, 7.3.18
Verba obſcura contra proferentem interpretanda ſunt, 9.1.272
Verba in omni diſpoſitione intelligenda ſunt ita ut aliquid operetur, ibid.280
Verbalis Audientia. Vide *Audientia, & Cauſa.*
Veredorum Præfectus, vide verb. *Curſor major.*
Veredorum uſus antiquiſſimus, 4.11.33
Veredorum origo, ibid.34
Veredi publici ab itinere recto, ſibi deſtinato deviare nequeunt, ibid.47
Veritas in Senatore qualis requiratur, 2.2.94
Veritate facti inſpecta proceditur in Regno Valentiæ, 8.6.9
Veritas facti quando ſolum inſpicitur, ſententia non debet neceſſario conformari libello, ibid.10
Veritatis teſtimonium daturus Jeſus Dominus, paupertatis ſtatum elegit, non divitiarum, 8.8.220
Veroſimile, vel inveroſimile quid dicatur, 10.5. 119
Veroſimilius eſt quod juri magis congruit, ibidem 120
Veſtalis ſacerdos. Vide *Sacerdos.*
Via violentiæ, vide *Defenſio.*
Via ad inquirendum ex mero officio, quomodo Judici aperiatur, 8.2.2
Via condemnativa ſummaria requiritur ad purificandas conditiones inſtrumenti, 10.1.112
Via executiva conceſſa inſtrumento procedit etiam quoad ea quæ virtualiter inſunt, ibid.81
Via executiva conceditur in Sicilia pro dote, ſecus in Regno Valentiæ, ibid.79.& 82.& 90
Via executiva inſtrumenti procedit ab obligatione guarentigiæ, ibid.86
Via executiva pro dote an debeatur marito celebratis nuptiis, ibid.88
Via executiva an debeatur cuicumque inſtrumento publico, ibid.87
Via executiva procedit ab expreſſis in conventione, ibid.96. cætera, vide *Executio.*
Vicarius generalis Epiſcopi etiam ſacris non initiatus, ritè cauſas Preſbiterorum judicat dum clericus ſit, 7.4.36
Vicecancellarii officium inſtitutum, & quare, 2.2.155
Vicecancellarii officii præſtantia, ibid.157
Vicecancellarii dignitas prima poſt Regiam in noſtra Corona, ibid.158
Vicecancellarius aſſimilatur Præfecto Prætorio, 6.160. 162
Vicecancellarius Aſſeſſor immediatus Principis, ibid. 163
Vicecancellarius Juriſconſultus, & oriundus ab ipſa Corona, ibid.164
Vicecancellarius quo pacto juret, & præſtet homagia fidelitatis, ibid.175
Vicecancellarius Dominus percipit portionem duplam ſalarii ſententiæ in Supremo, 12.4.48
Vicinalia, & realia jura ſive onera, quæ, 2.5.108
Victima pinguior Deo oblata eſt reus iniquus, 8.6.32
Viduæ Militum Monteſiæ fruuntur privilegio fori, 7.4. 75
Viduarum pupillorum, ac miſerabilium perſonarum degentium in oppidis ditionis Monteſiæ, an cauſæ evocari poſſint ad Senatum, ibid.173
Viduæ miſerationis gratia plurimis privilegiis gaudent, 10.1.58.& ſeq.
Viduis privilegia ſpecialiter conceſſa ſunt dum agant contra bona mariti, ibid.68

Vidua quæ passa fuit à filio possideri pignora dotalia, non censetur amisisse possessionem eorum si sibi aliquid annuum reservavit, ibid.198
Vigilantia Senatoris fulget, dum occasione fruitur, 2.2. 131
S. Vincentius Ferrer. Theologiam publicè edocuit in alma Sedis lectura per sexennium, 4.3.70
S. Vincentius Ferrer. promotor fuit erectionis Scholæ Valentiæ, ibid.71
Vindictæ jus defertur proximioribus occisi, non verò hæredibus extraneis, 8.8.55
Violentiæ via, vide *Defensio.*
Violentia illata, est causa deferens potestatem extrajudicialem Principi, ut eam tollat, 7.1.98
Viri conjugati accessus ad solutam punibilis est, 8.8. 196
Virginitatis signum an in puellis reperiatur, 8.2.22. & 26
Virtus Senatoris, Magistratus, vel Judicis qualis esse debet, 2.2 93
Virtutes excolendæ sunt in Scholis & Academiis, 4.3. 119
Virtutes pro temporum sorte ad vitia tendunt, 8.10.32
Visio actorum quomodo ponenda in sententiis, 12.1.6
Visio actorum à quibus adnotanda est, ibid.7
Visura, vide *Ocularis inspectio, & probatio per evidentiam rei.*
Visitatio Universitatum Ordinis Montesiæ ad quem spectet, 7.4.170
Visitandi actus jurisdictionalis est, ibid.125
Visitandi Ordinem Montesiæ facultas, nunquam concessa fuit Abbati sanctarum Crucium, sed Magistro Calatravæ, cum assistentia Abbatis, ibid.126
Vitæ duratio an per Astrologum prænosci possit, 7.3. 83
Vitare mala pulchrius, quàm punire, 8.8.200
Vitalitius census licitus non est si adsit spes recuperandi sortem, 12.3.25
Ultramarina dilatio, vide *Dilatio & Solemnitates.*
Ultimæ voluntates pararam habent executionem ex foro, 12.1.35
Unio Ordinis Montesiæ, & sancti Georgii de Alfama, confirmata in Synodo Constantiensi, 7.4.12
Unio extinctiva quæ sit, ibid.137
Unio extinctiva non fuit facta de Ordine Montesiæ cum Cistercienst, ibid.138
Unio æque principaliter quomodo fiat, ibid.139
Unio æque principaliter non fuit facta ex dictis Ordinibus, ibid.140
Unio accessoriè quomodo fiat, ibid.141
Unio accessoriè nunquam fuit facta inter hos Ordines, ibid.142
Unio Ecclesiarum, vel Religionum requirit auctoritatem Papæ, ibid.143
Unio requirit consensum eorum, quorum interest, ibid. 145
Unio Ecclesiarum quæ sunt juris patronatus, requirit consensum Patroni, ibid.147
Unio, per quam Ecclesia erigitur in Cathedralem, non fuit facta in Ordine Montesiæ, ibid.148
Unio quæ fit ad communicationem spiritualium, non tribuit jurisdictionem alicui ex unitis, ibid.149
Universitaris Valentinæ fundatio, & cætera, vide verbo *Schola.*
Universitates Ecclesiasticorum in Regno, profanæ sunt, 5.1.21
Universitatis jura conservantur in unio, imò etiamsi omnes de Universitate extinguantur, 6.2.33
Universitatem erigere in districtu Ordinis Montesiæ ad quem spectet, 7.4.177
Universitatum visitatio in ditione Montesiæ ad quem pertineat, ibid.176
Universitatis citatio, vide *Citatio.*
Universitates Regni Valentiæ fermè omnes habent Syndicos, 9.1.87
Universitas non habens Syndicum quomodo citanda, ibid.88
Universitas litigans respondit ad positiones adversarii per suos officiales, 9.2.80
Universitates legitimè constituræ restitui debent ad probandum lapsis dilationibus, ibid.169
Universitas legitimè constituta quæ dicatur, ibidem 170
Voces Brachii Ecclesiastici, 3.1.43
Voces Brachii Militaris, ibid.56
Voces Brachii Regalis, ibid.78
Voluntas Sedes perturbationum animi, 3.1.102
Voluntas Principis, absque ratione non est lex, ibid. 101
Voluntas Dei conditionata esse potest, & sic decretum conditionatum, 4.3.159
Voluntas Principis nunquam censetur intervenire, ut alicui injuria inferatur, etiamsi potestas adsit in eo, 4.7.5
Voluntas impetrat appetitui sensitivo medio intellectu, & quomodo, 7.3.108
Voluntarium homicidium æquiparatur deliberato, 8. 8.40
Voluntarium homicidium, vide *Homicidium.*
Voluntaria jurisdictio quando, & in quibus exerceatur, 9.1.282.& 11.6.per tot.
Voluntariæ jurisdictionis exercitium sæpè causæ cognitionem requirit, ibid. cætera vide *in d.§.6. & verb. Jurisdictio.*
Vota Arbitrorum contentionis juxta concordiam, vide *Sententia.*
Votum castitatis simpliciter non emittitur in Religionibus Militaribus, 7.4.60
Vota substantialia sunt media ad statum perfectionis, ibid 41
Votum castitatis conjugalis an includat aliquid consilii, ibid.60
Voti paupertatis differentia circa materiam inter veras religiones reperitur, 7.4.47
Votum castitatis necessarium ad statum Religionis an possit recipere magis vel minus, ibid.60
Urbanitas qualis requiratur in Magistratu, 6.5.58
Urbanitatis testimonia, ibid.59
Urbs, vide verb. *Civitas*, & verbo *Valentia.*
Urbs respectu totius Regni privata persona censetur, ibid.24
Urbis ærarii defectio, 8.10.3.32
Usatici Cataloniæ quando fuerunt compilati, & conditi, 3.1.8
Usufructuaria in Baronia non exercet jurisdictionem, qui habet jus proprietatis, 6.1.11
Usuræ debentur ex debitis Fisci Generalitatis, & Urbis, 3.4.44
Usus pascuorum adquiritur singulis de Universitate irrevocabiliter, 5.2.9
Utens libris prohibitis ad operationes Astrologicas, puniendus est alio non spectato, 7.3.247
Utens libris expurgatis puniri nequit, nisi expressè aliunde superstitio probetur, ibid.248
Utens electionibus ad omnes actus humanos suspectus est de superstitione, ibid.252
Utens rebus minimè connexis naturaliter ad vitandos influxus, maleficus est, ibid.255
Utens instrumentis incognitis, characteribus exquisitis, numeris paribus, vel imparibus nominibus parentum, & similibus ad prædictiones maleficus est, ibid.256
Utens re aliena ad alium usum, quam destinatum à Domino committit furtum, 8.8.31

Utilitas privati cedit bono communi, 3.1.116
Utilibus diebus fieri debent acta judicii criminalis, post publicationem processus, 8.6.30
Utilitas manutentionis parvi præjudicii censetur respectu ejus quod interest in plenario, 10.5.109
Utilitas ad alienandum prædia minorum, vel bona fideicommissi evidens esse debet ut decretum subsistat, 10.6.58
Uti possidetis interdictum. Vide *Firma juris*, & *Interdictum*.
Vulgus maximopere curat de annona, 2.1.81
Vulgus imitatur pueritiam, nam solum petit panem, & circenses, ibid.86
Vulgus iniquiores sæpe sequitur, 8.10.139
Vulnerum multitudo, an sit indicium animi deliberati, 8.8.77.& 80
Uxorem habuisse, requiritur ad officia Generalitatis, & Urbis, 4.5.17
Uxores Militum Ordinis Montesiæ fruuntur privilegio fori, 7.4.75
Uxor deprehensa in adulterio an impune occidi possit per maritum, 8.8.62
Uxor incedens more meretricio per Urbem an dici possit deprehensa in adulterio, ibid.65
Uxor acerbius offendere virum videtur meretriciam vitam gerendo, quàm per simplex adulterium, ibid. 67
Uxor quando dicatur deprehensa in adulterio, ibidem 68
Uxor discedens à domo mariti, amittit dotem, ibid.
Uxorem adulteram solus maritus accusare potest, ibid. 188
Uxor accusare non debet, nec potest maritum adulterum, & quare, ibid.190
Uxoris adulterium permittens, qua pœna puniatur, ibid.195
Uxoribus militum regularium an communicentur privilegia ipsi concessa, tam ei-viventibus, quam viduitatem eorum conservando, 7.4.72.& seqq.
Uxores clericorum incapaces semper sunt ordinum quantumvis minorum, ibid 75
Uxores militum regularium non sunt incapaces status religiosi cui privilegia concessa sunt, ibid.

Z.

Zelotypia litigantium in varios errores eos præcipitat, 9.1.103
Zodiacus quid sit, 7.3.179
Zodiaci divisio, ibid.180
Zodiaci Nonæ sphæræ constituendi ratio, ibidem 183
Zodiacus vetus est in nona sphera, ibid.183
Zonarum distributio, ibid.165

FINIS.